6
33 K
2

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

32.1.F.24

II II
9 9
B B

AMBROSII CALEPINI BERGOMATIS LEXICON,

Ex optimis quibusq; autoribus col lectum, poſt omnes omniũ editiones accuratiſsime, diligentiſsimeq; excuſſum. Ordinem enim illum alphabeticum, hactenus pene neglectum, ad vnguem obſeruauimus.

Addidimus inſuper annotationes plurimas ex [illegible] auctoribus excerptas, Cum eo ita ordine digeſto, ut nihil facilius deſiderari poſſit.

Ger.° – Riua

Venetiis M D XXXV

AMBROSII CALEPINI BERGOMA-TIS LEXICON, EA DILIGENTIA LOCVPLETATVM,

& a mendis innumeris, ita repurgatum, ut priores æditiones omnes, quan-tumuis accuratas, longe tamen uincat. Nam infinitis pene locis obſcu-ratum, illuſtrauimus, corrupta emendauimus, inuerſa pleraq; [illegible] in locum repoſuimus, mutila reſtituimus, ſuperflua [illegible] reſecuimus, græca etiam inepte reddita, clariora fe-cimus. Deniq; ordinem ipſum uocabu-lorum omnino confuſum digeſſimus.

A NOMEN eſt literæ primæ, Hebræis etiam, Græcis q; ſimiliter & Latinis. Hæc adſpiratione accipiens, interiectio fit, quæ pars humanorū affectū expreſſiua eſt: qui ferè contentiore uoce (quod ſuum adſpirationis eſt) efferuntur. Adſpiratur ita-q; Ah interiectio in fine, præter vocalium morem: quoniam Græce ſcribitur cum ψιλῇ καὶ περισπωμένῃ. id eſt, cum tenui & circunflexo accentu ἆ. Eſt q; particula indignantis hominis. vt Homerus libro Iliados ω. καὶ Ζουίδας ἐν ἀρχῇ τοῦ φωνὰ ἐπὶ [illegible] καὶ κατὰ [illegible] ἆ ἆ. καὶ ἐπὶ τὰ [illegible], ὡς [illegible], καὶ [illegible], ἐπὶ τὰ [illegible] [illegible] ἐστι, & Suidas in principio A vox eſt quæ [illegible]itur. Et per geminationem Aa. Et interdum priuatiua particula eſt. vt ἄκλιτος, [illegible]clinabilis, ἀκοίμητος, inquietus, ſeu non ſomno vacās. interdū auctiua. vt ἄκοιτις id eſt, vxor: quòd ſit frequens ad κοίτην. id eſt, cubile. Itaq; vel negatiua vel alia, Græca eſt: ne fortè Latinam putares. Aſpirandi vero [illegible] uſſa fuit propter aſſlatum pronunciandi, & differentiam præpoſitionis. Et modo admirantis eſt. vt apud Plautum. Ah quid ais? [illegible]do dolentis, ſeu commiſerantis eſt. Vergilius, Spem gregis, ah, ſilice in nuda cōnixa reliqt. Et alibi. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Modo ridentis: & duplicatur triplicatur q; interdū. Terentius in Eunucho. Ah ah ah perii: defeſſa iam miſera ſum te ridendo. Aliquando dehortantis eſt, ne quid fiat. vt [illegible] apud Hieremiam & Ezechielem Prophetas. Eſt [illegible] A, præpoſitio: ſed ſine adſpiratione, abſ [illegible] ſuo per adpoſitionem deſeruiens. Et ratio eſt, quoniam deſcendit ab Græca ἀπό, remota videlicet ultima ſyllaba [illegible] remanet in Latino pſile eadem. Si enim a[illegible]raretur, eſſet contra Græcam doctrinam. Et non ſo[illegible] A. præpoſitio uenit à Græco, ſed etiā Ab: quoniam [illegible] ἀπό, excludit ο. præſertim in colliſionibus vocalium, & remanet ἀπ' id eſt ap: ſed π, tenuis vertitur Latine in b, ſuam mediam, & dicitur Ab. [illegible] καὶ [illegible] ἐν ἀρχῇ τῆς λέξεως, καὶ ἐκ συμφώνου [illegible]. καὶ τὸ [illegible] καὶ ἀπὸ τῆς λατίνου ex καὶ ē. hoc eſt, Itidem & ex vocali quæ ſit in principio dictionis, & ex conſonante quæ adiaceat: & mos, & imago, id eſt, quod ex viſu ſimiliter fieri ſolet in Latinis præpoſitionibus ex, & è. Et motum de loco ſæpe ſignificat. vt, A' ſummo ad imum deſcendiſti. Quandoq; ſignificat poſt. Plinius: Et virus equi à coitu ſtatim collectum. hoc eſt, ſtatim poſt coitum. Sic dicimus: A' partu, A tergo, A' funere, A commeatu, quod eſt, poſt partum, poſt tergum, poſt funus, poſt commeatum. Suetonius in Cæſare: Plebs ſtatim à funere ad domum Bruti et Caſſii cum facibus tetendit. hoc eſt, poſt celebratas exequias. Idem in Tyberio. A commeatu caſtra repetentes. Sic à ſomno. id eſt, poſt ſomnum. Dicimus quoq; [illegible] eſt ſecundus à rege. Id eſt, poſt regem: vt eſt in libris Heſter. Quandoq; ſignificat de. Terentius: A' villa mercenarium vidi. Quandoq; ſignificat quàm. vt eſt apud Apoſtolum: Exiſtimo me nihil minus feciſſe à magnis apoſtolis. Sic Ab. vt paulò poſt: Nihil minus feci ab his qui ſunt ſupra modum apoſtoli. Quandoq; propter. vt Væ mundo à ſcandalis. id eſt, propter ſcandala, vel pro ſcandalis. Quandoq; habet vim defenſionis, & ſignificat pro. Cicero in Bruto. Nec vero M. Cælium prætereundū arbitror, quæcunque eius in exitu, vel fortuna, vel mens fuit: qui quandiu autoritati meæ paruit, talis tribunus plebis fuit, vt nemo contra ciuium perditorum, popularem, turbulentamq; dementiam, à ſenatu, & à bonorū cauſſa ſteterit cōſtantius. Vbi quòd à ſenatu, & à cauſſa bonorum, perinde eſt ac ſi dixiſſet: pro partibus ſenatus & bonorum. Sic dicimus: A quæſtionibus, A' teſtibus, A voluntate: quæ loquutio creberrima eſt apud idoneos autores. Inuenitur etiam aliis modis poſitus: vt quum dicimus aliquem eſſe à ſtudiis, intelligatur qui præeſt ſtudiis alicuius, puta principis, vtpote vir eruditiſſimus: cuius opera in ſtudiis literarum vtatur.

A batis, qui præeſt menſuris. vel qui annonam menſuris diuidit. Batus enim vaſis genus eſt, & Græcè eſt βάτος, ου, ὁ λαμπιστὶ κάδος καὶ καδίσκος. λέγεται καὶ βάτιον, eò quòd ſit portatile, modo huc modo illuc eat. Ab βαίνω, ὅθεν καὶ ἄβατος. hoc eſt, Batus. ti, & Græce cados ſiue cadiſcos, id eſt, paruus cadus, dicitur & Bation, ab βαίνω. id eſt, vado: ὅθεν, id eſt, vnde, & ἄβατος. id eſt, inacceſſus, Non enim.

à βαδίζω. id eſt, vado orthographiæ literæ decla rant, ſi ad formationem verba Græca canonizentur. Præterea Theodorus Gaza in Pædia Cyri.

Ab epiſtolis. A' rationibus, A' libellis. qui epiſtolis, rationibus, libellis ſupplicibus præeſt. Suetonius in Claudio: Super hos Polybium à ſtudiis, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoq; ſenatus non præmiis modo in[...]tibus, ſed & quæſtoriis prætoriisq; ornamentis ornari, libenter paſſus eſt.

A' caliculis, qui præeſt calliculis: quæ ſunt vaſa.

A' commentariis, qui præeſt commentariis. Hieronymus libro.ii. Regum. Ioſaphat erat à commentariis. hoc eſt, præerat cõmentariis. Hunc Aſconius adpellat commentarienſem.

A' manibus, ſiue à manu, dicuntur ſcribæ: quorum manu ad literas ſcribendas principes vti ſolent. Suetonius in Cæſa. Nunquàm nocere ſuſtinuit Philomenem à manu ſeruum: qui necem ſuam per venenũ inimicis promiſerat. Hi alio nomine Ad manum dicuntur. Cicero lib.i.li. de Oratore: Licinium ſeruum ſibi Gracchus habuit ad manum. Similiter Amanuēſeis eos Suetonius alibi vocat.

A' memoria cui [...] officium eſt ſuggerere principi res obeundas, & quæ ſint agēda in memoriam illius reuocare ex præſcripto.

A' pedibus: vocantur, quorum pedibus ad eſidem vtimur. Cicero ad Attic. Pollucem ſeruũ à pedibus Romam miſſum. Mart. Quur non menſa tibi ponit à pedibus. Idem Ad pedes, eos adpellat, quum inquit: Ille retroflexus ad pedum turbam. Alibi: Lagænam ad pedes replet. Et ſciendum A' pedibus per omneis caſus eadem terminatione dici. Recte enim interrogaueris: Quid agunt à pedibus? Intelligitur enim ibi, ſerui à pedibus Miſi à pedibus, Dedi à pedibus meis. Hi etiam circum pedes uocantur. Vnde ait Agretius: Circũpedes ſunt obſequia ſeruorũ: ante pedes amicorũ. Cicero. Circũpedes autem homines formoſos, & literatos ſuos eſſe dicebat.

A' pugione, dicitur, qui principis pugionem geſtat, eiq; ſemper præſtò eſt. Lãpridius in Commentariis: Inter quos Libertinus, qui à pugione adpellatus eſt. Multa ſunt alia huiuſmodi nomina, quæ (ut Tacitus ſcribit) ſunt ſummæ curæ & meditamenta.

A' punctis, qui præeſt redditui aquariorũ. ut eſt apud Frontinum lib.ii. de Aquæductibus.

A' quæſtionibus, ſignificat eum qui eſt pro quæſtionibus: quaſi ſit defenſor quæſtionum.

A' rationibus, dicitur ille qui præeſt rationibus faciend[...]

A rege, id eſt poſt regem. hoc eſt ſecundus à rege.

A' ſecretè, ſiue A' ſecretis. qui eſt ſecretarius, ſocius ſecretorum, conſiliarius.

A' tergo, dicimus à parte poſteriori membranæ, ſeu papyri, aut alterius cuiuſq; rei. Iuuenalis; Scriptus & à tergo nondum finitus Oreſtes.

A' teſtibus, ſignificat eum qui pro teſtibus eſt, & quaſi defendit teſteis.

A' voluntate, ſignificat eum qui pro uoluntate eſt, & defendit uoluntatem alicuius.

A' uoluptatibus, qui ſtudium habet inue[...]iendi uoluptates. Nam olim Xerxes ed[...]it ſe præmium daturũ ei, qui nouũ uoluptatis genus reperiſſet. Suetonius in Tyberio: Deniq; officiũ in[...]tuit à uoluptatibus præpoſito equite Romano, T. [C]enſonio Priſco.

A AB. AB

A, compoſita plerũq; ſeparati[...] [...]icat. ut Amoueo, Auello. Quandoq; priuatio[...] ut Amens, ſine mente. Sciendum eſt quòd lic[...] A. Ab, Abs, eandem habeant ſignificationem: (ſignificant e[...]d quod apud Græcos ἀπὸ) in adpoſitione t[...] dicimus A' domo, non Ab domo: qu[...] conſonantibus, aut uocalibus uim c[...]ſonantiũ habentibus. ut, [...] rone. A' Ioue, A' Venere. Ab uero, du[...]us liquidis, & i. conſonãti. Ab lege, Ab re, Ab Ioue. L[...] quando q; etiam apud Liuium conſonantibus iungatur. cõnectimus quoq; A. in cõpoſitionibus cũ m, & u, conſonante, ut amolior, auoco. [A]b, cum a. d. e. f. i. l. n. o. r. & u. ut abactor, abduco, ab[e]rro, abſore, ab[...]ro, ablacto, abnuo, aborior, ab[...]go, abundo. Notãtur auſero, & auſugio: in quibus [...], euphoniæ cauſa mutatur in u. Et in compoſitione quidem ab, nonnũquàm ſignificat priuationem. ut abſimilis, non ſimilis. Nonnunquàm ſeparationem, ut in ablacto, auſugio. Ponitur interdum pro extra. ut abducere[...] at, pro contra. ut abuſus, contra uſum. Aliquando ſuperflua eſt ut apud Liuium: Flauius ſupplementum ab Roma abduxerat. In adpoſitione uero, modo motũ de loco denotat. ut, [...]b æthere Chriſtus promicat. Modo ſumitur pr[...] Iuuenalis. Exul ab octaua Marius bib[...]

A, & Ab, ſicut à loco, ita à temp[or]e ſignificant, & ita. ſicut quum dico: Profectus à [F]ládria Parrhiſio[s ...]d ueni. ſignifico me incepiſſe iter à Flandria. ita dicens: A teneris vnguiculis, Ab infantia, Ab ineunte ætate, à pueris, à pueritia. Ab incunabulis, à tenera ætate, à primis annis, à prima la[n]ugine te dilexi. ſignifico dilectionem meam inceptam ſtatim quũ incl[...]t infantia, quum teneri eſſe[...] unguiculi, &c.

Abs, tam in adpoſitione quàm in cõ[m]poſitione iungitur t. ut, Abs te, Abſtinee. Separata etiam q. ut Abſque, Abs quolibet, Abs quiuis. Terentius. Abs quiuis homine, quum eſt opus beneficiũm accipere gaudeas. Componitur autem cum [c], ut, Abſcondo: ſignificatq; retractio[n]em in partem poſteriorem, ſicut in Abſtraho. Et [a]liqua[n]do priuationem. ut in Abſtemius, quaſi ſine temeto Ab, poſita pr[o] ex poni conſueuit. Terentius in Hec[y]ra. Ab teſte ſuã uoluntatem ut expleat, Ex abs, & quæ, ſit compoſitum abſque.

Aaron, nomen pro[pri]um fratris Moyſi[s] [inter]pretatur q; mons fortis, [ſ]iue montanus. E[...]am genus herbæ de qua in Pandectis, ubi de [...] medicinalibus tractatur.

Ab accidentibus, qui accidentia ſcribit. hoc eſt, cui datum eſt, ut occurrentia literis mandet. ut eſt apud Eſdram.

Abacti, dicebantur magiſtratus, qui coacti depoſuerant imperium.

Abactores, qui ſint, quære in dictione Abigeus.

Abaculus, ſumitur pro calculo. Plinius libro.xxxvii. Veluti quum calculi fiunt, quos quidam Abaculos appellant.

Abalienatus, dicitur, quem quis à ſe remouerit, Alienatus vero cui alienus factus eſt.

Abalieno, as, [illegible], abſtraho. Plautus in Curculione, Nec prohibere quid, nec prohibebit, niſi mors animum meum abs te abalienauerit. Hinc abalienatus.

Abana, penultima correpta, fluuius Damaſci in radicibus Libani exoriens, in Syriacũ effunditur mare.

Abanet, penulti. correp. cingulum ſacerdotale (ſicut docet Hieronymus) polymita arte ex cocco, purpura hyacintho contextum, ita vt flores atq; gemmæ in eo viderentur eſſe diſtinctæ.

Abambulo, aſcẽdo. A quo Abambulator, aſcẽſor. Cc.

Abaphus, penultima correpta. Latine dicitur nõ tinctus. Sic Dibapha, dicuntur bis tincta. [illegible Greek] hoc eſt, Quoniam α, priuatiua particula à bapto, tingo [illegible], & coloro, vnde baptiſta, id eſt, tinctoe, & baptæ, id eſt, fucati & ſacerdotes qdam, de quibus Ariſtophanes. Quare baptæ ſacerdotes, vel baptiſta, nihil aliud ſignificãt quàm imerſores.

Abarimon, Scythiæ regio, in qua ſylueſtres homines degunt, auerſis poſt crura plantis, qui maximã habent velocitatem, paſſimq; cum feris vagantur. autor Plinius lib. [illegible]

Abas, antis. per [illegible] nomen eſt Argiuorũ regis proprium. Hic Linceı ex Hypermeſtra coniuge filius, [illegible] bellicoſus, & acerrimi ingenii fuit, & regnauit annis. xxvii, vt inquit Euſeb.

Abaſter, vnus fuit ex equis Plutonis, quo ſignificatur niger. Nã tribus fertur equis, vt eſt in fabulis, quorum primus Metheus dicitur, qui interpretatur obſcurus, ſecundus Abaſter, tertius Nonius, quod ſonat tepens.

Abatos, penultima correpta. Latine dicitur inacceſſibilis. Fit enim ab α. priuatiua (vt diximus) & βαίνω. id eſt, vado. Vnde Abaton dicitur locus ad quem non datur acceſſus, loca quæ vel exuſtione, vel equis adiri non poſſunt. A Græcis dicuntur Abata, Latini vocãt inuia. Ouidius de Parthis.
Gens fuit & terris, & equis, & tuta ſagittis.
Et nõ acceſſ[illegible] inuia fluminibus. In cuius aoriſto eſt ſine augmento more Ionico, βῶν, βῶς, βῶ, [illegible] Id eſt, vnde ἄβατος καὶ ἄβατον. Eſt autem βαίνω verbum anomalum multa ſignificans, uado, aſcẽdo, venio, deſcendo, & plera q; alia. Quo nomine dicta eſt inſula in extremis Aegypti, palude Memphitica poſita, quò ſ ad illum propter limi & papyrorum copiam difficillimus ſit aditus, vbi primũ Nilus magno fragore deſcendit, dicente Lucano lib. 10.
Hinc Abaton, quam noſtra colit venerãda vetuſtas
Terra potens. Hoc nomine etiam vocatus eſt locus vltra Aegyptum & Aethiopas, iuxta paludem quam ſtygem uocant.

Abauus, penultima correpta. dictus eſt pater proaui, q nõ longè abſit ab auo, Sic Abauia, mater proaui.

Abax, abacis. à cuius genitiuo formatus eſt nominatiuus Latinus Abacus. ci. penultima correpta. Quo nomine ſignificatur coquorum tabula. Et etiã menſa, in qua tam ad edendum quàm ad bibendum uaſa exponuntur. In quem ſenſum Iuuenalis dixit.
Vrceoli ſex Ornamentum abaci. Eſt & mathematicorum tabula, in qua lineæ, numeri, figuræ deduci ſolent, Perſius,
Nec qui abaci numeros & ſecto in puluere metas
Scit riſiſſe uafer. Apuleius in Magia, Verũ etiam abaco & puluiſco Deæ dediſſes. Martia. lib. Gc. Abacus nũcupãtes, depingẽdis deſignãdisq; opportuna formis. Ponitur & pro calculis ſupputatoriis, & ſupputandi peritia. Sunt preterea Abaci columnarum ornamẽta, hoc eſt, tabulæ quadræ, quæ ſupponũtur epiſtiliis. [illegible Greek] Dicitur & columna pertica. Poſtea cum [illegible], Vnde Vitruuius libro tertio. ſcribit Abacum debere eſſe longum, & latum quàm craſſa columna eſt. Huius diminutiuum eſt Abaculus.

Abba, per geminum bb, Syra dictio eſt, Latine dicitur pater. quod Apoſtolus expoſuit, In quo clamamus, Abba pater.

Abbarim, penultima correpta. mons excelſus, diuidens terrã Amon & Euphratis à terra promiſſionis contra Hierico, Iordanum uſq; fluuium protẽdens radicem. Inſignis eſt Moſi inclyti Iudæorum duce mortis.

Abbas, batis. ab abba. ſimiliter pater dicitur. Quo etiam noĩe ſignificatur ipſa abbatis dignitas. Sed in hoc diſputatio eſt iter doctiores linguarũ, quòd unico b, ſcribi oporteat cõtra uulgi opinionẽ.

Abbatia, tiæ. à recentioribus capitur tam pro abbatis dignitate, quàm pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniam nimis male ſonat, Græcos imitatus, per th. ſcriberem ſemper, Abbatia, penul. longa.

Abbatiſſa, fœmininum ab abbate. Hieronymus de modo uiuendi. Quum à ſemitis iuſtitiæ deuiant, ipſamet etiam abbatiſſa cognoſcat.

Abdera, penultima producta. urbs Thraciæ, Democriti philoſophi, & Protagoræ ſophiſtæ patria, quam Diomedis ſoror condidit, & à ſe cognominauit. De hac Ouidius.
Aut te deuoueat certis Abdera diebus.
Quidam autem autumant dici ab Abderito Herculis delitiis, à Diomedis equis dilacerato & humato, dum pugnaret Hercules cum Diomede, ibiq; Abderam conditam, ab Hercule. Hæc poſtea collapſa, Clazomene, à Clazomeniis ex Aſia uenientibus (qui eam in maiorem formam redegerunt) uocata eſt. Iuxta quam Byſtonium ſtagnũ fuiſſe dicitur, in quo cuncta natantia demerguntur, unde nomen habet βυθίω, nreo, demergo. Sciendum ab Ephoro dici Abdera, numero plurali tantum, ſecundum Aderon ſingulare. Eſt etiam Abdera nomen ciuitatis in

Hiſpania. Hinc fit nomen proprium Abderita.

Abderitæ, populi Thraciæ ſunt, qui quum à murib⁹ ac ranis vexarentur, coacti ſunt natale ſolum relinquere, & alias quærere ſedeis. Hos Caſſander ſedeis in vltimis Macedoniæ partibus conceſſis, ſuſcepit pactione ſimul inita cum eis de pace, quum ſuam timebat inuaſuros patriam.

Abdias, nomen eſt prophetæ.

Abdico, cas penultima correpta. expello, quaſi longè dico, amoueo. Vnde & Abdicare filiũ dicimus, quod eſt, bonis priuare, & quaſi extra familiam eiicere, dũ pater adhuc viuit. Exhæredatio uero poſt mortem patrũ propriè fieri dicitur. Lactantius lib. ii. Quæ facta quum pater recognouiſſet, abdicauit atq; expulit filiũ. Et Abdicare, eſt renunciare, quod pertinet ad magiſtratum. Liuius libro. iiii. Dictator bello ita geſto, ut tantum non fortunæ defuiſſe uideretur, felicitate quàm gloria maior in urbem rediit, magiſtratuq; ſe abdicauit. Item repudiare. Terentius, Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat. Item negare. Pacuuius in Atlanta, Regno expellunt, conſanguineam eſſe abdicant.

Abdico, cis, penultima producta, xi, ctum, ſignificat abnego, deteſtorq;.

Abdo, dis, didi, ditum, ex ab & do, ſignificat abſcondo. Liuius li. ii. Abdito intra ueſtem ferro proficiſcitur. Vergilius pro includo poſuit, quando dixit,

Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris.

Abdo, indeclinabile. nomen prophetæ eſt, & apud nos ſeru⁹ eius interpretat. Debet pnũciari ſic, ἀβδώ.

Abdomen, pen. prod. ſignificat pinguedinem quæ ſpinæ adhæret, & in qua renes iacent. Dictum quòd abditum ſit. Iuuenal.

Montani quoq; uenter adeſt abdomine tardus.

Cornelius Celſus li. iiii. Ipſa autem ilia inter coxas & pubem in imò uentre poſita ſunt à quibus ab pube abdomen ſurſum uerſus ad præcordia peruenit. Plautus in Curculione, Pernam, abdomen, ſuis glandium. Quidam Abdomen intelligũt ſumen, hoc eſt, ſuillas cum lacte ſuo mãmas, à lacte iam fugato & abdito, ex uicino ſumpta occaſione, quum abdomẽ interius ſit, ſumẽ uero exterius. Plinius lib. ii. Huius & ſumen optimum, ſi modo fœtus non hauſerit, eiectitiæ deterrimum antiqui Abdomen uocant.

Abduco, cis. penult. produc. ſignificat inde, ſeu extra duco Salluſt. Reliquos Catilina per monteis aſperos magnis itineribus in agrum Piſtorienſem abducit. Lactantius lib. iiii. pro uiolenter ducere poſuit, atq; abſ gere. Poſtremo capti, abductiq; Babylonẽ, pœnas impietatis ſuæ graui ſeruitio perpenderunt. Sic Curtius, quum ait, Armẽtum omne abductum. Interdum Abducere, eſt à loco uel à perſona abſtrahere, alienare. Q. Mete. Me interea nec domeſticus dolor, nec cuiuſquã iniuria à republica abducet. Cicero lib. i. Tuſculanarum quæſt. per tranſlationem dixit. Magni eſt ingenii reuocare mẽtem à ſenſibus & cogitationem à cõſuetudine abducere. Interdum ponitur pro ſimplici. Liuius. Flauius ſupplementũ omne ab Roma abduxerat.

Abecedarius, qui per alphabetum aliquid ordinat. Auguſt. in Pſalmorum expoſitione. Quod multò diligentius factum eſt, quàm nonnulli vel latine uel punice (quos abecedarios uocant pſalmos) facere conſueuerunt.

Abel, Hebraice, Latine luctum dicere poſſumus. Nã quia primus omnium hominum luctum parẽtibus intulit, hoc nomine ab eis diuina quadam prouidẽtia fuit adpellatus.

Abellinæ, penultima producta. dictæ ſunt auellanæ, ab Abellino Campaniæ oppido, ubi abundant.

Abemo, compoſitum ab Ab, & emo. ſignificat quaſi adimo, quod dictum uidetur pro abimo. Plautus.

Abemito ueſtem. Cc.

Abeo, is, ui, uel ii, itum, diſcedo. Liuius li. i. Ex eo locutus ſublimis abiit. Inde Abitus, & Abitio, p diſceſſu. Ter, in Heauto, Propter eã hæc turba atq; abitio uenit. Et Abire dicitur, quod nos paulatim deſerit. Idem in Adel. Menſes abierunt decem. i. effluxerũt. Et Abi dicimus, quaſi hærenti, morãtiq;, Idem, Vos iſthæc intrò auferte, abite.

Abereco, ces. ex ab & areeo. ſignificat phibeo. Plautus. Atq; eam aberect domo.

Aberro, ras. ualde erro, longè digredior. Lact. li. iiii. A quo hi duo riui ſi aberrauerint, areſcant neceſſe eſt. Cic. li. v. Tuſcu. qõnum, Sed redeat unde aberrauit oratio. Inde aberratio, pfugium. Idẽ Caſſio. Verũtamen aliam aberrationẽ à moleſtiis nõ hẽmus.

Aberunco, as. componitur ex duabus præpoſitionibus. ſcilicet è, cum runco, & ab, cum eruneo. Runcare uero eſt uellere. Nam proprie de herbis dicitur quum euelluntur. Columel. li. ii. Frequenter tamen exigunt ſarritionem, & runcationem, ut herbis liberentur. Erunco, ſimiliter. Idem de medica. Quum eruceris eam, ſæpius irrigato. Paucos deinde poſt dies ubi cœperit fructicare, oẽs alterius gñis herbas erũcato. Aberunco autem per tranſlationẽ Cic. de Fin. poſuit pro auerto, depello, euerto. Dii malint melíora, atq; utinam amentiam aberuncaſſint meam.

Abeſſa nomen eſt iudicis Iſrael, interpretatur, pater ſcuti, aut pater frigiditatis.

Abfore, penultima correp. ſignificat abſuturum eſſe. Quæ duo per b ſcribuntur, ne ſi per geminum ff, ſcriberentur, compoſita quis crederet ex ad, quæ oppoſitum ſignificarent. Nam ut illa non futurum dicũt, quum ab tempus deneget, ſic iſta cum ad, uenturum tempus deſignant. Ouidius,

Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus.

Licet Strabo lib. i. Thebaidos, accipere uideantur in ſignificatione præſentis.

Senſit manifeſto numine ductos

Affore, quos nexis ambagibus augur Apollo.

Sic Abforẽ, p Abeſſem, Afforẽ, pro adeſſem. Verg.

Atq; utinam rex ipſe noto compulſus eodem

Afforet Aeneas.

De aliis à Fore compoſitis, uide in dictione Forẽ.

Abgrego, gas. pen. correp. ab grege duco, uel ex pluribus gregibus parteis ſubduco. Huic contrarium eſt

Adgrego, quod eſt addo, & quaſi in gregem duco. Diſgrego vero & Segrego, pro diſiſigo poni ſolent, quibus contrarium eſt Congrego.

Abhinc, vna pars, & cum adcuſatiuo ſignificat antehac. Terentius in Andria, Interea mulier quædam abhinc triennium ex Andro commigrauit huic viciniæ. Sic dicimus, Abhinc decem annos. pro ante decem annos.

Abhorreo, res, rui, modo cum accuſatiuo, modo cũ ablatiuo iungitur. Liuius libro quarto. Parum abhorrens famam ampliatam, Suetonius de Auguſt. Nam pumillos atq; diſtortos, & omnis generis eiuſdẽ, ut ludibria naturæ maliq; ominis abhorruit. Lactantius libro tertio. Nõ eſt ſapientia ſi cœtum hominum abhorret. De ablatiuo abunde reperiuntur exempla. Nec mirum ſi adcuſatiuum regit & ablatiuum quoniam, eius ſimplex horreo duplici ſignificatione fungitur. hoc eſt, horridus ſum. Hieronym. Horrebant ſacco membra deformia. Significat & timeo. Vergilius lib. iii. Georgicorum,

Nec varios horret ſtrepitus.

Et in altera ablatiuo, in altera adcuſatino cõſtruit. Hoc facit Abhorreo, cuius ſignificatio duplex eſt, duplicíq; caſu conſtruitur. Quum enim adcuſatiuo iungitur, in ſimili ferei ſignificatione ſumitur q̃ horreo. Tunc enim quaſi rem proximam audire uel adſpicere id pertimeſcimus execramurq;. Quum uero ablatiuo, tunc procul nos eſſe ab eo quod non placet, vel quod refugimus demonſtramus. Vt ſi dixero, Hanc rem abhorreo. ſignificat execror, & pati nequeo. Abhorreo ab hac re. id eſt, alienus factus ſum, uel, procul eſſe volo. A multis enim procul eẽ volumus, ut à rebus Venereis, licet noſtris ſenſibus plerunq; odioſæ non ſint, ſed animi moderatione ab illis abeſſe ſtudemus, ne nobis officiant. Fortè decepit Laurentium Vallam Ab præpoſitio, quæ ablat. exigere videtur. Sed ſi hoc in plerisq; verbis fiat, non tamen in omnibus, ſicut in aboleo, abluo, & huiuſcemodi, quæ adcuſatiuum non ablatiuum poſtulant. Ambroſius lib. I. Officiorum, hoc verbo vſus eſt abſolute, quum inquit. Legimus officiũ dici à nobis poſſe, nec ratio ipſa abhorret, id eſt, aliena eſt, quandoquidem ab efficiendo dictum putamus, quaſi efficium. Cicero pro Cluentio, Nemo illum aditu, nemo cõgreſſione, nemo ſermone, nemo conuiuio dignum iudicabat. Omnes adſpernabantur, omnes abhorrebant, omnes ut immanem ac perniciosam beſtiam peſtemq; fugiebant.

Abhorreſco, valde timeo, ſeu in horrorem habeo, & quaſi videre non patior. Lactantius de Ira, Quem terra contremiſcit, cœlumq; & mare, & latebræ tartareæ, & dæmones abhorreſcunt.

Abhortor, Cornucopiæ idem vult quod exhortor. Sed contrariũ putem, idemq; ferè quod dehortor.

Abias, nomen regis Iudæ, Interpretatur, pr̃ maris.

Abiecto, ctas, frequentatiuum. ſignificat frequenter abiicio.

Abiegnus, a, um, quod eſt materiatum ex abiete, ut Abiegnæ trabes.

Abies, etis, penul. correpṫ. arbor, dicta, quòd præ ceteris arboribus longè eat. Hanc quidam Gallicã uocãt, propter candorem. Hæc arbor pulcherrima in trabibus. ut inquit Plinius lib. xvi. Præcipua autem dos eſt criſpantibus, & intorto quodam diſcurſu uenarum precioſis. Pondus ſuſtinere in ædificiis ualida eſt. Abies etiam in tranſuerſum poſita, renititur põderi, nec temere rumpitur, priusq; carie quàm viribus deficit. Abies arborum altiſſima rectiſſimaq; eſt, cuius pars ĩferior enodis eſt, & ſapinus uocatur, ſuperior nodoſa duriorq; eſt, & fuſternam uocant, quando præcipit Cato prælum ex ſapino faciẽdum, intelligi vult ex abiete enodi, quæ pars à terra eſt. Huius diminutiuũ eſt Abiecula, Græce dicitur ἐλάτη, forſan ab ἐλάω impello, produco, prolongo.

Abietarius, faber lignarius, negociator. ab abietibus & aliis lignorum generibus. ut apud Exodum, Faciant opera abietarii. Hi etiam materiarii dicuntur à materia, cuius nomine ligna quæ ad ædificandum fulciendumq; neceſſaria ſunt, intelligenda eſſe declarat Iureconſultus.

Abigeatus, tus, ipſe abigendi actus, ſiue crimen abactionis intelligitur.

Abigeus, & Abactor. utrunq; ab abigo, Et eſt Abactor quicunq; greges abducit. Nam Abactores uocantur, pecuariorum animalium fures latrũculi ue. Abigei autem (ut autor eſt Vlpianus) proprie dicuntur, q pecora de paſcuis uel ex armentis ſubtrahũt, & quodammodo deprædantur, & Abigendi ſtudiũ quaſi artem exercent, equos de armẽtis uel oueis de gregibus abducentes. Cæterum ſi quis ouem aberrãtem, uel equos in ſolitudine relictos abduxerit, nõ eſt Abigens, ſed fur potius. Scribit & Claudi⁹, Quãtitas diſcernit furem ab abigeo. Qui. n. unã ſuem ſurripuerit, ut fur cohercebit, qui gregem, ut abigeus.

Abigo. gis, penultima correpta. ex ab & ago. ſignificat rem odioſam, moleſtam, damnoſamq; à loco fugo. ut, Abegi canes à cœnaculo, & aues à ſegete. Quandoq; Abigere, eſt abducere, & hoc ſiue ui ſeu dolo fiat. Liuius, Herculem in ea loca Geryone interempto, boues mira ſpecie abegiſſe ferunt. Refertur quandoq; ad homines, quãdoq; ad res ſpiritualeis. Plautus, Abigam ego iam illũ aduenientem ab ædibus. Leo papa. Abigatur propè terrenarum caligo rationum. Huic ſimile eſt Amoueo, ſed mitius. Plautus, Amoui à foribus maximam moleſtiã. Quãdoq; ſignificat ſimpliciter antepellere, ut fit quum boues ad paſcua mittuntur. Varro libro ſecundo Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum.

Abiicio, cis, penultima correp. & per geminum ii, qa mutatur a, in i, quæ tamen in præterito conuertitur in e. Eſt autem abiicere, à ſe longè iacere, reiicere, uilipendere. Lactantius lib. iiii. Docerentq; iuſtitiam quam populus perfidus abiecerat. Vnde Abiecti, dicuntur, uiles ac contempti.

Abimelech, nomen eſt iudicis Iſrael, & interpretatur, pater regis, ſiue pater meus rex.

Abintegro, penultima naturaliter correpṫ. ſignificat

denuo, quaſi res perfecta rurſus inchoetur.

Abinteſtato, aduerbium. ſignificat ſine teſtamento. ut Talis uel talis abinteſtato deceſſit, id eſt ſine teſtamento.

Abiudico, cas, penult. correp. ſignificat rem de qua controuerſia eſt, per iudicium aufero, alienóue. Vnde ager Abiudicatus à Liuio dictus, ꝙ Romani per iniquum iudiciũ interceperãt, eripuerantq́. Cicero in Verrem actione ſecund. Nulla res cuiquàm tam patria atq; auita fuit, quæ non imperio iſtius abiudicaretur. Huic contrarium eſt Abiudico, quod eſt, per ſententiam & iudicium tribuo, aſſignóue. ut eſt illud, Bra adiudicauit fieri petitionẽ eorum. Paſſim huiuſmodi exempla inuenire eſt.

Abiugo, gas penultima correpta. ꝓprie à iugo alieno. Sed per translationem ſignificat à re cui dicatus ſum diſiungo. Pacuuius, Quæ res ab ſtabulis abiugat certum eſt loqui. Huic contrarium eſt Adiugo quod eſt iuxta iugo, quod fit quum duo boues ad vnum iugum iunguntur. Plautus per tranſlationem dixit, Mater eſt anima, adiugat uoluntatem. Et Lactantius de Opifi. Dei. at enim prouiſum eſt in ſingulis quibuſcunq; fingendis, quatenus ex miniſterio membrorum ad neceſſaria uitæ uterẽtur, & quatenus adiugatia corporibus, & lata ſoboles uniuerſas generatim conſeruaret animanteis.

Abiungo, gis ſeparo, Vergilius lib. iii. Georgicorũ.

It triſtis arator,

Mœrentem abiungens fraterna cæde iuuencum.

Huic contrarium eſt adiungo, gis.

Abiurati, dicuntur, qui uinculo quodam amicitiæ adſtricti ſunt Hi ab aliis deuoti appellantur. Plinius in Prolog. Scito conferentem me autores deprehẽdiſſe. ab abiuratiſſimis & proximis ueteres tráſcriptos, neq; nominatos, id eſt, coniunctiſſimis.

Abiuro, ras penultima producta. ſignificat rem mihi creditam iureiurando nego. Plautus in Curculione.

Egon' à lenone quicquam mancipio accipio, quibus ſui nihil eſt, niſi una lingua, q abiurauit ſi quid creditum eſt. Et Abiurare, eſt contra ius aliquid tenere. Vergilius lib. viii.

Abſtractæ q; boues abiuratæ q; rapinæ.

Ablacto, ctas, a lacte remoueo. Hieron. lib. i. Regũ, Non uadam donec ablactetur infans.

Ablaqueo, queas, à laqueis expedio. Sed in frequentiori uſu ſignificat quod uulgò dicitur diſcalcio. ꝙ fit, quum circum arbores fodimus terram, & radices ſuperiores recidimus, ut magis fructificent. Columella lib. iii. Vinea ueius neque ablaqueanda eſt, ne radices quas in ſummo habent inareſcant, neque aranda, ne radices abrumpãtur. Palladius. Ianuario mẽſe locis temperatis ablaqueãdæ ſunt uites, quod Itali excodieare adpellãt, id eſt, circa uitis codicem dolabra terram diligenter aperire, ut ſolis temporibus & imbribus prouocentur.

Ablatiuus caſus, qñq; pro genitiuo ponitur. Verg. Ila ferax oleo eſt. Quandoq; pro accuſatiuo. ut, Gratior eſt pulchro ueniens è corpore uirtus.

Ablego, gas, penult. produc. inde aliquò mitto. Liuius lib. i, Pueros uenatum ablegauit. Dicitur & de animalibus. Colum. lib. vii. Itaq; quũ ablegabunt, in ea loca ꝓducẽda erũt, qbus nulli ſi ipaſcit pecus.

Ablepſia ἀβλεψία, Latine cæcitas & inconſyderantia, & hẽt accentũ in penultima. γίγνεται καὶ τυφλότης, ὅτι τὸ α στερητικόν ἐστί, καὶ βλέπω τὸ ὁρῶ .i. Dicitur & Typhlotes, id eſt, cæcitas. Siquidem α. priuatiua eſt, & βλέπω adſpicio.

Abligurio, ris, penult. correpta. liguriendo abſumo. Terent. in Eunucho, Itidem patria quia abliguriérat bona.

Abloco, cas, penultima correpta. aliis loco affecto. Vide in dictione Loco.

Abluo, Abluis, uide in dictione Lauo, lauas. Similiter Abluo, quære in eius ſimplici Luo.

Abnego, gas, penult. correpta. maxime negò, quod maxime profiteri debeo. ut fidem, pietatem, & huiuſmodi, quod uulgò renegare dicitur. Lactantius lib. v. Nec enim potuerũt retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tanquàm prodigi atq; rebelles liberi abnegaſſent.

Abnepos, penult. correpta. filius pronepotis, quaſi ſeiunctus à nepote. Eſt enim inter ipſum & nepotem pronepos.

Abnormis, ſine norma. Horatius lib. ii. Sermonum Ruſticus abnormi ſapiens.

Abnuo, nuis, nui, nutum. ex ab & nuo. & eſt ſigno capitis aliquid ſemel nego. quamuis & oculis & manibus id fieri poſſit. Nuere enim apud ueteres pro uelle ponebatur. Vnde Nutus, & Numen, quód eſt Dei nutus, hoc eſt, imperium & poteſtas. Vergilius.

Meuſine numine uenti. Audetis.

Nutus uero ſignificat ꝙ fit oculis, uel capite, uel manibus. Idem,

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Ponitur & pro uoluntate, quæ ex huiuſmodi ſigno declaratur, ſiue adfirmando, ſiue negando. Liuius, Sub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere, nutum eius pro decretis patrum, pro populi iuſſis eſſe. Plinius lib. i. Epiſtolarum, docet Nutum dici, quando annuimus, Renutum, quando, recuſamus. Sic. n. ait. Nã ego quoq; ſimili nutu ac renutu reſpondere uoto tuo poſſum. Suetonius uero in Veſpaſiano, Nutũ accipit ꝓ renutu, quum ait, Adoleſcentulũ fragrantẽ unguento, quũ ꝓ impetrata ꝓfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, uoce &t grauiſſima increpuit, Maluiſſem alliũ oboluiſſes. literaſq; reuocauit. A Nuo fit Nuto, tas, frequẽtatiuũ quod eſt, ſæpe capite huiuſcemodi ſignũ facio. Quãdoq; & Nutare ponit ꝓ moueri, & qũ ruinã minari. Tractũ à motu capitis, ꝙ inclinãdo affirmare, & cõcutiendo negare ſolemus, Vñ nutare ædificia dicimus, quũ male ſolidata ruinã minitant. Transfertur etiã ad animũ, & pro titubare. i. dubitare ſumitur, in quam partẽ uertendũ ſit. Abnuto, penultima produc. eſt ſæpe ſigno capitis abnuentis ꝗppiã nego. Plautus in captiuis. Quid mihi abnutas? Cõtraria huic uerbi Abnuo, ſũt Nuo, Annuo, ꝓ aſſentior, & nutu aſſenſum præſto, faueo. Innuo, ſigno aliquo

uoluntatē meā oſtēdo, ſiue adfirmē ſiue negē aliqd. Terētius, nihil niſi abiens mihi nuit. Renuo, refuto. Nonius inter nutare nuere, & nictare hoc intereſſe ſcribit, quòd Nutare capitis ſit inclinādo, aut in gyrum mouendo, Nuere, narium uel labiorum, Nictare, oculorum pateſaciendo eos, aut claudendo, uel vtrūq; uel alterū. Plautus in Aſin. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat. hoc eſt, Nec capite ſignū faciat, nec facie nutū aſſentiatur, nec oculis quicq̄ īdicet.

Aboleo, les, penultima correpta. leui, uel lui. litum, uel litum ſignificat caſſo, tollo, abrado, deſtruo, ut ne odor quidem eius relinquatur. Lactantius libro primo, Decretum eſt ut hi libri abolerentur.

Aboleſco, ad nihilum redigor. Columel. libro quarto. Eademq; nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus adoleſcit.

Abolla, ueſtis ſenatoria. quaſi abulla, quòd undique ſit bullata. Alii accipiunt Abollam pro ueſte confecta duplici pāno, vt ſcholaſtica, & Græce diploide. Quæ etiam quandoq; pro ueſte militari ſumitur. ut eſt apud Iuuenalem,

Noſcit cui dederat Tyriam Criſpinus abolam.

Quandoq; pro ueſte Cynici philoſophi. Nam Græci milites & philoſophi, palliati ſeu chlamydati incedebant. Vnde Martialis de Cynico philoſopho. Cætera quem nudi tegit uxor abolla grabati. Quemuis χλαμὺς χλαμύδος λέγεται, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, τρέπω · οὖν. ἄρα σημαίνει δ᾽ ἱμάτιον τὸν θερμότητα. hoc eſt, Chlamys, dis. dicitur à uerbo χλιαίνειν, quod eſt tepefacere, litera n, in m, conuerſa. ſignificat autem palliū, calliditatem. Ita ſcribit Nicolaus Actiacus, & Moſchopulus. Et ꝓprie chlæna dicit idēſt ſagum, ſupraueſtisq;. Neque chlamis ſignificat id genus indumenti, quod uulgus adpellat zuponem, nam Græci non habebant, nec in Græcia eis iſtis temporibus utuntur, ut oſtēdit Homerus ubiq; & ideo uidene erres, ſed utebātur (ut ita dicā) uno correcto. ut uidemus in Græcia.

Abominor penultima correpta. ex ab & ominor. de quo infra. Eſt autem Abominari, execrari, faſtidire, & quaſi pro malo omine habere. Plinius. Abominamur receder e aliquo ab epulis ſimul uerri ſolum, aut bibente conuiua menſam uel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimum iudicatur. Græce dicitur βδελύττομαι.

Aborigines, penultima correpta. quaſi ſine origine. dicti ſunt populi antiquiſſimi, qui primi tenuerunt agrum qui nunc populi Romani eſt, qui uagi & ſine latibus erāt, Aut quaſi quòd primi uiſi ſint, tanquā editi ſine patribus, aut quòd ex uaria gentium colluuione mixti erant. Hi poſtea aduentu Aeneæ Phrygibus iuncti, Latini uno nomine adpellati ſunt. Poſſunt tamē & aliarum urbium Aborigines dici primi cultores, uel ſi ſint terra geniti homines à principio ibi commorantes. Liuius, ibi egreſſi Troiani, ut quibus ab immenſo propè, errore nihil præter arma & naues ſupereſſent, quum prædam ex agris agerent. Latinus rex Aboriginesq;, qui tum ea loca tenebāt, ad arcendam uim aduenarum, armati ex urbe atque agris concurrunt. Græce πρωτογενεῖς, id eſt, primogeniti Aborigines uocantur, nomine compoſito ἀπὸ τοῦ πρότερον, id eſt, prior, καὶ γεννάω, id eſt, genero. Dicuntur etiam ἐγχώριοι, id eſt, indigenæ.

Aborior, reris, uel ritis. abortiuum facio. Varro. Vinū quod ibi natum ſit in quodam loco, ſi prægnans biberit, fieri ut aboriatur. Gellius lib. xi. Nituntur ut fœtus quoq; ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur. Hinc Abortus. ta. tum. & Abortus. tus. dictus q̄ nō ſit tempeſtiue ortus. Plinius. Extat in monumentis medicorum. & quibus talia cōiectari curæ fuit, uno abortu duodecim puerperia. Nonius. Aborior etiam abortum facit, quod tamen ab Abordior magis eſt, & hanc inter Abortum & Aborſum ſignat diſtantiam, quòd Aborſus ille dicendus ſit, qui eſt in primis menſibus. quum conceptui exordium factū eſt. Abortus, propè tempus pariendi. tunc enim moritur quod naſcitur. Græce ἐκτιτρώσκω, id eſt. Aborior dicitur, & inde ἔκτρωμα. μήτηρ. Abortiuus dicitur. ab ἐξ, ex, & τιτρώσκω, uulnero. Differt etiā Abortus ab eiectione, quòd hæc grandioris fœtus ſit, Abortus intra quadrageſimum diem contingit. Hūc Græci ἔκτρωμα dicunt.

Abortio, abortionis. Idem quod abortiuum. Gellius lib. iii. Quum abortio quibuſdam non partus uideretur intempeſtiuitas. Per tranſlationem Cicero pro Cluẽtio poſuit. Quæ pecunia mulieri legata à filio, ſi qui natus eſſet eam præſentem Oppianicus nō debitam mulieri ſoluit, ſi hæc ſolutio legatorum, non merces abortionis adpellanda ſit.

Abortio, tis, tiui. immaturum fœtum edo. Columella lib. viii. Nec tamen ea ſola cauſſa abortit, ſed etiam glās quum citra ſatietatem data eſt. Eſt & Abortior uerbum deponens.

Abortiuum, idem quod abortus. Hieron. ad Pammachium. Dum crebris abortiis & experta fœcunditate concep tum, nō deſperat liberos, paſſa eſt aliquid de Rachelis exemplo.

Abortiuus, ua, uum. penultima producta. quod abortum facere poteſt. Plinius. Oſcitatio quidē in enixu lætalis eſt, ſicut ſternuiſſe à coitu abortiuum.

Aborto, tas. eiuſdem ſignificationis cum abortio. Nā ſignificat abortiuum facere. Iulius Firmicus lib. vi. Matheſeos, Abortauit filios geminos.

Abpatruus, Propatruus, & Patruus maximus. idem ſunt id eſt, pater abaui & proaui. Cc.

Abrado, dis penultima producta. de aliquo qdpiā aufero Columella lib. iii. Arida & uetera quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito

Abraam, nomen primi patriarchæ, & Latine pater ſuperorum corporum interpretaſ, quem Deus ab iis quæ uidentur, ad inuiſibilia protrahens, Non uocaberis (inquit) Abram, ſed Abraam erit nomen tuum quia multarum te gentium patrem poſui. Secundū tamen declinationem Latinam Abraamus dicitur, ſed adſpiratur à quibuſdam.

Ab re quaſi præter rem, præter rationem. hoc eſt indecens, præter propoſitum, ſine cauſſa. Suetonius in Auguſt. Et quando ad hoc uentum eſt, non ab re

fuerit ſubtexere, quæ ei priuſquã naſceretur in ipſo natali die deinceps euenerit. id eſt, præter propoſitum, ſine ratione, ſiue inconueniens. Liuius, Hæc ſi omnis diuini humaniq́; iuris memoria aboleuit, noua peregrinaq́; omnia priſcis ac patriis præferendo, haud ab re duxi, uerbis quoque ipſis, ut tradita nuncupataq́; ſunt, referre.

Abrenuncio, cias, ex ab, & re, & nuncio. ſignificat à me renunciando amoueo, renuo. Et tam datiuo quã accuſatiuo iungitur.

Ab re tua, ſignificat à negociis tuis familiaribus, ſeu contra commodum tuum. Terent. in Heautont. Tantum ne eſt ab re tua ocii tibi aliena cures, quæ nihil ad te attinent? Huic contrarium eſt. Ex re tua, quod eſt, ex utilitate & commodo tuo. ſicut E re publica, ex utilitate & commodo publico. Idem dicit, E re, hoc eſt, ex utilitate. ut in Digeſtis. Si certum petatur. in principio, è re eſt, &c. Vbi miſerè ſudat iterpres dubitans an legendum ſit herè, pro heriliter.

Abripio, pis penultima correpta, quaſi aufero eſt. Nã de his dicitur quæ auferri poſſunt. ut ueſtis liber, & huiuſmodi. Cicero libro. iii. Offic. Qui abripiunt ab aliis, ut aliis largiantur. Aliquando Abripere, eſt ui abducere. ut uirum, mulierem, iumenta Terentius in Eunucho. Ex Attica hanc abreptam. Cic. ad Quirites nec patiamini me à meis liberis abſtractum, à coniuge abreptum, ab aris focisq́; innocentem proiectum, uitam degere in exilio. Nam ab proprie rei ablationem denotat. Huic contrarium eſt Arripio, quod ex ad & rapio componitur, quæ atractionem ſignificant. Vnde & pro accipio ponitur. Cicero in Catone. Non cani, non rugæ repentè autoritatem arripere poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas, fructus capit autoritatis extremos. Aliquando ſignificat uehementer ad me rapio. ut fit, quum celeri quadam animi corporiſque uehementia ad nos trahimus. Liuius libro primo, Tum Tarquinius neceſſitate iam etiam cogẽte, ultima audere, ipſe multò & ætate & uirib' ualidior medium Seruiũ arripit, elatumq́; è curia, in inferiorem partẽ per gradus deiicit. Aliquãdo ſubitò eleuo. Plautus in Curculione. Vix foras me arripui. Aliquando celeriter rapere, inuadere. Vergilius, Hanc arripe uelis.

Abrodiætus, cognomen fuit Parraſii pictoris nobiliſſimi, quod Latine ſignificat delicatum atq́; elegãtem. Talem autem ſe ipſe putauit, Herculemq́; Lyndi fecit, aſſeuerans cum à ſe talem pictum, qualem ſæpe in quiete uidiſſet.

Abrogati, dicuntur (ut ſcribit Gellius) qui quum ſui iuris ſunt in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, eiusq́; rei ipſi autores ſunt. Sed Arrogatos potius hos dicere oportet, quia & Arrogatio, dicitur ipſa actio.

Abrogo, gas. penultima correpta. infirmo. Seruius. Abrogatur legi, quum prorſus tollitur lex, derogatur, quum pars ſuſtollitur. Cicero ad Herẽnium. Illa defenſio tenuis eſt, quum oſtenditur id factum eſſe quod ea lex ſanciat, cui legi abrogatum vel derogatum ſit. Dicimus autem, Abrogatur legi, & Abrogatur lex. Interdum Abrogare, eſt per rationem auferre. Septem modis ex iure conceſſis fieri conſtat Abrogationem. Primo cõtraria conſuetudine, quæ nota eſt principi. Secundo cõtraria conſtitutione. Tertio cauſſæ ceſſatione. Quarto locorum uarietate. Quinto nimio rigore. Sexto ſi ſ̃cibus occaſionem malignandi habeat. Septimo propter malum inde ſequens. Abrogare cõtrarium eſt Arrogare. Liuius lib. iii. Vt quicquid in tribuniria arrogatum eſſet, id comitiis ibi abrogaretur. Interdum eſt ſimpliciter auferre. Cicero lib. i. ad Herennium, Nam & periculoſum eſt, ne quãdo plus minus'ue dicamus, & ſuſpicionem adfert auditori meditationis & artificii, quæ res fidem abrogat orationi. Derogare uero, eſt quando aliquid partim tollitur, uel detrahitur.

Abron, onis. proprium nomen uiri, qui ob nimiam uitæ mollitiem famoſus euaſit, ἁβρὸς enim Græce, Latine mollis, delicatus.

Abrotonion, nomen mulieris. ab ἁβροῦ τοῦ τρυφεροῦ quod eſt glabrum, ſiue delicatum. Latine amplexibus apta dicitur. In quo uocabulo id iubet adnotare, quæ apud Græcos in on. exeũt, apud nos in um exire. In um autem exeuntia, omnia eſſe neutra, præter mulierũ ꝓpria, quæ feminina ſunt. ut Glyceriũ, Philotium, Euſtochium, & ſimilia. Licet ergo utriq́; ſexui conueniant, ut ſcortum, & mancipium, & pluralia in a. pro hominibus ponantur. ut ſeruitia, pro ſeruis miniſteria ꝓ miniſtris. Et licet flumen notent, ut Rhenum, Cruſthumium. Aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponantur. ut poma apud Tibullum. Aut quamuis animalia (quæ pauciſſima ſunt, & aut maſculina, aut fœminina, aut communia eſſe debent) ſignificent. ut oſtrea, tamẽ quia in um exeunt, aut ſingulariter per um terminẽtur, ſupradicta omnia cenſebuntur neutra.

Abrotanum, penult. correp. herba calidæ uirtutis, Horat. Abrotanũ ægro Nõ audet niſi q didicit dare Sed Actiꝰ Anuiinus lib. i. Simpliciũ multa de Abrotano, & Gale. de Simplici medicina, & Dioſcorides.

Abrumpo, incido, interrumpo, diſſicio, auello. Verg. Geor. iii. Nec ſomnos abrumpit cura ſalubreis. Vnde loca Abrupta, diuulſa, atq́; ob id inuia dicuntur. Diuus Hieron. lib. i. Reg. Perrexit Saul ad inueſtigãdũ Dauid, et ſup abruptiſſimas petras, q̃ ſolis ibicibus puiæ ſunt. Huius ſignificationis eſt Præripio.

Abs, ſignificat id quod apud Græcos ἀπό. Et (ut in litera A. tactum eſt) gaudet præponi incipientibus ab q. & t. Terẽtius. Abs quiuis homine beneficium accipere gaudeas. Sic dicimus Diligor abs te.

Abſarus, amnis Armeniæ in pontum defluens, qui eũ Pariedris montibus Armeniã minorem claudit. Cc.

Abſcedo, dis. pen. prod. ex abs & cedo. ſignificat recedo. À quo Abſceſſus, & Abſceſſio, quę ferè idem ſignificant, quum tamẽ Acceſſus & Acceſſio ſæpe differant. Nam acceſſus eſt aggreſſus, Acceſſio incremẽtum, & interdum aggreſſio, de quibus alibi latius dicemus, Aliquando tamen Abſceſſus dicitur, concurſus mali humoris in aliquam partem corporis, ex quo ſuppuratio ſit, quam Græci uocant apoſtema.

Abſcido, dis penult. pđ. ex abs & cædo, ſed æ. diph-

thongus uertitur in i productum ſignificat inde ſe-co.ut eſt illud, Et abſcidit auriculam eius dextram. Quod tamen media correpta quidam pronunciant tanquam ab Abſcindo ſic præteritum, cuius media interdum corripitur,ut Aeneidos.iii.

Heſperiũ Siculo lat⁹ abſcidit,aruaq́; & urbeis &c. Quinetiã frequentior eſt uſus uerbi Abſcindo quã Abſcido quum contrà Præcido frequentius quàm Præſcindo reperiatur.

Abſcindo,dis.inde ſcindo. Iuuenalis.

Quid tamen expectant Phrygio quos tẽpus erat iã Mo.e ſuperuacuam cultis abſcindere carnem?

Abſcio,is.Abſcire,eſt de memoria exire.Deſcire autem (ut ſuo loco dicemus) eſt ab obedientia prioris ducis diſcedere.

Abſcondo,dis.di.ditum,uel abſconſum,occulto.Vn de Abſconſum,abditum,occultum.

Abſens,& abſente nobis.uide abſum.

Abſentaneus,nea.neum quod in abſentia fit.

Abſentia,ab abſens fit.

Abſentio,tis.ſi.ſum.ſignificat diſſentio,Nam qui minime conuenit,abſentire uidetur.

Abſento,tas.abſitẽ facio,ſeu abſens ſum.Claudianus. Et dura de matre queri,quæ tale receſſu, Maluerit damnare decus,ueritamq́; Dearum, Colloquio patris procul abſentauerit aſtris.

Abſimilis multum diſſimilis Columella lib.iiii.Materiam fructumq́,niſi quòd duplicem,non abſimilem minor germanæ gerit.Frequens autem eſt huius uocabuli cum negatione uſus.ut haud abſimilis,&c.Quæ loquutio figurata eſt.& ferrè per liptoten plus innuit,cum minus dicat.ut hic,Non abſimilem dixiſſe uidetur,pro planè,& multum ſimilem.

Abſis,ſidos,ſiue Græcorum Hapſis.fornix & curuatura propriè in curribus ἀπὸ τοῦ ἅπτειν,id eſt,tangendo.licet multa ſignificet,quia rotæ quum uoluunt contingant terram.Sed in cœlo Abſides capiuntur pro circulis. ἁψὶς ἁψῖδος, pro macula retis.ut Homerus lib.v.Iliados,eſtq́; curuatura rotæ,ſcilicet lignum ſupra rotas tenens ſcala,imò curuatura rota rum in qua figuntur radii.ut Heſiodus lib.ii.

Ἀξονα δ' ἑπταπόδην,μάλα γάρ νύ τοι ἄρμενος οὕτω
Εἰ δέ κεν ὀκταπόδην ἀπὸ καὶ σφῦραν κε τάμοιο
Τρισπίθαμον δ' ἁψῖν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ.

Id eſt,Et axem ſeptem pedum,ualde enim uti q́; tibi ſufficiens fit.Si autem octipedalem etiam malleum abſcinderes,trium palmorũ aſpidem,decem lignis compacto currui.Ita ſunt de verbo ad verbum tra ducta.Sed quoniam locus iſte Heſiodi eſt dubius, videamus interpretem.Manuel itaq́; Moſcopulus interpres ibi ſic ſcribit. Εἰς κατασκευὴν δὲ ἁψῖδος τῆς τριῶν παλαιστῶν ... τὸν τροχὸν ... ἔχοντα.hoc eſt, Ad adparatum autem abſidos,diuide lignũ trium palmorum,gratia currus duodecim palmorum,uel ut facias currum,ſiue reuolutionem currus,duodecim palmorum habentem diametron. Sed Demetrius Moſchus dicit,Quid eſt dicere hoc?Intellige autem tu textum(qui eſt clariſſimus)ſic,Trium ſpithamarum latitudine diametri in circumferentia rotæ inci de curuaturam rotarum,quia non ſunt graues bobus ad trahendum,inde dico currui compacto ex decem lignis,id eſt,qui currus fit ex pluribus lignis Et decamus eſt numerus qui eſt perfectus.Nã δοῦρα dicitur lignũ,Sed Doriee ου.uertitus in ω.& dicitur δῶρα lignum quamuis ſit etiam genus mẽſuræ, Spithama,eſt menſura à cuſpide pollicis ad extremitatem annularis digiti.

Abſiſto,abſiſtis.à loco,ſiue ide diſcedo. Vergilius. Nec prius abſiſtit,quàm ſeptem ingentia uictor Corpora fundat humi. Huic contrarium eſt aſſiſto.Sed quum locus exprimitur,abſcedo tantum ſignificat. Idem lib.vii.

Centum ærei claudunt uectes,eternaq́; ferri Robora,nec cuſtos abſiſtit limine Ianus.

Quando q́; Abſiſtere ponitur pro deſiſtere, deſinere,abſtinere.Liuius libro.ix.Legatos miſere ad conſulem Romanum,ut receptis equitibus,qui cauſſa belli eſſent,abſiſteret obſidione.Claudianus. Abſiſte rogari. In quorum ultimo exemplo non uidetur ita verbi proprietas obſeruata,ut in ſuperioribus.Nam ſiſtere non eſt abſolute ſtare aut præſentẽ eſſe,ſed facere ſtare aut adeſſe.unde eſt illud poetæ,Annã chara mihi nutrix,huc ſiſte ſororem.Quocirca Abſiſtere non tam eſt deſinere,ut in Claudiani exemplo , pro quo ſæpius deſiſtere uſurpaſ,quàm abſcedere,ut in Liuiano dicto.

Abſoleo,es.penult.correp.Abſolere eſt abuſu receſdere.vñ Abſoletus locus,neglectus & ſordidus dr.

Abſoluo,abſoluis.q ligatũ erat,nõ ligatũ facio,ſed dicimus,à uinculis peccatoꝶ noſtrorum abſoluat nos omnipotens & miſericors dominus.Interdũ ſignificat perficio,finio.Gel.lib.ii.Septima ferè hebdomade.i.nono & quadrageſimo die,totos homo in utero abſoluiſ.Itẽ abſoluere,eſt parcere, & precio reddito dimittere,liberare Liu.lib.ii.Latæ deinde leges,q̃ cõſulẽ ſegni ſuſpitione abſoluerẽt.i.liberarẽt.Sed quũ de peccato,ſiue de peccati pœna agiſ, genitiuũ regere poteſt.Cic.lib.ii.ad Herenniũ.Cæcilius iudex,abſoluit iniuriarũ illũ q L.Acciũ poetã in ſcæna nominatim leſerat. Pli.lib.xiiii.Inuenimus Egnati uxorẽ quũ uinũ bibiſſet è dolio,iterfectam fuiſſe à marito,eũq́; cædis à Romulo abſolutũ.Itẽ euadere. Plautus in Amphitryone.Curauit uno ut fœtu fieret,uno ut labore abſoluat ærumnas duas. Item expedire.ut apud eundem in Curculione.Sequere hac,te abſoluam,qua adueniſti gratia.Et in Epidicis.Te abſoluam breui.Hinc abſolutio(teſte Cicerone lib.i.de Inuentione)eſt, per quam omnia quæ incidunt in cauſſam,genera(de quibus poſtea dicendum eſt)amplectimus partitione.

Abſoluta,iuridicialis conſtitutio eſt(teſte Cice.lib. Inuentionum ſecundo)quæ ipſa in ſe,non,ut negotialis implicite & abſcond.te,ſed patentius & expeditius recti,& non recti quæſtionem continet.

Abſono,abſonas,penultima correpta.diſſono,male ſono uide in dictione Sono.

Abſonus,na.num.penultima correpta.quod eſt par
ui ſoni,& ferè ſine ſono.uel non recte ſonans, ſiue
nihil cõgruens,ſed aduerſans. Liuius lib. I. Hæc fer
mè Romulo Regnante domi,militiæq́ geſta,quorũ
nihil abſonũ fidei. Cicero proprie, Sed ſunt quidã
aut lingua ita hæſitantes,aut ita uoce abſoni.

Abſorbeo,abſorbes,abſorbui,abſorbitum.& Abſor
bo,abſorbis,abſorpſi,abſorptum.ualde, ſiue in to-
tum ſorbeo,deuoro,deglutio,conſumo. Macrobi-
us lib. v. Saturnalium ſuper hemiſtichio illo Vergi
liano. Et cãpos ubi troia fuit Ecce pauciſſimis
verbis maximam ciuitatem hauſit & abſorpſit, non
reliquit ille nec ruinam.

Abſq́,præpoſitio ſeparatiua eſt.ut,abſq́ pecunia dif
ficile vitam traducas, Aliquãdo eſt aduerbium. Te-
ren.in He[illegible]àm fortunatus ſum cæteris rebus
abſq́ un[illegible]oret hanc matrem habens. Vbi poti
us legetur abſq́ una hæc foret,quàm hac foret.nam
ſenſus eſt,abſq́,id eſt,niſi hæc una,ſcilicet res,uide-
licet coniunx ex alieno (ut tſic putabat) pariens eſſet.
Et licet Abſq́ eſt ſeparatiua præpoſitio,ab tamẽ &
abs,paſſionem aut diſceſſionem notant.ut diligor
abs te,diſcedo abs quolibet improbo. Cæterum ab
abs,& au,nihil differre uidentur,præterquàm in cõ
ſonantia. Nam uni uerbo in diuerſis temporibus,
non mutata ſignificatione,præpoſita per compoſi-
tionem comperiuntur. Dicimus enim in præſenti,&
eius temporibus aufero,auferebam,auferam,aufer,
auferre &c. In præterito autem,& inde deductis,
abs.ut abſtuli, abſtuleram, abſtuliſſem,abſtulero,
abſtuliſſe. Porrò in ſupino,& ab eo natis,ab.ut ab-
latum,ablatu,ablatio,&c. Mirum autem eſt, quòd a-
tq́ particula,quæ cum aliis ſignificationem auget,ſi
ue affirmatiuã, ut atq́,ſiue negatiuam,ut neq́, cum
abs poſita mutet. nã abſq́ ferè idem eſt quod ſine,
ſed de his ſatis eſt.

Abſtemius,qui ſe à temeto,id eſt,uino abſtinet,com-
ponitur ex abſtineo & temeto. Sed nota quòd ali-
ter ſentio quàm latini in hac dictione,quoniã μέθη
Græce dicitur ebrietas. Vnde per literarum tranſpo
ſitionem,addendo ton, Latini dixerũt temetõ,ergo
prima eſt longa, & cum th,ſcribi oportet, quia for-
taſſe aliquis interrogaret,quæreretq́ inde θήμιον eſt
ἀπὸ γίνεται,ἀποθήμιον,id eſt,themios, cum apo fit
apothemios,ſed eliſa o,uertitur π,tenuis in ſuã aſpi
ratam, & dicitur ἀφθήμιον, aphthemius. Non ergo
temeton dicitur,quòd tentat mentem,neq́ ſic ſcribi
debet abſtenius,niſi ob eam regulam Latinorum,
quòd Græca parte in Latinum detorqueantur,po-
ſtea in fœminino dicitur Abſtemia. Ouid.lib.xv.
Clitorio quicunq́ ſitim de fonte leuauit,
Vina fugit,gaudetq́ meris abſtemius undis.

Abſtentus,à Cypriano ponitur pro excommunicato.
quum ait. Qui non tantum abſtic abſtẽtus, ſcilicet
abs te illic nuper de eccleſia pulſus eſt.

Abſterreo,es.ſignificat amoueo,repello,prohibeo.

Abſtinentia,eſt uirtus,qua ab alienis abſtinemus,ni-
hil cuiquam eripientes.

Abſtineo, abſtines, penultima correpta.ex abs & te-
neo,ſignific. tempero,& ferè contineo. Terent. Nõ
manum abſtines maſtigia. Cicero in Verrem actio-
ne ſecunda. Hoc munus ædilitatis meæ populo Ro-
mano ampliſſimũ pulcherrimumq́,polliceor, mo-
neo,prædico,ante denuntio, qui aut deponere aut
recipere aut accipere aut polliceri aut ſequeſtres aut
interpretes corrumpẽdi iudicii ſolent eſſe, quiq́ ad
hanc rem aut potentiam,aut impudentiam ſuam ꝓ
feſſi ſunt,abſtineãt in hoc iudicio manus animosq́
ab hoc ſcelere nefario. Iungitur quandoq́ genitiuo.
Horatius lib. iii. Carmi.
Mox ubi luſit ſatis,abſtineto dixit irarum.
Quandoq́ ablatiuo cum præpoſitione. Plautus in
Amphytrione. Qui poſſum hic foris à me,ut abſti-
neat manum. Iuſtin.lib. I. ſine præpoſitione dixit.
Contentiq́ victoria,imperio abſtinebant.

Abſto,abſtas,abſtiti.abſtitum & abſtatum,ſignificat
longè ſto. Ouid. tamen libro. x. Metamor. Abſtit
pro abſtitit.
Halcyone lachrymas,& quæ par admonet abſtit.

Abs utiq́ uel abs,ideo priuationem ſignificat, quo-
niam quantum poſſunt Latini uel à Græcis acci-
piunt,uel Græcos imitantur. ὥσπερ τῷ παραδείγματι σῖτον, καὶ σὺν ἀπὸ γίνεται ἀπόσιτος, οὐ ποιητικῶς ἀλλὰ κοινῶς, οὕτω φορτίζω ἀποφορτίζω, φάσκω ἀποφάσκω, hoc eſt,ut in exemplo nomen ſiton, id eſt,
cibus,& cum apo fit apoſitos, non poetice, ſed ꝯ-
cõmuniter, ſic phortiſo, id eſt onero, apophortiſo,
id eſt exonero, phaſco,id eſt dico,apophaſco, id eſt
nego. Et nota quòd ſto ſtas in compoſitione facit
apud grauiſſimos autores,ĩ præteritis aui,ut reſto,
reſtis reſtaui. ut Propertius.
Si quid reſtauerit umbras.
Sic etiam multi alii antiqui ſcriptores,ſed ne in tam
friuolis longior ſim,pro manifeſto adprobatoq́ re-
linquimus,ſed ſit ut lubet,manifeſtum eſt,quòd abs
uenit à Græco,ut uidimus ſupra & etiam ſto ſtas ab
eodem fonte Græcorum deducitur. ut ἱστάω ἵστημι, κατὰ ἀφαίρεσιν, id eſt,hiſtao hiſto,ꝑ aphæreſin, ſto La-
tini dolauere.

Abſtorqueo,uide Torqueo.

Abſtractum.ab abſtraho fit, unde id dicitur quod
ab alio trahitur.

Abſtraho,quaſi per uim,aut arte aliqua aufero. Cice-
ro libro ꝑimo Tuſcul. Certe ſi tunc occidiſſemus,
mors nos à malis,non à bonis abſtraxiſſet. Huic cõ
trarium eſt Attraho.

Abſtrudo,dis,penultima prod. ex abs & trudo,ſigni-
ficat abſcondo uel claudo. ſed Seruio autore diffe
runt,quòd Abſcondere ſit de induſtria, Abſtrudere
à natura. Vergilius,
[illegible]ens ſilicis,abſtruſum excuderet ignem.
[illegible]tus in prologo Aului. Atq́ aulæ timens domo
[illegible]datam uariis abſtrudit locis. Idem ibi in argumẽ
to, Auro formidat Euclio,abſtrudit fores.ideſt,clau
dit.lege obſtrudit.

Abſtulit,ab aufero præteritum eſt,ſignificatq́ aſpor
tauit,ademit,eripuit.uel à tollo.

Abſum,longè ſum,diſcedo,eſt eadẽ ratio in hoc uer-
bo com-

bo compoſito, quam diximus in verbo illo abſto, abſtas, quoniam abs more Græcorum, mutat ſignificationem in dictionibus, & facit per contrarium ſignificare ſum. id eſt, præſens exiſto, ſed abſum. id eſt, non ſum hic. Salluſtius: Neq; animus, neq; corpus à nobis aberit. Aliter Liuius: Romana caſtra; inquit, viginti milium ſpacio aberant. hoc modo Columella. lib. vi. Tabulata inter ſe minus trinis pedibus abſint. id eſt, diſtantia ſint. Hinc Abſens: ſicut à præſum præſens. Vlpianus: Abſentem accipimus eum, qui nõ eſt in eo loco, in quo petitur. Non enim trans mare abſentem deſyderamus. Et ſi fortè extra continentiam vrbis ſit, abeſt. Cæterum vſque ad continentiam non abeſſe videbitur ſi loco latitet. Abeſſe autem non uidebit, qui ab hoſtibus captus eſt: ſed qui à latronibus detinetur. Paulus: Abeſſe res videtur, ſiue ſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit veluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa pictura: quoniam earum rerum precium non in ſubſtãtia, ſed in arte ſit poſitum. Item, ſi eam dominus rem, quæ ſibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abeſſe, etiã ſi id poſtea ita eſſe ſcierit, quia videtur res ei abeſſe, cui precium abeſt. Abeſſe etiam ſcribit Caius, quæ in rebus humanis non ſunt. Dicimus autem more Attico, Abſente nobis, & præſente nobis: pro abſentibus & præſentibus nobis, ſicut aperte aliquis adiutum, apud Terentium in Adelphis, & Plautum in Amphytrio: Nec nobis præſente quiſquàm aliquis auſi ſunt.

Abſumo, abſumis, pen. prod. profundo, cõſumo, quaſi inde ſumo. Ouidius lib. I. Faſtorum,

Quærere vt abſumant abſumpta requirere certant.

Plinius libr. xxvi. Corpora defunctorum condita in eo, abſumi conſtat intra quadrageſimum diem. Iuſtinus, Huius temporibus aquarum illuuies maiorem partem Græciæ abſumpſit. Lucretius, inquit, antequàm annus terminaretur, abſumptus eſt. Huius cõtrarium eſt Adſumo, quod eſt accipio, & ad me ſumo. Cicero, Neque id onus inuitus adſumpſit. Per tranſlationem ſignificat attribuo, vt apud eundem, Si id mihi adſumo, videor id mihi meo iure quodam vendicare.

Abſurdus, a, um, quod eſt diſpar, diuerſum abhorrens, inconueniens, ſtultum, deforme, odioſum, iniquum. Cicero in Lælium: Auaritia verò ſenilis, quid ſibi velit non intelligo. Poteſt enim quicquàm eſſe abſurdius, quàm quò minus viæ reſtat, eò plus uiatici quærere?

Abſynthium, herba amara, quæ in ponto plurima eſt. Ouidius lib. v. de Triſtibus,

Cana prius gelido deſint abſynthia ponto.

Græcè ἀψύνθιον, ἀψίνθιον. Vulgò thus olidum dicitur, hortorum eſt. Theodorus tamen ἀψύνθιον ſcribit. Ab hac herba Abſynthii populi cognominati ſunt.

Abſyrtides, inſulæ ſunt in Adriatico mari. Plin. Hiſtoriarum lib. iii. Abſyrtides à Graiis dictæ, à fratre Medeæ ibi interfecto nomine Abſyrtho. Pomponi. In Adriatico ſunt Abſorus, Celaduſa, Abſyrtis, Iſſa.

Abſyrtus, Colchorum regis filius, quem Medea ſoror lacerauit, iuxta fluuium abſyrtum, in quem conuerſum fuerunt poetæ. Sed aliud ſcribit Orpheus in Argonauticis libro ſecundo, & aliud Apollonius Rhodius, & Lucilius, Theon, & Sophocleus eius interpretes, libro quarto Argonauticorum. Plurimi fuerunt qui apud Græcos Argonautica ſcripſerint, & dicſit Iaſona Medeam ad Phæacas adduxiſſe adhuc intactam, & Abſyrtus frater grandi multitudine armatorum, ſororem eſt & Iaſona ſubſecutus: adeò quòd Arete uxor Alcinoi regis Phæacũ, & ipſe rex determinauerint reddi, ſi intacta eſſet. Quo cognito ſecum dormiuit, & eo modo habuerunt recedendi facultatem, Fuit inſuper Abſyrtus ſcriptor Græcus mirificus, qui ſcripſit de medicandis equis, & de cura animalium, & eorum medicina, eumq; pulcherrimum & emendatiſſimum habet Antonius, oiceomes, uir ut magnificus, ita bonarũ literarum ſtudioſus in Mediolano, & ſtudioſorum fautor ſummus.

Abundantia, opulentia, ſatietas. Abundanter ab abſidans aduerbium. Abunde ab abundo, ſignificat copioſe, ſatis, ſuperq;. Exundare, ualde undare, ſiue alueum exire. Ambroſius: Cito lutum colligit amnis exundans. Inundare, intus uel ualde undare, Id eſt, implere. Idem: Deniq; ebrii putabantur, quibus ſpiritus ſanctus inundabat. Quandoq; abſolute ponitur pro creſcere, & extra alueum uerſari. Plinius, Antequàm Nilus inundaret. Quandoq; pro abluere, & adcuſatiuo iungitur. Idem Agros & ſata inundauit. Hinc Inundatio pro diluuio, & per tranſlationem pro abundantia & multitudine, ut apud Eſaiã: Inundatio camelorum operiet te.

Abundo, as, ex ab & undo (vt quidam aiunt) vnde fiunt Exundo & Inundo. Eſt autem abundare affluere, & ſupra modum aliquẽ quippiam poſſidere. Tractum ab amnibus, qui qò magis augentur imbribus, eò maioribus & crebrioribus undis eriguntur. Dicitur etiam quis abundare, qui ſucceſſu proſpero affluit. Terentius in Phormione: Amore abundas Antipho. Dicimus q; ego abundo pecunia, & pecunia abundat mihi. Statius in Achill. cum adcuſatiuo. Modo ſanguine Teucros Vndabit campos. Hinc abundans, pro diuite, pecunioſo, potente, profluente.

Abuolo, volando diſcedo: ſicut auolo.

Abutor, penultima producta, in uſum conſumo. Plautus in Aſinaria: Vbi illa quæ dedi ante? abuſa: nam ſi ea duraret mihi mulier, mitteretur ad te. Sæpius tamen in malam partem, et perperam, ſiue nimis licenter vtor ſignificat: ut ſit, quum utimur aliqua re contra id, ad quod eſt inſtituta: ut ſi in templo negotia ſecularia tractemus, dicamur templo abuti. Cicero: Noli abuti nimis patientia noſtra. Donatus: Vtimur cum honore, abutimur cum iniuria. Vtimur his rebus, quæ nobis vtentibus permanent: Abutimur his quæ nobis vtentibus pereunt. Ex quo Vſus, & Abuſus videntur contraria. Nam vſui eſt ager, domus. Abuſui vinum, oleum, & huiuſmodi. Cicero: Non debet, inquit, ea mulier, cui vir bonorũ ſuorum uſum

legauit, cellis vinariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Vſus enim non abuſus legatus eſt. Per tráſlationem verò de tempore & labore dicit. Abuti, quum fruſtra tempus in aliqua re magno cum ſudore poſitum contriuimus. Terenti. Nam in ſcribundis prologis, operam abutitur, id eſt, tempore & labore. Dicimus autem Abuti hac re, & hanc rem. Plautus in Bacchi. Nos aurum abuſos. Hinc Abuſus, a, um. Abuſus, us, ui, & Abuſio. Abuſiue aduerbiũ, quod eſt improprie, & contra naturam vſumq́.

Abydæna, dicuntur futilia, ac nulla prorſum digna precio: quòd Abydeni velut molles & laſciui haberentur, & qbus (teſte Eraſmo in Chiliadibus) olim is mos fuerat, ſi quem ciuem aut hoſpitem acciperent conuiuio: præterea in ſacris ac ſolennibus epulis, vt poſt vnguentũ & coronas, infantes à nutricibus inducerent, circũſerẽturq́ ſuauiandi. Obſtrepentibus igit nutriculis & aliis inconditis clamoribus, minus ſuaue ac gratum reddebant conuitium.

Abydeni, populi, ab Abydos ciuitate Aſiæ, qui quum nimium obſidione coanguſtarentur, adeò quòd nulla liberandæ obſidionis ſpes ſupereſſet, mutua multitudinem tanta inuaſit rabies, vt repente proditores rati, qui pugnantes occubuiſſent, perirentq́ aliis alii exprobrantes & ſacerdotibus maxime, qui quos ad mortem deuouiſſent, eorum deditionem viuorum hoſti feciſſent, repentè omnes ad cædes coniugum, liberorumq́ diſcurrerent, ſeq́ ipſi per omnes læti interficerent.

Abydos, penultima producta, vrbs Aſiæ, à Mileſiis condita: Gyge Lydorum rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit. Cui Seſtos in Europa opponitur intercedente anguſto mari, à caſu virginis Helleſponto nuncupato. Id, quum Aſiam ab Europa diuidat Xerxes ponte coniunxit. Hinc Abydenus, na, num, veluti Leáder Abydenus dictus eſt. Vnde & Muſæus. Σηστὸς ἔην, καὶ Ἄβυδος ἐναντίον ἐγγύθι πόντου Γείτονες ἐισὶ πόληες. & ſubdit. ἤ μὲν Σηστὸν ἔναιεν ὁ δὲ πτολίεθρον Ἀβύδου, ἀμφοτέρων πολίων περικαλλέες ἀστέρες, ἄμφω ἴκελοι ἀλλήλοισι. hoc eſt, Seſtos erat, & Abydos contra propè Pontum vicinæ ſunt vrbes. Et ſubdit: Hæc quidem Seſton habitabat, ille oppidum Abydi, ambarum vrbiũ pulchra ſydera, ambo inter ſeſe ſimiles.

Abyla, pen. prod. poteſt tamen eſſe dichrona. Stephanus Byzãtius multa in lib. de populis & vrbibus. Et Dionyſius Liby. Ἀλλά τοι πύματοι μὲν ἀγυιαί ἐισὶν Ἰβήρων γαῖαν ὠκεανοῖο πρὸς ἕσπερον, ἔνθ᾽ αἱ ἄκραι στηλάων ἀβύλην κάτω μὲν τῆς δ᾽ ἀντίπερθε ταρτησσὸς χερσόνησσα. Sed vltimus Iberiæ terminus Oceano proximus eſt ad Heſperam quà præſertim vna ex columnis Abyla viſitur, infra quã vrbs amœna Tarteſſos. Vbi multa Euſtathius ſcribit. Et notandum eſt Alybam dici à Græcis, & non Abylam, niſi dicamus eſſe metatheſi. Sed ſic vt lubeat omnino per y, pſilõ ſcribi oportere, clarum eſt, mons eſt excelſus Calpæ, qui in Hiſpania eſt oppoſitus, quos Ambos Herculis columnas dicunt.

Abylon, proprium nomen Iudicis Iſrael.

Abyſſus, ἄβυσσος, ου, ab α, priuatiua particula & βυσσὸς, fundus, aqua quæ finem ſeu fundum non habet. Eſt & nomen lacus, & Proſerpinæ ſacellum. D. Auguſtinus non modo de aqua, ſed de quauis etiam humida natura dici, autor eſt. Adiectiue profundus, in immenſum patens. Ariſtophanes in Ranis ἐυθὺς γὰρ ἐπὶ λίμνην ἥξεις μεγάλην πάνυ ἄβυσσον, id eſt, Statim enim ad paludem venies magnam, valde profundam.

A ANTE C.

AC, coniunctio copulatiua eſt. vt, doctus ac iuſtus es. Aliquando aduerbium eſt, & accipitur pro quàm. vt, haud ſecus ac iuſſi faciunt. Aliquádo (ſicut docet Donatus) ſignificat cõtra quàm. Terentius in Andr. Neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui dicere. Etiam Ac & Ac ſi venuſte ponuntur poſt périnde acceptum pro ita. vt, ſuperbis périnde ac ſi rex eſſes.

Acabo, pen. correp. animal multum valens medicinæ, in deſertis Arabiæ.

Acacia, à Græcis dicitur ſuccus è pomis expreſſus arboris ſilicon, quam corrupte vulgò ſiliquam adpellant quoniam ἀκακία dicitur Innocentia.

Academia, locus nemoroſus, ab Athenis mille paſſibus diſtans, ab Academo heroe, ut Eupolidi placet. Sic appellatur gymnaſium Platonis celebratiſſimum. Horatius,

Atq; inter ſyluas Academi quærere verum.

Ibi natus eſt Plato, vbi quum philoſopharetur, ſtudẽdi vſu, & diſcipulorum frequentia, morumq́ celebritate inſignis fuit. Vnde Laertius.

Τῶν πάντων δ᾽ ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ᾽ ἀγορητὴς
Ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσογράφος οἵ θ᾽ Ἑκαδήμου
Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι. Id eſt,
Hos inter dux ille Plato celſiſſimus ibat,
Cuius ab ore melos manabat, quale Academi
Arbuſtis lepida modulantur voce cicadæ.

Antea enim per ε, tenue ſcribebatur Ecademia. Vnde Academici philoſophi: ſicut & Areopagitæ, ab Areopago. Fuit & Academia villa memoratu digna ab auerno lacu puteolos tendentibus impoſita littori: celebrata porticu & nemore, quã Cicero Academiam vocabat: ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus eiſdem nominibus in qua & monumentum ſibi extruxerat. Eratq́ Academia gymnaſium inferius, quum ſuperiori gymnaſio nomen eſſet Licæum, quæ & inferior ambulatio & ſuperior dicebantur. Licæum verò à nomine ſcholæ Ariſtotelicæ. Huius nominis Academia penultima producitur à Cicerone.

Inq́ Academia vmbrifera nitidoq́ Licæo.

Sic & in alio verſu Laurræ Tullii.

Atq; Academiæ celebratam nomine villam.

Verum alii ram corripiunt, vt etiam communis vſus ſeruat. Claudia.

In latium ſpretis Academia migrat Athenis. Sidon.
Obruet & quanquàm totis Academia ſectis.

Ratio eſt, quoniã eſt vna de dichronis. Sic Verg. de Sycheo: Hinc Academicus, ca, cum, ut ſectæ Acade-

micæ, hoc eſt, qui Academicos ſectantur.

Acanantide, vel Acanâtida, vetus nomẽ Cypri Inſulæ.

Acanthis, thidis, auis ſtridula, quæ & carduelis quæ ſpinis & carduis paſcitur. Nam ἄκανθα acantha, ſpina, ἀκανθὼν, ſpinctum. Vergilius lib. iii. Georgic.
Reſonant & achantida dumi.
Hæc & Acanthylis vocatur: quæ limo intexit nidum. Alii argathylin vocant. Acanthis leuce, Latine ſpina alba.

Acanthus, puer in florẽ ſui nominis conuerſus. Verg.
Et circumtextum croceo velamen Acantho.
Plin. lib. xxii docet, acanthum eſſe herbam topiariã, lato longoq́ folio margines crepidinum veſtientẽ. Inde ponitur pro flexuoſo ornatu. Quidam putant herbã eſſe ſimilẽ ſpinæ albæ, & habere folia minora & aculeata lanugine. Seruius in Pollione, dixit eſſe arborem ſemper florẽtem, quaſi ſpinis plenam. Nam eſt ſpinoſa, quæ & in Cyrenaica inſula abundat. Vergilius lib. ii. Georgicorum,
Et baccas ſemper frondentis acanthi.
Eſt etiam hoc nomine oppidum in Macedonia, ſiue Aetolio, quæ eſt vrbs Atamanum: in qua mutas eſſe cicadas, Stephanus autor Græcus ſcripſit.

Acapis, penultima correpta, fluuius Aſiæ apud Layos populos.

Acapna, dicuntur ligna quæ ad ignem ſicca habent: quòd ſint ſine fumo, καπνὸς Latine fumus. Hinc genus quoddam mellis quod ad argentarias gignitur, Acapniſtum dicitur. id eſt à fumo purgatum.

Acara, penultima correpta, oppidum eſt in medio Pannoniæ.

Acarnania, Epiri pars quã Achelous ab Aetolia diuidit. In hac eſt oppidum Leucas. Eſt & regio quædã parua in Aegypto, dicta Acarnania, ſicut ſcribit Seruius in librum quinti Aeneidos. Et ciuitas nõ procul à Syracuſis (vt inquit Cicero in Verrem) in qua Olympii Iouis antiquiſſimum phanum fuit.

Acaron, penult. correp. ciuitas Palæſtinæ, quæ Cæſarea vocatur.

Acarpia, fructuum priuatio dicitur, καρπὸς enim fructus eſt.

Acarpos, Latine infructuoſus.

Acaſta Nympha, Oceani & Tethios filia.

Acaſtus, Peliæ Theſſalorum regis filius.

Acatalectos, verſus cui nulla ſyllaba deficit.

Acatalepſia, cum accentu in penultima. Latine incomprenſibilitas dicitur.

Acatiæ, ſpina cuius ſemen lenticulæ ſimile minor eſt tamen & grano & folliculo. Cc.

Acatium, genus nauigii actuarii. Iulius Pollux ſcribit velum in naui maximũ eſſe: ſicut minimum Dolonẽ: tertium, quod retrorſum panditur, Epidromum.

Acauſtos, Latine minime vſtus dicitur. Nam καίομαι eſt ardeo, καῦμα calor intenſus.

Acca, Laurentia, Fauſtuli vxor: quæ Romulum & Remum lactauit, & materna ſolertia gubernauit. Hæc vocata eſt Lupa, eò quòd nobile ſcortum fuerit. Et tales nuncupantur lupæ, ob auaritiam, cauſſa cuius pudicitiam proſtituere. Et inde in hodiernum vſq; cellæ talium Lupanaria dicuntur.

Accedo, dis, pen. produ. aduenio, adpropinquo quaſi iuxta eo. Cuius contrarium eſt abſcedo. Vergil.
Vos & Scylleam rabiem, penitusq́ ſonantis
Acceſtis ſcopulos. Accedere, quandoq; eſt aureis adhibere, curare, & plurimi facere. Nam non ſolum corpore, ſed etiam animo accedere ſolemus. ut, Accedo ſententiæ tuæ, id eſt, adhæreo tanquam bonæ. Quandoq; adiungere, ſed in tertia tantum perſona ſingularis vel pluralis numeri, & in ſignificatiõe paſſiua. ut, Hoc calamitatibus meis, vel ad calamitates meas malum acceſſit. In quo ſignificato quandoque ablatiuum cum præpoſitione damus. Liuius. Hæc tibi à me dotalia dona accedent. Ab Accedo pro aduenio, fit Acceſſus, ſus, ſui. Ab Accedit pro adiungitur, fit Acceſſio, pro adiectione & incremento: quorum contraria ſunt receſſus, & deceſſio. Seneca. Magna rebus noſtris facta erit acceſſio. Inuenitur etiam acceſſio, pro aduentu ſicut deceſſio, pro receſſu. Cicero. Eorum neq; acceſſione vitam meliorem fieri, neq; deceſſione peiorem.

Accelero, ras penul. corr. propero, feſtino, celeriter vado. vt, Accelera vt eruas me.

Accendo, dis, di, ſum, ex ad et cando, a, in e, mutata, licet non ſit in vſu non à candeo, vt quidam putauerunt: quòd habeat ſignificationem neutralem, Accẽdo vero actiuam. Neque à cendo (quod nuſqua legitur) eſſe poteſt. Quoniam quum Accendo in eadem ſignificatione ſumatur cum candeo: (quamuis illud in actiua, hoc in neutra) ex hoc candeo formatum eſſe oportet, à verbo cui ſecundum analogiam aſſimiletur. Igitur cando eſſe cõuenit, non cendo: quoniam ſi cendo eſſet, cendeo faceret, non candeo, Idcirco quum candeo habeamur, & Accendo, ſicut & Incendo, & Succendo ſimplex habere neceſſe ſit, neceſſariò cando (à quo candeo fit) ipſorum ſimplex eſt: quippe quando pleraque huius naturæ verba ſunt, vt ab albo albeo, à duro dureo, à pendo pendeo, & multa alia: quæ neutra deriuatiua ab actiuis eorum certum eſt eſſe, vt apud Priſcianum & Diomedem cernere licet. Eſt autem Accendere, ignẽ excitare, inflammare. Vergilius, His accenſa ſuper Per tranſlationem vero ſignificat animare, & inſtigare. Vergilius,
Martemq́ accendere cantu.

Accenſi, (vt Marcellus ſcribit) genus militiæ erat, administrantibus proximum. Dicti quòd ad neceſſarias res ſæpius accirentur, veluti accerſiti. Feſtus vero ſic. Accenſi dicebantur, qui in locũ mortuorũ militum ſubrogabantur, & ad cenſum adiiciebantur. Sed Varro rectius ſentire videtur, qui docet Accenſos miniſtratores fuiſſe magiſtratuum, ab acciendo dictos, id eſt, vocando. Nam Accenſus inſtar præconis acciebat iuſſu conſulis Quirites ad concionem. Plinius li. vii. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, accenſo conſulum id pronunciante. Erant ſinguli præſidibus prouinciarum accenſi. Quod munus nemini niſi libertis deferebatur: ſicut ſcripſit M. Cicero ad Quintum fratrem: cuius verba ſunt hæc:

Accenſus ſit eo etiam numero, quo eum maiores noſtri eſſe voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris, non temere niſi libertis deferebant. Aſconius autem ſic habet. Accenſus eſt nomen ordinis promotionis in militia, vt nunc dicitur princeps, vel commentarienſis, aut corniculatius.

Accentus, dicitur quaſi adcantus, hoc eſt, iuxta cantũ, quia ad cantilenam vocis nos cognoſcere facit ſyllabas. Græci proſodiam dicunt. ἀπὸ τῶν ... ἀπὸ τοῦ ... καὶ ... ἰῶτα. id eſt, O de ab acides, ab acidin & ante ι, & ο, paruum, in ω, magnum, & ſubſcribit iota. A Latinis etiam tonus, & tenor vocatur: quia ibi ſonus creſcit & deſinit. Diffinitur à quibuſdam, quòd ſit anima verborum: ab aliis quòd ſit uox ſyllabæ. Hos veteres nunc moderamenta, nunc accentiunculas, nunc voculationes adpellabant. Sunt autem tres accẽtus: acutus, grauis, & circũflexus. Acutus, dictus eſt quòd acuat & erigat ſyllabam. Grauis, quod deprimat & deponat. Eſt enim contrarius acuto. Circunflexus, qui de acuto & graui conſtat. Incipiens enim ab acuto, deſinit in grauem. De his apud Priſcianum & Tortellium tractatum eſt.

Accepſo, veteres pro acceperim dixere. Pacuulus. Haud ſinam quicquàm profari, priuſquam accepſo quod peto.

Acceptilatio, eſt liberatio (vt docet Modeſtinus) quæ fit per interrogationem & reſponſionem, qua viriſque contingit ab eo nexu abſolutio. Dicendo enim: Quicquid tibi per ſtipulationem promiſi, vel ex ſtipulato debui, habes ne acceptum? & tu reſpondeas, habeo, acceptum q́; fero, quaſi dicas. Perinde habeo, ac ſi accepiſſem abs te per ueram ſolutionem. Apotheca vero non aliàs, quàm ſi pecunia ſoluta ſit, inquit Vlpianus.

Acceptum, dicitur gratum, iucundum, comprobatum.

Acceptum fero, habeo, pro accepto, & fateor me accepiſſe quod nõ accepi, quum nulla ſolutio interuenerit. Vnde Acceptilatio.

Acceptum refero, vide in dictione refero.

Accerſio, ſis, quartæ coniugationis, & verbum actiuũ quod multi negant inueniri. Sed falluntur, parum ſcripturas attendentes, ſignificat q́; voco. Cicero lib. iiii. Tuſculan. quæſt. Quem Cæcilius Deum, qui non ſummum putet, aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitũ exiſtimet, cui in manu ſit, quem eſſe dementem velit, quem ſapere, quem ſanare, quem in morbum iniici: quem contra amari, quem expeti, quem accerſiri. Liuius quoq; lib. iii. ait: Placere itaq; patrem accerſire. Salluſtius circa finem Iugurthæ: Poſtremò Syllam accerſiri iubet. Sic & in multis locis, quos adducere ſuperfluum iudico.

Accerſo, ſis, ſiui, ſitum, & Arceſſo, ſis, vtrunq; coniugationis tertiæ, ponitur pro euoco, ſeu ad vocandum eo. Actum enim corporis denotãt: ſicut cætera in ſo, terminata. Sed in præterito, non autem in præſenti, ſunt quartæ. Quæ propterea deſyderatiua à Grãmaticis dicuntur, quòd nunquàm ferè eorum verborũ actus ſine deſyderio fiaut. Suetonius in Cæſare: A quo ad accerſendam claſſem in Bithyniã miſſus, deſedit apud Nicomedem. Terẽtius in Andria, Obſtetricem accerſo. Fit autem Accerſo ab accio: Arceſſo vero ab arcio, quod idem eſt: quum apud antiquos (vt Priſcianus inquit) ar, pro ad, poni conſueuerit, vt aruenas, aruentores, aruolare, pro aduenas, aduentores, aduolare dicentes. Vnde oſtendit̃ recte Arceſſo dici ab arcio: quod nós accio dicimus. Claud. lib. iii.

Iuppiter interea cinctam Thaumantida nimbis
Ire iubet, totoq́; Deos arceſſere mundo.

Apud Vergilium tamen lib. iiii. Georg. pro attraho ponit̃, eodem modo quo in pſalmo: Os meũ aperui & attraxi ſpiritum.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemq; ſibi tenuis naſcentem arceſſere vitas.

Ex accio ergo, ſiue arcio, fiũt duo deriuata, Accerſo, & Arceſſo. Quanquam & Arceſſo, ab arceo, pro adcuſo, eſſe poſſit. Salluſtius in Iugur. Quo facilius indicio regis Scauri, & reliquorum quos pecuniæ captæ arceſſebant, delicta patefierent.

Accido, dis penultima correp. ex ad & cado, proprie iuxta cado. Et Accidere, eſt geſtum corporis in humilitatem cadentis oſtẽdere. Suetonius in Cæſa. Ad genua vltro ſibi accideret. Salluſtius fine præpoſitione dixit. Quò accidam Iureconſulti vſurpant Accidere pro mori, vt, Si quid filio meo acciderit, Neruus meus eſto: id eſt, ſi filius meus mortuus fuerit. In tertia pſona ſignificat præter ſpem euenire: & hoc tam in bonum quàm in malũ. Terentius in And. Interea aliqd acciderit boni. Cicero. Nihil mali accidiſſe Scipioni putandum eſt. Hinc fit Accidens participium, & Accidens nomen.

Accido, accidis, ex ad & cædo: eſt extenuare, oblimare, circumcidere, exhaurire. Liuius: Ita prælio vno accidit Veſtinorum res, vt ne Vallo quidem ſeſe tenerent, in oppida dilaberentur. Idem. Quanquàm accíſas res eorum ſatis conſtabat, Græcè ἐκτετρυχῶσθαι.

Accingo, gis, iuxta cingo. Res vero qua quis cingitur, in ablatiuo magis quàm in accuſatiuo poni ſolet. Et vltra ablatiuum datiuum commode habere poteſt. Hieronymus libro quarto Regum. Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus. Interdum Accingere, eſt parare, ſiue expeditum promptumq́; ad aliquid agendum reddere. Vergilius,

Illi ſe prædæ accingunt. Alio modo conſtruendi q́ deprecet̃ regula. vt Accinctus renibus. Vnde Accinctos vocamus induſtrios, expeditos q́;: contrà Diſcinctos, ignauos, incomptos, negligenteis q́; dicimus.

Accio, cis, ciui, vel cii, citum, penultima producta, ex ad & cio, ſignificat aduoco. Vnde Accitus, aduocatus. Hieronymus. Accito notario inquit. Hinc Accitus, tus, tui. Vergilius,

Regius accitu chari genitoris ad vrbem.

Accipio, cipis, capio. Quanquam ab inuicem ſeparantur, ſicut in dictione Capio dicitur. Interdum Accipere eſt audire. Cicero in Catone. Accipite veterem orationem Architæ. Interdum ſentire. Terentius in Hauton. Clinia aliter de amore tuo atque eſt accipis. Interdũ cognoſcere, intelligere. vt, Accipite in

pſte in patriam reuerſurũ. Interdũ cõcipere. Vergilius lib. viii. Aeneid. Alii ventoſis follibus auras Accipiunt redduntq́. Interdum recipere. Lucilius. Sic inquam veteratorem illum veterem lupum Annibalem acceptum. Interdũ tractare, tam in malum quàm in bonum. Terentius. Ego abs te miſeris ſum acceptus modis. Cicero. Roga ipſum, quemadmodum ego eum Arimini accepi. Huius compoſitum eſt Praeaccipio.

Accipiter, ab accipiendis malo modo aliis auibus. Eſt enim auium rapax. Vide in dictione Falco.

Accline, adiectiuum, penultima producta, dicitur flexum, incuruatum, iacens, humile. Et proprie in deſcenſu dicitur. Hieronym⁹. Scabellum accline, & ex una parte obliquum. Dicitur & Acclinus, na, num, ſicut & interclinus, quo uſus eſt Ambroſius in Aegeſippo. Ciuitas, inquit, prærupta undique propè erat, interclinis rupibus.

Acclino, nas penultima producta, ad aliquid flecto inclino. Hieronymus ad Damaſum. Acclinatio noſtra umbroſa eſt. Et Inclino, pro inflecto. Declino, deorſum flecto, quæ à Clino compoſita eſſe conuenit, licet eorum ſimplex non ſit in vſu.

Accliuis, ſiue Accliuus, ua, uum, per u, penultima producta. quod eſt leuiter erectum, & acuminatum, & proprie de aſcenſu dicitur, quaſi in cliuum acuminatum, & pendulum ſurſum. Cuius contrarium eſt Decliue, ſiue Decliuum, quod eſt inclinatum atq; incuruum, pendulũ deorſum. Hinc Accliuitas. Cæſar. Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur.

Accludo, dis, penultima producta. Vide in dictione Cludo.

Accola, penultima correpta, vicinus, aduentitius, qui aduenięs terram colat, id eſt habitet, vt Accola mõtis, qui propè montem habitat. Accola Padi, Accola campi, qui iuxta Padum, iuxta campũ habet domum. Liuius libro primo. Paſtor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus. Verg lib. vii.

Amnisq́; vadoſi Accola vulturni.

Accolo, lis, penultima correpta, apud ſiue iuxta colo & de aquis montibus q; dicitur. Liui. libro quarto. Hi dimiſſis circa omneis populos legatis, qui Hetruſcum mare, quiq́; Tyberim accolunt, ad frumentum mercandum. Plinius libro quarto. Perſæ rubrũ mare ſemper accoluere.

Accommodo, das penultima correpta, adhibeo, adplico, adapto, apte colloco. Cicero lib. ii. de oratore. Aphricano illi ſuperiori coronam ſibi in conuiuio ad caput adcommodati. Idem lib. primo Offic. Qui ſe ad rem publicam & ad magnas res gerendas adcommodauere. Idem. Tantum dabit amicitiæ, ut maturam amici cauſſam ſe eſſe malit, ut orandæ litis tempus quoad per leges liceat, accommodet. Interdum ſignificat procliue, propenſum. Idem. Adſummum Græcorum potius, quàm ad illam vim aut tumultum accommodati.

Accredo, dis. penult. produ. ex ad & credo, uidetur ſignificare ad id quod credit accedo, quale aſſentio ſiue aſſentior, ad ſententiam accedo. Columel. lib. ii. Idq́; etiam non ſpernendus autor rei ruſticæ Saſerna uidetur accredidiſſe.

Accreduo, duis, idem quod accredo. Plautus. Neq; diuini, neque mihi humani poſthac quicquam accreduas Arthemona.

Accreſco, ſcis. Vide in dictione Creſco.

Accubitum, lectus in quo cubatur interdiu. Vnde apud Lampridium de Commodo ſcribitur, quòd non accubuit niſi in accubitis quæ pilum leporinũ habuiſſent, aut plumas perdicum ſubalareis. Hæc Accubita alio nomine dicunt anaclinteria, & apud Florentinos Tuſcanica.

Accubitus, tus, ipſe accubandi actus, ut in Canticis. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis.

Accubo, bas, penultima correpta, iuxta cubo. Suetonius in Cæſare. Theatrũ ſummæ magnitudinis Tarpeio monti accubans. Alias ſignificat diſcũbo. Hinc Accubitor, Accubitrix, & Accubito, tas, frequentatiuũ, ut eſt illud. Dignatus noſtris accubitare toris.

Accumbo, bis, proprie adiaceo, iuxta cubo. Plaut. in Moſtel. Caue modo, ne prius in via accumbas, quã illic, ubi lectos eſt ſtratus quò imus. Et Accumbere, eſt in conuiuio eſſe. Cubabant enim antiqui veſcentes. Cicero Pæto. Accubueram hora nona, quum id literarum exemplum in codicillis exaraui. Aſſignant quidam differentiam inter Accumbere, Diſcũbere, & Recumbere, quæ quoniã apud autores minus ſeruatur, eam omittendam cenſui. Accumbere menſam, eſt ſimul ueſci, & in eadem menſa diſcumbere. Cicero Vatiniũ criminatur, quòd atratus ad mẽſam accumbebat. Apuleius. Nec menſam accũbas.

Accumulo, las, penultima correpta, augeo, amplifico & quaſi ad cumulum addo.

Accuro, ras, penultima producta & per ſimplex r, ſignificat ſtudioſe & diligenter curo. Plautus in Epidic⁹. Remeabo intrò, ut accurrẽtur aduenientes hoſpites. Cicero in Arte ueteri. Melius accurantur, quæ ſine conſilio adminiſtrant. Hinc Accuratus, ta, tum, ubi magna adponitur cura. Gellius. Cultu corporis nitido ue uſtoq́;, nimisq́; accurato fuiſſe. Hinc Peraccuratus. Cicero Appio Pulchro. Peraccurate quærebaris, quòd eos tributa exigere uetarem.

Accurro, ris, per duplex rr. Vide in dictione Curro.

Accuſatiuus, ua, uum, per quod quis accuſatur. Vnde Accuſatiuus caſus dictus eſt, quia per hũc uel adcuſamus vel laudare uidemur. Vnde & laudatiuus dr.

Accuſatorius liber, in quo continentur accuſationes

Accuſatorius uir, qui alios accuſat.

Accuſo, ſas, penultima produ. frequentatiuum eſt ab accudo, ſicut docet Priſcianus. Componitur enim ex ad & cuſo, quod à cudo deducitur. Ex quo compoſita incuſo. Excuſo, & Recuſo. Quanquam non deſint qui dicant Accuſo, ex ad & cauſſa ſeu cauſſor cõponi. Sed magis audiendus eſt Priſcianus, quia magis commoda ſit compoſitio à cuſo frequentatiuo uerbi cudo, quod cuſum ſupinum facit. Eſt autem Accuſare aliquem, quaſi eum apud iudicem pereundere, & hoc per tranſlationem, quaſi malle ad meus

dem pertundere, ut in quam uelit is qui adcuſat formam redigatur. Vnde propric eſt, apud iudicē uel alium, & aliquādo apud illum quem adcuſes, oſtendere aliquem peccaſſe. Dicimus autem, Accuſo te illi, apud illum uel coram illo, magni ſceleris, aut de magno ſcelere. Id obſeruatum ferè cōperi, ut quod peccati nomen exprimi genitiuo, quod minus, ablatiuo poneretur. ut, Te accuſaui homicidii, et alio ſcelere. Incuſare, eſt alterius mores reprehendere, & plerunq; cum querela, quòd ab illo iniuria ſis adfectus. Qui dixerunt, Incuſare de maioribus dici, Accuſare, de paribus, vel minoribus, conuincuntur ab autoribus. Cæſar in primo Comment. Omnium ordinum adhibitis ad id conſilium centurionibus, uehementer eos incuſauit. Diomedes. Incuſante Cicerone, Catilina conuictus eſt. Cornelius Tacitus, Intemperiem cœli incuſantes.

Acedia, Græce ἀκηδία Latine pigritia, triſtitia, tediū, anxietas.

Accdio, dias, anxius ſum. Vn̄ locus in Pſal. Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus. ὅτι κηδῶ τὸ ἀλγέω, καὶ ἀσκέω, χαλεπαίνω, καὶ θλίβω, λιπῶ καὶ τὰ λοιπά. ὅθεν ἐπικήδιον λέγεται, καὶ ἀκηδία ἀμέλεια καὶ τὸ ῥῆμα ἀκηδιάω, καὶ ἀκηδὴς id eſt, Quū Cedo ſignificās doleo, & exerceo, moleſte fero, uexo, & reliqua. vn̄ Epicedion dicitur, & Acedia negligentia, et uerbū Accdeo, & Acedes ἀκηδής, neglectus, inſepultus. ppterea eſt ſyllaba longa, quoniam eſt η. Græcum.

Acedior, diaris, tædio adficio. Hieron. in Eccle. Subiice humerum tuum & porta illam, & ne acediaris uinculis eius.

Acclum, oppidum creditur in Tauriſci agro, unde Acclinus Romanus, ſæuitia famoſus, inter recentiores hiſtorias auditur. Hodie Aſulum dicitur, nunc reginæ Cypri Corneliæ prætorium. Sed fallitur, quoniam eſt oppidum à Patauio ad decimum lapidem verſus Ateſtem & Montagnanam.

Acentra, dicuntur, quæ ſunt ſine punctis centris'ue. Dicitur & Acentreta.

Acco, aces, acui, acidus ſum, acorem ſapio. Cato de Re ruſtica. Vini quadragenæ urnæ dabuntur, quòd neq; aceat, neq; muceat. Hinc componitur Coaceo.

Acephali, hæretici quidam dicti ſunt, quoniam nullus inuenitur autor à quo exorti ſunt. Hi duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & unā in eius perſona prædicant naturam.

Acephalus, penultima correpta. Latine ſine capite dicitur. Nam α, ſine κεφαλή caput. Vnde Acephali uerſus, ſine capite dicūtur, qđ̄ à breui ſyllaba incipiāt.

Acer, aceris, & Aceris, ris, fœminini generis, nomen eſt arboris, à quo fit Acernus, na, num, q̄ eſt materiatum ex ea arbore. Cuius prima ſyllaba corripitur. Vergilius,

Præcipue quum iam trabibus contextus acernis.
Staret equus. Græce dicitur σφένδαμνος. Dicitur & σφένδαμνος

Acernus. Dicta Acer. quod acria in ea artificum ingenia exerceantur. Eſt eni amplifſima arbor, & operum elegantia ac ſubtilitate primum poſt citrum locum obtinet.

Acer, cra, crum, vel hic Acer hæc Acris, hoc Acre, prima producta à quo Acrior, & Acerrimus, proprie ad vinum, acetum, & huiuſmodi pertinet. Nam ſaporis acetoſitatem ſignificat. Columella lib. iii. Radice tenus uitem præſcindito plagam acri aceto pariter ac lotio permixta terra linito, eodeq; radices irrigato. Transfertur ad alia, & modo pro forti ponitur. Verg. li. ix. Haud acrem dubites in prælia poſcere Turnū. Modo pro ueloci, Idem libro quarto.

At puer Aſcanius mediis in uallibus acri.
Gaudet equo. Idem
Calidumq; animis & curſibus acrem.

Modo pro acuto. Cicero, Acri homo ingenio. Modo pro uehementi. Idem in Hortenſium. Aut Philippo breuius, aut Theopompo acrius. Modo pro diligente. Vergilius.

Iam tum acer curas venientem extendit in annum.

Modo pro ſeuero. Cic. lib. i. Offic. Sic nos ſi acres ac diligenter eſſe volumus animaduerſores uitiorū magna ſæpe ex paruis intelligemus. Modo pro aſpero. Idem in Lælio. Nunc idem acerrimus inimicus, Ab Acer fit compoſitū Peracer. Deriuata ſunt Acredo, Acritudo, Acritas, & Acriter aduerb.

Acer, aceris, penultima correp. palea miliacea, à quo Acerofus, ſa, ſum, vt frumentum Acerolum, quod eſt immundum, & non ſine paleis. A quo & panis qui ex eo fit, Aceroſus dicitur.

Aceræ, penultima produ. urbs Campaniæ non longè à Neapoli, Clanius annis præterfluit. Vnde apud Vergil. legitur.

Vacuis Clanius non æquus aceris.

Hinc Aceranus, qui eſt ex Aceris, ſicut Cumanus à Cumis.

Acerbitas, ſaporis amaritudo, cruditas, aſperitas, Infeſtatio, ſæuitia. Cicero Q. Valerio. Syllani temporis acerbitatem Deorū immortalium benignitate ſubterfugere.

Acerbo, bas, aſpero, abominabile facio. Claud. li. ii.

Nec patruo cedunt, ſtimulat communis in arma
Virginitas, crimenq; feri raptoris acerbat.

Huius cōpoſitum eſt Exacerbo, quod eſt ualde acerbo, uel aſpere turbo.

Acerbus, ba, bum, quod non eſt coctum, ſed immaturum. Colu. Vua primò eſt peracerba guſtatu, dē inde maturata dulceſcit. Sic Acerbū vulnus, hoc eſt, immaturum. Vnde & robuſtorum iuuenum Acerbam mortem dicimus, qui difficulter moriuntur. Vergil. libro. xi.

Pallas quem non virtutis egentem
Abſtulit atra dies & funere merſit acerbo.

Tractum à pomis, quæ immatura, non niſi difficulter ab arboribus diuelluntur. Cicero in Catone. Quaſi poma ex arboribus cruda ſi ſint, ui auelluntur ſi matura & cocta decidunt, ſic uitam in adoleſcentibus uis aufert, ſenibus maturitas. Per tranſlationē Acerbus dicitur aſper, infeſtus. Cicero Lentulo. Eo die acerbum habuimus Curionem.

Accro, ras, pen. correp. ab acus pro palea, ſignificat paleis inficio. Vnde Aceratum lutum, quod paleis

Immixtum eſt, ad tuguria facienda. Huius compoſitum Obaccero quod eſt, loquendo alterius ſermonẽ moleſto, impedio, ori obiicio.

Acerra, arcula thuraria, in qua thus reponi ſolet, quo Diis ſacrificat. r. Thuribulum vulgo dicitur. Græci θυμιατήριον dicunt. Alii putant eſſe aram, quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incedebant. Cornutus ſcribit eſſe pateram in qua libatur Verg. Et plena ſupplex ueneratur acerra.

Acerſecomes, pen. corr. Latine dicitur intonſus comam & capillatus. Iuuenalis. Nemo uendit acerſecomes. Ab α, priuatiua particula. & κείρω καὶ κόμη, tondeo hoc nomine dictus eſt Apollo, quòd nunquam radii poſſint à fronte lucis auelli.

Aceruatim, per aceruos. Columel. Quaſi.n. eiuſmodi peſtis incefſit, ſub ſ uis aceruatim enectæ reperiunt.

Aceruo, uas, adcumulo. Verg. ad crimen retulit, pro amplifico. Vel quum ſe pauidum contra mea iurgia fingit
Artificis ſcelus, & formidine crimen aceruat.
Hinc Coaceruo, quod eſt, in totũ uel ſimul aceruo, coniungo. Lact. lib. v. Errores ſuos inſuper crudelibus factis coaceruauit.

Aceruus, molis, adgregatio, & cumulus, proprie minutarum rerum congeries, ue frumenti, leguminis. Plautus in Pſeudolo. Quibus cunctis montes maximi aceruui frumenti ſunt domi. Et aliquando maiorum, ut aceruus ſcutorum. Et ferè ad omnia genera le eſt. Strues præcipue lignorum Strages, cadauerum interfectorum uno in loco iacentium ſiue humanorum, ſiue bruorum. Sarcina utenſilium.

Aceſco, ſcis, accidus [illegible] o Heronymus ad Furiã. Egeſti ſti acientes & morbidos cibos, releuaſti æſtuantẽ ſtomachum. Hinc Coaceſco, q eſt, totus accidus fio.

Aceſinus, penultima prod. fluuius Perſiæ, qui in Indum fluuiũ cadit, magnus & nauigabilis, circa quẽ ferũt harundines tãtæ magnitudinis naſci, ut ſingula internodia incolis præſtent uicem nauigii,

Aceſis, medicis vocatur herba lutea, non tincta. Orobitis dicta à pictoribus. Cc.

Aceſtes, ſtis, uel Aceſte nomen uiri Siculorum regis, cuius Vergilius ſæpe meminit.

Aceſtis, ſtis, fluuius Indiæ nauigabilis.

Acetabulum vaſis genus, quam heminam etiam dicimus. Hero. in lib. Exodi. Parabis acetabula & phialaa. Quintil. libro. viii. Acetabula, quidquid habet & pyxides cuiuſcunq; materiæ ſunt.

Acetare, ueteres p commouere & agitare poſuerũt.

Acetaria, à quibuſdam dicuntur herbæ ſeu cibaria, q̃ ex aceto ſummuntur ad excitandum adpetitũ. Quales ſunt herbæ uirentes, quas aceto oleo q; guttatim inſtillatæ concinnamus. Alii ab accipiendo hoc nomen deriuant. vt Acetaria ſint horti, hoc eſt, hortenſia, quoniam expedita res et parata ſemper ſit. Etiã ſi Græci oxibaphon adpellant, quaſi ab aceto tinctum, ἐλλενιστί γὰρ ὄξος, ὄξινον οἶνος, καὶ βάπτω τὸ ἀπτω, id eſt Græce enim acetũ acidum uinum, & tingo, id eſt in go.

Acetum, acre uinum, quia vel acutum ſit, vel quaſi aquatum. Vinum enim aqua mixtum, cito in hunc ſaporem vertitur. Vel dicitur ab aceo, ces, Colu. libro tertio. Infructuoſas uiteis fœcundas facito, quæ exiguum dant fructum. Acetum agrieo cinere irrigato, ipſumq; codicem linito cinere. Hinc Acetoſus, ſa, ſum, Acetoſitas, & Acor.

Aceum, oppidum eſt Colchidis in ripa Phaſidis. Cc.

Achab, filius amri, regis Iſrael, & interpretatur fratris patris, uel fratris pater, ſiue arula patris.

Achæi, ponti accolæ, Orchomeniorum colonia. Cc.

Achæmenes cum diphth. penultima correpta nomen primi Perſarum regis (ut ſcribit Herodot.) a quo reges omnes vſque ad Daeium deſcenderunt. Ex Achæmeniorum familia reges à Perſis electos, ſcribit Herod. Fuit alius, Xerxis frater, hoc nomine.

Achæron, rontis, (ut quidam uolunt) fœmini. generis, palus infernalis dicit à poetis, ab a, fine, χαίρων gaudens, quòd ſit ſine gaudio. Sed conſtat locum eſſe propè Auernum lacum. Strabo libro ſexto. Acherontem fluuium eſſe tradit Brutiorum, propè Pandoſian urbem, vbi Alexander Epirenſis à Lucanis trucidatus eſt, Dodonæo deceptus oraculo; quod iuſſerat ut caueret Acheruſiam aquam, Pandoſiãque urbem, quum in Epyro eſſet pandoſia, & Acheron annis, fugiens hæc loca in Italiam uenit, cumque uadum Acherontis Brutiorum egreſſum eminus ueruto Lucanus miles exultans, confodit. A quibuſdam tñ ſine diphthongo ſcribitur. Verg. Flectere ſi nequeo ſuperos Acheronta mouebo. Ab α, & καιρὸς, quod eſt tempus. Nam Acheron pro temporis labilitate ponitur, eo quòd temporis lapſu omnia pereunt, idcirco fingitur vnum ex fluminibus inferni. Sed potius dici credo ἀπὸ τοῦ ἄχεος τῆς λύπης, καὶ ῥέω ποταμὸς τῶν ἀλγῶν. id eſt, à mœſtitia, & fluo, fluuius dolorum. quoniam ubiq; ſine dipthongo ſcribitur. Ab Acheron fiunt adiectiua Acherontius, & Acherõtinus. Vnde Acherontini, populi oppidani, qui iuxta Acherontẽ habitant. Et habet breuem pen. gene. maſculino.

Achaia, regio Græciæ undiq; circunſepta mari, præterquam à Septentrione, cuius caput eſt Corinthus dicta Achaia, ab Acheo Xuti filio, q̃ primo Danaa (ut Herodo. placet) dicta fuit. Vnde Græci Achæi, atq; Achiui, & Danai dicti ſunt. Nam Achiui dicuntur, æ, diphthongo in i, productam conuerſa, & u, digamma Aeolico interpoſita. Deinde Aegialæa, à rege Aegiadio dicitur Plinius. Achaiæ nomen prouinciæ ab Iſthmo incipit ante Aegialos vocabatur, propter urbeis in littore diſpoſitas, Græci enim αἰγιαλὸν uocant littus. Eſt etiam alia Achaia in Peloponneſo. Habet ab ortu Solis, partem Aegæi maris, ab Occaſu Epirum, à Septentrione Macedoniam, à Meridie Creticum pelagus. In ea ſunt Thebæ, Bœotiæ, & Megara, quæ Megaridi regioni nomen dedit. Declinaturq; Achaia, iæ, dictio tetraſyllabica. Achaias, idis, & Achaida, dæ, ſicut Perſis & Perſida. Thebais, Thebaida. Ptolemais, Ptolemaida. Ouidius.
Ah quoties dices, quàm pauper Achaia noſtra eſt.

Achad, ciuitas in qua regnauit Nemrod, & nunc dicitur Nizibis. Interpretatur vero, amphora, vel hydria, vel ſcintilla.

Acharis, pen. corrept. Latine dici poteſt ſine gratia, ingratus. χάρις enim gratia dicitur, & Achariſtia, ingratitudo.

Achatcon, velum maximū in medio naui conſtitutū.

Achates, penulti. producta, ἀπὸ τοῦ ἄχεος, id eſt, à cura, quæ regū ſemper comes eſt. Quo nomine dictus eſt Aeneæ comes, & lapis quidam precioſus in Sicilia, apud Achaten fluuium primum repertus, poſtea plurimis in terris. Eſt autem niger, habēs in medio circulos nigros & albos, iunctos & uariatos, ſimilis hæmatiti. Hic tempeſtates auertere, & flumina ſiſtere dicitur. In hoc lapide habuit Pyrrhus Epirotarum rex, Muſas nouem naturaleis, & Apollinem cum lyra.

Achelous, Aetoliæ rex, à quo fluuius eiuſdem nominis, à Pindo oriens, & Aetoliam ab Acarnania diuidens, in Malea cum ſinum defluit. Thoas ante adpellabatur. Hinc Acheloius, a, um, quod modo poſſeſſiuum eſt, modo pro aqueus ponitur. Verg. Geor. i.
Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit vuis.
Veteres enim aquam omnem Acheloon nuncupauere, quòd primus poſt diluuium erupiſſe terrā fertur. Siue quòd Achelous in Græcia (vbi tot ingenia floruerunt) omnium fluuiorum celeberrimus fuit. Hinc Acheloides Nymphæ dictæ ſunt.

Achemenides, fuit vnus ex ſociis Vlyxis, q apud Vergilium narrat de Polyphemo.

Acherontia, ciuitas parua Apuliæ, in monte ſita.

Acheruſia, palus inter Capuam & Auerſam, per aperta plana vſq; propè Cumas diffuſa, Dionyſius in ſecūdo bibliothecæ hiſtoriæ, de ſepulchris Aegyptiorum qui Heliopolim adcolunt, hæc tradit, Paludem eſſe Acheruſiam, in qua immittantur cadauera in vlteriorem ripam deferenda. Nauim vero ipſam qua traiicitur, Barim, hoc eſt, onerariam adpellari. Inde natam de Charonte, qui animas tranſuehat Stygem fabellam. Item acheruſia ſpecus eſt iuxta Euxinum.

Achetæ, cicadæ ſunt argutæ & canoræ, a verbo ἤχω, quod eſt ſono & crepito, Ce,

Achilleon, oppidum iuxta tumulum Achillis, á Mitylenæis conditum, ubi claſſis eius ſteterat. Cc.

Achilleos, miriophyllum herba, adpellata, quòd eam Achilles inueniſſe traditur in curando vulnere Telephi. Cc.

Achilles, quod & Achilleus dicitur. Nam Græce ἀχιλλεύς, nomen viri apud Homerum cantatiſſimi. Cuius genitiuus tam in i, quàm in is, finit. Nomina enim in eus dipthongon finita, apud antiquos terminabantur in es, ut Theſeus, Theſes, Tydeus, Tydes, genitiuus erit in is, Theſis, Tydis, vbi in fine carminis abiicitur s, ut Theſi, Tydi. Remanſit cōſuetudo in Achileus & Vlyſſeus, Achilles, Vlyſſes, quorum genitiuus eſt Achilli, Vlyſſi, in carmine Vergiliano,
Troas reliquias Danaum atq; immitis Achilli.
Diſſoluto genitiuo vſus eſt Horatius, Vlyſſei à nominatiuo Vlyſſeus. Nam & Græci ὀδυσσεύς,
Nec curſus duplices per mare Vlyſſei.
Hic Pelei & Thetidis filius, & Chironi nutriendus datus eſt, inter filias Lycomedis ſub habitu muliebri abſconditus, ex Deidamia generat Pyrrhum. Indignatus contra Agamemnonem, poſt mortem Patrocli ſuſcepit à Vulcano arma noua. Hectorem occidit. A Paride coniugium Polyxenæ ſperans tandē occiditur, & in Sige ſepelitur.

Achilleus, genus ſpongiarium ſpiſſum & minoribus ac mollioribus fiſtulis, quo Achilles in vulnere curando vſus fuit. Cc.

Achilus, penul. produ. qui ſine labris eſt. Ab α, ſine, χεῖλος labrum, etiam margo. Sed Achelus potius dici debet, quia , in e, longum vertitur, vt κυθέρεια, Cytherea, id eſt, Venus.

Achimelech, Nomen ſacerdotis, & interpretatur frater meus rex, aut, frater regis, uel conſilii. Item eſt filius Abiathar ſecun. reg. octa. qui pri. Paral. xviii. Abimelech dicitur.

Achimenes, filius Bacchemonis, filii Perſæ, qui Achimenis populis nomen dedit, in quibus imperauit, à quo Achimenia regio. Fuit & Achimenes, Ariobatis regis Liciæ filia, & vxor Bellorophontis.

Aciæris, ſecuris ærea, quia in ſacrificiis veteres ſacerdotes vtebantur.

Aciale, vel Aciare, ferrum durum. Eius materiæ apud Brixianos maxima vis fit.

Acicula, formatione non ſignificatione diminutiuū eſt ab acu. vt inquit Priſcianus, qua vtuntur mulieres ad ornatum capitis. Eſt & Acicula piſcis tenuis ac longus, qui & Acus dicitur.

Acidalus, penultima correpta, fons in Orchomeno oppido Bœotiæ, Veneri ſacer. Vnde Venus Acidalia dicta.

Acidula, pyra à ſucco ſubacido dicta. Cc.

Acidus, da, cidum, penult. correpta, quod acetum factum eſt, quamuis & aſperum dicatur. Columella libro ſexto. Malum Punicum, ſi acidum aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Hieron y. in eccleſi. Non acide feras, id eſt, amare, ſeu aſpere. Huius diminutiuum eſt Acidulus. Compoſitum Subacidus, aliquantulum acidus. Cato lib. de Re ruſt. Vinum ponito ſub dio, poſtridie mane guſtato, ſi id ſapiet quod in dolio eſt, ſcito id duraturum, ſubacidulum non durabit.

Acidylus, nodus eſt, ceſtus Veneris. Cc.

Aciem trahere, dicuntur aquæ, pro eo quod eſt, acuere. Similiter aciem ferri exterimus, vt acuta ſit.

Acies, tria ſignificat, ſcilicet acuitatem falcis, cultri, & ſimilium quæ ſecant. Columella libro quinto. Obtuſa enim hebesq; & mollis falx, putatorem moratur, eoq; minus laboris efficit, & plus laboris affert vinitori. Nam ſiue curuatur acies, quod accidit molli, ſiue tardius penetrat, quod euenit in retuſo & craſſo feramento maiore nixu eſt opus. Et ἀπὸ τοῦ ἀκονᾶν, id eſt, ab acuendo ducitur, ſicut acumen & acuo. Significat & exercitus inſtructionem, quū ad dimicandum paratus eſt eò quòd acuto ferro armatus ſit. Verg. Geor. ii.

Et cápo

Et campo ſtetit agmen aperto,
Directæq́; acies. Et Acies quidem inſtructa, his uocabulis uocari ſolet, Frons, ſubſidia, cuneus, orbis, globus, forfices, ſerra, alæ, turres, cornu, & quædam alia. Tertio oculi lumen. Lactant. lib. de Opifi. Acies enim, id eſt, membrana illa perlucens, quam ſiccari & obareſcere non oportet, niſi humore terſa pure niteat, obſoleſcit. Per tranſlationem Acies ſumitur pro ingenii perſpicuitate. Cice. in Catone. Non'ne uobis uidetur is animus, qui plus cernit & longius uidet, ſe ad meliora proficiſci? Ille autem cuius obtuſior ſit acies, nõ uidet. Dicimus autem tam Acie quã Aciei, in genitiuo. Salluſtius libro primo hiſtoriarũ. Dubitauit acie pars, pro, aciei. Cuius rei cauſſam uide apud Gellium.

Acinaces, pen. cor. gladius Perſicus. Hora. lib. i. Car.
Vino & lucernis Medus acinacis.
Hierony. contra Ioui. Extorſit acinacem de manu. & latus &c.

Acini, pen. cor. inter fructus minutiores arborũ fruticum'ue denſius naſcitur, ut uuæ grana, hederæ, ſambuci, tribuli, mali Punici grana. Hieron. Nõ ſic de acino uinacei differamus. Granũ paruum eſt, ita ut uix duobus digitulis teneri poſſit, Baccæ uero diffuſius & rarius, ut fructus lauri, oliuæ, corni, loti, myrti, lẽtiſci. Nonnunquam Acini & baccæ indifferenter ponuntur. Vergili.
Sanguineis ebuli baccis minioq́; rubentem.
Ab Acinis, uuæ, Acinatitius, a, um, fit, ut uinum Acinatitium. Vlpia. ff. de Vino leg. Acinatitium planè uinum continebitur.

Aciritani, Hiſpana gens ſimulachrũ Martis radiis ornatum, maxima religione colens, quem Necum, id eſt, Martem uocant.

Acipenſer, ſeu Aquipẽſer, genus piſcis, quòd frequẽs accipiatur menſis, habet ſquammas ad os uerſas, q̃ apud antiquos in magna æſtimatione fuit. Mart.
Ad palatinas acipenſera mittite menſas.
Ambroſias ornant munera rara dapeis.

Acis, fluuius Siciliæ, ex Aethna procedens, ex cuius ripis fertur Polyphemus ſaxum in Vlyſſem eieciſſe.

Acitia, inſula, quæ & Melos & Siphnus dicitur. Cc.

Aclanes, ἀκλαυής. Latine minime plorans dicitur.

Acleros, penul. prod. (ſcribitur enim ἄκληρος) Latine dicitur expers, ſine parte.

Acletos, id eſt, non uocatus, qui citra uocationem ad conuiuium uadit, quod amici faciunt. Aſymbolus dicitur, qui nihil tradit ad cœnam.

Aclydes, pen. corre. putatur eſſe genus teli, per quod flagellum immenſum iaci poteſt. Verg. lib. vii.
Teretes ſunt aclydes illis.
Tela, ſed hæc lento mos eſt aptare flagello.

Acmon, Latine incus. Vnde Pyracmon unus fuit ex Vulcani famulis, quòd à calenti incude nunquam diſcederet. Vergili.
Brontesq́; & Steropesq́;, & nudus mẽbra Pyracmõ.

Acolorus, penul. produ. Latine conſequens dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν, id eſt, à ſequendo.

Acone, Græce ἀκόνη. Latine cos. Etiam Acone portus Bithyniæ eſſe fertur, qui prouentu malorũ graminum uſq; adeo celebris eſt, ut noxias herbas Aconita nominemus. uide Aconitum.

Aconitum, penultima producta herba quæ ex Cerberi ſpuma conſperſa, uenenum efficaciſſimum contraxit, quo tempore cum Herculis ab Inferis traxit. Dictum Aconitum ἀπὸ τῆς ἀκόνης. hoc eſt, à cote, iuxta Ouidium dicentem.
Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute,
Mortales aconita uocant.
Sunt qui ab Acone portu deriuent, Heracleæ Lyco flumini oppoſito. Alii q́ iuxtà nullus puluis interueniat. Nam κόνις, id eſt puluis, ἀκονιτί ſine puluere dicitur. Nonnulli huius rationem attulere, quoniam eadem uis immota eſſet huic, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, ſtatimq́; admota uelocitas ſeruitur. Plinius libro. xxvii. ſcribit, Aconitum dictũ quòd in nudis cautibus (quas Aconas uocant) naſcatur. Vel quoniam ἀκονίζομαι eſt accelero, quoniam mortem accelerat. Sunt qui putant eam herbã eſſe, quam napellum uocant uulgò, ſed non eſt.

Acontiæ, ſunt ſtellæ crinitæ, ſeu impreſſiones, dictæ ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, hoc eſt, à iaculo, q̃a iaculi modo uibrantur, ocyſſimo ſignificatu. Cc.

Acopa, pen. correp. dicuntur medicamenta quæ adhibentur laſſis impoſito ex re uocabulo. Hinc.

Acopis, gemma, uitro ſimilis, pumicoſa, aureis guttis ſtellata, dicta eſt, cum quo oleum ſubferuefactum perunctis laſſitudinem ſoluit.

Acopus, herba eſt, quæ & anagyros, fruticoſa, colore holeris, grauis odore, cuius ſemen commanducatũ uomitiones facit. Vnde & prouerbium, ἀνάγυρον κινεῖν, hoc eſt, Anagyrum moues, quoties loquimur de re unde nobis ignominia excitari poſſit.

Acor uini, aut mali Punici, & ſimilium odoris, ſiue in guſtu ſaporis, ut ita dicam acuitas, ſiue aſperitas. Colu. libro tertio. Nos exiguum admodum, Cyrenias cum uino diluimus, & ita cacumina oblinimus, cares ſeminio lauit acorem malorum.

Acquieſco, proprie eſt accumbo. Seneca. Nihilo miſerius ero, ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat. Et Acquieſcere, eſt aſſentiri aliorum dictis, ut eſt illud, Si te lactauerint peccatores, ne adquieſcas eis.

Acquiro, quærendo adipiſcor, ab ad & quæro. Cc.

Acratiſmon, ſeu Acratiſma. Latine ientaculum dicit, ἀπὸ τοῦ ἀκράτου ὅτι α. περιττοὶ, καὶ κρατίω, hoc eſt à uino, & non, lymphato. Nam in aurora meracius bibere, & ſalubre putatur, & uſu receptum eſt.

Acraton, intemperatum, merum, non mixtum, mel purum atq; integrum, quod nullum contraxit uitium.

Acredo, dinis, amaritudo illa ſeu aſperitas, quæ eſt in fructibus non maturis.

Acredula, penultima correp. putatur luſcinia auis, ſiue quem uulgò rauatinũ dicimus. Cic. in Progne.
Et matutinos exercet acredula cantus.

Acribodicæi, ἀκριβοδίκαιοι, Ariſtoteli dicuntur, quaſi præduri interpretes iuris, quaſique deterioris iuris ſtudioſi, uſurpatoresq́;. Bud.

Acrimonia, aſperitas, ad varias refertur res. Cato de Re ruſt. Et ſi vlcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam miſceto. Columella libro decimo. Abſtineat omnibus redolentibus eſculentis, vt ſunt ſalſamenta & eorum omnia eliquamina, item fetentibus acrimoniis allii uel cæparum. Ambr. Et ille quidem ſi adeò infectæ res cellulæ fuerint quòd maculas ſola aqua non purget, addit mollitiem olei, ſaporis etiam acrimonia. Per tranſlationem ponitur pro vehementia. Cicero libro quarto, ad Herennium. Hæc exornatio tum multum uenuſtatis habet, tum grauitatis & acrimoniæ plurimum. Item ponitur pro animi viuacitate, pro acumine ingenii, & mentis ſeueritate.

Acris, Italiæ fluuius eſt.

Acriſius, Abantis Argiuorum regis filius, & pater Danaes. Hic quum apud Argos annis triginta & uno regnaſſet, à Perſeo nepote ſuo (licet non ſponte) occiſus eſt. A quo fit Acriſioneus, nea, neum. Verg.

Quam dicitur vrbem Acriſioneis Danae fundaſſe colonis.

Patronymicum fœmininum Acriſione, pro Danae.

Acroceraunii, montes excelſi inter Armeniam & Hiberiam. Sic dicti, quòd fulminibus ſæpe infeſtentur. Nam κεραυνός fulmen, ἄκρος altus, quaſi montes ignitas habentes à fulminibus ſummitates.

Acrochordones, verrucæ ſunt noſtratis fabæ amplitudine, quæ pueros maxime infeſtant. Dictæ, quòd in imò anguſtæ ita ſunt, vt pendere videantur.

Acrocomus, penultima correpta. Latine longas comas habent.

Acrocorinthus, mons Peloponeſi excelſus, inter duo maria, Aegæum ſcilicet & Ionium, ſtadiorum triū & dimidiati. Sub cuius radice in plano, inſtar menſæ loco, iacet oppidum Corinthus. Vertex ipſe Acrocorinthi Veneris ſacram habet ædiculam. Infra uerticem, Pirenem fontem, haud adfluenteis, ſed perſpicuas aquas habentem.

Acroma, ſententia ſubtilis, inquiſitione & indagatione exquiſita. Ab ἄκρος ſummus, & μάθομαι, τὸ ζητῶ, id eſt, inquiro.

Acromata, Græci voces & auſcultationes vocant, Ariſtoteles Acromata nominauit commentationes ſuas, quas diſcipulis tradebat, in quibus philoſophia remotior ſubtiliorq́; agitabatur. Huic diſciplinæ, quæ Acromatice dicitur, tempus dabat in Lycio gymnaſio matutino. Lampridius accipere videtur pro ipſis hominibus acromaton recitantibus, quū ait in Alexandro. Alexandrum nanos, & nanas, & moriones, & vocaleis exoletos, & omnia acromata, & pantominos populo donaſſe. Similiter Plinius in Epiſt. Interdum, inquit, aud ebamus acromata, interdum iocundiſſimis ſermonibus nox ducebatur. Alii adpellant Acromata feſtiuas recitationes, ludicras q́; narrationes. Quod ſignificat Cicero pro Signis, Hic quia feſtiuum acroma ne ſine collario de conuiuio diſcederet, ibidem conuiuis reſpectātibus, emblemata euellenda curauit. Et Suetonius de Auguſto ſcribit, Acromata, hoc eſt, narrationes recitationesq́; ludicras & mimicas, ab Auguſto interponi ſolere conuiuiis, ad conuictores oblectandos. Sic & Ambroſius libro Hexameron intellexit, quum inquit, Omnes ſe inuicem diligant, omnes ſe inuicem foueant, & quaſi vnum corpus diuerſa membra ſuſtentent, quos ne mortiferi cantus acromatū ſcenicorum, qui mentem emolliant ad amores, ſed concentus eccleſiæ.

Acromaticus, ca, cum, idem quod auſcultatorius.

Acropolis, arx Athenarum, ſed & aliarum vrbium.

Acros, Latine ſummitas & cacumen dicitur.

Acta, ſubſtantiuum nomen, & Græcum, ultima depreſſo accentu, littus. Nam ἀκτὴ littus dicitur, ἀκταῖος littoralis. Verg. lib. v.

At procul in ſola ſecretæ Troades acta.

Acta, ab ago, agis dicuntur de rebus priuatis, minoribus familiaribus q́; quæ in vrbe fiunt, & in ſcripta rediguntur. Iuue.

Fient iſta palàm, cupient & in acta referri.

In quo ſenſu etiam Actus dicimus. Cicero. Quòd ſi de vita mea atque actibus huic conuitiatori reſpondeo. Acta uero diurna, dicuntur quæ per ſingulos dies fiunt & ſcribuntur, quæ Græco uocabulo ephemeris, Latino diarium dicebantur. Suetonius in Cæſare. Inito honore primus omnium inſtituit, ut tam ſenatus quàm populi diurna acta conficerentur. Acta uero eius qui togatus in re publica uerſatus ſit cum imperio ac poteſtate, ſunt proprie leges. Cicero. Quære acta Gracchi, leges Semproniæ proferentes. Acta, & actitata (inquit Corn.) ita diſtinguuntur, quòd acta ſunt, quæ extra iudicium fiunt, Actitata, ea quæ in iudicio. Hæc illic. Putem & acta & Actitata utrobiq; fieri, ſed Actitata frequentiā adnotare.

Actæa, Nymp ha, ab actē. i. littore maris dicta.

Actæa. Græci ebulum dicunt, & proprie chameactē.

Niſi quis ſambucum pro actæa capiat, quam vocāt acten, & fructum eius actæon.

Actæon, cum diphthon. Ariſtei filius, à Diana in ceruum conuerſus, & à ſuis canibus dilaceratus, de quo uide Ouidium.

Actæus, a, um, dicitur pro Athenienſi. Nam Attica regio apud priſcos dicta eſt non ſolum Atthis, idos. ab Athide Cranai regis filia (ut inquit Euſtathius) ſed etiam acte, ut Plinius libro tertio, & Gellius teſtantur. Vel ab Actęone, uel ab Actæo rege indigena. Plinius enim Atticam regionem Acten dictam, Lycophron Græcus poeta innuit, apud quem Caſtor & Pollux ἀκταῖοι λύκοι adpellantur. Vel quia littoralis ferè tota ſit, exili & anguſto quodam uelut margine, ut autor eſt Strabo. Vnde Ouidius primo Metamorph.

Separat Aonios Actæis Phocis ab oris.

Vult enim Parnaſſum medium eſſe, inter Bœotiam & Athenas. Attica enim regio quondam Ionia eſt vocata, ab Ionio Apollinis & Creuſæ Erichthei filio. Vel (vt inquit Strabo) ab Ioue Xuthi filio.

Actia, actiorum, ludi quinquennales, Actiaci Apollini Actio dicati, qui prius & à finitimis agebantur, ſed ab Auguſto honorificentius celebrati fuerunt.

Actio, quum ab ago nomen uerbale ſit, multa ſignificat. Nam quandoq; pronunciationem. Cicero de Opt. Eſt enim actio quaſi corporis quædam eloq̄ntia, quum conſtat è voce atq; motu. Quid autem ſit pronunciatio, idem libro primo, ad Heren. explicat. Pronunciatio, eſt uocis, vultus, geſtus, moderatio cum venuſtate. Quãdoq; actio ponitur pro oratione ſcripta, quandoq; pro hiſtoria. Vnde Hieron. aliud quoq; uolumen condidit egregium, quod titulo Apoſtolicarum actionum prænotatur. Quandoq; dicitur defenſio, ſiue oratio pro cauſſæ defenſione, aut alicuius rei de qua agitur. Cicero Q. Valerio, Actionem meam C. Cæſar primo ſuo conſulatu lege in agraria comprobauit. Et actio, ius quod ſibi debebatur in iudicio perſequendi, ut Cicer. libro primo ad Heren. Et à cauſſa cadit is qui agit, niſi habeat actionem. Sumitur interdum Actio, pro beneficii accepti uerborum gratia reditione. Cic. Plan. Quanquam gratiarum actionem à te non deſyderabam. Interdum pro adminiſtratione. Lact. de ira Dei. Dei uero actio quæ poteſt eſſe, niſi mundi adminiſtratio? Et generaliter capitur pro omni operatione atq; actu. Cicer. libro primo offic.

Virtutis enim laus omnis in actione conſiſtit.

Actioſus, factioſus, quòd unà quid agat faciatq;.

Actium, Epiri promõtorium, ubi Auguſtus, deuictis nauali prælio Antonio & Cleopatra urbem condidit, & Nicopolim à victoria nominauit, hinc Actius, a, um, & actiacus, a, um. Verg.

Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.

Sappho ad Pha.

Quur non Actiacas miſeram me mittis ad oras?

Actius, fuit Tragœdiarum ſcriptor, natus libertinis parentibus, & inter colonos Piſaurum deductus eſt à quo & fundus Actianus iuxta Piſaurum dictus, in ſcribendis tragœdiis ſententiarum grauitate, uerborum pondere, perſonarum autoritate clariſſimus.

Actito, tas, penul. cor. frequentatiuum, oriundum, nõ ortum, ab ago. Nam ſicut non eſt ſcriptito à ſcribo, nec lectito à lego, nec factito à facio, quia non à ſupino primitiuorum formantur, quæ ſi formarentur, acto, ſcripto, lecto, & facto diceremus. Sed idcirco non ſic formantur, quòd malè ſonarent, & ambigua forent. Igitur actito ab acto, ctas, frequentatiuo, ſcriptito à ſcripto, lectito, à lecto, & factito à facto formari cenſenda ſunt. Et proprie actitare dicitur in cauſis. Pli. Magis miraberis, ſi ſcieris illum aliquá diu cauſſas actitaſſe. Sueto. in Gai. Modicæq; in dicendo facultatis cauſſas induſtrius actitauit. Augu. libro ſecundo Ciuit. ad ludos tranſtulit. Quis igitur in agenda vita non potius ſectanda arbitretur, quæ actitantur ludis autoritate diuina inſtitutis, quàm ea quæ ſcriptitantur legibus humano conſilio &c.

Actiuus, qui agit. Vnde Actiuum uerbum opponitur paſſiuo.

Acto, as, frequen. ab ago, nõ eſt in vſu, pro eo actito, as, utimur.

Actor, qui aliquid agit, qui cauſſam agit, vt orator, q geſtum vultus & corporis agit, ut mimus & hiſtrio, & qui comœdias & tragœdias agit, ut comœdus & tragœdus. Item dicitur Villicus, qui res noſtras curet, quem factorẽ ſolemus adpellare, de quo Colu. Actor, oris, penultima correp. nomen uiri propriũ. Vergilius libro duodecimo.

Actoris Arunci ſpolium quaſſatq; trementem.

Actualia nomina, quæ ab actu deſcendũt, ut dux, rex, curſor, nutrix.

Actualis ſcientia, quæ præpoſitas res operationibus ſuis explicat. Cuius partes ſunt tres, moralis, diſpenſatiua, & ciuilis.

Actuarius, ab actibus actoris, id eſt, hiſtrionis dicit, & is ſignificatur, qui acta actionesq; deſcribit uelo ci ſtylo. eaq; deſcripta deinde recitat Senec. Multũ uiua vox facit, non quidem hæc quæ alienis verbis commodatur, & actuarii vice fungitur. Actuarius tanquam notarius eſt. Sueton. in Cæſ. Quam nõ immeritò auguſtus æſtimabat magis actuariis exceptam, malè ſubſequentibus uerba dicẽtis, quam ab illo æditá. Et actuarius eſt, qui acta publica ſcribit. Item qui aptus eſt ad uehendum. Vnde actuariæ naues, paruæ dictæ ſũt, celeres, quòd cito agi poſſunt. Saluſt. His actuariæ naues, circiter triginta decem onerariæ erant. Sic actuarius, cuius actus eſt, vt fructuarius, cuius fructus.

Actum eſt, ſemper in malá partem accipitur, ut, actũ eſt re publica. i. extincta, deſperata, perdita eſt.

Actuoſus, ab actu etiã deſcendit, qui in actibus, præſertim in geſtibus corporis, abundat, & multum ſe exercet. Donat. in Teren. Hæc ſcæna actuoſa eſt, magis in geſtu quàm in oratione conſtituta. Ponitur & actuoſus pro operoſo, qui ſemper aliquid facit Senec. Iracundos feruida natura animi facit, eſt enim actuoſus & pertinax ignis.

Actus, a, um ponitur pro completo. Verg. lib. vi.

His actis propere exequitur præcepta Sibyllæ.

Pro adpulſo. Idem lib. ii.

Siue errore uiæ, ſeu tempeſtatibus acti.

Pro infixo. Idem libro nono,

Sed viribus enſis adactus.

Tranſadigit coſtas.

Pro admoto. Idem libro vndecimo.

Accellerant acta pariter teſtudine Volſci.

Pro coacto, territo, ut,

Prodigiis acti cœleſtibus oſſa piabunt.

Alia ſignificata quære in dictione Ago.

Actus, us, generali vocabulo dicitur omne quod agitur, aut dicitur. Saluſt. Conſtituerat uti quum Catilina in agrum Feſulanum cum exercitu veniſſet, L. Beſtia tribunus pleb. concione habita, de actibus Ciceronis quereretur, id eſt, de iis quæ Cicero dixerat aut fecerat, vt in plebis odium adduceretur. Interdum actus dicitur hiſtoria. Hierony. libro de Viris illuſtribus. Euangelium ſicut audierat ſcripſit, actus uero apoſtolorum ſicut uiderat ipſe compoſuit. In eo enim opere actus ipſorum uirtutibus inſignes explicantur, qui magis geſtu corporis perficiuntur, Et partes comœdiæ ac tragœdiæ dicuntur Actus à geſtibus hiſtrionũ, qui ex hoc ipſo Actuoſi

dicuntur. Et Actus dicitur ſpatium in agro centum uiginti pedum, quod in eo boues agerentur, quum araretur uno impetu iuſto. Tres autem reperiuntur actus, minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes centum uiginti, ꝗ ſpatium in agris erat inter uicinos. Quadratus undiq; centum uiginti pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus iugerũ præſtat. Rurſus Actus (ut Modeſtinus de Seruitute ruſticorum ſcribit) eſt, ubi armenta trahere, & vehiculum ducere licet, iter quo quis pedes uel eques comeare poteſt.

Actutum, penult. prod. aduerbium tẽporis. ab actu. id eſt de celeritate deriuatum. Significat enim confeſtim, ſine dilatione. Terentius in Phormione, Aggredere actutum.

Aculeus, ſpiculum, uel res, ſeu oratio pungens. Colu. lib. i. Nec paludem quidẽ uicinam eſſe oportet ædificiis, nec iunctam militarem uiam quòd illa caloribus noxium uirus eructat, & infeſtis aculeis armata, culicecis, muſcas, tabanos, quæ in nos dẽſiſſimis agminibus inuolant. Vnde & pro quodam tormenti genere ponitur, quo fortè uelut acu ſancti martyres pungebãtur. Per trãſlationem uero canimus, Tu deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna cœlorum. Cicero de opt. dicendi gen. tranſtulit ad orationem. Horum oratio, inquit, neq; neruos neq; aculeos oratorios ac forenſeis habet. Hinc fit Aculeatus, ta, tum. quod aculeum, hoe eſt, acutum aculei iſtar habet. Plinius lib. ii. Sine ore eſt, pro eo qd dam aculeatũ linguis ſimile, & hoc in pectore quoque rorem lambit. Reliquorum quibuſdam aculeus in ore, ut aſilo, ſiue tabanum dici placet.

Acumen, pen. prod. ſubtilitas alicuius rei. Per tranſlationem ponitur pro ingenii ꝑſpicacitatẽ. Columella in Præfatione, Facillimam eſſe, nec vllius acuminis ruſticationem, quòd quæ in acumẽ terminet, interius magis penetrent, quomodo ſolent perſpicacia ingenia penetrare.

Acumino, nas, pen. correp. acutum facio. Lactantius de Opificio, In quadrupedibus autem contextũ ſpinæ à ſummo capite deductũ, longius extra corpus eduxit, & acuminauit in caudã, ut obſcœnæ corporis partes vel propter fœditatem tegerentur, vel propter teneritudinem munirentur, vt animalia quædã minuta & nocẽtia motu eius arcerentur à corpore.

Acuncula, diminutiuum ab acu. qua vtitur mulieres ad ornandum. Quale eſt Diſcerniculum, quod capillis diſcriminandis eſt accommodatum.

Acuo, acuis, cui, cutum. proprie adcommodatur falci, cultro, & huiuſmodi, quæ acui poſſunt. Col. lib. iii. Quoties falcem acueris, pelle aciẽ detergito, atq; ita putare incipito. Per tranſlationem Hier. ad Cteſiph. ſtylo adcõmodauit. Forſitan, inqt, ueſtra diceemus, & fruſtra ingenii acuetis ſtylum. i. exercebitis. Teren. in Adelph. opibus adhibuit quũ ait, Attẽtiores ſumus ad rem oẽs quàm ſat eſt, ꝗ illos ſat ætas acuet, id eſt, docebit. Verg. i. Geor. in ſimili ſignificatione cordibus tribuit.

Curis acuens mortalia corda.

Cicer. Trebonio uiris adpoſuit. In excitando aũt & in acuendo plurimũ valet, ſi laudes illũ quẽ cohorteris. Et lib. iii. Off. Duæ res quæ languorem adferũt cæteris, illum acuebant, ocium, & ſolitudo. i. incendebant. Idem in Lælio dictis attribuit. Multa eius & in ſenatu & in foro uel prudenter ꝓuiſa, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute ferebantur. Auguſtinus lib. de Vera relig. prudentiæ adplicauit. Acuit in tentationibus prudentiã, vt non ſolum in eas nõ inducatur, ſed fiat etiam vigilantior. Huius verbi cõpoſita ſunt Exacuo, quod eſt, valde ſeu ꝑfecte acuo. Verg. libro primo Georg.

Exacuunt alii vallos furcas q; bicorneis.

Per ſimilitudinem etiam ad denteis & linguam trãſfertur. Idem lib. iii. Georg.

Dentes q; ſabellicus exacuit ſus.

Præacuo, prius acuto. Cato, Vitẽ teneram ꝑacuito.

Acupedius, dicitur, cui præcipuũ eſt in currendo pedum acumen.

Acupictores, qui acu pingunt. Alio nomine Phrygiones adpellantur, ab Phrygia regione Troiæ, ubi primum inuenta hæc ars dicitur. Vox autem compoſita, vt Phocylides, μὴ πυγαμοκλοπέειν. id eſt, neque nuptias furare.

Acus, ci. ge. maſc. q & Acicula dr̃. piſcis gen⁹. Mar.

Et ſatius tenues ducere credis acos.

Hic ẽt belona dicit̃. Pli. Acus, ſiue belonæ, vnus piſcium, dehiſcente ꝑꝑ multitudinem utero perit.

Acus, aceris. ge. neu. purgamẽtũ frumẽti. Col. li. viii. Nã ſuburbanis lactens porcus acere nutricãdus eſt.

Acus, quartæ decli. gene. fœmi. inſtrumentum eſt quo ſarcinatrix & ornatrix utitur ad diſcernendos capillos. Ab acuta cuſpide. Iuuenal.

Ille ſupercilium madida fuligine tinctum,
Obliqua producit acu. Martialis,
Figat acus tortas ſuſtineat q; comas.

Paleæ etiam frumenti Acus dicuntur, à ſimilitudine acus qua ſuimus. Col. lib. ii. Nam ſemina excuſſa in area iacebunt, ſuper q; eodem modo reliqui faſciculi excutientur, ac duriſſimæ acus eiectæ ſeparatæ q; erunt à cudentibus. Similiter exercitus inſtructio Acus dicitur, ꝗ ea militum pars, uehementiſſima fit ad hoſtem vulnerandum acumine telorum.

Acutus, ta, tum, penul. prod. quod acumen habet. Vt gladium Acutum dicimus, & palum Acutum. Transfertur & ad incorporea, ut Acutum ingenium, Acutus viſus. Interdum ponitur pro aſpero. Vergil.

Et acuto murice.

Acutum autem vocem, tenuem & altam uocamus.

Acuſtici, ſunt auditores, quales erant diſcipuli Pythagoræ. Græce ἀκουστὲς additor. Cc.

Acylon, ilicis fructus ab Homero vocatur. Cc.

Acyphãtẽ, urbẽ theſſaliæ dici uoluit, q̃ & Pindus. Cc.

Acyrologia. Latine impropria locutio. Nam ἄκυρος impropria, & ὁ λόγος logia locutio, vt,

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

Quia ſperare, ꝓ timere dixit. Nam ſperamus bona, timemus aduerſa. Et Acyrologia, eſt dictio minus

cōueniēter elata, vel nō ꝓpriis dictionib⁹ obſcura ta ſnī a, ut, Accede ad ignē hſc, iā caleſces plus ſatis. Ibi enim nullus ſignificatur ignis, ſed meretrix. Acyros. Græce, Latine improprie.

A ANTE D

AD, præpoſitio eſt, quæ tā in compoſitione quā in adpoſitione inuenitur, & plerunque proximitatem ſignificat. Curtius, Erat ad ripam fluminis ingens arbor. Cicero, Decem fiſcos ad ſenatorē quē dam relictos. Columella lib. i. Quicquid adpoſueris ſiſſum erit rimoſumq; id eſt, iuxta poſueris. Habet quoq; uim ſimilitudinis, ut, Ad unguē, Adæquo. Habet uim intendendi, ut Admodum, id eſt, ualde. Adedo, in totum edo. Denotat motū ad hominem. Terent. in Phorm. Sed quid ceſſas hominem adire? Interdum motum ad rem. Verg.

Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.

Interdum ad locum. Sallust. in Iugurt. Pleraq; loca hoſtiliter eſt equitatu accedit. Vbi ſciendum, quòd licet Ad proximitatem ſignificet, ſæpenumero tamē etiam locum adprehendit, ſicut hic. Et cicero Tyroni, Ego ad urbem acceſſi. Importat quandoq; contrarietatem, ut, Ad illum mihi pugna eſt, id eſt, contra illum. Cicero, Ne ad ea meditere, imparatum te offendam. Quandoq; comparationem, ut, Cæſar nihil ad æquitatum tuum, id eſt, in comparatione æquitatus tui. Quandoq; additionem, ut, Ad hæc mala. Quandoq; cauſſam, ut, Ad quid hoc feciſti? Capitur pro circiter, ut, Ad duo milia hominum occiſa ſunt. Pro ſuper. Terentius in Andria, Tum ſi quis magiſtrum cœpit ad eam rem improbum ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunq; adplicat. Donatus, Ad eam rem, ſuper eam rem, hoc eſt ſuper amorem. Vſurpatur pro ante. Vergil.

Cunctantem ad limina templi.

Item pro poſt, ut, Adhæc, id eſt, poſt hæc. Significat & temporalitatem, & hoc duobus modis. Vno, quū temporis, conditionem, uel neceſſitatem, uel importunitatem importat. Quintil. Fingere nimirum ad tempus uideor, & rem nimium manifeſtam imprudenter comprobare. Altero, quum ſignificat temporis ſpatium, ut denotet uſq; ad, & includat tempus cui adiungitur, ut, Silebo ad annum, Latebo ad tēpus. Varro, Qui quum ad tempus latitaſſet, tandem ſub ſponda iacens inuentus eſt. Cicero pro Cecinna, Cum amicis ad diem ueni in caſtellum, quod ſignificat die præſtituto. Aliquando tamen ponimus ad, & uſq;. Salluſt. in Iugur. Illiq; & uſq; ad noſtram memoriam Romani ſic laborauere. Comprehendit & numerum cui adiungitur, Liuius lib. ſecſdo Conſul Romanus in algido cōſequutus, ad unū omneis occidit. Plautus in Epidico, Quanti enim ꝑ ter minimo ad quadraginta fortaſſe eam poſſe emi minimo minus. Inuenitur quādoq; ad abſolute poſitum, ut apud Terent. in Adelp. Vbi ad Dianæ ueneris, ſubintelligi; templum, ſed Attice. Horat. in Serm. Ventum erat ad Veſtæ. Cæterum notādum quòd Ad in compoſitione quum iungitur dictionibus incipientibus à c, f, g, l, n, p, r, s, t, mutatur d, in literas ſequēteis, ut Accurro, Affero, Aggrego, Alligo, Annumero, Appono, Arrogo, Aſſiſto, Attribuo. Excipiuntur Agnoſco, in quod abiicitur, aut in g, mutat, ſicut in Agnatus, euphoniæ cauſſa. Aperio, ſimiliter adſum, ubi d, remanet, ſicut ſuo dicetur loco. Sed ſi componatur cum a, b, d, e, h, i, o, u, ſemp d, integra manet, ut, Adamo, Adbibo, Adbreuio, Adduco, Adeo, Adhibeo, Adimpleo, Adoleo, Aduoco. Si uero cum q, d mutatur in c, ut Acquiro, Anquiro autem ab an ſit.

Adæquè, ſignificat peræque, pariter. Plautus in Caſſina. Neque eſt neq; fuit me ſenex quiſquam amator adæquè miſer. Apulei. libro quarto Ecce plures numero iuuenes aduenīunt, quos incontanter adæquè latrones arbitrare.

Adærare, eſt ære æſtimare, ut .l. ſepteni. C. de erog. mil. ann. lib. xii. Species reſiſtentes nō aliter adærentur, niſi ut in foro rerum uenalium diſtrahuntur. Græcè ἐξαργυρῶσαι dicitur. Vide Budæū in annot. in Pād.

Adaggero, ras. uide in dictione Aggero, ras.

Adagia, æ. modo uetula recentis partus dicitur, modo ad agendum apta.

Adagium, dictum eſt prouerbium, quod facetis hominibus adſcribitur, quaſi circumagium, quòd per ora hominum circunferatur. Gellius, Hinc natum eſt frequens apud Græcos adagium. Non cuius hominum contingit adire Corinthum. Idē Vetus adagium eſt, Nihil cum fidibus graculo.

Adam, Hebraica lingua (ſicut libro primo Ioſephus ſcribit) idem eſt quod rubeus, qm̄ conſperſa rubra terra factus eſt. Talis enim eſt uirgo tellus & uera.

Adamanteus, a, um. pen. prod. idem quod adamantinus. Ouid. vii. Metam. Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.

Adamantinus, a, um. penultima cor. quod eſt ex adamante. Propertius, Colchis flagrantes adamantina ſub iuga tauros.

Adamas, pen. corre. lapis quem indomitū poſſumus adpellare. Componitur autem ex α, priuatiua particula, & δαμάζω domo eō, quod nulli cedat materiæ, nec ferro quidem. Nam & ſi ponatur ſuper incudem & graui ictu feriatur, antè incus & malleus uulnus accipiunt, quam Adamas conteratus. Quumque ignis omnia domet, & omnia metalla conſumat, ſeddit Adamantem puriorem. Solo hyrcorum calido ſanguine diſſoluitur. Sunt autem Adamantium genera quatuor, ſcilicet Indicus, Arabicus, Macedonicus, & Cyprius. Qui in India naſcitur, æquæ magnus eſt ac nucleus auellanæ, cui ſimilis eſt Arabicus, ſed aliquanto minor. Qui in macedonia in Philippico auro inuentus eſt, olim cucumeris par eſt magnitudine Cyprius colorem æreum repræſentat, & in medicamine plurimum ualet. Eſt etiam Adamas cognomine Siderites, quòd ferrei ſit ſplendoris, cæteris Adamantum generibus ponderoſior ſit, ſed diſſimili natura, utpote, qui & frangatur ictibus, & Adamante alio perforetur, eo qui

Cyprius eſt. Volunt quidam in Adamante Indico (qui omnium precioſiſſimus eſt) tantam ineſſe uim, vt iuxta magnetem poſitus, ferrum ab eo abſtrahi non patiatur, aut abſtractum ad ſe rapiat. Venena preterea, lymphationes, metusq́ uanos, abigit ex hominũ mentibus. Eſt & Adamas nomen fluuii Indici, in quo lapis adamas reperitur.

Adamaſtor nomen gigantis ſtaturoſi, & membratura immani conſpiciendi. Apud Claudianũ Damaſtor dicitur in Gigãtomachia. Sæuusq́ Damaſtor, Ad depellẽdos iaculum dum quæreret hoſteis. De hoc & Sidonius ait, Porphyrion pangea rapit Rhodopemq́ Damaſtor.

Adamiani, hæretici, ab Adam nominati, cuius imitãtur in paradiſo nuditatem quæ fuit ante peccatum. Credebant enim ꝙ nuptiæ futuræ non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Nudi itaq́ mares fœminæq́ cõueniunt, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant ſacra.

Adamo, mas. penul. correp. amatorie amo. Interdum Adamare, eſt honeſte ac ualde amare, & de quacunque re dicitur. Cicero libro tertio de Orat. Deinde Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratis eo ſermone adamarat. Inuenitur & Adhamo, mas, cum h, uide Hamus.

Adamuſſim, uide in dictione Amuſſis.

Adapto, uide Apto, quia ſimplicium rem ſignificant.

Adaquo, quas pen. correp. ex ad & aquo, id eſt, aqua reficio. Sueton. in Calig. Ita decreuit, ut ad locum ubi adaquare ſolebat iumentum, duceretur, capite inuoluto. Aquo, aquas. uero ab aqua fit quod & Aquor, aris. dicitur, & magis in uſu, ſignificatq́ aquã haurio ſiue ſumo. Liuius libro. xxvii. Receptui propè cecinit, & miſit ad flumen unde aquabantur. Et libro uigeſimo quinto. Ex eodem riuo utriq́ cum preſidio leuis amaturæ ſunt aquati. Aliquando Aquari, eſt aqua reficere. Salluſt. in Iugu. Aquatum eſt equos egreſſus.

Adar locus iuxta Betlehem, vbi uel angelorum grex in ortu domini cecinit, uel Iacob pecora ſua pauit, loco nomen imponens, uel (quod uerius eſt) quodam uaticinio futurum iam tum myſterium monſtrabat.

Adarca, ſpuma arundinis, & ſalſilago quædam paluſtris, medicinæ utilis, naſcens è cortice arũdinis paluſtris, ut Plin. libro. xvii.

Adarca, ſpecies arundinis in Italia naſcentis, circa arundines tenueis, ubi ſpuma aquæ dulcis ac aquæ marinæ ſeſe miſcens, quæ & Calamodinus dicitur. Cornucopia.

Adaſus ſpecies tunicæ, ſic dictæ, quòd ab humeris non erat conſuta. Cc.

Adaugeo, & Adaucto, uide in Augeo.

Ad calendas Græcas. id eſt, nunquam, eò quòd Græcis calendæ non ſunt. Inſtitutum ab Auguſto, qui quum aliquos ſoluturos non putabat, Ad calendas Græcas ſoluturos aiebat. Cornucopia. Ad tertium calendas, & Tertio calendas (autore Perrotto) ualde differunt, quod Tertio calendas, de certo ſemper die dicitur, Ad tertium uero, etiam de incerto, hoc eſt, de eo qui eſt circiter tertium calendas & ita de conſimilibus.

Addax dicitur qui Græcis ſtrepſiſeros, ab contortis cornib. C.

Addico, cis. penultima producta, id eſt dico, & dicẽdo adprobo adiudico, deſtino, deputo. Verg. li. iii. Huic me quæcunq́ fuiſſet Addixi.

Vnde Addictum, deuotum, obnoxium, deſtinatum. Cicero libro. I. Offi. Et is qui morti addictus eſſet. Aliquãdo Addicere, eſt in auctione uẽdere, & quod in huiuſmodi uenditione dicitur, liberare. Nam liberationis uocabulum (ut Paulus inquit) eandem uim habet quam ſolutionis. Hoc autem, fit, quum multi ſunt emere uolentes, & alius alio magis precium affert. Plinius. Tabulas inde omneis ex publico propter æs alienum ciuitatis addictas, Scauri ædilitas Romam tranſtulit. Addictas, hoc eſt, publice uenditas. Hinc titulus eſt, de in diem Addictione. Quintilianus, Omneis facultates in ꝑtia collegi, rus ſeruulos, & oĩa utiliora properanti feſtinatione parentis addixi. Paulus, Si emptor alium non idoneum ſubiecit, eiq́ fundus addictũ eſt, nõ uideo quemadmodum prior ſit emptus, cum alia conditio & uera ſubſecuta eſt. Sed ſi neuter ſubiecit emptorem maiori autem precio addictũ eſt prædium ei qui ſoluendo non eſt, abitum eſt à priori emptore, quia ea melior conditio dicitur quam uenditor adprobauit, cui licuit nõ addicere. Suetonius in Cæſare, Ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ minimo, ſeu ut quidam legunt nummo, addixit. Et addicere prætor dicebatur, quando debitorem tradebat creditori, ut in eum & uitæ & necis haberet poteſtatem, quum ſoluendo non eſſet. Eſt enim unum ex tribus uerbis ꝑtoriis, quæ ſunt hæc, Do, Dico, Addico. In diſciplina uero augurali, aues dicuntur Addicere, quando ratum faciunt auſpicium. Liu. Fabio auſpicanti, aues ſemel atq́ iterum non addixere.

Addiſco, ſcis per dd, bene diſco, uel ad ea quæ didiceram addo.

Additus, ta, tum. penul. correp. adiſictus. Et quãdoq́ inimicus dicitur, ut apud Vergilium.

Nec Teucris addita Iuno Vſquam aberit.

Addo, dis, adiungo. Et dicimus, Hoc meis malis, uel ad mea mala additur. Cic. Apio Pulchro. Illud uelim ſic habeas, quòd intelliges hac re nouata, additum potius aliquid ad meum erga te ſtudium (cui nihil uidebatur addi poſſe) quã quicquam eſſe detractum.

Addo, das, iuxta do. Plautus in Truculent. Tuo arbitratu quod iubebis addabitur.

Addoceo, etiam doceo. Horatius,

Sollicitis animis onus eximit, addocet arteis.

Addormio, uel Addormiſco, contrarium eſt eius quod eſt expergiſcor. Suetonius, Et quoties poſt cibum addormiſceret (quòd ei ferrè accidebat) olearũ ac palmarum oſſibus inceſſebatur.

Adduco, cis. penul. prod. ad aliquem ſeu ad aliquid duco, ut eſt illud. Adducunt illi mulierem in adulterio deprehenſam. Terent. Adducam tuam Bacchidẽ Interdum inuitum duco. Idem, Si illum poteſt qui

aliēcuius rei eſt, etiam cum ad nequitiam adducere. Dicimus etiam, Adducam te in meā ſententiā. Interdum Adducere, eſt cōtrahere. Vergil. lib. iii. Georg. Vbi ignea uenis, Omnibus acta ſitis miſeros adduxerit artus.

Adductam frontem irati hēre dicūtur. hoc eſt contractam & cōſtrictam. Interdū intorquere, rotare. Idē lib. ix. Ipſe ter adductas circum caput egit habenas. Interdum cogere. Cicero, Nullo imbri, nullo frigore adduci poteſt, ut capite operto ſit. Aliquādo pro duco, extendo. Vergil.

Ocyus adducto torquens haſtile lacerto.

Adedo, dis, pen. correp. in toto edo, conſumo. Vnde Adeſum, conſumptum. Nam ibi ad auget. Verg.

Nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio.

Adela, ἄδηλα Græce quæ ſine autore feruntur.

Adelphi. Delphon priſca lingua Græcorum unum ſignificat. Vnde apollo (id eſt, Sol) Macrobii ſententia) Delphios dicitur, quaſi unus & ſolus. Sic & fratres Adelphi, quia non ſoli. Vnde Terent. Comœdiam inſcripſit Adelphi, quia in ea tractat de duobus fratribus. Sed quomodo quia non ſolus eſt filius Iouis, neq; à Græcis ita dici vſquā memini, ſed bene Delphi, & Delphicus Apollo, à delphine dicitur prægrandis. Homerus,

Εὔχεσθαι δ' ἐμὲ πάντα, παρστάμενοι περὶ βωμὸν
Ὡς μὲν ἐγὼ τὸ πρῶτον ἐν ἠεροειδέι πόντῳ
Εἰδόμενος δελφῖνι θοῆς ἐπὶ νηὸς ὄρουσα
Ὡς μὲν ἐμοὶ εὔχεσθαι δελφινίῳ, αὐτὰρ ὁ βωμὸς
Αὐτὸς δελφίνιος καὶ ἐπόψιος ἔσσεται αἰεί. Id eſt,

Orare poſtquam adſtantes circa aram, ut quidē ego primum in obſcuro ponto aſſimilatus delphini, celeri in naue impetum faciens, ara, eaq; Delphica & alta erit mihi ſemper.

Adeò, ſecunda ſyllaba breui, aduerbium eſt, & ſignificat uſq; eò uel intantum, Non ſecūdum rationem, quia ad adcuſatiuo adcommodatur. Componitur enim ex ad, & eo, is, uel ex ad, & eo relatiuo, ſiue aduerbio. Quintilianus. Nunquam adeò pro nobis ſolicita eſt lex, ut quod præſtet extorqueat. Quandoque ponitur pro ualde. ſiue multum. Terentius. Iuuenem adeò nobilem. Vergilius libro quarto. Nec me adeò fallit.

Quandoq; pro uſq; etiam, ſiue etiam uſq;, inſuper. Cicero in Catilina, horum autem caſtrorum imperatorem, ducemq; hoſtium intra mœnia, atq; adeò in ſenatu uidetis inteſtinam aliquam quotidie perniciem reipublicæ molientem. Verg. lib. ii. Georg. Adeo à teneris adſueſcere multum eſt. id eſt, uſq; Quandoq; pro certè, ſine dubio. Idem Georg. i.

Multum adeò raſtris glebas qui frangit inerteis. Vimineasq; trahit crateis. Quandoq; pro modo. Terentius, Tute iam adeò eius audies uerba.

Adeo, dis, adiui, uel adii, aditum. pen. cor. id eſt, accedo, ut, Adeo prætorē. Huius paſſiuum protulit Columella libro. I. Sed granaria ſcalis adeantur, & modicis feneſtellis aquilonibus inſpirentur. Aliquādo Adire eſt interpellare. Terentius in Andr. Aliquot me adierunt ex te auditum eſſe. Lucil. libro. xxvii. Quum pacem peto quū placo, quum adeo, & quum adpello meam. Aliquando adgredi, adoriri. Cicero libro primo offic. Vix inuenitur, qui laboribus ſuſceptis, periculisq; aditis, non quaſi mercedem rerū geſtarum deſyderet gloriam. Et Adire, eſt quaſi ad prælium ire. Terent. in Phorm. Nunc prior adito tu ego in inſidiis ero hic ſuccenturiatus, ſi quid deficies. Vergilius.

Nec quiſquā ex agmine tanto Audet adire uirum.

Adeps, pis. generale eſt ad omnem pinguedinem, ſiue carnis, ſiue alterius rei. Ideo Adipatū, pingue, & ſucculentum, tam de ſermone quàm de aliis rebus dicitur. Iuuenalis.

Feruent adipata ueneno.

Cice. Aſciuere ſuis artibus opimum quoddam, & tanquam adipatæ dictionis genus. Reſtringitur tamen quandoq;, & ſignificat illud pingue ad ſimilitudinem reticuli inteſtina continens. Gellius libro quarto. Contegit uero omnia hæc omentum exteriore parte leue & ſtrictum, ex ſuperiori mollius, cui adeps pars quoq; innaſcitur. Et eſt generis tam maſculini quam fœminini. Plinius libro tertio Proiſnus uel ptiſanæ, uel alicæ, uel orizæ cremor dandus eſt, cum quo recens adeps cocta ſit. Idem de adipe lupino dicit ſic. Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit, ideo nouas nuptas illo peſungere poſteis ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Cornucop.

Adeptus, ta, tum. adſequutus, acquiſitus, inuentus.

Adhabito, penult. correp. iuxta habito, uel iuxta me pono. Plaut. in Capti. Aedepol namq; ſi adhabites propius, os denaſabit tibi.

Adhæc. id eſt, præterea, quaſi ſupra iam dicta. Salluſtius, Adhæc ſcientia belli Gallos ante Romanos fuiſſe. Cornucop.

Adhæreo, fortius fixus maneo, arctiſſime inſideo, adhærēs ſto adproximo. Hinc Adhæreſco, adhærēs fio, uel idem eſt quod adhæreo. Cicero Offic. lib. i. Omnino q; iuſtitiæ honeſtatiq; adhæreſcet.

Adhalo, adflo. adſpiro. Plin. Nunc quidē ſi ſerpentis cauerna iuxta fuerit, ſi pateſcētes primo adhalauerit capaci uenenorū cognatione ad uirus accipiendū.

Adhamo, idē eſt q obligo, irretio. Cic. Qui. n. ſeruis honores adhamauerunt, uix admittunt ad eos, nec ſatis cōmendati multitudini poſſunt eſſe. Deducitur ad hamus, quod catenam, & uncum quo piſces ineſcantur, ſignificat.

Adhibeo, bes. pe. cor. adpono. Cic. Fabio. Adhibui diligentiā, quotieſcūq; ſenatus fuit ut adeſſem, plurimumq; in eo negocii habui. Et adhibere, eſt ppē habere. Teren. in Pho. Nunquam admitam ego à me, quin mihi te ſteis adhibeam quum dem.

Adhoc, ſigñat præterea. Sallu. Cognouerā paruis copiis bella geſta cū opulētis regibus, adhoc ſæpe fortunæ uiolentiā tolerаſſe, facundia Græcos, ſcientia belli Gallos ante Romanos fuiſſe.

Adhoram, ſignificat ad tempus conſtitutum.

Adhuc, aduerbium compoſitum ex ad, quæ ſignificat uſq, & huc. Vnde adhuc, vſq; huc, vſq; modo

Cicero lib.iiii.ad Herennium, In his quatuor generibus exornationum quæ adhuc propoſitæ ſunt, non inopia verborum fit, ut ad idem verbum reuertatur ſæpius. Idem, Adhuc quæ dicta ſunt arbitror mihi conſtare, cum cæteris artis ſcriptoribus. Accipitur quandoq; pro etiam. Quintilianus, Eſt adhuc alia in reſpondendo figura. Denotat autem quandoque temporis continuationem. Horat.

Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.

Adiabene, eſt ultra Armeniam regio, quæ Aſſyria antè dicebatur. Cc.

Adiaceo, ces. penul. correp. iuxta aceo, adhæreo. Columella in Præfatione, An putem fortunatius catamitho repulſum ianitore, ſæpe nocte ſera foribus ingratis adiacere.

Adianoeta, id eſt, non intelligibilia. Nam διανοέω intelligo ſign.

Adiaphora, penul. correp. Latine dicuntur ꝓmiſcua ſiue indifferentia, qbus & bene poſſumus uti & male, qualia ſunt bona corporis ac fortunæ.

Adiatrepſiam, cum accento in penultima Græci dicũt inuerecundiam. ἀπὸ τοῦ α, στερητικοῦ, καὶ διὰ, καὶ τρέπω. μέλλων τρέψω, τὸ πολύω. id eſt, à priuatione, & διὰ, & τρέπω, Futurũ τρέψω, uerto, muto.

Adides. Perottus in Cornucop. ab adeo deducit, dicitq; tela quædam adeò antiqua, ut nuſquam cõmemorentur in bello. Legitur tamen clauas fuiſſe cubito ſemis factas, eminentibus hinc atq; acuminib⁹ quæ ita iaciuntur in hoſtem, loco ſiue lino religatæ vt peracto vulnere ad iacentem reuertantur. Verg.

Teretes ſunt adides illis,

Tela &c. hæc ille.

In qbus magno videt̃ duci errore. Nam ſi ab adeo deducantur, primam corriperent. Neq; adides, ſed Aclides, aut Aclydes legendum putem, de quibus ſupra viſum eſt.

Adiectiuum, ab adiicio fit, quaſi adiunctiuum, quia ſubſtantiuis adiungatur. Poſtulat autem infinitiuũ, ſiue actiuum ſiue paſſiuum, at ſubſtantiua magis gerundium, ut, Tu es dignus habere opes, & es dignus honorari, Tempus eſt edẽdi, Locus eſt expoſtulãdi.

Adigo, gis, penult. correp. ex ad & ago ſignificat cõcito, compello. Lactantius libro quarto. Conquerẽtes prophanos homines ſacris intereſſe, adegerunt principes ſuos in furorem, ut expugnarent Dei templum. Item Adigo, aſtringo. Liuius lib. primo, Iureiurando adegit neminem Romæ regnare paſſuros. Item adpello, adduco, ſiue ad aliquem locum ago. Teren. In Eunuch. Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Cicero de diuinat. ſic adpello vſus eſt, quemadmodum Terentius Adigo. Inquit enim, Viſum eſt in ſomniis paſtorem ad me adpellere duos conſanguineos arietes. Item affigo ſeu intus pono. Columel. Cuneum adige inter lignum quum findere velis.

Adiiciales cœnæ adipalesq; vocantur ſacerdotum, ut patet ex Feſto, Plinio, Seneca, Varro libro tertio, de re Ruſt. Primus Q. Hortenſius pauones augurali adiiciali cœna poſuiſſe dicitur.

Adiicio, cis. penultima correpta, ex ad & iacio, cum cæteris à iacio compoſitis, per duplex ii, niſi in poemate, vbi quandoque primam ſyllabam contingit breuiari. Statius,

Fontibus intentas abicit monſtratq; cruorẽ. Idẽ,

Pectoraq; inuiſis obicit fumantia muris. Verg.

Tityre paſcenteis à flumine reice capellas.

Tũc enim altera abiicienda eſt, ne ſyllaba breuis poſitione, id eſt, duplicis conſonantis, cõtra rationem metri ꝓducatur. In præterito uero per ſolam i, ſcribenda ſunt, ubi a, in e, mutatur, vt Abieci, Adieci. Cõtingit nihilominus plerunq. ut quædam producantur, quæ à iacio componuntur. Ver. lib. iiii.

Tu lachrymis euicta meis, tu prima furentem,

His germana malis oneras, atq; obicis hoſti.

Seruius, Obicis, ob, naturaliter breuis, ſicut re, & ad ſed producunt plerunque hac ratione obiicio, abiicio, reiicio, quia habent i, vocalem ſequentem, quæ per declinationem poſſunt in conſonantis formam tranſire, ut obiecit, reiecit. Ergo etiam antequam i, fungantur officio conſonantis, præcedentem longã facit. Idem lib. decimo ſuper verbo Reicit. Re, inqt, naturaliter breuis eſt, & eam pro longa poſuit, ſicut alibi,

Reiice ne maculis infuſcet vellera pullis.

Quod licet poſſit excuſari, qa quum facit Reieci, I, inter duas uocaleis poſita producit ſuperiorem, ut dicamus longam eſſe, ſæpe, quia per declinationem longa futura eſt, tamen quia in hoc argumẽtum magis eſt quum ratio, dicamus ectaſim factã, quæ poetis plerunq; conceditur. Significat Adiicere, adiungere, adcreſcere, vt Adiecit claſſi remiges, Et Adiicere, quaſi adplicare, & iuxta ponere, ut, Ad uirginem animum adiecit. Adiicere oculum, eſt inſpicere, conſyderare.

Adimantus, nomen uiri Athenienſis.

Adimo, mis. penultima correpta, quaſi diminuo, & aufero. Inde ademptus, ablatus. Adimere vero ius uerborum in comitiis, eſt ius ſuffragandi tollere, & tanquam ſexagenarios de ponte deiicere. Nam per pontem ſuffragia ferebantur. Ab emo & ad. Ita à p & emo Perimo, quando quis malum aliquod ſibi ex culpa ſua adinuenerit.

Adineo, nis. pen. correpta adiniui, nitum. id eſt, intus vel iuxta mitto. Columella libro tertio. Quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medullam eius nucem Græcam vel auellanam abſcõdito, & ita adinito, hoc ante Calendas Martias facito.

Ad inſtar, quidam ex recentioribus dixerunt, Solinus, Apuleius, Aurelius. Primus autem Serenus Lyricus adinſtar ſcripſiſſe memoratur. Valla recte docet ad redundare.

Adipale, penultima producta, adiectiuum ab adipe, pro pingui. Vnde Feſtus Adipaleis cœnas ſacerdotum uocat. Ambroſius, Tanquam adipale precationis genus,

Adipatus, ta, tum. dicitur, quod addito pingui factum eſt ſuccoſum & pingue. Vnde adipatæ dapes dicuntur.

Adipiſcor,ſceris.ex ad & apiſcor,quod nō eſt in uſu; à quo Aptus participium videtur fuiſſe, vnde Adeptus,Feſtus, Aptus,cum ꝓpria ſignificatione intelligitur,poni tamen ſolet pro adepto,ſicut Apiſci ꝓ adipiſci.Nonius de priſcis dictionibus. Apiſci,adipiſci. Lucillius libro.xxvi. Vt ego effugiam,quod ego te in primis cupere apiſci intelligo.Dicitur etiā Apiſcor,ſcaris. Lucillius, Magnam inde apiſcatus infamiam.Inde etiam Indipiſcor,quod ſignificat adſequor.Plautus tamē in Aulul.Indipiſces dixit. Adipiſcor igitur quoniam plenius ſonat quàm Apiſcor in vſum venit,& ſignificat quandoq; conſequor,ſiue obtineo.Cicero lib.iiii.ad Herennium , Hæc oīa adipiſcemur,ſi rationes præceptionis diligentia cō ſequemur & exercitatione.Plaut.in Trinſimo paſſiue dixit, Non ætate, verum adipiſcitur ſapientia. Aliquando ſignificat conuenio, peruenio, quando ſcilicet cum perſona iungitur.Idem in Epid.Dii immortales infelicitent te,vt tu es grādibus gradibus. Nam ut ad portum te conſpexi, curriculo occœpi ſequi,vix adipiſcendi poteſtas modo fuit. Cicero, Nam medio itinere eſt adeptus,amplexus ſum.hoc eſt,quum medio itinere ad eum perueniſſem.

Adipoſus,pen.produ.pro locupleto & opulento accipitur,quoniam & in ſacris literis Adipē vocabulo diuitiæ continentur.

Adiſpacin,ſeu Diſpacon,ſiue Diacheron uocant aſpalatum ſpinam albam in Oriente,magnitudine arboris modicæ,flore roſæ,cuius radix vnguentis expetitur. Sunt qui Etiſi ſceptrum vocent, nec deſunt qui ſceptrum Eliſei. Sanat ozenas,id eſt,vitium in naribus,ex confluxu humoris acerrimi.Ce.

Aditio, onis. eſt acceſſio.

Adito,tas,penultima correpta frequentatiuū ab adeo,adis.Diomedes. Adeo,adis.hoc iteramus, Aditotas. dictitantes.

Aditus,tus,ſignificat ingreſſum per quē ingredimur & admittimur. Vergilius,

Aditumq; per auia quærit.

Vnde quandoq; pro limine ſeu ianua ponitur. Huius diminutiuum eſt Aditiculus.

Adiudico,cas.vide in dictione Abiudico.

Adiugo,gas.pen.cor.id eſt,coniungo,ad aliquid iungo,Plaut. Mater eſt terra,ea parit corpus, mater anima adiugat voluntatem.

Adiungo,iungis.alligo,addo,apto,accommodo.Terent.in Andria , Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant.

Adiuro,ras.penultima ꝓducta,valde iuro . Nam ad, auctiua eſt. Seruius, Tūc nos adiuramus,quum aliquid feciſſe negamus. Terent.in Hecyra, Sancte adiurat non poſſe apud Pamphilum ſe abſente perdurare.Itē Adiurare,eſt incantationibus dæmones eiicere.Græci exorcizare dicunt. Lactantius lib.iiii. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet q̄ viderit,quatenus adiurati per Chriſtum de corporibus quæ obſederint fugiant.

Adiuto,tas.penultima producta,frequentatiuum ab adiuuo,vt eſt,O Tite ſiquid ego adiuto.

Adiuuo,uas.pen.correpta,opem fero.Hinc Adiutor penultima producta,nomen verbale.Quamuis Iutor à iuuo raro legatur,& ponitur pro auxiliatore, particepe,ſocio . Et quidem Adiutores(ut ſcribit Donatus)dicuntur in re bona,pulſores in mala. Terēt. in Adelph.Poſtremò hodie in pſaltria iſtac emenda adiutor fui. Adiutorium dicitur illud quod ab adiutore præſtatur. Adiumentum ſimiliter ſumitur pro auxilio.

Ad limina,dicebantur ſerui,qui ad atrium & aditum excubabāt,ſicut ad pedes,à memoria,à libellis,qui & liminarchæ dicuntur. Apuleius lib.ii.de Aſino, Nā & pueri ipſius ad limina credo, vt arbitrio nocturni gānitus ablegarentur humi quàm procul diſtractum fuerat grabatulum. Sylius,

Sæpe etiam famuli turbato ad limina ſomno,

Expauere trucem per vaſta ſilentia vocem.

Ad liquidum , duæ partes ſunt, ſignificat clarè aperteq;,Hierony.in prologo Eſaiæ,Ita vniuerſa Chriſti eccleſiæ myſteria ad liquidum proſecutus eſt, vt nō eum putes de futuro vaticinari , ſed de præteritis hiſtoriam texere.

Admando, ſignificat ad aliquem vel aliquò aliquid cuipiam committo.Plautus in Pen.Reuertor rurſus denuo Carthaginem, ſi quid admandare vultis, aut curarier,argentum mihi qui dederit,nugas egerit.

Ad manum,duæ partes.in promptu, in proximo,& parabile. Seneca, Ad manum eſt,quod ſat eſt.Plinius in epiſtolis, Statim omnia ac penè pariter ad manum ſenſus reconditi.

Admetes,pen producta.Oceani & tethyos filia.

Admetus,pe.prod.nomen Theſſaliæ regis,cuius armenta pauit Apollo,diuina poteſtate ſpoliatus. Tamen Callimachus contra hanc inueteratam lectionem,ita ſcribit in hymno Apollinis,

Φοῖβον καὶ νόμιον κικλήσκομεν

Ἐξότι,ἐπ' ἀμφρύσῳ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους

Ἠιθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος ἀδμήτοιο .i. Phœbū & iuſtū vocamus,in Amphryzo iugaleis paſcebat equos, Deo ſimilis,amore accenſus Admeti.

Adminiculor,laris.deponēs,& Adminiculo,las.actiuum, Auxilior,adminiſtro, ſuſtento. Cato de Liberis educendis.Quoad potui,adminiculaui tuam voluntatem in ſcribendo.

Adminiculum,auxilium,ſuſtentaculum,vt vitis adminiculo religata.

Admiratio (vt inquit Auguſt.) non de cognitis,ſed de incognitis rebus naſci ſolet.Inde Admirari,pro neſcire. Vnde eſt illud, Propter Admirari cœperunt philoſophari.

Admiror,penult.producta, vide in dictione Miror.

Admiſſarius equus,qui ad ſobolem procreandam equæ adiungitur.

Admiſſionales, dicuntur ii quorum officium eſt admittere aulicos intra cubiculum ad principem ſalutandum. Lampridius in Alexandro, Salutaretur quaſi vnus de ſenatoribus,patente velo,admiſſionalibus remotis.

Admiſſiuæ aues , dictæ ab auguribus, quæ conſu

lentem iuberent.

Admiſſura, tempus & actio ipſa, qua mariti gregum admittuntur ad coitum, fœturæ cauſſa, Sylius.
Expectatur equus cuius de ſtemmate longo,
Felix emeritos habet admiſſura parenteis.

Admitto, tis, recipio, adiumo. Iuuenalis.
Iam fas eſt, admitte viros, dormitat adulter.
Interdum Admittere, eſt intromittere. Martialis.
Ante fores ſtantem dubites admittere famam.
Interdum iuxta ponere, adiungere. Iuſtinus lib. pri. Ibiq; equum equæ admittit, ratus ex voluptate Veneris futurum quod euenit. Interdum acceptare, ſuſtinere. Salluſt. Non'ne emori per virtutem præſtat, quàm hác vitam miſeram atq; inhoneſtam vbi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueritis, per dedecus admittere. Interdum peccare. Teren. in Eun. Si aliam admiſero vnquam, occidito.

Admodum, penult. corrept. aduerbium, id eſt, valde. Ibi enim ad, intenſiua eſt. vt, Vir admodum fortis. Plinius lib. xx. Huius cucurbitæ commanducatæ ſucus ſtomacho admodum prodeſt. Quando q; ſignificat aliquâtum, ſiue ſatis, quaſi ſecundum rationẽ. Liuius, Iam mitigati admodum animi raptis erant. Quum autem duæ partes ſunt, ponitur pro quaſi, tánquam, vt, Scribit admodum docti viri.

Admolior, liris, vide in dictione Amolior.

Admoneo, nes, penul. corrept. Idem penè quòd moneo, ſiue commonefacio. Cicero pro Cælio, illud tamen te admonitum eſſe volo, primũ qualis eſt, talem te eſſe exiſtimes. Et dicimus, Admoneo te illam rem, & illius rei, pro eo quod eſt, admonitionem tibi præſto, à Græcis traductum, qui quum ablat. careant, genitiuo vtũtur, Salluſt. in Iugurtha, Sed quoniam tanti viri tempus admonuit. Vergilius lib. x. poſuit pro percutere,
Leucagus vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos.

Admordeo, vide in dictione Mordeo.

Admoueo, ues, penultima correpta iuxta moueo, adpono. Vergilius.
Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.
Amoueo vero, à loco moueo. Terenti. in Adelphis,
Age tunc hinc amouebo illum.

Adoleo, les, penultima correpta leui, & lui, adultum. unde Adultus, Adoleſco, Adoleſcens, & Adoleſcentia, & diminutiuum Adoleſcentulus. Eſt autem Adolere ſiue Adoleſcere, creſcere. Hieronymus ad Euſtochium, Nolo ſinas cogitationes creſcere, nihil in te Babylonicum, nihil confuſionis adoleſcat, dum paruus eſt hoſtis interfice, vt elidatur in ſemine. Aliquando Adolere, eſt propiciari, & ſupplicationibus numen auctius facere, ſacrificare, & quaſi odorem Diis præbere. Vergil.
Verbenasq; adole pingueis, & maſcula thura.
Quoniam vero ſacrificium igni fieri conſueuit, Adolere pro urere, ſiue ligna imponere capitur. Varro, Quum inteſtina adoleuiſſent, partim Diis obtuleſſent partim ipſi conſumpſere. Politianus tamen Adoleſcens per u, productum ſcrib. præcipit, non per o. Quod ille indicat verſus.
At leuis ille Deus quum ſemper adoleſcentum.

Adoleſcentia, ab adoleſchia, quæ nugatio eſt, ſicut & ab adoleſco, quòd quædam loquendi luxuries atq; impetus ea in ætate adoleſcat, vel cum ſanguine ſimul perturbationes animi effrenatius adoleſcant.

Adoleſcentior, tiaris, ſignificat luxuriare. Varro, Id quidem vt faciat cenſeo, quoniam tu quoq; adoleſcentiaris.

Adoleſcenturio, adoleſcentium more facio, ſiue in adoleſcentiam redeo. Laberius, incipit adoleſcenturire, & neſcio quid nugarum facere.

Adonai, nomen Dei apud Hebræos, quod generaliter interpretatur dominus, quòd dominetur creaturæ cunctæ.

Adonia, adoniorũ. feſta Adoniæ dicata. Scribit Ammianus libro vigeſimo ſecundo hiſtor. Adonia fuiſſe feſtiuitatem Adoni dicatam, dicens, Euenerat iiſdem diebus annuo curſu completo Adonia celebrari, ritu veteri, amato Veneris (vt fabulæ fingunt) apri dente ferali deleto. Adoniæ cum planctu celebrantur, ob planctum veneris repræſentandum. Ouidius.
Luctus monumenta manebant.

Adonis, adonis, penultima producta. & nidis. nomen proprium filii Cynaræ Cypriorum regis, & Myrrhæ, quem Venus in deliciis habuit, formoſitate præcellentem. Hic apri dente ſub inguine percuſſus laceratusq; proſternitur leto. Venus miſerata in florem Adonũ qui eſt ſanguineo colore, eum trâſformauit. Plinius libro vigeſimo primo docet Adonium florem eſſe alſioſum. Hunc Auſonius cũ Plauto vocant Adoneum. Fulgentius Adon. Adon Græce ſuauitas dicitur. Et quia myrrha odore ſuauis eſt, Adonem dicitur genuiſſe. Ideo autem Venerẽ amaſſe dicunt, quòd hoc genus pigmenti ſit valde feruidum. Legitur apud Lucianum, Adonim fluuium ex Libano monte profluentem, ſingulis annis ſanguinolentum fieri per eos dies, quibus Adonis fuit interfectus. Hieronymus in Ezechiele ſic habet. Quẽ nos Adonidem interpretati ſumus, & Hebræus & Syrus ſermo Tammuz vocat. Vnde quia iuxta gentilem fabulam in menſe Iulio, amaſius Veneris & pulcherrimus iuuenis occiſus, & deinceps reuixiſſe narratur, eundem Iulium menſem eodem adpellât nomine, & anniuerſariam ei celebrant ſolennitatem in qua plágitur quaſi mortuus, & poſtea reuiuiſcẽs canitur atq; laudatur. Vnde apud Ezechielem prophetam legitur, Ecce ibi mulieres ſedebant plangẽtes Adonidem. Vbi intelligi vult, fuiſſe idolatriam celebratam in honorem Adonidis. Macrobius vero accepit Adonidem pro Sole. Eſt etiã piſcis. Vnde Oppianus in libris de piſcibus ita ſcribit.
τὸν μεράπων ἕτερος μὲν ἐπικλείουσιν ἄδωνιν.
Moſcopulus autem, ἄδωνις, παρὰ τὸ ἅδω, τὸ ψάλλω, τοῦτο δὲ παρὰ τὸ ἀείδω. ἀφ' οὗ καὶ τὸ ῖ ἔχει προσγεγραμμένον. Et Theocritus ἁ δ' αὖτε ἁ κυθέρεια ἀν ἄδιν εἰκοσὸν ἀμφιγυαῖον ἔχοισα χαίταν ... τὼς πόρακ' ἄγοι τὸν ὑς πρὸς ὄντιν ἔταξε ...

ἔρωτας. οἱ δὲ ἰνδῖοι πετανοὶ πᾶσαν δραμόντες ὕλαν, στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον, δῆσάν τε κἀπέδησαν· χὼ μὲν βρόχῳ καθάψας ἔσυρεν αἰχμάλωτον· ὁ δ' ἐξόπισθ' ἐλαύνων ἔτυπτε τοῖσι τόξοις. ὁ θὴρ δ' ἔβαινε δειλῶς· φοβεῖτο γὰρ Κυθήρην, τῇ δ' εἶπεν ἀφροδίτα, καὶ τὰ λοιπά. Id eſt, Hominum alii me vocant Adonin. Moſcopulus antem. Adonis. ab ᾄδω. id eſt, canto, pſallo, vnde & iota adſcriptum habet. Et Theocritus. Adonin Cytherea, Id eſt, Venus, ut vidit emortuum, iam triſtem habentem Cæſariem pallenteiſq; genas, ducere ad ſe ſuē amores iuſſit. Qui ſtatim uolantes omnem percurrentes ſyluam, triſtem ſuem inuenerunt. Laqueo antem ligantes vnus captiuum trahebat, alter retro impellens, arcu percutiebat. Fera autem ueniebat, & Cytheram timebat. & reliqua. Scripſit Pauſanias, Adonidis hortos lactueis & feniculis frequenteis, ac Veneri dicatos fuiſſe, in quibus ſemina deponi haud aliter quàm infectis ſolerent, eoq; rem in prouerbium abiiſſe, contra futileis ac leuiculos.

Adoperio, uide in dictione Operio.

Adoptatiuus, qui in adoptionem uenit. Plautus in Pœnu. Siquidem Antidamarchi quæris adoptatitium.

Adoptatiuus, qui ex adoptato natus eſt.

Adopto, ptas, vide in dictione Opto.

Ador, indeclinabile ſecundum vſum, quamuis apud aliquos inueniatur declinatum. Verg. lib. ii. Illam ſponte ſatos adoris ſtruiſſe maniplos. Declinatur autem hoc Adoreum, vnde & Adorea. Eſt autē Ador frumenti genus, vel farris, Edor quōdam adpellatum, ab edendo, quōd epulis & immolationibus ſacris putabatur pium vel quōd aduratur vt fiat toſtum, unde in ſacrificio mola ſalſa fit. Vel dicitur āb odoro, per apocopen.

Adorea, & Adoreola, cum accento in antepenulti. laus bellica, quōd uictores à uictis adorentur, vel quōd adorandi ſint, qui laudem ex bello reportant. Plinins libro decimo octauo. Gloriam deniq; ipſam, de farina honorem adoream adpellant. Feſtus. Adorea laus, quia glorioſum putabant eſſe qui farris copia abundabat, aut qui farre à populo donatus eſſet.

Adorea, liba è farre facta, quibus in ſacrificiis vtebantur.

Adoreum, idem quod ador. Varro libro primo de Re ruſtica, In loco humido, ſed far adoreum potius ſerunt.

Adoreum ſemen, (ut Colu. ait) eſt quidem quod far. Cuius quatuor ſunt diſcrimina, cluſiuum, uermiculum, candidum, trimeſtre.

Adordior, diris, adorſus, adloquor, incipio. Ambroſius libro primo Offic. Poſtea nunquam, niſi cōſulto domino, bellum adorſus eſt.

Adorior, riris, uel reris, adortus. eſt repente & ex inſidiis aliquem inuadere, ab eo quōd corpora aggredientium exurgant ſubitō, atque increſcant. Liuius libro primo. Timor deinde inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio uis aliqua externa adoriretur. Differunt tamen (ut inquit Donatus) Adorior & Aggredior, quia aggredimur de longinquo, adorimur de proximo. Dicimus autem, Adorior hūc, non orior ad hunc. Interdum Adoriri, eſt incipere. Lactātius libro quarto. Antequam præclarum hoc opus mundi adoriretur.

Adoro, ras, penultima producta ex ad & oro. ſignificat plenum oro, veneror, precor, ſupplico. Adorare etiam quandoque ſignificat alloqui. Apule. libro ſecundo. Infuſa aqua populum ſic adorat. Hinc fit Adoratio.

Ad plenum, ſignificat perfecte. Hieronymus, Quum necdum poſſint ad plenum verba formare.

Adprimus, penultima producta. longè primus. Liuius Andronicus in Odyſſ. decimoſexto. Deniq; uir ſummus adprimus.

Adpulſus, & Adpulſio. vibratio, ferruminatiōque. Apule. libro ſexto. Et unum blandientes adpulſum linguæ longè militum. Alias ſignificat pecorum ad aquam acceſſum. vt apud Iuriſconſultos.

Ad quō, id eſt, quantum. Afranius. Vt ſcire poſſis ad quō te expediat loqui, id eſt, quouſq;.

Adrammelech, idolum Aſſyriorum, quod etiam Samaritani coluerunt. & interpretatur magnitudo vel potentia regis.

Adramis. & adramin. penultima correpta nomen uiri proprium.

Adraſtia, cum accentu in penultima. regio non longè à Troade, quæ eſt in Myſia, ab Adraſto rege dicta, qui primus Nemeſi, id eſt, Fortunæ templum ædificauit, Adraſtiámque vocauit. Ibi etiam eodem nomine ciuitas fuit, qua diruta, lapides tranſuecti ſunt, & ibi ara ædificata Hermocreontis, opus magnitudine & pulchritudine memorabile. Eſt etiam quædam Dea, ἣ περιαιρεῖ τὴν μνήμην καὶ νοῦν ἀνθρώποις, περὶ δὲ ταύτης ὁ Μουσαῖος, καὶ ἀριστοτέλης περὶ τοῦ οὐρανοῦ. Ἀδράστεια δὲ ἀναπόδραστον αἰτίαν οὖσαν κατὰ φύσιν, αἶσαν δὲ ἀεὶ οὖσαν. Id eſt, Auferi memoriam & ſenſum hominibus, de qua Muſæus & Ariſtoteles de cœlo. Adraſtiam ineuitabilem cauſſam exiſtentem ſecundum naturam. parcam autem ſemper exiſtentem.

Adraſtus, nomē regis argiuorum. qui fuit filius Thalaonis & Eurimones. Habuit duas filias, Deiphilen & Argiam, & DeipHyle quidem Tideo nuptui tradita eſt, argia Pollinici.

Adrepo, pis penultima producta. ad aliquid repo. Pli. lib. xxxv. Ad matris morientis ex uulnere mammam adrepens infans.

Adrumo, mas, penultima producta. rumorem facio, ſiue commurmuro.

Adruo, ruis, ex ad & ruo, ſeruat d, in compoſitione, præter regulam aliorum, propter euphoniam & ſignificat arando ſubruo. Columella libro ſecundo. Diſiectum deinde protinus fimum inarari & adrui conuenit, id eſt, ſubrui & ſubigi.

Adſcire, ſignificat adiungere. Colume. in Præfatione, Quā & hanc adſciuimus quaſi agriculturæ partem

quum ſeparata ſit ab agriculatione paſtoralis ſcientia. Solet tamen ſcribi ſine d & per duplex ſſ. De quo in Conſciſco.

Adſum, ades, adfui, ſignificat præſens ſum, uel propè ſum. Nam adeſſe etiam dicitur, quod paulò pòſt futurum eſt, aut quod aduentat. Vnde dicimus, Adeſt Scipio, quum iam uenit, ſed præſens eſt id, quòd iã uenit. Et hoc naturaliter, ſicq́ cum datiuo uel ablatiuo mediante In, cõſtruitur. Cicero in Philipp. Omnibus his pugnis dolabella affuit. & in pauli pugna non adfuit. Cicero Inter hominem & beluam hoc maxime intereſt, quòd hæc tantum quantum ſenſu mouetur ad id ſolum quod adeſt, quodque præſens eſt, ſe adcommodat, id eſt, propè. Quandoq́ Adeſſe eſt fauere in iudicio uel præſidio eſſe. Liui. de ſecſdo bello Punico. Sed pueri fœminæq́ ſuper animi corporisq́ uires ad ſunt, pugnantibus tela miniſtrãt Donatus Adeſſe cauſſæ, proprie dicuntur aduocati & amici. Qñq; ſumitur pro accedere. Vergilius

Huc ades ò Galathea Idem,

Huc ades ò Meliboœe, caper tibi ſaluus & hœdi.

Sed hæc duo ſignificata magis per reflexum dicuntur. Sciendum quòd in Adſum ſeruatur d, triplici ratione, ſcilicet differentiæ cauſſa ab Aſſus, ſa, ſum. Euphoniæ cauſſa, quod plenius ſonet Adſum quàm Aſſum. Poſtremò quòd ipſa uerbi declinatio d, repetit, tanquam in ſuum naturalem principium reuertens. Veteres tamen Aſſum dicebant. Vnde Aſſas, dicebant nutrices, quòd adſint his quos nutriũt, nec ab eis uel exiguo tempore diuellantur Plautus, Nil philon aſſum apud te eccum.

Ad ſummam, & in ſumma. ſignificat denique, ſiue ad poſtremum, & breuiter. Iuuenalis.

Ad ſummã, nõ Maur' erat, nec Sarmata, nec Thrax

Cicero in Offic. Ad ſummam, ne agam de ſingulis. Quintilianus. In ſumma non recedo, fas eſt mihi inuitis etiam parentibus pie facere. Idem in hunc ſenſum accipit Semel. ut ibi, Vt ſemel omnia complectar. Sic & Bræuiter uſurpat, ut in geminis languentibus. Bræuiter tamen crudelitatis explicanda ſæuitia eſt. Ad ſummum refertur ad numerum. Cic. pro Milo. Vnus aut ad ſummum duo inuenti ſunt, qui Milonis cauſſam non probarent, id eſt, non plures quàm vnus, aut duo ex pluribus.

Ad tempus, ſignificat per aliquod ſpacium temporis Cicero lib. i. Offic. Vtrum perturbatione, ad quæ plerunq́ breuis eſt & ad tempus, an conſultò fiat iniuria. Et apud Suetonium legitur, Cæſarem extraxiſſe porticus ad tempus. Hoc idem ſignificat Temporarum. Reliqua uide in dictione Ad.

Adualſas, mons ex quo in Septentrionem Rhenus excurrit, & diuerſa ex parte Aduas in lacum Lariſiũ iuxta Comum intrana.

Adubanus, & Adubanũ. penultima prod. fluuius, qui & Iſter, & Danubius dicitur.

Aduecho, vnde Aduecto, & Aduectio, uide in dictione Veho

Aduelitatio, vide Velitor, & ibi Velitatio.

Aduena penult. correp. qui non eſt ciuis, aut inquilinus, ſed externus. Et proprie qui ex uno longinquo loco in aliquod opidum uenit, Aduenæ dicuntur. Conuenæ, qui ex pluribus locis.

Aduenio, nis, penul. correpta. idem quod uenio, ſeu ad aliquid uenio, vel ad aliquem locum uenio. Cecilius, Aedepol ſenectus, ſi nihil aliud adportes tecũ quũ aduenis. Et qñq́ venire incipio, quod & de inanimatis dicit. Plautus Aduenienti morbo ſuccurre.

Aduentitia bona, quæ non recta ſucceſſione, puta patris & aui, ſed ex legatia, aut aliter caſu aliquo nobis aduenitunt, in quibus pater uiuens habet uſumfructum, & liberam adminiſtrationem.

Aduentitius, morbus, qui fortè, & nulla noſtra culpa uenit.

Aduentitius, qui non eſt loci illius quem habitat, & qui caſu in aliquem locum uenit, non morandi gratia. neq́ conſultò.

Aduentito, penultima correpta. frequenter aduenio.

Aduento, tas, adproximo. Gellius, Sed poſtea quum Brunduſium aduentaremus, mollitiq́ eſſent uenti maris, percontatus ego ſum quænam ratio illa pauoris ſui eſſet. Cicero Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare hoc eſt ueniendo proximũ eſſe.

Aduentores, qui propè peculiariter frequentant officinam quampiam ac tabernam, quos materna lingua dicimus auentori. Plautus in Truculento, Si æquum facias, aduentores meos non inculca. Dicti Aduentores, ab adueniendo.

Aduerbium quaſi. iuxta uerbum dicitur, quia in oratione propè uerbum ponitur. Nec enim poteſt uerbi uis ſignificantius ſonare, niſi iungatur aduerbiũ ut puta dico, nauigo. Hæc nõ plenæ ſignificationis ſunt, niſi adiiciantur aduerbia, ut bene, male, doctè, feliciter, facit, nauigat. Sed alia aduerbia iunguntur ad explendam uerbi ſignificationem, ut ſunt locorum aduerbia. ut hic habito. Eo intrò. Fiunt autem Aduerbia quandoq́ à nomine. ut à bonus benè. A verbo. ut à ſentio ſenſim, à tracto tractim. A noĩe & verbo. ut pedetentim, à pede & tento. A participio. ut à ſtatus ſtatim. A pronomine. ut hic, illic, ab hic & ille. A præpoſitione, ut ab ex, extra, & à ſub, ſubter. Ab aduerbiis etiam. vt à propè propius.

Aduerſarius, ab aduerſor, pro repugno. Nam aduerſarii dicuntur ſibi inuicem repugnantes.

Aduerſaria, orum, dicuntur tabulæ rationum, tumultuariè confectæ, quæ idcirco conſcribuntur ne res memoria excidant, (vulgo quaternetos, ſeu, carnetos uocamus) ſolẽt enim mercatores rationes ſuas chartulis quibuſdam ſummatim inſcribere, deinde diligentius æſtimata calculo, in libros rationum referre. Cicero pro Roſcio, Nimium cito ait me indagare de tabulis, nõ habere ſe hoc nomen accepti in codicem accepti & expenſi relatum confitetur, ſed in aduerſariis petere contendit, uſque eõne te diligis & magnifice circunſpicis, vt pecuniam non ex tuis tabulis ſed ex aduerſariis petas? ſuum codicem teſtis loco recitare arrogantiæ eſt, ſuarũ perſcriptionũ & liturarũ aduerſaria proferre non amentia eſt?

Aduerſitores, ſunt ſerui qui eunt aduerſus, dominis

coenantibus

exeuntibus foris.ab aduerſum eundo. Apud Plautum in Moſtell.inducitur aduerſitor,cuius peculiare miniſterium eſt ire ad herum foris cœnitantem, & cum domum reducere ac comitari. Terentius in Adel.Neq; ſeruulo ſi quiſquam aduerſus ierat. ubi ait Donatus,proprie locutum Terentium eſſe, dicẽdo aduerſum,nam inde Aduerſitores dicuntur.

Aduerſor, rum datiuo, ſignificat contrarius ſum. Auerſor uero,deteſtor,abominor,iungitur cum adcuſatiuo de quo infra.

Aduerſus,ſa,ſum,cõtrarius,uide in dictione Auerſus.

Aduerſus,uel Aduerſum,præpoſitio,ſignificat cõtra & inimicitias diſſidia,contrarietatemq; oſtendit,ſicut contra,ut Aduerſus uel contra hoſteis bellum geritur,Aliquando pro erga ponitur.ut apud Terẽtium in Andria,Et id gratum fuiſſe aduerſum te,habeo gratiam.

Aduerto,tis,ad aliquem locum uerto. Terentius in Eunucho,illa ſeſe interea commodum huc aduerterat in hanc noſtram plateam. Aduerto oculos animum'ue,aliquò conuerto oculos uel animum.

Adueſperaſcit, ueſpertinum tempus adpetit, ſeu aduentat.Ce.

Aduiuo,penultima producta quaſi,adhuc uiuo.Hieron.ad Pamma.Ipſe ſi aduiueret Origenes,iraſceretur nobis fautoribus.

Adulor,penult.producta, (ut quidam putant)ex ad & aula,quia id aulici obſeruant,au,in u productã conuerſa.Ouid.

Agmen adulantum media procedit ab aula.

Nonius. Adulatio,eſt proprie canum blandimẽtũ, quod ad homines conſuetudine tranſlatum eſt. Vnde Speuſippus ſic definit. Adulatio,eſt conuerſatio ad uoluptatem abſq; ratione mali habitus,ad obſectationem conſuetudinis tendens mediocritatemq; tranſgrediens,ut eſt Adulari,Inſeruire & captare, ut fauorem emereamur,uel uoce, uel geſtu. Tractum ἀπὸ οὐ δούλου,quod eſt ſeruus. Eſt enim adulari,ſeruile,non liberale & ingenuum. Apud Ciceronẽ lib. ii.Tuſcul. Adulat,pro adulatur ſanguinem poſitũ. hoc eſt lambit,ebibit. Lucretius.

Longè alio pacto gannitu uocis adulant.

Miror autem quum à Græco ueniat,quoniã δοῦλος dicitur ſeruus, inde dulor,laris, & cum ad,dicitur Addulor,laris,duplo dd,quo pacto primam corripuerint aliqui uerſificatores.

Adulter, Adultera,componi uidentur ex ad & alter, ſeu altera,quòd ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferat.Hinc Adulterium,quod proprie cum nupta cõmittitur,quamuis ad alia transferatur.

Adulterinæ claues,& ſimilia,dicuntur,dum ficta aut non uera pro ueris ſubſtituuntur.Ce.

Adulterinus,na,num,penultima ꝑducta,vnde Adulterina ſigna dicuntur,quæ ſunt alienis anulis facta, Sic Adulterinæ literæ.

Adultero,ras,penult.correp.& Adulteror,raris, uitio uel maculo,quod etiam ad alia transfertur.Plinius.Iuuat ipſa adulterare adulteria naturæ,ſicut teſtudines tingere,argentum auro confundere.ut electra fiant,Cicero per traſlationem in Lælio.Simulatio uitioſa.Apoſtolus.Adulterantes uerbum Dei. Adulteratur uerbum Dei aut aliter de illo ſentiendo quàm eſt ſentiendum,aut,ex eo non ſpirituales fructus,ſed adulterinos fœtus quærendo laudis humanæ.autor Gregorius in Moralibus.

Adultus,qui creuit. Vnde iuuenes dicuntur adulti,q in flore ætatis & incremento ſunt poſiti.

Adumbro,bras,exprimo,repreſento,ſiue imitor, uti pictores,qui imagines planas adumbrãt,ut ſolidæ uideãtur. Aliquando umbram adhibeo,ſiue umbrã tegendo facio. Columella lib.xii. Adumbrantur uel ſtramentis,uel aliis tegumentis uuæ, ne uentis aut caloribus exareſcant,Ponitur etiam interdum adũbiare pro honorare.

Adunco,cas,ab aduncus, ſignificat curuo.

Aduncus,uide in dictione Vncus.

Adunguem,ſignificat ad perfectionem. Tranſlatio ſumpta à marmorariis,qui iuncturas marmorum tunc abſolutas exiſtimant,quũ unguis ſuperductus nihil offendit. Vel quum iuncturæ ita exactæ ſunt, ut unguem non admittant. Perſius.

Seueros excludet ungueis.

Siue ab his qui magna diligentia & conſyderatione aliquid faciunt, & in ipſa cogitanda ungueis mordent. Perſius.

Nec demoroſos ſapit ungueis.

Horatius libro primo Sermonum.

Fonteius ad unguem Factus homo.

Aduno,nas,penultima producta,congrego.Hieron. Quando uos ad refectionem de ita adunauerit hora,in cibis veſtris minime præfulgeat cocorum induſtria.Hinc adunati dicuntur,ſimul congregati.

Ad unum,aduerbialiter ſumptum,ſignificat omneis, nullo excepto,ut, Non eſt qui faciat bonum, nõ eſt uſque ad unum.Curtius,Omnes ad vnum perirre.

Aduocati,dicuntur qui alteri adſunt in cauſſa.Plaut. in Caſi.Stultus contriui diem,dum adſto aduocatus cuidam cognato meo,quem hercle litem adeò ꝑdidiſſe gaudeo,ne me nequicquam ſibi hodie aduocauerit.Inter aduocatum & patronum hoc intereſſe Valla exiſtimat quòd aduocatus nomen ſit generalius quàm patronus,ut non tantum ſignificet eum qui alterius cauſſam agit,(ſiquidem quicunq; adeſt alteri in cauſſa,officii gratia,aduocatus adpelletur etiam ſi nihil dicat neq; agat)ſed qui tantum paratus ſit defendere.Patronus proprie qui agit cauſſam ſed Adcuſati,non adcuſantis

Aduoco,cas,pen.corr.ad me uoco.Terent.In Phormione,Ibo ad forum,atq; aliquot mihi aduocabo amicos ad hanc rẽ.Huic contrariũ eſt auoco.Et aduocare,eſt in ſubſidiũ uocare,ſeu aduocatũ habere. Auguſtinus li.ii.de Ciuitate Dei.Vt eã honoribus talibus aduocarẽt cultores ſui.i.aduocatã haberẽt.

Aduolo,las,pen.corr.iuxta uel ad aliquem locũ uolare.& conſtruitur cum adcuſatiuo, præpoſitis ad, uel in,& aliquando datiuo.Plin.At in agrum Volaterranum palumbium uis è mari quotannis aduolat,Idem lib.x.Platea nominatur aduolans ad eas q̃

ſe in mari mergunt. Idem, Capratumq; ubribus aduolant.

Aduoluo, uide in dictione Voluo.

Aduorſor, pro aduerſor, & Aduorſem pro aduerſariũ ueteres dixerunt. Cc.

Aduotum aliquid habere, &, Ex ſententia. Licet hoc videatur rationis, illud eiuuidem adſectus, in eandem tamen ueniunt ſignificationem. Quintilianus. Habes'ne uxorẽ ex animi tui ſententia? Et alibi. Ad uotum omne fluentem fortuna laſciuit ocium.

Aduſq;, id eſt, vſq; ad. Apuleius, Iam aduſque amnem peruenimus.

Addytum cum y, producta, licet poetæ eam corripiãt locus eſt ſecretior templi, ad quem nulli eſt aditus niſi ſacerdoti, ab α, ſine, δύω ingredior, quaſi inacceſſibile. Sic autem propriè templorum penetralia dicuntur Adyta, ut ianuæ, valuæ. Vergil.

Iſq; adytis hæc triſtia dicta reportet.

Huius diminutiuum eſt adyticulum.

A ANTE E.

Aantion, oppidum in Sigæo ab aiace illic ſepulto, qui Græcis Acas dicitur. Cc.

Acas, æantis, fluuius Epyri, ex Macedonia prius defluens & in mare Ionium cadens dicente Lucano libro quinto.

Purus in occaſum, parui ſed gurgitis Acas
Ionio fluit inde mari.

Aeacus, penultima correpta Iouis ex Europa ſiue ex Aegina filius, ut in Iliadæ inqt Homerus. Hic apud Cænoplam (ſic quidem legitur, ſed niſi apud Strabonem eſt mendum, Oenonam legendũ eſt) regnaſſe dicitur, quam ex nomine matris Aeginam nominauit filius. Quem tantæ iuſtitiæ fuiſſe dicunt, ut apud Inferos animarũ creditus fuerit à plutone delectus iudex, cum Minoe & Rhadamantho, & peccãtiom peccata diſcutere & ꝓ meritis pœnas inferre.

Aedepol, pen. corr. aduerbium iurandi, q; eſt quaſi ꝑ ædem Pollucis. Item Pol, & Perpol, quæ idem ſignificant. Perpol quam pauci, per Tmeſim dictũ puto.

Aedes, tam in ſingulari quàm in plurali numero, pro templo, ſed fere ſemper cum adiectione, ut Aedes ſacra, uel Aedes ſacræ, aedes Iouis, aedes Deorum, aedes pacis & huiuſmodi. Cic. Ex eo die quo in ædem telluris cõuocati ſumus. Valerius Maximus li. i. Ea pontificum admonitione effectum eſt, ut Marcellus ſeparatis ædibus honoris ac uirtutis ſimulachra ſtatueret. Si vero abſolute dixerimus aedes, domum tãtum deſignamus. vt. Meas ædeis non proſcribam. Ea ꝑpter apud iureconſultos ꝓ omni ſpecie ædificii dici inuenitur. Vnde & ꝓ ſepulchro Ouid. poſuit.

Eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sichæus.

Pro cubiculo, apud Curtium. Excubabant principũ liberi ſeruatis noctiũ uicibus proximi foribus ædis in qua rex adquieſcebat. Idẽ pro cænaculo poſuit, quum ait. Stabat ad fores ædis eius in qua rex velcebatur. Fit q; aedes (ut ſcribit Seruius) ab edo, quòd in ea ſacrificantes edere conſueuerint. Nam quædã ſunt nomina quæ initio diphthongantur, quamuis à uerbo non diphthongato deriuẽtur, ut aedes, Aeſcelus. Varro ab aditu fieri putat, quòd ſcilicet plano pede adibant. Vnde etiam primã diphthongatã vocalem accepit. Feſtus. Aedes q; in ædito poni ſoleret. Alii aedem dici exiſtimãt, q; in ea æuũ degat.

Aedicula, dicitur ubi Deum ſimulachra ſeruantur. Plinius lib. xxxvi. de Venere Gnidia. Aedicula eius tota aperitur, ut conſpici poſſit vndiq; effigies Deæ.

Aedificium, edis conſtructio. & ponitur ꝓ omni ſtructura. Nam ædificii adpellatione non ſolum ſuperficiem ſignari, ſed ſolum quoq; ipſum cui ædificiũ ſuperpoſitum eſt Vlpiano putat.

Aedifico, cas, propriè ædem facio. Quamuis ad omne cõſtructionis genus etiam ad naueis pertineat. Cicero. Qui quũ maximas ædificaſſet inſtruxiſſetq; claſſes. Vnde videtur magis ſumi pro cõſtruo, præſertim quum ei domus additur, quia aliter fruſtra domum iungeremus. Idem, Qui quum ædificaſſet in palatio plenam dignitatis domum. Huius compoſita ſunt Coædifico, ſimul ædifico. Exædifico, manifeſte ſeu perfecte ædifico. Plinius de apibus. Domos primum plebeis ædificant, deinde, regibus. Inædifico, intus ædifico. Liuius lib. i. Et ut libera cæteris religionibus ara eſſet tota, Iouis templiq; eius quod inædificaret, exaugurare fana ſacellaq; ſtatuit. Proædifico. vnde Proædificatũ, quod ueteres dicebãt, quod ex priuato loco proceſſerat in publicum ſolum. Reædifico, rurſus ædifico. Superædifico. Hieronymus, Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, &c.

Aedilatus, tus, idem quod ædilitas.

Aediles, penult. produc. dicti ſunt ab eo quòd ædeis ſacras & priuatas procurarẽt. Vel ab aditu, quòd facilis ad eos aditus eſſet. Primo ex plebe duo creati ſunt ædiles, deinde procedente tempore duo ex patriciis adiuncti ſunt qui à ſolio eburna quod eis datum eſt curules dicti ſunt. Officium ædilium erat ludos publicos exhibere, & ſacras priuatasq; ædeis procurare, totam urbem tueri, ut cloacæ, & aquæductus, & quæq; publica ædificia, munda & integra eſſent, loca in theatro adſignare. Si quiſpiã ſeruum, aut iumentum morboſum uitioſum've, pro integro ſanoq; uẽdidiſſet, edicto ædilium emptori ſuccurrebatur, idq; edictum aedilitium dicebatur, ſiue editiones aedilitiæ. Erant & alii ædiles, qui frumento præerant, & à Cæſare creati, & Cerere Cereales nominati ſunt ut ſcribit Pomponius. His cura rerum uendendarum ne qua fraus fieret & menſuras ſi commiſſa erat. Scribit Dionyſios Halycarnaſ. lib. vi. Antiquitatum, ad officium aedilium pertinuiſſe, ut curam haberent annonæ forenſis, copiæq; cibariorum, editiones ædi. Hi apud Græcos agoranomi uocantur, a foro rerum uenaliũ, cui regulam ꝑſcribũt.

Aedilitas, ipſa dignitas. Suetonius in Cæſare, Siquidem ante paucos dies quàm ædilitatem iniret.

Aedilitium, idẽ quod ædilitas, & magiſtratus. Cicero libro Offic. P. Craſſus tum cognomine diues tum copiis, functus eſt ædilitio maximo munere. Idem ſignificat Aedilitatus, tus. Hoc tamen loco melius eſt ædilitio adiectiue dictum accipere, ut quum Aedis

litium edictum dicimus.Itaq; retractamus quod in
priori editione ſcriptum fuerat, & aeditiium mu-
nus intelligimus,quod ædilis fuiſſet.
Aedilitius,tia,tium,nomẽ poſſeſſiuũ ab ædilis.vt,Co
mitia ædilitia,in quibus creabantur ædiles.
Aedilitius,tii.qui ædilitate functus eſt.
Aeditimus,penultima correpta. (Gellio autore) ea
forma dicitur,ſicut finitimus,legitimus,pro eo qui
ædilibus præeſt,quaſi ædis intimus Cicero in Ver-
rem,Aeditimi cuſtodesq; mature ſentiunt diuerſan-
tem in quodam tugurio extra urbem. Sed pro eo
nunc utimur aedituus,vt Varro libro primo de Re
ruſtica ait.Et ſementinis feriis in ædem telluris ue-
nerat rogatus ab æditimo,ut dicere didicimus à pa
tribus noſtris,ut corrigimur à recentibus urbanis,
ab æditu.Lucanus pro æditus utitur æditueutes.
Hos Græci νεωκόρους,neocoros uocant.
Aedititius,iudex quem una pars elegerit.Cicero pro
Plan.Neq; enim quicquã aliud in hac lege, niſi ædi-
titios iudices ſeruatis.
Aedituor, ædem tucor. Vnde æditueutes,pro ædes
ſacras tuentes.Verres aeditimor dixere.
Aeditus,a,um,pen.cor.altus & fortis dr.Hora.in Ser.
Viribus æditior cedebat,ut in grege taurus.
Et aedita loca,dicuntur alta ac ſeſe ædentia,id eſt,
oſtendentia.Scribiturq; cum diphthongo,ut diffe
rat ab edo.pro comedo.Sic & cornucop.Non uide
tur tamen efficax ratio quum in coniugando multũ
differat ædo compoſitum,& edo ſimplex.Nec po-
teſt æditum ab edo,es,deductum uideri.
Aedituus,id eſt,ædis tutor,id eſt.curã gerens,ab ædi
bus ſacris quas tuetur.
Aedo,ædis,ædidi,ditũ,ab e,quod eſt extra,quaſi ex-
tra do. Vnde ædere ſignificat emittere, promere,in
lucem dare,manifeſtare.Sic dicimus aliquẽ ædidiſ-
ſe librum. Vnde æditio, publicatio. Et quoniam
quæ generantur,in lucem promuntur, factum eſt vt
ædere ſic generare. Horatius lib.i.Car.
Mecenas atauis ædite regibus.
Et Aedere,exhibere,quod eſt ſpectaculis commo-
datum. Suetonius in Cæſa. Aedidit ſpectaculi uarii
generis munus gladiatorum.Vnde Aeditores ludo
rum,exhibitores dicti. Sunt tamẽ,qui ſine diphthõ-
go ſcribant,quum antiquitus inueniatur per æ diph
thongon ſcriptum
Aedon,Græce ἀηδών.luſcinia. Verg.
Quodq; leues calami, quæ ſuauis cantat Aedon.
Aegæ,pluralis numeri,uel Aege es.urbs Ciliciæ.Quo
etiam nomine dicta eſt inſula in mari Aegeo.
Ageon,nomen gigantis,qui cœli terræq; filius, Bri-
areus dictus fuit.Eſt ẽt Neptuni antiquũ cognomẽ.
Aegæa,nomẽ duarũ urbiũ (ut ſcribit Ptolem.)quarũ
vna in Emathia,alia in Mauritania. Sũt & Aegææ
Euboicæ, à quibus ægæum mare ſecundum Strab.
dicitur, ſunt & Achaicæ ægææ , penes quas Cratis
nus amnis labitur.
Aegeiale,es,ſiue Aegialea.æ, nomen propium uxo-
ris Diomedis.
Aegeialeus, Medeæ frater.

Aeger,a,um,ab ago.gis,per contrarium,quòd actio
ne vacet,ſiue quod qui morbo correptus eſt graui-
us agitetur.Et dicimus,hic eſt æger pedibus,& hic
eſt pedibus ægris.Valerius Max.in quinto dixit.
Pulſu uenarum comperit cuius morbi æger eſſet.
Gel.cum adcuſatiuo iunxit, dicens.Frontonem pe
des grauiter ægrum.
Aegeria,Nympha fuit quæ colebatur in Aricino lacu
cum qua Numa Pompilius,& concubium & collo-
quium ſe habere ſimulauit ſuper cultu religionum,
quo armorum & prædæ ſtudio flagrantem popul.
Rom.abſtraheret.unde Ouidius,
Aegeria eſt quæ præbet aquas Dea grata camœnis,
Illa Numæ coniunx conſiliumq; fuit.
Aegeum mare,(vt quidam dici uolũt)quòd Aegeus
Theſei pater ex Athenarum arce illuc ſe deiecerit.
Alii,quod Aegea amazonum regina in eo perierit.
Strabo ab egeis oppido in Eubœa,Plinius ab αἶγα,
capra,deriuat,qui lib.iiii.ſic ſcribit.Plurimis inſulis
conſperſum,cui nomen dedit.ſcopulus inter Tene-
dum & chium,verius quàm inſula αἴξ,nomine,à ſpe
cie capræ,quæ à Græcis ita adpellatur,repẽtè è ma
ri exiliens.Solin.Inter Tenedum & Chium eſt Cla
ros inſula, qua ægeus ſinus panditur,ab dextra An
tandrum ſaxum eſt.Hoc enim verius,quam inſula
cognominari meruit.Id quoniam viſentibus procul
capræ ſimile creditur,quam Græci æga nuncupant,
Aegeus inquit,ab eo ſinus eſt adpellatus. Varro.
ægeũ(inquit)dictũ ab inſula,quòd in eo mari ſco-
puli in pelago uocãtur à ſimilitudine caprarũ Ae-
ges.Pacuuius.Aeges fermè aderant æquore in alto
ratibus repentibus.
Aegeus,Theſei pater,athenarum rex,à quo Aegeum
mare ut quidam putant.
Aegialus,latine dici poteſt littus.quo nomine dicta
eſt achaia,propter vrbeis per ordinem poſitas.
Aegides,penult.prod.patronymicũ eſt ab ægeo The
ſei patre.Ouid Perfid⁹ ægides ducẽtia fila ſecutus.
Aegina penultima producta.fuit Eſopi Bœotiæ re-
gis filia,à qua vrbs Pelloponneſo adiacens,contra
Atticam,ægino uocatur.Et à qua æacus,eiusq; po-
ſteri genus duxiſſe feruntur.
De hac Ouidius lib.vii.Metamorph.
Oenopiam uetere adpellauere,ſed ipſe
Aeacus æginam genetricis nomine dixit.
Hinc æginenſes dicti ſunt. qui dicant æginam inſu-
lam Pyreo portui propinquam. Diſtat enim ab eo
duodecim milibus paſſuum à qua Aeginetæ,dicti
ſunt eius incolæ.
Aegineticus,a,um, poſſeſſiuum,ab Aegina.ut Aegi-
neticum æs,quod olim fuit in precio,ex quo eandẽ
labrorum ſuperficiem elaborabant.
Aeginuros,id eſt ,capraria,inſula ultra Corſicam,inſi
dioſa naufragiis.
Aegiochus, dictus eſt Iupiter, quòd corio capellæ
Amaltheæ uſus fuerit pro ſcuto,quando contra Ti
tanas,dimicauit,vt inquit Lactantius libro primo.
Aegipanes,ſunt nudi,leues,caprinos pedes habẽtes.
Veteres huiuſmodi monſtra pro ſemideis, ſiue pro

ſyluestribus Diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Syluanosq́; Faunos ac Satyros nemorũ Deos eſſe dicentes, Panas agrorum, Syluanos ſyluarum. vide in dictione Satyri. Ouidius,

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Nymphæ,
Et Fauni Satyriq́; & monticolæ Syluani. Pomponius Mela ſcribit, vltra Atlantem Mauritaniæ montẽ noctu perſæpe uiſa lumina, & crepitus cymbalorum ac fiſtularum cantus auditos, nec die repertum quẽquam. Idcirco pro conſtanti habitum, hos Faunos eſſe ac Satyros.

Aegis, idis, munimentum pectoris æneum, cum Gorgonis capite. Quod ſi in pectore numinis, Aegis, ſi in corpore hominis, lorica dicitur. Et à capra nomẽ deductum eſt, quia de corio eius fiebat. Et ideo Minerua habere gorgona in capite dicitur, quia prudentia ſua quaſi alios ſaxeos reddit.

Aegium, oppidum Peloponneſi, quo in loco Iouem à capra nutritum ferunt. Vnde à loco nomen, Aega enim capram dicunt.

Aegle, nympha Solis ex Neæra filia, Latine ſplẽdor dicitur.

Aegloga, penultima correpta caprarum, ſeu rerum paſtoralium ſermo dicitur. Aegõn enim caprarum, logos, ſermo dicitur. At ecloga ſine diphthongo, electio vel explanatio, elegantia dicitur, vt inquit Plinius libro quarto Epiſto. & Euſebius libro quarto. Eccleſiaſt. hiſtoriæ, contra Tortellium.

Aegocephalus, penultima correpta, ut Ariſtoteles libro ſecundo de Animalibus, inquit, auis eſt quæ lyne omnino caret.

Aegoceros, otis, vel Aegoceron penultima correpta animal, alio nomine capricornus dicitur. Hierõn. cõtra Iouini. Magna iniuria nuptiarum, vt inter Scorpios quidem, & Centauros, & Cancros, & Piſceis, & Aegoceroias, id eſt, Capricornos vxorem maritumq́; conſtituerint. λέγεται ὅτι τὸ κέρας καὶ αἴξ, id eſt, dicitur, quoniam κέρας, cornu eſt, & αἴξ, capra. Lucanus.

Aegoceron Cancrumq́; tenent.

Aegolethron, herba in ponto alba dicta, à capris interimendis. αἶγα Græci capram nominant, ὄλεθρον, pernitioſum, exitiale.

Aegonomus, penultima correpta, caprarum ductor, qui & Aepolus dicitur. ὅτι αἴξ αἰγὸς καὶ νέμω, τὸ βόσκω, ὅθεν τὸ νέμος τοῦ νέμος ... ἡ αἴξ αἰγὸς, id eſt, capra & νέμω, id eſt, paſco, vnde νέμος, id eſt, nemus, imò locus aptus capris depaſcendis, id oſtendit propria deriuatio.

Aegon, nomen paſtoris, & caprilẽ ſignificat. Quo etiã nomine promontorium Lemni dictum eſt.

Aegonenſis porta, Romæ, & Quirinalis, eo q mons ipſe Quirinalis prius Aegonis cognominatus eſt. Ce.

Aegos, Thraciæ fluuius, ad cuius oſtia claſſis Athenienſium à Lyſandro capta fuit. Pli. lib. ii. Idq́; factũ interdiu in Thracia parte ad Aegos flumen, cuius loci accolæ Aegopotamitæ nominantur.

Aegrè, aduerbium ſignificat moleſte, dolẽter, iniquo animo. [illegible] in Hecyra. Sed [illegible] me, ne ægre quicquam ex me uſiat. Item Aegrè, male, difficulter. Verg. libro tertio Georg.

Ergo ægre raſtris terras rimantur. Col. lib. i. Seruos quoq; qui ſecuturi patrẽfamilias ſunt, nõ ægre pedibus ingredi. i. inuitè, vel difficulter.

Aegreo, es, æger ſum, à quo Aegreſco, quod magis eſt in vſu æger fio. Pli. lib. x. Corui ante Solſtitiũ generant. Item ægreſcunt ſexagenis diebus ſiti maxime, antequam fici coquantur autumno.

Aegrimonia, pen. cor. idem eſt q ægritudo. Plaut. in Rudẽ. Tantiſper dũ abſcedat à me hæc ægrimonia.

Aegroto, as, penultima pducta, Infirmus ſum, à quo Aegrotatio, quæ ſic ab Aegritudine diſtinguitur (vt docet Hiero. ſuper Ioel.) q Aegritudinem animi dicimus, alioqui corporis non ægritudo, ſed ægrotatio dicitur. Idem ad Iulianum diaconum. Quanquã ita me iugis tam corporis ægrotatio, quàm animi ægritudo conſumpſerit, ut morte ĩminente, nec mei penẽ memor fuerim. Cicero, Sed proprie vt ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo nominatur. Vnde ipſe lib. iiii. Tuſculana. definit quid ſit ægritudo. Stulta ægritudo eſt, qua afficiuntur in malis opinatis, animosq́; demittũt & contrahunt, rationi nõ obtemperantes. Inuenitur tamen Aeger dici etiã de corpore, & Aegrotus de animo. Saluſt.

Antonius pedibus æger, q prælio adeſſe nequibat.

Horatius in Sermon.

Quo me ægrotare putes animi vitio.

Ab ægroto fit Coægroto. Hieron. Quòd ſi ipſa languerit, coægrotãdum eſt, & nunquam ab eius lectulo cedendum.

Aegula, ſpecies ſulphuris, ſuffiendis lanis vtilis, quæ candorem ac mollitiem præſtat.

Aegy, nomen proprium apud Plautum, dictus ab Aegyzo, quod ſignificat quatio, quòd multis eſſet concuſſus ærumnis.

Aegyla, inſula, quam Plinius ſcribit diſtare à Cythera xv. millia paſſuum.

Aegylops, eſt abſceſſus inter naris & angulum maiorem oculorum, per quem pituita aſſidue diſtillat, & ſi negligatur, ſed uſſa uſq; debilet in fiſtulam. Differt ab Aegylope, id quod crithen, hoc eſt hordeum, vulgò ordeolum adpellant, & Galenus poſthiam. Crithe abſceſſus eſt puſillus, oblongusq; ſub ipſum palpebræ torulum. hoc eſt (vt ait Celſ.) ſuper pilorũ locũ. Officit luminibus. Et quod vocatus ancylops, ſiue ancyloblepharos, quo palpebræ coaleſcunt inter ſe, apeririq; nõ poteſt oculus. Cui non admodũ abſimilis eſt morbus qui encanthis uocatur, in ipſo angulo tuberculum quod palpebras parum diduci patitur. Sed & ſi membrorũ articuli ſic hærent velut comprehenſi, ancyla & ancyloſis uocatur.

Aegypios, & gypas, græci vocãt, quos latini vultures.

Aegyptini, penultima producta, dicuntur Aethiopes quia Aegyptiis ſunt finitimi.

Aegyptius, regio, Hebraice, ab Aphrica (vt Pli. inq̃) Canopico diſterminatur oſtio, ab Aſia vero Peluſiaco. Quãobrem quidam inter inſulas Aegyptũ cõputauere. Qui ſi Aſiam dimetiuntur, inter Aſiæ regiones

giones Aegyptum quoque dinumerauerunt, Aphrica proxima, ab Aegypto Danai fratre ſic adpellata prius Aeria dicta. Hæc teſte eodem Plin. libro. v. ab Oriente rubro mari Aſſyriæq; coniungitur, ab Occaſu Cyrenem & Aphricæ reſiduum habet, à Meridie vſq; in Aethiopiam protenditur, à Septentrione habet mare Aegyptium. Eius inſignes vrbes ſunt Thebæ, Abedos, Alexandria, Babylon, & Mēphis. In hac (vt Plato inquit) nunquam viſum eſt pluere, ſed Nili inundatione fœcūdatur. Eius figura triquetra eſt, quam efficit. Nilus, ita ſe diuidens. Ab Aegyptus fiſt adiectiua Aegyptius, a, um. & Aegyptiacus, a, um. Vnde Aegyptia ficus in Aegypto eſt, cuius arbor moro ſimilis folio, magnitudine, aſpectu, pomū fert non ramis, ſed caudice, id eſt, trūco ipſo. Eſtq; ficus prædulcis ſine granis interioribus, fœcundiſſimo prouentu ſcalpendo tantum ferreis vnguibus, aliter non matureſcit, ſed quum id factū eſt, quarto die demetitur, cuius loco naſcitur ſeptenus. Subnaſcitur etiā ſi non ſcalpatur, fœtus quater æſtate, prioremq; expellit immaturum. Cc.

Aegyſtus, Thyeſtis filius, qui à capris nutritus fuiſſe perhibetur.

Aelcon, mons oliuarum.

Aelia, regio in Aſia inter Myſiā & Ioniam. Eſt & vrbs quædam Calabriæ, à qua Aelianus, a, um,

Aelius ſtilo, nomen autoris, de quo Plinius & Suetonius. Hic præconius dictus à præcone.

Aelius, & Aelia, nomina ſunt propria Rom. carent aſpiratione.

Aella, Græce, procella, turbo. Cc.

Aello, vna eſt harpyiarum.

Aelon, Græce ſuauitas Latine dicitur, αἶλον.

Aelurus, penultima producta. Latine catus & felis dicitur. Ariſtoteles lib. de Animalibus, Aeluri & ichneumones tot numero pariunt, quot canes. Aelianus, Aelurorū mas quidem libidinoſiſſimus eſt, fœmina autem amātiſſima prolis, fugit coitum cū maribus, quoniam ſemen emittunt calidiſſimū, & quaſi ignem genitalia adurens. Hoc cernens mas, cōmunem fœtum dilaniat, illa uero prolis deſyderio, mares libidine ardenteis, adit rurſus. Gellius libr. xix. Aelurorum quoq; oculi ad eaſdem vices Lunæ, maiores fiunt aut minores.

Aemiliam gentem, adpellatā dicunt à Mamerco Pythagoræ philoſophi filio, cui ꝓpter unicam humanitatem cognomen fuit æmulos. Nam æmiliā Græci ſermonis lepiditatem vocant. Hæc familia æmiliana. Romæ honeſtiſſima fuit, à qua Aemilianus adpellatus eſt Scipio Aphricanus minor, quaſi æmilii filius, qui per adoptionem inſertus fuit familiæ Scipionum. Aemilia via, ab Aemilio conſule dicta eſt, quæ à Placentia, Ariminum vſq; perducta eſt.

Aemiliana ædificia, erant extra Romā, de qbus Cornel. Tacitus, Plus infamiæ Id incendium habuit, qa prædiis Tigilini æmilianis proruperat.

Aemilia, regio Italiæ, q̄ & Flaminia & Romandiola etiā dr̄. In q̄ ſunt vrbes Ariminū, Cæſena, Saſſina, Rauēna, Fauētia, Imola, foro liuiū, bonōia, & ferraria.

Aemochares, cognomen Martis fuit, quaſi ſanguine gaudens αἷμα Latine ſanguis dicitur.

Aemonia, pen. cor. regio q̄ poſtea dicta eſt Theſſalia ab Aemone Deucalionis filio, prius Pyrrhea dicta à Pyrrhs Deucalionis vxore. Quidam tamen cū aſpiratione ſcribunt Hæmonia.

Aemulor, pe. cor. (vt Apuleius inqt) ab amo deſcendit, vñ & prima vocalem accepit. amare ſigñat inuidere ꝑ antiphraſin. Aemulari igitur ſuidere eſt à cōtrario ſenſu. vt in actibus apoſtolicis. Et patriarchæ æmulantes, Ioſeph vendiderunt in Aegyptū. In Eſa la, Effraim nō æmulabitur Iudā, & Iudas nō pugnabit cōtra Effraim. Aliqñ æmulari ſigñat imitari. vñ Aemulus dr̄ eiuſdem rei ſtudioſus, & ſectator. hoc eſt, q aliquem imitatur & ſeqtur, quod nō niſi amore fieri pōt. Cic. pro Marcel. Illo æmulo atq; incitatore ſtudioꝝ meoꝝ atq; laboꝝ. Differunt iſi æmulatio & imitatio, q̄ imitatio ſimplex eſt, & liuorem non admittit, Aemulatio aūt habet qdem imitandi ſtudiū, ſed cū malitiæ operatione, licet hoc ſine vitio eſſet poſſit, vt quū meliorē videamus, conamur non inuidia, ſed amore ipſius virtutis, reddere nos pareis aut ſuperiores. vnde eſt illud, Stimulos dedit æmula virtus. Aliquando æmulari eſt participem eſſe. vt, Noli æmulari in malignantibus.

Aemulus, qui æmulatur. Cc.

Aenaria, inſula à ſtatione nauium æneæ dicta, ut ait Pli. Hæc Inarime dicitur, Pithecuſa q; nūc Iſchia de noīe oppidi coxendicis imaginē ꝑferentis in mōte.

Aenaticus, a, um, ab vrbe Aenea Traciæ oppido, de q̄ Theophr. Circa Aeneam (inqt) ficus arbor ſcabiem non ſentit. Huius Incolæ dr̄r Aeneades & Aeneatæ.

Aenea, Vrbs in regione Creſſæa. Liuius in libro quadrageſimo. Proficiſcuntur à Theſſalonicam Aeneā, ad ſtatutum ſacrificium.

Aenea, ciuitas quæ poſtea dicta fuit Ianiculum, condita à Romolo Aeneæ, vt inquit Dionyſius. Ianiculum vero dictum fuit (vt Feſtus ait) quia per eū populus Romanus tranſire cœperat in agrum Ethruſcum. Nam & ianus ab eundo dictus eſt. vt Cicero libro de Natura Deorum ait.

Aeneas pen. prod. nomen viri Troiani à Vergi. celebrati. dictus Aeneas (vt quidā putant) ab αἰνέω quod eſt laudo. Nam αἶνος, laus Latine dicitur. Ab Aenea, dicti ſunt Aeneadæ, Troiani.

Aeneatores, dicti ſunt tubicines, ab ænea tuba. Amianus lib. xix. Quū ſupereſſet exiguū noctis, æneatoꝝ clāgore ductores vrbē, vt mox caſurā, terribili corona cinxerūt. Et lib. xxxiiii. Aeneatoꝝ accentu ſigno dato progredi iuſſi ad pugnā, ad arma cōcurſum eſt.

Aeneus, a, um, pen. cor. idem eſt q̄ æreus, & ſimiliter diæreſim quandoq; patitur. Horat. in Epiſtolis.
Si rectè facies hic murus aheneus eſto.
Aliquando ponitur pro forti. Idem,
Incluſam Danaen turris ahenea.

Aeni, (vt autor eſt Ptolemæus) inſula eſt iuxta arabicum ſinum.

Aenianicus, ca, cum, populus Perebiæ, quos Aeneatias & Aeneadas & Aenienſes vocabant. Porrò ænia

des per æ. diphthongum, ab Oenadibus per œ, diuerſi habentur, ſicut Aeneades ab ænadibus.

Aenienſes, populi, ab ænia Perrhiborũ oppido, quos in Epyro græco, modo αἰνιεῖς, modo αἰνιᾶνας nominant.

Aenigma, atis, obſcura allegoria, uel quaeſtio obſcura, quæ difficile intelligitur, niſi aperiatur. vt illud in libro iudicum. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Ab αἰνίττω, obſcure loquor, innuo. Innuitur enim quiddã quod pluribus explicandum eſt.

Aenigmatiſtes. q ænigmata facit, ſeu proponit. Hieron. contra Iouinianum. Sed quid ad noſtrum αἰνιγματίστην, ænigmatiſten, cuius libros multò difficilius eſt noſſe, quàm vincere. Huius ſignificationis eſt Aenigmaticus.

Aenna, ciuitas eſt in meditullio & vmbilico Siciliae collocata, quæ quum ob ꝑfecti facultatem à Romanis deſciuiſſet. Qui ad concionem conuocatos Aennenſes, vltima internecione, clàm ſubmiſſis militibus armatis, deleuit.

Aenobarbus, dictus eſt Domitius, qm̃ Caſtor & Pollux, quũ de victoria nũciarent domitio, ipſeq; minime credens narrantibus eſſet, malas, barbãq; manibus permulſerũt, & ex fuſca in flauã cõuerterũt. Vnde à barba rutila aeneiq; coloris ænobardi dicti, quod poſtea Domitiorum cognomen fuit.

Aenum, genus vaſis, ab aere, quod & cacabus ſiue caldaria dicitur. Diuiditur quandoq; diphthongus per diæreſin, & tunc (ut Seruius docet) aſpiratio interponitur. vt apud Horatium.

Sub noctẽ gelidã lignis calefactat ahenũ. Verg.
Aut foliis vnda tepidi deſpumat aheni.

Huius diminutiuum eſt ænulum, & ahenulum. Perotus dicit Vergilium ſcripſiſſe, ænam illo.
Beluce coruſcus æna.
ſine h, quod facile credo, non. n. neceſſe eſt quoties diph. diuidit, h, interponi, eſt eñ nota diuiſionis.

Aeolia, regio duplex eſt. una in Aſia, Græcorũ colonia, media inter Myſiam & Ioniam. Alia ab aeoliis ſeptem Inſulis inter Siciliam & Italiam, quarum nomina ſunt hæc, Hiera, Strongile, Didyme Eriphuſa, Phœnicuſa, & Enonymos. Strabo lib. vi. Pli. lib. iii. Solinus, Mella, de aeoliis, quæ aliis nominibus à noſtris Vulcaniae, Ephæſtiades à Graecis nũcupantur. Dictæ æoliæ, ab aeolo Iouis filio. Dicitur etiã Lipara, à Liparo auſonis regis filio, qui eã ante aeolum rexit.

Aeolius, a, um, poſſeſſiuum. vt Aeoliũ mare, dictũ eſt q̃ aſiatico littori adiacet, ab aeoliis pulſis olim colonis. Nam antea Myſium dicebatur.

Aeolus, pe. cor. Iouis filius qui in hoſpites benignus fuiſſe, Liparem & aeolias ab eo nõ ſatas inſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur, & in his Strongilen, ex cuius fumo quinam flatus futuri eſſent in triduum praedicebat. Vnde uẽtorum rex putatus eſt. Fuit & alius aeolus Tuſcorũ rex, à quo aeolia. Latine varius ſiue doloſos dicitur aeolus.

Aeon, Græce, æuum Latine dicitur.

Aepolium, caprarum grex.

Aepolus, penultima correpta. caprarius.

Aepy. urbs Neſtoris, in mõtibus ſita. Nam Aepy, ſublime denotat. Aepys, altus.

Aequabilis, idem quod aequalis, Cice. Et uox redducitur in ſonũ quẽdam aequabilem atq; conſtãtẽ, Hinc.

Aequabilitas vitae, dr̃ in qua nulla eſt perturbatio, non uarietas & diſcrepãtia, quaſi æqualitas dicta.

Aequæuus coætaneus, ab æqualitate aeui dicitur.

Aequalis, planus, vnde æqualis campus. Quandoq; pro ſimili ponitur, & ex aequo. Plini. Quum & ipſe aequalem fortunam expertus fuiſſem. Quandoq; ꝑ coætaneo. Cicero in Cato. Nec cum aequalibus ſolum, qui pauci admodũ reſtant. Differunt tamen ab inuicem, q̃ aequales ſunt eorundem annorum, Coaetanei in eodem tempore, ſed diuerſis annis & diſparibus. ut, Cicero & auguſtus fuerunt coaetanei, licet Cicero maior natu fuerit, ſed nõ aequales. Hinc aeqlitas, ſimilitudo, paritas, ſeu aeqtas, de q̃ paulò añ.

Aequaliter, ſimiliter, pariter.

Aequamentum, aequatio eſt, quod & libramentum dicitur. Nam aequimentum aliud ſignificat.

Aequanimis, pen. cor. qui eſt aequi animi, qui nec proſperis extollitur, nec aduerſis frangitur. Hinc

Aequanimitas, q̃ eſt fauor, & propitius animus. Terent. In adelphis, Facite ut aequanimitas ueſtra, poetae ad ſcribendum augeat induſtriam.

Aequanimiter, moderate, patienter, aequo animo.

Aeq;, aduerbium. ſignificat iuſte. Seneca, iudex q parte inaudita altera, aliquid ſtatuit, etiã ſi æq; ſtatuerit, haud aequus fuit. Interdũ ſignificat, tam, uel tantum, uel ſimiliter, ut, Tu es aeq; bonus æ doctus. Sueto. in Caeſa. Nihil aeq; ac iudicis acerbitas profuit. Vergilius libro ſecundo Geor.

Negant alios aeq; ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum.

Aequi boniq; facio, ſignificat in bonam partem accipio. Apule. lib. i. de aſin. aureo. Iſtud quidem quod polliceris, aequi boniq; facio. Poteſt etiam accipi pro non magni pendo. Terent. Caeterum equidem iſtuc Chreme, aequi boniq; facio. Liui. Ne ſerpat latius contagio eius mali, nos æqui boniq; facimus. Cicero ad attic. ſine copula dixit, æqui boni facit. Honeſta locutio quam ueteres frequenter vſurpant ſine particula, q;, uel æ. ut bonis malis, bonũ æquũ æqui boni conſulere, ac plura his ſimilia.

Aequidiale, dictum ab antiquis quod nunc dicimus æquinoctiale, quia nox diei potius, quàm dies nocti annumerari debet. Sic etiam Aequidum, quod nunc æquinoctium.

Aequilaneum, ex toto dimidium ſignificat. dictum à lotione lanæ quæ dicitur æquilanco redire, quũ dimidium decedit ſordibus.

Aequilibrium, æquatio l.bræ, qđ & æquamẽtũ & libramentũ dr̃. Trutina quũ pro bilancis ſeu ſtateræ lingua ſumitur. Gel. Nã cui membrũ ab alio ruptũ eſt, ſi ipſe itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere poſſit rumpẽdi pariter mẽbri æqlibriũ. In qua re primum ea difficultas eſt inexplicabilis

Qui ſi mēbrū ſgt, alter īprudēs ruperit. Qđ.n. ꝑ imprudētiā fractū eſt, retaliari ꝑ imprudentiā debet.

Aequimanus, penultima correpta, qui vtraq; manu vtitur, & ita læua operatur ſicut dextra.

Aequimeliū, locus Romæ, ubi domus Melii ſolo æquata fuit P.n. Melius ob frumenti largitionē in ſuſpicionem affectæ dominationis venit. & quū ad populi fidē fugeret, ab Seruilio Hala magiſtro equitū depręſus & occiſus eſt, domusq; eius diruta, & area æquimeleum dicta. Et Ci. & Liuio.

Aequinoctium, ex æqualitate noctium dicitur, quòd tunc dies & nox horarum ſpatio æquales ſint. Duo ſunt autem æquinoctia, vernale ſcilicet & autūnale Vernale fit quarto Idus Martias, vel circa octauo Calendas Aprilis, & in octaua parte Arietis conſiſtitur. Autumnale decimooctauo Calendas Octobris. ad Vergiliarum occaſum, diebus quadraginta quia annum olim in duas tātum parteis diuidebāt. hoc eſt, in æſtiuum & hyemale Solſtitium. Ab æquinoctium fit adiectiuum Aequinoctiale. ut tempus æquinoctiale.

Aequiparo, as, pen. cor. ſignificat cōparo, ſiue æquo.

Aequipolleo, les, pēr duplex ll, parem poteſtatē habeo, vnde Aequipollentia, æquiualentia.

Aequitas, modo planiciem, modo iuſtitiā ſignificat, qua ſecundum Deum bene viuimus. ut in Pſal. Oīa mandata tua æquitas. Huius contrarium eſt iniqtas. Eſt & Aequitas pars quædam pietatis, quam Cicero æqualitatem uocat, quum omnes coæquantur. Nā Deus qui hoīes generat, & inſpirat, omneis æquos, id eſt, pareis eſſe voluit, eandem conditionem viuēdi omnibus poſuit, omnibus immortalitatem ſpopondit, nemo apud Deum ſeruus, nemo dominus. Vbi non ſunt uniuerſi pares, æquitas non eſt, & excludit inæqualitas ipſa iuſtitiam, cuius uis omnis in eo eſt, ut pareis faciat eos, qui ad huius vitæ conditionem pari ſorte uenerunt. Eſt etiam Aeqtas, quæ ad bene iudicandum pertinet. Speuſippus ait, æquitas eſt iuſtorum condecentiumq; remiſſio, moderatio in cōmerciis. ordo naturalis animæ, quo ad honeſta & turpia. De hoc ēt vide in dictione iuſtitia.

Aequiualeo, es, penul. correp. quaſi æque poſſum.

Aequiuocum, pen. cor. eſt quod Græci dicunt homonymon, & à Martiano uocatur pluriuocum, quādo pluribus rebus eadem eſt adpellatio.

Aequo, as, explano. Plin. Aequato deinde pauimēto infunditur oleum. Et Aequare. eſt cum æquitate diuidere. Vergilius,

Operumq; laborem Partibus æquabat iuſtis.

Aliquando continuare. Idem,

Felix ſi protinus illum Aequaſſet nocti ludum.

Huius cōpoſita Adæquo, Coæquo, Exæquo & Peræquo, quæ ſecundum vim præpoſitionum ſignificāt.

Aequor, ab aqua nomen deductum, ꝙ æquam ſuperficiem habeat, quum non fluctuat, & propriè denotat ſuperficiem. Ambroſius lib. Hexam. Et quum ſit altitudo diuerſa, indiſcreta tamen dorſi eius æqualitas. vnde & æquor adpellatum arbitror, ꝙ ſuperficies eius æqualis ſit, quia aquæ licet fluctuantes ue lut montes erigantur, ſedatis tamen rurſum tempeſtatibus adæquatur. Hinc dicimus æquora campi, & Aequora ponti. Cicero lib. ii. Academ. ab æquo, id eſt plano uocabulum accepiſſe confirmat, quòd tam planè videtur, quàm mare æquum. De campo Vergilius lib. tertio Georg.

At prius ignotum ferro quàm ſcindimus æquor.

Idem de mari. Aequora ponti.

Nec ſolum de mari, ſed etiam de fluuio dicitur. vt apud eundem,

Virideisq; ſecant placido æquore ſyluas.

Accipitur tamen quandoq; pro ipſo mari. ut,

Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor.

Quandoq; pro aere.

Aſpice bis ſenos uolitanteis æquora cygnos.

Ab æquor fit æquoreus, a, um.

Aequus, a, um, planus, ab aqua, quod æquam ſuperficiem habere uideatur, ita ut imaginem tanquam ſpeculum reddat. Per tranſlationem ponitur pro iuſto, quia nullam in partem īclinatur. Equus pro animali non diphthongatur.

Aer, propriè dicitur medium ſpatium inter cœlum & terram. Eſt enim inanitas, plurimum habens admixtum raritatis, quàm inferiora elementa. Verg.

Longa per inane

Vel (ut Perſius ait) Aer eſt elemētum, cuius omnes loci mutationes ſecundum naturam ſunt. Verg.

Nāq; canebat uti magnū per inane coacta Semina.

Dictus Aer (ut quidam autumant) ἀπὸ τοῦ αἴρειν, ab eo, quòd ferat terram, uel quòd feratur. Sed credo potius dici ἀὴρ, ὅτι ἄημι τὸ πνέω, id eſt, quoniam ἄημι eſt ſpiro. Vnde producit ultimam. Lucanus libro primo,

Aer & longi uoluent Titana labores. qui corripiunt ipſi uiderint, nec Claudianus dicit.

Lucidus umbroſo miſcetur aer Auerno.

quia ſenſus eſt contrarius, & ſyllaba falſa, ſed dicit axis, uel orbis. Hic autem Aer partim ad terrenam, partim ad cœleſtem materiā pertinet. Nam ille ſubtilis, ubi ventoſi ac ꝓcelloſi motus non poſſunt exiſtere, ad cœleſtem pertinet partem, iſte vero qui volucribus permeatur, & ſtadiis quadraginta (ut Poſſido. ait) à terra diſtat, quū ſit turbulētior & exhalationibus humidis corporeſcat, terræ deputaſ, qq; ex ſe multas ſpecies reddit. Nam cōmotus, uentos facit, uehementius cōcitatus, ignem & tonitrua, cōtractus, nubila, conſpiſſatus, pluuiam, cōgelatis nubibus, niuem turbulentius congelantibus denſioribusq;, grandinem, diſtentus, ſerenum efficit. Aliquādo Aer dr̄ uentus, ſpiritus, uel flatus modicus. Ver.

Aera dimouit tenebroſum & diſpulit umbras.

Aliqñ dicitur ſonus. Varro. Anima, ut cōcluſa in ueſica quādo eſt arcte ligata, ſi ꝑculeris, aera reddet.

Aera, æ, numeri nota eſt, puta in moneta notabatur numerus quem ualebat. Lucili. Hæc eſt ratio perverſa æra numeri eſt ſubducta improbe. Aſtrologi quoq; initiū à quo ſupputationes incipiūt, Aerā vocant. Dicta Aera ex eo quòd omnis orbis æs reddere profeſſus eſt reipublicæ. Aera ēt Græca dictio

eſt quæ apud nos lolii ſignificat, ut inquit Dioſcorides. Hinc Aerineus, a, um, quod ex æra factum eſt idem, Panis vero eſt melle & ærinea farina, id eſt, loliacea.

Aera rthemis, herba florens Vere, quæ chamæmelon dici debet, ſed vulgus chamomillā uocat, ab Aſclepiade Anthomis dicta.

Aerarii tribuni. à tribuendo ære. Nam (ut Varro ſcribit) tributa erat eis pecunia quam in litibus redderent. Idq; quod attributum dicebatur æs militare.

Aerarii milites dicti ſunt ab ære, quod ſtipendium facerent, Aes. n. ſtipem quoq; dicebant. vñ ſtipendiū.

Aerarium, æris repoſitorium, hoc eſt nummorum ſimiliumq; rerum pretioſarum atq; opum, quæ utilitatem Reipub. allaturæ erant. Sic dictum quod æra in eo principaliter inferebantur.

Aerarius, a, um, quod eſt æris, ſiue ex ære. Plinius libro. xxxiii. Laudationem eandem in ærariis metallis, & proximam in argētariis fieri compertum eſt.

Aere diruti milites, vocabantur quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur.

Aereus, a, um, quod ex ære eſt, ſicut Aheneus.

Aerificium, quod ex ære factum eſt. Varro, Politæ enim quaſi ærificio videbantur.

Aeripes, penultima corr. celer quaſi aerios pedes habens. Quidam tamen compoſitum nomen putant ab æs, eris. Vergilius ſynæreſim facit.

Finxerat æripedem ceruam.

Aerithuſæ, iaſpides æri ſimiles. Ce.

Aerius, ria, rium, per i, vel Aereus, per e, modo ſignificat altū, vt aeria turris, modo quod cōſtat ex aere. vt corpus aerium, fulgor aerius.

Aero, as, ſignificat æs miſceo, ære adultero, ſiue ære orno. Vnde ærate fores apud Vergiliū. Priſcianus. A mettallorum quoq; nominibus ſolent naſci uerba. vt ab auro, auro, as. ab ære, æro, æras. vnde Auratus, & Aeratus. Huius verbi compoſita ſunt Obæro & Subæro, Perſius.

Nequa ſubærato mendoſum tinniat auro.

Aeromantia, diuinatio ex ære.

Aerope. penult. correpta. Atrei uxor, ex qua Tyeſtes duos filios ſuſcepit. Et non eſt diphthongus. nam ſcribitur à Græcis ἀερόπη Ouidius lib. ii. de Triſt.

Si non Aeropen frater ſceleratus amaſſet,
Conuerſoa Solis non legeremus equos.

Aeroſus, ſa, ſum, ex quo æs fit. vt lapis æroſus, quem alio nomine cadmiam nuncupant. Et Aeroſa ab antiquis Cyprus inſula dicebatur, quod in ea plurimū æris naſcitur, uel quòd primò ibi inuentum ſit æs.

Aerugo, penult. producta. Idem quod rubigo, & proprie in ære vel argento, quū uirideſcit. Rubigo vero in ferro & ſegetibus, de quo loco ſuo. Plinius li. xxiiii. refert, æra exterſa celerius rubiginem trahere, quam neglecta, niſi oleo perungantur. Aeruginis in medicina magnus vſus, cuius vis eſt collyriis oculorum aptiſſima. Apud Horatium & Iuuenalem accipitur Aerugo pro pecunia, quæ ex ære fit. Hinc Aeruginoſus, u, a, um, qđ eſt ærugine plenum. Seneca libro de Bre. vitæ. Maiorem dierum partem in æruginoſis lamellis conſumit.

Aerumna ἀπὸ τοῦ αἴρω, leuo, tollo. Alii ab ære deriuant, hoc eſt, à pecunia, quod æris gratia labores & curas ſubeamus. Vergilius.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames.

Nam laborem & ſollicitudinem ſignificat. Proprie tamē Aerumnæ, & per diminutionem ærūnulæ, dicuntur furcinulæ quibus viatores ſarcinas ſuas religatas tabella interpoſita ferre conſueuerūt. Quæ quoniā à Mario inſtitutæ ſunt, muli Mariani poſtea vocati ſunt. Vnde Frontinus libro. iiii. Strategematū, C. Marius recidendorum impedimentorum gratia quibus maxime exercitus agmen oneratur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata, furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus, & facilis requies eſſet. Vnde & in prouerbium tractum eſt, Muli Mariani. Hinc factū eſt, vt labores oneroſi, aerūnæ dicant. Cicero libro. ii. de Finibus Labores non fugiendos ærumnas nominauerunt. Vnde labores Herculis, ærumnæ ſunt adpellatæ. Plautus in Perſa.

Superauit ærūnis ſuis ærūnas Herculis. Auſonius.
Prima cleonæi tolerata ærumna laboris.

Cicero lib. iiii. Tuſcul. Aerumna eſt ægritudo laborioſa. Similiter Aerumna dicitur miſeria, calamitas, infelicitas. Vnde Aerumnoſum dicitur, quod eſt laboribus ac miſeriis afflictum.

Aerumnalis, adiectiuum. vt labor ærumnalis. Apul. libro primo de Aſin. au. Mox in vrbe latia aduena ſtudiorum quiritium indigenam ærumnali labore aggreſſus excolui.

Aeruſcare, veteres dixerunt pro pecunias vndiq; fallaciis colligere, quod faciunt Chaldæi, qui diuinando æra lucrant, & cibum quæſtumq; ex mendaciis captant, à quo verbo fit Aeruſcator.

Aes, æris, ſumitur pro pecunia & omni metallo, ſed præſertim pro eo quod eſt coloris rubri. Deductū nomen putant aliq ab auri ſimilitudine. Alii à Græco deriuant αἶα terra. Varro ab aſſe. Accipiturq; ꝑ pecuniis, quoniam Aes fuit in pretio magis aurūq; iacebat, vt ait Lucretius,

Nunc (verſa vice) iacet æs aurum ſummo ſucceſſit honore.

Et primò ex ære pecunia ſignata. Ouid. in Faſtis.

Aera dabant olim, melius nunc omen in auro eſt,
Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ.

Cato, Fundum æribus ſuis emptum poſſidebāt. Seruius rex primus poſt urbem conditā ſignare æs cœpit, cuius in altera p̄te nota fuit, Ianus geminus, in altera, roſtrū nauis. Nā quia Saturnū claſſe deuectū hoſpitio Ianus acceperat, & ab illo peritiam ruris edoctus, feram illam ac rudem, ante fruges cognitas uitam, in melius redegerat regni eum ſocium fecit. Et quoniam naui fuerat aduectus, in ſignando ære ex vna quidem parte ſui capitis effigiem, ex altera nauis roſtrum impreſſit, ut quantum in eo eſſet Saturni memoriæ cōſuleret, ne accepti beneficii immemor eſſe videretur. Ponitur etiam quandoq; pro tubis, quoniam ex ære fiunt. Verg. Aere ciere uiros Vnde Aeneatores tubicines dicuntur.

Aes militare, dicebatur quod tribunis ærariis attributum erat ut militibus redderetur. Plautus in Aul. Cedit miles, æs petit.

Aes noſtrum, dicitur quod nobis alii debent.

Aes alienum, quod nos aliis debemus.

Aes ſuum, quod alii ei de quo loquimur, debent.

Aes, ductile quod facile ducitur, attenuatur que in laminas.

Aes Caldarium, quod funditur tantum, & malleis fragile eſt.

Aeſalon, pen. corre. genus accipitris, alius quam buteo. Plinius Aeſalon parua auis, oua corui frangens.

Aeſchines, penult. prod. nomen proprium oratoris Græci Demoſthenis æquali. Fuere etiam alii ſeptem hoc nomine uocati.

Aeſchylus pen. cor. nomen poetæ tragici. Horatius.
Poſt hunc perſonæ Pallæque repertor honeſtæ
Aeſchylus & modicis inſtrauit pulpita tignis.
Hic quum eſſet caluus, & in aprico fortè quieſceret, teſtudo ab aquila in altum delata quum decidiſſet, caput eius infregit, interemitque.

Aeſchyron, nomen autoris præceptoris Galeni. Fuere & alii hoc nomine.

Aeſculapius, Græce Aſclepiades. nomen eſt Appollinis filii, qui medicinam artem uel laude uel opere amplificauit. Ob eamque rem in Deorum numerum receptus fertur. Cuius duo filii, Podalyrus & Machaõ bello troiano Agamemnonem ſecuti, non mediocrem opem commilitonibus attulere.

Aeſculus, penult. correp. arbor glandifera, cuius fructu quum in primæua ætate homines veſcerentur, ab edo, pro comedo deduci putatur, quamuis edo primam breuem habeat. Quidam tamen ſine diphthongo ſcribunt, ab eſca nomen trahentes. Hinc Aeſculeus, a, um, quod eſt materiatū ex æſculo. Pallad. Aſſeres quernæ, cum æſculeis non miſceantur. Eſcus ſum neutri generis, & ſine diphthongo, ciuitas in agro Piceno.

Aeſis, ciuitas Vmbriæ, à qua Aeſinates populi Plini. lib. xi. Caſeum (inqt) Aeſinatem ex Vmbria. Ptolemæ quoque hanc vrbẽ Aeſiã ab Aeſi flauio nominat.

Aeſopus, pen. prod. nam Græci ſcribunt per o, nomẽ fabulatoris clariſſimi. Inde Aeſopianus. Hieronym. Iuxta Aeſopianã fabulã. Hic miſer uita, miſer morte & miſer forma vuit Maxi. Planudes de ipſo ita ſcribit, Αἴσωπος τὸ μὲν γένος ἐξ Ἀμορίου τῆς φρυγίας, τὴν δὲ τύχην γέγονε δοῦλος. ἐτύγχανε δὲ ὢν οὐ μόνον δοῦλος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν αὐτοῦ δυσειδέστατα τῶν πάντων ἀνθρώπων εἶχε. καὶ γὰρ φοξὸς ἦν, σιμὸς τὴν ῥῖνα, σιμὸς τὸν τράχηλον. πρόχειλος, μέλας, ὅθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε, ταυτὸν γὰρ αἴσωπος, τῷ αἰθίοπι, id eſt Aeſopus genus quidẽ traxit ex Amorio Phrygie, ſed fortuna natus eſt ſeruus. Fuit autem non ſolum ſeruus, ſed & deformiſſimus omniũ ætatis ſuæ hominum. nam acuto capite fuit, preſſis naribus, depreſſo collo, prominẽtibus labris, niger, unde & nomen ſortitus eſt. Idem enim Aeſopus quod Aethiops.

Aeſtas, ſignificat tẽpus quod incipit ab æquinoctio uernali, & finitur æquinoctio autumnali, conſtatque ſenis menſibus, & totus annus in Aeſtatem Hyememque diuiditur, particularius tamen ponitur pro quarta anni parte, hoc eſt, pro tribus menſibus, qui incipiunt Sole Cancrum ingrediente, nam Sole ingrediente Libram Autumnus eſt, ingrediente Capricornum, Hyems, ingrediente Arietem. Ver.

Aeſtimabile, quod facile æſtimari poteſt. Cuius contrarium eſt inæſtimabile.

Aeſtimata pœna, quæ certo ære cenſebatur. ut ouis decuſſis, id eſt, decem aſſibus, bos centuſſis, id eſt, centum aſſibus. Cc.

Aeſtimatio, ab antiquis Aeſtimia dicebatur.

Aeſtimo, mas, penultima correp. ſignificat appretio, taxo, compoſitum ab æs, & τιμὴ pretium, quaſi ære taxo. Et conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo horum nominum, tanti, quanti, quantiuis, tantidẽ, quãticunque, magni, parui, pluris, minoris, maximi, plurimi, nihili, & ſi qua huiuſmodi reperiantur, licet etiã ablatiui horum nominum ſine ſubſtantiuis iuncti huic uerbo inueniantur. Boetius in Prolo. lib. Topi. Ingratum quidem ſi magna Trebarii merita quibus ipſe viſus fuerit paruo æſtimare uideret, quum nullam eis gratiam reſtituendam putaret, Hieron. in Leui. Si ſtatim ab anno incipiẽtis iubilei vouerit agrũ quanto ualere poteſt, tanto æſtimabitur. Frequentius tamen cum genitiuis iungitur. Cicero lib. Acade. Alia pluris eſſe æſtimanda. alia minoris. Liuius vtrunque caſum complexus eſt. Mancipia minora annis viginti, quæ poſt proximum luſtrum decem milibus æris aut pluria ueniſſent ea quoque decem tanto pluris quàm quanti eſſent æſtimarentur. Similẽ ſignificationem habent, pendo, facio curo, eſt, intereſt, & refert, quum pretium iungitur, quia pro aeſtimo, ſiue aſtimatur ponuntur. ut nihili pendo, & huiuſmodi. Dicitur etiam Aeſtimare, rem alicuius dignitatis facere. Seneca. Data magno aeſtimas, accepta paruo. Et in tit. de Ira. Magnõ aeſtimata ira deiecit. Inuenitur etiam Aeſtimo ſine ablatiuo uel genitiuo Hieron. in Leui. Si pauper fuerit & aeſtimationem reddere non ualebit, ſtabit coram ſacerdote & quantum ille aeſtimauerit, tantum dabit. Sciendum quoque quod in ſacris literis (vt Fulgentius docet) duobus modis aeſtimatio poni ſolet. Nam qui aliquid certiſſime ſcit, & qui putat aliquid eſſe, quod non eſt, Aeſtimare dr, Ad aeſtimationẽ incertae ſciẽtiae ſeu cognitionis ptinet quod dr, Aeſtimabat ſe uidere. Noĩe aũt aeſtimationis certiſſima ſcientia ponitur in lib. ſapien. Scit pterita, de futuris aeſtimat id eſt certiſſime ſcit. Et Apoſtolus. Aeſtimo quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriam. Id eſt, certe ſcio. Ab Aeſtimo fit Exiſtimo, diphthongo in i, longam conuerſa, quaſi ex æſtimatione ſtatuo atque decerno. Prius.n. rem æſtimamus, id eſt, conſyderamus, deinde qualis ſit exiſtimamus, id eſt, iudicamus. Terent. Nam ea res dedit exiſtimandi copiam quotidianae uitae conſuetudinẽ. Quint. Velauit ei caput & ſuo cuiuſque aĩo dedit aeſtimãdum.

Aeſtiua, dicuntur loca umbroſa, nemoroſa, in quibus per aeſtatem uitatur Solis ardor. Statius.

Et vmbroſi patuere æſtiua Lycæi.
Quādoq; ponitur ꝑ ipſis gregibus in æſtiuo cōmorantibus. Verg. lib.iii.Georgic. Nec ſingula morbi Corpora corripiunt,ſed tota æſtiua repente.
Quandoq; Aeſtiua adpellantur loca, in quibus & armēta & greges & milites æſtate ſunt,ſicut hyberna,vbi habitant hyeme. Quandoq; uocantur quæ æſtate fiunt. unde Plinius lib.decimooctauo. Aeſtiua aeſtate quæ ante Vergiliarum exortum ſeritur, ut milium panicum

Aeſtiuo, as, ſicut hyberno, as, & eſt Aeſtiuare propter æſtum euitandum alicubi morari. Plinius lib. duodecimo. Intra ſepem eā æſtiuant paſtores opacam pariter & munitam uallo arboris.

Aeſtiuus,a,um,penultima producta, quod eſt æſtatis. Greg. Aeſtiuum tempus quod corpori meo ualde contrarium eſt.

Aeſtuaria,loca dicuntur per quæ mare uiciſſim tum accedit,tum recedit,ſiue quæ marinis aquis referta ſunt ex inuadationibus pelagi. Plinius lib.iii. Illyrici ora mile amplius inſulis frequentatur,natura uadoſi maris æſtuariis tenui alueo intercurſantibus, clare antè oſtia Timaui calidorum cum aeſtu maris creſcentium iuxta Iſtrorum agrum.

Aeſtuo,as,ferueo,flagro. Ambroſius, Pſalmi de torcularibus inſcribuntur,eò quòd in his myſteria dominicæ paſſionis ſpiritu ſancto feruente, ardentius aeſtuarunt. Aliquando Aeſtuare eſt fluctuare, agitari. Cicero in Verrem,quod ubi auditum eſt,aeſtuare illi qui dederant pecuniam, putare nihil agi poſſe abſente Epicrate. Huius compoſitum eſt Exæſtuo, quod eſt extra aeſtuo,exundo incremento. Vergili. Fundoq; exæſtuat imo.
Iuſtinus libro primo. Quæ materia in his locis paſſim è terra exaeſtuat. Hieronymus, Adcoitum ſemp exaeſtuant. Suetonius, Foſſas omneis, in quas Nilus exaeſtuat, oblimatas longa uetuſtate, militari opere deterſit.

Aeſtuoſus,a,um,quod eſt calore plenum. Columella libro quarto. Cælum neq; niuale ulnea, nec rurſus aeſtuoſum deſyderat.

Aeſtus,us,calor,& Solis flagrantia. Vergilius libro tertio. Georg.
Aeſtibus in mediis umbroſam exquirere uallem.
Ponitur interdum pro aeſtiuo tempore. Idem,
Propiusq; aeſtus incendia voluunt.
Inde per tranſlationem Aeſtus quandoq; dicitur de ſyderiſ, cupiditas libido, amor,& huiuſmodi. Præterea Aeſtus uocatur impetus marinus,uel commotio.quod feruore quodam id fieri videatur.nam eſt maris acceſſus vel receſſus.id eſt iquietudo. Sic etiā dicitur uis uentorum procella uel fluctus. Plautus in Aſin. Quò magis te in altum capeſſas,tam aeſtus te in portum referet. Lucretiu. libro quarto.
Frigus ut à pluuiis,calor ab Sole,aeſtus ab vndis.

Aeta nomen eſt montis in Theſſalia.

Aetalia,inſula in Liguſtico mari.vide infra in dictione Ethalia.

Aetas, Græcum eſt αἰὼν αἰῶνος,Inde Latine Aeuum aeui. Aeuitas. Aetas per ſyncopā,ſed Aetas plerūq; gñaliter dr.ut ætas ſenectutis ætas iuuentutis. Sex .n.ſunt hominum ætatis gradus. Infantia,pueritia, adoleſcentia, iuuentus,grauitas atq; ſenectus. In his ſex ſpatiis philoſophi uitam deſcr pſe.ſt humanā quibus mutatur & currit & ad mortis terminum peruenit. Varro quinq; gradus facit. In primo vſq; ad annum decimū quintum,pueros, dictos,quod ſint puri,id eſt,impuberes. Secundo ad trigeſimum annum adoleſcentes, ab adoleſcendo nominatos. In tertio qui erat uſq; ad quadraginta annos, iuuenes adpellatos,eò q Rempā in rē militari iuuare poſſent. In quarto autem gradu, vſq; ad ſexageſimum annum ſeniores nuncupatos,quod tunc corpus ſeneſcere incipiat. Inde uſq; in finem vitæ vniuſcuiuſq; quintum gradum factum,in quo qui eſſent,ſenes adpellatos,quod ea ætate corpus iā ſenio laboraret. Horum tamen ſinguli trifariam diuiduntur,ut prima pars uiridis ſit,dèinde adulta,poſtea præceps. vnde Vergiliua. Viridisq; iuuenta.
Alii aliter diuidunt ætates. Aetas uero mundi, Prima ab Adam vſq; ad Noe. Secunda à Noe vſq; ad Abraham. Tertia ab Abraham vſq; ad Dauid. Quarta à Dauid uſq; ad tranſmigrationem Iudææ in Babyloniam. Quinta dèinde uſq; ad aduentum ſaluatoris in carne. Sexta q̄ nūc agitur uſquequo mūdus iſte finiatur. Interdū Aetas accipit pro anno. Verg. Vbi quarta acceſſerit ætas.
Varro. Aetatem uix decimam egreſſus. Interdum ꝑ triginta annorum ſpatio. Cicero, Tertiam iam ætatem hominum uiuebat. Sic Plutarchus oſtendit Aetatem eſſe ſpatium triginta annorum ſecundum Heracletum. Interdum pro centum annis. Ouid.
Annos Vixi bis centum nunc tertia uiuitur ætas.
Ponitur & pro quouis tempore humanæ uitæ longiſſimo. Diciturq; Aetas(ut inquit Apuleius)per ſyncopam,quaſi æuitas ad æuum. Greci ætates γενεὰς dicūt. Aetas mala dicta eſt ſenectus. Plautus, Cōfitus ſum,ſenectute onuſtum gero corpus,uires relīquerunt.vt ætas mala eſt mors mala eſt,ergo econtrario bona ætas iuuentus adpellatur. Cice. Quòd ſi ipſis uoluptatibus bona ætas fruitur libētius,primum paruulis fruitur rebus. Aetas media, uocatur illa quæ eſt inter iuuentam & ſenectam,quàm Auicenna uocat Aetatem pulchritudinis, quæ ferè eſt à triginta uſq; ad quadrageſimum annum,eadem dicitur Aetas conſiſtendi. Hippocrates in Aphor. Secundo conſiſtentes facile inediam ferre dicit.

Aetate,aduerbium ſignificat diu. Plautus, Aetatē ambo ambobus ſint obnoxii. Idem, Aetatē uelim ſeruire, Libanum ut conuertiam modo.

Aetatula diminutiuum,id eſt,ætas modica.

Aeterno,as,perpetuum facio, Varro, Literiſq; ac laudibus æternare. Sunt tamen qui Aeternus & Aeterno aſpirent,quando ab æthere deducant.

Aeternus,quaſi æuiternus,perpetuus,à quo Sempiternus,quaſi ſemper æternus. Aeternitas, ꝑpetuitas, quæ nulla temporis quantitate,menſura,nullo temporis ſpatio deſignari poteſt,quum omne cōtingat

ternum, & continetur à nullo. Differunt tamẽ Aeternum & Sempiternum, quod ſempiternum dicunt Deum eſſe, qui ſemper fuit, eritq́; Aeternos homines qui principium quidem habuerunt, & tamẽ altiſſimo ſunt immortales atq; perpetui.

Aether, ſummus eſt ubi ſtellæ ſunt. Græce αἰθήρ. ponitur ab aliquibus pro elemento ignis. Nam ſecundum Varronem cœlum diuiditur in æthera & aera. Terra in aquam & humum, è quibus ſummum eſſe æthera, ſecundum aera, tertiam aquam, infimam terram eſſe ſcribit. Auguſtinus libro octauo de Ciuitate Dei. Aether longè à terra alteq́; ſuſpenſus, aer uero ætheri terræq́; contiguus. Ouid. lib. i. Metamo. Hæc ſuper impoſuit liquidum & grauitate carentẽ, Aethera nec quicquam terrenæ fæcis habentem. Ab αἴθω, ardeo. Anaxago. ætheris nomine ignem ſignificauit, quòd ſuperiora igne plena ſint. Ariſtoteles Aethera cœlũ dixit, ex θέω, uoluo, curro, quaſi perpetuam uolubilitatem indicet. nam lib. primo Meteorologiæ ſic ſcribit, Corpus enim circulare, quod ſemper curreret, ſimul diuinũ quippiam inesſe opinantes, Aetherem nominari ſtatuerunt. vnde Ouidius ad Cæſarem, Sic habites terras, ut te deſyderet æther. Alii accipiunt pro aere. Apul. Aqua tellus, æther ignis. Vergilius. Reſonatq́; fragoribus æther. Ab Ather fit Aethereus, a, um, quod eſt ætheris. Idẽ, Aetherea quos lapſa plaga Iouis ales aperto Turbabat cœlo.

Aethera, æ, generis fœminini, nominatiuus formatus ab accuſatiuo Græco ætherem, uel æthera, ſicut lãpas, lampadem uel lampada, hæc lampada. thorax, thoraca, hæc thoraca. & ponitur pro aere. Vnde canimus, Quem terra, pontus, æthera, colunt, adorant, prædicant.

Aethiopia, (ut autor eſt Ambroſius lib. de Paradiſo) uilis & abiecta Latina interpretatione ſignificatur, ab Aethiope Vulcani filio cui præfuit, ſic dicta vt ait Plin. Vel à Græco αἴθω cremo, & ὤψ, ops, aſpectus, facies. Nã Solis uicinitate torret. Eſt enim ibi iugis æſtus. Quicqd eius eſt, ſub Meridiano cardine eſt. Circa uero Occiduum, montuoſa eſt, arenoſa in medio. Ad Orientalem plagam deſerta. Cuius ſitus ab Occiduo Atlantes montes, ad Orientẽ uſq; in Aegypti fines porrigitur, à Meridie, Oceano, à Septentrione, Nilo flumine clauditur, plurimas habens genteis, diuerſo uultu & mõſtruoſa ſpecie horribileis. Feraſ quoq; & ſerpentium referta eſt multitudine. In ea enim rhinoceros, chamæleon, pardus baſiliſcus, dracones ingẽtes. Quidã bifariã diuidũt Aethiopiã, & unã qdẽ Aſiæ, alterã Africæ aſſignãt. Altera ad oriẽtẽ uergit, altera eſt ſub ipſo Meridie.

Aethiops, Vulcani filius, qui à ſe Aethiopiam denominauit. Et Aethiops, dicitur qui ex Aethiopia eſt, qui aethiopicus, & Aethiopus dicitur ſecundũ Seruium, necnon & Aethiopiſſa. Sunt qui Aethiopes dictos putent à Cus, filio Cham. Cus enim Hebraica lingua, Aethiops interpretatur. Hi quondam ab Indo flumine conſurgentes, iuxta Aegyptum inter Nilum & Oceanum in Meridie, ſub ipſa Solis uicinitate inſederunt, quorum tres ſunt populi, Heſperi, Garamantes, & Indi. Heſperi ſunt Occidentes, Garamãtes Tripolis. Indi Orientes.

Aethon, equus Phœbi dictus eſt, ſiue Hectoris. Fuere autem (ut in fabulis fertur) quatuor equi Solis, Phlegon ſcilicet, Pyrois, Heous, & Aethon, quibus ſignificantur quatuor diei horæ. Nam Phlego inflãmo ſignificat, Pyrois ardens, Heous ſplendens, Aethon ardens & ſplendidus.

Aethra, æ. ſplẽdor ætheris, & pro aere ponit. Verg. li. iii. Nã neq; erãt aſtrorũ ignes, neq; lucidus æthra Sydera polus. Hoc etiam nomine dicta eſt Theſei mater. Alia fuit mater Pithei. de qua Ouidius in epiſtola Ariadnes.

Aethruſci, dicti ſunt (ut quidam putant) ab Aethria ciuitate quam Diomedes condidit, poſtea Atria dicta ſiue ἀπὸ τῆς αἴθρας καὶ ἀσκεῖν, id eſt ab æthra & aſcein, propter auguriorum peritiam quaſi de cœlo ſeruantes & exercentes æthera. Alii ἀπὸ τῆς αἴθρας, æthras, quæ ſerenitatem ſignificat, maxime quòd Aethruria ab omni aeris caligine nebulaq́; remota uideatur. Seruius uero Hetruriã dicit eſſe Italiæ prouinciam, quod eius fines protenſi ſunt vſq; ad primam ripam Tyberis. Heteron enim alterum, ὅρος, finis dicitur. Roma enim antea unam tantum Tyberis ripam tenebat. vnde Iuuenalis, Imperii fines Tyberinum uirgo natauit. Liuius libro. I. Pax inter Hætruſcos & Latinos ita cõuenerat, vt Hætruſcis Latinisq́; Albula, quem nunc Tyberim uocant, finis eſſet. Sunt tamen qui ſine diphthongo & ſine aſpiratione ſcribant, quoniam prima eius dictionis corripitur, Marti.

Quantum ſolicito fortuna parentis Hetruſco.

Hos autem qui corripiũt ſequemur, & per h, in principio ſcribemus.

Aetiologia, cauſſæ redditio. nam αἰτία, cauſſa eſt, & logia λογία ratio. ὅτι αἰτία καὶ αἰτιάομαι, καὶ ἀπὸ τοῦ λέγω, λόγος, καὶ ἀπὸ τοῦ τρέχω, τρόχος .i. quoniam αἰτία, cauſſa, & αἰτιάομαι, accuſo, & à λέγω id eſt dico, λόγος, dictio & à τρέχω, curro, τρόχος, rota, reuolutio.

Aetites, gemma eſt, quæ aquilæ colorem habet caudæ candicantis. Sunt qui gagitem uocent, eſtq́; ad multa utilis, vnde eam Zoroaſtes magus omnibus prætulit. Cornucop.

Aetius, nomẽ autoris in medicina, cuius. xvi. li. extãt & qdã epiſt. Dictus Aetius .i. aquilinus. nã ἀετὸς aquila, dicitur ab ἀΐσσω .i. cum impetu irruo. Fuit ex Antiochia Syriæ, diſcipulus Eunomii, tempore Cõſtãtini imperatoris, Atheos cognominatus, quòd diceret nullum eſſe Deũ, ut alii quidã antiq philoſophi.

Aetna, mons Siciliæ ꝑpetuo clarus incẽdio, à poetis decãtatus. In cuius aſcẽſu eſt oppidũ eiuſdẽ noĩs, q mõtẽ aſcẽſuros excipit atq; tranſmittit, multũq́; diſtat ab Enna ciuitate quũ mõs littori adiaceat Catanẽſi Enna uero in medio ĩſulæ ſit cõſtituta. Põp. Pamã hẽt ob cereris tẽplũ. Enna ꝑcipua montiũ Hæc alio noĩe adranũ dĩ, q̃ fluuius eiuſdem noĩs alluit ut ait Stepha. Quare ab ẽ ætna ſlimas euomat, Tro-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

gus libro quarto explicat, Sicilia terra eſt cauerno-ſa & fiſtuloſa, quo fit ut uentorum flatibus pateat. unde ignis concipitur, intrinſecus ſulphur habet & bitumen, ubi uentus per ſpiramenta cauernarum incubuit, diu luctatus concipit ignem. Sic Aetnæ durat incendium. Motus ergo uentorum cauſſa incendii eſt. Ab Aetna fit Aetnæus, a, um.

Aetolia, Græciæ regio in tertio ſinu Europæ, Epiro Acarnaniæ, & locris finitima. Græci αἰτωλίαν dicunt, unde debet ſcribi ſine h, dicta ab Aetolo Martis filio. Hinc Aetolus, a, um, pen. prod. Ver. lib. xi.

Non erit auxilio nobis Aetolus & Arpi.

Similiter Aetolicus. vt ager ætolicus.

Aetus, ti, aquilæ genus eſt. Aetion, ſignificat cauſſam. Vnde Aetia Callimachi τὸ αἴτιον, quæ penè eodem argumento quo noſtri faſti conſtabant.

Quintilianus libro tertio. Cauſſa quoque ex cauſſa. id eſt, αἴτιον ἐξ αἰτίου naſci uidetur.

Aeuum, Græce αἰών, propriæ tempus & ætas lõga ſiue perpetua, u, interiecta, ut inquit Apul. Inde æuitas & æuiternus ſecundum Priſcia. quod per ſyncopam ætas & æternus dicitur, pro ſenectute longæuitateque. Hinc deducuntur Coæuus, Aequæuus, Grãdæuus, Longæuus, & Primæuus.

A ANTE F

AFer, aut potius Apher. vide in Africa, quòd ſcribendum putent Aphrica.

Affabilis, pen. corre. ex ad & fabilis, qui ſe facilem ad audiendum præbet. Hinc Affabilitas.

Affabre, penultima correpta. aduerbium ſignificat artificioſe ſicut Infabre, ſine artificio. Pacuuius, Barbaricam peſtem noſtris nauibus obtulit noua figura factam commiſſam infabre.

Affabrum, pro fabrefactum dixere veteres, Ce. Sunt qui vtuntur nomine affaber pro artificioſo.

Affaniæ, ſunt nugæ, uerba futilia ac mera mendacia. à fando inclinatũ nomen. Apule. libro quarto. Hæc alias ſimiles affanias fruſtra oblatrantes, eos retrorſum adducunt pagani.

Affatim aduerbiũ: prima non media acuta (ut Quintilianos lib. iiii. docet) ſignificat abundè, largè, non debiliter. Liui. affatim edi, bibi, luſi. Hieronymus, Affatim diues eſt, qui in Chriſto pauper eſt. Et hæc ab Affaris deducuntur, de quo in dictione Faris.

Affecta fœmina, vel in bonam partem dicitur, uelut honorata, uel in malam, quaſi ad extremum perueniſum adducta.

Affecto, as, ſignificat cũ affectu & anxiè quæro. Ver.

Viamque affectat Olympo.

Cicero ad Herennium, Non tam affectanda quàm ſuperiores, ſed tamen adhibenda nonnunquam. Hinc Affectata oratio, quæ nimis anxie & curioſe quæſita eſt, & Affectatio, curioſitas, & nimia diligentia. Affectatè, curioſe. Aliquando affectare, eſt afficere. Plautus in Bacchi. Tua flagitia aut dãna quibus patrem, & me, teque, amicoſque omneis affectas tuos. Eſt & affector, deponens. Varro, Affectatus eſt regnũ.

Affectus, cta, ctum, participium. quum abſolute ponitur ſumitur pro languente. .. Propertius,

Iuppiter affectæ tandem miſerere puellæ.

Liuius lib. v. Vires corporis affectæ. Affecta ædificia & cætera huiuſmodi dicuntur, quæ nõ ad finem ipſum, ſed proxime ad finem ſunt deducta. Cicero, Bellum affectũ uidemus, & ut uerè dicam penè confectum. Idem ſignificat Profligatum.

Affectus, us, ſiue affectio eſt, ut lætitia, cupiditas, affectiones à Cicerone, affectus ab aliis adpellantur. Et affectiones ſi recte ſunt virtutes uocantur. ſi à recta ratione auerſæ ſunt, vitia fiũt & perturbationes. Cicero in Rheto. definit. Affectio, eſt quædam ex tẽpore aut ex negociorum euentu, aut adminiſtratione, aut hominum ſtudio commutatio rerum. Auguſtinus lib. vndecimo, de Ciuitate Dei. Quæ ſunt ſententiæ philoſophorum de his animi motibus, quos Græci πάθη, noſtri autem quidam, ſicut Cicero, affectiones vel affectus, quidam uero de Græco expreſſius paſſiones vocant. Poetæ pro deſyderio accipiunt. Propertius,

Et tibi ad effectum vires det Cæſar.

& eſt honeſta locutio. Res tibi dantur ad affectum, id eſt, quemadmodum cupitis. Iuuenalis,

Si res ampla domi ſimilisque affectibus eſſet.

Affero, vide in dictione Fero.

Afficio, is, penultima correpta. ex ad & facio ſignificat affectionem quandam ſiue diſpoſitionem induco. Et ad animum & ad corpus, ſiue in bonum ſiue in malum pertinet. vt, hæc res afficit me gaudio, id eſt, affert vel inducit in me gaudium. Hæc res afficit me dolore. Affeci te letali vulnere, id eſt, intuli tibi, uel induxi in te lætale uulnus. Inuenitur quandoque abſolute poſitum. ut, Multa ſunt quæ afficiunt hominem, id eſt, affectiones ſiue affectus inducũt. Cornelius Celſ. Pulmo totus afficitur, id eſt, maceratur, læditur, corrũpitur. Et afficior, quaſi animor, id eſt iſtius animi ſum. Cicero in Lelio, Vt eodem modo erga amicũ affecti ſimus, quo erga nosipſos. Poſtea ſequitur, Vt quemadmodum in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus.

Affigo, is, vide in dictione Figo.

Affines, in agris uicini ſunt. In hominibus conſanguinitate coniuncti dicuntur, ab eo quòd duæ cognationes quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. ex ad & finis. Nomina eorum hæc ſunt, Socer Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Nouerca, Priuign⁹, Priuigna. Gradus affinitatis & quidem viri, pater, vxoriſque ſocer, mater eorum ſocrus adpellatus. Filii vxor, nurus. Filiæ vir, gener. Vxor, liberis ex alia vxore natis, nouerca dicitur. Matris vir, ex alio viro natis, vitricus appellatur. Eorum vterque natos aliũde priuignos, priuignaſque vocant. Viri frater, eſt leuir. Viri ſoror dicitur glos. Duorum fratrum vxores, ianiteres ἐνάτερες dicuntur. Poteſt etiam ſic definiri. Socer, eſt vxoris meæ pr̃, ego illi⁹ ſum gener. Socer magnus, eſt vxoris meæ auus, ego illi⁹ ſum progene. Et retro. Pr̃ meus vxoris meæ ſocer, hæc illi nurus. Et au⁹ me⁹, ſocer magn⁹ eſt, illa illi pronurus. Itẽ proſocrus mihi, vxo meæ auia ẽ, ego illi⁹ ſũ progener.

Et retro

Et retro. Mater mea, vxoris meæ ſocrus eſt, illa huic mitus, Et auia mea, ſocrus magna eſt, vxor mea illi p nurus eſt. Priuignus eſt vxoris meæ filius ex alio viro natus, ego illius vitricus. Et in contrarium vxor mea, liberis quos ex alia vxore habeo, nouerca dr, liberi mei illi priuigni. Hos inter ſe quia affinitatis cauſſa parentum, liberorumq́; loco habentur in matrimonio, copulari nefas eſt.

Affinis culpæ, eſt conſors & conſcius delicti. Cicero pro Sylla. Circumſpicite paulliſper mentibus veſtris homines qui huic affines ſceleri fuerunt.

Affirmo, proprie iuxta firmo. quamuis plerunq; pro aſſeuero, perſiſto, ponatur. Hinc affirmatio, quæ eſt enunciatio alicuius de aliquo, ut Socrates eſt. Hier. in prolog. Salomo. Nonnulli ſcriptorum ueterum hunc eſſe Iudæi Philonis affirmant.

Affligo, gis, penultima producta, vide in dictione Fligo. Huius frequentatiuū eſt afflicto, afflictas, quod eſt ſæpe affligo, unde & illud Archytæ. O te infelicem quàm te afflictatem niſi iratus eſſem. Cicero libro quarto Tuſculan. afflictatio, ægritudo cum vexatione corporis.

Afflo, as, ad aliquid ſpiro. Liui. Afflabat uis frigoris acrior, vide latius in dictione Flo.

Affluo, abundo, vt, affluo diuitijs. Dicimus etiam, diuitiæ affluūt mihi. Aliquando affluere, uehementer decurrere. Columel. lib. i. Ne cum à vertice torrens imbribus cōceptus affluxerit, fundamēta cōuellat.

Affore. Vide Fore.

Affrica (λέγεται δὲ ὅτι, α, μόριον ἔτι τὸ στερητικὸν, καὶ φρίκη καὶ φρίττω, ὅτι θερμότατον μεγίστη αὐτῶν ἡλίου, id eſt, dicitur ab α, priuatiua particula, & φρίκη, id eſt horrore, & φρίττω, horrore concutior, quoniam maximus ibi Solis calor) penultima correpta, regio ſic dicta (ut Ioſephus lib. Antiquit. inquit) ab Afro uno ex poſteris abrahæ de Cetura, qui dicitur duxiſſe aduerſus Libyam exercitū, & ibi deuictis hoſtibus conſediſſe. Incipit à finibus Aegypti, pergens iuxta Meridiem per æthiopiam uſque Atlantem mōtem à Septentrionali parte mediterraneo mari coniuncta clauditur, & in Gaditano freto finitur. Habet prouincias Libyam Cyrenenſem, Pētapolim Byzātium, Carthaginem, Numidiam Sunt qui Africam diuidant in maiorem & minorem. Et minorem ab Occaſu Numidiam habere, ab Ortu Cyrenaicam, à Septentrione mediterraneo mari terminari. In ea olim fuiſſe Carthaginem, Vticam, Hipponem, Rhegium, & fluuium Bragadam, Maiorem uero eſſe quæ à Meridie incipit, & uſq. ad Occaſum ꝑtenditur. Hinc Africus, a, um, vt africus uētus, qui ab Occidente flat, contra Vulturnum, dictus ab Africa vbi primum incipit. Africanus, na, num, ut gens africana. & Scipio africanus. Quum igitur à phrice aut à phritto deducatur, rectius per ph. Aphrica ſcriberetur. Videtur autem differre apher ab aphricano, quòd apher gentile nomen proprie eſt, quanquam Maro dicit armētarius apher. Aphricanus, denominatiuum, ut Scipionum à deuicta Aphrica.

Africanæ, abſolute dicuntur pantheræ quæ & uariæ, quoniam id genus in ea regione crebettimū fuit. Plinius, Senatuſconſultum fuit, ne liceret africanas in Italiam aduehere.

Affrico, as, pen. cor. vide in dictione Frico, as.

A ANTE G

AGag, nomen regis Amelech. i. Reg. xv, interp̄tatur, tectum, uel ſolarium.

Agalma, matis, apud nos indicat ſimulachrū & laruam & ſtatuam.

Agamemnon, proprium nomen argiuorū regis, quaſi ualde menon, hoc eſt, manens, perſeueranter enim conſtanterq́; in rebus permanſit.

Agamneſtor, nomen eſt athenienſium regis,

Agamus, penultima correpta, Latine dicitur ſine uiſo, ſeu ſine uxore. Gamos enim nuptiæ.

Agane, nomen proprium filiæ Cadmi, & Hermiones & Echionis uxoris, quæ uerſa in furiam, Pentheum proprium filium laniauit.

Aganippe, pes, fons Bœotiæ à Cadmo monſtratus, Muſis ſacer, quaſi ualde ab equo formatus, ἄγαν agan, ualde, hippos, equus, qui fons potus dictus eſt præſtare facundiam. Hinc Aganippis, idis, denominatiuum, & agampeus, a, um,
Ouidius libro ſexto Faſt.
Dicite quæ fontes Aganippidas Hippocrenes.
Grata Meduſæi ſigna tenetis equi. Propertius,
Nec aganippææ ludere docta lyræ.

Agape, ἀγάπη, habet duo nomina apud Latinos, charitatem ſcilicet, & dilectionem, Auguſt. de uerbis domini, loquens de epulone diuite. contra raptores. qui amore Dei aliena diſtribuunt, dicit in perſona talium, Ego ſimilis illius diuitis, non ſicut agapes facio.

Agapetus, penultima producta, nomen viri, & Latine dicitus dilectus, ab ἀγαπάω, diligo,

Agar, nomen ancillæ abrahæ, & interpretatur aduena. A qua agareni populi, qui nunc Sarraceni à Sara uxore abrahæ.

Agaricon, penultima correpta, fungus eſt in arboribus naſcens, colore candido, medicinæ uim habēs, Naſcitur circa Boſphorum, quamuis & in Gallia et ciſalpina inueniatur.

Agarus, vrbs & amnis in Sarmatia, à quo & nomen agarico radici datum creditur.

Agaſo, penultima producta, equorum uel aſinorum ductor, Plinius libro trigeſimoquinto, Pinxit & in una tabula, quaq́; maxime inclaruit, agaſonem cum equo. Liuius, acceptos ab agaſonibus equos, quum rex aſcenſurus erat admouebant. Eſt & agaſo nomen proprium ſerui. Horat.
Si patinam pede lapſus frangat Agaſo.

Agatho, nomen filii Priami.

Agathos, penultima correpta, bonus Latine dicitur, inde dicitur agata.

Agatuſa, inſula unguento nobilis, atelos à Callimacho nuncupata. Ce.

Agathyrſi, populi Scythis uicini, ut inquit Hierony.

Qui multum habent auri, ſine auaritia, ſine inuidia. Hos Plin. ſcribit habere capillos cæruleos. Vnde & picti dicuntur, quoniam verſicoloribus veſtibus induuntur. Vergilius libro quarto.

Creteſq; Dryopeſq; fremunt, pictiq; Agathyrſi.

Dicti Agathyrſi ab Agathyrſo Herculis filio.

Agathyrium, ſiue agathyrſa, ciuitas, de qua Sylius,

Deſuerant agathyrſa manus, geminoq; lacone Tyndaris.

Agatocles, Siculus tyrannus fuit, qui ex ſordido genere natus patre ſcilicet figulo, quum libidini, latrocinioq; operam dediſſet, gregariam militiam exercuit. In quo quòd manu ſtrenuus eſſet, & in concionibus perfacundus, breui ex centurione tribunus militum euaſit. Et primo quidem bello contra hoſteis pugnans, magna ſuæ virtutis præbuit experimenta; adeò vt in demortui regis locum fuerit ſuffectus. Nec multò poſt interfectus, Syracuſanis nobilibus cum Carthaginenſibus bellum geſſit, deinde ſpe ampliandi regni in Italiam traiecit, vbi quum deceptus fuiſſet, ex indignatione morbum contraxit, ex quo etiam vita functus eſt.

Age, aduerb. adhortantis, ſingularem numerum deſyderat, agite pluralem, agedum vtrunq;. Quint.

Agedum ſi videtur, extra portas proſpicite. Prop.

Nos agedum.

Dicimus & agitedum, ſed in plurali ſemper.

Liuius libro primo,

Agitedum ite mecum.

Agea, pen. prod. via in naui, dicta quòd in eam maximæ quæq; res agi ſoleant. Ennius,

Multa foro ponens, ageaq; longa repletur.

Fori fororum dicuntur etiam.

Agedum, & agitedum, vide in dictione age.

Agelas, penultima correpta, nomen ſtatuarii generoſi & Polycleti magiſtri.

Agelaſtus, Latine mæſtus, & ſine riſu. Quo nomine dictus eſt Craſſus, auus Craſſi in Parthis intercepti, quem tradunt ſemel tantum in vita ſua riſiſſe. Quod factum eſt, quum vidiſſet aſinum carduos comedentem, dixiſſeq; ob id, Similem habent labra lactucā. Factum hoc dictumq; feſtiuiſſimi riſus ſubſecutus eſt, quoniam α, στερητικὸν καὶ γελάω, ὅθεν καὶ ἀγέλαστος. id eſt, quoniam α, priuatiua, & γελάω, id eſt, rideo, unde ἀγέλαστος, non ridens.

Agellus, diminutiuum, ſignificat paruum agrum. Teſent. in adelph. agelli eſt hic ſub vrbe paulum quod locitas foris, huic demus qui fruatur. Hinc fit aliud diminutiuum agellulus. Ambroſ. Qui fidei exercet malitiam, ab omni vſu negociationis abſtinere debet, agelluli ſui contentus fructibus.

Agenealogetos. Latine ſine nuptiis dicitur, imò uilis genere.

Agenetos, penultima producta, pro ἀγένητος, ſignificat increatum, ingenitum.

Agenor, penultima prod. nomen regis Phœnicem, & Beli filii. Hic genuit Taygetam & Europam filias, filios uero Cilicem, Cadmum, & Phœnicem. Agenor etiam dictus fuit Antenoris filius.

Ager, ab ago, is quòd in eo aliquid agatur, uel (vt Donat. inquit) quòd in eo multa ſunt agenda. Quintilia. autem lib. primo ſcribit Græcum eſſe, nā ἀγρὸν Latine rus dici poteſt. Significatq; ager quandoq; circumiectum territorium alicuius vrbis ſeu prouinciæ, Salluſt. Reliquos Catilina per monteis aſperos in agrum piſtorienſem abducit, unde dicimus ager Campanus, ager Brixianus. Et includit in ſe nemora, ſaltus, paſcua, lacus, flumina, & omnia quæ in territorio illo ſunt, & ſingularem tantum numerū habet. Quandoq; ſignificat partem quādam ipſius territorii vrbis, q̄ priuatim ab aliquo poſſidetur, quam etiam poſſeſſionem dicere ſolemus, vt quū dicimus. Hic emit vnam pulchram poſſeſſionem. Et eſſe videtur rus, in quo & domus & omnia quæ in agro ſunt generaliter continentur, id eſt, quæ pro captu ipſius partis eſſe poſſunt. Et ſic agrū puto ſignificare rus. Vnde Terent. in Eunu. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et ſequitur, Neq; agri neq; urbis odium me unquam percipit. Vbi ſatietas cœpit fieri, commuto locum. Idem in Heau. Agrum in his regionibus meliorem, neq; precii maioris, nemo habet. Et paulo poſt, Talenta duodecim coegi, agrum hunc mercatus ſum, hic me exerceo. Ex his innuitur ſub Agri nomine, & domum, & omnia alia quæ in agro continētur comprehendi, idemq; eſſe agrum, rus, & poſſeſſionē. Notandū tamen q̄ nec rus, nec ager villa eſt, ſed uilla in rure ſiue agro dicitur eſſe. Quandoq; ager ſignificat locum in rure quem colimus ſiue arando, ſiue conſerendo, & ſingularem pluralemq; numerum habet. Columella libro primo,

Nam ubi ſedulo colitur ager, plerumq; compēdium nūquam niſi ſi cœli maior uis aut prædonis inceſſit, detrimentum affert. Liuius libro quarto. Peſtilentē annum inopia frugum neglecto cultu agrorum, ut plerunq; fit, excepit. Interdum tamen ager dicitur campus, quia (ut ait Varro) primum ex agro plano fructus capiebant. Eſt autem campus planities terræ ampla & grandis. Locus uero anguſtior, area uocatur. Interdum dicitur fundus, quòd pecudum & pecuniæ uideatur eſſe fundamentum.

Ageſilaus, alio nomine Dis, vel Pluton dictus. Lacedæmones, Archidami filius, poſt mortē Agidis fratris ſui rex conſtitutus, Tiſaphernē in Aſia qui principatum tenebat, inter Perſas vicit, & Athenienſeis & Bœotios apud Coroneam vrbem Peloponneſi, breui ſtatura corporis, & altero pede claudus fuit, ſed virtute præditus.

Agger, eris. per duplex gg, maſcul. gen. ſignificat proprie lapidum aut terræ coaceruationem, quæ facto vallo proprius ponitur. Improprie dicitur cuiuſlibet rei coaceruatio, vū foſſæ, aut valles impleri poſſunt. Quin & muros & munimenta aggerem dici voluit Seruius. Vergilius,

Quin intrant portas, atq; ipſis prælia miſcent aggeribus. Et agger dicitur media viæ eminentia, exaggeratis lapidibus ſtrata. Idem,

Qualis ſæpe viæ deprahenſus in aggere ſerpens.

Aggero, as, pen, cor. ſignificat accumulo. Colum. Oſs

arbores fructiferæ circūfoſſæ, aggerari debent. Ambroſius, Etenim dum augere opes, aggerare pecunias, occupare terras poſſeſſionibus cupimus, præſtare diuitiis, iuſtitiæ formam exuimus. Hinc fiunt compoſita Adaggero. Col. lib. vi. Deinde terram circa arborem adaggerato, uſq; ad ipſum inſitum. Exaggero, uehementer aggero, & per tranſlationem augmē to, extollo'ue ſignificat. Auguſt. lib. iiii. de Ciuit. dei Quid ſi commemorare voluiſſem & exaggerare illa mala, non quæ ſibi inuicem homines faciunt, ſicut ſunt uaſtationes, euerſiones q; bellantium, ſed quæ ex ipſius mundi elementis terrenis accidunt rebus.

Aggeus, nomen prophetæ, interpretatur feſtiuus ſiue ſolemnis, uel gyrans.

Aggero, is penul. correp. ſſi, ſtum. iuxta gero. Ambro. lib. i. offi. Fouent ocium, aſtutia & improbitate aggerunt diuitiarum aceruos, ſed exoluent, ſeram licet nequitiæ ſuæ pœnam.

Agglomero, implico, adfigo, à glomero, quod à glomus ſeu glomer deducitur. Cc.

Agglutino, penultima correpta, ad aliquid glutino, copulo. Plautus in Aul. Ita mihi ad malum malæ res planæ ſe agglutinant.

Aggrauo, as, penu. cor. ualde onero, uel ualde grauis ſum à quo aggrauaſco, quod eſt ualde grauis fio.

Aggredior, ad aliquem gradior, & hoc quandoq; amice. Plautus in Aſin. Etiam tu here hunc amoue abs te, atq; me aggredere. Quandoq; hoſtiliter, ut ſi aggredi inuadere. Salluſt. Ex lateribus cæteros aggreditur. Iuſtinus,

Quos ex improuiſo aggreſſus facile fudit.

Eſt enim aggredi, gradatim ire, & cum inſidiis, proprium gladiatorum, qui gradatim eunt ad dimicandum. Fit etiam quandoq; aggreſſio uerbis. Verg.

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.

Aliquando aggredi ponitur pro incipere. Lactant. lib. v. Omnes tamen illud arguebant, quòd illo poſtiſſimum tempore id operis eſſet aggreſſus, quo furebat odioſa crudelitas. Aliquādo pro tentare. Salluſt. in Iugur. Omnes aſperitates ſuperuadere, naturam etiam loci uincere aggreditur. Sciendum eſt, q hæc uerba aggredior, adorior, alloquor, & ſimilia, ad præpoſitione eis adiuncta, cum accuſatiuo ſolo elegantius ponuntur, quàm ſi ſimplicia eorum accuſatiuo, ad præpoſita iungantur, vt, aggredior hominem, non gradior ad hominem. Dicimus etiam, aggredior te dictis, quaſi cum calliditate. Verg.

Talibus aggreditur dictis.

Aggrego, as, pen. cor. uide in dictione Abgrego.

Aggretus, apud Ennium pro aggreſſus legitur. Aggretus fari &c.

Agileus, dictus apollo, q agiea attica lingua uici uocantur. Apollinia aſit ſacrificia in uicis publicia inſtituta ſunt fieri ex Apolliniareſponſo, vide Agya.

Agilis, proprium viri, quem poetæ eſt Tyrinthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant.

Agilis, penult. corr. lenis dexter, qui ſe facile agit, uel pronus aut uoluntarius eſt ad agendum. Hor.

Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi,

Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi.

Columella. Symmachus malo, inquit, unius agilem induſtriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam. Hinc agilitas, dexteritas, corporis celeritas. Col. lib. i. Eiuſdem agilitatis, homo frugi, melius quàm nequam faciet.

Agina. pe. prod. eſt in qua inſeritur ſcapus trutinæ. i. in quo trutina agitur & uertitur, ab agendo dicta.

Aginator, qui paruo lucro mouetur.

Aginor, penultima producta, uilia negocior.

Agiographa ſcriptura, ſacra ſcriptura.

Agios, Græce, Latine dicitur ſanctus.

Agis, vel agides. Lacedæmoniorum rex, qui cū Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit.

Agito, as, penu. correp. crebro facio. Salluſt. Ita uarie per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudia agitabantur. Et agitare, ſtimulare, compellere, quo pacto agi ſolent equi quum eos calcaribus urgemus. Plautus Nam iam agi abo quadrupedem calcari. Item obſeruari. Verg. lib. ii. Geor.

Ipſe dies agitat feſtos

Item perturbare, moleſtare. Salluſt.

Rempu. agitauere honeſta cum nominibus alii, ſic, uti populi iura defenderent. Plautus in Curcu.

Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

Item ſectari ſeu ſectando interdū pulſare. Verg. lib. i. Geor. Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli

Vilibus aut onerat pomis.

Item inſectari. Cic. lib. iii. offi. Sunt'ne igitur inſidiæ tendere plagas etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus, ipſæ enim feræ nullo inſequente ſæpe incidūt.

Item exercitare. Lactantius.

Niſi uirtus agitetur proficimus parum.

Item continuò ducere ſeu facere. Salluſtius,

Iam tum uita hoīum agitabatur ſine cupiditate.

Item cruciare, ut apud eundem, Agitabatur magis magisq; indies ferox animus inopia rei familiaris & conſcientia ſcelerum. Item ſæpe adminiſtrare. Idē In pace vero beneficiis magis quàm metu imperiū agitabant. Item ſæpe conſyderare, cogitare, recogitare. Idem, Sed ea quæ mente agitaui, oēs iam antea audiſtis. Teren. in Phor. Ego quoq; id quidem agitans mecū ſedulò inueni (ut opinor) remedium huic rei. Item ſollicitare. Salluſt. Minari interdum ferro, niſi obnoxia foret. Poſtremò ferocius agitare quā ſolebat. Item ſæpe oſtendere. Idem, Cice. ad cœlum tollere, ueluti ſeruitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat. Huius compoſitum eſt Exagito.

Aglaia, una eſt ex gratiis ſeu charitibus, quod nomen interpretatur lætitia. Cc.

Aglaophotis, admiratio hominum Latine dicitur, φῶτας enim homines uocant poetæ Græci.

Aglyphos, penultima correpta. Latine non ſculptus, nam α, ſine, γλύφω ſculpo.

Agmen, ſignificat multitudinem. Vergilius,

Vocat agmina ſæua ſororum. Interdum ordinatā multitudinem, ut eſt exercitus incedentis, ut,

Longū per ualles paſcitur agmē. Interdū impetum, ut apud eundē, Et leni fluit agmine Tybris.

Agnati, penultima producta. dicuntur qui per uirilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt, quaſi à patre congeniti, inquit Caius Iureconſul. ueluti frater eodẽ patre natus, filius fratris nepos ue ex eo. Inter agnatos & Cognatos hoc intereſt, quod in agnatis continentur cognati, in cognatis non utiq; agnati, utputa frater patris, id eſt, patruus, eſt agnatus & cognatus. Matris uero frater, id eſt, auunculus, cognatus eſt, ſed non agnatus. Gentilitas uero & agnationem & cognationem complectitur. Agnatum etiam dicimus quicquid ultra debitum natum eſt. Vnde agnaſcentia, & agnata membra adpellantur quæ abundant. Plin. Membra animalibus agnata inutilia ſunt, ſicut ſextus homini ſemper digitus.

Agnomen, penultima producta, dicit ab agnatione, in qua qui natus eſt.

Agnoſco, ex ad & noſco, ſed d, euphoniæ cauſſa mutatur in g, licet annomino per duplex nn, ſcribatur. Et agnoſcere quidem dicitur de propinquis & ſanguine coniunctis. Vt Verg.

Agnoſcitq; ſuos, lætusq; ad mœnia ducit.

De hoc etiam in dictione Cognoſco, ab γνόω, noſco mellon, id eſt, futurum γνώσω, noſcam.

Agnus, purus, caſtus, quòd ſit hoſtia pura & immolationi apta, inde CHRISTVS, ſaluator noſter Agnus dei dicitur. Eſt etiam arbuſcula qua uix oẽs ornabantur athenis in feſto Palladis. Dicta autem ab α, priuatiua & γεννάω, genero, quoniam inducit caſtitatem, uide etiam in dictione Hagnus.

Ago, gis, Græcum eſt ἄγω, μέλλων ἄξω, ago, duco, futurum, ducam, egi. actum, multa ſignificat. Nam agere eſt operari. Plautus in amphit. Dum hæc aguntur. Vergilius libro tertio.

Alphæum fama eſt huc elidis amnem,

Occultas egiſſe uias.

Proprie tamen ad animum refert. Vnde de Repub. dicimus agere, quia (ut inquit Varro) in huiuſmodi re eſt cura animi. Quandoq; agere eſt inducere ſeu impellere. Lactant. libro ſexto, Tres ſunt adfectus qui homines in omnia facinora præcipites agant, Ira, cupiditas, libido. Quandoq; audire Terent. in And. Hoccine agis an nõ? id eſt, audis, ut exponit Donat. Sic plaut. Vos agite ſpectatores. Quandoq; ducere, uiuere. Terentius in And. Primum hæc pudice uitam parce ac duriter agebat, lana, tela, uictũ quæritans. Quandoq; dicere Idem. In adelph. Sed eſt'ne hic ipſus de quo agebam? Quandoq; pronunciare. Cicero de Optimo gen dic. Diſerti deformitate agẽdi, multi infantes putati ſunt, vt iam non ſine cauſſa Demoſthenes tribuerit primas & ſecũdas & tertias parteis actioni. Quandoque cogitare. Vergilius in Bucol.

Id quidẽ ago & tacitus Lycida mecum ipſe uoluto.

Quandoq; effingere, ut, ago ſtultum, id eſt, fingo, ſiue repræſento me ſtultum. Vnde actores comœdiarum dicuntur, qui diuerſorum hominũ geſtus agunt in ſcena. Quandoq; ire, ut, Nudus ago. Pomponius Mela, Exercent bellando animos, corpora ad conſuetudinem laborum, maxime ad ſiguras, nudi agũt antequam puberes ſint. Idem paulò põſt. Lino aſſi veſtiuntur aut lanis, quas ut diximus, ſiluæ ferunt habundantium. Alii auium, ferarum q; pellibus, pars nudi agunt, pars tantum obſcœna uelant. Valerius Max. non ſic locutus eſt, ſed in eo ſenſu. Experiri uolui an ſcires conſul agere, id eſt, fungi conſulis officio. Idem, Pub. Rutilio publicanus in Sicilia egit ſed operas publicanis dedit. Cum adcuſatiuo uero frequentius, vt de diximus. Agit publicanum, agit ſenatorem, agit amicum, pro eo quod eſt facit officiũ publicani, ſenatoris, & amici. Horat. Lectum agit conuiuam. Et ſubauditur ſe, quod Vergilius poſuit. Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat.

Eſt quando agere ſignificat extendere, porrigere, vt, Vera gloria radices agit atq; etiam porrigitur. Item ſurſum ducere ab imo pectore, Vnde pro more vſurpatum eſt, addẽdo animã. Seneca Epiſt. xxvi. Quid egeris tũc apparebit quũ animam ages, Item agitare. Plautus. Ae, depol eam agã uerberibus. Verg. Prodigiis acti cœleſtibus oſſa petiuerunt,

Item tractare Martialis, Semper agis cauſſas,

Aliquando conſtruitur cum præpoſitione. Cicero in Lel. Quum enim ſæpe mecum ageres, ut de amicitia aliquid ſcriberem. Et non agitur de pecunia, ſed de capite. Agis mecum tabellis obſignatis, dicitur, quando quiſpiam diuerſa dicit ab iis, quæ aliàs adprobauit, Tunc enim ſolemus tabellas illius manu ſcriptas, obſignatasq; proferre, ad coarguendum, quibus cõuincatur quid alio tempore ſenſerit. Quod eſt, conuincis me teſtimonio literarum mearum, Item ſuccedere, ſiue in bona cõditione eſſe, aut mala. Valerius Max. Bene egiſſent athenienſes cum Melciade, ſi eum poſt trecenta milia Perſarum Marathone deuicta in exilium protinus miſiſſent. Frequentius per impſonale utimur, hoc modo bene, melius, optime tecum agitur. Male mecum actum eſt, & peius peſſimeq; cum illo. Cice. Cum illo vero quis neſcit actum eſſe præclare, mecũ incommodius? Sed quũ dicimus actum eſt, Res acta eſt, ſemper in malam partem ſumitur, vt actum eſt de repub. id eſt, extincta eſt. Res mea tua illius acta eſt, id eſt, abſumpta ſiue deperdita ſiue elapſa eſt. Terent. in Heaut. Vnam ei cœnam atq; eius comitibus dedi, quòd ſi iterum mihi ſit danda, actum, ſiet. Idem, Acta hæc res eſt, peril. Actum agere, prouerbium eſt quod in ſumma rerum deſperatione ponitur, id eſt, nihil agere. Idem in Phorm. Actum aiunt ne agas. Quod enim iure ſemel iudicatum fuerit, reſcindi, & iterum agi non poteſt. Ponitur interdum agere pro uertere. Vergil. Ipſe ter adducta circum caput egit habena.

Pro urgere, perſequi. Idem, Paſtor agens telis.

Pro iurgari. Cicero, Perinde ac ſi furti cũ eo egiſſet.

Pro regere. Vergil. Tros Tyriusq; mihi nullo diſcrimine agetur. Pro antepellere, vt, Et potũ paſtas age Tityre. Pro vehere, pro ducere. Varro, Non hos Pactolus auenas undas agens, eriperet vnquam è miſeriis. Pro foras pellere, fugare, ut,

Membris agit atra uenena.

Pro rependere, & hoc duntaxat verbis oſtendere, Id

habuiſſe gratum. Nam gratias habere, eſt in animo quum memorem accepti beneficii mẽtem, animũq; habeo, & inuicem gratificandi uoluntatem. Referre eſt verbis, ſed reddere gratias, eſt facto, ut ſi à me ſub leuatus aliquo beneficio, uiciſſimq; aliquo modo me ſubleuaueris, gratias retuliſti, reddidiſtiq;. Et licet Seneca nollit malas gratias referri poſſe, ſed reddi. Cicero tamen in Salluſt. ait, Nam quod iſta inuſitata rabie in uxorem & filiam meam inuaſiſti, quæ ſe facilius mulieres abſtinuerunt à uiris, quàm tu uir à viris ſatis doctè ac peciſè feciſti. Non enim ſperaſti me mutuam tibi gratiam relaturum ut viciſſim tuos cõpellarem. Referre tamen hic verbo etiã dicitur, non ſolum facto. Referre igitur gratiam, tã in malum, quam in bonum dicitur, quum fit facto beneficium, aut iniuriam acceptam compenſare. Rectiusq; huic uerbo gratiam, quã gratias iungimus, quum habere aut agere gratias, non gratiã dicamus Liuius, Satiatus tandem complexu filii. Renficiale, Inquit, gratias regi me agere, referre gratiam aliam nunc non poſſe, quam ut ſuadeam non ante in aciẽ deſcendat, quàm in caſtra me rediſſe audierit. Cicero Cui pro me ſenatus gratias agendas putaui, ego à me gratiam referendam non putem. Reſpondere quoq; officiis, eſt ſatisfacere, gratiasq; referre. Plãcus Ciceroni, Immortaleis tibi ago gratias, agamq; dum viuam. Nam relaturum me affirmare non poſſum. Tantis enim tuis officiis non uideor mihi reſpõdere poſſe. Præterea agere, pertinet ad omneis actus humanos, nã q ſedet, qui ſtat, qui cogitat, qui iacet, q moritur, aliquid agere dicitur, ita ut nullus qui modo uiuat, eſſe vnquam poſſit ſine actione. Quippe uiuere, agere eſt, unde & uitam agere dicimus. Componitur Ago cum ad, ut Adigo, cum ab, ut abigo, cum, am, ut Ambigo, co, ut Cogo, circum, ut Circumago, quod eſt circunduco, de, ut Dego, ex, vt Exigo, per, ut Perago, pro, ut Prodigo, re, ut Redigo, ſub, ut Subigo, à quo fit pſubigo, trans, ut Tranſigo. Sunt etiam qui putent Caſtigo, Fuſtigo, Mitigo. Leuigo, Litigo, & Nego cõpoſita eſſe cum ago ut ſit Caſtigo, caſte ago, Mitigo, mitem ago, Leuigo leuem ago, id eſt, planũ, Fuſtigo, fuſte ago, Litigo, lite ago. Sed quum ſint primæ coniugationis, habeantq; quædam i, productam, non uidentur ab ago compoſita. Ab ago ſunt actor, actio, actus, cta, ctũ & actus, us. Agere reum, eſt adcuſare. Peragere reum eſt condemnare. Agere forum, eſt iura reddere, & cauſſas audire agere cum populo, eſt populum rogare ut ſuffragiis ſuis quid iubeat, ſut uetet.

Agogus, penul. prod. Latine dicitur ductor, dux uiæ ἀγωγός, ἀπὸ τοῦ ἄγειν, ὃ πολλὰ σημαίνει, id eſt, ab ἄγειν uerbo quod multa ſignificat. Græci etiam Agogas vocant ferè quos nos iudices.

Agolum, penultima correp. paſtoralis baculus quo pecudes aguntur.

Agon, locus certa vinis Romæ, qui Circus Flaminius dicebatur, & plerunq; ponitur pro ipſo certamine. Vt apud apoſtolum, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Quandoq; etiam pro ſtudio, Eſt & Agon' Victimarii uerbũ pro agóne. Ouidius libro primo Faſtorum.

Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros,
Semper agat ne rogat, nec niſi iuſſus agit.

Et Seneca libro tertio. Controuerſiarum, Carnifex manum tollat, deinde reſpiciat ad patrem & dicat agon', quod fieri ſolet victimis. Fuit quoq; ꝓprium viri nomen ex Teio de quo Plutar. Agon, inqt, eius ſuffixas clauis argenteis crepidas ferebat.

Agonatio. Agonii Dei feſta, uide in dictione agonia.

Agonenſis porta, quæ & collina porta dicebatur. Ce.

Agonia, orum. penul. correp. & agonalia, orum, uel ium. ludi qui fiebant in honorem agonii Dei ab α, ſine, & γωνία angulus, quia locus in quo huiuſmodi ludi fiebant, erant ſine angulo. Ouidius libro primo Faſtorum.

Et prius antiquus dicebat agonia ſermo,

Sunt qui agonia dicta uelint ſacrificia, quæ fiebant in monte, quoniam agones monteis uocitarent. Vnde mons Quirinalis agonus, & Collina porta Agonenſis eſt adpellata.

Agonia, æ. penul. correpta hoſtia quæ immolabatur. Antiqui enim agonias ab agendo hoſtias uocabãt, & ſic habet accentum in antepenultima. Et ἀγονία ſterilitas quædam pariendi. Rurſus agonia cum accentu in penul. accipitur pro timore & ſollicitudine & concertatione quæ mentem uexat, ut in Euangelio, Et factus in agonia prolixius orabat. Vt Iſocrates quoq; in Euagora.

Agoniſma, atis, certamen, ut de diuo anaſtaſio legit, Suum agoniſma gratanter ſuſcepit. Propiie tamen palma ſeu præmium Agoniſma dicitur.

Agoniſta, qui in agone contendit. Græce ἀγωνιστής, dicitur certator, pugil.

Agonius, dicebatur Deus qui præſideret rebus gerendis. Et Agonius dies erat, quo rex agoniam hoſtiã immolabat. Et Agonius, moleſtiam inferens dicit.

Agonizo, penultima producta neutrum & agonizor deponens, ſignificat dimico, contendo. Hieron. in Eccleſiaſt. Agonizare pro anima tua pro iuſtitia. Cyprianus ad Moyſen, Omnis qui agonizatur, in omnibus continens eſt.

Agonotheta, pe. cor. munerarius, quaſi agonis diſpoſitor ſeu præfectus, qui præmium certãtibus in quolibet ludorũ genere proponit, qualis Aeneas apud Verg. Spartianus in adriano pro agonotheta reſedit. Componitur enim ſic, ἀγὼν ἀγῶνος, certamen, & τιθέω τεθέντος, poſitus, diſpoſitor. Auguſtinus, Non audis athletam domini ab agonotheta petentẽ adiutoriũ pugnæ. Hieron. Iſte agonotheta non ꝓpterea nos pugnare uoluit, ut nos poſſit benedicere.

Agoranomus, penul. prod. apud Plautum ædilem ſignificat, qui in Captiuis ait, Euge edictiones ædilitias hic quidem habet, mirumq; adeò eſt niſi hunc fecerunt ſibi Aetoli agoranomum. Dictus agoranomus à foro rerum venaliũ, cui regulam præſcribit. Sed ſi græcam linguam audire uolumus aliud ſignificat, quoniam ἀγορὰ και ἀγορεύω, τὸ φθέγγομαι, καὶ ἀπὸ τοῦ νέμω νέμος. id eſt, forum, & ἀγορεύω, di

co loquor, & a νέμω, diſtribuo, νόμος, lex, quaſi qui foris ius haberet. Nam ad præfectũ fori & opſoniorum quæ in foro venduntur, pertinet, ut iuſto & moderato precio diuendantur. Hos plato libro ſexto de Legibus, curatores adpellat rerum venalium, q fori venditionisq; curam habent.

Agoræus, à noſtris nundinarius, vilia emens, ab agorazo, emo. Horatius,
Dauniæ defende decus camœnæ.
Lenis agoreæ. Agora enim forum venalium dicitur, quod etiam pro concione, pro precio rei, p re uendita, & pro foro iudiciali quandoq; ponitur.

Agraphus penultima correpta. Latine non ſcriptus dicitur, vel non pictus.

Agrarius, rii. qui agros poſſidet. Cicero In Phil. Num rurſus reprobos decoriabit? num ſollicitabit rurſus agrarios? Agrarius à Liuio etiã dicitur ſuffragator legis agrariæ. Quomodo & in Philip. capi videtur.

Agrarius, a, um. quod ad agros pertinet, vt lex agraria. Liuius libro ſecundo. Tum primum lex agraria promulgata eſt.

Agreſte dicitur quod ruſticum eſt, & ad agros pertinet, vnde agreſte vocamus, quod in agris non in hortis naſcitur. Verg.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret. Idem,
Dicendum, & quæ ſint duris agreſtibus arma.
Item agreſtis dicitur, qui ſylueſtrem uitam agit & feram ſicut apud Græcos agrius, dicitur, ferus. Vnde in compoſitione onager dictus eſt aſinus ferus.

Agricola, penultima correp. qui agricultor eſt, idem agricultor dicitur.

Agricolator, idem quod agricola.

Agrigentinus, a, um, poſſeſſiuum, penult. product. ut tyrannus agrigentinus. & ſol agrigentinus, q in igne fluit, & in aqua uel alio liquore crepitat veluti torreatur, ut ait Solinus.

Agrigentum, vrbs Siciliæ, unde Empedocles philoſophus, & Phalaris tyrannorum ſæuiſſimus originem duxerunt.

Agrion, nardum Creticum quod quidam phum vocant, eſtq; folio holeris atri. Ce.

Agrios, Latine dicitur agreſtis, ferox, immitis.

Agripetæ, pen. cor. qui petunt ex agrorum diuiſione portionem quæ viritim dabatur.

Agrippa Syluius, Tyberini filius. ſubmerſo patre ſucceſſit in regno, & quũ quadraginta annis regnaſſet, moriens Romulum filium regni reliquit hæredem.

Agrippæ, ſeu ægryppæ, ab ægro partu (vt docet Gelli.) dicuntur quorum in naſcendo non caput, ſed pedes primi extiterunt, qui partus difficilimus & ægertimus habetur, ab ægritudine & pedibus adpellati. Confixos autem pueros eſſe in utero Varro ſcribit capite infimo nixos, ſurſum pedibus elatis non vt hominis natura eſt, ſed ut arboris. Nam pedes cruraq; arboris adpellant ramos caput, ſtirpem atq; radicem. Quando inquit contra naturam forte conuerſi in pedes, brachiisq; plerunq; diductis retineri ſolet, ægrius tunc mulieres enituntur. Fuerunt autem multi ſic adpellati, quorũ vnus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphauit, & populum qui à patribus ſeceſſerat, in gratiam reuocauit. Alter Syluius agrippa duodecimus Latinorum rex, & regnauit annis quadraginta. Alius agrippa fuit ariſtoboli filius, & Iudæorũ ſex regnauitq; annis ſeptẽ, anno primo C. Cæſaris, hic dictus eſt Herodes agrippa, & res præclaras geſſit, ut Ioſephus retulit. Alius Herodes agrippa, ſecũdus Iudæorum rex. Alius agrippa, cognomento Piſtor.

Agrippina, nomen Neronis matris, & Caligulæ imperatoris coniunx. Alia fuit aggrippina Octauiani auguſti filia. Eſt & agrippina nomen ciuitas apud Coloniam. quam ædificauit agrippina Neronis mater.

Agripinẽſis colonia dicta eſt ab agrippina Neronis matre, quæ ut vim ſuam externis quoq; nationibus oſtenderet, in oppidum Vbiorũ qui ſunt in Germania inferiore, in quo genita erat, Coloniã deduxit.

Agya, per y, Græcum, ſequente i. Latine dicitur uia, vnde fit Agyeus. Quo nomine dictus eſt apollo, qa in viis publicis ſolebant ſacrificare Apollini.

Agylia, vrbs Tuſciæ, aliàs Cerete vocata, & Agyllina à nomine cõditoris, quã Verg. lib. viii. ex Lydia veniſſe oſtendit, quum ait. Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Vrbis Agyllinæ ſedes, vbi Lydia quondam
Gens bello præclara iugis inſedit Hetruſcis.

Agyrini, ſiue agyrinenſes dicti ſunt populi ab urbe agyrio, ſiue agurio.

A ANTE H & I

AH. Aha, nunc doloris, interdum admirationis, aut indignationis uox eſt. Ce.
Ahahr, aliquando eadem uox, & aduerbiũ eſt, & interiectio, & nomen. Ce.

Ahenum, uas eſt quo aqua ad potandum calefit. Ce.

Ahenus, na, num, idem quod æreus. Vergilius,
Beluæ coruſcus ahena.

Ahorta, uena eſt, nam duæ ſunt venæ primæ quæ ex corde ſanguinem recipiunt, maior ſcilicet & ahorta reliquæ earum ſoboles ſunt.

Aiaces, duo, hic Telamonius, ille Oileus. fuit & aiax nomen vnius ex elephantis antiochi. Ce.

Aio, is, it, aiebam, bas, bat, ai, aiſti, ait, aimus, aiſtis. Auguſtin. Vos adiicientes in maio aiſtis. Plaut. in Aſi.
Me vince unum ex omnibus, atq; illã amare aiebas.
Neuius, Vel ai uel nega. Cicero de Fin. bon.
Quaſi ego id curem, quod ille aiat aut neget.

Aitibernalis dicitur tabernæ cõtinuus habitator. Ce.

Aius. Deus à Romanis dictus eſt, ab eo quòd aiebat. Nam olim Romæ audita uox eſt ſilentio noctis, clarior humana uoce, quæ iuberet magiſtratibus nunciari Gallos aduentare, & ut prouiderent ne Roma à Gallis caperetur, ex eo dictus eſt deus aius, id eſt, loquẽs, ſicut docet Cicero libro ſecundo de Diuin.

Aizoon, herba eſt quæ ſemper uiuit, quaſi ſemper viuum, ἀεὶ enim ſemper, ζάω, viuo dicitur. A natura humida, & ſemper viridis durare poteſt, folio carnoſo, leui atq; oblongo, Duo eis genera ſunt, maius

in fictilibus uaſculis ſeritur, quod aliqui buphthalmon, id eſt, bouis oculum, à ſimilitudine uocât, alii zoophthalmon, id eſt, animalis oculũ, ambitu enim effigiem oculi imitatur. Alii, quòd amatoriis conueniat erogenneton, γεννάω enim gigno, ἔρως, amor. Alii hypogeſon, quoniam ferè in ſubgrundiis naſcitur. Græci enim parteis tecti prominenteis γεῖσα uocant, hæc à Latinis etiam ſedum aut digitellum.

A ANTE L

ALa, qua aues volant. A cuius ſimilitudine ala etiã dicitur locus ille concauus ſubter brachium in homine, quia in eo pili quaſi pennæ naſcuntur. Plinius lib. xi. Elephas tantum ſub armis duas, ſeſſi cet mammas, nec in pectore, ſed citra in alis occultas. Hinc hircinus odor ille concipitur. Proprie tamen vocatur axilla, à qua fit ala, contra Priſcianum qui vult axillam per diminutionem fieri ab ala, & maxillam, à mala. Cice. hæc ſunt verba, Quinetiam verba ſæpe contrahuntur, non vſus cauſſa, ſed aurium. Quomodo autem veſter axilla ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris, quam literã etiam è maxillis & axillis, & vexillo & pauxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. Sed hoc nomen quidam adſpirant. Dicitur & aſcella, vt in ſacris literis. Abſcondit piger manum ſub aſcella. Præterea ala dicta eſt, equitum turma, quòd pedites tegat alarum vice. Nam in equitum ordinibus circũ legiones dextra ſiniſtraq; tanquam alæ in auium corporibus locantur. Verg. libro quarto.

Dum trepidant alæ ſaltusq; indagine cingunt.

Inde dicti ſunt equites alares vel alarii. Alæ etiam nauium dicuntur, vt,

Velorum pandimus alas.

Alabandæ Ioniæ ciuitas apollonio rhetore nobilitata. Hinc alabandes, & alabandicus, quæ ſic ab inuicem differunt, quòd alabandicus, ſiue alabandiacus nomen eſt poſſeſſiuum. Vnde alabandicos libellos pro barbaris & ineptis Græci capiunt. Alabandes ciues oppidi dicuntur. Vnde carbũculos perfectos Alabandes, quaſi municipes adpellant, impolitos atque rudes, alabandicos.

Alabandica roſa, dicitur quæ eſt albicantibus foliis.

Alabarches. Latine ſalis præfectus, ut eſt apud Ioſephum in vlti. Antiq. libro. Et fuit apud Aegyptios honoris adpellatio.

Alabaſtrum, genus marmoris perlucidi & coloribus diſtincti, ex quo fiebât uaſa vnguentaria. Martialis.

Quot coſmi redolent alabaſtra, focíq; Deorum.

Dicitur Alabaſtrus, quem Plinius ſcribit ſeruandis unguentis maxime idonẽ, naſci circa Thebas ægyptias, & Damaſcum Syriæ, quo priſci Romani, ſicut aliqui magnates nunc Romæ, præſtando per feneſtras lumine utebantur. Similiter alabaſter dicitur. Cicero lib. ii. Acade. Quibus etiã alabaſter plenus unguenti, puteſcere videt. Et lapis alabaſtrites, pen. prod. Plinius lib. xxxvi. Hunc aliqui lapidem alabaſtriten vocant, quem cauant ad uaſa unguentaria. Hunc lapidem etiam vocant onychem. Sunt etiam myrothecia & narthecia unguentorum loculamenta, ſed ut puto, tales dictiones improprie capiuntur à Latinis. Græca enim lingua manifeſta eſt, ὅτι α, στέρησιν καὶ λαμβάνω, id eſt, quoniam α, priuat, & λαμβάνω, ſumo in numero plurali τὰ ἀλαβάστρα proprie pyxides unguentorum & vnctionum ſine anſulis. Callimachus tamen in Hymno Palladis, in genere maſculino poſuit, itaq; ab odoribus potius quã odores à lapide dicuntur.

Alabia, Græce ἀλαβία, Latine innocentia dicitur. Sed eſt dictio in græco & in Latina corrupta. Græce enim ſcribi debet, ἀβλάβεια ὅτι βλάβη κακουργία, ἐστί, ἀπὸ τοῦ βλάπτω, quoniã βλάβη maleficium eſt à nocendo, & ideo Latine debet dici ablabea pen. prod. quoniam ει, diphthong. mutatur in e, longũ, ut κυθέρεια, cytherea, πηνελόπεια, penelopea, & ſignificat innocentiam.

Alacer, & alacris, penul. correp. dicitur is, qui ingentis eſt ſenſus, hoc eſt, qui uiget ſenſibus vniuerſis (ut inquit aſconius) quod indiciũ erecti animi atq; ſublimis, & cui ſenſus omnis in ſuo loco degit ſicut econtrario lacer, dicitur amputatis in corpore membris, hoc eſt, auribus, oculis manibus, quod ad animum ſæpe transfertur. Illud quoq; intelligitur, aliud eſſe alacrem, aliud lætum. Donatus, Alacer dicitur non lætus, neq; triſtis. Interdum ponitur pro celeri & prompto, quaſi ſit alis acer. Terent. Quid tu es triſtis? quid non es alacris? Cicero libro. i. ad Heren. Si huic ſit remiſſum, multos alacriores ad maleficia futura. Idem, Nam quum feras beſtias uideamus alaceris & erectas euadere, ut alteri beſtiæ noceant, non eſt incredibile putandum, &c. Interdum pro læto, & veluti in ſpem aliquam geſtienti. Hinc alacritas, vigor, & animi erectio, necnon & læticia geſtiens, quæ ſecundum Donatum proprie eſt mutatio quædam vultus geſtientis in ſpem aliquam. Et media eſt inter lætitiam atq; triſtitiam. Interdum dicitur uoluntaria celeritas ſeu prõptitudo ardorve. Liuius libro tertio. Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus (quod bene vertat) geſturum ſe illis morem, poſteroq; die in aciem eductorum affirmat, Cicero libro primo. Tuſcul. Pro lætitia geſtiente quæ in malis habenda ſit accepit. Vir igitur temperatus, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate, nulla libidine uexatus. Inde Alacriter & Alacritas.

Alania regio, eſt Scythiæ Europe, quæ ad Mæotidas paludes pertingit.

Alanus penultima producta. Scythiæ fluuius à quo alani populi dicti ſunt, iuxta quos ſunt Toxolani. Amianus ſcibit alanos dici quos priſci Maſſagetas dixerunt. Hi carnibus veſcuntur, & panem non manducant. Martialis,

Nec te Saramatico tranſit alanus equo.

Iulius capi. Alanos in parte Daciæ collocat.

Alaricus, nomen Gothorum regis, qui Romam obſedit, deſtruxitq;. Fuit & alter alaricus, Gothorũ rex quartus, creatus anno. dcccliiii, qui etiam Romam vrbem cepit, ſed poſtmodum per fraudẽ in die paſchæ occiſi ſunt Gothi.

Alarius,a,um,quod eſt alæ,equitū turmæ, unde alarii equites.

Alatus,a,um.ab ala auium,quod habet alas.

Alauda,auis quæ olim galerita uocabatur, quia apicem habet hoc eſt, plumam elatam in capite ad ſimilitudinem galeri,ſiue galeæ. Varro adpellat galericum,& à Græcis corydalus dicitur.Poſtea Gallico uocabulo alauda vocata eſt legio quædā apud Romanos. Galli enim hoc nomine ſignificant galeam. Vnde milites qui galeis vtunť,dicti ſunt alaudæ. Scribit Pli.libro vndecimo,alaudam auiculam adpellatam quondam galeritam,Gallico uocabulo etiam legioni nomen dediſſe. ideoq; quòd Cæſar quum ex Gallis legionem conſcriberet, alaudam adpellauit. De qua legione Cicero ad atticum ſic ſcribit, Antonius cum legione alaudarū ad vrbem pergeret pecunias municipiis iperare. Militaria enim uocabula traducta ſunt ab ipſis rebus, quæ ita nominantur proprie,quarum rerum in acie ſtruenda, ſui cuiuſq; uocabuli imagines oſtenduntur.

Alauorſi,populi ad Septentrionem ultimi.

Alba nomen eſt duarum urbium,quarum una eſt in Latio,à qua albani populi, & albanus mons, ſub quo Aſcanius ciuitatem hanc albam condidit,quæ (ut Liuius ſcribit) à ſitu porrectæ in dorſo urbis, longa alba uocata eſt. Vulgatior fama eſt ab omine porcæ,ibidem inuentæ dum à Troia cum patre profugo ueniſſet. Altera eſt ad lacum Fucinum,à qua Albenſes dicuntur,quamuis etiam Albani quãdoq; uocenť. Alba,etiam ſacerdotis camiſia dř.

Alba.Dea eſt,quæ & Albuna & Leucothea dř.Cc.

Albana,urbs felicis arabiæ ē,ſicut docet Ptolemæ⁹.

Albania,regio in Oriēte,à colore populi uocata,eò q̃ albo crine naſcanť.Hæc ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens,per orā Oceani Septentrionalis uſq; ad Mæotidas paludes,per deſerta extenditur.In ea albania ciuitas,& albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferociſſimi,qui tauros & leones occidunt.Hæc Nomadico generi proxima eſt,inter Hiberiam & mare Caſpium,ab ortu Solis mari coniūcta,ab Occaſu Hiberiæ finitima.Boreale latus munitur Caucaſeis montibus.Auſtrale, Armeniam cōtingit.Strabo ſex & uiginti linguas Albanorū fuiſſe tradit,& eo idem aliquando reges. Fuere & ſub Imperio Perſarum,poſtea Macedonum,deinde Romanorū.Sed Traianus imperator his regem dedit. Nunc ſub Magno Cane degere creduntur. Ab his Albani orti ſunt,quorum pars hodie in Peloponeſo,pars in Macedonia ſedet,iuxta Dirachium, quorum dux fuit Georgius Scāderbech,qui multa pro Chriſti nomine aduerſus Turcas prælia geſſit.

Albanum,uinum erat utile neruis.Cc.

Albanus,nomen eſt montis,& lacus non procul ab vrbe,vnde vaticinium fuit,nunquam Romanos Veium capturos,ni primò ex ex albano lacu emitteretur aqua.Item albanus,nomen eſt duarum vrbium, quarum una eſt in Macedonia mediterranea,altera in maiori armenia,vbi diuus Bartholomæus fuit decoriatus.Hoc etiā noīe dictus eſt fluuius albaniæ.

Albanus,a,um,quod eſt ab alba Latii urbe,unde albani patres.

Albarium,dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non eſt,quod fit ex calce.

Albarii, & albini dicuntur qui albario murū ſpargunt,hi Græce Coniatæ κονιαταί vocantur.

Albedo,albitudo,& albor,pro candore accipiūtur. Plautus in Trinummo.Et item alterum ad iſtam capitis albitudinem Callicelem aiebat vocari.

Albegmina,partes extorum,quæ Diis immolabanť, à calore eorum dicta.

Albenſes,populi ab alba oppido,iuxta lacū Fucinū.

Albeo,es,albus ſum,vt,campi niuibus albent. Hinc albeſco,albus fio. Verg.lib.i.Georg.

Sæpe etiam ſtellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi noctisq; per vmbras,
Flammarum longos à terga albeſcere tractus.

Huius compoſitum eſt Exalbeſco.

Albeus,per diminutiuū albeolus,eū accentu in antepenul.tab.luſoria.Cicero de Finib bon.Aut albeolum poſcere,aut quærere quempiam ludum.Pli.M. Meſſala conſul pridie Calendas Octobreis, diē natalis ſui egit. Tranſtulit albeum cum teſſeris,luſorium è gemmis duabus latum pedes treis.

Albi,calculi,dicebātur quibus Cretenſes dies lætos quos in vita agerent,numerare ſolebant. Nam cādidos lapillos ad hoc officiū eligebant,quemadmodum econtrario,infeliceis atq; infauſtos dies,nigris lapillis ſignabant, & ex candidorum numero,vitæ tempus metiebantur. Malos enim dies in annorum numeros non redigebant.

Albia,fluuius Boemiæ, oritur in montibus qui Morauiam, Boemiamq; diuidunt,& magno aquarū actu mediam fermè diuidit Boemiam,in Occidentem prius,mox in Septentrionem fluens. Vbi exit Boemiam,per anguſtas fauceis montium in Saxoniam penetrat,& in Oceanum euoluitur.

Albicera,oliuæ genus,

Albiocratæ ficus,pediculo minimo latiſſimæ Cc.

Albico,as,pen.cor.aliquantulum albus ſum.Pli.lib. xxii.ſolidum ſemen conijcitur in oculū,nec turbat, ſed in ſe caliginem contrahit,mutat colorem,ſed ex nigra albicare incipit,& tumeſcit. Similiter accipiūtur vellico,fodico,candico, nigrico, nutrico,q̃ formantur ab eorum verbis in ſco deſinētibus, diminutis literis e,& s,& mutata e,in i,vt albeſco, albico, candeſco,candico. Deſcenduntq; ab actiuis & neutris.vt nutrio,nutrico,vello,vellico,fodio,fodico, quæ ſine dubio diminutiua ſunt. Nā fodico minus eſt quàm fodio,quod non ſomniculoſe legentibus patebit.In ſignificatione uerborū in ſco, Priſcianus interpretatus eſt albico,dicens,albico pro albeſco, & Horatii adfert exemplum.

Nec prata canis albicant pruinis.

Sunt qui ea adparatiua nominent,quoniam adparentiam ſignificent.

Albidus,a,um,penultima correpta.quod aliquantulum album,vt granum extrinſecus,albidum,intus, candenti ſimile cōſpicitur.Aug.lib.xxi.de Ciu.Dei,

pro albo poſuit. Lapides igne candente percocti. & ipſi fiunt candidi. Et quamuis ille magis rubeat, illi albido colore niteſcant, congruunt tamen illi luci, quod album eſt, ſicut nigrum tenebris. Hinc Subalbidus, parum ſiue aliquantulũ albus. Pli. Ramos habet candidos, folia ſubalbida.

Albinga, oppidum. Ligurum colonia ad mare deducta, cuius incolæ Ligures Ingauni uocantur. Ex hoc loco ad Monœci portum ſtadia ſunt ſeptuaginta. Dicitur & Albigaunum.

Albingaunium, & album Intemelium. Liguriæ oppida, quædam quum Ligures partim Ingauni, partim Intemelii dicerentur, eorum coloniæ ad mare deductæ, altera Album, quaſi alpium Intemelium, altera Albingaunium uocitatæ ſunt.

Albinus, nomen imperatoris Romani, dictus quòd exceptus ſit utero candidiſſimus, contra conſuetudinem puerorum, qui naſcendo ſolent rubere, quũ inuoluti ſecundis, rubentes, erumpente menſtruo per illi profluuio ſanguinis pariter egredientia. Hinc illud Satyrici poetæ,

Modo primos incipientem
Edere uagitus & adhuc à matre rubentem.

Albion, inſula Britãniæ, dicta ab albis rupibus quas mare abluit. Poſtea anglia dicta. Vide in anglia. Eſt & albion urbs ingens, ſiue oppidum intemeliũ, cuius habitatores Intemelii uocantur, inter Monœci portum & albinganeum. Albera primo dicebatur. Fuit etiam albion nomen filii Neptuni, qui inuaſit Herculem.

Albis, fluuius qui in duo ſpatia Germaniam diſtermi nat, ut teſtatur Strab. lib. i. de hoc Luc. lib. ii.

Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos.
Albis, & indomitum Rheni caput.

Albo, as, album facio, cuius paſſiuũ eſt albor, albus fio. Vnde & Dealbo & Dealbor, quod eſt multum, ſiue à ſummo uſq; deorſum album facio. Cur. Cicer. Nec ſolere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare. Et illud. Lauabis me & ſuper niuem dealbabor.

Albogalerus, pileum capitis quo flamines diales utebantur. Fiebant. n. ex hoſtia alba. Ioui cæſa.

Albor, albedo, Hieronymus in Leui. Quod ſi turſum fuerit in alborem conuerſa, ſacerdos eum mundum eſſe decernet. Alborem etiam apitius uocat, quod eſt album in ouo, quòd Plinius albuginem adpellat, medici albumen.

Alboſia, ſcuta dicebantur quæ & decumana, quòd eſſent ampliſſima.

Albugo. penul. prod. macula in oculo. Pli. libro. xxi. Quæ alligata oculo, albugines tolli dicuntur. Idem albuginem uocat album in ouo.

Albula, penul. corre. fluuius, ab albo colore aquæ, q poſtea Tyberis à Tyberino Syluio Albanorum rege bi extincto, dictus eſt. Liuius, Pax ita conuenerat, ut Hetruſcis Latinis q; fluuius Albula quem nũc Tyberim uocant finis eſſet. Item albula dicta eſt aq; quædam in agro Tyburtino, quæ (ut Strabo teſtatur) uulneribus medetur. Martialis,

Canaq; ſulphureis albula fumat aquis.

Dicitur & Albulæ pluraliter. Idem,

Quod ſiccæ redolet palus lacunæ
Crudarum nebulæ quod albularum.

Album, ſubſtantiuũ, dicitur quod Græci vocant λεύκωμα, tabula gypſata in qua iudices notari, prætorumq; iura ſcribi ſolebant. Si quis uero album corrupiſſet, puniebatur, quia prætoris maieſtas contẽpta uidebatur. Paulus, Si familia alicuius albũ corrupeſit, non ſimiliter hic edicitur ut in furto. Iudex (inquit Seneca lib. iii. de beneficiis) ex turba electorum, quem ſenſus in albũ & equeſtris hæreditas miſit. Hoc & Pyctacium quoq; dicitur, ut in Alexãdro Cæſare Lampridius uulgo matrix adpellata. Similiter ea tabula dicitur album, in qua ſingulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo, proponebatur q; domi eius, ut poteſtas eſſet populo cognoſcendi. Hiq; nunc annales maximi nominantur, ut autor eſt Cicero lib. ii. de Oratore. Eſt & album decurionum & citharœdorũ. Nam in Digeſtis, titulus eſt, de albo ſcribendo, ubi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo ſcriptos eſſe oporteat, Vide etiam Pyctacium.

Album prætoris, & Album iudicum, dicebatur, q q vel fœdaſſet, uel uitiaſſet, uel quocunq; ſcripturæ genere turbauiſſet, capitaliter, non expectata ordinis ſententia puniebatur. Ce.

Albumen, penultima prod. quod eſt in ouo Album. Vitellas uero quod croceum.

Albuna, uide in dictione Alba Dea.

Albunea, fons & nemus iuxta Anienem, ſiue à colore aquæ ſulphureæ, ſiue quòd Albunea Latine ſit, quæ Græce leucothea dicitur. Verg. lib. vi.

Lucoſq; ſub alta
Conſulit Albunea nemorum quæ maxima ſacro
Fonte ſonat.

Alburnum, adeps arboris. Plinius, Humor & cortici arborum eſt, qui ſanguis earum intelligi debet. Eſt enim in toto corpore arborum & reliquorum animalium cutis, ſanguis caro, nerui, uenæ, oſſa, medullæ. Pro cute, cortex, humor, ſanguis, proximi pleriſq; adipes. Hi uocantur à calore Alburnum. Hinc Exalburno, as, quod eſt alburnum detraho. Idem. Et reliquis arboribus ſicciſſima lotos, dẽ inde robur exalburnatum cui nigricans color.

Alburnus, Lucaniæ mons, à candore uerticis dictus, & portus eiuſdem nominis apud Lucaniam.

Albus, a, um, à Græco ἀλφός, οῦ, albus in corpore, quod candorem ſignificat. Sabini album dicũt. Eſt color qui opponitur nigro, Plautus in Menæ. Dic mihi hoc quod te rogo. album an atrum uinum potas? Interdum Albus ponitur pro pallido, unde & Exalbeſco, pallidus fio. Interdum pro bono, ſicut econtrario nigrum pro malo. Perſius,

Per me equidem ſint omnia protinus alba. Hora.
Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. Iuuen.
Maneant qui nigrum in candida uertunt.
Sed hæc per tranſlationem.

Alceus, eũ dipthon nomen poeta Lyrici Mitylenei. Hic magnificus, breuis, diligens, & plurimũ Home.

ſimilis. Fuit etiam auus Herculis, qui inde Alcides.

Alcedines, ſunt quædam aues dictæ, quaſi algedines, ꝙ frigidis temporibus in mari pariant. Plautus, Nã Hercule tu periſti, niſi illam mihi tam tranquillam facis, quàm mare eſt olim quum alcedo pullos educit ſuos. Dicta eſt à Græcis Alcyone, alcyones, vel Alcyon, onis. Ambroſius lib. Hexamet. Alcyone eſt auis maritima, quæ in littoribus fœtus ſuos ædere ſolet, ita, vt in arenis oua deponat medio ferè hyemis. Nam id temporis fouendis habet deputatũ partubus, quando maxime inſurgit mare, littoribusq́; vehementior fluctus illiditur, quò magis repentinæ placiditatis ſolennitate, auis huius eluceret gratia. Nanq; vbi vndoſum fuerit mare, poſitis ouis ſubito miteſcit, & omnes cadunt ventorum procellæ, flatusq́; aurarum quieſcunt, ac placidũ ventis ſtat mare, donec oua fouet Alcyone ſua. Septem dies ſunt quibus decurſis educit pullos. Illico alios ſeptem adiungit dies, quibus enutriat partus ſuos, donec incipiant adoleſcere. Tãtam autem gratiam minuſcula auis diuinitus indultam habet, ut hos quatuordecim dies nautici præſumptæ ſerenitatis obſeruent, quos & Alcyonidas vocant, quibus nullos motus procelloſæ tempeſtatis horreſcant. Ferunt hanc auem paulò maiorẽ paſſere, pennis purpureis candidis admixtis, collo gracili, & procero, roſtro ſubuiridi, longo & tenui, rarò viſam. Ariſt. lib. viii. de Animalibus Alcyonũ duplex genus eſſe ſcribit. Alterum uocale, harũdinibus inſidens, alterum mutum ampliori corpore. Ab alcyone fit alcyonius, a, um, vt alcyonii dies, fitq́; à Græco ἅλς, quod mare ſignificat, licet aſpiretur.

Alcedonia, dicuntur ab alcedine, ſicut ab alcyone alcyonides. Plautus, Tranquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum.

Alces, is, ſeu alces, æ, Græcorũ more, animal eſt è Gallia tranſalpina. Figura, colore & quantitate, mulæ ſimilitudinem prætẽdens, ſed labium ſuperius adeò protenſum habet, ꝙ niſi retrogradè incedens, herbas in terra carpere non poſſit, eſt inuentu rarum, olfactu è longinquo venatorem ſentiens, ſtatimq́; in ſpecus & latibula ſe condens, media inter camelum & ceruum ſimilitudine. Sed mares ex his in ſupercilijs habent cornua. De his animalibus Cæſar. libro. vi. & Iulius Capitolinus, mentionem facit. Plinius, Septẽtrio fert & equorũ greges ferorũ, ſicut & aſinorũ Aſia & Aphrica. Præterea alcẽ, ni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat, iumento ſimilem.

Alceſte, es, ſiue alceſtis, idis, fuit Peliæ filia, Admeti Phereorum regis coniunx, quæ maritũ tanto amore dilexit, vt pro eo perire nõ recuſauerit. Quum enim maritus ægrotaret, oraculo nunciatum eſt, ei poſſe eũ adhuc viuere ſi foret aliquis ex affinitate uel amicitia qui pro eo ſponte mortem ſubiret. Cæteris id abnuentibus, ſola uxor promiſit. Iuuenalis,
Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſten,
Hieronymus. Alceſtim fabulæ ferũt ꝓ Admeto ſpõte defunctam. Sed multa eſſent dicẽda, ſed uide tragœdiam Euripidis Alceſtim quæ impreſſa eſt.

Alchech, Arabice, eſt aĩal qđ multi Arabici lyncẽ uocãt. Naſcitur ex leone & pardo, & nimiũ ferox eſt.

Alcibiades, pen. cor. nomen Athenienſis imperatoris ſummi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit. Diues præterea, affabilis, patiens, & omni deniq; uirtute præditus. Et quod mirum eſt, uitiis etiam pleniſſimus fuit. Eius vitam Plutarchus luculenter ſcripſit. Proditum eſt, ꝙ in illum uniuerſa ciuitas Athenienſium oculos, in illum ſuſpenſa ora conuerterant, & quaſi de cœlo miſſum, contuentes admirabantur. Fuit hic ex primatibus, qui quũ eſſet procliuis ad luxum & ad cæteras uoluptates, ad bonam diſciplinam traductus eſt à Socrate. Nam diſcendi ſtudio, & ſapientiæ amore pellectus, extemplo cũctis amatoribus, adulatoribusq́; repulſis, ad Socraticam diſciplinam animũ uertit, nunquam recedens à latere philoſophi ſapientiſſimi.

Alcibiadon, herba, ſic dicta, ꝙ uti ea ad formam cõciliandam ſolitus ſit Alcibiades, magnis foliis & aſperis, radice ruffa oblonga, naſcens præcipue in aridis & arenoſis locis. Ce.

Alcides, penul. prod. Hercules, Græca ſignificatione à uirtute adpellatur. Nam ἀλκή, alce, uirtus, robur fortitudo dicitur. Vel dicitur Alcides (ut Herodotus ait) ab Alceo, ſuo paterno Andromedes & Perſei & Amphitryonis patre.

Alcinous, penul. corre. nomen iuſtiſſimi Phæacum regis à poetis laudati, cuius ædes fuerunt magnificentiſſimè extructæ, & uiridaria biſera erant, unde Papi.
Quid biſera Alcinoi referam pomaria uosq́;
Qui nunquã uacui prodiſtis in æthera rami.
Dicitur etiã Alcinus, de quo in Odyſſ. multa Homerus &c.

Alcman, è Lydia, Sardienſis, poeta lyricus, filius Damantis, claruit. xxviii. Olympiade, quum apud Lydos regnaret Ardis, pater Aliattæ. Et quũ nimio amore puellã quandam deperiret, amatorios cantus primus inuenit. Fertur phthiriaſi morbo interiiſſe.

Alcmena pen. prod. nomen propriũ fuit matris Herculis Electrionis filia, Amphytriõis Thebani uxor, quæ Ioui Herculem peperit, Græce dicitur ἀλκμήνη ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, à robore, quoniam mulier multũ præ ſe tulerit animi, conſtantiæ, ad uiros proxime accedens, aliquando poſt c, ponitur u. Alcumena prout uerſus exigit, de qua qui uelit multa intelligere, legat ἠὲ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν ἤλυθεν ἐς Θήβας μετ᾽ ἀρήιον Ἀμφιτρύωνα ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου ἠλεκτρύωνος. Aſpida Heſiodi, ſola relinquens domos & patriam terram uenit Thebas poſt regẽ Amphithryonem Alcmena filia populum arcentis Electrionis.

Alcmenes. penul. cor. nomen ſculptoris, qui Phidiæ diſcipulus fuit, ut Plinius libro quarto ſcribit.

Alcon, nomen proprium Cretenſis ſagittarii, cuius filium quum draco inuaſiſſet, tanta arte direxit ſagittam, ut ea currens, in ſerpentis deficeret uulnere, nec tranſiret in filium. Fuit hic Alcon Erictæi Athenienſium regis filius, qui ex attica in Euboeam fugit.

Alcyone, penul. correp. duæ fuiſſe leguntur. Altera

Ceycis vxor, q̃ uiſo cadauere mariti in littus eiecto,
ſe deiecit in mare, iuſſu q́; Amphitrytes in aues con
uerſi fuerunt ambo. Altera fuit Eueni fluminis filia,
quæ poſtea Marpeſia dicta eſt.

Alea, ludus tabulæ. Ab Alea quodam milite in ocio
Troiano. Horatius in Epiſtolis,

Quem damnoſa Venus, quem præceps Alea nudat.

Et quum Alea dicatur omnis ludus in varietate for
tunæ conſiſtens, (Vnde martialis de nucibus.

Alea parua nuces, & non damnoſa videtur,
Sæpe tamen pueris abſtulit illa nateis.)

Factum eſt, vt nō ſolum pro fortuna, ſed etiam pro
periculo, periculiq́; dubitatione ſumatur, & ille di
catur Aleam iacere, qui ſe periculo fortunæq́; com
mittit. Liuius. In dubiam imperii ſeruitiiq́; aleam
imus. Eſt & alea nomen vrbis, ab Aleo conditore.
Papinianus in Syluis,

Aut aleæ lucis vidit tegæa ſacerdos.

Plutarchus in vita Cæſaris. ἀν ἐῤῥίφθω κύβος, id
eſt iactus ſit cubus, uel taxillus.

Aleator, & Aleo, onis, qui ſæpe alea ludit. Catullus,
Niſi impudicus, & vorax, & aleo. Nunc Aleator dr.

Aleatorium, apud Sidoniū. pro ludo aleæ. ait enim,
Illic aleatoriū laſſis conſumpto ſphæriſterio ſatiat.
Suetonius vocat Aleatorium forum.

Alebria, veteres vſurpant pro eo quod eſt, bene alen
tia. Cornucop.

Alec, vide infrà in dictione Halec.

Alecto, vna ex furiis ifernalibus, & Latine inceſſans
interpretatur, ab α, priuatius, & λήγω deſino, qa
cupiditas nunquam ſatiatur.

Alectorius, & Alector, lapis qui in ventriculo galli
inuenitur. Gallus enim Græce ἀλέκτωρ dicitur. Vi
de Alectorias. Plinius lib. ultimo. Allectoras in vē
triculis gallinaceorum inuentas, cryſtallina ſpecie,
magnitudine fabæ, quibus in certaminibus Milonē
inuictum fuiſſe videri volunt.

Alecula, diminutiuum ab alec. Columella lib. ix. Da
tur cammarus, & riualis alecula, uel ſi qua ſunt incre
menti parui fluuiorum animalia.

Alemani, penultima producta, populi inhabitan
tes iuxta Lemannum lacum.

Alemāni, dicti ſunt à Manno Teutonis Dei filio. Ger
maniæ vocabulum, nuper à Romanis additū. Quo
niam quum primum Rhenum deuictis Gallis tranſ
greſſi fuiſſent, videntes eos & feritate animorum, &
proceritate corporum, & colore flauo, forma præ
terea & moribus, & viuendi ritu Gallis ſimillimos,
germanos, hoc eſt, fratres Gallorū eſſe exiſtimaue
runt. Cornucopiæ.

Alcopetra, inſula in Mæotide.

Ales, quælibet auis, ab alis gerēdis, ſicut volucris o
mne volatile, & tam maſculini quàm fœminini ge
neris profertur. Verg.

Nanq; volans fuluus Iouis ales in æthra.

Ponitur quandoq; pro veloci, vt alite planta.
In genitiuo plura. Alitum, & Alituum, ſecundū Pri
ſcian. Vergil. libro. xi.

Alituum pecudumq́; genus ſopor altus habebat.

Auis eſt, quæ parit oua, & pēnis prædita, præter ve
ſpertilionem.

Alexander, & Alexandrus, ἀπὸ τοῦ ἀλέγω, καὶ ἄνδρος, quaſi viros adiuuans, ſic ab Homero vocatur
Paris. Sic etiam vocatus eſt Alexander ille magnus
Philippi Macedonum regis & Olympiadis filius,
cuius geſta vide apud Q. Curtiū, & Arrianum, Fue
re & alii Alexandri, quorum vnus Aphrodiſeus, in
terpres Ariſtotelis, ſed tali ingenio vt Ariſtotelem
carpat. De hoc Suidas & Stephanus meminerunt.
Alius fuit Alexāder grammaticus, ex oppido quod
Goticon dicitur, qui de varia hiſtoria ſiue materia
vigintiquatuor volumina ſcripſit, peritiſſimus æta
tis ſuæ vir. Alius Alexāder Aſiæ rex, & Syriæ, dictus
Balam. Alius Iudæorum rex, qui Aneus dictus fuit,
& regnauit annis. xxvii.

Alexandria, vrbs Aegypti, nō longè à Nili oſtio, (ut
Solin. ait) ab Alexandro Macedone (unde illi no
men) condita. Vrbs fertiliſſima, quam Dinocrates
Architectus metatus eſt mirabili ingenio, qndecim
millium paſſuum laxitate, ad effigiem Macedōicæ
chlamydis orbe gyrato laciniofam, anguloſo dex
tra læuaq́; procurſu. Maræotis lacus ad meridianā
vrbis partem Eu. ipſo Canopico oſtio immittitur. ha
buit olim ſcholas omnium diſciplinarum liberaliū,
fuitq́; ob commoditatem maximū totius orbis em
porium. Conſtructum autem fuit ante ſaluatoris ad
uentum anno vigeſimo ſupra treceteſimum, intra
ſpatium ſeptendecim dierum (vt teſtatur Iuſtinus li
bro vndecimo) cum ſex milibus murorum paſſibus.
Sunt & aliæ Alexandriæ. Vna in Scythia ſuper Ta
naim, alia in Aſia, & aliæ alibi, ſecundum Ptolemæ
um. Hebraicè dicitur. No, quod interpretatur crudū
ſiue irritatio, aut prohibitio.

Alexicacon, remedium quod fit ad depellentia mala.
Sic Hercules dictus fuit Alexicacos, ab eo q; defen
ſor eſſet hominum. Hoc & Amuletum dicitur.

Alexipharmaca, ſunt (vt Suidas ait) medicamenta
auxiliatoria.

Alexiteria, idem quod alexipharmaca.

Alga, herba quæ naſcitur in aquis marinis. Dicta à
mari, ab algore aquæ, ſiue q; pedes alliget, qa craſ
ſa eſt, foliis ex parte ſupernatantibus. Ver. lib. vii.
Lateriq́; illiſa refunditur alga.

Algedon, Latine cruciatus dicitur.

Algenſes, Pelagiæ, ab alga dictæ.

Algeo, es, alſi, uel alxi, alſum, à Græco ἀλγέω, ὅ ἐστι τὸ ἄλγος ἄλγῶ doleo, patior, vt ſit frigus dolor
quidam membrorum rigore contractus. Ponitur ta
men Algere pro frigidum eſſe. Auguſtinus libro.
xxi. de Ciuitate Dei. In æſtibus diei ſic alget, ut bibi
non poſſit.

Algidenſe, raphani genus, à loco, longum & tranſ
lucidum.

Algidus, pe. cor. mons ab vrbe duodecim paſſuū mi
libus diſtans, ab aſſiduo frigore ſic dictus. Hora.
Quæq́; Auentinum tenet Algidumq́;.
Et ab hoc quoq; ſylua Algida dicta eſt, huic monti
ſubiacens, in cuius ingreſſu Regillus lacus eſt.

Algor,goris,algus,gus, & algu,gu,id eſt,dolor,triſtitia.Per tranſlationem ponitur pro frigore.Plaut.in aulu.Inopiam,luctum,mœrorem,paupertatem,algum,famem.Lucan.libro tertio.

Sollicite euolitant morbis algoq; fameq;. Plautus in rudente. Vel ſuda,vel peri algu,vel etiá ægrota.

Alguaſen,herba ſimilis lilio,& dicitur lilialis. Confert morſuræ canis rabidi,propter quod Græce alguaſen dicitur.

Alias,aduerbiũ,ſignificat alio in loco,uel aliter,vel alio tempore,uel aliquádo.Plinius libro vigeſimo tertio. Alias fragile & eroſum, rotarumq; uſibus & clauis maxime fugiendum. Gellius. Neq; id tamen ſemper eſſe,fieri dixiſſet,ſed aliàs ocyus fieri , aliàs ſerius id eſt, aliquando.

Alias res agis,id eſt,non intendis ad id quod dicitur, vt nulla ſit in eis intentio.aut,Nugatorias res agis.

Alibi,alio loco.

Alica pen.corre.potio.dicta quod corpus alat.Hæc fit ex zea,quæ à noſtris ſpelta dicitur. Tunditur granum eius in pila lignea,vel lapidis duritia conteritur,excuſſis inde tunicis conditur medulla.Hinc alicarii,qui eam conficiunt uenduntve.

Alicariæ,meretrices in Campania adpellatæ, quòd ſolitæ eſſent circa piſtrina alicariorum uerſari.

Alicaſtrum,etiam uidetur ea forma ab alica deriuari,qua ſiliquaſtrum à ſiliqua.

Alicubi,in aliquo loco.

Alicunde,ex aliquo loco. Vide in dictiõe aliquo &c.

Alienigena, communis generis, uel(ſecundum Probum)omnis generis, ſumitur in eodem ſignificato cum alienigenus.Gellius lib.ſecundo capite.xxiiii. Neq; vino alienigena,ſed patrio uſuros. Sic eius cõpoſita à gigno.ut agmen, Troiugena.

Alienigenus,na,num,pen.cor.nomen compoſitum à genere,& ſignificat qđ eſt externum,vel alieni generis,uel inter alienos genitum. Valerius Max.libro. ij. A diici noſtris duo eiuſdem generis alienigena exẽpla non abſurde poſſunt.Et libro ſecundo.Dandũ eſt aliquid loci etiam alienigenis exemplis.

Alieno,nas,alienum vel aduerſarium facio,ſeu à propoſito remoueo repulſando.Plautus. Me alienabis nunquam quin ueſter ſim,id eſt,à propoſito remouebis. Salluſt. Meq; falſa ſuſpicione alienatum eſſe ſentiebam id eſt, repulſum. Terentius. Ita nos alienauit. Id eſt,aduerſarios fecit. Paulus Iureconſultus alienationis verbo vſucapionem contineri putat. Vix eſt enim utnon videatur alienare , quod patitur vſucapi. Eum quoq; alienare dicimus qui non utendo amiſit ſeruitutes. Huius uerbi compoſitum eſt abalieno quod eſt,ab inuicem ſeparo.Cic.in arte veteri. Si auditoris ſtudium defatigatio abalienabit.

Alienus,na,num,quandoq; alienatus dicitur. Salluſtius.Poſtquam alienũ ſe videt. Quádoq; diuerſus, diſſimilis,diſpar,diſſonus.Idem. Neq; ſolũ illis alieni mens erat. Quandoq; non conſcius ut apud eundem. Ille eos in domum Decii Bruti perducit,quòd foro propinqua erat,neque aliena conſilii propter Semproniam.

Aliger alatus,u ide Cupidinem alatum & aligerum poetæ uocant.

Alimentarius,ria,rium,quod ad alimentum pertinet,ut lex alimentaria quæ prouidebat vt filii alerent parẽtes.

Alimentum,quod datur ad uitæ ſuſtentationem. Scribunt Iureconſulti,alimentis legatis,cibaria, & veſtitus,& habitatio debebitur,quia ſine his ali corpus non poteſt.

Alimonia,pen.correp.idem quod alimentum.

Alioquin,& alioqui,vtroq; modo dicitur,& habet penultimam productam,ſignificatq; aliter,ſeu alio modo,uel quòd ſi non,vel præter hoc vel etiam.Plinius Hos tibi dedicaui libellos,ná nec ingenii ſunt capaces,quod alioq nobis perquá mediocre erat.

Aliorſum,uerſus aliũ locum,in aliam partem. Terentius in Eunucho. Vereor ne illuc grauius tulerit, neve aliorſum atq; ego feci acceperit.

Alipedes,penult.correpta,equi veloces , quaſi alas in pedibus habentes.

Aliptes,vnctor. Et is erat,cuius curæ tradebantur hi qui in ſacris certaminibus pugnarent. dictus ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, id eſt,ab unguendo, ἀλείφω ungo, ἀλοιφή unctio,ſiue pingue dicitur. Tamen Græce dicitur ἀλείπτης, φετορ, καὶ ἄλειμμα, unguentum. Mart.

Nec capit immerita ſordibus unctor opes.

Dicitur etiam aliptes,qui vulnera curat. At medicus qui male valentibus & in lecto iacentibus medetur,clinicus adpellatur.Item aliptes fuit fons apud Epheſum.

Aliqua,per aliquem locum.

Aliquando,ſecundum Priſcianum,cum accentu in antepe.ſed temporibus noſtris non ſeruatur., etiam à doctiſſimis viris,neq; in Vergilio,vel Ouidio,aut Lucano,vel aliis poetis antiquis,inuenitur in vltimam corripi poſitura.Habet auté tria tempora, præſens,præteritum,& futurum,& ſignificat aliquo tẽpore,ſicut & quandoq;.Ponitur & pro tandem.Cicero Valerio. Aliquando nos reuiſas.

Aliquantiſper,aduerbiũ ſignificat aliquanto tẽpore.

Aliquantulus,diminutiuum ab aliquantus, quantitatem ſignificat. Auguſtinus li.i.de Ciuitate Dei.Illi autem infirmiores,qui terrenis his bonis, quamuis ea præponerent Chriſto,aliquátula tamen cupiditate cohærebant.

Aliquantũ,modo nomen eſt,vt,aliquantũ oeil,quaſi aliqua quantitas modo aduerbium.vt, Tu es aliquantum ocioſus.

Aliquantus,ta,tum,ponitur pro aliquot. Ambroſius, Factum eſt autem vt per aliquantos annos,ad conſtantiam , hoc factum ab iis qui viderant narraretur.Hieron.ad Pammachium. Quum aliquanti ex vrbe venientes in eadem lectitarent,quæ ſero exceſſiſſe referebant.

Aliquatenus, penultima correpta ſignificat vſque ad aliquam partem,ſiue ex aliqua parte,aut aliqua ſtatione.Quintilian. Verum hoc aliquatenus temporum mutatio eſt conditione. Auguſtinus libro decimotertio de Ciuitate Dei. Corpus ideo eſt mortale,

quoniam à uita quam habet, deſeri poteſt, nec per ſe ipſum aliquatenus viuit.

Aliquid, ſubſtantiuum eſt. ut aliquid utile.

Aliquis, quaſi alius quis, & habet uim pluralem, quá uis ſingulariter dicatur. Nõ enim eſt aliquis, niſi de multis. Vſi & apud veteres uario genere numeroq; proferebatur. Terentius, aperite aliquis actutum oſtium. Idem eſt dicendum de Quiſquam, Quiſpiam, & Vllus.

Aliquo, ad aliquem locum.

Aliquod adiectiuum. vt, aliquod templum.

Aliquorſum, uerſus aliquem locum.

Aliquot tantũ pluraliter declinatur, & (ſecundum Donatum) ſignificat idem quod, nec multi, nec pauci.

Aliquotiens, ſeu (vt quibuſdam uidetur) aliquoties, ſine n, ſignificat aliquot vicibus, ſiue, aliquando.

Aliter, aduerbium, fit ab alis huius alis, pro alius (ſicut declinabant antiqui) & ſignificat contrario modo. Vergilius,

Diis aliter viſum.

Terentius in Prologo andriæ. Verum aliter euenire multò intelligit, id eſt, contrà.

Alicubi, pro alicubi. Nam dicimus Solem totum aliubi, aliubi dimidium hominibus adimi.

Aliunde, ex alio loco.

Alius, alia, aliud, genitiuo alius, penultima producta vel alis, aliæ, alii datiuo alio; aliæ, alio. Cicero. Si res totæ, aliæ rei neceſſe eſt ſimiliter ſit, & idem eſt quod diuerſus. vt alia eſt facies tua à facie mea. Accidit quandoq; ad vim comparationis. Quintilian. At quanto alius fuit ille infeliciſſimus iuuenis adfectus? Quomodo autem differat ab alter uide in dictione Alter.

Aliuta, ueteres pro aliter ſcripſiſſe, manifeſtum eſt, ex Græco transferẽtes: Hinc eſt illud in legibus Numæ Pompilii. Siquis aliuta faxit ipſus Ioui ſacer eſto.

Alabor, penultima product. iuxta fluo; ſiue iuxta nauigo. Claudianus.

Siculis alabitur oris.

Hinc allapſus, pſus, Auguſtinus libro decimo. Confeſſionum, Vbi per diẽ fuero multitudo allapſu blanditur mihi. Hinc & allapſus, pſa, pſum, participiũ.

Allatus, per duplex ll, adportatus.

Allecto, ctas, frequentatiuum ab allicio, ſignificat per blanditias attraho. Columella libro ſecundo. Ad aquam duci oportet, ſibiloque allectari, quò libentius bibant.

Allectus ab allicio, idem quod attractus.

Allego, gis, penultima correpta adſcribo, adnoto, quaſi iuxta lego. Vnde apud Iulium Capitolinum ſcribitur, M. Antonium philoſophum multos ex amicis in ſenatu allegiſſe cum ædilitiis ac prætoriis dignitatibus. Liuius libro decimo. Cæterum quia de plebe allegebantur, eandem ægre paſſi patres. Hinc allecti dicebantur, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorum numerum adſumpti fuerant. Nam patres dicebantur, qui erant patricii generis. Conſcripti, qui ſenatui ſunt ſcriptis adnotati.

Allego, gas, penultima product. ad hoc mitto uel ad aliquem locum mitto, ſeu ſimpliciter mitto. Plautus in Caſina. Quinea ipſa me allegauit, qui iſtam acceſſerem. Et allegare, eſt adducere. Plinius, Tum multa allegauit, quæ ad rem propoſitam pertinere minime uidebantur. Item deputare conſtituere, committere. Plautus in Caſi. Filius autem armigerum allegauit ſuum, qui ſibi eam vxorem poſcat.

Allegoria, cum accentu in penultima dicitur alieniloquium. vel potius inuerſio, ut aliud verbis, aliud ſenſu oſtendat. Vergilius

Claudite iam riuos pueri ſat prata biberunt.

Hoc eſt, deſinite iam plura canere, quia ſatis audiuimus. Eius ſpecies ſunt ſeptẽ, Ironia, antiphaſis, ænigma, charientiſmos, parœmia, ſarcaſmos, aſteiſmos.

Alleluia, duæ dictiones ſunt quibus ſignificatur, laudate dominum. Allelu enim (ut Auguſtinus ait) imperatiui modi eſt, & ſignificat laudate, Ia uero uniuerſalem uel uniuerſaliter, ſcilicet Deum. Hieronymus. Ia apud Hæbræos vnum eſt de decem nominibus. Et in illo Pſalmo vbi legimus, Laudate dominum quoniam bonus eſt pſalmus, in Hebræo eſt Alleluia, ſunt duæ partes Hebraicæ.

Alleotheta, Latine dici poteſt aliter poſita, ἄλλος enim aliter, θετὰ poſita, à Priſciano dicitur uariatio. Nam allœos diuerſus ac uarius dicit, ἀλλοιόω, permuto ἀλλοίωσις permutatio Confundit autem numerum. vt, Pars in fruſta ſecant. Caſus. vt, Tu mihi quodcunq; hoc regni. pro hoc regnum. Genus. Vergilius,

Dulce ſatis humor depulſis arbutus hœdis.

Lenta ſalix fœto pecori mihi ſolus Amynthas.

Ad dulce enim, quod eſt neutrum, tam maſc quàm fœminina reddidit.

Alleuio, as, pondus aufero diminuo'ue.

Alleuo, uas, penultima correpta. in altum tollo vel deinde. & vbi quid iacet uel proiectum eſt ſurſum leuo Quintilianus, uidi multos, quorum ſupercilia ad ſingulos uocis conatus alleuarentur. Inde p traſlationem ad qualitatem fortunæ, ut idem. Non petit ut afflictum alleuetis, niſi & probauerit ſe infeliciorem. Eiuſdem ſignificationis eſt Subleuo. Suetonius. Dumq; ſurgit, inter manus ſubleuantium extinctus eſt.

Allex, & allux, dicitur pollex ſcandens proximum digitum quòd uelut inſiliiſſe in alium uidetur. Nam Græce ἅλλεσθαι id eſt ſalio.

Allia generis fœminini, nomẽ fluuli, qui à Cruſtuminiis mõtibus præalto defluẽs alueo. Tyberino amni miſcetur, quadrageſimo ab urbe lapide, vbi magna ſtrage Romani à Gallis profligati ſunt. Hinc Alienſis dies dictus eſt, tanquam infauſtus.

Huius nominis prima ſemper producitur. Sylius,

Maior & horrificis ſeſe extulit Allia ripis. Ouid.

Hæc erat in faſtis cui dat grauis allia nomẽ. Luca.

Et damnata diu Romanis allia faſtis Verg. li. vii.

Quosq; ſecans infauſtum interluit allia nomen.

Vbi ſeruius dicit, aliud l, eſſe interpoſitum. Nam quod Lucanus libro ſeptimo.

Nō iſtos habuit pugnæ Pharſalia parteis Quas aliæ clades, non de flumine allia intelligendum eſt, quaſi ibi oſtendat omneis clades, quas Romani ſuperioribus temporibus paſſi ſunt, non eſſe cum Pharſalica clade comparādas, quæ alias ſuperauit. Aliæ igitur, quaſi ibi prima correp. ſit, eſt ab alius, alia, aliud.

Alliatum ab allio, pulmētarii & intinctus genus eſt. Plautus. Sine alliato fungi fortunas meas. Aſcenſius. Ego ſic intelligo, Sine, id eſt, permitte, alliato, id eſt, allio nutrito aut illito, &c.

Allicefacio, cis, eiuſdem ſignificationis eſt, à quo allicefio. Suetonius in Vitellio. Pronus uero ad cuiuſq; & quacunq; de cauſſa necem atq; ſupplicium, nobileis uiros cōdiſcipulos & æqualeis, ſuos, omnibus blāditiis tantum non ad ſocietatem imperii allicefactos uario genere fraudis occidit.

Allicio. cis, penul. correp. allexi, allectum, ex ad & lacio, ſignificat attraho. Inuenitur & allicco, ces licut in eadem ſignificatione. Piſo libro hiſtoriarum primo. Aulus vnius prænuo multorū allicuit animos. Sæpius tamen in tertia coniugatione quàm in ſecūda utimur. In Infinitiuo autem difficulter dignoſcitur, cuius magis ſit coniugationis. Quale eſt illud Ciceronis libro primo Tuſculanorum. Fieri autem poteſt ut recte quis ſentiat, & id quod ſentit politè eloq nō poſſit, ſed mādare quēq; literis ſuas cogitationes, q eas nec diſponere, nec accurate illuſtrare poſſit, nec delectatione, aliqua allicere lectorem, hominis eſt abutentis intemperāter & ocio & literis.

Allido, lidis, penulti. produc. impingo, quod eſt, interficiendi cauſſa contra aliquid iacio. Lactantius libro quarto. Et in conſpectu ſuo vexari acerbiſſimè coniuges ſuas cernerent, uiolari ac proſtitui uirgines, diripi pueros, allidi paruulos.

Alligo, penulti. correpta. propriè eſt ad aliquid ligo. Columella libro tertio. Arbuſtinam uitem antequā putes, alligare diligenter oportet. Inde alligator, & alligatura, Idem Infra inciſionem & alligaturam falce acuta leniter vitem vulnerato. Per tranſlationem dicitur Alligari obſtringi, obnoxium fieri. Terentius in Eunucho. Hic furti ſe alligat. Similiter quis dicitur alligari ad aliquid, ſine quo eſſe non poſſit. Vnde dicimus, adoleſcentem alligari ad amicam, qui uix ab ea diſcedit.

Alligurio, & allino, eiuſdem cum ſimplici ſignificationis. Cornucop.

Alliguris, adiectiuum eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici.

Allium, genus oleris quod comeditur. Quod nomen quidam ab olendo, quidam ab halando deriuant, de hoc infra. Similiter & alcatum Græce dicitur σκόροδον, & σκορόδιον purgamenta allii. Eſt & hoc nomine vrbs inter Pygrum & Oſtiam.

Allobroges, pen. cor. populi Galliæ Tranſalpinæ q Narbonēſibus adſcribunt, quorum metropolis eſt Viēna. Hos qdā volūt eſſe q deprauato uocabulo à Sabatiis mōtibus, Sabaudiēſes, p Sabatēſes adpelant.

Allodiū, hæreditas, proprietas dicitur.

Allophylus, la, lum, penul. corr. dici poteſt alienigena, alterius tribus. Nam cōponitur ex ἄλλο quod eſt aliud, & φῦλον quod eſt genus, gens, natio. Ambroſ. li. Offic. Aduerſarios ſuos Hebræi allophylos, id eſt, alienigenas, Latino adpellabant uocabulo. Hoc nomine dicti ſunt Palæſtini, qui & Philiſtæi. Dicuntur & allophyli peregrini. Vnde in ſacris literis, non eſſe vexandos allophylos, nam & uos, inqt. peregrini fuiſtis in alieno ſolo. Hieron. Allophylos, id eſt, alienigenas interpretati ſunt non generali nomine oīm gentium, quæ nō ſunt de genere Iudæorum, ſed ſpeciali gentis ſuæ, quæ nunc dicitur Palæſtina, mutata phe litera (iuxta Græcorum conſuetudinem) in π, ſicut & apud nos pro Hebraico, Græcum & Latinum paſcha celebratur.

Alloquor, alloquium, alloquutio, Vide in dictione Loquor.

Allubeſco, ſcis, ſiue allubeſco, lubens facio, obedio, faueo, conſentio. Vnde allubeſcentia, obedientia.

Allucinatio, lucis alienatio, uel. aberratio, quod & ad oculos mentis transfertur, quum minus recte intelligitur, obducta quadam caligine in animo. Fit autem à Græco ἀλύειν, quod tarditatem ſignificat, & animi ſtuporem.

Allucinor, penultima correpta, uana ſomnio.

Alludo, penultima producta. blandior, congratulor. Lactantius lib. tertio aut homini alludunt animalia Metaphorice alludere, eſt ea dicere quæ ad aliū ſenſum latenter referuntur. Verg. Nec plura alludēs ea uox audita laborum. Prima tulit finem. Alludere vero ad hiſtoriam dicitur hoc eſt, ad rei fidem verba componere. Et alludere ſumit pro eo quod vernacula lingua dicimus. vnde zare. Tibullus

Ima uidebatur talis alludere palla.

Alludo, dis, & alludor deponens, ex ad, & ludius, qui pro iaculatore capitur.

Aluo, luis, iuxta luo, iuxta fluo, ſeu deorſum aliquid lauo Curtius. Montem leniter alluit præteriens amnis. Hinc fit alluuio, onis, alluuies, & alluuiū, p immoderata aquarum uiolentia, uel pluuialium, uel fluuialium, ſimiliumq;, quæ non tantum agros confundit, ſed quandoq; eripit, & nonnunquàm funditus deſtruit. Sed quum pars alicuius agri impetu fluminis aggregatur in alium agrū tunc cedit in poſſeſſionem eius cuius eſt ager. Vnde Lucanus,

Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado.

Circunluuio autem eſt quum partem alicuius agri rapidus amnis in alueum ſuum impulerit, & in modum Inſulæ circumuoluitur, iure vicinoris erit. Valla. Alluuies ſordida aqua quæ abluit, ubi lutum eſt aqua non multa. Liuius libro. i. In proxima alluuie, vbi nunc ficus ruminalis eſt, quam romularem uocatam ferunt, pueros exponunt. Proluuies, propriè ſordis profuſio. Verg. lib. iii. Fœdiſſima ventris Proluuies, Illuuies, eſt etiam immundicia in homine, aut ueſte, aut re quauis alia infita, ſeu iniecta. Terent. in Heautont. Pannis obſita, neglecta, immūda illuuie. Verg. lib. iii. Dira illuuies, īmiſſaq; barba. Eluuies, propriè dicitur quod expurgatur

præſertim aquarum fluxu. Quamuis & alterius humoris dici poſſit. Plinius, Quod in tutis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Lactantius libro ſeptimo. Eluuiem poſuit pro aquarum inſidatione, quum ait. Eluuie aquarum euertentur ciuitates. Eluuio per tranſlationem à Cicerone ponit in oratione pro domo ſua. Idcirco, inquit, tu ad labem atq; eluuionem ciuitatis ſine ſumma tui peruenire potuiſti. Colluuies, ſordes cœni, aut cuiuſuis rei coactæ. Columella lib. I. Tum etiam nantium ſerpentiumq; peſtes hyberna deſtitutas uligine, cœno & fermentata colluuie venenatas emittit. Colluuio, idem eſt quod colluuies. Sed per tranſlationem quàm proprie dixit Cicero. O præclarum illum diem, quum in illud diuinum animorum concilium cœtumq; proficiſcar, quumq; ex hac turba & colluuione diſcedam. Proprie dixit Hieronymus ad Heliodorum. Neget & ſacrilegiũ eſſe, qui in libidinem ſe dedit, qui membra Chriſti & hoſtiam viuam placentem Deo, cum publicarum libidinũ victimis nefari colluuiõe uiolauit. Diluuium quod varie diluit. Et hæc nomina à luo deſcendũt, & iuxta præpoſitiones eorum ſumuntur eũ fluxu aquæ, uel humoris alterius, aut commixto cœno, aut aliis ſordibus.

Alma, apud Hebræos nomen ambiguum eſt; dicitur enim & adoleſcentula & abſcondita uero virgo incorrupta.

Almities, almarum rerum habitus. Cc.

Almopia, Macedoniæ pars.

Almus, ma, mum, dicitur omne quod nos alit, ab alẽdo. Et proprie tellus Alma eſt, ab eo quòd nos alat abuſiue etiam aliis nominibus datur epithethon. Vnde & Ceres alma à Vergilio dicitur, cuius frugibus homines aluntur. Almus dies pro tranquillo dicitur. Vergilius,

Preterea ſi noua diem mortalibus almum
Aurora extulerit,

Lux alma, à Donato illuſtris & clara dicitur.

Alnus, genus arboris fluuialis, ex qua primum factæ ſunt lintres, dicta quòd amne alatur. Naſcitur enim iuxta fluuios, quæ apta eſt nauigiis, quod aquis obruta (ut inquit Victruuius) diu non corrumpitur. Lucanus, & fluctibus aptior alnus.

Vnde & pro naui quandoq; poni ſolet. Vergil.
Tũc alnos primum fluuii ſenſere cauatas. Claud.
Qui dubiis auſus committere fluctibus alnum.

Scribit ariſtoteles, in ſola Creta ſteriles non eſſe. In alnos ſorores Phaetontis mutatas ait Vergilius.

Alo, lis, alui, alitum, unde alitus, vel altus, ſignificat nutrio, alimentis ſuſtento. Salluſtius in Iugurth. Et omnem ætatem Arpini altus. In rebus tamen incorporeis alere frequentius pro creſcere ponitur. Quintilianus. Sed alere facundias, vires augere eloquentiæ. Vergilius.

Hos ſucceſſus alit.

Id eſt, augeſcere facit. Et licet altum vel alitum ſupinum faciat, tamen (vt docet Diomedes) melius dicitur alitus quàm altus, vitandæ ambiguitatis gratia.

Aloe, aloes, Græcum eſt, & ſignificat herbam amariſſimi ſucci. Iuuenalis,

Plus aloes quàm mellis habet

Græce ἀλοή, herba reſiſtens uermibus & putredini, ac viſui utilis. Gignitur in India & arabia, arbor odoris ſuauiſſimi.

Aloeus, nomen gigantis, cuius filii dicuntur Martem vulneraſſe. A quo patronymicum aloides.

Alogia, cum accentu in penult. dicitur quum ita epulis indulgetur, vt à rationis tramite deuietur. Vnde animalia ratione carentia aloga dicuntur, quibus ſimiles ſunt uentri dediti. Propter quod immoderatũ conuiuium, quo mens (in qua ratio dominatur) ingurgitatione ueſcendi ac bibẽdi quodammodo obruitur, alogia nuncupatur. Auguſtinus ad Caſulanũ. Attendite quemadmodum dominici diei nõ paruo prandio reficiatur, ſed alogia delectatur.

Alogiani hæretici fuerunt, ſic vocati tanquam ſine verbo. Logos enim Græce uerbum dicitur. Quia domini uerbum recipere noluerunt, Ioannis Euangelium reſpuentes.

Aloia, iuxta Plinium, dicitur eſſe animal mulæ propèmodum ſimile, carens flexura poplitum in interioribus cruribus. Ideo inter dormiendum non cubat, ſed innititur arbori.

Alonge, aduerbium, ſignificat procul.

Alopecia, morbus in capite humano & barba, ex vitio humorum qui fit cum profluuio capillorum. Dicta à vulpe, quã, Græci uocant ἀλώπηκα, ἀπὸ τοῦ ἀλῶναι, id eſt, à capiendo, quoniam difficilis ſit captu, quum animal ſit aſtutiſſimum, quòd ea crebro id genus morbi patiatur. Plin. Lingua herba eſt, q̃ circa fonteis naſcitur, cuius radix combuſta & trita alopecias emendat.

Alopecus, qui alopecia laborat.

Aloſæ, piſces ſunt clupearũ generis, in Tyberi iuxta Romam laudatiſſimi, qui alio nomine apud Ariſtotelem & Strabonem Tryſſæ dicuntur.

Alpes, à candore niuium dictæ ſunt, quia perpetuis ferè niuibus albeſcũt. Nam ἄλφος Latine macula ſiue impetigo trãſfertur. Vñ Strabo li. iiii. ſcribit, alpes alio noĩe albium vocari Gallica uero lingua alpes (ut inqt Seruius) alti mõtes ſunt. Sũt autẽ montes altiſſimi, q Galliã Tranſalpinã à Ciſalpina diuidebant. Nunc vero pmotis finibus termini ſunt Italiæ. In lõgitudine centũ milia paſſuũ patent, à ſupero mari ad Inferũ, ut Celſus tradit. Liu. vero, tria milia ſtadiorũ. Hos primus annibal fecit peruios. Incipiũt (vt inqt Strabo) à Sabatiis, apẽninus à Genua. Inter genuã vero & Sabatiã ducẽta & ſexaginta ſtadia interſunt. Ab alpes fit alpinus. na, num, pen. produ. Plin. Gentes alpinæ. Et vẽti alpini, qui ab alpibus flant. Vnde & Ciſalpinus, na, num, cõpoſita.

Alphabetum, nomen compoſitum ab Alpha & Beta, quæ ſunt primæ literæ Græcæ

Alpheſibœus, nomẽ paſtoris, ab ἀλφῶ inuenio, quaſi inueniens boues.

Alpheus, nomen uiri, & nomen fluminis Helidis Arcadiæ, ſub mare in arethuſam Siciliæ deſinentis.

Strabo lib. vi. ait, Alpheum ſumere originem in Peloponneſo, & per mare ſubter terram in Arethuſam fontem terminari. Eſt etiam cognomen Petri monachi viri tam Græcis quàm Latinis literis in primis eruditiſſimi. Finxerunt poetæ, Arethuſam fuiſſe uenatricem, & amatam ab Alpheo, & fugiſſe volens ſtuprum per ſubterraneos cuniculos in Ortygiam, & Alpheum fuiſſe inſequutum. Alpheus fluuius, ab alphis, id eſt, vitiliginibus maculis dictus eſt, quia eius aqua maculas tollit. Pauſanias autem quaſi in principio libri. v. de Græcia illuſtrata, ita ſcribit. τὸ ὕδωρ ἐστὶ τοῦ ἀλφειοῦ καὶ ὅτι πολὺ ἰδόντι καὶ ἥδιστον, & ſubdit. περὶ δὲ τούτου πολλὰ γίγνεται, ὅτι ἀνὴρ ἦν θηρευτὴς, ἐρασθῆναι δὲ αὐτὸν ἀρεθούσης, id eſt, Aqua alphei eſt & copioſa videnti, & ſuauiſſima. Et ſubdit, De quo multa feruntur, quòd vir fuerit venator, & arethuſam adamarit. Et multa alia ſcribens, declarat hanc fictionem.

Alphos, Latine impetigo, ſiue vitiligo dicitur, quæ ſuperficiem corporis immutat, & modo nigra, modo candida eſt. Eſt autem maxime vbi color albus eſt ferè ſubaſper, & non cõtinuus, vt quædam quaſi maculæ diſperſæ eſſe videantur.

Alphus, vide in dictione Albus.

Alpina, arbor eſt laburnum, nec vulgo nota, cádida materia, cuius florem cubitalem apes nõ attingũt.

Alſinæ, dicuntur qui ſunt naturæ frigentis, quiq; à frigore læduntur. Plinius, Abrotanum & Adoniũ alſioſa eſſe memorantur. Varro, Stabulantur pecus melius ad hybernos exortus ſi ſpectat caprinũ, propterea quòd id eſt alſioſum. Idem. Quod eſt alſioſum, id vt plerunq; lapide aut ceſta ſubſterni oportet caprile quò minus ſit vliginoſum.

Altanus, penultima producta. ventus qui in alto, id eſt, pelago eſt.

Altare, ab altitudine dictum eſt. Nam antiqui in ædificiis à terra eleuatis ſacra faciebant Diis ſuperis, in terra Diis terreſtribus, in effoſſa Diis infernalibus. Altare ſuperis tantum conſecratum erat, Ara tam ſuperis quàm inferis.

Altellus, Romulus dictus eſt, quaſi in terra altus à lupa, ſiue ꝙ telis aleretur, ſiue ꝙ rebus geſtis excelſus ac glorioſus eſſet, ſeu ꝙ à Tatio Sabinorum rege in colloquium poſtulatus, alternis vicibus audierit ac loquutus fuerit. Nã ſicut à macro marcellus, à vafro vafellus, ita ab alterno Altellus fit, ſecundũ aliquorum opinionem.

Alter, terius, vel alteri, ræ, ri. Teren. in Heautontimorumeno. Hoc ipſum alteræ dum narrat, fortè audiui. Et ad vnũ de duobus dicitur. vt, Annibal in tranſitu Alpium amiſit alterum oculum. Siue ad vnam duarũ partium. Cicero, Duplices ſimilitudines eſſe debent, vnæ rerum, alteræ verborum. Sueto. Nec ceſſant ex eo alterum alter criminari. Ver. Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. Alius vero, de pluribus dicitur. vt, Alii virtutẽ præponunt, alii voluptatem, alii indolentiam. Interdũ tamen alius de duobus dicitur, vbi diuerſa conceditur. Vt, Alia eſt facies mea, alia tua. Alter ad unũ de duobus refertur. Item alter ponitur pro ſecundo de duobus pluribus ue. Vt, Altero menſe repudiauit vxorem. Et, Hic eſt alter annus belli Punici, id eſt, ſecundus à belli Punici origine. Aliquãdo pro ipſis duobus. Vt, Vnus aut alter, id eſt, vnus aut duo. Et Alter non eſt ſecundus, ſed tertius, ſicut docet Donatus, Terentius in Andria, Sed poſtquam acceſſit amans, precium pollicens, vnus & item alter. Nam tres ſimul aderant. Et Vergilius,

Alter ab vndecimo.

Aliquando ponitur pro alio Plinius, Tabulas plures pinxit, è quibus vnam in foro, alteram in comitiis, duas in Pompeii porticibus videmus. Aliquando pro aduerſo, & non bono, ut in auguriis altera quæ adpellatur auis, quæ utiq; proſpera non eſt.

Alter, teris, ſiue Alteres, teris, pen. prod. & genere maſculino, ſignificat maſſam plũbeam, qua ad exercenda corpora in gymnaſiis vtebantur. Martia.

Quid pereunt ſtulto fixeris altere lacerti.

Exercet melius vinea foſſa viros.

Dictus Alter eſt ab ἅλλεσθαι, quod eſt à ſalio. Nã circunducebant alteres, dum ſaliando ſe exercerẽt. Solet tamen aſpirari.

Alterás, veteres, dicebant pro aliás. Cc.

Altercor, caris, ſignificat mutuò iurgia iactare, criminari, & clamoſè inficiari, & quaſi aduerſam partem tueri. Dicitur & Alterco. Terentius,

Scio cum patre tuo dudum altercaſti.

Hic altercatio, quæ (vt docet Quintilianus) cõſtat aut intentione aut depulſione.

Altercum, ſiue Altercagenũ, apud Arabas herba eſt, quæ à Græcis ὑὸς κύαμος, id eſt, faba porcina (vt vult Apollinaris) adpellatur.

Alternatim, aduerbium ſignificat per vices.

Alternis, aduerb. ſignificat viciſſim nunc vnum nũc aliud. Vergilius,

Alternis dicetis, amant alterna camœnæ.

Alterno, nas, viciſſim alterum duorum pono, quod vernacula lingua dicimus, Mo luno mo laltro ſcãbiare. Columella libro ſexto. Dabimus operam in ordinibus diſponẽdis, pari uernaculas & acinas alternemus. Hinc alternatio, per vicem ſucceſſio, & compoſitum Subalterno.

Altero, teras, penultima correpta, uario, & quaſi alterum facio. Ouidius in Faſtis.

Ille ſuam faciem transformat, & altera alter.

Sunt qui dicant hoc uerbum in oratorum vſu non eſſe, & philoſophis ægre concedi, extra quàm, pro eo quod eſt alterno, Vt Ouid. in Metamor.

Alterat vndas.

Alterpex, à veteribus pro duplici poſitum inuenitur.

Altertam, pro alterutra veteres poſuerunt.

Alteruter, quiuis è duobus, ſiue alter ex duobus, id quod lingua uernacula dicimus, O luno o laltro. Cicero. in Verrem.

Video neceſſe eſſe alterutrum.

Celius Ciceroni. Pompeius dicitur ualde ꝑ Apio laborare, vt etiam putent alterutrum de filiis ad te miſſum. Hierony. in Geneſi aliter poſuit, quum ait,

Diuiſiq; ſunt alterutrum à fratre ſuo. Auguſt. libro primo Academ. etiam aliter, Quare dêhinc pro alterutra parte, ne à me quicquam expectetis, id eſt, nec pro vna neq; pro alia parte.

Althæa, cum diphthon. (nam Græce ἀλθαία) dicitur malua agreſtis, ſiue maluauiſcus, quia glutinoſa eſt. Dicta Althæa, ex nomine plurium iuuamentorum. Dicitur à quibuſdam Ariſtalthæa, ab excellentia effectus. Naſcitur in locis humentibus, cuius radices decoctæ, & diligẽter miſtæ porcino adipi, ad ſubleuandum dolores & tumores vulnerum, valde vtiles comprobantur. Eſt & althæa proprium Meleagri matris nomen. Sunt qui ſine h, & ſine diphthongo ſcribant altea, eaq; cauſſa ſic adpellari dicant, quòd in altum creſcant.

Altile, pinguefactum, ab alendo dictum.

Altilis, & in plurali Altilia, penul. cor. quicqd domi, vel in villis, vel in viuariis ſaginatur, ſiue ſit auis, ſiue quadrupes, ſiue piſcis, ab alendo, quaſi alitilis, ut Altilis gallina, quæ alita eſt. Macrobius altilem ſanguinem dixit, non qui alitur, ſed qui alit, quaſi alentem. Et non ſolum pro pingui, ſed etiam pro opulẽto ponitur. Plautus in Ciſtellaria. Prohibet diuitiis maximis, doti altili atq; opima.

Altimeter, penultima correpta. inſtrumentũ quo metiuntur alta.

Altinum, penul. produ. vrbs olim in littore Venetiæ florentiſſima fuit, à qua altinates populi dicti ſũt.

Altiſonus, penultima correpta, qui ex alto ſonat.

Altitonans, penul. correp. qui ex alto tonat. Vnde Deum Altitonantem dicimus.

Altiuolans, penul. correp. qui in altum volat.

Altrinſecus, penul. cor. aduerbium, ab alter formatũ, ſignificat aliunde. Lactant. lib. de Opificio, Aureis duas, quarum duplicitas incredibile eſt quantã pulchritudinem præ ſe ferant, quòd tum pars vtraq; ſimilitudine ornata eſt, tum vt venientes altrinſecus voces facilius colligantur. Item ſignificat iuxta alteram partẽ. Plautus in Pſeud. Aſſiſte altrinſecus, atq; onera hunc maledictis. Idem in Rudente. In enſiculo mei nomen patris, poſt altrinſecus eſt ſecuricula item aurea literata. Hiero. ad Pamm. Vbi proprietas ſingulorum eſt, ibi altrinſecus diuerſitas. Quandoq; in altiori parte. Apuleius lib iii. Tectum ſcandulare conſcendit, quod altrinſecus ædium patẽre perflabili, ad omnis Orientalis peruium. Et lib. v. Altrinſecus ædium horrea ſublimi fabrica perfecte magniſq; congeſta gazis conſpicit.

Altus, ta, tum, poteſt eſſe participium ab alo, alis, & nomen, quo ſignificatur pars ſuperior, & quãdoq; inferior. Altitudo enim nomen eſt menſuræ. Vnde dicimus altum cœlum, & altum mare. Quinetiam altum ponitur pro cœlo & mari. Verg.

Hæc ait, & Maia genitum demittit ab alto. Idem,
Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

Et Altum vocamus profundiorem maris partem, & à terris remotiorem. Salluſt. Et piſcatoria ſcapha in altum nauigat. Per tranſlationem quoq; ponitur pro excellenti ac glorioſo. Vergi.

Te ſine nil altum mens inchoat.

Et pro veteri. Idem, Altius omne.
Expediam prima repetens ab origine factum.

Et pro magno. vt,
Sic pater ille Deum faciat, ſic altus Apollo,

Et pro obſcuro ac recondito. ut,
Quid me alta ſilentia cogis
Rumpere? Et illud,
Manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis.

Hinc ſiunt compoſita Altiſonus, Altitonans, Altiuolans, de quibus ſuis reperies locis. Ab altus item fit alto verbum, quod ſignificat extollo, quod non eſt in vſu, ſed compoſitum eius Exalto.

Aluearium, quod & alueare, & per apocŏpen aluear ſumitur pro loco vbi ſunt alui. Quandoq; etiam pro aluearum copia, eodem in loco collocatorum mellificantium ponitur.

Aluecolus, & Aluecolum, cum accentu in antepe. diminutiuum eſt pro vaſe concauo, vt eſt apud Danielem prophetam. Abacuc intriuerat panes in alueolo, vt ferret meſſoribus. Item accipitur pro loco in quo pullos pariunt columbi. Columella lib. ix. Oua in alueolum ligneum cõferat. item pro tabula luſoria, quæ alio nomine dicitur latruncularia, & aleatoria ab aleis & latrunculis, id eſt, calculis, & triuialiter ſchachis, quibus hinc biſſeno pũcto, illinc quadris diſcoloribus utimur ad ludum. Iuuenalis.

Laterna illud enim noſtris datur alueolis. &c.

Alueus, ſiue Aluus, eſt (vt Varro teſtatur) cauata cortex, vel vimineum vaſculũ manufactum, in quo qd propter concauitatem reponitur. Hieron. ad Demetrium, Habeto lanam ſemper in manibus, vel ſtaminis pollice fila deducito, vel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſi vertantur, aliarumq; neta aut in globum collige, aut texenda compone. Apud Iulium Capitolinum legimus, quum in Cæſariana familia paruuli in teſtudinis alueis lauarentur, nato Albino Ceionum Poſthumum eius patrem munere teſtudinis à piſcatore eũ nomine accepto, illam ad excaldationes pueriles dicaſſe. Vnde & locus ubi apes mellificant, Alueus ſiue Aluus dicitur à mellis alimonia, vt Varro exiſtimat. Plinius lib. xi. Alueos ex cornu ſpectatos eſſe, id eſt, apium aluearia. Dicitur & alueus, venter cuiuſlibet rei inanimatæ. Vnde & pro fluminis foſſa, per quam labitur flumen, quãdoq; ſumitur. Vergil.

Aſſuetæ ripis volucres & fluminis alueo.

Aliquando pro naui, ſiue pro ipſius nauigii receptaculo, vt apud Propertium, qui ait,

Aut quid nam fracta gaudes Neptune carina?
Portabat ſanctos alueus ille viros.

Liui. lib. xxi. Alueos informeis raptim faciebant. i. nauiculas. Declinatur & hoc Alueum. Feſtus. Nauſtibulum alueum eſt, ad nauis ſimilitudinem factũ.

Aluini, dicti ſunt lienterici, ſiue cœliaci à Græcis dicti, qui aluo langueſcunt. Pli. lib. xxi. Vinea Punica aluinis impoſita multum prodeſſe dicitur.

Alumen, penultima prod. ſalſugo terræ. Efficitur hyeme ex aqua & limo, & æſtiuis Solibus maturatur. Dictum à lumine, quod lumen coloribus tingendis præſtet. Plin. Sale, aceto, alumine poſtea exharenat.

Alumnari, alere & enutrire ſignificat. Apuleius libro octauo de Aſino. Quos ad tutelæ præſidia curioſe fuerant alumnati.

Alumnatus, educatus.

Alumnus dicitur filius vel diſcipulus, qui ab aliquo velut à patre alitur, ſiue victu, ſiue moribus, ſiue doctrina. Cic. Dolabellæ. Mihi vero glorioſum, te iuuenem cõſulem florere laudibus, quaſi alumnũ diſciplinæ meæ. Idem in Verrem. Italia ait alumnum ſuum ſeruitutis extremo ſummoq; ſupplicio, fixum videret. Seruius pro educato & educatore ponit, ab alendo deductum nomen. Auguſtinus lib. vii. de Ciuitate Dei. Iouem alumnum cognominauerunt, q; omnia aleret. Idem lib. i. de Vera religione. Velit, nolint'ue ipſi quoq; hæretici & ſciſmatici alumni. Sic Plin. libr. iii. in actiua ſignificatione dixit de Italia. Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens numine Deum electa. Curtius lib. vii. Oro quæſo q; ne humanarum rerum terminos adeuntem aſſinum commilitonem ueſtrum, ne dicam regem deſeratis. Fallitur ergo ſuper hac alumni ſignificatione Laurentius Valla.

Aluta, penul. prod. pellis à luteo dicta. Cæſar libro. iiii. Anchoræ pro funibus, ferreis catenis reuinctæ, pelles pro velis, alutæq; tenuiter cõfectæ. Item aluta dicitur pellis mollior, & ad calceos & ad cætera opera facienda concinnata. Sumitur etiã quandoq; pro ſacco, ſeu marſupio. Iuuenalis.

Adpoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.

Alutamen, Alutamentum'ue, à veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.

Alutarius, coriarius, hoc eſt, pellium & coriorum cõcinnator. Plautus, Hic alutarius cerdo. Proprie tamen Alutarii tenuiorum pellium dicuntur, coriarii craſſiorum. Et Alutarius, piſcis vocatur à Plinio, ob ſimilitudinem alutæ pellis.

Aluus, ab alluendo dicta eſt, & proprie dicitur qua ſordes effluunt ſiue eluuntur. Pli. libro. xx. Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt aluum. Quando q; capitur pro ventre qui adparet. Columella libr. viii. Niſi obeſam ingluuie atq; diſtentam in pabulis aluum demerſerit & refrigerauerit. Item Aluus vbi apes mellificant. Varro, Si ex aluo minus frequentes exeunt. Sal. Inſimulans ſibi aluum purgari. Proprie Aluus, eſt venter fœminæ, ab alendo dicta. Venter eſt qui videtur. Interdum vas cauatũ, vbi qd reponitur. Et eſt iam maſculini q; fœminini generis. Cuius diminut. uũ eſt aluulus.

Alyba, regio non longè à Myſia, vbi argentifodinæ eſſe ab Homero traduntur.

Alyſius, Bacchus dicitur, ἀπὸ τοῦ λύω, i. ſoluo. Cc.

A ANTE M

M, præpoſitio Græca, quæ plerũq; compoſita inuenitur, ſignificatq; circũ. Cato ſeparauit quũ dixit. Am terminum. Verum quando componitur cũ dictione incipiente ab a, e, i, o, u, interponitur, b, euphoniæ cauſſa, vt Ambages, Ambio, Ambeſus, Ambigo, Ambubium, Ambaruals, Ambuſtus, Si vero cum c, h, f, q, mutatur m, in n, vt Anciſus, Anhelo, Anfractus, Anquiro. Cum p, remanet integra, vt Amputo.

Amabile, quod eſt dignum amari. Plautus, Compara labella labellis, bella es atq; amabilis. Cuius contrarium eſt Inamabile. Martialis,

Inamabilis ſciurus, & frequens phœnix.

Amabo, cum accentu in antepe. interiectio amantis, ſicut ſonat verbum comicis valde familiaris. Plautus, Noli amabo verberare lapidem, ne des manũ. Quidam exponunt, gratum erit. Gellius lib. xii, Amabo mi fili quieſcas, ne q; differas, ne q; criminare aduerſus Iunonem.

Amabundus, qui abunde amat. Copiam enim in bũdus terminat denotant.

Amalechitæ, populi nomen, Geneſis. xiiii. interpretatur lambentes vel populi percutientes.

Aman, nomen principis Heſt. iii. interpretatur, cõturbans, aut tumultuans.

Amalthæa, pen. prod. nomẽ fuit nutricis Iouis, Nam ipſa cũ ſorore ſua Meliſſa, Iouem pueri caprino lacte ac melle pauiſſe fertur. Fuit & nomẽ Sibyllæ.

Amando, das, aliò mando, ſiue aliò deputo, quũ qs alio mittitur, & à loco vbi eſt remouetur. Cicero pro Roſcio. Amandauerat hunc ſic, vt eſſet in agro, ac tantummodo aleretur ad villam, vt commodis omnibus careret.

Amans, participium ab amo, ſignificat eũ vel eam, q vel quæ amat, pudice vel impudice. Cicero, Nihil difficile amanti puto. Amo aſt, & ſemper amaui nimium, ſtudia & mores tuos. Terent. in Andria, Poſtquam acceſſit amans vnus & item alter.

Amanter, aduerbium, ſignificat beneuolè, vel cum amore, vt Expectatum meum aduentũ abs te amanter videbam.

Amanthes populi ſunt in Aphrica, Troglodytis proximi, apud quos tum ſalis tum carbunculorũ, gemmarum q; copia eſt, adeò vt ex ſale domos ſibi extruere dicantur, autor Solinus.

Amanuenſes, à manu vocabulum formatum, quo dicti ſunt ſerui, & à manu dicuntur. Quorum opera & manu inſcribendo pèrinde ac ſcribarum vtimur. Vide in litera A.

Amanus, penultima producta, mons Ciliciæ, ſiue (vt quidam putant) Cappadocum, qui & Taurus dicitur.

Amaracinum, penultima correpta, ſiue ſanſucinum oleum, quod fit ex amaraco. Pli. li. xxi. de ſanſuco loquens. Fit ex ea, inquit, oleum, quod ſanſucinum vocatur ſiue amaracinum, ad excalfaciendos emolliendos neruos. Lucretius,

Poſteis q; ſuperbos

Angit amaracino, & floribus miſer oſcula figit.

Et iterum,

Sicut amaracini blandum ſtactisq; liquorem.

Amaracus,penul.correp. Cynaræ regis Cypri puer,q caſu lapſus dum ferret unguenta,fregit alabaſtrum Deinde quum nimio dolore contabuiſſet,verſus eſt in ſanſucum, quæ ex eius nomine amaracus cœpta eſt adpellari. Vergil.
Vbi mollis amaracus illum
Floribus & dulci adſpirans complectitur umbra.
Herba eſt quam uulgo maioranam uocant.

Amaramis, (ut refert Ioſephus) fuit nomen patris Moſis.

Amaranthus, flos eſt,ab immortalitate nomen trahens. Vnde immortales Amaranthi, nũquam enim marceſcit. Fitq; ab α,priuatiua particula,& μαραίνομαι, ſiccor, tabeſio.

Amare,maioris vis eſt quàm diligere.Cice. Dolabellæ. Quis erat qui putaret ad eum amorem,quẽ erga te habebam,poſſe aliquid accedere? Tantum tamẽ acceſſit,ut mihi deniq; nunc amare videar, antè dilexiſſe.In eodem ſenſu idem Cicero ad filium. Sed tamen vt ſcires eum non à me diligi ſolum uerumẽt amari. Terentius tamen contrarium poſuiſſe uidet, quum inquit. Non p ol qoo plus quemquam amem aut plus d ligam habeo.Proprie tamen parentũ eſt diligere,ut pater diligit filium.Quòd ſi Amo abſolute ponatur,capitur pro amore captus ſum,hoc eſt eſſer inamorato. Plautus Amat filius, certum eſt. Compoſita huius verbi ſunt Adamo.Deamo, Redamo,& Peramo penul.cor.quod eſt,valde vel vſque ad finẽ amo.C.e.lib.i.de legibus. Vbi illa ſancta amicitia,ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore.

Amareſcere, id eſt,amarum fieri Palladius, Amigdalus ſi rodatur amareſcit.

Amarico, cas, penultima correpta, amarum,id eſt, aſperum facio,& quaſi exacerbo. Auguſtinus, Ipſi amaricauerunt Deum,qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt.

Amarigma, Latine ſplendor dicitur.

Amatiſſo, ſplendeo,

Amaritudo & Amaror,pro eodem accipiuntur,nam ſignificãt inſuauitatem & aſperitatem.Et per tranſlationem,animi ſolſicitudinem.
Vergilius in Georgicis.
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.

Amarulentus,amaricatus,adflictus ex maliuolentia. Gelius, Amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit.

Amaryllis,lidis,nomen fuit ruſticæ propriũ, de qua Vergilius, Latine autem dicit amor.

Amaſenus,pe.prod. fluuius Volſcorũ. Eſt & alius,in Sicilia eodem nomine, de quo Ouid.lib.xv.Meta.
Nec non Sicanias uoluens Amaſenus arenas.

Amaſias, nomen proprium Iudæorum regis,quo ſignificatur populum tollens.

Amaſis.pen.prod.nomen propriũ regis Aegypti,cuius tumulus fuit una pyramidum,dicente Luc.li.ix.
Non mihi pyramidum tumulis euulſis Amaſis.
Hic legem condidit,ut quiſquis quotãnis apud præſidem rationem vitæ redderet, demonſtraretq; unde viueret, aut quo q̃ſtu ſuſtentaretur, qui hoc non faceret,morte adfficeretur. Hanc legem Solon ab ægyptiis tranſtulit ad athenienſes.

Amaſius,uel Amaſia,qui vel quæ amat uel amatur,ſicut Amans quum eſt ſubſtantiuum.

Amaſſo,pro amauero,ſcripſit Laberius.

Amaſtrum,ſiue amaſtris,urbs metropolis Paphlagoniæ,de qua Valerius Flaccus lib.vi.Nauticorum.
Peditem pedes haurit Amaſtrim.

Amath,nomen filij Chamã,qui(autore Ioſepho) Amathoes inſtituit,qui & Amathi dicuntur.

Amathus,pen.corre.thuntis.Cypri ciuitas eſt (ut ſentit Plinius) Veneri ſacra. Vergilius lib.x.
Eſt Amathus,eſt celſa mihi Paphos,atq; Cythera.
Ouidius.
Piſcoſamq; Gnidon,grauidãq; Amathũta metallis.
Inde fit Amathunteus,tea,teum,pe.pro. Idẽ lib.x.
Luctanteis uitulos Amathunteas q; bidenteis.
Similiter Amathuntius,tia,tium. Ver.in Ciri.
Nam te iactari non eſt amathuntia noſtri.

Amathuſa,Cyprus ipſa dicta eſt.Ce.

Amator,& in bonam & in malam partem accipitur. In bonam Cicero ad atticum. Bibliothecam tuam caue cuiquam deſpondeas,quamuis acrem amatorem inueneris.In malam,ut amator mulierum. Amator, qui procliuus eſt ad amandum naturaliter,amans, ex cauſſa amat. Amator fingi poteſt, amans uere amat.

Amatorculus,diminutiuum Plautus, Nam qui ſedulò munditer nos habemus, uix ægre amatorculos inuenimus.

Amatorie,aduerbium,quod eſt ad ſimilitudinẽ amãtis.Etiã amatorie dicta fuit una ex Muſis, quæ Erato Græce dicitur. Ouid.
Vilis amatorie,uilis mihi candida Clio.

Amatorium,ſubſtantiuum,genus quoddam ueneni, amorem uel inſaniam ingerentis, quæ & philtra Græce dicimus.

Amatorius,ria,rium,quod ad amorem pertinet. Vnde carmina amatoria.

Amauroſes,Latine dr̃ oculorũ obſcuritates,quũ ſine ullo euidenti uitio lumen eripitur,ſicut hẽtudo.

Amaxa,plauſtrum in cœlo,id eſt, Septẽtriones,quia ſimile plauſtri uidetur. Septentriones uero,uide in dict. Septentriones.

Amaxei, ſiue Amaxariei,aurigæ moderatoresq; uehiculorum. Nam Græci ἄμαξαν currum adpellant. Et quod nos Septentriones in cœlo uocamus, illi amaxan uocant,quia ſimile plauſtri hoc ſidus uocatur. Scribit Iulius Capitolinus,quòd Maximinus amaxas manibus attra ceret,rhedam onuſtam ſolus moueret.

Amaxobii, populi inter Sarmatas, qui & ipſi nomẽ acceperunt à plauſtris,quæ habent pro ſedibus, & in quibus uitam degunt.Interdum nimia hyemis tẽpeſtate demerſis in humum ſedibus, ſpecus habitantes,totum bracchati corpus, & niſi qua uident,ora ueſtiti. Amaxan enim Græci plauſtrum, & βίον uitam dicunt.

Amaxitus, locus eſt in Troade,poſtea Crebena dicta

Amazones, penul.correp. Scythicæ fœminæ iuxta Tanaim primum inhabitantes, deinde ad loca iuxta Thermodoonta fluuium deuenerſit, quæ magnam Aſiæ partem occupauere. Dictæ Amazones, eò q mammis carrant. Ab α, ſine, & μαζός mamma. Mos enim fuit Amazonibus, Interfectis maribus quos genuiſſent, ſeruare fœminas, earumq́; infantium mã mas dextra inurere, ne impedimento ſint ad pugnã conſerendam, & ne ſagittarum iactus impediatur. Vel Amazones ab α, & μαζα, id eſt, pulte ſeu pane quaſi ſine pane, eo quòd non pane veſcerentur, ſed carnibus. Alii ab ἅμα & ζῆν cum adſpiratione in principio, tãquam in commune uiuentes, dictas putant. Harum regio Amazonia dicitur. Aliæ fuerunt Amazones, quæ in aphrica floruerunt, quæ ob id libyæ dicuntur, de quibus ſcribit Diodorus lib. iiii. q̃ olim aduerſus Gorgonidas fœmineſi duxerunt exercitum, eaſq́; occiderunt. De his Aeſchylus tragicus in Prometheo ita ſcribit. ἀμαζόνων στρατὸν ἥξεις στυγάνορα αἳ θεμίσκυράν ποτε κατοικιοῦσιν, id eſt, Interim Amazonum exercitum conſtituis triſtẽ viſu, quæ Themiſcyram quandoq́; inhabitarunt. Euſtathius multa in commẽtariis Dionyſii Libyci. Sed Stephanus Bizantius, in lib. de Populis & vrbibus, aliam rationem dicit quur uocentur amazones. Ait enim ἀμαζόνες δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῆς νύμφης ἀμαζονίδος θυγατρὸς τῆς σαμόρνης, id eſt, Amazones vero adpellatæ ſunt à Nympha Amazonide, filia Samornæ, & multa alia. Alii ab Amazone puella, Dianæ ſacerdote, & regina Epheſi.

Ambactus, circumactus, circunductus, & lingua Gallica ſeruus adpellatur. Cæſar libro ſexto. Eorum ut quiſq; eſt genere copiisq́; ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos, clienteisq́; habet.

Ambages, pen. prod. ſignificat uerbórum circuitus. Vergilius libro ſecundo. Georgicorum,

Non hic te carmine ficto,

Atq; per ambages & longa exorſa tenebo.

Ambagioſus, ſa, ſum, quod abundat ambagibus. Gel. Neq; præcepta dicunt, ſed lubrica atq; ambagioſa coniectatione nitentes inter falſa & uera.

Ambaruualis, ex ambio & arualis, quod ab aruis eſt, componitur ſacrificium dicitur quòd arua ambiat victima. quod fiebat de porca grauida. Vergilius,

Terq; nouas circum felix eat hoſtia fruges.

Feſtus tamen ab ambo uidetur compoſitionem deducere, dicens, Ambaruales hoſtiæ adpellabantur, quæ pro aruis à duobus fratribus ſacrificabantur.

Ambegni, à veteribus bos & ueruex adpellabantur, quum ad eorum utraq; latera agni in ſacrificium ducebantur. Cornucop.

Ambeſus, penultima producta, uide in dictione Edo

Ambeſt, ab eſt, tertia perſona quod ſignificat circum eſt, nullamq́; aliam habet declinationem. Cc.

Ambiani, ſiue Ambianenſes, populi ſunt Galliæ Narbonenſis comatæ, quos Plinius libro quarto Belloυacis coniungit.

Ambidentes, oues dictæ à veteribus inueniuntur, quæ & bidentes.

Ambidexter, dicitur, qui ita læua manu vtitur ut dextra. Græce ἀμφοτεροδέξιος. Hieronymus contra Iouinianum, Aioth ille iudex ἀμφοτεροδέξιος, id eſt ambidexter. Hic etiam Sæua dicitur à Latinis. Scribit Albertus libro ſecundo de animalibus cauſſam propter quam quis agilior ſit ſiniſtra quàm dextra quia videlicet hæpar & cor virtutes ſuas mittunt in ſiniſtrum latus, & à dextro remouentur.

Ambigo, gis, penulti. correp. ex am, & ago, proprie ſignificat circumago, circundo. Auguſtinus, Quibus muris ambigere? Vnde ambactus, & ambages. Item ambigere, eſt, dubitare. Vnde ambiguum. Itẽ diſcordem eſſe litigare. Terent. in Heautont. Simo & Crito vicini noſtri hic ambigunt de finibus, mẽ accipere arbitrum. Hinc

Ambigue, aduerbium dubie.

Ambiguum, dubium, quod in ambas agi parteis animo poteſt. Licet & de pluribus intelligi quandoq; poſſit. Cic. li. i. ad Heren. Ex ambiguo controuerſia naſcitur, quum ſcriptum duas ſententias aut plures ſignificat, hoc modo. Tullius meus hæres Terentiæ vxori triginta pondo vaſorum argenteorum dato, quæ volet, poſt mortem eius precioſa vaſa & celata magnifice petit mulier. Filius ſe quæ ipſe uellet in triginta pondo ei debere dicit. Conſtitutio eſt legitima ex ambiguo.

Ambio, bis, biui, vel bii, bitum, ex am, & eo, is, permutationem e, in i, & b, Interpoſita, ſignificat proprie circuo, concludo. Verg.

Quæ rapidus flammis ambit torentibus amnis.

Iulius firmicus. Pompeii poſt tot triumphos ad Nili fluminis ripã ceruices inuictas & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat. Per tranſlationem uero ambire ponitur pro blandiri, interpellare circumuenire. Vergilius libro quarto.

Quo nunc reginam ambire furentem

Audeat affatu, Quoniam uero Romani, dum honores & magiſtratus quærerent, circuire ſingulos ſolebãt, prenſare dextras, rogareq́; ut ſe ſuffragiis adiuuarent, factum eſt ut ambire capiatur pro honores quærere, Interdum etiam ſignificat ſimpliciter deſyderare. Hierony. ad Damaſum. Campenſes eſi Tharſenſibus hæreticis copulantur. Nihil enim aliud ambiunt, quàm ut autoritate communionis noſtræ fulti, treis hypoſtaſes cum antiquo ſenſu prædicent. Auguſtinus libro octauo. Confeſſionum. Quæ o te omnibus iſtis laboribus noſtris quò ambimus peruenire, quid quærimus? Terentius uero in andria, Niſi vides, niſi ſenis amicos ores, ambis, id eſt, nihil agis. Et ambire, ſignificat rogare. Horatius lib. Carminũ.

Te pauper ambit, ſollicitat te ruris colonus.

Ambitio, circuitio. Ambroſius. Sinus in quo Chriſtus requirſcit nõ corporis gremio præparatur, nec ueſtimentorum ambitione componitur, ſed uirtutũ operatione colligitur. Sumitur & pro honorum & laudis immoderata cupiditate. Et (vt ait Donatus) eſt magnarum rerum deſyderium & adeptitus. Eſt enim in animo. Quamuis etiam ipſa ambientis actio Ambitio dici poſſit. Quintil lib. primo. Et licet ipſa

uitium

vitiũ ſit ambitio, frequẽter tamẽ cauſſa virtutũ eſt.

Ambitioſus, qui immoderate adpetit honores, & miſericordiam fauorem'q; impartit. Quintil. libro primo, Non ſum ambitioſus in malis, nec lachrimarũ cauſſas augere volo, utinam eſſet ratio minuendi. Ouidius libro tertio de Ponto,

Sed tamen hoc factis adiungo prioribus vnum.
Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis.

Ambitus, ta, tum, pe. pro. participiũ, circuitus. Ouid. Iuſſit & ambitæ circundare littora terræ.

Ambitus, bitus, penultima correpta, nomen, proprie circuitus Lucanus lib. i. Letaliſq; ambitus urbi. Dicitur & ambitus, locus inter vicinorum ædificia, duorum pedum & ſemis, ad circũeundi facultatem relictus, ex quo honoris ambitus dici cœptus eſt. Salluſt. Legibus ambitus interrogati pœnas dederát. Eſt enim ambitus crimen adfectati honoris. Nã qui uera virtutis via ad honorem adſpirare non poteſt, is ambitione contendit, quæ (vt inquit Salluſtius) multos falſos fieri coegit. Hinc latæ leges ad ambitum puniendum, qualis lex Calphurnia. Capitur interdum pro ſpecie quadam fauoris & captatione miſericordiæ. Quintil. Si iuuenis innocentiſſimus, iudices, vti uellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis, poterat allegare vobis amiſſam in oculis omnium cogitationum temeritatem, id eſt, miſericordiam captare ex commemoratione malorum. Et ambitus dicitur quod Græci periodon vocant, quum ſententia certa quadam deſcriptione definitur. Sed hæc conſtat ex membris quæ cola dicuntur, & exſis, quæ commata.

Ambo, ex Græco ἄμφω uidetur deductum, & non dicitur, niſi quando præceſſerint duæ dictiones. ut, Plato & ariſtoteles ambo philoſophi. Vel quũ hæc dictio duo. vt, Vidi duos hoſes, ambos mihi amicos. Vel quum de his loquimur q̃ tantũmodo ſunt duo. ut, Perdidi ambos oculos, & ambas manus.

Ambracia, vrbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab ambrace rege. Hic auguſtus Nicopolim à victoria nominauit. fuit hæc ciuitas ornatior reliquis ciuitatibus. Hinc ambraciensis, & ambraciotes, ſiue ambraciota. Vnde Theombrotus ambraciota dictus eſt, qui quum Platonis librum de Aeternitate animarum perlegiſſet, præcipitem ſe dedit in mare.

Ambrices, penul. correp. ſunt tegulæ, quæ tranſuerſæ aſſeribus & tegulis interponuntur, inquit Feſtus, Vbi per aſſeres canterios etiam intelligibus. Imbrices uero tegulæ, quibus incuruis domus tegitur.

Ambrones, gentes quædam Gallicæ, quæ ſubita inundatione maris, quum ſedes ſuas amiſiſſent, rapinis ſe alere cœperunt. Hos cũ Cimbris Teutoniciſq; Marius deleuit. Hinc tractum eſt, ut turpis uitæ homines ambrones dicantur.

Ambroſia, Latine immortalitas dicitur, ab α, priuatiua, & βροτὸς mortalis, uel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent efficerentur immortales. Sed μ, interponitur ad Euphoniam. Fabulæ ferunt eſſe Deorum cibum, Nectarq; potionẽ. Ex quo illud Epigrammatiſtæ.

Iupiter ambroſia ſatur eſt, & nectare viuit.

Cicero libro primo. Tuſculanarum quæſtionum. Non enim ambroſia Deos, aut nectare, aut iuuentute pocula miniſtrante lætari arbitror. Dioſcorides ambroſiam uocat artemiſiam, cujus uerba ſunt hæc, ἀμβροσία πόα ἐστί, ἣν ἔνιοι βότρυν, οἱ δὲ ἀρτεμισίαν καλοῦσιν, id eſt, ambroſia herba eſt, quam nõnulli botryn, alii artemiſiam vocant. Alii apium ſyluaticum. Plinius, Botryn uocat odore non iniucundo. idem ſcribit herbam eſſe vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem.

Ambroſius, proprium nomen diuinus ſeu immortalis dicitur. Eſt & adiectiuum Ambroſius, ſia, ſium, pro immortali. Vergilius,

Ambroſiæq; comæ

Ambrum, gemma nigri coloris.

Ambryſus, pen. correp. nomen, eſt duarum vrbium, quarum unam Strabo locat in Phocyde, alteram in Bœotia. Quidam etiam amphryſum recte dici adfirmant. Pauſanias ambroſon quandoque uocauit, ab heroe ſumpto nomine.

Ambubaiæ, ſunt (Porphyrione autore) mulieres vagæ ac viles, quibus nomen ab ebrietate balbutientium verborum videtur eſſe inditum. Nonnulli ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putát dici. Horat. Ambubaiarum collegia pharmacopolæ.

Ambulacra, penulti. produ. ambulationes ſunt, id eſt, actus ambulandi. Et aliquando dicuntur ſpacia ad ambulandum, ubi commode ambulari poteſt, ſatietatem propulſandam.

Ambulatio, ambulandi actus, & locus ad ambulandum, vel per quem ambulamus. Columella, ambulationes meridiorum equinoctiali ſubiectæ ſint, ut hyeme plus Solis, & æſtate minimum recipiant. Huius diminutiuum eſt ambulatiuncula. Cicero. Cum vna me hercle ambulatiuncula, atque vno ſermone noſtro, omneis fructus prouinciæ non confero.

Ambulator, qui huc & illuc ambulat. Columel. Villicus (ut ait Cato) ambulator eſſe non debet.

Ambulo, las, notæ ſignificationis eſt. vt, Qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. Aliquando ambulare, eſt animi cauſſa ſe exercere. Plautus. Abiit ambulatum, id eſt, abiit ut ſe exerceat animi cauſſa. Huius compoſita ſunt Obambulo, q̃ eſt, aſcendo. Anteambulo, ante alios ambulo. à quo anteambulones dicti ſunt ſtipatores & ſatellites, qui honoris gratia aliquem comitando principem ſolent præcedere. Suetonius in Veſpaſiano Dum eum identidem per contumeliã anteambulonẽ fratris adpellat. Mart. Sum comes ipſe tuus tumidiq; anteambulo regis. Deambulo, vide alibi. Inambulo, ſpacior. Et proprie Inambulare eſt Peripateticorum, qui deambulantes diſputare conſueuerunt. Obambulo, aduerſus alios ambulo, & quaſi ambulanti me oppono. Perambulo, per aliquid ſiue ad finem uſq; ambulo.

Amburo, penultima producta circumuro. Plautus in Epidice. Nam ille quidem Vulcani irati eſt filius, quaquà tangit, omne amburit, ſi propius adſtes, æſtu calefacit.

Amecum, & ameca, pro amico & amica, antiqui dice
bāt. Laberius in lacu auerno, mulierem fuiſſe ame-
cabundam ſcripſit, hoc eſt, amantem.

Amella, herba quæ naſcitur iuxta Mellam Galliæ
fluuium, à quo nomen accepit. Amellus flos eius.

Amen, dictio Hebræa, quàm nos fideliter ſecundum
aquilæ interpretationē dicere poſſumus. Deductū
aduerbium ex nomine fidei. Secundum vero ſeptua
ginta interpretes idem eſt ac ſi fiat diceremus. Vnde
in fine librorum (in quinq; ſiquidem pſalteriū apud
Hebræos diuiſum eſt) fiat fiat tranſtulerunt, quod in
Hebræo legitur amen amen, quo ea vere quæ ſupra
dicta ſunt memorentur. Vnde apoſtolus adſerit, nō
poſſe aliquem reſpondere amen ad ea q̄ dicta ſunt,
niſi intellexerit prædicationem.

Amens, qui à mente ſua diſceſſit, hoc eſt, qui ſine con-
ſilio animoq; eſt, quo ſapimus. Lucretius,
Conſilium quod nos animum mentemq; vocamus.
Hinc amentia. Terentius in andria. Quur meam ſe-
nectutem ſollicito huius amentia? Quidam Demen-
tem ab amente ita diſtingunt, quod Demens ſit, qui
nō cogitat quid agat aut loquatur, amens, qui pror
ſus inſanit.

Amentum, omne ligamē ſignificat. Plinius, Corneliæ
Graecchorū matri ſedens ſtatua poſita fuit, ſoleiſq;
ſine amento inſignis, in Metelli publici porticu.
Amentum etiam dicitur lorum quo media haſta re
ligatur, ut iaci longius poſſit. Sylius lib. xiiii.
Haſta iuuatur amento.
Hinc amentatas ſoleas, & amentata iacula dicitur.
Et amentare apud Lucanum, pro iacere, aut circun-
dare, aut amento munire.
Iaculum amentauit habena.

Ameria, ciuitas in Vmbria, ante Perſicum bellum an-
nis non gentis ſeptuaginta quatuor condita. Ibi fie
bant ſalices amerinæ dictæ.

Amerimnos, quaſi ſine cura & ſollicitudine, ἀμεριμ-
νία enim ἡ ἄνεσις id eſt, requies dicitur, tranquil
litas, indolentia.

Amarinæ, penult. produ. ab amerino Italiæ oppido,
vbi plurima erat ſalix amerina, quam nunc vulgus
agnumcaſtum appellat.

Amerinum, oppidum Italiæ cuius crebram in Roſcia
na facit Cicero mentionem. Vnde Amerinus, na,
num, Vergilius.
Atq; amerina parant lentæ retinacula uiti.

Ames, amitis. Maſcul. gener. Pertica aucupalis. Hora
tius in Epodo. aut amite leui
Parua tendit retia.
Palladius. Nunc in amitibus adparetur aucu-
pium noctuæ.

Amethyſtus, cū duabus adſpirationibus & y, pſilo,
gemma purpurea eſt, à colore uiolæ dicta quaſi mi
nime ebria. Ab α, priuatiua particula, & μεθύειν
ebrius. ſiue μέθη ebrietas, tanquàm amethyſtinus
color ſit ſobrius Ratio nominis eſt, quòd quū vſq;
ad vini colorem accedat, prius tamen quàm id de-
guſtet in violam deſinit. Fulgor in ea purpuræ eſt,
non ex toto igneus, ſed in vini colorem deſinens, &
viole ſimilis. Hinc amethiſtinus, na, num, pen. corr.
vt amethyſtina ueſtis. Plinius, amethyſtinū colorem
dicimus, q inuiola, & ipſe in purpureū micat, quē q;
Ianthinum adpellauimus. Amethyſtos etiam genus
vuæ quoniam (vt ait Plinius) ſobria ſit, & temulen-
tiam ſola non facit.

Amethodi, uide in dictione Methodici.

Ametor, pen. produ. Latine dicitur qui caret matre.

Ametria, immodeſtia, ab α, priuatiua, & μετρέομαι
καὶ τό μέτρον.

Amice aduerbiū, quod amicus facit, vel facere debet.

Amici, num, penult. produ. viris pediculus, ex quo vi
num diffunditur.

Amicio, cis, penultima correpta ciui, ciitum, vel ami
xi amictum vnde Amictus. Eſt autem amicire veſti
re. Horatius.
Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis.
Huius cōpoſita ſunt Examico, & Circūamico. Pſal-
miſta, Circūamicta varietatibus. Veteres amicibor
dicebant. Plautus, Subnixus alis me inferam atque
amicibor glorioſe.

Amicitia, ab amicus fit, q̄ eſt ſtudiorū omnium volun
tatum q; conſenſus. Cuius contrarium eſt Inimici-
tia. Ennius, amicitiam atq; inimicitiam in fronte
promptam gero. Sed in frequentiore vſu inimici-
tiæ dicuntur.

Amictorium, veſtimentum puellare candidū & ſubti
liſſimum ex lino. De quo Martialis,
Mammoſam metuo, teneræ me trade puellæ.
Vt poſſint niueo pectore lina frui. Ce.

Amictus, cta, ctum, participium, idē quod veſtitus.
Cicero libro ſecūdo, Philippicorum. Sedebat in ro
ſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella
aurea coronatus.

Amictus, ctus, veſtis quæ ſuperponitur aliis veſtib⁹,
quaſi pallium. Tibullus,
Fruſtra iam veſtes, fruſtra mutantur amictus.
Sunt qui amictū accipiant ꝓ ueſte magis interiore.

Amicula diminutiuum ab amica. Plinius, Miſerat
etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam.
Suetonius in Caligula. Quoties vxoris vel amiculæ
collum exoſcularetur.

Amiculatus, dicitur à Solino, indutus amiculo.

Amiculus, diminutiuum ab amicus. Horatius in Epi-
ſtolis Diſce docendus adhuc quæ cenſet amiculus.
Hæc diminutiua plena blanditiarum & amoribus
accommodata ſunt.

Amicus, ab amando dicitur, & honeſta in re eſt. Eſt
enim qui amat, & indiſſolubili familiaritatis iure.
coniunctus. Paulus Iureconſultus, amicos adpella-
re debemus, non leui notitia coniunctos, ſed quibus
fuerint iura cum patrefamilias, honeſtis familiari-
tatis quæſita rationibus. Huius contrarium eſt Ini-
micus. Amica quando ad virum refertur inhoneſta
in re eſt, quaſi concubina. Tu vere non amicus es,
ſed amator eius, quoniam amator eſt, qui ad tem-
pus & Venereē amat, & amor huiuſcemodi ama-
tio dicitur. Terent. Here putaui hunc Pamphilum
amicum amatorem virum, Donatus. Amicus animi

eſt, amator corporis, amator ad tempus, amicus in perpetuum. Plautus, nimis pene inepta atq; odioſa eius amatio eſt.

Amicus, ca, cum, ſi iungitur cum re inanimata, ſignificat utile ſiue gratum. ut amicus pratis humor, amica frugibus æſtas, amicum plátis ſidus. Hinc fit comparatiuũ amicior nõ amicitior, ſuperlatiuum amiciſſimus. Item amice, amicius, amiciſſime. Sic Inimicus, Inimicior, Inimiciſſimus.

Aminæ ſi, genus uitis à regione Aminæa dictum. Ná aminæi fuerunt, ubi poſtea Falernus. Aminæa uua; & aminææ vites. Vergilius. Sunt & aminææ uites firmiſſima vina. a regione autem ita uocabantur, ut Macrobius teſtatur. Quod facit vt mirer Seruium tantum Grammaticum ſcripſiſſe Aminæum dictum, quaſi ſine minyo, hoc eſt ſine rubore, quoniam natura album eſt.

Amiſon, pen. produ. ciuitas Ponti nobiliſſima.

Amita, penultima correpta patris mei ſoror, quia ſimiliter à me tertia ſit, atq; auia uideri poſſit. Vel quà patre meo amata eſt. Nam plus ſorores à fratribus, quam fratres diligi ſolẽt, propter diſſimilitudinem perſonarum, quæ ideo minus diſſenſionis habent, quò minus æmulationis. Maior amita dicebatur, aui & auiæ amita, ſicut & maior auunculus, aui & auiæ auunculus.

Amiternum, vrbs Campaniæ, ex qua Criſpus Salluſtius natus perhibetur.

Amitini, penultima producta, dicuntur qui ex ſorore & fratre propagantur.

Amitto, dimitto, ſeu abire permitto. Plautus in Captiuis, Filius meus illic apud vos ſeruit captus aulide, cum ſi reddis, mihi præterea vnum nummum ne duis. Et te & hunc amittam hinc alio pacto abire non potes. Ouidius de Ponto,
Nec nocet amiſſo ſubdere calcar equo.
Id eſt, Laxis habenis abire permiſſo. Item amittere, ſignificat perdere. Salluſtius, Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus, quia bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia fortitudo uocatur. Item amittere, aliò mittere. Terẽtius in Heauton. Et prius pecuniam omnem quàm abs te amittas filium, hui quantam feneſtram ad nequitiam pateſeceris. Item cognoſcere. Idem in Eunucho. Vnam hanc noxam amitte, ſi aliam admiſero vnquam, occidito. Item adimere. Plaut. in aſi. Quur ergo minitaris te tibi uitam eſſe amiſſurum?

Ammathycа. Nympha eſt quaſi per arenam currens, ἄμμος harena, θέω curro.

Ammon, Græci arenam uocant. Vnde & frequens illud apud eos prouerbium de iis qui fruſtra laborát in re difficili, ἄμμον μετρεῖν .i. arenam menſurare. In templo Iouis ammonis aræ erát, vbi ſub arietis forma Iupiter colebatur, quę hoc modo tradunt inſtitutum. Quum Liber patre per deſertum Libyæ exercitum duceret, vniuerſa iam aſia deuicta, & ſiti admodum laboraret, imploraſſe à patre auxilium dicitur. Quo facto, adparuiſſe ei extemplo arietem. Quem dum fugientem perſequitur, perueniſſe illo duce ad fontem amœniſſimum. Quapropter deſyderio potitum, exiſtimaſſe arietem illum fuiſſe Iouem eiq; templum miræ magnitudinis in arena cõſtituiſſe, & deum vocaſſe ammonem, hoc eſt, Iouem arenarium. Sunt qui dicant lingua Aegyptia ammon Iouem dici, hinc corrupto nomine ammonem vocitatum. Alii tradunt ammonem dictũ ab ammone quodam paſtore, qui primus illic templum ædificauit. Suidas, Ἄμμων ὄνομα θεοῦ ἑλληνικοῦ. Ἀριστοφάνης ὀρνίθεσιν, ἐσμὲν δὲ ὑμῖν Ἄμμων, Δελφοὶ Δωδώνη, Φοῖβος Ἀπόλλων, ταῦτα μαντεῖ' ἐλθόντες γὰρ πρῶτον ἐπ' ὄρνις οὕτω πρὸς ἔργα τρέπεσθαι. id eſt, Ammon nomen Dei Græci. Ariſtophanes in auibus. Sumus vobis ammon Dodona delphi, Phœbus apollo. Hæc vaticinia, quum veniſſent enim primum ad augurium, ſic ad opera redire.

Amon, nomẽ viri primum Regum undecim interpretatur populus eius.

Ammonitæ, populus, & interpretatur habitacula, ſiue afflicti, aut delinquentes, vel reſpondentes.

Amnenſes, vrbes propè amneis ſitæ, ut à mari maritimæ.

Amneſta, cum accentu in penul. Latine præteritorũ obliuio dicitur in perpetuum, quaſi lex obliuionis, μνησία memoria dicit, ab μνήμη memoria, & μνάω, à quo ἀμνησέω, id eſt, immemor fio obliuiſcor.

Amnicus, a, um, ſignificat fluuiale, vt ſtipes amnica, apud apuleium.

Amnis, fluuius, ab am, circũ, & natare fluere, quoniã flexuoſo meatu labit. Vel ab ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideoq; cornuta pinguntur. Tamen ego credo quòd potius à Græco deducatur, quum & Callima. dicat ĩ hymno Dianæ, δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας. id eſt Da mihi famulas amniſias viginti Nymphas. Quamuis interpres Callimachi Ita ſcribat, ἀμνισὸς ποταμὸς Κρήτης, ἀφ' οὗ Κρητικάς, id eſt, Amniſus fluuius Cretæ, à quo Creticas.

Amodo, cum accento in antepenultima ſignificãt poſthac. Apuleius, Nemo me ámodo tam mane egredientem ſolum uidebit. Siue ab hoc tempore, ut in Euangelio, Si me cognouiſſetis, & patrem meum cognouiſſetis, & ámodo cognoſcetis eum.

Amœbæus, in prima eſt œ, & in ſecunda eſt æ. diphthongo, genus carminis, in quo qui canunt, utuntur æquali numero verſuum, & ita ſe habet ipſa reſponſio, ut aut maius, aut contrarium aliquid dicat, ut eſt apud Vergilius. in Bucolicis
Vis ergo inter nos quid poſſit uterque uiciſſim Experiamur?
Quoniam ἀμείβομαι eſt ad Inuicem reſpondeo, retribuo, & migro, & plura ſignificat, Inde ἀμοιβαῖος mutuus, viciſſitudinarius.

Amœno, nas, delectatione adficio. Cyprianus ad Donа. Et dum in arbores & viteis quas videmus, oblectante proſpectu oculos amœnamus animã ſimul & auditus inſtruit, & paſcitur obtutus.

Amœnum, eſt æ, diph. locus uoluptatis. Componitur ab a, id eſt, ſine, & munus, quod ſit res grata, ſed ſine

fructus. Vel (ut inquit Seruius) à mœnio, munio, uel froctum capio. Vnde qui nihil præſtant, Immunes vocantur. Feſtus ab amo deriuat, quum ait, Amœna loca dicuntur, quę ad ſe amanda alliciunt. Hinc amœnitas, & Amœnitudo.

Amolior, liris, ex a & molior, quod eſt à mole, ſignificat amoueo, & proprie de his dicitur, quæ cũ magna difficultate ſubmouentur. Teren. per tranſlationem in And. pro recede poſuit. Proinde hinc uos amolimini, nam mihi impedimento eſtis. Admolior, cum d, ſignificat ſupra pono.

Amomum. penul. prod. arbor eſt (ut Plinius libr. xii. ſcribit) forma è uite labruſca, frutice uenoſo, palmi altitudine, herpæ foliis ſimilis bryoniæ, & triplex eſt, Armenicum, medicum, ponticum. Aetius tamen Amelinus inſignis medicus, ita ſcribit, ἄμωμον ἔοικε τὴν δύναμιν ἀκόρῳ, πλὴν ὅτι ξηρότερον ἐστὶ τὸ ἄκορον, πεπτικώτερον δὲ πὰρ τὸ ἄμωμον. hoc eſt. Amomum uiribus acoro ſimile eſt, ſed ſiccius acorum, digeſtiuum uero magis eſt amomom.

Amor, plus eſt quàm beneuolentia, licet plerunq; p eodem accipiantur. Ex amore enim naſcitur beneuolentia, ſicut oſtendit Cicero, Amor enim (ex quo amicitia nominata eſt) princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Differt enim amor à charitate, quòd Amor ſit genus, charitas ſpecies. Ille ad oẽs pertinet, hæc ad homines tantum. Amor ſingulari numero, plerunq; honeſtus eſt, ut Amor fraternus, Amor patris in filium. Cicero, Incenſus ſum amore incredibilium uirtutum tuarum. Poteſt tamen & in Veneream partem accipi, & tunc (ſecundum Auguſtinum) cupiditas aut libido uocatur. Verg.

Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; uolucres,
In furias ignemq; ruunt, amor omnibus idem.

Amor (inquit Plautus) melle & felle fœcundiſſimus eſt, guſtu dulce dat, amarum ad ſatietatem uſq; aggerit. Amor formæ (ait Seneca) rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus, fœdum, minimeq; conueniens animæ ſoſpiti uitium, turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. Amores uero plerunq; laſciui ſunt, licet quandoq; etiam de honeſta uoluptate dicantur. Cicero lib. i. offic. Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti vides, quæ ſi oculis cerneretur, admirabiles amores ſui excitaret. De laſciuio, Hiero. de Salomone loquens, Amoribꝰ inquit, fœminarum infatuatur. Amor item pro Cupidine (quem ueteres Deum amoris eſſe putauerunt) accipi ſolet. Propertius,

Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit amorem.

Amorrhæi, populi dicti ſunt ab Amor patre Sichem uel ab Amorrheo filio Canaam.

Amorphus, Latine dr̃ informis, ſine forma, ἄμορφος

Amoueo, ues, penul. corre. id eſt, de alio moueo, ſiue remoueo. Plautus in Amphitryone per tranſlationem, Amoui à foribus maximam moleſtiam, id eſt, abegi, ſiue abire compuli, quia prius dixerat, Abigam ego iam hunc uenientem ab ædibus. Quo item modo Terentius in Adelp. is uſus eſt,

Ego hunc amouebo.

Ampelomelæna, uitis nigra, quam alii brioniam, alii chirinianã, alii cynechantem, aut aproniam uocant.

Ampelos, Græce vitis, uel uinea, cum accentu in antepenultima. Tamen ἀμπελόλευκη ampeloleuce, uel à qualitate coloris, uel q; eius radix contrita & corpori infricata, teneriorem & cãdidiorem cutem reddat. Nam & ſuccus baccarum eius lac uberibus ſiccis reddit.

Ampelos agria, labruſca, id eſt, uitis agreſtis.

Ampelus, penul. prod. inſula ſeu promontorium eſt (ſicut ſcribit Strabo) in ſamo, ex aduerſo Drepani montis Icarii. Sed & iuga omnia, quæ totam Samum faciunt montoſam, eodem nomine uocãt (ut in Samo) Apelos.

Amphi, Latine circum, ſiue undiq;, aut utrinq; ſignificat, & inde multa componuntur.

Amphibia, animalia in terris uel in aquis uiuentia. Amphibion Græci dicunt quod eſt duplicis uitæ. Columella lib. ix. Venio nunc ad aues, quas Græci uocant ἀμφίβια, quia non tantum terreſtria, ſed aquatilia quoq; deſiderant. Ab ἀμφί, καὶ βίος uita, q; in ambobus elementis degant. Ambro. Quin etiam quũ pleraq; pedes habeãt, & ambulãdi uſum eo q; ſunt amphibia, quæ uel in aquis uel in terris uiuant, ut ſunt phocæ, crocodili, equi fluuiales.

Amphibolia, penul. correp. ambiguitas.

Amphibologia, penultima producta, dubiũ dictũ. Figura quæ fit uitio cõpoſitionis, quũ in ambiguo poſita eſt ſnĩa. Et modo fit per accuſatiuum, ut,

Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Modo per uerbum commune, ut quum dicimus, Cato iniuſte criminatur. Incertum eſt enim an ipſe ab alio criminetur, an ipſe alium. Modo per participium, ut, Vidi ſtatuam auream haſtam tenentem. Modo per homonyma, ut ſiquis dicat aciem, nec exprimat oculi, uel gladii, uel exercitus. Poteſt etiã fieri aliis modis. Componitur q; ex ἀμφί, & λογία ſermocinatio, quaſi ſermo ille ſententiam dubiam indicet.

Amphibolum, penult. correp. ambiguum dicitur. Ex ἀμφί undiq;, & βουλή conſiliũ, ſenatus, conſiſtorium. Vel ex ἀμφί καὶ βάλλεσθαι, id eſt, utrinque percutit, ut Theodorus Gaza in quibuſdam locis Homeri.

Amphibrachus, penultima correpta, pes eſt ex prima & ultima breuibus, media producta. Sic dictus, q; in utraq; parte breuem habeat, βραχὺς enim breuis dicitur, ut, Cupido.

Amphicyrtos, dicitur Luna, utrinq; gibbis prominẽtibus, hoc eſt, quum in Solis triquetro circulo ſemiambitur.

Amphilochus, penul. correp. philoſophus atenienſis qui de agricultura ſcripſit.

Amphilogos, ſimiliter ſermo dubius dicitur.

Amphimachus, penultima correpta, uiri nomen proprium.

Aphimacrus, & amphimacer, penultima correpta, pes ex tribus ſyllabis conſtans, prima & ultima longis, me

gis, media correpta, vt, pallidi. Sic dictus, quod vtraque parte longam habet ſyllabam, μακρὸς enim longus Eſt enim contrarius amphibracho.

Amphimala, quod utraque parte ſint villoſa. Sicut amphitapetes erant tunicæ gauſapinæ, ex utraque parte pilos habentes, quæ & gauſapia dicebantur.

Amphimaſchala, ab axillis dicta ſunt, & impenuis dicata, ſicut heteromaſchala ſeruitijs, autor Iulius Pollux, Nam ex altera tantũ parte villoſum, heteromallon uocabant, & malloten.

Amphimerion, pen. cor. febris eſt quotidiana, & ex humoribus corruptis præſertim pituita coaleſcit. Ephimerinon vero unius diei febris eſt.

Amphinome. Nympha, à circumpaſcendo, quod fieri in aqua videmus, ἀμφὶ enim circum, & νομὸς paſcuum. Cornucop.

Amphion, pen. prod. Iouis & Antiopes, uel (ſecundũ aliquos) Mercurii filius, à quo ſuſcepta lyra adeò dulciter canebat, ut ſaxa ad ſtruendos muros Thebanos traxiſſe dicatur. Horatius,

Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis,
Saxa mouere ſono teſtudinis.

Quod ideo fictũ, quia eloquii ſuauitate homines rudes & incultis moribus, ad obſequii ciuilis pellexit diſciplinam. Quod idem Horatius expoſuit, Nam quum dixiſſet, ſono teſtudinis, addidit,
Et prece blanda.

Ferunt hunc inueniſſe Muſicam.
De Amphione libro primo Apollonius Rhodius in Argonauticis.

Amphippi, qui ſint, uide in dictione Deſultores.

Amphipolis, ciuitas qua Thraciam Macedonia cõtingit. Dicta quod eam Strymon amnis circumfluat.

Amphiro. Nympha, ab vndecunque fluendo, ἀμφὶ circum, ῥέω fluo.

Amphiſſa, nomen vrbis in Locris, ab Amphiſſa Macaris & Apollinis filia.

Amphitanæ, gemmæ ſunt, marginibus auro rutilantibus. Cornucopiæ.

Amphitapæ, ueſtes utrinque uillos habẽtes, ab ἄμφω, quod ſignificat duo Varro, Alterum bene acceptũ dormire ſub amphitapa bene molli.

Amphitoe. Nympha eſt circũquaque currens, ἀμφὶ, circum, θέω curro. Cornucop.

Amphiteatrum, penult prod. dici poteſt undique ſpectaculum, quod ex duobus theatris ſit factum. Nã duo theatra ſunt. Theatrum enim hemicli formam habet. Ponitur autem pro loco ſpectaculi, ubi pugnabãt gladiatores, θεάομαι ſpecto, ἐλλιπεῖ δὲ θέατρον, id eſt, Græce autem theatrum.

Amphitrite, tes, penul. prod. Oceani & Doridos filia quæ fingitur à poetis eſſe uxor Neptuni, & ſignificat mare. Ab ἀμφὶ circum, τρεῖν terrere. Mare enim circum ſe nauigantes pereundi terrore inſequitur. Heſiodus in Theogonia.

Amphithus, unus ex Caſtoris & Pollucis aurigis. Cornucopiæ.

Amphitryo. Alcmenæ Herculis matris coniunx. Ab ἀμφὶ circum, & τρίζω gemo, uel τρύχω vexo, quoniam hæc incurrit. Plau. tamen Amphitruo ſcribit, quia ueruſtiſſimi Romani peregrinas literas nõ admittebant, ut Phruges, pro Phryges. Vnde & patronymicum Amphitryonides à poetis dicitur.

Amphora, penultima correpta, genus uaſis uinarijs duas anſas habentis, ſic dicta, quod ex utroque latere capta feratur. Ab ἀμφὶ & φορέω fero, quod ſit uas portatile, & huc illucque feratur. Sunt autem Amphoræ, quas & Ceramia, & metretas, & Latine quadrantalia uocant. Aliæ minoris menſuræ, vt Italicæ. Aliæ minoris duplo, ut Antiochicæ. Cados autem à Græcis quoque pro amphoris quandoque acceptas fuiſſe ſcribitur. Nam & cadus Antiochicus amphoram capiebat Italicam. Apud Feſtum continebat congios octo, id eſt, ſextarios quadragintaocto. Sextarius vncias uiginti. Verum aliter ab aliis traditur. Quidam enim aiunt Amphoram capere quantum teſſera quoquò uerſus in area pedum quatuor. Pes ſedecim conſtat digitis. Duplex amphora modius eſt, quod Græce medimnus dicitur. Eademque triplex ſextariũ efficit. Sextarii dimidiũ cotula uocatur, & hemina. Quatuor uero ſextarii chœnica complent. Ita ſex congii, qui Latine chus dicitur. Inde forſitan ſextarii nomen, quòd eum ſexies congius capit. Scribit tamen Pollux cotulam, chœnicis eſſe tertiam partem, chœnicas quadraginta octo medimno contineri. Sed & hemina ſex impletur cyathis. Cyathi vero pondus ferè dragmæ decem, ſicut chybsphi quidecim cyathi pars quarta, miſtios huius tertia Cyamæ quæ duo cochlearia capit. Sunt & artabæ, quæ ternæ denos capiunt modios. Et omnium maximus culleus, quem uiginti amphoræ complent.

Amphorarius, qui mercedis gratia amphorá portat, quem Græci Amphoreophoron dicunt.

Amphoterodexios, Græce ἀμφοτεροδέξιος, id eſt ambidexter.

Amphryſius, penultima producta, fluuius Theſſaliæ iuxta quem armenta regis Admeti Apollo paviſſe traditur. Lucanus libro ſexto.

Qui flumine puro
Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi.

Hinc Amphryſiacus, ca, cum. Papinius.
Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi.

Eſt & nomen duarum vrbium, uide ſupra in dict. Ambryſus.

Amphyctiones, publicum Græciæ conſilium. Vnde decreta Amphyctionum citat Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte. Conſtabat autẽ Amphyctionum cõuentus ex ſeptem Græciæ ciuitatibus, ut docet Strabo lib. ix. Vnde autem Amphyctionum nomen deducatur, docet Dionyſius libro. xiiii. Amphyctionem Heleni filium cõmentum eſſe Amphyctionicum conſilium, cui ab ipſius nomine nomen indiderunt. Hinc Amphyctionicus, ca, cum, ut leges Amphyctionicæ, quibus ad concordiam colendam inuitabantur.

Amplector, cteris, amplexus, à quo Amplexor, xaris, frequentatiuũ, quod à Priſciano inter cõmunia numeratur. Eſt autem Amplecti, circumuectere. La

cilius, Quum amplexetur, qui uelut ego non ſint me amplectitur. Cicero pro Cluen. Autoritatem cenſo rum amplexator. Dicitur & Amplexor. Plautus in Ciſte. Anus ei amplexa genua. Eſt & Amplexus, xus, xui, nomen.

Amplio, plias, & Amplifico, cas, pro augeo, ſumuntur protraho. Cicero lib. iiii. ad Heren. Aut iſti hominem nefarium ampliaueritis. Liuius lib. iiii. ab vrbe cond. ſcribit, Poſthumiam virginem Veſtalē ampliatam, deinde abſolutam, pro collegii pōtificum fuiſſe ſententia, hoc eſt, per amplitionem in ſecūdā actionem interpoſita dilatione protractam, ut ſcilicet bis cauſſam dicere poſſet. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. Nam aut ſtatim ſententia dicebatur à iudicibus, ſi abſoluēdus eſſet reus, aut amplius pronſiciabatur, ſi uideretur eſſe damnandus. Et tunc iudices dicebant, Non liquet, hoc eſt, obſcura cauſſa eſt. Hinc Ampliatio naſcebatur, quę adpellata ab eo videtur, quaſi amplius dicendi pronſiciatio. Quia qui ampliatur interpoſita dilatione, rurſus ad agendam cauſſam redibat. De hac ampliatione intelligit Cicero tertia in Verrem actione, quum ait, Et ſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti ſibi turpe exiſtiment non primo iudicare. Idem pro Cinna, Quum ampliandi poteſtas eſſet, dixiſſe ſibi liquere.

Amplitudo (ut Cicero libro ſecundo, Artis ueteris ſcribit) eſt potentiæ aut maieſtatis, aut aliquarū copiarum magna abundantia.

Ampliuagus, ga, gum, penultima correpta, quod in amplum vagatur. Cicero libro quarto ad Herēniū, Ampliuagas imagines reddunt.

Amplius, aduerbium, ſignificat plus. Et quandoq; iungitur ablatiuo. Cæſar. cōment. vii. Ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. Quādoq; ad cuſatiuo. Vergilius,

Noctem non amplius unam Falle dolo.

Quandoq; nominatiuo. Cæſar cōment. quinto, Amplius octingentæ quæ uno erant tempore, à littore diſceſſerant.

Amplum, dicitur magnum, ſpatioſum, quod late patet, & per multa diffunditur, quaſi oī ex parte plus. Magnum dicitur, quod in cumulum ſui & magnitudinem creſcit.

Ampluſtre, & Ampluſtra, uel Ampluſtria, nauium ornamenta, ſed contra cōmunem corruptelam fine m, ſcribendum opinor, attentus deriuationi ab α. priuatiua, & πλέω nauigo, quoniam ſine gubernaculo illo puppis non fit per mare nauigandum. Præterea eſſet prima longa propter duplicem cōſonantē & ideo Cicero corripit in Aratea,

Nauibus abſumptis fluitantia quærere apluſtra.

Ita q; ad indigentiam nauigationis naui adhibētur. Feſtus, Nauium ornamenta, quæ quia amplius quā neceſſaria eſſent, etiam Ampluſtria dicebantur, ſic Apluſtra, uel Apluſtrea ſine m, & Prima ad placitū. Idem, Fulgent argoæ ſtellis apluſtria puppis.

Ampron, ἄμπρον Latine funiculus, qui per iuga iumentorum tenditur, aut quo trahi ferri'ue ſolent à iumentis onera. Verbū autem ἀμπρεύειν, proprie ſignificat iter curru facere. Per abuſionem uero trāſlatum eſt ad ueterina iumenta q;.

Ampulla, per duplex ll, olearii uaſis genus quo ī balneis utebantur. Apuleius in Floridis, Hippias prædicauit ampullam quoq; oleariam, quam geſtabat ſemet ſibi fabricatam. Cicero lib. iiii. de Finibus, Si ad illam uitam quæ cum uirtute degatur, ampulla aut ſtrigulis accedat, ſumpturum ſapientem eam uitam potius cui hæc adiecta. Ampulla et ā uas quo utebantur in itinere faciundo. Per tranſlationem dixit Horatius,

Proiicit ambullas & ſeſquipedalia uerba.

Pro eo quod eſt, uerba turgentia & ſufflata abiicit. Sunt enim ampullæ uentroſæ & turgidæ. Ampulla etiam uas uitreum. Suetonius in Domitiano, Prandebat q; ad ſatietatem, ut non temere ſuper cœnam præter Martianum malum & modicam in ampulla potiunculam ſumeret.

Ampullor, laris, ab ampulla, pro ſuperbio. Suetonius in Domitiano, Et ampullatur in arte.

Ampullacea, pyri genus. Cornucop.

Amputo, tas, penul. cor. circumputo, ſeu auſero. Hieronymus ad Euſtochium, Aliæ uirili habitu, ueſte mutata, erubeſcunt fœminæ eſſe quod natæ ſunt, crinem amputant, & erigunt facies eunuchinas. Idem in proſogo Iudith. Multorum codicum uarietatem uitioſiſſimam amputaui, ſola ea quæ intelligentia integre uerbis Caldæis inuenire potui, Latinis expreſſi. Hinc fit aliud compoſitū, quod eſt Perampuro, & ſignificat perfecte ſeu totum puto, incido. Columella libro octauo. Ferro quàm cautiſſime circūſecari oportet, ne dum amputatur, etiam quod infra eſt animal uulneremus. Id enim quum ſauciatur uenenatam ſaniē mittit, quæ repreſſum uulnus ita inſanabile facit, ut totum peramputandum ſit.

Amula, penul. correpta, genus uaſculi ad aquam geſtandam, quod religionis & expiandorum malorū gratia geſtatur. Dictum quaſi amola, ab amoliendis periculis. Huius diminutiuum Amulula.

Amuletum, penul. prod. omne genus remedii aduerſus cuncta mala medicamenta, & præſertim contra ueneficia putatur ualentiſſimum, à moliendo, non ab amula uaſe dictum. Plinius, Infantibus alligatur ſuccinum amuleti ratione formam uaſculi habens. Græci ἀποτρόπαιον hæc uocant, ἀπὸ τοῦ ἀποτρέπειν, quod eſt, amoliri, ſēmouere, depellere, dictio frequens apud Plinium.

Amulius. Procæ filius, & Numitoris frater. Regnum fratri abſtulit, atq; omnem fratris ſtirpem uirilem necauit. Fratris quoq; filiæ Rheæ Syluiæ per ſpeciem honoris, quum Veſtalem eam legiſſet, ꝑpetua uirginitate ſpem partus ademit. &c.

Amurca, ſordes olei quæ præcedūt. Nam quæ ſequūtur, fraces uocantur. Hoc nomen per c, ſcribitur, ſed profertur per g, ut fit in Caius & Gneus. Hinc Examurcatus, quod eſt ſordibus purgatus. Amurca contra culices & limaces uim habet maximam.

Amuſſis, per duplex ſſ, fabrorum & lapicidarum re-

gula, qua ad dirigenda ligna ſaxaq́ utuntur. Sed latè pro omni ordine ponitur. Vnde amuſſim aduerbium, & ab eo cōpoſita Adamuſſim, & Examuſſim, id eſt, recte, caſtigate, regulariter. Gel. libro primo. Ad hæc ſcripta omnia antiquiora tam curioſe expectabat, aut uirtutes penſitabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium eſſe factum adamuſſim diceres. Examuſſim, examinate, ad regulam. Plaut. in Amph. Si uera hæc loquitur, examuſſim eſt optima. Hinc Emuſſicata dicuntur, quæ adamuſſim facta ſunt.

Amyclæ, pluraliter, nomen eſt urbis Laconiæ, Tyndari regia, in qua nati ſunt Caſtor & Pollux. Alia eſt in Italia inter Tarracinam & Fundos in paludibus, à Laconibus condita, iuxta Serui. Hinc Amyclæus, clæa, clæum. Amyclæi ciues, quum Pythagoricam ſectam ſequerentur, vt abſtinerent cæde animalium, nec vicinæ paludis ſerpentes interimerent, ab illis deleti ſunt. Sed quum falsò nunciatus eſſet aduentus hoſtium, poſtea cautum eſt, ne quis amplius nunciaret. Inde ex improuiſo captæ ſunt Amyclæ. Hinc Prouerbium. Loqui volo, nam ſcio Amyclas tacendo periſſe.

Amycus, penul. correp. nomen fuit Bebrycum regis, cuius meminit Plinius libro ſexto.

Amydon, penult. cor. ciuitas Pæoniæ, de qua auxilia miſſa fuerunt Troianis. Iuuenalis,

Et hic Amydone relicta.

Amygdala, læ, penul. correp. nux Græca. Græca'q́; eſt dictio, quæ & Thaſia dicitur. Hierony. in lib. Numeri, Qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt. Amygdalum etiam neutro genere dicitur pro fructu. Palladius, Græci adſerunt naſci Amygdala ſcripta, ſi aperta teſta nucleū ſanū tollas, & in eo quod libet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore inuolutum reponas.

Amygdalus, pro arbore. Colu. libro tertio. Amygdalus ſi parum ferax erit, per foratam arborem lapidē adigito. Hieronymus in Eccleſ. Amygdalus florebit & impinguabitur locuſta. Hinc Amygdalinus, na, num, penul. corre. Serenus, Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.

Amygdalytes, herba ex genere tithymalli, à ſimilitudine amygdali, nec vllius iſtiora ſunt folia. Ce.

Amylum, penul. corr. Latine ſine mola factum. Vulgò Amydum dicitur. Nam α, priuatiua particula eſt μύλος mola, quaſi ſine mola. Fit ex triticeo lacte expreſſo, quum triticum per aliquot dies in aqua purgatum eſt.

Amymones, dicuntur irreprehenſibiles, inculpati, inculpabiles qui nihil vnquam riſu aut ſubſannatione dignum admiſerunt. Budæus.

Amymone. Danai regis filia fuit. Quæ dum ſe in ſyluis iaculando exerceret, Satyrum percuſſit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo paſſa eſt, quod à ſatyro formidarat. Itaq; prægnās facta Nauplium peperit. Hanc in ſmaragdo Alexander ſculpi voluit. Ce.

Amyris, genus arboris eſt (vt inquit Hieron.) quod Latini putantes myrrham dictum, vnguents interpretati ſunt. De cuius arboris notitia hoc ſolum ad nos peruenire potuit, quia odorem ſolum habeat ſuauem, nullum tamen adferat fructum.

Amyrum. Theſſaliæ oppidum.

Amyſtis (vt aiunt) potio quædam eſt apud Thracas. Alii volunt eſſe ſpeciem poculi, eò q́ neceſſe ſit vno ductu potionem haurire. Horatius libro primum carminum,

Baſſum Threicia vincat amyſtide.

à μυστίζειν, quod ſignificat ingurgitare, bibere adfatim, & ſine reſpiratione.

Amythaō. Melampodis pater fuit, qui inter medicos præclarus habitus eſt. Similiter & Chiſon.

Amaxyrus, penultima correpta, quaſi abſq; raſura, ab α, ſine, ξυρῶ rado. Nam imberbis à Campanis colebatur Iupiter.

A ANTE N

AN, aduerbiū interrogandi, & pro nunquid ponitur. Cicero, An vero Romulus ille aut paſtores aut conuenas congregaſſe, aut Sabinorum connubia coniunxiſſe, aut finitimorum repreſſiſſe eloquentia videtur. Sed aliquādo tranſit in vim cōiunctionis, quum ſermo dubitatiuus eſt, & tūc ferè ſubiunctiuo iungitur, vt Neſcio an viuat pater, Dubito an viuat pater, Dubito an vera loquaris. Sed quando ſermo opinionis eſt, per indicatiuum potius loquimur, vt Opinor quòd pater aut mortuus eſt, aut grauiter ægrotat.

Ana, per ſimplex n, dictio Græca eſt, & apud nos modo ſurſum, modo re, ſignificat, ἀνά. Ana etiam eſt animal Orientis, fortiſſimis dentibus, acutis & longis vnguibus, diligēs multum ea quæ ſunt ſui generis & gregatim vadens, quæ ſunt alterius, ſibi non permittens coniungi.

Anabaſius, ἀναβάσιος, aſcenſorius. Hieron. cōtra Rufinū. Idcirco'ne cereales & anabaſii tui per diuerſas prouincias cucurrerunt, vt laudes meas legerēt.

Ananias, ſiue Anania, proprium viri, de quo Actorum. v. & interpretatur nubes domini, aut diuinatio domini. Eſt etiam nomen ducis regis Oziæ, & nomen ciuitatis.

Anabathra, ἀναβάθρα ſcalæ, pulpita, gradus ſuperiores ſcanſiles, aut inſtrumenta ſcabellorū, aut ſubſellia. Dicta Anabathra, ab ἀναβαίνω, quod eſt, ſurſum aſcendo. Iuuenalis,

Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Anabolagium, ſeu Anaboladiū. Græco vocabulo dicitur, eò q́ de inferioribus ad ſuperiora eleuetur, pectori'q́; iungatur. Vnde & pro amictorio ponit, quo humeri operiuntur, quod ſindonē vocant, ἀναβάλλομαι, veſte reiicior.

Anabula, animal (vt ſcribit Plin.) Aethiopicū, capite cameli, collo eq; cruribus bouis prētendens ſimilitudine, per totū corpus nitentem hūs ſubedinē, albis maculis īmixtam. Eſt & miri decoris, lōgo collo, & altis anterioribus & poſterioribus cruris.

Anacephaleoſis, pe. prod. breuis recapitulatio, in q́

ſummatio rerum ſummatim fit. Hieronymus contra Iouinianum. Rurſum in Iudicum volumine quaſi uiuens reſurgensq; deſcribitur, & ſub anacephalæoſi opera illius prædicantur. Græce κεφάλαιον caput dicitur, in ea ſignificatione, qua nonnulli capitulo utuntur, nomine in uſum recepto.

Anacharſis, philoſophus, ex Scytharum genere, ſapientiæ admirandæ, ut ſcribit Cic. libro quinto Tuſcul. Apud ſordidiſſimos Scythas ſapiens. Floruit Solonis temporibus. Cuius imaginibus inſcriptum eſt linguæ, ventre, pudendis abſtinendum eſſe Plinius tradit anacharſim inueniſſe rotam figuli, cuius circuitu uaſa formatur. Sed ſi (ut inquit Seneca) apud Homerum longè antiquior inueniatur, figuli rota, nō video quomodo anacharſis eſſe autor huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famē pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quàm ſimillimas eſſe dicebat. Interrogatus autem quo pacto abſtemius fieret, reſpondit, ſi ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponat.

Anachitides, gemma qua in nigromantia euocari dicunt imagines Deorum. Cc.

Anachoreta penult. produ. eremita. Anachoreſis eremus. Vnde monachi anachoretæ eremum incolentes. Quoniam χῶρος locus dicitur cum ἀνὰ uerbū ἀναχωρέω ſecedo. Dicitur autem anachoreta, ab eo quòd procul ab hominibus receſſerit. Eſtq; anachoreta ſeceſſor, anachoreſis, ſeceſſus, vel ſeceſſio. Caſſianus in Col. Cuius ſectatores anachoretæ, id eſt, ſeceſſores meritò nuncupantur eò quòd nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas inſidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifeſto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vaſtos eremi receſſus penetraſſe non timeāt.

Anaclinterium, lectulus, vulgò mataracius, ſuper quo quieſcimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ tuſcanica. Et apud Lampridium in Heliogabalo, ac cubita. Ab aliis Sibadia dicuntur. ἀνὰ καὶ κλίνω, καὶ κλίνη λέχος. Spartia. in Cæionio. Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat, minuto reticulo vndiq; incluſum.

Anacreon nomen viri proprium, poetæ lyrici, à quo metra anacreontica dicta ſunt. Teus patria fuit, à Teo Ioniæ ciuitate, ex qua etiam Hecatæus hiſtoricus. Amauit puerum nomine Batyllum uiſenda pulchritudine ſpectabilem. Horat.

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batyllo.
Anacreonta Teum.

Periit acino vuæ paſſæ ſtrangulatus.

Anadiploſis, penult. produ. dici poteſt reduplicatio. Ex ἀνὰ quæ in cōpoſitione ſignificat re, &, διπλῶ, à uerbo διπλόω, duplico, duplicatio. Eſt enim congeminatio dictionis in vltima parte præcedentis verſus, & prima ſequentis. Verg.

Certent, & cygnis vlulæ, ſit Tityrus Orpheus,
Orpheus in ſyluis, inter Delphinas arion.

Anæa, vrbs Cariæ contra Samum, à qua fiunt adiectiua anæticus, ca, cū, ſiue anæiticus, tica, cum, & anæus, næa næū. Vnde. Menelaus anæus Peripateticæ familiæ, hiſtoriarum quoq; ſcriptor egregius. Et ſic anæiticus, & anæus, & anaitæ populi habitantes in anæa ciuitate.

Anæmos, penultima producta. Latine exanguis dicitur. Nam αἷμα ſanguis à Græcis dicitur, & α, particula eſt priuatiua. Interſeritur autem n, ne collidant inter ſe vocales.

Anaeris, tidis, nomen Deæ cuiuſdam, quæ à Lydis colebatur, quæ à Strabōe anaitis dicitur. Erat & anaitis quædam Armeniæ regio. Plinius libro quinto, Fluit Euphrates Derſenem primum, mox anaiticam regiones armeniæ à Cappadocia diſcludens.

Anaglypha, penultima correpta, nomen habent ab aſperitate, ut triglypha, cælaturis inæqualibus, eminentibusq;, ob id quia non ſunt læuia, ſed aſpera & plebeia voce, releuia dicuntur, ἀνὰ enim ſuper, γλύφω ſculpo. Hieronymus in Eſaia, Sed & portas ſutas anaglyphias.

Anaglyptes, ſculptor. Pli. Nunc anaglypta in aſperitatem q; inciſa circumlata auro. Martialis,

Et menſis anaglypta de paternis.

Hinc anaglypticus, a, um. Sidon. Anaglyptico metallo dixit.

Anaglyptice, ars, ſculpendi.

Anagnoſtes, Latine lector dicit. Nam ἀναγινώσκω lego. Anagnoſis, recognito, lectio.

Anagoge, ges, penultima producta. Lat. receſſus dicitur, ſubtilis, ſiue excelſa aut ſuperior intelligētia, ab ἀνὰ καὶ ἄγω, ὅθεν ἀναγωγὴ ductio,

Analecta, purgamenta cœnarum, & quiſquiliæ ciborum quas ſub menſa cadentes, vt aſportare poſſint ſcoparii, verrentes pauimentum colligunt. Mart.

In precio ſcopas teſtatur palma fuiſſe,
Ocia ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

Analeſia, dicta eſt eò, quòd ſanas partes capitis ſenſu priuet. Fit uel naſcitur ex negligentia ſtomachi, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria, aut potu frigido bibendo. vel nimium cogitando, vel ex indigeſtione ciborum.

Analogia, pen. produ. propritas, proportio, ſiue conuenietia, ſimilitudo. Cicero, Quod analogiam Stoici, nos adpellamus conuenientiam, ſi placet. Quintilianus libro primo. Inſtitutionum Oratoriarum, analogia præcipue quam proxime ex Græco transferentes in Latinum, proportionem uocauerunt. Hæc eſt eius uis, ut id quod dubium eſt, ad aliquid ſimile de quo non quæritur referat, ut incerta certis probet, ut ſi quæratur, funis maſculini an fœminini generis ſit, ex eius diminutiuo cognoſcitur, quia funiculus generis maſculini eſt.

Analogos, Latine proportionalis, ſimilis.

Analytica, reſolutoria. Vnde ariſtoteles librū priorum & librum poſteriorum, in quibus reſoluſtur argumenta, Analytica nocauit.

Analphabeti, ἀναλφάβητοι, à Græcis dicuntur homines qui ne elementarias quidem literas nouerunt, quas Fulgentius abecedarias appellat in tertio Mythologicōn. Budæus.

Anamneſis, pen. produ. Latine commemoratio dicit.

Ananczon, ἀναγκαῖον, neceſſarium Latine dicitur, figura quum volumus oſtendere neceſſitudinem, aut naturæ, aut temporis, aut alicuius pſonæ, quale eſt illud Democharis, Nihil valebat aſſidua p fratre ac miſericor depcatio, quũ indicaret tyrãnus cuius crudelitas oẽm naturæ neceſſitudinẽ extinguebat.

Ananeophagia, ἀναγκοφαγία Ariſtoteli in Politicis dicitur victus athleticus, quaſi cibi ſumendi neceſſitatem dicas. Panis autem quo veſcebantur coliphium dicebatur, ἀπὸ τοῦ κῶλα καὶ τοῦ ἶφι, id eſt, à robore membrorum.

Anapæſtus, pes ex duabus ſyllabis breuibus, & tertia longa Componitur ex ἀνά re, & παίω ferio, eò quòd repercutiat dactylũ ſono reciproco, à græcis antidactylus, quaſi dactylo contrarius. Cicero lib. ii. Tuſculan. Non adhibetur Spartis vlla ſine anapæſtis pedibus exortatio.

Anaphe, penult. correpta. inſula ſponte in mari enata, vt ſcribit Plinius lib. ii. Ammianus quoq;. Emerſerũt, inquit, Delos, & Hiera. & Anaphe, & Rhodus. Dicta anaphe ab argonautis, qa tẽpeſtate laborãtibus, & intermeſtri Luna, ex inſperato cõparuiſſet.

Anaphora, ſeu Epanaphora, pen. corr. figura quam nos relationem ſeu repetitionem dicere poſſumus, quæ fit quoties per ſingula membra eadẽ pars orationis repetitur, hoc modo. Verres calumniatores adponebat, Verres de cauſſa cognoſcebat, Verres pronunciabat. Ana enim re, & phora latio. Verg.

Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus.

Nate patris ſummi, qui tela Typhoea temnis.

Anaphoræ etiam ſcanſiones ſeu aſcenſiones ſignorum uocantur, ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ. Quia non æquales vbiq; aſcenſiones ſunt, ex inclinatione cœli varia, nunc maiores, nunc minores. Firmicus, Sed iſtis tandiu vitiis laborabit quò ad ſigni eius fuerit anaphora completa.

Anaphoricos, relatiuus.

Anaphoro, refero.

Anapis, penultima producta, Siciliæ fluuius leniter decurrens, decem ſtadijs procul à Syracuſis labitur, ut ait Plutarchus.

Anapologetos, Latine inexcuſabilis.

Anarchus, ſine principe, vel principio. Ambroſ. libro Hexam. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatẽ, ne anarchon, id eſt, principio carentem crederemus.

Anas fœminini generis. Martialis,

Tota tibi ponatur anas, ſed pectore tantum,

Et ceruice ſapit, cætera redde coquo.

Dicta anas, ab aſſiduitate natandi. Ex anatum genere quædam Germaniæ dicuntur, quòd plus cæteris nutriant. Huius diminutiuum protulit Plautus in aſin. Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum, Cicero uero libro ſecundo de Finib. maſculino genere dixit, Serpere anguiculos, volare merulas, natare anaticulos, cornibus uti videmus boues. Hinc anatinus, na, num, penultima producta, Plautus in Rudente, Vt fortunati ſunt fabriferrarii, qui apud carbones adſident, ſember calent. Vtinam fortuna anatina nunc vterer, vt quum exiſſem ex aquis, arerem tamen. Eſt & anas nomen fluuii in Hiſpania. Et anatem morbum dixerunt, quo vetulæ laborãt.

Anaſtrophe, penultima correpta, inuerſio vel reuerſio dicitur. Eſt enim (vt docet Diomedes) duorum verborum ordo præpoſterus, vt, Italiam contra. pro, contra Italiam.

Anatorius, rii, qui anates cuſtodit paſcit'ue.

Anatarius, ria, rium. quod ex anate eſt, ut anatariæ plumæ Siue anatarium, quod ad anates pertinet, vt anataria aquila, quæ anates venatur.

Anathema, matis, penultima producta, ſeiſſio quædã dicitur. & alienatio, vt eſt apud apoſtolũ ad Roma. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Rurſus anathema dicitur ab ἀνά καὶ τίθημι, ἀνάθημα, oblatio ſacrificium.

Anathematizo, zas. deuoueo, deteſtor.

Anathor, nomen proprium ciuitatis. Eſaiæ. x. & viri proprium. i. Paralip. vii.

Anatomiam, vel anatomen, Græci diſſectionem vel conſectionem dicunt. Inde anatomia fieri dicitur, quum humanum corpus diſſecatur, vt venæ, nerui, & cætera à medicis conſpici poſſint, ab ἀνά & τέμνω, incido. Inde etiam ἐπιτομή.

Anauros, fluuius Theſſaliæ, quaſi abſq; aura dictus. Lucanus libro ſexto.

Qui q; nec humenteis nebulas, nec rore madentem.

Aera, nec tenuem uentos adſpirat anauros.

De hoc fluuio, vel potius torrẽte, appollonius poeta in argonauticis libro ſexto plura ſcribit, etiam in nono verſu à principio. Ex Pelio monte Theſſaliæ fluit. Sunt qui dicant Nilum hoc nomine vocari, quòd ſit ſine aura.

Anaxagoras, penultima correpta. Calzomenius philoſophus fuit, in phyſicis præcelliens. Hinc non modo generis gloria & diuitiis, uerũ animi quoq; magnitudine clariſſimus fuit, quippe qui totum patrimonium ſuis ſponte reliquit. Et quum ab eis negligentiæ inſimularetur, Quid ergo, inquit, non' nevos iſta curatis? Mox abſcedens, ad ſpeculãdum rerum naturam ſe contulit, ſtudio doctrinarum flagrans, rei & priuatæ & publicæ omnino negligẽs & incurioſius, adeò ut cuidam ſe ita compellanti, Nullãne tibi patriæ cura eſt? dixerit. Mihi vero patriæ cura & quidem ſumma eſt digitum in cœlum intendens. Hic quum poſt diutinam peregrinationem in patriã reueniſſet, poſſeſſiones q; deſertas vidiſſet, Nõ eſſem inquit, ego ſaluus, niſi iſtæ periiſſent. Qui pluris faciens culturam ingenii quàm prædiorum, ſamigeratus fuit inter philoſophos. Lampſaci periit.

Anaxarchus, nomen proprium philoſophi abderitæ, ſectatoris q; Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreõtem Cypri tyrãnum, à quo comprehenſus, cõiectus q; in pilum ptiſanæ, ſiue mortarium ſaxeum, q Græci ὅλμον vocant, ibi q; ferreis malleis contuſus, adeò tolleranter pertulit aſperrimos illos cruciatus, vt verbum illud memorabile condur ſecanerit, Tunde tunde anaxarchi folliem, anaxarchum enim non tundis. Ad vltimum amputationem linguæ mi

ultante tyranno, protinus dentibus abſciſſam & cõmanducatam linguam in os eius ita patulum conſpuiſſe dicitur.

Anaxilides, nomen philoſophi, de quo Hieronymus contra Iouin. ſcribit, quod in libro ſecundo philoſophiæ ferat Potoriam matrem Platonis, phantaſmate Appollinis oppreſſam, & ſapientiæ principem non aliter arbitretur, niſi de partu virginis æditum.

Anaximander. Mileſius philoſophus, Thaletis ſodalis, primus terræ mariſq; circuitus deſcripſit, & ſphæram inſuper conſtruxit, vt inquit Laertius, Hic dixit, infinitam rerum omnium generationis atque corruptionis cauſſam eſſe. Præteres cylindri formæ eſſe terram adſerit, tantæ profunditatis, vt ad altitudinem profunditas tertia inueniatur.

Anaximenes, penultima producta, philoſophus fuit, Emiſtrati filius, anaximãdri diſcipulus ſucceſſorq;, qui eo die obiit quo Sardis capta fuit. Hic principium rerum aera opinatus eſt, quem genere infinitũ qualitatibus finitum ait, cuius condenſatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motũ vero ab æterno eſſe dixit Terram ex aere conſtipato, primum omnium factam latam, magnam, idcirco non abſque ratione ſuper aerem contineri Solem, Lunam, cæteraſq; ſtellas à terra ortum habere.

Anaxios, Latine indignus. Vnde ἀνάξιος τιμῆς?, indignus corona.

Anaxius, fluuius, qui fluit per Feltrenſem agrum.

Ancæſa, dicta ſunt ab antiquis uaſa quæ cælata vocamus, quòd circumcædendo talia fiant ipſumq; Cælare verbum ab eadem cauſſa dictum eſt, d. cum l. permutata.

Anceps. à caput compoſitum eſt, quum genitiuum in tis faciat, ſicut alia compoſita, biceps, pitis, triceps, quadriceps, multiceps, & præceps. Nam quæ in ps, exeunt, à capiẽdi ſignificatione ueniunt, ut princeps, manceps, municeps, & huiuſmodi. Dictus eſt ergo Anceps, quaſi dubii capitis. Eſt enĩ Anceps duplex. Lucilli. Nemo hos ancipites ferro efferri cardines. Interdum Anceps dicitur, quod ex utraq; parte acutum eſt, Idem, Vecte atq; ancipiti ferro eff ingã cardines. Interdum ponitur pro ambiguo. Verg. Anceps pugna diu.

Anchiale, ciuitas Ciliciæ, de qua Strabo, Poſt Zephyrium, inqt, Anchiale ſupra mare, Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non à Sardanapalo, ſed ab Anchiale Iapeti filia conditã uult Cydmi matre, à quo nomen vicino flumini.

Anchiſes, nomẽ propriũ, patris Aeneæ, & Capis filii.

Anchites, lapis eſt, ſic dictus, quod uanos metus à mẽte depellit.

Anchora penult. corr. dens ferreus, quaſi anca, curua manus dicta, quod p hominis manus ſcopulos cõprehendat. Anchoram primi Pyrrheni inueniſſe feruntur. Hoc nomen Seruius adſerit contra regulam recipere adſpirationẽ. Tamen ego aperte uideo eſſe non Latinam dictionem, ſed Græcam: ἄγκυρα, ἀπὸ τοῦ ἀγκύλου καὶ ῥέω, id eſt, à curuo & fluo. Sed q Latine eſt ch, ſcribatur, ratio eſt, quoniam κ, tenuis vertitur in χ, ſuam adſpiratam.

Anchorarius, qui curam anchoræ, habet, ut eam vel demittat vel eleuet.

Anchorarius, a, um, quod ad anchorã pertinet, vt funes anchorarii. Hircius, Storias autẽ ex funibus anchorariis tres fecerunt.

Ancile, per ſimplex l, penultima producta. ſcutũ breue, non rotundum, ſed ita ex vtroq; latere erat reciſum, vt nullus angulus videri poſſet, & ſummum infimumq; eius latus medio pateret. Dictum ab am & cæſum, quaſi anciſum. Vel ab ἀγκών, quod eſt cubitus. Vel ab ἄκη, remedium, quoniam peſtilẽtiæ remedium fuit. Fertur Numæ Pompilii tempeſtate de cœlo deſcendiſſe, vnaq; editam vocem, omnium potentiſſimam fore ciuitatem, quandiu in ea manſiſſet. Itaq; facta ſunt eiuſdem generis plura quibus id miſceretur, ne internoſci cœleſte poſſet. De hoc Ouid. libro quarto Faſtorum.

Ecce leui ſcutum verſatur leniter aura
Decidit à populo clamor ad aſtra uenit. Et lib. 3.
Atq; ancille uocãt quod ab omni parte reciſum eſt,
Quaq; oculis ſpectes angulus omnis abeſt,

Liuius libro primo. Alios itẽ duodecim Marti gradiuo legit, tunicæ pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneumq; pectori tegmẽ cœleſtiaq; arma, quæ ancilia adpellantur, ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis ſolenniq; ſaltatu iuſſit. Horatius libro tertio, Carminum, hoc ancilium declinauit, magis autoritate ſua fretus, quàm regula declinandi. Ancilorum nominis & togæ. Iuuenalis vero adiectiuũ poſuit, quaſi dixit. Clypeis ancilibus.

Ancillæ, dictæ ſunt ab anco Martio, quòd is bello magnum fœminarum numerum ceperit. Siue quòd antiqui anculare dicebant miniſtrare. Ex quo Dii quoq; ac Deæ feruntur coli quibus nomina ſunt anculi & anculæ.

Ancillula, diminutiuum ab ancilla.

Ancillor, laris, miniſtro, vel dedico me ad miniſtrãdũ ac ſeruiendum more ancillarum, q̃ ſuis miniſtrãt ac ſeruiunt heris. Cicero in Salluſt. Nõ enim vni priuatim ancillatus ſum, ſed quantum quiſq; reipublicæ ſtuduit, tantũ mihi fuit aut amicus aut aduerſarius.

Anclabra, vaſa ſunt, quibus ſacerdotes vtebantur.

Anclare, ſeu antlare, ſeu Exantlare. exhaurire. ἀντλεῖν haurire. Liuius Florẽ antlabant liberi ex carcheſiis. quum vinum ſignificare vellet ex poculis hauriri.

Ancona, ſeu ancon. more Græco. cubitus vel curuus dicitur. Quo nomine dicta eſt vrbs Piceni, ſuper adriatico mari poſita. Habet portum, quem Traianus inſigni opere extruxit. Solinus, Anconam quis ignorat à Siculis conditam? Plinius libro quarto, A' Siculis ancon colonia promontorio cimerico adpoſita eſt in ipſo flectentis ſe oræ cubito. Et ancones non ſolum in hominibus, ſed in parietibus & promontoriis conflexa in cubitos, aut confracta in humeros dicitur, vt autor eſt Vitruuius. Nam de humeris Papinianus,

Conſedit viridesq; humeros.

Sunt & in montibus articuli.

Plinius in calce operis.

Anconici, ſunt qui vulgò ἀγκῶνες adpellantur, ſicut ſunt in columnis cellarum vinariarum, quibus incũbunt ligna quæ cupas ferunt. ducta eſt autem ſimilitudo uerbi à cubitis ubi flectitur manus, quibus incumbunt, recumbentes. qui Græce ἀγκῶνες uocantur. Auguſtinus, Vnde in quibuſdam tranſlationibus apud Exo. ſic legitur, Facies duos anconicos columnæ vni conſiſtentes.

Anculi, & anculæ. Dii, Deæq́ ancillarum putabãtur.

Ancus, qui aduncum brachium habet, & exporrigi nõ poteſt. ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id eſt, à cubito incuruo. Vnde quartus Roma. rex Numæ ex filia nepos, ſic cognominatus eſt à cubito quem incuruum habebat. Hic domuit Latinos bello. Auentinum & Martium monteis vrbi addidit, noua mœnia oppido circundedit, & carcerem primus inſtituit.

Anchuſa, herba, cuius radix in vſu eſt digitali craſſitudine, ſcinditur papyri modo, manusq́ inficit ſanguineo colore præparat lanas ſpecioſis coloribus, uariis ægritudinibus prodeſt, imprimisq́ lepræ & lentigini, ſi liniatur Cc.

Ancyra, nomen duarum vrbium, quarum altera eſt Phrygiæ, altera Gallatiæ. Hinc ſynodus ancyritana, in iure põtificio ſæpe nominatur. Dicta ancyra ab anchoris nauium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Aegypti rex ſuppetias Gallogræcis miſerat.

Andabatæ gladiatores erant, qui oculis clauſis digladiabantur. Cicero Trebatio, Quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus.

Andegauia, regio Galliæ Turonibus ac Bituricenſibus finitima, Oceanoq́ proxima.

Andes, vicus non procul à Mantua, Vergilii patria.

Andrachne, herba eſt quæ portulaca dicitur.

Andrago, penultima producta mulier animum virilem habens. ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἄγειν. ab hominis & agendo.

Andreas, Ἀνδρέας, virilis, nomen apoſtoli. Matth. quarto.

Andronicus, Ἀνδρόνικος, vir victorioſus, proprium viri, ii. Machab. iiii.

Andricus, pen. corr. Ciliciæ mons, ut inquit Strabo. Quo etiam nomine dictum eſt flumen apud Plinius libro quinto.

Androdamas, lapis eſt q & argyrodamas, & pyrites dicitur argenti nitorem habens vt adamas ita uocatus, quòd impetus hominum & iracũdiam domet. ἀπὸ τοῦ ἀνδρῶν δαμάζειν, id eſt, à domandis viris.

Androclus, nomen proprium filii Codri athenienſiũ regis, qui Epheſum condidit, & Ionum regiam ibi conſtituit.

Androgeus, præclare indolis adoleſcẽs, Minois Cretenſium regis filius fuit, qui ab athenienſibus & Megarenſibus per inuidiam occiſus eſt, quòd palæſtra cæteros ſuperaret. Quapropter ſuſcepto à Minoe aduerſus hos populos bello, primò Megarenſeis ſubegit, deinde athenienſeis ſibi tributarios fecit, & in androgei memoriam pueros athenienſeis Minotauro cœpit obiicere.

Androgynæ, ſunt populi in aphrica, vt libro ſeptimo capitulo tertio. Plinius ſcribit, vtriuſq; naturæ, inter ſe vicibus coeuntes, dextera mamma his virilis, læua muliebris.

Androgynos, penult. correpta. qui vir eſt & fœmina, Hermaphroditus. ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γυνὴ. id eſt, ab homine & fœmina. Auguſtinus libro decimo ſexto. Ciui. Dei. Androgyni quos etiam hermaphroditos nuncupant, quamuis admodum rari ſint in quibus ſic vterq; ſexus adparet, ut ex quo potius debeant accipere nomen incertum ſit.

Andromache, penultima correpta. Hectoris Troiani vxor quæ à virili pugna nomen ſortita eſt. Nam uiri pugna interpretatur ἀνδρὸς μάχη, quaſi virilis depugnans. Fuit enim uirili animo ſepta & quædã veluti virago.

Andromede, penultima correpta. Cephei & Caſſiopes filia, à Perſeo amata & in vxorem ducta, quæ Mineruæ beneficio inter aſtra collocata dicitur propter Perſei virtutem, quòd eam ceto propoſitam à periculo liberarat. Oritur in parte piſciũ duodecima.

Andromon, nomẽ eſt eius q Colophonẽ ædificauit.

Andron, ſpatium inter duos parietes, in quod pluuia deſcendit. Plin. Tam alti abditiq́ ſecreti illa ratio eſt quòd interiacens andron parietem cubiculi hortiq́ diſtinguit. Quidam accipiunt pro loco in domo anguſtiori, in quo viri plurimum verſantur, ut gynæcium, in quo mulieres. Eſt etiam hoc nomine (ſicut ſcribit Ptolemæus) oppidum inferioris regionis Nili.

Andronas, ſeu (vt Strabo inquit) andrias, epulas uirileis vocant Græci, nã virilia conuiuia à mulieribus erant diuiſa publico inſtituto, ne matresfamilias uirorum moribus accumberent. Et Parthi (ut Togus ait) fœminis non conuiuia tantum virorum, ſed etiã conſpectum interdicebant.

Andronitis, penultima producta. locus in domo vbi ſoli uiri habitant, ſicut gynæconitis, ubi ſolæ mulieres. Vitruuius libro ſexto. Andronites dicuntur q in his viri ſine interpellationibus mulierum verſantur, quoniam ἀνὴρ, ἀνέρος, καὶ ἀνδρὸς, virum denotat, vnde androgynus.

Andros, inſula uicina Samo cum oppido eiuſdẽ nominis, quæ aſiæ adiacet ex oppoſito ad epheſum. de qua Ouidius libro duodecimo Metamorpho.

Et totidem natis andros fraterna petita eſt.

Hæc primò dicta fuit Cauros, poſtea antandros.

Hinc andrius, andria, andrium.

Anellus, diminutiuum ab anulo. Horat. in Serm.

Sæpe notatus. Cum tribus anellis modo læua priſcus inani.

Cicero, Cuius imaginem nõ modo in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis & anellis habebãt.

Anemos pen. corr. uentus eſt. ἄνεμος.

Anethum, cum h, genus herbæ boni odoris, Hæc ructus mouet tormina ſedat, & ſingultus cohibet.

Aneticus, aſiæ lacus eſt arundinibus abundans. Ca.

Anfractus, ab origine duplici fluxum habet. hoc eſt, ab ambitu & frangendo. Sunt. n. anfractus, obſcuri

cauernarum receſſus, & curui flexus in ſe recurrētes cuiuſmodi ſunt, qui ſubterraneo meatu in opertos ſpecus deducſit, & flexus viarū, quod ad alia quoq; transfertur. Ambroſius. Tenaces ſermonis accepti ipſos anfractus aurium, ipſe vſus nos docet. Siquidem vel in concauis montium, vel in receſſu rupiū, vel in anfractu fluminum vox auditur dulcior, & reſponſa ſuauia referens Echo reſultat.

Angaria, pen. cor. dictio Perſica (vt inquit Suidas) ꝓprie ſeruitus coacta. Vnde ſiquis cogitur plus ſoluere publicanis, quàm liceat, Angaria eſt.

Angario, as, cogo, ut, illud in Euangelio, Et angariauerunt Symonem quendam Cyrenenſem, ut tolleret crucem Domini.

Angelus, Latine nuncius, nam officii nomen eſt, non naturæ. Semper enim ſpiritus ſunt, ſed quum mittūtur uocantur angeli.

Anger, genus ſerpentis qui cruciator & ſpatharius dicitur. Eſt & nomen fluuii in Illyrico.

Angerona, vocitata eſt voluptatis Dea, quæ & Volupia dicebatur, cui ſacra à Romanis inſtituta ſunt, quum angina ciuitas uexaretur, ab angore tollendo ſic dicta. Eius feſta Angeronalia ſunt vocitata. Putabant enim ab hac Dea populum eo morbo, ꝓmiſſo voto, fuiſſe liberatum. Huic pontifices in ſacello Volupiæ ſacrum faciebant.

Angilæ, populi in Aphrica ad Garamantas. Fertur eorum fœminas nocte qua nubunt omnium ſtupro patére, in reliquum pudicas eſſe.

Angina, penu. prod. genus, morbi acutiſſimi, quo fauces anguntur ac ſtrangulantur, qui & tonſilla dicitur. Imperitum vulgus medicorum ſquinantium vocat, quū Hippocrates & Galenus ſynanchem adpellitarint. Plini. tonſillas ſcibſgit ab angina. Dicta Angina quòd angat. Plautus, Vellem me in anginā verti, vt huic aniculæ fauces præ occuparem. Macer. Subuenit anginæ melli vinoq; iugatæ. Feſtus. Anginam uinariam habere dīr, qui uino ſuffocantur.

Angiportus, quarti ordinis, & Angiportum, utroq; modo dicitur, quem alii dicunt eſſe viam ſine exitu, alii uicum anguſtum & flexuoſum in modū anguis. Varro lib. I. de Lingua Latina, Quod exitum nō habet, ac peruium non eſt, angiportum, & id anguſtū ab angendo & portu. Alii à Græco ἄγχι, quod ſignificat propè, quia non longius extenditur. Alii ꝙ inter portus ſit anguſtus locus. hoc eſt, inter domos quas uel portus, uel inſulas ueteres dixerunt. Alii arctas uias, quas Græci στενωπὸν adpellāt. Feſtus, Angiportus eſt iter compēdiarium in oppido quaſi anguſtus ad portum aditus. Nam quæ ſunt latiores, ferèq; militares, prætoriæ, cōſulares, plateæ nominantur, vt inquit Victruuius. Vlpia. Angiportum à portu dictum eſt, portus uero concluſus & munitus locus eſt, quemadmodum & ſtatio, ab importandis, exportandisq; mercibus nomen habēs. Te ent. in Adelph. Id quidem angiportum nón eſt peruium. Et in phormione. Sed hinc concedam in angiportum hunc deſertum.

Anglia, quæ Britannia ab eruditis dicitur. Inſula inſignis in Oceano, quæ undiq; à circūfuſo mari cōplexa eſt, nuſquam iuncta continenti, ſed ab omni orbe noſtro diuiſa, quæ quondam ab albis rupibus quas mare abluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troes incoluerunt, qui Troia diſiecta fugerunt exciſam patriam, Palladisq; oraculo claſſe in hanc inſulam migrauerunt, atq; gigantes tunc inſulam tenētes, multis uictos prælíis expugnauerunt. Hác poſt modum longo temporum tractu Saxones, qui ſunt illuſtres Alemaniæ populi, oppreſſere, agrosq; & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuiſit. Atq; ut linguæ pariter & gētis memoria in deuicta inſula ſempiterna foret, ab Angela, cuius ductu uicta eſt, Angliam tellurem illam uocauit. Quāquam pleriq; Angliam ueluti noſtri orbis angulum, prædicent dictam. Situs ipſius eſt, ut contra aſpectum Galliæ & Hiſpaniæ ſita ſit. Eius ambitus quadrageſies octies, & ſeptuagintaquinq; milibus paſſuum. conſtat. De hac Inſula uide in Britonum hiſtoria, & in dictione Britannia.

Ango, angis, anxi, anctum facere debuit, ſicut plāgo, ſed Diomedes anxus præteritum ab angor dixit, nō anxius, quod nomen eſt. Ideo anxum ab ango, ſupinum eſſe conuenit, quod tamen minime legi. Eſt autem Angere, cruciare, ſuffocare, premere, uexare. Et ad animum & ad corpus, & ad utrunq; promiſcue pertinet. Ad animum. Gellius, Chilo præſtabilis homo ſapientiæ. quonam uſq; debuerit contra legem, contraq; ius, pro amico progredi, eaque res in fine quoq; uitæ ipſo animum eius anxit. Ad corpus. Columella libro octauo. Cauendum eſt, ut tenerior ſeparetur à ualidioribus, quia robuſtus angit imbecillum. Ad utrunq; promiſcuum. Gellius, Dum Pyrrhus rex intra Italiam eſſet, & unam atq; alterā pugnam proſpere pugnauiſſet, ſatisq; angerentur Romani, & pleraq; Italia ad regem deſciuiſſet. Plaut. ꝓ abſumo poſuit in Aulular. Tum anxiſſe aquā ſiquis petet. Quidam hoc uerbum ab an & ago compoſitum opinantur, quod ſignificat crucior. Nam qui cruciantur in diuerſum angi uidentur. Alii à Græco ἄγχω, quod eſt ſuffoco, ſtrangulo, à quo Synāche deducitur, morbus faucium acutus. Sortitur apud Græcos diuerſum nomen, prout ſpecies diuerſæ. Quum enim neq rubor vllus adparet, corpus aridum eſt, vix ſpiritus trahitur, membra ſoluuntur, & ſue (cui hic morbus cum homine cōis eſt) ſynanchē vocant. Quum vero lingua facieſq; cum rubore intumeſcunt, vox nihil ſignificat, oculi vertuntur, facies pallet, ſingultusq; eſt, à cane cynanchen nominant, ꝙ latrare (qui id morbi patitur) non loqui videatur. Vbi vero tumor tantum & rubor eſt, cætera non ſentiuntur, id paraſynanchen. id eſt, citra ſynanchen adpellant, à Latinis vno nomine angina dicitur. Dicimus autem Ango me animi & animo. Plautus in epidi. Angas te animi.

Angor, corporis vel animi cruciatus. ſic Anxietas, & Anxietudo. Cicero libro ſecundo, de Repub. Quartaq; anxietudo prona ad luctum, & mœrēs ſemper ſeipſa ſollicitans.

Anguifer, penul. corre. qui à Græcis dicitur ὀφιοῦχος. Item Anguitenens.

Anguillæ, piſcium ſolæ exanimes non fluitant, non ouo, non coitu eas procreari ſcribit Ariſtoteles. Dictæ Anguillæ, q ſpecie anguem repreſentent. Varro, Ex parte à ſimilibus aliqua rebus ſunt tranſlata. vt anguilla & lingula.

Anguimanus, cum accentu in antepenul. vocati ſunt elephãti, quia proboſcis quam manum diximus vocari, ad omnem partem uertitur. Luca. lib. v.
Anguimanus belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre, & magnas Martis turbare catertuas.

Anguinus, cucumis dictus eſt oblõgus, & ad anguis ſimilitudinem contortus, q & erraticus dicitur Co.

Anguis, tam fœminini quàm maſculini generis, pro ſerpente in aquis degente. Valerius libr. i. L. Sylla conſul, ſociali bello quum in agro Nolano ante prætorium immolaret, ſubito ab una parte aræ, prolapſam anguem proſpexit. Frequentius tamen maſculino genere profertur. Vnde & anguiculus diminutiuum facit. ut apud Ciceronem, Serpere anguiculos. Anguis quando ſenuerit perdit adſpectum. Et ſi uoluerit redire ad iuuentutem, ieiunat quadraginta diebus vt laxetur pellis eius. & ſic anguſtum foramen inquirit, vt dum nititur exire, inde pellem ſenectutis dimittat.

Angularis, & hoc, lare, quod eſt quadrum. ut lapis angularis.

Angulatim, aduerbium. ſignificat per angulos.

Angulosus, plenus angulis. Co.

Angulus, pen. cor. locus eſt quem duo parietes iungunt. Dictus q ibi anguſtus ſit locus. In geometria uero Angulus eſt ad punctum unum, ab alterutra ſuperficie aut linea abſoluta contractio. Idioma aſit ſcripturarum eſt, ut angulum pro regno ponant, eo quòd populus continent quaſi in tota domo, fortiſſimum ſit. unde & Chriſtus duorum populorum parietes continens, lapis dicitur angularis.

Anguſtia, ſtrictitudo, quæ tam ad animum quàm ad corpus pertinet. Ambroſius, Et inter anguſtias animi & corporis anhelo cruciabatur ſpiritu.

Anguſtus, a, um, ſtrictus, à quo anguſto, as, quod eſt ſtringo. unde & Coanguſto. ut in Euangel. Et coanguſtabant te undiq.

Anhelator, qui eſt ſuſpirioſus & pneumaticus, quod uitium cõſiſtit in ſpirandi difficultate. Plinius libro vigeſimo ſecundo Anhelatoribus & in tuſſi uetuſta cum porro ex aceto datur.

Anhelitus, us, penul. cor. ipſe ſpiritus anxie actus.

Anhelo, as, penultima producta. ex am & halo, m, in n, mutata, ſignificat anxie halo. Vnde & pro ardenter cupio per tranſlationem poni conſueuit. Augu. Ibat ſpirans & anhelans cædes.

Anhelus, a, um, pen. prod. Verg.
Et ſenibus medicantur anhelis. Ambroſius,
Anhelo cruciabatur ſpiritu.

Ania, Romana mulier, quam quum propinquus moneret, ut alteri ultro nuberet, eſſe enim ei, & ætatem integram, & faciem bonam, Nequaquam hoc faciã inquit, Si enim virum bonum inuenero ut ante habui, nolo timere ne perdam. Si malũ, quid neceſſe eſt poſt bonum peſſimum ſuſtinere?

Aniceti, ab aliqbus Aniſum dicitur. genus obſonii. Græci. n. ἀνίκητον, inuictum & inuincibilem dñt.

Aniciana, inter pyrorum genera reponuntur.

Animaduerto, id eſt, animum illuc verto, hoc eſt ſenſus in illud quod ſit intendo, cogito, intueor, conſydero. Hierony. libro quarto Reg.
Animaduertite quot occaſiones quærat. Plaut.
Animaduerte hominem ſubalbidum.
Cicero pri. de Diui. Experrecta nutrix animaduertit dormientem, circũplicatum ſerpentis amplexu. Aliquando animaduertere, ſignificat punire oppugnare, verberare, iram exercere, ſed cũ adcuſatiuo mediante in. ut, animaduerſum eſt in quoſdam, inquit, Suetonius. Inde animaduerſiones dictæ, & animaduerſi, ipſi puniti. Paulus, Corpora animaduerſorũ, quibuſlibet petentibus ad ſepulturam danda. Plau. Is quum in herum animaduertiſſet grauius, id eſt, iram cõuertiſſet. Terent. in Andria aliter poſuit. Ea primum animaduertenda iniuria eſt. id eſt, caſtiganda & vindicanda. Hinc Animaduerſio, quod modo conſyderationem, modo punitionem ſignificat. Et Animaduerſor, punitor. Apuleius, Exponam breuiter quod animaduerſor meus feci.

Animæquior, q eſt animæ vel animi æquioris. Id eſt, pacatioris. Fit ab Animæquius, a, um, quod eſt patiens, & omnia aduerſa æquo ferens animo.

Animal, ab anima eſt, & eſt ſubſtãtia aĩata ſenſibilis.

Animalis, & hoc animale. quod eſt ex animali, ſiue quod habet animam. Vnde veteres animales, Deos dixerunt qui de animalibus eſſent facti, ut penates. Et animalis, dicitus ſpiritualis. Cicero libr. Tuſcul. Siue illi anima ſint animales. Huius contrarium eſt Exanimalis, qui non eſt animal, vel qui ſine anima eſt. Plautus in Bacchi. Nam neq. Bellona mihi unquam, neq. Mars creduat, ni illum exanimalem faxo ſi conuenero, niue exhæredem fecero vitæ ſuæ. Hinc Animalitas, pro ipſa animalis eſſentia.

Animalis hoſtia, dicebatur ubi anima ſacrificabatur.

Animans, generis fœminini & aliquando neutri. Cic. de Natura. Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ villis veſtitæ. Et ſignificat quod habet animam, ſicut quando eſt adiectiuum. Idem lib. iiii. ad Herenniũ, Sed inuentio ſimilium facilis erit, ſi quis res ſibi omneis animantes & inanimantes mutas & eloquentes, feras & manſuetas &c. frequenter ante oculos poterit ponere. Differunt inter ſe Animantia & animalia. Nam animãtia ſuperiorem tenent locum, & animalia ſub ſe habent atq. complectuntur tanquã genus ſpeciem. Sunt enim quædam quæ animã habent, nec ſunt animalia, ſed animantia, ſicut ſatis & arbuſtis animam alentem ineſſe tradunt, quam philoſophi recentiores vegetatiuam adpellant. Itaq. viuere & mori illa dicimus, nec animalia tamen, ſed animantia nuncupantur, ut docet Seneca lib. octauo Epiſtolarum moralium. Interdum tamen animãtia dicuntur animalia. Vnde dicimus animantium

tila eſſe genera. Terrenum, Volatile, & Aquatile.

Animatus, etiã ab animo fit, ſicut à tunica tunicatus, à galea galeatus, quum animus ſumitur pro voluntate. Cicero D. Bruto. Ita paratus ſeu animatus eſſe debes, ut nihil facias niſi iuſſus. id eſt eam voluntatem habere debes. Et Animatus, qui habet animam, ſicut paulò antè dictum eſt, cuius contrarium eſt Inanimatus, qui non habet animam. Aliquando animatus dicitur iratus. Idem, Ego vero nihil ita animato homine miſerius dicerem.

Animitus, quemadmodum oculitus & medullitus.

Animo, as, fortem reddo, & quaſi animum induco, ſiue animam iniicio, & ſic ab animus deſcendit. Claudianus libro tertio.

Qualis peſtiferas animare ad prælia taxos.
Torua Megæra ruit.

Hieron. ad Euſto. Sic ordinata, ſic rationi conformia mandata ſororibus præferas, vt etiam deprauatæ ſuperbiæ mentes, animentur ad obedientiæ ſemitas. Macrobius. Animati ſunt ergo veteres ad faciẽdam diſcretionem. Aliquando animare eſt animam inducere & viuificare, tuncq́ ab anima, ſiue ab animo, quum pro anima capitur, fit. Lactan. lib. 1. Id in conueniens eſt Deo, qui verus pater eſt, per quem ſumus, & cuius toti ſumus, à quo fingimur, aĩamur & illuminamur. Colu. lib. ix. Diebus quibus animantur oua, & in ſpeciem volucrum conformantur. Inde fit animatus & Inanimatus. Cicero libr. II. Offic. Partim (inquit) ſunt inanimata. vt aurũ & argentum. Apulei. in Flori. Primus duas tibias uno ſpiritu animauit. id eſt, viuificauit & ſonum emittere fecit. Participiũ tamen præſentis temporis, Animans, ſicut paulò antè dictum eſt, ſignificat quod habet aĩam. apud eundem lib. I. Offic. Principio generi animantium omni à natura tributum eſt, vt ſe, vitam, corpusq́ tueatur. Huius verbi compoſitum & contrarium eſt Exanimo, quod eſt anima priuo.

Animoſitas, (vt inquit Speuſippus) eſt impetus violentus, id eſt, irrationalis animæ abſq́ ratione & ordine mentis.

Animoſus, habens in ſe vehementiam animi, ſiue q̃ eſt elati ſpiritus. Ouidius,

Pyrrhus Achilleidès animoſus imagine patris.

Cicero in Cato. Ex quo fit, vt animoſior etiam ſenectus ſit, quàm adoleſcentia. Et animoſus dicitur iracundus. Vergilius,

Quos animoſi Eori aſſidue frangunt q́ Teruntq́.

Et ea pars animæ in qua iræ ſedes eſt, uocatur Animoſa. Et Animoſus pro nodoſo. Verg.

Luxuriatq́ thoris animoſum pectus.

Animula, diminutiuum ab anima. Serui. Sulpitius. In vnius mulierculæ animula iactura facta eſt.

Animulus, diminutiuum. Plautus. Mi animule, mi olympio.

Animus, & Anima in hoc differunt, quòd Anima ſit vitæ, animus conſilii. licet hæc à poetis pleruñq́ abuſiue vſurpentur. Nam anima in homine eſt qua viuimus, & ſentimus, mouemur. Ita vt contineat vim vegetandi, mouendi, & ſentiendi, quæ omnia communia ſunt nobis, cum cæteris animantibus. Nam ipſa alitur, creſcit & gignit, mouentur præterea & ſentiunt. aĩus uero eſt quo hoĩes ſumus, quo ſapimus. & intelligimus. Quæ vis non eſt educta de potẽtia materiæ, ſed à Deo, imortalis, de nihilo creatur eodem tpe, quo & infunditur in corpus noſtrũ. Aug. Animus eſt ſubſtantia q̃dam rõnis particeps, regendo corpꝰ adcõmodata. Cicero lib. I. Tuſcul. ſic diſſerit. Animum autem alii animã & ferè noſtri declarant noĩari. Nam & Agere aĩam, & Efflare animam dicimus. Et aĩoſos, & bene animatos & ex aĩ ſnĩa. Ipſe aũt animus ab aĩa eſt dictus. Sciendum tñ eſt, q̃ animus pro anima plerũq́ ſumitur. vt apud eundem in Cato. Qui ſi in hoc erro, q̃ animos imortales credam, libenter erro. Et itẽ. Sic mihi perſuaſi, ſic ſentio cũ tanta celeritate animorũ, &c. Eius contrarium eſt Inanimis, q̃ anima caret, Similiter Exanimus, ſiue Exanimis. Semianimus, q̃ ſemiuiuus eſt. Sumitur pro ingenio ſiue intellectu. Saluſt. Omnis homines Patres Con. qui de rebus dubiis conſultãt ab omni odio, amicitia, ira atq́ miſericordia uacuos eſſe decet. Haud facile aĩus verum prouidet, vbi illa officiũt, neq́ quiſquam oĩum libidini ſimul & vſui paruit. Vbi n. intenderis ingenium, ualet. Si libido poſſidet, ea dominatur, animus nihil valet. Aliqñ pro voluntate ſiue adfectu & delectatione. vt apud eũdem. Ita ſemper imperium ad optimum quenq́ à minus bono transfertur. Plaut. in Epid. Captiuam adoleſcentulã de præda mercatus eſt. Quid ego ex te audio? hoc, quod fabulor. Quur eã emitã animi cauſſa. Quot ille animos habet. Varro libro iii. de Re ruſt. Dic illud alterũ genus ornithonis, quã animi cauſſa conſtitutus à te ſub caſino fertur. Hinc fit Vnanimis, q̃ vnius eſt animi, id eſt, voluntatis. Quandoq́ pro ſpiritu ſiue flatu ac vento. Lactant. lib. de Opifi. Alii ſanguinem animam eſſe dixerunt, alii ignem, alii ventũ, vnde anima, vel animus nomẽ accepit, q̃ Græce ventus ἄνεμος dicitur. Cicero lib. I. Tuſcula. Si anima, animus eſt, fortaſſe diſſipabitur. id eſt, vẽtus. Et iterum. ſiue illi animi ſint animales. id eſt, ſpirituales. Teren. in Adel. Animum recipe. id eſt, ſpiritum ſiue flatum recupera, ſeu quieſce. Nonnunquam pro ira, Vnde illud. Pone animos & pulſus abi. Sed rectius de anima dicitur. Plinius, Ergo & hæc animi aſperitas, ſiue potius animæ dulciore ſucco mitigatur. Interdum pro memoria. Ver.

Omnia fert ætas, animum quoq́. Sæpe etiam pro fortitudine. Vnde Animoſus, magnanimus, & puſillanimus. De anima vero, & à qua animatur corpus, & à qua animos eſſe dicitur, Salluſtius, At nobis eſt domi inopia, foris æs alienum, mala res, ſpes multò aſperior, deniq́ quid reliqui habemus ꝑter miſeram animam? Iuuenalis.

I nunc & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis à morte remotis
Quatuor aut ſeptem ſi ſit latiſſima tæda.

Similiter anima ponitur pro mente, id eſt, pro animo. Macrobius, Tunc enim anima libera eſt, & nulla corporis cogitatione impedita. Aliquando ponitur

tur pro vento, ſiue ſpũ aut flatu, & oris odore. Ver.
Quantum ignes, animæq́ valent　　Horat.
Impellunt animæ littora Thraciæ.　　Plau. in Aſi.
Dic amabo, an fœtet anima vxoris tuæ.　　Verg.
Animas & olentia Medi　　Ora fouent illo.

Græci animam ψυχὴν vocant, quaſi ἀναψυχὴν, q̃ reſpirando eefrigeret. Cuſſa.n. corporis viuẽdi eſt, reſpirandi, & refrigerandi vim exhibens, vel quaſi φυσιχὴν, q̃ ſcilicet phyſim.i. naturam. Autoe Plato in Cratylo, Orig. i lib. Periarchon. Tecẽ. Hoc vbi audiui, ad fores ſuſpenſo gradu, placidè ire perrexi. Acceſſi, aſtiti, animã cõpreſſi, aurem admoui. Plau. Ne quid emittat animæ dormiens.

Et anima capitur pro ira. Idem, Animam cõprime. Hinc Animoſus, & Animatus, pro iracundo. Sumit & pro aqua Idem, Ni ego illi puteo, ſi occepio, animam omnem intertraxero. Vacro poſuit Animam pro ſono. Et phrygias audire animas. Vergilius pro ipſo homine.

Ite ait egeegias animas, quæ ſanguine nobis
Hanc patriam peperece ſuo

In homine aſit quatuor animas eſſe conſtat. Vitalem ſcilicet, quæ & in vermibus eſt, qui tantum mouentur. Senſualem, vt in brutis animalibus, in quibus eſt ſenſus & timoris & gaudii. Intellectualem, quæ eſt in hominibus tantum, qui & cogitace & iudicare poſſunt. Et quæ infra omneis eſt, phyſicam, hoc eſt, naturalẽ. vt ea quæ eſt in arboribus & herbis, quæ & ſi non mouentur, vitã tamen habent quũ naſcantur, creſcant, & pereant.

Anio, anienis, penultima prod. nomen fluuii in agro Tyburtino, qui è ſublimi in vallem ſubiectam præceps fertur.　　Horatius,
Et præceps Anio, & Tyburti lucus.
Hinc Anienus, na, num.　　Propertius,
Siue Aniena tuos tinxerit vnda pedes.
Anieni nomen indidit Anius, rex Hetruſcorum, qui inſequens Cethegum, filiæ raptorem, quum eum adſequi non poſſet, in fluuium inſiluit, ibiq́ extinctus vt Anio vocaretur effecit.

Aniſum, de quo Plinius, Aniſum à Pythagora inter pauca laudatur, ſiue crudum, ſiue decoctum. Item viride, aridum'ue, omnibus quæ condiſitur quæq́ intinguntur deſyderatum, fœtorem tollit manducatũ, mox vi io collutũ vultum iuniorem præſtat, appetentiam ciborum facit. Idem, Aniſum liguſtici vicẽ præſtat in condimentis.

Annitor, penul. prod. contra nitor, opitulor. Sallu. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam quæſtor pro prætor miſſus eſt, annitente Craſſo qui eum infeſtũ inimicum Cn. Pompeio nouerat. Et Anniti, eſt valde ſiue intentius niti & conari, incumbere ad aliqd agendum. Cicero in Lel. Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperq́ ad aliud tanquam adminiculũ annititur, quod in amiciſſimo quoq́ dulciſſimum eſt.

Anna, per duplex nn, interiectio eſt deprecãtis, & nomen mulieris propriũ. quod interpretat̃, grã eius.

Anna etiam Dea ab annis qbus præſidebat, vocata eſt, & illi menſe Martio priuatim & publice ſacrificabant, quo eis annare & perennare liceret. Fuit. n Beli filia, ſoror Didonis. quæ poſtquam mortuã iocorem vidit, & Carthaginem ab Hiarba Getulorum rege occupatam, relicta ſede patria, ad Battũ regem qui Melitæ inſulæ imperabat, curſum arripuit. A quo iure veteris hoſpitii benigne ſuſcepta, duos & vltra annos ibi manſit. Sed quũ Pygmalionem fratrem iam cũ armis aduentare didiciſſet, Battus veritus potẽtiam illius, Annam vt inde abiret hortatus eſt. Mox igitur mare ingreſſa, dũ Cameram nauigare contenderet, vi tempeſtatis acta in Laurentẽ orã peruenit, vbi iã Aeneas pacatis rebus, & ducta vxore Lauinia, imperabat. Hic tum forte ſolo Achate comitatus, in littore nudis pedib9 ambulabat. Qui quum errantem Annam aſpexiſſet, & vix ſibi perſuadere poſſet eam eſſe, tandem agnitam cõpellat. Timuit illa principio, ſororis caſum ante oculos ponens postea vero ab illo benigne inuitata, in regiam cum eo profecta eſt. Cui mox Lauinia, amorem coniugis ſuſpectum habens, tendere inſidias cœpit. Sed Anna in ſomnis à Didone monita, vt infauſtam domum relinqueret, ſtatim per feneſtrã exiliit. Quũq́ citato curſu ad Numiciũ amnem perueniſſet, in eũ ſe præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quæritantes per Laurentem agrum proſequuntur. Adparent veſtigia pedum vſq́ ad Numicium amnem, vltra nihil videtur. Quod dum admirandis ſecum animis volutant, ipſa loqui viſa eſt,
Placidi ſum Nympha Numici,
Amne perenne latens Anna perenne vocor.
Quapropter læti conuiuia celebrarũt, eam pro Dea venerantes, quem ritum poſtea longiſſimo tempore ſeruarunt.

Anna, vxor Helcanæ. i. Reg. i. Nomen præterea ꝓphetiſſæ filiæ Phanuel, Luc. ij. Et interp̃tatur gratioſa.

Annales, dũ res geſtæ, q̃ de anno in annũ in hiſtorias rediguntur, noſtri q́ tẽpis eſſe poſſunt.　　vñ Verg.
Et vacet, annales noſtrorum audire laborum.
Hiſtoria res geſtas narrat, & ab ætatis nſæ memoria remotas. Cic. lib. ii de Orat. Erat. n. hiſtoria nil aliud, niſi annaliũ cõfectio. Gel. ſic habet. Recte annales hiſtorias adpellaueris. Sed nõ cõtinuo, quicquid hiſtoria fuerit, annales adpellare poſſis. Sunt. n. vtræq́ rerũ geſtarũ narratio. Earũ proprie rerum fit hiſtoria, qbus gerendis interfuit is qui narret. Annales vero, quũ res geſtæ plurimũ annorũ, ſeruato cuiuſq́ anni ordine, memoriæ traduntur. Quũ autẽ nõ per annos, ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribũtur, diarium vocatur. Præterea hiſtoria non ſolum res geſtas longo ordine explicat, ſed & cõſilia quibus geſtæ ſunt ponit, & conciones facit, & acies inſtruit & ſitus locorum deſcribit. Annales ſingulorum annorum geſta breuiſſime notant. Vnde Annales Piſonis, & Salluſtii hiſtorias dicimus.

Annalis, & hoc Annale. quod ad annos pertinet. Vnde legem annalem dixerunt, quæ præſcribebat legitimam ad petendum magiſtratum ætatem. Cicero libro de Legibus, Ciuitatem annali lege ſeruanto, Dicitur & tempus Annale, quod eſt anni. Varro,

Et quoniam tempora duorum generum ſunt, unum annale, quod Sol circuitu ſuo finit. Alterum menſtruum, quod Luna circumiens comprehendit.

Annarius, a, um, idem quod annalis. vt lex annaria, ab antiquis dicebatur, qua finiebatur annui magiſtratus capiendi, ut inquit Feſtus.

Annaſcor, iuxta naſcor. Gellius, Denteis quoq; & in ſeptem primis menſibus, & ſeptenos ex vtraq; parte gigni, & cadere annis ſeptimis, & geminos annaſci annis ferè bis ſeptenis. Hinc agnatus, & agnatio, in quibus ſubtrahitur n, quæ pro d, poneretur, & ponitur g.

Annibal, nomen viri Carthaginenſis, in re militari præſtantiſſimi. Qui quum minor viginti quinq; annis eſſet, imperator electus, Hiſpaniam bello ſubegit, alpes tranſiuit quæ inuiæ videbantur, Romanorum duces tribus prælijs uicit, Romanosq; maxima clade apud Cannas affecit.

Annicularis, & hoc anniculare. Idem eſt quod anniculus. Auguſtinus, Delirare tibi videor auare quaſi hæc loquor anniculatia tibi uidentur hæc uerba.

Anniculus, a, um, quod eſt vnius anni ut anniculus puer, annicula puella, anniculum iumentum. Nec de animalibus tantum, ſed etiam de inanimatis, vt anniculum vinum. Plin. libro. xlii. Ergo plantaria inſtituunt, anniculasq; tráſferunt, & iteſ bimas. De pueris tamen magis dicit per diminutiuum. ut bimulus puer quia intra hos annos adhuc paruus eſt.

Annilis, & hoc annile. penul. producta. dicitur quaſi ſenilis & ætate grandi Columella libro primo, Parentem omnium terrá, ſicut muliebrem ſexum ætate anili iam confectam, pro generádis eſſe fœtibus inhabilé. Anilis uero pro ſimplex n, ab anu. uetula fit.

Anniuerſalis, & hoc anniuerſale. anni circulus.

Anniuerſarius, a, um, quod ſingulis annis, ſtatuto tempore reuertitur, ſicuti ſacra anniuerſaria. Scribit Valerius Maximus, quod antipater, Sidonius poeta, omnibus annis, vno die natali tantum, corripiebatur febre. Suetonius de Auguſt. Quaſdam & anniuerſarias, ac certo tempore recurrentes, experiebatur.

Anno, annas, annum ago. à quo fit compoſitum Perẽno, quod ſignificat annum perficio.

Annona, æ. pen. prod. ab anno inclinari videt, & eſt prouentus frugum vnius anni, quaſi alimonia, non frumenti ſolum, ſed etiam aliarum rerum. Columella lib. nono. Vel lactis annona permittit. Abuſiue tamẽ pro ipſo victu capitur. Cicero lib. ii. de Diuin. Putará annoná in macello caſiorem fore. Iuuenal. His opibus nunquam care eſt annona ueneni. annonam etiam veteres menſtruam, uel annuá mercedem, ac ſtipendium nominarunt. Vegetius de Re militari, Torques aureus, ſolidæ virtutis præmium fuit, quem qui meruiſſet, præter laudem, duplas conſequebat annonas. Hinc annonaria prouiſio, & annonariæ leges dictæ ſunt.

Annonarius, a, um, quod ad annonam pertinet. ut lex annonaria, quam Clodius tulit, & ſummæ popularis fuit. Vegetius annonarias expenſas uocat eas, frugum, pabuliq; ſpecies, quas prouinciales militibus expendunt.

Annoſus, a, um, quod eſt vetuſtum, quaſi multorum annorum.

Annoto, as, penultima correp. iuxta, ſiue ad aliquid noto intitulo, ſigno. Lactantius libro quinto. Et auſus eſt libros ſuos nefarios ac Dei hoſtes annotare.

Annotinus, na, num, penultima producta, quod ad annonam pertinet. vt naues annotinæ, quibus annona cóportatur. vt apud Cæſarem in Commentariis.

Annuatim, aduerbium ab anno. Plinius libro ſecundo. Hieronymo teſte, qui tradit ſingula milia talentum annuatim thuris penſitaſſe arabes regibus Perſarum.

Annulus, per duplex nn, paruus annus dicit, per ſimplex aliud ſignificat, ſcilicet paruas nates, ut eſt diminutiuum ab anus ani.

Annus, à circuitu temporis, quum veteres am, pro circum ponant, & nare, fluere. Seruius ab anulo dici exiſtimat, quod in ſe redeat quaſi anulus. Verg.
Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitus annus.
Sed ſic Vergilius περιφραστικῶς expreſſit ἐνιαυτόν. Nam menſibus in ſe currentibus voluitur. Sol enim per duodecim zodiaci ſigna excurrens, annum conficit. Vnde apud Aegyptios ante inuentas literas, dracone picto, ſuo mordente caudam, qui in ſe recurreret indicabatur. Alii ab annouatione deriuant ab ἀνὰ & νέω, renouo, quia ſemper renouatur. Alii à Græco ἔνος, vnde apud nos dicimus trienniũ, illi τρίενος. Eſt autem triplex annus, Lunaris, triginta dies habens, Solſtitialis, qui duodecim continet menſes, qui dicitur Solis anfractus, quum peractis trecentis ſexaginta quinq; diebus & quadrante, ad eadem ſydurum loca redit. Qui etiã annus uertens dicitur. Et Magnus annus, quem eſſe voluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus. Et hoc fit ſecundum Ciceronis Hortenſium, poſt annos duodecim milia, noningentos, quinquaginta quatuor Solſtitiales. Anni vero quatuor ſunt tempora, diuiſa in ternos menſes, & ipſorum temporum ſacit ſit talem diſcretionem, vt primo meſe, Ver nouum dicatur, ſecundo adultum, tertio præceps vel extremũ. Vnde eſt, extremæ ſub caſum hyemis. Annum primò Eudoxus, poſt Hiparcus, deinde Ptolemæus, ad ultimum Cæſar deprehendit.

Annus Saturni, à quibuſdam dicitur, qui eſt quadraginta annorum. Annus arcadum trimeſtris fuit. Aegyptii Lunæ ſenio annum terminabant, apud quos etiam ſingula milia annorum quidam uixiſſe produntur.

Annuus, a, um, quod vnius anni ſpatio continetur, ſicut diurnus, quod diei. Annuum quoque dicimus. quod fit ſingulis annis. Verg.
Atq; annua magnæ Sacra refer Cereri.
Annua abſolute dicuntur alimenta in ſingulos annos. Iuuenalis.
Sunt quæ tortoribus annua præſtent.
Vlpian. Si cui annum fuerit legatum relictum, ſine adiectione ſummæ, id videri relictum. Sueton. de Tybe. Peculio cóceſſo à patre, præbitiſq; annuis,

fraudauit

fraudauit per ſpeciem publici iuris.

Anodina uocantur quæ leuationem doloris, ſomnũ accerſendo moliuntur. ab α. priuatiua, & ὠδίν, dolos pariendi, ſed interponitur ν. collidantur uocales. ut reeo, redeo.

Anomalia, inæqualitas, & Græcum eſt ἀνώμαλον.

Anomalum penultima correpta dicitur inæquale, quod diſſimile eſt. ab α, ſine, νόμος, lex, quaſi extra regulam. Anomalum etiam dicitur aſperum uarium.

Anonymum, penu. correp. ſine nomine & obſcurum. Legimus autem populos eſſe in aphrica athlantes dictos, qui ſunt anonymi, hoc eſt, ſine propriis nominibus, qui in uniuerſum athlantes tãtum uocitãtur. Sic ſemper per y, pſilon in penultima ὄνομα uertitur, ut, Hieronymus.

Anophytus, penultima correpta. Latine dicitur deſuper natus. ab ἄνω καὶ φύω, ὅ ἐστι τὸ φυτεύω.

Anquina penultima produ. funis nauis quo ad malũ antenna conſtringitur de qua Cinna,

Atq; anquina regat ſtabilem fortiſſima curſum.

Anquirere, circũ quærere eſt. Liuius anquirere dicit, quod Cicero Quærere. Vnde apud eum ſæpe pecunia anquiſitum legimus, id eſt conclusũm pro multa, uel emenda, & anquirere capite, pro criminaliter contra aliquem procedere. Bud.

Anquiromachus, penultima correpta. genus nauigii, dictus quòd celeritate ſui anchoris, & inſtrumẽtis reliquis nauigium uehendi ſit aptus.

Anſa. uaſis auris, utrinq; prominens, qua ſcilicet manibus teneri ſolet. Vergilius,

Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.

Anſa quoq; manubrium, uel quicquid omnino à toto corpore exit. Vnde ponitur, quandoq; pro fibula. ſeu fixula quæ calceis inſuitur. Tibullus,

Anſaq; compreſſos alligat arta pedes.

Anſanctus, dicitur omni ex parte ſanctus.

Anſer, ocha, ab anatando. auis eſt quæ nocturnas excubias celebrat. Vigilias enim ſuas cantus aſſiduitate teſtat. Hinc anſerinus, a, um, quod eſt anſeris. Plin. Tubera, & quæcunq; emolliri opus ſit efficaciſſime anſerino adipe curantur.

Anſula, diminutiuũ ab anſa, quo uſus eſt Auguſtinus libro octauo Confeſſion. pro anulo quo fiunt catenæ, licet per tranſlationem, Ex uoluntate (inquit) peruerſa facta eſt libido, & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas, quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis, unde catenam adpellauit, tenebat me obſtrictum dura ſeruitute.

Antachates, gemma, quæ pro achate eſt, myrrham redolens, & ob id mulieribus grata.

Antacites, penultima correpta, amnis aſiæ à, quo piſces antacæi, ſalſamentum nobile. Importantur antacæi & ex Boryſthene, ut inquit Hieronymus, Et in hodiernum diem à Mæotilacu præſtantiſſimi quotannis inuehuntur.

Antetarum, tantum pluraliter. oſtiorũ latera dicuntur. à quibus antipagmenta.

Antæus, cum diphthongo, & ſine h, fuit gygantis nomen, Neptuni ex Terra filii, magno ac procero corpore. Quippe q cubitis quadraginta adoleuerit in Lybia, apud Lixum oppidum, à flumine Mauritaniæ eiuſdem nominis ita uocatum, qui locus antæi regia dicitur, robore ac fortitudine nemini cedẽtis. Quoties membra labore defecta eſſent, tactu terræ recreabantur, quem Hercules palæſtra pectori aſtrictum expirare coegit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum ducem, apud Tyganam oppidum Libyæ, effoſo ſepulchro Antæi, cadauer inueniſſe. Euſebius libr. de Tempo. ſcribit Antæum palæſtricæ artis fuiſſe doctiſſimum, & quorſicunq; certaminũ, & ob id oſtendit ſe arbitrari, fictum, quòd fuerit filius Terræ, & quod uiribus reſtauraretur ab ea.

Antanaclaſis, ad uerbum transferri poteſt, ex aduerſo refractio, figura quum id quod ab altero dictum eſt, non ea mente qua dictum eſt intelligitur, ſed in aliam aut contrariam accipitur.

Antandros, Phrygiæ urbs, ad meridem poſita quam habitauere Leleges, finitimi Cilicibus, Aborigenes olim quum habitarent acarnaniam, à duce Lelege Leleges adpellati ſunt, & ab eius nepote Teleboo, Teleboi. Hi migrauerunt in aſiam, & dicti fuere Cares. Sed de hoc latius in dictione Leleges. De hac Vergilius.

Claſſemq; ſub ipſa antandro.

Antandrum uero ſaxum magis quàm inſula inter Tenedum & chium, qua Aegeus ſinus panditur à dextra nauigantibus.

Antarcticus. pen. cor. quartus circulus cœli eò quòd contrarius ſit circulo quem arcticon nominamus. A noſtris dicitur Polus meridionalis.

Antarium bellum, quod ante urbem geritur.

Antè modo aduerbium, modo prepoſitio eſt. Aduerbium quando nulli deſeruit caſui & ſignificat antea. Vergilius.

Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui.

Hoc enim accidit multis præpoſitionibus. Nec mirum, quãdo aduerbiis etiam quibuſdam, liceat uim præpoſitionis adſumere. ut pridie Calẽdas, pridie Nonas. Itaq; apud, circum, ante, poſt & reliquæ tũc præpoſitiones iure adpellãtur, quãdo caſibus adiũctæ tranſitionem facere oſtenduntur, quod eſt proprium ipſarum. Quando vero ſine caſibus, ſunt aduerbia. Sciendum quòd ante & poſt quum caſibus præponitur, adcuſatiuum exigunt. vt ante multum poſt multum. Quum vero caſibus ſubiiciuntur, ablatiuum. Plaut. in aſin. Vix anno poſt exegi. Ante uero quum eſt præpoſitio, ſeparari & componi ſolet. Separata qñq; pſonã qñq; locum, qñq; tẽpus denotat. vt ante ora parentum, ante templum, ante duos annos. Compoſita pleruncq; ſignificat ſicut ſonat, & componitur cum dictione incipiente ab a, ut anteãbulo. à c, ut antecaplo e, ut anteo. f, ut antefero. g, vt antegradior. l, vt antelucanus. p, vt antepono. ſ, vt anteſto. Ab ante fiũt deriuatiua, antica, Antiquus antes, antenna, & huiuſmodi.

Antea aduerbium eiuſdem ſignificationis cum ante. cõponitur ex ante, & ea, ut oſtendit Priſcian. quãuis

tantum tempus denotet.

Ante alios ſuper alios, plus aliis, prius aliis, vel præter alios.

Anteambulo, as. vide in dictione ambulo.

Antecapio, is præuenio, anticipo. Salluſt. Cõſul optimum factu ratus noctem quæ inſtabat, antecapere, ne quid ſpatio nouaretur.

Antecedo, penultima producta præcedo, anteuado. & conſtruitur tam cum accuſatiuo, quàm cum datiuo. Decius Brutus Ciceroni. Biduo me antonius anteceſſit, itinere multo, maiora fugiens, quàm ego ſequens. Cicero pro archia, Celeriter antecedere omnibus ingeniis contigit.

Antecello, idem eſt quod præcello. Cicero pro Cornelio, Qui eloquentia cæteros antecellis.

Anteceſſum, ſiue anteceſſum. dicitur id quod prius datur, ut pòſt aliquid recipiatur. Seneca libro quarto de Benefi. Vnde vos apud me iſtæ expenſorum acceptorumq; rationes diſtinguntur. Ego quod cui debeam ſcio, aliis poſt longam diem repono, aliis inanteceſſum eſt. Alibi. Sed non ego difficilis bene credi tibi ſcio. Itaq; In anteceſſum dabo.

Antecœnium, cibus qui ante cœnam ſumitur. Vulgò merenda. Apuleius libro ſecundo. Prorſus gladiatoriæ Veneris antecœnia,

Anteeo, is, tam datiuo quàm adcuſatiuo iungitur. & ſignificat ante vado, præcello. Plautus in amphytrio. Virtus omnibus rebus anteit. Salluſtius in Iugurtha, Et quum omnis gloria anteiret, omnibus tamen charus erat.

Antefero, penult. correpta antepono. Cicero Cecinnæ, Quum vel iniquiſſimam pacem iuſtiſſimo bello anteferrem. Ambro. Fuit ſapientiæ Deo cedere, nec filii gratiam anteferre autoris præcepto.

Antefixa, dicuntur quæ ex opere figulino ſub tectis affiguntur ſub ſtilicidio.

Antegenitus, primo genitus.

Antegradior, ante vado. Cicero, Quicquid eſt quod deceat, adparet quum antegreſſa eſt honeſtas.

Antehac, non modo ſignificat ante hoc tempus (ut Terent. in andr a.) Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. id eſt, ante hoc tempus, ſiue hactenus vel vſq; modo, ſed etiã ante illud tempus, ſicut poſthac, non tãtum poſt hoc, verum etiam poſt illud tẽpus. Salluſt. Sic erat accenſa libidine, vt ſæpius peteret viros, quàm peteretur. Sed ea ſpe antehac fidem perdiderat.

Antelapides, ſunt qui vtrunq; latus oſtii muniunt, Alio nomine paraſtatæ, autore Victruuio.

Anteloquor, prius loquor. à quo antiloquium, primus in dicendo locus, ſiue prior locutio. Macrobius, Hic aſſenſi omnes Prætextato anteloquium detulerunt.

Antelucani venti, q aut ex fluminibus, aut ex aliquo ſinu feruntur

Antelucanus, a, um, quod eſt ante lucem. Cice. M. Catoni. Ex antelucano tempore vſque ad horam diei decimam, magna multitudine hoſtium occiſa. Idem contra Catil. Quorum omnis induſtria vitæ & vigilandi labor, in antelucanis cœnis exprimitur.

Anteluco, as, ſiue antelucor. penult. producta, ſignificat ante lucem vigilo.

Anteluco, aduerbium, idem quod antelucolò, quaſi ante lucem.

Anteluculo, aduerbiũ ſignificat hora antelucana, id eſt, matutina & ante Solis ortum, quaſi antelucem. Apul. libro primo. Optimum itaq; factu viſum eſt anteluculo furtim euadere.

Ante malorum. hyphen eſt, id eſt, ſubunio, quia ſub vno accentu duæ dictiones proferuntur. Eſt enim vnitas quaſi compoſitio, nam ſignificat præteritorum malorum.

Antemnæ, eſt m, ante n urbs ante amnem, dicta quòd eam amnis præterfluat, quaſi ante amnem, poſitæ de qua Verg. libro ſeptimo, antemnæ

Tegmina tuta cauant capitum.

Antemon, penultima producta velum quod poteſt facilius obliquari, quo nautæ i ſummo tempeſtatis diſcrimine vtuntur.

Antenna, per duplex nn, lignum per tranſuerſum in malo poſitum, in quo uelum alligatur, à circumtenẽdo dicta. Plinius libro primo. Non antennas ſolum uerũ ipſa nauigia contorta frangens. Perottus per m, & n, ſcribendum innuit, dicens dictum quòd ante ſe habeat amnem. Quemadmodum interamna dicta eſt urbs Vmbriæ, quòd inter amnes ſit poſita. Vergilius.

Cornua uelatarum obuertimus antemnarum.

Antenor, Troianus fuit patriam prodidiſſe exiſtimatus, quia & legatos qui propter Helenam uenerant ſuſcepit hoſpitio, & Vlyſſem, habitu falſo cognitũ non indicauit. Hinc Venetiam venit, vrbemq; in ea condidit antenoream primò dictam, à qua antenoridæ vocitati, poſtea Patauium, deinde Paduam.

Ante oculos, minus eſt quàm coràm. Nam & coram proximitatem ſignificat, ante oculos poteſt ẽt longè intelligi. Terentius in Eunu. Quæ mihi ante oculos coràm.

Antepagmenta, ſunt valuarum ornamenta, quòd ante valuas adpinganť, id eſt, affigantur, vel quòd adpingantur antis ſeu valuis.

Antepono, nis. præfero. Cicero in Leli. Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

Anterius, antehac, & hoc tempore. fit enim ab ante, ſicut à poſt poſterius, & à ſub ſubterius, quo vſus eſt Boetius, Sido ad domitiũ. Quænam potiſſimũ anterius caulibus noſtris culina fumaret.

Anterminum, id eſt circuntermінum.

Anterotas, nonnulli dicunt quaſi mutuos amores. Gr.

Antes nomen ab ante deductum, quo ſignificanť eminentes lapides, ſiue vltimæ columnæ quadratæ, quibus ſuſtinetur fabrica. Hinc dicti videntur antiani magiſtratus in vrbibus, qui ſemeſtrem magiſtratum exercent, qui velut antes columnæ, totius vrbis onere incumbente, eam ſuſtinent. Ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum poſſumus trahere qui antè ſtant. Verg libro.ii. Georg.

Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

Alii macerias accipiunt quibus vinea clauduntur, quæ fiunt de ſiccis lapidibus. Sic dictæ, à lapidibus eminentioribus qui interponuntur ad maceriam ſuſtentandam.

Anteſignanus, ſignorum, hoc eſt, vexillorum propugnator, ſiue defenſor. Nam ſignum pro vexillo ponitur. Liuius libro quarto, Signa nunc reſiſtentia deferuntur ab anteſignanis, nunc inter ſuos manipulos recipiuntur. Signifer eſt qui vexillũ defert. Ideò Liuius ibi non ſolum de anteſignanis, ſed ſignifero ita loquitur. Ita primo ſtatim prælio, quũ dictator equitatu immiſſo, anteſignanos hoſtium turbaſſet legionum, inde ſigna inferre properè iuſſit, ſigniferumq; ex ſuis vnum cunctantem occidit. Apud Vegetium anteſignani dicuntur campigeni, quòd eorum opera atq; virtute exercitii genus creſcit in campo.

Anteſto, as, cum datiuo conſtruitur. ſignificat antecello. Gellius libro nono. Qui & viribus & magnitudine, & adoleſcentia, ſimulq; virtute cæteris anteſtabat. id eſt, antecellebat. Sed hoc per tranſlationem. nam proprie ſignificat ſicut ſonat, Vnde antiſtes, & antiſtor.

Anteſtor, aris. ante iudicem ſtatuo.

Anteuenio, præuenio. Salluſtius in Iugurtha. Ac per tramites occultos exercitũ metelli anteuenit. Plaut. in Trinu. datiuo iunxit, pro corãm uenio. Tempori huic hodie anteueni.

Anteuerto, præcedo, præuenio, anticipo, Cicero in Leli. Id ipſum quum tecum agere conarer, Fannius anteuertit. id eſt, præfatus eſt. Ambroſius ad Simplicianum, Ita mens boni ſpeculatrix conſiliorum ſuorum eſt prius q; examinat, quid decorũ atq; honeſtum, iniqtas vero opere cogitationẽ anteuertit.

Antenorta, Dea eſt Romanorum, ꝙ præterita noſſet.

Anteurbanus, a, um, quod eſt vrbi propinquum. Vnde anteurbana prædia dicuntur urbi propinqua.

Anteus, apud nos idem eſt quod contrarius.

Antexpectatũ, tota vna dictio. aduerbi. & ſignificat antequam expectaretur eius aduentus.

Verg. libro quarto, Georg.

Antexpectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

Anthedon, meſpili arboris genus, huic pomum minus cæteris, ſed odore præſtantius, & quod diutius ſeruetur. Flos amygdalæ, folium magna ex parte ſeſſum quòd antequam decidat, rubeſcit vehementer. Nõ fuit in Italia hæc arbor Catonis tẽpore. Ce.

Anthericum, balſami genus tenui & capillacea coma. Antherices enim ariſtæ dicuntur. Ce.

Antheus, cum h, antenoris filius fuit, quem Paris amauit, & imprudens interfecit. Quo nomine dictus eſt vnus ex Aeneæ ducibus de quo Verg.

Anthea Sergeſtumq; uocat.

Anthinum, mel, uocatur quod vere factũ eſt, quoniã ex floribus faui conſtruantur quos Græci τὰ ἄνθια adpellant. Mel vero æſtiuũ uocatur ὡραῖον, ꝙ Græci omneis fructus æſtiuos nominant τοὺς ὡραίους, quoniam id tempus per excellentiam horam vocãt.

Anthomis, herba eſt quam nonnulli leuchantemida, alii leuchantemum, alii acrantemida, nonnulli melãthion vocant. hanc medici recentiores barbare camomillam uocant. Ce.

Anthos, vnus ex filiis Neſtoris eſt. & ἄνθος anthos Latine flos Hinc carduelis anthus dicitur, quòd flore paſcatur. Cornucop.

Anthraces, penultima producta. Latine carbones. Anthrax etiam (ſicut ſcribit Hieronymus ad Damaſum) genus eſt lapidis fulgidi atq; lucentis, quẽ nos carbunculum intepretamur, & quem in duodecim lapidibus inuenimus.

Antrachitis, gemma eſt, in qua ueluti ſcintillæ diſcurrere uidentur.

Anthracinus, color niger, à carbone, quòd carboni ſimilis ſit ſiue quòd huiuſmodi color ſit ex tritis in mortario carbonibus. Varro de Vit. Paſt. Propinq adoleſcentulæ, & iam anthracinis, proximo amiculo nigello, capillo demiſſo ſequuntur luctum.

Anthracius, carbonarius. Anthracia, pruna.

Anthropophagi, populi Scythie, qui humana carne veſcuntur. φάγω enim comedo ſignificat. Hi populi ſunt ad Orientem ac Septentrionem Maſſagetis, & circa hos triſtiſſima ſolitudo, & mare quod Thabin vocant.

Anthropophormitæ, dicti ſunt qui ſimplicitate ruſtica. Deum habere membra arbitrantur. Vnde & anthropophormitica hæreſis.

Anthropos, penultima producta nam Græce ἄνθρωπος ὅτι ἄνω ἀνατρέπει. id eſt, quoniam ſurſum vertatur, Latine homo dicitur.

Anthuſs, Latine florens dicitur.

Anthypathea, diſcordia, ſicut Sympatea cõcordia nobilium, vt docet Plinius lib. xxxiii. ὕπατος, conſul.

Anthypatus, Latine proconſul.

Anti præpoſitio Græca, quæ in cõpoſitione plerũq; contradicit, & aliquando ſignificat re, & aliquãdo pro. Extra compoſitionem conſtruitur apud eos cũ genitiuo, & tunc apud nos ſignificat pro.

Antia, vxor fuit Prœti, argiuorum regis, abantis filii.

Antia lex, dicebatur quam antius Reſtio tulit, quæ licet optima eſſet, luxuriæ tamen obſtinatione, nullo abrogante, obliterata eſt. Propter quod Reſtionem ipſum tradunt, quandiu poſtea vixit, foris non cœnaſſe, ne legem à ſe latam contemni uideret. Ce.

Antiæ ſunt muliebres capilli, in fronte demiſſi, qui ante faciem ſiti ſint.

Antioxona, pen. corr. quaſi contra axem poſita. ἀντὶ contra. ἄξων, axis. Græci ἀντιάξονα.

Antibacchius, pes Bacchio contrarius. Cõſtat ex duabus longis & vltima breui. vt natura.

Antica vide in dictione Poſtica.

Anticanis, ſidus q & Procyon à Græcis dicitur, ꝙ ante maiorem Canem oriatur, Hinc in lacteo circulo defixis pedibus æquinoctialem circuitũ tangit, ſpectat Occaſum, ut inter Geminos & Cancrum conſtitutus, occidit ex ortu Capricorni, exoritur cum Leone, conſtat tribus in totum ſtellis. Cicero.

Anticanem Procyon Graio qui nomine fertur.

Anticatones, dicti ſunt duo lib. quos Cæſar cõtra Catonem ſcripſit. Sueton. Reliqt & de analogia duos

libros,& anticatones totidem. Nomen eſt compoſitum ex Græco & Latino. Nam (vt Quintilianus inquit) ex peregrino & noſtro componuntur dictiones. vt epitogium & anticato.

Antichthones, populi qui habitát in zona hyemali. Hos Martianus ſeiungit ab Antœcis & Antipodibus, qui infernalem nobis obuerſam habitant. Pōponius tamen videtur Antichthones pro Antipodibus accipere.

Anticipo,as, pen.cor. ante capio, ꝑuenio. vt eſt illud,

Strictior Acoos præceſſerat aura iugales
 Aeſtiuum ſuadens anticipare diem.

Anticyra, penultima correpta, inſula ad ſinum adiacens Maleacum & Oetam montem cuius meminit Strabo libro nono, vbi autore Plinio, elleborum tutiſſime ſumitur. Ouid. lib. iiii. de Pont.

I bibe, dixiſſem, purgantes, pectora ſuccos,
 Quicquid & in tota naſcitur anticyra.

Vnde quoties inſanum hominem ſignificare voluerunt Anticyra egere ſcribunt. Horatius,

Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam.
Tonſori Licino commiſerit.

Eſt & Anticyra, ciuitas iuxta Cyrram in Phocide regione, in Corinthium conuerſa ſinum, ab Anticyreo quodā Herculis ætate, Cypariſſus ab Homer. dicta, Anticyricon, genus eſt herbæ ſimilis erigerōti, quæ in Anticyra inſula creſcit. C.

Antidora, penult. prod. ſunt remunerationes. Vlpianus tit. de peti. hæredi. Planè ſi antidora acceperſit, dicendum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperſit, velut genus quoddam hoc eſſet permutationis.

Antidoſis, penul. produ. Latine retributio. ſignificat enim quicquid alicui ex aduerſo datur. ſ ξ δίδωμι, δώσω. id eſt ex do, futurum dabo.

Antidotarius, liber in quo de antidotis tractatur.

Antidotum, pen. corre. ex contrario datum remediū, ſiue medicamentum quod contra venena datur. Nā & ipſa antidota ferè venena ſunt. vt ſit Antidotum, quaſi venenum, contra venenum. ἐξ ἀντὶ καὶ δίδωμι, id eſt, contra & do. Nam contraria contrariis curantur. Quintil. lib. vii, Tyrannus ſuſpicatus, à medico ſuo datum ſibi venenum, torſit eum. Et quum id dediſſe ſe negaret, acceſſit alterum medicum. Ille datū ei venenum dixit, ſed ſe antidotum daturū. Dicitur & Antidotus, genere fœmin. Gellius lib. xiiii. Huius regis antidotus celebratiſſima, quæ Mitrydates vocatur. Hiero. contra Rufinum. Apud medicos quoq; quædam antidotus, noxios humores temperans, ex amaritudine nominatur quæ dulcis oſtenditur.

Antigenes, penultima correpta. nomen pueri ruſtici, & interpretatur ex ſe genitus.

Antigerio, veteres pro valde, & pro ſtatim vtebantur quaſi antequam res gereretur.

Antigonia, Troas ipſa dicta eſt, poſtea Alexādria, colonia Romana.

Antigonus, penul. correp. nomen propriū regis Macedonum, & Alexandri Magni frater, qui primus poſt Alexandrum in Aſia regnare cœpit, & duodeuiginti anni regnauit. Hic multa bella geſſit in quibus tandē occubuit. Fuit alius Antigonus rex Aſiæ. alius Antigonus tertius eiuſdem nominis, Macedonum rex, alius fuit Iudæorum rex.

Antigraphium, Latine exemplar dicitur.

Antilena, qua pectus iumētū cingitur, ſicut poſtilena quæ ſub cauda ponitur.

Antilepſis, Græce dicitur quam Latini interceſſionē, vel interlectionem nominant.

Antilochus, pen. cor. Neſtoris filius maior natu, quē in bello Troiano Memnon Auroræ filius (aliàs Hector) interemit. Vnde patris prece motus Achilles, Memnona occidit.

Antilogia, dici poteſt contradictio, refragatio, uel quaſi contraria oratio.

Antimachus, penultima correpta. cum ch, aſpirato. nomen viri, Latine cōtra pugnans. μάχη enim pugnam ſignificat.

Antimetabole, Latinè dici poteſt ex aduerſo mutatio. Figura qua verba declinata repetuntur. vt, Non vt edam uiuo, ſed ut uiuam edo.

Antinous, Aegypti ciuitas, ab Hadriani Amaſio ſic dicta, ut ſcribit Hierony. lib. contra Iouinianum.

Antiochia, vrbs in Syria, quæ prius Metropolis Epiphane & Reblata, ab aliis Theopolis, hoc eſt, Dei ciuitas, eſt adpellata. Hāc Seleucus Nicanor in ſuorum memoriam condidit, Olympiade. cxix. quam Orontes fluuius interfluit, ab Occidentali regione lauat mœnia eius Farfar fluuius. Strab. in Seleucida Siriæ quatuor inſignia ſunt oppida, ob id & Tetrapolis dicta regio, Antiochia Epidachne cognominata. Item Seleucia Pieria. Itē Apamea, Laodiceaq;. Alia eſt Antiochia ad Perſicū littus, ab Antiocho cui Soter cognomen fuit condita. Ab antiochia fiunt adiectiua. Antiochenus, & antiochenſis.

Antiochus, nomen ſecundi regis Syriæ, Seleuci filii, ſed huius nominis primi. Quo nomine dicti ſunt alii Syriæ reges. Hic dictus eſt antiochus Soter, & regnauit annis viginti. Secundus antiochus huius filius dictus Ahios, & regnauit annis viginti, ueneno ab uxore Laodicea extinctus. Tertius antiochus Galericus. Antiochus quartus rex, cognomento Magnus, regnauit annis trigintaſex. Dictus eſt etiā Hierax, ꝙ accipitris more in rapiēdis alienis uitam duceret. Hic Ptolemæum Philometorem prælio ſuperauit. Quintus antiochus Syriæ rex, dictus nobilis ſiue illuſtris, qui regnauit annis vndecim. Hic Hieroſolymam deſtruxit, & multa mala intulit Iudæis. Sextus Antiochus Syriæ & Aſiæ rex, dictus eſt Eupator. Fuit & alius Antiochus Aſcolonita philoſophus. Ciceronis, Brutiq; præceptor.

Antiopa, Nictæi, filia, & Lyci Thebanorū regis vxor à quo repudiata, in maximis calamitatibus fuit.

Antipariſtaſis, penul. correp. à Græcis dicitur ꝑ quā, vbi calidum eſt, inde frigus expellitur, vbi frigidum eſt, inde calor expellitur. Hinc putei per hybernum tempus calent, quia illō ſe calor contulit, cedens frigori ſuperiora poſſidenti.

Antipater, penul. correp. nomen proprium poetæ Sidonii,

donii,ſeu ex Tyro Phœnicie ſtoicæ ſectæ, qui poſt Panetiũ de officiis ſcripſit. Hic quo die natus fuit, eodem ſemper febre laborauit omnibus annis. Et quum diu vixiſſet, poſtquam ætatis ſuæ tempus deſtinatum adpropinquaſſet,eo die, & eodem morbi genere conſumptus eſt. Hic Antipater nobili epigrámate in Saphò,decimam inter Muſas eam cooptat. Fuere & alii huius nominis; inter quos fuit Caſſandri Macedonum regis filius.

Antipathia, à Latinis temperatura.

Antipelargoſis,penultima correpta. Græce ἀντιπελάργωσις, Latine beneficiorum retributio dicitur. Vnde Pelargos, dicta eſt ciconia,quæ retribuat parentibus gratiam. Budæus. Et illud de Ciconia prouerbio Græco teſtatum,ab Ariſtotele etiam confirmatum,quæ parentes ſenio confectos alere exiſtimať, infantiæ ſuæ vices rependens. Vnde ἀντιπελαργεῖν verbum pro eo quod eſt promerentibus gratiam in tempore referre, & Antipelargia huiuſmodi gratiarum relatio,à Ciconia dicta,quæ Græce Πελαργὸς dicitur. Inde Pelargici nomi ab Ariſtophane dicti, quaſi Ciconariæ leges, quibus liberi parentes alere iubentur.

Antiphates,penult.correp. nomen propriũ regis Læſtrigonum.de quo Vergilius lib.vii.

Et primum Antiphaten, is enim ſe primus agebat.

Dicitur & Antiphateus,

Antiphiũ,nomen loci,dictũ,quia Phio aduerſum ſit.

Antiphona,penul.prod.non autem correpta. vox reciproca, duobus choris alternatim pſallẽtibus. Antiphónas Græci primi compoſuerunt, & apud Latinos ſanctus Ambroſius inſtituit. Ex hinc in cunctis regionibus occiduis uſus increbuit. Ideo autem penultima eſt lõga, quoniam eſt omega, ex ἀντὶ καὶ φωνὴ, uox, contra communem uſum.

Antiphraſis,penultima correpta. ſermo per contrarium intelligendus. ut Parcæ,quia nemini parcát. Anti,contra, φράσις, locutio.

Antiphrates,gemmæ ſpecies,quæ in lacte decocta, id myrrhæ ſimile facit.

Antiphus,uiri proprium,filii Theſſali.

Antipodes, penultima correpta. dicuntur qui contra nos poſiti ſunt contrariis ueſtigiis, quos tamen Auguſtinus libr.xvi.de Ciuitate Dei,negat eſſe, ſic ſcribens, Qui vero & Antipodas eſſe fabulantur,id eſt homines à contraria parte,ubi Sol oritur,quando occidit nobis,aduerſa pedibus noſtris calcare veſtigia,nulla ratione credendum eſt.

Antipodoſis, retributio,ex anti & apo,quæ re indicant, & doſis,datio. Figura eſt quum media primis & ultimis conueniunt, vt ueſtrum hoc factum reprehendo P.C. non meum,ac pulcherrimũ quidem factum,uerum ut dixi,non meum,ſed ueſtrum.

Antipophora,penultima correp. figura quæ fit quũ tacitæ obiectioni reſpondetur. Nam anti,contra hypophero, ſubduco, uel ſuffero, quaſi contraria ſubductio.

Antipoſis, penult.prod. Latine dici poteſt pro caſu. Figura quando caſus pro caſu ponitur. ut, urbẽ quá ſtatuo, ueſtra eſt. Compoſitus enim ex ἀντὶ, pro, πτῶσις, caſus à πίπτω, καὶ ἐν τῷ παρακειμένῳ πέπτωκα. id eſt, cado, & in præterito cecidi.

Antiquarius,rerum antiquarum peritus. Iuuenalis

Ignotosq́; mihi tenet antiquaria uerſus.

Item Antiquarii dicti ſunt homines qui uoces priſcas, & iam diu deſitas curioſe cõlectantur,quo uerbo Trãquillus uſus eſt. hos Græci φιλαρχαίους appellant. quo nomine Tyberius ab Auguſto ſæpe reprehenſus eſt, de quo ſic Suet. Sed nec Tyberio parcit exoletas interdum & reconditas uoces aucupáti. M. arcũ quidem Antonium ut inſanum increpat, quaſi ea ſcribentem quæ mirentur potius homines, quàm intelligant. Antiquarii etiam dicuntur antiquitatis nõdum exoletæ ſtudioſi peritiq́;, quorum ſcripta iucunda quadam re diuinaq́; interdum antiquitate ueluti diſtincta ſunt, qualis fuit olim Salluſt. & noſtro tempore Theodorus Gaza. Budæus.

Antiquo, as, euacuo, aboleo, & ad ſtatum priſtinum reuoco. Liuius, Omnium rerum cauſſa uobis antiquandas cenſeo iſtas rogationes. Et Antiquare, eſt confirmare. Idem, De plebeio ſenatus antiquabant.

Antiquus, proprie uetus. Vergil.

Antiquasq́; domus auium

Deductum (ut Varro docet) ab ante & æuum. Sed differunt ab inuicem. Nam antiquum, dicitur quod eſt prioribus ſeculis factum,uetus, obſcurum. Plautus in Muſtell. Antiquum & uetus. Quoniam uero quæ antiquiora ſunt, ferè meliora eſſe conſueuerũt ut mores, uinum, & ſimilia, (Plautus, Qui utuntur uino ueteri ſapienteis puto, & qui libenter ueteres expectant fabulas.) ideo factum eſt, ut Antiquus quandoq; pro melius uſurpemus. Cice. in Leli. Hoc quidem proprium amicitiæ, ſed antiquior & magis à natura profecta. Et Antiquus ponitur pro nobili ac uenerabili. Vergil.

Terra antiqua potens armis

Et exprimitur ſemper cũ quadam dignitate, uel cũ quadam contumelia. Ab Antiquus fit Antiquitas, & uetuſtate. Antiq́;, Antiquitus, aduerbia.

Antirrheſis, pen. prod. Latine contradictio dicitur.

Antiſterion, adpellatur menſis Aprilis, à copia florũ, qui in eo luxuriant, alio nomine & à Græcis uocatur Targilion.

Antiſtes, itis, ex ante & ſto, tã fœminini quàm maſculini generis, qui in aliqua re excellit, ut ſi dicamus, Cicero eloquentiæ antiſtes, quaſi anteſtans princeps.

Valer. Maximus libro primo.

Ne Deæ uetuſtis ritibus, perita deeſſet antiſtes.

Liuius libro primo.

Potitii ab Euandro edocti antiſtites ſacri.

Dicitur hic Antiſtes, & hæc Antiſta. Plaut. in Ruden.

Venereæq́; antiſtitæ. Antiſtites quoq; ſunt primarii ſacerdotes, qui & Protomyſtæ, & Archiflamines, & Archimãdritæ, ab eo q anteſtant & præpollent.

Antiſthenes, pe.cor. nomẽ philoſophi, & cõtrauaiẽtiam ſignat. Hic quũ glorioſe docuiſſet Rhetor. audiſſetq́; Socr. dixiſſe fertur ad diſcipulos. Abite & magiſtrum quærite, ego enim iam reperi. Statimq́;

venditis quæ habebat, & publice diſtributis, nihil ſibi præter palliolum reſeruauit.

Antiſtitium, excellentia & apex, & quaſi dignitatis faſtigium. Mart. Capella, Antiſtitio præminebat Athanaſia.

Antiſtitor, pe. cor. quaſi anteſtator. Col. lib. iiii. Neq; n. ſingulis totidem antiſtitores poſſit dare, q obſeruent, qui q; præcipiant, ne acerbæ vuæ demetantur.

Antiſtœchon, item dicitur pro litera. Nam ἀντί, pro & στοιχεῖον, litera. vt ſella pro ſedda, & magalia pro magaria, l, pro r. nã magal pro magar dr, quod Pœnorum lingua villam deſignat. Græce ἀντίστοιχον.

Antiſtrophe, ἀντιστροφή. dicitur quũ inter cõiũcta duo, quæ inter ſe pendeant, fit alterna conuerſio. vt ſeruus domini, & dominus ſerui.

Antitheſis, pe. cor. figura quum vna litera ponitur pro alia. vt olli pro illi. Componitur enim ab ἀντί, qđ eſt pro, θέσις, põſitio, quaſi pro altero poſitio.

Antitheton, penultima correpta. obiectum vel cõtra poſitum. Figura, quum contrariis opponuntur contraria. vt apud Ouidium,

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.

Nam anti, pro vel contra, theton, poſitum. Perſius, Carmina raſis
Librat in antithetis doctas poſuiſſe figuras.

Antitypum, penultima correp. Latine exemplar, ſimilis formæ, vel contrarium.

Antium, vrbs Latii, Volſcorum caput, Romanorum colonia. dictum q ante alias urbeis in ipſo littore ſita ſit, ad otium, rerumq; vrbanarum variationẽ accommodata. Inde Antiates dicti.

Antlia, æ, machinula, ad hauriendam aquam excogitata. Nam ἀντλεῖν, Latine haurire dicitur. Mar.
Cura laboratas antlia tollit aquas.

Et Feſtus. Antlare, haurire. à Græco ἀντλεῖν, vel ἀπὸ τὸ ἄντλημα κυλίειν. id eſt, haurio, & hinc hauſtiorum vocamus, deſcendit. Liuius,
Florem antlabant liberi ex carcheſiis.

Antœci, populi qui habitant contrariam zonã Antichthonibus.

Antonius, nomen viri ꝓpriũ. Antoniorũ familia, Romæ nobiliſſima, vetuſtiſſima q; fuit, vtpote q ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda ꝓditur.

Antonomaſia, cũ accen. in penul. dici poteſt pro nomine. id eſt, vice nominis poſitio. Diomed. Antonomaſia eſt vocabulum quod ſine nomine poſitũ, loco eius fungitur. vt eſt, Arma virumq; cano. vbi intelligitur Aeneas. Fit autẽ tribus modis. Ab aio. vt magnanimus Anchiſiades. i. Aeneas, A' corpore, vt ipſe arduus, id eſt, Polyphemus. Extrinſecus, ut,
Infelix puer atq; impar congreſſus Achilli.
hoc eſt. Troilus, inde Antonomaſticos, denoĩatiue.

Antonomiam, Græci uocant quod nos contrarietatem dicimus.

Antrũ, crypta, Latine ſpecus uel cauerna, quaſi atrũ, ut, inqr, Amb. lib. Hexa. q atro inhorreſcat ſitu atq; ſuffocatione tenebrarũ. Nam Antrum uocant ingentem quandam cõcauitatem in orbem ductã. Sed miror quur tantus uir dictiõculam et puerulis manifeſtam Græcam τὸ ἄντρον, τοῦ ἄντρου, Latinã eſſe uoluerit. Eſt etiam nomen fluminis in Britannia.

Antus, animal eſt, de quo Pli. lib. x. ſcribit, quod equorum hinnitus imitetur.

Anubis. pen. prod. genitiuũ facit anubis, uel bidis, & lingua Aegyptiaca dicitur canis, in cuius forma colebatur Mercurius, ut inquit Seruius. Verg.
Omnigenumq; Deum monſtra & latrator anubis.
Ouidius ſine titulo,
Per tua ſacra precor per anubidis ora uerendi.

Diodorus ſcribit Anubin filium fuiſſe Oſiridis, qui, canem geſtabat tãquam armorum inſignis. Ex quo Aegyptii canem uenerantur, & Anubin Deum canino capite effingunt.

Anulare, qđ ad anulũ pertinet. ut digitus anularis.

Anularius, artifex qui anulos facit.

Anulatus, anulis ornatus. Plautus,
Quid iam, quia incedunt cum anulatis auribus?

Anulus, pro digitorum ornamento, à circuitu uocatus eſt, ſiue à rotunditate, quaſi annus. Græci a digitis Dactylion adpellauerũt, à noſtris etiam digitus. Plautus in Penu. Atq; ut opinor digitos in manibus non habent, quid iam? quia incedunt cum anulatis auribus. Apud nos priſci ungulum & unguinum uocabant, poſtea & noſtri & Græci, ſymbolon dixere. Nam Symbolus nota & ſignũ, & anuli, militiæ notæ erant. Condulũ quoq; & condaliũ ueteres Anulum nũcupauere. Plaut. in Tri. In thermopolio cõdalium es oblitus. & paulò poſt. Inter eõs ne homines condalium te redipiſci poſtulas? Mos fuit ueterum gerere anulum in digito ſiniſtræ manus, qui eſt minimo proximus. Cauſa eſt, quum (ut ſcribit Macrob.) inſectis humanis corporibus, repertũ eſt neruum quendam tenuiſſimum ab eo digito ad cor hominis peruenire. Et ideo uiſum ueterib᷑, ut ille digitus anulo tanquam corona circumdaretur.

Anus, us, generis fœmini, & prima correp. uetula dicitur, ab annorum multitudine uocata, quum antiqui conſonantem non geminarent. Vel ab α, & νοῦς ſenſus uel intellectus, ab νοέω, intelligo, inde νόος, & per ſynæreſim νοῦς, q iam ſit ſine ſenſu. Hinc fit Anilis. & hoc Anile, quod eſt anus, uel quod ad anũ pertinet. & Anicula diminutiuũ, pro uetula. Dicitur & Ancilla, ut docet Varro.

Anus, ni, generis maſculini, & prima producta pars poſterior uerenda. Hieron. apud libr. Reg. i. Facies per ſimilitudines anorum. Quo nomine dictus eſt & fluuius quidam.

Anxifer, pen. cor. quaſi angorem anxietatem q; ferẽs. Cicero lib. ii. Tuſcula. Nunc dolorum anxifer torquent, uertices, nunc ſerpit ardor.

Anxius, ſollicitus, mœſtus. ab ἄγχω, id eſt ἄγχω, Vnde Anxietas, & Anxietudo. Cicero, Quarta q; anxietudo prona ad luctum, & mœrens ſemper.

Anxur, tam maſculini quàm neutri gene. vrbs eſt quã olim Trachinam, nũc Tarracinam dicũt. Marte.
Siue ſalutiferis candidus anxur aquis. Horatius,
Milia tum pranſi tria repſimus atq; ſubimus
Impoſitum ſaxis latè candentibus anxur.

Dicitur autem Anxur (vt Seruius docet) quia illic colebatur Iupiter anxurus, quaſi ἄνευ, id eſt, ſine, ξυρὸν, nouacula, quia barbam nunquam raſiſſet.

Anxyrus, penultima correpta, dicitur abſq; raſura. ab α, ſine, ξυρῶ, rado. Nam imberbis à cāpanis colebatur Iupiter, ſed n, interponitur ad euphoniā. vt ἀναφροσι α.

Anyger, & Anygrus. fluuius Theſſaliæ. de quo Oui. Fundit anygrus aquas

Anypodetos, ἀνυπόδετοι, Græci vocant qui pedibus ſunt nudis.

A ANTE O

Aonia, regio Thraciæ, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quē factione ſuorum ex Apulia pulſum, in Bœotiam tradunt veniſſe, ac de ſuo nomine, montanam regionem Bœotiæ, vocitaſſe Aoniam. Aonesq; eius montes dicuntur. Hinc Aonius, nia, nium. Ouidius.

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.

Similiter Aonides patronymicū pro poſſeſſiuo.

Iuuenalis, Aptusq; bibendis

Fontibus Aonidum.

Aornos, fuit petra apud Indos præceps & inuia, monumentis hiſtoricorū celebrata, quaſi auibus inacceſſa. A. n. priuationem ſignificat, ὄρνις autem. Scribit Plutarchus Alexandrum, quum intellexiſſet hāc petram teneri ab homine meticuloſo, dixiſſe, Nunc locus iſte facillimus eſt captu.

Aorſi, populi non procul ab Iaxarte fluuio, qui in Hyrcanum mare influit, vt inquit Ptolemæus. Alios Pli. in Europa collocat Aorſos. Scribit Strabo, Aorſos Tanaim accoluiſſe.

A ANTE P

Apage, & Apagete. dictio comica aduerbialiter ſumpta, ducta à verbo Græco ἀπάγω, quod ſignificat abduco, abigo, remoueo, Plau. in Cur. Apage hanc caniculam, Apuleius, Apagete fœtorē extremæ latrinæ.

Apageſis, pen. cor. aduerbium Græcum comicum, familiariter corripientis eſt, quod ſignificat, abduc ſis, & remoue. Apuleius, apageſis tā cruētos Deos.

Apalæſtros, Græci vocant ignaros palæſtræ.

Apamea, inſula eſt à Tygri fluuio circūfuſa, ſic dicta (vt ſcribit Plini.) ab antiochi matre. Eſt & Apamea Bithyniæ oppidum, quam Nicomedes cognomento Epiphanes, Bruſii regis filius, de matris Apames nomine, Apameam uocari uoluit, q; Myrlea, à Myrlo Colophoniorum duce, dicebatur.

Apamia, cum i, vrbs minoris aſiæ eſt, & vna Phrygiarum vrbium maxima fuit. Vrbs fuit nomine Cælenis, qua deſtructa, Antiochus Soter, homines transtulit in eam, quæ poſtea apamia dicta eſt, & vrbem adpellauit de nomine matris Apamiæ artabazi filiæ, q; Seleuco Nicanori nupta fuit. Eſt & alia vrbs eius nominis in Parthia.

Apanthropia, inhumanitas.

Apanthropos, pe. prod. Latine inhumanus dicitur.

Aparctias, uentus ab Arcto flans. Ce.

Aparine, lapæ genus, alio nomine philanthropos adpellatur, q; veſtibus hominum adhærens eos amare videatur. Cornucop.

Apate, genus intubi ex Theophraſto, quam Theod. fraudē cōuertit, q; guſtātē is, amaritudine decipiat.

Apates, Latine dicitur ſine paſſionibus, ſine ulla animi perturbatione, ſeu impaſſibilis. Pli. ſcribit quoſdam ſapientiæ ſectatores eſſe toruitate quadam naturæ, dura & inflexibili ρditos, humanis adfectibus caruiſſe, qui & ipſi Apathes nominantur. vnde apathia, animi tranquillitas.

Apator, ἀπάτωρ, Latine dr̄ ſine patre. Quo nōie dictus eſt Deus pater, q; ex nullo ſit procreatus.

Apauortene, regio eſt Scythiæ, in qua eſt Hircania prouincia.

Apedes, aues dictæ à paruitate pedum, quod genus auicularum pennis plurimum ualet.

Apella, dici pōt ſine pelle. Quo nomine vocati ſunt Iudæi circuncisi. Horatius lib. Serm.

Credat Iudæus apella.

Apelles, apellis, vel apelletis, ſecundum Priſcianum, nomē pictoris eximii, patria Coi, qui omneis prius genitos, futurosq; poſtea ſuperauit, & picturæ plura ſolus propè contulit quàm cæteri. Fertur Alexādrum Macedonē, à nullo pingi voluiſſe, quàm ab Apelle. De hoc Ouidius.

Si nunquam Venerem Cous pinxiſſet apelles,

Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

Apello, lis, per ſimplex p, apuli, apulſum, ex à, & pello. ſignificat amoueo, ut apulſus ab vrbe. id eſt, amotus. Sunt tamen qui putent Aſpello, non apello ſcribi debere, & componi ex abs, ſeu ab, b, in a, mutata, ſicut ſit in aſporto, quod ſecundum Priſcian. non ab à componitur, ſed ex ab, & b, in s, conuertitur, ne ſi aporto, & apello dicatur, ex ad compoſita exiſtimarentur. Nam ita in Captiuis Plauti legitur Hic eſt ille dies, quum nulla uitæ ſalus ſperabilis eſt mecum, Neque exilium exitio eſt, neq; adeò ſpes, quæ mihi hſic aſpellat. Et in Amphitryone, Inde optime aſpellam virum.

Apenninus, per duplex nn, à penna, quæ eſt ſūmitas, uel apœninus cum œ, diphthongo (ut ſcribit Seruius) quaſi alpes Pœni, quem Annibal primus ſuperauit. Hic Italiam diuidit, incipitq; à Genua, & ſupra Carnos incumbit. Liuius lib. xxi.

Pœninum dicit diſputans.

Aper, porcus ſylueſter. ab ἀφρὸς, ſpuma, quòd ſpumam ore emittat, uel dicitur à feritate, quaſi aſper, quòd hirſutus ſit, ſeu quòd in locis aſperis habitet, ut inquit Varro. Vel à Græco, remota prima litera, illi enim κάπρον dicunt,

Aperio, ex ad & pario (ut inquit Priſcia.) abiecta d. q d. ſequente p, nōnunquā abiicitur. ſigſiat patefacio. Teré. Fores aperi. Habetq; à, correptā. Iuue. Protulit vt mos eſt & aperta palluit agna. Q. ſi q; detego. Hinc Macrob. ait, iuniores ſolitos eſſe, nō tam honoris quàm valetudinis cā, maiorib⁹ caput aperire. Stat. Sic fatus aperto Enſe vocat ſocios.

Per tranſlationẽ aperire ponitur pro capponere. Plaut. Apeream, & hoc anigma aperi nobis. Item pro nudare. Cicero. Verentur enim, ne ſi quo caſu acciderit, vt partes corporis quædam aperiantur, adſpiciatur non decore. Item pro vulnerare. Iuuenal.
Fuſte aperire caput, candelam adponere valuis.
Huius verbi compoſita ſunt adaperio, quod eſt valde aperio, à quo adapertile, penultima corre. quod aperitur vel aperiri poteſt. ut uerſatilis axis, qui uerſatur, uel uerſari poteſt. Ouid. de Tri.
Aſpicis à dextra latus hoc adapertile tauri
Exaperio, foras uel valde aperio.

Apes, vel potius apis, in nominatiuo ſingulari. Colu mel. lib. x. Nã quanto grandior apis atq; rotundior tanto peior. Ouid. lib. xiii. Metamorph.
Non apis inde tulit collector ſedula flores.
Hoc nomen compoſitum exiſtimant pleriq; ab a, ſine, & pes, quòd ſine pedibus naſci videatur id genus volucris, dicente Vergi. Trunco pedũ primò Sed quum non ſeruat analogiam, ſicut cætera compoſita, bipes, edis. Tripes, edis. compes, edis magis ſimplex iudicandum eſt. Creantur apes ex bobius, ſicut crabrones ex equis, fuci ex mulis, veſpæ ex aſinis. Inde apecula, ſiue apicula diminutiuum.

Apeſus, ſuntis penultima correpta. montis nomen eſt qui Nemeæ ſuperiacet, ubi Theſeus Ioui primum operatus creditur. Dictus ab heroe, cui apheſas nomen erat. Papinius.
Mons erat audaci ſeductus in æthera dorſo,
Nomine Lernæi dicunt apeſunta coloni
Gentibus argolicis olim ſacer.
Ab hoc monte apeſuntius Iupiter dictus eſt.

Apex proprie uirga, in ſumma flaminis pileo, in cuius extremo modica lana eſt, quod primum conſtat ad albam aſcanium inſtituiſſe. Plerunq; tamen ſumitur, pro ſumma uerticis parte, quòd longè ſit à pedibus. Aliquando etiã pro cocli, ſiue galeri ſeu mõtis, aut literæ ſummitate, p diſtinctionis nota, pro honore, vel pro aliqua re, cuius ſummitas eſt acuminata. Columella libro quinto. Eiusq; velut apex prominus imminens mucro vocatur. Ponitur & pro ſacerdotum ſeu pontificum infula, quàm uulgò mitram vocant. Val. libro primo, at Sulpitio inter ſacrificandum è capite apex prolapſus, eidem ſacerdotium abſtulit. Cicero vero tranſtulit ad autoritatem magnam. Apex (inquit) ſenectutis eſt autoritatis, quanta fuit in M. Cælio Metello.

Apexabo, inteſtinum ſanguine plenum, adiniſto pingui, ſic dictũ, quòd in ſummitate quiddam, quaſi in capite apicem habet.

Aphæreſis, pen. corr. & antepenult. cum æ diphthongo, dici poteſt abſciſſio Figura quæ à principio dictionis literam vel ſyllabam aufert. ut pone metum pro depone. ἐξ ἀπὸ καὶ αἵρω ... κατὰ τὴν ... ἀπὸ ... id eſt, ex ἀπὸ & αἵρω, in φ, aſpiratum, & abiecto o.

Aphe, ἀφή, puluis dicitur, quo luctaturi, poſtquam ceromate vncti eſſent, inſpergebantur, ut corpora ceromate & ſudore lubrica, mutuas luctantium præhenſiones admitterent. Bud.

Aphedantes, populi Moloſſis (inquit Stephanus) ab rege, cui aphedas nomen fuerit.
Aphedas, nomen regis athenienſium.
Aphertema, alicæ genus grandiſſimum.
Apheteria, Græci dicunt carceres vnde equi emittuntur ad curſum. Sunt & apheteria (ut inquit Suidas) organa ad expugnandas urbes adcommodata.
Aphidas, unus ex centauris.
Aphidna, ſiue aphidne, una ex urbibus athenienſibus.
Aphilos, penultima correpta, dicitur qui nullum habet amicum.
Aphorme, ἀφορμή, dicitur pecunia, quæ apud trapezitas deponebatur. Bud.
Aphratta. per duplex tt, ſunt aperta ſecte & nauigia. Cicero ad atti. Hos Rhodiorum aphrattis trãquillitates aucupaturi eramus.
Aphrica, regio, ab α. ſine, φρίκη, frigus, quaſi ſine frigore. Hanc tertiam orbis partem pleriq; dixerunt. Hæc Hebraicè dicitur Pul & interpretatur caſus, uel ruina, aut fabi. Eſaiæ. lxvi. Verum Naum. iii. dicitur Put, hoc eſt, craſſa, uel pinguis, ſed hoc Syrum eſt.
Aphrodiſia, dicuntur Venereæ voluptates.
Aphronitrum ſpuma nitri.
Aphros, Latine ſpuma Inde aphroditem Venerẽ dicimus, quia de maris ſpuma concepta fertur.
Aphyracora, electri ſpecies, & prædulcem ſuauitatem dicit.
Aphytia, vrbs Pallenes.
Apianus, na, num, quod apes auide ſumſit. vnde apianæ vuæ dictæ ſunt, quas (vt inquit Columella) muſcæ inſectantur, nunc vulgò à muſcis, muſcatellæ dicuntur. Græci ſticam uocant etiam à quodam ſapore quaſi caſtoreo. Plin. libr. xiiii. Apianæ apes dedere cognomen præcipue earum auidæ.
Apiarium, locus vbi apes conſident. hoc eſt vbi alueci apium tenentur, quod meliſſon, à meliſſis, hoc eſt apibus, etiam & meliarium nominatur. Colu. li. x. Non eſt dubitandum, quin in ædificio iunctum apiariũ maceria circundemus, ſed in ea parti, q̃ tetris latrinæ, ſterquilinii q;, & balnei odoribus libera eſt.
Apiarius, qui curat ſiue qui poſſidet apes. Plinius libro trigeſimo primo, Prouentũ enim ſperant apiarii, largè floreſcente thymo.
Apias, Græce, Latine arbor pirus dicitur.
Apiaſtra, illa auis dicitur quæ apes comedit.
Apiaſtrum herba eſt quæ à meliſſis, meliſſophyllon adpellatur. hoc eſt, apium folium. Et à melle dicitur mellitena. Nullo magis flore gaudent apes.
Apicæ oues, dictæ ſunt quæ nõ amplo corpore ſunt, nec multam lanam habent circa corpus totum.
Apicula, diminutiuũ. parua apis. Pli. lib. vii. Quadrigam ex eadem materia quá muſca integeret alis fabricatam, & nauem, quam apicula pennis abſcõderet. Dicitur & apecula, ab apes nominatiuo quæ merops etiam vocatur. Verg.
Meropes aliæq; volucres.
Apiculus, diminutiuum. paruus apex, quod & apiculum dicitur. Feſtus, apiculum filum, quo flamines

uerſutum apice ug ſunt.
Apidanus,pen.corr.fluuius Theſſaliæ. Luc.lib.i.
It gurgite uaſto.
Apidanus nunquamq́; celer niſi miſtus Enipheus.
Apina,arbor,quaſi minime pinus, quæ pinus picea dicit quod piceæ potius quàm pino ſimilis ſit. Apinæ etiam Triceq́; duo oppida apuliæ fuerunt, quæ Diomedes euertit,tanta ignominia,ut in prouerbii ludibrium tranſierint. Quoties enim rẽ nullius precii oſtẽdere uolumus,apinas & tricas nominamus. Mar. Sunt apinæ Triceq́;,& ſi quid uilius iſtis.
Apinæ,pen.cor nuces vocantur,quæ cutem uerius q̃ putamen adeò mollem habent,vt ſi mul mandantur
Apionia mala maiora apiis,aliter melappia, dicta à figura orbis in rotunditatem circumacti.
Apiria,infinitio. Cicero, Quarum incurſionem nõ ſolum uideamus,ſed etiam cogitemus infinitionẽ ipſam quam apiria uocant.
Apis,idis,vel apis,qui et.am dictus eſt Serapis,à qui buſdã Oſiris. Auguſtinus lib.xviii.de ciui.Dei,Rex argiuorum apis nauibus tranſuectus in ægyptum, quum ibi mortuus fuiſſet,factus eſt Serapis omniũ maximus ægyptiorum Deus. Nominis autem huius quur non Apis etiam poſt mortem ſed Serapis adpellatus ſit,facillimam rationẽ Varro reddit, Quia enim arca in qua mortuus ponitur,quod omnes iã ſarcophagum uocat, σορὸς,ſoros dicitur Græce,& ibi eum ſepultum uenerari cœperunt, priuſquam tẽplum eius eſſet extructum,uelut ſoroſapis,vel ſorapis primò,deinde vna litera(vt fieri ſolet)commutata, Serapis dictus eſt.apud ægyptios etiam apis bos dicitur, & pro numine colitur. Luc.
Et ſacer in cineres magni mactabitur apis.
Hic enim mirabili vanitate decepta ægyptus,in honorem eius diuitiis adfluentibus,alebat, quoniã eũ ſine ſarcophago viuũ venerabatur, apis non Serapis vocabatur. Quo boue mortuo, quoniam quærebatur & reperiebatur vitulus coloris eiuſdem,mirũ quoddam & diuinitus ſibi procuratũ eſſe credebãt. Eſt etiam apis vicus in aphrica, qa nobilis religione ægypti locus eſſet. Fuit etiam apis nomen regis argiuorum,q fuit filius Iouis & Niobes,Phoranæi filiæ. Ferunt hunc poſt centeſimum annum regnaſſe apud argiuos. Quumq́; ſibi Egialeum fratrẽ præfeciſſet,in ægyptum trãſfretauit,& Memphim ciuitatem condidit,accepta in coniugem Iſidæ.
Apiſtos,gẽma q̃ igne excalefacta,ſeptenis diebus calorem tenet diſtinguentibus eam quibuſdam rubentibus venis. Ce.
Apithanon,latine Imperſuaſibile. Auguſtinus, at deo gratias de Iona,q dicit in ventre ceti & triduo fuiſſe quod apithanon eſt & incredibile.
Apium,herba, folia habens petroſelino ſimilia,ſed maiora,ex qua fiebãt apud antiquos coronæ victoribus ſacri certaminis Nemeæ. Iuuenalis,
Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita ſaltu,
Proſtitui Graiæ q́; apium meruiſſe coronæ.
Ab apii etiamnum corona quam L. Apius machala meruit,apiorum gentem Romæ eſſe cognominatã legimus. Quidam hoc nomen ab apice deducunt, quia antiqui apicem capitis,apio coronabant Vnde eſt illud dictum,
Quòd apex hoc ferre ſolebat.
Victoris,ueterum fieret dum more triumphus,
Ipſe ſibi talem prior impoſuiſſe coronam
Dicitur alcides.
Alii dicunt apium,quòd apes vehementer illius flores decerpant. Hanc herbam Græci ſelinon dicunt, cuius multa ſunt genera. Quod enim ſponte in humidis naſcitur,helioſelinum dicitur, ἕλος enim dicitur palus,uno folio eſt,nec hirſutũ. Quod in ſiccis, hipposelinum,quo equi libenter veſcitur,pluribus foliis,eſt ſimile heleoſelino, id & petroſelinum, & oluſatrũ ſiue oliſatrũ nũcupatur. Tertiũ oreoſelinũ quaſi montanum apium cicutæ folii,radice tenui.
Apius cognomen familiæ Romanæ,de qua modo in dictione apium viſum eſt.
Aplanes penultima producta,dicitur non vagus inerrabilis. Macrob. libro primo de Som. Hic enim cœlum quod aplanes ſphera vocitetur,parte n unam, ſeptem uero ſpheras quæ vagæ nominantur.
Aplaſtos,Latine dicitur ſimplex,vel ſine dolo.
Apliſiæ,ſpongiæ vocant,qa elui non poſſunt. Nam quum viuæ atq; illotæ ſunt,nigricans color eſt illis.
Apocalypſis,Latine reuelatio,ex ἀπό,quæ re in compoſitione ſignificat,& καλύπτω, uelo.
Apocataſtucus,Inſtauratus.
Apocataſtaſis, ἀποκατάστασις. Latine Inſtauratio.
Apocleti,penultima producta ſenatores, ſanctiq́; concilium,quod ex delectis conſtat uiris,qui & decuriones dicuntur. De apocletis frequens mentio fit apud Liuium.
Apocope,pen.cor.amputatio,ex ἀπό,quæ re,uel ab & κόπτω,ſcindo,amputo. Figura quando ultima litera uel ſyllaba tollitur,ut peculi,pro peculii.
Apocopi,dicti ſunt à Iulio Materno caſtrati, quaſi abſciſſi,amputati uirilitate.
Apocriſarius,Latine dici poteſt reſponſalis,ex ἀποκρίνομαι, q ſignat reſpondeo,& ponit pro legato.
Apocriſis,reſponſum.
Apocrotus penultima correpta durus, aſper. Firmicus libro ſeptimo. Naſcentur ſerui miſeri apocroti, obligbchronil, & infelices.
Apocryphus,a pen.cor. Latine abſconditus,ſecretus, ex ἀπό. quæ exaggerat rem,& κρύπτω, abſcondo. Illa uero ſcriptura dicitur apocrypha,cuius occulta origo eſt,& in qua licet inueniat aliqua ueritas,tñ propter multa falſa,nulla eſt in eis canonica ueritas Qui uero ſint apocryphi libri,quære in Decre.diſt. xv.c.ſancta Romana eccleſia.
Apocynon,oſſiculũ in ranæ ſiniſtro latere,quod ſi in aquam deiectum fuerit, ſtatim feruere ferunt,amorẽ eo & iurgia ſi in potionẽ addatur concitari. Sic dictum,quoniam canum impetus in eo cohibentur.
Apodes,penult.correp.aues quædam, quòd careant uſu pedum. Alio nomine Ciſpſelli dicuntur, ex hirundinum genere,uolant plurimum, nidificant in ſcopulis atq; in æditioribus domibus. Quies eis niſi in

ul do nulla, aut pendent aut iacent. Plinius libro de cimo. Plurimum uolant quæ apodes uocantur, quia carrant uſu pedum. Huius nominatiuus ſingularis eſt apus apodis.

Apodectæ, ἀποδέκται, Græcis, quos Latini coactores, nunc uero receptores particulares uocantur, ut apud Tranquillum in Veſp. & Ciceronem pro Cluētio. Coactio autem argentaria, pro ipſo munere cogendi pecunias accipitur.

Apodexia, euidens probatio, demonſtratio, ſiue experimentum. Vnde apodexes grammaticæ, uulgò dicuntur geometricæ probationes. Ambroſius, Crudeliſſima omnium fœminarum ad filium meum uoluiſti apodexē tuæ artis magicæ demonſtrare! Gellius, apodixis apodixim utriuſq; callens quum ea quæ dubia aut obſcura ſunt per ea quæ ambigua nō ſunt illuſtrantur. Sed quum in lingua communi ſcribaſ δείκνυμι, demōſtro, per ει, in principio, καὶ ει, δεῖξαι, locus ille debet emendari apodexis per e, in penult.

Apodos, penulti. prod. ſcribitur enim apud Græcos per ω, ἀπῳδός, & eſt uox galli intempeſtiua, ſiue immatura, & uox quæ neq; choro, neq; fidibus cōcordat. Eſt etiam commune.

Apodyterium, Latine ſpoliatorium, locus in quo loturi aut ſudaturi ueſtes deponebāt, quas capſarii ſeruabant nam ἀποδύειν exuere dicitur. Plin. ad apollinarem. Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſteriū amplū atq; opacum, δύω καὶ δύνω, ingredior, quaſi ueſtem ingrediamur, ἀπό, priuat. id eſt, ex ueſte exeo.

Apogæi, uenti ſunt à terra flantes. Cc.

Apogæum, ædificium conſtructum ſub terris, id eſt, antrum.

Apolactizo, as. calcibus inuado. Per tranſlationem, paruifacio, cōtemno. Plaut. in Epidi. Auxilia mihi & ſuppetiæ domi ſunt, apolactizo inimicos omneis.

Apolinares ludi, qui in honorem apollinis fiebāt, & apollinaria, nomen proprium uiri.

Apollo inis, & apollos, apollo, ſecundum Græcam declinationem, creditus fuit deus quem Græci etiā φοῖβον, hoc eſt, Solem adpellant. Cui (ut Macrob. inquit) uariæ fuerūt poteſtates. Nam fuit autor carminis, præſes uaticinii, ſagittandi peritiam habuit, artem medicinæ percalluit, & chordæ uocalis. Idē dicitur Liber, quòd libere uagetur per aerē. Apollo Nomius, id eſt, paſtor dictus eſt quo tēpore admeti regis pauit armenta. Apollinis tripodem, uas aureum fuiſſe cōſtat trium pedum à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, dum uxorem duceret. Dictus apollo ab a ſine πολλοὶ multi q; ſolus ipſe luceat. Porphyrius ait eundem eſſe Solem apud ſuperos, Liberum patrem in terris, apollinem apud inferos. Vnde etiam tria inſignia circa eius ſimulachrum uidemus, lyrā, quæ nobis cœleſtia harmoniæ imaginem monſtrat, Gryneum, quod terreſtrium numen oſtendit, Sagittas, quibus infernus deus iudicatur & noxius. Vnde & apollo dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἀπελάσαι. Euſeb. de Euang. præp. apollo uocatur quòd à pallati, id eſt, ægrotationibus homines ſaluat atq; liberat, quamobrem ardentiſſimū etiam Solem apollinis nomine adpellant.

Apollodorus nomen proprium pictoris excellentis, & nomen oratoris Pergameni. Apollodori ſex memorantur. Primus athenienſis, comicus. Secundus Celeus cuius comœdiæ fuerunt Philadelphi & Siſyphus. Tertius Tarſenſis, tragicus. Quartus itē athenienſis, grammaticus ariſtarchi diſcipulus. Quintus Pergamenus, rhetor, præceptor Callidii, qui docuit Auguſtum. Sextus alexandrinus, comicus, Menādri æmulus. Cornucop.

Apollonia ciuitas Epiri Corinthiorum colonia optimis olim inſtituta legibus, uulgò his temporibus Valonia nominaẗ. De hac Strabo. Cōdidere apolloniam Corinthii Corcyreiq; ab Acante fluuio ſtadiis decem, à mari ſexaginta. Eſt & apollonia inter inſulas Thraciæ, cis Iſtrum amnem locata. Eſt & apollonia ciuitas in Creta, & alia in Syria.

Apolloniatæ populi apollone. Valerius Max. libro primo, apolloniatæ quidam pœnitentiam egerunt.

Apollonius nomen philoſophi alabandenſis, ſiue Tyanei, qui Rhodi uixit, unde & Rhodius adpellatus eſt. Hic dictus eſt à Suetonio clariſſimus dicendi magiſter, ſub quo (ut Plutarchus ſcribit) Cicero & Cæſar condiſcipuli fuere. Hic Pythagoricus philoſophus dum Epheſi uitam ageret, & fortè in multitudine diſputaret, per eam horā qua Domitianus interficiebatur defixus & elinguis ſtetit. Tum autē exclamauit, Euge Stephane pulchre, Stephane percute peccatorem, pulſaſti, uulneraſti, & interfeciſti.

Apollides, penultima producta. Latine perditi dici poſſunt, ἀπόλλυμι, pereo.

Apologia, reſpōſio, vel ſatisfactio defenſio ſeu excuſatio, quæ & apologeticon, & apologema, matia, dicitur, unde apologeticus liber, id eſt, ſatisfactionalis. Hieron. ad Pammach. & Oceanum, Quis prudētior, doctior, eloquentior Euſebio & Didymo, aſſertoribus Origenis inueniri poteſt? quorum ſex uoluminibus τὰς ἀπολογίας, id eſt, defenſiones ſcribēs, ita eum ut ſe, ſenſiſſe confirmat.

Apologo, as. poſtulo. Seneca Epiſto. xlvii. Et ſæpe illum inuicem apologauit.

Apologus, pen. cor. fabula in qua bruta animalia loqui introducuntur, nam eſt quædam ex humilibus rebus compoſita forma ac ſpecies ad videndū, quæ & apologia dicitur.

Aponus, pen. corr. fluuius ſeu fons calidis aqs haud longè à Patauio, vel vicus vbi balneæ ſunt.

Lucanus libro ſexto.

Colle ſedens aponus terris vbi fumifer exit,
Atq; antenorei diſpergitur vnda Timaui.

Apona autem, non tam quia contra morbos ſint, dicuntur, quàm quia citra dolorem vllum adferunt remediū. Vnde Patauini quoq; fontes adpellati ſunt aponi (vt caſſiodoro placet) ἐξ α, στερητικοῦ, καὶ πόνος, τὸ ἄλγος, καὶ μοχθισμός, id eſt, ex a, priuante, & labore.

Apophaſis, penultima correpta negatio, abnuentia, depulſio, ex ἀπό, re, & φάναι, reſponſio.

Apophatica, negantia, ut quum quis adcuſatus quòd hominem occiderit, reſpondit, non occidi.

Apophoretum, ἀποφόρητον, penultima producta munus quod dari ſolebat Saturnalibus, quem morem hodie quoq; ſeruamus menſe Decembri, in natali ſaluatoris die. Suetonius in Domit. Dabat, ſicut Saturnalibus viris apophoreta, ita per Calendas Martias fœminis. Idem in Calig. Agitatori cithio comeſſatione quadam, in apophoretis uities ſeſtertium contulit. Dicta apophoreta, à φορέω, quòd ab iis quos ſalutabant referrentur. ἀποφορέω enim modo auferre, modo referre ſignificat. Apophoreta etiam dicuntur vaſa à referendo. Athenæus, Vaſa quę conuiuiis adponebantur, ut ſecū ea ferrent, donoq; haberent, ἀποφόρητα vocabant.

Apophthegma, atis. breuis & acuta ſententia, ſiue acutum dictum, ſeu acuta reſponſio. Vnde Plutarchi apophthegmata ἐξ ἀποφθέγγεσθαι, id eſt, multa cōprehendere. Hinc apophtheticon, id eſt, dicteriū.

Apoplectici, ſunt quos dicimus attonitos, quorum videlicet & corpus & mens ſtupet ictu fulminis, aut morbo. Hierony. in Chronicis Valentinianum ſubiti ſanguinis corruptione mortuum ſcribit quæ Græce apoplexia vocatur. Perſuaſum autem vulgò eſt quum quis repentina morte corruit, euenire id gutta ſanguinis è capite in cor delata. Quod quidem & Spartianus Capitolinusq; ve iam tunc credi paſſim demonſtrat.

Apoplexia, ſiue apoplexis, ſubita percuſſio, quàm ſequitur mors, ἐξ ἀποπλήττω, ω, ἀποπλήξω, ictu conſterno.

Aporia penuria, indigentia, nam ἄπορος, aporos indigens & pauper dicit. Vnde apud Eccleſiaſt. Aporia hominis in cogitatu illius. Dicitur & ſapientia, vt ait Auguſtinus.

Aporior, aris. conuicior, & quaſi pauper abiicior, ſordeo vt apud apoſtolum.

Aporrhoeas, Græci vocāt defluxus quoſdam aerios, qui ad terram labentes ſtellarum caſus imitantur.

Apoſiopeſis, pen. prod. à Cicerone dicitur reticentia, à Celſo obticentia, alii interruptionem adpellant, quod eſt ſileo, uel taceo. Nam eſt quaſi interceptum ſilentium. Figura indignantibus familiaris, in qua verbum extrinſecus ſubintelligitur. Verg. Quos ego. deeſt enim puniam vel quid ſimile. Quintil. libro nono. Omne in quo aliqd deeſt, apoſiopeſis poterit adpellari.

Apoſtaſia, cum accentu in penultima. elongatio, defectio, rebellio.

Apoſtata, ſiue Appoſtaticus, rebellis. Hieron. Niſi venerit diſceſſio primum, quod Græce dicitur ἀποστασία, ἐξ ἵστημι, ἀφίστημι, id eſt, ſiſto.

Apoſtato, as. pen. cor. rebello. Cyprianus ad Cornel. Intereſſe debet inter eos qui velut apoſtatauerunt, & ad ſeculum cui renunciauerant, reuerſi gentiliter viuunt, vel ad hæreticos transfugæ factæ, contra eccleſiam pernicialia arma ſuſcipiunt. Hinc formauit nomen verbale Hierony. in Ezechiele, Mitto, inquit, ego te ad genteis apoſtatrices.

Apoſtema, atis. penultima producta ἀπόστημα, vomica eſt, quæ & ſuppuratio à Latinis, quum concurſus mali humoris in aliq̄ parte corporis factus eſt. Sed proprie ἀπόστημα, ſpatium diſtātia, ἐξ ἀφίστημι, ἀποστήσω, id eſt, abſcedo, futurum abſcedam.

Apoſtolus, Latine miſſus, ſiue nuncius dicit, ἀποστέλλω, mitto apoſtolorū autem quatuor ſunt genera. A Deo, non per hominem, ut Moſes. à Deo, ſed per hominem, vt Ieſus Naue. per hominē tantum, ſicut noſtris temporibus multi fauore vulgi, in ſacerdotium ſubrogati ſunt. Ex ſe autem, ſicut ſunt ipſi pſeudoprophetæ.

Apoſtrophe penultima correpta. dici poteſt conuerſio, figura quum ad aliquem per ſecundam perſonā fit conuerſio, vt, Te nunc alloquor africane, cuius mortui nomen ſplendori ac decori eſt ciuitati. Apoſtropho enim auerto.

Apoſtrophus, accentus colliſiuus, in fine alicuius dictionis, denotans vocalem præcedentis dictionis eliſam, propter hiatum, vt, ἐφ᾽ ἁν, ἀπ᾽ ἀμβροσίου κάλλιστου.

Apotamia, cum accentu in penultima maior pars ſeimitoni, quæ à Latinis diſciſſio dici poteſt, ἐξ ἀπὸ καὶ τέμνω. ἔνθεν τομή, id eſt ſeco, hinc ſectio.

Apotheca, cella vinaria. Plin. Vina in apothecis Canis ortu mutantur. Proprie tamen eſt in qua vinum & conſeruatur & venditur. Idem, Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ, nec alia res maius incremētum ſentit. Hieron. lib. ſecundo Paralip. apothecas quoq; frumēti, uini, & olei, & vrbeis ſex ædificauit. Dicitur etiam apotheca ſtatio, in qua res uenales apponuntur. Idem quoq; in Eſaia, accipere videtur apothecam pro loco in quo ſeruatur omnis ſupellex, ſic inquiens, Et oſtendit omneis apothecas ſupellectilis ſuæ, & vniuerſa quæ inuēta ſunt in theſauris eius. Apud Iuriſconſultos accipitur pro quodam obligationis genere.

Apotheoſis. penultima produ. conſecratio ſeu deificatio, ex ἀπὸ, quæ ab indicat, & θέωσις, diuinitas, quaſi à diuinitate ꝓcedens. Vnde Serui. in daphni Apotheoſin dixit relationem in Deos, quum ſcilicet hominem inter Deos nominamus.

Apotheoo, deifico.

Apoximenos, Græci uocant eos, qui è corporibus ſordeis, detergunt, quaſi diſtringentes.

Apozima aqua cocta cum variis condimentis.

Appareo, es. pen. produ. ſignificat videor. Verg. Apparet liquido ſublimis in aere niſus.
Et apparere, eſt de improuiſo ſe oſtendere. Cicero, Quum equites antonii apparuiſſent. Item obedire, & præſtò eſſe ad obſequium. Verg. lib. xii. Hæ Iouis ad ſolium ſæuiq; ad limina regis apparet.

Apparitio, oſtenſio, q̄ Græce epiphania dicitur. Et apparitio, pro ipſis apparitoribus accipitur, qui p̄ſtò ſunt. Ambroſius, Miſſa apparitione cum ingenti ſtrepitu, ſuis eam tribunalibus præcepit ſiſti.

Apparitores, dicti ſunt ꝙ appareant & p̄ſto ſint ad obſequium, qui & ſtatores dicuntur, ut ſunt ii, qui magiſtratibus circunſtant, parati ad obſequendum.

Quandoq; Apparitores tabellariorum officio fungebantur, dabatur enim comes magiſtratibus, qui & ſalarium à Repub. licet paruum accipiebat. Cicero in Verrem act. v. Tuus apparitor, parua mercede populi conductus.

Apparitorium, dicitur omne id quod paratur, vel adiutorium.

Apparitura, ipſum miniſterium. Scribit Sueto. libro de Grammaticis, Orbilium apparituram feciſſe magiſtratibus, ſignificans eum fuiſſe apparitorem miniſtrumq; magiſtratuum.

Apparo, as. penul. correp. ſignificat ad dignitatẽ quãdam ac pompam me apto. Cicero lib. iii. de Orat. Illa quæ in apparatu fori adpellantur inſignis. Præparo vero, ante paro quæ vtilia mihi fore credo. Idem lib. I. offic. Facile totius vitæ curſum videt, ad eãq; degendam præparat res neceſſarias. Et quanquam Apparatus videatur vtrunq; ſignificare (vt apparatus belli, quaſi præparatio) id tamen potius eſt ex quadam conſequentia quàm proprietate. Nam vt dicimus, naues, non modo inſtructas, ſed etiã ornatas, quia vt inſtructiores ad bellum, eò pulchriores ſunt, ita apparatum belli vocamus, quæ ad bellum quodam decore & ornatu aptãtur.

Appellare ex aduerſo, eſt nomina per antiſtrophẽ imponere, vt qui herbam illam omni duritia carentem holoſteon vocauit, quo ſignificatur tota oſſea.

Appellatio, aduocatio, ſiue prouocatio, & Appellatio (vt docet Serui.) eſt vt ꝓpria nomina, vt hic Cato, ille Brutus, Vocabulum eſt quo res inanimales enunciantur. Nomen eſt, vt Deus vel homo.

Appello, as, nomino. Cicero Publi. Scipionem q̃ primus Africanus adpellatus ſit. Item Appellare, eſt comiter, ſeu familiariter nominare, vocare.

Ouidius libro primo Faſto.

Iamq; potens miſſo genitorem appellat amico.

Suetonius in Cæſa. Appellatisq; de repub. patrib9, id eſt, nominatis, vocatisq;. Item inuitare. Vnde Vlpian. de iniuriis. Appellare eſt blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Ambro. Per ſeipſum, & ꝑ notos, & per affineis, cœpit aures virginis appellare. Interdum pro appellere. Afran. Appellat huc ad mollem noſtram nauiculam. Interdũ pro aduocare id eſt, in iudicium vocare, vnde Appellatus, dicitur ad quem facta eſt prouocatio. Quintil. Appellabat à creditoribus, ſ. vt ſolueret debitũ. Interdũ eſt poſt ſniam tanquã male latã cõtra aliquẽ agere, vñ Vlpia. Qui appellat, maiorẽ iudicẽ debet appellare. Dicimusq; Appello principem, & ad principem.

Appello, lis, per geminum pp, appuli appulſum, ſignificat conduco vel adduco, vt quũ è pelago quis ad littus acceſſerit, ut, ille appulit ad portum, vel in portum, vel portui. Vergilius,

Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris.

Hinc Appulſus, us, pro acceſſu pecoris ad aquã. Iureconſult. Totum corrumpat pecoris ad aquã appulſum. Q̃ñq; Appellere, ſignificat ponere, dirigere, & aĩum ad aliquid agendũ intendere. Teren. Poſtquã poeta aĩum ad ſcribendum appulit. i. poſuit. Plaut. in Aſin. Argenti viginti minæ, me ad mortem appulerunt, id eſt, adduxerunt.

Appendeo, es iuxta ſeu ad aliquid pendeo.

Appendix, dicitur quod alii adiunctum eſt, quaſi ex alio pendeat. Cicero in Horten. Vidit quod videndum fuit, appendicem ai eſſe corporis. Huius diminutiuũ eſt Appendicula. Eſt & Appẽdix genus ſpinæ.

Appendo, is, di, ſum, ſuſpendo, quaſi ad aliquid pẽdo, vt, appendi vuam ad tigna. Plinius, Atq; vuas iã maturas ad Solem appẽdere, & Appendere, eſt ad ſtateram lancemq; ponderare. Cicero in Anto. Vt iam appendatur pecunia, non numeretur. Conſtruitur quandoq; cum duobus accuſatiuis. Hieronym. in libr. Geneſis, Appendit pecuniam quam Ephron poſtulauerat, quadringentos ſiclos probatæ monetæ. Item Appendere, ſignificat iuxta dare. Lactantius libro quarto. Scilicet & aurum appendere debuit, tanquam pro mortuo Hectore, & Appendere, adiungere, vnde Appendix.

Appeto, is, penultima correpta, auenter cupio, & tã in bonum, quàm in malũ, ſicut Expeto capitur, niſi q̃ in Expeto maior vis eſt propter ex, quæ maximã in ſe vim continet, vt apud Curtium, Hærebat inter cupiditatem, pudoremq;, & quo modeſtius quod expectabat, appeteret, propicatius oblaturos eſſe credebat. Falluntur itaq; qui differentiam aſſignant inter Appetere & Expetere, dicentes, expetere cum ratione eſſe, Appetere qualitercunq;. Expeto bona, ſaneq; honeſta, Appeto uero ex quo appetitus, quæ eſt immoderata cupiditas. Quod conſtat falſum in vtroq;, quando oſtendere licet, & Appeto ad bona atq; honeſta autores vſos fuiſſe, & expeto ad inhoneſta atq; mala. Cice. Caſ. De his quæ propoſueram confirmatio noſtræ amicitiæ, de qua pluribus verbis nihil opus eſt, tu puer me appetiſti, ego aũt ſemper ornamento te mihi fore duxi. Idem lib. iiii. Tuſcul. Quoniã ut bona natura appetimus, ſic & à malis natura declinamus. Quod autem Expeto etiam ad voluptates, & quandoq; ad maximum malũ pertineat, Cicero oſtendit libro primo Offic. Expetuntur diuitiæ, tũ ad vſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. Ad maximum malum. Cicero in Piſone, A me quidam etiam pœnas expetiſtis, quibus coniuratorum mentes mortuorum expiaretis, id eſt, requiſiſtis, ſiue flagitaſtis. Nã Expeto quo quo eſt maioris vis (ſi in malam ſumatur partem) eò magis ratione deficit, & capitur pro ſumo, ſiue requiro. Ideo cum ablatiuo conſtruitur, ſicut apud Quintilianus libro nono, Ex cognitione rerum, exemplorumq; quibus in primis inſtructus debet eſſe orator, ne omnia teſtimonia expetat à litigatore. Aliquando tamen pro requiro, ſiue deſydero, ſolo accuſatiuo cõtentum eſt. Plautus in Caſi. prologo, Nos poſtquam populi rumore intelleximus, ſtudioſe expetere vos Plautinas fabulas. Appeto vero, præter eam quam prædiximus ſignificationem, ponitur pro adeo, quia ſicut dicimus, adeo prætorem, ita appeto prætorem. Interdum Appetere ſignificat inſtare, appropinquare. Cæſar libro. vi. Diesq; appe-

appetebat ſeptimus, quem ad diem Cæſar ad impedimenta reuerti conſtituerat. Liuius, Vbi nox appetit, propè riuos aquarum, ſine munimento, paſſim ferarum ritu ſternſitur. Idem, Iam ver appetebat. Interdum vulnerare. Idem lib. vii. Leuans ſe alis, os, oculosq́; hoſtis roſtro & vnguibus appetit. Ab Appeto fiunt, Appetitor, Appetitus, & Appetentia, & Appetitio pro deſyderio. Plinius lib. xix. A ſtomacho faſtidium auferſit, cibiq́; appetentiá faciunt lactucæ.

Appia, via Romæ, ab Appio Claudio ſic vocata.

Appion, nomen fuit grammatici celebris, Piſtonici filius, cui cognomen Mochrus, genere Aegyptius. Qui (ut Seruius ſcribit) ſub C. Cæſare tota circúilatus eſt Græcia. Hunc T. Cæſ. per contemptum cymbalum mundi adpellabat, quoniam publicæ famæ tympanum potius videri poſſet. Immortalitate à ſe donari ſcripſit, ad quos aliqua cõponebat. De hoc etiá Ioſephus ſcribit, quòd eſſet malus & indoctus totiusq́; vitæ temporibus importunus calúniator oium, cor aſini habens. Tu vide Ioſephum, Floruit temporibus Dionyſii Halicarnaſſei & Ioſephi.

Appiana poma, ab Appio, ex Claudia gente cognominata, odor his maximus eſt, ferè cotoneorum, magnitudo non multò inferior.

Applaudo, ſignificat allido. Apuleius lib. vi. Incuſſis in eam poſteriorum pedum calcibus, protinus applaudo terræ. Aliqñ Applaudere, eſt alicui plaudere membro aliquo, vel in laudem vel in vituperium. Hieronymus contra Iouí. epiſcopum, Quanquá labia torqueatis, trahatis capillum, applaudatis pede fidem eccleſiæ apertiſſime confitebor.

Applico, as, penul. correp. aui, atum, & applicui, applicitum, ſignificat appello, adiungo, adnecto, & cõſtituitur cum datiuo vel adcuſatiuo mediante ad Iuſtinus libro. ii. Igitur quũ Hercules ad littus Amazonum applicuiſſet. Vergil.

Quæ uis Immanibus applicat oris.

Transfertur ad alia.

Cicero Appio Pul. Omnes vires ciuitatis ſe ad Pompeii ductum applicauerunt, id eſt, adfixerunt. Idem lib. i. Offi. Itaq; ſe alii ad philoſophiam, alii ad ius ciuile, alii ad eloquentiá applicant. id eſt, apponſit vel conferunt. Col. lib. v. Poterit ad hoc vniuerſa vinea ſubiugum mitti, ſi tamen prius trunco eſt applicitus, id eſt, adiunctus. Cicero libro. ii. ad Herẽniũ, Qui in itinere ſe tá familiariter applicauerit. Id eſt, ſe ſociauerit. Terentius in Andr. Tum ille egens forte applicat primum ad Chryſidis patrem ſe. id eſt, reducit vel recipit. Hieronymus in lib. Regum, Et applicuit Samuel omnes tribus iſraël, & cecidit ſors ſuper Beniamin, quod eſt quaſi ad ſe venire fecit.

Applodere fulgetris, apud Pliniũ eſt fauere, teſtariq́; honorem illo motu.

Applodo, is, penul. prod. vide in dictione Plodo.

Appluda, penultima producta. à quibuſdam interpretatur furfur, à quibuſdam ſorbitionis genus liquidiſſimum. Plinius docet Appludam vocari purgamenta milii & panici & ſiſaniæ, quum in frumento palea dicatur. Dicta Appluda ab applodendo, quòd propter tenuitatem quia minutiſſima eſt, ſpiritu deiiciatur. Neuius, Ne hercle appluda eſt hodie quàm tu leuior.

Apporto, vide Porto.

Appoſitus, a, um, quod eſt iuxta vel ad aliquid poſitum. Cicero in arte veteri, Gladium propè appoſitum, è vagina eduxit, & illum alterum occidit. Aliquando ſumitur pro eo quod eſt conueniens & propoſitum. Idem in eodem, Eam ipſam ſcripturam in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur totá omnibus partibus pertentare. ſi quid, aut ad id appoſitum ſit, quod nos interpretemur, aut ei quod aduerſarius, intelligat, aduerſetur. Et lib. i. offi. Officiũ eius facultatis, vt dicere appoſite ad perſuaſionẽ. Alias ſignificationes quære in dictione Pono.

Apprime, penultima producta, aduerbium, ab Apprimus, quod eſt longè primus, ut ſcribit Gellius, vnde Apprimè, ſignificat in primis, egregie, valde. Teren. in Andr. Id arbitror in vita apprime utile eſſet.

Approbus, penultima correpta, valde probus. Gellius, Et in uerſu eſt Cæcilii poetæ comici. Hierocles hoſpes, eſt mihi adoleſcens approbus.

Apricari, eſt in aprico loco eſſe, vel aeris amœnitate vti, vel caleſcere. Varro in miniſteriis, Licet videret multos quotidie in hyeme, in Sole apricari. Plinius libro trigeſimo ſexto, de columbis. Apricantur aliæ, ſcalpentes ſeſe. Cic. in Catone, Vbi. n. põt illa ætas, aut caleſcere, vel apricatione melius, vel igni, aut viciſſim umbris aquiſ'ue refrigerari ſalubrius?

Apricus, penultima producta, locus Soli expoſitus, quaſi ſine frigore, à Græco φρίκη, quod horrorem ſignificat. Vnde etiam putatur aphrica dici. Varro, Aprica ſit terra, vbi ſeras violam, & hortos facias, quòd ea Sole nutricantur, ſed φ, aſpirata conuertitur in π, ſuam tenuẽ. Apricus homo, & aprica auis, quæ Sole gaudet. Vergilius,

Et apricis ſtatio gratiſſima mergis.

Aprilis, menſis dictus eſt quaſi aperilis, quòd terram aperiat quia verna temperie plantarũ germina aperiantur. Vel dicit Aprilis, quaſi aphrilis, ab ἀφρὸς, ſpuma, quum ex maris ſpuma nata ſit Venus.

Aprinus, ab apro deducitur, ut aprina caro. Cc.

Apronare ingenua, dictum eſt, pro eo quod eſt ingeniculari, vt antiqui dicebant. Apul. lib. I. Planiorem ripæ marginem, implicitus in genua apronat ſe auidus, affectans potionem.

Apronia, genus vitis nigræ, quam quidam ampelomelænam, alii bryoniam, alii chironiam, alii gynecanthen vocant. Cc.

Aproſopos, penul. prod. Latine impersonalis dicit, τὸ πρόσωπον perſona Græce adpellatur.

Aprutium, Italiæ regio inter Apuliam & Picenũ. Hæc etiam Samnium dicebatur, ubi multi populi erant. In ea ciuitates, Aquila, Adria, Sulmo, Ortona, Arpinum, Aquinum, & multæ aliæ.

Αψευδὴς, apſeudes, homo eſt minime fallens, α, priuatiua particula eſt, ψεῦδος, falſum. Cc.

Apſicon, Latine inanimatum, quod eſt ſine anima, eſt ſpirare non poteſt.

Apſis, idis, curuatura rotæ, vide in dictione Abſis. Dicitur & Abſida, æ, Auguſt. ad Maxi. In futuro Chriſti iudicio, nec abſidæ gradatæ, nec cathedræ uelatæ, adhibebuntur.

Apſorus, inſula in mari Adriatico adiacens Liburniæ, in qua ciuitas eodem nomine, ut Ptolemæus libro primo ſcribit.

Aptera, neutri generis, urbs in Lycia, & oppidum in Creta à Syrenibus vocatum, quòd victæ ibi cantu à Muſis præ mœrore exutæ pennis in mare deſiluiſſent.

Aptitudo, eſt cõuenientia pulchritudo, elegantia, unde fit aptè & apto uerbum. Ce.

Apto, as, conuenienter aliquid rei alicui iungo, ſeu adcommodo, & conſtruitur cum datiuo vel adcuſatiuo mediante ad. Cicero in Phil. Cuius deniq; fortunæ ſtudia, tá laudi & gratulationi tuæ ſe nõ aptarint? Ambroſ. Ita ad menſuram corpuſculi eius aptauerat indumentum, & tam nimio fulgore conſpicuum, vt nullus dubitaret, hoc non niſi manibus angelicis præparatum. Huius compoſita ſunt Adapto, & Coapto.

Aptotum, penul. prod. dicitur ſine caſu. ab α, ſine καὶ πτῶσις, caſus, ἀπὸ τοῦ πίπτω, μ. πεσοῦμαι, π. πέπτωκα. Id eſt, à cado, cuius futurum &c.

Aptus, ta, tum (ſicut lib. iiii Confeſſi. docet Auguſt.) dicitur quod ad aliquid adcõmodatũ, eſt. Perſius,
Non ego quum ſcribo ſi forte quid aptius exit.
Interdum aptum dicitur neceſſarium. Cicero lib. iii. de Fin. Itaq; natura ſumus apti ad totius conſilia ciuitatis. Interdum elegans, ut apud eundem lib. ii. de Orat. Ita porrò uerbis eſt aptus & preſſus, ut neſcias, vtrum res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur. Et de officiis, Vt. n. pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos. Interdũ connexum. Vergilius lib. ii. Georgicorum,
Ipſos è torquibus aptos Iunge pares.
Interdum adeptum. Varro,
Ea omnibus oſtendat quæ bello aptus eſt.
Huius compoſitum & contrarium eſt Ineptus.

Apud, præpoſitio eſt quæ nunquam compoſita reperitur, adpoſita vero caſualibus quandoq; locum denotat, ut, Apud Mantuam hæc ſcripſi, Quandoque perſonam, ut apud regem. Quandoq; loci & perſonæ coniunctionem, vt cœnaui apud Pompeiũ. Sed quum ad perſonam refertur, plerunq; familiaritatẽ ſignificat, non dominum, ut, fui apud te, id eſt, tecũ vel domi tuæ. Melius tamen locis ſeruit, vt apud forum te vidi. Ponitur interdũ pro in. Teren. in And.
Apud forum modo ibo.
Penes vero & poteſtatem & perſonã, & dominium. Ouidius libro primo Faſt.
Me penes eſt unum uaſti cuſtodia mundi.
Quandoq; etiam ſine dominio, vt fides penes autores eſt, id eſt, apud. Relatum ad perſonam, etiam interdum denotat vituperationem. Quintil. Culpa videatur penes patrem. Interdum laudem. Cicero, Penes quos laus adhuc fuit. Interdum commodum & incommodum. Liuius, Penes eoſdem pericula belli, penes quos præmia eſſent. Seruit etiam loco. Cicero ad Heren. Ita petulans eſt atq; acer, vt ne ad ſolarium quidem (ut mihi videtur) ſed penes ſcænam & in eiuſmodi exercitatus ſit locis. id eſt, apud ſcænam. Dicimus etiam, penes te eſt laus mea, quaſi in manu tua, arbitrium vitæ meæ penes te eſt. Apud ſe aliquando dicitur eſſe, dum omiſſis negotiis ſe in receſſum recipit. Cicero libr. i. de Orat. Marcus uero Scaurus, quem non longè ruri apud ſe eſſe audio.

Apulia. Italiæ regio, mari Hadriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, qui eá regionem tenuit vſq; ad Dauniam, dicta eſt Huius nominis prima corripitur, licet Appulus illam ꝓducat, & ob id per duplex pp, ſcribitur, Apulia per ſimplex. Et quum ſecunda in Appulus ſit correpta, in Apulia producta. Iuue.
Vendit Agros ſed maiores Appulia vendit.
Vbi & prima producitur. Lucanus lib. v.
Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

Apyrena, alii Apyrina, mala dicuntur punica, ſiue granata, proprie dulcia Seneca ad Lucil. Sic imperturbatus ſapiens dicitur, quo modo apyrena dicuntur non quibus nulla duritia eſt granorum, ſed quibus minor. Dicuntur autem granata, à granis, Punica, à regione. Ariſtote. tamen in fine lib. ii. Meteorologicorũ, ἀλλ᾽ ἄρ τὸν ἐναντίον τῆς παχύνσεως ἀναγκαῖον, γίνεσθαι τὴν ἔκθλιψιν ὥσ οἱ πυρῆνες, οἱ ἐκ τῶν δακτύλων πηδῶντες. Id eſt, Sed ad contrariũ inſpiſſationis neceſſarium eſt, fieri extruſionem quẽadmodum ipſæ baccæ oſſa ceraſorum ex digitis exilienter. Sed ſunt Ariſtotelis traductiones mendoſiſſimæ, forſan tamen per quandam ſimilitudinẽ granæ quia ignita pomorum illorum dicuntur, & α, modo priuat, modo auget ſignificatum.

Apyrotus, penultima producta, gemma cui ignis nõ nocet. Dicitur & Apyraſta carbunculus, quòd ignẽ non ſentiat.

A ANTE Q

AQua componi uidetur ex a, & qua, quaſi à qua uiuamus. Vnde aqua & ignis interdici ſolebat damnatis. Aquam & ignem ſumebant nuptæ, & qui funus proſequuti fuerant, redeuntes, ignem ſuper gradiebantur aqua aſperſi, quod purgationis genus, uocabant ſuffitionem. Hoc elementum cæteris omnibus uidetur imperare. Terras enim deuorant aquæ, flammas necant, ſcandunt in ſublime, & ipſum quoq; ſibi uendicant cœlum. Quid eſſe mirabilius poteſt? quàm ſtare in cœlo aquas? At illæ non modo in tantam altitudinem, ſed ſecum quoq; piſcium examina, & lapides rapiunt. Eædem cadentes, omnium terra naſcentium cauſſa fiunt, fruges, arbores, frutices iuuant, migrant in cœlum, ut uitalem animá deferant herbis. Præterea alibi calidæ ſunt, alibi frigidæ, alibi tepidæ, & penè oĩbus morbor ꝗbꝰ auxiliãtur. Aliæ ſulphuris, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris, aliæ acidæ ſunt, aliæ ſalſæ, & cunctæ hominum tantum

cauſſa uidentur erupiſſe. Generatim neruis proſunt omnes, aliæ pedibus, aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis, aliæ exinaniunt aluos, aliæ ſanant uulnera, aliæ capiti, auribusq́, & oculis priuatim medentur, aliæ ſterilitatem mulierem, & uirorum infamiam abolere produntur, nonnullæ iuuant calculoſos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollũt uitiligines, aliæ podagricis proſunt, aliæ tertianas febres diſcutiunt, aliæ dentes ſiſtunt, aliæ ungulas etiam iumentorum indurant. Aliæ ſubtiliores faciunt ſenſus, aliæ memoriam auſerunt, aliæ obliuionem inducunt, aliæ canoras voces faciunt. Refertq́ Sypontinus, ſe deduxiſſe aquas in agro Viterbienſi quæ lethargicos, & hydropicos, & colicos curant, luxatos ſtatim ſanant, colluctos ſiſtũt, ſcabiem, lichenas vitiligines mira celeritate tollunt, famem (omni ſublato faſtidio) inducunt, fœcunditatem mulieribus afferunt, venerem debilitatam excitant, calculorum vitia diſcutiunt. Hæc Cornucopiæ.

Eſtq́ elementum quod ab æqualitate dicunt.
Nihil eſt enim illa dum quieſcit æquabilius.
Aſcenſius, Putem aquam ab æquo dici, ablato e, ſicut harenam ab hærendo. Nam ſi ab a, & qua, componatur, prior eſſet longa.

Aquæ, arum, vrbs Galliæ ciſalpinæ, iuxta quam ſunt aquæ calidæ, quæ ægros curare ſolent.

Aquælicium, dicitur quum aqua pluuialis remediis quibuſdam elicitur.

Aquæ niuales, menſæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur vt eſſet ſalubriores. Poſtea colo niuario & ſacco attenuebãtur, deinde refrigerabant.

Aquagium, quaſi aquæ agium. Eſt.n. aquæductus.

Aquaintercus, aquæintercutis, hydropum morbus, quaſi aqua inter cutem. Cicero libro tertio offic. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquã intercutem. Nam Intercus dicitur aqua, quam Græci hydropa vocant, vt ait Priſcianus. Aqua enim intercutem male habet, autore Celſo, qui morbus acutus eſt. Plinius hunc morbum aquæ ſubtercutem fuſæ nominat.

Aqualiculus, diminutiuum eſt ab aqualicus, & uas vocatur in quo porci ſorbent. Per tranſlationẽ pro ventre ſiue aluo ſumitur, tam occulta quàm adparente, in quam ſordes fluunt. De homine dr. Perſius,
Nugaris quum tibi Calue
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.
Hieronymus, Alius tumet aqualiculo, mortem parturit, alius elinguis & mutus. Idem, Protenſus eſt aqualiculus, inſurgunt humeri, turget guttur.

Aqualicus, penul. correp. aluus vbi ſordes defluunt. Apicius, Reples aqualicũ ſicut laxamentum habet, ne diſtiliat in coctura.

Aqualis, generis maſculini, genus vaſis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & matula dicitur. Plautus,
Date iſti ſellam, ut ſedeat, & aqualim cum aqua.

Aquaricola, dicuntur lotrinæ, in quas lotura prolicitur, nec in culina tantum, ſed in tricliniis, & cubiculis, & cœnationibus, cum dignitate & elegantia fiunt. Cornucopiæ.

Aquarioli, dicuntur mulierum impudicarum ſordidiſſimi aſſeclæ.

Aquariolum, ſiue Aquarium, locus in quem ſordida aqua demittitur, qui & lauatrina à lauando adpellatur.

Aquarius, rii, vndecimum ſignum zodiaci eſt, poſt Capricornum. Hic fertur Ganymedes, qui pocula Diis miniſtrat, per quem Ianuarium intelligimus. Decimoquinto calendarum Februarii incipit exoriri. Hunc Iuppiter, eius pulchritudine captus, ab aquila in cœlum raptum, miniſtrum ſuum feciſſe exiſtimatur.

Aquarius, ria, rium, quod ad aquam pertinet, vt cos aquaria, res aquaria. Gellius, Re aquaria defectos. Plinius libro trigeſimoquarto. Quippe quum in exacuendo oleares cotes & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies.

Aquarius ſulcus, qui aquam educit. Columella libro ſecundo. Crebrosq́ ſulcos aquarios, quos & nonnulli elicies uocant.

Aquaticus, ca, um, quod in aqua degit, ſicut terreſtris, quod in terra uiuit. Plinius,
Terreſtres & aquatici piſces.

Aquatilis, penultima correpť. idem quod aquaticus. Auguſtinus lib. viii. de ciuit. dei, Qui tamen longè præponitur animalibus aquatilibus, quum ipſas aquas terris præponat Plato.

Aquatus, ta, tum, aqua infuſum, vt aquatum vinum. Hieronymus, Vinum ſi aquatius bibitur, calix ſrangitur, menſa ſubuertitur.

Aqueus, a, um, quod ex aqua eſt, vt color aqueus.

Aquifolia, arbor ex genere ilicis, quam Græci ſmilacem vocant.

Aquila, auis ab aquæ colore, ſiue ab acute vidẽdo dicta. Ferunt quum ſenuerit aquila, grauantur pennæ & ipſius oculi, quærit ſontem & erigit pennas, colligit in ſe colores, & ſic oculi eius ſanantur, & in fontem ſe ter mergit, & ita ad iuuentutem redit. Aquila quoque dicitur aſtrum, quæ ala dextra circulum æquinoctialem parum prodit, ſiniſtra autem non lõgè à capite Ophiuchi videtur figurata. Roſtrum eius à reliquo corpore, diuidit circulus à Cancro ad Capricornum perueniens. Exorto Leone occidit, exoritur autem cum Capricorno, habens in capite ſtellã unã, in vtraq; pennam vnã, in cauda vnã. Aquila etiam dicitur Iouis ales, cui maximus honor eſt, & maxima eſt vis, quippe quæ non ſolum cum minoribus quadrupedibus, ſed etiam cum ceruis pugnat, multum puluerem volatu collectum, inſidens cornibus, excutit in oculos, pennis ora uerberat, donec præcipitet in rupes. Cum dracone etiam init prælium. Oua hic aquilæ conſectatur auiditate malefica. Illa ob hoc vbicunque viſum oppugnat. Ille multiplici nexu alas ligat, ita vt aliquando ſimul concidere videantur. Ex omni autem auium genere ideo hanc ſolam delegiſſe ſibi armigerum Iupiter exiſtimatur, quòd ſola cõtra orientis Solis radios, immotã aciem oculorũ tenere poſſit.

Vel quòd ſolam hanc auem nunquam fulmine fuiſ
ſe tactam produnt. Sex aquilarum genera tradun-
tur. Cornucop.

Aquilegiũ, aquæ collectio, & aquæ ductus. Plautus,
Si pluet, aquilegio me iuuabo.

Aquileia, vrbs carnorum metropolis, iuxta quam de
fluit Timauus, à legendis aquis dicta. Mart.
Et tu Ledæo felix aquileia Timauo
Plinius aquileiã collocat in decima regione Italiæ.
Fuit autem Romanorum colonia duodecies milie
paſſibus à mari ſita. Ad eam flumine aduerſo onera
riis nauigatur nauibus per Natiſonem fluuium. Ex
hac orti ſunt Chromatius, ad quem Hieronymus ſæ
pe ſcripſit, & Rufinus Græce Latineq́ eruditus, qui
Ioſephum conuertit in Latinum, cuius originalis eſt
Mediolani in ſancti ambroſii fano, Longobardis
characteribus carioſiſſimus.

Aquilex, penultima correpta, qui aquã colligit, veſti-
gat, & ducit. Varro, at hoc pacto vtilior te Thuſcus
aquilex. Plinius, Subeſſe aquis credunt, & hoc ha-
bent ſignum aquilegis.

Aquiliferi, dicti ſunt ſigniferi in Romana militia ab
aquila, quam Romanis legionibus Marius in ſecun
do conſulatu ſuo proprie dicauit. Habuerunt & Ro
mani alia quatuor ſigna, videlicet lupos, minotau-
ros, equos, apros, quæ ſingulos ordines antiebant.
Scribit Vegetius, primum ſignum totius legionis eſ
ſe aquilam, quam aquilifer portat. Idẽ Draconarios
adpellat ſigniferos, à draconibus, qui per ſingulas
cohortes ferebantur ad prælium.

Aquilius, cognomen factum à colore ſubnigro.

Aquilo, pen. cor. ventus dictus à vehementiſſimo vo
latu, inſtar aquilæ. Hic boreas Græce dicitur, ſiccus
& frigidus. De quo Ouidius libro ſexto. Meta-
morphoſeos,
Apta mihi vis eſt qua triſtia nubila pello,
Et freta concutio, nodoſaq́ robora verto,
Induroq́ niues, & terras grandine pulſo.
Idem ego quum fratres cœlo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliantó cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego quum ſubii conuexa foramina terræ,
Suppoſuiq́ ferox imis mea terga cauernis,
Solicito manes, totumq́ tremoribus orbem.
Flat hic ventus ab æſtiua & ſolſtitiali plaga Orien-
tis. Aquilones etiam dicuntur venti, qui octo fermè
diebus exortum, Caniculæ antecedunt, & perflant
diebus quadraginta, quos vocant Eteſias, & Prodro
mos, quaſi præcurſores.

Aquilus color, fuſcus & ſubniger, ab aqua. Nam
quum antiqui duos omnino naturales colores no-
ſcerent, album ſcilicet & nigrum, interuenit autem
is quoq́ qui ita neutri ſimilis eſt, vt tamẽ ab vtroq́
proprietatem trahat, potiſſimum ab aqua cum no-
minauerunt, cuius incertus eſt color.

Aquiminaria, dicuntur omnia vaſa deferendis aquis
deputata.

Aquitania, regio, & tertia Galliæ pars, ab obliquis
aquis ligeris. Hæc à Circio Oceanum habet, qui Aq
tanicus ſinus dicitur, ab Occaſu Hiſpaniam, à Septẽ
trione Lugdunenſem prouinciam, à Meridie Nar-
bonenſem In ea ✱ Lugdunum & Burdigala ciui-
tates. Hinc Aquitanus, na, num, vt aquitani populi.

Aquo, as, & aquor, aris, aquam haurio, ſiue aquam fe-
ro, eo per aquam. Curtius, Quum miles aquatum ꝓ
fectus eſſet. Vergilius.
Sub mœnibus vrbis aquantur.
Vide in dictione adaquo.

Aquoſus, ſa, ſum, quod copiã aquæ habet vt hyems
aquoſa. Columella libro quarto de ficis. Locis, in-
quit, frigidis, & autumni temporibus aquoſis, præ-
coques ſerito. Huius compoſitum & contrarium eſt
Inaquoſus, ut in Euangelio. Ambulat per loca ari-
da & inaquoſa.

Aquula, diminutiuum ab aqua. Cicero lib. de Orato
re, Quæ mihi videtur non tam ipſa aquula quæ de-
ſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe. Et libro
ſecundo. Vbi non ſecluſa aquula teneatur, ſed vnde
vniuerſum flumen erumpat.

A ANTE R

ARa, quaſi anſa (vt Varroni placet) dicta eſt.
Vaſa enim erant quæ tripodes dicebantur,
quòd eſſet neceſſarium à ſacrificantibus tene
ri. Anſis autem teneri vaſa ſolere, manifeſtũ eſt. Quo
niam ergo qui immolabant, non modo Deos voce
precabantur, ſed etiam manibus aras adprehende
bant, primò anſæ dictæ, deinde commutatione lite
rarum aræ vocari cœptæ. Hinc Verg.
Talibus orantem dictis araſq́ tenentem.
Sunt qui aras ab ardendo deriuent, quòd in his vi-
ctimæ adolerentur. Alii ab ἀρᾶσθαι verbo Græco,
quòd eſt oro, & ἀρά oratio dicitur, quòd in ſacrifi-
cando oretur, & habet primam productam. Alii à
precibus, quas Græci ἀράς dicunt. Vnde contrà im-
precatio κατάρα dicitur. Eſt etiã ara ciuitas arabiæ
regia, nec non & inſula arabiæ adiacens, ut ſcribit
Ptolemæus. Hara vero cũ h, habet primã correptã,
& ſignificat porcorum ſeu auium ſtabulũ Ouid.
Tertius immundæ cura fidelis haræ.
Quidam etiam aiunt Haram ſignificare auem quan
dam auguralem, vnde deducantur Hariolus, Hario-
lor, Haruſpex, Haruſpiciũ, Haruſpicina & Haringa.

Arabarches, arabum princeps, vel ex primis arabiæ,
ſicut Libyarches, Libyæ princeps. Iuuenalis,
Atq́ triumphales inter quas auſus habere
Neſcio quis titulos Aegyptius atq́ arabarches.
Nam in arabia plures erant præfecturæ, quæ ſuos
archontas, id eſt præfectos habebant.

Arabia, regio ĩter Iudæam & ægyptũ, ab arabo apol
linis & Babylonæ filio. Solinus arabiam interpre-
tatur ſacram. Eſt autem triplex arabia, ſecundum Pli
nium libro ſecundo, vna felix, altera petrea, tertia de
ſerta. Arabia, deſerta, arabarum & Eſtonitarum, &
Scenitarum, ſterilis uocatur, præterquam vbi Syriæ
confinia contingit, à Peluſio vſq́ arſinoen rubi ma
ris oppidum deſertam ſcribit agrippa. Quidam ara
biam Panchaiam & Sabæorũ gentem eandem eſſe
exiſtimant,

exiſtimant in qua thus naſcitur. Vergilius,

Solis eſt thurea uirga Sabæis. Idem.

Totaq́ thuriferis Panchaia pinguis arenis.

In ea mons Syna, qui & Oreb, in quo Moyſes legē accepit. In ea Phœnix auis naſcitur, & Sardonix gēma. Ab arabia fiunt adiectiua arabs, arabius, arabicus, pro eo quod eſt ex arabia. Verg. lib. vii.

Hircanus'ue arabis'ue parant Proper.

Nec ſi qua arabio lucet bombyce puella. Et alibi,

Et domus in terris te tremit arabiæ.

Vbi uidetur quòd debeat ſcribi per geminum rr, Hebraice dicitur quod interpretatur Veſpera, aut veſpertina. Arabs uero.

Arabice olere, ſignificat bene olere, & odoribus Arabicis.

Arabis, ſiue arbis, fluuius eſſe videt, qui apud Pliniū lib. ii. Sarbis ſcribitur, qui ab arianis montibus per Drangas & Gedroſios in Oceanum defluit.

Arachne, nomen mulieris Lydæ, quæ de lanificio auſa eſt cū Pallade certare. Sed victrix Dea, arachnen percuſſam radio in araneā commutauit. Hoc à poetis fictum eſt. Conſtat enim (autore Plinio) arachnē linum & retia inueniſſe, cuius filius Cloſter fuſos in lanificio inuenit. Hoc etiam nomine (ut ſcribit Liuius) dicta eſt ciuitas Theſſaliæ. Quur autem dicat & quid ſit, magnis rationibus nixiq́ rerū proprietatibus, adcommodauerunt denominationes, non autem ad placitum. Vnde Suidas ita ſcribit. Ἀράχνιον νῆμα καὶ μίτος ὁ λεπτότατος, καὶ ἀράχνη θηλυκῶς τὸ ὕφασμα, ἀράχνης δὲ ἀρσενικῶς τὸ ζωΰφιον παρὰ τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν. id eſt, Arachnion, filum eſt & licium tenuiſſimum. & arachne, fœmin. gene. tela ſeu textura, maſculino arachneus, puſillum animal eſt, dictū quòd rara molliaq́ habeat veſtigia.

Arachoſia, regio maioris aſiæ, in qua alexādria & arachotus ciuitates ſunt.

Araciæ, ficus, dicuntur albæ, pediculo minimo, latiſſimæ. Cornucop.

Aracynthus, mons ætoliæ, mineruæ ſacer, ut teſtis eſt Plinius, vel (ut Martianus) acarnaniæ.

Aragus, fluuius Moloſſorum, cuius meminit Strabo.

Aram, filius Sem, Gene. x. A' quo aram Hebræis, quæ Græcis Syria interpretatur excelſa, ſublimis.

Aranea, fœminino genere retia quæ araneus facit. Catul'us. Furius cuiq́ nec ſeruus eſt, neq́ arca, nec cimex neq́ araneus, neq́ ignis.

Ouidius libro quarto Metamorphoſeos.

Stamina non ſummo quæ pendet aranea tigno.

Reperitur quandoq́ tamen aranea pro animali.

Vergilius libro. quarto. Georgicorum,

Laxos in foribus ſuſpendet aranea caſſeis.

Ouidius. vi. Metamorph.

Stamen & antiquas exercet aranea telas.

Hinc & aragne vel arachne dicitur, ab ἀράω, quod eſt compono, apto, cōgruo, vel vt ſupra. Multa ſunt autem araneorum genera, omnesq́ Græco vocabulo, ſed apud Latinos vſitato, phalangia dicuntur. Vnum eſt genus formicæ ſimile, ſed multò maius ruffo capite, reliqua corporis parte nigra, albis guttis reſperſum. Viuit maxime circa furnos & molas. Secundum phalangii genus lupum vocant. Tertiū lanuginoſum, capite magno quo diſſecto, inueniūtur duo vermiculi, qui conceptum impedire dicuntur alligati mulieribus, in pelle ceruina ante Solis ortum, propterea atotius dicitur. Græci ἀτόκιον, παρὰ τὸ τίκτω, τέξομαι, ἔτεκον. id eſt, pario, pariā, peperi, vocant omne medicamentum quod ſterilitatem inducit. Alia ſunt etiam araneorum genera, de quibus apud Sipontinum abundè tractatur. Quartum genus araneorum rhacinum dicitur, ore nigro, minimo, ſubalbo, pedibus breuiſſimis tanquam imperfectis. Dolorem morſu qualem ſcorpio facit. Quintum genus aſiortion, diſtinctum virgulis albis cuius ictus genua labefactat. Sextum cæruleum eſt lanugine nigra, caliginem concitans, & vomitus araneoſos, hoc eſt, in quibus telæ araneæ conſpiciūtur. Septimum à crabrone tantum penna differans, quod ad maciem perducit. Mirmecium octauum, formicæ ſimile capite, aluo nigra guttis albis diſtinguentibus. Præter hæc tetragnatii duo genera habent. Peior in quo medium caput diſtinguit linea alba. Alter cinericius eſt, poſteriori parte candicans, vltimus, ac minime noxius, qui eodem colore telas in parietibus latè texit, veluti retia muſcis capiēdis.

Araneolus, cum accētu in antepenultima, diminutiuū eſt ab araneus, Vergilius de Culice.

Atq́ vt araneoli tenuem formauimus orſum.

Araneus, maſculino genere, animal retia muſcis tendens.

Araris, penultima correpta, & per apocopen Arar, fluuius Galliæ Lugdunenſis, à monte Vogeſo, per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. Lucanus lib. vi.

Rhodanumq́ morantem

Præcipitauit Arar.

Aratus, penultima correpta. Scytharum fluuius. Hic in Eniochis montibus eo modo quo Euphrates oritur, ſex milium paſſuum interuallo, quoad campos armeniæ ſecat. Labitur placidus & ſilens, neque in vtram partem currat manifeſtum. Quum in aſperiora deuenit, hinc atq́ illinc rupibus preſſus, & quātò anguſtior, tantò magis pernix. Frangit ſe ſubinde ad oppoſita tantum, atq́ ob id cum ingenti murmure ſonansq́ deuoluitur, adeo citus, vt qua ex præcipiti in ſubiecta caſurus eſt, non declinet ſtatim vndam, ſed vltra quàm canalem habet euehat, plus iugeri ſpacio ſublimis, & aquis pendentibus ſe ſine alueo ferens. Deinde vbi incuruus arcuatoq́ amne deſcendit, fit tranquillus, iterumq́ compoſitus, & vix fluens in litus elabitur. Cc.

Ararath, regio armeniæ campeſtris, per quam araxes fluit incredibilis vbertatis, ad radices Tauri mōtis, qui vſq́ illuc extenditur.

Aratos, ſumitur tam pro boue quàm pro homine bouem ducente. Plautus,

Arator niſi incuruus præuaricatur.

Aratro, ras, penul. producta, quaſi arādo itero, quod eſt ſegetes iam natas ruſus arādo proſcindo, quod

impinguandi cauſſa fit.

Aratrum, penultima prod. dictum ab eo quod eruat terram. Sed & Græci penultimam corripiunt, ἄροτρον dicunt. Vel ab aro verbo, ſicut à lauo lauacrũ, & à ſimulo ſimulacrum.

Araxis, armeniæ fluuius, Lucanus lib. vii.

Armeniumq; bibit Romanus araxem.

Ibi arcam Noe poſt diluuium reſediſſe ferunt. Hic ab eodem monte quò Euphrates deſcendit (qui planè mons à Strabone abon ſiue abam, à Plinio agã vocatur) armeniam & atropatiam diſterminat.

Araxum, (ut inquit Plinius) promontorium eſt Peloponneſi.

Arbea, ciuitas Iudææ, ſic dicta, quia ibi tres patriarchæ ſepulti fuere & quartus Adam.

Arbiter, penultima correpta iudex, non à lege, ſed ab iis qui litigant electus, qui totius rei habet poteſtatem. Dictus ab arbitrando, id eſt, exiſtimando. Eius officium eſt exiſtimare, non prout iuris ſit, ſed prout ipſe æquum eſſe exiſtimet. Iudex vero ex officio dictus eſt. Aliquando arbiter dicitur ſpeculator vt in Geneſi. Accidit autem, vt Ioſeph operis quidpiam abſq; arbitris faceret. Dicitur & arbitra. Ambroſius libro primo Officiorum. Cõſcientia, quæ innocentium & flagitioſorum merita diſcernit, uera atq; incorrupta pœnarum præmiorumq; arbitra.

Arbitramentum, idem quod arbitrium, hoc eſt, arbitri ſententia.

Arbitrariũ, dicitur, quum adhuc res apud arbitrum agitur. vel quum in poteſtate arbitri ſeu iudicis eſt, pro arbitrio, (id eſt, pro opinione ſua) iudicare. Vnde arbitraria pœna dicit̃, quæ non lege ſtatuta eſt, ſed iudicis arbitrio relicta. Martianus. Quàm celebrem cuperent, fictor arbitrarius variabat.

Arbitrium, ſententia eſt quæ ab arbitro ſtatuitur. Interdum dicit̃ poteſtas arbitro data. Vnde arbitriũ ſuſcepiſſe dicitur, qui vim iudicis ſuſcepit. Interdum opinio. vt, Omnia pro meo arbitrio facio, id eſt, ut mihi uidetur, & ut opinor faciendum. Interdum dicitur ſpeculatus. Apuleius libro ſecundo. Nam & pueris extra limen credo, ut arbitrio nocturni gannitus ablegarẽtur. Idem. Sub arbitrio luminis recognoſcit omnia.

Arbitror, traris, penultima correpta exiſtimo, vt in frequentiori vſu. Quandoq; inſpicio & ſpeculor. Vnde arbiter, quia. ſ. arbitratur. i. explorat diligenter controuerſiam litigatorum. Plautus in aulu. Hinc ego huc & illuc potero quid agant arbitrarier. Apuleius libro tertio. Ipſa'que per rimam oſtiorum quampiam iubet arbitrari, quæ ſic geſta ſunt. Aliquando auſculto. Apud Iuriſconſultos, arbitrari, pro iudicare ac ſententiam dicere ponitur.

Arbor, & arbos in nominatiuo, à robore, vt quidam putant. Cuius adpellatione continentur uites, arſidines, & huiuſmodi. Sed quum planta adeò tenera eſt vt herba potius videatur, arboris loco haberi non debet. Arborem fici ſicut arborem ficum, dici poſſe, oſtendit Columella libro ſexto, quum ait. In ſcrobem fici arbuſculam deponito. Et paulò pòſt. Tum arborem fici detrunca. Quod eſt contra Laurentiũ Vallam arbuſcula diminutiuum ab arbor.

Arborator, nomen uerbale, ab arboro, ras, & ſignificat eum qui arbores putat, qui & frondator dicitur. Plinius libro decimooctauo.

Frondem medio die arborator ne cædito.

Arboreſcere, arborem fieri, vel in arborem creſcere. Plinius libro decimo nono. Tradunt autores in arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere.

Arboretum, uide paulò pòſt in dictione arbuſta.

Arboreus, rea reum, quod eſt arboris. Vergilius, libro primo Georg.

Arborei fœtus alibi.

Arboſes, antiqui pro arbores dixere, ab arbos non ab arbor. Cornucop.

Arbuſta, ſunt loca uitiferis conſita arboribus, in quibus extenduntur uites, vel arbores vitibus maritatæ, atq; vitiferæ quæ in ordinem diriguntur. Seneca Epiſt. lxxxvi. illud etiam uidi, uitem ex arbuſto ſuo annoſam trãſferri. Columella. Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit. Et libro tertio. Arbuſtum inter quadragenos pedes diſpoſitum eſſe conuenit. Sic enim & ipſæ arbores & adpoſitæ vites melius conualeſcunt. Docet etiam Plinius quomodo arbuſtum ſit faciendum. Rurſus arbuſtum, locus eſt in quo arbores ſunt ad fructum conſitæ ſicut ſalictum uel ſaliceium, in quo ſunt ſalices. Hoc & arboretum aliqui uocant, ut inquit Gellius.

Arbuſtiuum, genus uitium quod arboribus adplicat̃ & in ſublime procedit. Palladius, Locum quem arbuſtiuis vitibus deſtinabis implere.

Arbuſto, ſtas, agrum arboribus conſero ad maritandas viteis. Plinius, Traſpadana Italia præter ſupradicta cornu, populo, tilia acere, orno, carpino, arbuſtat agros.

Arbutum, pomum rubrum ſyluarum, quod Plinius Orodon uocat, quòd aſperitate ſua piura edi non poſſint. Vergilius lib. ii. Georg.

Dant arbuta ſyluæ,

Alio nomine dicitur Vnedo, & a Græcis Comarus, tam pro arbore quàm pro fructu.

Arbutus, penult. cor. arbor folio citro ſimilis. ſed raris frondibus. Vergil.

Et quæ uos rara viridis tegit arbutus vmbra.

Arca dicta (ut inquit Varro) quòd ab ea clauſa arceãtur fures.

Arcadia, Peloponneſi regio & achaiæ pars, à mari vndiq; remota, ab arcade Iouis filio Caliſtone Lycaonis arcadiæ regis filia, ſic adpellata. Hæc (vt Euſtathius docet) aliquando dicta eſt Pelaſgia, à Pelaſgo rege magno & ſapiente uiro, qui vitæ cultioris autor eis fuit, & uictum ex ſtirpibus herbarum, arborumq; frondibus tranſtulit ad glandem, maximeq; phagineam. Aliquando etiam Lycoania, aliquando Gigantida, & aliquando Parrhaſia. Arcas autem quũ Pelaſgos in deditionem redegiſſet, eorum regionem arcadiam nominauit. Scribit Plinius hanc totam montuoſam, in qua ſunt aſini cæteris maiores ac ſpe

ſtantiores. In ea Erymanthus fluuius, Lernea palus, & lapis aſbeſtos, hoc eſt, inextinguibilis.

Arcadicus, ca, cum, quod eſt ex arcadia, ut arcadici mores.

Arcanum dicitur ſecretũ, abſconſum, ab arca, in qua quæ clauſa ſunt, tuta manent. Poteſt & ab arce dici quæ tutiſſima pars urbis eſt. Lactantius libro quarto, Quum omnia ſic futura, vt facta ſunt, arcanæ illorum literæ continent.

Arcas, cadis, nomen Iouis filii. Eſt & adiectiuum ab arcadia, vt populi arcades.

Arcatus, ab arcus arci. quaſi in modum arci factus.

Ouidius lib. xi. Metamorphoſeos.

Iris & arcato cœlum curuamine ſignans.

Arceo, ces, cui, arcitum, ſecundum analogiam compoſitorum facere debuit, quoniam coherceo cohercitum, exerceo exercitum. Sed arcitum in vſu nõ eſt, ſicut nec arcitus, nec arciturus. Et nihilominus ꝑ membro artus, & arctus adiectiuum pro ſtrictus, à quo formatum eſſe conuenit arcto, ctas, aut certe arcto tanquam frequentatiuum ab arctum, quaſi ſupino verbi arceo, ut arctom vel arcitum fecerit, licet neutrum eorum reperiatur. Nam arceo pro ſtringo eſt in vſu vt apud Vergilium,

Teneras arcebant vincula palmas.

Ita ut non mirum ſit ſi arctum eius ſupinum fuerit. Arcitum verò facere debere eius compoſita declarant. Interdum etiam arcere continere eſt. Vnde Cohercere, continere dicimus, & arcus in ædificiis, ꝙ ſe ipſe contineat. Interdum procul ſiue de longè uetare, ne accedant qui veniunt. Vnde arx dicta eſt, quòd procul à ſe hoſtes remoueat. Transfertur etiã ad incorporea. Cic. in paradoxis. Quæ vis eſt quæ magis arceat homines ab improbitate, quàm ſi ſenſerit, nullum in delictis eſſe diſcrimen? Differũt a ſit inter ſe arcere, phibere, inhibere, abigere, & vetare. Nam arcere, procul pulſare eſt, vel obſiſtere, ne aduerſarius nocere propè queat. Liuius libro primo. Ad arcendam vim aduenarum armati ex vrbe atq; agris concurrunt. Prohibere, eſt de loco vel de re aliqua detrudere vel amouere, dicto ſiue facto, ne quis obtineat quod vult. Inhibere, eſt aliquid cõceſſum vel permiſſum reuocare, vel incœptum vetare ne progrediatur. Abigere, de loco fugare, vel pecora & huiuſmodi abducere. Vetare præcipere, vel minari, vel facto prohibere, ne quid ſecus dicatur aut fiat quæ ipſe vult, & generale eſt ſignificationis verborum prædictorum. Ponitur tamen quandoq; arcere pro fugare. Columella libro primo, Sic emunita ſola & latera horreorum prohibẽt curculionem quod genus exitii quum incidit, multi opinantur arceri poſſe. Sciendum eſt quod arceo, vltra adcuſatiuum non ſolum ablatiuum cum præpoſitione, ſed etiam ſine præpoſitione requirit, metri uel ornatus cauſſa. Liuius libro primo, Cæteros metus non curia modo, ſed etiam foro arcebat. Et in eodem. Inde ad læuam uerſi, quia dextra Tyberis arcebat. cum magna trepidatione agreſtium populabanẽ. Huius verbi cõpoſita ſunt abarceo, Cohereio, & Perarceo de quibus locis ſuis.

Arcera, ab arca deducitur, & ſignificat plauſtrum tectum undiq; ex tabulis, quaſi, arca quædã magna, veſtimentis inſtrata, ut inqt aſconius. Quo vehiculi genere ſenes & ægroti cubantes vectabantur.

Arceſilas, & arceſilaus. pen. cor. nomen philoſophi ꝓprium, q ex Pythana Aeolica ciuitate ortus, relicto genitali ſolo Sardis perrexit, mox athenas profectus, in academiam ſe ad Crantorem contulit, quem Platonicam Philoſophiam omnino cõmutaſſe, nouamq; quandam conſtituiſſe ferunt. Cauillator vocabatur. Qui quum nihil ſe ſcire diceret, nec alios ſcire quicquam patiebatur, omneis turbans ſophiſmatibus. Obiit quum merum immodice hauſiſſet. De hoc Perſius.

Nõ ego curo Eſſe ꝙ arceſilas, ærumnoſiq; Solones.

Arceloſtis, genus vitis albæ, quæ variis adpellaẽ nominibus, Græce ampololeuce. Huius ſarmenta longis & exilibus internodiis geniculata, ſcandũt folia pampinoſa ad ſimilitudinem hederæ. Rhadix albæ raphano ſimilis. Ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt, qui decocti in cibo, aluum & vrinã cient.

Arceſſo, ſis, ab acceo naſcitur, & ſignificat adeuſo ſiue ad adcuſandum eo. Etenim adcuſare alium, eſt à maleficiis eum arcere, & hoc modo conſtruitur cum genitiuo, & aliquando cum ablatiuo. Cic. lib. i. ad Herẽn. Arceſſitur Cæpio maieſtatis. Idem lib. ii. Offic. Atq; etiam hoc præceptum officii diligenter retinẽdum eſt, ne quem vnquam innocentem iudicio. capitis arceſſas. Eſt & arceſſo, pro aduoco, ſiue aduocandum eo, ab adeco, d, in r, mutata. antiqui enim (teſte Priſciano) à literam mutabant in r, nos in c. Interdũ arceſſere, eſt præoccupare, vel ante tempus diſtrahere. Cic. Quando arceſſentur? quo genere vecturæ?

Archander, Danai ſocer, nomen proprium.

Archarius, præfectus & moderator dicitur. Paulus ad Ro. Salutat uos Eraſtus archarius ciuitatis.

Arche, à noſtris principium, à quo ἀρχω, impreſſum.

Archelaus, philoſophus Athenienſis, ſeu mileſius, qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor ſucceſſor que Anaxagoræ, à quo Socrates philoſophiam audiuit. Hic phyſicam philoſophiam ex Ionia athenas induxit, eſt que phyſicus adpellatus, quòd in eo defecerit philoſophia naturalis, Socrate ethicen introducente. Quanquam nec hic quidem ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honeſto, & de æquo philoſophatus eſt. Fuit & alter archelaus antenoris Troiani filius, quem Homerus ſcribit rei militaris peritiſſimum fuiſſe. Alius fuit geographus, qui terram omnem ab alexandro peragratam deſcripſit. Alius de rerum naturis carmine ſcripſit. Alius oratoriam docuit.

Archemolus, pen. cor. Rhœti regis Marubiorum in Italia filius. De quo Verg.

Et Rœti de gente vetuſta
Archemolum thalamum auſum inceſtare nouercæ.

Archemorus, penul. corrept. Lycurgi Thracum regis filius, qui à ſerpente occiſus fuit. vt apud Statium

libro Thebaidos,ſic dictus, ꝙ futurum apud Thebas regibus oſtenderet exitium. Hic Hypſiphilen nutricem habuit,quæ quum ſitientibus qui ad Thebaidam expeditionem proficiſcebantur, Langiam fontem oſtenderet. Archemorum puerum ſuper viridi herba depoſuit,qui à ſerpente vulneratus periit. Vñ fons ille archemorus uocitatus eſt, & annuus agõ, in pueri illius memoriam celebrari cœptus.

Archeptolemus,fili⁹ Iphiti,auriga Hectoris, Enipeo interfecto à Diomede interfectus.

Archetypus, penul.cor.adiectiuum,dicitur exemplaris,ex ἀρχὴ, quæ eſt principalis,& τύπος figura, quaſi ex principali & naturali figura trahatur. Nam eſt quodcunq; ita primum fabricatum eſt, vt exemplar reliquis ſit. Plinius ad Antonium. Vt pictores pulchram abſolutamq; faciem rarò niſi in peius effingunt,ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Auguſtinus lib.xv.de Ciuita.Dei, Huic primo exemplo,& (vt Græci adpellãt) archetypo, quædam ſui generis imago reſpondit. Sunt qui exponant Archetypos,pro antiquis,ab eo ꝙ archæos antiquus dicitur,& typos forma. Martialis,

Si tanquam tabulas ſcyphosq; Paule

Omneis archetypos habes amicos.

Nec refert ꝙ ſecunda ſyllaba archæus producat,& eandem Archetypus corripiat,quũ in pleriſq; aliis idẽ ſoleat inueniri,ut in Geometria,& Acheronte.

Archias,nomen poetæ,quo Latine ſignificatur principatus,de quo extat Ciceronis oratio. Alius fuit Tarentinus philoſophus Pythagoricus, qui floruit Platonis tempore. Sed hic à multis Architas non Archias dicitur. Alius Mitylenæus muſicus. Alius de agricultura ſcripſit. Alius epigrãmatũ ſcriptor. Alius de agricultura librum edidit.

Archiater,medicorũ princeps, ἰατρὸς medicus,archos princeps,qui & protomedicus dicitur. Archiater dictus eſt Aeſculapius, tanquam præſes Deusq; medicorum eſſet. Vnde ab Hieronymo dictus eſt Archiater ſeruator noſter,qui medicus eſt Chriſtianorum, & languentium animarum præſentiſſimus opitulator. In Codice Imperatorio legimus,priuilegiis imperatoriis archiatros decorari. Caſſius ait, Archiatros eſſe ſalutis magiſtros.

Archidamus,penultima correpta,nomen viri Spartiani. Hic rogantibus ſociis quantum pecuniarũ foret ſatis ad bellum Peloponneſiacum,ſcienter reſpõdit, Bellum ordinata non quærit.

Archigenes,penul.correp.princeps generationis dicitur. Eſt & nomen celeberrimi medici. Sed ꝓ Græculis vel ſimilibus poni conſueuit,qui ſe præ omnibus ſui generis ſciolos oſtendunt.

Archigrammatei,dicti ſunt ſcribarum principes. Vnde ſcribit Plutarchus, Eumenem Gardianum fuiſſe archigrammatea Alexandri magni. Vulgò Cancellarii vocantur.

Archilochus,penultima correpta,nomen poetæ Lacedæmonii. Floruit Romæ regnante Tullo Hoſtilio in quo (vt Quintilianus inquit) ſumma vis eloquutionis fuit. De quo Horat.

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Alius fuit Archilochus Neſtoris filius, qui patrem in expeditione Troiana ſequutus, à Memnone interfectus eſt. Alius fuit Siculus, qui ariciam vrbem condidit.

Archimagirus,penul.prod.princeps & magiſter coquorum,qui coquinæ præeſt. μάγειρος enim Latine coquus. Iuuenalis.

Pariter librarius archimagiri.

Archimandritæ,pen.prod.dicuntur præpoſiti conſectaneæ turbæ,haud longè diſſimiles eum epiſcopali dignitate, ꝙ princeps mãdræ & agminis ſint. Mãdra enim veterinorum & animantium brutorum agmen dicitur. Martialis,

Nec datur obſtantes mulorum ſcandere mandras.

Archimedes,penultima producta, nomen proprium viri Syracuſii,qui Geometricæ ac machinalis ſideraliſq; ſcientiæ conſultiſſimus fuit, & celeberrimus, teſtimonio Liuii, Plinii, & Plutarchi. Hic velut Deus terrenus,mechanico artificio ſphæram vitream fecit, in qua mira conuerſione diſſimili motus circulorum viſebantur. De qua ſcribit Claudianus,

Iura poli,rerumq; fidem,legemq; Deorum,

Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex.

Percurrit proprium mentitus ſignifer annum,

Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit.

Marcellus in expugnatione Syracuſarum interdixit,ne Archimedes vnus violaretur. Verum quũ Syracuſæ caperentur, & ipſe animo ac oculis in terra defixis,formas geometricas deſcriberet, ab ignaro milite quis quis eſſet interfectus eſt.

Archimimi,princeps ſunt hiſtrionum, Sueton. In Veſpa. Fauo archimimus perſonã eius ferẽs, imitãſq; (vt eſt mos) facta ac dicta viri interrogatis palã ꝓcuratoribus,quanti funus & pompa cõſtaret,ut audiit H S centies,exclamauit,centum ſibi ſeſtertia darent,ac ſe vel in tyberim proiicerent.

Archippus, nomen philoſophi, qui Thebis ſcholas habuit, vt ſcribit Hieronymus, & Pythagoræ auditor fuit.

Architas, Mneſagoræ, ſiue(vt alii volunt) Aeſtici filius,patria Tarentinus,eximius Pythagoricus philoſophus. Floruit quo tempore Plato ad Dionyſium in Siciliam venerat, Platonemq; per literas monuit vt inde abiret. Siquidem Dionyſius de eo necando cogitabat. Fuerunt & alii, ſcilicet Archytes Mytilenæus muſica clarus. Item alius, qui agriculturam ſcripſit. Et quintus architectus qui librũ de mechanica ſcripſit.

Architector, ctaris, compono. Cicero libro ſecundo de finibus. An ꝙ ita calliditas,ut optime poſſit architectari uoluptates.

Architectura,ædificandi ſcientia. Græce Architectonice dicitur.

Architectus, & Architector, nomina compoſita ex ἀρχὸς princeps,& τέκτων faber,principalis faber fabricandi artem habẽs,vel qui ſtructuris ædificiorum præeſt, & qui fabricanda præſcribit. Architectus(vt inquit Plato lib.de Regno magno) miniſte-

rio non

bio non vtitur, ſed utentibus præſidet. Vnde Victruuius librum de Architectura condidit, id eſt de ædificiis conſtruendis. Et quicquid excellit, hoc nomine nuncupatur. vt Ariſtoteles Architectonicam in Ethicis vocat, cæteris eminentem. Fabri autem qui aliquid manu faciunt in ædificiis, alteri iunguntur ingenio, alteri opera valent. Cice. in Varrone. Siquis adhibere volet, non modo ut architectos, uerſetiã vt fabros ad ædificandam rempublicam.

Architriclinus, penultima producta, qui principalis eſt in aula diſcumbentium. Compoſitum nomen ex ἀρχὴ, & τρεῖς, & κλίνη, quæ lectum ſignificat. Nam in aula treis thoros in tribus aulæ dimenſionibus collocabant, vbi conuiuantes diſcumbere conſueuerunt. Iuuenalis,

Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto

Architriclini erat, curare vt edulium variorum fercula, ſeriatim & in tempore, conuiuis exhiberentur vt recte omnia diſpoſita eſſent.

Archiuum, penul. produ. armarium librorum, ſeu locus publicus, in quo acta urbis & ciuium recondi conſueuerunt, ſicut Romani tabularium dicunt. Ioſephus lib. ii. Poſt quod ignem archiuo intulere, uolentes omnia creditorum documẽta diſperdere, ne eſſet unde creditæ pecuniæ ratio pateret. Et in libr. vii. Archiua monumentorum publicorum receptacula exuſta eſſe ſcribit.

Archon, ſummus principatus Athenis, ſicut Suffes apud Carthaginenſes, Romæ, Dictator. Enumerabatur aũt inter Theſmothetas, hoc eſt, legum cõditores, qui erant ſex. Inter hos Archõtes, & Polemarchos, id eſt, iperator. Spartianus in Hadriano. Athenis Archon fuit Trebellius Pollio. Galenus apud Athenas Archon erat, id eſt ſummus magiſtratus.

Archontici, hæretici quidam à principe adpellati, q uniuerſitatem quã Deus condidit, opera eſſe principum dicebant, & negabant reſurrectionem carnis.

Archos, Latine princeps dicitur. à quo fiunt multa compoſita. ut, Patriarcha, princeps patrum.

Arcirna, genus modici plauſtri, quo hõ geſtari ſolet.

Arconicum, idem eſt quod arſenici & auripigmẽti, cuius uis reprimi a c tolli excreſcentia dubiũ nõ eſt.

Arcto, ctas, frequentatiuum eſt ab arceo.

Arctomys, animal habens ſimilitudinẽ muris & urſi, ab arcto, urſa & mys, mus.

Arcton, mons qui iminet Cyzico, à Iouia nutricibus, quas illic in ἄρκτους .i. in Vrſas migraſſe tradunt.

Arctophylax, penultima correp. Arcti ſiue Vrſi, phylax, id eſt, cuſtos. Cicero,

Arctophylax vulgo qui dicitur eſſe Bootes.

Nam adhibitus (ut quidam putant) cuſtos Vrſæ videtur Bootes ideo adpellatur, q in modum bulbuci plauſtrum ſequatur, quem ruſtici Septentrionem uocant. Magnus ſideris ambitus, aliis ad Icarum, aliis ad Arcadem Iouis filium referentibus.

Arctos, Latine Vrſa, quæ quia in modũ plauſtri uertitur, noſtri eam Septentrionẽ dixerunt. Et inde Arctous Septẽtrionalis & Borealis. Et Archicus polus, id eſt, borealis. De quo Cicero libro ſecundo, de Natura Deorum, Hunc circum Arcti duæ feruntur, nũquam occidentes. Ex his altera quidem apud Graios Cynoſura vocatur, altera Helice. Nam Helice maior eſt Vrſa, quæ & Caliſto uocata fuit. Cynoſura uero minor arctos.

Vnde Ouidius libro quarto Faſtorum,

Eſſe duas Arctos, quorum Cynoſura petatur.

Sidoniis Helicen Gratia carina notet.

Artos uero ſine c, panis dicitur.

Arctous, ab arcto, idem eſt quod Septentrionalis, & Arcticus ſimiliter Septentrionalis.

Arcturus, penultima producta, ſtella in ſigno Bootæ poſt caudam maioris Vrſæ, cuius ortus & occaſus tempeſtates facit, & dicitur Vrſæ cauda. Oritur à Canicula ferè poſt diem quinquageſimum. Dicta Arcturus, quaſi ἄρκτου οὐρά, id eſt, Vrſæ cauda.

Arctus, eſt ſidus, in quod Caliſto Lycaonis filia migrauit ex Vrſa, in quam Iunonis indignatione (cuius erat pellex) mutata dicitur, de quo modo. Is fuit Arcas Iouis filius. Effigiatur autem quatuordecim ſtellis.

Arctus, cta, ctum, ſtrictus. ut, Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, ab arceo fit. Col. lib. iii. In tribulum fictile vel cornu arcte inſerito.

Arcuatus, ta, tum, in modũ arcus curuatus, ab arcuo, cuas. Plinius libro. xxix. Illam autem quæ arcuatur, Græci ſepam uocant. Liuius libro primo. Ad id ſacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iuſſit. Hieronymus in Prolog. Ioſue, Vnde ceſſet arcuato vulnere contrà inſurgere ſcorpius. Hinc Arcuatim aduerbium, more arcus.

Arcubaliſta, à nonnullis Scorpio uocatur.

Arcula, diminutiuum, parua arca, à quo Arcella. Sed in frequentiore vſu eſt Arcula. Cicero lib. ii. Officiorum. Præmittebat q; de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in ueſtimentis telum occultaretur, exquirerent. Eſt & Arcula auis, quæ in auſpiciis aliquid fieri vetabat.

Arculata, circuli qui è farina in ſacrificiis fiebant.

Arculus, diminutiuum ab arcus, à quo fit aliud diminutiuum Arcellus. Et arculus dictus eſt Deus, qui tutelam gereret arcarum. Item Arculus dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad ſuſtinenda commodius uaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur apud Athenienſes.

Arcus, ab arceo, pro cõtineo fornix ædificii eſt, quod ſe ipſe contineat. Quamuis ab opere erigendo in altitudinem quidam dici velint. Cicero,

Iam enim atriolum & arcus duos abſoluerat.

Et arcus, iris cœleſtis, & eſt tam ſecũdæ quàm quartæ declinationis in vtraq; ſignificatione. Cicero de Natura Deorum, Quur autem arci ſpecies non in Deorum numero reponatur? Hieronymus in Ezechiele. Vidi uelut aſpectum arcus quum fuerit in nube in die pluuiæ. Ennius genere fœminino protulit. Formatur autem Arcus cœleſtis hoc modo. Dum enim Sol in nubibus rareſcentibus ex aduerſo refulſerit, radiosq; ſuos directa linea humori nubilo tranſfundens impreſſerit, fit repercuſſio ſplen-

doris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicãs, arcus ſpeciem formar. Sicut enim impreſſa cæra anulo imaginem exprimit, ſic nubes è contrario ex rotunditate Solis figuram ſumentes, orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Adparet autem hóc non ſemper, ſed quum rareſcunt nubila cæli. Nã rurſus quum coeunt in ſe nubes atq; denſantur, confeſtim arcus formá reſoluitur. in nubium enim denſitate, arcus imperfecto gyro complectitur. Demque ſine Sole & nubibus nunquam adparet arcus. Quadricolor autem eſt quia, ex omnibus elemẽtis in ſe rapit ſpecies. De cælo enim trahit igneum colorem, de aquis purpureum, de aere album, de terris colligit nigrum. Arcus uero quo ſagittæ iaciuntur, tantum quartæ declinationis eſt, ab arceo, quum ſignificat à longe ueto, quòd miſſis ſagittis non ſinat hoſtem accedere. Quod nomen etiam per q, apud antiquos ſcribebatur arquus, Vnde arquites arcu præliantes, qui & ſagittarii dicuntur, & Arquatus. Græce autem τὸ τόξον, Latine dicitur arcus. Inde ἀργυρότοξος apollo, argenteum arcum gerens, & Hippotoxotæ, equeſtres ſagittarii.

Ardea, auis quædam, quaſi ardua, quoniam uolando alta petit, à Græcis dicitur ἐρωδιός. Verg.
Atq; altam ſupra uolat ardea nubem.
Huius diminutiuum eſt ardeola. Eſt & ardea nomẽ vrbis in Latio, à feruore regionis ſic dicta quæ decem & octo milliaria ab vrbe eſt poſita. Mart.
Ardea ſolſtitio Peſtanaq; ruta petantur,
Quiq; Cleonæo ſidere feruet ager.
Dicta quoque ardea, à Danae Perſei matre. Vel à Dauno Pilumni filio, qui eam condidit, ut quidam exiſtimant. Ardearum tria genera ponit Ariſtoteles, Leucum, ab albedine dictum, Aſterias, à fulgore aſtrorum, & Pelos, ab aduerbio πέλας, q̃d prope ſignificat, qm̃ hoc tertium non ita alte uolat.

Ardeates, populi ſunt Ardeæ incolæ, habet penultimam productam.

Ardelio, homo inquietus, & huc atque illuc ſemper volitãs, ſaliens, & omnibus negociis ſeſe immiſcẽs. Martialis, Vis dicã quid ſis, magnus es ardelio.

Ardeo, des, ſi ſum, quod & Ardo, dis, dicitur. ſignificat concremor. Vergilius,
Namq; volans liquidis in nubibus arſit arundo.
Et in Euangelio. In ignem mittent & ardet. Per trãſlationem Ardere ponitur pro ardenter ſeu impatiẽter amare, & ſic modo cum adcuſatiuo, modo cum ablatiuo conſtruitur. Vergilius,
Coridon ardebat Alexim. Horatius,
Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batillo
Anacreonta Teum. Interdum pro feſtinare.
Vnde Ardens pro feſtinante, ingenioſo, acutoq; ponitur, quòd inſtar ignis omnia penetret. Sicut e contrario Segnis dicitur tardus, quaſi ſine igne. Verg.
Inſtant ardentes Tyrii
Interdum pro fulgorem emittere. Idem,
Tyrioq; ardebat murice lana.
Vnde & Ardens, pro candido, à candore flammæ. Idem. Ardentesq; auertit equos.
Interdum præ dolore iraſci, vt apud eundem lib. x.
Proxima quæq; metit gladio, latumq; per agmen
Ardens limitem agit ferro te Turne ſuperbum
Cæde noua quærens.
Interdum pro conſumi. Cicero.
Quoniam nimio videndi te deſyderio ardebam.
Interdum pro optare. Plinius,
Ardeo te videre. Vergilius,
Patriæq; mori pro mœnibus ardens.
Huius compoſita ſunt Exardeo, Inardeo, & Perardeo, in qbus præpoſitio auget vim ſignificationis.

Ardeſco, deſcis, ardens fio. Gregorius, Sed ad hæc inaudita inardeſcit animus, iamq; illic cupit adſiſtere, vbi ſe ſperat ſine fine gaudere.

Ardum, veteres pro aridum dicebant.

Arduus, dua, duum, altus & difficilis. Ouidius,
Ardua prima via eſt.

Area, proprie dicitur locus purus in vrbe, ſine ædificio, quem Græci plateam dicunt. Dicta Area, quòd ardore Solis ſit facta arida, & non poſſit quicquam generare. Quidam ab ara deducũt, quòd ſicut hæc ara pura eſt, ita Areæ in vrbe ſiue domo, loca pura ſunt, id eſt, ſine ædificio. Vel quòd ſicut aræ flãmis, ita Areæ Solis ardore torrentur. Valla, Cãpus eſt planities ampla & grandis, ideoq; ſpacioſæ plateæ areæ'ue campi nomen accipiunt. Vnde Romæ campus Martius. Nam locus huiuſmodi vocatur Area. Suetonius tamẽ in Cæſare poſuit Aream pro loco puro accommodato foro extruendo, quum inquit. Forum de manubiis inchoauit, cuius Area ſuper ſeſtertium millies conſtitit. Item Area dicitur ſolidũ terrenũ, planities glabra, id eſt, locus purgatus, coæquatusq;, & cylindro conſolidatus, plateis amplitudine ſimilis, vbi frumenta areſcuntur & teruntur.
De qua Verg. libro primo Georg.
Area tum primum ingenti eſt æquanda cylindro.
Columella libro tertio. Area quoq; ſi terrena erit, vt ſit ad trituram ſatis habilis, primum raditur. Item Area, & per diminutionem Areola, ſubacta eſt terra probe, atq; ſata, ſeu ſerenda, qualea ſunt in hortis, in quibus quadrata quædam & bene ſubacta & coæquata ſpacia, in quæ mox ſemina iaciantur. Columella, Areæ ſic informandæ ſunt, vt facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. Idem libro ſexto. Crebro putrem terrã duos altẽ digitos iſternemus, & modicè rigabimus, ſtramentisq; areas cooperiemus. Ex huiuſmodi areis locatis, magni prouentus capiebantur. Cicero in Paradoxis. Etenim ſi iſti callidi rerum æſtimatores, prata & areas quaſdam magni æſtimant, quòd eius generi quaſi nocere nihil poteſt &c. Apud Geometras Area ſumitur pro illo ſpacio vacuo in aliqua figura, ut in triangulo vel quadrangulo. Item Area vocatur morbus in capite, cum capillorum profluuio. Eius duæ ſunt ſpecies. Alopecia, quæ fit in capillo & barba. Altera à ſerpentis ſimilitudine adpellatur ophis. Incipit ab occipitio, duorum digitorum latitudinem non excedens. Item Area, ſiue Aria, media producta, inſula eſt in Põto verſus Col-

choſ, Marti ſacrata.

Areator, qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. Columella libro ſecundo. Atq; hoc ſupremum areatoris emolumentum percipiendorum ſeminum quæ terræ crediderat.

Areſacio, aridum facio, cuius paſſiuum eſt Areſio, pro exiccor.

Arelate, ciuitas eſt in Mediterraneo Narbonēſis Galliæ, à Plinio dicta Colonia Sextanorum, quoniam ex ſexta religione coloni deducti ſunt.

Aremorica, quondam, quæ nunc Aquitania dicitur.

Arena, tenuiſſimis puluis aridus, ideoq; ab ariditate deductum nomen quidam exiſtimant. Caret enim omni homore & ſucco, unde & plurimum aquæ ebibit, & ita ſine adſpiratione ſcribi debet. Nec quenquam mouere debet, quòd Arena habeat primam breuem, areo vero productam, quum deriuatiua non ſemper primitiuorum naturam ſeruēt. Alii ab hærendo, quòd ſibi inuicem propter tenuitatem cohæreat, uel quòd cum calce pariĕtibus inhæreat, ſicut in fabricis videmus, & ſic cum h, ſcribitur. Eius uero tres ſunt ſpecies, ſcilicet foſſitia, fluuiatica, & marina, inter quas groſſior ſabulum nuncupatur. Quandoque tamen Arena ponitur pro loco in quo pugnabant gladiatores Suetonius in Auguſto, Quodam autem muneris die Parthorum obſides tunc primum miſſos per arenam mediam ad ſpectaculum induxit. Hinc Arenarii, dicti ſunt gladiatores, qui in arena depugnabant.

Quandoque forum Arena dicitur, quia illic ſic depugnant actores cauſſarum, ut in arena gladiatores digladiabantur. Seneca,

Hoc ita habitum eſt, ſcholam quaſi ludum eſſe, forum arenam.

Hinc Plinius Arenam ſuam adpellat centumuiros, quoniam in iudicio centumuirali certabat frequenter telis oratoriis. Hoc nomen licet pluralem numerum non habeat, Vergilius tamen dixit,

Quàm multæ zephyro turbantur arenæ.

Arenaceus, cea, ceum, quod ex arena eſt.

Arenarius, ria, um, quod ad arenam pertinet, ut Iupiter arenarius.

Arenatus, ta, tum, quod ex calce & arena factum eſt, ſicut marmoratum, quod ex marmore. Plinius, In Græcia tectoriis etiam arenatū quod ducturi ſunt, prius in mortario ligneis uectibus ſubigunt.

Arenoſus, ſa, ſum, quod arena abundat. Plinius, litus non arenoſum, ſed alga & fluuiorum ſordibus plenum.

Arenola, diminutiuum ab arena, quæ eſt tenuiſſima. Plinius libro trigeſimo. Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ, ſtatim liberant dolore.

Areo, ares, arui, aridus ſum. Plautus in Rudente, Vtinam fortuna nunc anthracina vterer, ut quum exiſſem ex aqua, arerem tamen. Quidam hoc verbum ab ara deducunt, in qua quæ Diis immolabantur, torreri ſolebant. Alii vero ab ara, ſed per cōtrarium ſenſum, ἀπὸ τοῦ ἀρδεῖν, quod ſignificat irrigare, quòd aridum minime ſit irrigatum. Huius compoſita ſunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo, & Subareo.

Areola, cum accentu in antepenultima, diminutiuū ab area. Columella libro ſexto,

Quum terram bene ſubegeris, areolas facito.

Aliter accipitur à Geometris.

Areopagitæ, penultima producta, illi dicuntur, qui in templo Martis iudicabant, quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur. Nam quum Mars (qui Græce dicitur ἄρης) homicidii crimine reus fieret, iudicantibus duodecim Diis in eo pago ſex ſententiis abſolutus eſt, ut Stephanus Byzātius docet, & multi alii Græci. Verum quid ageretur in Arepago, Iulius Pollux libro octauo, ſcribit de magiſtratibus Athenienſium, & eorum locis. Areopagitarum magiſtratus erat iudicare de cæde, & de ſtatu reipubl. prouidere. Vnde ait. οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες. οἱ καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν μετὰ τὸ δοῦναι τὰς εὐθύνας ἐπὶ τοῖς ἀρεοπαγίταις προσετίθεντο, ὑπαίθριοι δ᾽. ἐδίκαζοντο τοῦ φόνου, id eſt, Nouem princeps, quotannis poſt datas ſententias Areopagitis addebantur, ſub dio autem de cæde iudicabant. Sed multa eſſent dicenda quæ Pauſanias ſcribit de Græcia illuſtrata, & alii.

Areopagus, penultima producta, (quia pagus primā producit. Ouidius in Faſtis.

Pagus agat feſtum, pagum luſtrate coloni,

Et datum paganis annua liba focis.)

Martis uicus. Nam ἄρειος Martis, πάγος vicus. Vicus enim erat Athenis, à templo Martis ſic cognominatus, ubi primum iudicium capitis actum fuiſſe dixit Plinius libro ſeptimo.

Inde dicti ſunt Areopagitæ.

Areopolitæ, penult. prod. qui habitant Arepolim.

Areopolis, ciuitas Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. De qua in dictione Moab.

Ares, Græce ἄρης, quatuor ſignificat, ferrum, interdum bellum, aliquando vulnus, ſæpius uero Martem, quo nomine & nos & ferrum, & bellum, & uulnus ſignificamus. Ab ἄρης Aries, quaſi Martialis, ſicut à Marte Martius. Nam etiam Mathematici dicunt, Martis eſſe domum Arietem & Scorpionem, ut etiam ob conuenientiam influxus dicatur Aries à Marte, à Græcis tamen deducendo.

Areſco, aridus fio. Cicero libro ſecundo ad Herenn. Nihil lachryma citius areſcit.

Adareſco, probè areſco, ſicut Exareſco. Cato de Re ruſtica. Veſtimenta ne tineæ tangant, amurcam decoquito ad dimidium, & ungito fundum areæ, & extrinſecus, & pedes, & angulos, ubi ea adaruerit, ueſtimenta condito. Inareſco, intus ſiue penitus areſco. Columella libro primo. Deinde quum prædictum tectorium inaruerit, id eſt, aridum intus penitus'ue factum eſt. Obareſco, circum uel omnino areſco. Lactantius libro de Opiſ.

Acies, id eſt, membrana illa perlucens, quam ſiccari & obareſcere nō oportet niſi humore terſa pure nitcat, obſoleſcit. Perareſco, ualde areſco.

Areta,fuit ariſtippi philoſophi filia quæ ei ſucceſſit
in ſchola,ſummum bonum in voluptate(quæ maxi
me ſenſum moueret) poſuit.

Artelogus pen.cor.(Porphyrione teſte)garrulus &
loquax dicitur in oſtentatione virtutis,vnde nomen
deducitur.ἀρετὴ enim virtus, & λόγος ſermo,ſiue
verbum,ſentẽtia,ratio,proſa cura,ſtudium,& mul
ta alia. Sueto.in Augu.Frequentius aretalogos,&
feſtos & ſolennes,nonnunquam tantum ioculas ita
tem celebrabat. Iuuenal.
Vt mendax aretalogus.
Aretalogus etiam dicitur,qui fingendis mendaciis
auditores mouet arte verborum.Sed tunc eſſet cõ
tra Porphyrionem.Non enim ab ἀρετῆς ſed ἀρέσκω
placeo,fit ἀρετὸς id eſt, placidus,& λόγος ſermo
quaſi aretalogus, vir placidi ſermonis, blandus,
mitidus,multa delectatiõe adſabilis,mitis & dulcis.

Arete,Græce ἀρετὴ. Latine virtus. Vnde Philaretus
propriũ nomẽ,& ſigñat amatorẽ virtutis. Eſt ẽt are
te,nomen mulieris vxoris alcynoi regis Phæacum.

Arethiſſa,lacus maioris armeniæ,de quo Plinius lib.
ſexto. Tygris influit in lacum arethiſſam,omnia illa
ta pondera ſuſtinentem. Solinus uocat eum arethu
ſam, Strabo arſenem.In hunc lacum Tygris fluuius
influit. Vnum ei piſcium genus eſt,& hoc trãſcurrẽ
tis fluuii alueo non miſcetur. Sicut nec è Tygri piſ
ces tranſnatant.

Arethous,rex fuit in arua Bœotiæ.

Arethuſa,penultima ꝓducta,uirgo uenatrix, Dianæ
comes,ab alpheo amata,q̃ in fontem Siciliæ apud
Syracuſas conuerſa eſt. Vergilius,
Et tandem poſitis velox arethuſa ſagittis.
Vnde & Syracuſæ arethuſides dictæ ſunt,ab are
thuſa fonte,forma patronymica fœminina.
Ouid.libro quarto,Faſtorum.
Vtq; Syracuſas arethuſides abſtulit armis Claudi⁹,
Fuit & arethuſius fons Smyrnæ, tertius in Chalci
dia,quartus in Ithaca.Reddit & in Eubœa & Bœo
tia propè Thebas.Didymus octo memorat, ut epi
theton eſſe putetur cuiuſcũq; fontis,ab ἀρδω fre
quentatiuo, quod ſignificat irrigo.Eſt & arethuſa
locus Syriæ munitus iuxta Emeſam,ſexdecim millis
bus paſſuum,à qua arethuſii,ut inquit Strabo.

Aretium,ciuitas Thuſciæ,à Græcis condita,eo tem
pore quo populus Iſrael ſub inducibus regebatur.

Arferis,aqua quæ inferis libabatur,ſeu vas vini quod
adhibebatur ſacris,& à fero deducitur.Ce.

Argathon,mons in Myſia vbi raptus Hylas.Dictus
ab argathona Rheſi coniuge cui & aragathon,ut
montis quoq;,nomen fuit.

Argema,morbus oculorum,quum vlcus circulũ ocu
li infeſtat,quem Græci irim dicunt. Latine albugo
vocatur,& leucoma etiam Græce,à candore.

Argenniſſa, uel argennuiſſa, inſula ad continentem
Troadis,propè argenicum promontorium locata.
Iuxta quem locum alcibiades extinctus eſt.

Argenetes, Sol dicitur,quòd ſemper exoriens gigni
tur & ipſe gignit vniuerſa.

Argentariam,facit,qui argentarius eſt,ſiue trapezita,
ſiue numularius.

Argentarius,vulgò campſor,ſiue mẽſarius,à Græcis
colybiſta & nummularius,& trapezita dicitur. Vnde
Plautus in Curculione,trapezitam & argentarium
pro eodem accipit.Sed iureconſultus.ff.de edẽdo.
oſtendit argentarios maiores menſarios,qui multo
rum pecunias acceptas,cuſtodiunt,quum opus fue
rit reddituri,& quorum officium atq; miniſterium
publicã habet cauſſam,hicq; ratione cõficitur.autor
eſt Seneca,argẽtarios præeſſe publicis actionibus.

Argentum poſt aurum precioſiſſimum eſt. Videt au
tem à Græco eſſe. Illi enim ἀργύριον dicunt.Gigni
tur ex argento viuo,& ſulphure albo.Balſamum &
Iaſpidis vim vehementer conſeruat,Eius ſpuma vul
nera ſanat,neq; ſinit ſuperfluas carnes excreſcere,&
ſordes cordis mundificat. Argentum primò ſignatũ
eſt,anno vrbis quingenteſimo octageſimoquinto.
Quint.Fabio cõſule,quinq; annis ante bellum Pu
nicum primum. Nota argenti bigæ & quadrigæ,in
de bigati & quadrigati nummi adpellati ſunt. Aureus
vero numus ſexageſimo ſecundo anno poſt argẽteũ
percuſſus eſt in quo primò conſulum,deinde impe
ratorum capita imprimi cœperunt, & ab iis ſæpe
nomina accepere. Argentum candidum eſt,unde &
à Græcis ἄργυρος dicitur.In puteis reperitur,quod
excoqui non poteſt niſi cum plumbo nigro, aut eſt
vena plumbi.quæ iuxta argenti venas plerunq; repe
ritur,Gallenam uocant.Aliquando argentum poni
tur pro ſupellectili argentea,puta ſcyphis, cochlea
ribus, aliiſq;,q̃ ad menſam ornandam exhibentur.
Plaut. Tu eſto lectiſternator,tu argentum eluito.

Argeſtes,ventus Occidentalis frigidus, de quo Pli
nius libro ſecundo, Ab Occaſu æquinoctiali Fauo
nius,ab Occaſu ſolſtitiali Corus,Zephyron & arge
ſten uocant.

Argetos,ſignificat velocem,& candidum,ſplendidũ,
& ſtrenuum.

Argeus,gea,geum,idem quod argiuus.
Horat.libro quarto,Carm.
Tybur argeo poſitum colono.
Ab argos vrbe & argeus mons eſt ab una parte
Cappadociam cingens. Argei(teſte Varrone)dice
bantur ſcirpeæ effigies,quæ per virgines Veſtales
iaciebantur ſingulis annis in Tyberim,per pontem
ſublicium. Argeri etiam dicebantur loca ſacra Ro
mæ argeorum. Varro,Reliqua vrbis loca olim diſcre
ta,vt argrorum ſacraria. Argeos dictos à principi
bus,qui cum Hercule argiuo Romam venerunt.

Argia,pen.prod.nomẽ adraſti regis argiuorum filiæ
quæ conuerſa fuit in fontem ſui nominis.

Argiæ,pluralis numeri tantum oppidũ eſt Laconiæ.

Argiletum,ab argo dictum eſt, quòd is eò uenerit,
ibiq; ſepultus ſit. Nã argolus,ſiue argus,dux argeo
rum,apud Euandrum hoſpitatus eſt. Quum in ſuſpi
cionem regni veniret,clàm noctu ab arcadibus eſt
interfectus(ut volunt)inſcio Euandro. Cui Euander
tumulum fecit.& hoc loco nomen impoſuit,à leto,
id eſt,morte argoli,ſiue argi,argiletum Varro ſcri
bit argilletum etiam dici ab argilla,id eſt, creta,cuius

los copia illic erat. Erat autem argilletum locus in urbe propè palatium, ubi tabernæ bibliopolarum erant, quæ argillitanæ dicebantur. Martialis,
Argiletanas mauis habitare tabernas.

Argilla, terra cretoſa & candida, qua figuli utuntur ad vaſa facienda. Iuuenalis,
Argillam atq; rotam citius properate.

Argimiſſæ, ſunt tres inſulæ paruæ ante aſiam propè Mytilenem & Lesbum continenti proximæ, vt inquit Strabo libro. xiii.

Argis, aduerbialiter in loco. Plin. lib. xvi. Argis etiam olea durare dicitur.

Argo, gen. fæmin. nauis quam Iaſon duxit, ab argo architecto, de quo Flaccus,
Ad charum Tritonia deuolat argum.
Moliri hunc puppim iubet, & demittere ferro Robora. Seu ab argoa, quod eſt uelox, ut inquit Diodorus. Inde arguti (ut ſentit Probus) dicti ſunt, qui multum & celeriter loquuntur. Alii autumant argo nominatam eſſe ab argiuis, hoc eſt, à Græcis. Quod ſentire videtur, Cicero libro primo Tuſculanarum quæſtionum, quum ait, Et eas anguſtias per quas penetrauit ea quæ eſt nominata argo, quia argiui in ea delecti viri uecti, petebát pellem inauratam arietis. Inde argonautæ dictæ ſunt. Eſt & ſignum cœleſte. Argo nauis. Oritur pridie Idus Mart.

Argolicus, ca, cum, idem quod Argiuus, vt regio Argolica.

Argonautæ, dicti ſunt heroes illi, qui cum Iaſone in Colchos profecti ſunt. Ex quibus præcipui fuere Caſtor & Pollux. Telamon, Orpheus, Hercules, & Hilas puer. Sic cognominati à naue, quàm innauigauerunt, qui fuerunt ſupra quinquaginta. ut Orphe. lib. i. & Apollon. in Catalogo heroum.

Argopelaſgos, Homerus uocat Theſſalos.

Argos, in ſingulari numero eſt generis neutri, in pluraliuero maſculini. ut hi argi. Horatius,
Aptum dicit equis argos diteſq; Mycenas.
Virgilius libro decimo.
Herculis autorem comitem, qui miſſus ab argis.
Eſt autem Peloponneſi ciuitas nobiliſſima non longè ab athenis, quod à ſiti Dipſion dictum eſt. Apud quos erat magna ſocietas inter eos, qui vno puteo utebantur. Vnde & Fratrias dixerūt, ἀπὸ τοῦ φρέατος quas tribus uocamus. Huius rex primus Phoroneus fuit. Dicta argos ab argo rege, ut ſcribit auguſtinus libro decimooctauo de Ciuitate Dei, Hinc argiui Græci dicti ſunt, & argolicus ſinus, & argolici duces, & argolica regio. Alia eſt Ciuitas argos Theſſaliæ, quod Pelaſgicon dicunt, à Pelaſgis. Luc.
Vbi nobile quondam
Nunc ſuper argos erat.
Alia in achaia non longè à Mycenis, quæ & Hippion vocatur. Alia in acarnania amphilochicum, quod alcmæon eiuſq; liberi condidere, ut inquit Strabo. Sunt & aliæ ciuitates hoc nomine, quas exponit Stephanus. Eſt & argos quædam regio, pars Græciæ. Nec non & omnis ora littoralis dicebatur Argos, ab argia matre Pelaſgi, qui ei imperauit, Eſt & argos in Italia quàm Diomedes ædificauit, quæ primò argi pòſt Argyrippa, pòſt arpi dicta fuit. Aliquando argos canis nomen apud Homerum, qui fuit Vlyſſis. Item argos Argenoris equus, à quo argos Iaſonis ciuitas dicta fuit, ut inquit Hellanicus. Præterea argos dicitur tardus, ſegnis. Vnde & Cynoſargos, intéperans, à quo & locus dictus, in quo ocioſi & intemperantes homines ſolebant conuenire. Vnde & prouerbium I. ad Cynoſargos. Inde (ut Cicero lib. de Fato inquit) Argos logos. id eſt, ignaua ratio. Hinc locus in hendecaſyllabo Martialis,
Non nautas puto uos, ſed argonautas.
Vbi alluſio eſt ad famigeratos nautas, & intelligi tamen vult pigros & lentos nautas.

Argumentatio, eſt explicatio & enarratio argumenti. Accipitur & pro eo quod mente componitur. Ambroſius, Cognito q; Heliſeus eſſet, qui conſiliis & argumentationibus eius obuiaret.

Argumentor, rationibus nitor ad aliquid probádū.

Argumentoſus, ſa, um, quod eſt factum magno argumento. Nam in picturis quoq; Argumentoſa opera uocamus. id eſt, ingenioſa. Et de diua Cecilia legimus, q; quaſi apis argumentoſa domino deſeruiret, quæ miro artificio animas lucrabatur.

Argumentum, à Quintiliano definitur, eſt ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt cōfirmat. Sumitur interdum etiam pro materia. Cicero. Quoniam nullum ſcribendi argumentum mihi relictum eſt. interdum pro cōiectura, Interdū pro ueriſimili probatione, ut ſunt argumenta comœdiarum. Interdum pro ſumma uerſibus expoſita. Itē pro ſententia, ab arguo pro demonſtro. Cicero lib. Offic. Tabulæ uero nouæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum? Ouidius.
Quid latus argueret, corneus arcus erat.
Id eſt, demonſtraret. Similiter argumentum dicitur artificium. Vnde rotarum argumenta.

Arguo, guis, gui, gutum, imputo, ſiue accuſo. & genitiuo ſæpius quàm ablatiuo conſtruitur. Curtius. Olim non modo auaritiæ, interdum & defectionis arguebat. Cice. lib. ii. ad Heren. Vt ſi quiſquā furti arguat, dicat eum eſſe hominem improbum, auarum, fraudolentum. Similiter quandoq; ſignificat reprehendo cū ratione & argumentis, ut in Geneſi. Certe mendacii nos arguere non poterit. Plautus in Amphi. Et eccum uideo, qui me miſeram arguit ſtupri, dedecoris. Si uero id quo quis arguitur non exprimitur, accuſatiuum tantum habet. Lactantius libr. iii.
Tui ergo te libri arguunt.
Propriè tū arguere, eſt oſtendere. Vergilius,
Degeneres animos timor arguit.
Aliquando in diſcrimen uocare. Feſtus, Argutum iri, id eſt, in diſcrimen uocari. Huius compoſita ſunt Coarguo & Redarguo. Salluſtius, Lentulum diſſimulantem coarguunt ſermonibus. quos ille habere ſolitus erat. Sciendum eſt, quod licet Arguo argutum ſupinum faciat, ex quo Argutus participium tamen futuri temporis eſt Arguturus. Salluſt. lib. ii.

Miſtori. Quos aduerſum multi ex Bythinia uolentes occurrere, falſum filium arguturi. Nam(ut docet Priſcianus quædam ſunt verba in vtum ſupinum formantia, quorum, participia futuri terminant in iturus, & verbalia in itio, ut argutum, arguiturus. Tuitum, tuiturus,. Sputum, ſpuiturus, Piutum, pluiturus, pluitio.

Argus, nomen proprium regis argiuorum. Hic filius apis fuit. Ex cuius nomine argi, argiui adpellati ſunt, quo regnante cœpit vti frugibus Græcia, & habere ſegetes in agricultura, delatis aliunde ſeminibus. Et poſt obitū Deus haberi cœpit templo & ſacrificiis honoratus. Argus quoq; Phryxi filius fuit. Fuit & alius argus, qui à poetis oculis plenus fingitur cuſtodiſſe Iunonis īperio Inachi filiā eius Deæ pellicem, in bouis ſpeciem cōuerſam, de quo Ouid. Centum luminibus cinctum caput argus habebat. Qui poſtea à Mercurio interfectus fuit, unde & argiphontes cognominatus eſt quòd argum peremerit. Myſtice autem argus eſt cœtum ſtellarum, luce diſtinctum, quibus ineſſe quædam ſpecies cœleſtium videtur oculorum. Et argus vocatus fuit argo nauis architectus. Itē argus, albus dr. & celer. Vnde agriphontes Mercurius dictus eſt quòd candida & aperta omnia faciat oratio. Et quòd ſit celer Deorū nuncius, à poetis confingitur, potius quàm vt argi dicatur interfector. Eſt & argus adiectiuum, pro argiuus. vt eſt apud Plautum, Nauis amphytrio argis ex argo patre.

Argutiæ, tiæ, dicitur acute & malicioſe dictum vel factum. Plaut. in Muſtellaria. Exi à culina, ſis foris maſtygia, qui mihi inter patinas exhibes argutias.

Argutor, taris, penultima producta depon. ab argutus ſit & ſignificat procaciter loquor. Neuius, Quādoq; ad ludos venit, alii quum tacerēt, totum diem argutatur quaſi cicada. Eſt & argutari, ſubſilere. Titinnius, Terra hæc eſt noua, quaſi vbi tu ſolitus argutari pedibus cretam dum compeſcit, veſtimentaq; laus. Reperitur & argutio in eadem ſignificatione.

Argutulos, diminutiuum, contemptui deriuatum, & nō blandiendi cauſſa, vt homunculus, & homulus.

Argutus, a, um, participium ab arguo. Plaut. in Pſeudolo. Argutus malorum facinorum. Quandoq; vero eſt nomen. Modo pro malitioſo & falſo, qui cū lepore quodam q̃ cupit dicit, facitúe, quaſi arguens acutè & inueſtigans. Modo p canoro reſonantiq́;, vt arguta hyrundo, & arguti homines, qui multum & celeriter loquuntur, ab argo naue, quæ à celeritate dicta eſt. ἀργὸς enim velox dicitur. Verg.

Augutos inter ſtrepere anſer olores.

Modo pro exili, breui, & quaſi acuto. Idem libro tertio Georgicorum.

Argutumq́; caput, breuis aluus, obeſaq́; terga.

Vnde dicta ſunt argumenta. Arguere enim eſt acutum oſtendere.

Argyra, ciuitas Siciliæ, vñ ſe Diodorus Siculus oriūdum facit, à qua argyrini.

Argyranche, argenti morbus.

Argyraſpidas, dicimus eos qui argentea ſcuta ferunt. Vnde (ſicut refert Lampridius) alexander imperator Romanus, non ſolum fecit argyraſpidas, ſed & chryſaſpidas, ita ab aureis clypeis noiatos. ἀσπὶς id eſt, ſcutum.

Argyrion, Latine argentum, à quo argyrocopus, argentarius, ἄργυρον καὶ κόπτω, id eſt, argentum, & tundo, pulſo percutio.

Argyrippa, ciuitas in apulia, olim argyohippus dicta quā Diomedes ædificauit, à q̃ argyrippini dicūtur.

Argyritis, ſpuma argenti dicitur.

Argyrodamas, lapillus quem andromanta uocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argirologus, quæſitor quærens argentum, ἀπὸ τοῦ λέγειν dicitur.

Argyrondes, Aetoliæ fluuius, propter argenteum aquæ candorem.

Argyrotoxos, argenteum arcum gerens. Quo nomine dictus eſt apollo, τὸ τόξον, id eſt arcus.

Ariadne, ꝓprium nomen eius, quam deſertam à Theſeo, Bacchus rapuiſſe dictus eſt a poetis.

Aricandos, amnis in Lycia, à quo & vrbs ibi aricanda nomine.

Aricia, vrbs in Italia, quàm ædificauit Hippolytus Theſei filius, & à nomine coniugis ariciam adpellauit. Abeſt ab urbe ad decimum lapidem.

Aricinum, nemus erat iuxta ariciam urbem, in quo Aegeria Nympha erat cum qua loqui ſolitum ferſit Numam Romanorum regem.

Aricinus, lacus erat iuxta ariciam urbem, quod ſpeculum Dianæ uocabatur, in quo nunc quoq; inſulæ cum ꝑceris arboribus mobiles conſpiciuntur.

Ariditas, quæ & aritudo dicitur pro ſiccitate. Varro. Frigus calore atq; humore aritudinem miſcet.

Aridus, da, dum, penultima correpta, ſiccum quod naturalem humorem amiſit. Ambroſius, arida terra dicta eſt, & non ſolum ad genus, ſed etiam ad ſpeciem terrarum refertur. ut ſit vtilis, ſicca, habilis & apta culturis. Arida autem expreſſio naturæ, eſt terra adpellatio quædam ſimplex negocii. Interdum aridum ponitur pro puro & lucido. Plautus in Ruden. Argento arido. Interdum pro horrifico, acuto, quum de ſono loquimur, quia ea quæ arida ſunt quum frangi cœperint nimiom atq; horrificum ſonum edunt.

Vergilius libro primo Georgicorum.

Et aridus artis
Montibus audiri fragor.

Huius diminutiuum eſt aridulus.

Aries, arietis. penultima correpta, qui inter oues integer eſt, & tenetur ad generandam ſobolem. Veruex vero, cui inuerſi vel adempti ſunt teſticuli. Ab ara dictus aries, quòd aris imponi ad ſacrificia ſoleret. A cuius ſimilitudine bellica machina aries adpellatur. Materia ac tabularis teſtudo contexitur, quæ (ne flammis exuri poſſit) corio ſiue cilicio veſtitur. Intrinſecus recipit trabem, quæ ſi adunco præfigitur ferro, falx uocatur, ab eo quòd incuruata eſt, ut ex muris lapides extrahat. Si uero caput ipſe

ſtas ferro tegit. Aries adpellatur, quòd inſtar arietini capitis fieri ſoleret. Vel quòd habet duriſſimam frontem, quia ſubruat muros. Vel quòd more arietum retrocedit, vt vehementius feriat. Teſtudo autem à ſimilitudine naturæ teſtudinis vocabulum ſumpſit. Quia ſicut illa modo reducit caput, modo profert, ita huiuſmodi machina interdum reducit caput, interdum effert, vt vehementius feriat. Eſt & aries cœleſte ſignum, primum in zodiaco. Aries etiã marinus piſcis, ſiue marina belua eſt, candore tantum cornibus aſſimulatis. Græce κριὸς dicitur. Sed rem mirificam tradit Arianus diſcipulus Pauſaniæ, libro ſeptimo λέγουσι δ' ἄραβες, ὅτι παρ' αὐτοῖς τὰ πρόβατα πιαίνεται ὑπὸ μουσικῆς μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῦ χιλοῦ. id eſt, Dicunt arabes, quòd vtiq; apud eos ouilia pingueſcunt muſica magis quàm pabulo.

Arietarius, ria, rium, quod ad arietem pertinet, ſeu quòd eſt arietis. Vitruuius. Conſtituebatur autem in ea arietaria machina. quæ Græce kriodocis dicitur.

Arietinus, tina, num, pen. produ. quod eſt ex ariete. Plinius, Arietinum iecur ad id vtile eſt.

Arieto, tas, penultima correpta percutio, deiicio. Tractum ab arietum ſimilitudine, cuius firmiſſimum caput: & ſolidiſſima cornua faciunt, ut magno impetu quicquid obieceris percutiant & deiiciant. Plautus in Truculento. Quis proterue noſtras ædeis arietat? Curtius, Macedo gladium cœperat ſtringere, quem occupatum complexu, pedibus repente ſubductis, Dioxippus arietauit in terram. Cicero libro primo, de diuinatione. Viſum eſt in ſomnis paſtor ad me compellere duos cõſanguineos arietes, hinc eligi pecus laniger um eximia pulchritudine, præclariorem alterum immolare, deín eius germanum cornibus conniti er in me arietare.

Arihel, quidam putãt eſſe areopolim, ab idolo Martis, quod illic ſitum eſt. Interpretatur autem leo Dei, Hieruſalem figuraliter ſignificans. Eſaie. xxix.

Arii, populi ſunt ultra Indiam.

Arimanius, Plutonis cognomen apud Perſas. Ce.

Arimaſpi, populi Scythiæ Europæ, verſus aquilonis exortum, ut libro ſeptimo. Plinius refert, qui vnicũ in media fronte habent oculum, & cum gryphis cõtinue præliantur.

Ariminum, ciuitas Italiæ, à flumine propinquo eiuſdem nominis ſic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, ſicut & Rauenna, verum utraq; accepit Romanos inquilinos. Habet autem hæc ciuitas portum, ædificata anno ante Chriſti exortum ducenteſimo ſeptuageſimo, Ptolemæo, Lagi filio Aegyptis imperante, P. Sempronio & appio Claudio conſulibus. Ad quã inuiſendam, compoſitis Siciliæ rebus Sempronius nauigauit. Eam Octauianus amplauit. & à Liburnis dirutã, Diocletianus repoſuit, fuſiſq; Liburnis, arcum triumphalem in ea extruxit.

Arimphæi, ſunt populi aſiæ Septentrionalis, propè Riphæos monteis. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam fœminæ quàm mares comam tondent. De his amianus ſic habet. Vbi montes Riphæi deſinunt. Arimphæi inhabitant, iuſti homines, & morum placiditate cogniti. Pomponius. Vltra aripheos Riphæus mons ſurgit.

Arion, citharœdus optimus, ex Leſbo inſula. De quo Herodotus ſcribit, quòd quum à nautis, coactus eſſet ſe è naui in pelagus demergere, ut eius opes quas cithara adſequut fuerat, potirentur, ipſe poſtquam ab eis paulum temporis impetraſſet, cithara que optime ceciniſſet, ſe in mare præcipitem dedit. Sed à delphino dorſo exceptus, in Laconiam deuectus fuit, anteq iam nautæ illuc adplicuiſſent. Sed hæc fabuloſa creduntur. Lege Herodotũ, Gellium, & Plinium.

Ariſta, ab ariditate dicitur, quòd ſit omnino arida. Eſt enim prima pars quæ primò areſcit, vel quia ſeges quum areſcit, ſecatur. Et proprie ariſtæ, quaſi tela ſpicæ frumenti ſunt, ſiue ſpinæ, ſiue aculei, quibus à morſu auium minorum illa tueantur. Cicero in Catone, Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam & contra auium minorum morſus, munitur uallo ariſtarum. Ponitur tamen ariſta quandoque pro frumento. Vergilius.

Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.

Ariſtarchus, nomen Grammatici. Alius Tragicus, cuius meminit Horatius quum inquit.

Fiet Ariſtarchus.

Fuit item alius Mathematicus.

Ariſteus, Penei regis arcadiæ, ſiue (ut poetæ dicunt) fluminis & Cyrenes filius fuit.

Ariſtides, penultima producta, princeps Athenienſis, cui cognomen fuit iuſto. Altes fuit pictor inſignis.

Ariſtippus, nomen philoſophi Cyrenaici, & apud nos dicitur optimus equus. Hic dicere ſolebat, quòd lautior victus nulli erat impedimento ad bene uiuendum, Hic Socraticus auditor fuit, primus Socraticorum mercede philoſophatus eſt. Habuit ingenium ad omnia pro tempore, loco, & perſona ſimulanda, omnino promptum, & ob hoc Dionyſio præter omneis erat charus. Et ut præſentibus uoluptatibus libenter fruebatur, ita & abſentes facile contemnebat. Hic quum è patria in Græciam philoſophandi cauſſa proficiſceretur, iuſſit ſeruos aurum proiicere, vt expeditiores ad iter rapeſſendum eſſent. Voluptatem bonorum, dolorem malorum finem conſtituit. Cæteras ſcientias excluſit, illud ſolum utile putans, ut quæras, ſi quid domi mali, aut boni tibi contigit. Summum bonum poſuit in leui motu ad ſenſum emananti. id eſt, in voluptate corporis ſenſus titillante. Qui ab eo fluxerunt, & in dogmate permanſerunt, ab hominis patria Cyrenaici ſunt adpellati. Tradunt Platonem dixiſſe, Soli ariſtippo & chlamydem & pannum ſere datum eſt. Horatius.

Omnis ariſtippum decuit ſtatus, & color, & res.

Fuit & alter Ariſtippus, huius nepos ex filia, Metrodidactus dictus, quaſi à matre doctus. Hic in nauigio à tempeſtate deprehenſus, timuit & expalluit. Et interrogatus quare philoſophus timeret quum

ipſe contra nihil timeret, feſtiuiter reſpondit, non eandem ſibi & illi cauſſam eſſe quoniam is nõ eſſet magnopere ſollicitus pro anima nequiſſimi nebulonis, ipſum autem pro Ariſtippi anima timere.

Ariſto, philoſophus, cognomento Scepticus, quod Latine quæſtor & conſyderator dicitur. Semper.n. in quærendo conſyderandoq; fuit. Hic natione Coeus. Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentia erant, ut inter optime ualere, & grauiſſime ægrotare, nihil intereſſe diceret. Qui ſeiectus fuit, naturam omnino relinquens.

Ariſtobolus, nomen proprium Iudæorum regis.

Ariſtocles, nomen fuit aui paterni Platonis, q & ipſe Ariſtocles uocabatur. Ce.

Ariſtoclides, penultima correpta. Orcomeni tyrannus, qui Stymphalidem uirginem adamauit. Vide in dictione Stymphalus.

Ariſtocratia, optimatum principatus, ubi optimates rempublicam tractant. ἄριστον, καὶ κράτος, ἀπὸ κρατεῖν. id eſt, optimum & imperium à uincendo.

Ariſtologia, herba, cuius duæ ſunt ſpecies, alia lõga, alia rotunda. Aurium ſordeis emundat, & cũ melle miſta, ſi in aureis inſtillata fuerit, auditum iuuat.

Ariſtomache, nomen vxoris Dionyſii tyranni, & uxoris Dionis.

Ariſtomenes, pen. cor. nomẽ Meſſenii viri, qui iuſtiſſimus (ut ſcribit Hieronymus) uictis Lacedæmõiis, & quodam tempore nocturna ſacra celebrantibus, quæ uocabantur Iacynthina, rapuit de choris ludẽtium uirgines duodecim, & tota nocte gradu concito fugiens, exceſſit de finibus Spartanorũ. Quũq; eas comites eius uellent uiolare, monuit (quantum potuit) ne hoc facerent, & ad extremum quoſdam non parentes interfecit, cæteris metu cohercitis. Redemptæ poſtea à cognatis puellæ, quum Ariſtomenem viderent cædis reum fieri, tandiu ad patriã non ſunt reuerſæ, quandiu iudicum aduolutæ genibus, defenſorem pudicitiæ ſuæ cernerent abſolutum. Hinc dux tanta calliditate fuiſſe fertur, ut ſæpe Lacedæmonios deciperet. Quorum ſæpe urbem ingreſſus, & aliquando captus, atq; in uincula coniectus, calliditate ſua aufugeret. Quod quum ſemel atq; iterum & tertiò feciſſet, tandem occiſus eſt à Lacedæmoniis, & execto corpore, inuẽtum eſt cor eius piloſum eſſe.

Ariſtophanes, penultima correpta, nomen propriũ philoſophi, & comici valde maledici, cuius nouem comœdiæ ſunt impreſſæ. Alius fuit Ariſtophanes Grammaticus, de quo Quintilianus libro primo mentionem facit.

Ariſtophontes, quaſi optimatũ occiſor. Nam ἄριστος Latine optimus φονέω occido.

Ariſtophorum, penultima corrept. uas quo prandiũ defertur diſcus. ἄριστον enim prandium dicitur, φορῶ porto.

Ariſtoteles, penul. cor. nomen philoſophi Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachũ medicũ matrem uero Phæſtiadem. Fuit paruus, gibboſus, & male formatus, balbutiensq;, ſed diues, ut qui ſocius & pceptor & ſecretarius Alexãdri eſſet. De hoc Quintilianus. Quid Ariſtotelem? quem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquẽdi ſuauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum, clariorem putem. Hinc fiunt adiectiua Ariſtoteleus, & Ariſtotelicus.

Ariſtoxenus, penulti. corre. nomen proprium muſici, quod apud Græcos cum ι, ſcribitur, ἀριστόξενος.

Arithmetica, numeralis ſcientia, quæ tractat de numeris, & ſupputandi ratione. Hæc inter diſciplinas Mathematicas prima eſſe dicitur, quoniam ipſa ut ſit, nulla alia indiget diſciplina. Muſica aũt, & Geometria, & Aſtronomia, iſtius auxilio egent.

Arithmus, Latine numerus. Inde Arithmetica.

Aritudo, pro ariditate. Varro, Frigus calore atq; humore aritudinem miſcet, ab areo deductum. Ce.

Arius, fluuius q Parthiã irrigat, à quo Ariani populi.

Arma, ab armis dicũtur. id eſt, humeris dependentia, inquit Feſtus, ut Scutum, gladius, tela, & ea quibus prœliamur. Seruius docet Arma eſſe quæ armos tegunt. Varro ab arcendo Arma dicta exiſtimat, q his arceamus hoſtes, vt fuſtes lapides, & huiuſmodi. Quidam à verbo Græco deriuant, ἁρμόζειν. id eſt, conuenire. Inutilia enim ſunt Arma, niſi ita quadrent corpori, ut neq; ampliora ſint, neq; anguſtiora, vt neq; corpus lædatur anguſtia, neq; amplitudine impediatur. Sed re uera non ſolum hoc nomine bellica, ſed etiam omnium ferè artium inſtrumenta intelliguntur. Sic etiam Pollux ὅπλα ruralia proſequitur, quãuis Verg. largius pollicitus tamen deſeciſſe videatur. Sunt enim Martis Arma inſtrumenta omnia, quibus in bello vtimur. Vnde fraudes & conſilia Arma dicuntur. Vergilius,

Et quærere conſcius arma.

Arma ruſticorum, raſtra, ligones, & huiuſmodi. Idẽ,

Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.

Arma coquinaria, lebes, patella, tripos, olla. Plaut.

Quàm eleganter inſtructum coquinariis armis.

Arma ſtudioſorum, ſtylus, pugillares, libri. Plini.

Cuius arma erant non venabulum & lancea ſed ſtylus & pugillares. Nautarum quoq; & piſtorum inſtrumenta Arma dicuntur. Verg. lib. v.

Colligere arma iubet, ualidiſq; incumbere remis.

Et lib. i. Cerialia q; arma Expediunt.

Quandoque Arma capiuntur pro bello, ſicut toga pro pace. ut,

Cedant arma togæ

Quandoq; dicuntur inſignia, quale nonnulli intelligunt illud Vergilii,

Armaq; fixit Troia.

Conſueuerunt enim antiqui ſuſpendere arma in poſtibus templorum. Eſt autem hoc nomen Arma, pluraliter tantum declinatum, quoniam vniuocum ſit, & plures res ſignificet, quarum ſingulæ habent ſua nomina. ut gladius, ſcutum, & huiuſmodi. Vel ne ab armo, actu corporis, obliqui eius proferri cenſeantur.

Armamenta, armorum congregatio. Vnde nauiũ inſtrumenta vel munimẽta, ſicut funes & vela. quãuis

& muro

& murorum eſſe poſſint, & medicorum, & aliorum inſtrumenta, armamenta dicunt. Col. lib. v. Nõnulli ſtrenue fabricant nauigia, nec cõſumata périnde inſtruunt armamentis miniſtrisq;. Hier. ad Pãma. Et quia ſine emplaſtro uenerat, & medicorũ armamenta non habebat, idcirco medicina nõ profuit. Et Plinius de uinearum armamentis loquitur.

Armamentaria, repoſitoria armorum ſunt, & ferè naualium, quale fuit illud quod Athenis Philon fabricauit, mille capax nauium. Pli. Armamentario mille nauium cõfecto. Liuius de bello Macedonico. Cõflagrarunt & horrea regia, armamentarium cum ingenti adparatu machinarum & tormentorum. Valerius Maximus, Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum. Deducitur q; hoc nomen ab armamentum.

Armarium, ab armis, locus vbi cibaria, libri, & ſimilia reconduntur. Plautus in Captiuis, Cellas refregit omnes intus, recluſitq; armarium. Et in Epidice, Quin ex occluſo atque obſignato armario decutio argenti quantum mihi libet. Huius diminutiuum eſt Armariolum.

Armati, dicunt nõ ſolũ qui ſcutis telisq; parati ſunt, ſed etiam qui glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus inſtructi.

Armatio, & armatura, rem ipſam ſignificant.

Armator, & Armatrix, uerbalia ſunt ab armo, mas.

Armenia, regio Aſiæ, inter Taurum & Caucaſum mõtes ſita, & à Cappadocia ad Caſpium mare vſq; protenſa, ab Armenio Theſſalo Iaſonis comite (inquit Strabo) ſic dicta. Et (ut Plinius lib. vi. autor eſt) duplex eſt, maior ſcilicet & minor. Maior poſt Mediã ad Occidentem occurrit. Ea (ut ait Ptolemæus) à Septentrione Colchidem habet, Hyberiã, & Albaniã, ab Occaſu magnum Euphratis curſum, qui Cappadociam minorem, Armeniam, & Syriam Camagenẽ relinquit à dextris. Ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caſpii adſurgũt. A Meridie Meſopotamiam atq; Aſſyriam. Montes in Armenia ſunt, Moſchici, qui ſupra partem Ponti ad Cappadociã ſe efferũt. Pariedrus, in quo fontes habẽt Euphrates & Araxes fluuii, Antitaurus, qui ab Euphrate ſciſſus, & Mediam percurrens, poſtremò albus adpellatur. Cordiea, ex quo Tygris oritur. Taurus ac Niphates, qui Meſopotamiam atq; Aſſyriam ab Armeniis diſterminant. Caſpii, qui uergunt ad Medos. Et Caucaſi, qui Septẽtrionalia Hyberiã uerſus Albaniamq; concludunt. Flumina quatuor. Cyrus qui monte ortus Caucaſo, à ſiniſtris Hyberiã Albaniamq; dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus. Araxes, Phaſis, & Lycus, tigris, Euphratesq;. In Armenia ſpecioſum inter reliqua aromata naſcitur amomum. Armeniam Hebræi Ararat uocant. In ea ciuitas Artaxata inſignis.

Armeniacus, dicitur quod primum genus eius ab Armenia ſit aductum. Hoc aũt genus pomi Armeniacum dicitur, quod præcox Perſicum etiam dicitur, & (vt inquit Hippocrates) calidũ & ſtypticũ ſtomacho utilis in cibo ſumptus.

Armentarius, ria, rium, quod ad armentum pertinet. Ambroſius de Cain. Videtur ad ſenſum noſtrum quoddam genus, aliud domitum & mãſuetũ, aliud indomitum, quod armentario quodam mẽtis velut deſide atq; diſſoluto, prorumpit ad irrationabiles corporis delectationes.

Armentarius, rii, armentorum cuſtos.

Vergilius libro iii. Georgicorum,

Oĩa ſecũ Armentarius apher agit tectũq; laremq;.

Item Armentarius, equitii magiſter, equitiarius, & equitiarius, & equiſo dicitur.

Armentum, (inquit Feſtus) id genus pecoris dicitur quod eſt idoneum ad opus armorum, ut ſunt equi, & boues. Nam equis in bellum curritur, clypei uero boum coriis armãtur. Varro aliter. Armenta, quòd boues ideo præparabantur, ut inde eligerentur ad arandum, inde armenta dicta, quaſi aramẽta, poſtea tertia litera extracta. Vnde Colu. lib. vii. Iumenta & armenta nomen à re traxere, ꝙ noſtrum laborẽ uel onera ſubuectando uel arando iuuarent. Præcipue enim ab eq;s, bobus, & aliis eiuſmodi, cerui & alia animalia grandia, Armenta poſſunt dici, quamuis elephanti, & equi, & huiuſmodi animalia, ab armis, armatisq; militibus ferẽdis, armenta adpellari queant. Nam cerui qui ad hoc non ſunt idonei, neq; ẽt ad arandum, inter armenta computantur à Vergilio, qui ait,

Hos tota armenta ſequuntur.

De hoc etiam in dictione Grex dicitur.

Armigatus, ta, tum, quod eſt ad armum ligatum. Hierony. lib. ii. Regum. Et Dauid percutiebat in organis armigatus.

Armiger, penultima correpta, qui lanceam, ſcutũ, galeamq; ferẽs, armatum equitem in prælio ſequitur. Et planè apud antiquos armigeri fuerũt ſummi uiri, ut Patroclus fuit armiger achillis. Plinius libro xxxv. Clytum equo ad bellum feſtinantem, & ei galeam poſcenti armigerum porrigentem. Armiger etiam dicitur, qui cuipiam alii inferior arma ſuperiori ſuggerit. Plaut. in Caſi. Filius autem armigerum allegauit ſuum.

Armillæ, ſunt ornamenta in circulorũ modum, quæ viri militares ab imperatoribus donata, in ſiniſtris brachiis gerere conſueuerunt. Hæc Priſcianus brachialia vocat. Dicuntur autem armillæ ab armis, ꝙ antiqui humores cũ brachiis armos uocabant. Vnde arma ab his dependentis ſunt uocata. Liui. lib. i. Additur fabulæ, ꝙ uulgò Sabini aures armillas magni põderis brachio læuo, gemmatosq; magna ſpecie anulos habuerũt. Hiero. lib. ii. Regum. Tuli diadema quod erat in capite eius, & armillum de brachio illius, & attuli ad te dominum meum. Idem attribuit armillas manibus mulierũ, quum in ezech. ait. Dedit armillas in manibus tuis.

Armillatus, dr̃ qui armillas habet. Propertius,

Atq; armillatos colla moloſſa canes.

Et armillatus, nomẽ viri, ſub Nerone & Domitiano.

Armille, neutri generis inſtrumentum & adparatus uerſutiarum, ab armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius lib. vi. Ad armille redit.

Armillum, vas vinarium in ſacris. Dictum, quod ab armo, id eſt, humero deportaretur.

Armiluſtrum, feſtū apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant, & ſacrificantes canebant tubis. Item locus in quo huiuſmodi ludi fiebant. Var. hoc nomen ab ambitu luſtri dictum exiſtimat, quod ibi circumfertur pompa, & equi currunt.

Armipotens, armis valens. Cc.

Armiſonus, notæ ſignificationis, vt Pallas armiſona. Cornucopiæ.

Armitenens, qui arma tenet. Cc.

Armo, mas, armis induo, ſeu munio. Lactantius lib. iii. Quum enim natura hominis imbecillior quàm cæterorum animaliū, quæ uel ad perferendam vim temporum, vel incurſiones à ſuis corporibus arcendas, naturalibus munimentis prouidentia cœleſtis armauit. Liuius lib. ii. de bello Punic. Itaq; & muri reficiebantur, & propugnaculis armabantur. Compoſita ſunt Dearmo, quod eſt, armis exuo. Idem lib. iiii. Cōſul triumphans in vrbem rediit, Ciuilio duce Volſcorū ante currum acto, prælatisq; ſpoliis, quibus dearmatum exercitum hoſtiū ſubiugum miſit. Exarmo, idem ſignat, Suetonius in Domitiano, Neganiemq; vltra ſe tueri eum poſſe, quod armata eſſet à Ioue. Exarmatas autem feras dicimus māſuefactas. Lampridius de Heliogabalo. Habuit leones & leopardos exarmatos, quos edoctos per manſuetarios ſubitò ad ſecundam & tertiam menſam iubebat accumbere. Obarmo, circumarmo. Horat. lib. Carm.

Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazōnia ſecuri dextras obarmet.

Perarmo, perfecte vel pulchre armo. Curtius. Hoc modo inſtructo exercitu ac perarmato, Babylone copias mouit.

Armoracea, ceæ, (ut inquit Palladius) agreſtis raphanus eſt. Dicitur à Col. etiam Armoradum, Armoraciorum cyma.

Armon, lingua Pontica, raphani genus ſylueſtre, quod Græci cherian uocāt, alii leucen, noſtri Armoraciā, fronde copioſius quàm corpore. Cc.

Armus, humerus. Verg. lib. iii. Georg.

Denſa iuba & dextro iactata recumbit in armo.

Differt tamen armus ab humero.

Nam humeri propriè eorum ſunt, qui recti in cœlū ſpectant. Vnde ſoli homini humeros eſſe dicimus. Verg. Os humerosq; Deo ſimilis.

Armi uero ſunt brutorum, quamuis de hominibus quandoq; dicantur.

Arnogloſſa, Latine lingua agni, vulgò plantago dicitur, ἄρνον Græci agnū dicunt, γλῶσσα lingua. Hæc ab alio nomine dicitur heptapleuros. id eſt, habens ſeptem coſtas, nam in folio eius ſunt ſeptē coſtæ. Hepta, ſeptem, pleuros coſta. Sunt enim ſeptem nerui, inſtar coſtarum animalium.

Arnon, (ut Ioſephus lib. iiii. ſcribit) fluuius eſt, qui de montibus Arabiæ deſcendens in ſtagnū aſphaltitē erumpit, diuidens Moabitidem & Amonitidem.

Aro, eas, proprie ſignificat terram iam procīſſam, rurſus vomere euerto. Plini s,

In arando magnopere ſeruandum eſt.

Catonis oraculum.

Quid eſt primum? agrum bene colere,
Quid ſecundum? bene arare.
Quid tertium? ſtercorare.

Per tranſlationē Arare ponitur pro colre. Plautus, Fundum alienum alienum arat incultum, familiarē deſerit. id eſt, alienas mulieres ſubagitat, uxorem ſuam deſerit. Compoſita huius verbi ſunt Dearo, Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro. Plinius, Sunt qui iā natas inarant ſegetes.

Aroma, penultima producta. Græce ἄρωμα, odoramentum dicitur Latine.

Aromacopola, penultima producta, qui aromata uēdit, quem nos Aromatarium dicimus.

Aromatitis, gemma quæ in Arabia gignitur, ita dicta, quòd myrrhæ odorem habeat, ob hoc reginis gratiſſima Cornucop.

Aros, herba eſt è bulborum genere, ſcyllæ proximus amplitudine foliis lapati, caule recto duorū cubitorū, baculi craſſitudine radice mollioris naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoq; eius in aceto decocta mādūtur. Quidā hanc dracontium eſſe dixerunt.

Arpe, falx ſiue enſis falcatus. Vide infra in dictione Harpe, vbi Harpyia & Harpagones, quæ adſpirātur, quoniam nunc in pſilen uerſa eſt adſpirata.

Arpinum, penultima producta, ciuitas inter Forū & Aquinum porrectum in monte. Dicitur & Arpi, à qua arpinates dicti ſunt eius incolæ, quales fuere M. Cicero, Plautus Comicus, & C. Marius, qui ſeptīes conſul fuit.

Arquatus, ab arcus, is dicitur cui color & oculi virēt à colore ſcilicet arqui cœleſtis, quem morbum quidam adpellant dæmoniacum, quidam aquarium, quidam auruginem, quidam regium, quidam ictericū.

Arquites, dicebant antiq arcu prælianites, quos nūc ſagittarios vocant. Cornucopiæ.

Arreptitius, qui à dæmone rapitur, q etiam Abreptitius dicitur. Veteres Arreptitium dicebant laruatū, quaſi à larius arreptum.

Arretina, vaſa nobiliſſima, ab Arretio Italiæ ciuitate, vbi fingebantur. Martialis,

Arretina nimis ne ſpernas vaſa monemus.
Lautus erat Thulcis Porſena fictilibus.

Arrha, rhæ, & Arrhabo, onis, penulti. corrept. Græce ἀῤῥαβών. vtrunq; ſumitur pro parte ſolutionis, quæ prius datur, ut reliqua reddatur. Terent.

Ea relicta arrhaboni eſt.

Hinc Arrho, ras, à quo Subarrho, quod eſt arrham facio. Ambroſius,

Anulo ſuo ſubarrauit me dominus meus.

Arrigo, gis, vide in dictione Rego.

Arripio, pis, vide in dictione Abripio.

Arrogo, pen. cor. ſignificat tribuo. Hieronym. in Prologo. Eſdræ. Interrogēt Hebræos, & ipſis autoribus tranſlationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Plerunq; arrogare, eſt nimium tribuere, ſeu arroganter præſumere. Vnde Arrogans, qui ſibi temere atq; inſolenter tribuit, quæ in eo non ſunt. Ariſtoteles in

Aromatarius . ij. il special

Sthicis. Arrogans præclara, & ea quæ non inſunt, & maiora quàm inſint ſibi fingit. Diſſimulator vero, aut ineſſe ſibi negat, aut imminuit. Et Arrogantia per quam temeritas atq; impudentia. vanam ſibi cõparat autoritatem. Item Arrogare eſt, in filium ac familiarem aſciſcere, à quo fit Arrogatio, quum is q aſciſcit aliquem in filium interrogatur an velit illum iuſtum ſibi filium eſſe, & is qui aſciſcitur rogat, an id fieri patiatur. Vel ideo Arrogatio dicitur, q per populi rogationem fiat.

Arroſteia, ægrotatio.

Arroſtema, penulti. produ. matis. Græce ἀῤῥώστημα, Latine ægrotatio. ἀῤῥωστία ægroto. Arroſtos, ægrotus.

Arrugia, cuniculus ſubterraneus. Cc.

Ars, multipliciter dicitur. Nam quædam eſt ars, quæ in ſpeculatione tantum conſiſtit, ut Aſtrologia, & Theorice, id eſt, ſpeculatiua vocatur, nullum exigẽs actum, ſed ipſo rei, cuius ſtudium habet intellectu contenta. Quædam in agendo, quæ actu perficitur & practice, id eſt, actiua dicitur, ut ſaltatio. Terentius in Andria. Quid eſt quod tibi ars mea efficere hoc poſſit amplius? Quædam in adfectu, quæ operis quod oculis ſubiicitur, & conſummationem, nõ finem accipit, qualis eſt pictura, & ſic definitur. Ars eſt recta ratio rerum faciendarum. Dicta Ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id eſt, à virtute, quã Græci vniuſcuiuſq; ſcientiam uocant. Eſt etiã Ars, quæ conſtat ex præceptorum collectione, ab arcto, ctas, q arctis præceptis, id eſt anguſtis & breuibus concludat. ut eſt Ars Seruii, Ars Donati, Ars Priſciani. Ars etiã aſtutia, ſiue ſit in virtute, ſiue in uitio dicitur, qua qs non facile falli, ſed magis alios fallere poteſt, quæ Græce dicitur τέχνη. ut, Inſtructus arte Pelaſga
Ab Ars fiunt compoſita Iners, Solers, Artifex.
Huius nominis diminutiuum eſt Articula.

Arſaces, penulti. correp. nomen proprium Parthorũ regis, cuius memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, propter quæſitum conſtitutũq; regnum, ut omnes deinde reges ſuos Arſaces adpellauerint, ſicut dicti ſunt Aegypti Ptolemæi.

Arſanias, fluuius, qui cum Tygri fluuio circiter quatuor paſſuum milia fluit, mox diuiſus in Euphratẽ mergitur. Cornucop.

Arſenocitas, Græci uocant pueros concubinos, catamitos.

Arſenothelas, Deos antiqui eſſe dixerunt utriuſq; ſexus participatione, quaſi maſculos fœmineos. Quo nomine quædam quo animalia ab Ariſtotele nominantur, ſemet ineuntia.

Arſenothelys, vide in dictione Androgynus.

Arſcongonon, herba eſt ſub ſatyrii nomine comprehenſa, vuas habens floribus oleæ ſimiles, ſed aliquanto pallidiores. Semen uero ad ſimilitudinem papaueris album. Cc.

Arſinoe, fuit filia Ptolemæi Lagi filii, qui Aegyptum poſt Alexandrum tenuit, & fuit vxor Lyſimachi regis Macedoniæ, forma præſtantiſſima, à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus, eius frater urbem condidit in Cyrenaica regione.

Arſis, Latine uocis eleuatio, ſicut & theſis poſitio vocis, ut Arma. Ar, eleuatio eſt, ma. poſitio eſt. In his duobus per diuiſionem pedes legitimi colliguntur.

Artaba, menſura apud Aegyptios ſextariorũ ſeptuaginta duo, cõpoſita ex numero, propter ſeptuaginta duas gentes, quæ orbem impleuerunt. Alii continere tres urnas, alii dñt ternas cape denos modios.

Artaxata, Armeniæ ciuitas.

Artaxerſes, nomen proprium Xerſis filii, qui Longimanus dictus fuit, quoniam manum alteram haberet longiorem. Hic aiebat, Beneficium addere, longè magis regale quàm auferre. Fuit & alius Artaxerſes, Cyri iunioris frater, cognomento Memor. Huic quum pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtuliſſet, iucunde ſuſcepit, per Solem, inquiens, hic is mihi videtur, quem vrbem quoq; ex parua magnam reddere poſſe exiſtimem.

Artemis, ἄρτεμις. Diana dicitur, ſiue Luna, quaſi ἀεροτέμνη.

Artemiſia. Mauſoli Cariæ regis vxor, quæ inſignis pudicitiæ fuiſſe perhibetur, & virum vltra humanæ adfectionis fidem amaſſe creditur. Nam quum nobilium poetarum atq; hiſtoricorum laudibus prædicetur, in hoc uel maxime, q defunctum maritum ſic ſemper amauit vt viuum, & miræ magnitudinis extruxit ſepulchrum, in tãtum ut uſq; hodie omnia ſepulchra precioſa ex nomine eius Mauſolea nuncupẽtur. Eſt & Artemiſia herba, ab Artemiſia Mauſoli vxore, uel ab Artemide Dea cognominata. Eius duo ſunt genera, altera latioribus foliis, altera tenuioribus, & non niſi in maritimis naſcens. Sunt q in mediterraneis eodem nomine adpellant, ſimplici caule, minutis foliis, quam quidam bothryõ, alii ambroſiam uocant, quam Plinius ambroſiam putat quæ in Artemiſio monte dicitur abundare, à qua & nomen ſortita eſt. Alii Artemiſiã dici putant à Diana, quæ Græce ἄρτεμις dicitur, quæ eam inuenit.

Artemiſiũ (vt Demoſthenes pro Cteſiphonte docet) promõtorium Eubœæ eſt. Et Artemiſium, lucus eſt propè Ariciam, Dianæ ſacer, quaſi Dianum dictũ, Latini Nemorenſe dixerunt. Vnde & Nemorenſis rex dictus eſt ſacerdos illius regionis.

Artemiſius, apud Macedonas mẽſis Maius dicitur. Quo nomine etiam uocatur mons Arcadiæ, ſicut ſcribit Plinius libro quarto, in quo artemiſia herba naſcitur.

Artemite, inſula eſt Ortygiæ proxima, quam alii Celaduſam vocant.

Artemon, monis, penultima producta. nam Græce ἀρτεμὼν dicitur. ſiue Artemum, quodque quidam malum, quidam uelum intelligunt nauis ampliſſimum quod extenditur, quaſi arrectus temo, vt in Actibus Apoſt. Artemone leuato, ſecundum auræ flatum tendebant ad littus. Ἀρτεμὼν, ῶνος, ἐκ ἀρτᾶν, τοῦτ᾽ ἐστὶ τείνειν καὶ ἐκτείνειν. id eſt, ex ἀρτᾶν, quod eſt tendo & extendo. Vitruuius libro decimo docet Artemonem eſſe, quam noſtri trochleam, Græci epaguanta uocant. Hac autem in na-

uibus funes ductarii trahuntur, & armamenta explicantur vt merito additamentum magis quàm pars nauis eſſe videatur. At idem ſcriptor, machinas id genus tractorias ad onerádas naues eſſe adcommodatas, fieriq́ his trochleis nauium ſubductiones.

Artemon etiam nomen autoris.

Artemona, apud Plautum, dicta eſt mulier quædam, ab, ἀρτίζω perficio, quod perficeret quæ vellet, quoniam dotata mulier.

Arteria, Latine ſignificat venam vitalem, ſeu ſemitam in qua eſt vitalis ſpiritus. Gellius, arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis, miſti confuſiq́ cum ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt & minus ſanguinis quæ motu atq; pulſu habitum & motum febrium demonſtrat. Antiqui arterias vocant pulſus, Super arterias locátur venæ, præterquam in dorſo, in quo magna arteria (quæ trachea dicitur) eſt poſita ſuper venam. Arteria quæ tẽdit ad pulmonem, eſt illa qua vox halitusq́ tranſmittitur, vt accipiendi reddendiq́ tantummodo ſpiritus officio fungatur, ſicut venæ ſanguinis riui. Vnde Cicero lib. tertio ad Herennium, Læduntur arteriæ, ſi antequam uox bene permulſa eſt acri clamore compleantur, & interuallis longioribus vti conueniet. Recreatur enim ſpiritu uox, & arteriæ reticendo adquieſcunt. Itaq; arteriæ ſunt ſemitæ ſpiritus, uenæ autem ſanguinis riui. Licet quandoq; uena pro arteria dicatur. Perſius,

Tange miſer uenam, & pone in pectore dextram.
Nil calet hic.

Celius libro tertio. Si protinus venæ conciderint, & ſæpius eodem die, ſi inter plures acceſſiones ius ſubinde corporis deeſt. Dicta eſt autem arteria, ἐξ ἀέρος καὶ τηρέω, ἀρτηρία γίνεται. Vnde cõſtat penultimam eſſe productam. Vnde quidam doctus fecit dactylum in primis tribus ſyllabis, quàm ridicule alii viderint.

Arthabanus, nomẽ Parthorũ regis ex arſacidarũ genere qui inimicus Tyberii Cæſaris armeniam inuaſit.

Arthanes, fluuius Scythiæ Thraciæ in Iſtrũ defluens.

Articularis, & hoc articulare, quod ad articulos ptinet, ut articularis morbus, qui & articularius dicitur, qui per omnes artus vagatur, quo Ennius laboraſſe fertur. Serenus,

Si uero articulos tabes inimica per omnes.
Hæſerit, ex ficu betas cum melle iugabis,
Vel pelagi latices, ſimul & Baccheia dona
Sumere curabis, nimio ſed parcito vino.
Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua,
Hoc uitio tales fertur meruiſſe dolores

Articulatim, ſignificat per articulos.

Articulo, las, ſignificat iungo, & quaſi articulum, id eſt nodum nodo adpono. Auguſtinus libro. xiiii. de Ciuit. dei. Neq; ea ſola membra mouemus ad nutũ, quæ compactis articulata ſunt oſſibus, ſicut pedes, & manus, ac digitos.

Articulus, diminutiuum ab artus, & ponitur pro iunctura ſiue nodo vel parte membri. Plinius, articulis membra diſtinxit. Vnde articularis morbus. Sed & in vite dicuntur articuli, de nodo ad nodum. Cicero in Catone. Itaq́ ineunte Vere, in iis quæ relicta ſunt exiſtit, tanquam ad articulos ſarmentorum, ea quæ gemma dicitur. Articuli etiam in montibus dicuntur, ut apud Plinium in calce operis, Sic articulos fidei, tanquam membra religionis noſtræ dixerunt. Interdum ponitur pro digito, ut apud Ouidium lib. ii. de Ponto,

At reditus iam quiſq; ſuos amat, & ſibi quid ſit
Vtile ſolicitis ſupputat articulis.

Interdum pro momẽto, & tempeſtiua rerum faciendarum hora ſiue puncto, ſeu alicuius rei aut temporis particula. Terentius in adel. Vide ut in ipſo articulo oppreſſit eam. Hierony. ad Iul. Filius meus frater tuus auſonius, in ipſo iam profectionis articulo, quũ mihi præſentia ſuam tarde dediſſet, & cito abſtuliſſet, atq; in puncto temporis ſalue aueq́; dixiſſet. Item articulus color eſt, de quo Cicero libr. iiii. ad Herennium, articulus habetur, quum ſingula verba interuallis diſtinguntur, cæſa oratione. Similiter articulus dicitur quo genus diſcernitur.

Artifex, qui artem aliquam facit dictus, quòd ſcientiam ſuam per artus exerceat, ſiue quòd apte operá inter ſe arctent artifices.

Artificium, quaſi artis factio, quod ars ipſa operatur, vt quum dicimus orationem magno artificio compoſitam. Hinc artificioſus, ſa, ſum, quod cum arte factum eſt, ut oratio artificioſa.

Artitus, pen. produ. dicitur bonis artibus inſtructus.

Arto, tas ſæpe urgeo. Hieron. in prologo Iudith. Et ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer artabar, huic unam lucubrationem dedi. Hinc componitur Coarto, ſimul continentur arto, ſtringo. Lactan. lib. vii. Tunc annus breuiabitur, & menſis minuetur & dies in anguſtum coartabitur. Liuius libro. ii. de bello Puni. Anguſtæ fauces coartant iter Inde Percoarto, quod eſt, maxime uel perfecte conſtringo. Colu. lib. ii. Tunc demum conuertemus, & vtrunq; ſiccatum percoartabimus in ſtrigam, atq; ita manipulos uinciemus. Videtur ſcribendum per ct.

Artocrea, creæ, & artocreas, creæ, maſculini generis, epulum ex pane & carne. Perſius,

Artocreasq́; popello.

Artocopus, penultima correpta. piſtor ſeu factor panis. Sed pro diſpenſatore ſiue conſeruatore accipi ſolet, quaſi qui in pane laborat. Nam ἄρτος panis κόπος labor.

Artolaganum, penultima correpta. genus panis ſiue placentæ ex ſimila, in oleo coctæ in patella. In eo ponitur parum uini cum pipere, & adipe, uel modico oleo. Eſt enim panis qui habebatur in delitiis, à Laganis nomen habens propter candorem.

Artopoteſii, panes dicti ab artopteſio inſtrumento, panibus coquendis in clibano adcõmodato, cuius meminit Plautus in aulularia.

Artopta, à quibuſdam dicitur mulier quæ coquit panem in clibano uel in furno ὀπτάω coquo. Plautus in aulu. Ego hic artoptam ex proximo utendã peto. At Iulius Pollux dicit eſſe inſtrumentum artocopi, in quo panes torrebantur. Alii accipiunt pro

uaſe in

vaſe in quo farina ſubigitur.

Artopticius panis, qui ex fermento duriore conficiť, torretur\q; in artopta. Plinius, libro. viii. Siligineæ farinæ modius, Gallice viginti duas libras panis reddit, Italice duabus tribus've amplius in artopticio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras &c.

Artotyritæ, populi, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Offerebant enim panem & caſeum, dicẽtes à primis hominibus oblationem de fructibus terræ & ouium fuiſſe celebratas.

Artuo, tuas. ab artus fit, à quo Deartuo, quod eſt per artus diuido. Maternus libro quito. Vt ſic artuatis uiſcerum partibus, membra omnia crudelis artificii præſidio proferantur.

Artus quia alligant membra membris, ab artando. Sunt enim nodi, membra uero trunci.

Vergil. libro quinto.

Et magni membrorum artus.

Et dicitur tñ de animantibus. Partes ſunt corporis inter iuncturas, dicti quòd inter ſe arctentur. Vnde minores partes per diminutionem articuli dicuntur quales ſunt digitorum, quaſi parui artus. Et diſtinguuntur artus à membris, quia artus dicuntur oſſa cum neruis & venis, membra autem proprie uocamus carnem artus tegentem. Vnde membrana, ſuperior membri pars, hoc eſt pellis. Sed ſæpenumero confunduntur. Apud Plautum in Menæchmis tamẽ artua dicuntur. Ita mihi imperas, ut ego huius membra atq; oſſa atq; artua comminuam illo ſcipione quem ipſe habet.

Aruales fratres, dicti ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit, ſe\q; inter illos duodecim fratrem adpellauit, vt arua fruges ferrent. Ei\q; ſacerdotio acca Laurentia (quæ poſtea populum Romanum hæredem inſtituit) Romuli nutrix, tribuit infulas albas, ſpiceam coronam, pro religioſiſſimo inſigni, quæ prima apud Rom. corona fuit. Et hic honos non niſi vita finitur, exules\q; & captos comitatur. Dicti ab aruo. Cornucop.

Aruica, pen. correpta, genus frumenti.

Aruina, penult. produ. durum pingue inter cutem, ut autor eſt Seruius, Verg. lib. vii.

Pars leueis clypeos & lucida ſpicula tergent

Aruinæ pingui.

Aruiſiũ, Chii inſulæ promontoriũ. Inde aruiſia vina.

Arunca, vrbs eſt Italiæ ab auſone cõſtructa. Inde, arũcus, ca, cum. Cc.

Aruncus, villus eſt caprarum mento dependens. Cc.

Arundinetum, locus vbi arundines conſitæ ſunt, ſicut ſalicetum, oliuetum, & huiuſmodi, ut eſt illud, Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.

Arundo, aquaticus frutex, omnibus notus. Et quoniã ex arũdinibus fiebant ſagittæ, quandoq; arũdo ponitur pro ſagitta. Verg.

Per\q; illa venit arundo.

Hinc arundineus, nea, neum, quod eſt ex arundine. Hieron. libro quarto. Reg. An ſperas in arundineo atq; confracto Aegypto?

Aruſpex vide infra in dictione Haruſpex.

Aruum, ab arando dictum, ager aratus, necdũ ſatus, qui tamen ſementi datur. Salluſtius, Quia Numidæ pabulo pecoris, magis quàm aruo ſtudent.

Arx, ab arceo, quia arcet. id eſt, prohibet hoſtes accedere. Eſt enim locus vrbis, vel in monte ſitus, natura munitus. Inde etiam ſummitates montium & cuiuſcunq; altitudinis, ea quibus facile poſſunt depelli hoſtes, arces dicuntur. Vel (vt Solinus inquit) ab arcadibus dicta eſt arx, qui munitiſſimos quoſq; colleis ſub Euandro tenuerunt. Huius diminutiua. Articula. id eſt, parua arx.

A ANTE S

As, aſſis, libra, à Græcis [illegible], mina à noſtris interpoſitione I, literæ, quæ ex nonagintaſex drachmis conficiť, ſiue duodecim unciis. Vncia vero ab uno dicitur. Sextans, vnciæ duæ, quaſi ſexta pars aſſis. Quadrans, vnciæ tres, quarta pars, qui & triuncium dicitur. Triens, quatuor vnciæ, tertia pars. Quincunx, vnciæ quinq;. Semis vnciæ ſex dimidiũ aſſis, ſiue ſelibra. id eſt, media pars libræ, quaſi ſemis as. Septũx, vnciæ ſeptem. à ſeptem & vncia, Bes vnciæ octo, dempto, triente, quaſi des. Dodrans, vnciæ nouem, dempto quadrante, quem & nonuntiũ dicimus, Dextans, vnciæ decem, dictus quaſi aſſi deeſt ſextans. Deunx vnciæ vndecim, quaſi vnica dempta ex aſſe vncia. Aeris autem minima pars ſcatula diciť, quòd ſit ſexta pars vnciæ. Semſicia. quòd ſit dimidia pars vnciæ. Silicum dictũ eſt, quòd ſemunciam ſecet. Et ſciendum, quòd veteres volentes aliquid diuidere in parteis æquales, ut hæreditatem & quiduis ſimile, id aſſem adpellauerũt, & parteis vncias. Vnde illud Plinii de Luna. Haud dubium eſt lucere dodrantis ſemuncias horarũ ab ſecunda abiicientem, vſq; ad plenum orbem. Vnde etiam habemus, Ex aſſe hæredem fecit. id eſt, totius hæreditatis. Sueton. in Cæſare, Nouiſſimo teſtamento treis inſtituit hæredes, ſororũ nepotes, Octauiũ ea dodrante, Pinarium, & Pedium ea quadrante. Interdum dicitur numus æreus libralis, q; eſſet vnius libræ. Inde Dipondius, ex duabus libris. Et Seſtertius, duarum librarum & ſemis, ex ære deductum nomen. Horatius.

Quem ſi diminuas vilem redigatur ad aſſem.

Similiter triens, quadrans. Interdum hæ partes aſſis apud poetas accipiuntur pro calicibus, à menſura. Proper. Quum fuerit multis exacta trientibus ora. Mart. Te conuiuus leget mixto quincunce.

Componitur autem as cũ eo q; eſt tres, ut Treſſis.

Perſius, Hic dama eſt non treſſis agaſo.

Octo & as Octuſſis. Horat.

Quanti empta? parui. Quanti ergo? octuſſibus.

Et ſic per omneis numeros vſq; ad centum, ut centuſſis. Perſius,

Et centum Græcos curto centuſſe licetur,

Aſarhæ populi ſunt (vt Plinius lib. vi. ait) in m[illegible] Aethiopiæ, qui abeſſe à mari dicuntur dierũ quinq; itinere, viuentes elephantorum venatu. De his Plin. lib. viii. Aſachei vocanť Aethiopes apud quos mo-

xime naſcuntur dracones.

Aſaph, filius Barachiæ, interpretatur congregans, colligens, ſiue finiens.

Aſaris, fluuius eſt, Heracleam Octam alluens. Cc.

Aſaron ſylueſtre nardũ adpellauere nonnulli. Eſt autem hederæ foliis rotundioribus tantum molliori busq; flore purpureo, radice gallici nardi ſimile, acrioſum, ſaporis calidi ac vinoſi, montibus in vmbroſis locis bis in anno florens. Cc.

Aſarotum, pen. prod. pauimentum picturæ arte elaboratum, à Græcis inuentũ, ſic dictũ, quod verri nõ debeat. Nam deducitur ab α, priuatiua particula, & σαίρω, μ. σαρῶ, π. σέσαρκα, verro, ſcopo. Scopa quoq; à Græcis ſaros dr, ... τὸ σάλωτρον. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ analecta vocãtur, in pauimento quoq; euerri, dum ſubtegulanea pauimenta in vſu erant. Poſtea aſarotis inuentis, ceſſauit vſus ſcoparum manibus colligi purgamenta cœperunt, pauimenta vero ſpongiis mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis Aſarotis, quæ miro artificio paruulis teſtulis in varios colores tinctis, & imagines pictis ſtrauit. Nã Pergami in Aſaroto colũbã effecit bibentẽ, quæ aquam capitis vmbra offuſcabat, alia ſibi eſcam arripiente. Papinius lib. Syluarum,

Varias vbi picta per artes.
Gaudet humus, ſuberantq; nouis aſarota figuris.

Aſbeſtus, Latine inextinguibilis, & nomen lapidis eſt, qui quum ignem non habeat propriũ, alieno tamen ſic ardet, vt nõ poſſit extingui. Auguſtinus lib. xxi. de Ciuit. Aſbeſton arcadiæ lapidem propterea ſic uocari quod accenſus ſemel iam non poſſit extingui ἐξ α, καὶ σβέννυμι, γίνεται ... extra, & reſtinguo ſit.

Aſbitæ, populi Libyæ, apud quos vulgatiſſimũ Ammonis templum inter medias arenas conditum eſt.

Aſca, fons, in quem demergitur Eraſinus.

Aſcalobotes, Latine ſtellio ſiue tarantula dicitur, quod apud Græcos aſcalos circulus eſt. Stelliones autem circulis quibuſdam depicti ſunt, & velut lucentibus guttulis in modum ſtellarum.

Aſcalon, vrbs eſt ſuperioris Idumeæ, ſeptingentis viginti ſtadiis ab Hieroſolyma diſtans, ſecundum Egiſippum. Et interpretatur, appenſio, vel ſtatera, ſiue ignis infamiæ.

Aſcalonia, cepæ genus, quod in Aſcalone plurimum naſcatur, vide in dictione Cepe. Dicitur & Aſcalonium.

Aſcania, ciuitas quam cõdidit aſcanius Aeneæ filius. Eſt & lacus aſcanius. Vnde ipſa regio aſcania (vt ſcribit Strabo libro duodecimo) quæ gemina eſt, altera Phrygiæ, altera Myſiæ.

Aſcanius, nomen Aeneæ filii. Quo etiam nomine dictus eſt lacus in Phrygia, & fluuius ex eo oriens.

Aſcanticus, mons aſiæ.

Aſcendo, dis, ex ad & ſcando, ſed d, abiicitur, ſignificat ſurſum ſiue ad aliquid ſcando. Hinc aſcenſio, & aſcenſus, pro aſcendendi actu. Vnde aſcenſionem domini celebramus, qua cœlos aſcendit. Aſcenſiones etiam ſunt quæ à Græcis ſyncatatheſes. Hæ ſunt ſine quibus multa comprehendi & percipiſcere ſibus non poſſunt. Nec memoria quoq;, nec notitia rerum nec artes ſine aſcenſione cõſtare poſſunt. Per aſcenſionem enim cognita probamus. Aſcenſiones has ſiue adprobationes voluntarias eſſe ſcribit Gellius, fieriq; hominum arbitratu quibus viſa noſcuntur, diiudicantur vc.

Aſcia cum c, poſt ſ, ab abſcindendo, carpentariorum inſtrumentum eſt quo fabricæ materiæ dolantur, quod Hierony. dolatoria vocat à dolando leuigandoq;. Huius diminut. eſt aſciola.

Aſcio, aſcias, aſcia cædo. Auguſtinus ſuper Pſalm. Et ſi adhuc nodoſum, & curuum, & corticoſum, tamen quod doletur, aſcietur. deplanetur, & poſſit venire ad aliquam fabricam vſus humani. Hinc fit compoſitum Exaſcio, as, vnde Exaſciatũ opus dicitur à Plauto, pro polito perfectoq;.

Aſcio, pfecte ſcio, adfirmo, vel attribuo, vt apud Columellam, vide in dictione aſciſco.

Aſciſco, ſcis, ſciui, ſcitum, ab aſcio, adcuſatiuum, poſt datiuum ſemper fermè poſtulat, pro adſumo, arrogo, attribuo Quintilianus libr. viii. Quo in genere idem præcipue cuſtodiendum nec id quod ſimilitudinis gratia, aſciuimus, aut obſcurum ſit aut ignotũ. Lactantius libro quarto, Et illos qui temere ſapientium ſibi nomen aſciuerant, erroris ſtultitiæq; damnarunt. Aliquando, aſciſcere, eſt adgregare, admittere. Liuius libro primo, Ne quid diuini iuris, patrioaritus negligendo, peregrinosq; aſciſcendo turbaretur. Cicero pro archia, Quòd ſi mihi à uobis tribui concediq; ſentiam, perficiam profectò, ut aulum Licinium non modo non ſegregandum (quũ ſit ciuis) à numero ciuium, verum etiam ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe. Huic contrarium eſt Deſciſco, quod cum ablatiuo ſemper conſtruitur, cũ à vel ab, & ultra ablatiuum aliquando habet adcuſatiuũ mediante ad, & diſſentio ſiue diſcedo, & ab imperio ductuq; alterius ſubtraho, rebello, deficio vc ſignificat. Liuius libro. ii. Præneſte à Latinis ad Romanos deſciuit. id eſt, rebellauit. Pro diſſentio. Gellius, Poſuli eam rem Cecilium non inconſyderate dixiſſe neq; temere à menandro atq; à multorum opinionibus deſciuiſſe. Pro recedo. Lactan. lib. iiii. Deſciuerunt à te, & abiecerunt legem tuam.

Aſcitæ, arabes dicti ſunt ab vtribus, quos Græci aſcos vocant quoniam bubulos (vt Plinius inquit) vtrea binos ſternentes, pyraticam exercent.

Aſcites, hydropiſis ſpecies eſt. Cc.

Aſclepiades, nomen hiſtorici Cyprii, qui fuit tempore quo Pigmalion regnabat in Oriente, quo etiam tempore ſcribit eſum carnium non fuiſſe. Alius fuit philoſophus cæcus, quem ferunt (vt Cicero libro quinto. Tuſcul. quæſt. ait) quum quidam quæreret quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, vt puero vno eſſet comitatior. Fuit & alius aſclepiades Pruſienſis medicus, qui lapſu ſcalarum interiit. Fuit & alius aſclepiades poeta, à quo carmen aſclepiadem dictum eſt.

Aſclepion, herbæ genus, opopanacis ſpecies. Cc.

Aſcletarion, Mathematicus fuit temporibus Domi-

ſtani, qui aliquando dixerat ſe diſcerptum iri à canibus, ea propter à Domitiano iuſſus eſt interfici, & adcuratiſſime, ſepeliri, vt vanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempeſtate deiecto funere, ſemiuſtum canes diſcerpſere. Cc.

Aſcopera, penultima producta, quo vocabulo vſus eſt Hieronymus in lib. Iudith, capitulo decimo. quũ ait, Impoſuitq; abræ ſuæ aſcoperá vini, & vas olei, & polentam, & lapates, & panes, & caſeum, & profecta eſt. Græca lingua ἀσκοπήρα dicit. Significatq; aſcopera ſacculum pelliceum, compoſitumq; nomen Græce eſt ex vtre & ſacco, Suidas docet ſignificare marſuplum. Apud Sueton. in Nerone ſcribit, Alterius collo aſcopera deligata. Ex quo dat intelligi culei ſymbolum fuiſſe deligatum Neronianæ ſtatuæ, quoniam matricida fuit.

Aſcra, vicus Bœotiæ, in aſpero & ſterili loco, in dextra parte Heliconis, Heſiodi patria. De quo idem libro ſecundo. Gellius,

Aſcram, rus, miſerum penes hic Helicona colebat,
Hyberno dirum, triſte æſtu, optabile nunquam.

De Heſiodo multa ſcribunt Græci, & quo pacto fuerit interfectus, Plutarchus in Sympoſiis lib. v.

Aſcribo, bis, ex ad & ſcribo, ſed d, abiicitur, ſignificat, adiungo. Vnde aſcripti dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent, vt cæteris colonis adderentur. Item aſcripti milites, q ſupplendis legionibus aſcribebantur, quos etiam accenſos dicebant (licet accẽſi aliud ſignificet) quòd ad legionum cenſum eſſent aſcripti. Et velatos, quia veſtiti inermes ſequebãtur exercitum. Et ferentarios, quia de fundis lapidibus præliaturi, ea modo ferrent quæ in hoſtes iacerent. Et rorarios, q id hominum genus antequam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicarent. Eſt & aſcribere, tribuere, & imputare. Cicero, Neq; enim mihi negligentiam velim aſcribas.
Sed hoc magis per tranſlationem, quũ propriè aſcribere, ſit iuxta ſcribere.

Aſcriptitius, qui ad aliquam rem aſcriptus eſt, vel qui ex numero eorum eſt qui ſe in alterius imperiũ dediderunt

Aſcriptor, qui in exemplum ducit ſcripta. Cicero in Clodium, Denique ille nouitius ligur aſcriptor & ſubſcriptor tuus.

Aſella, poteſt eſſe diminutiuum ab aſina, ſicut aſellus ab aſinus. Sed & locus ſub brachiis concauus, aſella vocatur ſiue axilla. Vnde & eſt illud in ſacris. Abſcondit piger manum ſub aſella.

Aſembobiti, populi dicti, quaſi poſt Sembobotim inſulam, de qua Plinius ſuo loco.

Aſia, ſine c, nomen tertiæ partis orbis, quo ad numerum, nam quo ad magnitudinem, dimidia repetitur. Eſt autem duplex aſia, maior ſcilicet & minor, quæ Phrygia & Lycia concluditur. Alii diuidunt eam, ut vnam concludat ab Oriente Phrygia & Lycaonia, altera ab Oriente determinetur armenia minore. Sunt qui primam & ſecundam aſiæ partem dicant incipere in Occidentali littore, q̃ vſq; ad paludem Mæotidem & amnem Tanaim extenditur, inter mare Ponticum iacens, & Oceanum Septentrionalem. Dicta eſt autem aſia, ab aſia Nympha, Oceani Thetyos filia, Iapeti coniuge, ex qua Prometheũ ortum ferunt. Siue (vt quidam volunt) ab aſio, Manei Lydi filio. Ab aſia fit aſius, ſia, ſiũ, quia (vt inqt Priſcian.) in multis prouinciarũ nominibus ſimilia ſunt deriuatiua primitiuis, & adpellatiua propriis, vt, Italus proprium eſt & gentile. Similiter Danaus, Latinus, Hiſpanus, Siculus, & Sicanus. Item aſianus, a, um, aſiaticus, a, um, quæ inuicem pro poſſeſſiuis proferri poſſunt. Propriè autem aſius & aſiaticus poſſeſſiua ſunt, quamuis & propria inueniantur, vt Scipio aſiaticus, qui vicit aſiam. Aſianus vero gentile. Eſt & aſia nomen paludis in Myſia, propè Cayſtrum fluuium, cuius prima producitur. Verg.
Iam varias pelagi volucres, & quæ aſia circum.
Aliter corripitur, ut,
Europa atq; aſia pulſus.

Aſilus pen produ. Græce œſtrus à ſono vocis, vulgò tabanus dicitur. Vergilius,
Eſt lucos ſilaris circa illicibusq; virentem.
Plurimus alburnum volitans, cui nomen aſilo,
Romanum eſt œſtrum Graii vertere vocantes
Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſylulę
Diffugiunt armenta. Naſcitur è latiuſculis quibuſdã beſtiolis, q̃ in fluuiis ſupernatãt. Vnde circa aquas magna aſilorum copia, vbi id genus beſtiolarũ eſt.

Aſima, nomen idoli, virorum Emath. iiii. Reg. xvii. & interpretat, delictũ, ſiue punitio, ſiue ignis maris.

Aſinarius, a, um, quod ad aſinos pertinet, vt mola aſinaria.

Aſinarius, rii, q aſinos paſcit vel cuſtodit. Cato. ager quando inſtruit. cccl. iugerum villicum, villicam, operarios, bubulcos tres aſinarium.

Aſine, es, pen. cor. oppidum achaiæ. Lucan. lib. viii.
Quas aſinc cautes, & quas Chios aſperat vndas.

Aſinius, viri nomen, ab aſino dictus. Cc.

Aſinus, anima notum cuius fœmininum eſt aſina, q datiuum & ablatiuum pluraleis in is, & in abus, terminat. Hieronymus libro primo Regum. De aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſollicitus ſis, quia inuentæ ſunt. Hinc aſininus, a, um, quod eſt aſini, vt caro aſinina. Aſini in arcadia optimi ſunt, in Italia Reatini.

Aſion, noctuarum genus, quas Græci quandoq; ſcopas vocant, aliquando nycticoraces, id eſt, vlulas. & quandoq; otas quaſi auritas, quoniam plumeas & eminentes habent aures.

Aſiongaber, nomẽ loci in littore maris rubri, in quo caſtramẽtati ſunt filii Iſrael, egreſſi de Hebrona. Numeri. xxxiii. interpretatur Lignum viri, vel robuſti, vel conſilium viri, vel robuſti.

Aſiortum, aranei genus, diſtinctum virgulis albis, cuius ictus genua labefactat. Cc.

Aſkidon, nomen regis aſſyriorum, qui patrem Senacherib occidit. Hic fuit vltimus regum aſſyriorum.

Aſomatos, id eſt, ſine corpore & inpalpabilis. Sic Origenes ſomaton adpellat id quod ſolidum & palpabile eſt.

Aſopia, regio Aſopo fluuio finitima. Ce.
Aſopus, vel Aſopis, pen. prod. fluuius Achaiæ, ab aſopo Aeginæ patre ſic dictus.
Aſor nomen urbis, quæ & Hebron dicitur, I. Reg. xii. Interpretatur atrium, aut fœnum.
Aſos, per ſimplex ſ, ciuitas Cretæ, vbi vetuſtiſſimum Iouis templum fuit.
Aſotia, popinatio, incontinentia, luxus. Gellius, Cedere equidem uobis debui, ut in tali aſotia. i. luxu, prodigalitate, atque nequitia actium nos vinceretis, ἐξ α, καὶ σώζω, ex a, & ſaluo.
Aſotus, penultima producta, ἄσωτος, laſciuus, prodigus, popino, helluo. Martialis,
Viuis aſotos: id eſt, laſciue, incontinenter.
Aſpalatus, eſt ſpina alba in Oriēte, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cuius radix vnguĕtis expetit.
Aſparagus, penultima correpta, quod ex aſperis virgultis legatur. Martialis,
Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauenna.
Non erit incultis gratior aſparagis.
Sunt qui nō ab aſperitate, ſed à lingua Chaldæa deducant, quia Chaldæi aſparagos adpellant herbam quæ creſcit in virgulta & in caulem. Huius duo ſunt gēra, hortenſe & ſylueſtre. Sed incultum gratius eſt.
Aſpecto, as, ſæpe aut fixe aliquem intueor. Plautus in Amphitr.
Cœlum aſpectat, obſeruabo quam rem agat.
Aſpectus, us, ſumitur pro uiſu & intuitu cuiuſcunq; animalis, ut horridus aſpectu. id eſt, viſu horribilis, & qui effigiem habet horridam. Transfertur etiam ad inanimata. Plinius,
Prærupta rupes & aſpectu horrida.
Aſpelia, vnum ex Cypri inſulæ nominibus.
Aſper, ra, rum, quod uel uiſu, uel guſtu, uel tactu, alióue ſenſu inſuaue eſt. Vnde Vergilius,
Bina dabo argento perfecta atq; aſpera ſignis. Pocula. Transfertur & ad alia quæ dura ſunt. Terē. Aſperum pater hoc eſt, aliud ſodes para. Vnde & pro nocente quandoq; capitur. Ver. Aſper acerba ſonans Et pro iniquo. Idem Quum aſpera Iuno. Cicero in Lel.
Monere & moneri proprium eſt uere amicitiæ & alterum libere facere, non aſpere, alterum libenter accipere non repugnanter. Huius diminutiuum eſt Aſperulus.
Aſper numus, videtur dici ab eo, q in aſperitatem cuſus ſignatusq; eſt. Perſius,
Quid aſper utile numus habet.
Suetonius in Nerone, Exigitq; ingenti faſtidio, & acerbitate num num aſperum.
Aſpergilium, inſtrumentū quo nos aquis ſacris aſpergere ſolemus.
Aſpergo, gis, ſi, ſum, ex ad & ſpargo, quaſi ad aliquid ſpargo, uel aliquantum maleſacio. Plautus in Epi.
Ab guttula pectus mihi ardens aſperſiſti.
Vergilius libr. iii. Georg.
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & umbræ Peſtis acerba boum, pecoriq; aſpergere virus. Inde Aſpergimen.
Aſpergo, inis, tam maſculini quàm fœminini generis gutta terræ cruore permiſta. Sta. lib. vii.
Diraq; aſpergine latos Mutat agros.
Ambro. Et cautes niuea rorant aſpergine.
Aſpernabilis, qui eſt dignus vt aſpernetur. Gellius, Nonnunquam apud me ipſum ſoleo rea ciuſmodi paruas quidem, minutasq; & hominibus nō bene eruditis, aſpernabiles.
Aſpernor. aris, ab aſpero fit, ſignificatq; recuſo, auerſo, non ignoſco, faſtidio.
Aſpero, as, aſperum facio. Colu. lib. ix. Iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperantur, ne ſint volucibus lubrici. Verg. pro coagulo, ſiue durum facio, poſuit libro tertio.
Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas.
Hinc componitur Exaſpero, quod eſt valde aſperū facio. Hieronymus ad Helio.
Mollem ocio manum, durus exaſperat capulus.
Per tranſlationem, Quintilia.
Rem uerbis exaſperauit.
Aſphaltū, Latine dici pōt tutamen, à verbo ἀσφαλίζω, quod eſt tueor. Quo nomine dictus eſt lacus Syriæ, in prouincia quæ hactenus Pentapolis dicta fuit. Sic dictus, quia nihil viuum in eo ſubmergitur, vnde mortuum mare ab hiſtoricis noīatur. Aſphaltum etiam bitumen dicitur. Hinc Aſphaltites lacus Iudææ dictus, qui nihil gignit. Ex aſphalto & ſulphure fit venenum, quo (ut ait Galenus) Medea uſa eſt, ad ulciſcendam pellicem.
Aſpicio, is, ex ad & ſpecio, e, in, i, mutata, quamuis Priſcia. à ſpicio compoſitum dicat. Varro enim habet Spectare dictum à verbo antiquo ſpecio, quo etiā Ennius vſus eſt. Vos epulo poſtquā ſpexit. & quod in auſpiciis diſtributum eſt, qui habent ſpectionem quam non habebāt, & quod in auguriis etiam nūc augures dicuntur aues ſpecere. Conſuetudoq; quū præpoſitio uerbis coniuncta fuit, ē ſeruat, ut Aſpicio, conſpicio, deſpicio, reſpicio, ſic alia. in quo ſpecto, quod ſpectare volo. Hinc Specula & Speculū, quòd in eo ſpecimus imaginē. Feſtus quoq; ait auſpicium, ab aue ſpecienda. Nam quos nos cum præpoſitione dicimus aſpicio, apud veteres dicebatur ſpecio, quod naturaliter ſpexi, ſpectū facit, quod ſpicio facere nō poteſt, à cuius ſupino legitime ex analogia Specto frequētatiuum formatur, vnde Expecto, & Reſpecto, & alia hmōii ſunt compoſita. Præterea deriuatiua nīa, Specula, Speculū, & Specimē non ſolum ſpecio ſignificationem præ ſe ferunt, ſed etiam analogiam eius ſeruant, naturamq; ipſius ſpecimen redolet, ut apud Plau. in Caſſ. oſtēditur, N ſic amici an inimici ſit imago Alceſime mihi ſciā, nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur. Spicus uero ſpica, ſpiculum, & ſpicille, quamuis cum ſpicio quandam ſimilitudinem habeant, non tamen ſignificationem (ſi pro video ſumitur) gerunt, nec ullo pacto attingūt. Miror igitur quur Priſcianus aliter ſenſerit, præſertim quum in denominatiuis dixerit. A ſimplici quod in vſu non eſt ſpecio, is, ſpeculum pro ſpeciculum per ſyncopam ci, Euphoniæ cauſſa.

Et paulò infra. A ſpecio,is,vel à ſpecie ſpecimẽ. Eſt autem Aſpicere, ad aliquid oculos intendere. Plau. in Aſin. Si quem alium aſpexerit, cæca cõtinuo fiet.

Aſpilates, gemma eſt argenti coloris. Cc.

Aſpiro, aſpiras, penul. prod. ex ad & ſpiro, ſed d, abiicitur. Et proprie Aſpirare ſignificat afflare. Verg. Aſpirant auræ in noctem.

Interdum pro auxiliũ præbere, fauere. Verg. Aſpirat primo fortuna labori.

Tractum à nauigantibus, quibus ſpirantes auræ fauent. Interdum pro incumbere, & quaſi toto ſpiritu intentum eſſe, ut, Scipio aſpirat ad conſulatum. Interdum pro iungere, iuxta accedere, ſeu proprie tangere. Gellius lib. i. Ad horũ autem ſynceritatem, ueritatemq́ uerborum, an aſpirauerit Cecilius, conſyderemus. Idem libr. xii. Atq; ad comitium aſpirare poſſe neminem dicent. Cicero Trebatio, Vltro etiã acceſſitum ab eo, ad quem cæteri non propter eius ſuperbiam, ſed propter occupationem aſpirare non poſſunt. Idem nunquam aſpirauit ad curiam. Eſt q̃ſi ſignificat inuadere, ſeu quaſi ad aliquem ire, ſed ſine ad, ut Cicero, Aliter nunquam, inquit, aſpirant ad curiam. Quandoq; pro tribuere, concedere, Quint. in prolog. lib. iiii. Vt quãtum nobis expectationis adiecit, tñ ingenii aſpiret, dexterq́ ac uolens adſit.

Aſpis, idis, ſerpens paruus, qui ueneno ſuo quæq́ uiuentia concite occidit, oua gignit, ex quibus filii procreantur. Sunt autem plures aſpidum ſpecies, diſpareſq́ effectus ad nocendum, ut ſcribit Solinus, Adpellaturq; ſomniculoſa aſpis, q ſomnum letiferum percuſſis immittat. Eſt & nomen inſulæ propè Cyclades. Sunt & aliæ hoc nomine in Lycia & Caria. Eſt & nomen urbis, quæ à Latinis Clypea dicitur. Silius, In clypei ſpeciem curuatis turribus aſpis. Strabo. Coſura inſula eſt, ante Aſpidẽ ſita Carthaginienſem urbem, quam Clypeam uocant.

Aſportare, quaſi hinc aliò portare. Cuius contrariũ eſt Importare, quod eſt aliunde huc portare.

Aſſa, nomen regis Iudæorum, qui nõnullas urbes in Iudæa condidit.

Aſſe, dicuntur ſicci lapides.

Aſſaracus, Trois filius fuit, auus Anchiſæ, & pater Capys. Vergilius, Aſſaraci proles.

Aſſaradon, ultimus Aſſyriorum rex, & Senacherib filius.

Aſſarius, nummus, ſiue genus ponderis. Ioſephus lib. iii. Aræ dei aſſarium offerunt, & unam drachmam. Idem, Quatuor drachmis uenderetur aſſarius.

Aſſatura, fruſtum carnis aſſæ. Hieronym. libro ſecundum Regum, Partitus eſt uniuerſæ multitudini aſſaturam bubulæ carnis. Flauius Vopiſcus ſcribit Aurelianum imperatorem, conuiuium de aſſaturis maxime dediſſe.

Aſſecla, ab aſſequendo nomen deductum, & ſignificat eum qui dominum ſequitur, & qui omnibus imperiis dominorum adeſt. hoc eſt, præſtò eſt, uel qui iuxta uoluntatem alterius quid ſequitur. Liui. libro quinto. Et eò deuolui rem, ut aut patricii, aut patriciorum aſſeclæ habendi tribuni plebis ſint. Hieron. Seruus paternus, & albinus, & formoſus aſſecla, & procurator calamiſtratus, honorandus eſt.

Aſſector, comitatũ præſto, uide in dictione Deduco.

Aſſenſor, qui alicui aſſentit. Cicero Torcinio, Quotidie commemorabam te in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem.

Aſſentio, tis, ti, ſum cõſentio, cuius ſignificationis eſt & Aſſentior. Lactantius, Cui opinioni poëta noſter aſſentit. Cice. lib. de Rep. In quibus aſſentior ſolicitam & periculoſam iuſtitiam non eſſe ſapientis. Hinc Aſſenſus, pro conſenſu. Auguſti. Quæ ſingulari tuo aſſenſu, mundo ſuccurriſti perdito.

Aſſentor, aris, ſignificat inſidioſe, & conciliandæ alicuius vtilitatis gratia effuſius, & plerunque falsò quempiam laudo. Et proprie aſſentamur voce, adulamur geſtu, blandimur tactu.

Aſſequor, pen. cor. proprie ſignificat iuxta ſequor. Liuius lib. xxxvii. Tantum moratus dum Eumenes cũ claſſe aſſequeretur Samum petere intendit. Vide in dictione Reuolo, autoritatem Ciceronis, Quãdoq; ponitur pro acquiro, obtineo, ut, Aſſecutus eſt maximas dignitates. Quandoq; pro æquo ſiue attingo. Cicero, Nullam partem uidear tuorum meritorum aſſecutus.

Aſſera, tabulæ ſectiles dicti ſunt ab aſſidendo, quòd admoueantur hæreantq́ parietibus, trabibusq́. Huius nominatiuus ſingularis ẽ Aſſis, aſſeris. ſicut puluis, pulueris. Plin. Vernisq́ aſſeribus contabulare pauimenta oportet. Hinc Aſſo, as, de quo infra. Palladius fœminino genere uſus eſt, quum ait. Aſſerea quernæ cum æſculeis non miſceantur. Aſſerum ſtructuram coaſſationem vocamus, & à tabulis tabulationem. Interdum Aſſeres accipiuntur pro lignis quibus utebantur lecticarii. Suetonius in Calig. Ad primum tumultum lecticarii cum aſſeribus accurrerũt. Huius diminuti. Aſſerculi, de quo exemplum habes in dictione Aſpero, ras. Dicitur & Aſſis, is, pro eodẽ vnde & diminuti. Aſſiculus. Columella libro ſeptimo. Aſſibus roboreis compingitur ſolum, nec exire alia parte prohibentibus aduerſis aſſiculis. Varro, Aut ex aſſibus dentatis cũ orbiculis, quod uocant ploſtrum pœnicum, in eo quis ſedet ut agitet quæ trahunt iumenta. Hinc fit Aſſula diminutiuum.

Aſſero, ris penultima correpta, aſſeui, aſſitum, iuxta ſemino, vel iuxta planto. Cato de re Ruſtica, Arbores facito, uti bene maturatæ ſint, viteisq́ uti latis mulæ aſſerantur, & ſic ubi opus erit, de arbore deiiciantur.

Aſſero, ris, aſſerui, aſſertum, ſignificat affirmo, adprobo. Hiero. ad Dama. Primum .n. aſſerunt eius fuiſſe peccatum, q non recte diuiſerit. Interdum ſignificat adproprio, attraho, uendico. Liu. lib. iii. M. Claud. clienti negocium dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret. Idem ibi, Quum repelleretur aſſertor virginis à globo multorum. Vbi Aſſertor ſignificat illum clientem decemuiri, qui virginem aſſerere volebat in ſeruitutem. Aſſerere manum veteres dicebãt comprehendere, quum eam prehendebant in libertatem. Hinc Aſſerere etiam pro tueri, ac liberare, ſeu

In libertatem reſtituere accipitur. Pli. Marco ſuo cō
mendabat memoriam ſuam, orabatq́ ut ſe ab iniu-
ria obliuionis aſſereret. Et Aſſertor, defenſor, & qui
in libertatem vendicat, ſeu reſtituit. Martialis,

Aſſertor uenias ſatisq́ præſtes.

Quemadmodum Deſertor, qui patriam indefenſam
reliquit, & quaſi proditor eſt. Idem,

Qui loquitur Curios aſſertoresq́ Camillos.

Aſſertio, affirmatio. Cc.

Aſſeſſor, nomen uerbale, ab aſſideo, cuius officiū eſt
aſſidere præſidi, atq; conſulere in cauſſis, cognitio-
nibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis,
epiſtolis.

Aſſeſtrix, fœmin. uerbale ab aſſeſſor, quæ iuxta ſedet,
vt, da mihi ſedium tuarum aſſeſtricem ſapientiam.
Nā verbalia fœminina ſi formētur à ſupinis in ſum
deſinentibus, aſſumunt t, quum alia ſine t, formētur
ut lectū, lectrix, amatū, amatrix, curſum uero curſ-
rix, eſum eſrix nemo dicit, ſed iungitur t, ut expul-
trix, tonſtrix, aſſeſtrix.

Aſſeruo, uide in dictione Seruo.

Aſſeuero, as, à ſeuerus deducitur, & eſt Aſſeuerare ꝓ-
prie inter ipſa argumenta, probationesq́, vim ani-
mi, motumq́ quaſi quādam ſeueritatem admiſcere.
Quinti. Altera ex aſſeueratione probatio eſt. Ego
hoc feci, tu mihi hoc dixiſti. Aliquando ponitur ꝓ
ſimpliciter affirmare.

Aſſideiæ, menſæ ad quas ſedentes flamines ſacra
faciebant.

Aſſideo, es, penul. corre. uide in Aſſido.

Aſſido, is, & aſſideo, es, ambo habēt pen. cor. amboq́
actiua, & aſſedi, aſſeſſum faciunt, quorū etiam reli-
qua tempora ſic ſimilia ſunt, vt non facile dignoſcā-
tur, ſicut in imperatiuo, quū vtrunq; aſſide faciat.
Differunt tamen inter ſe, ꝙ aſſido fit, quaſi aſſiſto, aſ
ſideo, quaſi aſto. Aſſido ſemper cū motu eſt, & de lo
co ad locū quandoq; tendit, ut inquiete ſit, ut ſi qs
eat, ut ſedeat, moretur, hæreat, qeſcat, ſiue ſtet apud
aliquid. Aliquando etiam cum paruo motu, ut quū
quis in pedes erectus eſt, ſi ſe ſeſſum apud aliquem
ponat, hunc aſſidere tertiæ coniugationis dicimus.
De loco ad locum. Terent. in Heaut. exemplū ponit
ubi Menedemus propter filii abitum anxius Chre-
meti ait, Domum reuertor mœſtus, animo perturba-
to, atq; incerto præ ægritudine aſſido, accurrunt ſer
ui, ſoccos detrahunt. De ſtantibus vero in pedes, Sal
luſt. de Cicerone in Senatu orationem quum habu-
iſſet, inquit, Sed vbi ille aſſedit Catilina, vt erat pa-
ratus ad diſſimulanda omnia, demiſſo uultu, uoce
ſupplici poſtulare à patribus, ne quid de ſe temere
crederent. Cice. in fragmento Academicorum. Et ſi
uis aſſidamus inquam, ſi uidetur, ſanè iſtud quidē
inquit, ſum enim admodum infirmus. Aſſideo à ſit
quaſi iuxta ſedeo, ſine motu, & in loco ſemper eſt,
aut hærens, aut ſedens apud aliquid Hieronym. ad
Aug. Dū enim languēti multo tempore aſſidemus.
Cice. pro Plancio, Huic aſſident, pro hoc laborant.
Plaut. in Rud. Vt fortunati ſunt fabri ferrarii, q apū
carbones aſſident. De his duobus aſſide in impera-
tiuo facientibus, hoc erit exemplū. Duo hic ſumus,
ego ſedeo, & dico Platoni non ſedenti, aſſide, tū ab
aſſido eſt. At ſi ambo ſedem⁹, & Plato aſſurgere cui
piam uelit, nolimq́ ego ut aſſurgat, dicamq́ ei, aſſi
de, tunc ab aſſideo fit. Et licet ſedeo neutrū ſit, aſſi-
deo tamen actiuū eſt ſecundum Priſcian. Nam Aſſi-
dror facit paſſiuū. Salluſt. lib. iiii Hiſto. Amiſſumq́
aſſideri ſine prælio audiebat. Verum Cicer. & Hier.
cum datiuo iunxere, ſicut modo monſtratum eſt.
Similiter. Plin. libr. xxxiii. Nos uidimus Agrippinā
Claudii principis, edente eo naualis prælii ſpecta-
culum, aſſidentem ei indutam paludamento auro
texili ſine alia materia. Aſſido etiam tertiæ coniuga
tionis. Salluſt. in Iugur. cum adcuſatiuo iunxit. Sed
Hiempſal qui minimus ex illis erat, natura ferox, &
antea ignobilitatem Iugurthæ deſpiciens, Atherba-
lem dextra aſſedit, ne medius ex tribus (quod apud
Numidas honori ducitur) Iugurtha foret. Videtur
ꝙ aſſedit ſignificet, iuxta ſe ſedere fecit. Sed alio
modo actiue capitur, ſicut ſi dicamus. Hiempſal A-
therbalem dextra adiit, ita Hiempſal Atherbalem
dextra aſſedit, dictū eſt, ꝙ ita ſoluendo clareſcit.
Hiempſal ad Atherbalem. i. iuxta Atherbalē dextra
ſedit. Sic etiam fit in illo Sallu. exemplo. Aſſideri ſi
ne prælio audiebat. i. iuxta oppidū amiſſum ſederi
audiebat. Hoc etiam oſtenditur in Obſideo & Cir-
cunſideo, ſi ſoluantur, ut obſideo pōtem, ſignificat
ſedeo ſiue ſto circum pontem. In obſido quoq; &
circunſido fit ſecundum vim præpoſitionum, ut ſu-
pra dictum eſt in Sallu. Oppidum circūſedit. id eſt
ſedit circū oppidū. Sed quia ſido actiuū, ſedeo vero
neutrum, ideo inter ea quæ à ſido, & ea quæ à ſedeo
componuntur, quamuis in ſignificatione differant,
hoc etiam intereſt, ꝙ in his quæ à ſido componun-
tur, ſi præpoſitionis eorum ſolutio fiat, omnino cō
ſtructio remanebit actiua, quia tunc ſido adcuſati-
uum in ſe incluſum gerit ſubaudiendum, per tranſla
tionem reciprocam, quod non fit in compoſitis à
ſedeo, etiam ſi actiua erant, ut eſt aſſideo, obſideo,
quòd ſi præpoſitionem ſoluimus, Amiſſum oppi-
dum aſſideri audiebat, erit ſederi iuxta amiſſum op
pidum. Hic nullus adcuſatiuus incluſus ſubaudien-
dus exiſtitur, quia ſedeo neutrum eſt, & iuxta vim ꝓ
poſitionis adiungitur & quieſcit. In aſſido ſi ſolua-
tur præpoſitio, alius adcuſatiuus expoſcitur, quo-
niam à ſido actiue cōponitur. ut, Hiempſal dextra
Atherbalem aſſedit. i. iuxta Atherbalē dextra ſe ſeſ-
ſum locauit, vel dextra iuxta Atherbalē ſe ſtatuit.

Aſſiduus, ab aſſideo. iugis, continuus, quòd in ea re
quam quis frequenter agit conſediſſe videatur. Vn-
de aſſiduitas, diligentia, & econtrario Reſides dicū
tur ſegnes & ocioſi. Aliquando Aſſiduus dicitur fre
quens, & Aſſidue frequenter. Vergil.

Aſſidue ueniebat

Aſſidui etiam dicebantur, qui locupletes erant, & fa
cile quum id tempus poſtulabat munera populo ꝓ-
ſtabant. Cicero in Top. Lex Elia iubet vindicem aſ-
ſiduum eſſe. Et aſſiduus qui aſſe ſuo, id eſt, ſua pecu
nia & ſine ſtipendio militabat. Et tunc ab aſſe, id eſt

ęre dando deducitur.

Aſſigno, vide in dictione Signo.

Aſſilio, lis, penultima correpta. ex ad & ſalio, ſignificat inuado, adgredior.

Ouidius libro. 11. Metamorph.

Quum ſæpe aſſiliuit defenſæ mœnibus vrbis.

Et Aſſilire dr̃ de aīalibus maribus, quū fœminas ineunt. Col. lib. vii. Nam niſi prius ea marem conciuit aſſilientem, admiſſarium calcibus proturbat.

Aſſipondiū, vnū pondo, q̄ id erat libræ pōdus. Cc.

Aſſis, is, tabula ſectilis. Plin. Vernisq; aſſibus cōtabulare pauimēta oportet. vide ſupra ī dictiōe aſſeres.

Aſſiſia, apud Mileſios Pallas uocabatur. Cc.

Aſſiſto, is, ſignificat pſītem me exhibeo. Ter. in Adel. hic pp̄ hunc aſſiſte. Aliqñ ſigſiat patrocinari, quod priſci adeſſe & ſupeſſe dicebāt. Sic. n. elegāter dicimus, tibi adſū, & tibi ſupſum, p eo q̄d eſt aduocat⁹ ſum, cāmq; tuā defendo. Reliq̄ vide ī dictiōe Siſto.

Aſſius, a, um, poſſeſſiuum, vt lapis aſſius, qui perperā thaſius apud Plinium legitur.

Aſſo, as, tabulo, à quo Coaſſo, pro contabulo. Victru. Quum aſſatum fuerit, ſuper altera coaſſatio ſtruatur, clauisq; fixa, duplicem præbeat contignationi loricationem. Plinius, Neceſſarium binas per diuerſas coaſſationes ſubſterni capita earum, præfigi clauis, ne torqueantur. Eſt & aſſo, as, pro torreo. à quo Aſſatus. ut de diuo Laurentio. Aſſatus ſum iā uerſa & manduca. Plautus th in Muſtel. Aſſus dixit. Ne faxis. Nā elixus eſſe quàm aſſus ſoleo ſuauior.

Aſſono, as, penultima correpta. vide in Sono.

Aſſos, ciuitas Troadis, arte & natura munita. De qua eſt illud Stratonici dictū. Qui celeri paſſu Aſſum it, mortis periculū adit. In ea erat lapis qui ſcindebatur. Plinius, In Aſſo Troadis ſarcophagus lapis fiſſili uena ſcinditur. Ex Aſſo fuit Cleantes philoſophus Stoicus, qui Zenoni ſucceſſit. Altera fuit Aſſos Miſiæ, ut inquit Stephan. Alia in Lycia, in ſublimi loco. Alia in Epyro ignobilis.

Aſſuefacio, vide in Suefacio.

Aſſuerus, ſicut teſtatur Ioſephus, fuit Cyrus Xerſis filius, q poſt Dariū patruū, Perſidis rexit imperiū. Hūc Cyrū dixit Artaxerſem apud Græcos uocari, q lōgimanus cognominatus, regnauit quadraginta annis.

Aſſuetudo, conſuetudo. Cc.

Aſſuetus, uſitatus. ab Aſſueſco. cis.

Aſſula, diminutiuum ab aſſis. tabella. à quo fit aduerbiū Aſſulatim, q̄d eſt minutatim Plau. Priuſquā pulſādo exitiū foribus aſſulatim dabo. Idē in Menæ. Faciā quod iubes, ſecurim capiā ancipitē, atq; hūc ſenem exoſſem reddā, dedolabo aſſulatim uiſcera.

Aſſumo, mis, pen. prod. modo ſignificat accipio. Cic. Neq; id onus Inuitus adſumpſit. Modo nimium tribuo. Idem, Si id mihi adſumo, videor id mihi meo iure quoddam modo vindicare.

Aſſuo, vide ſuo.

Aſſur, Iudææ ciuitas quam ædificauit Salomō. Quo nomine dictus eſt filius Sem. Gen. x. Interpretatur inſidians, ſiue beatus, aut aſpiciens, vel gradiens.

Aſſurgo, quod eſt erigor in alicuius honorem offici vel beneuolentiæ cauſſa, & datiuo iungitur. Verg.

Vtq; uiro Phœbi chorus adſurrexerit omnis.

ſcilicet honorem fecerit. Aliquando Aſſurgere ponitur pro cedere. Auſoni.

Aſſurgit Muſæ noſtra Camœna tuæ.

Aliquādo ſumitur ſimpliciter p erigere ſiue creſcere. Colu. lib. ii. Collem molliter aſſurgentem, montem ſublimem & aſperum, ſed nemoroſum & herbidum maxime probauerunt. Verg. lib. iii. Geor.

Sed iacet aggeribus niueis informis & alto
Terra gelu late ſeptemq; aſſurgit in ulnas

Aſſus, a, um, q̄d eſt torrefactū, quod igni aſſudeſcit. Sudando enim aſſum diſtillat calorem. Vel dicitur Aſſum, quaſi ſolum, quemadmodum merū, ſolum dicimus, quoniam in opſoniis ſine pigmento ſaporis alieni, aſſæ carnes inferebantur. Vnde etiā Aſſa, voce veteres dixerunt ſola voce linguæ tantummodo aut vocis humanæ, non admiſtis aliis muſicis concentibus. Varr. In cōuiuiis pueri modeſti, vt cātarēt carmina antiq, in qbus erant laudes maiorum, & aſſa uoce, & cum tibicine. Cato de liberis educandis. Melos autem in cantibus eſt bipertitum. Vnum eſt quod eſt in aſſa voce, alterum quod vocant organicum. Feſt. interpretatur aſſa, cantum tibiarum.

Aſſyria, regio aſiæ maioris, quæ nunc Syria dicitur, habens ab Ortu Indiam, ab Occaſu Tygrim fluuiū, à Meridie mediam. à Septentrione Caucaſum. vnde Aſſyrii, qui poſtea Syrii & Syri. Hanc Porphyrio & acron volunt prius dictam Syriam, poſtea vna addita ſyllaba aſſyriā vocitatam. Alii quadripartitam faciunt diuiſionem in Syrios aſſyrios, Leucoſyrios, & Cœleſyrios. Plin. duplicem Syriam aſſignat. Vnam Palæſtinam, alteram antiochiam. Dicta eſt autem aſſyria (vt docet Aug. libro decimoquinto de Ciuitate Dei) ab aſſur filio Sem.

Aſt, coniunctio ponitur modo pro ſed, modo pro atq;, modo pro ergo, modo pro tam, modo pro tū, modo pro quum.

Aſta, ciuitas æſtuaria, inter ſacrum promontorium & Herculeas columnas. Et aſta in Liguria vrbs, nō longè à Nouaria diſtans. De hac Claudianus,

Nec plus pollentia rebus
Contulit Auſoniis aut mœnia vindicis aſtæ.

Meminit & Plinius libro trigeſimoquinto, Cū aſpiratione vero aliud ſignific.

Aſtabores, vnum ex Nili alueorum cognominibus, leui aluei ſcilicet. hoc eſt, ramus aquæ venientis è tenebris. Cornucop.

Aſtages, nomen proprium fluuii in mare defluentis.

Aſtaothia, uxor fuit Tlepolemi, quam ex Ephyra Peloponneſi orbe rapuerat. Cc.

Aſtaphis, ſiue Staphis. uua paſſa dr̃, & uitia cauliculis nigris rectis foliis labruſcæ, fert folliculos uerius quā acinos uirides, ſimiles ciceri, in his nucleū triāgulum, matureſcit cū uindemia. ἀσταφὶς Græce. Cc.

Aſtapus, ſignificat aquam è tenebris pfluentem. Cc.

Aſtaroth, antiq; ciuitas Og, regis Baſan, in qua habitauerūt gygātes, & poſtea cecidit ī ſortē tribus Manaſſæ, regionis Bethaniæ. Sunt aūt duo caſtella in

Bethania, hoc vocabulo nouem inter ſe milibus ſeparata, inter aderam & abellam vrbeis.

Aſtarte, Syriorum numen erat, ſed non aliud, quàm Veneris fortaſſe, aut Iunonis, quàm ſacræ literæ. Aſtarcten. Sydoniorum Deam vocát. Cui Salomon rex vni pallacarum ſuarum obſequi volens, altaria condidit.

Aſteiſmos, Latine vrbanitas, & eſt tropus multiplex numero: æq; virtutis. Nam aſteiſmos putatur quicquid ruſtica ſimplicitate caret & faceta ſatis vrbanitate expolitur. vt apud Verg.

Qui Bauium non odit, amat tua carmina Mæui.

id eſt pro pœna ei contingat, vt diligat Mæuium peiorem poetam.

Atq; idem iungat vulpes & mulgeat hircos.

id eſt faciet ea quæ contra natura ſunt. Nam ἀστεῖος vrbanus ἀστεΐζομαι urbanus ſum.

Aſter, ſtella vna, & nomen ciuitatis. Sciendũ quòd in aſter, a, um, terminata nomina, imitatiua ſunt. ut paraſi-aſter, qui imitaſ paraſitum, philoſophaſter, qui eſt philoſophorum imitator. Cic. Olno ſolet eſſe fuluiaſter. Surdaſter diminutiuũ dicitur is, q eſt aliquã tuiũ ſurdus. Similiter recaluaſter, qui non eſt toto capite caluus, ſed ſola fronte. Catulaſter, non paruũ catulum ſignificat, ſed ipſum catulum. Pullaſtra, non paruam pullam, ſed paruam gallinam. Pullaſter. nõ paruũ pullum, ſed ipſum pullum. Filiaſter, quo quidam utuntur pro priuigno, non paruũ filium, ſed q eum imitatur, ſic filiaſtra. Oleaſter, pinaſter, menthaſtrum, ſiliquaſtrum, q ſylueſtria ſint, oleam, pinum, mentham, ſiliquamq; imitantia.

Aſteria, æ, & aſterie, es nomen Latonæ ſororis proprium. Eſt & aſteria Deli & Rhodi inſulai ũ nomen. ſignificat & gemma, incluſam quàdam lucem, pupillæ modo continentem, & oppoſita Soli, radios ſegerit candicanteis. Cc.

Aſterias, auis ex genere ardearum, à fulgore aſtrorum. Cornucop.

Aſtericum, herba, quæ & ſiderites dicitur, naſcens in tegulis, parietibusq;, folio ſimilis ozymo.

Aſteriscus, ſeu aſteriſcus. dimin. ab aſter, ſignũ eſt ad paruæ ſtellæ ſimilitudinem, quo utimur quũ aliqd in ſcribendo omiſſum eſt. Hieron. Qui editioni antiquæ Theodotionis miſcuit aſteriſco & obelo.

Aſterion, fluuius Achaiæ. Stati. lib. iiii. Theb.

Quum dixit & æquia fluctibus aſterion.

Fuit & nomen urbis.

Aſthmaticus, eſt h, anhelus & ſuſpirloſus dicitur. ἆσθμα, anhelitus, anxietas, reſpirandi difficultas, quũ ſpirare ſine ſono & difficultate qſpiam non poteſt.

Aſtigi, ciuitas Bethicæ à qua aſtigianus ager.

Aſtipulor pen. corr. uide in dictione Stipulor.

Aſto, as, aſtiti. aſtitum, & aſtatũ ſignificat præſens aut firmus, ſeu erectus ſto. Plaut. in Capt. Ego miſer uix aſto præ formidine. Idem in Ciſt. Adoleſcens aſta atq; audi. id eſt, ſta fortiter, atq; expecta. Et in Caſ. Stultus contriui diem, dum aſto aduocatus cuidam cognato meo. Interdum ſignificat ſimpliciter ſto. Vergilius, Arrectisq; auribus aſtant.

Interdum ſum, quum de rebus loquimur, quæ cadere non poſſunt, ut quum dicimus, terram aſtare.

Aſtomi Indiæ populi ſine ore, anhelitu tantum uiuentes, & odore,

Aſtræa, cum diphthongo, aſtræi ex aurora filia, ſecũdum aliquos Icari ſecundum aliquos Iouis & Themidos. & ponitur pro iuſtitia. Ouid.

Vltima cœleſtum terras aſtræa reliquit.

Quòd ideò fictum eſt, q illis temporibus aſtræus princeps eſſet, & propter eius æquitatum eius filia iuſtitia dicta ſit, vt ſcribit aratus.

Nam quum adhuc terras habitaret,

Nondum veſanos rabies nudauerat enſeis,

Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota.

Sed poſtea creſcentibus vitiis, euolauit in cœlum.

Aſtragalizo, as, talis ludo, & aſtragalizõtes à Plinio dicuntur talis ludentes.

Aſtragalus, pen. correp. Latine talus, ludus & pedis, ſiue iuguli coniſictura. vt eſt apud Homerũ libro decimo, Odyſſ. qui ſcribit Elpenora lapſu ſcalarũ exanimatum eſſe quũ fregiſſet aſtragalon. id eſt, iuguli coniſicturam. Tamen apollonius in argonau. ponit pro ludo qui vulgariter dicitur zoni, ſcilicet in lib. tertio pagina iii. Suidas ait eſſe ſpondylon τοῦ τραχήλου. quinetiam in ædificiis columnarum ponitur à Victruuio, quum ait. Aſtragali faciendæ ſunt octauæ partis. Inter herbas à Plinius, Sunt & Aſtragali tali, qui taxillorum gerũt effigiem, qui homini negantur eſſe.

Aſtraie quod ad aſtra pertinet. Vnde aſtraiia fata, dicta ſunt ab Auguſtino lib. v. Ciuitate Dei.

Aſtrapæus, dictus eſt Iupiter ab aſtrape, quæ eſt coruſcatio.

Aſtreus, cum diphthongo fuit vnus ex Titanibus, qui contra Deos arma ſumpſit. Ouid. lib. v. Meta.

Occidit, & Celadon, Mendeſius. occidit aſtreus.

Ferunt hunc cum aurora concubuiſſe, ac ex ea ventos generaſſe.

Aſtringo, proprie iuxta ſtringo, vnio coniũgo. Colu. lib. iii. Quũ omneis ſurculos, quos arbor patietur dimiſeris, lib. vimi vel vimine arborem aſtringito.

Verg. libro primo Georg.

Seu durat magis & venas aſtringit hiantes.

Per tranſlationem aſtringere ponitur pro obligare, & ſic ſeruitudo ungitur, ſicut Gellius notauit Sabinũ ſcripſiſſe, Qui alienum tacens lucri faciendi cauſſa ſuſtulit, furti aſtringiſ, ſiue ſcit cuius ſit, ſiue non ſcit. Quandoq; pro promittere quia vincula fidei dicuntur. Terentius in Eunu.

Meam aſtringo fidem.

Hinc aſtrictorius, a, um, quod aſtringit. Plinius, Folia aſtrictoriam vim habent.

Aſtrios, gemma cryſtallo propinqua, quæ ſi aſtris opponitur, fulgorem eorum rapit & regerit. Cc.

Aſtroites, gemma quæ oculis piſcium ſimilis eſſe perhibetur.

Aſtrolabium, inſtrumentum, ex quo aſtrorum motus colliguntur. ἐξ τῶν ἀστρων, καὶ λαμβάνω. id eſt, ex aſtris & ſumo.

Aſtrologia cum accentu in penultima.aſtrorum ſermo vel ratio. Aſtrologia de curſu aſtrorum loquiť. Aſtronomia de iudiciis ad vitam fortunamq́ pertinentibus. Hinc aſtrologi, & aſtronomi, qui aſtrorum ſcientiam profitentur.

Aſtronomia, cum accentu in penul. aſtrorum regula. νόμος Latine & lex regula dicitur.

Aſtrophe, vna ex Pleiadibus. Cc.

Aſtrum, Latine ſidus, quod conſtat ex pluribus ſtellis, quæ aliquod ſignum componant. vt Gemini Libra, & huiuſmodi. Dictum aſtrum ab ἀστράπτω, quod eſt fulgeo.

Aſtruo, is, iuxta ſtruo, & ædificium ædificio iungo, fortifico. Columel. libro primo, Nam quum veteri aſtruitur recens ædificium, quaſi ſurgenti reluctans oneri cedit. Ambroſius. Nec putauit ortus ſui fidem matris iniuriis aſtruendam. id eſt, firmandam. Hinc per tranſlationem aſtruere pro afirmare ſumitur. Hieronymus, Quamuis nonnulli aſtruere velint, eam iam reſuſcitatam & beatam cū Chriſto immortalitate veſtiri.

Aſtu, generis neutri. vt cornu. pro ciuitate athenienſi quam ἄστυ vocabant. Sed à Latinis mutatur y. in v, & fit aſtu, vt inquit Priſcian. Terent. in Eunu. An in aſtu venit? Probus Aemilius in alcibiade, Poſtquam aſtu venit, concione aduocata verba ſic fecit. Hinc aſtutiæ, aſtus. Aſtuti, quoniam q in vrbibus degunt, callidiores ſunt in agro degentibus. Interdum aſtu aduerbialiter pro aſtute ponitur. Terētius in Eunu. Quod ſi aſtu rem tractauit, Dii voſtram fidem, quantam & quā veram laudem capiet Parmeno. Apuleius nomē poſuit, quū ait, Vlyſſi aſtu deſerti ſunt.

Aſtur, quod ab aſturia eſt. Mart. de aſturconibus,

Hic breuis ad numerū rapidos qui colligit vngues,
Venit ab armiferis gentibus aſtur equus.

Aſtura flumen, & oppidum maritimum in Latio. Plinius libro tertio. Antium (inquit) colonia, flumen aſtura & inſula. Et libro trigeſimo ſecundo, Tenuit & noſtra memoria nauim Caii principis ab aſtura antium nauigantis.

Aſturcones, equi ab aſturia oppido Hiſpaniæ, ita adpellati, qbus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt. Plinius libro octauo cap. xlii. In Hiſpania aſturiam gignere Thieldones vocatos, equini generis, qui quoties minori forma ſunt, aſturcones dicuntur. Sylius,

Hiſparuus ſonipes neq; matri notus ad idem,
Aut inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo,
Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo.

Talem greſſum Græci εὐδρομεν vocant, à bonitate curſus. Latini dicunt tollutarios equos, à tollendis pedibus & glomerandis. Ab aliquibus etiam ſtura dicitur. Vnde Feſtus. Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam aſturam vocant.

Aſturia ciuitas in Hiſpania, in qua aſturcones equi gignuntur.

Aſtutus, ſiue aſtus. ab aſtu vrbe, cautus diciť, in qua qui aſſidue verſati ſunt, cauti fiunt. Vel aſtutus, quaſi arte tutus, vt inquit Feſt.

Aſtyages, nomen proprium regis aſſyriorum.

Aſtianax nomen filii Hectoris ex andromacha, quaſi tutator vrbis, acty enim vrbis, anax tutator, ſiue rex.

Aſtyllus, nomen proprium curſoris crotoniatæ, qui ter Olympia vicit, meminit eius Plato in legibus, qui eum non tam curſu, quàm perpetua virginitate clarum prædicat.

Aſtypalæa, inſula in mari ægæo. Oui. lib. ii. de arte,

Cinctaq; piſcoſis aſtypalea vadis.

Aſula, per ſimplex ſ, oppidum in agro Brixiano.

Aſueſtinum, lini genus eſt quod ignibus non abſumitur. Ardent ex eo nappæ in focis cōuiuiorū, & igne exuſtæ magis ſplendeſcunt, quàm ſi aqua lauarenť. de quo copioſius Perot. in Corn.

Aſylum, cum y pſilo. intemeratum templum eſt conſecrationis lege conceſſum, ab à, priuatiua particula, & συλάω, rapio, ſpolio, aufero, violo' vc. Aut (ſicut exponit Serui.) diciť aſylum, quaſi aſiton, quod inde extrahi nullus poſſit, nam in id fugientes tuti erant, nec inde per vim extrahi poterāt. Quod prius athenienſes, pōſt Romulus conſtruxit, inter Capitolium & palatium, in ſacro luco quod Quercetum dicitur. vnde Pedianus, Totus populus Rom. à principio tres fuerunt tribus, Tatienſes vna à Tatio rege Ramnea altera, à Romulo, Luceres tertia, à Lucumone, ſiue à luco, quem lucum aſylum vocauerat Romulus. De hoc Verg. lib. viii.

Hinc lucum quem Romulus acer.
aſylum Rettulit.

Scribit Liuius libro trigeſimooctauo templum apollinis Delii fuiſſe aſylum, atque ſacra templa à Græcis vocari aſyla.

Aſymbolus, qui ſymbolū nō dedit, & ſine collatione acceſſit ad comeſſationem.

Aſymphonia, Latine incōſonātia, ἀσυμφωνία diſcors.

Aſyndeton, ſiue aſyntheton. dici poteſt incompoſitū. ab ἀ, ſine, σύνθετον, compoſitū. Et eſt figura, quū aliqua ſine cōiūctionibus proferunť. vt veni, vidi, vici.

Aſyntheta, Plinius adpellat cryſtalla, quæ pura ſunt & ſine vitio.

Aſyſtaton, genus quoddam philoſophiæ, quod Latine inſtabile, vel incōſtans poſſumus dicere. Hoc Archeſilas introduxit ignorantiæ magiſter, vt ſi nihil ſcire poteſt, neceſſe eſt id ipſum ſciri, q̄ nihil ſciatur. Si autem ſcitur, poſſe nihil ſciri, falſum eſt, quod dicitur, Nihil ſciri poſſe. Sic inducitur dogma ſibi ipſi repugnans. ſeq; diſſoluens.

A ANTE T

At, principium increpationi aptū, & hoc quū aut indignationem, aut dolorem exprimere volumus, vt iræ æſtum, aut querelas ſignificātius oſtendere valeamus. Verg.

At tibi pro ſcelere Terent.
At tibi Dii dignum factis exitium duint.

Quandoq; ſuperiorum dictorum diſcretiuum eſt. vt apud eundē. At mihi ſcrupulus vnus reſtat. Q̄ñq; ſerū differētiā denotat. vt, Scipio eſt bellator, at Cato orator. Quandoq; ponitur pro ſaltem. Ouidius,

Crudeles ſomni quid me tenuiſtis inertem!
At ſemel æterna nocte premenda fui.

Quandoq́ copulatiuum eſt. vt in atq́.

Quandoq; aduerſatiuum. Vergil.

At regina graui iandudum ſaucia cura.

Nam quum æneas quieſceret, regina turbabatur, q eſt contrarium.

At contra, ſignifi. viciſſim, q vulgò dicitur ecõuerſo.

Atabiria, vnum ex Rhodi nominibus, ab atabirio rege ſic dicta.

Atabulus, pen. corr. ventus in apulia. Hort.

Incipit ex illo montes apulia notos
Oſtentare mihi quos torret atabulus.

Ideo atabulus apulus dicitur, tanquam peculiaris. Scribit Porphyrio atabulum ventum eſſe in apulia feruentiſſimum, Græca adpellatione dictum quaſi ἀπὸ τοῦ ἄτην βάλλειν, hoc eſt, nocumentum peſtilentiamq́ inferentem. Nam atabuli flatus, nimio calore apuliæ peſtifer eſt & grauis. Eſt enim frigidiſſimus & ſi flauerit circa brumam, exurit, frigore areſaciens. vt nullis poſtea poſſit Solibus recreari.

Atalanta, ſiue atalantis. Iaſii argiuorum regis filia; virago, & forma & viribus corporis præſtans, q̃ prima apri Calydonij ſagitta vulnerauit. de qua Hierony. contra Ioui. Referunt fabulæ atalantam Calydoniá uirginem, ſemper in uenatibus ſemper in ſyluis, non tumenteis ventres fœminarum, faſtidia q; cõceptuũ, ſed expeditam & caſtam amaſſe virtutem. Eſt & atalanta fons in portu Cyphantarum, dictus quòd ibi uenatrix fœmina ſitu & æſtu languida cõſederit, & petra uenabulo eius percuſſa laticem præbuerit, ſicut ſcribit Pauſanias.

Atalus, pen. correpta nomen Pergami regis, pecunia ditiſſimi, & ſplendida abſidátiq́ ſupellectile. à quo omnia magnifica atalica dicta ſunt. vt inquit Plin, libro octauo. Propertius,

Nec ſit in atalico mors mea nixa thoro.

Fuit & atalus nomen philoſophi.

Atamino, as, pen. cor. vide in dictione Contamino.

Atat interiectio eſt, paulatim percepti atq; intellecti mali. Terentius in Eunu. Atat data hercle uerba mihi ſunt. Ser. in arte. Atat eſt aliquid de improuiſo deprehendentis. Quandoq; eſt interiectio timoris. Teren. in Eunu. Atat mihi homo formidoloſus es?

Atauus, pen. cor. dictus quòd ata ſit aui. id eſt, pater, ut pueri dicere ſolent. uide etiam in auus.

Atax, fluuius ortum habens ex Pyrenæo monte, & infunditur in mare Tyrrhenum, Quidam tamen ſcribut athax per h.

Athechna, id eſt, inartificioſa, quæ non ab arte ſunt.

Ategiæ, dicuntur tabernacula, vel vmbracula, uel magalia, qualia Mauri colũt. Ruffi. in lib. Ioſephi hoc uocabulum uſurpat lib. vii. de bello Iudaico. Quũ ad feſtum diem ueniſſet, quo ategias in honorẽ Dei componi ab hominibus mos eſt.

Atelos, inſula eſt unguẽto nobilis à Callimacho agathuſa nominata. Cc.

Ater, a, um, obſcurum, nigrum. Verg.

Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra,

Plautus, Ita replebo atritate, ut atrior ſit quàm ægyptii. Interdum atrum capitur pro funeſto. Dictũ atrum ab atterendo, q̃ſi quæ atteritur liuorem cõtrahit.

Atramnum, & Teramnum. Theophraſtus p cõctili & incoctili faba accipit.

Atergatis, pen. corr. nomen fuit Deæ. Strabo. Trans Euphratẽ eſt Bambyce quàm Edeſſam & Hierapolim uocant, in qua atergatim Syriam Deam colunt. De hac & Macrob. Cornutus atergatim à Græcis Rhram exiſtimari putat, coliq́ eam abſtinentia piſcium. vnde nomen (ut athenæus autor eſt) q̃ſi ἄτερ γατίδος. hoc eſt Syrorum lingua ſine piſcibus.

Athacus, pen. correp. genus volucris, gradiens ſuper quatuor pedes, longioraq́ retrò crura habens, de quo ſit mentio apud Leuiti.

Athanatos, Græce penultima correpta. Latine dicitur immortalis.

Athenæ, arum, ciuitas Græciæ inter achaiam & Macedoniam, quæ regio dicit̃ ab atthide Cranei filia, athenarum regis, qui Cecropi in regno ſucceſſit. Hic Cecrops primus athenas cõdidit. vnde & Cecropia dicta eſt, poſtea à Mopſo Mopſopia, & ab Ione Xuthi filio Ionia, & à Minerua, athenæ Græci enim Mineruam athenam dicũt, ἀπὸ τῆς ἀθήνης. Tres autem (vt quidam aſtruunt) fuere athenæ, ab vnis athenæi, ab alteris athenienſes, ab aliis athenopolitæ dicti ſunt.

Athenæum, locus erat Mineruæ dicatus, vbi profeſſores ſua ſtudia profitebantur. Iulius Capit. Poſtea vero vbi adoleuit in athenæo, controuerſiis declamauit, audientibus etiam imperatoribus ſuis. Lampridius. ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum rhetorum vel poetarum cauſſa frequenter proceſſit.

Athenæus, nomen autoris coſmographi Græci.

Athenodorus, pen. corr. philoſophus fuit qui auguſto documentum dedit, inquiens, Quũ ira Cæſar te ceperit, nihil prius neq; dixeris neq; feceris, quàm ipſa quatuor & viginti elementa literarum Græcarum tecũ ipſe percurreris, & memoria recenſueris, vt ita concitatio illa quæ momentoſa eſt, mente aliò traducta, parui temporis interiectu, langueſceret.

Atheromata, tubercula ſunt quæ & in ceruice, & in alis, & in lateribus oriri ſolent. Cc.

Atheos, qui negat Deum eſſe.

Atheſinus, penultima producta fluuius effluens è lacu, qui in apennino, eſt ſupra Carnos incumbente, & labitur in Iſtrum.

Atheſis, pen. correp. fluuius qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, & Veronam diuidit, deinde per latas Padi paludes gradiens, non longè à Brundiſio, in adriaticum mare influit.

Athleta, pen. prod. pugil & luctator dicitur. ἀθλεῖν enim certo ſignificat, vel quia Athlos tam certamen quàm certaminis præmiũ ſignificat. Scribit Iuriſcõſultus, athleta, quum virtutis gratia athleticam exerceant, non eſſe ignominioſos. Tria aũt fuerunt apud antiquos athletica certamina, videlicet curſorum, pugillum, & luctatorum. Iulius autem Pollux libro quinto cuius ordinem imitatus eſt Perottus. τῶν δὲ ἀγώνων οἱ μὲν γυμνικοί, οἱ δὲ καλούμενοι σκηνικοί,

ἃ ὀνομάζουσι διονυσιακά τε καὶ μουσικά, οἱ δὲ ἀττικοὶ οὐ ῥᾳδίως λέγουσιν ἀγῶνας μουσικούς, ἀλλὰ μουσικὸν καὶ ἀθλητικὸν παλαιὸν ἦν. id eſt, Certaminum quædam gymnaſtica, quædam vocantur ſcenica, quædam nominantur dionyſiaca & muſica. quæ vero Attica non facile dicunt certamina muſica, ſed muſicum & athleticum vetus erat.

Athletica, abſolute dicitur pro arte certandi, de qua dictum eſt à ſuriſc. Nam Athleticus, a, um, adiectiuũ eſt, ut athletica certamina.

Athlotheta, certaminũ iudex, quo uerbo vtitur Suet.

Athos, & Athon, mons inter Macedoniã & Thraciã altitudinis mirandæ, ut uſq; ad inſulam Lemnõ, vmbram porrigere dicatur. Fuit & nomen gigantis, à quo mons nomen habet, habens in cacumine oppidum Acroecon. Vergilius,

Quantus Athos, aut quantus Eryx.

Athrax, fluuius Aetoliæ, à quo Athraces populi. Eſt & hoc nomine (ut teſtis eſt Strabo) vrbs in Theſſalia. Et Athràx, pater Hypodamiæ, qui primus artem magicam apud Theſſaliã conſtituit. Hinc ars Athracia, pro magia dicitur à Papinio, quoniã ait, Athracia rubet arte labor.

Athyrs, huius athryis, fluuius eſt Thraciæ in Iſtrum fluens.

Atimus, ignobilis, & ſine honore.

Atina, penultima producta, ciuitas iuxta Põtinas paludes. dicta à morbis, q Græce ἄται dicũtur, quos paludis vicinitas creat.

Atiſcoti, populi Britannici.

Atizoe, gemmæ ſpecies argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figurã odoris iucundi. Cornucopiæ.

Atlanticæ, Inſulæ, quas beatas uocant, duæ quidem hæ ſunt paruo inter ſe diuiſæ mari, decem milibus ſtadiorum à Libya diſtanti. Imbres illic rari, mediocresq;, uenti autem plurimum ſuaues ac roriferi. Solum uero pingue, nec arari vllo modo, plantari'ue, ſed etiam ex ſe abſq; ullo humano ſtudio, fructum producit, dulcem quidem & ocioſam multitudinẽ nutrire ſufficientem. Aer ſyncerus ac temperatus & mediocri mutatione per tempora contritus. Nam qui à terra perflant venti, Boreasq; & Aquilo propter longinquitatem uaſta & inania incidentes ſpacia fatigantur, & deficiũt priuſquam ad eas Inſulas peruenerint. Qui vero à mari perflant, argetæ & zephyri refrigerantes raros quidem & temperatos imbres ex pelago adferunt. Plurima vero per humiditatem aëris cum ſumma facilitate nutriunt, vt etiam apud barbaros increbuerit fides ibi Elyſios campos eſſe, & beatorum domicilia ab Homero decantata.

Atlãtides. Vergiliæ dictæ ſunt. Atlas.n. ex Pleione Oceani filia (ut ait Higynius, ut alii Deucalionis) habuit vndecim filias, quæ uno vocabulo Atlãtides dñr. Verum quinq; ex his Hyades noĩatæ, à fratre qui fuit Hyas, q à ſororibus plurimũ dilectus eſt, reliq Pleiades, à mře dictæ Vergiliæ dñr, q eæ Vere exoriuntur. Alexander ait Hyadas dictas, quia fuerunt filiæ Hyſei ex Bœotia. Et ſunt ſeptem. Vna uero quia Siſypho nupſit, non videtur. Cicero ait Hyadas à pluẽdo dictas. Noſtri Suculas à ſuibus, quoniã ſues luto gaudent, indicant enim pluuias.

Atlas, antis, ſine h. Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cœlum ſuſtinuiſſe dicitur. q primus curſum Solis & Lunæ, ſyderumq; omnium uerſationum rationes vigore animi, ſolertiaq; curaſſet tradenda omnibus. Verg. Perſonat aurata docuit q maximus Atlas. Hic fuit Promethei frater, qui quum mõitus eſſet oraculo, ut caueret à Iouis filio, nullum hoſpitio ſuſcipiebat. Quod Perſeus Iouis filius indigne ferens, oſtendit ei caput Gorgonis, & ſtatim Atlas in montem cõuerſus eſt. Qui mons Mauritaniæ teres & excelſus eſt, ita ut eius cacumen cerni nequeat. Ferè è medio monte nubes incipiunt, hyeme & æſtate niuẽ habent. Columnam cœli indigenæ adpellant. Ab eo populi incolentes Atlantes dicuntur, qui ſoli ſunt anonymi, hoc eſt, ſine nominibus. Nã in uniuerſum Atlantes nominantur, ſingulis nullum proprium nomen imponitur. Solem orientem, occidentemq; dira imprecatione cõtuentur, vt exitialẽ ipſis agriſq;. Neq; inſomnia viſunt, qualia reliqui mortales. Pli. Solinus, Herodotus autores. Ex Atlãte ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. Auguſt. libr. xviii. Ciuita. Dei ſic habet, Frater Promethei Atlas, magnus fuiſſe aſtrologus dicitur, vnde occaſionem fabula inuenit, vt eum cœlum portare confingeretur, quamuis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cœli portatio in opinionem vulgi veniſſe videatur. Plin. ſcribit, atlanta primum inueniſſe ſphæram. Græci aiunt aſtrologiam ab atlante inuentam fuiſſe. Euſebius in Præparatione dicit Enoch & atlantem eſſe eundem, de quo Diodo. lib. iiii. Fertur atlantem aſtrologiæ fuiſſe peritiſſimum, deq; ſphæra primũ inter homines diſputaſſe. Qua ex re viſus cœlum ſuis humeris ſuſtinere, locum præbente fabulis ſphæræ inuentione. Scribunt tamen quidam duos eſſe monteis in Mauritania atlantes dictos. Alterum columnis Herculis viciniorem, alterum interiorem Libyæ. Remotior ab atlante rege in eum cõuerſo dictus eſt, quem cœli columnam nominant. Tres autem atlantes fuiſſe memorantur. Vnus rex Italiæ, & pater Electræ vxoris Coriti. Alter rex arcadiæ, & pater Maiæ, ex qua natus eſt Mercurius. Tertius Maurus, qui dictus eſt maximus. Hic primus nauim conſtruxit nauigauitq;. Sumitur nonnunquàm à poetis atlas pro hominis ſimulachro ſuſtinente columnas ædium, aut ipſum ædificium, ad ſimilitudinem atlantis, cœlum humero torquentis, qui etiã Latino vocabulo Thelamones. Et hi atlantes, plerunq; gibboſi dicuntur, & (vt inquit Serui.) fiunt vt gibboſos imitentur dum onera ſuſtinent, qui interdum compares ſunt interdum auerſi, interdum ſe inuicem ſpectant. Martialis,

Non aliter ridetur atlas cum compare gibbo.

Sunt qui dicant hoc nomine vocari fluuiũ, ab atlante rege arcadiæ dictũ ex Hemo mõte in Iſtrũ defluẽtem. Ab atlas fit atlanticus, ca, cum, & atlãtides patronimicum, & licentia poetica atlantiades.

Atocion, dicitur omnis medicina quæ conceptũ adimit, hoc eſt, ſpem partus intercipit.

Atocius, genus aranei, lanuginoſi, de quo in dictione Araneus.

Atomus penultima correpta, gene. fœmin. tam apud Græcos quàm Latinos, corpuſculum minutiſſimũ quæ τομὴν, id eſt, ſectionem non recipit. Nam atomus, inſecabilis dici poteſt, ab a, particula priuatiua, & τέμνω diuido, ſeco. Unde & Atomi dictæ ſunt, quas Lucretius minutiores dixit eſſe illis corpuſculis quæ infuſis per feneſtram radiis Solis uidemus. Atomus igitur, quæ diuidi non poteſt. Nã (ut Hieronym. ait) punctus temporis eſt, quod ſecari & diuidi non poteſt. Unde Epicurus ſuis atomis mundum ſtruit, & uniuerſa conformat. Sunt etiam Atomi in corpore, ut lapis quũ diuiditur uſq; ad minutiam, quæ diuidi & ſecari non poſſit. Similiter in numeris. Unus dicitur Atomus, qui diuidi non poteſt, τομὴ enim inciſio, a, ſine, quaſi ſine inciſione & diuiſione.

Atos, ſine h, Latine inſatiabilis dicitur.

Atq; coniunctio connexiua eſt. ut,

Genus unde Latinum

Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.

Quandoq; aduerbium, & pro quàm poni ſolet, ut Perſius, Qui tu impunitior exis, atq; hic?

Suetonius in Cæſa.

Velut grauius atq; ipſe ſenſiſſet.

Quandoq; pro celeriter & ſtatim. Verg.

Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

Quandoq; pro feſtine & intrepide. Ennius,

Atq; atq; aſcendit muros Troiana iuuentus.

Quandoq; pro præterquam. Plaut. in Amph.

Neq; ſe Luna mutat quoquã, atq; exorta eſt ſemel.

Atq; & Atq; ſi, id eſt, quaſi uel ita.

Atqui, tota una dictio. ſignificat certe.

Atra bilis, eſt quam Græci melancholiam uocant. nã bilis cholera eſt. uide in dictione Bilis atra.

Atracius, nomen uiri qui primus dicitur artem magicam in Thracia inueniſſe.

Atractylis, herba eſt ex qua mulieres colos faciebãt, quòd ex ea fuſus liquetur. ἄτρακτον fuſum Græci dicunt, ὑλίζειν liquari.

Atramentarium, uaſculum quo atramentum continetur. Hieronym. in Ezech.

Atramentarium ſcriptoris ad renes eius.

Atramentum, ab atro colore dicitur, cuius duo ſunt genera, ſcilicet ſcriptorium quod & librariũ dicitur, & tectorium, à tectoribus quo in ſcribendo & pingẽdo utimur. Eſt & ſutorium Atramentum, quod in inficiendis pellibus ſutores coriarii vſurpant. Vulgò hoc à vitri ſimilitudine, vitriolum nominãt. Plinius libro nono. Effuſo atramento, quod pro ſanguine lis eſt, offuſcata aqua abſconduntur. Idem libro trigeſimoquarto, Græci cognationem æris feceruit nomine, & atramento ſutorio, appellant enim chalcanthum.

Atratus, pe. prod. dicitur q lugubri ueſte indutus eſt.

Atri dies, dicuntur vulgò Aegyptiaci, ab obſeruatrice Aegypto, alio nomine communes.

Atria, urbs, à qua Adriaticum mare. Stephanus, atria Aethruſcorũ à Diomede condita eſt, Aethiuria primo nominata. Hinc & Aethruſcos dictos nonnulli exiſtimant, ſiue ἀπὸ τοῦ τὴν αἴθραν ὁρᾶν, propter auguriorum peritiam, quaſi de cœlo ſeruantes & exercentes æthera. Euſtathius Adriaticũ & ab oppido, & ab amne adpellatum ſcribit.

Atricapilla, auis, eſt ex ficedularum genere. Cc.

Atrici, à Iureconſultis dicuntur, q excubant ad atriũ & ad limina etiam, vocantur & liminarchæ.

Atrienſis, is erat cui credebatur cura atrii.

Atrifer dicitur quoniam ſemen nigrũ ferat, iunci ſpecies eſt. Cornucopiæ.

Atriolum, paruum atrium. Cic. ad Q. Fratrem. Quo in loco te in porticu ſcribere aiunt, ut atriolum fiat mihi, vt eſt, magis placebat, neq; enim ſatis loci eſſe videbatur atriolo.

Atriplex, herba eſt ſylueſtris & hortenſis, frigidæ & humidæ ſubſtantiæ. Aluum mollit, & ictericis prodeſt, ab atro colore (vt quidam aiunt) quòd homines pallidos faciat. Macer,

Atriplicem tritam cum nitro melle & aceto,

Dicunt adpoſitum calidam ſedare podagram.

Adcuſatur hæc herba à Pythagora, quòd hydropicos homines faciat, & regium morbum inducat. Græci antiphraſin dicunt. Atteplexum hanc herbam ueteres dixere. Cornucopiæ.

Atritas, nigredo. Atritatem pro imanitate capi, haud dubie conſtat.

Atrium, prima pars domus, quæ continet mediã areã in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcẽdit, & in qua priſci (ut ait Cato) aperto oſtio epulabantur, ubi etiam pecunias & cætera precioſiora ſeruabãt, ſeruosq; quibus tanquam honoratioribus earũ rerum cuſtodiam committebãt. Atrienſis adpellabãt. Victruuius libro ſexto in vrbe atria proxima ianuis eſſe debent. Dictum atriũ ab atriatibus Hetruriæ populis (vt inquit Varro libro primo de lingua Latina) quia id genus ædificii Atriæ primum in Hetruria ſit inſtitutũ, uel quòd à terra oriatur, quaſi aterrium, uel quòd atrum ex fumo eſſet, propter culinã quia ex fumo culinæ nigreſceret. In atrio enim tria erant habitacula, ueſtibulum, locus ſportularũ, qui & ipſe ſportula dicebatur, ubi præponebantur, eo die quæ dono danda erant, & culina, quanquam ueſtibulum locus ſit ante ædeis. Atrium Græci αὐλὴν vocant, propter quod poetæ quandoq; aulam pro atrio uſurpant.

Atrophi, uocantur qui ab imbecillitate uires uix colligunt. Unde atrophos uocant non conualeſcentes, ab imbecillitate vires vix recolligentes.

Atrophia, ſiue Aſtrophia, ſpecies tabi, qñ corpus non alitur, ſed ſumma macies oritur, & niſi occurratur interemit. Inde Atrophi, qui atrophia laborant.

Plinius libro trigeſimo ſexto.

Eadem datur his, quos atrophos uocant, interpoſitis diebus.

Atropos, pen. cor. imutabilis, quo noĩe dcã ẽ una ex

pardis,ab α, ſine, τρεπω, conuerſio, quaſi ad nullius preces conuertatur. Nam tres dicuntur ſorores quarum una dicitur Clotho, quæ colum baiulat, & filum torquendo ſuper eo filū trahit, atq; colligit. Græci κλώθειν dicunt torquere. Altera Lacheſis, ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, quod eſt ſortiri, nam ipſa net, filumq; ducit. Tertia Atropos, quæ filum frangit. Martia. Lanificas nulli tres exorare puellas

Contigit, obſeruant quem ſtatuere diem.

De his vide diffuſius in dictione Parcæ.

Atrox, aſper, crudelis, quòd q atro uultu ſunt, aſperitatem & ſæuitiam præ ſe ferunt. Sunt qui à Græco id nomen deriuent, quòd illi ἀτρακτα adpellant q̃ cruda ſunt. Siue ab eo, quòd atroces nihil de ſe timeant, τρεῖν enim ſignificat timere. Vnde & pro conſtanti quandoq; ponitur. Horatius,

Præter atrocem animum Catonis.

Hinc Atrocia, & Atrocitas, & Atrociter pro aſpere.

Atrum olus, quod Græci hippoſelinum, & agrioſelinum, id eſt, equi apium, ſiue agreſte apium, Altitudine enim reliquum apium ſuperat.

Attæ, ſunt qui per uitium crurum aut pedum plantis inſiſtunt, & atterunt magis terram quàm ambulent, quod cognomen fuit Quintio poetæ.

Attagen, penultima correpta, generis maſcul. & Attagena, æ, & Attages, attagis, auis Aſiatica, inter nobiliſſimas habita, maxime uero quæ in Ionia naſcitur & inter eſculentiores aues præcipuo ſapore cenſebatur. plin. lib. x. Attagen maxime Ionius celebratur, uocalis alias, captus vero obmuteſcens. quondam exiſtimatus inter raras aues. Hierony. Attagen & ficedula, mulus & ſcarus, in delitiis computatur. Martia. Inter ſapores fertur alitum primus Ionicarum guſtus attagenarum.

Attalica toga, in qua aurum erat intextum, quod Attalum regem in Aſia inueniſſe conſtat, ex quo ſumpſit nomen.

Attauus, uide in dictione Auus.

Attellanæ, fabulæ Latinæ ſunt, quæ ab Attella Oſcorum ciuitate ſumptæ fuerunt, in quibus ridiculæ perſonæ inducebantur, & argumentis dictiſq; iocularibus, reſpondebant ſatyricis fabulis Græcis. Proprie autem Attellanicum, dicebatur exodium. Liuius lib. vii. Iuuentus, hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo, ridicula intexta verſibus factitare cœpit, quæ exodia poſtea adpellata conſertaq; fabellis potiſſimũ Attellanis ſunt, quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit iuuentus.

Attellani, ſiue Attellæ, oppidum Campaniæ, quam nunc Auerſam urbem dicimus propè Neapolim. Cicero Cluuio, Locutus ſum de agro uectigali municipii Attellani, quæ eſſet in Gallia. Hinc Attellani, qui apud Campanos inhoneſtiſſimi erant, quorũ luxuria in ludis nimia erat.

Attendo, is, aduerto, cogito, conſydero, & quaſi animum intendo. Hieronymus ad Heliod. Attendis Petrum, ſed & Iudam conſydera. Aliquando addimus animum, & pro intendo ſumitur. Cicero libr. tertio Offic. Et quum animum attenderis, turpitudinem uideas adiunctam. hoc eſt, animum intenderis, etiã ſi animum non addimus. Terent. in Adelph. Nimiũ ad rem, in ſenecta attenti ſumus. Hinc Attentos dicimus auditores, q ad ea q̃ dicuntur, intendunt aĩum.

Attente, aduerbium, id eſt, animo intento.

Attentio, (ut Speuſippus inquit) eſt intentio animi ad diſcendum.

Attento, as, frequentatiuũ, idem quod tento. Petronius, Dulcibus ac blandis uerbis eius aĩum attentans.

Attenuo, as, ex ad & tenuo, quod à tenuis fit, & ſignificat ſubtilem facio, minuo. Cice. lib. iiii. ad Heren. Defenſoris narratio ſimplicem expoſitionem debet habere, cum attenuatione defenſionis. Et quum ad animum refertur, defectum ſignificat.

Atthis, idis, Cranei filia, à qua regio Attica (ut quidã exiſtimant) dicta eſt, quum prius Actica ab Actæone diceretur, ſiue ab Actæo rege, vt Fauorino & Licophroni placet, ſiue ab ἀκτῆ quod littus ſignificat. quſi ea regio (ſicut ſcribit Strab.) magna ex parte littoralis ſit. Qua voce etiam vtuntur Latini Ver.

At procul in ſola ſecretæ Troadis acta.

In hac ſunt Athenæ & Marathun campus, cum oppido eiuſdem nominis. Atthis quoq; à poetis quandoq; Luſcinia uocatur, quaſi Attica. Mar.

Sic vbi multi ſona feruet ſacer Atthide lacus.

In Attica regione fuerunt Athenæ ciuitas philoſophorum alumna, in qua primus omnium Cecrops regnauit.

Atticiſmos, eſt quædam peculiaris Attici ſermonis elegantia.

Atticiſſo, as, Attice loquor. Plautus, Non atticiſſat, ſed ſiciliſſat.

Atticus, ca, cum, quod ex Athenis eſt, uel quod ad Athenas pertinet. ut regio Attica.

Attigo, ſine n, idem quod attingo, nam ſicut tãgo, ita & tago dicimus. Plaut. in Muſt.

Abſcedite telis ne attigant.

Attiguus, proximus, ab attingendo, ſicut contiguus, à contingendo. Apuleius libro quarto. Contra procliue montis attigui fuga me liberaui. Veteres Attigere, pro contingere dicebant.

Attilus, pen. prod. piſcis ſatis grandis, qui in Pado inertia pingueſcens, ad mille aliquando libras captꝰ eſt, catenato hamo, nec niſi boum iugis extractus.

Attinere, pertinere, decere, conuenire. Ter. in Adel. Iam me ne vis dicere, quod ad te attinet?

Aliquando ſignificat iuxta, ſiue in manibus tenere. Plautus in Capti. Nam ſenex eſt in tonſtrina, nunc iam cultros attinet.

Attingo, gis, attigi, attactum, leuiter tango. minus eſt enim quàm tango, vt inquit Donatus. Teré. in Adelphis, Tetigin' tui aliquid? ſi attigiſſes, ferres infortunium. Aliquando attingere ponitur pro diſcere, legere, ſcribere, & huiuſmodi. Lactant. libr. iii. Græci qui ſacras veritatis literas non attigerant. id eſt, didicerant. Hiero. Quod vtiq; genus docendi nondũ attigeram. i. adgreſſus fueram, ſiue expertus. Verg. lib. ii. Geo. Sin has ne poſſim naturæ attigere ptes. Id eſt, ſcire. Aliquando pro ingredi. Col. lib. primo,

Nec dum ſenectutem attigerit.

Attollo,is,eleuo,erigo. Lactantius lib.vi. Sed eſt potius qui ad alienam felicitatem non attollat oculos opes non admiretur. Liuius, Quumq́; ſe quiſq; attollere ac leuare uellet. Aliquando ponitur pro aufero. Pacuui. Cuſtodite iſtum uos,ne eum quis attollat,ne'ue quis attingat. Aliquãdo pro adfero. Plautus in Caſſ. Quid ſi proprius attollamus, ſigna, ſiamusq́; obuiam? Hoc uerbum facit præteritum attuli. Diomedes, Affero,attuli, quoniam & à fero,tuli dicimus,quanquam & id perfectum quod eſt attuli,ex alio uerbo proficiſci reperimus apud ueteres, ex eo quod eſt attollo.

Attonitus,ſtupefactus,& ꝓprie (ut Cor.Celſus ait) cuius & corpus & mens ſtupet. Seruius, Attonitus dicitur,cui caſus uicini fulminis,& ſonitus tonitruum dant ſtuporem.

Attrecto,ctas,ex ad & tracto. ſignificat manibus tracto,palpo. Hieronymus in Geneſi,
Si attrectauerit me pater meus.

Attribuo,is,impono, committo, aſſigno. Liuius, Cæterorum curam tuendorum C. Flaminio quæſtori attribuit. Cæſar libro vltimo, Noſtri, ſicut ſuperioribus diebus,vt cuique erat locus attributus,ad munitionem accedunt.

Attropatia,regio & pars Mediæ, ab Attropato duce nominata,qui obſtitit ne ea à Macedonibus ſubigeretur. Is poſtea rex declaratus,regionem hanc à Media ſequeſtrauit, cuius ſucceſſores regnũ cõtinuantes,cum Armeniorũ regibus affinitatem cõtraxere.

Attyla,pen.cor. ex Scytharũ genere fuit,qui ſubacta Pannonia Italiam ingreſſus, Aquileiam ſubuertit, & in Germaniam tranſiens plurimas vaſtitates ædidit. Qui domum reuerſus , dum nouis nuptiis operam dat,vino plenus,effuſo è naribus multo ſanguine,ſuffocatus eſt. Nicomachus autem Iſtiæus hiſtoriarum ſcriptor eum deſcribens ait, ὀφθαλμοὶ δὲ αὐτοῦ αἱματηροὶ, ἀλλ' ἀπεσχισμένοι, καὶ μικρὸς ὢν καὶ θώραξ, ὅλος ἑαυτοῦ ἀμφιβλέπων δὲ καὶ τὰ πολλὰ περὶ αὐτοῦ. id eſt,Oculi eius cruenti,ſed diſtantes & paruum pectus, ſic ipſum circunſpiciens, & multa alia de eo.

Atys,huius atys,nomen cuiuſdã Phrygii,& filii Crœſi Lydorum regis,& nomen fluuii. Claud.
Lucus erat propè flumen Atym.
Hunc tũ Acim adpellat Buſta à celeritate q̃ſi ſagittã.

A ANTE V

AV,interiectio eſt conturbatæ mentis.

Auãtici,populi Heluetiorũ,ab oppido auãtico

Auarus, qui auidus æris eſt, & nimiũ pecuniæ cupidus,& ſemper in reprehenſione eſt. Auidus ab auendo eſt,etiam honeſte cupiendo. Salluſt.
Laudis auidi,pecuniæ liberales erant.
Ab Auarus fit auaritia,cupiditas. Auare,tenaciter. Auara terra dicitur,quum id quod in ſe recipit amplìore fœnore non reddit.

Auceps,qui uel quæ aues capit.

Auctio,nomen ab augeo,ſignificat augmentum. unde etiam ponitur pro uenditione quæ fit per augmentum pretii,quum fit publica rerum priuatarum uenditio, q̃ ementem augeat, & uendentem, quum res tradit plus offerẽti. Iuue. Si cõiugis auctio fiat Plau. in Sti. de auctione paraſitica loquens, Nunc auctionẽ (inquit) facere decretum eſt mihi. Auctio uero haſtæ, eſt uenditio publica bonorum eorum qui damnati,proſcripti ue fuerunt. Nam haſtæ ſubiiciebant ea quæ publice uenundabant,ſicut in bello capta. Quia (ut ſcribit Feſtus) ſignum præcipuũ eſt haſta. Inde haſtam Cæſaris refrixiſſe ſcribit Cicero,qui alibi ait, Bis iam vidimus haſtam in foro ponere,& bona ciuium uoci ſubiacere præconis. Suetonius in Cæſa. Ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ minimo addixit. Inde à Tertul. in Apologetico, In haſtario vectigales ſumus.

Auctionarius,qui per auctionem uendit.

Auctionor,per auctionem uendo.

Aucto,as,frequentat. eſt uerbi augeo. Plau. in Am. Et vt res rõnesq́; ueſtrorum o*mnium* bñ expedire vultis pegreq́; & domi bono atq; amplo auctare ꝑpetuo lucro. Huius cõpoſitũ eſt adaucto. Acci. Quibus rẽ ſuam, & pꝛiam nr̃am quondam adauctauit pater.

Auctolius,nomẽ viri propriũ,q ex Mercurio & Lychione natus fertur. Hic genuit Simonem furem.

Auctorius,filius fuit Apollinis, & Cyrenes Penei filiæ. Cornucopiæ.

Auctor,nomen verbale ab augeo, gen.maſc. pro eo qui auget,cuius fœmin. eſt Auctrix. Author uero quem Græci αὐθέντην dicunt,ſine c,ſcribendũ eſt, deriuatur. n. ab αὐτὸς quod,ipſe,iterpretatur,qſi qui autor eſt,per ſe ipſe facit,non ab alio accipit. Figurateq́; per obliquos,ſicut alia verbalia in or deſinentia,neutris adiungitur. Verg. lib. iii. Italiam petiit fatis autoribus eſto. Eſt autem Autor quaſi operis factor. unde poetæ cæteriq́; operum conditores dicuntur Autores. Neq; ſolum qui opus aliquod facit,ſed qui princeps eſt,& primus iubet vt aliqd fiat aut inductor,perſuaſor'ue, Autor vocatur, ut ſiquis populum ad bella concitauit , uel qui concordiam perſuaſit,belli,vel concordiæ autor fuit. Cic. lib. iii. Offic. Atq; huius deditionis,ipſe Poſthumus, q dedebatur,ſuaſor & autor fuit. quaſi dixiſſet ſuaſor & perſuaſor. Item Autor,promiſſor,vt apud Liuium lib. ii. Autores ſumus tutam ibi maieſtatem Romani nominis fore. Item primus propugnator,ſiue defenſor,aut uindex. Idem ibi, Sed ut inuentor legis Volero,ſic Lectorius collega eius autor quũ recentior,tũ acrior erat. Item Autor, cui qs fidẽ hẽt. Idem ibi, Agitatus deinde conſiliis ex omni parte, aſſentiendo multis autoribus trepidauerat. Itẽ primus denunciator. Idem ibi, Hiſdem autoribus cognitũ eſt Equos, Volſcosq́; ſũma vi bellum adparare. Similiter ratificator ſeu adprobator, Autor dicitur. Idem lib. iii. Multiq; erant qui mollius conſultũ dicerent q legũ ab eis latarũ patres autores fuiſſent. Is etiã in quo eſt ius,ptãs,dignitas,nec ab alio pendet,põt dici Autor, à quo Autoritas eſt adpellata. Vnde illud apud Liu. Decreuerũt,ut quũ populus regẽ iuſſiſſet,id ſi ratum eſſet , ſi patres autores fierent. hoc

eſt, ſi autoritatem ſuam interponerent, & ratum haberent. Et Autores ſententiæ, ſunt quorum ſententiã ſequimur. & Autores populi ſunt, in quorum adminiſtratione res eius ſunt. Paul. Etiam ſi non interrogatus tutor ſiue autor fuit, valet autoritas eius, quũ ſe probare dicit, id quod agitur. id eſt, autorem fieri Pompo. Et ſi pluribus datis tutoribus, vnius autoritas ſufficiat, tametſi tutor autoretur.

Autoramentum, ſumitur pro obligatione nexuq́; ac ueluti ſtipendio precioq́; eius qui ſit autoratus, id eſt, obligatus. Cice. libr. i. Officio. mercedem ait eſſe autoramentum ſeruitutis. Vbi Autoramentum capitur pro illa obligatione qua mercenarius accepta mercede cogitur ſeruire. Sene. Ad finem operis magno autoramento labor peruenit, merces, igitur in ipſis mercenariis, eſt autoramentum ſeruitutis, quoniam mercenarii ad tempus ſeruiunt, ut autoramentum. i. mercedem ſeruitutis, præmium conſequãtur.

Autorare, eſt aliquẽ aut ſacramento, aut præmio obligare, & habet to ſyllabam productam.

Autoratus, autoramento obligatus, mercede conductus, quod nomen ad gladiatores refertur, qui ſe uẽdunt ludo quaſi addicti. Et proprie Autorati, ad periculum conducuntur. Contrà Exautorati, dicũtur milites, quaſi exobligati, ſolutiq́; à militari conſecratione & obligatione, quod interdum per ignominiam, interdum citra ignominiam. Plin. libr. xiiii. Vindemiatorẽ autoratũ dixit, mercede cõductũ & ſublimitate uitis periclitantẽ. Idem lib. xxxvi. populum Roma. autoratum adpellat, in ſpectaculis periclitantem inſtar gladiatorum. A Liuio Autoratus, proditor dictus quaſi obligatus. Manlius libro. v. aſtronomi con miniſtros perpetuo quaſi epitheto, autoratos uocat, tanquam perpetuos mercenarios, obligatosq́; dominis, à quibus mercede comparantur. Sic enim ait,

Atq; autoratos in tertia iura miniſtros.

Sic Seruius dixit, ſolos parẽtes habere poteſtatem autorandi. Quintilianus in milite Mariano, Exautoratas armis inanis agreſti labori ſubegit.

Autoritas, quandoq; accipitur pro ſententia imitatione digna, quandoq; pro poteſtate. Liuius lib. ii. Nec ante mouerunt de ſententia conſulem, quã tribuni ſe in autoritate patrum futuros eſſe polliciti ſunt. Quandoq; pro æſtimatione. Cicero libro ſecũdo. Phil. A uobis peto ut ſi ſequi minus uidebitis orationem meam atq; autoritatem meã, benigne me tamen (ut feciſtis) audiatis. Quandoq; pro nominis dignitate. Idem in eodem libr. iii. Nunc primum ita cõuenimus, vt illius de beneficio poſſemus quæ ſentiremus libere dicere, tribuenda eſt autoritas, ut rẽs pub. non modo à ſe ſuſceptam, ſed etiam à nobis cõmendatam poſſit defendere.

Auctuarium, ſiue Auctarium, quod ſuper menſuram adiicitur, aut pondus iuſtum, ut cumulus adiectus in modio. Plaut. Auctuarium adiicito, uel mille numum plus quàm poteſt.

Auctum, ſpatium circi, quod ſuper definitũ nomen victoriæ adiungebatur.

Aucupatorius, a, um, quod ad aucupium pertinet. unde Aucupatorii, calami viſcati quibus vtimur ad capiendas aues.

Aucupium, & Aucupatio, auium captio.

Aucupor penul. correpta. depon. aues capio. apud ueteres etiam Aucupo reperitur. Per tranſlationem uero ſignificat artificio quodam & ſolertia quæro. vt aucupor laudem.

Audacia, (inquit Speuſippus) eſt ſecuritas qua qs malum, neq; futurum expectat, neq; præſens horreſcit. Audacia pro fiducia & temeritate. Cicero, Nec uires eis, nec audacia, nec tela defuere. Salluſtius, Audacia pro muro habetur.

Audaciter, & Audacter per ſyncopam. Cicero pro Roſcio, Multa ſcelerate, multa audaciter, multa improbè feciſti.

Audaculus, diminuti. Gelli. Aderat reprehenſur audaculus verborum.

Audax, modo fidens dicitur. Vergilius,

Quiq́; pedum curſu valet & qui viribus audax.

Modo temerarius. Plaut.

Pergin' audax hoc facinus perſequi?

Audeo, des, auſi, vel auſus ſum. Ouid. lib. vi. Meta.

Et nihil eſt quod non effræno captus amore

Auſit, nec capiunt incluſas pectora flammas.

Eſt autem Audere, fidentem eſſe. Plaut.

Vix domo egredi audet.

Aliquando temerè præſumere. Vergilius,

Hæc præmia qui me

Ferro auſi tentare ferunt.

Audio, audis, diui, ditum, proprie ſignificat auribus accipio, ἀπὸ τῆς αὐδῆς. id eſt, à voce, cuius proprium eſt ut audiatur. Vergi. audiendi vocabulum etiam ad ea tranſtulit, quæ auribus & ſenſu carent, quum ait, Et fruſtra retinacula tendens,

Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

Aliqũ Audire eſt intelligere, aduertere. Verg.

Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci

Audierat. Iuxta has duas ſignificationes ſcriptũ eſt, Qui habet aureis audiendi audiat. Quia (ut Hiero. inquit) ubicũq; hæc duo iuncta ponſitur, nõ ad ſimplicem tantum verborum ſonum, ſed ad reconditã quoq; dictorum intelligentiam pertinere intelligẽdum eſt. Interdum Audire, eſt audita petenti concedere. Ver. Audiit & genitor cœli de parte ſiniſtra Intonuit læuum. Interdũ credere, accedere. Cice. in Tuſc. Nec Homerũ audio q Ganymedẽ à Diis raptũ ait. Interdũ præcipienti parere, & hoc tam cũ adcuſatiuo quàm cũ datiuo. Cic. Audies te. i. auſcultabis tibi. Nam Audire præcepta alicuius dicimus, quum eis paremus. Cũ datiuo, idem, Et audiens eſſet huic ordini. i. obediens. Inuenitur & Audio cũ aduerbio bene, quod ſignificat benedicor, laudor. Terent. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Huius verbi compoſita ſunt Exaudio, Inaudio, bene vel perfecte audio. Plaut. Inaudiſſe inquit, id eſt, valde. Cicero Panſæ pro ſimplici poſuit. Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primũ inaudieram. Inauditus iſi pro non auditus dicit. ut res inaudita. Cicero, Rem ego

ſe nouam & ante hunc diem inauditam. Et Inauditū quandoq; dicitur, quod non audit. Varr. Animaliū aliud alio ſenſu caret. Quædā enim à natura gignū tur aut modora aut inaudita. Obedio veteres obau dio dixerunt. Subaudio, quod modo parum audio ſignificat, modo intelligo.

Auditio, ipſe audiendi actus, quæ & audientia dicit. vt eſt illud. In memoria æterna erit iuſtus, & ab au ditione mala non timebit. Plaut. Exurge præco, fac populo audientiam. hoc eſt, fac vt populus audiat.

Auditorium, locus vbi auditur præceptor, aut orans, vel ipſa auditorum turba.

Auditus, us, modo ſenſum audiendi ſigſiat. vt quinq; ſūt ſenſus, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Modo id quod auditū eſt, Ego ex auditu loquebar.

Aueho, is, abduco, ſiue inde aliò veho. Sueto. in Cæ ſa. Stipendiarium quoq; pronunciatū & abſtrahen tibus ſtatim eripuit, occultauitq; apud ſe diu, & mox ex præfectura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officio proſequentium faſceſq; lictorum, lectica ſua auexit.

Auellana, ab auella oppido Campaniæ vbi abundat, & alio nomine corylus, ſeu etiam nux Pōtica, quòd in aſiam Græciamq; primò è Ponto venit. Eadem & Præneſtina dicitur, quòd Prænestini his abūdēt.

Auena, dicta eſt quòd ad fructū non veniat. eſt enim frumenti vitium, quòd Sole maxime cœliq; humo re accidit, aliquando etiam ſeminis imbecillitate, quum diutius terra retentū eſt, priuſquam erumpat, vel ſi carioſum fuit quum ſereretur. Vel dicitur aue na à creſcendi auiditate. Ponitur interdum auena pro ſtipula ſeu calamo, aut pro ſtylo charactereq; poetico. Verg.

Syluestrem tenui muſam meditaris auena.

Ab auena fit auenaceus, a, um. Plin. lib. xxx. Vel cum farina hordeacea vel auenacea.

Auenaria cicadæ ſpecies eſt, quam nonnulli frumen tariam vocant, quoniam ſimul cū frumentis areſcen tibus adparet. Cc.

Auentinus, pen. prod. mons Romæ, vel ab auibus, ꝙ ſe eò à Tyberi ferrent aues, vel ab auentino rege, q ibi extinctus ac ſepultus fuit, vel ab aduentu homi num, quòd commune Latinorū ibi Dianæ templū eſſet conſtitutum. Eoq; olim paludibus ex vrbe ra tibus aduehebantur. Vel ab auente Sabinorum flu uio, ut Varro exiſtimat.

Aueo, es, verbum defectiuum, ſignificat concupiſco. Cic. lib. i. Offic. Itaq; quum ſumus negotiis curiſq; vacui tū auemus aliquid audire & diſcere. Auere ēt à nimia cupiditate pro gaudere ponit. Vnde ſalu tantes quoq; aue dicimus. id eſt, gaude & lætare.

Auerni, populi fuerunt Galliæ aquitaniæ, qui fre quenter contra Romanos bella geſſerunt. Nam du centis milibus bellatorum primò, deinde duplica tis aduerſus Cæſarem cum Vergentorige prælium commiſerunt.

Auernus, gener. maſcul. in plurali auerna, orum, lacus Campaniæ propè Baias, quem locum Plutoni dica tum opinabantur. Hinc ad inferos introitus patere credebatur. Dictus quaſi ἄορνος, ſine aue. hoc eſt, auibus inaceſſus. [illegible] quoniam a, priuat & or neum auis propter aerem ſtrangulationem.

Lucret. libro ſexto.

Principio quòd auerna vocant, non nomen id ab re impoſitum eſt, quia ſunt auibus contraria cunctis.

Strabo lib. vi. Cōtiguus Baiis Lucrinus adeſt ſinus, intra quem auernus eſt.

Auerſa Venus. dicitur præpoſterus coitus, qui infan dus eſt & execrandus. Iul. Cap. de Clodio albino, Mulierarius fuit inter primos amatores, auerſæ Ve neris ſemper ignarus, & talium perſecutor.

Auerſor, aris, deteſtor, abominor, iungitur cum adcu ſatiuo, quod fit quoties ab aliqua re quam odio ha bemus vultum auertimus, vt illud repellere videa mur. Ouid. in Faſtis,

Officioq; leuem non auerſatus honorem.

Columel. Nam nec rubos auerſatur capra. Fit autē ab auertor, de quo ſupra.

Auerſus, terga oſtendit, aduerſus oppoſitus eſt, veluti oppoſito pectore atq; obiecto. Cicero, aduerſus & auerſus impudicus es. ꝙ eſt ex anteriore & poſte riore parte, muliebria pateris. Rurſus quæ non vi ſuntur & quæ latent, auerſa dicimus. Quæ vero pa tent & conſpici tota poſſunt, aduerſa. Nec aliter fe rè Plinius adpellat, quæ Græci per diametron. hoc eſt, per dimetientem lineā, obiecta dicunt. Per trāſ lationem auerſus dicitur iratus.

Vergilius libro quarto.

Talia dicentem iandudum auerſa tuetur.

Nam ſi intueretur, quomodo auerſa, niſi intelli gas iratam?

Auerto, tis aliò verto, amoueo. Vergilius,

Nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem.

Et quum dicimus, auerto oculos aut mentem, ſigni ficat aliunde remoueo. Aduerto vero oculos. id eſt, aliquò conuerto. Sunt enim contraria auerto & ad uerto. Inde auerſus, & aduerſus. Hinc auerſo, as, frequentatiuum.

Auertor, teris, deponens, ſignificat dedignor, quod fit quum ex aliqua re quam deteſtamur vultum auer timus. Boetius,

Heu heu quàm ſurda miſeros auertitur aure.

id eſt, ſpernit, dedignantur. Ponitur & quādoq; pro auerto. Colu. lib. xii. Somni & vini ſit abſtinentiſſi mus, quæ vtraq; ſunt inimiciſſima diligentiæ. Nam & ebrioſo cura officii pariter cū memoria ſubtrahi tur, & ſomniculoſum plurima effugiūt. Quid. n. aut ipſe agere, aut cuiquā dormiens imperare pōt? Quin ēt ſit à venereis amoribus auerſus, qbus ſi ſe dederit non aliud quicquàm poſſit cogitare, quàm illud ꝙ diligit. Nam vitiis eiuſmodi pellectus, nec præmiū iucundius, quàm fructum libidinis, nec ſupplicium grauius quàm fruſtrationem cupiditatis exiſtimat.

Auerruncare, auertere propulſare.

Auerruncus, Deus dictus eſt, quòd mala auertere putaretur.

Aufidus, penultima correpta, fluuius apuliæ, qui in

Adriaticū

Adriaticum mare infunditur, ab aliqbus Canna uocatus. quo nomine uicus ei ſupereminens nominaſ, celebris Romanorum clade.

Auſugio, is, pen. cor. aliò fugio ex ab & fugio componitur, b. in u, conuerſa, ut fieret uox pronunciatu auditu q; lenior. Hieronymus ad Heliod. Dominus, ne à turbis rex conſtitueretur, auſugit.

Auge, à Latinis dicitur aurora ſiue ſplendor.

Augeas, Græcorum rex (inquit Strabo) quem Hercules ſuſtulerit.

Augeo, es, xi, ctum, accreſco, ſeu creſcere facio amplifico. Lactantius libro ſexto, Et dum uoluerunt ſarcire uitia, auxerunt. Hinc cõponitur adaugeo, & Exaugeo, quæ uehementiam ſignificant. Terent. in Heauton. Hoc timet, ne tua duritia antiqua illa, etiam adaucta ſiet. Idem, ibi concurrũt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant, occaſio, locus, ætas mater ſub cuius imperio eſt mala. Ab augeo fiunt Aucto, as, Auctus, a, um, Auctus, us, Auctor, & augeſco, augeſcis,

Augeſco, auctus, magnur, uel groſſus fio. ſumiſ enim paſſiue. Plinius lib. xi. Augeſcunt corpora dulcibus atq; pinguibus & potu minuuntur ſiccis & aridis & ſiti. Cicero in Catone, aqua oriens uuâ ſe oſtendit, quæ & ſucco terræ & calore Solis augeſcẽs, primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. Inter augeſcere & augere hoc intereſt, q augeſcere itrinſecus augmenti ſui operaſ, augere uero extrinſecus.

Augiæ, uel augeæ, pluralis numeri. uerſitamen apud Stephanum id nomen ſingulari numero ſcriptum reperitur. Duo autem ſunt huiuſce nominis oppida. Alterum in Laconia, alterum in Locride, uti Homero placuit.

Augifico, nonnulli ex antiquis dixerunt. Ennius, Et tibes numeros augificabit ſuo. Cc.

Augmento, as, idẽ quod augeo. Cic. in Læli. Sed uiuendi eſt finis optimus. cum integra mẽte cæteris q; ſenſibus opus ipſa ſuum quæ augumentaui: natura diſſoluit. Hinc Coaugumentor. Lactantius de Ira Dei, ſenſus, cogitatio, memoria, ingenium, quibus ſeminibus coaugmentari poſſunt.

Augur, generis communis, quod & auger, eris, ſecundum Priſcianum dicitur, ab auibus gerendo q;, quia per eum auium geſtus ediciſ, uel ab auium garritu. is enim eſt, qui aures ſuas auium uocibus adcommodans, futura pronunciat. Hinc augurium, quod & augur, & auguriũ dicitur, pro ipſa diuinatione, quaſi auigerium dictum uel auigarium. Erãt autem tria diuinationis genera in auibus. Nã aliæ uolatu, aliæ cantu futura prædicebant. Et illæ quidem præpetes iſtæ oſcinæ dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum guſtatu, quum pullis gallinaceis è cauea deprõptis eſca porrigebatur, ut tripudium ſoliſtimum inde eſſet, pernicies q; portendebatur, ſi eſcam non caperent. Quapropter infelicem conflictum à Numãtinis in Mancinum illatum prædixerunt pulli, qui eſcam non ceperunt, ſed ex cauea euolarunt.

Auguraculum, ueteres dicebant quam nos arcem uocamus, quòd ibi aues publice auſpicarentur. Cc.

Auguralis uirga lituus adpellatus eſt breuis, in latere qua robuſtior eſt incuruus. Cc.

Augurior, idẽ quod auguror. Hieronymus in Geneſi, Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo auguriari ſolet.

Auguro, as, idem quod auguror. Verg. lib. ix.
Et ſi quid ueri mens augurat, opto.

Auguror, penultima correpta depo. augurium facio, diuino. Ouidius libro tertio Metam.
Iamq; dies aderit, quàm non procul auguror eſſe.
Compoſita ſunt Inauguror & Exauguror quæ ſunt contraria. Eſt enim Inaugurari, non ſolum in augurum numerum aſcribi & cooptari, ſed etiã in aliud ſacerdotium conſecrari. Cicero de antonio Cæſaris flamine, Quid igitur ceſſes? quur non inaugurare? ſume diem, uide qui te inauguret.

Auguſta Cæſarea, urbs ſupra Iberum ſita. Diſtat à Numantia ad octoaginta ſtadia.

Auguſta emerita, ciuitas Luſitaniæ, quæ ab Emeritis conditoribus & auguſto nomen ſortita eſt. Nam (ut Dione. refert) quo tempore Cæſar auguſtus Cantabris & aſturibus deuictis in Italiam rediret, reliquit milites qui ſupra ætatem forent, atq; conceſſit ipſis ut in Luſitania auguſtam emeritam conderent.

Auguſtale, domus in qua habitat magiſtratus, quæ & prætorium dicitur.

Auguſteum marmor, undatim criſpũ in uerticeis. Cc.

Auguſtus, locus religioſus, ſanctus, in quo augurato quid conſecratur, ab auctu, hoc eſt, incremento. Vnde auguſtum quaſi auctum Iouis ope imperium, ad quod nomen alluſit Ouidius,
Augeat imperium noſtri ducis, augeat annos.
Aegeſippus quoq; libro quinto, Auguſtum apud Romanos nomen imperii eſt, quòd augeat ſuos, nõ quòd alienos opprimat. Vel dicitur auguſtus ab auiũ geſtu, id eſt, qui ab auibus ſignificatus eſt, vel ab auium guſtatu, quia aues paſtæ id ratum fecere. Vnde auguſtum tectum dicitur augurio cõſecratũ. Aedes enim templa q; rite conſecrantes adpellarunt Auguſta. Vnde Ouid. libro primo. Faſt, vult Auguſtũ fuiſſe dictum qſi rite à populo, ſacerdotibus q; dicatum, eadem q; ab origine auguria dicta, quaſi ea Iupiter manu ſua dare & augere ſit viſus. ait. n.
Sancta vocant auguſta patres, Auguſta vocantur
Templa ſacerdotum rite ſacrata manu.
Huius & augurium dependet origine verbi,
Et quodcunq; ſua Iuppiter auget ope,
Abuſiue tamen auguſtus p nobili, ſacro, & maieſtatis pleno ponitur.
Vergilius libro Georgicorum.
Si quando ſedem Auguſtam.
Vnde Auguſti dicti ſunt Romani imperatores, ab Octauio Auguſto, qui primus meruit hoc cognomen. Et Auguſtus menſis dictus eſt, qui antea Sextilis vocabatur, donec nomen Auguſti daretur ex ſenatuſconſult. Nam auguſtus Cæſar menſe Sextili primum conſulatum iniit, triumphos in vrbem intulit. Et Ianiculo legiones deductæ, ſecutæ q; ſunt auſpicia. Sed & Aegyptus hoc menſe in poteſtatem

populum Romanũ redacta eſt, finiſq; ciuilibus bellis hoc menſe impoſitus. Atq; ob has cauſas, quum hic menſis huic imperio felicisſimus fuerit, placuit ſenatui ut hic menſis Auguſtus adpellaretur.

Auia, patris vel matris mater. à qua Proauia, Abauia & Tritauia.

Auiarium, locus ſylueſter, ſine via. Serui. Auiaria ſecreta nemora, quæ aues frequentant.

Vergilius libro ſecundo Georg.

Sanguineis inculta rubent, auiaria baccis.

Item Auiaria dicuntur loca vbi pennata nutriuntur vel clauduntur vel cuſtodiuntur, vel quo ſe aues recipiunt, & columbi & paſſeres, ſicut apiaria quo apes Græce ornithones vocantur. Columella libro nono. Quæ nos ſimiliter adpellamus apum cubilia apiaria, vel nantium volucrũ, quæ ſtagnis piſcinisq; lætantur, aularia, vel etiam pecudum ſylueſtrium quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur, viuaria. Hoc modo aularium & auiarius ab auibus ſunt.

Auiarius, qui curam auium gerit. Colu. lib. ix. de Gallinis, Sic tamen vt illuſtria ſint loca quæ cõmodius habitet auiarius, qui ſubinde debet ſpeculari, aut incubantis aut parturientis fœtus.

Auicula, diminutiuum parua auis. Gellius lib. ii. Auicula eſt parua, nomen eſt caſſita, nidulaturq; in ſegetibus. Item Auicula diminutiuum eſt ab auia. Cic. pro L. Flac. Nunc deniq; matrculæ ſuæ, feſtiuus filius auiculæ minime ſuſpitioſæ purgat ſe p epiſtolã.

Auidus, cupidus, à non videndo (vt quidam putant) q propter nimiam cupiditatem non uideat quid agat. De hoc etiam in dictione Auarus.

Auilla, quaſi ouilla. agnus recentis partus.

Auis, videtur compoſita dictio, quaſi ſine uia, quia uolatus ſciri non poteſt, Nam aues uias certas non habent, ſed per auia quæq; diſcurrunt, Vel dicitur auis ab aduentu eius, quia inde veniat, vnde quis nõ ſuſpicetur, uel quòd ſingulis annis adueniat. Et proprie Auis eſt, quæ oua parit, pennis prædita, præter vnum ueſpertilionem qui utroq; caret. Volucris eſt quæcunq; uolans, ut ueſpa. Aues Palamedis à poëtis grues dicuntur. Martialis,

Turbabis uerſus, nec litera tota uolabit,
Vnam perdideris ſi Palamedis auem.

Aues ſedere dicuntur, quando in altiore ſunt ſitæ, ut cornix in arbore ſedet. Cc.

Auitus, a, um, penultima producta, ab auo ſiue aula ſit, & ſignificat quod ad auum, ſiue ad maiores pertinet. Cicero in Verr. act. ii. Nulla res cuiuſquã tam patria, atq; auita fuit, quæ non ab eo imperio iſtius abiudicaretur. Liuius, Interuenit deinde his cogitationibus auitum malum, regni cupido.

Auius, a, um, quod eſt ſine uia.

Vergilius libro ſecundo Georg.

Auia tum reſonant auibus uirgulta canoris.

Salluſtius In Iugurta.

Ipſe cum delectis militibus Metellum ſequitur, noctu riis & auiis itineribus ignoratus repente Romanos palanteis adgreditur. Lucanus,

Auia Pieridũ pagro loca nullius antè Trita ſolo,

Aulus, longè à uia & ratione remotus. Idem,
Auius à vera longè ratione uagaris.

Aula, à noſtris pars domus, quæ uulgò ſala, ſeu atriũ dicitur. αὐλὴ enim Latine atrium dicitur. Antiqui Aulas ollas dicebant. id eſt, uaſa figulina, quibus cibaria coquuntur. Plaut. in Amph.

Optimo iure infringatur aula cineris, in caput.

Huius diminu. eſt Aulula, à quo Plautina fabula Aulularia uocitata eſt, hoc eſt, parua olla in qua repoſitus erat theſaurus. Fit etiam aliud diminutiuum quod eſt Auxilla. Eſt & aula principis domus, quæ & regia dicitur. Seneca,

Notiſſima uox eſt eius q in cultu regũ cõſenuerat.

Quum quidam illum interrogaret, quomodo rariſſimam rem in aula cõſecutus eſſet, ſenectutem? Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias ſæpe agendo.

Aulæa, æ, & Aulæum. ſunt autem Aulæa, uela picturata & verſicolori textura ſpectabilia, quæ à Græcis peripetaſmata & periſtromata nominantur, quibus parietes obtenduntur, quæ in aliquo adparatu ſolent adhiberi. Dicta Aulæa ab aula Atali Aſiæ regis, in qua primum inuenta ſunt. Vnde etiam Atalica Aulæa uocantur. Propertius,

Nobilis aulæis porticus Atalicis.

Refert Plin. Atalum primum inueniſſe, aurum ueſtibus intexere, unde eſt nomen Atalicis. Beluata tapetia dixit Plaut. à textura beluarum, quæ in aulæis intexuntur. Sunt etiam Aulæa ueſtimenta, & quaſi militaria paludamenta. Vergilius,

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Dicta Aulæa eſt fœminino genere à Curtio, alt. n. Nequicq; eorũ quæ inulcem iactata erant, rex ignorabat, quũ poſt aulæã qua lectos obduxerat ſtaret.

Auletris, αὐλητρίς, mulier tibicina. nam αὐλός, tibia eſt, ſi aũt duo verba feceris aula ter interpretaẽ.

Aulicocia, exta quæ in aulis, id eſt, ollis coquebãtur. hoc eſt elixa.

Aulis, idis, uel Aulis. regiuncula eſt (ut ait Strabo) Bœotiæ, petroſa, ex re ſortita nomen. Nam ſignificat tentorium uel locum, quo quis caſtra metatus eſt. Eſt & ciuitas eiuſdem nominis, cum porto capace paucarum nauium, ubi conuenere Græci, & coniurarunt ſub Agamemnone excidium Troianũ. De hac Oui. lib. xii. Meta. Bœotia tellus,

Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet iturus.

Eſt autem αὐλὶς ἡ κοίτη, αὐλὶς δὲ πόλις Βοιωτίας. id eſt, Aulis cubile, & Aulis urbs Bœotiæ. Hæc Suidas. Homerus autem,

Χθιζά τε, καὶ πρωΐζ', ὅτ' ἐς αὐλίδα νῆες ἀχαιῶν
Ηγερέθοντο, κακὰ πριάμῳ, καὶ τρωσὶ φέρουσαι,
Ημεῖς δ' ἀμφὶ περὶ κρήνην, ἱεροὺς κατὰ βωμοὺς
Ερδομεν. Et ſubdit.
Καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ, ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ
Ενθ' ἐφάνη μέγα, σῆμα, δράκων. Et ſubdit.
Ενθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοί, νήπια τέκνα,
Οζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, πετάλοις ὑποπεπτηῶτες. id eſt,
Heriq; priuſquam, quando ad aulidem naues Archiuorum congregatæ ſunt, mala Priamo, & Troianis ferentes, nos vero iuxta fontem ſacra ad altaria

faciebamus. & ſubdit. Pulchra ſub Platano unde fluebat ſplendida aqua, hic adparuit magnũ ſignũ, draco. & ſubdit. Vbi erãt paſſeris pulli ſtulti infantes, ramo in ſummo frondibus volantes.

Aulon, mons Calabriæ contra Tarentinam regionẽ, ferax boni vini. Martial.

Nobilis & lanis & baccho fertilis Aulon.

Item eſt & oppidum eiuſdem nominis.

Eſt & nomen duarum urbium, quarum vna eſt in Macedonia, alia in Cilicia. Præterea Aulon (vt ſcribit Hieron.) cannulæ aut chordulæ, quæ in organo reſonant. Aule tibia, & calamus tibialis, Auleticus dicitur, vtpote tibiis vtilior. Ille vero qui fiſtulis eſt adcommodatus ſyrinx adpellatur, ſicut ſcribit Pli. libro. xvi. Dicitur & hic Aulos, auli, pro tibia. Inde Choraules tibicen.

Auoco, as, penul. cor. aliò voco. per tranſlationẽ verò pro abſtraho ſiue diſiungo ſumitur. Lact. lib. I. Et ad ſtudia pacis à rebus bellicis auocauit.

Auolo, as, penultima correpta, aliò volo, ſiue aliò ſubito diſcedo Hiero. In Leuitico, Dimittet paſſerem viuum vt in agrum auolet. Auguſtin. libro ſexto, Confeſſion. per tranſlationem. Et ſi quid arriſiſſet proſperum adprehendere tedebat, quia penè priuſquam teneretur, auolabat.

Aura, uentorum uis, licet à vento diſtinguatur, vt in naturalibus quæſtionibus Seneca docet, quòd aura ſit leuior, uentus uehementior.

Vergilius libro quarto Aeneid. At illi

Dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura.

Interdum Aura ponitur pro ſplendore. Idẽ in. vi.

Diſcolor vnde auri, per ramos aura refulſit.

Vnde Aurum ſecundum aliquos dictum eſt, à ſplendore, qui in metallo eſt. Interdum pro afflatu & fauore, quia quum flat in æſtate, videtur æſtuantibus fauere. Idem ibidem.

Iamque quoq; nſe nimiũ gaudens popularibus auris.

Vnde Aurarii dicuntur fautores. Interdum pro facilitate, qua in amorem trahuntur aliqui.

Horatius libro Carminum,

Tua ne tardet aura maritos.

Fit autẽ (vt qdam ſine Græco volũt) Aura ab aëre, q motus aer & ſplẽdorem faciat & uentũ. imò græcũ eſt. Suidas. αὔρα ἡ τοῦ πνοή. & in dictiõe χαγάνον, quia iſte dabat iuramenta ferre uentis.

Auramentũ, cum auro dicitur. Plinius Lib. xxxiii. Hiſpania ſtrigiles uocat, auri paruulas maſſas, quod ſuper omnia, ſolum in maſſa auramẽto capitur, quũ cætera in metallis reperta igni perficiantur.

Auraria fodina, vbi foditur aurũ, q & Aurifodina dr.

Aurarii, qui aurum imponunt & inaurant. & Aurarii fautores, qui fauoribus ſplendidos, id eſt, claros faciunt ab aura.

Auras, fluuius ab Hemo in Iſtrum defluens.

Aurata piſcis, ab auri colore nomen accepit, cuius amator Sergius, Orata cognominatus eſt, vt refert Macrob. Nam Arata prius dictus, quaſi aurata, ab oro quod vulgò pro auro dicunt. Mar.

Non omnis precium laudem q; aurata meretur.

Auratus, a, um, quod in ſuperficie habet aurum. Nã multi fiunt anuli aurati, qui tamen aurei non ſunt. Abuſiue tamen dicitur domus aurea & porta aurea quum aurata dici debeat. ut eques auratus. & auratus pro aureo. Suetonius in Nerone.

Piſcat' ẽ rete aurato, purpura, coccoq; funib' nexis.

Aureæ, ſunt frena qui circa aures equorũ religantur, imò pars habenæ quæ circa aureis ponitur.

Aurelia, familia apud Rom. ex Sabinis orſida. à Sole dici creditur, cui peculiariter Romæ ſacra faciebant. Antiquitus dicti Auſelii ut Valeſii, Papyſii, pro Aurelii, Valerii, Papyrii. Fuit & nomen proprium matris Cæſaris.

Aures, ab hauriendis uocibus dictæ ſunt, detracta aſpiratione. Vergilius,

Vocemq; his auribus hauſi.

Aut quia Græci uocem ipſam αὐδὴν uocant ab audita, per mutationem literæ, aures uelut audes. Et tam cartilagines, quàm foramina aurium dicuntur Aures. Lucretius libro ſexto.

Triſte ſupercilium furioſus uultus & acer,

Sollicitæ porrò plenæq; ſonoribus aures.

Et tam de animantibus quàm de eis quæ carent anima, rectè dicuntur. Verg. in Georgicis,

Binæ aures duplici aptantur dentalia dorſo,

Hinc Inauris, & Auritus.

Aureus, ſubſtãtiuum, accipitur pro ipſa pecunia. Pli. Immane tabulæ precium accepit aureos menſura non numero.

Aureus, a, um, quod totum ex auro eſt.

Auribus prouehi, dicimur, quando audientes aliquid delectabile laborem pedum non ſentimus, tanquã aures nos uehant. Apuleius. Me vſq; ad iſtã ciuitatis portam meis auribus prouecto.

Aurichalcum, ex auro & ære dictũ eſt. χαλκὸς enim æs dicitur. quaſi ſit æs, aureũ, habet enim colorem auri. Siue propter cognationem quæ eſt inter au, & o. Nam dicimus ploſtrum & plauſtrũ, cotes & cautes, ſicut econtrario dixerunt, auſculum pro oſculũ. Hieron. in Apoca. Et pedes eius ſimiles aurichalco. hoc precioſius omnibus metallis fuit, quòd & ſplẽdorem auri, & æris duritiam poſſideret. Dicitur & Orichalcum, quaſi æs montanum, quia in locis mõtoſis inuenitur. ὄρος enim Latine mons dicitur. Plaut. in Milit. Ego iſtos mores orichalco cõparẽ.

Statius libro decimo, Theba.

Emicat effigies & ſparſa orichalca renident.

Vulgus othonem vocat.

Auricomus, penultima correp. qui aureos crines ſeu auream comam habet. Vnde Phœbus uocatus eſt Auricomus Græce χρυσοκόμος.

Auricula, non eſt parua auris, licet rectè formetur, ſed eſt exterior pars auris, vel pars infima quæ mollis eſt. Hieron. in Exodo. Et panes ſuper extremum auriculæ dextræ Aaron. Idem contra Iouinianum. Si digitum amputes, ſi ſummitatem auriculæ, eſt quidem dolor, ſed non tantũ damnũ, nec tanta cũ dolore deformitas, quanta ſi oculos eruas.

Auricularius, ſecretarius conſiliarius, Hieronymus

libro ſecundo Regum, Fecitq́ eum ſibi David auricularium à ſecreto. & auricularios dicitur medicus.

Auricularius, a, um, quod ad aureis pertinet, vnde auricularium ſpecillum dicimos. Similiter auricularis, & hoc auriculare. vt vermintio auricularis, quũ putridæ aores vermibus ſcatent.

Auriferum, quod fert aurum. vnde aurifera flomina dicuntur, Tagus in Hiſpania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in aſia, Ganges in India.

Aurifex, faber aurarius, qui auri laborandi artifex eſt Plinius Velut aurificum alte alternis inter folia candidantibus margaritis. Hinc aurificina, pro aurificis taberna.

Aurifur, qui furatur aurum. Plaut. Et mihi hic aurifur eſt. Cornocopiæ.

Auriga penultima producta, & generis communis ſecundum Priſcianum, qui vel quæ currũ regit. ſic dictos, quòd à ſplendorem ſibi agat auris, quaſi fauoribus populi, id eſt, clamoribos. Quãdoq; generis fœminini ponitur pro ipſo curru.

Aurigo, pen. prod. morbus qui & regius, à colore auri quem bilis per totum corpus diffuſa, repreſentat. Hinc auriginoſus, dicitur, qui eo morbo laborat.

Aurigor, aris, moderor, rego.

Aurilegus, pen. corr. qui aurum legit, id eſt, furatur.

Auripigmentom, In Syria foditur, ad pictorum uſom in ſumma tellure auri colore, ſed fragili lapidũ ſpecularium modo.

Auriſcalplom, inſtromentum quo aures purgantur.

Auritaurus, mons Tauro oppoſitus, Caocaſus. Sed librariorum vitio id uerbom deprauatũ. eſt, vt pleraq; alia, & antitaurus pro auritauro legendum. ἀντὶ enim contra ſignificat. Ce.

Auritus, a. um. penultima producta, quod magnas habet aores. Vergilius,
Auritosq́ ſequi lepores.
Et auritus dicitur qui bene audit. Horat. lib. Carm.
Doctus aoritas fidibos canoris Ducere quercus.
Auritus populus, apud Plaotum in aſin. id eſt, populos auribus intentus.

Auro, as, aorum ſuperpono. à quo Deauro, & Inauro vnde auratum, Deaoratum, & Inauratum. Pſalm. In veſtitu deaurato.

Aurora proprium nomen eſt, poteſt tamẽ & pro die accipi, & tunc adpellatiuum eſt ab auro deriuatum. Vel ab aura, nam ſorgente Sole puſilla quædam, diſcutitur aura. Proprie enim aurora eſt ipſe Solis aſcenſus. id eſt, prima pars diei, in qua ſolet pulſu Solis aer commotus, auram facere. Alii auroram ſplendorem Solis exiſtimant, ſeu matutinum ſplendorem, eò qood ab igne Solis vt auro aer, aureſcit. Auroram etiam diluculum nuncupauere, quod tum dies luceſcere inciperet. Aliter Speuſi Aurora eſt diei principium, primum, à Sole lumen.

Ausum, dictom eſt quòd præcipue cuſtodiatur. Græce enim ἐρῦν cuſtodire dicitur, vnde theſaurus dictus eſt eſt, nam θήσω, ponam, ἐρῶ, cuſtodio. Hippocrates ch inuentoris nomine dictom putat, quem vocitatum ait ἄυριον. Quidam à ſimilitudine auroræ coloris nomen traxiſſe exiſtimant. Nonnulli ab auertendo, quia hominum mentes auertat Verg.
Qui non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?
Alii à Sabinis trãſlatum dicont, quod illi aoſum dicebant. ſ, in r, poſtea mutata, vel potius ab αὔξειν dicitur, diues & abundans. Sumiturq́ aorum pro ipſa materia, quandoq; pro pecunia, ſcilicet pro aureis nummis, quandoq. pro ornamẽto muliebri. Plautus in Muſ. Agedum contempla aurum, & pallam ſatin hæc deceat ſcapha? Terent. in Eunu. Interea aurum ſibi clam mulier demit, dat mihi vt auferam. Aurum & argentum factum dicitur, quod neq; in maſſa, neq; in lamina, neq; in ſignato, neq. in ſupellectili, neq;, in mundo, neq; in ornamentis ſic. Vlpianus Si factum aurum eſt, omne ad eum pertinet cui legatum eſt, ex quo auri aliquid eſt effectum. Verg.
Sunt auri pondera facti Infectiq; mihi.
Serui. Ita exiſtimat aurum vel argentum factum id videri, quo commode vti poſſumus.

Aurum coronarium, dicebantur triumphales coronæ aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittebantur. Ce.

Auronea, vrbs quàm condidit auſon, Vlyſſis & Calypſoos filius, ſiue Circæ.

Auruncei, barbæ caprarum, vnde & pro barbatis hominibus poni ſolet.

Auſcolto, as, cum accuſatiuo, ſignificat audio, quàm diligenter attendo. hinc illud Catonianum, Auditis enim non aoſcultatis, tanquàm pharmacopolam. Aliquando obedio, ſed cum datiuo. Plautus, Tum illum ſommiſſe loquentem auſcultabam. Cum datiuo, obedio. Terent. in andria, Pamphilum ne adiutem, aut auſcultem ſeni. Itẽ aſpicio, cerno. Afra. Ludos hinc auſcultaui procul. Auſcultare autem veteres pro oſculari dicebant. Plautos, Et inter ſeſe auſcultant, & columbatim os cum ore conſerunt. Et tunc ab oſculo, hoc eſt, ore deducitur, quod Auſculum dicebant.

Auſim, is, it, ponitur pro ſubiunctiuo, audeam, audeas audeat.

Auſio, auſus, & auſum. ꝓ temere ꝓſumpto accipiunt. Maro, Hoc tibi ꝓ meritis & talibus imprecor auſis.

Auſitis, idis, regio quæ Hebraice dicitur Hus, in qua natus eſt Iob.

Auſonium mare, pars Ionii eſt, Brutiam alluit, à Tarẽto incipit tamen quur dicatur aliter ſcribit Suidas. αὐσονίων ἰταλῶν καὶ αὔσονες οἱ βασιλεῖς παρὰ τὸ αὔσω τὸ τολμῶ, οἱ πάντα ἐπιτολμῶντες τῷ πράγματι καὶ αὐσόνιον πόντον, ὃ ὁ σικελικὸν ἀπὸ αὔσονος τοῦ ὀδυσσέως καὶ καλυψοῦς υἱοῦ ἐκεῖ βασιλεύσαντος, Id eſt, Auſoniorum Italorũ & Auſones reges, ab αὔσω, audeo, omnia audentes mandato, & Auſonium mare quod Siculum mare ab Auſone Vlyſſis & Calypſus filio illic regnante.

Auſonia, olim pars Italiæ dicebatur, in qua ſunt Beneuentum. Tarracina, ab Auſone Vlyſſis & Calypſoos filio, nunc autem pro tota Italia ſumitur, quæ Apennino finitur. Inde Auſonius, a, um, & Auſon, pro eo

qui

qui eſt ex Auſonia.

Auſpices, qui auſpicio præſunt, quos idem eſſe quod augures, Cicero his verbis declarat. Quid de auguriis loquar? tuæ partes ſunt, tuum inquit, auſpiciorum patrocinium eſſe debet. Quam obrem hi augures auſpicesq́; dicebantur. Et Auſpices, qui præpoſiti ſunt celebrandis connubiis, ex parte viri. Nam ex parte vxoris Pronuba dicitur, quia auſpiciũ pro nuptiis capere ſolebant. Aliquando Auſpex capitur ꝓ eo qui dux militiæ eſt. Horatius,

Nil deſperandum Teucro duce & auſpice Teucro.

Auſpicium, quaſi auis ſpecium, ab auium ſpectatione dicitur, ſicut augurium, quaſi auium garritũ, ab auiũ garritu & voce & garriendo. Auſpicium ab auium volatu fit. Duo ſunt auſpiciorum genera. vnum ad oculos, alterum ad aures pertinens. Ad oculos, volatus, ad aures, vox auiũ. Thireſias Thebanus primus auſpicia auium inuenit, vide etiã in dictione augur. Vergilius pro poteſtate poſuit.

Communem hunc erga populum paribusq́; regamus Auſpiciis.

Ab eo quod præcedit, ad id quod ſequitur, quòd iiſdem auſpiciis creati conſules parẽ habent poteſtatem. Auſpicium antiqui curioſiſſime obſeruabant, adeò ut nihil publice ſine auſpiciis, nec domi, nec militiæ gereretur. Vnde Auſpicium capitur quandoq; pro ductu & diſpoſitione & fortuna, quia dux belli antequã iret in expeditionem, auſpicia capere ſolebat. Quandoq; capit̃ ꝓ præſagio.

Auſpicor auſpicium capio vel incipio, tam in bonũ quàm in malum, propterea quòd nihil veteres rei magnæ ordiebantur niſi auſpicato. Sueton. in Augu. Militiam auſpicantibus non tribunatum modo legionum, ſed etiam præfecturas alarum dedit. id eſt, militiam incipientibus & felici auſpicio inchoãtibus. Plinius libro ſeptimo. At homo infeliciter natus, iacet manibusq́; pedibusq; deuinctis, animal cæteris imperaturum, à ſuppliciis uitam auſpicat̃. Columella libr. duodecimo, Poſſit ab Idibus Ianuariis auſpicari, culturarum officia. Inauſpicatus, non auſpicatus uſitatum eſt veteribus ſic dicere, ſi quid aliquando aliter eueniſſet, quàm vellent. Auſpicatã rem dicimus, quæ auſpiciis probata eſt. Auſpicatò, aduerbium Teren. Haud auſpicatò huc me appuli. id eſt, non feliciter. Quintil. Itaq; apud illos Homerus, ſicut apud nos Vergilius auſpicatiſſimum dederit exordium. id eſt, feliciſſimum.

Auſter, vẽtus meridionalis ab hauriẽdis aquis dictus licet quandoq; non aſpiretur in principio. Nam nebuloſus atq; humectus eſt, qui etiam Notus Græce eadem ratione adpellat̃, quoniam νοτὶς Latine humor dicitur. Ponitur tamen quandoq; pro aliis ventis. Ab Auſter fiunt duo adiectiua Auſtrale & auſtrinum. Sed hæc non abſurde per h, ſcribi videntur.

Auſterus, a, um, pen. prod. Græca dictio q̃ apud nos ſignificat acre, aſperum, imite. Horat. in Sermon.

Molliter auſterum ſtudio fallente laborum.

Græce αὐστηρὸς.

Auſtraria, inſula eſt in Oceano Septentrionali, aliter Gleſſaria dicta. Cc.

Auſtro, as, ſignificat humecto. Plautus, Auſtrati ad ignem ſedent.

Auſtrum, radius rotæ. Lucretius lib. v.

Vt fluuius verſare rotas atq; auſtra.

Auſugani, populi ſunt inter Feltriam & Tridentum, ab Auſugo oppido dicti nũc vallis Sugana vulgò adpellari ſolet, vbi lanæ copia fit.

Aut coniunctio ſeparatiua. Vergilius,

Aut onera accipiunt venientum aut agmine facto.

Aliquando dubitatiua. vt, aut librum volo, aut pretium. Si ſemel ſubiiciatur, diminutiua eſt. vt, aut age diuerſas. Quod enim grauiſſimum erat, Iuno optauit. Aliquando coniunctiua. ut,

Aut Dauni tu magne pater diuum miſerere.

Quandoq; ſignificat pro tempore. ut,

Aut ante ora Deum pingues ſpatiantur ad aras
Inſtaurat donis epulas.

Id eſt, nunc antè ora Deum.

Autem, pro ſed, ſiue verum. Cc.

Authenticum dicimus Græcos ſecuti, quod Latine Authoratum diceremus. Cc.

Autochthones, epitheton Atticorum eſt, quaſi indigenæ, & in eodem nati ſolo, quòd incolant, eiusq́; terræ primi cultores. Non enim aduenæ ſunt attici, neq; paſſim collecta colluuies originem vrbi dedit. Sed (vt hiſtorici tradunt) quæ illis ſedes eadem origo eſt. Apud Ciceronem ad Atticum αὐτόχθων in homine vrbanitas, pro ingenita & natiua, non autẽ inſitiua & alienigena. Suidas in Etymologico Autochthonas ſcribit dici præter Athenienſes arcadas quoq; & Egınetas.

Autocineton, pen. produ. Græce αὐτοκίνητον, ſeipſum mouens, & non ab alio mouetur.

Autodidactus, qui ſeipſum magiſtrum habet, qualis fuit diuus Auguſtinus, eccleſiæ doctor eximius.

Autographũ, dicimus propria ipſius manu ſcriptũ. Græci αὐτὸν ipſum dicunt, γράφω, ſcribo. Vnde Autographa epiſtola, apud Suetonium in Aug. ipſius manu ſcripta ſignificatur. Antigrapha vero reſcripta.

Autolecythus, pen. corr. mendicus, ſcurra, Græcũ eſt αὐτολήκυθος, ſed λήκυθος, eſt, ut vrceolus olei, αὐτὸς, ipſe, quoniã nec aliud poſſidet, ait Suidas, Iu. de Codro. Vrceoli ſex, & ſubdit, καὶ γὰρ ἄχρηστ̓ ἐν ταῖς ληκύθοις ἀργύρια. & multa alia.

Autolicus, fur maximus perhibetur, auus Sinonis, qui equum in Troiam introduci fecit. Alter fuit Parnaſi incola, de quo Strabo, lib. nono, ſcribit, quòd furto vicinorum bona ſurripuerit.

Automata, ſunt inſtrumenta arte mechanica ita ſubtiliter fabricata, ut ſua ſpõte, nullaq́; adparẽt cauſa moueantur, qualia ſunt horologia, machinæq́; verſatiles. Automaton enim interpretatur vltroneũ & ſuæ ſpontis. Scribit Vitru. hydraulicas machinas, & aquarum expreſſiones automatas, à Cteſibio primo repertas fuiſſe, ubi Automata adpellata mechanica inſtrumenta, quæ per ſemetipſa moueãtur. Mos naturalis & fatalis dicitur à Demoſthene, αὐτόματος, quaſi ſuæ ſpontis & nulla extrinſecus ui

ερα ἐι. Demetuius Moſchus Laconicus λέγεται ὅτι μαίομαι τὸ ἐσσυμαι τι πάνυ. id eſt, dicitur quòd μαίομαι, id eſt, impulſus ſum aliquid facere.

Automedon, pen. cor. nomen aurigæ achillis.

Automolæ, à Græcis dicuntur profugæ. Pompo. ſcribit Aethiopum alios vocati à vitæ ſpaciò Macrobios, alios quia ex Aegypto aduenere Automalas. Ita enim Græce profugas adpellant.

Autonomia, libertas viuendi ſuis legibus, παρὰ τὸ νόμοις χρώμενος.

Autonomus, pen. corr. qui viuit ſuis legibus.

Autopyrus, penultima correpta fermentatus dicitur, qui & zimites, non quòd fermentatus omnis Græce dicatur autopyros, ſed quòd panis autopyros vtilior ad eam. quoties fermentum accepit. Igitur panis autopyrus, qui & syncomiſtus dicitur, ex eo nomen habet quòd non ex tritici parte fit, ſed ex ipſo planè toto, pyrinos, & anarectos Hippocrati uocatus.

Autoſchedios, αὐτοσχέδιος, forma rudis.

Autumo, as, penulti. corre. exiſtimo, cenſeo, affirmo. Plautus, Niſi hoc ita factũ eſt, perinde ut factũ eſſe autumo, non cauſſam dico, eſt quin ſimul eſ probri.

Autumnus, ab augendo, quòd tunc maxime augeant opes coactis agrorum fructibus, & ideo per e, ſcribendum eſt. Cyprianus ad Demetrianum, neutro genere vſus eſt. Nec adeò arboreis foetibus autumna fecunda ſunt. Hinc Autumnitas, autumni tempeſtiuitas, ſicut oliuitas, quãdo olea legit. Hinc Autũnale adiectiuum, ut tempus autumnale.

Auturgia, manualis operatio, αὐτὸς καὶ ἐργάζομαι. id eſt, ipſe & facio.

Auturgus, artifex per ſeipſum faciens.

Auunculus, non eſt diminutiuum, quia non recte formatur, ſed eſt matris meæ frater. Sic dictus, quòd æque tertius à me, vt auus eſt, ſed nõ eiuſdem iuris. Ideo q; vocabuli facta diminutio eſt perinde ac minor auus. Vel dicitur Auiculus, quod aui locum teneat, & proximitate tueatur ſororis filios, quemadmodum frater patris, à patre patruus adpellatur, q; ſit quaſi alter pater. Vnde & ipſi fratrum ac ſororum filii, nepotes ex fratre, et nepotes ex ſorore dicunt. Auũculus maior, eſt auiæ maternæ frater. Perſ. Maior auunculus exit.

Auus, ab æuo nominatus eſt qa patre antiquior ſit, vel à Græco αὖος, reſonans, quòd αὔω, ſicco, clamo, obſtrepo, eſt enim querula illa ætas, ab à priuatiua. ὕω, pluo, uel dicitur Auus, quòd ad patrem ſit additus. Eſt autem patris, vel matris pater, à quo Proauus, aui paterni uel materni pater, quòd ſit prope auum, inde Abauus, proaui paterni uel materni pater, quòd ſit iam procul ab auo, deniq; Atauus, & Tritauus, quaſi tetrauus quia quartus ſit ab auo, uel quaſi tertius pater. Eſt etiam Atauus, ſiue tritauus, abaui uel abauiæ pater, poſt tritauum maiores dicuntur.

Auxiliari, ſignificat adiuuare, auxilio eſſe, & tam accuſatiuo quam datiuo conſtruitur, quãdoq; etiam genitiuo. Hieronymus in Eſa. In die ſalutis auxiliatus ſum tibi.

Auxiliaris, & Auxiliarius, utrunq; dicitur, pro eo qui in auxilium alicuius uenit. Aſinius Pol. M. item nõ modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoq; miſi.

Auxilium, ab augeo, quoniam augebant numerum ii qui accedebant alienigenæ. Proprie enim dicitur ſociorum, quum legiones ex Romanis conſtent. Inde uegetius libro ſecundo de Re milit. Auxiliares ex diuerſis locis ueniunt, & legionibus ſemper auxilia tanquam leuis armatura, in legione iungebãtur, ut in his præliandi magis adminiculum eſſet quàm principale. Inde apud hiſtoricos legionarii & auxiliarii diſcretim ponuntur.

Auxillá, ollam paruulam dicebant, ut inquit Feſtus.

Auximum, penultima producta, Piceni urbs, à qua Auximates populi dicti ſunt, ut inquit Strabo uulgò Oſmum dicitur.

A ANTE X

Axamenta, carmina quæ à Saliis, in uniuerſos homines componebantur.

Axantos, inſula eſt in Oceano Septentrionali. Cornucopiæ.

Axare antiqui pro nominare poſuerunt.

Axites mulieres dicebantur, ſiue Dii vna aliquid agentes. Corn.

Axilla, locus concauus ſubter brachium vbi naſcuntur pili. Inde fit ala, ut inquit Cicero.

Axinomantia, cum accentu in pen. genus magicæ diuinationis, per dolabellas ſecuresq;, quas Græci axinas vocãt. Vñ Plin. lib. xxx. ſcribit peluibus, ſecuribus, ac multis aliis modis diuina magos pmittere.

Axioma, pen. prod. à Varrone profatũ & proloquiũ dicitur, à Cicerone libro primo Tuſc. pronunciatũ ſiue proloquium, & eſt ſententia in qua nihil deſyderatur, ut annibal Pœnus fuit Scipio Numantiam deleuit. Et omnino quicquid ita dicitur, plena & perfecta verborum ſententia, vt id neceſſe ſit, aut verũ aut falſum eſſe, id à Dialecticis Axioma adpellatũ eſt. Alibi Cicе. dixit, Fundamentum dialecticæ eſſe axioma quod ait eſſe quaſi effatum. Eſt præterea Axioma, id eſt, pronũciatum, quod alii adiũctum alii connexum dixere. Id tale eſt, Si Plato ambulat Plato mouetur. Si dies, eſt, Sol eſt ſuper terram. De hoc Mart. Capella lib. Dial. intelligi volens ſic ait, Quod fuerit ex nominatiuo caſu nominis, & tertia verbi perſona coniũctiuũ, proloquiũ dicit. Ergo miſer eſt M. Craſſus, ſed trahant alii, & uſurpent quantum velint huius dictiũculæ ſignificationem. Græce tamen dicitur, ἀξίωμα, id eſt, dignitas, poſtulatio, ἀξιόω, probo dignũ facio, peto, dignor, rogo, volo, cenſeo.

Axis in cœlo, proprie ſignificat diametron mundi. Eſt enim linea imaginata, quæ ab vno mundi cardine in alterum tendit. Apulei in Coſmog. Eos polos dicimus, à qbus velut à cardinibus axis eſt ductus, diuiſor & diſcriminator mundi, orbem terræ in medietate cõſtituens. Duo ſunt autem Axes, qui & cardines dicuntur, quòd circa eos rotari orbia uideant

tur & poli à Græcis vocantur.(Nam ut quidam putauit, Axis ab agendo, id eſt mouendo deducitur. Et Axit, pro egerit ueteres uſurpauere.) Vnus auſtralis ſiue Antarcticus, hoc eſt, Arctico oppoſitus, qui terræ obiectu à nobis cerni non poteſt. Alter Septentrionalis, ſiue Arcticus, ſiue Arctous, aut Boreus, q nunquam occidens, ſemper conſpicitur. Verg.

Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus ſtyx atra tenet, manesq; profundi.

Hinc pro Septentrionali parte poniẽ, quòd hic polus duntaxat nobis notus ſit, circa quem orbis uertatur. Item Axis dicitur ſtipes ſeu lignum teres, circa quem rota currus vertitur.
Vergilius libro tertio Georgicorum,

Pòſt valido nitens, ſub pondere faginus axis.

Hunc Græci ἄξονα dicunt. Licet quandoq; pro toto curru capiatur, ut apud Iuuenalem,

Dignus aricinos qui mendicaret ad axeis.

Item Axis, dicitur totum cœlum, vt, Axem humero torquet, id eſt, cœlum ſuſtinet. Dicitur & axis, circa quem aliquid agitur, hoc eſt, mouetur. Vnde Axitioſi, factioſi, quòd vnà quid agerent facerentq;. Item Axes, tabulæ ſectiles ſunt (inquit Feſtus) vnde cuactio, id eſt contabulatio, aut ſtipites teretes. Et axis quoq; fera eſt in India, humili pelle, pluribus candidioribus q; maculis.

Axium vrbs in Media inferiore.

Axius, fluuius Paphlagonũ per Mygdoniam fluens. Plinius lib. iiii. Mox Antigone Europus Axiũ amnẽ eodem nomine alius per quod Rhedias fluit.

Axon. Ionum fluuius in minore Aſia.

Axona, flumen in extremis Rhenorum. Axona Græci vocant ſecundam ceruicis vertebram, quòd ſit immobilis quaſi axis.

Axor, vrbs Cheroneſi Thraciæ. Axos etiã Græci crepidines vocant.

Axungia, interior porci pinguedo inueterata, ab axe plauſtrorum vngendo dicta, vt facilius circa eum rota vertatur. Hæc quanto uetuſtior, tãto vtilior eſt, & multas vires habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus veſcitur. Plinius, Foliis eũ axũgia ſtrumas diſcutit. Dicitur & Axungia. Idem libro vigeſimo, Et ſylueſtri ruta cum axũgia veteri illitus ramices ſanari produnt.

Axus, Macedonum fluuius.

A ANTE Z

AZana, Aethiopiæ regio, quæ ſinum rubri maris Barbaricum adpellatum obtinet. A qua Azanum mare dictum eſt à Plinio lib. vi.

Azanium, fons quidam (vt inquit Eudoxus) cuius aquam guſtantibus vini tædium veniat, intantum, vt ne odor quidem eius feratur. Victruuius & Plinius afferunt talem fontem ſiue lacum fuiſſe in agro Clitorio.

Azelos, penultima producta. Latine dici poteſt ſine amore, infelix, ſiue inuidia, ab ἀ. priuatiua, ζῆλος etiam multa alia ſignificat.

Azome, apud Latinos ſignificat veneror & colo.

Azotos, penulti. produ. vrbs Syriæ, à qua azotius, a, um, vt viri Azotii, qui Azotum habitant. Hebraice dicitur Iuſue. xv.

Azymus pen. correpta, cum y, apud nos dicitur ſinè fermento, ζύμη enim fermentum dicitur.

DE LITERA B

B LITERA muta eſt, quæ non in ſonum, ſed in ſonum e literæ finitur. Hanc Græci uita nominant. Gerit virtutẽ & poteſtatẽ mediam inter pe, & ph. Quare nos ob literarum affinitatem, dictiones Græcas traducentes, nonnũquam p, & ph, in illam conuertimus, vt cum apud Græcos πύξος ſcribatur, apud nos buxus. Et quod illi ἄμφω, nos ambo tranſtulimus. At cõtrario, quod illi cum b, ſcribunt, nos cum ph, traducimus, vt θρίαμβος, triumphus. Cõuertitur quandoq; b, in u, euphoniæ vel differentiæ cauſſa, ut aufero pro abfero. Aufugio pro abfugio. Trãſit & in f, vt ſufficio, in c, vt occurro, in g, vt ſuggero, in, m, vt ſummitto, in p, vt nubo pſi.

Baal, ait Auguſt. eſt nomen apud Aſſyrios quod datẽ Ioui. Nam Baal, Punici videntur dicere dominum, vnde Baalſamen, quaſi dominum cœli dicunt, Samẽ quippe apud eos cœlum adpellatur.

Babactes, vnũ ex nominibus Bacchi, ἀπὸ τοῦ βάζω. Id eſt clamo. Vide Bactes.

Babæ, aduerbium Græcum, quo nos pro interiectione negligentis vtimur. Babæ, cautio eſt inuicem ſibi reſpondentium.

Babylon, penultima correpta. nomen principalis vrbis in Chaldæa, Hebraice vocata, & apud nos confuſio vel tranſlatio dicitur, propter linguarum confuſionem eorum qui ædificabant turrim, cuius altitudo quinq; milium centum ſeptuaginta quatuor paſſuum fuit, Hebræi nanque Babel confuſionem adpellant. Hæc vrbs adeò nobilis fuit, vt Chaldæa tota, & Meſopotamia à ſe, Babylonia dicta fuerit. Et prius quidem dicebatur ciuitas regni Nembroth in qua eorum qui ædificauerunt turrim longe diuiſæ ſunt linguæ, quorum principem fuiſſe Nembroth gigantem Ioſephus affirmat, poſtea à Nino vel Semiramide inſtaurata mœnibus ac hortis penſilibus, temploq; ac arce maxime fuit admirabilis. Hoc cãpi planicie vndiq; conſpicua, natura loci lætiſſima, caſtrorũ facie mœnibus paribus ꝑ quadrũ diſpoſita, murorum eius vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo. id eſt, latitudine cubitorũ. l. altitudine quater tantũ. Ambitus quadringentis octaginta ſtadiis circumueniltur. Murus coctili latere, atq; interfuſo bitumine compactus Quem tam latũ fuiſſe qdam ſcribũt, vt quadrigæ ſibi inuicẽ occurrentes, facile pertranſire poſſent. Vnde & inter ſeptem ſpectacula orbis numeratur. Foſſa extrinſecus late patens, vice amnis circumfluit. A fronte murorum,

centum portæ æreæ, & Euphrates in ea fluit. Babylon maxime celebrauit intexere colores diuerſos picturæ, & nomen impoſuit, Babylonica enim adpellant. In Babylonis regione eſt Seleucia, & Berilius in ea reperitur. A Babylon, fit Babylonius, a, um, & Babylonicus, ca, cum, unde Babylonios dicimus, qui ex Babylone ſunt Et captiuitatem Babylonicã.

Babylonica, ſubſtãtiue, ſunt vela variis coloribus intexta, quoniam Babylon ea intexuit primum.

Bacca, per duplex cc, cõtinet intra ſui nominis ambitum fructus diuerſorum generum; lauri, oliuæ, corni myrti, & aliorum huiuſmodi. Eſt & Bacca lapis precioſus, ſiue vnio.

Baccalia, arbor eſt quam & auguſtam adpellant, de qua in ſuo loco. Cc.

Baccar, aris, pen. cor. generis fœmi. herba eſt radicis odoratæ ad cinnamomi ſimilitudinem, hederæ penè foliis, rotũdioribus mollioribusq́; quidem nardum ruſticum vocãt. Ex hac radice fieri ſolebat vnguentum quod Baccarium dicebatur. Valet herba contra faſcinationes, vnde Vergi.

Baccare frontem.

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Baccatus, a, um, quaſi baccis. hoc eſt, lapillis precioſis & margaritis ornatus. Vergilius,

Colloq́; monile baccatum.

Baccha Bacchi ſacrificulo, q̃ & Bacchis, dis. Et Baccha, vila quædam circa Mœotidem.

Bacchanal vel Bacchanale, locus in quo Bacchi feſta celebrantur. Plaut. In Aul. Ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.

Bacchanalia, quæ et Dionyſia, Bacchi feſta, in quibus viri per noctem fœminis, & teneræ ætati turpiter miſcebãtur per dolum. Vnde eſt illud, Qui curios ſimulant & bacchanalia viuũt. Hæc à mulieris Græciæ vrbibus, trienio quoq; celebrabantur. Sciendum quòd nomina dierum feſtorum tantum pluraliter declinantur, & genitiuum pluralem tam in orum, quàm in ium terminant, ut bacchanaliorum & bacchanalium.

Bacchar, cum h, genus eſt vaſis vinarii, quod & Baccharium dici poteſt.

Bacchari, proprie ſignificat bacchanalia celebrare, per tranſlationem verò ponitur pro furere, vagari, diſcurrere. Veteres enim quicquid vehementius agitaretur, bacchari dicebant à bacchantibus. Vir. Totam incenſa per vrbem Bacchatur. Quinetiam loca ipſa in quibus eſſet bacchatum, Bacchata vocabant. Vir. Virginibus bacchata lacenis Taygeta. Hieron. ad Algaſiam Bacchari pro ſeuire poſuit. Proprio cõtra ſe furore bacchantur. Aliquando etiam Bacchatum dicitur baccho dedicatum. Huius verbi compoſitum eſt Debacchor.

Bacchatim, aduerbium ſignificat more bacchantium. Apul. Quin igitur ſoror hunc primum bacchatim diſcerpimus.

Baccheius, a, um, poſſeſſiuum. Vir. Baccheia dona tulerunt.

Bacchiadæ, dicti fuerunt qui è Corintho exules in Siciliam deuenerunt, & vrbem inter Pachinũ & Pelorum ædificantes, Siculi facti ſunt.

Bacchicus, a, um, idem quod bacchius, poſſeſſiuum.

Bacchides, pen. cor. nomen propriũ viri, q; apud nos luctus fortis, vel vetuſtas in vomitu dici poteſt.

Bacchilio, fluuius q de Vincentinis mõtibus defluit.

Bacchium, genus vaſis vinarii, quo in ſacrificiis bacchi vtebantur.

Bacchius, a, um, poſſeſſiuum eſt à baccho, ſiue baccheus. Columella, Pierii nemoris bacchea voce fremẽtum. Bacchius, ſubſtantiuum, genus pedis eſt ex tribus ſyllabis conſtans, quarum prima breuis eſt, reliquæ longæ, vt honeſtas. Hoc pedis genere utebãtur in carminibus ſacrorum bacchi, cui contrarius eſt Antibacchius.

Baccus, Iouis ex Semele filius putatus eſt deus vini, & pro ipſo vino poni conſueuit. Hic multi nominis fuit. Nam primum Dionyſius, deinde Liber pater, poſtmodũ cum, bellaſſet in India, & multas ſecum habuiſſet fœminas q̃ bacchæ dicebantur, bacchus. Idem Oſiris, quandoq; Priapus, quãdoq; bromius, quandoq; brotinus dictus fuit, & Lenæus. Hic orbem ferè terrarum peragrauit, multas nationes domuit, Indos debellauit, & primus omnium triũphauit, uectus Indico elephanto, ut ſcribit Diodo. Primus emere ac uendere inſtituit, & diadema, regum ac triumphum inuenit Dictus bacchus ἀπὸ τοῦ βάχειν. id eſt, ebrius ſum & clamo, quod in bacchanalibus clamores fierent. Vel ut ſcribit Diodo. à mulieribus quæ illum bacchantes, id eſt, furentes, ſequebantur. Vel ab incondito ululatu, quem lymphatæ mulieres in eius orgiis ædebãt, adiecta c, litera, quo vaſtior ille mænadũ ſonus, in ipſo dei nomine ſederetur, inquit Euſtathius.

Baccifera, ferens baccas. Cc.

Baccula, diminutiuum, parua bacca. Plin. lib. xxv. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, vt cappari.

Bactes, Bacchi nomen, quemadmodum & babactes ἀπὸ τοῦ βάζειν. id eſt, clamo, uocifero, ob bacchantium tumultuarium clamorem, & quia madidi vino huiuſmodi voces emittere conſueuerunt. Cc.

Bactra, orum. Scythiæ prouincia ultra Aſſyriã, à flumine bactro cognominata. Verg. lib. ii. Georg. Neque bactra neq; Indi Laudibus Italiæ certent. Eſt & bactra oppidum regionis ipſius caput, ſub mõte Paropaniſo, quod antea Zariaſtes dicebatur. Eius prouinciæ populi Bactriani uocati ſunt, quorũ rex fuit Zoroaſtes magicæ artis inuentor.

Bactrianum regnum olim mille urbibus fuiſſe inclytum ferunt. Huius gentis primus inſtitutor fuit (ut Ioſephus ſcribit) Geter, filius Arã. Similiter Bactri iidem dicitur. Hieron. Bactri canibus ad hoc ipſum nutritis obiiciunt ſenes.

Bactrianus, a, um, quod eſt ex Bactris, ut Bactrianus populus, bactrianæ mulieres, præſtanti ornatu, atq; unguentis vtuntur, ab ancillis, & ſeruis multo magis quàm earum mariti cultæ, ſingulari quadam põpa equitantes, exeunt, auro atq; lapidibus ornatæ, nec

caſtæ uiuunt, ſed tam ſeruis, quàm conuenis permiſcentur, nec à uiris adcuſantur, quum eorum dominari uideantur.

Baculus, & baculum utroq; dicitur, nam apud Græcos bactron neu.ge.dicitur. Oui.lib.xv.Meta. Eſſe ſolet baculumq; tenens agreſte ſiniſtra. Cuius etiam dimi.protulit Cic lib.ii.de fi.bo. Bacillum aliud in flexum & incuruatum, aliud ita natum. A Bacculus fit Baccillus, à quo Imbecilius, a, um, & Imbecillis, imbecille. Vnde imbecillitas, pro infirmitate.

Badius, equus dicitur cui eſt phœnicia color.

Badizare, ſignificat ire. Plaut.in Aſi. Demam herclè iam de hordeo, tollutim ni badizas.

Bagous, lingua Perſica ſpado dicitur. Ouid. Quē penes eſt dominam ſeruandi cura Bagoe. Suidas autē noſter affert rationem. Αγχώνη ἔτουσα κύριον ὄνομα εὐνοῦχοι. Bagoas nomen propriū ſi is fuit eunuchus.

Bagrada, penultima correpta, fluuius qui iuxta Vticam labitur, apud quem, ab Attilio Regulo & à toto exercitu cum baliſtis & catapultis, ſerpens centū & xx. pedes longus, occiſus eſt.

Bahal, numero ſingulari inquit Hiero. Bahalim pluraliter eadem idola nominantur, ge.maſc. Vbicūq; enim in fine Hebraici ſermonis, im, ſyllabā legimus numero plurali, eſt ge.maſc. Vbi autem oth, numero plurali, ge.fæ. Ergo Cherubim & Seraphim pluralī intelligimus numero ge.maſc. Interpretatur autem Bahalim apud nos aſcendentes uel ſuperiores. Tamen.xii.compoſitores Suidæ ſcribunt ſic, Βάαλ τυρίων ἦν θεός. id eſt, Baal Tyrorum erat deus.

Baiæ, arum, ciuitas Campaniæ ſecus Campanum mare ſita, à Baio Vlyſſis ſocio illic ſepulto. In huius agro aquæ calidæ ſunt, & ad uoluptatem & ad uarios morbos cōmodæ. Sylius, Primores adſunt Caſpuæ docet ille tepentes. Vnde ferant nomen baiæ comitem q; dediſſe Dulychiæ puppis ſtagno ſua nomina mōſtrat. Hora. Nullos in vrbe locus baiis ꝑlu cet amœnis. Hinc fit baianus, a, um, ut ſinus baian°, qui hinc Miſeno monte, illinc Puteolis clauditur.

Baiulo, as, porto. Plaut.in Aſi. Ego baiulo, tu ut decet domum ante me ito inanis. Forte Baiulo inde dictū quia nutricius bailus, nutrix baila uulgo dicuntur, & merito, quia baiulant vlnis quos nutriant.

Baiulus, penu.cor.operarius & proprie qui uecturas oneratꝰ corpore ſuo, uictus quærendi grā portat.

Balæna.cum diph.belua marina quam alii piſtricē, alii cætū adpellant. Græci φάλαιναν phalænam dicunt quaſi conſpicuā beluam, cōuerſa φ in b. Iuue. Quantum delphinis balæna Britannica maior.

Balanitæ, uuæ à magnitudine.

Balanites, gēma ſubuiridis, & Corinthio ſimilis æri, ſecante mediam flammea uena. Cc.

Balanus, penultima correpta, genus glandis. Acron dicit eſſe herbam vnguentariam & ab Hora. Pro unguento myrobalano poſitam, Mar. Hoc ex vnguento conſtat & ex balano. Hinc fit Balanatus, a, um. Perſius, Tum cum maxillis balanatum gauſape pectis. Balanus etiam à glādis ſpecie dicitur id genus alui ſubducendæ, quod clyſteris loco ſubditur, conſtat, ut Iul. Pollux, inquit, ex adipe & nitro parte plurima. Idem Balanus nomē eſt urbis in Epyro. Balaniū unguentū, quod fit ex glande myrobalani.

Balare, proprium eſt uocis ouis. Hic etiam in Tobia etiam hœdis dedit. Cuius eum uocem balantis uir eius audiſſet, dixit. Videte ne forte furtiuus ſit, reddite eum dominis ſuis.

Balauſtium, flos mali punici, utilis non modo medicinis, ſed etiam tingendis ueſtibus quæ ſibi concolores fiunt. Et color ipſe dicitur Balauſtinus.

Balauſus, herba non multum diſſimilis narciſſo.

Balbucinari, ſignificat lingua balba loqui, ſicut ſenes vt Cicero in Cato.de Metello.

Balbus, qui uitio linguæ non benè poteſt exprimere uerba & obſcure loquitur. Perſius, Rancidulum quiddam balba de nare locutus.

Balbutio, is, pen.prod.balbutiui, vel balbutii, itum. Et eſt Balbutire quadam linguæ hæſitatione & confuſione trepidare. Horatius in Sermo. Balbutit Scaurum prauis fultum male talis. Hiero. Expectar quæ hortamini, adfectu infantium more balbutientiū, qui quæcunq; audierint, fari geſtiunt, cū needū poſſint ad plenum uerba formare.

Baleares, duæ inſulæ in Hiſpania funda bellicoſæ, à telli fundæ q; iactu, quod Græce βάλλειν dicimus, adpellatæ. Vel à Baleo Herculis comite ibi relicto. Græci gymneſias dixerunt. Has vulgus Maloricam & Minoricam adpellat, apud quas primum inuēta eſt funda, ut inquit Vegetius. Vnde Vergil.lib.I.Georg. Stupea torquentem balearis uerbera fundæ. Inde Balearicus, ca, cum, ut vinum balearicum. Cc.

Baleaticæ cocleæ, quas cauaticas adpellant, quia in ſpeluncis naſcantur. Cc.

Balineæ, ab antiquis balneæ dicebātur. Nam & Græci βαλανεῖα vocant.

Balius, color à quibuſdam accipitur pro vario, à quibuſdam ꝓ ſpadice, hoc eſt palmeo, qualis eſt equorum. Nam & Balios vulgo dicitur is, quoniam ſpadices, hoc eſt palmarum cum fructu ſuo termites Græci vocant βαΐα.

Baliſta, per geminum ll, tormentū muros cōcutiens, à βάλλω iacio, vulnero. Ouidius libro primo de Triſt. Quàm graue balliſtæ mœnia pulſat onus. Luc. pro inſtrumento haſtam quandam iaciente poſuit. Neq; enim ſolis excuſſa lacertis Lancea ſed tēſo balliſtæ turbine rapta. Haud vnum contenta latus tranſire quieſcit. Valer. Maxi.libro primo in fine accipit pro ſaxo maiori quod machina mittitur, cum inquit, ad vltimam balliſtarū tormentis, undiq; petitam ſiliceam crebris & ponderoſis uerberibus ꝓcubuiſſe, lectum eſt etiam balliſtas talentareas eſſe, id eſt, 70. librarum ſaxa. Nonius Balliſtā adpellat, qua ſaxa maiora iaciuntur. Cicero libro ſecundo Tuſculanorum. Vt.n.balliſtæ lapidū, ita reliqua tormēta telorū. De harum balliſtarum confectione ſcribit Vege.libro decimo, quod ea magnitudine formentur ut lapides. 120. pondo eiaculentur. Sciendum ergo eſt, quòd balliſtarum, quædam maior dicitur, quædam

minor. Balliſtam maiorem priſci dixere trabem validam ita libratam, vt cum pars denſior ponderibus attracta deſcenderet, eleuata proceritas ſua, funiculis quos haberet alligatos, funda ſaxum maximi pōderis longe emitteret, eiq; maxime Bricolæ nſic eſt adpellatio, quanquam Onagrum maiorem ipſam machinam dixere. Hanc balliſtam inuenerunt Phœnices vt docet Pli. Balliſta minor quæ & Manuballiſta dicta eſt aliquando Scorpio, quæ haſtam iacit, manu tractabilis eſt, & ſubtilibus, paruisq; ſpiculis ſcorpionis inſtar, īfert mortem. Hinc Eballiſto, as. De his duobus balliſtarum generibus, ſic ſcribit Vege. lib. de re mil. Balliſta funibus, neruis, chordisq; tenditur, quæ quanto prolixiora brachiola habuerit. hoc eſt, quanto maior fuerit, tanto ſpicula longius emittit, quæ ſi iuxta artem mœchanicam temperetur, & ab exercitatis hominibus, qui menſuram eius ante collegerint, dirigatur, penetrat quodcūq; percuſſerit. Onager autem dirigit lapides, ſed pro neruorum craſſitudine & magnitudine ſaxorū pondera iaculatur, nam quanto maior fuerit, tanto maiora ſaxa fulminis more contorquet. His duobus generibus nulla tormentorum ſpecies vehementior inuenitur. Balliſta etiam dictus eſt mons apud Ligures. Balliſtarum familia apud Parrhiſios non ignobilis, ex qua prodiit Guido Balliſta, regii ſenatus in Lutetia, ut æquiſſimus, ita & conſultiſſimus præſes, tum eruditionis tum probitatis fulgidiſſimum ſpecimen, qui anno domini ſupra milleſimum quingenteſimo quartodecimo fato conceſſit, tanti viri obitum cunctis deflentibus. Elatusq; eſt celebri pompa in heremitarum diui Aug. baſilicam, dignus proculdubio, cuius memoria æternæ & nunquam interlituræ laudi conſecretur.

Balliſtarium, locus ubi ſita eſt balliſta. Plaut. Intenta eſt balliſta probe, quam ego haud multū poſt emittam è balliſtario. Vbi etiam balliſtam accipere videtur pro telo.

Ballote, Latine marrubium. Dioſco. balloten Romani μαῤῥούβιον adpellant.

Balnearia, dicuntur generaliter omnia ad uſum balneorum pertinentia, ut ſtrigiles, ampulla ollearia, lintea. Apul. libro tertio.

Milo iuſſit balnearibus aſſequi.

Balnearia ſubſtantiuum ſumitur pro balneis.

Balnearius, a, um, idem quod balneare, vnde ſcribit Vlpia. fures balnearios extra ordinem eſſe puniendos. id eſt, qui in balneis aliquid furantur.

Balneator, ge. cō. (quamuis & Balneatrix inueniatur) qui curam habet balnearum, qui & Mediaſtinus dicitur.

Balneatorius, a, um, quod ad balneandum pertinet. Martianus Iureconſul. Inſtrumento balneatorio legato balneatores cōtinentur, quoniam ſine his balneæ vſum ſuum præbere non poſſunt.

Balneolum, cum accentu in antep. dimi. eſt. Iuue. Cum iam noti celebres q; poetæ.

Balneolū gabiis Romæ cōducere furnos Tēraret.

Balneum, & Balnea, dicuntur in priuatis, in publicis verò fœ. gen. & numero plurali tantum, licet & balnea legatur & balnearia. Cice. Eo latere quod proximum eſt balnearis, colūnas poſuerat. Sunt enim aquæ calidæ, quæ cum aliæ, ad alium morbum idoneæ eſſent quibus utebantur, multitudinis potius, quàm ſingulari uocabulo adpellarunt. Differunt q; balneæ à thermis, quòd Thermæ dicantur quæ natura ſunt calidæ, Balneæ quæ à nobis caleſiunt igni & in eas deſcendimus ut lauemur, nam thermæ dicuntur à Græco θερμὸν, quod calidum ſignificat. Ea quippe, quæ ſut calentibus aquis, aut fornace igni calefacto, lauandi ſudandi' ue vſibus ſunt deputata, thermas uocauere. Thermæ, balnea q; apud romanos voluptatis & mundiciarum cauſſa conſtitutæ erant iam publicæ quàm priuatæ. Balneis autem nomen inditum eſt, quia Græci balanion dixerunt, φ anxietatem pellat ex animo, ut interpretatur Auguſt. lib. ix. conf. Dicitur & Balnearium.

Balſamum, neut. ge. arbuſcula ſola vni terrarū Iudeæ quondam conceſſa, uiti ſimilior quàm myrto. Seritur malleolis ut vitis, & colles implet vinearum modo, ſuſtinens ſeſe ſine adminiculis. Intra tertium annum eſt fructifera, proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Opobalſamum, ſuccus collectus ex arbore. Nam ὀπὸς dicitur ſuccus, præfertur omnibus odoribus. Xylobalſamum, lignū balſami, ξύλον enim lignum. Inciditur vitro, lapide, oſſeis' ue cultellis, & ſuccum emittit eximiæ ſuauitatis quem opobalſamum dicunt. Summa opobalſami probatio eſt, ut lac coagulet, & in veſte maculas non faciat. Hiero. tamen pro arboris ſucco balſamum dixit, Et quaſi balſamum non mixtum, odor meus. Carpobalſamū fructus balſami. Carpos enim latine fructus.

Baltheus, & Baltheum in ſingulari, in plurali neutrū tantum, militare cingulum, vel zona bullis ornata. Varro ait, Qui gladiatores baltheum, cingulum è corio habebant.

Bambatium, ſeu Bambitium, cotonum illud albiſſimum, quod nent mulierculæ ad telas texendas. Hoc fiunt veſtes quæ vulgò Bombycinæ adpellantur, quamuis xylinæ ſiue groſſipinæ uel groſſampinæ dici debeant à frutice qui id fert, qui xylon groſſipion ſeu groſſipinus uocatur.

Bambia, ſpecies oliuæ. Cc.

Bambilius, animal uolatile, qui vulgò Barbellos dicitur, de quo Ambro libr. Hex. Fertur hic corniger vermis conuerti primum in ſpeciem caulis, atq; in eam mutari naturam, inde proceſſu quodam fieri bambilius, nec eam tamē formam figuramq; cuſtodit, ſed laxis & latioribus foliis pinnas videtur aſſumere. Ex his foliis mollia illa Serea depectit vellera, quæ ad vſus ſibi proprios diuites vendicarunt.

Banauſus, dicitur artifex qui apud ignem operatur, baunos enim caminus eſt, & qui ex hac artis venditione parat ſibi victum Banauſus uocatur. Viles homines Græci βαναύσους, noſtri mechanicos uocant, & opifices omnes qui in politica ſunt contemptibiles. Ariſt. lib. iii. Polit. Optima ciuitas non fert banauſum, id eſt, vilem artificem ciuem. Banauſus

etiam ſeruus dicitur. ſed inter ſeruum & banauſum, Idem lib. i. Poli. hoc intereſſe ait, quod ſeruus ſit qui natura ſeruit, banauſus qui mercede.

Barchus, piſcis aſelli genus alterum, in cuius cerebro lapillos molari forma contineri, Plinius ſcribit, & barchus inter mugiles minimus, quem Ariſtot. Chelonem vocat.

Baphia, dicuntur loca tincturæ, in quibus tinguntur panni, nos tinctoria dicimus. Lamp. in Alex. ſcribit Probum fuiſſe baphiis præpoſitum. Bapha dicitur tincta, vnde Dibapha, bis tincta.

Baptæ, dicebantur viri tincti, fucatiq́, qui ſacris interant inſtar mulierum, βάπτειν enim inficere, tingere, fucare. Præterea Baptæ fuit nomen comœdiæ veteris ab Eupolida ædita.

Baptes, lapilli ſpecies viridis, ranæ colorem habens atq; ſpeciem, ſed batrachite mollior.

Baptiſmus, & Baptiſmum, & Baptiſma, atis, latine immerſio vel tinctio dicitur, à verbo Græco βάπτω, immergo. Greg. Baptiſma Græco eloquio dicitur, quod latine tinctio, quia ibi homo ſpiritu gratiæ in melius immutatur, & longe aliud quàm erat efficitur. Prius enim fœdi eramus, deformitate peccatorum, in ipſa tinctione reddimur pulchri, dealbatione virtutum.

Baptiſterium, in quo quis lauatur, quaſi lauacrum & tinctorium & piſcina ipſa. Nam Baptiſteria in domibus ſunt, veluti lacus quidam ex ligno aut lapide ædificati, in quibus lauandi gratia mergi ſolet. Hæc in cellis, id eſt, in locis ſecretioribus ſolent conſtitui, quarum aliæ caldariæ ſunt, in quibus calida lauamur, aliæ frigidariæ, in quibus lauamur frigida. Plin. ad Apollinarem, Cella frigidaria in qua baptiſterium amplum atq; opacum. idem ad Gallum, Inde balinei cella frigidaria ſpacioſa & effuſa, cuius in cõtrariis parietibus duo baptiſteria uelut eiecta ſinuantur abunde capacia. Hæc eadem piſcinæ dicuntur latine, & natatoria, & natationes. Sido. Piſcina ſeu ſi Græcari volumus βαπτιστήριον.

Barabbas, per duplex bb, eſt Syra dictio (ſicut & ſequentes duæ) quæ apud nos ſignificatur filius pr̄is. Componitur enim ex bar, quod apud illos filius dicitur, & abba, pater. Sedulius, T ſic coluere Bahal, tunc elegere Barabban.

Barach, nomen uiri proprium, & apud nos ſignificat fulmen.

Barachias, nomen viri, & benedictus, ſeu fulgur domini interpretatur.

Barathrum, immenſæ magnitudinis nomen eſt, quia βάραθρον, id eſt, graue in aſpiciendo. Nam barys athrin, aſpicere, ponitur pro loco immēſæ profunditatis apud inferos, & pro loco præcipiti, unde qs emergi non poſſit. Diom. docet eſſe proprie locum Athenis, in quo damnati præcipitabantur. Transfertur quoq; ad alia. Mar. Barathrum fœmineum pro locis muliebribus dixit, Idem ſtomachi imum hiatum appellauit Barathrum cū ait, Extremo ructus ſi uenit à barathro. Horatius in Sermo. uſurpat pro ingluuie & uoragine. Sunt qui dicant Barathrū, profunditatem eſſe, à ſimilitudine loci qui eſt in Aegypto profundiſſimi, cui nomen eſt Barathrum. Apud Demoſthenem ponitur pro pernicie.

Barathro, luxurioſus dicitur uel guloſus qui in barathrum gulæ inſumit totum patrimonium.

Barba, utroq; numero non ſolum hominum, ſed & brutorum quadrupedum eſt. Horat. lib. i. Serm. Vtq; lupi barbam uariæ cum dente colubræ. Plin. libro trigeſimo. Cū geminos tranſit ſol, criſtis & auribus & unguibus gallinaceorum, ſi luna raſis barbis eorum. Idem libro. xxviii. Adferunt & magi ſua commenta, primum omnium rabiem hircorum, ſi mulceatur barba, mitigari. Sylius numero plurali etiam de homine dici poſſe oſtendit libr. xiii. Indociles nunc propexis in pectora barbis Vertere humū. Huius nominis compoſita poſſunt declinari ſecundum tertiam & ſecundum declinationem, ut Imberbis & hoc imberbe, & Imberbus, a, um, quod eſt ſine barba.

Barbaculus, pen. cor. dimi. à barbatur.

Barba Petræ, herba eſt vulgo ſic appellata, à quibuſdam Barbula hircina, in acetariis laudatur.

Barbaralexis, dictio pegrina ē, ut gaza & Magalia.

Barbari, factitio nomine (inquit Strabo) dicti ſunt ab initio qui difficulter, aſpere, atq; duriter loquebantur, quaſi duriloqui, & craſſi linguis, quemadmodum blæſi atq; balbi dicuntur, qui lingua impediti ſunt. Omnes igitur qui craſſe loquuntur, barbari dicuntur, quales ſunt omnes gentes præter Græcos. Plin. Plautus (credo) Neuium poē tam latinum barbarum dixit. Nunc etiam ad eos tranſlatum eſt hoc nomen qui non ſunt latini, quòd hi mitiorem linguam habeant ac magis cultam. Quin etiam inter hos, ſi quis non recte proferat, Barbare loqui dicitur. Et per metaphoram Barbari dicuntur illiterati, malis moribus, feri, crudeles. Interdum Barbarus ſumitur pro horrido, feroq́ intuitu. Pli. de quodam myrrhæ genere. Troglodytica myrrha, aſpectu aridior eſt, ſordidaq́ ac barbara à uoce βάρβαρ, quoniam in Græciam aduentantes eam uocē facerent, cum pronunciare Græce non poſſent.

Barbaria, pen. corr. barbarorum regio, & quandoq; accipitur pro gente ipſa fera. Hier. contra Ioui. Arabes & Sarraceni & omnia eremi barbaria, camelorum lacte & carnibus uiuit. Hoc etiā nomine dicta eſt inſula Gangetis Indiæ fluuii, ut ait Ptole.

Barbarica, pauimē ta ſunt, q̃ & ſubtegulanea uocat. ſ ex teſtis tuſis, rude re & calce, in Italia uero fuſtucæ ſubiiciebantur, propter quod carnea uocitata.

Barbaricarii, textores, artifices q́ linteæ ueſtis quia ex auro & coloratis filis effigies hominum, & animalium exprimuntur.

Barbaricum, neu. ge. clamor exercitus dicitur, quod eo uociferandi genere barbari utantur.

Barbaricus, a, um, penul. correp. eiuſdem ſignif. eſt cū Barbarus, hoc eſt, feris & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus.

Barbarics, ad imitationem pertinet, & ſignificat inciuilitatem, feritatemq́.

Barbariſmus, eſt contra Romani ſermonis legem, aut ſcripta aut pronunciata uitioſe dictio. Fit enim in vna parte orationis tãtum, latine diſſonans dicitur, & proprie in ſoluta oratione fit, apud poëtas metaplaſmus .i. transformatio vocat. Fitq; Barbariſmus duobus modis, ſcripto & pronunciatione. Et hoc q̃drifariam, adiectione, detractione, mutatione, tranſmutatione literæ, ſyllabæ, temporis. Adiectione literæ, ut relliquias Danaum, pro reliquias. Syllabæ, ut Mauors pro Mars. Temporis, ut Italiam fato pfugus, ubi prima ſyllaba cum corripi debeat, producitur. Detractione literæ fit barbariſmus, ut Infatibus, pro infantibus. Syllabæ, ut Salmentum, pro ſalſamentum. Temporis, ut Feruere leucatem auroq; effulgere fluctus. Mutatione literæ fit barbariſmus, vt Olli pro illi. Syllabæ, ut Pernuces, pro pernicies. Tempore, ut vnius ob noxam. Tranſmutatione literæ fit barbariſmus, ut Tymbre, pro tymber. Temporis, vt Dominus penul. producta.

Barbatus, dicitur qui barbam habet, πώγωνα. Si pmiſſa facit prudentem barba, quid obſtat barbatus quin caper eſſe poſſit Plato?

Barbire, eſt barbam emittere.

Barbitium, ponitur pro barba, Apul. Hircino barbitio philoſophum mentiebatur.

Barbitos, pen. cor. ge. maſc. fœmininiq;, & hoc Barbitum, inſtrumentum muſicum quod pulſatur plectro uel calamo. Horat. Age dic latinũ barbite carmẽ Leſbio primum modulate ciui. fœ. autem gene. Sappho ad Phaonem, Nec facit ad lachrymas barbitos ulla meas. neutro Auſonius hoc genere. Et chordas & plectra, & barbita conde. Græce βάρβιτον dicitur.

Barbo, genus piſcis quod geminam barbam habeat in inferiore labro. Alio nomine Mulus dicitur. Cicero in Parad. Barbatulos mulos nuncupauit. Græce Trigla vocatur, In viuariis non creſcit.

Barce, vrbs in arida Libya, quam Libes metropolim habuerunt ſic dicta à regina eorũ barce, à qua barcei dicti ſunt eius incolæ. Hiero. ad Dar. Lateq; uagantes barcei, à Barca oppido, quod in ſolitudine ſitum eſt, quos nunc corrupto ſermone Aphri Bariciano uocãt, hi ſunt qui pro locorum qualitatibus, diuerſis nominibus adpellantur & à Mauritania p Aphricam & Aegyptum, Palæſtinamq; & Phœnicẽ Cœloſyriam & Oſroenem, Meſopotamiã atq; Perſidem tendunt ad Indiam. Barce etiam ciuitas Pentapoleos quæ hodie Ptolomais dicitur.

Bardeſanes, nomen proprium hiſtorici Babylonii, q in duo dogmata apud Indos gymnoſophiſtas diuiſit, quorum alterum adpellat Bragmanas, alterum Samaneos, qui tantæ cõtinentiæ ſunt, ut uel pomis arborum iuxta Gãgem fluuium, uel publico orizæ & farinæ alantur cibo, & cũ rex ad eos uenerit, adorare illos ſolitus ſit. Hic doctrina cœleſtium, olim Chaldæorum excellentiſſimus fuit, cuius mentionẽ facit Euſeb. lib. vi. Præparat. euang.

Bardiacus, veſtis eſt. Mar. Laſſi bardiac⁹ qđ euocati.

Bardocucullus, genus veſtis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare ſoliti erant, imbriũ tempore in caſtris milites, & in agris ruſtici. Martial.

Gallia ſantonico veſtit te bardocucullo,
Cercophitecorum penula nuper erat.

Sunt qui dicant Bardocucullum eſſe tegmen capitis, villoſum, cuius uſus tranſlatus ſit à populis Galliæ, qui dicuntur Bardi.

Bardus, ſtultus à tarditate ingenii. Cæci. Nimis audacem, nimisq; bardum. Gallice uero dicitur cantor, qui uirorum fortium laudes canit, à gente Bardorum. de quibus Lucan.

Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Bargylia, urbs in Caria à Bellerophontis comite bargylo quem Pegaſus occiderit. Vñ Bargylitici cãpi.

Bargis, idis, lingua Aegyptia, ſignificat cymbã quæ vectat cadauera Aegyptia ad ſepulchra. Proper.

Baridos & contis roſtra liburna ſequi.

Alio nomine dicitur Epibathra. Baris etiam dicta eſt ciuitas Phrygiæ. Ptole. ait eſſe oppidum in Piſidica Pamphyliæ præfectura, Significatq; id nomen apud Græcos habitationũ frequentiam, uſurpantq; id ſacræ interdum literæ, pro ædibus eburneis. Nã & poëtæ elephantos baros vocant. Præterea quidam Indiæ fluuius Baris dicitur.

Bariciani. Vide in dictione Barcæ.

Bariona, penultima producta. dictio Syriaca, qua ſignificatur filius columbæ.

Barnachida, æ, veſtis genus, quam nunc Guarnaciam dicimus, forſan quoniam βάρνα ὕδωρ ἀλώμενος, inde puerna uerna.

Baro vir fortis, à quo fit dimi. Baruncullus.

Barrhus, elephas, à cuius oſſis ſimilitudine Dẽtes barrhi dicuntur. Horatius,

Quid vis mulier nigris digniſſima barrhis.

Hinc Barrire dicuntur barrhi, id eſt, elephantes cũ uocem edunt.

Barritus, pen. prod. vox elephantis. Barritus etiã dicitur Romanorum clamor militum, ſit quum utræq; acies ſe iunxerint, autor Vegetius.

Βαρθγαδὼθ, υἱὸν λύπης, ἢ φόβος τοῦ ἄρεως. id eſt, Barthgadoth filius triſtitiæ ut timor Martis.

Baſan, regio trans Iordanem eſt, quam duæ, & dimidiæ tribus poſſederũt, quæ interpretatur uberrima & pinguis.

Baſcanda, uas Britannicum. Martialis,

Barbara de pictis uenit baſcanda Britannis.
Sed me iam mauult dicere Roma ſuam.

Baſia, pudicorum affectuum ſunt, Oſcula officiorum, Suauia libidinum, vel amorũ. Baſio, Baſiator, & Baſiatio, à baſium nomine deducuntur.

Baſileus, ſuſtentamentum populi dicitur, nam Baſis, ſedes, & laos, populus, quòd in rege, populi anim⁹ conquieſcat. Ob hãc cauſſam rex dicitur apud Græcos, quòd tanquam baſis populum ſuſtinet. Quanto enim quis magis præponitur, tanto amplius põdere laborum grauatur.

Baſilia, Inſula in Oceano Septentrionali, immenſæ magnitudinis, quæ diſtat à Scytharũ littore tridui nauigatione, ut ait Plinius libro quarto.

Baſilica, proprie locus in quo negociationes, conſilia, & iudicia exercebantur, quaſi regia. Græci enim βασιλικὴν, baſilicen, regiam vocant, nam vt Victr. lib. v. ſcribit, Debent baſilicæ adiunctæ eſſe foro. Seneca, Fremitu iudiciorum, baſilicæ reſonabant. Plinius in epiſt. Deſcenderam in baſilicam Iullam, auditurus quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam. Iureconſult. de verborum ſignificatione, Baſilicam publicis uſibus accommodatã eſſe demonſtrant. Quidam Baſilicam accipiunt pro loco domi ampliore, in quo dominum expectant ſalutatores, clientes patronos, ſerui dominos, in quo etiam choreæ & cõuiuia maiora fieri ſolent. Apud Eccleſiaſticos Baſilicæ dicuntur ſacella, numinibus dicata, quia ibi regi omnium deo, cultus & ſacrificia offeruntur. & Baſilicon Plau. in Epi. vocat ueſtimenti genus regium, quum ait, Supparum ſubminium, ricam, baſilicum aut exoticũ. Plinius genus nucum quod optimum eſt, & quaſi regium, vocari ait Baſilicam. Eſt enim Baſilica nux, quam alio nomine Iuglandem appellamus. Vide in dictione Iuglans. Celſus emplaſtrum, ob excellentiam Baſilicon dictum ſcribit.

Baſilicanus, dicitur cuſtos baſilicæ.

Baſilicus, a, um, regius, ſiue regalis dicitur. Vnde Pla. in Cap. Baſilicas edictiones atq; imperioſas habet. & in Pœu. Baſilicus ſtatus & baſilicus victus, id eſt, regalis, & excellens, in Perſa. & Baſilica facinora, p regia. I tẽ, Baſilicè ornatus incedit, & fabrẽ ad fallaciam. i. regiè & excellenter.

Baſilides, nomen proprium cuiuſdam hæretici, qui trecẽtos ſexaginta quinq; cœlos eſſe credebat, quo dierum numero annus includitur, cuius ſectatores dicti ſunt Baſilidiani.

Baſilidii, ſunt populi Scythiæ Europæ, ut Pomponius refert, qui ab Hercule deſcenderunt.

Baſiliſcus, genus ſerpẽtis, ꝙ in capite album habeat inſtar diadematis, uel ꝙ reliqua ſerpentium genera eius virus fugiant. Hunc Regulum vocant, qui teſte Pli. lib. viii. in ſolitudinibus Aphricæ habitat, cum cãdida in capite macula, uelut quodam diademate adornatus. Acutiſſimũ habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem uergentem.

Baſis, à noſtris dici poteſt ſuſtentamentũ. Sunt enim Baſes ſeſſiones columnarum, ſtatuarum, ſeu fabricarum, quæ à fundamento conſurgunt, & ſuperpoſitæ fabricæ ſuſtinent pondus. A qua ſimilitudine orbiculi illi, quibus uaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur, uocari ſolent Baſes. Trebatian. Iureconſul. de lega. libr. iii. Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & baſes, huic quoq; horum uaſorum collocandorum cauſſa paratas deberi reſpondit. Eſt & Baſis figura in narrationibus, quum omnia pedetẽtim inſinuandi gratia proferuntur. Vt apud Teren. in Eunuch. Matri mercator dono dedit, mater vbi accepit, &c.

Baſſaris, is, uel dis. Bacchi ſacrificula à Baſſarẽo Baccho, qui Baſſarẽus dictus eſt, à ueſtis genere ꝙ induebatur quæ Baſſaris dicebatur, ut inquit Porphyrio, quæ planè ueſtis uſq; ad pedes fluebat. Sta. Si decet aurata Bacchum ueſtigia palla Verrere. Et à Baſſareo Lydiæ loco cognominata eſt. Hora. lib. Carm. Non ego te candide Baſſareu Inuitum quatiam. Rurſus Baſſaris, vacca mulſaria dicitur. Perſius, Et raptum uitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris.

Batauia, Germaniæ prouincia, quæ nunc Hollandia dicitur, & Batauium oppidum à βαθὺ, quod altũ ſignificat. Hinc Batauus, a, um, penultim. indifferente. Luca. lib. i. Vangiones Bathauiq; truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ. Cor. Ta. de ſito Germaniæ, Omnium harum gentium virtute præcipui Bathaui, nõ multum à ripa inſulam Rheni colunt. Hos Auricomos Sil. adpellat.

Bathyllus, cum th aſpirato, & y fuit nomen adoleſcẽtis, de quo Hor. in Epo. Non aliter Samio dicũt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teium.

Bathynon, pen. cor. Interpretatur profundum.

Bathyocus, profundus, nam βαθὺ, profundum ſignificat, & ἔχω habeo.

Batis, genus herbæ eſt aculeatæ, ſpõte naſcentis, quæ & marina, & hortẽſis, & Batis inter aues numerat.

Batoptenos, lapis eſt in quo nigredo ſanguinis, & albis modis alligata eſt. Cc.

Batrachites, lapis ranæ viridi ſimilis, colore atque effigie.

Batrachium, coloris ſpecies, quo ante Inuentas perſonas faciem obungebat. Vnde apud Athenienſes (Pauſania autore) forum Batrachium erat à coloribus denominatum.

Batrachomyomachia, ranarum & murium pugna, de qua elegantem Homerus conſcripſit libellum.

Batrachus, pen. cor. rana & nomẽ proprium ſculptoris, & quidam Cyrenaicus portus.

Batris, genus vaſis longioris manubrii, quod alii trullam adpellant.

Battalus, penul. correp. fuit cognomen Demoſthenis, quod ſignificat mollem, & odioſum, & turpem, à Batallo quodam Libyco.

Battillus, quoddam ignis receptaculũ ferreum, quo pruna colligitur ad ſimilitudinem palæ, à neotericis Bernacius dicitur, quo prunas & cinerem è foco tollere ſolemus, ut aliò transferamus. Apitius de Petaſone, Et armillam, inquit, illius candenti battillo uris, & melle contegis. Pli. Batillis ferreis candentibus ramento argenti impoſito, quod candidũ permaneat, probatur. Battillum etiam ruſtici uocant ferreum inſtrumentum, quod ad ſulcos, elices, foſſasq; in agris faciendas utitur. Item Battillus ſignificat ferri bracteam & laminam. Vnde nos vulgo quoq; ferrum tali forma nominamus, batillum.

Batiolam, genus uaſis, quo vinũ, cado haurium, ad menſam fertur. Plautus, Batiolam auream octo põdo habebat, accipere voluit. Cornucopiæ.

Battologia, à noſtris multiloquium dici poteſt.

Battuo, is virgis uerbero. Plautus in Caſi.
Qui quæſo potius quàm ſculponeas
Quibus battuatur tibi os, ſenex nequiſſime.

Suet. de Cali. Mirmillionem è ludo rudibus ſecum battuentem, & ſponte proſtratum confodit ferrea fica. Cic. Pæto. tranſtulit ad rem obſcœnam, quum inquit, Equidem iam etiam nõ obſcœna verba, pro obſcœnis ſunt. Batuit. n. impudenter, expreſſit mul to impudentius. Atqui neutrum eſt obſcœnum.

Battus, per duplex tt, nomen eſt paſtoris.

Batus, ut ſcribit Hieronymus genus menſuræ eſt, quæ apud Hebræos dicitur. Bath. decima pars chori eſt, & de ſpeciebus tantum liquidis dicitur, uini, olei, & huiuſmodi. Seruius de pondere, Continet amphorã vnam. Et Batos nomen viri proprium eius, qui Cyrenem cõdidit, quod lingua Libyca regem ſignificat. Item Batus apud Plinium nomen piſcis, etiam inter aues numeratur.

Baubare, factitium verbum à voce canum, quum latrant, baubau facientes Lucr. l. lib. v. Et quum deſerti baubant in ædibus omnes.

Bauli, villæ nomen eſt, quæ inter promontorium Miſenum, Baiarumq́; lacũ flexo mari alluitur. Seruius cauſſam nominis inde factam memorat, quòd olim Hercules iuxta Baias fecit caulam bobus, & eam ſepſit, qui locus primo baulia dictus, mox dici cepit bauli.

Baxeæ, ſunt crepidæ & calceamẽta, & propriè calcei philoſophorum, vt oſtendit Apul. in lib. de Aſi. aureo, qui ait, Nec quid pallio baculoq́;, & baxeis, & hircino barbitio, philoſophum fingeret.

Bayæ, cum y, Græca palmarum folia dicitur. Hiero. Cubile eis de foliis palmarum, quas bayas uocant, contextum erat.

B ANTE D & E

BDellium, arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris fructu caprifici, naturaq́; gummi. Naſcit in Bactrianis, vt Pli. lib. xii. ſcribit. Cuius etiam ſuccus Bdellium dicitur.

Beati, à bene habendo dicti ſunt. Qui ſint dicẽdi beati Seneca libr. vi. Epiſt. declarat his verbis, Hoc nos doce, beatum non eum eſſe, quem vulgus adpellat, ad quem pecunia magna confluxit, ſed illum cui bonum omne in animo eſt, erectum, & mirabilia calcãtem, qui neminem videt cum quo ſe commutatum velit, qui hominem ea ſola parte exiſtimat, qua homo eſt, qui natura magiſtra vtitur, ad illius leges cõponitur, ſic viuit quomodo illa præſcripſit, cui bona illa nulla vis excutit, qui mala in bonum conuertit, certus iudicii, inconcuſſus intrepidus, quem ſi aliqua via mouet, nulla perturbat, quem fortuna, quum in eum quod habuit, telum nocentiſſimum vi maxima intorſit, pungit, non vulnerat. Cum talem hactenus videre haud licuit, veriſſime ſcripſit Ouid.

Scilicet vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt, diciq́; beatus
Ante obitum nemo, ſupremaq́; funera debet.

Cice. libro quinto Tuſculanorũ. Hos exiſtimo beatos, qui ſint in bonis nullo adiuncto malo. Apul. libro de philoſophia. Illum omnibus beatum videri, cui & bona ſuppetunt, & quemadmodum carere vitiis debeat, callet. Felices dicuntur bonorum omnium compotes. Aliæ quoq; res beatæ, felicesq́; dici poſſunt. Et vox beata, id eſt, plena ac perfecta. Et vocis felicitas apud Quintil. Interdum ponitur Beatus pro nobili. Hora. libro Carm. Neſcias an te generũ beatæ Phillidis flauæ. Huius diminutiuũ eſt Beatulus. Perſ. Tandẽq́; beatulus alto Cõpoſitus lecto.

Beatitas, & beatitudo, Cicero dura eſſe iudicauit tamen ea putauit vſu fieri poſſe molliora. Et beatitas magis Latinum eſſe ſenſit, quàm beatitudo, tamen beatitas repudiata eſt, beatitudo recepta in vſum. Cornucopiæ. Beatitudo (ut inquit Speuſip.) eſt bonum, & bonis omnibus accumulatum, poteſtas ad bene viuendum, ſeipſa ſufficiens, perfectio ſecũdum virtutem, ſufficiens vitæ commoditas.

Beblosis, βέβλωσις, dicitur prophanatio.

Bebrycia, regio, quæ ut Sall. docet, maior Phrygia dicta eſt. A qua Bebrycius, Bebrycia, Bebricium, & Bebryx, ycis, pen. indifferente. Vale Flaccus libro. ii. Bebrycis & Scythici procul inclementia ſaxi.

Lucanus libro ſexto.
Pinguis Bebrycio diſceſſit vomere ſulcus.
Sil. lib. iii. Poſſeſſus Baccho ſæua Bebrycis in aula.

Bebrycium ſiue Bebryacum, uicus eſt inter Cremonã & Veronam, qui vulgò dicitur Labina, clarum duabus cladib9 Romanorũ. In eo Vitellius cum Othone conflixit. Corn. Ta. Eo die quo Bebryaci certabatur, auem inuſitata facie, apud Rhegium lepidi celebri luco, conſediſſe in colle memorant, nec deinde cœtu hominum, aut uolantium alitum territam, pulſam've, donec Otho ſeipſe interficeret. Hinc Bebryacenſes dicti ſunt.

Becher, eris, pen. prod. & prima breui natio Scithica quæ quum ad Italiam veniſſet cum attila, vinumq́; guſtaſſet, omnium bibaciſſima facta eſt.

Bechion, herba eſt, quæ Latine tuſſilago dicit, quia tuſſim ſedat. Sic adpellata ἀπὸ τοῦ βηχὸς θεραπεύειν hoc eſt, à tuſſi ſananda. Cuius duo genera, de qbus abunde Perottus in Cor.

Beelphegor, interpretatur uir habens hiatũ, vel Deus hians, vel ſimulachrum ignominiæ. Idolũ fuit Moab, vocabula Baal, ſiue Beel ſuper montem Phegor, quem Latini Priapum ferunt.

Beelſephon, uir habens arcana vel dominus aquilonis, ſeu vetuſtus, Deus habes ſpeculam.

Beelzebub, idolum fuit Accaron, quod in Regum volumine vocat idolum muſcæ. Beel ipſe eſt Bel, ſiue Baal, zebub, muſca interpretatur vir muſcarum.

Beemoth, ex Hebræa voce Latine animal ſignificat. Ideo autem diabolus Beemot, id eſt, animal dicitur, quòd de excelſis ad terrena decidit, & pro meri to ſuo, vt animal brutum effectus ſit. Ipſe eſt & Leuiathan.

Beergios, vnus ex Neptuni filiis quem Hercules vicit Cornucopiæ.

Belbus, animal, alio nomine dicitur Hiena.

Belgæ, Galliæ populi per quindecim gentes diuiſi, intra Rhenum ac Lygerim, vergentes in Oceanum, &

quibus regio Belgica dicta eſt quaſi bellorum gẽs, vbi vehicula quædam primum inuenta fuere, quæ eſſeda dicuntur. Vergilius.

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

Belial, apud nos dicitur abſq; iugo, vel abſq; domino. Vnde diabolus vocatur Belial, quaſi apoſtata, & abſq; iugo.

Bella, æ, oppidum Campaniæ.

Vergilius libro ſeptimo, Mænia Bellæ

Bellaria, cibi ſecundæ menſæ, à bonitate. vt Dona. ait ad irritandam gulam, quæ tragemata, & pemmata Græci, ea veteres noſtri bellaria dixere, vt inquit Gel. quæ mellita eſſe conſueuerunt. Macrob. in Saturn. Adhuc dicẽte Furio, ſecundæ menſæ illata bellaria, nouo ſermoni principiũ dedere. Vina quoq; dulciora eſt inuenire in comœdiis antiquioribus, hoc vocabulo adpellata, dictaq; eſſe ea Liberi bellaria.

Bellarius, a, um, quod bello aptum eſt, vt arma ſagittæ, & huiuſmodi quaſi inſtrumenta bellica.

Bellator, non modo qui bellum gerit, ſed etiam per quem bellum geritur. Vergil. libro decimo,

Et inter Bellatoris equi caua tẽpora coniicit haſtã.

Bellatrix, quæ bellum gerit, ſeu bellicoſa eſt. Verg.

Aurea ſubnectẽs exertæ cingula mammæ Bellatrix.

Bellatulus, a, um, vocabulum blandientis, eiuſdem ſignificantiæ cum bellulus. Plaut. Cumrimus ergo cubitum bella bellatula.

Bellax, adiectiuum, idem quod bellicoſus.

Bellerophontes, ſeu Bellerophon, tis, fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore conſpicuus, & virtutis maximæ. Hic quum Stenobea vxore Præti de coitu interpellatus eſſet, veritus hoſpitalis Iouis irã laſciuam fœminam repulit. Vnde exardens repulſa mulier, viro innocẽtem hoſpitem adcuſauit, qui hoſpitii iure motus, illũ domi nõ interficere ſuſtinuit, ſed datis codicillis, ad Iobatem ſocerũ illum in Lyciam miſit. Lectis ergo codicillis Iobates, in vltionem criminis ad Chymæram & Solymos domãdos Bellerophontem miſit, ut ſub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Sed Chymera & Solymis deuictis, laudem retulit maximam. Hic primo Hipponus põſt, ab interfecto Corinthio Bellero, Bellerophõtes dictus eſt, primæ declinationis, ſicut Anchyſes. Hinc Bellerophonteus, tæa, um. Propertius, Bellerophontæi qua fluit humor equi.

Bellica, cæ, dicebatur Columnula illa ante templum Bellonæ, ſuper quàm iaciebant haſtam quum bellum indicerent.

Bellicoſus, ferox. Salluſt. in Iugurth. Lybes, quàm Getuli minus bellicoſi erant.

Bellicrepa, genus veteris ſaltationis, à Romulo inſtitutæ, in qua cum armis ſaltabant. Cc.

Bellipotens cum accentu in antepenulti. qui bello pollet. Stati. in Thebai. li. Bellipotens cui torua genas horrore decore Caſſis, & aſperſo crudeſcit ſanguine Gorgon.

Bellitudo, ornatus, pro pulchritudine poſuit Pomp.

Bello, as, oppugno, bellum gero confligo Plinia Romana arma primum Claudio principe in Mauritania bellauere Ptolemæum regem, à Cæſare interemptum. Eſt & Bellor, aris, deponens. Vergil.

Et pictis bellantur Amazones armis.

Compoſita ſunt Debello, & Rebello, primum ſignificat expugno. Vnde debellatos hoſtes dicimus victos alterum repugno. Vnde Rebelles.

Bellona, penultima producta bellorum dea, Martis ſoror, quamuis quidam Palladem dicant, cui proprio ſanguine ſacerdotes ſacrificabant, antè cuius templum columnula erat, quæ bellica dicebatur. Et alio nomine Enyo à poetis vocatur.

Bellouaci, populi Galliæ, qui belli gloria Belgas omnes ſuperarũt, quos Cæſar duce eorum interfecto, in poteſtatem redegit.

Bellulus, a, um, diminutiuũ formatum à diminutiuo, id eſt, pulcherulus, à quo aduerbium Bellule. Plaut. Nam nurus bellule ſe habet.

Bellum, proprie diſſentio hoſtilis, per quam arma mouentur, & ſignificat totum tempus quo ſunt in militia homines, prælium, certamen ipſum. Pugna etiam citra arma fit nudis verbis.

Verg. exemplum de bello, & prælio ponit.

Infantem fugiens media inter prælia belli.

Et Liuius refert populum Romanum nullo bello, multis vero præliis victum eſſe. Aliquando tamen Bellum capitur pro prælio. Salu. In eo bello treeenti milites deſyderati. Dictum Bellum vt Priſc. ſentit, ab eo, quod eſt bonũ, per antiphraſim, diminutiuũ, quòd minime bonum ſit. Alii non per contrarium à bono deducunt, ſed quòd boni gratia, bella olim ſuſciperentur, nec ad inferendam, ſed ad propulſandam iniuriam, pacemq; parandam. Quapropter hoſtes etiam ab æquando dicti ſunt. Alii à duello deriuant, adiecta d, & digãma in b, cõuerſo. Feſtus à beluis, quia beluarum pernicioſa ſit diſſentio. Bellicus, a, um, quod ad bellum pertinet, vt arma bellica.

Bellus, a, um, per duplex ll, diminutiuum eſt à bonus. Varr. Ita cum eis bellum geras, vt bella omnia domum auferas, id eſt, bona omnia. Idem Bellum pro melior poſuit. Venio nunc ad vltimum teſtamentũ, quod dicitur phyſicum, in quo Græci belliores, quã Romani noſtri. Et quoniam bonum quandoq; pulchrum ſignificat (ut apud Teren. Forma bona fortaſſe) Bellũ quoq; pro pulchro accipitur, vt bellus puer, bella puella, bellum corpus. Mart. Bella es nouimus. & puella verum eſt. Hinc Belli homines aliquando boni, & prudentes, aliquãdo formoſi atq; elegantes dicuntur, & Belliſſimus, optimus, vel pulcherrimus. Terẽtius in Adel. Ego iam proſpiciã mihi atq; vnumquodq; quod erit belliſſimũ carpam.

Belon per ſimplex l, vrbs, & nomen fluuii in Hiſpania.

Belone per ſimplex l, piſcis eſt qui alio nomine dicitur acus, ſiue acicula ab acu. Græci enim βελόνην παρὰ τὸ βέλος, acum nominant. Plinius, Acus, ſiue belone, vnus piſcium, dehiſcente propter multitudinem vtero, parit, à partu coaleſcit vulnus, quod & in cæcis ſerpentibus tradunt, vulgò Anguſigula dicitur.

Belos, Latine ſagitta, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quod ſignificat iacere.

Belpina, penultima producta. inſula Aeginæ proxima. Fuit & in continenti Laconiæ agro Belbina, vt inquit Strabo.

Belua, immanis fera, à vaſtitate, ſeu à valentia, vel à balatu, à quocunq; ſit, primã vocalem trahit à principali, quidam à bellum deriuant.

Beluata, dicta ſunt tapetia à Plauto beluarum figuris picta intextaq́;.

Beluinus, a, um, quod eſt beluæ, vt beluina rabies. Ambro. Tum ipſa habitudo corporis ſuauis & grata, vt neq; beluina vaſtitas horrori ſit, nec gracilitas infirmitati.

Beluoſus, a, um, quod abundat beluis. Vnde Oceanus dictus eſt beluoſus, à beluarum multitudine & magnitudine, quæ ibi ſunt, nam inter beluas varias numerantur Balenæ, Piſtris, Phyſeter, & Orcæ.

Belus, per ſimplex l, nomen proprium regis Aſſyriorum, & pater Nini, qui primus regnauit, & poſtea dictus eſt Bel. vnde Beelzebub. Nam eorũ lingua Sol, Bel dicitur. vnde & Belios. Ergo addita digamma, & facta deriuatione à ſole, regi nomen impoſitum. Hoc etiã nomine dictus eſt fluuius Syriæ, vbi primò compertum fuiſſe vitrum Plin. ſcribit lib. vi. Ioſephus lib. ii. belli Iudaici. Stadiis ait, duobus à Ptolemaide Belum amnem diſtare, iuxta quem ſepulchrum Memnonis ſit, & vitrea in rotunda valle arena, quã venti ex circundatis iugis euehãt, inexhauſta ſeculis vi, ſed ante omnia, mirabili natura mutandi alia quoq; in vitrum quæ attigerit metalla.

Bembina, Nemeæ vicus. Vñ Nemæus leo, à poetis Bembinatis eſt dictus. Plau. in Milit. Bembinatidis beluæ inſtar. Hoc eſt, Nemæi leonis inſtar.

Benacus, pen. prod. lacus ciſalpinæ Galliæ, cuius littori Salmidum Brixianum oppidum adiacet. Hunc aiunt aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire piſces quos indigenæ Carpiones vocant, nuſquã alibi repertos. Ex hoc Mintius fluuius excurrit in padum. de hoc lacu Verg. lib. ii. Georg. Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino.

Bendidia, ſacra fuiſſe Thracis, narrat Strabo, ex quibus Orphica originem ſumpſere.

Bene, aduerbium, à bonus formatum. Vt Deus bene omnia fecit, aliquando ponitur pro commode, ut bene habito. Interdum pro prudenter, pulchre, probe, ornate, honeſte, proſpere, pro loco. Nonnunquã pro valde, vt bene nummatus. i. pecunioſus. Cic. Habetis orationem bene lõgam. Nã bonus p magno & multo q̃ñq; capitur, ſimiliter male pro valde. Cic. in Brut. Credebat ſcriptores illos male mulctatos.

Bene cogito, vel male cogito, referuntur ad alterũ, ſignificantq; beneficiũ, aut perniciem. Plin. Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem liberaliorem reddes. Cice. Carthaginem diu male cogitantem, non prius timere deſinam quàm exciſam cognouero.

Bene de te mereor, i. bona in te confero, uel bene tracto. Cornucopiæ.

Benedico, laudo, bene loquor. Teren. in Phor. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Et conſtruitur cum datiuo, ſicut Maledico, quando eſt vna dictio.

Benedicus, penultima correpta. qui benedicit, & laudat, à quo aduerbium Benedice. Plau. Quum illicie bas me ad te blande & benedice.

Benefacio, non iudicantis, ſed gratias agentis eſt. Teren. in Eunuch. Benefacis, merito te amo.

Beneficiarius, qui beneficium accepit. Vnde & à veteribus Beneficiarii dicti ſunt illi, quos Impator ſuo beneficio promouiſſet in militia. Cæſar lib. i. Petreius uero non deſerit ſeſe, armat familiam cum hac, & prætoria cohorte certamen, barbariſq; equitib⁹ paucis beneficiariis ſuis.

Beneficus, liberalis, qui beneficium præſtat, & comparatiuum habet, & ſuperlatiuum, aliquãdo etiam ſuum. ut Beneficentior, Beneficentiſſimus, & Beneficiſſimus, ut Mar. Cato de Ptolemæo rege optimo & beneficiſſimo. Hinc Beneficentia, liberalitas.

Bene iudico, cenſeo, opinor, exiſtimo, ad meipſum referuntur, rectumq; conſilium oſtendunt, & è contrario Maleiudico.

Beneuentum, Campaniæ vrbs, quum eò colonia deduceretur. Boni ominis gratia vocari cœptũ. Nam antea Maleuentum vocabatur. Hæc vrbs à Diomede condita fertur, apud quam. xxx. milia Samnitum cæſa fuerunt, Sulpitio, & Petilio conſulibus.

Bene uertere, eſt in utilitatem uertere, ſicut male uertere eſt in perniciem.

Bene uiuere, inquit Auguſti. libr. de mori. eccle. eſt ad beatitudinem viuendi tendere.

Bene uolo tibi, amo, hinc Beniuolus, & Beniuolẽtia, quæ eſt inclinatio animi cũ deſyderio benefaciẽdi.

Benignus, à bonus deducitur, & proprie qui bonis & dignis largitur ex bono & gignendo compoſita dictio. vnde Benignã terram dicimus, fructus abunde reddentem. Plinius de Aegypto. Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feracior. Teren. in Hecy. Nihil apud me tibi deſieri patiar, quin quod opus ſit, benigne præbeatur, hoc enim eſt gratius. non ſolum præbere, ſed etiam large. Don. Benignitas eſt in quantitate rerum, aut in felicitate præſtantis. Nam plerunque ingrata dona ſunt, in quibus benignitas non apparet.

Benna, bennæ, lingua Gallica genus vehiculi. Vnde Combennones, in eadem benna ſedentes.

Beos, as, conſolor, & beatũ, glorioſumq; facio. Plautus in Truc. Hoc me beat ſaltem quoniam perduelis vicit & domũ compos laudis reuenit. Hinc Beatus, Beatior, Beatiſſimus.

Berecynthus, nomen montis eſt Phrygiæ, & nomen oppidi, in quo Cybele mater deũm, priſcorum ritu colebatur. vnde Berecynthia dicta eſt. Addimus autem aſpirationem quoties montem Deli Cynthum dicimus.

Berenices crines, ſeptem ſunt ſtellæ ad leonis caudam veluti in triangulo collocatæ, cauſſam lege apud Perottum.

Beronice, vel Berenice, es, pen. prod. regina Aegypti, ſoror Ptolomæi & Cleopatræ, à qua Beronice vrbe

in maiori

In maiori Syrte creditur adpellata. Fuit & alia Beronice, Herodis Agrippæ iudæorum regis filia, de qua Iuue. Deinde adamas notiſſimus & Beronices
In digito factus precioſior, hunc dedit olim
Barbarus inceſte dedit hunc agrippa ſorori.

Beroſus, Hiſtoricus fuit, q hiſtorias literis Chaldæis conſcripſit.

Berſabee, vrbs in terra Iuda, quæ etiam Puteus iuramenti vocata eſt, quia quum ibi habitaret Abraham cum Abimelech, datis ſeptem ouibus in fœdus, mutuo iurauerunt. Hæc terminus fuit terræ promiſſionis, poſſeſſe à populo Iudæorum, poſtquam reuerſus eſt ex Aegypto, & tenditur vſq; ad, Dan ſpatio in longum clx. milium, ſicut ſcribit Hieronymus ad Dardanum.

Beryllus, cum y Græco, lapis pallidus tráſparens, ex quo pocula fiebat, gen. maſcul. & fœm. Priſci. in Periegeſi. Berylli gemmas glauci, nitidumq; adamanta Gignitur in India ſimilis ſmaragdo, ſed cum pallore ſemperq; berylli ſexágula figura artificum ingeniis poliuntur, quoniam hebeſcit, niſi color repercuſſo angulorum excitetur. Orpheus in libro de gemmis, de beryllo nil meminit, ſed Euſta. multa in enarratione Dionyſii Libyci, qui ait. μὴν καὶ χρυσέῳ φίζων χαρίεστερον ἄλλο ὑγρῆς, βηρύλλου γλαυκῆς λίθον. Ipſum & auro ferre gratius, aliud humente beryllo cæſium lapidem.

Berytus, cum y, penultima producta vrbs eſt Syriæ Phœnices, à qua Berytia vua, qualis hodie quoq; nominatiſſima eſt.

Bes, is, vnciæ octo, ab aſſe, ex eo, quòd bis triens ſit, quamuis dura compoſitio. Ser. Duos trientes beſſem vocabis. Antiqui Des dicebant, dempto triente. id eſt, octo.

Beſſi, populi Thracum, de quibus Ouid. lib. iiii. triſ.
Viuere quàm miſerum eſt inter Beſſosq; Getasq;.

Beſſygs, penultima correpta emporium in India, vbi & amnis Beſſygas, vnde Beſſygitæ populi, qui humana carne veſcuntur.

Beſtia crudelitatem videtur exprimere, Belua magnitudinem, & quaſi monſtruoſitatem. Fera opponitur cicuri. Vlpi. Beſtias accipere debemus magis ex feritate quam ex animalis genere, quæ proprio morſu, vel vnguibus ſæuiſit. vt pardi, leones, tygrides, à vaſtando. Hinc Beſtialis, & hoc Beſtiale. Ambr. Ipſum videtur beſtialis naturæ, poteſtati eſſe ſubiectum.

Beſtiarii, dicebantur, qui cum beſtiis depugnare damnati erant. Hinc, à Sen. ludus beſtiariorum nuncupatur, quo beſtiarii depugnabant. Tertul. Iupiter eſt Romæ, quem ludis ſuis ſanguinis proluunt beſtiariorum.

Beta, litera Græca, proxima prima in b, à Latinis tráſfert. Aliqñ in o, vt bition, vitia, eſt etiá hoc nomine herba quæ & Bleta dicit, & Betatius, & Betatium.

Betamones, ab Homero Corybantes uocantur. Cc.

Bethacarma, vicus iter Hieroſolymá, & thecuã, in mõte, ſitus cõpoſitũ nomẽ ex lingua Syria & Hebræa.

Bethania, villa ſecundo miliario ab Hieruſalem in latere montis oliueti.

Bethel, vrbs Samariæ, quam Iebuſei condiderũt, quæ prius uocabatur Luza.

Bethleem, nomen ciuitatis Dauid, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, nunc viculus eſſe dicitur qui ab Ioppe quadraginta milibus diſtat. In hac ciuitate ortus, atq; conſumptus eſt Dauid. Ibi etiam dominus noſter ex ſpiritu ſancto genitus, natus eſt. Ibi Rachel occubuit, vbi & ſepulchrum Ieſſe patris Dauid oſtenditur. Eſt autem hic locus in Tribu Iuda, ſexto ab Hieruſalem miliario poſitus cõtra meridiem, in itinere quo pergitur Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora ſua pauit, loco Bethleem nomen impoſuit, quod, domus panis interpretatur, propter eum panem, qui ibi de cœlo deſcendit. Hinc Bethleemitæ pen. prod. dicti ſunt eius incolæ.

Betphage, pen. prod. Syrum nomen, quod interpretatur domus oris, uel maxilla.

Bethſaida, piſcina in Hieruſalem quæ vocabatur probatica, & à nobis dici poteſt domus pecudum, ſiue pecualis, quia hoſtias in eo quondam ſacerdotes lauabant. Eſt & nomẽ ciuitatis Galilææ, à qua Petrus & Philippus ortum habuere.

Bethſamis, nomen vrbis Galilææ, ubi Dominus perhibeſ multa ſigna feciſſe, à qua Bethſamitæ populi.

Bethſura, & bethſuræ tantum pluraliter, penultima producta Hieronymus lib. ſecondo, Mach. Et bethſuræ quod erat Iudæorum munitum præſidium, caſtra admouebat. idem in eodem. Iterum rerum ſermonem habuit cum his, qui erant Betſuria. Interpretatur domus muri, uel domus acerba.

Bethycatus, id eſt, pullatus. Mart. Et Bethycatus ſimulat quoq; Leucopeatus. Cuius uocabuli ratio eſt, quod natiuus color in Hiſpania ſubnigrior eſt, ideoq; minus uilis. Cc.

Bethycus, a, um, ut Bethycus, color, ſubniger. Cc.

Bethys, fluuius Hiſpaniæ ulterioris, à quo Bethyca Hiſpaniæ regio dicta eſt, quæ ab accolis Tudertana uocatur, incolæ Tudertani, & Turduli dicuntur. Ea nunc Granata dicitur, à grano, quod Græci coccum uocant. Nam in Bethyca fere tota copioſum coccũ gignitur. Accipitur etiá pro Hiſpania, quòd Bethys eam diuidat, Hic fluuius occidit in Oceano occidentali. Dictus Bethys παρὰ τὸ βάθυς, α ἀν ν. quod eſt profundũ. In eo lanas pulchro colore tingi oſtẽdit. Mart. quum ait.

Bethys oliuifera crinem redimite corona.
Aurea qui nitidis uellera tingis aquis.

ſed tamen quotquot Græcos uiderim, ſcribunt per ai diphe. in prima, ut Stepha. Bizantius noſter, & Euſtatius in commentariis Dionyſii, ſed mihi uiſus ſum ſequi aliam opinionem.

Beto, is, uado, quaſi bene ito. Varr. Mulierem, quòd parere ea non poteat, fores betere iuſſit.

B ANTE I

Bizon, dictum eſt à cura, quia multum in eo cõdendo laboris adhibeatur. Siue quia uiolentũ ſit, & effecax contra morbos, ſiue à feſtinatione atq; impetu. Plin. Triticum non poteſt uideri, quod Bizon adpellauimus.

Bianor, nomẽ viri, qui & Ocnus dictus eſt, filius Mantus fatidicæ, & Tuſci fluminis, qui Mantuam à nomine matris dixit. Fuit & alius Troianus princeps.

Bias antis, nomen philoſophi Prienenſis, q fuit unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus. Hic Laertio teſte uir fuit totus regius, & ciuium ſuorum princeps, quos diu aduerſis periculis tutatus eſt. Sed tandem capta patria, quum fugientibus cunctis onuſtis ſarcinulis præcioſarum rerum ſuarum, & ipſe interrogaretur, quur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret, reſpondit, omnia bona mea mecum porto. Suidas. βίαντος πριηνέως δίκη, οὗτος εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, λέγεται γὰρ εἰς τὰς δίκας δεινότατος γεγονέναι ἐπὶ ἀγαθῷ μέντοι τῇ τῶν λόγων ἰσχύϊ ἐχρῆτο. Biantis Prienenſis pœna, hic unus ex ſeptem ſapientibus, dicitur in iudiciis grauiſſimus propter bonum verborum potentia utebatur.

Bibaculus, per immunitionem is, qui frequentius bibit. Cc. Item nomen fuit Poete, quem Hieronymus in chronicis Cremonæ natum ſcribit, paulò minorem Cicerone.

Bibax, & Biboſus, qui eſt bibendi auidus, vel nimius potator. Laberius. Non mammoſa, non annoſa, nõ biboſa, non procax.

Biberius, Tyberii agnomen per deriſum, propter nimiam vini auiditatem.

Bibile, quod facile bibi poteſt. Cc.

Bibiſia, ipſa biblio dicitur.

Biblia, uxor Duilii Romani, qui primus Romæ naualis certamine triumphauit, quæ tantæ pudicitiæ fuit, ut illo ſeculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monſtrum erat, non uitium.

Bibliacus, libroſus.

Biblio, lis, factum eſt à ſimilitudine ſoni, qui fit in uaſe. Neui. Biblit amphora.

Bibliographus, librarius, βίβλιον καὶ γράφω.

Bibliolathas, dictus eſt Didimus, quoniã mille quingentos libros conſcripſit.

Biblion, libellus.

Bibliopola, penultima producta, qui libros uendit. Mart. Non habeo, ſed habet bibliopola Triphon. Componitur autem ex βίβλιον, quod eſt liber, & πωλῶ, uendo, per ω in prima.

Bibliotheca, penultima producta, tam librorum per ſe magnus numerus, quàm locus ubi libri ſunt, appellatur, ut libro trigeſimo ſecundo digeſtorum ſcribit Vlpianus. Auſon. Emptus quòd libris tibi bibliotheca referta eſt. Nam biblos liber eſt, & theca repoſitorium, à Latinis libraria dicit. Gellius, Forte in Libraria ego, & L. Paulus poeta, uir memoria noſtra doctiſſimus, conſideramus. Eſt & Bibliotheca titulus, ſiue inſcriptio, qua Diodorus hiſtoriam ſuam nominauit, à Græcis inflectitur Bibliothece, es, Plinius apud Græcos deſiit nugari Diodorus, & Bibliotheces hiſtoriã ſuam inſcripſit. Bibliothecæ, ut inquit Vitru. ad orientem ſpectare debent. Vſus enim librorum matutinum expoſtulat lumen.

Bibliothecalis, & hoc bibliothecale, quod ẽ bibliothecæ, ut apud Martianum, bibliothecalis copia.

Biblos, Latine papyrus.

Bibo, is, bibi, itum, potum haurio, ea omnia dicitur bibere, quæ hauſtus habent. Verg. xi. lib. etiam his iunxit, quæ non habent hauſtum.

Haſta ſubexertam donec perlata papillam
Hæſit virgineumq; alte bibit acta cruorem.

Bibere etiam accipitur pro auſcultare, ſeu ſtudioſe audire. Horat. lib. Car. ii.

Pugnas, & exactos tyrannos
Denſum Humeris bibit aure uulgus.

Huius compoſita ſunt adbibo, quod ſignificat iuxta ſeu etiam bibo. Teren. in Heaut. Is pater mihi ubi adbibit plus paulò, ſua quæ narrat facinora. Combibo, ſimiliter bibo. Plautus in Cur. Viden' ut anus medicinam facit? Ea merum quum didicit bibere, foribus dat aquam, combibani. Unde & Combibones dicuntur. Cicero. Pæto, In his cõtrouerſiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima opera uti eius ſoleo. Ebibo, extrabibo, exaurio. Plaut. in Amph. Factum illud eſt, ut ego illic vini cirneam ebiberim meri. Ouidius,

Ebibe, ſeu talibus, piper adderenue cuminum.

Præbibo, ante bibo. Hiero. Nec venena iam metuã, quum antidotum præbibero. Per tranſlationem ebibere ponitur pro conſumere. Idem, Non ego cum vino ſimul ebibi imperium tuum. Imbibo, inſumo, intus concipio. Cic. in Verrem, An nunquam iſte bonã de ſe ſpẽ habuiſſet, niſi de nobis opinionẽ imbibiſſet! Augu. ut poeta optimus maximus teneris ebibitus annis, non facile memoria aboleretur. Perbibo, multum bibo. Lactan. lib. ſecundo, Infecti ſunt enim perſuaſione ac penitus eorum mentes ſuccum ſtultitiæ perbiberunt.. Subibo, parum bibo. Suet. in Nero. ſi paulum ſubbibiſſet aliquid, ſe ſufferri tinnitum Græco ſermone promiſit. Et hæc omnia habent penultima correpta. Inuenitur etiam paſſiuum huius uerbi bibo in tertia perſona. Iuuc. Sed nulla aconita bibuntur.

Bibulus, a, um, quod facile ſorbet. Verg. ad Meſſalã,

Inuerſo bibulum reſtinguens lumen oliuo.

Quia lumen bibit oleum, id eſt, ardendo conſumit Unde & bibulorum cognomen dictum eſt. Et bibula papyrus, quæ ſorbet atramentum. Luca. Cõficit bibula Memphitis charta papyro. Hinc fit Merſibibulus, de quo alibi Hor. paſſiue dixit,

Et poteris bibuli media de nocte falerni,
Oderunt porrecta negantem pocula.

Biceps, qui habet duo capita.

Biclinium, locus ubi duo lecti ſunt, ſicut triclinium, ubi tres. Sunt autẽ hæ dictiones ex Latino, & Græco compoſitæ, nam bis Latinum eſt, & κλίνη Græcum, quod lectum ſignificat.

Bicornium, quod habet duo cornua. Cc.

Bicorpus, quod habet duo corpora.

Bidental, locus, ubi mos erat apud priſcos, quum aliquod ædificium è cœlo fulminabatur, ſacerdos aduocabatur, qui eo in loco ouem immolatã comburebat, ibiq; eius reliquias ſepeliebat, ab oue bidente ibi immolata. Hora. An triſte bidental Mouerit ince

ſtus, certe furit, ac uelut urſus. Noni. Marcel. Bidental dici uult, quòd binæ pecudes mactarentur.

Bidentes, quidã intelligunt oues aut beſtias, quæ per ætatem duos dentes altiores habẽt. Nam Higynius dicit. Quæ bidens hoſtia oportet dentes habeat octo, ſed ex his duos cæteris altiores, per quod appareat ex minore ætate in maiorem tranſcendiſſe. Alii hoſtias bimas, id eſt, duos annus habentes, quæ in commentario ad ius pontificum pertinentibus legatur. Bidentes primo dictas, d, litera ex ſuperfluo intericcta, ſicut in ſedeo, ad hiatum duarum vocaliũ præcauẽdũ. Ergo Bidentes, primo dictæ ſunt, quaſi biennes, & longo vſu loquendi correpta eſt uox, ex biennibus, & bidentibus dicta. Et Bidens inſtrumẽtum ruſticum. Iouenalis,

Viue bidentis amans & culti villicus horti.

Biduũ, ſpatium duorũ dierũ, à quo biduanus, a, um, ut biduanæ induciæ. Biduo continenti, ſignificat duobus diebus continentibus. Suetonius in Cali. Per hunc pōtem vltro citro cõmeauit biduo continẽti.

Biennis, q eſt duorũ annorum, ſicut triennis, q trium.

Biennium, ſpatium duorum annorum.

Bifariam, Trifariam, aduerbia ſunt, quibus ſignificatur quod binis, vel tribus modis, vel quod in duas vel tres partes fari poteſt. Sic Multifariam, Omnifariam, Plurifariam, ſignificat multorũ generum, omnis generis, ſiue in multas in omnes, & in plures partes, ſiue quod multis, omnibus & pluribus modis fari poteſt. Dicimus etiam bifarie, Trifarie, Multifarie, &c. & bifarius, a, um. Sueto. Gladiatoria munera, plurifaria. ac multiplicia exhibuit. Apul. Omnifario ſermone dipinxit.

Bifero, arbor quæ bis fert fructus. Cc.

Bifidus, a, um, penultima correpta, quod in duas partes fiſſum eſt. Cc.

Bifores, pen. cor. quæ habent duas ianuas.

Bifrons, qui duas frontes habet dicitur. vnde Ianum dicimus bifrontem, quòd præterita ſciuerit, & futura præuiderit, uel quia ſuperum & inferum ianitor eſt. Cornucopiæ.

Bifur, plus quã fur ſiue qui bis in furto eſt deprehẽſus.

Bifurcatus, qui & Bifurcus, geminas furcas habens. Cornucopiæ.

Bigæ, per ſyncopam dictæ ſunt quaſi biiugæ, currus duobus equis vecti, quòd duorum equorum iugo agantur. Equi vero Biiugi, Biiuges'ue dicuntur. ſic Quadrigæ, à quatuor, quòd à quatuor equorum iugo, & equi quadriiugi. Augſt. lib. xviii. de ciuit. Dei. Iunctos duos equos bigas vocamus. Apud veteres tamẽ bigam, & Trigam, & Quadrigam inuenimus. Sueto. in Tibe. Vix vnius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Pap. in The. Roriferum gelida tenuauerat aera biga. Plin. In ſummo mauſoleo eſt quadriga marmorea quam fecit. Pythis. Bigas primum iunxerunt Phryges. Quadrigas Erichthonius.

Bigamus, qui duas uxores duxit, à quo Bigamia, γάμοι enim nuptiæ dicuntur.

Bigati, nummi, bigas impreſſas habentes. Cc.

Bigemmis, uitis, quæ habet duas gemmas. Colu. lib. vi. Pro materiis longioribus, pollices quaternum, aut quinum gemmarum relinquuntur, pro cuſtodibus autem, bigemmes reſces efficiunt in ea.

Bigenera, animalia ex diuerſo genere nata, vt leopardus ex leone & panthera.

Biiugi, equi dicũtur quũ bini ad vnũ iugũ nexi ſunt.

Bilanx, cis, quod duas habet lances.

Bibilis, oppidum Hiſpaniæ, à quo Martialis poeta originem duxit, ſic dictũ à Bibili ꝓpinquo fluuio.

Bilibris, duarum librarum.

Bilinguis, q duas habet linguas. hoc eſt, q nõ vnum modo aliud loqtur, uel qui aliud dicit, & aliud reticet. Et quádoq; accipitur ꝓ fallaci, hoc vitiũ ad mentem referendo, & qui diffuſæ uaria uerba loquitur.

Bilis, atra, melancholia dicit̃, humor ſcilicet, q in folliculo Fellis eſt, & pro ſui cõditione hominẽ tranſmutat, & hæc inſaniam facit. Plautus in Amph. Delirat uxor, atra bili percita eſt. Hæc ſanatur atro ueratro, quod dicit̃ Helleborus. Eſt & bilis, quam Græci choleram dicunt, commune inteſtinorum vitium vt inquit Celſ. Bilis ſupra, infraq; rumpit, interdum alba, nonnunquam nigra uel uaria, quandoq; citrina & vitellina, & rubra, & aduſta.

Bilitos, ueteres dixere beſtii ſimiles, quaſi belutos. Cornucopiæ.

Bilioſus, qui bile laborat. Cor. Aut liuidum aut bilioſum. Idem, Sputum & bilioſum aut purulentum.

Bilutes, veteres dixerũt beſtiis ſimiles, quaſi belutos.

Bimater, agnomen Bacchi, quòd duas matres habuerit. Semelen, & Iouem matris fungentem officio.

Bimaritus, qui duas vxores habuit. Cc.

Bimembris, duarum partium quaſi membrorum. Cc.

Bimeſtris, duos menſes habens, aut duos annos à luna computatos. Hor. lib. Car. Et porco bimeſtri Cũ famulis operum ſolutis, ſic Trimeſtris, Quadrimeſtris, Quinquemeſtris. Plini. Caſtrati agnos, niſi quinquemeſtres præmaturum exiſtimant.

Bimulus penult. correp. qui in bimatu eſt. hoc eſt, qui duos annos ætatis habet.

Bimus, Trimus, Quadrimus, Quimus. vnde Bimatus, Trimatus, Quadrimatus, Quimatus, pro ſpatio duorum, trium, quatuor, aut quinq; annorum. Plin. Vita fœminis quindecim annia longiſſima, maribus viginti, robur in quimatu. Sueto. in Auguſt. Quadrimus patrem amiſit.

Bina quamuis Seruius doceat de iis tantum dici, quæ ſunt pluralis numeri Duo quæ ſunt ſingularis. vt dicamus, binas literas duas epiſtolas, inuenitur tamen Bina iungi, cum iis, quæ ſingulariter declinantur. Cice. Mario. Reliquæ ſunt venationes binæ, per dies quinque magnificæ. Idem Binos tabellarios inquit Plinius libro duodecimo, Ergo in vtraq; gente bina laudaui genera, terrenum, & factitium eſt autem Binus, a, um, idem quod duo. Siſen. Ad binum milium numerum, ſauciis vtrinq; factis. Inde fit Cõbino, as, penult. produ.

Binarius, numerus, numerum aliarum rerum denotat, quæ non nominantur. Cc.

Binomius, & Binominis, dicitur qui geminum habet

nomen, vt Iulius Cæſar, Numa Pompilius.

Biocreſta, id eſt, uitæ vtilia.

Bion, Boryſthenites philoſophus fuit, & ſophiſta callidus, qui philoſophiam vario orationis flore veſtiuit. Fuere & alii Biones noue, ut teſtatur Laertius. Fertur hic dixiſſe ad eum qui fundos ſuos ingluuie uorauerat. Terra Amphiaraum abſorbuit, ſed terram tu.

Biothanatos, Græca dictio, ex *βία*, uiolentia, *θάνατος*, mors. id eſt, violenter mortuus, ut eſt qui ferro, vel alia ui interficitur, & non ſua, id eſt naturali morte moritur, quæ naturaliter contingit. Et mors ipſa Biothanata dicitur, quæ per uim infertur. De qua intellexit Vergilius quum dixit.

Nam quia nec fato merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem. Ambroſius de diuo Prothaſio, Miſer vel tu uiuere ſtude, & noli biothanatos fieri, ſicut & frater Geruaſius. Hinc Biothanati uiri, & Biothanatæ fœminæ, q uiolenta morte pereunt. Scribit Lampridius prædictum fuiſſe Heliogabalo ipſum biothanatum futurum, hoc eſt, quòd uiolenta morte periturus erat. Idem. Si luna, inquit, adplicuerit ſe Saturno, deficiēs lumine, faciet matres biothanatas interire. Serulus ait Biothanatarū animas non recipi in originem ſuam.

Bipalium. Inſtrumentum ad fodiendum. Var. Si locus humectus ſit, ibi cacumina populorum ferunda, & arundinetū. Id prius bibalio uortito, ibi oculos arūdinis pedes ternos alium ab alio ſeri aptam eſſe utriq; eandem ferè culturam.

Biparus, a, um, qui, uel quæ bis peperit.

Bipatens, pen. cor. quod ex utraq; parte aperitur.

Bipennis, à penna deriuatur, ſeruauit enim antiquitatem, nam veteres pennas dicebant, nō pinnas, ideo fœm. gen. Verg. uero loco adiectiui uſus eſt lib. xi. Ferro ſonat alta bipenni Fraxinus. Proprie ſignificat, quod eſt duarum pennarum. Plin. lib. xi. Nullis eorum pennis reuiuiſcunt auulſæ, nullum cui aculeus in aluo, bipenne eſt quibuſdam pennarum tutelæ cruſta ſuperuenit, ut ſcarabeis, quorū tenuior, fragilliorq; penna, his negatus aculeus. Per tranſlationem ſignificat quicquid vtranq; partem acutam habet, unde pro ſecuri ſepænumero ponitur.

Bipertior, in duas partes diuido, à quo Bipertitum, & aduerbium Bipertitò.

Bipes, quod habet duos pedes, à quo Bipedalis, & Bipedanus, a, um. Columella, Frumentis autem ſat erit, ſi æque bona ſuberit bipedana humus. Bipedaneus, a, um. Idem lib. v. Cēſuiſſem fieri ſcrobes, adiecto dodrante ſuper altitudinem bipedaneam.

Biremes, naues quæ habent duorum remorum ordines, quas conſtat Erythræos primos feciſſe. Triremes. Amocles Corinthus. Quadriremes, Carthaginenſes. Onerariam, Hippius Tyrius inuenit.

Birotum, genus uehiculi, duas rotas habentis.

Bis, aduerbium, ſignificat id quod Græci dicunt *δὶς* & multa habet compoſita, de quibus iam ſupra.

Biſaltæ, populi Scythici, de quibus Vergil. libro tertio Georgicorum.

Biſaltæ quo more ſolent acerq; Gelonus,
Quum fugit in Rhodopen, aut in deſerta Getarum.
Plin. Libera gens Biſaltæ à fluuio Biſalte, ſiue à Biſalto ſolis & terræ filio, ubi lepores duplici iecore ſunt.

Biſellium, ſiue Biſellum, duos tantum capiēs in ſella. Cornucopiæ.

Biſextus, quaſi bis ſextus, quia duobus diebus continuis ſexto dicimus kalēdas Martias, duos uidelicet dies pro vno computantes. Vnde qui eſt natus biſexto kalendas, nihil refert. (vt inquit Celſus) vtrū priore, an poſteriore die natus ſit, quū illud biduū, pro uno tantum die habeatur. Eſt autem Biſextus, per quatuor annos, unus, dies adiectus. Creſcit. n. per ſingulos annos, quarta pars aſſis, at vbi quarto anno aſſem compleuerit, biſextum vnum facit. Nā Caius Cæſar ne quadrans deeſſet, ſtatuit ut quarto quoq; anno ſacerdotes diem vnum intercalarent, eumq; biſextum uocauerunt.

Biſon, tis, animal deforme prolixitate iubarum, & reliquo corpore, ſed ferum, cerui figura, media fronte inter aures unum cornu habens. Mart.
Illi ceſſit atrox bubalus atq; biſon.

Biſtonis, pen. cor. ciuitas & ſtagnū in Thracia abderæ vrbi propinquum, à quo Thracia Biſtonia dicta eſt. Vnde Biſtonius, a, um, & Biſtonicus, a, um, quod Thracem ſignificat, ſicut ab Ionia, Ionius, & Ionicus. Ouidius,
Feſſaq; Biſtonia membra lauabis aqua.
ſimiliter Biſton, vnde Thraces, teſte Solino Biſtones dicuntur. Idem,
Tuta tamen bello Biſtonis ora fuit.
Sunt qui velint & ſtagnum, & prouinciam à Biſtone rege nomen accepiſſe,

Biſulcus, q ungulas nō ſolidas habet, ſed ſciſſas. Item quicquid in duas acies ſciſſum eſt, Biſulcum dicitur. Plinius libro decimo Solidipedes, & biſulci ſues, omni cibatu & radicibus aluntur, & Biſulcus porcus, quum in ceruice ſetas diuidit.

Bithia, Pharaonis filia, quæ Moſem adoptauit.

Bithyas, cum y, Græco Gentem in Thracia eſſe commemorat. quarum autor Bithyas fuit, Martis & Setæ ſororis Rhoeſi filius.

Bithynia, regio minoris aſiæ, aduerſa Thraciæ & proxima Troadi, quæ ut Solinus ſcribit & Serui. primum Bebrycia poſtea Migdonya, deinde à Bithyno, Bithynia dicta fuit. Hæc etiam autore Euſebio Pontus eſt dicta. In Bithynia Libyſſa eſt, vbi annibal ſepultus eſt. Sunt qui ſcribant Thynos, populos, tranſiſſe ex Europa, à quibus Bithyni dicuntur, & Bithynia, Claud.
Thyni Thraces erāt, quæ nunc Bithynia fertur.
Hine Bithynus, a, um, pen. pro. & Bithynicus, a, um, Iuue. Quanquam & Cappadoces faciant, equitesq; Bithyni. Mart.
Iam te rem factam Bithynice credis habere.
Ex Bithynia fuerunt uiri in diſciplinis memorabiles. Xenocrates philoſophus, & Dionyſius dialecticus, & Hipparcus, & Theodoſius, & filii eius mathematici,

thematici, & Cleophanes orator ex Myrlea, & Aſclepiades medicus Pruſienſis, & Dion.

Bithynium, ciuitas in Bithynia, à quo Bithyniatæ, & Bitynenſes populi dicti ſunt.

Bitis ſine h, & i, Latino fuit unus ex Carthaginenſium principibus.

Bitumen, pen. produ. genus cretæ, quod ſi quãdo accenditur, extingui non poteſt, & de natura ſulphuris eſt, dicitur fieri ex fulmine. Vnde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac ſe lacus abſidat, adeò ut inde fabricaſſe muros Semyramis dicatur. Hoc & Aſphaltus dicitur, verum ut quidam tradunt, aliud eſt aridum, aliud liquidum. Aridum gignitur in Iudæa Phenice, & Sidonia. liquidum in babylonia, Apollonia, & Sicilia. Lacus eſt apud Iudæam, quod bitumen egerit, ꝙ à lacu etiam Aſphaltites nominant, liquor eſt aeer natura ſua, & ſparſo aceto concreſcit, filo mulieris menſtruo infecto, reſoluitur. De hoc Strabo lib. vi. & Plin. lib. xxxv.

Bitumino, as, bitumine linio. Amb. lib. Hex. Fac tibi arcã ex lignis quadratis, nidos facies in arca, & bituminabis eam intus, & foris bitumine.

Biuitas, penul. produ. uidua, quòd duas habuit uitas, alteram coniugalem, cœlibem alteram. Varr. Ad biuitatem (alii biuitam) uenio.

Biuium, ꝙ duas uias habet, ſicut triuium, quadriuiũ.

Bizen, ciuitas Thraciæ. Stephanus. βίζυα πόλις θρᾴκης τοῦτον ἄσυ βασιλέως. Plin. lib. iiii. Bizian uocauit. Bizia inquit, arx regũ Thraciæ, à Terei nefaſto crimine inuiſa hirundinibus.

B ANTE L

BLæſus qui in ſermone tardus eſt, à blattero fit vel qui in pronunciatione aliquam excludit literam. Sunt enim multi qui nõ poſſunt proferre quaſdam literas. Quidam pro paralytico accipiunt, unde Iuuenalis pro titubãte poſuit, & blæſis, atq; mero titubantibus.

Blanchsnon, filicis genus. Ce.

Blandicus, penult. correp. qui blanditur, à quo Blandiculus, & Blandicellus diminutiuum. Vnde bládicella uerba legimus.

Blandidicus, qui blande loquitur. Plau. Nunc mihi blandidicus es, heri in tergo meo, treis facile corios contriuiſti bubulos.

Blandifico, blandum facio.

Blandiri, eſt blanditias dicere, adulari, aſſentari, & ꝑtinet ad omnes ſenſus, & nonnunquam ad animum. Quinti. Blandiar pauliſper calamitatibus meis. Huius cõpoſitũ eſt Eblandior. Colu. lib. viiii. Sed nec hæc iã aliena eſt, agricolæ captãtis, undiq; uoluptates acqrere, qbus ſollicitudines ruris eblandiantur.

Blanditia, æ, & blanditiæ, arum, adulatio, popularitas. Plautus in bac. Viſcus merus veſtra eſt bláditia.

Blanduſii, Sabinenſis agri regio, in qua fuit ager Horat. poetæ. Cornucop.

Blapſigonia, pen. cor. quaſi prolis detrimentum, ἀπὸ τοῦ βλάπτω noceo, γόνος fœtus quum apes morbo, ignauia, aut infœcunditate naturali, fœtum non peragunt. Idem Clerus dicitur.

Blaſcon, inſula in Rhodani hoſtio, Metina & dicta.

Blaſphemia, maledicentia. Græcum eſt, βλασφημία.

Blaſphemo, as, pen. produ. Græcum eſt, & ſignificat execror, maledico, & verbis calumniam infero, ac dignitati, honoriq; alterius derogo.

Blatio, is, & blatero, as, veteres dicebant, pro incõdite, & inaniter loqui ut ſunt qui extra propoſitum loquuntur, vel verba immoderata emittunt. Gell. lib. i. Phauorinum ego audiui dicere verſus iſtos Euripidis, non de his tantum factos accipi debere, qui impia, atq; illicita dicerent, ſed vel maxime de hominibus quoq; poſſe dici, ſtulta & immodica blaterantibus, quorum lingua tam prodiga, infrenisq; ſit, ut fluat ſemper, & æſtuet coluuione verborum teterrima. Et paulo poſt. Neq; minus inſigniter, ueteres quoq; noſtri hoc genus homines in verba proiectos locutuleios, & blaterones, linguaces dixerunt. Plautus in Amph. Qui malum intelligere qſquam potis eſt, ita nugas blatis. Idem, Vbi tu es, quæ blaterauiſti, iam vicinis omnibus, me meæ filiæ daturũ dotem? Sunt autem ſacticia verbs, à camelorum uoce tracta qui quum vocem edunt, blaterare dicunt. Quidam tñ à Græco deducunt, apud quos βλὰξ dicitur, qui ſe inaniter iactat, & Blaſia, iactatio, qua propter c, literam addentes blacteronem, & blacterare exiſtimant ſcribendum. Ouid. de philo. ꝑduxit. Blacterat hinc aries, & pia balat ouis.

Hor. in Ser. fine c. et prima correpta. Audit cum magno blateras clamore furisq;.

Blatta, vermis q aluearia lædit, à βλάπτω, noceo. Col. libr. x. adpellat lucifugas blattas. Mart. tñ poſuit ꝑ verme libros & veſtes rodẽte, vt in hẽdecaſyllabo. Conſtructos niſi das mihi libellos, Admittam tineas, truceis q; blattas.

Hora. in Ser. Vnde octoginta annos natus, cui ſtragula veſtis. Blattarum ac tinearum epulæ putreſcãt in arca. Blatta etiam ponitur pro purpura. Sidon. in Panegyrico, Pontus eſt torea blattã Tyrius, æra Corinthus. Blattam recentiores ſcriptores vermiculũ bombycem intellexerũt, cuius textu veſtes ſericæ cõficerentur. Vnde blattea veſtis, & blatteum paludamentum apud Lampridium, Capitolinumq;, pro ſerica & precioſa, vel ut Plau. Egi. pro purpura, quoniam Indicũ conchylium vulgò blatta dicitur. Sic Caſſiod. in epiſtolis, ꝑ purpureo cepit, Chamæleon inquiens, modo praſina, modo cyanea, modo blattea, varietate ſe commutat. Eutropius ſcribit Neronem ſolitum piſcari, rete blatteis funibus annexo, quum ab Oroſio dicatur purpureis, à quo colore blatta frumentum, quod rubidum ſit ſementi accommodatius, in purpuram decimans.

Blattaria, herba eſt, quam & Verboſcum uocant, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abiecta blattas in ſe contrahit.

Blatteus, a, um, accipitur pro purpureo. Caſſ. in epiſtolis de Chamæleonte, Colores ſuos multifaria qualitate commutat, modo veneta, modo blattea, modo praſina, modo cyanea. Eutro. Nero inuſitata luxuria fuit, ut qui exemplo Caligulæ frigidis, & ca-

Calp. k iii

lidis lauaretur vnguentis,hamis aureis, argenteisq́; piſcaretur,quæ blatteis funibus extrahebãtur, quos Suet.& Oroſ.interpretantur purpureos.Ille , Piſcatus eſt rete aurato,purpura, coccoq́;,funibus nexis. Oroſ. Luxuriæ inquit,tam effrenatæ fuit Nero,vt retibus aureis piſcaretur.quæ purpureis funibus extrahebantur.

Blax,ſtolidus,mollis,delicatus , laſciuus , qui neſcit res diſcernere,& qui ſe inaniter iactat.

Blepharo,dicitur ſuperciliofus homo, qui habet ſupercilia magna.Blephara,ſupercilia.Plau.in amph. Raptant pro mœchis,Blepharo captus arbiter.

Blepte populi Aphricani,ſine capitibus,habentes in pectore vultum,vt lib.i.autor eſt Pomponius.

Bletes,ſpecies calciamenti,dicta quod pedes offendat.

Bleta,appellare ſolẽt græci offendẽta,pſeteſti pedes.

Blittere,oppidum,de quo Pompo. Septumanorum blittere.Item ſecundum inquit,blitteras orbis fluit. Stepha.tamen belterra.

Blittus,duplicato tt,ſcribitur. Suid. βλίττον ἄθον βοτάνην, id eſt blitton ſpecies herbæ.Herba ſatiua beta inerta,ac ſine ſapore.Blitteus , a,um , quod eſt inutile ac nullius precii , Plaut.blittea meretrix. A' Græco dicitur quod eſt blax,ſtupidus.Dicitur & pro herba.Pal.libro quarto, blittus ſeritur ſolo qualiſcunq́;,ſed culto.

B ANTE O

BOa,& boua vtroq; modo dicitur ſerpẽtis genus vel quòd primo bubuli lactis ſucco alatur , vel quod inſtas bouis turgeat,ſeu à voce bouis. Vaſtat autem omnes regiones in quibus habitat.In cuius vtero tempore Claudii imperatoris integer infans eſt quum,eſſet occiſa.Eſt etiam boua,morbi genus, quum corpora papularum multitudine rubent, ad ſimilitudinem eorũ qui boa ſerpente icti turgeſcũt. Vel à fimo bubulo cuius litu maxime tollitur.Plin. Ebuli folia cõtrita,& è veteri vino impoſita,boam ſanant.id eſt,rubentes pſpulas.

Boalia,quæ & buperiæ,dicuntur ludi boum gratia inſtituti.

Boaia,lappa,herba nota,cuius radix è vino potata articulum rifice prodeſt.Cc.

Boarium,forum Romæ dicebatur, quòd ibi boues venderentur.

Bocas,(inquit Feſtus)genus piſcis,à boando,id eſt, vocem emittendo,dictus.

Bocchyris,pen.prod.nomen viri qui in Aegypto iuſte ſynceriterq́; iudicaſſe fertur,vt eius nomen in prouerbium uenerit iuſtiſſime iudicantium.

Bodellium,genus gummi odoratum,quod arbor in bactriana regione producit.

Bœbis,idis,ſiue bœbias,lacus in Theſſalia.Luc.lib. vii Ire per Oſſeam rapidus Bœbeida.Val.Flac.Perderet & pingui miſeros in bœbide crineis.

Boemia,regio Myſiæ Europæ , vltra Danubium ſita cuius metropolis eſt Praga,inſignis ciuitas. Dicta Boemia à boemo principe,opulentiſſima eſt,arboribus fœcunda fluminibus irrigua. Hanc nonnulli Germaniæ partem eſſe dixerunt.

Bœotia,non bœtia,vt Hermolaus vnà cum Politiano ſentit,qui ſe vidiſſe Antonini itineris vetuſtum codicem aſſerit in quo ita ſcriptum erat,bœotiæ aulis in qua Græci aduerſus Troianos conſpirauerunt. Sed & ratio exigit Græca apud quos βοιωτία nec aliter.Eſt autẽ regio Europæ,à boue,quẽ Cadmus Agenoris filius Thebarũ conditor,immolauit antequàm vrbem conderet. Ouid.

Mœnia fac condas bœotiaq́; illa uocato.

Diod.tamen eam dicit adpellatam à boeto , quem Neptunus genuit ex Arne filia Aeoli.In ea Thebæ ciuitas quam Amphion muris ornauit, & mons Cythæron.

Boetus,vt inquit Stra.Hiſpaniæ fluuius ex eiſdem naſcens locis,ex quibus Anas & Tagus.

Boethi,dicuntur adiutores ſcribarum, quos alii Subadiuuas,alii Adiutorios adpellãt, vt in l.vnicuiq́;. C.de proxi. ſacr.ſcrin. βοηθεῖν enim idem valet quod adiuuo Inde Seuerinus boethius dictus, quem alii falſa voce boetium vocant.Alciatus.

Bogud,oppidum in Aphrica,& regis nomen,in genere maſculino.

Boiæ,genus vinculorum,tam ligneorum,quàm ferreorum,ſeu torquis damnatorum, quòd quaſi iugum in boue ſit.

Boii,populi fuerunt Galliæ inter Padũ & Trebiã ſiti.

Bola,gemma,quæ inuenitur glebæ ſimilitudine.Cc.

Boletus,genus fungi.

Bolis,idis,dici poteſt iaculum, παρὰ τὸ βάλλω. ad cuius ſimilitudinem faces quædam igneæ,bolides vocantur.Plin.lib.ii.Duo genera earum,lampades vocant planè faces,alterum bolidas,quale Mutinẽſibus,malum viſum eſt,diſtant quod faces veſtigia longa faciunt priore ardente parte,bolis vero perpetuo ardens longiorem trahit limitem.

Bolus,cuiuſq; rei fruſtum.Vnde bolum terræ, glebã dicimus.Bolum argenti , maſſam argenteam.Bolus vero à Græcis iactus eſſe dicitur.

Bombitatio,ſonus apum.

Bombus ſonus tubarum raucus,nec valde acutus,tractus ab ipſo ſonitu,ſicut mugitus boum.Perſ.Torua mimalloneis implerunt cornua bombis.ſic bombeo apud Græcos ſignificat ſono,& bombus , ſonus quem faciunt apes.

Bombycinus,& bombycinum,pen.cor.pro veſte ex ſerico confecta,ſeu pro pãniculo rubedine infecto & mulierum genas tingente Iuuenal.Delicias & pãniculus bombycinus urit. Mart,

Fœmineſi lucet ſic per bombycina corpus.

Calculus in nitida ſic numeratur aqua.

etiam bombix dicitur.Propert.

Nec ſic qua Arabio lucet bombyce puella.

Bombyx,per y,vermis in primo verruca eſt,& apud Indiam,Aethiopiam,& Seres in aranearum morem tenuiſſima fila ducit,ad veſtem faciendam.Primum bombylis,deinde Necydalus,demum bombyx adpellatus.De hoc Ariſtot.& Plin.ferè idem tradunt, in ſex menſibus bombycea telas araneorum modo texunt,ad veſtem,luxumq́; fœminas ſi quæ bomby-

cina adpellantur, primo eas in filum torquere, rurſus texere inuenit mulier, Pãphile, Platis filia. Amb. de bombyce lib. Hex. Bombyx vermis Indicus, ex cuius textura bombycinum conficitur. Fertur hic corniger vermis conuerti. Vide ſuprà bambylius.

Rurſus bombyx, frutex bombacii eſt.

Bomolochus, pen. cor. dictus eſt apud græcos, qui facilis, atq; idem humilis omnia lucri gratia præfert iocando, cauillandoq́;, & apud nos ſcurra adpellatur, qui vt ſumptuoſioribus cœnis interſit, a nullo ſcurrilitatis genere ſe continet. Sed propriè puer, q altari inſidiatur, ut furetur candelas. βωμὸς καὶ λοχᾶν ἰνδὸν βωμολόχος .i. ara, & inſidior, deliteſco.

Bona caduca, facultates quæ hæredem non habent, vel quæ non habent firmitatem, & bona caduca, dicuntur res damnatorum.

Bona dea quam veteres Faunam, ſiue Fatuam, ſiue Sẽtam dixere. Hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, ut nemo illam dum uixit, præter uirum mas uiderit, nec nomẽ eius audierit, propter q illi in operto mulieres ſacrificabant, & Bonã deam adpellabant.

Bonæ fidei poſſeſſor eſſe uidetur, q rem poſſidet non ſuam quam tamen ſuam eſſe putat, & eum qui uendidit, ius uendendi habuiſſe, puta procuratorem ac tutorem fuiſſe. Contrà vero Malæ fidei poſſeſſorem eſſe dicimus, qui nec rem ſuam poſſidet, & eam ſcit ſuam non eſſe.

Bonæ frugi hominem dicimus, vtilem & Bonum eſt laude. Apul. libro quarto. Statui iam dolis abiectis aſinum me bonæ frugi dominis exhibere. Redire ad bonã frugem, id eſt, ad bonos mores, probitatẽq́;.

Bona hæreditaria, ex patrimonio prouenientia.

Bona natio, dicitur bonus prouentus, præſertim in pecoribus.

Bonariam, maris tranquillitatem vulgus mali ominis uitandi gratia nominat, quum fluctus omnes quieſcunt. Ce.

Bonaſus, pen. produ. fera eſt, quæ (vt ſcribit Ariſt.) in monte Meſapo q Pæoniæ ac Mediæ limes eſt, inuenitur, & à Pæonibus Monapon uocatur à Solinus circa Lydiam, Phrygiamq́; haberi hoc animal tradit. Habet caput taurinũ corpus uero & iubas ſicut equus, latiore tamen corpore eſt quàm bos, ſed pilo molliore quàm iuba equina, & cõpoſitiore. Color pili totius corporis flauus, iuba prolixa, & ad oculos vſq; demiſſa, cornua adunca, multo flexu in ſe recuruata, & pugnæ inutilia gerit magnitudine palmari, uocem ſimilem boui emittit, caret ſuperiore dentium ordine, crura hirſuta & biſulca.

Bona uenia, dicimus, quod eſt ſine ira, ſine diſcordia. Ter. In Phor. Adoleſcens primũm abs te bona uenia peto.

Boni conſulat, hoc eſt bene ſtatuat, in bonam partem (ut aiunt) accipiat.

Bonitas, capitur pro virtute & honeſtate atq; iuſtitia Cic. lib. offic. Quũ enim fidem aliq, bonitatẽq; laudãt. Huic contraria eſt à malo, malitia. Frequentius tñ bonitas pro benignitate, & quadã ingenii ſimplicitate ponitur. Plinius, bonitas ac ſimplicitas vxoris. Malitia è contrario p verſutia. Vnde Malitioſum, callidum ac uerſutum dicimus. Cicero Virtutis contraria eſt vitioſitas. Sic enim malo quàm malitiam adpellare, quàm Græci κακίαν adpellant. Nã Malitia certi cuiuſdam uitii nomẽ eſt, vitioſitas oĩum. Eſt & alia bonitas, non ex induſtria, ſed ex natura p ueniẽs. Cic. Quæ & bonitate naturæ multi aſſequũtur, id eſt, excellatia, & dote naturæ. Huic ſimiliter contraria malitia eſt. Plinius,

Quod modo cœli modo terræ malitia facit.

Bonum, dicitur quod opponitur malo. Vnde eſt illud, Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et bonum eſt quicquid eſt. Quamobrem & apud dialecticos, bonum cum ente conuerti dicit. Quod enim eſt, id quoq; bonum ſit, neceſſe eſt. Bonum dicitur id, quod omnia adpetunt. Ariſt. i. & x. Ethic. Ex ſententia antiquorum. Vnde Speuſippus, Bonum eſt ſuiipſius gratia expetendum. Bonum dupliciter dicitur, nam & id quod eſt uere bonũ, & id quod ſolum bonum adparet, illud ſimpliciter dicitur bonum, quod ſtudioſo uidetur bonum. Ariſt. i. & iii. Ethic. Bonum etiam dicitur, quod honeſta pariter, & vtilia complectitur, ut bonum animi, bonũ corporis, bonum fortunæ. Vnde Bona, dicuntur rerum ſubiecta, quòd ſint utilia. Paul. Iureconſul. Bona uocari affirmat. q deducto ære alieno ſuperſunt. De his Vlpia. ſic ſcribit, bonorum poſſeſſionem ita recte definimus, Ius perſequendi, retinẽdiq́; patrimonii, ſiue rei, quæ cuiuſq; cum moritur, fuit. Bona autẽ, ut plerunq; ſolemus dicere, ita accipienda ſunt vniuerſitatis cuiuſq; ſucceſſionem, qua ſuccedit in ius mortui, ſuſcipiturq; eius rei commodum, & incommodum. Nam ſiue ſoluendo ſunt bona ſiue non ſiue damnum habent, ſiue lucrum ſiue in corporibus ſunt, ſiue in actionibus, in hoc loco propriè bona adpellabuntur. Et bonum dicitur, quod exequitur officium ſuum. Hinc ſi uirum bonum dicimus, intelligimus probũ. Si bonũ militem, fortem, ſi bonum imperatorem, prudentem, ſi bonũ grammaticũ literatum, ſi bonum oratorem, facundum, ſi bonum iudicem, iuſtum. Sic è contrario Malum generale nomen, & turpia ſimul, detrimentoſa complectens. Vnde malum uirum, dicimus flagitioſum, malum militem, imbellem, & ſic de reliquis. Aliquando bonum ſumitur pro bonitate. Nam cum dicimus de æquo, & bono, non de ſummo iure, ſed de bona æquitate loquimur. Aliquando pro magno. Sall. Bona pars militum inde diſceſſerat. Aliquãdo pro non vili, quia vt Dona. ait, Boni non ſunt viles. Vnde & ſuperlatiuus gradus, optimates facit. Nam bonus, melior, optimus. Terentius in Phor. Illam ciuem eſſe Atticam bonã bonis prognatã. Aliquãdo pro utili, vt bonum eſt pecuniæ parcere. Item pro ocio & quiete, ſicut malum, pro labore. Sene, Delicatus, & bono ſemper aſſuetus. Item pro miti, & fauente. Sta. Tu corda parumper Huc aduerte lia bena atq; lias bonus accipe uoces. Itẽ pro pulchro. Teren. Et forma fortaſſe bona. Auguſtinus lib. xv. de ciui. Dei, Cõſuetudo ſcripturæ eſt etiã ſpecioſos

corpore bonos uocare. Vnde in Gene. Videntes angeli dei filias hominum quia bonæ ſunt, ſumpſerũt ſibi vxores. Item pro apto & idoneo. Verg. Et bona bello cornus. Item pro docto. Hora,
Quandoq́ bonus dormitat Homerus.

Bonumſerum, ſalutantes dicere poſſumus. Si quis autem bonũ ſero dicat (vt vulgus ignari ſolet) execratio, non ſalutatio eſt. i. tarde eueniat bonam. Cc,

Bonus, dicitur humanus, beniuolus, tranquillus, liberalis, ſimplex, apertus, comis, facilis, ſuauis, tractabilis, indulgẽs, & huiuſmodi. Verg. Adſit lætitiæ bacchus dator & bona Iuno. id eſt, liberalis,

Boo, as, & Boo, is, mugio, clamo, à βοάω vel à boũ mugitibus. Plaut. in Amphit.
Tela frangunt, boat cælum fremitu virum.
Hinc Reboo, as.

Bootes, otis, vel bootes, otæ, uel bootus, oti, à boue deductum nomen, Latine bubulcus, cæleſte ſydus, quod Arctophylax vocatur. & more bubulci plauſtrum ſequi videtur. Ouidius,
Arctophylax formam terga ſequentis habet. Iuue,
Frigida circũagunt pigri ſarraca bootæ.
Habet quatuor ſtellas in dextra manu, q̃ nõ occidũt.

Boreas, ventus aquilo, qui ab Hyperboreis mõtibus flat, vnde & frigus, de hoc in dictione aqlo. Dictus boreas ἀπὸ τοῦ βοᾶν καὶ ῥεῖν. quoniam vt violẽti flatus eſt, ita etiam ſonori. Fuit & Strymonis filius Orithyiæ raptor.

Boreus, vnus ex piſcibus cæleſtibus inter æqnoctialem & æſtiuum circulum, ſub Andromede brachio collocatus & arcticum polum ſpectans conſtituit. Cc. Boreus polus arcticus.

Boriæ, Iaſpides, eo q cælo autumnali matutinali ſimiles ſint. Cornucopiæ.

Borſyrites, oliuæ ſpecies oĩno ramoſa, candidis aut ſanguineis frondibus, eſt & gemmæ ſpecies. Cc.

Boryſthenes, penul. corrept. fluuius Scythiæ ſecundũ Iſtrum omnium maximus, cuius aquæ ad potandũ ſunt ſuauiſſimæ, & magnos piſces alunt nulla habẽtes oſſa. Inde populi Scythici boryſthenidæ dicuntur. Propertius,
Gloria ad Hybernos lata boryſthenidas. Steph.
Eſt etiam boryſthenes oppidum. Martia.
Nec pcul fluui⁹ lacus, oppidũ ſub uno ẽficta noĩe.
Boryſthenes quoq́ inſula eiuſdem nominis eſſe fertur in Ponto.

Borith, herba fullonũ, quæ iuxta ritũ prouinciæ Paleſtinæ in virentibus, & humectis naſcit locis, & ad lauandas ſordes eandem vim habet quam nitrum.

Bos, generis communis datiuum & ablatiuum pluralés bobus per ſyncopam facit, & more veterum bubus. Col. libr. ii. Nihil dubiũ, quin equis melius quã bubus res conficiatur. Hinc fiunt adiectiua Bouinus, bouina, bouinum. Cuius diminu. eſt Bouillus. Bucerus, a, rum, & Boarius, a, um. unde forum boarium, vbi vendebantur boues. Deducitur q́ Bos à Græco quod eſt βοῦς, hoc autem ἀπὸ τοῦ βόσκω, quod eſt paſco, quod homines paſcat laborib⁹ ſuis. Inde Latini Iuuencos dixere, non quod paſcerent, ſed homines iuuarent.

Bos, βοῦς, quod verbum Græcum eſt, nummũ aliquando ſignificat, Vnde natum prouerbium βοῦς ἐπὶ γλώττης, id eſt, bos ſuper linguam, quod de iis dicebatur, autore Suida, qui loqui libere nõ audebant, mulctæ metu deterriti, quã luere eos oportebat, qui paulò licentius loquerentur. Apud Pollucem legitur, βοῦς ἐπὶ γλώττῃ βέβηκεν, id eſt, bos linguæ inſidet de iis dictum, q pretio ſilentium venale habuiſſent. Budæus.

Boſphorus, pen. cor. à bouis meabili tranſitu dictus eſt, propter anguſtias freti. vt Plinius, Solinus q́ docent, quaſi bouis tranſitus. Duo ſunt autem boſphori, alter iuxta byzantium qui Thracius dicitur, hoſtium ponti per quod in propontidem influit pontus. Hunc boſphorum Vale. Flaccus ſcribit dictum à traiectu Iouis in vaccam deformati. Sic enim lib. iiii. Argonauticõn. Iã q́ dies auræ q́ uocãt rurſuſq́ capeſſunt. Aequora, qua rigidos eructat boſphorus amnes. Alter in introitu mæotidos paludis, & per quẽ palus mæotica in pontũ defluit, De quo Oui.
Boſphorus & Tanais ſuperat Scythiæ q́ paludes.
Hic etiam Cimerius boſphorus dicitur à Cimeriis populis, qui partem eius frigidiſſimam incolũt. Vnde qui terras frigoribus occupatas habitãt Cimerii adpellantur. De hoc tractatur in dictione Propontis. Inter Boſphorum Thraciũ & Cimerium, vt Martian. ſcribit, interiacent milia quingẽta. Boſphorus Thracius teſte Pomponio, ſtadiis quinq́ Europam ab Aſia diſterminat. In boſphoro Cimerio erat boſphorus ciuitas, boſphoropolis dicta à βοῦς καὶ πορεύομαι τὸ ἔρχομαι, à boue & eo, uado.

Boſra, non eſt altera ciuitas, ut multi putant, ſed Idumæa iuxta illud. Quis eſt iſte qui venit de Edõ tinctis ueſtibus de boſra?

Boſtar, locus vbi boues ſtare conſueuerunt.

Boſtrichites, gemma crinibus mulierum ſimilis. Cc.

Boſtryx, ycis, & Boſtryceus, dicitur capillus & cæſaries. Firmicus lib. iii. Venus criſpos crinium facit boſtryeis comatos. i. capillis muliebrib⁹, cæſariatos.

Botrodius, vicus non longe à Segobria, quondam oppidum fuit, ſed à Tyberio Graccho dirutum ut refert Polybius. Cc.

Botrypes, gemma in qua nigredo ſanguineis & albis nodis alligata eſt. Cc.

Botrys, ys, dici poteſt racemus integer vuæ qui & botrion. Græci enim βοτρύας παρὰ τὸ βοῦ, τὸ πατῶ ait Moſcopolus & βοτρύονας vocant. Vſurpat idẽ vocabulum Hiere. pro racemis.

Botrytes, gemma, quæ nigræ uuæ ſimilis eſt. Cc.

Botulus, ſiue botellus farciminis genus ex carne ſuilla à botis, id eſt, fruſtillis carnis ut quidam putant adpellatus. Cornuco.

Botytillus, diminutiuum, paruus botrus.

Bouatim, ad ſimilitudinem bouis. Cc.

Bouicida, qui bouem cædit, à quo Bouicidium. Cc.

Bouilia, dicũtur loca in quibus boues morãtur, ſicut Ouilia in quibus oues. Colum. lib. ii. Dominis armẽtis duplicia bouilia ſunt, hyberna, atq́ æſtiua. Eadẽ

etiam Bubilia dicuntur.

Bouillæ,arum, oppidum fuit in latio haud ꝑcul ab vrbe Roma,in qua Ariciam ducebat,vt inqt Aſco. Nam ad bouillas interfectus eſt Clodius Aricia re diens.Dictum bouillæ quaſi bouis hillæ, ꝙ eo vulnerata bos ſua trahens inteſtina deuenerit. Vnde populus bouillanus dictus eſt.

Bouillus,a,um,idē eſt qđ bouinus,licet ſit dimi. Pli. Bouillæ carnis iure facile curatur.

Bouinor,aris,pen.prod.conuitior,& quaſi in aliquē mugio. Vnde bouinatores dicti ſunt,quos detiores dicimus,& bouinatio conuitium. Lucil. Bic ſtrigoſus bouinator ꝗ ore improbus duro.

B ANTE R

Brabeutæ,& à Græcis dicuntur iudices ſpectaculorum,qui victoribus in certamine exhibēt præmium & coronas.Qui uero præfectus eſt certaminis Agonotheta dicitur.Græci autore Philoſtrato ludis olympicis decem iudices præficere ſolebant. Suet.de Nero.Nec aliter certamina gymnica Græcia tota ſpectauerat,quàm brabeutharū more in ſtadio humi aſſidens. Suid. βραβευτης,ὁ ἀγωνοθέτης,κριτὴς,ὁρίστης, καὶ βραβεῖον ἐπινίκιον ἆθλον. Hi & Maſtigonomi & Rhabduchi à Græcis dicti, autorib. Polluce & Suida, Latine Deſignatores ab Vlpiano dicunt.Brabeutæ vero à verbo βραβεύω. quod conſtituere & arbitrari ſignificat. Inde.

Brabion, βραβεῖον, quod & Brauium,præmiū Hieronycarum,hoc eſt corona.

Braccæ,à quibuſdam accipiuntur veſtes fluxæ,intonſæꝗ ac varii coloris, quibus vtebantur frigidioris plagæ gentes,vt inqt Diod.lib.vi.Et à quibus braccata Gallia vocata eſt.quoniam Galli veſtes ferunt intōſas,& varii coloris.Braccis uſos fuiſſe Scythas docet Ouid.ſcribens.Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis.Et Pomp.Mella.Braccati ſunt, inqt totum corpus Sarmatæ,& niſi qua uident etiā oraveſtiti. Sueto.in Cæſa.Iidem in curia Galli braccas depoſuerunt,latum clauum ſumpſerunt.Cor. Tacitus lib.xviii.ſic ait.Ornatum Cecinnæ municipia & coloniæ in ſuperbiam trahebant,quod verſicolori ſagulo braccas barbarum tegmen indutus togatos alloqueretur.Hierony.tamen ad Fabiolam de ueſte ſacerdotali pro fœminalibus accipit,quibus pudibunda uelantur, ſicut vulgaciter adpellari ſolent, ſcribensꝗ ipſarum braccarū formam,& quos vſus in tegendo corpore braccæ præſtent, exponit, Vocatur lingua Hebræa hoc genus ueſtimenti, michnaſe,Græcè περισκελῆ, à noſtris fœminalia uel femoralia,bracchæ uſꝗ ad genua pertingentes, à Chaldæis Saraballa. Vocantur etiam aliis nominibus. Nam ſubligaria,ſeu ſubligacula,campeſtria,ſuccinctoria,& perizomata.

Bracchsrii,braccharum ueſtiū cōfectores ſcribit Lāpridius,ob quod Alexāder impator uectigal inſtituit braccharioꝝ, linteonum & pellionum.

Brachiale,dicitur nodus quo manus cū brachio iungitur, conſtaturꝗ.

Brachialia,brachiorum ornamenta & tegumenta,ſicut Ventralia,ventris, Frontalia,frontis, Tibialia, tibiarum,& alia huiuſmodi.Plinius lib.xxviii.Lais & Salpe canum rabioſoꝝ morſus,& tertianas quartanasꝗ febres aiunt leniri,menſtruo in lana arietis nigri & argento brachiali incluſo.

Brachiatus,ta,tum,quod eſt ad brachiorum modum factum,& ad uites præcipue pertinet. Colu.libr.vi. Alii capitatas vineas,alii brachiatas manis ꝓbant, quibus cordi eſt in brachia uitem componere.

Brachioniſter,eris,dici poteſt armilla.

Brachium, Græcum eſt βραχίων βραχίονος. Aliquādo Brachium totum membrum,cum manu comprehendit. Vergilius libro quinto.

Et euinctis attollit brachia palmis.

Aliquando uocatur ab humero ad cubitum,id eſt, pars ſuperior quæ Armus dicitur.Nam Armos, humeros cum brachiis,ſed non è contrario dicimus. A cubito uero uſque ad uertebram manus,lacertus nuncupatur. Oui. lib.i. Metamorph.

Laudet digitosꝗ manusꝗ.

Brachiaꝗ & nudos media plus parte lacertos.

Dicitur tamen quandoꝗ brachium de mari,de mōtibus,& de arboribus In brachiis magna uis conſiſtit,unde apud antiquos ornari brachia armillis cōſueuerunt ac ſi ipſa uictoriam peperiſſent. Et in ſacris literis Brachium pro potentia uſurpatum eſt ac fortitudine.

Brachycatalecton, breuis terminatio uerſus, cui deſunt in fine ſyllabæ. Nā in eo ut ꝑfectus ſit, deeſt integer pes.Et dicitur,metrū Brachycatalecticum.

Brachylogia,breuiloquium per y chy.

Bracmanæ, gymnoſophiſtæ & philoſophi apud Indos fuerunt,ut Hiero.lib.ii.contra Ioui. Quoꝝ princeps Iarcas nominabatur eo tempore quo Apollonius Thianeus diſcendi uiſendiꝗ ſtudio ad illos ſe contulerat. Ferūt etiam Brachmanas eſſe populos apud Indos qui tam traditione patrū,quàm legibus nec ſimulacra colunt,nec animatum aliquid comedunt,uinū aut ceruiſiam nūquam bibunt. Ab omni demum malignitate abſunt, ſoli deo attendentes.

Bractea & Lamina inquit Laurentius Valla ſic differunt,quòd Lamina craſſior eſt,ex qua armatura cōficitur,& qua incenſa,olim homines torquebantur. Poteſt eſſe ferrea , ærea, & argentea,electrea,aurichalcea,plumbea,aurea,lignea,cornea,ſiue ex alia materia. Plinius libro decimoſexto. Vrorum cornibus barbari ſeptentrionales potant, & mox apud nos in laminas ſecta tranſlucent. Bractea tenuis magis eſt & ſua ſpōte plicabilis.quàm crepitat. Vergi. libr.vi. Ilice ſic leni crepitabat bractea uento.

Bracteis inaurati ſimulachra ſolebant,ſed unguibus plerunꝗ auferebantur. Mart. An magis aſtuti deraſa eſt ungue miniſtri Bractea. Et ſeruus qui Bracteā deraſerat apud Sueto.damnatus eſt.Hieron.tamen ad Fabiolam oſtendit bracteam & laminam idem eſſe quum inquit. Auri laminæ,id eſt, bracteæ mira tenuitate tunduntur. ἐκ βραχεῖν .i.ex reſonando.

Bractearius,qui bracteas facit, cuius ars Bractearia,

Bracteatum, quod bracteis tegitur.

Bracteator, idem quod bracteatius. Firmicus, Quicunq; habuerit horoſcopum, in. xvii. parte Scorpii, erit aurifex inaurator, & bracteator.

Bracteola, cum accentu in antepe. dimi. id eſt, foliculum auri, aliiúe metalli.

Bragada, penul. corre fluuius qui iuxta Vticam labitur, apud quem ab Attilio regulo, & à toto exercitu cum baliſtis & catapultis, ſerpens centum & viginti pedes longus occiſus eſt.

Branchiæ, dicitur in piſcibus ſecundum ceruicem folliium more hiantes partes, quibus anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtimantur. Pli. lib. ix. Branchiæ non ſunt balænis nec delphinis. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinẽt, balænis à fronte, delphinis à dorſo.

Branchos, morbi genus cum catharro guttur & arteria corripitur, ob id & artericum quandoque id vitium adpellant.

Braſſica, quaſi præſeca à præſecando, pen. corr. vulgo caulis dicitur. quaſi paſſica inquit Var. Vel à præſecando quia ex eius ſcapo minutatim præſecatur. Var. Ex ſemine, braſſicæ vetere ſato, naſci aiunt rapa & cõtra ex rapa cum braſſicam. Cato braſſicæ & tria facit genera. Vnam extenſis foliis, caule magno, alteram criſpo folio, quam Apianam vocát, & Selinada. Tertiam minutis caulibus.

Brauium, præmium ſignificat, quod nomen quidam dicunt habere penult. long. quoniam apud Græcos per ει, diphth. ſcribatur, βραβεῖον.

Brecmaſis, Indorum lingua abortum dicitur, piperis ſemina caſſa & inania, cœli intemperie carbunculata. Cornucopiæ.

Breno, dux Gallorum q Brenonam Venetiæ urbem ædificauit, quæ poſtea literarum mutatione Verona dicta eſt. Cc.

Brephotrophia, Latinè paruulorum hoſpitalia, quibus infantes expoſititii aluntur, βρέφος, Græco vocabulo infans nominatur, τροφὴ educatio. De quibus in decretis. xxxiii. quæſt. viii. βρέφος καὶ τρέφω.

Breue, dicitur quod opponitur longo, à quo Breuiter & Breui aduerbia. Cice. Appio. Faciendum mihi putaui ut tuis literis breui reſponderem. Sciendum eſt Breuem & Breue maſculi. & neutro genere Latine dici in eo ſignificato, quo vulgus vſurpat Breue apoſtolicum nominando. Lampr. Milites ſuos ſic vbiq; ſciuit, vt in cubiculo haberet breues, & numerum & tempora militantium. Flauius Vopiſcus in Aurelia Breue nominum conſcripſit. Inde Breulo, Breuilóquus, Breuiloquium, Breuiloquentia, Breuitas, Breuis, Breuior, Breuiſſimus Cc.

Breuiarium, compendium, ſummarium. Pli. libr. xviii. Verum vt pariter oĩs culturæ breuiarium peragatur.

Briaræus, cœli & terræ filius.

Briaros, Latine fortis dicitur.

Britannia, per duplex nn, inſula, in Oceano ſeptẽtrionali, quæ nunc Anglia dicitur, & à Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam nauigãtibus primo adparẽt. Hæc ab ortu germanico, Oceano, ab Occaſu, Hibernico alluitur ab omni continente diuiſa. vt Prole. li. ii. refert. Porrigitur in lõgum octingentis milibus paſſuum. In ea Gargates lapis, qui ardet in aqua & oleo reſtinguitur. Ibi Lõdinum oppidum nunc Londra copia negociatorum celebre. Inter ſeptentrionem & occidentem ut celebres geographi tradunt, duæ ſitæ ſunt inſulæ, Britannia, & Hybernia paulò minor Britannia, ultra quas ſunt quadraginta inſulæ, Orcades adpellatæ, medicis ſpatiis inter ſe diſtinctæ. Apud Britannos longiſſimus dies xvii. horarũ deprehenditur, & æſtate lucidæ ſunt noctes, autore Plinio, Et à poëtis dicitur, alter orbis.

Britannus, Britannicus, & Brito, eiuſdem ſignificationis ſunt. Vergilius,

Et penitus toto diuiſos orbe Britãnos. Iuuen.

Quantũ delphinis balæna britãnica maior. Idẽ,

Qua nec terribiles cimbri nec Britones vnquam.

Britanneum, deambulatorium marmoratum.

Britomartes, nomen eius quem Diana fertur vnicè dilexiſſe, cuius patria fuit Gortina Cretæ vrbs.

Brocon, arbor eſt nigra magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Hanc Malachram nonnulli vocant. Cornucop.

Bromius, Bacchi cognomen ἀπὸ τοῦ βρέμειν, id eſt à fremendo. Vel dicitur à bronte tonitru, eò quod natus ſit cum tonitru eius genitrice perempta.

Bronci, (vt Nonius inquit) dicuntur qui producto ore, dentibus prominentibus ſunt. Lucil. in Satyra. Broncus nouit Larius dente eminulo. Hic eſt Rhinoceros. Varr. de re Ruſt. libr. ii. non Broncos, ſed Brochos canes uocat. Duobus, inquit, dentibus dextra & ſiniſtra paulò eminus ſuperioribus directis, potius quam brochis. Hinc Brochitas. Plin. libr. xi. Senectus in equis & cæteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, ſuperciliorum canitie.

Broncocœla, tumor magnus & rotundus in ceruice, intercutem & aſperam arteriam, qua modo caro hebes, modo humor aliquis includitur. interdum etiã minutis oſſibus pili immixti.

Bronte, à Græcis tonitru dicitur, βροντή.

Bronteus, dictus eſt Iupiter à bronte, qđ eſt tonitru.

Brucum, Græci Antebalum vocant.

Bruchus, βροῦχος Græcè, quoniã βρύχω, comedo, rodo. genus vermis voluceris à locuſtarũ genere non diſſimile, herbas erodens, ſine alis tamen.

Bruma, dicitur quandiu diminuitur dies, quæ finitur octauo Calendas Ianuarii, quo fit in Capricorno hyemale ſolſtitium, & ponitur quandoq; pro mẽſe Decembri, quandoq; pro hyeme. Verg. ii. Geor.

Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat.

Inde Brumalis & Brumale tempus.

Dicta Bruma, quaſi βραχύημερον i. breuis dies,

Brunduſium, ciuitas quæ à Plinio ponitur in tertia Italiæ regione, à Græcis condita, portu nobilis, ex quo tranſitus eſt in Græciam, ſic dicta quod Meſſapiorum lingua Brunduſium cerui caput dicatur. Sic enim eſt ciuitas cum portu capiti ceruino perſimilis cum cornua, & caput, & linguam habere videatur.

Græci ἀγριοτερόν vocant. Ex hac Pacuuius poëta ortum habuit.

Brupeo, veteres dixere pro ſtupeo, à quo Obrupeo, pro obſtupeo. Ce.

Bruſcum, eſt arborum intortura, ſiue tuber, & eſt precipuum ea in acero, item ex acere. Ce.

Bruttianæ, parmæ. dicta ſunt ſcuta, quibus Brutii vtebantur.

Brutii, Italiæ populi vltimi Siciliam uerſus, Lucanis vicini, dicti quaſi brutii, & obſcœni ſint. Fuerunt autem Brutii ſerui & paſtores Lucanorum, qui inde aufugere & furtim in ea regione conſederunt, vbi Cōſentia eſt, quæ fuit eorum metropolis. Quam regionem prius Aulones habitauerunt. Hi multo poſt tēpore & ab Annibale & à Romanis propter eorum perfidiam penè deleti fuere, ſine dignitate, ſine honore, ad ſeruilia opera ſemper coacti. Hæc regio (vt autor eſt Strabo. libro ſexto.) Oenotria quondam dicta fuit. Supra Conſentiam eſt Pandoſia, ubi Moloſſorum rex Alexander trucidatus eſt. Eſt & Rhegium ciuitas olim potentiſſima. Brutiani, à Brutiis dicti, qui officia ſeruilia magiſtratibus præſtabant, eo q̃ hi primum ſe Annibali tradideſunt, & cum eo perſeuerauerunt, quouſq; ex Italia diſcederet.

Brutus. dicitur ſtupidus, grauis, tardus, hebes, inſenſatus, cui Sapiens opponitur. Cyprian. ad Demetrianum, Nullus effectus offert lumen cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto, cum nec ſentire brutus poſſit, nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire. Hora. lib. Carm. dixit bruta tellus, pro graui & tarda, quod terræ perpetuum eſt. Inde Bruta animalia pro tardis & irrationalibus. Plinius,

Bruta exiſtimantur alia quibus cor durum riget.

Vbi bruta accipit pro hebetioris tardioriſq; intellectus, Inde bruti cognomen q ſe ſtolidū ſimulauit.

Bryonia, vitis genus, quam nonnulli Ampelomelænam dicunt Cornucopiæ.

Bryſea, vrbs Aoniæ, à qua ut quidam autumant Bacchus Bryſeus cognominat' eſt, quod ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryſeum dici putant ab antiquo uerbo βρύω, quod eſt ſcaturio, quoniam ex alueariis mella, uel ex vuis muſta exprimere primus docuit. Alii Byrſeum potius quàm Bryſeum uolunt cognominatum, à byrſa pelle, quam in bello induebat. Nam apud Diodo. lib. v. Bacchum in præliis Pardalorum pellibus uſum conſtat. Byrſa autem corium ac tergus ſignificat.

Bryſeus, unū ex agnominibus Bacchi ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod ſignificat inundare & madefacere. Vide in Bryſſea. Cornucopiæ.

Bryſſo, as, foras exprimo. Vnde Bryſeus dictus eſt Bacchus. Et Bryſſam uuam tunc dicimus, cum pedibus ad exprimendum vinum calcatur.

B ANTE V

BV, particulam ſolebant magnis & amplis rebus præponere, à magnitudine ſcilicet bouis. Ce.

Bua, puerorum infantium potio eſt. Cato, Qu cibum ac potionem papas & buas uocent, & matrē mammam, & patrem tatam.

Bubalus, penul. cor. generis communis (ſicut Chamelus, unde fœta chamelus, & fœta bubalus dicitur.) animal eſt ſimile boui, uel ſylueſtris bos, colore niger, foſtiſſimis cruribus & breuib' reſpectu ſui corporis, cornua habet longa & valliculoſa, nigra q̃, parui pili, & paruæ caudæ, adeò quod eſt magnæ uelocitatis, ex hercinia ſylua mittitur, ut inquit Plin. lib. xiii hinc Bubalinus, a, um.

Bubaſtis, ciuitas Aegypti, ubi conuentus quotannis agebatur in honorem Dianæ. Hinc Bubaſtites, pen. prod. præfectura. Aegyptus enim diuidebatur in pfecturas oppidorum, quas nomos vocāt. Bubaſtia etiam dea quæ colitur in Aegypto, quæ (ut ait Herodotus) apud Græcos Diana eſt.

Bubetiæ, ſiue buberii ludi quos ueteres à bobus pecoreq; adpellarunt, qui & boalia boum gratia inſtituti.

Bubetii, qui ludos celebrant.

Bubino, as, pen. prod. menſtruo mulierum ſanguine inquinor, cuius compoſitum eſt Imbubino. Lucil. inquit, imbubinat, at contra te imbulbitat. Nā imbulbitare. eſt pueri ſtercore fœdare. Tractū à fimo quod βόλβιτον uocant.

Bubo, onis, generis maſc. & fœ. ſecundum Priſc. à bouis quoq; mugitu dicta eſt, auis feralis, debilis ad uolandum, in cauernis commorans.

Ouid. libro octauo Metaph.

Ignauus bubo diſum mortalibus omen.

Vergilius libro quarto.

Solaq; culminibus ferali carmine bubo.

Bubones, etiam abſceſſus ſunt circa inguē maxime, à quo & nomen vitio, nam & inguina ipſa Græci bubones uocant, uulgo quoq; noſtri collectiones & inflāmationes eius partis, inguinarias adpellāt. Eſt & Bubo ciuitas Lyciæ. Plinius,

Naſcitur & in Lycia creta circa bubonem.

Bubonocele, morbus dicitur, quando inteſtinū uſq; ad inguem duntaxat eripuit aut decubuerit. Ce.

Bubſequa, pen. correpta, bubulcus, qui boues ſequitur. Sidon. apud Eutropium. Si relinquare inter bubſequas ruſticanos, ſubulcoſq; rucantes, tunc eſt tibi ſumma uotorum beatitudo. Apul. lib. i. flor. Nihil aliud pleriq; callebant, quàm Vergilianus opilio ſeu bubſequa.

Bubulcito, as, penultima correpta, bubulci officium facio. Plautus,

Decet me amare, & te bubulcitare.

Apule. in Flor. Eſt apud illos gens quæ nihil amplius quàm bubulcitare nouere.

Bubulcus, qui bobus arat, ſiue qui boues fundi aratorios paſcit.

Bubule. pe. prod locus vbi boues morantur. Plau. in Perſa. Metuo vt poſſim, in bubule reiicere ne uagentur. Col. lib. ii. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem vel minime nouem. Hoc idem dicitur Bouile.

Bubulus, a, um, pen. cor. à boue fit, idē eſt quod bouinus, unde lac bubulū, ex quo nomen eſt butyro,

Imperiti bubulum inclinari putant à bubalo. Plin. Stomachum exulceratũ, lactis aſinini & bubuli potus reficit. Col. lib. vii. Defricari bubula vrina conuenit. Idem ſignificat bouillus.

Bucardia, lapillus, bubulo cordi ſimilis, in babylone tantum naſcens.

Bucca, eſt os, id eſt, ipſa concauitas interior intra malas faciei, à mento ad oculos, quæ ſpiritu à pulmone reuocato, & oppreſſis labiis retento, inflatur, nõ ora labiorum. Hora. lib. i. Ser.

Quid cauſſæ merito quin illis Iupiter ambas
Iratus buccas inflet.

Plaut. in Tru. pro maxilla exterioribus poſuit. Quæ iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes. Id eſt, vtrunq; latus oris. Et ſonus ille qui ex inflatione buccarũ erumpitur, factitio nomine ſclopus dicitur. Perſius, Nec ſclopo tumidas intendis rumpere buccas. Hiero. ad Paulinum, Vnde accidit vt omiſſa compoſitione verborum, & ſcribentium ſolicitudine dictem quicquid in buccã venerit. Quãdoq; tamen bucca accipit pro ipſo ore. Vnde illud prouerbialiter dictũ, Quicquid in buccam venit. Et bucca tuba dicitur. Iuuenalis,

Et phrygia veſtitur bucca tiara.

Hinc buccina.

Buccea, à bucca fit pro ore, & ſignificat fruſtulum alicuius rei eſui aptæ, quantum ſcilicet bucca commodè capit, vulgò bolus dicitur. Aug. Cæſar ad Tyberium, Ne Iudæus quidem mi Tiberi tam diligenter ſabbatis ieiunium ſeruat, quàm ego hodie ſeruaui, qui in balneo demũ poſt horam primam noctis, duas bucceas manducaui priuſquam ungi inciperẽ. Mart. buccas dixit pro bucceas uel bucellas.

Bucella dimi. à buccea. Hier. in prouer. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.

Buccellatum, panis caſtrenſis & frumentacei genus, de quo Spartia. ſcripſit, Poſcennium Imperatorem prohibuiſſe piſtores exercitum ſequi, ac iuſſiſſe milites omnes, buccellato, in locis pacatis accepto, eſſe contentos. Ammianus vero ſic ſcribit, Viginti dierum frumentum, ex eo quod erat in ſedibus conſumendum, ad vſus diuturnitatem excoctum buccellatum (vt vulgo adpellant) humeris impoſuit libentium militum. Vbi buccellatum accipere videtur pro eo, quod bis coctũ dicimus, quod teſſulatim formatur. Dictum eſt ex eo, quod in bucellas & quaſi teſſulata fruſta confectũ ſit. De quo. xii. codicis volumine legimus, milites expeditionis tẽpore buccellatũ primis diebus, mox lardũ, carnem ueruecinã accipere debere.

Buccina, penultima corr. diminutiuum bucca pro tuba ſiue pro cornu. Hieron. ad Dar. bucca vocatur tuba apud Hebræos, deinde per diminutionem buccina dicitur. Secundum aliquos paſtoralis, & cornu recuruo efficitur. Colu. lib. vii. Ad quem ſaturæ pabulo libenter recurrunt, cum paſtorali ſigno, quaſi receptui canitur. Nam id quoq; ſemper corpuſculo fieri debet ad ſonum buccinæ, pecus, ſi quid in ſyluis ſubſtiterit, ſepta repetere conſueſcat. Apud Varronem videtur eſſe inſtrumentum quod inflari poſſit, cum inquit Orphea uocari poſſit, qui cum eò veniſſet ſtola & cithara, cantare eſſet iuſſus, buccinam inflauit, ubi tanta circũ fluxerit, mox ceruorũ, aprorum, & cæterarum quadrupedum multitudo, ut nõ minus formoſum ſit mihi viſum ſpectaculũ, quàm in circo maximo ædilium ſiue aphricanis beſtiis, cũ fiunt venationes. Tuba ex ære, vel argento, quæ in bellis & ſolennitatibus concrepat. Tubam & buccinam diuerſa eſſe oſtendit Apul. lib. iii. flor. quũ ait, Siquidem uox hominis & tuba rudiore toruior, & lyræ concentu variatior & tibia queſtu delectabilior, & fiſtula ſuſurro iucundior, & buccina ſignificatu longinquior. Eſt etiam buccina genus conchæ ſicut & purpura. Varro de ſuibus loquens, Subulcus debet conſuefacere, omnia vt faciãt ad buccinã. Buccina etiam nomẽ oppidi in Sicilia, vt meminit Dionyſius, quo nomine etiam dicta eſt inſula Põtiani pontificis exilio & morte clara.

Buccino, as, pen. cor. buccina cano, ut buccinatæ in neomenia tuba. Vnde buccinator à vocis ſimilitudine, & cantu, & pro laudatore transferri ſolet. Cic. Tironi, Quod polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ firmo id conſtantiq; animo facias.

Buccinum, ſonus buccine, quod & hic buccinus dicitur. Pli. lib. ix. Non tamẽ viq; pelagi libras quinquagenos nummos excedere, & buccini centenos ſciant, qui iſta mercantur in ſolo. Buccinum, apud Plinium libro nono eſt tuba, ait enim, Buccinum eſt minor concha, ad ſimilitudinem eius buccini quo ſonus editur.

Buccones, qui tumidioribus ſunt buccis & pro ſtultis accipiũtur. Plaut. in bac. Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. ſolus ego omnes anteeo ſtultitia. Hi à Phyſiognomis habentur leues, & futiles.

Buccula, per duplex cc, diminu. à bucca oris parte. id eſt, puſilla bucca. Apuleius libro ſexto de Aſi.

Tunc Iupiter perpreſſa cupidinis buccula, manuq; ad os ſuum relata combaſiauit, vnde & quandoq; ponitur pro parte caſſidis, per quam mittitur ſpiritus, quæ buccam tegit. Nam caſſis caput bucula vero barbatas partes armat, vel in qua defiguntur criſtæ in ſummo galeæ cono, quod buccæ paruæ habeat ſimilitudinem. Iuuena.

Lorica & fracta de caſſide buccula pendens.

Vnde in commentariis Cæſaris legimus, Buccarum tegmen.

Bucculentus, qui magnam habet buccam. Plautus in Merca. Ego dicam tibi canum, varum, ventroſum bucculentum.

Bucca, per ſimplex c, folliculus grani ſabæ interior, qui albus eſt.

Bucentaurus, compoſita dictio à bu, quod magnũ quiddã ſignat, & centaurus, id eſt, magna nauis, centauro inſignita. Veteres enim ſolebant magnis rebus, bu ſyllabam præponere, à magnitudine ſcilicet bouis.

Bucentes, Tabanus à pungendis bobus, κέντειν pũgere ſignificat.

Bucentrum, ſtimulus. Græci βούκεντρον dicunt.

Bucephalus, pen. cor. quaſi bouis caput, quo nomine

dictus

dictus eſt equus Alexandri, ab aſpectu toruo, ſeu ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. Ex cuius nomine urbem Bucephalon Indiæ ſepulchro circumdedit. Eſt & portus qui ab aliis Bucephala, ab aliis Bucephalas, ab aliis Bucephalon dicitur.

Bucerus, a, um, penul. correp. à boue, vnde Bucerum pecus, quod de bobus dicitur, & Buceriæ, boum armenta, παρὰ τὸ βοῦς καὶ κέρας, quaſi arméta vel boues cornuti. Ouid. in Meta.
Armentaq́ bucera pauit.

Bucolica, orum, à cuſtodia boũ dicta ſunt, ἀπὸ τῶν βουκόλων, qui dicuntur armentarii, q̃ præcipua ſint animalia apud ruſticos boues.

Bucolicon, eſt etiam genus panacis. quæ herba eſt ferulæ ſimilis, & in ipſo fine Arcadiæ, & circa Erymanthi fontes, & in Aphrica, & in Macedonia naſcitur, quinq́ cubitorũ foliis, primo quaternis, mox ſenis, in terram iacentibus, ampla magnitudine rotundis, in cacumine uero oleaginis ſemine, in muſcariis dependente.

Bucula, per ſimplex c, diminutiuum eſt à boue. Plin. Eidem morbo buculæ iecur contritum prodeſt.
Vergilius libro primo Georg.
Aut bucula cœlum
Suſpiciens patulis captauit naribus auras.

Buculus, bos iuuenculus. Col. lib. vii. Quum deinde buculos comprehenderis, perducito ad ſtabulũ, & ad ſtipites religato.

Bufo, rana terreſtris nimiæ magnitudinis. Vergil.
Inuentusq́ cauis bufo.

Bugloſſa, uel Bugloſſus, ſatiua, & ſylueſtris herba. Satiua, quam Boraginem uocãt. Latini ab aſperitate, linguam bouis nominãt, q̃ folia aſpera admodum bouis habeat, optimæ uirtutis. Ferũt hanc herbam in vinum deiectam, animi voluptates augere, & ob id Euphroſinum vocari, quaſi herba lætificans. Eſt & hoc nomine piſcis, qui alio nomine putatur Solea dici. Ariſt. Cartilaginea ſunt, bos, paſtinaca, torpedo, ſquatina, rana, bugloſſa, pſitta. Speuſip. Germana, inqt, ẽſſe ſunt, pſitta, bugloſſus, tenia, doriõ.

Bugones, à Græcis dictæ ſunt apes, quoniam ex boue putrefacto, naſci perhibeantur, autor Varr. de Re ruſtica.

Bulapatum, hoc eſt lapatum bouinũ, herba eſt. Ce.

Bulbito, as, penultima correp. puerili ſtercore fœdo. Vide in dictione bubino.

Bulbus Dioſcorides, βολβὸς ῥωμαῖοι ἄλλιουμ ἀγρέστε, οἱ δὲ ἄλλιουμ μαρίνουμ φύλλα ἔχει καυλὸν ὅμοια πράσῳ. Id eſt, Bulbus Romani allium agreſte, alii alſium marinum adpellant, caulem. & folia habet lilio ſimilia. Genus cepæ non abſimile Aſcaloniæ, Venerem impendio excitat. Martialis,
Quũ ſit anus coniunx, quũ ſint tibi mortua mẽbra,
Nil aliud bulbis, quàm ſatur eſſe potes.
Columel. libro ſexto.
Quæq́ viros acuunt, armantq́ puellas.
Iam Megaris ueniant genitalia ſemina bulbi.
Generaliter verò apud idoneos autores, Bulbi ſunt radices rotundæ, tunicatæ, quales ſunt croci, narciſſi, colocaſiæ, ſquillæ, & arundinum. Palla. Nunc & liliorum bulbos ponemus, uel lilia ante habita ſartiemus, ſumma diligentia, ne oculos circa radices naſcentes, & minores bulbos ſauciemus, qui à matre ſubtracti, atq́ in alios digeſti ordines, noua lilieta formabunt. Item uiolarum plantæ, & croci bulbi ſerendi ſunt. Varro, & Apicius ita ſcribunt. Aqua decoquant bulbos, qui Veneris uſum quærunt. Bulbi autem Megarici, quos Cato celebrat, dicti ſunt, q̃ Megaris ciuitate Græciæ uenirent, ſed bulborũ nobiliſſima eſt Scilla. Col. libro quinto, Bulbus tripedaneis intercauantibus ſpatiis obrutus anno, celerius maturam perticam præbet.

Bulgæ, autore Pompeio, ſacculi ſcortei ſunt ad ferenda numiſmata, ſiue cætera ad iter neceſſaria, q̃s alii Bulgas adpellant. Seneca ab equis, quibus portantur, Hippoperas uocat, cuius hæc uerba ex libr. epiſtolarũ ad Lucil. xxxiii. M. Cato cenſorius, quem tã neceſſarium reipub. fuit naſci, quàm Scipionem. Alter enim cum hoſtibus noſtris bellum, alter cũ moribus geſſit, canterio uehebatur, hippoperis quidẽ impoſitis, ut ſecum utilia portaret.

Bulimia, ſiue Boulimos, dici poteſt quaſi magna fames, nam componitur ex Bu uoce, quæ cum admiratione apud antiquos noſtros magnum quid indicabat, ut ſupra diximus, & λιμός, fames. Vnde Varro in libr. quos de Re ruſt. ſcripſit, à magnitudine, inquit, boum, qui in Italia erant conſuetudinem factam fuiſſe, vt præpoſita hac voce bu, magnũ quiddam ſemper denunciaretur. Inde dici Bulimiam, magnam famem.

Bulis, nomen ciuitatis, à Buſone cõditore ſic dicta, à qua Buli, & Bulienſes. Cicero in Piſonem, Parthenii & Bullenſes illuſi.

Bulla aurea inſigne erat triumphantium, quã in triũpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remediis, q̃ crederent aduerſus inuidiam ualentiſſima. Hinc deductus mos, ut prætexta, quæ magiſtratuum erat, & bulla in vſu puerorum nobilium uſurparetur, ad omen, & uota conciliandæ uirtutis, ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerũt. Erat hæc bulla rotunda, ut Macrob. inquit, in cordis figuram formata, quam ante pectus annectabant in collo. ut bullam inſpicientes, ita demum ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarent. Romani depoſita adoleſcentia, eam exuebant. Libertinorum uero filii, lorũ in collo, pro bullæ decore geſtabant. Aſconi. Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi communiens pectus puerile. A cuius rei ſpecie, Plutarcho autore in proble. dicta Bulla tumor quidam excreſcens, tam quum bullit, quàm in urina quum ſpumam facit, & repente euaneſcit. Cornutus, Ebullire, proprie dicitur expirare, metaphora ſumpta à bullis, quæ in aqua fiunt, & cadentibus guttis rumpuntur. Ex quo etiam prouerbialiter apud Varro. dicitur, Homo bulla eſt, quia ſcilicet ſimilis bullæ vita hominis ſit fluxa, & momẽto caduca. Plautus in Aſi. accepit bullam pro capite clauorum. Iuſſiſti in ſplendorem dari bullas has fo

ſibus noſtris? Nam clauorum capita, more bullæ, quaſi turgentia formata ſunt, & ſplendent ad fores decorandas. Sic Cicero tradit, Verrem bullas aureas ex valuis templi magnificentiſſimis abſtuliſſe. Bulla etiam dicuntur ornamenta quibus cingula decorantur. Calphur. in Buc.

Alternat vitreas lateralis cingula bullas.

Apud Apul. libro ſexto, accipitur pro ornamentis illis orbiculatis, extuberantibusque, quibus tanquam oculis ephippia equorum, & pectoralia, & habenæ exornari ſolent, ait enim bullis multis aures inoculatum veluti ſtellis relucentem.

Bullatus, a, um, bulla inſignitus, veſtis bullata, in qua erat bulla, & Bullatus, tumidus, excreſcens. Perſi.

Non equidem hoc ſtudeo bullatis, ut mihi nugis, Pagina turgeſcat.

Bullio, bullis, iui, itum, ſignificat ferueſcere, & bullam facere cuius compoſitum eſt Ebullio, quod eſt valde, ſeu extra bullire, extra fundere, ſicut aqua in aheno calefacta, ebulliens, non ſeipſam capit, ſed intumeſcit, & funditur. Cicero libro tertio Tuſcul. Qui ſi virtutes ebullire uolent, & ſapientias, nihil aliud dicent. Vnde etiam accuſatiuum habet. Hierony. in Exod. Ebulliet fluuius ranas. Cornutus, Ebullire proprie dicitur expirare, metaphora ſumpta à bullis, quæ in aqua fiunt, & cadentibus guttis rumpſitur, & ſpiritum quo continentur, amittunt, propterea ebullit expirat. Hierony. libro ſecundo Machab. pro ſcaturire poſuit. Ipſe ebullire fecit de Perſide, eos qui pugnauerunt contra nos.

Bullo, as, bullas facere ſignificat. hoc eſt, tumorem illum excreſcentem, qui ſpiritu in aqua, vel vrina excitatur. Cato de re ruſti. Vinum Græcum ſic facito, Muſtique viginti in ahenum, aut plumbum infundito, ignem ſubdito, vbi bullabit vinum, ignem ſubducito. Plin. lib. xviii. Item matis ipſius tranquillus ſonitus ſpumæ'ue diſperſæ, aut aquæ bullantes. Idem, Magna ſigna ſunt vrinæ bullantis, & craſſæ.

Bullula, diminutiuum, parua bulla. Cel. lib. ii. de vrina. Aut ſi quaſdam, inquit, maculas repræſentat, ſi bullulas excitat.

Bumaſtos, magna mamma, quo nomine dictum eſt genus quoddam vuæ groſſioris, quòd tumeat ad ſimilitudinem mammarum bouis. βοῦς, bos, μαστὸς mamma, quæ etiam Bumamma dicitur, quia veteres Græci rebus magnis bu præpoſuere.

Bumelia, fraxini ſpecies in Macedonia, ampliſſima & lentiſſima. Contra ſerpentes, ſucco expreſſo ad potum, & impoſita ulceribus maxime iuuat.

Bupædos, magnos pueros dicunt Græci, qui fecerint finem excreſcendi. Latini vocant Exoletos.

Buphonum, genus herbæ, quæ à Bobus deuorata anginam procreat, eosque necat. Græcè quippe βοῦς, bos dicitur, φόνος, mors, hanc herbam quidam Chamæleontem vocant. Alii Cynozon, quòd fœtore eius vicini è ramum auribus decidant, κύων enim canis, ὄζειν, fœtere.

Buphthalmon, herba eſt, quam bouis oculum uocant, βοῦς, bos, ὀφθαλμὸς, oculos dicitur.

Bupina, magna ficus.

Bupodes, penul. corre. magni pedes.

Buprestis, vt inquit Plin. animal eſt ſcarabeo longipedi ſimile, venenatum, rarum in Italia, fallit inter herbas, bouem maxime, vnde & nomen inuenit. Apud iuriſconſul. titulo ad legem Corneliam, ſcribitur, Si cui temere pigmentarii dederunt pytiocampas, aut bupreſtes, quæ ambo venenata ſunt, teneri pœna legis Corneliæ de ſicariis, & veneficis. Eſt & Bupreſtis herbæ genus, quam in laudibus ciborum habuere.

Bura, ſiue Buris, pars aratri poſterior decuruata, quod ſit in ſimilitudinem caudæ bouis, quaſi bouis ura, quod bouis caudam ſignificat, quæ manu bubulci tenetur. Var. libro primo de re Ruſt.

Et ſæpe fracta bura relinquunt uomera in aruo. Vergil libro primo Georg.

Cõtinuo in ſyluis magna ui flexa domatur In burim.

Eſt quoque Buris, vrbs, mediterraneæ Achaiæ, de qua Ouidius lib. xv. Metamorph.

Si quæras Elicem, & Burin Archaidas urbes.

Burcana, inſula, ut lib. iiii. docet Plin. in Oceano Germanico, quæ nũc Fabaria à frugis ſimilitudine ſponte prouenientis, ſic adpellata eſt.

Burdo, dicitur qui ex equo & aſino natus eſt. Hiero. lib. iii. Reg. Obſecro concede mihi ſeruo tuo, ut tollamus duos burdones de terra.

Burgundia, Galliæ prouincia, Celticæ ducatus, titulo inſignis, quum antea ſub regibus fuerit, à qua Burgundi, & Burgundiones.

Burrhanicum, genus ueſtis.

Burrhanita, genus potionis, lac ſapa miſtum, à ruffo colore nomen ductum.

Burrhum, quod nunc dicimus ruffum, pari modo rubens cibo ac potatione, burrhus dicitur, quod à Græcis πυῤῥὸς ſcribitur. Hinc Burrhæ dicuntur veſtes ruffæ. Sunt tamen qui Byrrhum ſcribant.

Buſicon ficum, mariſcam dicunt, quæ magna erat.

Buſiris, penul. prod. Neptuni & Libyes filius, & deus ſini adpellatus. Ouidius lib. Hero.

Si te vidiſſet cultu Buſiris iniſto.

Sta. tamen corripuit lib. xii. The.

Non trucibus monſtris Buſirim infandũque dediſſi.

Huius genitiuus eſt Buſiris, uel Buſiridis. Verg.

Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.

Hic rex fuit Aegypti, qui quũ ſuſceptos hoſpites immolaret, ab Hercule interemptus eſt, quũ & eũ occidere uoluiſſet. Eſt & Buſiris nomen vrbis in Aegypto à Buſiride cõdita, in qua fuit templum magnũ Iſidis, quæ quidem urbs ab Aegyptiis Solis vrbs, à Græcis uero Thebæ, dr, hinc Buſirica præfectura.

Buſtuarii, gladiatores dicti ſunt, qui ante ſepulchra in honorem defuncti digladiabantur. Cice. in Piſonem, Si mihi cum illo Buſtuario gladiatore, & tecũ & cum collegis tuo decertandum fuiſſet.

Buſtum, ſi Seruio credatur, uocatur quando exuſtum iam cadauer eſt, quod & Vergilius ſenſiſſe uidetur, quum inquit, Semiuſtaque ſeruant, buſta.

Liuius quoque libr. v. ſcribit locum fuiſſe iuxta Aeq

melium, nomine Buſta Gallica, quoniam illic aceruatos cumulos ſuorum defunctorum ex peſtilentia intulerant Galli. Cicero vero libro tertio de legibus, putat Buſtum adpellari tumbam, aut monumentũ. Pœna quoque fuit Solonis lege conſtituta, ſi quis buſtum aut violaſſet, aut deieciſſet. Suetonius in vita Cæſa. poſuit pro ſepulchro, Iudæi qui etiam noctibus cõtinuis buſtum frequentarunt.

Buteo, ex accipitrum genere auis eſt, quam Græci à numero teſtiũ, triorchen vocant, ὄρχις, apud eos teſticulus dicitur. Fertur Phemonoén Apollinis filiam, huic aui nomen dediſſe. Tradunt & hiſtorici Buteonem ſediſſe in naui Fabii ducis, auſpitio proſpero, vnde Fabia gens, Buteonum cognomen adepta, ut ait Plinius libro .xii.

Buthyſium, magnum ſacrificium adpellauere, qualis eſt Hecatombe, & immolatio magnarum hoſtiarũ. Sueto. in Nero. Gymnica inter Buthyſiæ adparatũ barbam primam poſuit. Græci enim θυσίαν, Thyſiam dicunt ſacrificium, & præponentes Bu, ſignificat magnum ſacrificium, & Plu. Buthytas adpellat ſacerdotes.

Buttubata, ueteres uſurpauerunt pro eo, quod nugatorium eſt, & nullius ualoris.

Butyrum, penultima correpta, bouis caſeus, βοῦς enim bos, τυρὸς caſeus, quia ut plurimum (ſicut inquit Plinius libro uigeſimooctauo,) fit ex bubulo lacte, quanquam autem ſit lactis natura, tamẽ iam pinguior, & craſſior, & ſolidior materia eſt, quod aut frequenti agitatione, aut cõcuſſione aſſidua cohibet in ſe, atque ſolidatur.

Buxentum, oppidum, quod Græci Pixunta uocant, in ſinu Poſſidoniæ, à buxo arbore, quæ copioſa illic prouenit.

Buxeta, loca buxis conſita, & Buxolus.

Buxeus, a, um, quod ex buxo eſt.

Buxus, uel Buſſus, arbor exigua, ſemper uirens, & tõſilis. Producit ex ſe uiſcum, & ſemen, ſeu granum, quod Caſtegon dicunt. Buxum, uel Buſſum materia ipſa, id eſt, lignum. Nam in pleriſque nominibus arbores ſunt fœminini generis, fructus vero, & ligna, neutri. Vergilius,

Dant arbuta ſyluæ.
Cruentaque myrta, & cætera prima uolubile buxum.

Quandoque tamen Buxus, dicitur pro ligno. Vergilius libro nono.

Buxosque uocat Berecinthia mater.

Ex buxo fiunt tibiæ multiforatiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad uſus plurimos. Græce πύξος, quod π plerunque in b conuertitur. Vnde Buxolum Græce, pyxis, idis.

B ANTE Y

BYrſa, corium, ac tergus. Vergilius,

Mercatique ſolum facti de nomine byrſam.
Taurino quantum poſſet circundare tergo.

Quo nomine et dicta eſt arx in media Carthagine. A Byrſa corio, fit Byrſeus, pro coriario.

Byſſus, genus lini ſubtiliſſimi. Item lana conchæ adhærens, colore luteo, ac perlucido. Ex hoc fiunt preciosiſſimæ ueſtes, Byſſinæ adpellatæ. Et Byſſinum, eiuſmodi color adpellatur, qui aliquando dicitur Byſſus. hoc fit, ſi cocco tinctum, tyrio tingatur. Multa ſunt genera byſſi. Vide Philoſtratum, qui ait, Et byſſum ex quadam arbore naſci, quæ altitudine populos æquat, foliis autem ſalicibus æquiparatur. Quam quum vidiſſet Apollonius, gauiſus eſt, quòd fuſco amictui, quem geſtabat, non diſſimilis admodum eſſet. Byſſum autem dicunt in Aegyptum ex India deferri, quòd illa in pleriſque ſacris utantur Aegyptii. Strabo etiam refert in deſcriptione Indiæ, quibuſdam arboribus Indiæ lanam innaſci, ex qua Nearchus ait, Sradonas texi, & Macedonas ea pro tomento uſos, ſagula confeciſſe.

Byzantium, urbs Thraciæ, quondam à Pauſania Spartanorum rege condita, à qua byzantæ populi dicũtur. Poſtea à Conſtantino in maius aucta, glorioſiſſimi Imperii ſedes eſt, totius caput orientis. Eſt alia ciuitas in Aphrica, quam quidam Byzãtium adpellant, & populos Byzantos. Martianus, Qui Byzantium incolunt in Aphrica, meſſes centeſimo incremento fœnerantur. Strabo, Byzantium per e, vnde Byzancenus ager apud Solinũ. Ptole. quoque regionem Byzacitin, Stephanus Byſſacitas, & Byſſacenos. Suidas, τὸ Βυζάντιον ἐπὶ Σευήρου τοῦ βασιλέως ῥωμαίων τετείχιστο γενναίῳ τείχει πεποιημένῳ μυλίτῃ λίθῳ, καὶ τὰ λοιπά. id eſt, Byzantium tempore Seueri regis Romanorum munitum eſt, generoſo muro, & molari lapide, & reliqua. Ce.

Byzari, & Budici, uulgò putantus imaginoſi, & qui à conſuetudine cæterorum uiuandi receſſerunt. Hi apud Græcos Byzeres, & Buzares dicuntur. Vale. Flac. Buzeresque uagi. Pomp. Plin. Buzeros adpellat. Ab his portus quidam in ponto adpellabatur Byzaricus.

DE LITERA C

C LITERA Muta eſt, quæ ante n, ſequente vocali in eadem ſyllaba, ponitur, ſed profertur ſub voce g ob cognationem literarum, vt Cnidius, Cneus. Tranſit etiam per cõpoſitiones & deriuationes in g, ut quadringẽti, pro quadrincenti. In ſ, vt parco, parſi. In x, ut duco, duxi, noceo, noxa.

Caballi, populi ſunt Aſiatici.

Caballus, equus. Sene. epiſt. lxxxvii. O quantum erat ſeculi decus imperatorium, triumphalẽ, cenſoriũque ſuper omnia, hoc eſt, Catonem uno Caballo eſſe cõtentum. Hinc Caballinus, a, um. Perſius,

Nec fonte labra prolui caballino.

Cabile, vrbs in Thracia, vt inquit Polybius.

Cabiria, ciuitas eſt inferioris Aſiæ, quanquam Cabiri populi ſunt in India.

Cacabo,as,pen.cor.proprie eſt uocis perdicũ Ouid.
Cacabat hinc perdix,hinc glacitat improbus anſer.

Cacabus,penultima correpta, nomẽ à ſono tractum, quem ſupra ignem poſitus,facit.à noſtris dicitur olla,in qua pulmentariũ coquimus.Paul.Iureconſul, Inter ahenum quod ſupra focum pendet,& cacabũ, nõ multum intereſt.Nam hoc pulmentarium coquitur,in illo aqua ad potandum caleſcit. Api. Capita porrorum ſimul elixabis,in cacabo nouo, ut aqua ad tertiam deferueat. Antiqui enim calidam & frigidam in cœnis adhibuere.

Cacaturio,cacare deſydero. Martialis,
Cœnaturit,non cacaturit.

Caccaria,inſula in Ponto,quam Pompo.libro ſecundo,Colliſariam uocat.

Caeccia,ſiue Caceſia,uel Cacexia,ſpecies eſt phthiſis, quaſi malus corporis habitus,quo alimenta corrumpuntur,quod fit,quum longo morbo vitiata corpora,etiam ſi illo vacant,refectionem tamen non accipiunt. Tamen apud Ariſt.aliud ſignificat.

Cacephaton,vel potius Cacophaton,dici poteſt mala locutio,vel mala conſonantia. Caeon enim malum dicitur,phaton,dictum. Fit autem,quum particulã m,ſequitur n,ut Numerum cũ nauibus æquat. Item quum ſequens dictio duas habet ſyllabas præcedentibus ſimiles,ut, O fortunatã natam me conſule Romam. huic contraria eſt Euphonia.

Cachinnor,aris,depon.& Cachinno,as,neu.pro immoderate rideo. Lucre.lib.iiii. Quàm famulæ multæ ſugitant,furtimq́ cachinnant. Dicitur & de ſono vehementiore. Accius, Sæua ſonando crepitu clangẽtes cachinnant. venit tamen à Græco καχάζω.

Cachinnus, ſolutus riſus, à ſono riſus, fictum vocabulum. Iuuenalis,
Sed facilis cuiuis rigidi cenſura cachinni. Perſius,
Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos.
Hinc Seneca præcipit,vt riſus ſit ſine cachinno, vox ſine clamore. Apud antiquos non de riſu tantum dicitur,ſed & de ſono vehementiore. Catu. procedſit, leuiterq́ ſonant clangore cachinni.

Cacia,Græce κακία, interpres Latinus uertit malitia,teſte Hieron.apud Græcos duo ſignificat,& malitiam,ſeu afflictionem,ſeu anguſtias, quã κάκωσιν Græci dicunt, & hoc magis pro malitia transferri debuit. Cice. Vitioſitatẽ interpretari mauult, quàm malitiam,quum vitioſitas nomen ſit generalius ad omnia vitia pertinens,malitia ſpecialius. Apud veteres malitia inter adiaphora connumerabatur, quaſi ſit & bona, & mala,vt dolus bonus & malus. Vnde apud Plautum dicitur cum laude,
Te ciuem ſumma omni malitia.

Caco,as,ventris onus depono,excerno. Mart.
Ventris onus miſero,nec te pudet,excipis auro,
Baſſe bibis vitro,carius ergo cacas.

Cacobaſilea,malum regnum.

Cacoblepa,inquit,Albertus Magnus,eſt animal modicum,in ripis Nili,iuxta fontem qui dicitur Niger, habitans,adeò ſubtilis ſpiritus,ac venenoſi in oculis,ut q in oculos eius offenderit,ſtatim moriatur.

Cacochyla,dicuntur illa,quæ malum ſuccum habent quibus contraria ſunt Euchyla.

Cacoethes,gen.neu.malus mos, dictio tetraſyllaba, κακὸν malum, ἦθος, mos,nam ἔθος, cõſuetudo. Vitium curatu difficillimum,quum hulcus quidem preſſum eſt,ſed quæ circa ſunt, intenduntur & intumeſcunt,ut inquit Celſus. Plin. Caro vituli recentia vulnera non patitur intumeſcere, fimum bubulum, cum melle,fœminum vituli cinis hulcera ſordida q̃ Cacoethe vocant, lacte mulieris ſanant. Iuuenalis, pro ambitione ſumpſiſſe videtur per tranſlationem, quæ quum ſemel animo inſederit, non facile amoueri poteſt.
Tenet,inquit,inſanabile multos
Scribendi Cacoẽthes.

Cacologus,penultima correpta,maledicus. Cacologia, maledictio.

Cacos, Latine, modo malus, modo deformis,modò timidus dicitur. Et barbara eſt dictio,ut ait Theod. Gaza libro quinto Iliados.

Cacoſyntheton,mala ſeu deformis compoſitio, σύνθετον enim compoſitum dicitur. Vt apud Verg.
Verſaq́ iuuencum Terga fatigamus haſta.

Cacozelus,ineptus imitator, penult.producta.

Cacula,penultima correpta,militis ſeruus, ἀπὸ τῶν κάλων. id eſt à lignis. Erant enim Caculæ militum ſerui,fuſtibus,clauisq́ ligneis armati, ad tutelã dominorum. Plau. Video caculam militarem.

Cacumen,penul.prod.vertex,ſummitas montis.

Cacus(vt fabulæ ferunt) Vulcani filius fuit,ore ignẽ euomens,& in vaſta ſpelunca habitans,vaſtus corpore,prædæ ac latrociniis ſemp intẽtus,cuius ſoror Caca vocabatur,quem Hercules claua interfecit.

Cadauer,penul.prod.à cadendo.nam,vt inqt Hiero. ab eo, q̃ poſt mortem ceciderit,cadauer dicitur. Et proprie de corporibus mortuis,quamuis & de oppidis ad ſolum deductis quandoq́ dicatur. Seru. Sulp.Cice. Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Hinc Cadauerinus,a,um,penul.prod. Auguſt. libro nono Ciuit.dei, Si tantis ſacrificiorum cadauerinis non contaminantur nidoribus. Seruius etiã à carendo deducit.

Cadiſcus,vaſculum quo ſuffragia colliguntur. Græce καδίσκος, diminutiuum à cadus.

Cadiuus,a,um,penul.prod.quod per ſe cecidit,unde Cadiua poma dicuntur,quæ nõ manu collecta,ſed ſua ſponte in terram cecidere, & Cadiua folia, quæ per ſe ex arboribus cadunt. Plini. Colligi mala poſt æquinoctium autumnale,cadiua ſeparari ſtramẽtis ſtoriis,paleis'ue ſterni.

Cadmites,gẽma,quam cæruleæ interdum bullæ cingunt. Cornucopiæ.

Cadmus,nomen proprium Phœnicum regis, Agenoris filii,q fuit Tyrius,à quo Cadmeus,a,um. Mart.
Te Cadmea Tyrus. Et Thebæ Cadmeæ dicitur à Cadmo conditore. Perpertius,
Quum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ.
Ferunt Cadmum decem & ſex literas è Phœnicia in Græciam detuliſſe. α,β,γ,δ,ε,ι,κ,λ,μ,ν,ο,π,ρ,σ,τ,υ.

His

His Palamedem Troiano bello, quatuor adiecisse, ξ, θ, φ, χ. Aiunt quoq; Cadmum hiſtoriam inueniſſe & primum Proſaicam orationem inſtituiſſe. Apul. vero hoc adſcripſit Pherecidi. Fertur item inueniſſe auri metalla, atq; cōflaturā. Eſt & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluuius fluit. Noſter autem Suidas ita ſcribit de Cadmo. κάδμος μιλήσιος εὑρετὴς τῶν γραμμάτων ἐπιγράμματι ζήνωνος. κάδμος πανδίονος μιλήσιος ἱστορικὸς, ὃς πρῶτος κατά τινας συγγραφὴν ἔγραψε καταλογάδην, μικρῷ νεώτερος ὀρφέως. & ſubdit, ὅτι τὸν κάδμον φασὶ πρῶτον ἐς τὴν ἑλλάδα κομίσαι τὰ γράμματα ἅπερ γράμματα πρῶτοι φοίνικες ἐφεῦρον. id eſt, Cadmus Mileſius literarum inuentor epigrammate Zenonis. Cadmus Pandionis Mileſius hiſtoricus, qui primus ſecundum quoſdam hiſtoriam proſaica oratione ſcripſit, paulò iunior Orpheo. Et ſubdit, quòd aiunt primum Cadmū in Græciam portaſſe literas, quas primi Phœnices adinuenerunt.

Cado, is, cecidi, caſum, ſignificat ruo. Augu. ſuper Io. Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcēdit aliunde, veh miſeeo mihi, qui caſurus ſum. Interdum Cadere eſt euenire. Cice. lib. iii. offi.

Nec præter ſapientem cadere in quenquam poteſt.

Interdum occidere & mori. Vergilius,

Cadit & Ripheus iuſtiſſimus vnus.

Cadere à cauſſa, eſt aduerſario cauſſam concedere, quod plerique faciunt ne maiora incurrant damna, quod eſt litem perdere. Huius compoſita ſunt Accido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido, quæ habent pen. correptā. Deriuatiua ſunt Caſa, Caſo, as, & Caſito, de quibus infra.

Caduceus, & caduceum, virga Mercurii erat, qua pax ſignificabatur. Nam quia Mercurius orationis Deus eſt, & Deorum nuntius (vt gentilium more loquamur) meritò à Diis mittebatur, vt diſſidentium animos oratione ſedaret. Hinc Caduceatores, dicuntur legati pacem petentes, à caduceo quem manu geſtabant. Cato, Caduceatori nemo nocet. Et Caduceum ipſum Apollo inuenit, eoq; Mercurium donauit, à quo ipſe lyra donatus erat.

Caducor, eris, præcipitor. Varro, Et frigido nymbo aqua iacta caducimur.

Caducus, a, um, pen. prod. non ſolum momentaneum ſignificat, quòd facile cadat, ſed quòd cadere faciat; vnde caducus morbus, quòd facile cadat. Firmicus lib. vii. Si luna in horoſcopo fuerit inuenta, ſtultos, lentos, fatuos, & caducos efficiet. Plinius lib. xvii. In drupis quoq;, quæ matureſcentes tūc ſunt præcipue caducæ, id eiguis magis euenit, etiā ſi non ceciderint faſtidiendis. Quandoq; caducus mortuus dicitur.

Vergilius libro ſexto,

Hic multum fleti ad ſuperos, belloq; caduci

Dardanidæ. Vnde & Cadauera, & Caducū, quod ſub aliqua conditione legatum eſt. Caduca hæreditas dicitur, quum hæredes ceciderīt. Et Caducarii, qui huiuſmodi hæreditatem accipiunt. Legatum omne capis, nec non & dulce caducū. Caduca auſpicia veteres dicebant, quū aliquid in templo excidit, veluti de manu virgæ.

Cadulæ, guttæ, quæ de carne pingui cadūt, dū aſſat.

Cadurcum, tentorium, ſiue culcitra, qua merces teguntur, à Cadurcis Galliæ populis (ut inquit Pli.) apud quos lini præſtantia palmam obtinet in culcitris. Iuue. Inſtitor hibernæ tegetis, niueiq; cadurci.

Sunt qui putent eſſe Inſtitam quæ ſupra lectum obtenditur, quæ tegit vndiq;, & quum corpus Chriſti, aut ſancti alicuius viri oſſa per vrbem comportantur cadurco ſuperne (quod plures ſuſtinēt) operiūt. Iuuenal. Violato pœna cadurco.

Cadus, vas vinarium, quo vinum conditur, ut inquit Acron. cuius prima corripitur. Martialis,

In vaticanis condita muſta cadis.

Continet vrnas duas, uel ut aliqui volunt, treis cum dimidia. Primi in alpibus ruſtici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt, & Græcum eſt κάδος.

Cæa, nomen inſulæ maris Aegei, à Cæo Titani filio ſic dicta. de qua Plin. lib. iiii. Inſulæ Cææ quatuor ſecè partibus, quæ ad Bœotiam vergebāt, eodem mari deuoratis. Hanc Ptolemæus & vulgus nauticum Ciam nominant. Hinc Cæus, a, um, unde Eraſiſtratus è Cæa inſula, Cæus dictus eſt. Et veſtis Cæa, quæ ab aliquibus Coa dicitur. Pli. libr. iiii. ſcribit ex Cæa inſula profectam delectationi fœminarum veſtem, autor eſt Varro. Eſt autem Cæa veſtis bombycina tenuiſſima, deraſis velleribus, à paruis animātibus cōfecta, ibi primum inuenta. Hanc prima texiſſe dicitur Pamphila, ſiue, ut Ariſtoteles inquit, Paſiphile, Platis filia. De hoc etiam in dictione Coos.

Cæcias, uentus, qui ita flare dicitur ab Ariſt. nō ut nubes propellat, ſed vt ad ſe uocet. Flat inter aquilonem, & exortum æquinoctialem.

Cæcigeni, apud Lucretiū ſecūdo, q cæci geniti ſunt.

Cæcilia, genus ſerpentis cæci. Colu. libr. vii.

Eſt & animalium noxium virus.

Nam & vipera, & cæciliæ ſæpe, quum in paſcuo bos improuide ſupercubuerit, laceſſita onere morſum imprimit.

Cæcilius, poeta dictus, vt inqt Feſtus, à Cæculo Præneſtinæ vrbis conditore, vel (vt quidam aiunt) à cæcutientibus oculis.

Cæcinos, amnis vocatur, qui Rheginum agrum à Locrenſi diuidit. Et eſt oppidum Italiæ, haud procul à Sicilia, Cæcinum dictum.

Cæco, as, cæcum facio, cuius compoſita ſunt, Excæco, quod eſt valde, ſeu perfecte cæco. Plinius Vt quum lauatur, ſi oculos attingat, excæcet. Obcæco, de quo infra.

Cæcubum, vinum ſic dictum à cæcubis Campaniæ populis, apud quos naſcitur. Plinius libro quarto, Setini & cæcubi obtenduntur agri. His iunguntur Falerni, Cœloni. Martialis,

Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur amicis.

Cæculus, diminutiuum à cæco, nomen propriū eius qui Præneſte condidit, deductum à minutis oculis; à quo Cæcilios ortos putāt, quorum familia Romæ nobiliſſima fuit.

Cæculto,as,obtuſam faciem habeo,& quaſi cæco ſimilis ſum. Feſtus,Cæcultare,eſt cæcos imitari. Cæcultant,cæcis ſimiles ſunt, oculorum acie obtuſa. Plaut. Num nam mihi oculi cæcultant,eſt'ne hic noſter Hermio?

Cæcum vallum, in quo præacuti pali adfixi herbis vel frondibus occuluntur. Item cæcum inteſtinum, quod à dextra parte incipiens,in ſiniſteriorem peruium,& longum eſt. Ideoq́ dicitur cæcum, quia id quod peruium eſt, lateq́ fuſum ac ſeminatum ab vtraq; parte,huc atq; illuc eſt, uolutum.

Cæcus,quaſi oculis captus,uel quaſi oculis cõciſus, uel oculis carens,& Cæcus dicitur inſidioſus, occulte malus,latens,tacitus,qui videri non poteſt. Colu. lib.i. Ex quibus ſæpe contrahſitur cæci morbi,quorum cauſſas ne medici quidem perſpicere queunt. Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non videmus. Vergil. Cæca regens filo ueſtigia. Et locus cæcus dicitur,in quo non uidemus. Cæcæ foſſæ,cæci aditus, qui ſunt obſepti. Transfertur & ad animum, unde cæci dicuntur improuidi, hinc cæcitas tam animi, quàm corporis orbitas.

Cæcutio,is,parum video,& Cæcutiens, quaſi ſemicæcus. Varro, Vtrum oculi mihi cæcutiunt,an ego uidi ſeruos in armis contra dominos. Hiero.ad Pauli. Vt rarus ſit,qui non earum cæcutiat lectione.

Cædes,mors,ferro,aut alia vi illata,præſertim ab eo qui occidere, aut ferire uolebat, Inde dicimus aliquẽ cõmiſiſſe cædẽ. Hui⁹ diminutiuũ eſt cædicula.

Cædo,is,cecidi,penultima producta,cæſum uerbum actiuum,cuius paſſiuum eſt cædor. eſt & cædere flagellare. Teren. Verberibus te cæſum in piſtrinum Daue dedam. Item excidere. Cic. Aut eius partes quaſi membra quædam cædenda. Item percutere. Iuuen. Ebrius & petulans,qui nullum forte cecidit. Item occidere. Verg. Cæduntur,vigiles. Per tranſlationẽ uero ponitur quandoq; pro imolare,ut apud eundem. Cædunt binas de more bidenteis. Item pro frangere. Cic. cædere ianuam ſaxis,inſtare ferro. Huius compoſita ſunt, Abſcido,Concido,Circuncido, Decido,Excido,Incido,Intercido, Occido, Præcido,Recido,& Succido,quorum penul. producitur. At Cedo ſine diphth. ceſſi præteritum, & ſupinũ ceſſum facit,multaq́ ſignificat. Nam quandoq; cedere ſignificat abire, & locum uictori dare. Cicer. Cui quidẽ exercitus noſtri,imperatoresq́ ceſſerũt. Quandoq; diſcedere,euitare,atq; ſubtrahere. Plaut. Cedamus imbri. Lucil. Quandoq; pudor ex pectore ceſſit, Hinc Cedere iræ dicimus,dare locũ iræ, & quaſi ab ira diſcedere. Cedere bonis,diſcedere à bonis,& quicquid noſtrum erat,tradere creditori. Cedere iuri,diſcedere à iure,ius quod habem⁹,alteri tradere. Q.d & de iure cedere dicimus. Et cedere,eſt in ius alicuius venire,ut cedunt mihi ea bona,id eſt,in ius meũ ueniunt, & cum accuſatiuo mediante in Hier. ſuper Matth. Ita fiebat ut oblatio liberorum ſub occaſione templi: & Dei,in ſacerdotum lucra cederet. Rurſus cedere ponitur pro dare, Ennius, Saluete optima corpora,cedite manus ueſtras,meaſq́ accipite. Pro concedere,obſequi, non repugnare. Verg. Cedo equidem,nec nate tibi comes ire recuſo. Pro ſuccedere,ſeu in ſortem contingere. Idem, Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno. Pro incedere. Plaut. in Aul. In hoſtem abſolutus cedas. Inuenitur & cedò imperatiuum pro dic,& nonnunquam pro da,nec habet aliam perſonam,niſi tantũ cedite pluraliter,habetq́ primam correptam. Teren. in And. Cedò cuium puerum. Lactan. lib.iii. Cedò igitur quid didiceris. Cicer. in Cato. Cedò,qui ueſtrã rempub. tantam amiſiſtis,id eſt,dic. Teren. in Phor. poſuit pro da. Quin tu mihi argentum cedò. Phor. Imò uero vxorem tu cedò. Cedere diem,inqt Vlp. ſignificat incipere deberi pecuniam, ſicut Venire diem,ſignificat eum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. Huius verbi compoſita ſunt, Abſcedo, Accedo,Concedo,Decedo,Diſcedo,Excedo,Incedo,Intercedo,Præcedo,Procedo,Recedo, Retrocedo,Secedo,& Succedo,quæ habent penu. prod.

Cædua ſylua,ꝗ relinquitur ut ex ea ligna cædantur.

Cælebs,generis communis,qui nunquam duxit vxorem,ſeu qui eã amiſit. dictus Cælebs,ut inquit Hieron. quòd cælo dignam vitã agat,qui coitu careat. Auguſt. Cælebs qui non habet vxorem, vel quæ nõ habet maritum,qualia ſunt numina in cælo,ꝗ abſq; coniuge ſunt,ſi Agapetas non attendamus. Priſci. Cælebs dicitur quaſi cæleſtium vitam ducens. Hi accipiunt Cælibes non tã pro vxore carentibus, quàm pro caſtis,& omni Venere abſtinẽtibus. Sed proprie dicitur Cælebs,qui vxorem non habet,etiã ſi concubinas habeat. Nam cælebs & maritus relatiua ſunt. Quin. Nam clarus an obſcurus, magiſtratus an priuatus,ciuis an peregrinus,liber an ſeruus, maritus an cælebs,parens liberorum an orbus ſit. Cic. lib. de legib. Cælibes eſſe prohibeto. Dicimus tamen thorum cælibem,& vitam cælibem actam in cælibatu. Ouidius, Quæ ſi non fuerat cælebs te vita deceret. Hinc cælibatus,tus,pro vita quæ agitur ſine vxore. Mart. Conſtituit Mercurius,pellere cælibatum. Hiero. ad Tranquillum, Nihil prodeſt abſq; operibus cælibatus, & nuptiæ, quum etiam fides,ſi opera non habuerit,mortua eſſe dicatur. Suet. Verum amiſſa vxore Lepida,duobusq́ ex ea liberis,manſit in cælibatu.

Cæleſte,quod è cœlo eſt,unde cæleſtia numina, & cæleſtia auguria,quæ è cælo fiunt,quum vel fulminat, uel tonat deus.

Cælibaris haſta,dicebatur,qua caput nubentis comebatur,quæ in corpore gladiatoris occiſi ſteti ſſet,vt ſicut illa cõiuncta fuerat cum corpore gladiatoris, ſic cum viro noua nupta ſit copulata.

Cælicola,qui vel quæ cælum habitat.

Cælicus,a,um,idẽ eſt quod cæleſte,ut cælica regna.

Cæliſtomia,pen. prod. dicitur quũ vox quaſi in receſſu oris auditur, [illegible] enim os dr̃,ſit à cælo oris, quamuis & ab oris concauitate dici poſſit, [illegible]

uſ.concauum dicunt, & ſic per œ, ſcribendum erit.

Cælites, Dii cæleſtes, qui in æthere, ſphæræq́ ſuperioris ambitu, uſq; ad lolarem circulum demeant, qui & Apathes dicũtur, q̃ñ non eos ut nos mortalium curarum uota ſollicitant. Augu lib. de gran. Cæles, cælites, qui iter ſibi faciunt ad cælum.

Cælitus, penultima correpta, aduerbium, ſignificat è cælo, ſicut Diuinitus à Deo. Hiero. Tandem cælitus inſpiratus præciſam morſu linguam, in oſculantis ſe faciem expuit.

Cælius, mons urbis Romæ ex ſeptem à Cælio Vibenno nobiliſſimo duce Thuſco dictus, quòd Romulo aduerſus Latinum regem cum auxiliaribus uenerit inclytus, à quo Cælimontia, aut Cælimontana porta. Hunc montem Tul. Hoſti. urbi addidit, ibiq́ ipſe habitauit, quo frequentius habitaretur, vt inquit Liui. In eo habitauit Ennius poëta. Fuit & cælius nomen patris Saturni.

Cælo, as, ſculpo, ſiue ſigno, à quo Cælata vaſa dicuntur, quæ veteres Anceſa vocabant, quòd circumcædendo fiãt, & Cælum, ipſum quo cælantur. Plinius libro. xxxiii. conſtruxit hoc verbum inſtar eorum q̃ pretium ſignant L. Craſſus, inquit, orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos ſeſtertiis cẽtum, cõfeſſus eſt tamen, nunquam ſe his uti propter verecundiam auſum.

Cællo, is, per duplex ll, frango, ſiue cædo, quo uerbo non vtimur, niſi in cõpoſitione. Eius cõpoſita ſunt, Excællo, pro extollor, & ſupero. Antecællo, percutio, euerto, Procello, eiuſdem ſignificati, à quo Procella. Recællo, reclinor, humilis fio. Interdũ actiue ponitur pro reclino. Var. Alius teneram abietem ſolus præcellit.

Cælſus, à cælo, id eſt, altus, & ſublimis, à quo fiunt Excelſus, & Præcalſus, in quibos præpoſitionis habẽt vim augendi. Excælſitas. Cic. Etenim magis eſt ſecũdum naturam excælſitas animi & magnitudo. Quidam tamen hoc nomen ſine diphthongo ſcribunt.

Cælum, inſtrumentum quo vtuntur argentarii dum uaſa ſculpunt, ut eſt illud, Cælo fabricata Myronis. Speuſip. Cælum eſt, omnia complectens corpora præter ipſum ſupremum aërem. Et cælum uocatur quod alio modo dicitur mundus, cuius circũflexu cuncta teguntur, & ſtellis ſplendet, quaſi quadã cælatura, à cælo ſculpo, eõ quòd ſit cælatum, hoc eſt, ſideribus ſculptum, ſiue ſignatum. Et ſic cum æ diphth. ſcribitur. Ambro. lib. Hexa. Cælum dicitur quaſi impreſſa ſtellarum lumina, velut ſigna habeat, tanquàm cælatum adpellatur, ſicut argentum, quod ſignis eminentibus refulget, cælatum dicimus Var. À cauo deriuat. κοῖλον enim concauum dicunt, quia ſcilicet id neceſſario in ſculptura exigitur. Et ſic cũ œ diphth. ſcribi debet. Quidam ſine diphth. ſcribũt à relando contrario nomine, q́ apertum ſit. Interdũ cælum ſumitur pro aëre. Vergilius,

Maria ac terras, cælumq́ profundum.

Plinius libro ſecũdum. Et hoc cælũ adpellauere maiores, quod alio nomine aëra. Hinc grandines ſunt & pruinæ, hymbres, procellæ, turbines uentorũ, hoc regnum ſupra lunam, pura omnis, ac diuturnæ lucis plena. Auguſti. Huic autem cælo in quo ſunt luminaria, ita vicinus eſt aer, ut & ipſe cæli nomen acceperit, non ſolum ſermone communi, ſecundum quem dicimus, ſerenum, uel nubilum cælum, ſed ẽt noſtrarum ipſarum conſuetudine ſcripturarũ, quũ dicuntur uolatilia cæli, quum aues in hoc aere uolare manifeſtum ſit. Ariſto. accipit cælum pro octaua ſphæra, quandoq; pro corpore quinto, quandoq; pro toto uniuerſo. Dicitur præterea cælum, palatũ oris. Plinius, Cerebrum uiſcerum excellentiſſimum eſt, proximumq́ cælo capitis, ſine cruore, ſine ſordibus.

Cælus, cognomen Indigenæ fuit, qui ex terra ſorore in matrimonium ducta, Saturnum, Bætillum, Dogana, & Athlanta genuit. A cuius nomine mira uarietate, formoſiſſimum ſupremum corpus cælum dicunt fuiſſe adpellatum.

Cæmentarii, dicuntur cæmentorum hoc eſt ædificiorum, quæ ex lapidibꝰ ſunt, ſtructores, quos Fabros murarios adpellant. Hieron. ad Pauli. Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorum, lignorumq́ cæſores, lanarii, qui vilia opuſcula fabricant, hi de precio totius operis faciundi, ſi cum domino cõuenerint, ædificandũq́ id conſtruxerint, redemptores uocitant.

Cæmentitius, a, um, quod ex cæmento eſt. ut pariẽtes cementitii.

Cæmentum, à cædo, is, ut quidam putant. Sunt enim cæmenta, omnis rudior materia, qua ædificia conſurgunt. proprie cæſi lapides apti ad ædificandum, excilſo monte aliquo, vel effoſſo. Fodinas quoq; ruſtici campaniæ cæmentarias adpellant. Liui. Nec erat difficile murum ſubruere, quòd cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere. Columell. libro nono. Sub porticibus quadratæ haræ cæmentis. uel etiam latericulis extruuntur. Idem ibi, Modus ſyluæ pro cuiuſque facultatibus occupatur, ac ſi lapidis, & operæ vtilitas ſuadeat, haud dubie cæmentis, & calce formatus circundatur murus. Aliquando ponitur pro ipſo opere. Id eſt, ædificio, quod ſtructo lapide erigitur. Plinius, Pallidus lapis in cæmento raro vtilis, licet enim contra iniurias fortis, ad ſtructuram tamen infidelis eſt, niſi multa ſuffrenatione deuinctus. Hier. In inſtrumento veteri poſuit pro calce aqua ſabuloq́ fermentata, quum ait, Habuerunt lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento.

Cæne, urbs circa ſinum Laconiæ, Tænaron ante uocata. hinc cænites portus apud Pli. lib. iiii. Et cæneus Iupiter dictus eſt. Ouid. Victor ab Oechalia cæneo ſacra parabat Vota Ioui.

Cænos, Græcè Latinè nouus. inde cænodoxia, noua gloria.

Cæpe, ge. ne. & indeclinabile, à capitis magnitudine dr̃, vñ & primam diphth. uocalem accepit. Hieron. Impelle pelufiotẽ ut æ dat cæpe. Dr̃ & cæpa, cæpe. Ouidius, Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis. Inuenitur etiam ſecundum Priſcia. Cæpitius, & cæpitium. Cæparũ plura ſunt genera, nobiliſſima Aſca

ſonia ab oppido Iudeæ. Nam ut refert Str. lib. xvi. Aſcalonenſium regio præcipue fert cæpas. Col. Pōpeiam, vel Aſcaloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Optimæ ſunt rotundiſſimæ, ſuffæ acriores, quàm candidæ, ſiccæ, quàm virides. Cæpa oculos mordet, unde à Græcis nomen impoſitum Cromyon, quaſi pupillam oculi comprimi cogeret, ſicut ſcribit Ariſtot. in proble. Vnde lachrymoſa dicitur à Columella.

Cæpi, præteritum à capio, cum æ diphth. ſcribitur cū eius compoſitis. Accæpi, Concæpi, Recæpi, Præcæpi. Cœpi vero defectiuum cum œ, à cœpio, pro incipio formatur, quod apud antiquos in vſu erat.

Terentius in Adelph.

Sex totis menſibus olfeciſſem, quàm ille quicquam cœperet. Cato,

Cœpiam ſeditioſa verba loqui.

Nunc autem præterito eius pro præſenti vtimur cū ſuis deriuatis. Cœperam, cœpiſſem, cœpero, cœpiſſe, cœptū ire, & cœpiū, & cœpti, hoc eſt principiū. Ouid. Dii cœptis, nam uos mutaſtis & illas, Adſpirate meis.

Cæpula, diminutiuum, à cæpa. Pal. Hoc menſe cæpulas ſeris.

Cæra, licet à Græco nomen habeat, κηρίον .n. Græci fauum dicunt, quod abſq; diphth. ſcribitur. tamē Apuleio teſte conſuetudo conuertit e in æ diphth. Quidam etiam à careo deducunt, eò quòd mellis pfuſione careat, unde etiam primam dipht. vocalem aſſumpſiſſe dicitur. Eſt autem cæra quæ fit expreſſis fauis. Cæra aliquando pingere ſolebát, quapropter & tabellæ ita pictæ, cæræ uocabantur. Ouid.

Perlege diſpoſitas generoſa per atria cæras.

A Cæra etiam fiebant pugillares, in quibus ſcribere mos erat, unde & pro epiſtolis, & pro pugillaribus ponitur quandoq. Iuuen.

Non'ne libet medio cæras implere capaces Quadriuio.

Quandoq; pro cærata tabula. unde dicitur in prima cæra, & in ſecūda cæra, ima cæra, & extrema cæra. Nam Romani teſtamenta ſcribebant in tabulis cæratis. Sueto. in Cæſa. Quin. Pedium ex quadrante hæredem inſtituit, reliquos in ima cæra. Id eſt, ultima parte tabulæ teſtamentariæ. Hinc Syncerum, & Procerū. Cæra optima eſt, quæ Punica vocat, oium candidiſſima, proxima, q̄ maxime fulua.

Cæratum, vē eſſe ſicut vulgò adpellatur, quod vulneribus ſuperponi ſolet. Hieron. ad Cteſiphontem, Deniq; ut oēm ſtultitiam meam diligentius recognoſcas, etiam ſtomachum meum, poſt illud ſuſceptum cæratum tuum te abſente curaui. Conſtat ex rebus ſiccioribus, & igni adpoſitum molleſcit, ſed adpoſitū corpi, dureſcit, & ptinacius hæret. Dictū à cæra, quæ ferè oibus cæratis adhiberi ſolet. Quidā non Cæratū, ſed Cærotū adpellant, à Græco κήρωτον.

Cæratura, æ, ipſa cæratio. Colū. Veteranon credideram, propter olei ſuccum cæraturam pati.

Cærefolium, genus herbæ. Palla. Cærefolium locis frigidis ſeratur.

Cæremoniæ, pen. cor. vel ab oppido cærete, vel à carendo dictæ ſunt. Nam vrbe à Gallis capta. quū veſtales virgines ſimulachra Deorum ex hoſtibus erepta, traducerent, in oppidum cærete potiſſimum cōuenere, vbi benignè fuerunt hoſpitio ſuſceptæ, donec à Gallis ciuitas per Camillū liberata fuit. In cuius beneficii memoriam Romani præſtiterunt, vt omnis diuinus cultus cæremoniæ, à cærete dicerentur. Liuius libro. v. ſcribit L. Albinum de plebe vnū, virgines, ſacerdotes, ſacraq; plauſtro, cære inuexiſſe. vnde Cæremoniis ſit enatum nomen.

Cærete, gene. neu. ciuitas Thuſciæ, quæ Strabo. teſte Aegylla dicebatur. Declinatur & Cæres, cæritis, penultima correpta. Vergilius,

Eſt ingens gelidum lucus propè Cæritis amnem.

Feſtus cære neu. genere declinat, ſic inquiens. Cæremoniam cauſſam, alii ab oppido cære dictam exiſtimant. Nomen ab hoc patriū eſt, hic & hæc ceres, cæretis. pen. prod. Verg. libro nono.

Qui cærete domo, qui ſunt Minonis in aruis.

Poteſt etiam declinari ſecundum Priſcianum, hic & hæc Cæritis, penultima correpta. uel hic & hæc cæretis, penultima producta.

Cæreus, a, um, quod ex cæra eſt. ut imago cærea. Sumitur quandoq; pro molli, ac facili. Horat.

Cæreus in vitium flecti, monitoribus aſper. Idem,

Cærea Telephi laudat brachia.

Quandoq; pro pingui. Accl. Pinguem turturem, cæreamq; ficedulam. à cæræ videlicet colore. Quandoq; pro vncto. Martialis,

Cærea ſi pendet lumbis & trita lacerna.

Cæreus, cærei funale. Martialis,

Hic tibi nocturnos præſtabit cæreus ignes.

Huius diminutiuum eſt cæreolus. Hiero. Magnum honorem præbent huiuſmodi homines, beatiſſimis martyribus, quos putant de uiliſſimis cæreolis illuſtrandos.

Cærcas, Græci dicunt horas temporales, quæ & vulgares. nam apud veteres ſolaria in horas iā noctis, quàm diei temporales, non equinoctiales diuiſa ꝓponebantur. Ita ſinguli dies, noctesq; horis continebantur duodecim. Et quod ſequens eſt, meridiē, hora diei ſexta deſignabat.

Cærinthe, es, genus herbæ, mellis cū cæra miſti ſaporem habens. Verg. lib. iiii. Georg.

Et Cærinthe ignobile gramen.

Habet foliū candidū, incuruū, cubitalis, capite concauo, cuius florꝫ auidæ ſunt apes. A cæra deriuatur dicitur & cærinthus, & à Dioſcoride cæranthemis. Ab Ariſt. Erythace, ſeu Rithace, vulgò cā uocare ſolent carbinā, in Ethruria, & Lyguria. credo, qa flatu Africi naſcaſ, quē, vt inquit Vitru. Carbā, nautæ carbinum cognominant. Fit qdē nigrior à uentis. Quidam tamen cerinthe ſine diphthongo ſcribūt.

Cærinus, a, um, pen. prod. idem quod cæreus.

Cærium, vel cæris, genus ulceris, q̄ faui ſimilitudinē habeat. Pli. Romanoꝝ fici teneri cauliculi cū melle vlceribus quæ cæria uocantur, illiniuntur.

Cæro, as, cæram impono. Columel. lib ult.

Sexta quoq; olinitate dolia cæræare oportet.

Huius

Hulos compoſitum eſt Incæro. Iuuen.
Genua incærare Deorum.

Cæroferari, dicti ſunt, à deportandis cæreis, quando legendum eſt Euangelium.

Cæroferarium, inſtrumentum quo cæreus fixus continetur. In Decretis Canon. diſt. xxiii. Acolytus accipiat cæroferarium cum cæreo, vt ſciat ſe ad accendenda lumina mancipari.

Cæroma, & cæromatum, à cæra fit, ſignificatq́ oleũ, cœnumq́ quibus permixtis. vngebátur athletæ, quũ eſſent certaturi. Inde Iuue. Cæromatico collo dixit, dictum, non quod cæroto ſimile ſit, ſed Græcum eſt κήρωμα, τος. ſignificatq́ apud Græcos tabulam cæratam, in qua ſcribi eſſet ſolitum. Hæc inſperſio Haphe dicebatur. Mart. Et flaueſcit haphe. Nam ea inſperſione perfuſa obluctantium corpora, quodámodo flaueſcebant, lepras patiẽtibus ſimilia. Fiebatq́ ex oleo, terraq́, nec, ex omni terra, ſed ex quibuſdã eius generibus, quibus robuſtiora fieri corpora, & ad tolerandos æſtua. atq́ algores firmiora arbitrabantur, vt erat Albida quædam terra pertenuis, ex Albano agro, & rubrica, & Balanus puluis. Adhibebatur quippe oleum, tum ad agilitatem præſtandá, vt corpora lubrica fierẽt, tum, quod natura olei eſt, tepefacere membra, & contra algores munire. Terra uero ad indurandos magnos artus, & aduerſus æſtum firmandos adiungebatur. Sta. de paleſtritis.
Poſtquàm oleo gauiſa cutis petit æquor vterq́.
Procurſu medium atq́ hauſta veſtitur arena.
Tum madidos artus alterno puluere ſiccant.
Collaq́ demerſere humeris, & brachia late
Vaſta tenent. Ponitur & pro loco, in quo palæſtritæ ungebantur. Plin. Idem palæſtras athletarũ imaginibus, & cæromata ſua exornant.

Cæroſus, a, um, quod habet admixtam cæram. vnde mel cæroſum dicitur nondum depuratũ. Pli. Liquore veluti mellis cæroſi.

Cæruleus color, viridis cum nigro, & ſubniger, ſicut mare qui Græco verbo à Latinis dicitur Glaucus, & Gellius ſentit eundem eſſe cæſium. Hunc Venetũ quoq́ colorem, & Thaliſſicum, & Ferrugineum, & cyaneũ adpellari ab eruditis inuenimus. Dictus Cæruleus, quaſi cæluleus, à cœli colore. Dicitur & cumatilis color, quòd Græce κύματα fluctus vocát. Alij deducunt à cæta, de quo in dictiõe cærea. Cæruleum arena eſt, cuius tria ſunt genera. Aegyptium, Scythicum, & cyprium. Poſtea probatum eſt Atticũ marmoroſum, & Scyricum, ſiue preſſum. uide Plin. libro trigeſimo tertio.

Cæruleus, Idem quod cæreus. Proper.
Cæruleus cucumis tumidoq́ cucurbita uentre.

Cærulus, a, um, penult. corr. Catul.
Cærula vertentes ablegnis æquora palmis.

Cæſa, Gallicum telum. Varro. Qui gladiis cincti ſine ſcutis cum binis cæſis eſſent. Hæc & Gæſa dicuntur Gallica lingua. vnde & uiros fortes Galli cæſos vocant. Vergilius libro ſeptimo.
Alpina coruſcant Gæſa manu.

Et cæſa particulæ orationis, quæ Græci commata vocant, differuntq́ à membris, quæ Græci dicunt Cola. Membrum enim eſt pars orationis ex pluribus verbis abſolute aliquid ſignificans, hoc modo. Et ſi uereor iudices, ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere, incipientem timere. Cæſum autem pars orationis eſt nondum ex duobus, aut pluribus uerbis quicquàm abſolute ſignificans, hoc modo. Et ſi vereor iudices ne turpe ſit. Aliquando tamen cæſa oratio dicitur, quum non efficiuntur membra, ex connexione verborum, ſed ſingula uerba aliquid ſignificantia proferuntur, hoc modo. Quis eſt iſte Gellius? armiger catilinæ, ſtipator tui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori. Eadem Inciſa dicuntur. De hoc etiam in Comma.

Cæſar cognomen Iuliorum eſt. Ille enim qui primus cæſaris nomen adeptus eſt, ab eo dictus fertur, q cæſo matris vtero ſit natus. Vel ab elephanto in pugna occiſo, qui lingua Maurorum cæſar adpellaf. Vel quod oculis cæſiis, hoc eſt glaucis fuerit. vel à cæſarie, cum qua natus proditur. Plinius libro. vii. ſcribit Scipionem Aphricanum primum fuiſſe dictum Cæſarem. à cæſo matris vtero, qua de cauſſa & cæſones adpellati. Iulius autem Cæſar, à quo familia Cæſarum poſtea pro rogata eſt, non eſt natus cæſo vterõ materno, qui matrem Aureliã habuit, quã amiſit, quum in Gallia bellum gereret, cuius etiam pater cæſar eſt nuncupatus, qui prætura functus, Piſis obiit. Rarum facinus ſcribit de Cæſare Dion. hiſtoricus Græcus, cuius verba Græca ſubieci. τὸν δὲ δακτύλιον τοῦ πομπηΐου τὴν ῥώμην ἀφελόμενος ἔπεμψε, ἵνα πιστεύσωσιν αὐτοῦ τὴν ἀναίρεσιν. αὐτὸς δὲ ἐνεχρόνισε τῇ αἰγύπτῳ, διὰ τοὺς κλεοπάτρας ἔρωτας, ἦν γὰρ καῖσαρ ἐρωτικώτατος, καὶ πλείσταις, καὶ ἄλλαις ὅσαις ποτὲ περιτύχοι συνεγίνετο. κλεοπάτρα δὲ περικαλλεστάτη γυναικῶν ἐγένετο, καὶ τὸ φθέγμα ἀστειότατον εἶχε. id eſt, Anulum Pompeii auferens Romam miſit, vt interitum crederent. ipſe autem diu moratus in Aegypto propter Cleopatræ amorem. Fuit enim Cæſar amantiſſimus & pluribus mulieribus, & quibuſcunq́ incidiſſet, conuerſabatur. Cleopatra autem fœminarum pulcherrima fuit, & vrbaniſſimam loquelam habuit.

Cæſarea, vrba Paleſtinæ in littore maris magni, quæ turris Stratonis vocabatur, ſed poſtea ab Herode in honorem Cæſaris nobilius ædificata, Cæſarea eſt adpellata in qua idem Herodes in honorem cæſaris magnificam domum albo marmore conſtruxit, ubi nepos eius Herodes, ab angelo percuſſus (eò quòd non dediſſet honorem deo) cõſumptus à uermibus expirauit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus eſt. Altera Philippi, à Philippo Herodis filio, in honorem Cæſaris ad radices mõtis Libani ædificata, vbi duo fontes Ior. ſcilicet, & Dan. oriũtur. Tertia Cappadociæ. Ioſephus. Moga primum dicebaf, quæ poſtea Cappadocia, nunc autem cæſarea à cæſare. Quarta Mauritaniæ.

Cæſarauguſtana, vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, dé qua habetur in geſtis diui Vincentii.

Cæſareus, a, um, & cæſarinus, a, ũ, vt milites cæſariani.

Cæſaries, coma à crebra cæſione. ideoq; proprie virorum eſt. vnde Cæſariati, comati dicuntur. Plau. in milite, Cæſariatus miles.

Cæſenna, urbs Flaminiæ prouinciæ, à cædendo ꝙ exiguo amne cæſa. i. diuiſa ſit. Vel ꝙ ager eius duobus fluminibus, Sapi & Rubicone ſit diuiſus. Hinc Cæſennates dicti ſunt, Cæſennam habitantes, & cæſennetia vina, quæ inter generoſa numerabantur.

Cæſim, aduerbium. ſignificat cædendo, ſiue per inciſionem gladii, ſicut punctim pungendo, & cæſim dicitur vno ictu. Colum. lib. v. Maior autem pars operis in vineam ductim potius, quàm cæſim facienda eſt. Hinc Ductim ſignificat cum mora. Ceſim ſine diphth. aliud ſignificat.

Cæſitium, linteolus erat purus & candidus. dictus ꝙ cædendo ad candorẽ peruenit et. vel ꝙ oras circuncisas haberet. Plau. in Epid. Linteolum cæſitium.

Cæſius color, q ſpeciem cœli habet, vnde oculus cæſius dictus, quaſi cælius. hoc eſt cianei coloris. Græce γλαυκώπις, ab oculis noctuarum. γλαὺξ .n. noctua dicitur, ὄψις, viſus. Vnde à noctris glaucus dicitur. Hinc Glauci equi, q felineis oculis ſunt, vulgò Glaucioli vocantur. Alii cæſium intelligunt lentiginoſum, alii cæruleũ. Ter. in Eunu. Ruſſam'ne illam virginem cæſiam? Et in Hecy. Magnus, rubicũdus, criſpus, craſſus, cæſius. Vbi Donat. Cæſius, glaucis oculis, quaſi felis oculos habens.

Cæſones, pen. prod. qui cæſo matris vtero nati ſunt.

Cæſpes, gene. maſc. à cædo fit, & ſignificat terram cũ herba auulſam, ſeu in modum lateris cæſam. vel dicitur frutex reciſus, ac truncatus, ꝙ pedem cædat. Ex cæſpite agger caſtrenſis fit. Lucan.

Stetit aggere fulti Cæſpitis intrepidus.

Circunciditur autem ferramentis, continetur q; herbarum radicibus terrarum. Docet Vege. lib. iii. qua altitudine ac latitudine cæſpes circuncidi habeat. Hinc cæſpititius, a, um, quod fit ex cæſpitibus. unde tribunal cæſpititium, uocatur ſuggeſtum ex cæſpitibus factum. Flauius Vopiſcus. Deinde cõcurſus ad cæſpititium tribunal. Et aræ cæſpititiæ dictæ ſunt. Iul. Cap. Centũ aræ uno ĩ loco cæſpititiæ extruunt.

Cæſpito, as, penu. correp. pede aliquid percutio, quo quaſi ruere cogar, ut ſit cæſpitare, quaſi cæſpitem offendere, uel in cæſpitem ferri. vnde cæſpitatores eq, qui ſæpe in cæſpitem uel lapidem aut aliquid huiuſmodi impingunt.

Cæſura, propriè inciſura. Plin. lib. xvii. Antè calendas Martias creſcit ad brumam vſq;, definit q; quum durescere incipit, hoc ſignũ, ꝙ tempeſtiuam habet cæſuram. Et cæſura à cadenda uoce quæ definitur, ꝙ ſit decora terminatio uocum, in medio uerſuum notata. Hæc quadrifariam diuiditur. Alia Pentimemeris dicitur, ſiue ſemiquinaria. alia Heptimemeris, ſiue ſemiſeptenaria. tertia Trochaica. quarta Bucolica. Pentimemeris eſt, quum poſt duos primos pedes, ſuperans ſyllaba inuenitur, quæ dictionem terminet. vt, Arma uirumq; cano. &, Italiam fato. Habet enim ex quinq; dimidium. Heptimemeris eſt, quum poſt tres pedes, ſimiliter ſyllaba inuenitur, ut, Arma virumq; cano. Troiæ. Continet enim ſeptenarii medietatem. Trochaica eſt, quũ poſt duos pedes Trochæus partem orationis perficit. ut, Nil noſtri miſerere. Bucolica, quum poſt quatuor pedes ſyllaba ſuperat, in partem orationis deſinens ut ſortitur trochæus partem oratiõis terminans, ut, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

Cæſuratim, ſignificat ſuccinctè, breuiter, per cæſuræ commata. Sido. Claudiano. Tota de illo dicto ſic cæſuratim ſuccincta, quàm profluens.

Cæſuratum, uas, adpellatur cæſim orificiatum.

Cæſtus, us, genus clauæ, pilas plumbeas loris bubulis adpenſas habens, quo Darethen, & Entellum pugnaſſe legimus. Verg. libro. v.

Si in crudo fidit pugnam committere cæſtu.

Et à cædendo fit cæſtus. Ceſtus uerò ceſti, ſine diphthõgo, ſumitur pro cingulo, quo vxor à marito cingebatur in fide maritali, & eſt fœmin. gener. quamuis & maſcul. reperiatur, à uariis punctis ſic dictus. κεντεῖν enim pungere eſt, & picturare. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipſa Martem, & Iuno Ioue conciliabant, à poetis ceſtus dicitur. Martialis,

Vt Martis reuocetur amor ſummi q; tonantis

A te Iuno peto ceſton, & ipſa Venus.

Sed & lorum, aut opus interpunctum acu'ue pictũ & Veneris item ornamẽtum, & in commune fœminarum, ceſton Græci uocant. Prõinde celſus Aphricanus contra quem ſcripſit Orige. xxiiii. libros edidit, quos à rerum uarietate cæſtos adpellauit. Hinc Inceſtus, & ceſtillus diminutiuum. Homerus multa in libro. iii. Iliados. Et Euſtathius. ſed Ariſtopha. interpres in ueſpis comœdia. ὁ κεστρεὺς τοῦ κεστρέος ... ἰχθύος τὸ κέφαλον, καὶ μεγάλην λεπίδα ἔχοντος. id eſt, ceſtreus, eſt genus piſcis, caput, & magnã ſquammam habentis.

Cæter, alium ſignificat. à quo fit cæterum coniunctio ſiue aduerbiũ pro ſed, ſiue id, quod dicere ſolemus, quod reliquum eſt. Cæterà etiam quandoque aduerbialiter capitur, pro deinceps. ut, Cæterà parce puer bello.

Caicus, nomẽ eſt fluuii in Phrygia, & labitur per Myſiam, & Pergamum, per campum qui Caicus adpellatur, Arrianus autem lib. v. de geſti. & uita Alexandri magni. καὶ κάικον ἄλλον ἐν μυσίᾳ, καὶ μαίανδρον τὸν καρικὸν, καὶ τὰ λοιπά. id eſt, Caicum alium in Myſia, & Mæandrum in cariciis, & reliqua.

Cain. apud Hebræos inuidiam ſignificat. At ſit enim inuidia fratris.

Caius, cognomen à parentum gaudio ſumptum. Eſt & dictio triſyllaba. Martialis,

Non maius, quàm ter Caius eſſe tuus.

Scribitur autem per c. ſed pfertur per g, & notatur per c. quæ inuerſa, mulierem declarat. Apud Priſcos autem pro dño ponebatur, ſicut & caia ꝑ domina.

Cala, fuſtis, ſiue claua lignea, Luci. Scinde calam, ut caleas. id eſt, ſcinde lignum, & focum accende, ut te calefacias.

Calabra, penul. corr. dicebatur curia vbi tantũ ratio ſacrorum gerebatur. Macro. Et ipſa curiæ ad quam

Vocabantur, calabre nomen datum eſt.

Calabria, pen.cor. inſula eſt, quam veteres Meſapiã, à duce Meſapo, Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre dixere. Eſtq; ora Italiæ, proxima Siciliæ, à qua Pharo breui maris tractu diſiungitur. Inde fit calaber, bra, um. Ouidius lib. iii. de Arte.

Ennius emeruit calabris in montibus hortos.

Similiter declinatur hic calaber, hæc calabris, & hoc calabre. Ex nomine eius declaratur bona ciuitatis. καλὸς, ὴ, ὸν, Bonus, na, num. βρίθω, degrauo, more arborum degrauatarum pondere fructuum, quoniam ſit regio onerosa & plena omni genere bonorum. In ea ſunt, Brunduſium, Hydrus mons, & Salentini campi.

Caladrius, & Caladrion. auis eſt albi coloris.

Calæ, arum, ciuitas in India. Græcum eſt, τὸ κᾶλον τοῦ κάλου. id eſt, hoc lignum, huius ligni.

Calagurium, ciuitas Hiſpaniæ in Vaſconibus collocata. Hinc calaguritani, qui in ea habitant.

Calais, Boreæ, ex Orithyia coniuge filius alatus, qui unà cum Zeto fratre ſimiliter alato. quia ſagittandi arte præſtarent, miſſus eſt ad Harpyas perſequendas quas fugauerunt in inſulas uſq; Plotas. In cœlo poſiti caniculæ exortũ dies ferè octo præcedũt, quos prodromos. i. præcurrentes adpellant. Cc.

Calaitis, gemmæ genus à calore calaino qui turbidꝰ eſt. unde ueſtes calinæ, à Veneto colore. Plinius, Amplitudine cõſpicua, ſed fiſtuloſa, & ſordium plena eſt calais.

Calama, mæ, penul. correp, gen. Femin. eſt haſta ipſius frumenti. Suidas. καλάμη ὁ στάχυς τοῦ σίτου, ἀπὸ κάλου τοῦ ξύλου, αὐτὸ δὲ ἀπὸ τοῦ καίεσθαι. id eſt. Calama frumenti ſpica eſt, ab κάλου, id eſt, ligno. hoc autem ab æſtu.

Calamarium, theca. id eſt, repoſitorium calamorum.

Calaminiha, ſeu Calamenthus, herba nota, quã Ariſ. ſcribit in mentem commeare. hãc Latine Nepetam quidam dici putant.

Calamis, idis, ſeu calais. nomẽ ſtatuarii, qui equos abſolutos, & perfectos effinxit. Ouidius.

Vendicat ut calais laudem quos fecit equorum.

Calamiſtrum, acus maior, qua calefacta & adhibita, criſpantur capilli. Vnde calamiſtratus puer, pro criſpulo, cirratoq;, qui annulatos capillos habet. Cice. Calamiſtratam comam vocat. Varro refert Calamiſtrum parari, ob ornatum quod calefactum in cinere, capillos ornat. Qui autem calamiſtrum adminiſtrat, à cinere, Cinerarius, & ciniflo uocatur.

Calamitæ, ranæ minimæ ſunt & viridiſſimæ, & à quibuſdam Diphthitæ uocantur. ſic dictæ ꝙ inter calamos verſentur. Cc.

Calamitas, propriè ruſtici grandinem dicunt calamitatem, ꝙ comminuat calamos, hoc eſt, culmos, & ſegetes. Teren. in Eunu. Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Accipitur pro miſeria & ærumna. unde calamitoſum dicimus malis, ac calamitatibus prægrauatum. Cic. Et honoris ampliſſimi puto eſſe, & accuſare improbos, & miſeros, calamitoſosq; defendere.

Calamodinus, genus arundinis in Italia naſcens, Latine Adarca adpellatum. naſcitur circa arundines tenues, vbi ſpuma aquæ dulcis, ac marinæ ſe miſcent.

Calamus, pen. cor. Græcum eſt ὁ κάλαμος τοῦ καλάμου. harundo magis minuta, habens internodia lõga, & recta, ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant. Vergilius,

Quum Daphnidis arcum Fregiſti & calamos.

Plinius libro. xvi.

Calamis populi orientis bella conficiunt.

Eſt & calamus quo ſcribi ſolet. Martialis,

Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus.

Texantur reliqua tecta palude tibi.

Idem calamus, dicitur concauus, fiſtulis accommodatus, quem Syringa uocant.

Eſt & Calamus auleticus, qui tibiis utilis eſt. Ver.

Nec calamis ſolum equiparas, ſed uoce magiſtrũ.

Et calamus uirga eſt, cui hamus filo longo ligatur ad capiendos piſces, ſimiliter virga ad capiendas aues uiſco illinita. Martia.

Gaſbula decipitur calamis & retibus ales.

Aliquando calamus accipitur pro ſtipula, & pro ꝙcunq; re tereti ac fiſtuloſa, ad ſimilitudinem harundinis. Vnde arborum quoq; ac vitium calamos dicimus. id eſt, teretes particulas, & uirgas ad ſerendũ in terra aptas. Plinius, Qui ſi longius afferantur pomorum calami, rapis infixos, optime cuſtodire ſuccum arbitrantur. Item accipitur pro arbore aromatica, à ſimilitudine calami uſualis, ſimulans guſtu caſiam. Hierony. in Exod. Sume tibi aromata calami ducentos quinquanginta ſiclos. caſiæ quingẽtos ſiclos, pondere ſanctuarii. Gignitur in India multis modis geniculatus, fuluus, flagrans ſpiritus ſuauitatem, qui quũ frãgitur, in multas fit partes ſciſſibilis. Et calamus menſura eſt ſex cubitorum & palmi.

Calantica, tegmen muliebre, quod capite iniicitur. Cice. in Clod. Tũne, quum mentiretur pedes fuſci, quum calantica capiti accommodares.

Calanus, penultima product. unus fuit philoſophus ex Gymnoſophiſtis Indis, qui tempore Alexandri Magni ſe ipſum viuum vltroneus cremauit. De cuius morte hæc produntur. Secutus Alexandrũ Magnum extra Indiæ fines, præter communem aliorũ philoſophorum conſuetudinem, qui regi aſſiſtunt, quum apud Paſagardas ægrotare cœpiſſet, ſeipſum exuſſit anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo tertio. Facta enim pyra, & aurea lectica ſuperimpoſita, in ea cubans, combuſtus eſt, ſtramentis opertus. Macedonesq; rogauit, ut illum lætitiæ diem cum rege ſimul potantes exigerent. Sunt qui dicant, eum in lignea domo, frondibus plena, & pyra ſuper tecto cõſtructa, incluſum, ſe ut trabem in ignem conieciſſe, & cum domo deflagraſſe. Fertur, quum Alexãder magnus rogaret eum, ſiquid vellet, dixiſſe. propẽdiem te videbo. Quod ita contigit. Nam in Babylone paucis poſt diebus Alexander mortuus eſt. Arianus autẽ hiſtoricus de geſtis Alexãdri ita ſcribit Græce. ὡς βασιλεῦ Ἀλέξανδρε ἄνθρωπος μὲν ἐκεῖνος τέως δὲ τῆς γῆς κατέχει, ὅσον περὶ τοῦτο ἐστὶν βεβαιωμένῳ τοῖς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, σὺ δ᾽ ἄνθρωπος ὢν παραπλήσιος τοῖς ἄλλοις.

id eſt, O rex Alexander, homo quiſq; tantum terræ occupat, quantum hoc eſt, in quo uiuimus, certe hoc modo, tu autem homo ſimilis aliis. Et multa alia de locutione, & morte ipſius. Galanus autem non eſt nomẽ illius, ſed quomodo fuerit cognominatus, ſcribit Suidas noſter. οὕτω δὲ πάντη σοφὸν ἰνδοὶ προσαγορεύουσι. id eſt, Sic vero omnino ſapientem Indi perhibent.

Calaris, ciuitas in Sardinia. vide in dictiõe Sardinia.

Calatiſtri, pueri dicebantur canorã vocem hñtes, inq;, Vetr. qui à regibus ad hoc munus q̃ri ſolebãt.

Calatha comitia, Quære in dictione Comitium.

Calathæ, quam alii Calathuſas uocant, nomen vrbis ad Herculis columnas ſitæ.

Calathis, is, penultima correpta, nomen ciuitatis ſicuti Ptolomæus & Strabo ſcribunt à calatho ibi inuẽto. Inde fuit Hiſter poëta, qui de tragœdia inſignem librum condidit.

Calathus, penul. correp. & aſpirata, Græcum eſt κάλαθος, ab aliquibus, qualus & quaſillus ab aliquibus fiſcella, uas vimineum, ſecundum Porphirionẽ, in quo mulieres penſa vel tramam reuoluunt. Iuxta quas ſignificationes ait Verg. in Alexi,

Tibi lilia plenis.

Ecce ferunt Nymphæ calathis.

Calathus dicitur ciſtella. Ouid. lib. iiii. Faſto.

Hæc implet calathos lento de vimine nexos.

Hæc gremium, laxos degrauat illa ſinus.

Accipitur interdum pro calice ad ſacrificium apto. Verg. Vina noua fundam calathis aruiſia nectar. Seruius ait eſſe vas æneum, in quo lac, vel recens caſeus diſtrahitur.

Calatores, dicebãtur ſerui, à καλεῖν, quod eſt uocare, qui ſemper vocabãtur ob neceſſitatem ſeruitutis.

Calcaneus, & calcaneum, vtroq; modo dicitur ꝑ parte poſteriore pedis imi. Vergilius,

Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

Calcar, ferreus ſtimulus ad vrgendos equos. ſic dictũ q ad calcem alligetur.

Calcaria, fornax in qua calx coquitur, ſicut Sulphuraria, in qua ſulphur. Plin. Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere à calcariis fornacibus. Eſt autem adiectiuum calcarius, a, um, calcarius uero qui præeſt fornaci calcariæ. Cato de Re ruſt.

Calcarius ligna conficit ad fornacem,

Calcata, ædificia dicuntur calce contecta, quæ & loricationem, & tectorium adpellant, & præcipue ſi leue, politum'ue fuerit, vt ſuperinduci poſſit penicilis, vel albariis, vel pictura ad venuſtandã ſtructurã.

Calceamen, & calceamentum, pro ipſo calceo.

Plinius libro vigeſimonono.

Hinc calceamina, & paſtorum ueſtis.

Calcearium, idem quod calceus. Vlpi. titulo de alimentis legatis. Diariis, vel cibariis relictis, neq; habitationem, neque veſtiarium, neque calcearium deberi palàm eſt.

Calceatus, tus, idem quod calceamen. Plinius,

Itaq; longo itinere ſine calceatu atteruntur pedes.

Calceolarius, qui calceos conficit. Plaut. in Aulula. Propolæ, linteones, calceolarii.

Calceus, pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium. à calce fit. Cicer. libr. i. at. veteris. Si multus erit in calceis puluis, ex itinere cõuenire oportebat.

Calchas, antis, proprium nomen Græci auguris.

Calcio, & Calceo, as, raro uſos autores inueni. ſemel cum accuſatiuo eius rei, qua quis calceatur apud Plinius libro. xxxvi. reperi. ſed pro impono dictum eſt. Arceſilaum quoque magnificat Varro, cuius ſe marmoream habuiſſe leænam tradit, aligeros q; ludentes cum ea cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii è cornu cogerent bibere, alii calciarent ſoccos, omnes ex vno lapide. Ablatiuo autem libro ſeptimo. Nos quoq; vidimus Athanatum nomine prodigioſæ oſtentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurnis q; pondo calciatum per ſcenam ingredi. Gell. Dir leniato tunicis, & lacernis indutos, & gallicis calciatos. Huius compoſitum eſt Excalcio. Suetoni. in Vitel. Pro maximo munere à Meſſalina petiit, vt pedes præberet ſibi excalciandos.

Calcitro, as, penultima correpta. pede percutio. Hinc Calcitrones, dicti ſunt equi, qui calcibus infeſtant. Gell. Equus mordax, & calcitro. Huius compoſitũ eſt Excalcitro.

Calcitroſus, qui ſæpe calcibus ferit. Col. lib. ii.

Iuuẽcumq; reſte tractũ, calcitroſumq; eum reddit.

Calco, as, comprimo, quod ad animum transfertur. vt calcauit paſſiones. cuius compoſita ſunt Conculco, Biculco, & Proculco.

Calculos, as, rationem facio. vnde calculator, à calculis. i. lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenẽtes, numeros componebant.

Calculoſus, qui calculis. id eſt, lapillis in corpore abundat. Quo nomine uſus eſt. Plin.

Et calculoſus locus, qui calculis abundat.

Colum. lib. i. Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat ficus.

Calculus, à calcando genus lapidis duriſſimi, & rotundi, ſicut ait Hierony. ad Damaſ. qui calce preſſus offendit, Ouidius,

Per quas numerabilis alte Calculus omnis erat.

Et calculus lapillus in corpore, ex quo aſperrimus cruciatus gignitur qui autem eo morbo laborant, calculoſi dicuntur, à Græcis Lythanici. Pli. libr. xxi. Vtuntur ad alopetias, lithanicos, opiſthonicos.

Item calculus dicitur, quem latronem, ſeu latrunculum antiqui adpellauerunt, iuniores Scacum vocant. Martialis,

Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto

Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

Quoniam autem calculis facere rationem ſolemus, Calculus pro ratione ponitur. Cic. Itaq; tibi concedo, vt ſi te alicuius dati pœnitet, ad calculum reduces. Rurſus calculus minima pars ponderis dicitur. & culter lapideus quo Eſaiæ prophetæ labia munda fuere.

Caldariæ, cellæ ſunt in quibus calida lauamur. Ce.

Caldarium, ahenum, quo aqua calida hauritur. Ce.

Calefacio, & calfacio, calidū reddo. Pli. lib. xxi. Chryſocomæ radix calfacit, & ſtringit. Hinc Excalfacio, à quo Excalfactorius, a, um. Idem, Excalfactorias habet vires. Concalfacio, incendo. Cice. Et ait idem quum brachium concalfecerit tum ſolere pugnare.

Calefio, habet ſignificationem paſſiuā illatam, ut hic calefit igni. à quo Concalfio, & Excalfio.

Calendæ, prima dies menſis. à καλέω, καλῶ, uoco, quia calcata, id eſt, uocata in capitolium plebe, quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent, pronunciaret. Et ſic primum diem ex his qui calarentur calendas uocari placuit. Minor autem pontifex numerū dierū, qui ad nonas ſupereſſent, calando prodebat, quo primus nouam lunam exponebat, ut nonarum die, populares qui in agris eſſent, confluere in urbē oporteret, ſcituros quid eſſet eo menſe faciendum. Hinc Nonas quidam dictas putant, quaſi nouæ initium obſeruationis, uel ꝙ ab eo die ad Idus nouem putentur dies, ſicut apud Thuſcos, nonæ plures habebantur, ꝙ in nono quoq; die regem ſuum ſalutarent, & de ſuis conſulterent negotiis.

Calendaris, & hoc Calendare, quod ad calendas pertinet. vt lu..o Calendaris.

Calendarius a, um, idem eſt quod Calendarius liber. Vide in Ephemeris.

Caleo, es, calui. per ſimplex l, ferueo, calidus ſum. Lactant. libro de opifi. Qui autem ignem putauerunt, hoc vſi ſunt argumento. ꝙ præſente anima corpus caleat, recedente frigeſcat. In quo oſtenditur primitiui & deriuatiui diuerſa ſignificatio, ut caleat, intelligatur calidum fit, frigeſcat, frigidum fiat. Compoſita ſunt Concaleo, & Incaleo. Caletur, imperſonale à caleo.

Calepium, Græce καλήπιον, oppidum in Cenomanis ad. xiiii. lapidem à Bergammo Brixiam uerſus, ad colles, in ſiniſtra parte poſitos, à bonitate vini denominatum Græcè ſignificat. quod & nunc & amœnitate, & vinorum cæterorum ꝗ; fructuum præſtantia uiget. καλὸν, καὶ πίνω, bibo. At Chalepi, aliud ſignificat. vide infra.

Cales, oppidum in Gallia, aliud in campania, à quo Cales populi iuxta Falernos, & Maſſicos, de quibus Vergil. Aequora quiq; cales linquunt.
Hinc Calenum vinum.

Caleſco calidus fio. à quo concaleſco, & Incaleſco.

Calianaſſa, nympha eſt, à bene regendo denominata. καλὸν enim bonum, bene. ἀνάσσω, imperio, rego. Cornucopiæ.

Caliera, nympha à viris honeſtandis. καλὸν, bonū, honeſtum. & ἀνὴρ, uir.

Calidus, a, um, à calore fit, & modo feruentem ſignificat. Vergilius,
Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen.
Modo ferocem, incōſultum Pacu. Caue ſis, ne nimis calide loquaris, & turbam concites. Modo velocē. Varro. Quum hæc dixiſſet, ecce calidis pedibus quidam nauicularis irrumpit in curiam. Dicitur & caldus per ſyncopam. Mar. Frigida non deerit. nō deerit calda petenti. Sunt tñ qui differentiam faciant, inter calidum, & caldum. ut ſit calidum ſponte nullo extrinſecus calorem ſuggerente, ut ignis & ſpiritus noſter, qui corpus animat. Caldum uero aliūde, quo modo locutus eſt Pædian. Corpus nōdum caldatum, ſicut in lecto erat poſitum, ut vulnera uideri poſſent, in forū detulit. Sed cōfundit̃ apud autores.

Caliga, pen. cor. tegumētum tibiarum, cuius diminutiuum eſt caligula. Ambr. Collobio & pallio indutos, caligulis calciatos, à quo militari calciamento Germanici filius Caius Ro. Imperator cognomen ſortitus eſt, qm̃ in exercitu natus ſit. Auſo. Caius cognomen caligæ cui caſtra dederunt. A caliga fit caligatus, ut miles caligatus. Iuuen. Veniam caligatus in agros. Dicitur & Caligaris.

Caligii, populi ſunt in Arabia.

Caligo, penult. produ. umbra eſt de ſpiſſitudine aeris effecta, quoniam aeris calore gignatur. Hinc caliginoſus, a, um, pro obſcuro dicitur. & caliginoſo ut apud Hieronym. Antequam offendant pedes noſtri ad montes caliginoſos.

Caligo, as, caliginem induco, obſcuro. Hie. in Exo. Oculi eius caligauerant.

Caligula, dictus fuit Caius Imperator, à caligis, quas Margaritis refertas primus portauit. Hic ædificauit ciuitatem, quam calipolim nominauit.

Calim, ueteres pro clam uſurparunt. Ce.

Caliugii populi in India, autore Pli.

Calipolis, urbs Thraciæ in extremo Helleſponti, à caligula ædificata, à quo nomen ſumpſit. hoc eſt caligulæ polis.

Caliſto, una ex nymphis, & pulcherrima dī. fuit Lycaonis Arcadiæ regis filia, ex qua ortus eſt Arcas, à qua Arcadia, quæ poſtea uerſa eſt in urſam, quæ dicitur Arctos, & eſt iuxta Borealem polum ſita.

Calix, genus poculi, quo bibimus, ꝙ eo calidam bibebant, ut inquit Var. Nam & calidam & frigidam conuiuiis ueteres adhibebant. Iuuen. Caliſtæ, gelidæꝗ; miniſter. Quandoq; ponitur pro maiori uaſe. Cice. lib. iii Tuſcul. Quid hic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare ſe deſinat. Quādoq; pro uaſe, in quo legumina & holera coquūtur. Oui. lib. v. Faſt. Stant calices minor inde holus alter habebat.
Var. Calix, à caldo, ꝙ in ea calida puls adpōebatur. Calices fictiles, cululli dicuntur. Græci quoq; accipiunt calicem pro galero, & umbraculo fœminarū ut inquit Iulius Pollux.

Calleo, calles, callui, proprie calloſus ſum, ſiue callū facio. Plau. in Pſeu. Neq; ego homines magis aſinos unquam uidi, ita plagis coſtæ callent, quos dum feriꝫ, tibi plus noceas. Trāſfertur & ad animū. Idem. Occaluit animus. Cice. Sul. Atqui, non in illis rebus exercitatus animus, callere iam debet. Interdum callere eſt perfecte ſcire. quod ſicut pes vel manus ex longo labore callum facit, ita mens longa experientia facit habitum quendam rerum, in quibus verſatur. Et ſic neutrum tranſitiuum eſt, ut Perſ. Dicenda tacendaꝗ; calles. Et illud.
Legitimumꝗ; ſonum digitis callemus & aure.
Huius compoſitum eſt Occaleo, à quo Occalleſco.

Plautus in Aſi. Qui latera conteram tua, quæ occaluere plagis.

Callible phara, uocantur quæ pilos in genis & oculis honeſtant.

Callible pharon, medicamen accommodatum uitijs oculorum, præſertim quum palpebræ cohæreſcunt, & vlcera oculorũ male curata ſunt. nomẽ hẽt à pulchritudine. καλλός, pulchritudo, βλέφαρα, genæ dicuntur Plin. lib. xviii. Callible phari pari modo fuligo in hoc vſu temperatur.

Callidorus, quaſi munus pulchritudinis. καλλός, pulchritudo, δῶρον, donum.

Callidromus. fluuius eſt iuxta Thermopylas. Cc.

Callidus, per duplex ll, aſtutus, differtq; à verſuto, quod Callidus ſit ille (ut ſcribit Cice.) cuius animus vſu, vt manus opera, concalluit. Verſutus, cuius mens celeriter verſetur. Hinc Calliditas, quæ ſecundum Ariſto. eſt quædam prudentiæ pars, quæ ita verſat in paruis, ut prudentia in magnis.

Calligonon, herba eſt, quam nonnulli ſanguinariam dicunt, à multitudine ſeminis, & denſitate fruticis ſic dicta.

Callimachus, penultima correpta. nomen poetæ Cyrenenſis, qui princeps inter Elegiacos habetur. Fuit & alius hiſtoricus Aegyptius, de quo Suidas noſter υἱὸς βάττου καὶ μεσάτμας μαθητὴς ἑρμοκράτους. id eſt, filius Batti & Meſatmæ diſcipulus Hermocratis. Et multa, & quot fuerint longe proſequitur.

Calliope, penultima correpta, vna Muſarum, & quidem præſtantiſſima, quæ etiam calliopea dicitur, ſicut Penelope, Penelopea, à pulchro ore dicta. ὤψ, ὠπός, vultus, & facies dicitur. καλλός, pulchritudo. Præeſt Heroicis verſibus.

Callipede, pen. cor. populi Scythici, Hiſpanim fluuiũ incolentes, ut autor eſt Herodotus.

Callippo, philoſophus, q honeſtati uoluptatẽ adiunxit ſicut & Dinomachus.

Callirrhoe, fons apud Athenas.

Papinius libro duodecimo The.

Et quos callirhoe nouies errantibus vndis.
Implicat. Hic poſtea à tyrannis reparatus, Enneacrunos dictus eſt. id eſt, ſalientes nouem.

Mart. de hoc fonte.

Fontes multæ Atticæ, inter quos callirrhoe prædicatur.

Callis, uia callo perdurata. Vergilius libro. viii.
Rara per occultas ducebat ſemita calles.

Calliſcere, eſt callum fieri. Cato aures nobis calliſcũt ad iniurias.

Calliſthenes, pen. corr. nomen philoſophi, & apud nos pulchritudinis potentia dicitur. Hic fuit Olynthius, Alexandro magno familiaris ex cõdiſciplinatu apud Ariſtotelem. Accitusq; ab ipſo rege, ad prodenda memoriæ geſta eius Aſiatica. Huic nocuit immodica libertas, grauitasq; inuiſa regi quum haud quaquàm male aſſentantium accõmodatus ingenio eſſet. Nam quum Alexãder Magnus ex Perſico bello ſuperbiæ regiæ more adorari vellet, acerrimus inter recuſantes calliſthenes fuit palàm dictitans Alexandrum non adorãdum eſſe, quæ res & ſibi. & multis principibus Macedonum exitio fuit. Siquidem Alexander calliſthenem propter adorationis Perſicæ interpellatum morem, coniurationis cõſcium fuiſſe criminatus eſt, eũq; truncatis membris abſciſſisq; auribus, ac naſo, labiisq; deformatum, cum cane in cauea clauſum, circunferri iuſſit, diuq; tortum tandem necauit. De hoc Sene. lib. vi. Quæſt. natur. Fuit calliſtheni nobile ingenium, & furibundi regis impatiens, hoc eſt Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet. Nam quoties dicetur, Occidit Perſarum multa milia, opponetur, & calliſthenem. Quoties dictum fuerit, Occidit Darium, dicetur. Sed & calliſthenem occidit.

Calliſtratus, pen. cor. nomen uiri proprium.

Calliſtrutiæ, ficorum omnium frigidiſſimæ. Cc.

Callithricam, herbam dicunt, quod pulchros facit crines. nam in vino cocta cum ſemine apii, adiecto oleo copioſe, & fluere capillum prohibet, & criſpũ denſumq; facit. Cc.

Callos, Græce. Latine pulchritudo, honeſtas.

Callus, & Callũ, vtroq; modo dicitur, pro duricia illa quæ in manibus vel pedibus ex labore naſcit. Plautus in Perſa. Plus calleo, quàm aprugnum callum callet. Eſt autem Callum aprugnũ, caro apri calloſior, ob id ſaporis iucundioris. Et in capti. Quanta ſummi abſumendo, quanta callo calamitas.

Calœnum, cum œ diphthongo. vrbs campaniæ. xiiii. paſſuum milibus à capua diſtans. In cuius agro uinum optimum, & dulce naſcitur. Strabo, calœnum vrbs in campania in primis eximia, adiuncta caſelino. vnde Horatius, Prælo domitam Calœno Tu bibes uuam, Quidam etiam calœnum vinum accipiũt, à calibus oppido campaniæ. Alii à καλός, quod eſt bonum, οἶνος, vinum. Iuuen.

Occurrit matrona potens, quæ more calœno.
Et ſic ſcribi poteſt cum œ diphthongo.

Calon. Latine bonum, ſiue pulchrum, ſiue honeſtum. & Calon nomen ſtatuarii. ac lignum dicitur.

Calones, calcei ex ligno. quo etiam nomine ſerui, militum caſtra ſequentes dicuntur, qui clauas ligneas & fuſtes gerebant, vel qui militibus ligna ſubminiſtrabant. Horatius,

Hunc perminxerunt calones atq; caballi.
Quidam tamen calones à calando deriuant, quòd ad miniſterium aduocarentur. Alii à calẽdis, quòd calendarum die cibaria caperent pro toto menſe.

Calophanta, deriſor, calon pulchrum, pheno, oſtendo Plaut. in cur. Calophantam, ac ſycophantiam.

Calopodium, calciamenti lignei genus eſt, q alio nomine dr̃ Soccum, & per diminutionem, Socculum.

Calopus animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans, auſterum & uelox, cornibus longis, quibus arbores deiicere fertur.

Calor, & caliditas, idem ſignificant, dicitur & caldor. Varro, Olea lecta ſi nimiũ diu fuerit in aceruis, calore fraceſcit, & oleum fœtidum fit.

Calorices, gemma eſt herbacei coloris. Cc.

Calorificus,a,um,quod calorem facit ſicut à frigore, frigorificus.

Calothechnius, bonus artifex, cuius contrarium eſt Cacotechnius,malus artifex.Cc.

Calpæ,Hiſpaniæ mons,circuitu nõ magnus,altitudine ingens,oppoſitus Abylæ monti Aphricæ,vna ex columnis Herculis,in cuius radicibus, vrbs eſt nomine calpe,ut inquit Stra. Quo etiam nomine,dicta eſt inſula in occaſu poſt Gades, anguſto diſereta freto. ἀλλὰ κάλπις ὑδρία ἐστί. id eſt,ſed calpis vrna aquaria eſt.

Calpar,dolium. Var.lib.i.de ui.pa. Quia antequàm nomen dolii prolatum eſſet,id genuus vaſorum calpar diceretur. Feſtus docet eſſe genus uaſis fictilis, ſeu vinum nouum,quod ex dolio demittitur,ſacrificii cauſſa,antequam deguſtetur.

Calphurnianæ ficus,à calphurnio ſic dictæ.Cc.

Calta herba naſcens in ſegetibus, flore purpureo,uel potius viola coloris albi.

Caltulæ,veſtes à calta viola coloris albi.Plaut.Induſiatam,patagiatam, caltulam,ac crocotulam.

Calua,æ,dicitur os capitis,vbi capilli eſſe cõſueuere. Mart. Pſilotro faciemq́ lauas, & dropace caluam.

Caluaria,totum caput,& carne nudum,& tam de brutis,quàm de hominibus dicitur. Palladius? Equæ caluaria,ſed non virginis intra ortum ponẽda eſt vel potius aſinæ.Creduntur enim ſua præſentia fœcundare quæ ſpectent.Celſus libro octauo.vbi capitis oſſa,& ipſam caluariam deſcribit.Et caluariæ loca ſepulturæ publica,quas Græci uocant Polyandria, ſeu loca,ubi decollabãtur homines damnati.Caper tamen caluam adpellat,Græci cranion.

Caluaſter,à calueo,ſiue à caluus.Cc.

Caluata,uinea,apud catonem & Plinium ſignificatur in qua vites quidem ſint verum paucæ,râræq́, ut in caluitio capilli.nã & Græci loca ſatis, fruticibusq́ nuda Phalacras,quaſi caluata adpellant.

Calueo,es,caluus ſum.Plin.lib.xi.Et quædam animalium naturaliter caluent,ſicut ſtruthiocameli,& corui aquatici.Hinc componitur Recalueo ꝙ eſt rurſus in caluiciem reuertor.

Caluefcere,eſt caluum fieri.Columella libro ſeptimo Potior tamen eſt ratio cuſtodiendi, ne naſcat̃,ne ve in colla caluefcant. Plinius libro vndecimo, Proprium hic caluefcere omnibus annis cum ſeritur rapa.Dicitur & de agris. Columella libro quinto, Propter mures atq; talpas ſæpe nouella caſtaneta caluefcunt. id eſt,rareſcunt.

Caluinarius,porcus,qui cibo permixto ex colluuie hyeme nutritur.

Caluities,& caluitium,defluuium capillorum, à capite,ſeu locus in quo capillorum defluuiũ eſt. Suetonius, Caluitii verò deformitatem iniquiſſime ferebat , ſæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. Ideo deficientem capillum reuocare à vertice conſueuerat.

Calumina,vexatio alicuius in litibus per fraudem,& fruſtrationem.Cicero,Exiſtunt ſæpe iniuriæ, calumnia quadam,& nimis calida atq; malitioſa iuris interpretatione.Et calumnia dicitur, quum alicui crimen falsò imponitur.Hieron, calumnia eſt quum iuſtis hominibus,crimen impietatis obiicitur.

Calumniator,qui calumniam facit.id eſt,qui falſum crimen obiicit. Vnde in lege.xii.tabularum. Calumniator idem patiatur,quod reus,ſi cõuictus fuerit.Ponitur quandoq; pro fallaci,& doloſo.

Calumnior,ſignificat per fraudem,& ſubdolam rationem,cauſſa vincendi in litibus, mendaciis alios vexo.& Calumniari,eſt falſa crimina intendere.modo cum accuſatiuo,modo cum datiuo conſtruitur. Hieron.lib.i.Reg. Si quenquàm calumniatus ſum. Augu.libro.i.Ciuit.Dei,Et Chriſtianis temporibus, non calumnientur.

Calumnioſus,qui calumniã inferre ſolet. Augu.Nemo illi calumnioſus tendicula uerborum requirit.

Caluo,as,caluum facio.à quo Decaluo,& Recaluo. Primum ſignifica, valde caluo. Secundum ab anteriore capitis parte caluo.Hiero.in Eſa. Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dñs crinẽ earum nudabit.Idem in Leui. Sin autem in caluitio,ſiue in recaluatione,albus,vel ruffus color,&c.

Caluo,caluis,decipio,fruſtror.cuius paſſiuum eſt caluor.tractum à caluis militibus, qui omnibus ſolent eſſe fruſtratui.Pacuui Sentio te pater vocis calui ſimilitudine.Inuenitur etiam caluor deponens Plaut. in Caſſ.Nam vbi domi ſola ſum ſopor manus caluitur,id eſt decipit.

Caluus,dicitur à cuius capite capilli defluxerunt,ſiue qui ſine capillis natus eſt. Vnde Plin.lib.xi.docet eſſe gentes naturaliter caluas,quales Miconii,qui capillo carentes gignuntur.Hieron.in Leui. Vir de cuius capite capilli fluunt,caluus & mundus eſt.Hinc fiunt compoſita Præcaluus , & Recaluus, qui & recaluaſter dicitur,de quibus infra.

Calx,pro calcaneo,extrema pedis parte ponitur,qui & pes imus adpellatur. Verg.

Calcemq́ terit iam calce Diores.

Vnde & pro finibus ponitur.& à vertice ad calcẽ. id eſt,à principio ad finem. Quod perinde eſt,ac ſi diceretur,à capite ad pedes. Cice.pro meta,& pro fine vſurpauit,quum ait. Quoniam ſumus ab ipſa. calce eius interpellatione reuocati.Hinc calceus,pedis indumentum. Aliquando pro ictu calcis,& percuſſione pedum,plagaq́. Teren.in Phor.Namq; inſcitia eſt aduerſum ſtimulos calces. Iuue.

Aut die aut accipe calcem.

Et tam pro calcanco,quàm percuſſione modo maſcul.modo fœmin.genere vſurpari ſolet Sil.

Iam compos uoti ferrata calce cruentat.

Cornipedem. Vergilius.

Cornipedemq́ citum ferrato calce fatigat,

A calcando.ideſt nitendo,dictus calx.

Calx,fœmin. generis.ſeu calces,lapis coctus. ſic dictus,quòd in ædificiis calcetur.Nam ita lapides ſimul aſtringit,ut calcari uideantur. Palladius, Calx q́ exit ex ſpiſſo,& duro ſaxo,ſtructuris conuenit, ex fiſtuloſo verò,aut molliore lapide, tectoriis adhibetur vtilius. Fit autem de albo, ſpiſſo, & duriore

ſaxo,coquitur fornace calcaria.

Calydna,inſula,quam quidam unam eſſe cum calymna putant. Alii calydnas duas Leron & calymnen,q̃ ſunt circa Rhodum. Strabo alias ab his calydnas ꝓpè Tenedum cõſtituit.

Calydon,penul.correp.ſeu calydonia. Aetolorum ciuitas regia,Oenei patris Meleagri, & regio vicina. diſtat à mari ſeptem milium quingentorum paſſuũ ſpatio,per quod Euenus fluit. Luca.

Et Meleagræam maculatus ſanguine Neſſi
Euenos Calydona ſecat,

Hinc calydonius, a,um, & calydonis,dis. Ouid.

Plangunt ſe matres Calydonides.

Calydonia, ſylua Britanniæ, unde ſæui leones mittebantur,à qua Britanni quandoq; calydonii uocantur,ſecunda ſyllaba longa, & tertia breui. Mart.

Nuda Calydonio ſic viſcera præbuit vrſo. Idem,

Quinte calydonios Ouidi viſure Britannos.

Quum autem de Aetolico agro intelligimus,ſecunda breuis, tertia longa,ut ſupra apud Lucanum & Ouidium,

Tradidit Aonio pauidam Calydonida Neſſo.

Solet longa per e ſcribi.

Calypſo,eſt nympha Oceani, & Thetyos filia, vel vt aliquibus placet, Athlantis.regnauit in Ogygia inſula, & Vlyſſem naufragũ hoſpitaliter ſuſcepit. Oui.

Ah quoties illum doluit properare Calypſo.

De quo Homerus in Odyſſea. Hæc de ſui nomine inſulam in Ionico mari cognominatam tenuit, ꝓpinquam promontorio Lacinio, ut ſentire videtur Plinius libro tertio natura.hiſtor.vel ut aliis placet in mari Aphrico.

Calyptra,æ,genus ueſtimenti,quo mulieres capita tegebant,à καλύπτω. tego.

Calyx,cum y,ſignificat folliculum quo fructus arborum cooperitur,à καλύπτω, cooperio.Ponitur & pro operimento & tectorio linico.

Camarina,herba peſſimi odoris , quæ concuſſa nauſeam facit,unde prouerbium, Caue moueas camarinam. Vnde natum ſit hoc prouerbium. Vide Eraſ. Chiliadis primæ centuria prima prouerb. ſexageſimoquarto.

Cambades,unum ex cognominibus Tauri montis. Cornucopiæ.

Cambio,bis,pſi,commuto.apud antiquos uero Cambire accipitur pro pugnare,iter inchoare, flectere,à quo campſo,as,quod eſt iter flecto.

Cambiſes,pen prod.nomen propriũ regis Perſæ, cui Aſtyages filiam dedit in coniugem, ex qua natus eſt Cyrus,qui poſtea regnauit. Eſt & hoc noĩe fluuius Hyrcaniæ,ortum habens in montibus Caucaſi.

Camera,penult. corrept.à noſtris teſtudo ſeu fornix dicitur,& ipſa pars ſuperior,ſcilicet tectum deuexũ & incuruum ſolarium,à forma teſtudinis, quaſi camure.id eſt,curuæ,ut inquit Seruius.Camurus enim Latine curuus dicitur. Papi.in Sil.

Effulgent cameræ uario faſtigia uitro,
In ſpecies,animos q̃ nitent.

Verg.libro tertio Geor.

Camuris hirtæ ſub cornibus aures.

Cameræ igitur tecta incuruata, fornicata.

Et camuri,boues à curuatione.Pli.li.xix. Velocitas pernix leui umbra cameras & pergulas operientes.

Camerare,cameram facere,id eſt,fornicem & teſtudinem.à quo concamero.Plinius libro uigeſimoquarto.Dinocrates architectus Alexandri Arſinoes templum cõcamerare inchoauerat,ut in eo ſimulachrũ eius è ferro pendere in aere uideretur. Inde concamerata loca , dicimus teſtudinea.hoc eſt,quæ fornicibus conſtat.

Cameria,oppidum,& palus eiuſdem noĩs in Sicilia.

Camerinum,penultima producta.Piceni urbs præclara, à curuitate ſitus ita adpellata. Ab ea camertes dicti ſunt,quos Liuius ſcribit P.Scipioni in armanda claſſe, quam in Aphricam duxit, cohortem unã ſexcentorum militum armatorum præbuiſſe. Eſt etiam Camerinum ciuitas in Sicilia, quæ & Camarina dicitur.

Camertes,populi Picentini, à Camerino dicti.

Cameſene,regio in qua regnauit cameſis. Cc.

Cameſis,Iani conſors,Italiæ indigena,quæ cum Iano participata potentia regnauit.Cc.

Camilla,nomen Volſcorum reginæ,quæ Turno contra Aeneam auxilio uenit.

Camillus,proprie puer ĩgenuus,qui flamini Diali ad ſacrificia miniſtrabat. Antiqui enim camillos, & camillas uocabant miniſtros, & miniſtras impuberes in ſacris. Vnde Mercurius Hetruſca lingua camillus dicitur,quaſi Deorum miniſter. Fuit & camillus proprium nomen Romani viri, qui Gallos expulit ab urbe.Item genus quoddam uaſis camillum dicebãt, quod opertum in nuptiis ferebant,alio nomine cumera uocatur . Camillus item paruum caminum ſignificat. Cornucop.

Caminata loca,dicuntur teſtudinata, & ad fornacis ſimilitudinem facta.Plinius lib.xvii. Scrobes ubique, caminata foſſura,ore compreſſiore ſint.

Caminus,pen.prod.Latine fornax dr. Ver.lib.iii.

Ruptis flammam expirare caminis.

Accipitur etiam quandoq; pro ſtructura quæ fumũ excipit. Sueto.in Vitel.

Nec antè in prætorium redijt,quàm flagrante triclinio ex conceptu camini.Cice.ad Atticum,

Luculento camino.vtendum cenſeo.

Camœnæ, cum œ diphth.quaſi canentes amœne. Amœnum vero ab amando iucundum dicimus. Canunt enim antiquorum laudes. Var. Camœnæ , ab antiquis Carmœnæ,vel caſmœnæ dictæ ſunt, nunc abiecta r,vel ſ,camœnæ vocantur. Alii Camœnas dicunt, quod ſint caſtæ mentis præſides. Sunt autem camœnæ,idem quod Muſæ. Muſa vero ſignificat cantum.

Campana,inſtrumentum notum ad pulſandum idoneum.à quo Hieronymus formauit diminutiuum campanula,nã ad Euſto.ſcribit,Quouſq; campanula in clauſtro pulſabitur. Ariſtoph.autem comicus in ea comœdia,q̃ εἰρήνη inſcribit. κώδωνα προσαγορεύει,καὶ φὴ παλαιοὶ αὐτοῦ,καὶ παλαιότατοι ἂν ... tintinabulum

nabulum dicit, & clauam ipſius antiquiſſimum eſſe
ita quod malleus campanæ dicitur Ropalum, licet
& etiam inſtrumentum quo pulſatur oſtium.

Campania, regio Italiæ ſic dicta quòd campeſtris ſit.
à qua campani, qui in ea habitant. Et nunc dicitur
Terra laboris fertiliſſima, ubi Capua, & Neapolis,
& Camæ.

Camparius, cuſtos camporum.

Campe, uermis genus, hortenſes herbas, & arborum
frondes infeſtans, à uerbo Græco κάμπτειν, quod
eſt flectere. Columel.
Nec ſolum teneras audent erodere frondes.
Implicitus conchæ limax, hirſutaq; campe.
Hinc Hippocampæ, piſces, qui & equi adpellantur.
à flexu caudarum, quæ piſcoſæ ſunt.

Campeſtria, loca plana à campo deductũ nomen. ut
in campeſtribus inquit Hiero. apud Eſaiam. Et erſit
campeſtria in caulas gregum, & uallis Achor in cu
bile armentorum populo meo, Sic campeſtres ope
rarii dicebantur ii, qui in campo Martio ſeruilem
operam candidato impertiebãtur. & campeſtria di-
citur genitalium ſuccinctoria, eò quod ludentes in cã-
po, ueſtibus oĩbus exuebantur, & nudi ludebãt, ſo-
lis campeſtribus tecti uirilia. Horatius,
Penula ſolſtitio campeſtre niualibus auris.
Aug. libr. xiiii. Ciuit. Dei, Campeſtria Latinum uer-
bum eſt, eò dictum, quod iuuenes qui nudi exercebaN
tur, in cãpo pudenda operiebant. Vnde qui ita ſue-
cincti ſunt, campeſtratos uulgus adpellat. Hæc etiã
brachæ, fœminalia, vel fœmoralia, perizomata, ſuc
cinctoria, ſubligacula adpellantur, & lumbaria.

Campi Diomedis, in Apulia ſunt, & eſt regio, quæ Dio-
medi ceſſit in Apuliæ diuiſione. Ce.

Campſores, dicuntur volgò collibiſtæ ac trapezitæ.

Campus, eſt grande atq; amplum ſpatium terræ, quæ
plana ſit. unde ſpatioſæ plateæ areæ'ue, campi dñr.
Hieron. ſuper Canti. Campus planities terræ dicitur
cui cultura adhibetur, & excolitur ab agricolis. Et
Cãpos ſolet accipi pro qualibet re, in qua quis ſtu-
dium habeat. dictus campus à capiendo, quod anima-
lium ſeu rerum multitudinem facile capiat. ſeu, quod
ueteres ex agro tantum plano capiebant fructus.

Campus lapideus, erat campus in quo cõgreſſus eſt
Hercules cum Albione, & Bergio, Neptuni filiis, q
quum deficientibus telis in diſcrimen ueniſſet, oraſ
ſe dicitur patrẽ, ut ſibi tela miniſtraret, & ſtatim im
bre lapideo adiutus eſt. hinc cãpo nomẽ inditũ eſt.

Camus, κάμος, apud Græcos. genus uinculi. ut in
Pſal. In camo & freno maxillas eorũ conſtringe &c.
Plaut. in Caſi. poſuit pro fune, quo damnati alligã-
tur furcæ, quom ait. Camum & furcam feras. Apud
aliquos ponitur pro ſpecie freni. ſignificat etiam cõ
textum figuræ coni, quod inſtar calculi iudices ia-
ciebant in cadum. Item equorum retinaculũ, & mu-
liebre ornamentum. Eſt & genus tibiæ, pabuli, & li-
lii, & quædam herba. Eſt & mechanicum inſtrumen
tum igniferum. Chamos aſpiratum, idolũ eſt quod
alio nomine dicitur Beelphégor, ut inquit Hiero.
Numer. xxi.

Canaan, nomen filii Cã, filii Noah. à quo Cananeus,
a, um, vt mulier Cananea. Geneſis. x.

Canabus, penul. corr. cella uinaria. Aug. Multa ſunt
quæ de horreo, canabo, uel cellario aliquoties pro
ferre non poſſumus.

Canalicolæ, pen. cor. forenſes, homines pauperes, di-
cti, quod circa canales fori conſiſterent.

Canalicula, diminutiuum. parua canalis. Braſiſtratus
medicus docet duas eſſe quaſi canaliculas, vel phy-
ſtulas, quæ à faucibus deorſum proficiſcuntur. per
alteram in ſtomachum delabuntur omnia eſculen-
ta & poculenta, per alteram ſpiritus ab ore in pul-
monem, atque rurſum in os & nares commeat. per
eandem meatus uocis fit. & Græce nominatur τρα-
χεῖα ἀρτηρία. id eſt, aſpera arteria. Lactant. hanc
adpellat phyſtulam ſpiritalem. alio nomine Curgu
lio nominatur.

Canaliculatus, a, um, quod eſt in canalis modum fa-
ctum. Plinius libro decimonono. Quibuſdam an-
guſta & canaliculata, ut cumino, paucis foliacea &
lata, ut atriplici.

Canaliculus, diminuti. à canalis in maſculin. gener.
Victruuius libro ſeptimo.
Canaliculus earum qui ſtrigix adpellatur.
Columella libro nono. Largiore cibo celerius pin-
gueſcit, ſemper tamen etiam canaliculi milio reple
ti adponuntur.

Canalis, à canna fit, vna litera detracta, tam maſculi
ni, quàm fœmin. gener. eſt. Feſtus, Canales per quos
aqua confluit in viis lapide ſtratis. Verg.
Currentem ilignis potare canalibus undam.
Eſt autem canalis lignum ad cannæ ſimilitudinem
cauatum, à quo aqua deducitur. Dicitur & hoc ca-
nale. Sta. libro primo Syl.
Flumine demerſo trahit intemerata canali.

Canaliculum, aurum dicitur in puteis effoſum, quod ve-
narum canalis per ſaxa uagantur huc atq; illuc &
per latera puteorum.

Canan, dicta eſt Arabia à cam, qui in ea conſedit. à quo
cananei. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignorauit,
qui princeps eius & conditor, cultum à patre non
accepit, maledictus ab eo. Itaq; ignorantiam diui-
nitatis minoribus reliquit.

Cananæa, habet diphthon. in penultima. Eſt autem
Cananæa Syriæ regio à Cananeo filio Cam, qui eã
regionem, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitãs,
à ſe cananæam nuncupauit, ut libro antiquitatum
Ioſephus refert.

Cananitis, pen. cor. genitiuum, idis. adiectiuum eſt à
canaan. ut regio cananitis.

Canaria, inſula eſt in mari Atlantico fortunatis pro-
pinqua. ſic dicta à magnorum canum multitudi-
ne ingenti.

Canarii, populi circa Atlantem Aphricæ mõtem ha-
bitantes, quod uictus canis his promiſcuus ſit.

Canarius, a, um, quod ad canẽ ptinet. ut lapa canaria, quæ
canib' adhæret. Pli. li. xviii. Auguriũ canariũ legit.
& apud Ateium capitonem canario ſacrificio pro fru
gibus deprecanda ſæuitiæ cauſſa ſideris caniculæ.

Canaſtreum, promontorium eſt proximum Pallenæ.

Canatim aduerbium. ſignificat ad ſimilitudinẽ canis.

Canatius, ab Apuleio dicitur in floridis ꝑ clara ſeu præconis voce. Canatius inquit, lunam dabo, vt per omnes prouincias eat, Sed hoc à canando. id eſt, calando uidetur dictum. Nam Varro ſcribit conſuetudini fuiſſe, vt claſſicus in arce circunq; muros canatim iret.

Cancellarii, dicũtur ſcribæ qua dictione uſus eſt Fla. Vopiſcus ſcribens, à Carino imperatore factũ eſſe præfectum vrbis, vnum ex cancellariis ſuis.

Cancellatim, aduerbium ad ſimilitudinem cancelli.

Cãcelli, ligna inter ſe modicis interuallis, in tranſuerſum, inſtar retis inuicem annexa, quibus ſcenæ & tribunalia, atq; feneſtræ muniri ſolent, quos præterire non licet, Et apud priſcos ferè ſemper fuerunt ærei, quorum multi extant per baſilicas diſtributi ad lignorum ſimilitudinem fabrefacti, quorum lineolæ altrinſecus in quincunce ſuperpoſitæ, foramina linquunt. quibus, quaſi aer aſpectusq; admittatur, phibetur acceſſus. ſeruatq; uſus eiuſmodi clauſtra, vineis, pro valuis, foribusq; adponi. Cice. in Quintil. Ab his cancellis qbus me circũſcripſi, declinauero. Sũt & Cãcelli loca cancellatim, hoc eſt, teſſellatim tranſuerſariis lignis accommoda ſeſſui. Ouid.

Cancellis primos impoſuiſſe pedes.

In ſacris literis Cancelli uocantur ſpecilla, foraminibus plena, & trãſuerſim plagulis feneſtrata, quas vulgus zelotypias uocitat. Vnde in prouerbiis, De feneſtra domus meæ per cancellos perſpexi iuuenẽ, & uideo paruulos. Hos cancellos delitioſos Cicero lib. de perfecto genere dicendi, adpellat tranſennas, ab oculorum uidelicet & foraminum tranſitu. ait enim, Quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpicimus. Et cancellis diſtincta eſt cutis elephantorum, quaſi teſſellatim conquadrata, & in modum capſularum facta. Inde Cancellata cutis dicta eſt à Plinio libr. nono cuius uerba hæc ſunt. Elephanti cancellata cutis & inuitans id genus animaliũ odore. Ergo quum extenta cute recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis cõprehenſas enecant. Præterea Cancellus poteſt eſſe diminutiuũ, à cãcer.

Cancello, cancellas, concido, dilanio, diſpungo, erado, deleo. Nam ſicut ex tranſuerſo ducuntur ligna in cancellis, ita delendis ſcripturis tranuerſo calamo notæ, lineæq; atramentariæ. Iuriſconſult. tit. de his quæ in teſtamento delentur. Cancellabat quia teſtamentum vel induxerat.

Cancer, cancri, genus piſcis & ſignũ cœli, qui & Carcinus dicitur. Lucanus libro nono.

Par geminis Chiron & idem quod Carcinus ardens.

Cancri in ſideribus. à gentibus dicti ſunt, eò quòd in illud ſignum menſe Iunio ſol dum uenerit, retrogradatur in modum cancri, longioresq; dies faciat. Et in vtroq; ſignificatu eſt gener. maſcul. Ferũt hũc cancrum à Iunone miſſum, fuiſſe lernæum, qui ex Lerna palude exiit. & dum Herculis pedem momordit, pugnantis contra hydram, ab eodem occiſus, in ſidera traſlatum ferunt.

Cancer, canceris, neutri generis morbus eſt. Ouid.

Vtq; malum late ſolet immedicabile cancer.
Serpere, & illæſas uitiatis addere partes.

Naſcitur hic morbus ferè in omnibus corporis partibus. ſed maxime in mammillis mulierũ, quæ non purgantur menſtruo naturali. Legitur & Cancer, cãcri genere maſculino, pro morbo. vt apud Catonem de Re ruſti. Eadẽ braſſica uulnera putrida, cãcrosq; purgabit, ſanaq; faciet. Dictus Cancer à cancri rubore, ſeu ſimilitudine. Nam ſicut illi pedes, ita huic uenæ protenſæ ex utraq; parte cernũtur. Hic alio nomine Græce καρκίνωμα, Carcinoma, & καρκῖνος, Carcinus dicitur. Suidas autem dicit Cancrum poetam Tragicum fuiſſe, alterum etiam poetam Atticũ qui multa ſcripſit.

Cancri etiam dicebantur, qui nunc Cancelli per diminutionem dicuntur. hoc eſt opus ſubtili materia in tranſuerſum compacta, ad ſimilitudinem retis factũ, quòd frequentia foramina habeat, qualia ſunt quæ in corpore efficit morbus qui Cancer uocatur. Vnde Apul. uocat cancros orci, pro faucibus, & tenacibus ſtationibus.

Cãcris, dicebatur pillula in medicina urẽdi uim habẽs.

Candax, acis, pen. cor. nomẽ reginæ Aethiopũ. Iuue.

Candacis Aethiopum dicant arcana.

Sic alia terminata in acis. corripiunt pen. ut Salmacis pro fronte. Ouid. lib. xv.

Cui non audita eſt obſcœna Salmacis unda.

Idem libro primo de arte.

Atracis ambiguos traxit in arma uiros.

hoc eſt, Hippodamia ab Atracia.

Candebœa, palus fuit, de qua Plinius lib. xxxvi. Pars eſt (inquit) Syriæ quæ Phœnice dicitur. finitima Iudeæ intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ Candebœa nominatur. Ex ea creditor naſci Belus amnis.

Candefacio, candidum facio. Plaut. in Muſt. Quid ceruſa opus eſt? Nam qui malas oblinam, una opera, ebur atramento candefacere poſtules. Hinc Excandefacio. Varro libro tertio de re ruſtica. Cœnæ collegiorum excandefaciunt annonam macelli, Aliquando etiam Candefacere eſt candentem, hoc eſt, ignitum reddere. & Excandefacere, ira ualde inflãmari, & Excandefactus, præter modum iratus.

Candela, à candore luminis dicitur. Hinc Candelabrum, in quo candelæ figuntur. Sunt autem Candelæ quacunq; conſtent materia ſcirpia, teda, ſæuo, cera. Varro, Candelabra à candela, in his enim funiculi ardentes figebantur.

Martialis de candelabro Corinthio.

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt.
Non norat parcos uncta lucerna patres.

Candeo, es, candui, ignitus ſum. Cicero libro primo, Offic. Quid enim cenſemus ſuperiorem illum Dionyſium, quo cruciatu timoris angi ſolitum, qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum. Et candere ſignificat candidum eſſe. Vergilius libro quarto.

Candentis uaccæ media inter cornua fundit.

A Candeo fit Candeſco, quod eſt ignitus fio. Cõpoſita Excandeo, & Incandeo, à quibus Excandeſco, & Incandeſco, quæ propriè ſignificant vehementer incendor inflammorq́. Transferuntur etiam ad irã, quod ea eſt velut ignis animum incendens, & multi hominis quodam candore perfundens, ſed non temere. Quum enim ignis obſtantia exuperat, ac ſumum vincit, candorem laminæ concipit. Vel, quia vt ſol, quãtò candidior, tãtò ardentior, ita animus, dum ira concitatus eſt, inflammatus, incenſus, & excandeſcens dicitur, vt tanta mentis commotio ſignificetur. Cælius Cicero. Id poſtquàm reſciit, excanduit, & me cauſſam inimicitiarum quærere, clamitauit. id eſt, ira vehementer incenſus eſt. Cato de Re ruſtica. Nam ſi ſub tecto coquas, quum bitumen & ſulphur additũ eſt, excandeſcet. id eſt, incendetur, & inflammabitur. Hinc Excandeſcentia, quæ eſt, ut Cicero libro Tuſculanorum, inquit, ira naſcens, & ſine modo exiſtens. Ex quo conſtat flammam ignis candidam eſſe. vnde Ouid. libro ſeptimo. Meta. de incandeſco aperte demonſtrat.

Non ſecus exarſit quàm quum balearica plumbum
Funda iacit, volat & incandeſcit eundo.
Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes.

Eſt & Recandeo, à quo Recãdeſco, quod eſt rurſus candeſco. Ouid. libro primo Metam.

Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis altoq́ recanduit æſtu.

Candico, penultima correpta, candorem habeo, ſiue dealbo, album facio. Plinius libro octauo, Inſigne ei in dextro latere candicans macula. Idem, Cuius radice vtuntur ad candicandos capillos. Hinc Candicamenta. æ, pro albedine. Plinius libro triceſimo ſeptimo Factitiæ ſacrificationis candicantium fugiunt.

Candidatus, qui luce quadam nitente ſuſus eſt. Lactãtius libro ſexto per tranſlationẽ. Quod ſi hoc ille faciebat homo, non à cœleſti tantum, ſed à publica quoq́, ciuiliq́ iuſtitia remotiſſimus, quanto magis id nos facere debemus, qui immortalite veluti candidati ſumus? Cãdidati etiam dicebantur, qui in alicuius magiſtratus, aut dignitatis petitione verſabantur. à tunica candida, quam per id tempus induebãt ſiue ad denotandum integritatem, quod ſolus hic color ſyncerus ac purus, & minime inquinatus eſt, ſiue, vt perſpici, ab omnibus poſſet, eos pecuniam non habere, qua ciues corrumperent. Ire autem candidati per comitia ſolebant, ſuadendo, rogando, ſobmittendo ſe omnibus, & nudato etiam corpore cicatrices oſtendendo. Inde per trãſlationem aliarum quoq́ rerum petitores, ſicut à Quintil. Candidatus eloquẽtiæ. & à Plinio in Panegy. Candidatus gloriæ, & immortalitatis. à Hieron. Candidatus fidei nuncupatur, qui ad fidem inſtruitur. Ex quibus oſtenditur Cãdidatus conſtrui cum genitiuo. ut ſit candidatus conſulatus, præturæ, quæſturæ, qui petit conſulatum, præturam, quæſturam.

Candido, as candidum facio. Pompon. Veſtẽ lixiuio candidatus.

Candidus, a, um, quod ex luce ita nitet, eumq́ colorẽ habet qualis eſt flammæ ignis, licet aduerbium candidè pro benigne, & pure ſumatur. Cælius Ciceroni cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter, & candidè poſuiſſe inimicitias videaris. Horat.

Albi noſtrorum ſermonum candide lector.

Interdum candidus ponitur pro felici, tractum à Thracibus, qui idem fortunatum, albo, aduerſum, nigro lapillo, deſignarunt. Catul. Fulſere vere candidi tibi. Horat. libro, Sermonum.

Huccine ſolem tam nigrum eſſe mihi.

id eſt, triſtem & exitioſum, Differt tamen cãdidus ab albo, quòd candidus eſt, qui quadam intenſa luce perfuſus eſt. Albus qui pallori vicinus eſt.

Candifico, as, candidum facio. Auguſt. libro. xxi. de ciuitate Dei. De igne fulgido, quòd certum tuum fulgorem lapides coquendo candificet. Neui. Poliens ſeſe & ſuccis herbarum candificans cutem.

Candor, ipſe ſplendor. vt candor eſt lucis æternæ.

Canentas, capitis ornamenta veteres dixere.

Caneo, canes, canui, canus ſum. à quo caneſco, canus fio. Incaneo, Incaneſco, ualde canus fio. Hyeron. lib. i. Reg. Ego ſenui, & incanui.

Canephora, pen. cor. virgo dicitur quæ more Attico, ſacra in ciſtulis repoſita, capite ſuſtinebat. Canea. n. Græci dicunt, quæ nos caniſtra, & per diminutionẽ caniſtella. Cice. in. vi. Verri.

Habe caneporas, deorũ ſimulachra reſtitue.

Cangrena, penultima prod. ſpecies morbi, alia à cancro. quæ ut ait Plinius, ſanari poteſt. In hoc cancer & cangrena conueniunt, quòd vtrunq́ carnem exedit. Naſcitur cangrena non omnibus partibus corporis, ſicut cancer. ſed in prominentibus membris. id eſt, inter ungues & alas & inguina. Sunt etiam qui dicant Cangrenam eſſe quando vnum membrum aptum eſt, ut putrefiat. Aſtachilus, quando eſt putrefactum, ſed non habet omnes partes putrefactionis. Eſtiomenus, quando habet omnes gradus putrefactionis.

Cani, ſubſtantiuum accipiuntur pro capillis albis præ ſenectute, ut eſt illud. Intempeſtiui funduntur uertice cani.

Canica, furfur. vnde canicaceum furfureum dicimus. Pacuui. Qui apud te quaſi ſeruus, eſt canicaceum panem. Cornucopiæ.

Caniceps, genus animalis quod alio nomine Cynocephalus dicitus, faciem canninam habens.

Canicula, diminutiuum à cane quum eſt fœmin. generis. & accipitur pro ſigno cœleſti Columella libro decimo, Quumq́ peracto ſolſtitio vſque ad ortum caniculæ, qui ferè dies trigeſimo ſunt. Hinc caniculares dies.

Caniculus, catulus. à quo catellus, dimin. ſunt à canis generis maſculini.

Caninus, a, um, quod eſt ex cane. Plin. Sanguine canino nihil contra toxica præſtantius eſt. Canini uero dentes, ſunt poſt primores. vide in dictione dentes.

Caninum prandium, vocatur abſtemium, in quo nihil vini potatur, quoniam canis vinũ non bibit. Ce

Canis,generis communis.animal latrabile,piſcis marinus,ſignum cœleſte, & ludi talaris ſignum, quod vnum duntaxat punctum continebat,ideo damnoſus erat. Propertius,
Semper damnoſi ſubſiluere canes.Perſius.
Damnoſa canicula quantum
Raderet,anguſtæ collo non fallier orcæ.
Canis animal à canendo dicitur,quòd noctu in cuſtodia & in uenando ſignum uoce det.de hoc Col. Quis hominum clarius,aut tanta vociferatione,beſtiam vel furem prædicat,quàm ille latratu? Quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt vigilantior? quis deniq; vltor aut vindex conſtantior? Canum autem triplex eſt genus. Villaticum,Paſtorale,& Venaticum. Venatici bifariam diuidunt in eos qui feras iectantur,& capiût,& eos qui odoratu veſtigant,quos Odoriſequos vocant. Cicero,ſagaceſquaſi acute ſentientes. Sagire enim ſentire eſt. Vergilius odoros vocat. Et odora canum vis.
Canis ſidus leporem fugientem ſequitur, habet in lingua ſtellam vnam quæ proprie adpellatur canis magna quidem & ſplendida,in capite alteram, quã nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo Canes in cœlo.maior ſcilicet,& minor,ſed canem dicendo maiorem intelligimus. Minor enim canis Canicula dicitur,quæ,quia integrum diem in ortu atq; occaſu canem præcedit,à Græcis Procyon vocatur. Nã πρὸ antè. κύων, canẽ ſignificat. Hæc ẽt Anticania, & Syrus dicitur. Cicero, Anticanem procyon Graio qui nomine fertur. Oritur ſeptimo calendas Augu. Occidit,ſed non tota, poſt dies quadraginta. Hæc ſtella canis,æſtiuis menſibus in medio centro cœli eſt. Et dum ſol ad eam aſcenderit,coniuncta cum ſole duplicat calorem,& diſſoluuntur corpora,& vaporãtur. Latine Canicula dicitur. Vnde ex ipſa ſtella dies caniculares dicuntur,quando moleſtæ ſunt purgationes. Dicta Canis,quòd corpora morbo adficiat, vel propter flammæ candorem,quòd eiuſmodi ſit, vt præ cæteris lucere videatur.

Caniſtrum,& Caniſter,fiſcella,ciſta viminea. Verg. Cæreremq; caniſtris Expediunt.
Græce κάναστρον, a in i mutata. Pal. Salignis caniſtros fieri debere virgultis,quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. cuius diminutiuum eſt Caniſtrilum,& Caniſtellus.

Canities,& Canitudo,pro ipſa albedine. Plin. Et ipſa iam canitie uenerabilis.

Canius,poeta fuit temporibus Martialis,eiq; familiaris,q natura ita hilaris erat, vt ſemper rideret.de quo Martialis lib.I, Epigrammatum. Cc.

Canna,arundo,licet minor ſit & maior calamo. Col. lib.v.de arundineto. Ea eſt autem ſenectus, quã vel exaruit ſitu,& inertia plurium annorum,vel ita denſatum eſt vt,gracilis & cannæ ſimilis arundo præbeat. Idem libro.viii. Degener arundo,quam vulgus cannam vocat. Et canna,uas in quo ferebatur oleũ. Colum. Vrcei quibus oleum progeritur cannæ,tegetes qbus oliua excipitur. Straboq́ ſcribit in Aphrica ad cubitos quinos longas,craſſitudine vero digiti minoris cannas naſci. Qua mirum non videtur, ſi in eis Romam comportatum oleum ſit. Præterea Canna,vicus Gallileæ eſt,& vrbs Lycaoniæ.

Cannabis,penultima correpta herba eſt, ex qua fiũt chordæ. Perſius.
Tunc mare tranſilias ſibi torta cannabe fulto.
Dicitur & Cannabium. Pallad. Hoc tempore Cannabum ſeris. Hinc Cannabaceus, a,um,& Cannabinus, a,um,quod eſt ex cãnabe. Col.lib.vii. Cannabinis q; funibus cornua iuuencorum ligato.

Cannæ,cannarum,tantum pluraliter. vicus in Apulia Romanorum clade clarus.

Cannetum,vbi cãnarum copia eſt. Pal. Lilieta,canneta ponenda ſunt.

Cannitiæ,dicuntur cameræ in agreſtibus ædificiis ex cannis conſtructæ,ut eſt apud Palla.

Cannitiũ,canna aridо. Aug. ſuper Pſal. Noſtis quẽadmodum ſibi faciunt de cannitijs ſagittas infantes.

Cano.is,cecini,cantum,& canitum, à quo Hieronymus formauit participium,quum in Apocalypſi inquit, Qui erant tuba caniturі. Sed eius compoſita faciũt præteritum in vi,diuiſas ſyllabas. Significatq; proprie canere,voce modulari. Hinc Canere poetæ dicuntur,quoniam verſus rythmica ratione compoſitũ ſunt,& cantando pronũciare conſueuerunt. Verg. Arma,virumq; cano. Canere etiam is dicitur,qui nõ tantum ore,ſed qui fides,organa've pulſat,aut qui tibias inflat. Vnde Canere receptui, quod ſignificat poſt conflictum,milites à pugna eſſe reuocandos, recipiendosq; in tutum,quod fit cantu tubarum,& clangore. ſicut canit bellicum, quum initur conflictus,& milites in pugnam prodeunt. Veget. Tubicines ad bellum vocant milites,rurſum receptui canentes,reuocãt. Sed quia veteres laudare & vaticinari uerſibus ſolebant,factum eſt,ut canere pro laudare capiatur. Vergil. Regemq; canebant, Et pro vaticinari. Idem, ipſa canas oro, Quandoq; pro prædicare,& cum quodam,vt exaudiri poſſit, canore proferre. Martialis,
Quicquid fama canit,donat arena tibi.
Huius verbi cõpoſita ſunt Accino, qđ eſt ad aliqđ, vel iuxta cano. Concino,ſimul cano. intercino,inter agendũ cano. Occino,ſiue Occano conuiciũ facio, Percino,canendo perſeuero. Procino, canendo profero. Præcino,prædico,prædiuino,& antè cano. Recino,rurſus cano. Horatius lib. Carminum,
Quem deum eulus recinit iocoſa Nomen imago.
Interdum ſignificat in contrarium cano. Idem libro primo, Carmi. Nunc ego mitibus.
Mutare quæro triſtia dum mihi
Fias recantatis amica Opprobriis.
Eſt & Succino,quod eſt ſummiſſa uoce cano.
Et omnia habent penult.correptam.

Canobon,Getarum,qui ſua tẽpeſtate in Thracia eſtẽ rex fuit,qui Triptolemo inſidias dicitur paraſſe,& ea propter à Cerere multis malis affectus.

Canon,Latine regula. à quo Canonicus,a,um, quod eſt regulare. Augu.lib.iii.de Ciuit.Dei. Quam ſolis obſcurationem

obſcurationem non ex canonico ſiderum curſu acci diſſe ſatis oſtendunt. Et canon. interior ſcuti locus, quo brachia immittunt.

Canonizo, as. Latine regulo. καὶ ἐλλιπτὶ, κάνων καὶ κανονίσματα, Græce regula, & regulamenta.

Canopus, penultima produ. ciuitas Aegypti diſtans ab Alexandria. cxx. ſtad. ex qua ortum ferunt Claudianum poetã. dicta quaſi canobus. à canubo, Amycleo, Menalai nauis gubernatore ibi ſepulto. Nam deuicta troia, in Aegyptum ui uentorum delatus cũ Helena, gubernatorem ictu ſerpentis, quem Hemorrhoida uocant, amiſit, in eiusq; memoriam vrbem condidit relictis ibi qui ad nauigandum inutiles erant. Hæc ſalubris aeris benignitate homines allicit. Eſt ibi Nili oſtium quod Canopicum uocant. Hinc canopitæ. penultima producta, dicti ſunt qui Canopum habitant. Canopicus, a, um poſſeſſiuum à Canopo. Var. nobis Sarpedæ uidemur, quum ſimus Canopici.

Canor, cantus, & elegantia quædam ac conſonantia. Quintil. Vocis rationem Ariſtoxenus muſicus diuidit in ῥυθμὸν, καὶ μέλος ἔμμετρον. rythmum, & melos metricum, quorum alterum in modulatione eſt alterum canore, ac ſonis conſtat.

Ouidius libro quinto Metam.

Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures.

Canoroſus, a, um, quaſi ſonoroſus. Gel. Collectamq; uocem, & magis claros, canoroſosq; ſonitus facit.

Canta, pro cantata ueteres uſi ſunt. Ce.

Cantabri, penultima correpta, Hiſpaniæ populi ſunt in extremis luſitanis, finitimi iis, qui tractum trans Durium ſeruant. Hi efferi ſunt, & nullam uitam ſine armis eſſe exiſtimant. De quibus Sil.

Cãtaber añ oĩs hyemisq; æſtusq; famisq; Inuictus.

Et mox. Nec vitam ſine Marte pati, quippe omnis in armis Lucis cauſſa ſita eſt, damnatum viuere paci. Cantabrorum regio cantabria dicitur. Sueton. Domuit autem partim ductu, & partim auſpiciis ſuis cantabriam. Hinc cantabrius, a, um. Florus libr. iiii. Totam amplexus Cantabriam, efferam gentem, ritu ferarum, quaſi indagine debellabat. Cantabricus, a, um. Sueton. in Auguſt. Extrema bella duo omnino per ſe geſſit Dalmaticum, & cantabricũ. Memoriæ proditum eſt cantabros ſolitos canere pæana lætitiæ, ſuffixos cruci ab hoſtibus. Quur autem Septentrionales ſint ad arma promptiſſimi, ruantq; in ferrũ ſine timore, cauſſa eſt ſanguinis abundãtia, ſicut docet Victru. lib. vi. E contrario Meridiani populi propter ſanguinis exiguitatem, timidiores ſunt, ferro reſiſtere, ſed ardores, & febres ſuſtinere ſine timore. tamen corpora ſeptentrionalium à febri ſunt timidiora, & imbecilla.

Canthsria, gemmæ ſpecies, quæ ſcarabeorum effigiẽ habet quippe Græci κανθαρίδας uocant ſcarabeos. Ce.

Cantharis, idis, vel Cantharida, æ, uermis terrenus, uiridis, auri colore ſuperlucens, & naſcitur in ſummitate ramorum fraxini, & oliuæ, cuius ſuccus in uenas ingreſſus, ut uenenum interimit, & humano corpori adplicitus, veſicas plenas humore facit. Ouid.

Cantharidum ſuccos dante parente bibas.

Hiero. Ne magnopere glorieris, ſi facias quod ſcorpiones facere poſſunt, & cantharides. Cantharides etiam ficorum uermiculi dicuntur, & pyri, & pinus.

Cantharus, penultima correpta, & cum th. aſpirato. Græcum eſt, quo ſignificat poculum, quod Baccho tribuitur. ſicut ſcyphus Herculi, à cantharo, quod erat nauigii genes. Vlpia. ſcribit cantharos eſſe, per quos aquæ ſaliunt. Et cãtharus animal eſt, cuius fœmina non inuenitur. Colu. lib. viii. Nam & alecula modo capta, & cantharus, exiguusq; gubio, quiſq; deniq; eſt incrementi minuti piſcis maiorem alit. Et cãtharus Latine ſcarabeus dicitur, vnde cantharolethros, locus eſt paruus in Thracia, in quo vnum hoc animal necatur. ὄλεθρος pernicies dicitur. Item cantharus, ſignum in cœlo tribus ſtellis conſtans in Aquario. Scribit Lact. Deorum colloquia fieri per cãtharum, & accipitrem.

Cantherium, uehiculi genus, de quo Seneca epiſtol. lxxxvii. M. Cato cenſorinus cantherio uehebatur æthiopico. Colu. lib. v. Si regionis conditio permittit, deponemus haſtilia, quibus adnectuntur ſingulæ tranſuerſæ perticæ in vnam partem ordinis, quod genus iugi cantherium uocant ruſtici. Idem, li, ut dixi, cantherius proprius à terra quàm vitibus ordinariis ſummittẽdus. Hinc cantheriatus, a, um. Colu. lib. vi. Quæ pedaminibus adiunctæ ſingulis iugis imponuntur, eas ruſtici cantheriatas adpellant.

Cantherius, equus, cui teſtes amputati, ſunt qui ideo ſit manſuetior. Var. Et ideo, quod ſemine carent ii, cãtherii adpellãtur, diſtatq; ab equo, ſicut capus à gallo. Et cantherii ſunt, qui à ruſticis ferè nominantur caballi, quia ipſos equos cantherios uocamus, qui ſubiici ſolẽt à fabris materiariis dum moles arburũ ſecant. Item cantherii tigna dicuntur. Victru. lib. v. Et cantherii prominentes ad extremã ſuggrundationem, ſupra cantherios templa. Item cantherius, ut autor eſt Varro, mons eſt in Sabinis. Et cantherius, genus iugi in vinea dicitur.

Canthes, organorum fiſtulæ.

Canthus, cum th aſpirato ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. Perſius.

Vertentem ſe ſe fruſtra ſectabere canthum.

Hiero. lib. iii. Reg. Et axes earum & radii & cãthi & medioli omnino fuſilia. Canthos etiam Græci angulos oculorum uocant, ſeu palpebrarum pilum.

Canticum, proprie eſt elegans, & laſciuus cantus. Quintil. Sit poetæ lectio cum ſuauitate quadã grauis & non quidem proſæ ſimilis, quia carmen eſt, & ſe poetæ canere teſtantur, non tamen in canticũ diſſoluta, Græci canticum hymnum uocant, item pſalmum, ſed proprie Hymnus dicitur, qui voce naturali fit Pſalmus, qui aliquo muſico inſtrumento.

Cantilena, cantici compoſitio.

Cantio, idem quod cantus. cuius diminu. eſt cantiuncula.

Cantito, as, pen. cor. frequentatiuum à frequentatiuo formatum. Augu. Quales poetarum noſtrorum carminibus cantitantur.

Canto,as frequentatiuum. à quo cantatio, cantatus, cantator, & cantatrix. Compoſita mutant a in e, ut Accento,as, unde Accentus, concento, à quo cōcenſus, Occento, & Succento. Excanto uero, & Incanto & Recanto ſeruant a, Aliquando tamen cantare ponitur pro incantare. Vergil.

Frigidus in pratis, cantando rumpitur anguis.

Cātus,us, à cano fit, & eſt inflexio uocis, & ꝑ cātione cuiuſcunq; rei dicitur. Verg. Cantusq; dedere.

Canus,a,um, quod eſt ſenex, à cādeo, vt quidā putant. Vergil. Cana fides & Veſta Remo cum fratre Quirinus iura dabunt. Cana, id eſt antiqua, uetuſta te enim caneſcimus.

Canuſium, Apuliæ oppidum, vbi lana laudatiſſima fit quæ Canuſina dicitur, cuius color eſt rutilus. Vnde canuſinatus dicitur, q eſt indutus canuſina ueſte. Mart. Vt canuſinatus noſtro ſyrus aſſere ſudet.

Capax, quod aliquid capit, ſeu continet, aut contineſe poteſt. eius contrarium Incapax.

Capedo, penultima producta. dicitur ſpatioſum aliquid, & rei alicuius capax, à quo fit Intercapedo, & Diſcapedino,as, & diminutiuum capedūcula, quod à Cicerone accipi uidetur pro vaſe, uel armario traditionum Numæ.

Capena, pen. pro. oppidum vicinum Romæ, iuxta fontem Aegeriæ. Hinc capenas, atis. eſt capena porta Romæ, à capena urbe, quam Italus rex ædificauit, vt inquit Solinus. Hæc etiam porta Appia dicta eſt, per quam capuam itur, ut Frontinus libro de aquæductibus teſtatur.

Caper, mas inter capras, caſtratus. Mart.

Dum iugulas hircum factus es ipſe caper.

Nam Vergilius improprie caprum pro hirco poſuit, quum dixit. Vir. gregis ipſe caper.

Sicut etiam improprie brutum animal virum adpellauit. Ponitur tamen quandoq; pro maſculo caprarum, & aries pro maſculo ouium dū ſunt adulti, nec tamē coierunt. Nam qui minores ſunt, inter capras; hœdi, inter oues, agni dicuntur. Sed qui poſt calendas Augusti concepti ſunt, uocantur Socordes. Et dicitur caper, ſiue capra à carpendis uirgultis. Rodit enim omne virgultum, & in primis uites, ꝑpter quod Baccho immolari caper ſolebat Eſt & Caper nomen proprium grammatici.

Capero,as, penultima corr. frontem rugis contraho, & aſperitatem vultus oſtendo, quod à criſpis caprorum frontibus, vel à cornuum caprinorum ſimilitudine tractum eſt. Vnde & caperatum, rugoſum dicitur. Plaut. Quid illud eſt, quod ille caperat frontem ſeueritudine.

Capeſſo,is, ſſi, ſſum, ſecundum Diom. vel capeſſiui, itū ſecundum Priſci. verbum actiuum. Nam dicimus capeſſo,or, & ſignificat capio, ſiue ad capiendum eo. Sall. libro ſecundo hiſt. Diuerſa uti ſolet rebus perditis, capeſſiuit. Liuius libro primo tantum pro capio poſuit. Ergo ut ſegregaret pugnam, capeſſit fugam. Similiter Apul. Dum ſimul illi & gratias agerem, & dona capeſſerem.

Vergil. pro exequendum ſuſcipio.

Mihi iuſſa capeſſere fas eſt.

Plaut. in Aſi. pro immitto. Quàm magis te in altum capeſſis, iam æſtus te in portū referet. Idem in Am. pro recipio dixit. Nunc pergam hera imperium exequi, & me domum capeſſam.

Capetus, Albæ rex fuit, capis filius, & Tiberini pater.

Caphareus, Euboiæ mōs altiſſimus verſus Helleſpōtum, apud quem plurima Græcorum claſſis afflicta eſt propter Palamedis necem, vnde & Caphareum mare dictum eſt.

Capharnaum, ciuitas nobilis, totius Galileæ metropolis, quam Dominus noſter ꝑpter ciuium multitudinem frequentauit, & venit in ciuitatem ſuam.

Capidulum, idem quod capitium.

Capillamenta, quandoq; capilli. dicuntur. Apul. lib. ſecundo de Aſin. Tanta eſt capillamenti dignitas, vt quamuis auro, veſte, gemmis, omniq; cætero mūdo, exornata mulier incedat, tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſſit videri. Plinius lib. uigeſimo primo Herba croci eſt folio anguſto, pnè in capillamenti modum. Transfertur quoq; ad herbas, & arbores. Columella libro quinto. Qui non ſolum in eo errabant, quòd primi anni capillamenta ſeminum itacta patiebantur, ſed poſt biennium, quum viui radix recidenda erat, omnem ſuperficiem amputabant ſolotenus, iuxta ipſum articulum.

Capillare, eſt capillos facere. Pli. Polytrix in viride capillatur, ſed defluuia comarum facere dicitur. Vnde capillatus, a,um quod crines longiores habet. Cic. Capillatior ſolito.

Capillatia vela dicuntur uela, cilicina. Auguſtin.

Capillitium idem quod capillamentum, ſic enim à capillo capillitiū dicit, ut à famulo, famulitiū, à ſatellite, ſatellitium, unde Apul. flauum capillitiū dixit.

Capillotenus pen. cor. ſignificat uſq; ad capillos.

Capillus quaſi capitis pi'us, quamuis & pro omni pilo ſumatur. Ouidius.

Quot ſunt mentula quos habet capilli.

Gell. Capillum pro hœdino pilo poſuit, quum ait, Nam ſi ouium lacte hœdi, aut caprarum, agni alerētur, conſtat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem.

Capillus veneris, herba ſic dicta, quòd delapſos poſt alopeciam capillos recreat. ſiue quòd capillorum fluores cohercet.

Capio,is, cæpi, captum, ſignificat accipio.

Vergilius libro quarto Georgicorum.

Cape ſacra manu, cape robora paſtor.

Sed differunt, quia Capere eſt cum effectu, Accipere, quum quis non ſic accipit ut habeat. Ideo ut Vlpi. ſcribit, non videtur quis capere, quod eſt reſtituturus. Et Capere eſt ſponte, uel non ſponte. Accipere tantum ſponte. Vnde dicimus cæpi labores, cæpi moleſtiam, cæpi uel ſuſcepi inimicitias, accepi calamitatem, cladem, contumeliam, vulnus. Val. Max. Vt non coactus enſem accipere, ſed ſua ſponte ſumere videretur. Habet interdum reciprocum vſum, vt idem ſit cæpi voluptatem & cæpit me voluptas. Quandoq; capere eſt delectare, ineſcare, irretire, ca

tranſlatione ferarum venatus'q;. Horat.in Serm.
Te coniunx aliena capit meretricula Dauum.
Quandoq; propitiari. Luc.lib.ii.
Nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira.
Quandoq; decipere. Verg.
Captiq; dolis lachrymiſq; coacti.
Quandoq; eligere. Terent.in Hecy. Quum illū gnatum cæpimus. Quandoq; perpeti, vt apud eundem in Heau. Dū abs te abſum, omnes mihi labores quos cæpi, leues. Quandoq; tenere, ut in Eunuch. Dii boni quid turbæ ædes noſtræ vix capient. Quandoq; detinere, occupare. Cic. Nam quandam pyratarum præda onuſtam, cæpere. Var. Quid hic venator nō capit? Hinc uincti, captiui dicũtur, quòd non ſui iuris ſint, ſed in poteſtate aliorum redacti. Quoniam autem qui ita capti ſunt, non ſunt amplius ſui iuris, ſed libertate priuati ſunt, ideo Captos, quandoq; pro priuatis, ſiue impeditis accipimus. Hinc mente capti dicuntur amentes, hoc eſt, qui mentis compotes non ſunt. Capti oculis, qui officio oculorum priuati ſunt. Et capere eſt amore accendere vnde capti amantes dicuntur Lucil. Ne aſpectu & forma capiare aliena. Multa alia ſignificat pro diuerſitate rerum, cum quibus iungitur. ut Capere manu, eſt comprehendere. Capere oculis, videre. Capere auribus, audire. Capere mēte, intelligere. Capere conſilia, eligere. Capere aſtu, uel dolis decipere. Capere cantu, aut voluptate, delectare. Vergilius.
Carmina quo captæ. Capere conſilium, eſt deliberare. Cicero. Quum autem conſilium hoc princeps cæpiſſet. Capere rationem eſt modum inuenire. Plautus. Rationem cæpi, vt & amanti obſequerer, & patrem non offenderem. Et Capere, facere. Terent.
Non ſi capiundos mihi ſciam Inimicos omnes homines. Huius verbi compoſita ſunt Accipio, à quo Præaccipio, Concipio, Decipio, Excipio, Incipio. Intercipio, Percipio, Præcipio, Recipio, Suſcipio, & Vſucapio, quæ ci, ſyllabam correptam habent. Deriuata ſunt q̃ ſequuntur, Auceps, Forceps, Princeps.
Capis Idis, poculi genus à capiẽdo, cuius diminutiuũ eſt Capidula.
Capiſterium, genus uaſis ruſtici, q; tamẽ, ut Georgius Merula inquit, Scaphiſterium melius dicitur.
Capiſtro, as capiſtrum impono. Plinius, Si inter arbores, vites q; aretur, fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera decerptant.
Capiſtrum, capitis vinculum, quod equis, & huiuſmodi animalibus adhiberi ſolet, ne fugiant. Mart.
Paret purpureis aper capiſtris.
Colu.lib.v. uitibus attribuit quū inquit, Quare quū ad ſummum palum recta uitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur, ne fœtu grauata ſubſidit, curuetur q;. Et Capiſtrum dicitur, quod circa os brutorū inuoluitur, ne cibos decerpant.
Capitale, & per apocopen, Capital, dicitur facinus quod capitis pœna luitur. Plau. in Mene. Tametſi capital fecerit, facile aſſeruabis. Nonius docet capital eſſe capitis periculum. Varro vero faſciolam, qua capillos nectimus.
Capitalis homo, non ſolum pro ſceleſto, qui eſt dignus puniri capite (vt apud Cic. libro quinto. Phil. Ad quendam Septimum capitalem hominem collegam ſuum miſerat) ſed etiam qui eſt promptus ad cædem, ut idem Trebatio. Tres uiros uites cenſeo, audio capitales eſſe.
Capitalis oratio. Cicero libro primo Offic. Capitalis oratio eſt ad æquationem bonorum pertinens. Capitalis ira, ab. Horatio dicitur pro mortifera. Capitale odium, Capitalis morbus, quòd caput & uitā hominis petant. Capitalis locus, dicebatur ubi ſi qd violatum erat, capite violatoris expiabatur. Capitale pactum, capitale uitium, id eſt, propter quod debeat quis ad pœnam capitis peti.
Capitatus, a, um, quod in caput latius creſcit, unde capitatum porrum. Columella libro duodecimo, Cultus autem porri capitati aſſidua ſarritio, & ſtercoratio eſt. Item capitata uinea ab eodem dicitur, ſicut & Brachiata.
Capite cenſi, dicebantur, qui in plebe Rom. perquàm pauco, aut nullo ære cenſebantur, à cenſiõne capitū quòd ſolis capitibus cenſerentur, quibus, Proletarii nomen impoſitū à munere, officio q; prolis edendæ, quòd cū re familiari parua, minus poſſent rempublicam iuuare, ſobolis tamen gignendæ copia, ciuitatem frequentarent.
Capitellum, diminu. eſt à capitulū, quod modo ſignificat paruum caput, id eſt, groſſiorem ſummitatem cuiuſcunq; rei. Plin. Herba impia uocatur roris maſini aſpectu thyrſi modo veſtita, atq; capitata. Inde ramuli aſſurgunt, ſua capitella gerentes, & Capitellum dicitur epyſtilium. id eſt, caput columnarum. Nam baſis inferior pars eſt. hoc & capitulum uocatur. Græce κάρον.
Capitium, capitis tegmen. à capite. alii à capio, quòd capiat. id eſt, cōprehendat pectus. Varro de ui. pa.
Tunicas nec capitia, nec ſtrophia.
Capitis diminutio, eſt prioris ſtatus permutatio, cuius tria ſunt genera, ut ſcribit Paul. Maxima, minima, media. Tria enim ſunt quæ habemus, libertatem ciuitatem, familiam. Igitur quum hæc omnia amittimus, maximam eſſe capitis diminutionem, vt eſt deportatio. Quum vero amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam eſſe capitis diminutionem, ut eſt in colonias Latinas tranſportatio. Quū libertas & ciuitas retinetur, familia tantum mutatur, minimam eſſe capitis diminutionem conſtat, velut eſt adoptatio.
Capitolinus, fuit cognomen eius qui caput inuenit, quum capitolium extruendum eſſet. Quo etiam cognomine dictus fuit autor quidam, qui de Cæſaribus ſcripſit.
Capitolium, locus Romæ ſic dictus, à capite hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Antè enim Tarpeius mons dicebatur à virgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata, atque ſepulta fuit.
Capitones, dicuntur duri, qui nunquam de ſua ſententia immutantur, ut apud Plaut.

Capitoſus,a,um,quod magnum caput habet. Interdũ dr̃,quod eſt duri capitis,q & ceruicoſus adpellatur.

Capitulare,etiam eſt per capita diſtinguere, & capitulata,dicuntur ſcripta,quæ per capita diſtincta ſunt, unde & Recapitulare,eſt breuiter quæ dicta ſunt p capita recenſere.

Capitulo,as,capitulum adpono, unde capitulatũ dicitur,quod ueluti capitulum quoddam in ſũmo habet. Plin. Folia bouis linguæ ſimilia,minora,ſubcãdida,& in cacumine capitulata.

Capitulum,diminutiuum ſignificat paruum caput.
Plaut. Meum capitulum, meus ocellus.
Teren. O lepidum capitulum.
Aliquando dicitur initium ſententiæ, q principia ſententiarum per metaphoram etiam capita uocantur. Item capitulũ dr̃ caput colũnarũ. Pli.li.xxxvi. Proximũ colũnis ſpiræ ſubditæ & capitula addita.

Capnias,gẽma eſt,ſtella ueluti fumo infecta, & ueluti croco refulgens.

Capnos, Latine fumus, quo nomine etiam herba eſt naſcens in ſegete hordeacea, quæ lachrymas ut fumus prouocat. Hinc Acapna,dicta ſunt ligna ſicca, quæ ſine fumo ardent. Et vinum capnias,hoc eſt, fumoſum.

Cappa,nomen literæ Græcæ,pro qua Latini utuntur c. Quo nomine Græci,vt Suidas docet,quum malũ hominem uolunt prouerbio ſignare, vnum cappa, quum peiorem, duo, quum peſſimum, tria habere cappa dixerunt, uolentes eum intelligi eſſe cretenſem,Cilica,Cappadoca,qui ſingularis fuiſſe improbitatis exiſtimantur.

Cappadocia,Põtica regio eſt,ut ſcribit Solinus,quæ leuo latere utraſq; Armenias, Comagenemq́; tangens,dextro multis Aſiæ populis circunfuſa,ad tauri iuga & ſolis ortus attollitur. Euphrates eam ab Armenia maiore diuidit. Appianus minoris Armeniæ partem,Ptol.uero minorẽ Armeniam eſſe ſcribit. Dicta Cappadocia à cappadoce amne, añ Leucoſyria vocata. vnde cappadoces Leucoſyrii. Hinc cappadox,ocis,penul.cor.pro eo,qui eſt ex cappadocia. Luca.libro ſecundo.
Cappadoces mea ſigna timent.
Cappadocus,a,um.poſſeſſiuum. Perſius,
Nec ſit præſtantior alter,
Cappadocas rigida pingues clauſiſſe catasta.
Suidas, καππαδοκία περὶ τῇ κιλικίᾳ. Cappadocius,cia,um,apud Apuleium.

Cappatis,penul.correp.in Salomone fruticis genus eſt,in oriẽte ſimile lentiſco,calidæ,& ſiccæ virtutis. Naſcitur præcipue in parietinis,hoc eſt,muris ueteribus, & ſpleneticis prodeſt,ſeritur quoque in locis ſiccis, arena circum effoſſa, ſtructis undiq;,aut ex natura ripis,aut ex artificio lapidum,ut luxuriari p mittatur. Colum. Capparis & triſtes inulæ, ferulæq́; minaces. Dicitur & Cappar. Pal. Hoc menſe mentha, & paſtinaca,thimum,& origanũ,& cappar. Suidas, κάππαρις εἶδος βοτάνης, ἧς ὁ καρπὸς ἰατροῖς δοκεῖ εἶναι ὀνησιφόρος κάππαρις παρὰ τὸ ἐκ τοῦ κάπτου αἱρεῖσθαι. id eſt, Capparis herbæ ſpecies, cuius fructus medicis videtur vtilis eſſe. Capparis ex κάπτου eligendo.

Capra, quaſi carpa, q virgulta carpat, vel q captet aſpera,vel à crurum crepitu. vnde & crepas eas antiqui vocabant. Sunt autem capræ domeſticæ, capræ ſylueſtres, & capra à capro, caprea à capreo, licet non ſit in vſu. Cuius diminutiuum eſt capreolus,ſimiliter caprellus à capro, capella à capra diminutiua ſunt.

Capraria,Inſula in mari Thuſco,ſeu Liguſtico capris abundans,quam Græci Aegilon dicunt.

Caprarius,cuſtos,ſeu exercitator caprarum, ſic & capraria.

Caprea,penul.correp.animal ſylueſtre, quantum ad Græca vocabula,nomen à vidẽdo,atq; clarius aſpiciendo,inquit Hieron. ſortitum eſt. Nam in natura ſua habet,ut nõ ſolũ ipſa videat ſeu perſpiciat acerrimè,ſed ut aliis viſum præbeat. Aſſerunt enim medici huic animali intra viſcera humorem quendam ineſſe,qui caliginem depellat oculorum, & obtuſiores quoſq; viſus exacuat. Caprearum genera cõplura enumerat Pli.lib.viii. Eſt Dama quæ raro mãſueſcit,Nebros etiam adpellata,ſunt Ibices maximæ pernicitatis,ſunt Rupi capreæ, ſunt Pigardi, ſunt Oryges ſoli cõtrario pilo ueſtiti, & ad caput verſo. Sũt Strepſicerotes, & Platycerotes,hi à cornibus latis, illi cõtortis nomen adepti. Eſt & caprea vitis dicta vt inquit Varro, q pariat capreolum. Et capreæ inſula ultra Surẽtum campaniæ urbem, circiter octo milia paſſuum, nobilis coturnicum multitudine, q̃ ex Italia uolantes, illic principio autũni capiuntur.

Capreolus,cũ accentu in antepenultima, animal ſylueſtre,diminutiuum à capreus. Vergilius,
Præterea duo nec mihi tuta valle reperti.
Capreoli. Eſt & capreolus coliculus intortus,in vitibus ut cincinnus. Is enim vites capit, unde & à capiendo,capreolus eſt dictus. Græci hunc Helicẽ, noſtri etiam pampinum, & clauiculam adpellãt. Et capreolus,ut lib.xii. Columella autor eſt,genus eſt bicornis ferramenti.

Capreus,a,um.quod ex capro,ſiue capra eſt,vt pellis caprea.

Capricornus, cæleſte ſignum quod Pana fuiſſe exiſtimãt,quòd poſteriorem partem in effigiem piſcis, priorem vero in formam hirci commutauit, cuius ingenium admiratum Iouem,ferunt hanc figurã in cælum tranſtuliſſe. Stellam habet in naſo, in pectore duas, in pede duas,inter ſcapulas ſeptem,in uentre ſex,in cauda duas.

Caprificatio,à Plinio uocatur in arboribus quoties illarum cortex per uer,cultello finditur,vt commodius prorumpant arbores atq; creſcant, ſimilitudine caprifici,quæ ruptis muris intumeſcens exit. Sũt autem, qui eam ſcarificationem magis adpellandam cenſeant.

Caprificus,penulti.produ.à carpendo, quòd parietes ac muros carpat. Martia.
Marmora Meſſalæ ſcindit caprificus.
Eſt enim è ſylueſtri ficus genere,nullo unquam tempore

pore matureſcens quæ ferè ſuptis ſaxis ſolet, erum-pere. Terentius in Adelph.
Illic etiam vbi caprificus magna eſt.
Caprifici etiã adpellati ſunt caniculares dies, quòd eo ferè tempore, liberi ſimul, atq; ancillæ, ſub arbo re caprifico ſacra faciebant.

Caprigenus, a, um, penult. correp. quod eſt ex capra-rum genere.

Caprile, penultima producta, locus vbi capræ ſeruã-tur, ſicut ouile, vbi oues.

Caprilus, a, um, idem quod caprinus, ſicut ab oue ouillus. Varro ſcribit ſtercus caprillum, & ouillum & aſininum tertio ordine in agris ponendum.

Caprimulgi, aues ſunt merulæ aſpectu, aliquantò grandiores, fures nocturni, interdiu non videntur, nec ipſi vident, intrant ſtabula, caprarũq; uberibus propter ſuccum aduolant, qua iniuria emoriuntur vbera. Hos Ariſtotel. à caprarum mammis Aego-telas vocat.

Caprinus, a, um, idem quod capreus, vt caprinum ſeruum.

Capronæ, iubæ, ſeu comæ in fronte deuexæ, quaſi à capite pronæ. Lucil. lib. vii. Saty.
Aptari caput, atq; comas fluitare capronas
Altas frontibus immiſſas, ut mos fuit illis.
Hæ alio nomine dicuntur Antiæ, & Antecentuli, & Propenduli.

Caprotinam, Iunonem, & nonas Iulias caprotinas veteres dixerant. Cc.

Capruneulum, uas fictile, ſic dictum, q capax ſit.

Capſa, à capio, q res in ſe reconditas capiat, vel à κάμπτω, quod eſt curuo, cuius diminut. eſt capſula à quo capſella. Hieron. lib. i. Regum, Vaſa aurea quę exoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſellam. Sed tamen quid ſit capſa, & unde dicatur, Suidas noſter ita ſcribit, καὶ τὸ λέγεται ... καὶ θήκη. id eſt, capſa proprie dicitur ciſta, & theca.

Capſaces, penul. cor. lecythus, oleiq; vas. Cyprianus libro. ii. epiſt. Fidelia fratris non deficiet, & capſa-ces olei non minuetur. Sic Hieron. ad Euſto. Vidua Sareptana, ipſa cum filiis nocte moritura prophe-tam paſcit eſurientem, & mirum in modum, capſace completo, qui alendus venerat, alit.

Capſarius, qui mercedis gratia, ſeruanda in balneis ueſtimenta ſuſcipit, cuſtos capſarum. & capſarius, qui portat libros. Auguſt in Pſal. interpret. Modo nobis ſeruiunt Iudæi, tanquam capſarii noſtri ſunt, ſtudentibus codices portant.

Capſis, antiqui dicebant pro eo, quod eſt cape ſi uis, ſicut Sodes, pro ſi audes.

Capſus, carruca undiq; tecta.

Captio, ipſe actus capiendi, ſeu decipiendi, ſeu id per quod quis capitur, cuius diminutiuum eſt captiun-cula. Gell. Quid autem legis iſtius ꝓpugnatores, in illa captificula faciet, in qua hæc eſſe, neceſſum eſt?

Captioſus, a, um, quod capit, ſeu decipit, & dolis ple num eſt. Gell. Non eſſe captioſis quæſtionibus re-ſpondendum. Hieron contra Vigi.
Captioſa eſt iſta concluſio.

Captiuus, dicitur quaſi capite diminutus, q ingenui-tatis fortuna excidit, quum non ſui iuris ſit, ſed in aliorũ poteſtatem redactus. hinc captiuo. as, quod eſt captiuum facere. Captiuitas, ipſa detentio. Græ cè autem αἰχμάλωτος αἰχμῇ, καὶ αἱρούμενος ἀλίσκω. id eſt, quaſi cuſpide, aut ferro captus.

Capto, as, frequentatiuum, à quo captito, aliud fre-quentatiuum, licet non ſignificent frequenter cape-re, ſed blandiciis, illecebris, & huiuſmodi aliqd ue-nari, ut hic obſecũdo captat aurã popularẽ. Mar.
Capto tuam pudet heu ſed capto Maxime cœnam,
Tu captas alias iam ſumus ergo pares.
Hinc captator, uenator, & captatio, uenatio. Cice.
Captator ille popularis auræ.
Aliquando captare, capere, decipere. Mart.
Si captare feras aucupis arte placet. Cicer.
Captatio, callidiſtas, inſidiæ, fraus.

Captura, detentio, unde in Euang. legitur, In captura piſciũ. Aliqñ dicitur locus capiendis piſcib' aptus.

Captus, a, um, participium eiuſdem ſignificationis cũ ſuo verbo, quãdo q; pro priuato, ſiue impedito po-nitur. Vnde mẽte capti, capti oculis, qui officio mẽ-tis, uel oculorum priuati ſunt. Et capti dicitur ama tores, à tranſlatione ferarum. Terent.
Captus eſt, pro eo, quod eſt tenetur, & irretitur.
Captus, us, ſors intelligitur. Terent. in Adel.
Præterea ut captus eſt ſeruorum non malus.
hoc eſt, ut ſe habeat ſeruorum conditio, ſicut expo-nit Dona. Aliquando captus, deceptio, cuius dimi-nutiuum eſt captificula, quæ & captio dicitur. Item perceptio, quod homo capere poteſt. Sene. Quod captu quidem difficile eſt, ſed facile memoria reti-netur. Vnde & pro capaci ponitur quandoq;. Cice. lib. ii. Tuſcu. Græci homines non ſatis animoſi, ſed prudentes, ut eſt captus hominum, quaſi diceret, tã prudentes, quàm capax prudentiæ eſt hominum na tura. Apul. dixit ſupra captum cogitationis, pro eo quod eſt ſupra quàm quiſpiam cogitatione capere & complecti poſſit. Idem delectatio. Cice.
Non poſſum abduci, & ſuſcipere pecunia captum.

Capua, à camporum latitudine in quibus ſita eſt, di-citur, ut inquit Cicer. Liui. à capy Samnitium du-ce, qui lingua illa Falco, à pede introrſus curuato, uocatam ait, ſub cuius augurio creditur condita. Vergi. à capy Aeneæ commilitone qui eam condi-dit. Strabo, quòd eſſet. xli. urbiũ caput, hoc eſt, ipſa duodecima, reliquis undecim præeſſet, dictum exi-ſtimat. Quidam à capacitate, q omnẽ vitæ fructũ capiat. Euſtathius etiã, ab urbe, cui nomen campus eſſet, uel à camporum planitie, & abundantia, ut Diodo. qui M. Genutio & Agrippa curtio chilone Coſſ. exædificatam eam tradit. Ab hac ea regio cã pania dicta eſt, à qua campani.

capula, uas uinearium, qua ueteres utebãtur, quòd facile capi poſſet. Varro, capis, & minores capulæ à capiendo nominantur, q anſatæ ſint. Vel à Græ-co, quòd calpim, & calpiũ, digitatos, anſatosq; cæ-teras, ẽythris fingi ſolitos Philemon, & Pamphilus ſcripſere.

Capularis ſenex,id eſt,capulo intimus,vel morti contiguus,& mox capulo afferendus.Reumq́; capularem dicebant,quòd capulo dignus eſſet.

Capulator,qui capulis oleum deplet.

Capulum,nodi genus in fune,quo indomita iumenta capiuntur.

Capulus,& capulum,dicitur quicquid rem aliquam intra ſe capit.Colum.libr.v.Neq; enim cæterius ediſior eſſe debet,pedali altitudine,ut ſi q̃ teneri adhuc pampini capulis ſuis prolixius illigent. Vnde & id quo mortui efferuntur,capulus dicitur,& Sarcophagum.Id eſt,ſepulchrum capulum dicitur, quòd corpora capiat.Apul.libro quarto,Me.Ibi capulos,carie & vetuſtate ſemitectos,quibus inhabitabât puluerei,& cineroſi mortui,paſſim ad futuræ prædæ receptacula referamus.Et capulus,manubrium gladii quòd manucapiatur. Vergilius,

Capulo tenus abdidit enſem.

Suetonius in Calig. Veniam,inquit,ueniam & hic mecum,capulum gladii crebro uerberans quo cinctus erat.

Capus.& capo.Varro,Ex gallo gallinacco caſtrato fit capus.

Caput,dicitur totum illud.quod collo ſuſtentatur,inde dictum,quod ab eo initiũ capiãt, ſenſus & nerui. In ſummo enim à natura collocatum eſt,ut in quo futurum erat tota uis animantis,reſideret.Alii à Græco deducunt, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, quod eſt caput uel ἀπὸ τοῦ κάρας, eiuſdem ſignificationis. Vnde nucem Iuglandem κάρυον nominant,à capitis grauedine quòd arborum ipſarum,foliorumq́; uires in cerebrum,penetrãt.Partes capitis diſtinguũtur.Nam eminentior pars,Vertex adpellatur.Tum corona capitis diuiditur in frontem anteriorem,& occiput poſteriorem partem media uero ſunt tempora,quibus aures inhærent.Aliquãdo Caput dicitur origo,& principium. Vergil.

O Latii caput horum & cauſſa malorum.

Aliquando pro uita ponitur,Nam maxime uita iudicatur,unde ſenſus omnes.Aliquando pro ſumma prima in pecunia,à qua fœnus,aut alius quæſtus fit veluti rei principium.Sed etiam ſortem dicunt. Et caput,initia parua in libris quod capitulum apud vulgares dicit.Gell.Quod in capite ſuperiore à criſtolao ſcriptũ eſſe diximus.Caput facere dicitur de ſuppurationibus,quum apoſtemata franguntur.Pli. de furunculis.Remedio ſunt quæ diximus foliã triſta,cum polenta ſi non caput fecerint.

Capys,per y,nomen eſt eius qui capuam ædificauit. Vergilius libro decimo.

Et capys hinc nomen capuanæ dicitur urbi.

De quo Dictys cretenſis,& dares Phrygius.Item interpres Quinti calabri poetæ lib.xii.qui,cum maieſtate Homeri uidetur quaſi contendere.

Carabus,ſiue caramus, pen.corr.genus piſcis,cancri ſcilicet.

Carambis,promontorium magnum ad Septentrionem porrectum,arietinæ frontis habens formam,quod lõgo ſpacio pelago incũbens,Scythicæ obiectum peninſulæ,Euxinum pontum bimarem uidet efficere Dionyſius Libycus, [illegible] id eſt,Semper ad Aquilonem & Orientẽ ſpectant mediæ,vbi duo exurgunt iuga,quorũ humidũ vocant carambin.Et Euſtathius eiuſdẽ interpres multa ſcitu digniſſima.

Caraxus,frater fuit Sapphus,& Amaſius Pyramidis meretricis,quam Sapphò Doricam nominat.Ce.

Carba,ventus Aphricus dr̃ à Victru.nautæ Carbinũ nominant,quem Libycum hodie vel ruta uocant.

Carbaſus,pen.cor.gen.fœm,ſecundum Priſcia.gene. maſculi.ſecundum Phocam.Probus uero,& caper dicunt eſſe maſculini & fœmi.in ſingulari,neut.uero in plurali,genus lini eſt miræ tenuitatis,in Hiſpania primum repertum,ut ſcribit Plinius,Ea carbaſo fiebant uela nauium,quæ & ipſa carbaſa dicuntur. Cice.de ſuppli.Tabernã carbaleis intenta uelis carbaſinis ueſtibus indi & Arabes corpora uelãt,quæ ſunt auro purpurãq; diſtinctæ,ait Curtius.Nonius docet,carbaſum eſſe pallium,quo fœminæ amiciũtur,opulentiæ cauſſa,vt ſerico,aut tenui lino.Vali. Maximus li.i. Maximæ uero uirginis Aemiliæ diſcipulam extincto igne,tutam ab omni reprehenſione Veſtæ numen præſtitit.Qua adorante, cum carbaſum quem optimum habebat,foculo impoſuiſſet ſubito ignis emicuit.

Carbatinæ,ſeu Carbaſinæ,& carpatinæ crepidæ,uide infra in dictione carpatinæ. Ariſtoteles libro ſecundo de animalibus ſcribit camelos calciari carbatinis,ne ſcilicet in exercitu longiore itinere ſauciſcant.

Carbo,dicitur quum extincta fuerit pruna. Perſi.

Illa prius creta mox hæc carbone notaſti.

Id eſt,nigro & extincto.Aliquando dicitur carbo, quum eſt ignitus.Plinius libro vigeſimooctauo,Et quum cinis in foco concreſcit,& quum carbo vehementer perlucet.Græce Anthrax dicit.Eſt & carbo uiri cognomen.

Carbunculare,eſt carbunculum pati.Plinius libro viceſimo tertio,Succus eorum carbunculantibus circa oculos hulceribus excreſcentibus & puſtulis efficax.Et carbunculare,eſt more carbonum fieri,Idem libro duodecimo,Verum & his ſua iniuria eſt,atq; cœli intemperie carbunculantur,fiuntq́; ſemina caſſa & inania.

Carbunculus,diminu.paruus carbo,tuber,ſeu uitiũ, ex inflammatione proueniens,à candenti carbone dictus,propter inflammationem.De hoc celſus,Nõ aliud carbũculo peius eſt.Eius hæ notæ ſunt rubor eſt,ſuperq́; cum non nimium puſtulæ eminent,maxime nigræ,interdum ſubliuidæ,aut pallidæ.In his ſanies eſſe videtur,infra color eſt niger,ipſum corpus aridum & durius,quàm naturaliter oportet. Præterea Carbunculus vitium eſt in uitibus atq; arboribus,quum quodam quaſi vredinis carbone,uuæ & fructus uruntur.Terra enim ſole perferuet,ita ut radices ſatorum comburat Plinius libro decimooctauo,Pleriq; dixere rorem inuſtum ſole acri,frugibus

rubiginis cauſſam eſſe. & carbunculi vitibus. Solet id accidere uuis tertio & ſexto Idus Auguſti, ſub decretorio illo ſidere, quod caniculam adpellant. Varro libro primo de Re ruſt. ubi terrarum genera diuidit, ait, Lapis marmor, rudus arena, ſabulum, argylla, rubrica, creta, carbunculus. Plin. Sic affligit & uitem carbunculus, quæ terra ita vocatur. Eſt & carbunculus gemma, propter colorem, quòd ſit igneus, ut carbo, cuius fulgor nec nocte uincitur, adeo vt flãmas ad oculos uibret. Gignitur in Libya apud Trogloditas, De hoc Hieron. Plinius libro trigeſimo ſeptimo, Principatum habent carbunculi, à ſimilitudine ignium adpellati, quum ipſi non ſentiant ignes. Vnde & à quibuſdam carbunculi dicuntur Apyraſtæ. Sumitur quandoq; carbunculus pro terra, ubi teſſellæ lapideæ & nigræ repeniuntur. Palladius, In Ianuario menſe, carbunculus niſi ſtercoretur, macras vineas reddit. Plinius lib. decimo ſexto, Maximeq; ſabulum humidum, aut carbunculum aut tophaceam formam.

Carcer, locus in quo ſeruãtur noxii, uel vnde quis exire prohibetur, quaſi coarcer, à coercendo, vt docet Varro, quòd uincti in eo cuſtodiuntur, & prohibẽtur, Exire eſt enim cuſtodiæ locus, quæ Græcè Phylaca dicitur, vnde emittebantur equi, carceres ſunt adpellati, quòd coerceãtur equi, ne inde exeãt, antequam magiſtratus ſignum miſerit. Et licet quidã dicant in ſingulari tantum ſignificare cuſtodiam publicam, in plurali currentium equorum repagula, uel funes qui equis ad metam currere uolentibus, opponuntur, Cicero tamen utroq; indifferenter poſuit. Nam in Cato ſic inquit, Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio ad carceres à calce reuocari. Et libro quarto ad Heren. Quaſi ſi quis ad Olympiacum curſum venerit & ſteterit ut emittatur, impudentesq; illos dicat eſſe, qui currere cœperint, ipſe intra carcerem ſtet. Quod autem Carcer pro facinoroſorum cuſtodia, à coercendo dicatur, patet ex verbis Liuii libro primo ſcribentis, Quum in tanta multitudine hominum, diſcrimine recte an perperam facti confuſo, facinora clandeſtina fierẽt, carcer ad terrorem increſcentis audaciæ, media urbe, imminens foro ædificatur. Carceres tamen interdũ pro furibus ſeu captiuis poni ſolent.

Carcerarius, a, um; quod ad carcerem pertinet. Plau. in Capti. Aegere mihi eſt, hunc quæſtuum facere carcerarium.

Carcereus, a, um, quod eſt carceris. Ambroſ. libr. de ratiõe. In exitu ipſo videmus, quemadmodum anima diſcedentis, paulatim ſoluat ſe uinculis carnis, & ore emiſſa, euolet, tãquam carcereo corporis huius gurguſtio exuta.

Carchedon, pen. prod. Græce carthago dicitur, inde Carchedonius, carthaginẽſis. Vnde à plauto dictũ eſt, carchedonia uocatur hæc comœdia latine Pœnulus. Et carbunculos, autore Plinio, carchedonios vocauere propter opulentiam carthaginis magnæ. Dicta carthedon à carchedone cõditore, cuius meminit Appianus, Sed vulgatior fama eſt conditam fuiſſe à Didone. Euſtathius multa in Dionyſio. Suidas, καρχηδὼν ἡ ἀφρική ἐξ ἧς ὁρμᾶτο ὁ μέγας κυπριανός, ταύτην σκιπίων καθεῖλεν ἐς ἔδαφος, ἡ μετὰ τὸν πρῶτον συνοικισμὸν ἑπτακόσια ἔτη κρατήσασα τῶν περιοίκων. id eſt, Carthago Aphrica ex qua prodiit magnus Cyprianus, hanc Scipio cæpit in pauimentum hæc poſt primam extructionem ſeptingẽtos annos dominata eſt vicinis,

Carcheſium, poculi genus. Vergi.
Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho.
Tradunt Iouem, quoniam cum Alcmena concubuit in precium ei concubitus carcheſium aureum dediſſe. Eſt enim id uaſis genus procerum, ac circa mediã partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus. Cc.

Carchoquios, genus ranunculi cerulentum in dorſo, habens in uentre croceas maculas.

Carcina, ciuitas eſt, à qua ſinus Carcinites, ubi, & carcinitus amnis, ut autor eſt Ptolemæus.

Carcinias, gemma eſt marini cancri colore. Cc.

Carcinodes, dicitur quando uitium cancri naturam ſapere incipit. Cc.

Carcinoma, atis, penultima producta. καρκίνωμα, cancer morbus Plinius libro viginti, Aqua quoque eius decocta, neruos articulosq; mire iuuari, ſi foueantur hulcera, & recentia, & vetera, etiam carcinomata, q̃ nullis aliis medicamẽtis ſanari poſſunt. Cato de re Ruſt. Et ſi quid in mammis hulceris natũ & carcinoma, braſſicam tritam opponito, ſanum faciet. celſus tria facit eius genera. Primũ cacoethes, quum hulcus quidẽ preſſum eſt, ſed quæ circa ſunt, intumeſcunt. Secũdum ſine hulcere. Tertium q; thymum uocat. Græcè carcinus dicitur.

Carcinus, pen. cor. cãcer animal, & ſignũ cœleſte, uide in dictione cãcer. Luca. xiiii. Ter geminus chirõ. Idem Quod carinus ardens Humidus ægoceros.

Cardia, Latinè cor. inde cardiacus, pe. cor. & cordiacus ἀπὸ τῆς καρδίας. id eſt, à corde, ſiue ab ore ſtomachi, quod cardian quoq; Græci uocant, nõ quòd paſſionem illam cor ſuſtineat, ſed ſtomachus, & periculũ ſit, ne cor attingat. Cornel. Cel. cardiacus morbus ex nimia imbecillitate corporis, & languẽte ſtomacho ſudore nimio naſcitur. Iuue.
Cardiaco cyathum non porrecturus amico.
Eſt & cardia nomen vrbis in Thracia, à cordis ſimilitudine uocata. Solinus, Cardia, quòd in cordis facie ſita ſit, dicitur.

Cardinalis, & hoc cardinale, idem quod cardineus. cardinales in eccleſia uocantur hi, circa quos Chriſti fides vertitur.

Cardineus, a, um, poſſeſſiuum, & Ordo cardineus, aliquando pro præcipuo poni ſolet.

Cardinum pen. cor. herba ſuauis odoris, à qbuſdam Naſturtium dicitur.

Cardo, inis, dr̃ q̃ſi cor ianuæ quo ſcilicet illa mouet̃. Nã ut animantia motũ à corde ſuſcipiunt, ita forea à cardine. Verg. Foribus cardo ſtridebat ahenis. Hinc apud Romanos Dea Cadea, ſiue cardinea, quæ cardinibus præerat quaſi Cardina. Cardines etiam,

dicuntur, altiſſimæ cœli partes, quas Græci polos, & Latini uertices & dicũt, à ſimilitudine corũ, circa quos ualuæ uoluuntur. Cardo in agrorum limitatione adpellatur limes, qui per agrum currit, à Meridie ad Septentrionem, ſicut Decumanus uocatur limes ille, q ſecat agrum ab exortu ad occaſum, vt inquit Plin. & Columel. Ponitur interdum Cardo pro opportunitate. Vergil.

Haud tanto ceſſabit cardine rerum.

Quod Seruius inde tractum exiſtimat, quod in prouerbio dicit. Res in cardine eſt. Et circa id verti cardinem dicimus, in quo ſumma rei eſt.

Cardopos, ſignificat arcam panariam.

Carduelis, auis parua, capite rubro, alis luteis, albo, nigro q; diſtinctis, dicta quod carduorum ſemine paſcatur.

Carduus, herba vulgò nota à qua Carduelis auis adpellata.

Carectum, locus caricibus plenus. Verg.

Tu poſt carecta latebas.

Careo, es, carui, & caſſus ſum, & caritum, & caſſum ſecundum Priſci. Eſt proprie Carere, rem deſyderatam non habere, Ineſt enim uelle deſyderare in carendo. Carere in bono dicitur, non in malo, proprie de iis commodis quæ olim poſſedimus, quibus nunc indigemus. Nam qui priuatus eſt, nec unquam regnauit ſatis recte non poteſt dici carere regno quum id elocutionis genus pertineat ad eos, qui olim fuerunt reges, & poſtea regno expulſi ſunt. Quod accidit Tarquinio Superbo. Conſtruitur hoc uerbum cũ ablatiuo, licet cum accuſatiuo iunctum inuenitur. Plau. in Menæ. Dare una illi opera penſum poſtules inter ancillas ſedere iubeas lanam carere (aliàs carpere.) Quod eſt à carendo, quòd eam tum purgant & deducunt, vt careat ſpurcitia. Ex quo Carminare dicit. Differunt autem ab inuicem, Careo & indigeo, q indigemus neceſſariis, ut uacemus literis, ſcilicet pecunia & libris, caremus uero non indigemus, honoribus, dignitatibus, & huiuſmodi, quæ non ſunt neceſſaria, & tamen uellemus, caremus multis ſeruis, quamuis eis non indegeamus. Improprie tamẽ dicimus Careo damno, careo culpa careo febre, ſignificare uolentes, me non febricitare. Eſt enim Acyrologia. id eſt, impropius ſermo. Econtario dicimus habere febrem, quum illa nos habeat.

Cares, dictus eſt ſtatuarius Liſippi diſcipulus. Cares uero numero plurali, populi à carea. Cares ſub minoe fuerunt & tunc Leleges dicebantur, & inſulas habitabant, poſtea facti ſunt cõtinentis habitatores multum q; maritime oræ, & mediterraneæ occupauerũt.

Carex, fœminini generis, herba & acuta & duriſſima, ſimilis aſparago Vergilius,

Et carice paſtus acuta.

Carea, regio minoris Aſiæ inter Lyciam & Ioniam. Strabo cariam à Borea Mæandri flumine clauſit, ab Occidẽte Icario, & Myrthoo pelago, à Meridie Rhodienſi, ab Ortu Lyciis, & aliis gentibus, magnam q; Tauri montis partem in caria concluſit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ meridionalis, eſt dicta caria, à cara rege, qui primus auguria auium dicitur inueniſſe, cuius populi cares dicti, q peculiariter ſunt Barbari nominati. cariæ olim imperauit Mauſoleus, in qua Halicarnaſſus metropolis fuit, & Mauſoleum illud celebratiſſimum, quod inter ſeptem ſpectacula numerari ſolet.

Carico, as pen. cor. quid ſignificet, Hiero. expreſſit ſic ſcribens, Origines maiora cogitans, propriumq; ingenium ferre non ſufficiens, oneribus maioribus caricabat ſe. Et quum ſic incedere non poſſet, ruina magna deuolutus eſt.

Caricus, a, um, pen. corr. quod eſt ex caria.

Caries, vetuſtas, vel putilago. Lucil. lib. iiii. Ne auriculam obſidiat caries, ne vermiculiq;. Auſonius.

I tineas cariemq; pati te charta neceſſe eſt.

Sunt qui cariem interpretentur uermiculum illum qui ligna rodit, & vulgo carolus dicitur. Colu. lib. duodecimo. Omnis materia in ædificia ſuccidi debet, luna decreſcente, ab vigeſima vſq; in trigeſimã quia ſic cæſa iudicatur carie non infeſtari. Plinius Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, nec cariẽ ſentit. Idem pro corolamento lib. xi. accepiſſe videtur, quum inquit. Celeriter ea cariem ſentit. Hinc Carioſus, a, um, quod eſt carie plenum.

Carina, pen. produ. pars nauis, & ipſa nauis concauitas, licet quandoq; p tota naui ponatur. Etiam eſt infima trabs, vbi nauis fundatur.

Ouidius libro quarto de Pon.

Dum mea puppis erat valida fundata carina.

Carinæ, arum, nomen vici Romani, in quo fuit domus Pompeii. Vergilius,

Lautis mugire carinis.

Varro Carinas dici putat ab eo quòd hinc oritur caput ſacræ uiæ, κάρα latine caput dicitur.

Carinare, eſt in modum carinæ formare. Plin. libro nono, Saliunt pectines, & extra uolitant, ſeq; & ipſa carinant. Et carinatum, concauum. Aliquando carinare eſt probra obiicere, quòd carinantes, id eſt, probra obiicientes, ſint infimæ ſortis homines, ſicut & carina.

Carinatim, ſignificat ad ſimilitudinem carinæ.

Cariſſam. antiqui pro vafro vſurpabant. Et nonnulli à carne deductum putauerunt.

Caritas, ſine h, à careo, ſignificat inopiã. Liuius lib. xi. Caritas primum erat annonæ, ex incultis per ſeceſſionem plebis agris. Differunt tamen caritas & Inopia, quòd caritas ſit rerum penuria, quæ adhuc extant. Inopia earum quæ non extant. Cic. pro domo ſua, Qua ex re primum caritas nata eſt, deinde inopia. Caritas annonæ eſt inopia, ſeu pænuria aliarum rerum.

Carius, nomen filii Iouis & Danes, qui diuinos honores in Lydia aſſecutus eſt, qui & mõti nomen dedit.

Carmania, regio minoris Aſiæ, cuius metropolis eſt Carmania, & populi carmani, qui teſte Pompo. ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, coriis piſcium veſtiuntur.

Carmelus, pen. prod. & cum vnico l. Latine & Græce dicitur, Hebraice vero Charmel. Et ſunt duo mõtes,

autore Hiero. qui hoc nomine uocantur. Alter Galilææ prouinciæ, ad Auſtralem plagam, in quo fuit Nabal carmelus, maritus Abigail. Alter iuxta Ptolemaidem mari imminens, in quo Helias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit.

Carmen, quaſi canimen, à cauendo dici poteſt, quicquid eſt metrice ſcriptum, vnde.

Verg. verſum vnum carmen dixit.

Et rem carmine ſigno.

Et duos ſimiliter, quum ait,

Tumulo ſuperaddite carmen.

Tota inſuper Aeneis, heroicum carmen dicit, & carmen bucolicum, ut,

Tale tuum carmen &c.

Quandoq; carmen dicitur incantatio, ut,

Carmina de cœlo poſſunt deducere lunam.

Carmen, quo Romani utebantur in vrbium expugnatione, erat huiuſmodi. Si Deus, ſi Dea eſt, cui populus, ciuitasq; Carthaginenſis eſt in tutela. Teq; maxime ille, qui huius vrbis tutelam recepiſt, precor veneorq;, ueniamq; à vobis peto, ut vos populum, ciuitatemq; Carthaginienſem deſeratis, loca ſacra, templa, vrbemq; eorum relinquatis, abſq; iis abeatis, eisq; populoq; & ciuitati metum iniiciatis, proditiq; Romam ad me, meosq; veniatis, noſtraq; uobis loca, templa, ſacra, vrbis acceptior, probatiorq; ſit, mihi, populoq; Romano, militibusq; meis præpoſiti ſitis, ut ſciamus intelligamusq;. Si ita feceritis, uoueo uobis templa, ludosq; facturum.

Carmenta, & carmentis, Euádri mater, à carminibus quibus dabat reſponſa, quum proprie Nicoſtrata vocaretur. Erat hæc rerum futurarum admonitrix, quæ Phœbo dedicata carminibus oracula ſignificabat. Hic carmentalis porta. Verg.

Et carmentalem Romano nomine portam.

Poſtea uero Scelerata dicta eſt, quòd per eam ſex, & trecenti Fabii cum clientũ quinque milibus egreſſi, aduerſus Hetruſcos ad amnem Cremerã omnes interfecti ſunt. Ouidius,

Carmentis portæ dextro eſt uia proxima ſano,

Ite per hanc noli quiſquis, es omen habet.

Illam fama refert Fabios exiſſe trecentos.

Porta uacat culpa, ſed tamen omen habet.

Carminare, eſt quaſi pectinare. Pli. lib. ix. Iuſtum eſt è quinquagenia faſcium libris, quinas Deas carminari. Et libr. xi. Hanc ab his quoq; gigni, ſubigiq; unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

Carminarii, uocantur lanarum purgatores qui à ſpurcitiis purgant.

Carmon, eſt locus in Meſſenia, & tẽplũ Apollinis in Laconia, & in achaia flumẽ, & mõs in Peloponeſo.

Carna, ſiue cardinea. Dea quæ uitalibus humanis ſeu cardinibus præeſſe exiſtimabatur. Vñ Ouid. lib. vi. Faſt.

Prima dies tibi carna datur, dea cardinis hæc eſt.

Hæc ſtriges nocturnas, puerorum ut dicebát cunas infeſtantes, à limine ſummouebat.

Carnarium, proprie locus, ubi caro ſalſa ſuſpenditur ſeu reponitur. Plin. Quippe è macello, aut carnario viuendum eſt. Quandoq; etiã dicitur locus, ubi carnes tantummodo uenduntur. Plautus, Cœnam è carnario emit, iam factus ſatur. Varro tabernam carnariam uocat. Qui uero carnes in carnario uendunt, etiam lanii adpellãtur, & Carnarii. Interdum carnarium accipitur pro ipſa carne, ſicut cibarium pro cibo. Plautus, Qui mihi carnarium parauit, ridiculus ad ientandum. Et carnarium inſtrumentum dicitur, cum pluribus uncinis quibus ſuccidiæ dependunt.

Carnarius, qui carnes uendit, qui in edenda carne delectatur Mart. Carnarius ſum, pinguarius non ſum.

Carnarius, a, um, quod ad carnem pertinet, ut carnaria taberna, ubi carnes uenduntur.

Carneus, a, um, quod ex carne eſt, ut fruſtum carneum.

Carni populi ſunt, ſupra quos Appenninus mons incumbit, lacum habens in amnem Iſaram confluentẽ qui rapto ſecum Attage fluuio altero, effert in adriaticum ſinum.

Carnifex, qui carnes ex hominibus facit. Hinc excarnifico, as, pro excrucio. Teren. in Heau. Huiuſmodi ſemper comminiſcere ubi me excarnifices.

Carnificina, æ, pen. prod. locus publicus, in quo iuſſu magiſtratus, homines ſonter à carnificibus occiduntur. Plautus, Quid ſi deſperatis rebus carnificinam petat. Suet. de Tiberio, Carnificinæ eius oſtenditur locus Capreis, vnde damnatos poſt longa & exquiſita tormẽta præcipitari coram ſe in mare iubebat. Et carnificina, dicitur carnificia, officium, ſeu excarnificatio, & cruciatus Plautus in Capt. Vel carnificinam hunc facere poſſum perpeti. Cypri. ad Demetri. Quæ hæc eſt inſatiabilis carnificinæ rabies? quæ inexplebilis libido ſæuitiæ. Cato carnificinas dixit plurali numero, p tormentis, & crudelitatibus, Vbi ſatietat, inquit, vbi fides maiorũ inſignitas, iniurias, plagas, verbera, uibices, eos dolores atq; carnificinas, per dedecus atq; ignominiam te facere auſum eſſe. Plau. in ciſ. ſingulari uſus eſt, Credo ego amorẽ primum apud homines carnificinam commentum. Cicer. lib. iii. Tuſcula. per tranſlationem dixit, Nam quũ oĩs pturbatio miſeria eſt, tũ carnificina eſt ægritudo, qa inſtar carnificis cruciat, laniat pcordia, lacerat aĩum, excarnificatumq; conficit. Poſſet tñ hic carnificina accipi, ueluti pro fœmina excarnificante, ſicut à Plauto dicitur fœmina opificina.

Carnificium, ipſe actus carnificis, quod & carnificina dicitur.

Carnificinus, a, um, ponitur pro crudeli, & carnifice digno. Cicero, Carnificina eſt iſta crudelitas.

Carnificor, aris, deponens, ſignificat carnificis officium ago.

Carninothum, herba eſt, quam nonnulli ſanguinariã uocant, alii polygonon, dicitur & carninorhrũ. Ce.

Carniuora, penultima correpta. dicuntur animalia, quæ carnes uorant. Vnde dicimus aquilam carniuoram. Plinius libro decimo.

Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

Carnoſitas, pinguendo.

Carnoſus, a, um, quod eſt pingue.

Carnotũ, regio eſt totius Galliæ media, Druidũ ſedes

de quibus in dictione Druides.

Carnunti, populi à Carnunto dicti, de quibus Plini. lib. iiii. Superiora inter Danubium & Hircinium ſaltum, uſq; ad Pannonica hyberna, Carnunti tenent, Germanorumq; ibi confinium eſt.

Carnuntum, oppidum quod Germaniæ finis eſt. Plinius libro ultimo, Abeſt centum M. paſſuum à carnunto littus Pannoniæ, quò à Germania ſuccinum importatur.

Caro, propriè mortuorum dicta eſt, quòd careat anima, inquit Donatus, vel r, pro d, ponitur, ut ſit caro, quaſi cado, quoniã quaſi ſine aia eſt, cadit. Verg. Belloq; caduci Dardanidæ.

At Hierony. inter Carnem, & pulpam ſic diſtinguit, ut Caro ſit quæ ſanguine, venis, oſſibus, neruisq; conſtringitur. Pulpa, quæ manducatur, eò q pulſetur, & concidatur. Et non ſolum de animalibus, ſed etiam de piſcibus, pomisq; caro dicitur. Quidam hoc nomen à Græco deriuãt κρέας, à quo ſit creo, verbum.

Caros, crapularia redundantia, à καρόω, perturbo vexo, agito, ſeu à καρόομαι, quod eſt capite aggrauor, obſidor, velut ab oppreſſura capitis, & ingenii offenſione.

Carpathos, penulti. correp. Inſula contra Aegyptum, media inter Rhodum & Cretam, ducentorũ ſtadiorum circuitum habens, quatuor inſignis vrbibus, à qua vicinum mare ad Aegyptum vergens, Carpathium dictum eſt.

Carpatine. penultima producta. calciamentum ruſticum. à carnibus adpellatum, & ſiebant ex recentioribus coriis bubalis.

Carpentarius, faber qui carpenta facit, faber lignarius. Hieronymus,

Carpentarius artifex fecit ſcamnum.

Carpentarius equus, qui carpendum ducit.

Carpentarium opus, quod ad fabrum lignarium pertinet. Hiero. in Exod. Et opere carpentario.

Carpentum, vehiculi genus dictum quaſi carmentum à carmenta Euandri matre. Oui. lib. i. Faſt.

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant.

Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

Carpinus, penul. cor. genus arboris notæ de acerum genere. Columel. lib. vi. Quin etiam cornus, & carpinus, & ornus nõnunquam & ſalix, à pleriſq; in hoc ipſum diſponitur. Palla. Carpinus vltima arbor.

Carpio, piſcis notus, qui capitur in Benaco. Cc.

Carpis, Scythiæ fluuius eſt. Cc.

Carpo, pis, carpſi, ptum, decerpto. Verg.

Inſere Daphni pyros carpent tua poma nepotes.

Item carpere, eligere. Teren. in Adel.

Vnumquodq; quod erit belliſſimum carpam.

Item reprehendere. Martial.

Carpere vel noli noſtra vel ede tua.

Item frui. Vergilius,

Carpamus dum mane nouum, dum flumina creſcit.

Item lædere. ut,

Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo

Fœmina. Carpere viam, eſt ambulare.

Carpere vitales auras, eſt haurire ſpiritum.

Carpere lanam, eſt attenuare.

Vergilius lib. primo Georg.

Nec nocturna quidem carpentes denſa puellæ

Neſciuere hyemem. Carpere linum, eſt euellere,

Herbasq; cum ſemine & radicibus carpunt.

Carpere cibum, eſt paſci. Compoſita ſunt Decerpo, Excerpo, & Diſcerpo, de quibus locis ſuis.

Carpocrates, nomen cuiuſdam hæretici, qui negabat mundum à Deo factum.

Carpophurus, pen. cor. nomen viri proprium, & Latinè dicitur fructifer. Græci. n. καρπὸν fructum, φορεῖν, ferre dicunt. Hier. ad Euſto. de morte Paulæ, Salue Efrata regio vberrima, atq; καρποφόρος, cuius ſterilitas Deus eſt.

Carpophyllos, herba eſt, quam quidam Daphnẽ nominant. Cornucopiæ.

Carptim, aduerbium, ſignificat hinc, atq; illinc carpẽdo, non ipſam ſeriem ſequendo.

Carra, ræ, ciuitas Arabiæ ad rubrum mare, à qua carræi dicti ſunt populi. Plinius,

Carræis latiſſimos & fertiliſſimos agros.

Ab oppido Arabiæ, quod carra dicitur. Sed carræ, arum, Hebr. ciuitas Meſopotamiæ trans Eſſedam, craſſi & Romani exercitus cruore nobilis. Vnde Luca. Aſſyrias latio maculauit ſanguine carras.

Carruca, penult. produ. genus vehiculi, id eſt, currus. Hinc carrucarius, qui carrucas agit.

Carrucarius, a, um, quod ad carrucam pertinet. Põp. Pleraſq; mulas carrucarias tales eſſe, vt transiungi non poſſint.

Carrus, & Carrum utroque modo dicitur, à cardine quatuor rotarum, vel q currendo ſonet. Cæſar, Inter carros impedimentaq; prælium commiſerunt. Hircius, Pompeius eo die per viarum anguſtias carra complura multosq; laniſtas retraxit.

Carta, ſine h, nomen fuit vnius ex Darii principibus.

Carteia, oppidum eſt Hiſpaniæ, carteſios à Græcis dicitur. Vnde carteſius, a, um, ut littus carteſiũ, in quo freti anguſtiæ ſunt.

Carthaginenſis, dictio ſex ſyllabarum eſt, nam autore Priſcia. inter n, & e, interponitur i, ait enim li. iiii. Si tertiæ ſint declinationis abiiciunt extremam genitiui, & aſſumunt enſis, ut piſtor, piſtoris, piſtorienſis. Carthago, carthaginis, carthaginenſis. Ennius, Hoſtem qui feriet, mihi erit carthaginienſis.

Sed hunc catalogum ſyllabarum doctiores deriderent & Græci.

Carthago, urbs Aphricæ celebris, quæ poſt Troianũ bellum, ut docet Euſebius, à Didone cõdita fuit, & apud nos nouam ciuitatem ſignificat. Eſt & alia carthago in Hiſpania, quam Haſdrubal condidit, quæ Noua perpetuò epitheto dicitur, ad differentiã carthaginis Libycæ. Hoc nomen quidam à charta oppido, haud procul à Tyro dici putant. Cic. vero li. iii. de natura Deorum, ſcribit dictam à carthagine, Herculis filia, quam Byrſa prius diceretur.

Carthallum, caniſtrum. Hie. in Deutero. Tolles de cũctis frugibus tuis primitias, & pones in carthallo.

Cartilago,pen.cor.cōcauitas illa quæ eſt circa aures.
Cariophylacium,Latine ſcriniū dicitur,in quo libri & ſcripturæ reponuntur.
Caruncula,à nominatiuo caro diminutiuū eſt.Carnicula vero à carnis nominatiuo ſecūdum antiquos.
Carus,a,um,in ea ſignificatione eſt,qua opponitur vili.
Caruſii,populi ſunt Troglodytis finitimi, pariter & Aethiopibus in finibus Aphricæ,& latus ad meridiem ſpectans,inhabitant. Cc.
Caria,ciuitas Peloponneſi,quæ cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit,quæ poſtea à Græcis deleta fuit,autor Vitru.lib.i.
Caryatides, ſtatuæ mulıebres in ædificiis,ut ait Vitr.ſicut viriles,quæ mutuloa aut coronas ſuſtinent, Telamones à noſtris,Atlātes à Græcis adpellatæ. Nam deſtructa Carya,& interfectis viris,matronæ in ſeruitutem adductæ fuerunt,nec ſunt paſſæ ſtolas deponere,vt æterno ſeruitutis exēplo graui contumelia preſſæ,pœnas pendere viderentur pro ciuitate.Ideo qui tunc architecti fuerunt,earum imagines ædificiis publicis deſignauerunt oneri ferendo,vt etiam poſteris pœna caryatidū memoriæ traderetur. Alii à carya Laconycæ terræ oppido.
Caryca,pen.cor.eſt genus ficuum à loco ſic dictarū, vt docet Iul.Pol. Apud multos tamen pro ficu ſicca accipitur. Ouid.lib.i. Faſt.
Quid vult palma ſibi rugoſaq; caryca dixi.
tamen Suidas,imò xii.illi Suidæ compoſitores aliter interpretantur,ſcilicet, καρύκη ἐδέσμα ἐκ πολλῶν συγκείμενον, βρωμάτων ... αἵματος καὶ ἄλλων ... ... ἀνακυκῶντας ... φασί, id eſt,caryca edulium ex multis conſtant, Lydius cibus ex ſanguine, & aliis ferculis,à quo turbare quid καρυκεύειν dicūt. Eſt igitur ſi de etymologiis Græcarum dictionum Græcis credimus,farcimen illud, quòd vulgo dicitur Baldoni farcimen ex ſanguine & aliis eſculentis,quod Lydii primi inuenerunt.
Carion,dicitur oleum quod fit è nucibus iuglādibus & alopetiis vtile eſt,tarditatiq; auriū infuſum,cæterum ſapore graui. Vnde apud nos eſculentis non admiſcetur.Nonnulli carynion legunt.
Caryon,nux dicitur à capitis grauedine propter odoris grauitatem.
Caryopon,nucis ſuccum ſignificat, vt inquit Plinius libro duodecimo.
Caryotæ,ſiue caryotides.è palmis naſcuntur,quas alii dactylos,alii palmulas,alii margaridas adpellant. Plin.caryotas inter palmas celebratas,cibo quidem & ſucco uberrimæ,ex quibus præcipua. Varo libr. ii.Non ſcitis palmulas caryotas Syriam parere,inuectas in Italiam,non poſſe Papy.in Syluis.
Præterādes vina capita in mica caryotides cadebāt.
Caryſte,es,& caryſtos,ſti,inſula una ex cycladibus ſita in Euboltico mari uarii marmoris ferax. Excidebantur enim ibi columnæ marmoreæ,quæ à loco etiam caryſteæ adpellabantur. Lucilius lib.v.
Qui maris anguſtat fauces ſaxoſa caryſtos. Sci Ferax uarii lapidis Caryſtos.
Hinc caryſtæus,a,um. Ouid.lib.iii. Faſt.
Quaq; caryſtæis frangitur vnda vadis.
Eſt etiam ciuitas eiuſdem nominis in Euboia,vt libro.v.Ptol. ſcribit.
Caryum, Laconiæ oppidum, à quo Diana caryatis, quod illic coleretur. Vitruuius caryam uocat. Vnde ſunt caryatides colſinæ,in antiquis ſubſtructionibus celebratæ.
Caſa,domus à curuatione dicta. Nam antiqui cauatas rupes inhabitant, vel dicitur à facile cadendo, quippe à cado fit frequentatiuum caſo,as,diminutiuum à caſa eſt caſula.
Caſabundus, crebrò cadens.
Caſaria,dicitur mulier quæ caſam cuſtodit.
Caſcus,a,um,ſignificat uetus,cuius uerbi origo Sabina eſt. Enn.
Quamprimum caſci populi genuere Latini.
Manilius ait caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt,id eſt,vetulam nupſiſſe ſeni.
Caſeus,à cocundo,uel(ut inquit Varro)à lacte coacto dicitur,nam fit lacte coagulato,hœdino in primis,vitulorum'ue coagulo. Caſeus muſteus, id eſt recens & mollis, qui magis alibilis, quàm uetus & aridus.Caſeus oxygalacticus,commendatur à Galeno,dicitur q; quaſi acetoſum lac. Nam Græci τὸ ὀξὺ acetum uocant,& γάλα lac.unde Galactopotæ dicti ſunt populi,quibus lac victum præſtat.
Caſia,per ſimplex ſ,frutex eſt amplitudine cubitorū trium ſuauiſſimi odoris,& virtutis cynnamomi.Hiero.adpellat herbam,quum in canticis inquit. Caſia quoq; quoniam id genus herbæ,aquis indeſinentibus nutriri dicitur,& coaleſcere, redemptionem humani generis per aquas baptiſmi indicat datam. Qui,ut Plin.libro.xii.ſcribit.iuxta cynnami cāpos, in Aethyopia,ſed in montibus craſſior ſarmento,tenui cute verius,quàm cortice naſcitur. Sunt tamen qui dicunt,caſiam eſſe nomen herbæ, atq; arboris, ſicut balſamus herba & arbor balſami. Verg.
Tum caſia atq; aliis intexens ſuauibus herbis.
Hæc alio nomine dicitur fiſtula,ut autor eſt Hiero. In explanatione Pſal. Eructauit, uocalis in laudes Dei,& omnes pituitas,& rheumata uoluptatū,ſuo calore excoquens.
Caſius,mons in finibus Aegypti, Arabiæ conterminus,Magni Pompeii tumulo clarus,à quo etiam fit caſius,a,um, Luca.lib.x.
Lucifer à caſia proſpexit rupe diemq;.
Eſt & in Syria Antiochena caſius mons ſuper Seleuciam,cognomine Pieriam,ut autor eſt Pli. Sed hoc caſium,Caſii,mons apud Euphratem,ubi Traianus dicauit crateras argenteos,in templo Iouis Caſii,cū epigrammate, quod Suidas proſequitur.
Caſnar,ſenex dicitur Oſcorum lingua.
Caſo,as,freqūter cado,à quo fit aliud frequentatiuū caſito,as,quod ſigñat frequēter cado. Pau.Iurecōſ. Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidiū, poſtea uel ex tabulato,uel ex aliq̄ materia caſitare non poteſt.
Caſos,inſula iuxta mare Carpathiū ambitu.lxxx.ſtadiorum,in qua eſt oppidū eiuſdem nominis,à Caſo

Cleomachi patre dicta, colõis eò deductis. Huius nominis prima breuis eſt, ab hac & Caſius mons in Syria. Sunt autem multæ Caſorum inſulæ per ambitum, à quibus ueſtimenti nomen Caſiaca, quod & nunc quoq; durat, vulgare Græcis militibus. Euſta. Caſianam adpellat à monte Caſio.

Caſpiæ portæ, variæ dicuntur. Quidam Amazones, portis Caſpiis egreſſas, ad Alexandrum veniſſe in Hyrcaniam prodidere, ſed illæ Caucaſiæ fuerũt, per quas tranſitus eſt ex Hyberia in Scythiam. Neronia quoq; principis comminatio ad Caſpias portas, vt inquit Pli. ad eum tranſitum reſpiciebat. Verũ mõs Taurus tribus in locis interruptus, quaſi portis quibuſdam pertranſitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantum Caſpiæ portæ adpellã tur, quæ apud Medos exiſtunt, ſicut ex Ptolo. Plin. & Strabone licet intelligere, per has tranſitus eſt ex Babylone & Perſide ad mare Caſpium. Et hinc fortaſſe Caſpiæ dictæ ſunt ꝙ aliquæ gentes vicinis incidunt montibus adpellatæ Caſpiæ. Iuga vero Caſpia procul hinc abſunt, & ad Armenios, ulterioresq; populos pertinent. Portæ autem Caſpiæ (vt Solinus inquit) pãduntur itinere manufacto, milibus octo paſſuum longo. Nam latitudo vix eſt plauſtro permeabilis.

Caſpium mare, dicitur quod inter Caſpios, & Hircanos montes eſt, à quibus nomen accepit, & immenſum occupat ſpatium.

Caſſes, retia ſunt, ꝙ vacuas habeant maculas, unde & Caſſum pro inani & vacuo, & Incaſſum, pro fruſtra, quaſi abſq; caſſibus, ſine qbus venatio eſt inanis, tractum ab aranearum caſſibus, quòd ſint leues & nullius ponderis. Sunt etiam Caſſes galeæ, quòd vacua ſint ad capita recipienda. Sed differunt genere, & diuerſum habẽt genitiuum. Quum enim ſignificat laqueũ, vel rete, eſt generis maſculini, & habet genitiuum noĩatiuo ſimilem, ut caſſis, caſſis. Ouid.

Incidit in caſſes præda petita meos.

Pro galea, fœ. ge. eſt, & caſſidis genitiuũ facit. Iuue.

Lorica & fracta de caſſide buccula pendens.

Caſſiculus, dimi. à caſſis, pro rete. Hieron.

Nequaquam aranearũ mihi opponas caſſiculos.

Dicitur & caſſiculum neutri generis. Feſtus, Caſſiculum, reticulum, à caſſibus per diminutionem dictũ.

Caſſida, æ, idem quod galea. Propertius,

Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem.

Caſſinum, oppidum dictum eſt, quòd ſit vetus, & caſſinum forum, vetus adpellant.

Caſſiope, ſiue caſſiopea. Cephei regis Aethiopũ vxor & Andromedes mater, quæ cum Nereidibus de pulchritudine certauit. Pro quo facto, inter ſidera conſtituta fertur. Eſt autem ſidus ita figuratum, vt in ſella ſedeat. Cõſtat ſtellis tredecim, occidens cũ Scorpione, capite cum ſedili reſupina, ferri proſpicitur, exoriri autem cum Sagittario.

Caſſita, penultima producta. auis quam alii alaudã, alii galeritam dicunt.

Caſſiteros, penultima correpta. Latinè ſtannum, vel plumbum dicitur, vnde caſſiterides, inſulæ decem in Indico Oceano, vnde plumbum candidum effoditur. Plinius Libro quarto. Ex aduerſo celtiberiæ compiures ſunt inſulæ, caſſiterides dictæ à Græcis, à fertilitate plumbi.

Caſſitias, viſci ſpecies in abiete & larice naſcens. Cc.

Caſſius, proprium nomen viri, à quo via ſtrata Caſſia dicitur. Cornucopiæ.

Caſſo, as, ſignificat deiico, vt de Euangeliſta Ioanne legitur. Ex totius ſenatus conſulto definitum eſt, vt quicquid Domitianus fieri voluiſſet, caſſaretur.

Et Caſſare, contundere eſt. Vergi.

Caſſataq; rates.

Caſſus, a, um, quod eſt inane & vacuum, fragile, atq; omni re carens, vt caſſa nux à Plauto, & Horatio dicta. Luca. Caſſa fraude parat

Plautus in Aul.

Virginẽ hãc grãdem, dote caſſam, atq; illocabilẽ.

Verg. lumine caſſum, & æthere caſſos, dixit pro vita priuatos, & vacuos, vnde & caſſis, & per diminutionem Caſſiculus. Hinc Incaſſum, aduerbium.

Caſtalius, fons caballinus & Libethris dicitur. Eſt in radicibus Parnaſi, Muſis ſacer à virgine Caſtalia, q̃ Apollinem fugitans præcipitata, & in fontem verſa eſt, cuius aquã dicuntur bibere poetæ. Hunc fontem dicit Acron fuiſſe in Lycia, vbi armenta Apollo fertur pauiſſe.

Caſta mola, dicebatur ſacrificii genus, quod Veſtales virgines faciebant. Cc.

Caſtanes, non à caſto deducitur, ſed Græca vox eſt, quippe Græci κάστανα vocant è nucum genere. Vergili. Caſtaneæ molles. & preſſi copia lactis. Cornucopiæ.

Caſtaninum oleum, ex caſtaneis factum. Cc.

Caſtellani, dicti qui caſtellum habitant, ſicut ab oppido, oppidani, & à vico vicini.

Caſtellatim, aduerbium, quaſi turmatim, per caſtella diſiecti.

Liuius libro ſeptimo,

Vt hoſtes, & nocturno pauore attonitos, & circa collem caſtellatim diſſipatos, aggrederentur.

Caſtellum, paruus vicus muris circundatus, diminuti. à caſtro. & caſtellum dicitur receptaculum illud, quod aquam publicam ſuſcipit, ex quo fluit aqua fiſtulis. Frontinus, Omne plumbum & omnes impenſæ ad aquæductus, & caſtella, & lacus pertinentes inde erogantur.

Caſteria, ſignificat locum vbi quum nauigatio conquieſcit, remi, & gubernacula reponuntur. Plautus, Quin ſi pol repoſui remum ſola ego in caſteria, vbi quieſco, omnis familiæ cauſſa conſiſtit tibi. Caſteria autem autore Lactantius dicitur pertica quam in naui, hortator remigum tenet, qua ſi inceſſerit, remiges non deſinunt, ſi depoſuerit, conquieſcunt à labore.

Caſterochiras, ventri manos uocant, quoniam ſuo artificio viuant.

Caſtigo, as, penultima producta. proprie verbis reprehendo, quaſi caſtum, id eſt, honeſtum ago.

Vergilius.

Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes.
Quoq; caſtigare, eſt vindicare, punire. Idem lib. vi.
Caſtigatq; dolos ſubigitq; fateri.
Hinc caſtigatum dicimus correctum, emẽdatumq;. Inde caſtigatio, & caſtigatiſcula diminutiuum. Cc.

Caſtitas, & Pudicitia, paria putantur, quum ſit Pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera. Caſtitas ab his continens & remota. Vergi. lib. ii. Geor.
Caſta pudicitiam ſeruat domus.

Caſtor, animal Latine fiber ponticus, cuius teſticuli medici caſtoreum vocant. Hic cõprehenſa hominis parte, non antequàm fracta cõcrepuerint oſſa, morſu reſoluit. Habet caudam piſcium, cætera ſpecies Lutræ, pilus mollior pluma, ex genere amphibio eſt, cui in aqua & terra victus eſt. Et licet ſint qui dicant caſtora caſtrare ſe, ne à uenatoribus capiatur, quum ſciat ſe expeti propter teſticulos, qui medicinis adhibentur. Sextus tamen diligentiſſimus medicinæ conditor, negat teſtes amputari ab ipſo caſtore, quum capitur, quin imò paruos eſſe ait, ſubſtrictosq;, & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine animalis vita poſſe, uerum folliculos geminos ex vno nexu depẽdentes, qui amputẽtur, quorũ uis medica ſit.

Caſtor, & Pollux, fratres, quos Tintaridas adpellãt, ſicut & Helena eorum ſoror Tindaris nuncupata. Græcè Dioſcuri adpellantur, Hi poſt mortem inter notiſſima ſidera conſtituti fuere. Quod planè ſignũ Gemini dicitur & gentibus pro Diis habiti ſunt. Vnde Romæ ĩ foro, erat ædes caſtoris & Pollucis, quoniam ſicut Dion. libro. vi. antiquitatum ſcribit, in pugna ad lacum Regillum apparuerunt forma auguſtiore, ducentes equitatum Romanum, aduerſus Latinos, qui haſtis feriebant, propellebantq; aduerſarios, ſocios uero cohortabantur. Quæ potiſſima cã fuit, ut Latini fugarentur, & caſtra caperentur. Iidẽ mox uiſi ſunt ſudorem equorum abluere iuxta fontem Iuturnæ. Deinde è conſpectu mortalium ſe ſubduxerunt. Caſtor quoq; & Mecaſtor, & præcaſtor, aduerbia iurandi, quaſi per ædem caſtoris.

Caſtra, plurali nume. adpellantur exercitus, quum in procinctu peragunt, aut in certo quolibet loci itinere demorãtur. Similiter locus in quo militer tentoria fixerunt, vel ipſa tentoria, in qbus milites diuerſantur. Vnde & de nauibus Vergilius dixit.
Nos caſtra mouemus, qſi in illis milites eſſent.
Dicta caſtra, quaſi caſta & caſtrata, quòd ibi caſtretur libido. Inde enim mulieres abeſſe iubebat militaris diſciplina. Vel à caſtri ſimilitudine, quòd foſſa, valloq; quaſi muro circundari ſolent.

Caſtramentor, penultima produc. caſtra loco uulgò acampare dicitur.

Caſtrare, proprie eſt virilia amputare. Iuuen.
Nullus Ephebum
Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus.
Licet & de quacunq; truncatione, ſiue priuatione quandoque dicatur. Pacuui.
Vt eſſet aliquis, qui linguam eius caſtrarent.
Quidã caſtratos, ſpadones, & eunuchos ita diſtinguũt, vt caſtrati ſint, qbus teſtes naturaliter deſunt. Spadones, quibus violenter detracta eſt uirilitas. Eunuchi, à dominis caſtrantur, ut diutius eis abutãtur. Inde nomen ἐυνὴ, καὶ ἔχω ἀλλὰ σπάω, cuello inde ſpadones. Vlp. tamen ſpadonum nomine, omne genus euirtatorum comprehendi ſcribit.

Caſtrenſis, & hoc caſtrenſe, quod ad caſtra pertinet. Vnde caſtrenſes uigiliæ, & caſtrenſe peculium, eſt quod à parentibus uel cognatis in militia agenti donatum eſt, uel quòd ipſe filiusfamilias, in militia acquiſiuit, quod niſi militaret, non acquiſiturus fuiſſet. Et caſtrenſia bona dicuntur, quæ licet in militia filio familias non acquiruntur, ita tamen fiunt ipſius, ac ſi acquiſita in militia fuiſſent, ut ſunt ea quæ ex officiis acquiruntur.

Caſtrum, numero ſingulari locus eſt muris munitus, dictum à caſa, q: ſit coniunctio quædam caſarum.

Caſtula, palliolum, quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro,
Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula.
Hæc & perizoniũ, & præcinctorium adpellatur.

Caſtum, dicitur immaculatum, quaſi caſtratum, nam caſtrare eſt pudenda amputare. Qui uero ſine pudẽdis eſt, neceſſario caſtus eſt. Per tranſlationẽ caſtus capitur pro honeſto & continenti, ut ſit caſtus quaſi vacuus. Plau. in Penu. Vt deceat nos eſſe à culpa caſtos. Vnde dicimus uxorem caſtam, & caſtum cantum, in quo nihil eſt laſciui. Et caſtam manum, quæ ſe ab alienis cõtinet. Itẽ pro pio & religioſo. Ver.
Quiq; ſacerdotes caſti dum vita maneret.
Caſtitudinem pro caſtitate ueteres uſurparunt.
A Caſto fiunt aduerbia caſte, id eſt, pudice. Caſtius, Caſtiſſime.

Caſura, æ, caſus, ſeu cadendi actus. Hiero. Antè mẽtis noſtræ oculos ſemper Euangelicum illud adpareat ſtolidiſſimi viri, qui ædificium, quod ſummopere fecerat, ingruentibus fluminibus, flantibus uentis, & imbribus, inundationibus pluuiarum, totum amiſit in caſura, quod erat ædificatum in ſabulo.

Caſus, modo fortuna eſt, ut Boetius lib. v. de conſol. modo inopinatus euentus. Sene. Multa enim caſu potius quàm ratione eueniunt. Modo ruina. Curt. Inopinato rhedæ caſu oppreſſus. Modo calamitas & infortunium. Vergilius,
Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros,
Et breuiter Troiæ ſupremum audire laborem.
Et caſus dicuntur uocabulorum formæ, quia in aliã atq; aliam cadunt effigiem. Caſum ueteres antiquũ uocabant, quaſi iam candentem.

Cata, præpoſitio Græca, in cõpoſitione ſignificat, in aduerſus, de, dis, ex, circum, undiq;, ſub, iuxta, per. ſecundum. Catha uero cum aſpiratione, ueluti, ſicut, tanquam, & quemadmodum.

Catabaſis, inferior ſolis meatus. deſcenſus.

Catabathmus, oppidum in Aphrica, & uallis repente conuexa, ut ſcribit Pli. Pompo. Catabathmos uallis deuexa in Aegyptum, finit Aphricam, ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν. Et ſignificat catabathmus locum decliuem atque deuexum.

Catabathynon, dici poteſt demerſum, cauum, & pe

fundum.ex κατὰ καὶ βάθυνον, profundum.

Catachesis, inſtructio.

Catachizo,as,inſtruo,doceo,erudio,ut eſt apud Apoſtolum.Communicet autem is,qui catechizatur ſermone,ei qui ſe catechizat.

Catachreſis,penul.prod.tropus,quam nos abuſionē vel vſurpationem dicimus, quum alienis abutimur perinde ac propriis,quum propria deficiunt,vt facies ſimillima lauro.Nam facies hominis eſt, ex κατὰ, contra, χρῆσις dicitur vſus. Catachreſticus, abuſiuus.

Catacliſta,veſtis vndiq; clauſa, dicta à verbo κατακλείω, id eſt,vndiq; claudo.

Cataclyſmus,diluuium,& inundatio dicitur.Hieron. contra Ioui.Primus Lamech ſanguinarius & homicida,vnā carnem in duas diuiſit vxores. Fratricidiū & digamiam,eadem cataclyſmi deleuit pœna.

Cataclyſis,effuſio caliginis & tenebrarum,nam caligo à Græcis ἀχλὺς dicitur κατάχλυσις.

Cataclytum,locus concauus,ab aqua cadente, ἀπὸ κατὰ καὶ κλύζομαι. Ambro.lib.Hexa.Nilus fluuiorum maximus,eò loci,vbi ſe ex altiſſimis montibus in cataclyta illa præcipitat, magnitudine fragoris aures accolarum obſtruit.

Catacriſis, condemnatio, vel diiudicatio, κρίσις, enim iudicium.

Catadromum,penulti.corrept. Latine decurſorium, καταδρομέω enim decurro. Sueto.in Nero.Notiſſimus eques Roman.elephanto ſuperſedens,per catadromum decurrit.

Catagrapha, deſcriptio, deſignatio, pictores modo excurta adpellant,à breuitate imaginum, quas ita repræſentari, (quum ſint obliquæ) poſtulat ratio. Hæc & cataglypha dicuntur.

Catalecticum metrum, dicitur. cui vna tantum deeſt ſyllaba,vt apud Horat.

Mea redimet in domo lacunar.

Eſt enim Senarium Iambicum perfectum una ſyllaba minus. Acatalecticum dicitur quod legitimo fine clauditur. ut,

Nec fonte labra prolui caballino.

Eſt.n.Iambicum ſenarium perfectum.

Catalepſis, occupatio, deprehenſio.

Catalexis, terminatio.

Catalogus,pen.cor.ſermo,vel ſcriptura,quæ numerū vel ordinem deſignat.Hier.ad Oceanum. Vbi catalogus deſcribitur omnium manſionum.

Catalyma,atis,refectio, diuerſorium.

Catalyſis, diſſolutio.

Catamithus,cum i,Latino,producto,puer meritorius,quo quis abutitur, μισθὸν Græci mercedem dicunt,quaſi κατὰ μισθὸν. id eſt,pro pretio.

Cataphractus,vndiq; munitus,ex κατὰ, vndiq;, & φράκτος, munitus,à φράττω, quod eſt munio. Serui.in.i.Aened. Cataphracti equites,qui & ferro muniti ſunt,& equos ſimiliter munitos habent. Sallu. Et ſequebantur equites cataphracti.

Eſt etiam Cataphracta lorica,ſiue thorax militaris. Vnde Vegetius ſcribit exercitū Ro.pedeſtrem cataphractis & galeis fuiſſe munitum. Et Liu.li.xxxvii. pedites loricatos,Cataphractos vocat. Cataphractarii,qui cataphractis muniti ſunt. Lampr.de Alex. Cataphractarios,quos illi clibanarios vocant,decem milia in bello interemimus. Cataphractæ autē naues pro tectis nauibus accipiuntur.

Cataphrygæ,hæretici,qui in Phrygia fuerunt,ut Montanus,Priſcilla,& Maximilla.Hi aduētū ſpūſancti non in Apoſtolis,ſed in ſe traditum afferunt.

Cataplaſma, atis, emplaſtrum, ſiue malagma, quod conſtat ex floribus,eorumq; ſurculis, & axungia.

Cataploos,Græce, Latine nauigatio.

Catapotes, dicitur guttur.

Catapotia,pillulæ dicitur, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, qđ eſt deuorare,vel bibere proprie,quoniā neq; editur, neq; lingitur id genus,ſed deuoratur. Vel quòd καταπότην λέγεται λάρυγξ, λάρυγγος.

Catapulta, iaculum celere, vel ſagitta. Pacu.in Cur.

Atq; ita te neruo torquebo ut catapultæ ſolent.

Cataractas,quidam cœli feneſtras,quidam nubes,quidam ſubterraneas ſpecus interpretantur. Alii à deſcendendo,propendulas portas ſumunt,ex ligno,ſerroue,quæ demitti ac tolli poſſunt. Liu.

Pendulas & recidentes portas cataractas. Idem,

Porta cataracta deiecta clauſa erat.

Eam partim funibus ſubducunt in tantum altitudinis,ut ſubire recte poſſent. Dictæ cataractæ, q ex alto defluere videntur. Græci enim καταρρεῖν, defluere dicunt. Vnde cataractæ etiā dicuntur è terra exeuntes aquæ,& ita ex alto defluentes,vt ruere potiꝰ quàm defluere videātur,quales eſſe in Aegypto Nili cataractas legimus. Ita loca ipſa è quibus exeſit, cataractæ dicuntur. Vnde in maximis imbribus apertas eſſe cœli cataractas dicere ſolemus. Dicit & hic cataractes,quo nomine etiam dictus eſt fluuius quidam Strabo. Poſt Olbiam Pamphilæ cataractes eſt fluuius,magno ſtrepitu,ex alta rupe deiectus,vnde & nomen.

Catarrhus,Latine fluxio,ſiue diſtillatio. Differt à coryza,& brancho. Coryza,dicitur quum pituita nares tm̄ obſidet,grauedo Latinè dicta. Catarrhus vero,quum fauces,palatumq;. At Branchos, quum & guttur,& arteria corripitur,ob id & Artericum quādoq; id vitium adpellant. Omnia hic tamen Hippocrates Coryzas uocat,noſtri diſtillationes,quia Græce cataſtagmoi nominantur in cōmune. Dictus eſt autem catharrhus à καταρρέω, fluo, diſtillo, ex κατὰ, καὶ ῥέω, fluo.

Catarytus,penu.cor.Latine irriguus,ex κατὰ, ſecūdum,& ῥύαξ, riuulus,quaſi iuxta riuos. Plin.lib.v. Hipponem oppidum Aphricæ catarytum à Græcis dictum,propter aquarum irrigua.

Cataſcopium, genus nauigii exploratorii, q circunquaq; ſpeculetur.

Cataſcopus, Latine ſpeculator, eſt enim σκοπεῖν ſpeculari.

Cataſta,locus erat vbi venales ſerui exponebantur,à καθίστημι uerbo Græco, quod ſignificat expono. Tibullus. Nota loquor regnum ipſe tenet quem ſæg

pe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Eſt & cataſta machina lignea, qua ſerui uincti tenebantur. Plin. Tandem in cataſta videre chryſogonũ Syllæ. Hanc & longam & magnam compedem uocát.

Cataſtroma, penulti. produc. nauis partem, ſeu pauimentum ſignificat.

Cataſtrophæ, Latine ſubuerſio, uolumen.

Catatypoſis, dicitur ſecundum figuram, quod fit quũ aliquid iuxta alterius formam deſcribitur. ut apud Vergilius libro quarto.

Omnia Mercurio ſimilia uocemq; coloremq;.

Catecuminus, inſtructus, ſeu audiens dicitur.

Categoria, κατηγορία, ας, accuſatio, prædicamentum, κατηγορέω, accuſo, prædico. κατήγορος accuſator. Vnde categoriæ, ſiue categoremata Ariſt. id eſt. prædicamenta. Et propoſitiones quædam à Dialecticis categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latine dicere poſſumus. Sunt autem decem prædicaméta, circa quæ verſari videtur omnis quæſtio, οὐσία, id eſt, eſſentia, qualitas, quantitas, ad aliqd, agere, pati, ubi, quando, ſitus, habere. Adpellatas vero categorias conſtat, ut inquit Aug. in dial. propterea q non poſſunt, niſi à ſubiectis agnoſci. Quis enim quid ſit homo poſſit agnoſcere, niſi ſibi hominem ponat ante oculos, quaſi ſubiectum homini?

Catellus, & catella, diminutiua à Catulus. Cc.

Catena, dicta eſt, q ſe capiendo teneat, quia in ea annulus, annulum capit. Quidam hoc nomen à cane deduci putant, & ppriè dici. qua uenatici canes vincti tenentur, ſed largius ſumitur. Sene. ad Lucil. Vna eſt catena quæ nos alligatos tenet amor vitæ.

Cateno, uerbum, quod ſignificat ligo, à quo concateno compoſitum. Cc.

Catenula, diminutiuum à Catena. Cc.

Caterua, proprie Gallorum legio, ſicut Phalanx Macedonũ, quæ certo numero conſtat. Nam autore Vege. in caterua erant ſena militum milia.

Plerunq; tamen pro multitudine ſumitur.

Cateruarii, cateruatim conglobati. Sueto. in Augu. Sed & cateruarios oppidanos inter anguſtias vicorum pugnantes temere.

Cateruatim, aduerbiũ, ſignificat per varias cateruas. Sciendum eſt, quòd omnia ferè aduerbia in tim finita, ſignificant, ſicut de cateruatim dictum eſt, ut turmatim, per diuerſas turmas, uicatim, oppidatim, manipulatim, regionatim, gregatim, domeſticatim, municipatim, prouinciatim, & ſic de ſingulis. Sunt tamen aliqua q̃ nihil ab aliis differunt, ut priuatim, ut nihil differt à priuate, nec ſeparatim à ſeparate, nec properate à pperanter, nec raptim à feſtináter, nec affatim ab abundanter, nec vbertim à copioſe.

Catexochen, ſignificat per excellentiam.

Cathartica, dicuntur purgatoria, à καθαίρω, purgo.

Cathedra, dicitur ſubſellium, ἀπὸ τοῦ κατὰ καὶ τῆς ἕδρας, ſedes eſt, ſeu ſella. Et ſcribitur cum h, quia hedra incipit ab h, abiecta a, ut fit in Methodus, Ephebus, & multis aliis.

Cathinea, terra, quæ in æs conuertitur, ut fiat aurichalcum.

Catholicus, dicĩ poteſt uniuerſalis, quaſi circa omnia uerſetur, fit enim ex cata, & holon, id eſt, quippe, qđ totum dicunt.

Catiſons, dicebatur ex quo aqua Petronia in Tyberĩ fluebat, quia in agro erat cuiuſdam Cati. Cr.

Catiliatio, graue opprobrium obiiciebatur hominibus generoſis, ſi qui prouincias amicas populi Romani expoliaſſent, quòd eorum bona liguriſſe viderentur Cornucop.

Catillones, qui catillos liguriunt, & pro guloſis accipi ſolent.

Catillus, pars ſuperior molæ, ſicut meta, pars īferior. Et catillus diminutiuum eſt à catinus.

Catina, pen. cor. vrbs Siciliæ. Silius lib. xiii.

Tum catinæ nimium ardenti vicina Typhœo.

Strabo tamen Diodorus, & Ptol. non catinam, ſed catanam ſcribunt. Vnde cataneus charundas, qui leges Athenienſibus dedit, ἀπὸ τοῦ κάτω, καὶ ἄνω dicitur, quia quum ignes ex æthna erumpant, ſuperiora ima fiunt.

Catinia, dicitur adoleſcentia, & eſt nomen mulieris.

Catinus, quod & catinum dicitur, penul. produ. vas in menſa eſcaria, vbi pultem, aut iuruIenti quid ponebant, à capiendo adpellarunt. Varro ſcribit Siculo vas, in quo ponebant eſculenta, Catinon adpellare. A catinus fit diminutiuum catillus, à catinum catillum, uel catinollum.

Cato, quaſi ſapiens & cautus. Catũ enim Sabini acutum dicunt. Et cata dicta, accipienda ſunt acute dicta, ut autor eſt Varro. Porphirio tamẽ Horatianus interpres, Catum exponit pro experto & docto, quum ait Horatius,

Poſt hæc ille catus quantumuis ruſticus ibit.

Et Plin. Catos à ſapientia dictos intelligi vult, ſicut corculus. Horatius,

Catus decoræ more paleſtræ.

Sed homo catus nunquam terminat, nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum. Duo autem fuere catones celebratiſſimi, ſenior videlicet, qui & Portius, & Cenſorius dictus eſt. Alter Vticenſis, qui ſeipſum Vticæ interfecit, ne in Cæſaris manus uiuus veniret. Hic uiua uirtutum imago vocatur à Seneca, & exemplar viri ſapientis, de quo Quint. Hic, inqt, niſi creditur fuiſſe ſapiens, uix ſcio cui reliquerit huius nominis locum. De cenſorio Seneca ad Lucil. M. Cato Cenſorius, quem tam neceſſarium reipub. fuit naſci, quàm Scipionem. Alter enim cum hoſtibus noſtris bellum, alter cum moribus geſſit. Dion hiſtoricus Græcus. τήν τε γῆν ἐδέξατο πεσόντα, καὶ κατεφίλησε καὶ ἀναβοήσας εἶπεν, ἔχω σε ἀφρική, ἔχετε δὲ αὐτὴν τότε καὶ κάτων καὶ σκιπίων καὶ τὸν ἰόβαν τὸν λίβυν ἔχοντες σύμμαχον, id eſt, terrã ceu uolẽs cecipit, amplexatꝰ, & deoſculatꝰ, & exclamãs ait, hẽo te Aphrica, habuit ipſam tũc Cato, & Scipio, Iobã Lybicũ hñtes auxiliaré. Hic fuit optimus orator, optĩ. ſenator, optĩ. imperator, q librum de Re ruſt. origines, & orationes ſcripſit. Fertur à Plutarcho, q M. Cato vxorem & filium perdiderit, inducta noua victus, & medicinæ formula.

Catoblepas, aliàs Baſiliſcus dicitur, qui vel ſolo viſu hominem interficere dicitur. Vide Perotum.

Catochites, gemma impoſitam manum veluti gummi retinens. Cc.

Catogeum, domicilium ſubterraneum.

Catopyrites, gemma quæ ex Cappadocia venit. Cc.

Catorthoma, pen. produ. Græci κατόρθωμα opus virtutis rectum, Ambroſi. libro primo Offic. Hoc eſt perfectum officium quod catorthoma Græci dixerũt. κατα circunquaq;. Cicer. lib. i. Offi. recte factum interpretatur, Catorthoſis recta effectio, catorthoo, egregie cum virtute aliquid facio.

Catularia, porta. Romæ dicta eſt, quia non longe ab ea ad placandum caniculæ ſidus, frugibus inimicũ, rufæ canes immolabantur, vt fruges flaueſcentes ad maturitatem perducerentur.

Catulaſter, catuli imitator, ſicut ab Antonio, Antoniaſter. Catulaſter etiã ſignificat ipſum catulum, hoc eſt paruum canem, ſiue filium.

Catulinus, a, um, quod ex catulo, vnde Plaut. catulinã carnem eſitauiſſe Romanos oſtendit.

Catulire, eſt geſtire, & coitum maris appetere. Varro, Fœturæ principium admittendi faciunt veris principio. Tum enim dicuntur catulire, id eſt, oſtendere ſe velle maritari. Plautus, Quin meam vxorem uidi catulĩẽtem. Hinc catulitio, quæ dicitur quum canes maritari quærunt, quo etiã tẽpore terra aperit. Pli. Catulitionem ruſtici uocant, geſtiente natura ſemina accipere, eaq; animam inferente omnibus ſatis.

Catullus, per duple ll, nomen eſt Veronenſis poetæ, natus in peninſula lacus Benaci, quã uocãt Sirmiõ.

Catulus, penultima corrupta, proprie ſignificat cati, hoc eſt felis filium, propter ſagacitatem. Varro, catulus à ſagaci ſenſu & acuto. Sed ponitur large pro omni ferarum filio, ſiue immanium, ſiue mitium, unde de colubro Verg.

Catulos tectis atq; oua relinquens.

Et de leonibus, Plin. Raptor appropinquante tigridis fremitu, abiicit unum ex catulis. Plinius. Simiæ geſtãt catulos, quos manſuefactæ intra domos pepere, Idem, Murium quoq; catuli oſtentũ faciunt. Idem Delphinum catulos nominat. Lacertarum quoq; & cæterorum ſerpentium filii catuli dicunt. Hinc fit aliud diminutiuum catellus Accipitur quandoq; catulus pro ipſo cane. Apulei. Catulos ſecum ducentes uenaticos atq; ſagaces. Interdum pro quodam uinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plautus, Faciam te delicatum, catulo ut accubes ferreo. Et catulus nomen fuit uiri Romani, de quo

Lucanus lib. ii. Vt catulo iacuit Lepidus.

Catus, animal muriceps, fœminini gen. ſecundum Seruium li. de Græcis, Latinisq; nominibus. Cati uero pluralis nume. populi ſunt Germaniæ Sicambris, ut inquit Strabo finitimi.

Caua, æ, foramen in quo aues nidificant. Plin. Multo tamen efficaciſſime ripariarum pulli, ita vocant in ripirum cauis nidificantes,

Cauædium, ut Plinius Iunior in epiſtolis dictione mutilata, ſiue cauum ædium, ut Varro dictiõe integra, Locus eſt ſub dio, vacuus, cinctus undique porticibus, ad communem omniũ vſum. Huius tria ſunt genera. Tuſcanium, Corinthium, Tetraſtylon, diſpluuiatum & teſtudinatum.

Caucaſus, pen. cor. mons Indiæ editiſſimus, ad Septẽtrionem verſus Scythas, Indiam à Scythia dirimens aſper & inhoſpitalis. Verg.

Sed duris genuit te cautibus horrens

Caucaſus. Hic fertur ſideribus proximus, unde aſtra maiora viſuntur, & eorũ ortus, occaſusq; diligenter perſpiciunt. A caucaſo fit caucaſeus, a, um. Verg.

Caucaſeasq; refert volucres.

Cauchæ, campi ſunt, quos Tygris fluuius Septentrionem verſus, flexus ſecat. Cc.

Cauda, quam veteres etiam codam dicebãt, inde caudati, & codati, dicuntur qui caudas habent. Interdũ ponitur Cauda pro virili membro. Hora. in Sermo.

Quæcunq; excepit patienter verbera caudæ.

Idem libro primo.

Accidit ut quidam teſtes caudamq; ſalacem.

Demeteret ferro.

Caudacus, ſignificat ſuauem, & manſuetum.

Caudacæ, ciſtellæ adpellatæ ſunt ex iunco, ad ſimilitudinem caudæ equæ factæ. Cc.

Caudex, pro cautex, d, pro t, poſito, ſimiliter et Codex dicitur, prima pars arboris cui radices adhærent, liber, ſiue tabula. Lact.

Caudice diſſecto lachrymat ſua gaudia palmes. Ver.

Quin & caudicibus ſectis mirabile dictu.

Et caudex eſt plurium tabularum contextus, unde tabulæ codices dicuntur, & naues quibus commeatus ſubuehitur caudicariæ, ſiue codicariæ adpellantur. Vnde appius Claudius caudex cognominatus eſt, quoniã primus Romanis perſuaſit nauem conſcẽdere. Sene. de breuitate uitæ. Claudius, is Caudex fuit ob hoc ipſum adpellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos uocatur. Ponit & pro duro ſedili, ſeu pro ſede meretricia, quæ plerunq; ex truncis fieri ſolet. Iuuen.

Horrida quale facit reſidens in codice pellex.

Caudicalis, ad caudices ſcindendos idoneus. Plaut. in in Pſeu. Te cum ſecuri caudicali præficio prouinciæ id eſt, præpono te oneri ſcindendorum lignorum, quæ caudicis nomine adpellantur.

Caudicariæ, naues, quæ commeatus per Tyberim ſubuehunt, quòd ex lignis groſſioribus cauatis fierent. Fitq; à caudice, dum pro trunco ſeu tabula ponit, quæ & codicariæ dicuntur.

Caudis, oppidũ Samnii, unde caudinæ furcæ, & caudinæ fauces, nobilitate inſigni clade & ignominia, quam Romani exercitus ſub Sp. Poſthumio à Samnitibus acceperunt.

Cauea, à cauo fit ſignificatq; locum ſub terra vacuũ atq; obſcurum. Quoniam uero in huiuſmodi locis eſſe conſueuerunt ferarum cubilia, Caueas pro ipſis ferarum receptaculis uſurpamus, Apuleius Beſtiam factum immittimus caueæ. Suetonius Beſtiarum more quadrupedes cauea cohercuit. Et ab harum ſimilitudine pro ſectis ex ligno, ſiue ex ebore, aliáue

materia

materia factis, in quibus auiculas tenemus, quas vulgò etiam caueas uocant. Plaut. in Cur. Quia enim in cauea ſi forent concluſi itidem ut pulli gallinacei. Item cauea eſt area in medio theatri, in qua equitũ ſubſellia conſtituta eſſe conſueuerunt, quòd velis tecta caueæ ſimilitudinem haberent. Verg.

Hic totum caueæ conſeſſum.

Plaut. in Amph. Vt cõquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caueã ſpectatoribus. Quandoq; ponitur pro populi conſeſſu.

Caueo, es, caui, cautum, ſignificat fugio, vito. Ambr. Caueatur iracundia, aut, ſi præcaueri non poteſt, cohibeatur. Interdum cauere, eſt attendere, & diligenter prouidere, ut, caue tibi, id eſt, attende & prouide ne quid mali tibi accidat. Valerius Max. Caue tibi Roma. Plau. Caue, nemo id intelligat. Interdũ ſignificat abſtinere, & tunc cum ablatiuo mediante præpoſitione conſtruitur, quamuis in ſenſu idem ſit cũ fugito, ut, caue ab illo, caue ab errore, q͂ eſt abſtine ba errore, ſeu fuge errorem. Et ſic ſemper habet in ſe negationem, ſicut alia uerba prohibitiua. Vnde rectius dicitur, Caue facias, quàm, Caue ne facias, quum tamen & idem ſit, & vtroq; modo dictum reperiatur. Cice. Treba. Tu qui cæteris cauere didiciſti, ne ab eſſedariis decipiaris, caueto. Proper.

Tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ.

Dicimus etiam, caue ut facias hoc. Inuenit̃ & cauo, is, in eadem ſignificatione. Horat. in Serm.

Vade, uale, caue ne titubes, mandataq; frangas.

Vbi ue, ſyllaba exiſtente breui, imperatiui modi, caue coniugationis tertiæ eſſe conuenit. Nam caue à caueo, producitur. Hinc componitur Præcaueo, q͂ eſt diligenter caueo. Terent. Hoc tempus præcauere mihi me monet.

Cauerna, dicitur quia caua Græce Crypta dicitur, hoc eſt, cõcauitas quædam terræ uacua atq; obſcura, vnde cauernoſus, a, um, pro loco, paſſim uacuo, & uelu ti cauernis pleno.

Cauiares hoſtiæ, dicebantur & Cauæ, erant enim partes hoſtiæ caudetenus, quæ in ſacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur. Cc.

Cauilla, æ, Cauillum, & cauillæ, irriſio quædam iocoſa, uulgò ſeritium, ſiue calme dicitur. Plautus, Pone hoc ſit, aufer cauillam. Idem in Tru. Poſtquam in vrbem crebro conuenio, hic factus iam ſum cauillator Probus, quid id eſt, amabo? iſtæc ridicularia, cauillationes uis Opinor dicere, ita ut pauxillum differat à cauillis.

Cauillo, as, cauillor, aris, deponens, à caluo, ir, ſit l, litera abiecta, ſignificatq; fallacia, & dolo utor. Vnde Boe. ſuper Top. ſcribit Cauillationem partem quandam logices eſſe quum inquit, Colligendi facultas tripſici diuerſitate tractatur. Aut enim veris & neceſſariis argumentationibus diſputatio decurrit, & diſciplina vel demonſtratio dicitur. Aut tantũ probabilibus, & dialectica dicitur. Aut aperſiſſi... è falſis, & ſophiſtica, & cauillatoria perhibetur. Sic Sene. & Cicero cauillationes dixerunt, quæ Græce Sophiſmata nuncupantur. Vlpi. Cauillationis natura quam Græci Sophiſticam adpellauerunt, hæc eſt ut ab euidenter ueris, per breuiſſimas mutationes diſputatio perducatur. Caius Iureconſul. definit, quòd ſit ſub dola ratio, quam conſcii nobis mendacii, uincendi tamen cauſſa proferimus. Cicero libro ſecundo de Orat. accipit Cauillationẽ pro generali quodam facetiarum genere, tanquam ſcommate faceto & cauillo diaculo, & faceta vrbanitate, quum inqt. Quam duo ſint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum, & breue. ſuperior cauillatio, altera dicacitas nominata eſt, idem libro quarto de natura Deorum. Cauillari pro cauillum dicere accipit. Atq; etiam in eo cauillatus eſt, æſtate grauem eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum. Sueto. Veſpa. Et maxime tamen dicacitatẽ in deformibus lucris adfectabat, ut inuidiã aliq̃ cauillatione dilueret, traſferretq; ad ſales. aliàs ſignificat irriſionem.

Caula, Latine ſtabulum dicitur, in quo oues reconduntur, addita c ἀυλή quod non ſolum atrium uel aulam, ſed etiam ſtabulam. & omnia ſepta deſignat. Feſtus à cauo caulã deriuat, quòd antiqui antè vſum tectorum, oues in antra ducebãt, ſed verius ἀπὸ τῶν καυλῶν. Nam etiam nunc fiunt ex viminibus.

Caulesco, is, à caule eſſe conuenit. Eſt autem Cauleſcere virgam fieri, licet quandoq; ponatur pro folia producere. Vnde & Decalueſcere cõtrariũ, quod ſignificat ſine folis fieri. Plinius libro decimo nono Raphanus uti iucundior detractis foliis antequàm decalueſcat.

Cauliar, ex caule ſuccus, qui in uaſe conlectus admiſto furfure, ſubinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur.

Cauliculus, diminutiuum. Plinius, Hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior. tenereorq; cauliculus.

Caulinum vinũ, ad quartũ lapidem à Neapoli diſtãs ab agro ita nominatum. Cc.

Caulis in herbis dicit̃ ipſum robur, ſiue ſtipes, id eſt, ea herbæ pars, unde ſe producit folia aut ramuſculi. Plinius libro decimooctauo, Sed maior pars maiunt fabalia maturæ ſationis, quàm trimeſtrem fructum eius. Nanq; ſiliquæ caules q; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Et accipit ſiliquas pro corticibus, caules pro ſtipitibus. Idem de gentiana. Folio fraxini, ſed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis craſſitudine, cauo & inani, ex interuallis foliato, triũ aliquãdo cubitorum. Sed quoniam nulla penè herba, maiorem caulem habet quã braſſica, ideo pro braſſica ponitur. Similiter in arboribus, & in uite. Caulis dicitur robur ad quem alimentum defertur, & intelligitur quod ſupra terram exurgit. Planta eſt radix unde alimentum attrahitur à terra. Ramus, quod à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Var. Ex ſarmento caules q̃ nati ſunt de his plurimum ualẽt.

Vergilius libro duodecimo.

Pubesibus caulem foliis

Ponitur & pro quibuſcunq; holeribus. Iuue.

Spes homini, caulis miſeris, atq; ignis emendus.

Quandoq; pro cauda. Plinius lib. vndecimo, Boum

caudis longiſſimis caulis,atq; in ima parte hirtus. Idem, Aſinis longior,quàm equis,ſed ſetoſus veteri nis. Leoni infima parte,vt bobus & ſorici , at pan theris non item,vulpibus & lupis uilloſus , & ouibus quippe procerior. Sues intorquent,canum de generes ſub aluum deflectunt. Quandoq; ſicut docet Seruius,ſumitur pro virili mẽbro,quãdoq; pro ferro,& pro quolibet haſtili. A caulis fiunt compoſita, Vnicaulis,& Multicaulis. Idem lib. xii. Eſt & illa differẽtia,quòd in his multicaulia,ramoſaq; ſunt ut carduus.

Caulon,oppidum quod à Plinio collocaſ in prima regione Italiæ. Et Strab. in. vi. Cauloniam adpellat à Locris conditam. vbi vinum optimum naſcitur.

Cauma,atis, Latine color, ἐξ τοῦ καίομαι λέγεται. ex καίομαι id eſt vro dicitur.

Caunus,inſula in mari Oceano,& æſtate & autumno peſtilens, propter æſtus ac pomorum copiam. vnde caunii colore admodum viridi,pallenteſq; exiſtſit, in quos olim Stratonicus citharœdus verſu Homerico ita iocatus eſt. Tale quidem genus eſt hominũ, quale eſt foliorum. Ab hac ciuitate aduehebantur ſici Cauneæ dictæ, Cicero libro ſecũdo de diui. Quũ M. Craſſus exercitum Brundufii imponeret, quidam in portu caryeas,cauno aduectas vendens. cauneas clamitabat.

Cauo,as,fodio,euacuo. Plinius libro trigeſimo ſexto In Syphno lapis eſt,qui cauatur,tornaturq; in vaſa coquendis cibis utilia. Huius compoſita ſunt, Cõcauo, Excauo,& Recauo,penultima correpta.

Ouidius libro ſecundo. Metamorph.

Eſt locus in geminos vbi brachia concauat arcus.

Hiero. ad Euſt. Quod petras excauet, & habitet coluber in foraminibus earum.

Caupo,generis comm. tabernarius,hoc eſt, eſculentorum poculentorumq; etiam vẽditor. Vlp. Caupones & ſtabularios æque nos accipiemus,qui cauponam vel ſtabulum exercent.

Caupona,vocatur tam mulier,quæ vinũ vendit,quã ipſa taberna uinaria.

Cauponaria,æ,ars cauponandi.

Cauponius,a,um,quod ad cauponem pertinet,vt ars cauponia. Iuſti. lib. i. Iuſſitq; cauponias & ludicras artes & lenocinia exercere.

Cauponor, pen. prod. ſignificat lucri cauſſa quaſi ad cauponem vendito. Ennius,

Non cauponantes bellum ſed belligerantes.

Ferro non auro vitam cernamus utriq;.

Cauros,inſula erat,quæ poſtea dicta eſt Andros dẽinde Antandros.

Caurus,ventus ab Occaſu flans,qui & corus dicitur.

Cauſia,aliàs cauſea, tegmen capitis aptum colori. Vale. Max. libro quinto , Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia,qua velatum caput more Macedonum habebat.

Cauſon,æſtus ſeu ardor. Inde ab Hippocrate & Auicenna Cauſon febris æſtuans adpellatur.

Cauſſa,proprie dicitur id,ex quo,vel propter quod, vel per quod,vel à quo aliquid fit. Vnde quatuor Cauſarum genera ſcripſit Ariſt. Materialem, ex qua aliqd fit. Formalem,per quam aliquid tale fit. Efficientem,à qua aliquid fit. Finalem cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem Deum , cauſam cauſarum eſſe affirmat. Per tranſlationem tamẽ Cauſſa,dicitur omnis actio , quam in ſenatu vel in foro habemus. Vnde tria eſſe cauſſarum genera ſcribit Cic. demonſtratiuum,deliberatiuum,& iudiciale. Ex his tamen magis proprie cauſſa dicitur quæ iudicialis eſt vnde, & cauſſam pro lite ac cõtrouerſia ponimus. Vt, Cicero diligenter egit cauſſam Milonis. Hinc cauſſidici, dicuntur patroni, qui in cauſſis, iudiciiſq; verſantur. Interdum Cauſſa dicitur occaſio. Teren. in Eunu. Iam diu aliquam cauſſam q̃rebat,quam ob rem aliquam aliquid inſigne faceret. Interdum dicitur excuſatio. vt, houeſta eſt cauſſa mei diſceſſus. Interdum ratio dicitur.

Ouidius libro primo, Faſt.

Tempora cum cauſſis Latium digeſta per annum.

Interdum dicitur origo,vnde & quidam cauſſam à caſu dictam exiſtimant,quòd initia & origines rerũ, quæ cauſſæ ſunt, caſu eueniant. Nonnulli à chaos, detracta aſpiratione,quòd confuſa illa materia prima omnium cauſſa fuerit. Alii à Græco καῦσις, quod ardorem ſeu incendium ſignificat quòd cauſſa ſit, quæ nos accendit ad aliquid agendum. Alii à cauendo,quod ea ſit,quæ cauet ut aliquid agatur, aut nõ agatur. Et cauſſa pars adpellatur. Lucan. lib. i.

Victrix cauſſa Deis placuit,ſed victa Catoni,

Diminutiuum à cauſſa eſt Cauſſula.

Cauſſa abſentiæ,à militia morbus ſonticus dicebatur. Cornucopiæ.

Cauſſarii milites, dicuntur à Liuio libro ſeptimo qui propter honeſtam cauſam,puta valetudinem, à militia ſoluuntur,quaſi valetudinariis, ſiue ſontici, aut qui omnino cauſſam & admonitionem habebant ex morbo, ſenectute've. Tertius, inquit, exercitus ex cauſariis ſenioribus à T. Quintio conſcribatur , qui vrbi mœnibuſq; præſidio ſit. Sic Cauſſaria miſſio,dicitur per quam milites ſoluũtur à ſacramento militari. Vlpianus, Cauſſaria inquit miſſio eſt,quæ propter ualetudinem laboribus militiæ ſoluit.

Cauſſatio,quandoque ponitur, pro vitio interiore, & ægritudine. Palla. libro primo, Si ſaluo capite in pulmonibus,ac thorace, aut illa eſt, aut rara cauſſatio.

Cauſſatiuus,a,um,quod eſt cauſſa vt aliqd fiat. vt, nimia repletio eſt cauſſatiua infirmitatis , quamuis etiam aliquando Cauſſatiuũ dicaſ,quòd antecedẽtẽ cauſſam ſignificat,ſicut & Cauſſale, vt coniũctiones cauſſales,ſeu cauſſatiuæ.

Cauſſidicus, pen. corr. dicitur patronus qui in cauſſis iudiciiſq; verſatur.

Cauſſificor,cauſſam dico. Plau. in Aul. Non cauſſificor quin ego illam habeam potiſſimum.

Cauſſo,as,induco,efficio. Hiero. ad Euſto. Sæpæ etenim in fabis & ordeaceis panibus, nimia auiditas, grande peccatum cauſſat.

Cauſſor,aris deponens ſignificat rei geſtæ cauſſam adfero ſeu reperio,& excuſationem adduco. Suet. in Nero. Cauſſatus nõdũ eſſe fatalem horam. Idem. Syllanum item ſocerum ad necem,ſecandasq́ nouacula fauces compulit,cauſſatus quòd ſe ingreſſum turbatius mare,non eſſet ſecutus. Gel. Negotium ſibi eſſe cauſſatur. Verg.

Cauſſando noſtros in longum ducis amores.

Cauſſari,etiam culpare eſt. Hiero. contra Vigil. Cauſſabantur quondam Apoſtoli quòd periret unguentũ,ſed domini voce correcti ſunt. Idem contra Rufi. Quicquid enim me non feciſſe cauſſaris. quare non ipſe feciſti?

Cauſtica medicamenta,ſunt quæ habẽt vim cauſticã, id eſt vſtiuam.

Cauſton,Latine dicitur vſtile. Plinius,Quartum cauſtum ad ellychina.

Cauteres,idem quod Cauteria,quos Palladius habẽdos eſſe in inſtrumento ruſtico præcipit.

Cauteriatus,a,um,quod eſt cauterio notatum. Vnde ab Apoſtolo Cauteriata conſcientia dicta eſt quaſi cauterio notata,qualis in hypocritis eſt.

Cauterium,Inſtrumentum eſt,quo notæ imprimunt, & morbi aliòqui inſanabiles inuri ſolent. Præterea Cauterium in pictorum inſtrumentis continet,quo bituminationes,& fortiores quæq; cõglutinationes concoquuntur, maxime in ea pictura, q̃ encauſtice adpellat,quæ fit carbonibus muſtis,reſolutis igne ceris. Martianus titulo de fundo inſtructo ſic refert,Pictoris inſtrumento legato,ceræ colores ſimilia q́ horum legato,cedunt. Item peniculi, & cauteria,& conchæ.

Cautes,vide in dictione cos cotis.

Cautum eſt,ſignificat prouiſum eſt,cautio eſt,cautione opus eſt,ſeu prouidendum eſt.

Cautus, & per ſyncopen catus, ſumitur pro homine prudenti,qui ſibi fecit cauere, nonnunquam pro re cui cauetur. Cicero pro Ceci. Quò res mulieri eſſet cautior. Vnde Incautus, qui neſcit ſibi cauere. Liuius libro tertio,In incautum hoſtem decumana porta erupit.

Cauus,a,um,proprie concauũ,vacuũ à chaos quod quaſi vorago quædam erat inanis. Verg.

Tum Dea nube caua tenuem ſine viribus vmbram.

Cauus,locus cauatus,ſeu elbuſo,vulgo dicitur cõcauus. Varro,Facere his cauos oportet, laxiores vbi pullos parere poſſint. Colu. lib. xii. Deinde cauum quem feceris ſurculo obturato. Idem ſcribit Cauũ eſſe locum,qui inter ædium parietes relinquebat, patulus vt eſſet.

Cayſter,fluuius Lydiæ, Sardibus proximus, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι, hoc eſt,amburi,quoniam propinquus ſit Catacecaumenæ quæ pars eſt Epheſiæ prætorride & deuſtæ,fertilis nulla præter uitem arbore, ſed vino præſtantiſſimo,quod Victru. & Plinius,Catacecaumenitem ex hac origine denominant. Hinc Cayſtrianus campus. Stra. Poſt egreſſum Cayſtri amnis lacus eſt Selenuſius cognomine, in alterum ſtatim lacum interfluens.

Cayſtrus, fœminini generis, vrbs eſt Ciliciæ mediterranea.

C ANTE E

Ceſyllabica adiectio, q̃re infra in dictione Met. Cecrops, primus Athenienſium rex qui annis quinquaginta regnauit. Hic Athenas inſtaurauit, à Cecrops fit Cecropius,a,um,poſſeſſiuum.

Vergilius libro quarto Georgicorum.

Cecropias innatus apes amor vrget habendi.

Cecropis,idis,patronymicum fœmininũ. Et Cecropidæ Athenienſes dicti ſunt. Suidas noſter, κέκροψ αἰγύπτιος ὢν τὸ γένος, ᾤκησε τὰς ἀθήνας, ὅθεν κεκροπίδαι ἀθηναῖοι. id eſt, Cecrops Aegyptius exiſtens genere, Athenas incoluit, vnde Cecropidæ Athenienſes.

Cecryphalea,promõtoriũ,ſeu inſula Peloponeſi,vbi Athenienſes ab Aeginetis prælio ſuperati fuerunt.

Cedar,regio Arabiæ,vt apud Eſaiam,Auferet omnia gloria Cedar. Nam vt inquit Hieron. Ex Hiſmael cedar, & Aggarenos,qui peruerſo nomine Sarraceni vocantur eſſe generatos dicimus.

Ceditiæ tabernæ,non à cædẽdo dicti,ſed à domini nomine,qui ceditius vocabatur.

Cedo,is,ſi,ſum,vide in dictione Cædo,is.

Cedras,oppidum Cariæ,à quo cedriatæ,cedreiq́.

Cedria,primus ſudor,q defluit in canali dum pix fit, cui tanta eſt vis,vt in Aegypto corpora hominũ defunctorum ea perfuſa,ſeruentur.

Cedrides,pen. cor. fructus cedri.

Cedropolis,oppidum in caria à quo cedropolitæ.

Cedros,inſula eſt in Germaniæ littoribus,cedri genere ſyluoſa,inde electrum in petras defluere dicitur. Cornucopiæ.

Cedroſis,vinea alba quam nonnulli Ampeloleucen vocant.

Cedrus, arbor maxima, quæ in ædificiis utilitatem præſtabat, eò quòd huiuſmodi materies & procera ſit, nec oneroſa parietibus. Eius folia ad cupreſſi ſimilitudinem reſpondent, lignum iucundi odoris eſt,& diu durans,nec à tinea vnquam exterminatur. Vergilius,

Dant alios aliæ fœtus dant vtile lignum.

Nauigiis pinos domibusq́ cedrum atq; cypreſſos.

Ex hac arbore naſcitur oleum,quod cedreleum dicitur, vt Victru. libro ſecundo inquit. Quo ſeliquæ res,quæ vnctæ; uti etiam libri, à tineis & carie non læduntur. Iuxta quem ſenſum,

Perſius dixiſſe videtur.

Et cedro digna locutus.

Hinc fit nomen poſſeſſiuum cedrinus,a,um. Scribit Theophra. lib. iii. Cedrum eſſe iunipero non abſimilem,ſed foliis maxime diſtare.

Celaduſa,inſula proxima Ortygiæ,quam alii Artemitem vocant.

Celæno,cum diphthongo,fuit vna ex Harpiis,& atra ſeu tenebroſum ſignificat. Græcé, κελαινός niger.

Celebreſco,celebris fio. Accius,

Et qualiſcunq; fama celebreſcat tua.

Celebris, & hoc Celebre, penu. cor. diſtinguitur à frequenti, ꝙ Frequés dicatur creber, ſiue de loco, ſiue de re animata, ut frequens miles, frequens ſenatus, id eſt, creber, copioſus, multus, frequétes domus, id eſt, crebræ, multæ. Aliquando dicitur quod ab aliis frequentatur, vt, freqoens templum, in quod multi conueniunt. Et Infrequens, parum frequentatum, ut, Infrequens forum, in quod paoci vel rari côuenifit. phœnix infrequens auis, id eſt, quæ rara reperitur, Cic. Rei militaris te infrequentem tradidiſti, id eſt, fugientem ſignis, & raro in pugna intereſſent. Celebris vero proprie dicitur velox. Accius, Celebri gradu celeraſſe docet. Quoniam vero Accelerare gradum, frequentare eſt, factum eſt vt Celebre, ꝑ frequenti accipiatur, & quod in omnium ore verſatur. Et hoc paſſiue tam ad rem, quàm ad perſonam relatum. Cice. lib. ii. Ad Heren. Locus quæritur celebris' ne ſit, an deſertus, id eſt, qui celebratur. Hinc celebritas, frequentia. Quint. Ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate & in media Rep. viuendum eſt, aſſueſcat à puero, non formidare homines.

Celebriter, aduerbiũ, ſignificat cum cultu & honore.

Celebro, as, freqoento. Var. Cui non tam cura erat ut templa Deorum, quàm ut popinas celebraret. Per tranſlationem tamen quoniam quæ frequentamus etiam colimus. Celebrare pro colere, & venerari ponitor, & celebritas, pro cultura atq; honore. Hinc celebrare laudibus, & virtutũ celebritatem dicimus. Item celebriorem, & celeberrimum, pro honoratiorem, & honoratiſſimum.

Celena, celenæ, penul. produ. locus campaniæ Iunoni ſacer. Verg. libro. vii.

Atq; arua celenæ.

Celenæ, pluralis tantum numeri, fuit vrbs Phrygiæ. Luca. Lugent damnatæ Phœbo victore Celenæ. Poteſt tñ declinari ſingulari numero celena, celenæ.

Celer, idem eſt quod velox, à qoo celerrimus, & celeriſſimus fiont ſuperlatiua ſecundum Priſcianum.

Celero, as, pen. cor. celeriter aliquid facio, à quo Accelero compoſitum.

Celetes, penoltima producta. Græce ὅτι κελεύω κέλητες, exhortor, vocantur equi, qui ad curſum ſoli adhibentur, ſine bigis vel quadrigis. etiam nunc uigia, ut his temporibus fieri ſolet. Nam qui bigis, quadrigis' ue adhibebantur ad curſum, Deſultorii dicebantur. Plinius,

Antiqui Celetas tantum dicebant in ſacris.

Poſtea vero & qui bigis vel quadrigis oiciſſent, Latinè dicuntur Deſoltorii, ꝙ ex his facile deſiliatur.

Celetes etiam teſtudines dicuntur.

Celeuſma, clamor nautarum, & aliorum, quum uno aliquid iubéte, omnes vniformiter reſpôdent, quaſi ſibiinuicem iubentes. Hieronymus apud Hieremiã, Celeuſma quaſi calcantium concinetur aduerſus omnes habitatores terræ.

Cella, dicta eſt, quòd in ea celentur, q̃ eſſe volumus occulta. Græci Apothecam dicunt, in qua res eſculentæ & poculẽtæ reponũtur, quãuis proprie Apotheca cella vinaria ſit. Capit autem Cella ſignificationem, ut illi adiectiua iunguntur, vt cella vinaria, cella olearia, cella farinaria, cella pomaria, cella lignaria, cella libraria, cella caſearia. Et omnis locus in quo quid reponitur cella dicitur. Vnde Vergilius fauorum cauernas Cellas vocauit, quum ait.

Diſtendunt nectare cellas. Item loca, in quibus lauamur, aut vngimur in domo, cellæ dicuntur. Et loca, ad quæ religioſi ſe ad quieſcendum conferũt, cellæ vocantur. A quo nomine Hiero. formauit diminutiuum. Vna quæq;, inquit, cellulam adeat, benedictiõe matris ſuſcepta. Et cella, pars templi erat ſacratior, in quam ingredi fas non erat. Vnde apud Gell. legitur Scipionem in capitolium veniſſe, iuſſiſſeq; cellam Iouis aperiri, ibiq; ſolum demoratum fuiſſe. Liuius lib. iii. In cella Iouis Optimi Maximi habitaret exul.

Cellaria, locus vbi conditur vinum. Plaotus in mil. Ego eiiciar cellaria. Et cellaria, quæ præeſt in cella. Idem, Succeſent cellaria.

Cellarium, videtur ea figura dici, qua granarium, panarium, vt pro cella ac repoſitorio accipiatur. Sed eſt paocorum dierum, Peno longi temporis. Hanc cellolam promptuariam, ſeu promptuarium adpellant, in quo conduntur, & ex quo promuntur, ad victum neceſſaria. Hier. Conſyderate coruos, quibus non cellarium, neq; horreum, & Deus paſcit illos. Vnde in ſacris literis cellaria pro ſepulchris poni ſolent, vt eſt illud propheticũ, Populus meus intra cellaria tua aliquantulum donec ira mea tranſeat. Vbi Hiero. Cellaria ſepulchra ſignificãt, de quibus hoc vtiq; profertur, quod conditum fuerit. A penore etiam, is locus Penarium, & Penaria, ſeu Penuaria cella nuncupatur. Cice. in Ver. M. Cato ſapiens cellam penuariam reipub. noſtræ nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. Huius diminutiuum eſt cellariolum. Hierony. Sunt & culinæ in templo, ſunt & cellariola.

Cellarius, qui in cella præpoſitus eſt, ut rationes ſaluæ ſint, aut penoribus recondendis. Columella, Vt cibus & potus ſine fraude à cellaribus præbeatur. Plaotus in capt. Prome quiduis, te facto cellarium. Idem cellarios promos, & condos oocat, ꝙ & de intus promant, & intus cõdant. Ait enim in Pſeu. Promus & condus ſum ꝓcurator peni. Auſo. Promusq; quàm condus magis.

Cellatim, aduerbium ſignificat abſcondite Gel. Quã maxime cellatim poterat, in inſidiis duo diſponit.

Cello, as, abſcondo, ſiue ſciri nolo. Cõſtruitur modo cum vno dũtaxat accuſatiuo. Lact. lib. v. Vtrum' ne profitebitur fugitiuum ſe, uel peſtilentem domum vendere, an cellabit emptorem. Modo cum duob'. Plaut. in Bac. Aedepol feciſti furtum ætati malum, quũ iſthæc flagitia me cellauiſti & patrem. Modo cum ablatiuo mediante præpoſitione. Cice. Treba. Sed Baſſus noſter, de hoc me libro cellauit.

At quum paſſiue ponitur, res ſiue perſona, per quã quis aliquem cellauit, ponitur in nominatiuo. Ter. in Eunu. Vbiubi eſt, diu cellari non poteſt.

Cello, is, quo veteres utebantur pro cedo, nunc compoſitus

poſitis tãtum vtimur. Excello, & Præcello, quod eſt excedo, & antecedo.

Celox, genus nauiculæ breuis à celeritate. Apuleius lib. de Rep. Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Hanc & celotem uocant, & Oxiam. Hanc Rhodii inuenerunt.

Celſus, à cello, altus, ſublimis, excellens, à κέλης, qui ſublimis equo vehitur, à quo Celſitudo, pro excellentia.

Celtæ, populi Galliæ, qui quum veniſſent ad Iberum Hiſpaniæ fluuium, ibiq; conſediſſent, retenta primi nominis parte, & aſſumpta parte fluminis iuxta quod conſederant, celtiberi dicti ſunt, & regio eorum celtiberia. Vnde Lucan. lib. iiii.

Profugiq; à gente vetuſta.
Gallorum celtæ miſcentes nomen Iberi.

Celtiberi, populi in Hiſpania à celtis Gallis, & Iberis Hiſpaniarum conſociatis dicti ſunt, à quibus celtibericus, a, um, nomen poſſeſſiuum, ut bellum Celtibericum.

Celticum, promontorium Hiſpaniæ in Oceanum procurrens.

Celtis, eſt arbor inſignis, magnitudine piri, de genere lotorum, in Aphrica creſcit, ſciſuræ in foliis crebriores faciunt, ne ilicis videantur, fructui magnitudo fabæ, color croci. Tam dulcis ibi cibus eſt, vt nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Cornucop.

Celydrus, ornatus muliebris. Iuue.
Donat arcana celydros.

Cemelio, oppidum Lyguriæ in alpibus ſitum, quod à Ptolomæo cemeleon dicitur, quaſi à Cemeno mõte videri poſſet appellatum.

Cemenos, Græci eos montes uocant, quos noſtri Gebenna, longe ab Alpibus ſummotos, à Cemeno Alpium monte Varus amnis in Narbonenſem uerſus delabitur.

Cenchris, auis genus, Latinè tinnunculus dicitur, à tinnitu vocis, ex accipitrum genere, quem Ariſto. libro ſexto de animalibus ſolum ex adunco genere quaterna, & eo plura oua parere dicit, dicta eſt cẽchris, quaſi miliaria. Plin. Fimum cenchridis albugines extenuat. Eſt & cenchris, vt inquit, Hieron. locus corintho vicinus, imò portus ipſius Corinthi. vt eſt illud Apoſt. Commendo vobis Phœben ſororem noſtram, miniſtram eccleſiæ, quæ eſt cenchris. Plinius libro. iiii. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, anguſtiarũ termini. Et cenchris, ſerpens maculis plena, Thebaino marmori ſimilis. Lucanus.

Et ſemper recto lapſurus limite cenchris.
Pluribus ille notis variatum tingitur aluum.

Cenchrites, gẽmæ ſpecies, quæ veluti ſparſa milii grana habere videtur. Cc.

Cenchron, adamantis genus eſt, quòd ſit milii magnitudine, κέγχρος enim milium dicitur. Cc.

Ceneia, dicta eſt Atalanta Cenei. filia. Cc.

Cenina, ciuitas Italiæ, à qua ceninenſes populi.

Cenomani, fuerunt populi Galliæ ciſalpinæ, quorum caput vrbs Brixia fuit.

Cenos, Latinè vacuus. Vñ cenodoxia, inanis gloria.

Cenotaphium, uacuum ſepulchrum, ὅτι κενὸς λέγεται, καὶ τάφος ἀπὸ τοῦ τάπτειν. id eſt, quoniã κενὸς vacuus dicitur, & τάφος, ſepulchrum, τάπτειν, ſepelire. Eſt enim vt capſa, quæ ponitur in templo ad officia mortuorum.

Cenſeo, es, ſui, cenſum, pen. correpta, ſignificat exiſtimo. Liuius libro ſexto de bel. Pu. Cenſent eo venturum obuiam Pœnum. Item cenſere, cõſtituere, deliberare. Nam ſenator cenſet quum ſententiam dicit de eo, quod ſibi uidetur, aſſentitur, quum alienam adprobat. Vnde dicimus Senatus aliquid cenſuit, à quo etiam cenſoris nomen tractum uidetur. Item cẽſere, ſuccenſere ſignificat. Varro, Ne uobis cenſeam ſi ad me referretis. Item eſt in æſtimatione. Boe. in Top. Quoniam faciẽdi liberi tres ſunt partes. Vna quidem ut cenſu liber fiat. Cenſebantur enim antiquitus, ſoli ciues Romani. Inuenitur etiam Cenſio, ſis, ſiui, ſitum, pen. produ. Ouidius,

Priſca recenſitis euoluere ſecula faſtis.

Compoſita à cenſeo ſunt, Accenſeo, Percẽſeo, quod eſt perfecte cenſeo, numero. Columella. Ruſticationis magna & diffuſa materia eſt, partesq; ſi uelimus eius percenſere, uix numero comprehendimus. Recẽſeo, & Succenſeo.

Cenſio caſtigatio, unde cenſionẽ facere dicebãtur cẽſores, quum mulctam equiti irrogabant.

Cenſio haſtaria, uocabatur quum militi mulctæ nomine ob delictum militare indicebatur, ut haſtas daret. Cornucopiæ.

Cenſor qui cenſuram gerit. Cenſores magiſtri morũ erant, à cenſendo, id eſt, arbitrando dicti, quòd illis ſummum arbitrium erat aliorum morum. Varro, Cenſor ad cuius cenſionem, id eſt, arbitrium cenſeretur populus. Feſtus, cenſores dicti, quod quiſq; tanti ſua æſtimaret, quantum illi cenſuiſſent, quod non abſurde uidetur, quia & rerum & morum cenſores erant. Vnde Plutarchus in Aelio cenſura maxime omnium magiſtratum reuerentiæ, plurimæ poteſtatis, tum in aliis rebus, tum maxime ad morum emẽdationem. Nam ſenatores, è ſenatu remouere poteſt, equitibus equos adimere, ex plebeis, ærarios facere, notare infamia, cenſum agere, luſtrum condere. Erant autem duo cenſores, qui quinto quoq; anno creabantur.

Cenſoriæ, ueſtes, dicebantur quibus cenſores merito uti poſſent. Cc.

Cenſorius, uir, qui cenſor fuit, uel qui dignus eſt, ut cenſor ſit propter morum grauitatem, qui alios iudicet. Frequenter tamen iungitur rebus, ut cenſorium dictum, quod eſt cenſoris, ſeu quod ad cenſorem pertinet

Cenſuales, qui cenſoribus aſſiſtunt, famulãtur. Sidon. ad Namatium. Miſtus turmæ cenſualium æmulatorum conſulis proxime proximus eram.

Cenſui agri, dicebãtur q emi & venire iure ciuili poterant. Cornucop.

Cenſum, Eubœæ promontorium in Septentrionem directum.

Cenſura, cenſoris dignitas, ſicut à prætore prætura, ſicut quum dicimus, cenſor, qui gerit cenſuram. Accipitur interdum pro ſeueritate, correctione, decreto, & lege.

Cenſus, us, annuus redditus, & quicquid fortunarum quis habet. Quinti. Abiere uires, cenſus, mens. Vnde qui centum milia æris in profeſſionem detuliſſent, cenſi dicebantur. Cenſus equeſtris cõſtabat ex ſeſtertiis quadringentis. Item cenſus, dicebatur æſtimatio rerum, ac bonorum facta, ſecundum quam tributa pendebantur. Vnde cenſum agere, eſt recenſere hominum facultates. Et cenſus dicebatur, quod principi aut ærario ſoluebatur viritim.

Cenſus, ſi, ſignificat eũ cuius bonis factus eſt cenſus. Vnde capite cenſus, & capite cenſi.

Centaurea ſiue centaureon, genus herbæ. Accius autem Græcus medicus κενταυρίου τοῦ μεγάλου ῥίζα & ſubdit, προτρέπουσα καταμήνια, καὶ ἔμβρυα νεκρὰ κατὰ πολλὰ κενταυρίου δὲ μακροῦ, ἡ ῥίζα ξηραντική, & multa alia, id eſt, magni centauri radix, & ſubdit, menſtrua dirigit, & partus emortuos extrahit. Huius duæ ſunt ſpecies, ſcilicet maior & minor. Naſcit in fine veris ambæ calidæ & ſiccæ cõplexionis, in ſecũdo gradu. Centaurii lõgi radix, excalefacit. Cc.

Centauri, Theſſaliæ populi, ſecus pelium montem habitantes, qui à poetis finguntur eſſe media parte viri, & media equi, originem ab Ixione trahentes, agreſtes admodum, qui primi pugnare ex eqs cœperunt & à ſtimulando calcaribus equos, cẽtauri dicti ſunt ἀπὸ τοῦ κέντειν, quod eſt pungere, & ſtimulare, qa furentem Taurorum gregem, telis confecerunt, propter quod Hippocentauri, id eſt, equi ſtimulatores ſunt adpellati. His proximi erant Lapithæ, iuxta Othryn montem eiuſdem prouinciæ, cum quibus bella geſſerunt. Centauros ab Hercule victos, interfectos oſtendit Diodorus. Dicti ſunt nubigenæ, quaſi filii nubis, quoniam in caſtello habitauerunt nomine Nephele, νεφέλη, quod ſignificat nubem. Centauri à Latinis breuitatis cauſſa dicti. Nam hippocentauri dici debuerunt, quia hippos, equus, κέντειν, pungere, ξυρὸ, rota calcaris, quia quum ſuperius eſſent homines, inferius erant equi. Centaurus etiam genus nauis eſt, vt apud Vergil. lib. v.

Centauro inuehitur magna.

Centauros ſi nomina, quære in commentariis. Cc. Perotti, ſimiliter & fabulam.

Centaurus, fluuius eſt, qui prius Euenus dicebat, poſt Neſſi centauri mortem, ab Hercule interfecti, à poetis centausus vocitatus eſt. Cc.

Centenariæ, cœnæ dicebanẽ in qbus lege Licinia non plus centuſſibus, hoc eſt centũ aſſibus, impendebatur, qui erant nummi breues ex ære. Cc.

Centimanus, qui centum habet manus. Cc.

Centipeda, vermis eſt à Græcis ἴουλος dicta, piloſus, multos pedibus arcuatim repens, ab aliquibus multipeda, ab aliis millepeda dicitur, & Scolopendra. Cornucopiæ.

Centipes, qui centum pedes habet.

Cento, velum lanceum, quod lana aut tomento conſertum, vt ictus nullos patiatur. Cæſar, Eamq; contabulationem ſummam lateribus lutoq; cõſtrauerſit, ne qs ignis hoſtiũ nocere poſſet, centonesq; iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa, tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis lateritium diſcuterent. Siſen lib. tertio hiſto. Aceto madefactis centonibus integuntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia, obteguntur, Quidam centonem capiunt pro ſtragulæ genere, ſuper quo cubare ſolent. Cato de Re ruſt. centonem poſuit pro veſtimento ruſtico, hoc eſt, pro interiore veſtimento, quod ſuper ſubucula ſuperindui ſolet bombyce inſerta. Tres inquit, centones quæris, ſex culcitras, nouem inſtragula. Similiter & Macrobius dum ſcropham ſub centonibus iacere ſcribit, ruſticam ueſtem eſſe declarat. Fieri autem centones conſtat ex pannis diuerſorum colorum, uel lanis in vnum condenſatis atq; conſutis. Vnde Homerocentones & Vergiliocentones, quales fecit Proba Falconia. Definit Auſo. poeta quid ſit cento. Variis de locis, ſenſibusq; diuerſis, quædã carminis ſtructura, in vnum ſolidatur verſum, vt coeant, aut cæſi duo, aut vnus, & ſequens cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum eſt.

Centrum, punctum ſphæræ, aut orbis medium, certiſſima obſeruatione diſtinguitur. Nam in omni orbe, vel ſphæra medietas centrum vocatur. Auguſt. libro decimo tertio ciuita. Dei, Hanc animam Plato ab intimó terræ medio, quod Geometræ centrũ uocant, per omnes partes eius uſq; ad cœli ſumma diffundit, & extendi per numeros muſicos opinaẽ. Apul. in coſmographia cardinem, inquit, mundi, ſic enim dixerim centrum habet tellus. Hinc fit centralis adiectiuum. Plinius libro ſecundo, Quindecies & pluribus ſuberit, quàm terra centralis interueniat. aliæ centron. Centrum, uitium in cryſtallo, quod & ſal adpellatur. Cc.

Centum nomen numerale & indeclinabile, ultra centum uariatur, ut Ducenti, Trecenti, Quadringenti, Quingenti Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Nongenti, hinc centenus, a, um, ut centena milia, ſic Ducentenus, Trecentenus, Quadringentenus, Quingentenus, Sexcentenus, Septingentenus, Octingentenus, Noningentenos. Centupulus Ducentupulus, Trecentupulus, & reliqua, centeſimus, & deinceps. Centies quoq; aduerbium, Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingẽties, Octingenties, Noningenties. Centenarius, Ducẽtenarius, &c.

Centumcapita, herba eſt, quam Græci ἑκατοντακέφαλον nominant, ex aculeatarum genere, & aliorum nomine Eryngé alba, ſiue Eryngium dicitur, caule & radice in cibos à Græcis recepta.

Centumperanca, inſula eſt in agro Sentinatum, Nicolai Perotti patria.

Centumuiralia, iudicia dicta ſunt à centum uiris. Nam quũ eſſent Romæ triginta quinq; tribus, quæ & curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, & centumuiri adpellati, Licet quinq; ſupra centum fuerint, tamen quò facilius no

pierentur centumuiri dicti ſunt,

Centunculus, dimin. pro uili ac ſordida ueſte. Sene. libro undecimo, Epiſt. Diurnum accipit, in centiculo dormit. Liu. & Fronti. accipere uidentur p dorſualibus, & inſtratis iumentorum, à ſimilitudine ueſtis centunculi. Item herba, quam Plin. penulam uocat libro uigeſimo quarto his uerbis, Tali centunculum uocant, roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in aruis.

Centuria, in re militari centum homines, qui ſub uno centurione ſunt, quorum centenarius iuſtus eſt numerus. Hieronymus libro primo Re. Satrapæ Phyliſtyim incedebant in centuriis & milibus. Centuriæ in agris, ſignant ducenta iugera. Centuria, à centum iugeribus uocabatur, ſed mox duplicata nomen retinuit, inquit Columella libro ſexto. Sicut tribus dictæ, primum à patribus populi tripartito diuiſi quæ tamen nunc multiplicatæ priſtinum nomen poſſident.

Centuriatim, ſignificat per centurias, ſiue abundanter, copioſeque, à centuriis, quæ in comitiis ferebant ſuffragia.

Centurio, & centurionus, dicitur, qui centum peditibus præeſt, quia ſingulæ centuriæ centum militibus conſtabant. In exercitu enim miles centurioni, centurio tribuno, Tribunus legato, Legatus conſuli, obediebat. Sed ſeorſum magiſter equitum, ſolum dictatori obtemperabat. Centurio autem dicebatur primipilus. Liuius, centurio erat, quem nunc primipilum adpellamus. Veteres quum uiderẽt commiſſo prælio acies facile turbari, vt hoc incommodum euitarent, cohortes in centurias diuiſere, & ſingulis centuriis ſingulos centuriones præfecerunt, qui primo centurioni uocabantur, quemadmodum à decurionibus Decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in ſingulis legionibus, ſed prima, quæ reliquas & numero militum, & dignitate præcedebat, aquilam habebat, quod præcipuum erat ſignum Romanorum. Centuriones huius cohortis, cæteris cẽturionibus digniores habebantur. Prima centuria Primipili vocabat̃, q circa ſigna grauis armatura cõſtituta erat. Cẽturio ipſe primipili cẽturio dicebatur, & Primipil⁹ vocabat̃. Hic nõ mõ aqlæ ꝑterea, ſed q̃tuor centurias, hoc eſt, quadringentos milites, In prima acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita conſequebatur & commoda. Mart. Grata pudens meriti tulerit quum præmia pili.

Centurio, as, in centurias ordino. Ager centuriatus, q in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus, ducenta iugera diſtribuit. Et milites centuriati, qui in centurias ordinabantur. Liuius. libro uigeſimo nono, Scipio poſtquam In Siciliam traiecit, volſitarios milites ordinauit, centuriauitque. Centuriata comitia, ut Aſco. ſcribit, dicuntur quum ex ſenſu & ætate ferunt ſuffragium, quia per centenas turmas diuiſus erat populus Romanus. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati dicuntur milites, non primæ, ſed ſecundæ centuriæ, ubi ad inſidiandum maxime collocabantur. Ex quo in ſuccenturiis, quaſi inſidiis quempiam poſitum adpellamus. Teren. in Phor. Nunc prior adito tu, ego in inſidiis ero hic, ſuccenturiatus, ſi quid deficies. Proprie autem Succenturiare ſignificat explendæ centuriæ gratia numerum ſupplere.

Centuripe, ager Siciliæ, à quo centuripium crocum. Corn. copiæ.

Centuſſis, à decem decuſſibus dicitur. quæ ſunt libræ centum vel à centum aſſibus, qui erant nummi breues ex ære, vt centuſſe l. cetur. id eſt centum libris venditur per auctionem.

Cephale, ſiue cephalis, penulti. corr. ſignificat caput. Cephalicus, capitalis.

Cephalea, morbus quo totum caput Infeſtatur. Nam Hemicranici, ab Hemicrania ſunt dicti, qui dimidia parte capitis laborãt. Sed & celſus cephaleã acutũ quoddam peſtilensque malum adpellat.

Cephallene, ſiue cephalenia, rum e, poſt l, inſula Ionii maris à cephalo Amphytrionis ſocio, vel à cephalo Dionei filio dicta de hac Strab. libro. x. Non dubitauere plerique cephalleniam eandem & Dulychiũ adpellare & Taphiũ. Alii Taphios & cephalenios eoſdem dixere Teleboas, & aduerſus illos Amphytrionem exercitum ductaſſe, aſſumpto ſocio Dionei filio, cephalo ex Athenis profugo. Inſula deinde Amphytrionem potitum, eam cephalo tradidiſſe, ab eoque nomen habuiſſe inſulam. Hinc populi cephalenes. Homerus, Verum magnanimos cephalenas agebat Vlyſſes.

Cephalocruſtes, vermis, q in foliis perſici inuoluit̃.

Cephalus, nomen viri, & nomen piſcis. Ambroſi. Ille ſinus maris cephalos alit lupos ille, ille ſaxatiles.

Cephenes, imperfectæ apes ſunt, & inutiles operi, niſi quod multitudine quæ ad calorem confert, fœtũ adiuuant. Cc.

Cepheus, (teſte Ouidio) Aethyopum rex fuit, Andromadæ pater, quam ceto præpoſitam fabulæ dixerunt, Hanc autem Perſeum, à periculo liberatã, uxorem duxiſſe. Itaque ut totum hoc genus perpetuo maneret, ipſum cephea inter ſidera collocatum eſſe prodiderunt, vnà cum vxore caſſiopeia, & Andromada filia, & genero Perſeo. Oritur cepheus in. xvi parte capricorni, hoc ſidere nati erunt ſeueri, ſicut Catones.

Cephiſia, Attica regio, nam cecrops Athenarum conditor omnem eius regionis multitudinem in. xii. urbes digeſſit. Sed Theſeus poſtea has omnes in unã Athenienſium ciuitatem congregauit. Dicta cephiſia à cephiſo amne. Eſt & cephiſia fons Atticæ, ſicut Latinè callirrhoe.

Cephiſis, lacus eſt iuxta Atlanticũ mare, quem Mauri Electrum vocant, quòd ſole feruefactum, electrũ è limo dare videtur. Cc.

Cephiſodorus, fuit Praxitelis filius, q & Ipſe pictor, Cuius meminit Plinius.

Cephiſus, pen. pd. fluuius Bœotiæ, q magna ex parte torrẽtis inſtar labit̃ in Phaleriũ pelagus. Ouid. li. iii. Met. In vada cephiſi Panopesque euaſerat arua.

Cepio nomen Romani ciuis, qui cum Druſo inimicis

tias habuit. V ñ origo ſocialis belli & exitia rerũ, ut Aſco. & Val. Max. teſtãtur. Fuere & alii Cepiones, nam & Catonis Vticenſis frater cepio dictus eſt. Et Cepio Seruilius, is cuius culpa Ro. exercitus à cimbris delet' eſt, & exilio periit. Fuit & Q. Cepio Seruilius, qui de cilicibus triumphauit, ſed poſtea reus, damnatusq́; in Gemoniis ſcalis manu carbificis laceratus, traditur à Vale. Maximo.

Cepionidæ, gẽmæ cryſtallini nitoris, quæ imagines reddunt vt ſpecula. Cc.

Cepites, ſiue Cepocapites. gemma quæ candida eſt uenarum nodis cocuntibus, candore imaginem regerens. Cornucop.

Ceporos, hortulanus. Græce κηπουρός.

Cepos, Latinè hortus, & vrbs Boſphori. Suidas, κῆπος πόλις κατὰ βόσπορον, καὶ κῆπος εἶδος κουρᾶς, δύο γάρ εἰσι κουραὶ σκάφιον καὶ κῆπος, τὸ μὲν οὖν σκάφιον, τὸ δὲ Χρῶ δὲ κῆπος, τὸ περιτετμημένως κεκουρῆσθαι. id eſt, Cepos urbs iuxta Boſphorum, & cepos tonſuræ modi, ſcaphium, & cepos. Vnde adparet in vocabulario Græco non eſſe bene interpretatã hãc dictionem σκάφιον.

Cepurica, Græci adpellant quæ noſtri hortenſia holera, ſcilicet, quæ in horto ſeruntur. Vnde Sabinus Tyro, librum cepuricũ ſcripſit, hoc eſt, hortenſium quem Mecœnati dicauit.

Cerachates gemma, q̃ ceræ colorem præ ſefert. Cc.

Ceramicus, κεραμεικός, locus Athenis, in quo ſepeliebantur, qui in bello perierant, erat & alter in quo diuerſabantur meretrices. Latinè tegularius, aut figularius dicitur, de quo late Suid. eius meminit etiam Plini. cuius ex trigeſimo ſexto verba hæc ſunt. O pa Praxitelis ſunt Athenis in Ceramino. Poteſt a ſit uideri ex eo deriuatum, q͂ κέραμος tegulam ſignificat.

Ceramides, ſignificat colorẽ figulini, qualem in plumis quorundam anſerum aſpicimus. Vnde nomen quoq; gemmarum uni ceramites.

Ceraphoros, pen. cor. à noſtris corniger dicitur.

Ceras amaltheas, dicitur Cc. à cornu Amaltheæ capꝛ, quam fabulantur Iouem nutriuiſſe. Cc.

Ceraſtes, Latinè cornutus, genus eſt ſerpentis, quod teſte Pli. li. viii. quadrigemina cornua præfert ſimillima arietum, nam κέρας, ατος ſimili modo ceruus diuiditur. In genitiuo ceraſtis, & ceraſtæ. Lucan. Spinaq; uagi torquente ceraſtæ.

Ceraſtis, dicta eſt cyprus, quoniam homines ceraſtas, cornibus inſignes olim tenuiſſe quidam ſcribunt. Alii q͂ procurrentibus promontoriis velut infeſtis cornibus aſſurgant.

Ceraſus, ceraſi. pen. cor. arbor nota. à Ceraſunte Põti ciuitate ſic dicta, quam quum Lucullus deleuiſſet, inde illam tranſtulit, & à ciuitate ceraſum adpellauit. Sanè arbor ceraſus, pomum uero ceraſum.

Ouidius de nuce,

Audiat hæc ceraſus ſtipes inanis eram.

Dicitur & Ceraſum pro arbore. Colu. Ceraſa & tuberes, & armeniacæ atq; amygdalæ, quæ primæ florent poſſunt inſeri commode. In plurali ceraſea, ceraſeorum. Plin. lib. xiiii. Ceraſeorum Aproiana maxime rubent. Inter ceraſa principatum obtinent Duracina. Actia nigerrima ſunt, & Iuliana tenerrima.

Ceraſus, ceraſuntis, & ceraſunta, ſeu ceraſuntia, p vrbe in Ponto. Hiero. ad Marcell. Accepimus & caniſtrum ceraſis refertum talibus, & tam virginali verecundia rubentibus, vt ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem, ſiquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia ſubiugatis, de ceraſunte primus Romam pertulit. Vnde & de patria arbor nomen accepit. Põp. Raræ vrbes ceraſunta & Trapezus maxie illuſtres.

Cerates, genus ponderis, quod eſt medius obolus.

Ceratiæ, ſtellæ dicuntur, ἀπὸ τοῦ κέρατος, hoc eſt, à cornu, cuius ſpeciem habent. Talis ſtella viſa fuit, quum Græcia apud Salamina depugnauit.

Ceratinæ, apud Quintilianum ſpecies eſt ratiocinationis, inexplicabilis, dictæ à cornibus, hoc eſt, à materia, ipſa qua verentur uerborum. Et apud Senecam lib. v. epiſt. Sederem otioſus, & eiuſmodi quæſtiunculas ponerem. Quod non perdidiſti, habes cornua non perdidiſti, cornua ergo habes.

Cerannium, tuberis genus. Cc.

Ceraunus, penultima producta, cognomẽ cuiuſdam, quo nomine ſignificatur fulmen, quod Græci dicũt κεραυνός. Vnde Ceraunii, montes ſunt Epiri, à crebris fulminibus. Plin. In Armenia maiore pro illis accipit, qui Caſpius, & Niphates à Ptolemæo nominantur, quibus videlicet ab ortu ſolis finitur Armenia. Huius rei cauſſa eſt, q͂ Taurus mons ſimulatq; frangi cœpit & innumeras obire gentes Ceraunus in vniuerſum uocatur, etiam ſi nominibus populorum per quos moueat laciniæ diſtinguuntur. Alio nomine dicuntur Acroceraunia. Horat.

Infames ſcopulos Acroceraunia.

Sic Iuppiter dictus eſt ceraunius, q͂ fulgur emittat.

Cerberus, penultima correpta. interpretatur terra, q̃ omnia conſumit, inferni cuſtos, quaſi κρεοβόρος, id eſt, uorans carnem, κρέας enim Græci carnem dicunt, βόροντα, edacem. Canis triceps. Cerberũ ab Infero traxiſſe Herculem in fabulis eſt. Fertur quòd hic fuerit ſerpens in Tænaro Laconiæ promõtorio cuius veneno mortales extinguebãtur. Et quoniam in Tænaro, ad inferos dicitur eſſe aditus, ditis canẽ dixerunt. Quem, quum Hercules trucidaſſet, nata eſt fabula, canem tricipitem iteremiſſe, quia omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contempſit, ac domuit. Cerberus etiam dictus eſt canis Alexãdri Epiroticus, leonibus congrediens.

Cerceis, nomen nymphæ à texendo, κερκίς enim radium textorium ſignificat. Cc.

Cercitam, Pauſanias Grammaticus ait, vocari temonis genus à populis inuentorib', qui Cercitæ adpellabantur, in terra India.

Cercius, uentus, vt vult Cato, vide in Circius.

Cercopithecus, penultima producta. nomen compoſitum ex κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος ſimia, quaſi ſimia caudata, quam marmonem vulgo dicimus. Pli. lib. viii. Cercopithecos nigris capitib' pilo aſinino, & diſſimiles cæteris uoce ſunt. Mar.

Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas.

Si mihi cauda foret cercopithecus eram.

Cerco, auis de genere accipitrũ, claudus altero pede, hunc Romani Buteonem nominant.

Cercyon, latro inſignis, qui Atticam regionem latrocinijs infeſtabat. Cc.

Cercyra, pen. cor. olim Phæatiæ nomen fuit, nunc a ſit vulgò dicitur Corſu corrupte.

Cerdiſtos, Græce, Latine ſignificat acutiſſimum perinde ꝗ prudentiſſimum, κέρδιστος.

Cerdoſyne, aſtutia, maxime quæ fallit.

Cerdos, Latinè dicitur lucrum, unde cerdones, dicti ſunt luciones. Sunt autem artifices ſordidi, & qui artes illiberales quæſtus gratia exercent, quorũ frequens mentio apud poëtas & oratores. Vulgus cerdonem uocat ſutorem ueterum calceorum qui à Suetonio Veteramentarius adpellatur. Credo etiã nomen fuit hæretici, à quo Cerdoniani, qui Chriſtũ nec natum à fœmina, neq; habuiſſe carnem, nec vere mortuũ, vel quicquam paſſum, ſed ſimulaſſe paſſionem dicebant.

Cere, oppidum fuit Thuſciæ non longe à Tarqniis, vide in dictione cærete.

Cereale, quod ad cererem pertinet. vt cerealia arma.

Cerealia, orum, dies cereri dicatus.

Cerebrum, inquit Pli. eſt viſcerum excelſiſſimum, proximumq; cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. Hic habet ſenſus arcem, hic culmen altiſſimum, hic mentis eſt regimen. Auicenna ait cerebrũ eſſe principiũ virtutis ſentiendi & mouendi. Ambr. lib. vi. Hexa. Initium, inquit, neruorum, & omnium ſenſuum voluntariæ commotionis, cerebrum eſt. A cerebro proficiſcitur ſomnus, Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. Diminutiuum à cerebrum fit cerebellum.

Cerebroſus, dicitur homo ad inſaniam facilis, cui cerebrum moueatur, vel à peruerſo cerebro, qui totus ſuo conſilio hæret, & obſtinatus à nemine perſuadetur, & iracundiæ obtemperans ſine ratione fertur.

Horatius libro primo Sermo.

Donec cerebroſus proſilit vnus.

Dicitur & de brutis. Colu. lib. ii. Quod eo tempore ſatum pecori ſit noxium, & præcipue bobus, quoa pabulo ſuo cerebroſos reddit.

Ceres, Dea frugum putabatur, à creando dicta, Saturni & Opis filia, vnde alma ceres, quia nos alit, uel, vt Cicer. libr. de Natu. deo. ſcribit, Ceres dicta eſt, tanquam geres, à gerendis frugibus, caſu prima litera immutata, à Græcis δημήτηρ, quaſi γημήτηρ, hoc eſt, terræ mater, quòd cunctarum frugum creatrix ſit, & alimenta largiatur. Vel vt Fulgentius ait. Ceres ex eo dicta eſt, quòd Græce χαίρειν, gaudium dicitur. Et ideo illam frumenti Deã haberi, quòd vbi plenitudo fructuum ſit, gaudia ſemper ſuperabundent, neceſſe eſt. Proſerpinam vero quaſi ſegetem, id eſt, terram radicibus proſerpentem, quæ & Hecate dicitur. Hecaton enim Græce centum. Et ideo hoc illi nomen imponunt, quia centuplicatum Ceres ꝓferat frumentum. Hæc quãdoq; Luna dicitur, ſicut Liber pro ſole. Vergilius,

Vos ò clariſſima mundi
Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma ceres.

Ponitur interdum ceres pro ipſo pane, ſicut Liber pro vino. Terentius,

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Ceretani, populi Hiſpani, ut autor eſt Plin. & Strabo apud quos generoſa vina naſcebantur, quæ ceretana dicebantur. Mart.

Cretana nepos ponat ſetina putabis.

Sunt & ceretani populi ex cereto Vmbriæ oppido qui totum orbem uno quodam, ac turpi ſuperſtitionis genere ludificant.

Ceretum, oppidum Vmbriæ inter Spoletum & Nurſiam, à quo ceretanus, a, um. Nam illa videntur prodigialiter in noſtris ceretanis accidiſſe, ut aliqua viſis apud te excedes et vuarum numerũ duorũ milliũ.

Cerha, unum ex nominibus Deli inſulæ. Cc.

Cerinthe, es, genus herbæ, mellis cum cera miſti ſaporem habens. Verg. lib. iiii. Geor.

Et cerinthe ignobile gramen.

Habet folium candidum, incuruum, cubitalis, capite concauo, cuius florum auidiſſimæ ſunt apes, à cera deriuatur.

Cerinthus, apum eſt cibus dum operantur, qui ſæpe in fauorum inanitatibus ſepoſitus iuenitur, ſaporis amari, ſed plenus humoris.

Cerion, Græci dicunt fauum, vnde & pro ſuaui & iucundo poni ſolet.

Ceritus, penultima producta. quaſi cereritus, hoc eſt, cereris ira, & indignatione vexatus. Nam in cereris ſacris furore corripiebantur. Et ſicut à Baccho, Bacchantem dicimus, ſic à cerere ceritum.

Horatius in Sermon.

Ceritus fuit aut commotæ crimine mentis.

Id eſt, inſanus, & furioſus. Vnde qui emotæ mentis ſunt, ceriti nuncupari ſolent. Plautus in Amph.

Tu certe laruatus es, aut ceritus. Idem,

Iube hanc pro cerita circumferri.

Cerno, is, creui, & ſecundum aliquos cerni. Liuius libro ſeptimo. Et quod haud minus timendum erat ſtolide ferocem viribus ſuis cerneret. Supinum cretum, & ſignificat video. Vergilius,

Cernimus aſtantis nequicquam lumine toruo.

Quandoq; cernere eſt conſyderare, ut, cerno quòd popolus iſte duræ ceruicis ſit. Quandoq; iudicare, ſtatuere, deliberare. Cice. lib. iii. de legi. Quotcunq; ſenat⁹ creuerit, populus'ue iuſſerit, tot ſunto, regio imperio duo ſunto. Lucilius,

Poſtquam præſidium caſtris educere creuit.

Pacu. Et æquũ & rectum eſt, quod poſtulas iurati cernant. Quandoq; diuidere, ſecernere, cribrare, qđ & Incernere dicit, unde & Incernicula, cribros uocamus, Pli. lib. xviii. Rurſus quæ tranſit arctiore cernitur. Vnde & crines dicti ſunt, ꝙ ſint diſcreti. Quãdoque dimicare. Plau Pro patria Amphytrio dum cernit. Quandoq; cedere, vnde cernere hæreditatem filii parentibus dicti ſunt, hoc eſt, cedere. Actius, Regnum tibi permitti malunt, cernam, tradam exercitum

tur. Compoſita huius verbi ſunt concerno, quod Aug.lib.v.con.pro coniungo poſuiſſe videtur, quū inquit, Talem naturam naſci non poſſe de Maria virgine arbitrabar, niſi carni concerneretur. Concerni autem, & nō coinquinari, non videbam, ꝙ mihi tales figurabam. Decerno, Diſcerno, Excerno, Incerno, Secerno, quod eſt ſubdiuido. Plinius,

Farinario cribro ſuccernunt.

Cernulus, à cerno formari videtur, quaſi diminutiuū à cernus, quod nuſquam legi. Hieron. contra Ruff. Quanquam tu occupatus in ſenſibus, & adminiſtrandam mihi calumniam cernulus, grammaticorum & oratorum præcepta contempſeris,

Cernuus, proprie inclinatus, quaſi qui terram cernat. Vergilius libro decimo.

Erectoq; incumbit cernuus armo.

Ceroſtrotum, pen. prod. compoſitum à Græco, nam κέρας, Latinè cornu, στρωτὸς, ſtratus, & eſt ceroſtrotum picturæ genus, quum ex cornibus ramenta tinguntur, variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inſeruntur. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum. Poſtea cepere tingi animalium cornua, dentes elephantorum ſecari, lignumq; ebore diſtingui, mox totum operiri. Pli. lib. xi. Nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ ceroſtrota, picturæ genere dicuntur. Proprie tamen dicuntur ceroſtrota, cornibus ſtrata ſicut Lithoſtrota, lapidibus ſtrata.

Certamen, conflictus, qui fit inter duos aut plures. Græca certamina celebratiſſima hæc fuerunt. Olympia, Pythia, Iſthmia, & Nemeæa, in quibus Græci magnos honores conſtituerūt victoribus athletis. Nā Olympica, quæ in Olympo Arcadiæ monte iuxta Piſam & Heliden, quinto quoq; anno in honorem Olympii Iouis celebrabantur, & qui viciſſet, corona oleagina donabatur. Inſtitutaq; ſunt anno mundi q̄dringenteſimo ſupra quatuor milia, in coq; certamine Hercules primus coronatꝰ eſt. Pythia, Apollini ſacra erant, quorum victor poma referebat. Iſthmia, ab Iſthmo parte Arcadiæ, vbi celebrātur in honorem Palæmonis, quem latini Portunum dicūt. Et qui viciſſet, coronam ex Apio reportabat. Nemeæa à Nemeæ ſylua in memoriam Archemori Lycurgi filii fiebāt, quorum victores pino coronati abibāt. Hæc certamina etiam ludi plurali numero dicūtur, & ſpectacula.

Certatim, aduerbium, ſignificat ſingulariter, vnū cū altero. quiſq; pro viribus ſtudioſe inter ſe contēdentes, à ſtrigo l'uno dei altro. Fare chi ne po piu. Vergili. libro octauo.

Tunc lecti iuuenes certatim aræq; ſacerdos.

Suet. in Aug. Senatus & in funere ornādo, & in memoria honoranda eo ſtudio certatim ꝓgreſſus eſt.

Certiſſo, as, certus fio. Pacu.

Vocant cocos unde certiſſent.

Certitudo, à certus. unde Incertitudo, notæ ſignificationis. Cornucop.

Certo, as, ſignificat altercor, contendo. Inde certamē, & certatio Interdum prouoco. Terent. in Phorm. Ne edictis ſi certaſſet, audiſſet bene.

Hinc componuntur Decerto, & Concerto.

Certus, a, um, ponitur pro claro, & indubitato, à cerno pro uideo, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata ſunt. Vnde facio te certiorē dicimus, hoc eſt, declaro, & affirmo tibi ita eſſe. Gel. Certi ſumus nō ignorare te, quid uena adpellatur. Hinc fit Incertus, dubius. Incerto, as. Certitudo. Interdum certus dicitur conſtitutus, hoc eſt, tantus, & talis, quantum aequale volumus. Vnde certum vulnus fuiſſe aliquem dicimus, quū nec plus, nec minus fecit, quā noluit. Mar. O quā certa fuit librato dextera ferro. Interdum diſcretus, hinc certos ferè plurali numero dicimus ꝓ eo, quod eſt quoſdam, quaſi à cæteris diſcretos. Cicc. Is enim cū certis aliis ad Cæſarem miſſus, pauloante diſceſſerat. Sal. Apud latera certos locauit. Item certus, firmus, non vacillans. Ouidius,

Da mihi quod petitur certo contingere telo.

Et certum dicimus deliberatum, in quo plerunq; adiungiſ datiuus cum infinitiuo, vt, certum eſt mihi in Aſiam nauigare. Vergilius,

Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum Malle pati. Hinc fit aduerbium certè, quod quū affirmatiuum fit, aliquando etiam ꝓ ſaltem ponitur. Cicc. Marcel. Victi ſumus igitur. aut ſi uinci dignitas non poteſt, certe fracti & abiecti. Iungitur quandoq; cum &, ſemperq; affirmat. Cic. Et certe contra Cæſarē & ingreſſus armatus. Si autem iungaſ cum verbo ſcio, vel ſimilibus, e in o, mutari ſolet. Cicero, Et ſi certo ſcio.

Ceruarius, à ceruo, lupum ceruarium à ſimilitudine dicimus, & ouem ceruariam, quæ pro ceruo immolari ſolebat. Ce.

Ceruchus, penu. prod. Latinè dicitur cornutus poniturq; pro cornibus naualibus, id eſt, extremis antennis, quæ in vtrunq; veli latus diffunduntur, de qbus Verg. Cornua velatarum obuertimus antennarum. Quidam ceruchos accipiunt pro cauea illa, quæ in faſtigio nauigii ſuſtollitur, effigie corniculata. Vale. Flac. lib. i. Argon.

Temperet vt tremulos zetes fraterq; ceruchos.

Cerui, animalia, ꝙ magna cornua gerant, quaſi gerui g, in c. mutata. Vel ἀπὸ τῶν κεράτων, hoc eſt, à cornibus, quæ primum bimis oriuntur, ſimplicia quidē & recta ad ſubularum ſimilitudinem, quamobrem Subulones per id tempus adpellantur. hic ceruinus a, um, penul. prod. Martia.

Ceruinus gelidum torquet ſic halitus angurem.

Et cerui dicuntur furcæ, quæ ad caſæ ſuſtentationē figuntur, ad ſimilitudinem cornuum cerui. Verg.

Atq; humiles habitare caſas & figere ceruos.

Ceruicale, & per apocopen ceruical penul. producta denominatum à ceruicibus, ſignificat ceruicis ſuſtentamentum, & munimentum. Hoc enim inſtrumento delicatorum ceruices confouentur. Iuuen.

Conducit comites ſellam ceruical amicas. Martia.

Tinge caput nardi folio ceruical olebit.

Ceruiſia, decoctio ex fermentis & ſorbis cōfecta, quā Bacchus inuenit. Verg. Et pocula læti,

Fermenta atq; acidis imitantur vitea ſorbis.

Ceruix, poſterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad ſpinam. Nam quæ anterior eſt, gula dicitur. Ceruicis hæc commoditas eſt, vt ad dextrã ſiniſtram'ue priorſum, retrorſumq́; vertatur. Conſtat enim ex oſſibus orbiculatim uertebratis, ex quibus fit ad circunſpectum facilia. Hinc eſt, q̃ qui nec flecti, nec cogi poſſunt, ceruicis duræ perhibeantur, vnde dicimus hominem duræ ceruicis, quaſi indomabilem atq; contumacem. Antiqui verò, ut Quin. ait, ceruices dicebant, primusq́; Hortẽſius ceruicem dixit. Cic. in Vati. Inflato collo tumidis ceruicibus intuliſti. Cato, Si caput aut ceruices dolent, ea lotio caldo lauito. Hinc ceruicoſus, p, duro & inexorabili.

Cerus, genus arboris glandiferæ, à quo fit poſſeſſiuum Cereus.

Ceruſſa, pen. prod. eſt quam Græci ψιμύθιον vocãt ex plumbo in acuto aceto ſoluto, comparatur. Vitru. docet quomõ fiat, dicens, Rhodii dolus ſarmẽta collocantes, aceto ſuffuſo ſupra ſarmenta collocant plumbeas maſſas, deinde ea operculis obturant, ne ſpiramentum obturata emittant. Poſt certum tempus aperientes, inueniũt è maſſis plumbeis ceruſſam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes efficiunt eruginem, quæ æruca adpellatur. Ceruſſa vero quum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur Sandaraca. Id autem incendio facto ex caſu didicerunt homines, ex eo multum meliorem vſum præſtari, quàm quæ de metallis per ſe nata foditur. Vtcunq; igitur, ita ceruſſa comparetur, neq; acutum, neq; lancinãs quicquam habet, neq; diſtrahens, ſed emplaſticum ac refrigerans. Vſta autem inquit Accius pura ceruſſa mutatur, in id quod Syricum nuncupatur, quem medici Sandica vocant. Hiero. ad Furiam, Quid faciat ceruſſa in facie Chriſtianæ.

Ceryx, Latinè præco & caduceator, vnde Euſeb. ſcribit à Nerone ceryeas fuiſſe certamine ſuperatos. Sene. ad Serenum, Non uis niſi conſul aut pritanis, aut ceryx, aut ſuffes adminiſtrare rem publi. hoc eſt, caduceator & magiſtratus ad rem publicam gerendam. Eſt autem Græcum; κῆρυξ ἐκ τοῦ κηρύσσειν καὶ κηρυκεύειν. Tamen Suidas, κῆρυξ ἐν πολέμῳ πρεσβευτὴς ἐν εἰρήνῃ. Id eſt, κῆρυξ, ex demonſtrando & præconeo, tamen Suidas, κῆρυξ, id eſt, præco in bello, legatus in pace.

Ceſpes, eſt herba cum terra euulſa, inde ceſpitare verbum. Cornucopiæ.

Ceſſim ire, ſignificat regredi, retrocedere. Iuſti. lib. ii. Cõmiſſo prælio ite ceſſim, inhibere remos & à bello diſcedite. Et apud legis conſultos tit. ad leg. Aq. Interim ſuperius plauſtrum ceſſim ire cœpit. Fit à ſit à cedo, & cæſim à cædendo. id eſt, feriendo, contrarium aduerbio punctim, ut, Cæſim ferire, hoc eſt, p aciem gladii. Cæſim, potius quàm punctim ferientes Romani ſolebant illudere.

Ceſſo, as, abſtineo, ab opere vaco. Ver. Et ſi quid ceſſare potes requieſce ſub umbra. Itẽ ceſſare, tardare, remorari. Idẽ, Ceſſas in vota preceſq́; .i. tardus es in vota facienda. Ter. in Eun. Paululum ſi ceſſaſſem Pythias, domi non offendiſſem, ita iã adornabat fugã. Et ceſſare dicim⁹ eos quos; oſſm deſyderam⁹. Gel. Amici iſta magnã in p̃tẽm ceſſatores ſunt. Huius cõpoſitũ eſt cõceſſo. Plau. Poſtquã aurora eſt, nunquã conceſſauimus lauari, aut fricari, aut ornari.

Ceſticulus, paruum cingulum. Cc.

Ceſtrum, inſtrumentum quo cauatur ebur. Alii putãt eſſe genus teli Perſico bello inuenti. Iul. Pollux pro ſtimulo, ſiue ſtylo accepit ceſtrum. Præterea ſi hyrænam piſcem Attici ceſtrum uocant, Latinè Sudim adpellatam, quia roſtratus ſit, & ſimilis balenæ. Habetur & herba ceſtron pro betonica, ſeu à uarietate remediorum, & efficacia nomine impoſito. Sed & mugil piſcis, ideo ceſtreus videtur à Græcis adpellatus, quia teli modo publica Athenienſium pœna interet adulteros. Vtcunq; hoc genus miſſilis, quod Græci ceſtron vocant, noſtri viriculum, illam & terebram vulgò ita dicimus.

Cetariæ, loca iuxta mare ſtagnante lacu, in quibus Thinni, & alii huiuſmodi piſces capiuntur, & ſaliuntur. Plinius,

Caeteræ in cetariis adſuetus Polypus exire, &c.

Cetarii, dicũtur maiores piſces capientes, ſeu vendentes, dicti ab eo, q̃ cete in mari, maiora ſunt piſcium genera. Colu. lib. ix. Salſamentorum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis euertuntur præberi conuenit. Varro, Aduertis cetarios, quum videre volunt in mari turmas, aſcendere in malum alti, ut penitus per aquam perſpiciant.

Cetra, ſcutum breue loreum quo (Ser. auto.) vtuntur Aphri, & Hiſpani. Vergil. Læuas cetra tegit. Hinc cetrati dicti ſunt, milites cetris muniti, de quibus fit mentio apud Cæſarem & Liuium.

Cetus, ceti, ſine dipth. piſcis maximus in Atlãtico mari. Hieron. ſicuti fuit Ionas in uentre ceti. Ambr. lib. Hexa. Virtute mitigauit mare, diſciplina ſtatuit cetos. Dr & cete neu. ge. & nume. plu. Hiero. in Geneſ. Creauit Deus cete grandia. Sũt aũt cete maiores piſces, nõ ouũ, ſed aĩal gignentes, tantæ magnitudinis q̃ ſi qñ ſupernatant fluctibus annare inſulas putes, montes altiſſimos ſũmis ad cœlũ verticibus eminere. Hi & Teſtudines marinæ dr̃ à diuo Hier. in epi. ad Præſidiũ diaconũ, ſicut in dictione teſtudio videre potes. Saltem digne exprimit Suidas, κῆτος, θαλάσσιον θηρίον πολυειδές. ἔστι γὰρ λέων, ζύγαινα, πάρδαλις, φύσαλος, πρῆστις, ὁ λεγόμενος μάλλινος καὶ ὄνομα τραγέλαφος ἔστι καὶ κριός, εἶδος ἰχθυῶν ζῶον. Cete maſſima fera, multarũ ſpecierũ, eſt n. leo zygæna pardus. Item cetus mons inter Noricum & Pannoniam.

Ceuere, pe. prod. eſt clunes mouere, quod fit aut adulando, aut in ſe Venerea turpia operando, & p̃prie de maribus dr̃. Criſſari vero de mulieribus. Perſius, An Romule ceues.

C ANTE H

Chabrias, Athenienſis philoſophus, & imperator inclyt⁹. Hic dicere ſolebat, terribiliorẽ eſſe exercitũ ceruorum duce leone, quàm leonum duce ceruo.

Chære, χαῖρε ſalue, hoc Syro hebraicoq́; ſermõe adpellat, ſchalõ lecha, vel, ſchalom lach. pax tibi.

Chalame,ciuitas Perſidis,quæ nunc adpellatur Actiſiphon.

Chalaſis,penultima correpta,tunicæ genu,quod Χάλασαι uocant,à laxitate,uel(ut quidam dicunt) nodus tunicæ mulicbris,quo connexa circa ceruicẽ tunica ſumitur.

Chalaſtra,urbs ad Termeum ſinum inquit Strabo,à chalaſtra proximo portu dicta hinc chalaſtricus,a,um,adiectiuum.

Chalaza,collectio ſub cute buboni & Aegyptiæ fabæ ſimilis dolorem ſi tangatur adferens,à Latinis grando dicitur.

Chalazias,gemma quæ grãdinum colorem & figurã habet,adamantinæ duritiæ.Cc.

Chalcantum,atramenti genus,à quadam æris ſimilitudine Χαλκὸς enim Græci æs dicunt.Cc.

Chalcedonia,ſiue chalcedon,urbs fuit in Aſia iuxta Boſophorum Thracium,ex oppoſito ad Byzantiũ Hanc Megarenſes condidere,cæci adpellati,qui nõ potius oppoſitum littus elegere,in quo iacet Conſtantinopolis optimo loco.Hic olim magna ſynodus celebrata eſt,quæ inter octo numeratur,quibus Romana eccleſia præcipuum impertitur honorem.

Calcoutice Χαλκευτικὴ,æraria fabrica,Χαλκὸς,æs dicitur,unde chalceus faber,ærarius,excuſſorq; Latinè adpellatur.

Chalcidius,a,um,nomen gentile,etiam nomen philoſophi.

Chalcis,chalcidis,urbs Metropolitana in Euboea regione,inſula iuxta Euripum.unde chalcidicus,a,ũ. Alia eſt in Chalcidica regione Syriæ.Adhuc alia eſt in Aetolia Eſt & chalcis auis.

Chalcites,lapis ærei coloris,ſed nigrioris.Cc.

Calcophonos,gemma q̃ illiſa,æris tinnitum reddit.

Chalcoſmaragdos,gemma æris venis turbida,nomẽ compoſitum ex Χαλκὸς,quod æs ſignificat.

Chaldæa,cum æ,diphth.Aſiæ maioris regio,Arabiæ contermina,plana,fontium indiga,in qua Babylon ciuitas magna. Caldæor Arphaxat inſtituit,& à ſe Arphaxateos nominauit,ut inquit Ioſephus.Chaldæi Aſſyriorum magi ex gentis vocabulo dicuntur, qui diuturna obſeruatione ſyderum,ſcientiam putã tur effeciſſe,vt prædici poſſet,quid cui eueniturum, & ex quo quiſq; fato natus eſſet.Chaldeorum aſtronomicorũ multa ſunt genera.Nam quidam Orcheni dicuntur,quidam Borſipeni,& alii complures,q per ſectas diſtincti ſunt.Hi Genethliaci quoq; adpellantur,& Mathematici.

Chalepi,Græci χαλεποὶ,dicuntur duri,aſperi,ac pro latu difficiles,qualis eſt verſus Vergilianus,

Quadrupedante putrẽ ſonitu quatit vngula cãpũ.

Chaleſtra,vrbs Theſſaliæ littoralis,iuxta quã Axius fluuius in mare Aegeum deſcendit.

Chalix,lapidis genus,ex quo deducitur ignis.

Chalybes,cum y cor.populi in Ponto iuxta Thermodontem fluuiũ,ſicut Strabo & Plin.teſtantur Hi ferrum nudi effodiunt,dicente Vergil.

India mittit ebur,molles ſua thura Sabæi.

At chalybes nudi ferrum.Ponitur tamen quandoq; chalybs pro ipſa ferri materia.

Ouidius libro quarto de Faſt.

Aes erat in pretio chalybis iam maſſa placebat.

Quãdoq; pro inſtrumento ex chalybe facto.Verg.

Vulnificusq; chalybs, Lucanus,

Chalybem frenosq; momordit.

Eſt & chalibs fluuius in Hiſpania.

Chamæcerali,breues ceraſi.Sunt autem eius duo genera,vt ait Plin.lib.xvi.ſcilicet ſylueſtris frutex,& Alexandrina,ut intelligas duo eſſe genera.Alterum eſt camedaphne,quam Latini laureolam adpellãt. Alterum laurus Alexandrina.

Chamæciſſos,genus hederæ,quæ nunquam ſe ab humo attollit compoſita dictio ex χαμαὶ,quod eſt in ſimum,& κισσὸς,hedera.Sic camæplatani,uocantur humiles platani,& coactæ breuitas.

Chamædaphne,herba vulgo nota,aliter peruinca,q̃ in lõgũ creſcit,obuia q̃q; vinciens ac peruinciẽs,folia habet lauro ſimilia.Ideo camædaphne,hoc eſt, parua laurus adpellat,florem facit violæ ſimilem.

Chamædracontes genera ſerpentium.

Chamædreos,Latinè calamandra herba calida & ſicca in tertio gradu.

Chamælcon,dicitur ex chamæla frutice ſaxoſo,non altiore palmo,folia oleaſtri,baccasq; habente. Cc.

Camæleuce,herba quæ tuſſilago dicitur.

Chamæmelon,herba eſt vulgo nota ab odore mali ſic dicta,quam medici recentiores chamomillam barbare vocant.Cc.

Chamæmirſyne,frutex ex quo ſcopæ fiunt,aliàs Ruſcus,nonnulli ſylueſtrem myrtum vocant,ex quo fit oleum,Chamæmyrſinum.Cc.

Chamærepes,arbor eſt ex ſpecie dactylorum,quæ & in creta & Sicilia naſcitur,folio latiore ac molli,& ad virilia vtiliſſima.

Chamæteræ,quæ & chamæteridæ à Græcis dicuntur humiles & depreſſæ imagines,id eſt,ſeruæ & pediſſequæ.Chamæ enim Græcorum aduerbium. Latinè ſignificat humi.Scribit Plinius libro.xxxvi.Scopam feciſſe Apollinem Palatinum, Veſtam ſedentem laudatam in Seruilianis hortis,duasq; chamæteras circa eam

Chamæzelos,herba eſt ab aliis tomentum dicta,cuius folia ita alba & mollia ſunt,vt planè videantur tomentum,& pro tomento vſurpentur.

Chamelcon,ontis,quaſi paruus leo,animal eſt diuerſa varietate conſperſum, vt pardus, & ad colores quos videt conuerſione facillima variatur.Naſcitur in India, figura & magnitudine lacertæ, niſi q crura habet recta & excelſiora.Latera vẽtri iũgunt vt piſcibus,& ſpina ſimili modo Eminet roſtrũ ſimile ſuillo,cauda prælonga in tenuitatem.deſinens,& implicans ſe viperinis orbibus,ungues adſiel, motus tradior vt teſtudini,aſperũ corpus vt crocodilo, habet oculos corpori concolores,nunquã eos operit.Solus animalium,nec cibo,nec potu alitur,nec alio quam aeris alimẽto,latet hyeme ut lacerata.Ab Auicenna dicitur ſtellio,ſed diuerſum eſſe Hiero.in Leui.oſtendit,qui inqt.Megale,chamæleon & ſtellio,& la

lio, & lacerta, & talpa omnia hæc immūda ſunt. Eſt & genus herbæ à foliorū uarietate, mutat enim cū terra colores, ad ſimilitudinem chameleōtis animalis. Hanc quidam Buphonem uocant.

Chameleopardalis, penulti. corrept. animal, cuius eſt ad magnitudinē chameli proceritas, color, pelliſq; pantheræ maculis ueluti florentibus uariegata, poſtremæ infra aluum partes homi ſubſident, ſicuti in Iconibus videmus. Humeri, pedeſq; priores, atque item pectus, præter cæterorum membrorum rationem procera, tenuis ceruix, chamelo caput ſimile.

Chameleopardalis eſt animal collo ſimile equo, pedibus & cruribus boui, capite camelo, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus.

Chamelus, per ſimplex l, generis communis, aīal quadrupes, quod crura prolixa, collum longum habet. Sitim ſuſtinet per triduum. Sed quum inuenit aquā tantum bibit, ut præterita & futuræ ſiti ſufficiat. Hiero. in Gene. Separauit chamelos fœtas, cum pullis ſuis. Bactri chamelos mittunt, & Arabia, ut ſcribit Diodo. Sed in hoc differunt, quòd Arabici bina in dorſo habent tubercula, hos Dromedarios vocant, ſingula Bactriani. Chamelus uero pro fune nautica, quo nautæ marinas anchoras ligant, gene. maſc. eſt, ut apud Euangeliſtā, Facilius eſt chamelū per foramen acus intrare, quàm diuitem, &c.

Χαμὸς θεὸς ἦν τυρίων καὶ ἀμενιτῶν ὥσπερ ἡ ἀσάρτη θεὸς σιδωνίων ἣν ἐλάτρευσε σολομών. id eſt, Chamos deus erat Tyriorum & Amenitum, quemadmodum Aſtarte dea Sidoniorum, quam coluit Solomon.

Charona, id eſt, placenta.

Chaonia, pars alpeſtris Epiri, licet quandoq; ſumatur pro tota Epiro. Hinc Chaones populi à Troiano Heleni fratre Chaone nominati. Hi Moloſſi etiá ut ſcribit Strabo adpellati ſunt, à Moloſſo Pyrrhi filio. Vergilius,

Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit.

Chaonides, dicti ſunt lupi ceruarii.

Chaos, Heſiodus omnium rerū initium uocat, quòd ante omnes Deos, Deaſq; natum ſit, in Theogonia ſcilicet, & Orpheus in principio Argonau.

Ἀρχαίου μὲν πρῶτα χάους ἀμέγαρτον ἀνάγκην,
Καὶ κρόνον ὃς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοισιν ὑπ' ὁλκοῖς,
Αἰθέρα καὶ διφυῆ περιώπεα κυδρὸν ἔρωτα.

id eſt, Veteris principia chaos magnam neceſſitatē Saturnuſq;, quemadmodum genuit infinitis reſolutionibus aërem circunſpicuum.

Et iterum adpellat, confuſam quondam ab initio unitatem hiantem, patentemq; in profundum. Alii adpellant materiā cœli & terræ confuſam atq; informem, quæ primum ex nihilo facta eſt, de qua poſtmodum omnia ſigillatim p ſpecies uarias, formaſq; proprias prodierunt, de qua ſcriptura loquitur, Qui feciſti mundum de materia informi. Lact. vero ſic habet, Chaos eſt rudis, inordinatæq; materiæ confuſa congeries. Nec audiendi ſunt poëtæ, qui aiunt chaos in principio fuiſſe, id eſt, confuſionem rerum atq; elemētorum, poſtea verò Deum diremiſſe omnem illam congeriem, ſingulisq; reb' ex confuſo aceruo ſeparatis, in ordinēq; deſcriptis, inſtruxiſſe mundum pariter & ornaſſe, quemadmodum Ouidius,

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum.
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigeſtaq; moles.

Omnia enim Deus fecit ex nihilo. Simplicius in cōmentariis de cœlo Ariſtol. ἤκουσα δὲ ἐγὼ τοὺς μὲν αἰγυπτίους ἀστρῴας τηρήσεις οὐκ ἐλαττόνων ἑξήκοντα μυριάδων. & multa alia, id eſt, Audiui ego quidem Aegyptios ſydera obſeruantes, nō minus ſexaginta milia. Eſt autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione cōtractorum, hoc modo τὸ χάος, τοῦ χάεος καὶ χάους, τῷ χάει καὶ χάᾳ, τὸ χάος, ὦ χάος. Et apud Latinos, Chaus, chai, chao, ſicut Priſci. declinauit. Verg. lib. iiii. Georg.

Atq; chao denſos diuum narrabat amores.

Ouidius lib. xiiii. Metamor.

Et noctem noctiſq; deos herebiq; chaoq;.

Dictum chaos à χέω, fundo, q fuerit fuſio, id eſt confuſio elementorum omnium.

Characatæ, vineæ pedatæ, uallatæ, à Græco χάραξ, κος, uallum, χαράττω, ſculpo, fingo, fœmini. gene. duntaxat pedamentum uitis ſignificat. Colu. lib. vi. Quæ defixis arundinibus circumiunctæ per ſtatumina calamorū, materiis ligatis in orbiculos, gyroſq; flectuntur, eas nonnulli characatas uocant.

Characiam, uocāt arundinē craſſiorem firmioremq;, quòd aptior ſit ſepibus faciendis, quippe χαράκειν, ſepire eſt.

Characias, genus thytimali, herba ramis digitali craſſitudine, cuius ſemē cum melle decoctum, in uſu eſt ad catapocla, hoc eſt, pillulas faciendas, ſoluendi alui gratia. Hanc medici corrupto uocabulo, Catapuitam uocant.

Character, Latinè notamēn, uel lineamentum, uel litura, ſignum, figura, ſtylus dicendi, unde litteræ characteres dicuntur.

Characteriſmos, Latinè deſignatio, ut eſt apud Iuue.

Et caluo ſeruiret Roma Neroni.

Figura, qua orator vitas eorum de quibus loquitur, deformat.

Charadrus, auis maritima magna & ingluuioſa, quā aſpicientes icterici liberātur, ſi Suidæ creditur, quū Plinius de Ictero aue hoc affirmet.

Charaxes frater Sapphûs poëtriæ, qui captus fuit Rhodopes meretricis amore. Ce.

Carcheſia, genus poculi apud Græcos, forma procera, & circa mediam partem compreſſa, anſata mediocriter, anſis à ſummo ad infimū pertingentibus. Et tribuitur Ioui, ſicut ſcyphus Herculi, cantarus Libero. Vergilius,

Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho.

Hoc genere poculi aurei donata eſt Alcmena ab Ioue, p pretio cōcubitus. Aſclepiades aūt uir inter græcos apprimè doctus, carcheſia à nauali re æſtimat dicta. Ait.n. naualis ueli partem inferiorē, pſnā uocari. At circa mediam uero partem, trachelon dici.

Summam vero partem Charcheſium nominari, & inde diffundi in vtrunq; uel latus, ea quæ cornua vocantur. Sunt etiam qui putent charcheſia eſſe foramina, q in ſũmo malo funes recipiunt. Catul.
Lucida qua ſumma ſplendent charcheſia mali.

Charientiſmos, dici poteſt gratificatio, nam χαρίεν eſt, gratum vel gratioſum, figura eſt, quum dura dicta mitius & gratius proferuntur.

Charis, Latinè gratia, à quo chariſma, atis, in eadem ſignificatione.

Chariſius, nomen cuiuſdam Grammatici, quem Priſcia. allegat. Eſt & panis, ſeu (vt Suidas ait) placentulæ ſpecies.

Chariſteum, genus marmoris viride, à χάρις, gratia, q eius color gratus ſit aſpicientibus.

Chariſtia, neut. gene. & numeri plur. feſta uocabãtur quibus cognati cõueniebãt, & munera mutuo mittebant. Ouidius lib. Faſt.
Proxima cognati dixere chariſtia.
χάρις, gratia. Et chariſtia Latinè etiam dicitur gratificatio. Vale. lib. ii. Conuiuium ſolenne maiores noſtri inſtituerunt, idq; Euchariſtiam adpellauerũt.

Charitas, Latine amor dicitur, à χάρις, gratia, amor. Eſt quidem charitas amoris ſpecies, quæ ad homines tantum ſpectat pro dignitate & qualitate perſonarum, amor ad omnia. Nam maxima charitas debetur parentib⁹, proxima filiis, & deinceps reliqs. Vel charitas (ut Speuſip. ait) eſt integra ai declaratio, ciuilis ſcientia honeſtorum atq; utilium.

Charites, gratiæ tres fuerũt. Aglæa, thalia, & Euphroſine, Iouis filiæ.

Cariophilon, pen. cor. genus aromatis, & naſcitur in India grandius & fragilius granis piperis, ut teſtat Plin. hẽtq; capitella dentata, ac odoris medicinæq; gratia ad nos aduehitur, à χαριὲν, gratioſum, & φίλον, amicum, charum.

Charmaſynum, genus ſerici, ex eo quod aſpicientes delectet.

Charon, tis, à poẽtis dr qui tranſuehit tria inferni flumina, Acherontẽ, Stygem, & Cocytũ, q & defunctorum animas ad aliam ripam tranſuehit.

Charopus, penultima correpta. Latinè amabilis, blandus, gratioſus dicitur, à χάρις, gratia, & ὤψ ὠπὸς, aſpectus.

Charta, cum ch aſpirato. Eſt enim dictio Græca, & ꝓpric fit ex papyro, apud Græcos ꝓ eo poni conſueuit quod nos librum dicimus.
Ouid. libro. iii. de Triſt.
Nullus in hac charta uerſus amare docet.
Ponitur quandoq; pro foliis ſeu phyluris, in quib⁹ ſcribimus, ſeu ſint papyraceæ, ſiue mẽbranæ, aut ex pergameno, aut ex alia materia. Quint. Quum aperto codice chartas explicaret. Vnde Suet. in Nero.
Plumbeam chartam ſupino pectore ſuſtinuit.
Pli. lib. xiii. Chartam Alexandri magni uictoria repertam, autor eſt M. Varro, cõdita in Aegypto Alexandria antẽ nõ fuiſſe chartarum vſum, palmarum foliis primò ſcriptitatum. Dẽinde quarũdam arborum libris, poſtea publica monumenta plũbeis uoluminibus, mox & priuata linteis cõfici cœpta, aut ceris (aliàs ſchedis.) Vopiſcus in Aureliano, Quæ omnia ex libris linteis in qbus ipſe quotidiana ſua ſcribi præceperat. A charta fiunt charteus, & chartularius adiectiua. Charta virgo, quæ nõdum peperit, hoc eſt, quæ nondum tranſcripta eſt, dicitur à Mar. Cuſtodit ipſe virginis pater. Parere enim dicuntur chartæ, quum ex iis exempla ſumuntur. Item Charta vrbs Tyri dicta eſt, ex qua & Dido ducta fertur, & ab ſe conditã vrbem, Carthaginẽ adpellaſſe.

Chartaceus, a, um, quod eſt ex charta. Vlpia. de lega. lib. iii. Quod ſi in codicibus ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ.

Chartophylacium, Latinè ſcriniũ dicitur, nam φυλακὴ, cuſtodia, φυλάσσω, cuſtodio.

Chartula, diminuti. Hieronymus, Volo in chartulis meis ineptias ſcribere.

Charunda, nomen viri, qui Athenienſibus leges dedit, qui à Catana ciuitate, vnde originẽ habuit, Cataneus eſt adpellatus.

Charus, ſignificat gratum, & amore deuinctum. Ver. Chara Deum ſoboles.

Charybdis. & Scylla, duo monſtra ſunt in Freto Siculo, de quibus Verg. Dextrũ Scylla latus, læuum implacata Charybdis Obſidet. Eſt autem locus ſicuti ſcribit Sal. iuxta Taurominitanum littus, extatq; fabula Charybdim mulierem fuiſſe rapaciſſimam. Quæ quum Herculis vaccas rapuiſſet, à Ioue fulminata eſt, & in hoc monſtrũ conuerſa. Eſt igitur Charybdis mare periculoſum nautis, quod cõtrariis fluctuum curſibus colliſionem facit, & rapta quæq; abſorbet & reiicit. Ouidius,
Et vomit epotas ſæua charybdis aquas.
Seneca ad Lucillum, Scyllam ſaxum eſſe & quidem terribile nauigantibus optime ſcio. Charybdis an reſpõdeat fabulis, perſcribi mihi deſydero. Fac nos certiores, vtrum uno tantum vento agatur in vertices, an omnis tempeſtas ac mare illud contorqueat, & an verum ſit, quicquid illo freti turbine arreptũ eſt per multa milia trahi. Thucyd. lib. iiii. ἔστι δὲ ὁ πορθμὸς ἡ μεταξὺ Ῥηγίου θάλασσα, καὶ Μεσσήνης, ᾗπερ βραχύτατον διέχει ἡ Σικελία τῆς ἠπείρου, καὶ ἔστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο. id eſt, Eſt autem fretũ inter Rhegium mare & Meſſenem, à quo breui ſpacio Sicilia à continente diſtat, & eſt Charybdis adpellatum.

Chaſma, atis. Latine hiatus, fiſſura. rictus, ὅτι χαίνει ἔνθεν καὶ χάσμα. χαίνω eſt hio. Fit autem chaſma non ſolum in cœlo, de quo Plinius, Fit & hiatus cœli quem vocant chaſma, ſed etiam in terra, vnde ait Iuriſcon. tit. de cenſibus. Si agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari. Ammianus eleganti vocabulo chaſmaticum adpellat terræ motum, quo patefactis ſubito voraginis terrarum partes per hiatum abſorbentur.

Chelæ, ſcorpionum & cancrorum brachia, tũ Græce χηλὴ, dicitur ungula, ſed ſciſſa, ut Theod. Gaza libro. ii. pædiæ Cyri. Vergilius,
Qua locus Erigonem inter chelaſq; ſequentes.

Ambro. de cancro loquens, Et periculoſum eſt, inquit, ſi chelam eius includat.

Chelæ, ſignum cœleſte. & dicitur prima ps Scorpii.

Chelone, Græce χελώνη, à Latinis dicitur teſtudo.

Chelunia, gemma teſtudineo oculo ſimilis.

Chelonitides, gemma ſimilis teſtudini aureis quibuſdam guttis inſignis.

Chelonophagi, penul. corre. teſtudinum comeſtores, nam χελώνη, teſtudo dicitur, φάγοι, comeſtores. Sunt autem populi Carmaniæ, ut inquit Soli. qui nō alia, quàm teſtudinum carne viuũt. Et earum ſuperficie caſas tegunt, tantæ apud illos reperiuntur magnitudinis teſtudines.

Chelidonia, de quo infra, herba uiſui ſaluberrima, ab hirundine monſtrata, à Græcis χελιδών, à noſtris hirundo transfertur, à qua Chelidonia herba dicitur, ꝙ eo auium genere aduenıente naſcatur, & diſcedente extinguatur. Siue quòd hirundines reſtituant oculos pullis ſuis excæcatis ea herba. Item Chelidonia vocaſ Fauonius vẽtus, ab octauo Idus Martias flans, ab hirũdinis viſu. Chelidonia etiam eſt oculus Indicæ teſtudinis, qui eſt lapillus. Item genus ſerpentis ſeu aſpidis, ut Gale. autor eſt.

Chelydros, teſtudo marina, quaſi cherſydros, quia in aquis & terris degit. Nam cherſum, terram, hydrus, aquam dicimus. Eſt etiam ornatus quidam, quo dotabantur mulieres. Iuuenalis,

Donat archana chelydrus.

Ita enim exponitur ab eruditis, quamuis nonnulli legant Cylindros, quum Cylindrus aliud ſignificet. Cornucopiæ.

Chelys, animal, teſtudo eſt proprie, ſed capitur pro cithara, ex qua Mercurius eam fecit, ἀπὸ τῆς χελώνης, hoc eſt, teſtudine. Nã ex teſtudine prima facta eſt cithara à Mercurio cõſumpta iam carne, ſed ſuperſtitibus neruis. Proprie ergo chelys teſtudo, chelyon operimentum teſtudinis.

Chemites, ſepulchri ſpecies, ebori ſimilis, in quo Darium conditum ferunt. Cc.

Chenalopeces, ex anſerum ſunt genere, quibus ꝓ cibis lautioribus vtuntur, Britanni. Cc.

Cheniſcus, pars proræ, à qua dependent anchoræ, ꝗ carinæ ſit principium. Alii puppis faſtigium adpellant, dictus cheniſcus quoniam anſeris caput, nauiũ fabricatores ipſi faſtigio poſuerunt. Vel boni augurii gratia nauem anſeri aſſimulantes, Cheniſcum adpellarunt, quòd undis more anſeris non madefacta ſupernatet. Apul.

Et puppis intorta cheniſco.

Chemnis, inſula eſt, vt Pomponius ſcribit, in quodam lacu Aegypti.

Chenoboſcion, locus vbi anſeres aluntur. nam Χὴν, Χηνός, anſer dicitur.

Chenopus, Latine anſeris pes dicitur, quo nomine dicta eſt herba, quæ habet effigiem anſerini pedis.

Chenotrophia, Χηνοτροφία, nauium volucrum auiaria.

Chenturiones, cum aſpiratione ſcripſerunt antiqui. Cornucopiæ.

Cheoſpes, Aegypti rex, qui celeberrimam illam pyramidem ſtruxit, habuitq́; in ea tam multa hominum milia, opus illic tot annis facientium, ut pro apio, cepa, allio, expenſa fuerint mille, & ſexaginta talenta.

Cheramides, genus lapilli pretioſi, qui (vt Strabo refert) in Mauritaniæ campeſtribus naſcitur.

Cheria, raphani genus ſylueſtre. Cc.

Cherronenſis, ἀπὸ τοῦ χέρρου, καὶ νήσου dicitur. Eſt autem Χέρρον, terra, perinde ac Χερρόνησος inſula dicitur. Scribitur igitur per duplex rr, peninſula eſt undiq; ferè mari cincta, & ob excellentiam ponitur pro Peloponeſo. Dicitur & Cherronea ꝗ fuit Plutarchi patria, clade totius Græce clariſſima. Verum totius cherroneſi triplex partitio videtur. Prior & nobilior pars eſt Aſia, quæ ab Helleſponto vſq; ad Halyn & cappadociam porrigitur, & à monte Tauro in Septentrionem verſa Ponto procumbit Euxino. Altera eſt cappadocia, quæ incipiens ubi Aſia deſinit, Orientem verſus ad Euphratem vſque procurrit, & ab Euxino vſq; ad Taurum & Amani montem in Meridiem extenditur. Tertia eſt omnis plaga, quæ à ſummis Tauri iugis, uſque ad mare in Auſtrum uergit.

Cherſina, teſtudinis genus terreſtris. Cc.

Cherſoneſus, idem quod cherroneſus. Nam Χέρσος, terra manu facta, νῆσος, Inſula.

Cherſydros, ſerpens qui tam in aquis, quàm in terris moratur nam componitur ex Χέρσος, terra, ὕδωρ, aqua, quaſi uiuens in terra & in aqua.

Cherubin, gene. neu. & pluralis numeri, pro illo angelorum choro. Cherub veru, ſeu cherubim per m, tam maſcul. quàm neutri generis eſt.

Cheruſci, populi Germaniæ.

Chibis, herba eſt, quam alii ſcortanam uocant. Cornucopiæ.

Chidnei, populi iuxta Pontum.

Chidorus, Macedoniæ fluuius.

Chiliarchus, qui præeſt mille hominibus. Sed in Roma. hiſtoriis pro tribuno militum ita ſemper accipitur, ut Demarchus pro tribuno plebis. Nam autore Ioſepho, ordo in Roma. militia hic erat, ut milites ad centuriones, illi ad tribunos, quos Græci chiliarchos uocant, mane conuenirent ſalutatum Hecatontarchos, ſupra centũ. Pentecoſiarchos, ſupra qnquagenos, Decaſiarchus, ſupra denos.

Chilias, chiliadis, numerus qui mille continet. Chilia mille, hinc chiliarchus, millenarius.

Chilon, unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ.

Chilos, Χεῖλος, labrum, vnde chilones, qui labra improbiora habent.

Chimæra, cum æ diphthon, cuius prima corripitur. Latinè Capella, mons in Lycia, leonibus & ſerpentibus inhabitabilia, qui etiam flammam ad modum Aethnæ in Sicilia emittit è ſummo uertice. Quod vtique dedit cauſſam fabulæ, vt Chimæra monſtrum dicatur tria capita habens, vnum leonis, aliud chimæræ, aliud draconis, cuius capita ignem efflant. Lucretius,

Prima leo,poſtrema draco,media ipſa chimæra.
Ouidius libro ſexto Meta.
Quoq; chimæra iugo mediis in partibus hircum,
Pectus & ora leæ caudam ſerpentis habebat.
Heſiodus. τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί μία μὲν χαροποῖο λέοντος. id eſt,huius vero tria erant capita, unum quidem leonis.
Chimerinos, penultima correpta, unus ex cœli cir-
culis,qui Capricornum contingit,in quo quum ſol
eſt dies breuiſſimi ſunt , & hyemalis interpreta-
tur. Martialis,
Si daret autumnus mihi nomen operinos eſſem.
Horrida ſi brumæ ſidera chimerinos.
Duæ etiam ſunt plagæ orbis habitabiles.Quæ à no
bis habitátur, θερινή à ſcriptoribus nominatur.
Alteram quam incolunt Antichthones,Chimerine,
à nobis hyemalis.quæ ad Auſtrum deflexa, Auſtra-
lis quoque nuncupatur,quum noſtra Septentrioni-
bus ſuppoſita ſit.
Chimum,adpellant decoctum, quod per uenas di-
ſcurrens in id membrum conuertitur cui adhæret,&
reſtaurat quod inde ex calore perierat. Nam alimē-
tum,quod ſummimus quartò intra nos decoquitur
Primò in ſtomacho,ſecundò in epate,tertiò in cor-
dis epatisq; opera,poſtremò, ac quarto perficitur
in uenis.
Chione,nobile ſcortum fuit,nomen habens à cando
re niuis. χιὼν enim Græcè niuem ſignificat.Ce.
Chios,inſula in Egæo ſeu Pamphylio noningentorū
ſtadiorū ambitu,in qua naſcitur maſtyx. Hæc olim
dicta eſt Aetholia. Cleobolus chiam adpellauit, à
chione Nympha.In hac templum Apollinis, Vnde
chius Apollo,& chii,in ea habitantes.Et promon
torium Aruiſium,in quo Aruiſia uina. Et penultimā
correptam habet. Luc.lib.viii
Quas aſinæ cautes,& quas chios aſperat vndas.
Sunt qui quadrigeminam chium eſſe putant,vt pri-
ma ſit chios inſula. Secunda cariæ vrbs, ſub monte
Pelleno, Tertia in Eubœa. Quarta in Cherroneſo
Rhodiorum,iuxta Triopiam. A Chios ſit Chius,a,
um.pen.produ. Tibul.lib.ii.
Nec mihi fumoſos veteris proferre phalernos,
Conſulis & chio ſoluite vincla cado.
Hæc inſula protulit memorabiles viros. Ionem
tragicum, Theopōpum hiſtoricum, & Theocritum
ſophiſtam.
Chiragra,pen.cor.manū dolor. χείρ, manus. ἄγρα,
dolor,atrocitas. Mart.
Si nihil porrigit hæc chiragra eſt.
Hinc Chirager,& chiragricus,qui chiragrā habet.
Chirocrates pen.cor.nomen architecti celebris,qui
ab aliquibus Dinocrates dici ſolet,apud Pli.lib.34.
Chirodita,tunica prolixa ultra brachia manus ope-
riens. Alio nomine Macrochera dicitur. Vnde Sci-
pio Gallo homini delicato obiectat quòd cum chi
rodota tunica,id eſt,manicata accubuerit. Has veſtes
Plautus uocat Manuleatas. Dicta eſt autem chirodi
ta ἀπὸ τῶν χειρῶν. hoc eſt, à manibus quas pro-
miſſiores habent. Sunt chirodiiæ Dalmatarum ue-
ſtes,manicatæ,ſericæ infectæ colore quo utebantur
Dalmatæ, quem hodie Dalmaſcum vocant. Qui-
bus veſtibus indutus, Dalmaticatus adpellatur.
Lampridius in Commodo. Dalmaticatus in publi-
cum proceſſit.
Chirographus,& chirographum, manus inſcriptio,
γράφω ,ſcribo. Chirographa,ſunt quæ nos perſcri-
pſimus,in fidē alicuius. Aſcon.ſcribit chirographa
dici,in quibus tantum quæ geſta ſunt,ſcribi ſolent.
In Syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio
venit.& non numerata quoq; pecunia,aut non in-
tegre numerata pro temporaria voluntate hominū
ſcribi ſolet. Iuuen.
Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni.
Hinc chirographarius, à Iureconſul.ponit̄ pro eo,
qui ſuo chirographo ſcripſit ſe debitorē in codice.
Chirogrillius,echinus terreſtris, vt eſt apud Leuiti-
cum cap.xi.
Chiromantia,in manibus diuinatio. μαντεύω enim mo-
ueo,cum quadam arte.vel μαντεία καὶ χείρ.
Chiromon,panacis genus ab inuētore chirone eſt au
ro.folio lapato ſimile,flos aureus radix parua.Ce.
Chiron nomen medici præſtātis,à cuius nomine her-
ba quoq; dicta eſt centaurea, & chironium hulcus,
quod maxime fit in pedibus & cruribus , habens
duas oras callentes tumentesq; dolore modico. Di-
ctum ceu chironis operam deſyderet. Fuit hic chi-
ron centaurus & Achillis magiſter, Saturni & Phil-
lyræ filius, Oceani filiæ dimidius homo , relliqua
arte equus,qui à matre Phillyrides eſt dictus. Hic
vniuerſos ſuæ ætatis homines bonitate & iuſtitia ſu
perauit.nauigauit cum argonautis, quorū medicus
fuit. Medicinam & herbarum uires inuenit. Medici
nam Aeſculapius,citharam Achilles, Aſtrologiam
Hercules,ab eo didicerunt. Tandem Deorum miſera
tione,quum ex vulnere obiiſſet, relatus eſt ad aſtra,
& Sagittarium conſtituit.
Chironia,uitis quam alii bryoniam dicunt.Ce.
Chironomia,manum motus. Quinti.legem geſtus in
terpretatur. Chironomia à χείρ. manus,& νόμος,
lex. Sunt enim motus quidam præſcripti,quibus ſal
tantes manibus vtuntur. Quod poſitum in Græco-
rum vſum fuit. Apud Roma.autem integris adhuc
vrbis moribus,in ſolo theatro exercebatur,& ma-
xime pyrrichia ſaltatio. Chironomus, & chirono-
montis,qui manibus geſticulatur & ludit,unde pro
ſtructore ponitur à Iuuen.qui lege quadā manū di-
uidit aues,& cætera eſculenta, quum inquit.
Spectas chironomanta uolanti.
Chirotheca,manum vagina, quæ etiam manica dicī
ſolet. Cic.in Phil. Solet enim cito ipſe accipere ma-
nicas,nec diutius obſidionis metū ſuſtinere. Chiro-
theſia,manuum impoſitio.
Chirurgia, manuum operatio. ἐργία enim opera-
tio dicitur,quaſi manuum opus,eò quòd manibus
hæc ars exerceatur.
Chirurgus,& chirurgicus,medicus vulnerarius. Mar.
Chirurgus fuerat,nunc eſt ueſpillo Diaulus.
Chirurgicus.idem quod chirurgus.

Chitrapus

chitra,hoc eſt,olla,apud ignem collocatur, vt in ea cibi coquantur,

Chius,lapis colore nigro,igneus,& inter carbuncu los propter id à Theophraſto numeratur.

Chlæna,genus veſtimenti,quod ſuper alia portabaſ. Poſtea Læna dicta.

Chalamys,ydis,proprie veſtis militaris,pallio penè aduerſa quum breuior multo ac ſtrictior ſit.Plaut⁹ Puer cape chlamydem,& da pallium.Idem ad orna ſum militis ait opus eſſe chlamyde, machæra & pe taſo.Similiter Iul.Pollux de ꝓprietate vocabulorũ inter apparat⁹ militares numerat chlamyda.Iureců ſulti vero inter veſtimenta puerilia numerant chla mydes.à chlamyde fit chlamydatus,qui eſt chlamy de indutus.Plautus in Pſeu.Quis hic homo chlamy datus eſt?aut vnde eſt,aut quem quæritat?Chlamy dula diminuti.Idem,Tu ſume chlamydulã.Suidas. Χλαμύς. Νουμᾶς ὁ δεύτερος ῥωμαίων βασιλεὺς, πρεσβύτερος γενόμενος ... id eſt,chlamys.Numa ſecundus rex Ro manorũ preſbyter acceptus Iſauꝛ̃ & formã lationia ipſorum edilecens, unde ex ipſis capiens, adinuenit chlamydis veſtimentum.Et multa ſubdit.

Choa,nomen eſt menſuræ,vel vas vbi reponuntur li bamina.

Chobar,proprium nomen fluminis, & qa graue fuit vel præualuit,interpretatur, Tigrim & Euphratem & omnia magna & grauiſſima flumina quæ in terra chaldæorum eſſe perhibentur, ſignificat.vnde cho ber pꝰſitis,nč literis mutatis, grauia,validus,diues.

Chœnix,icis,& chœnica,æ,nomen menſuræ quoties ſextarius quater aſſumitur.Quidam dicunt eſſe men ſuram diurnæ eſcæ,unde Pythagoreum ænigma eſt. Super chœnice non ſedendum.hoc eſt,non curãdũ de craſtino eſſe.

Chola,ſmaragdi genus in Arabia, & in ædificiis in cluditur.Cc.

Cholera,plurali numero, & choleræ.morbi genus eſt præcipitis,in quo & vomitus,& deiectio ſimul fiunt.Vnde cholerici apud celſum.Accipitur & pro bile. Lampridius. Alexander inquit, Cæſar ludi ces, qui furtorum fama laboraſſent, ſi caſu aliquo videret, commotione animi & ſtomacho chole ram euomebat.

Choliambi, verſus ſunt qui & Scazontes dicuntur, dicti quaſi claudi Iambi. Græci enim χωλοὺς, clau dum dicunt.

Chondros,Latinè granum turis dicitur.

Choragium,generali uocabulo dicitur inſtrumentũ, & cuiuſlibet rei apparatus.Cicero libro quarto ad Heren. Aut aliquod fragile falſæ choragium gloriæ comparetur. Apul.libro quinto de aſino au.Iam fe ralis nuptiarum miſerrimæ virgini choragium ſtrui tur.Feſt. Choragium eſt ſcenicum inſtrumentum, quo ſcilicet ſcena inſtruitur,& adparatus,cuius præ fectus dicitur choragus.Plaut.in Perſa. τὸ δὴ,id eſt, vnde ornamenta ab chorago ſumito, dare debet, Præbenda ædiles locauere.Et in Tri.Ipſa ornamen ta à chorago hæc ſumpſit ſuo periculo. Vitru.lib. quinto,Poſt cœnam porticus ſunt conſtituẽdæ,vt quum imbres repentini ludos interpellauerint, ha beat populus quo ſe recipiat ex theatro,choragiáq; laxamentum habeāt ad comparandum,uti ſunt por ticus Pompeianæ.Dictum choragium à verbo Græ co χορηγεῖν, quod eſt ſuppedito expenſas.

Choragus,Latinè choreæ princeps.& expẽſæ ſuppe ditator,& chori,conuiuiiq; magiſter.

Choramnei, genus quoddam hominum ſylueſtre in Perſia,tantæ velocitatis,vt ceruos cõprẽdant curſu.

Choraula,adpellatur ars tibicina.Vnde Stra.culpat Ptolemæum Aegypti regem,quòd præter alia flagi tia etiam choraulam exercuerit.

Choraules,à choro & tibiis dicti ſunt qui modulan tur ad choros,vel qui in choro fiſtulas inflant.χορὸς enim chorum,& tripudium ſignificat,αὐλὸς verò fiſtulam ſeu tibiam,quòd tibiis ad choreas cai unt. Apul.Erat quidem iuuenis ſatis corpulentus,cho raula doctiſſimus. Vnde apud nos vſitatũ nomẽ ꝓ Latino Aulædus.Cice.Qui citharœdi eſſe non poſ ſunt,aulædi fiunt.Et qa gratiſſimi principibus cho raules,quorũ deliciæ ambroſiæ,choraules Ambro. dixit Iuue.id eſt,tibicen gratiſſimus.

Choraules monumentarii,ſunt tibicines qui ad ſepul chra defunctorum canebãt.quales priſci Sciticinas vocant,qui apud ſitos,id eſt,defunctos canunt.

Chorda, Latinè funis,nam Græcum eſt, ut inqt Iul. Pollux.Cordum vero ſine h,aliud ſignificat.

Chorea,pen.indifferenter,à χορεύω, ſalto. Verg. Pars pedibus plaudunt choreas,& carmina dicunt. Idem,Immemores noſtri feſtas duxere choreas.

Choriãbus,pes,ex prima & vltima ꝓductis,duabus mediis, breuibus.ut filiolus.Dictus Choriambus, quod Iambicã deſinentiã habeat,& in choris apud veteres celebratiſſimus extiterit.

Chorius,pes, qui alio nomine dicitur Trochæus.cõ ſtat enim ex duabus ſyllabis,prima longa,& ſecun da breui.ut Meta.

Chorobates,pen.cor.eſt regula longa circiter pedes. xx.quæ habet tranſuerſaria.

Chorocithariſtæ,qui choro citarizant.ſicut Pſalloci thariſtæ,qui pſallunt,id eſt,canunt ad citharam. Sueto.In Domi.certabatur etiam & proſa oratione Græcè Latineq́;,ac præter citharœdos chorocitha riſtæ quoq; & pſallocithariſtæ.

Chortos,gramen in cõmune ſignificat,ſed præcipue fœnum.

Chorus, conuentum & multitudinem ſignifica⁹, & veluti coronam eorum qui ad ludos conueniunt,ſi ue ſaltantium,ſiue canentium. Nam multorum vo cibus & concentu conſtat,vt Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priſcos ex ſeruis ſymphoniacis comparabatur.Vnde apud Iureconſul.libro tertio de legatis.Si chorus legetur, perinde eſt,ac quaſi ſinguli homines legati ſint.Hieronimus Vbicunq; chorus eſt,ibi diuerſæ uoces in vnum canticum con geruntur. Quomodo enim diuerſæ uoces chordæ. vnam vocem efficiunt cantici,ſic & diuerſæ uocea

quum ſimul fuerint congregatæ, chorum domini eſſiciunt. Et à χαρά (ſecundum Plato. libro ſecundo de leg.) quæ eſt lætitia, deducitur. Feſtus à corona deriuat, habetq; primam cor. Verg. lib. vi.

Veſcentes lætumq; choro Pæana canentes. Idem,

Omnia quam chorus & ſocii comitentur ouantes.

Hinc chorea, & choraules. Hieronymus ad Dardanũ ſcribit chorũ eſſe muſicum inſtrumentũ, ex ſimplici pelle, cum duabus cicutis æreis, quod per primã, inſpiratur, & per ſecundam vox emittitur.

Chranae, inſula eſt quæ adiacet Sunio, Atticæ promõtorio, dẽinde Helene adpellata, quia in ea primum Paris cum Helena concubuiſſe dicitur.

Chreſis, Latine vſus dicitur, unde catachreſis, abuſio.

Chreſton, herba eſt aliàs cicorium adpellata. Cc.

Chreſtus, nomen Athenienſis autoris probatiſſimi, cuius meminit Colum.

Chria, eſt commemoratio alicuius dicti, vel facti, uel vtriuſq; ſimul, celerem habens demonſtrationem ut Iſocrates dicebat virtutum radices amaras, fructus uero dulces. Eſt enim vna ex quatuor exercitationibus quas Fabius Grãmatico tractãdas permittit. Dicta chria, quòd maxime ſit vtilis, & neceſſaria. χρεία enim & vſum, & neceſſitatem ſignificat.

Chriſis, Latine unctio dicitur, unde Chriſtus unctus. Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit, & Chriſma vnguentum.

Chromaticus, qui nulla uerecundia colorem mutat, & magis ad verbum coloratus dici poteſt.

Chronica, orum, generis neutri, non chronica, æ, vt indocti vſurpant temporalia dicuntur proprie annales, unde Chroniſmos, id eſt, temporalitas. à χρόνος tempus. Synchronus, contemporaneus. Inuenitur & Chronicus, a, um, Auguſtinus libro quarto de Ciuitate Dei, Nam ſicut ſcribunt, qui chronicam hiſtoriã proſecuti ſunt. Chronici, qui de temporibus ſcribunt. Plinius libro. xxxv. Quod & ipſius Timagoræ carmine vetuſto adparet chronicorum errore non dubio.

Chronos, χρόνος, Latinẽ tempus dicitur.

Chryſa, ciuitas Phrygiæ. Chryſa, inſula Indiæ, quam aureum ſolum habere proditũ eſt. & chryſa, fluuius agri Syracuſani.

Chryſalis, vermis genus. Cc.

Chryſei, ſtellæ radios aureos emittere adparentes. Cornucopiæ.

Chryſelectrus, in colorem lutei electri declinans.

Chryſendetum, penultima correpta, dici poteſt auro ligatum. Martia.

Sicq; videre potes miſeri chryſendeta Cinnæ.

Chryſes, nomen proprium uatis Iunonis. Chryſæ uero urbes multæ vocantur. Chriſeis, fuit chryſæ ſacerdotis filia, q̃ à Græcis rapta, in prædæ diſtributione Agamemnoni contigit. Homerus autor in principio lib. i. Iliad. res notiſſima eſt.

Chryſippus, philoſophus Aſianus Stoicorum cũ Zenone princeps. Hic Zenonis diſcipulus fuit acutus ſanẽ ut qui multis præceptoribus repugnauerit. Ita tuam habuit Athenis in Ceramico poſitam, In dialectica clariſſimus, fuit, ita, ut non illepidẽ diceret quidam. Si apud eos dialectica haberetur, non temere alia eſſet, quàm quæ à chryſippo inuenta fuit. Scripſit librorum volumina ſupra quinq; & ſeptingenta. Ferunt carneadem philoſophum cyreneum, perlectis chryſippi libris ita dixiſſe Niſi chryſippus eſſet, ego non eſſem. Componiturq́; hoc nomen ex χρυσός, aurum. & ἵππος, quod eſt equus. quaſi aureus equus. Suid. Χρύσιππος Ἀπολλωνίδου, σολεὺς, ἢ ταρσεὺς φιλόσοφος μαθητὴς Κλεάνθους, ὃς καὶ ἐπεστάτησε τῆς τούτου σχολῆς μετὰ Κλεάνθην. id eſt, Chryſippus Apollonidæ filius, Solẽſis uel Tharſenſis philoſophus, diſcipulus cleanthis, Stoicæ ſcholæ præceptor poſt cleanthem.

Chryſites, gemma eſt, quæ alio nomine philogynos dicitur, oſtreæ ſimilis Atticæ. Cc.

Chryſitis, auri ſpuma.

Chryſoaſpidæ, adpellati ſunt milites à clypeis auro cælatis.

Chryſoberylli, beryli quidem pallidiores, ſed coloſem aureum fulgore præ ſe ferentes. Eſt enim Beryllus gemma proxima Smaragdis.

Chryſocarpum, hederæ genus.

Chryſoceras, Latine auricornu, oppidum eſt apud Byzantium Europæ, latere Chalcedoniæ, ut inquit Strabo.

Chryſocola, humor qui in aurifodinis per uenas auri defluit, & craſſeſcente humore rigoribus hybernis, uſque in duritiam pumicis induratur. quæ ſubtiliſſime contuſa, auri picturam præbet. Plinius ſcribit hæc libro trigeſimo tertio, Et infra, Chryſocolam artifices ſibi vendicant, ad glutinandum aurum. Vnde & ipſa adpellata eſt. id eſt, auricola & gluten. Chryſocolam terræ genus eſſe quidam dicunt, quam ẽ Macedonia adportari, & illic fodi, autor eſt Vitru.

Chryſocoma, coma aurea. Cc.

Chryſocomus penultima correpta, comas aureas habens, quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum quæ comæ ſunt ſolis aureæ.

Chryſolectrum, ſpecies ſuccini. Cc.

Chryſogonus, nomen viri proprium, compoſitum ex χρυσός, aurum. & γονή, fœtum, quod aurum undecunq; pariat. Iuuen.

Sunt quæ Chryſogonum cantare vetant.

Chryſolapis, lapillus noctu ignei coloris, licet die palleſcat.

Chryſolytus, penultima correpta, lapis precioſus aureo nitore tranſlucens. χρυσός, aurum. λίθος, lapis. quaſi aureus lapis. Ouid.

Per iuga chryſoliti poſitæq; ex ordine gemmæ.

Chryſomalon, Græci adpellant arietem illum, qui, ut eſt in fabulis lanam auream habuit.

Chryſomela, ſunt poma aurea, quæ alio nomine dicũtur Armeniaca, quòd colorem aureum habeant.

Chryſopaſſus, lapis auro aſperſus. πάσσω enim ſpargo ſignificat.

Chryſophis, penultima correpta, cui videtur aurum ineſſe.

Chryſopraſius,pen.cor.lapis auro ad mixtus,& porri viriditatem habens.nam πράσον ſignificat porrum.vnde & Praſinus pro viridi.

Chryſoptemis,filia Agamemnonis,& Clytẽneſtræ. Cornucopiæ.

Chryſoptoros,gẽma eſt ſimilis chryſopraſio,ſola nobilium gemmarum limam ſentit.Ce.

Chryſorrhoæ,populi dicti quod in his locis,ut ſquit Strabo,auriferi torrentes ſunt. Vnde fabulis occaſio de uellere apud Cholcos aureo.

Chryſos,cum y,dicitur aurum,à quo multa deducuntur.

Chryſoſtomus,aureum os,τόμα,τος.os dicitur.

Chryſoreles,genus herbæ,quod aureum florem producat.Cornucop.

Chryſothoas,dictus eſt pactolus amnis quòd auri ſamenta ferat.

Chus,idem quod congius qui ſexies capit ſextarium.

Chytra,& Chytron,Latine olla.inde chytrapes,odis olla quæ pedes habet,quæ & Chytrapoda,æ,dicit.

Chytus,Czyci portus.

C ANTE I

Cibale,quod ad cibũ pertinet.Var.Eſt enim lac omniũ rerum,quas cibali cauſſa cupimus,liquẽtium maxime alibile.Et id ouillum,inde caprinum.

Cibarium,non ſignificat locum vbi reponuntur,cibi,ſed ipſum cibum.vt,cibaria miſit eis.

Cibarium vinum,pro ignobili.Var.Potus meus vinũ cibarium.Sic cibarius homo,ab eodem dicitur pro ſordido.& plebeio. Ait enim tuus frater cibarius fuit Ariſtoxenus.

Cibarius a,um,quod ad cibum pertinet,& nõ ſolum de pane ſordido,ſed etiam de alio indigno dicitur. Cicero libro primo Tuſcula.Cui quum peregrinanti in Aegyptum,comitibus non ſecutis,cibarius in capſa panis datus eſſet,nihil viſum illo pane iucundus.

Cibo,as,cibum infero. Columella libro nono Atq; ea genera quæ intra ſepta villæ cibantur,ferè perſecuti ſumus.

Ciborium,genus pomorum Alexandrinorum.Hora. Obliuioſo leuia maſſico ciboria exple.
Acron,Ciboria Alexandrina poma,quæ habent ſimilia colocaſiis folia,in quorum ſimilitudinem facta pocula,eodem nomine adpellantur,aut certe p cibis poſuit,tanquàm cibum poculis compenſaret. Ciborium quoq; nunc dicitur ſtructura quædam,altare cooperiens,qualia multa Romæ à ſummis põtificibus extructa fuere.Vnde ſcribitur diuũ Gregorium feciſſe ad beatum Petrum ſuper altare ciboriũ cum columnis quatuor ex argento puro.

Cibus,& Victus,differunt ſecundum Donat.quod cibus etiam delicatis præbetur.Victus in paruis,aridisq; alimoniis conſtitutus.Terentius in An.Lana ac tela victum quæritans.Quidam hoc nomen eſt y ſcribunt,& à κυβιτός,quæ eſt pera,deducunt,cò quòd pera cibum feramur.

Cicada,dicta eſt quaſi cito cadens.Viuit enim rore & cito decidit.Cicada ex omnibus quæ viuunt,ſine ore eſt,pro eo aculeatum quiddam in pectore habet,linguæ ſimile,quo rorem lambit,& pectus ipſum fiſtuloſum,quo vocem emittit.Cicadarum aũt duo genera.Minores,quæ primæ proueniunt,& nouiſſimæ pereunt.Sunt autem mutæ,inquit Pli.licẽ maiores quæ canunt,vocantur Acheiæ.

Cicatricoſus,cicatricibus plenus.Ce.

Cicatrix,proprie eſt ſignum vulneris obducti,quaſi circa cutem,vel dicta eſt quaſi occæcatrix.Eſt enim calloſa caro procure inducta,vbi hiatus vulneris q iam coiuit,fuerat,vnde cicatrico,as,pen.corr.quod eſt cicatricem induco.

Cicatrizo,cicatricem induco.ſicut cicatrico.

Cicer,genus leguminis.

Cicera,genus leguminis.Palld.lib.iiii.Cicera ſeritur quæ diſtat à cicercula ſolo colore.

Cicercula.leguminis genus,ſimilis piſo,vt inqt Colu.

Cicero,eloquentiæ parens,apud omnes celebratiſſimus.

Cicerones,à cicere adpellati.inde Ciceronianus.

Cichorea.& Cichoreum,vtroq; modo dicitur.
Horatius libro primo,Car.
Me cichoreæ leues q; maluæ.
Plinius libro viginti cichoreum refrigerat in cibo ſumptum.

Cici,herba eſt quam alio nomine Recinũ uocamus.

Cicina,auis nocturna.

Cicindula,ſeu cicindella,genus muſcarum quod noctu lucet ignium,modo.laterum & clunium colore à Græcis Lápyris dicta.Quidã nocticulã,alii nitedulã vocant.nõ antè matura pabula,aut poſt deſecta cõſpicit,nunc pennaꝶ hiatu refulgens,nunc cõpreſſu obumbrata.Ab hac lychnus penſilis,quẽ vulgò lampadem vocant.Cicindella adpellatur,q̃ nocte tota ſeruatur accenſa,& lamprydis inſtar lucet.

Cicina,parua & gracilis ſerpens in Italia,ferè veneno carens.Cornuc.

Cyclicus,pen.cor.uide in dictione circulatores.

Cicones,penul.correp.populi Thraciæ iuxta Hedrũ fluuium habitantes.Tibul.Nam ciconum ille manus aduerſis repulit vndis.

Ciconia,auis quæ ſerpentibus pullos nutrit,quo etiã nomine vocatur ſignum roſtratũ,quo è puteis hauriri aqua ſolet apud Hiſpanos,quod & ciconium à nonnullis dicitur.Hiſpani telonem dicunt.Item ciconia menſuræ genus eſt.Colu.lib.iiii.Sed huic operi exigendo quaſi quãdam machinam commenti maiores noſtri regulam fabricauerunt,in cuius latere virga prominens,ad eam altitudinem,qua deprimi ſulcum oportet,contingit ſummam ripæ partem.Id genus menſuræ ciconiam vocant ruſtici.

Ciconius nomen eius qui Brixiam condidit.

Cicorium,herba eſt quæ paſſim naſcitur,quam alio nomine Intubum erraticum vocant.nec eſt heliotropiũ,vt huius temporis medici ſomniant.Ce.

Cicum,membrana tenuis malorum punicorum.

Cicur,penultima producta,quod ex fera factum eſt manſuetum,vt aper,ceruus,leo,& quicqd cicurari,

Id eſt, manſueſieri poteſt. Quod enim à fero diſcretum eſt, id Cicur dicitur. Cice. Aliæ ſunt feræ, aliæ cicures, aliæ natantes, aliæ uolucres. Cicur ingeniū, dicitur mite, ac manſuetum. Et à cico membrana tenui, deriuari uidetur. hinc Vecturii quoq; nobiles nominati ſunt cicures.

Cicuro, as, manſuefacio, verbum vetus quod alio verbo dicitur exarmo.

Cicuta, penultima producta, herba uenenoſa, caule viridi & geniculato, altior ſæpe binis cubitis, in cacuminibus q; ramoſa, foliis coriandri tenuioribus, graui odoratu, ſemine aniſo craſſiori, radice concaua, nullius vſus. Nam ſemini tantum & foliis, refrigeratoria uis eſt. Serui. docet cicutam eſſe, quod eſt inter cannarum uodos. Vergilius,

Eſt mihi diſparibus ſeptē cōpacta cicutis Fiſtula,

Cidaris, tegumentum capitis, pen. cor. Quidam pileū regum Perſarum Cidarim eſſe dicunt. alii Thiaram ſeu mitram, alii coronam, alii ſtrophium ſacerdotale. vnde in Leuitico, Cidari quoq; texit caput. Apd Græcos ſcribitur κιδάρις.

Cieo, es. Cio, is, ambo ciui. citum faciunt. Sed quum à cieo, es, fit citum, pen. cor. A cio vero producitur. Ouidius libro. ii. Metamor.

Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis.

Idem, libro primo de Triſt.

Accitus toties, in genus omne ioci.

Et cieo quidem ſignificat. moueo. Verg.

Cœlum, terram q; ciebo.

Cio vero voco proprie, quamuis & pro cōmoueo vſurpetur. Liuius lib. i.

Princeps vtrinq; pugnam ciebant.

Proprie autem dixi, quoniam uocare aliquo modo mouere eſt, ſicut & mouere vocare, adeò vt alterum pro altero qſi q; ſumi poſſe videatur. ut illud Verg.

Miſſenum Aeolidem, quo non præſtantior alter

Aere ciere viros, Martem q; accendere cantu.

Colum. lib. vii. Cio, is, poſuit pro commoueo. Nullo (inquit) tempore, & minime æſtate vtilius eſt, boues in curſum cōcitari. nam ea res cit aluum. A cieo igitur pro moueo, fit citus, id eſt, velox. & cōcitus, commotus. & Percitus, in furorem, iracundiam ue motus. Cito, as, frequentatiuum, à quo concito, Excito, Incito, Recito, Suſcito, Reſuſcito, Exuſcito, Oſcito, Procito. Similiter concieo, & Excieo, & ſi qua ſunt alia compoſita. Primum ſignificat commoueo. Liuius, Galli, quos prædæ populationum q; conciuerat ſpes. Secundum foras moueo, & excutio. A' Cio fit Excio. Sta. lib. iiii. Theb.

Suus exciſt in arma,

Antiquam tiryntha Deus.

Accio, ſiue Arcio. Procio, prouoco, ſiue à longe voco. Percio, pulſo, tango, percutio, & vaide commoueo. Concio, ſimul voco, vel ſimul commoueo, congrego. Hinc concio, onis. Ex quibus etiam fiunt, cōcito, Excito, Procito, frequentatiua, Porrò q præterita & ſupina eadem amborū ſimplicium ſunt, itē q; compoſitorum, orta eſt non parua interpretandi ea verba difficultas. Nam cito as, frequētatiuū eſt ambo rū primitiuorū cio & cieo. ideo aliqñ uocito, aliquando frequenter moueo ſignificat. Pro uocito Cic. in Ver. Acti. iiii. Citatur reus, cauſſa agitur. Pro crebro moueo. Col. lib. viii. Ne immaturis herbis citetur aluus, eo q; uitio pecus emacietur. Igitur non ſomniculoſe ſpectanda ſunt frequentatiua, compoſita, præterita, participia q; compoſitorum, ut quæ uocationis magis proprietatem habēt à cieo, quæ uero motionis, à cio ſumantur.

Cileo, es, lui, ſignificat moueo, unde & furcillæ, q his frumenta cileantur, id eſt, moueantur.

Cilicia, regio eſt (ut Pli. lib. v. teſtatur) in minori Aſia, Syriæ proxima, plurima iacens campo, Tauro mōti ſubiecta, quæ à Cilice nomen ſortita eſt, quem priſtina ætas penè ultra æuū memoriæ abſcōdit phœnice ortus, qui apud gentiles antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur. Hæc regio ab Oriente Amano claudit, à Septentrione Tauri iugis, ab Occidente Pamphilia. Huius metropolis eſt Tharſos, quam interſecat Cydnus amnis. à Cilicia, Ciliciæ portæ. Cc.

Cilicium, à Cilicibus populis dictum eſt, apud quos (ut inquit Varro) cilicia primū confecta ſunt. Fiūt a ſit ex villis hircorum, atq; caprarum, quæ adhibentur (ut Vege. inquit) ad excipiēdum impetum ſagittarū. Aſco. ſcribit Cilicia tecta eſſe de pilis, in caſtrorum uſum atq; nautarum. Inde Cilicina veſtis.

Cilium, folliculus ſuperior quo oculus integitur, q cilicere mouere ſit, vel quaſi celium à cælādo, quòd oculum cælet. Inde fit Supercilium, quod pilis obtegitur, cuius prima corripitur. vnde eſt illud in Priapein. Cōueniens latio pone ſupercilium. Nam teſte Plinio lib. xi. extremum ambitum, genæ ſuperioris antiqui Cilium vocare.

Cilix, nomen proprium Phœnicis filii, à quo Cilicia, & Cilix adiectiuum dicitur homo, qui è cilicia ortus eſt. Cilices, pyratæ fuerunt, quós Cn. Pompeius funditus deleuit.

Cilibe, penul. corr. menſæ rotundæ. Var. ſcribit Cillibam menſam quadratam eſcariam, quæ nunc in caſtris à cibo cilliba dicta, poſtea rotunda facta. hæc & cilibantum dicitur, à cilice, poculo Græco. id eſt calice dictum.

Cilones, dicti ſunt quorum capita oblonga & compreſſa ſunt, vel quibus frons eminentior eſt, ita ut à dextra ſiniſtra q; reciſa videatur.

Cima, herbarum ſummitas eſt, tam primæ, quàm tertiæ declinationis. Plin. Et homini non minor rapaciorum gratia quàm cimarum. Columella.

Frigoribus caules & veri cimata mittit.

Cimacia, ſunt quæ in quadratura extant per quatuor pedes, ſicut menſæ quadræ fieri ſolent. Augu.

Cimas, iuſula inter Iſtri oſtia, quæ vt Pomponius ſcribit, vrbem habet, quam quia Bithyni colunt, Bithynidam adpellant.

Cimbri, populi qui nunc Flamingi, Germani, lingua Gallica latrones. Qui inundatione Oceani fugati, quum Gallias atq; Italiam adiiſſent, ſedes à ſenatu Rom. petierunt. A quo repulſi, armis petere conſtituerunt,

fuerũt,quod precibus impetrare nequiuerant. Actũ erat de Romanis,niſi Marius illo ſeculo cõtigiſſet, à quo primũ apud aquas Sextias,mox propè Atheſim debellati,& ad internecionẽ redacti ſunt. Hi ẽt, vt docet Dio. uocati ſunt Cimerii,qui quoniã remotiores ſunt,à nobis apud inferos eſſe putantur. Sed Homerus dixit Cimerios populos in Aſia Amazonibus proximos,qui ex ultimo Occidentali, Oceano aduenerunt. Fertur à Vale. Max. Cimbros & celtiberos in acie gaudio exultare conſueuiſſe,tanquã glorioſe & feliciter vita eſſent exceſſuri. Lamentari vero in morbo,quaſi turpiter perituri.

Cimerii,populi Scythici,à quibus Boſphorus Cimerius vocatus eſt,in cuius oſtio fuit oppidum Cimerion. Horũ clima obſcurum eſt. de quibus Homerus,

Illis ſol nunquàm Phaeton ſua lumina ſpargit,
Pernicioſa ſuper nox ſemper tenditur iſtis.

Hinc deductum eſt prouerbiũ,vt dicantur tenebræ Cimeriæ. Vnde Lactan. lib. iiii. O' cæcum pectus,ò mentem cimeriis,aut alunt,vmbris atriorem. Ephorus ſcribit Cimerios in Italia quoq; fuiſſe iuxta lacũ Auernum,eosq; in ſubterraneis habitaſſe domiciliis,quorum morem patrium eſſe,vt nemo ſolẽ aſpiciat,noctu vero egrediantur. De Cimeriis ita ſcribit Feſt. Cimerii dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras incolunt,quales fuerũt inter Baias & Cumas,in ea regione,in qua conuallis ſatis eminenti iugo circundata eſt,quæ neq; matutino, neq; ueſpertino tempore ſole cõtegitur. Cimericus Boſphorus inde nominatur,cuius longitudo eſt ducentorũ & viginti ſtadiorum.

Cimex,uermiculus eſt odore fœdus ex ligno naſcens, chartisq; & paleis.

Cimolia creta,ab inſula Cimolo, qua vtuntur fullones inueſtibus abluendis. Hanc nũc vulgus terrã ſaponariã uocat. Hæc & medicamentis apta dicitur.

Cinabula,cunabula,Cinæ,Cunæ, κύειν enim Græcè parere dicunt,& eniti.

Cinædiæ,lapilli q̃ inueniunt in cerebro piſcis eiuſdẽ nominis. Plinius lib. vltimo.

Cinedicus,a,um,pen. corr. adie. à cinædus. Plaut. in Sti. Lepidam & ſuauem cantationem aliquam occipito cinædicam.

Cinædus,cum æ diphth. puer ad patiendum aptus. à κινέω, moueo,vel experior. αἰδῶα, verenda. Gel. Nihil intereſt quibus membris cinædi ſitis,poſterioribus an prioribus. Alii Cinædos pudore uacuos adpellant. κενὸς enĩ uacuus. αἰδὼς, pudor. Alii interpretantur ſaltatores,uel pantominos,ἀπὸ τοῦ κινᾶν, q; libidine omnibus anteirẽt,qui choros ducebant,& nimia agilitate ſe exercebant. hos alio vocabulo Petauriſtas uocant,eò quod ſaltibus leuioribus mouerentur,vt nulla duricies in corpore uideretur. Plaut. in Aul.

Ita fuſtibus ſum mollior magis,quã ullus cinædus.

Cinædus etiam genus piſcis,de quo Pli. lib. xxxix.

Cincia,locus Romæ. ubi Ciociorũ monumẽtũ fuit.

Cincinni,per duplex nn,à κίκι, ſpecie olei, ut quibuſdam videtur,eosq; duntaxat capillos ſignificãt, qui ita intorti ſunt ut oleo perfuſi madeſcant. Inde Cicinnati dicuntur,qui ita capillos habent. Iuue.

Altior hic quare cincinnus.

Hos capillos Mar. anulos vocat. ait enim,

Vnus de toto peccauerat orbe comarum Anulus.

Varro,Cincinnum ſignificat eſſe intortum capillũ, ſic ſcribens. Is eſt colliculus viteus, intortus, vt cincinnus.

Ciociorũ cognomen Romæ,deductum à Cingo. Ce.

Cincticulus,dimin. à cinctus. amiculi genus, quod ſeſe ſub umbiliculo præcingitur, & ad dimidiũ crus porrigitur. Plaut. in Bac. Cinctulo præcinctus.

Cinctus,us,à cingo, ſicut cingulum,quamuis & pro ueſtitu ſumatur. Vergil. Cinctuq; Gabino.

Porphirio docet Cinctum tunicæ genus eſſe infra pectus aptatæ,à quo Cinctutos Cethegos Horat. Nominauit, Cinctum gabinum eſſe dicunt, togam ſic in tergum reiectam,ut una eius lacinia reuocata hominem cingat. hoc genere ueſtimenti conſul Romanus utebatur bellum indicturus. Ce.

Cinefactum,in cinerem diſſolutum. à Cinefacio,qđ eſt in cinerem reduco. Figuratio,vt tepefactum,& labefactum. Lucil. lib. iii.

At nos horrifico cinefactum te propè buſto.

Ciner,& Cinis,tam maſculini,quàm fœminini generis. puluis in quem materia uſta redigitur. Cinis aſinina cum oleo ualet ſuper ſcrophulas. Inde fit Cinereus,a,um,ut color cinereus. Similiter Cineraceus, a,um,quod eſt ex colore cineris. Plin. libr. xxxiii.

Terra eſt alia ruffa, alia cineracea.

Cinericius,a,um,ut panis ſubcinericius, qui coctus eſt ſub cinere.

Ciniflones,à cinere dicti ſunt,& Cinelones, & Cinerarii,pro paraſitis. ab officio calamiſtrorum in cinere calefaciendorum,quibus matronæ capillos criſpabant. Horatius,

Cuſtodes lecticæ ciniflones paraſiti,

Cingo,is,xi,ctum,ablatiuo poſt accuſatiuum iungitur. Gel. Scuto pedeſtri & gladio Hiſpanico cinctus contra gallum conſtitit. Per tranſlationem Cingere ponitur pro circuire,& circumſepire. Liui. libro. i. Nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat,urbem quam nondũ munierat cingere parat. Aliquando tamen accuſatiuo ſolo contentum eſt. Plinius,

Quum eum ſaltum uenatores cinxiſſent.

Dictum cingo,quaſi circumago. Huius cõpoſita ſunt Accingo,Circuncingo,Diſcingo. de quo in Accingo. Incinctus. Liuius libro. x.

Incinctum Gabino cinctu ſuper telum ſtantem.

Intercingo. Plin. Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenitur in Aphricæ parte. Præcingo,idem qđ cingo. Plaut. in Bac. Inde de hippodromo, & palæſtra vbi reueniſſes domum,Cinctulo præcinctus,in ſelis apud magiſtrum aſſideres,tum librum legeres ſi unam peccauiſſes ſyllabam,fieret corium tam maculoſum quàm eſt nutricis pallium. Interdũ Præcingere,eſt ꝑparare,unde Præcinctos,ſtrẽnuos,& expeditos dicimus. Procingo,cingo,adparo à quo Pro-

cinctus, adparatus bellicus, & expeditus. Ouid.
Hæc in procinctu carmina facta puta.
Pli. Vinum curas, vigoremq́; animi, impedit ad procinctum tendentibus. Et Procincta claſſis vocabat, quum exercitus cinctus erat cõfectim pugnaturus.
Recingo, retrocingo, vel pro ſimplici ponitur.
Ouidius libro Metamor.
Velantq́; caput, tunicasq́; recingunt.
Succingo, ſubtus cingo, & ad cingulum alligo. Cic. lib. xii. Phil. Ser. Galbam eodem pugione ſuccinctũ in caſtra videus. Et Secingere, eſt cinctu veſtes ita colligere, ut breuiores videantur, fiatq́; homo ad agendum promptior, vnde & Succinctam orationẽ breuem dicimus. & Succinctè, breuiter. hinc Succingulum, balteum dicimus. & Succinctorium, veſtis genus breuiſſimæ, quo venter, & verenda teguntur, quod & Semicinctum uocatur, q medium hominem cingat. id eſt, ueſtiat.
Cingriæ, tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores eſſent ſubtilioribus tamen modis inſonabant. Ce.
Cingula, æ, qua cinguntur iumenta. Ouid. de Reme.
Et noua uelocem cingula lædat equum.
Cingulum, homini cinctorium dicitur, & pro annulo quandoq́; ponitur, q digitum circuit.
Cinna, ciuitas Theſſaliæ à Cinno gigante, & Cæi fratre dicta eſt. Et nomen Romani viri crudelitate inſignis, qui flagitioſiſſimus, ſumma crudelitate rẽpub. vaſtauit primo conſulatu, ſeruus ad pileum uocatis aduerſarios vicit. Octauium interfecit, Ianiculũ occupauit. Iterum & tertio ſe conſulem fecit. Quarto conſulatu, quum bellum contra Syllam pararet. Ancone, ob nimiam crudelitatẽ, lapidibus ab exercitu occiſus eſt.
Cinnabari, per duplex nn. Latine Cinnabaris, & Cinnaber, ut piperi, nos piper. Pli. lib. xxix. Et colore dilutum cinnabari clariorem fieri. Dioſco. Cinnabarim (inquit) aliqui ſanguinem draconum eſſe dicũt. Venditur hodie in magno precio in officinis ſanguis draconis, quum ſyncerus eſt, quem pleriq; Cinnabarim exiſtimant. ſanguis eſt draconis, elephantorum morientium põdere eliſi, dum ſimul pugnãt, vtriuſq; animalis cruore permiſto, nec eſt alius color, q magia proprie ſanguinẽ reddat humanũ. Antidotis pterea medicamentisq́; miſcetur. Ce.
Cinnamomum, frutetum in Aethiopia, quod ſitu breui naſcitur, fiſtulæ duplo duorum cubitorum altitudine. Naſcitur & in Sabæis, & in India, quæ Auſtralis eſt.
Cinnamum, ſimilis eſt arbuſcula cum cinnamomo, vel eadem eſt, quæ & cinnamomum. de quo Ouidi. libro. iii. Faſt.
Cinnama tum primum captiuaq́; thura dediſti.
Cinniligium, quo noua nupta præcingebatur. Ce.
Cinnus, per duplex nn, capillus dicitur. Plaut. in Tru. Iam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, cinnos tuos unguentatos vſq; ex cerebro expellam. Proprie tamen Cinnus eſt plurimorum commiſtio, nam ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectũ dr. Cic. lib. de orat. Cinnus vtriuſq; particeps, vel utriuſq; ſi uerũ quærimus expers. Vnde Cõcinnus, a, um, & Concinno, as, fiunt. de quibus alibi.
Cinxia, Iuno dicebatur in nuptiis, q inito cõiugio ſolutio cinguli erat, quo noua nupta erat cincta. Ce.
Ciperum, eſt radix plantæ, ſimilis porro, quod miſtum cum croco, abradit pilos, extrahit lapidem, & frangit, & conſolidat ea, quæ ſunt difficilia conſolidationis.
Cippus, inſtrumentum ad colligandos pedes. Terra quoq; in tumulũ coaggregata dicitur Cippus, quãdoq; etiam ſepulchrum. Hora. in Serm. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum, Hic dabat. Præterea Cippus colũnã ſignat. eſt & nomẽ uiri ꝓpriũ. Val. Max. li. vi. Genutio Cippo ꝓtori paludato, portã egredienti ſubito uelut cornua emerſerũt.
Circa, præpoſitio eſt, quæ qñq; cõponit, & poſtpoſita inuenitur cũ ablrõ loco cõiunctiõis cãlis. Verg. Quo circa cape aũ dolos. Interdũ poſtponit circũ. vt Circumcirca. Sed quũ ꝓponitur, ſignificat iuxta, & tam locum, quàm numerũ deſignat, ut circa forũ uiſus es, & circa tres annos tecum manſi.
Circanea, auis dicitur quæ uolando circuitum facit.
Circe, Solis, & Perſæs Nymphæ filia, & Oetæ ſoror fuit, quæ habitauit non longe à Caieta urbe Campaniæ in monte quodã olim inſula. Ab ea circeus, ſiue circei, & circeum oppidũ. Hinc circeienſes populi. Liu. libr. vi. Ad hoc Latini, Hernicique acceſſerunt, & circeienſium quidam. Cice. lib. iii. de natura Deorum. Circen quoq; coloni noſtri circeienſes religione colunt. Circei verò, ut Pli. autor eſt libr. iii. quondam inſula immenſo quidem mari circundata, ſi Homero creditur, vbi Latium antiquum terminabatur. Strab. lib. v. Poſt Antium circeium eſt ſtadiorum ducentorum & nonaginta, mons maxi, & paludibus inſtar inſulæ. Habet etiam caſtellum, & circeæ ſacellum, & Mineruæ aram. Verg. lib. iiii.
Proxima Circeæ raduntur littora terræ.
Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos.
Aſſiduo reſonant cantu.
Homerus lib. x. Odyſſeæ late proſequitur, & quod Mercurius dedit, antequam iret ad Circen.
Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ' εἴκελον ἄνθος
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. Et ſubdit.
καὶ τότ' ἐγὼ κίρκης ἐπέβην περικαλλέος εὐνῆς,
Ἀμφίπολοι δ' ἄρα τέως μὲν ἐνὶ μεγάροισι πένοντο
Τέσσαρες, id eſt, radix nigra erat, flos lacti ſimilis, moly ipſam vocant Dii. & ſubdit. Tunc ego impoſitus pulchro cubili, famuli vtiq; tunc in domibus laborant quatuor.
Circenſes ludi, dicti ſunt, q in circo fierent, ſiue quaſi circum enſes. Nam ante facta ſpectacula, ut quidã aſtruunt, inter enſes, & flumina locis virentibus agebant, & medio in loco munera ponebant. Eq vero, iunctis curribus, à Circi carceribus diſcedentes, ex uno latere recurrentes, ad primam metam reducebãtur. Nam circus oblongus in hemycli ſpeciem deſinebat, vbi reuoluebantur equi.
Cicerus, pen. produ. nauis Aſiana prægrandis, ut inqt Noni. Plau. in Sti. Quum percunctor potitores, &

quæ nauis uenerit ex Aſia, negant ueniſſe. Conſpicatus ſum interim circerum quo ego meliorem non uidiſſe cenſeo.

Circino, as, pen. cor. rotundum facio. Ouidi. Inclinat curſus & eaſdem circinat auras.

Circinnus, pen. cor. inſtrumentum quo circuli uertendo deſignantur, uulgò ſextus dicitur.

Circiter, à circa fit, idemq; ſignificat. Et refertur modo ad tempus, ut circiter calendas Iunias. Modo ad locum. Caſſ. Hemina. Lapidem fuiſſe quadratũ circiter in media arce iunctum, cãdelisq; uerſum. Modo ad numerum quem attenuare uidetur, ut circiter duo milia hominum cæſa ſunt.

Circites, penul. cor. circuli ex ære facti.

Circitores publici, urbis cuſtodes.

Circius, uentus nulli uiolentia inferior. ſic dictus, q omnia turbet ac circũuertat. Hic peculiaris eſt Galliæ Narbonenſis, de quo Gell. Galli uentum ex ſua terra flantem quem ſæuiſſimũ patiuntur circium adpellant, à turbine opinor eius ac uertigine. Luca.

Solus littora turbat
Circius & tuta prohibet ſtatione Monœci.

Ventus circius cum loquare, buccam implet, armentum, hoſem, & plauſtrum oneratum percellit. Cato Cercium non circium adpellat.

Circuitores, docet Vlpia. uulgò adpellari, quibus ueſtiarii, uel lintearii dant ueſtem circunferendam uel diſtrahendam.

Circulare, adiectiuũ, quod ad circulum pertinet. Columel. lib. xii. Isq; debebit circulari foſſula quæ repleatur lapidibus & calce.

Circulatim, ſignificat per circulos. Sueton. In ſummo publico luctu, externarum gentium multitudo circulatim ſuo quæq; more lamentata eſt.

Circulatorem, quãdoq; accipimus pro cyclico, & circunforaneo, qui ſua carmina coronæ recitet. Talis ab Horatio uocatur Cyclicus. Is etiam qui in corona hominum aliquid agit circulator adpellatur. Apul. præſtigiatorem ſtipatum, mortalibus ſuas fallacias admirantibus, uocat circulatorem. ſic enim inquit, lib. i. Circulatorem aſpexi equeſtrem ſpatam præacutam mucrone infeſto deuoraſſe. Paul. Iureconſul. ff. de extraordinariis criminibus. In circulatores q ſerpentes circũferunt, & proponunt. Si cui ob quorum metu damnũ datum eſt pro mõ admiſſi actio dabitur. Hier. Puerilia ſunt hæc & circulatorũ ludo ſimilia. Dictus circulator à circulo.

Circulatorius, a, um, quod ad circulatorem ſpectat. Vnde Quintili. præcipit nobis parandam uim orãdi non circulatoriam uoluptatem ſpectãtibus.

Circulatrix, ea dicitur quæ lucri cauſſa urbem circuit & ſaltando, aliõue ludi genere, mercedulam aucupatur.

Circulo, as, circundo. Col. lib. xii. Isq; debebit antè circulari foſſula quæ repleatur lapidibus & calce. Sene. Apion totam circulatus eſt Græciam. i. obiuit omneis oras Græciæ.

Circulus, & per ſyncopen circlus, paruus circus. Circulus terræ ſecundum Eratoſthenem, conſtat ducentis quinquaginta mille ſtadiis.

Circum præpoſitio, accentu deſignatur in ultima, ne accuſatiuus nominis circus, uel aduerbium eſſe putetur. Hæc componi ſolet, & ſeparari. Separata locũ tantum ſignificat, ſicut & compoſita. ut circum theatrum. Quandoq; loco aduerbii ponitur. Vergil. An'ne uides toto properari littore circum.
Componitur autem cum dictionibus ab a incipientibus. ut circumago, c, ut circuncido, d, ut circunduco, e, ut circumeo, f, ut circunfluo, i, ut circumiacio, à quo circumiectus, l, ut circumlinio, m, ut circummunio, n, ut circumnaſcor, p, ut circũpono, q, ut circumquaq;, ſ, ut circũſcribo, t, ut circuntuli, u, ut circumuenio. Verum iuncta uocalibus integra ſcribi, ſed non proferri debet. ut circumago, circumeo ſcribantur, ſed proferantur circuago, circueo. Vnde Priſcia. ait. Circumeo, & circumago & ſimilia non paterentur eliſionem in pronunciatione, ſi tranſiret in ſequentem ſyllabam m. Si uero iungatur cum c, d, f, q, l, mutatur m in n, ut circuncido, circundo, circunfero, circunquaq;, circuntuli. Cum aliis remanet m, integra, ut circumſcribo, circumuolo.

Circumago, ſignificat circunduco. Apul. Nudumq; hominem circumagens omnibus oſtendebat. Interdum inſequor. Cur. Nec uulneratum & ferè ſeminecem circumagere deſtiterunt. Interdum retrouerto, cõuerto. Pli. In ponte prætenui duabus capellis obuiis ediuerſo, quum circumactam anguſtiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo.

Circumiacio, circumpono. Auguſt. in ſerm. de Ioan. Baptiſta. Neceſſe eſt cum ſummo labore ex hoc mũdo rapere, palmam ſalutis & quaſi excubantibus, & circumiectis hoſtibus, obſeſſos fructus peruigili intentione decerpere.

Circumlitiones, politiones ſunt, quum operibus perfectis manus ultima admouetur.

Circummitto, Liui. lib. ii. Vincebatq; auxilio pauci, tas in iugo circũmiſſus ueniens in uerticem collis.

Circummunio, circumſepio, circumroboro. Col. lib. iii. Priuſquam pomarium conſtituas, quàm magnũ habere uoles circummunito macerie aut foſſa, ita ut non ſolum pecori, ſed nec homini tranſitus ſit.

Circumnaſcor, Pli. lib. i. Lacus Sannaus in Aſia circũ naſcente abſinthio inficitur.

Circumplector, amplector. Sall. Quum montem undiq; circumplexus obſideret. Cc.

Circumſcribo, ſignificat prout ſonat. Per tranſlationem circumſcribere, eſt dolo in re contrahenda atque commertiis aliquem bonis priuare. Vt apud Sene. de eo qui fratrem circumſcripſit in diuiſione hæreditatis, ut quum ex altera parte matrem fratris, ex altera omnia bona poſuiſſet. Ambro. pro decipere ſimpliciter poſuit, quum inquit, Si ut Adam mulier circumſcripſit, ita Apoſtolum fœmina circumuenit. Aliquando in bonam partem pro colligere & comprehendere. Lactantius. Cuius ſcientiæ ſummam breuiter circumſcribo, ut neque religio ulla ſine ſapientia ſit, nec ulla ſine religione probanda ſapientia. Columella Diophanes Bithynus

Vticenſem totum, Dionyſii Pœni Magonis interpretem, per multa diffuſum volumina, ſex epitomis circumſcripſit.

Circumſecus, penultima correpta, ſignificat in circuitu à lateribus. Apuleius libro quinto, Qui circumſecus venantur.

Circumſideo, obſeſſum teneo. Liuius libro tertio, In nos viri armati eſtis, agite dum vbi hic curiam circumſederitis.

Circumſido, is, ad obſidendum eo, ſeu me pono. Sall. in Iu. Igitur Iugurtha oppidũ circumſedit, & vineis, turribus, & machinis omnium generum expugnare aggreditur.

Circumſiſto, is, pro circundo ponitur, ſiue ad obtinẽdum, defendẽdum, ſeu offendẽdum, circũ me pono. Liuius libro primo centuriones ad Metium circũſiſtunt, Cæſar, ſi quis grauiori vulnere accepto, decideret circumſiſtebant. id eſt, firmabant ſe circum fauentes ei & tela ab eo arcentes. Verg.
At feſſi tandem ciues infanda furentem.
Armati circumſiſtunt.

Circũſpectus, qui in omnem partem circumſpectat. hoc eſt, prudens & ſagax. Columella libro primo. Nam illa ſolennia ſunt omnibus circumſpectis, vt ergaſtuli mancipia recognoſcant, ut explorent, an diligenter vincta ſint, an ipſe ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ ſint.

Circumſpicio, Iuſtin. libro primo, Primo latebras circumſpicit. Hinc circũſpecto, as, frequentatiuum Terentius in Eunu. Et properans venit, neſcio quid circumſpectat.

Circumſpicuus, componitur ex circum, & ſpicuus, eũ ſignificat qui circum aſpicitur.

Circumſto, circundo. Verg.
Circumſtant animæ dextra læuaq; frequentes.
Aug. ad Hier. paſſiuo vſus eſt. Quanquàm nos inquit negociorum alienorum, eorumq; ſecularium curis circumſtemur ingentibus, tamen epiſtolæ tuæ breuitati facile non ignoſcerem. Hinc circunſtãtiæ, quæ in vnaquaq; cõtrouerſia quæri ſolent, & quaſi q̃ſtionem circumſtant, vide in dictione Locus.

Circumuado, penultima producta. Liuius de ſecundo bello Macedonio, Repente anceps terror, hinc muros aſcendẽtibus Romanis, illinc arce capta Barbaros circumuaſit.

Circumueho, is, à quo frequentatiuum Circumuecto as, quod eſt ſæpe circunfero.
Vergilius libro tertio Georgicorum.
Singula dum carptim circumuectamur amore.

Circumuenio, idem quod circũdo. Liu. libro primo. Sed conſilium & imperii ſimulatio fuit, vt nec vobis ignorantibus deſeri vos auerteretur à certamine animus & hoſtibus circumueniri ſe à tergo ratis terror ac fuga iniiceretur. Aliquando circumuenire, eſt circummunire. Sall. Præterea conſulatũ petere, Cicero, Antonium, quem ſibi collegam fore ſperabat, hominem nobilem, familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumuentum. Aliquando decipere, ſeu inſidiis inuoluere. Tractum à venatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circũuenire ſolent. Cice. libro ſecundo Offic. Suum quiſq; teneat, & neq; tenuiores propter humilitatem circumuenian tur, nec locupletibus ad ſua, vel tenenda, vel recuperanda obſit inuidia. Aliquando opprimere. Sall. Cuiq; optimo literas mittit, ſe à falſis criminibus circũuentũ. Liui. lib. i. An placeret fœnore circũuentam plebem potius quàm ſortem creditam ſoluat corpus in neruum ac ſupplicia dare.

Circumuolito proprie. Verg. lib. i. Georg.
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo.
Col. per tranſlationem pro crebro viſo, ſeu pro celeriter circundo vſus eſt. An honeſtius dixerim mercenarii ſaluatoris mendaciſſimum aucupium, circũuolitantis limina potentiorum.

Circũcelliones, dicti ſunt q circũ cellas vagãtur. Solent enim ire hac atq; illac, nuſquam habẽtes ſedes.

Circuncido, penultima producta, circũſeco. Col. lib. tertio, Eiuſdem ſpacii corticem circuncidito, & materiem deliberato.

Circuncolo, pen. corr. circũhabito. Liui. libro quinto, Excepto Venetorum angulo, qui ſinum circuncolunt maris.

Circuncolumnium, locus eſt circũquaq; porticus habẽs, vel ſaltem à tribus lateribus, qualia fieri in ruſticis domibus ſolent. à Græcis dr̃ Pryſtilium. Ce.

Circundo, & circumeo, inter ſe differunt, quoniam dicimus, Hercules circuiuit terram, non circũdedit. & annulus circũdat digitum, non circumit. Circuitus tamen vtrunq; complectitur. Cicero catoni, Vallo & foſſa circundedi.

Circũfero, pen. cor. circũporto, circũduco. Sall. Fuere ité ea tempeſtate q decerent Catilinam oratione habita, quũ ad iuſiurandũ populares, conſcios ſceleris ſui adiiceret, humani corporis ſanguine vinũ permiſtũ, pateris circuntuliſſe. Per tranſlationem circunferre, ponitur pro purgare. Verg. lib. vi.
Idem ter ſocios pura circuntulit vnda.
Spargẽs rore leui. Nam luſtratio, à circulatione dicta eſt, vel cæde, vel victima.

Circunflexus, vndiq; flexus. inde accentus circunflexus, ex acuto, & graui factus. Ce.

Circunfluo, abundo. Cice. in Læl. Et circunfluere omnibus bonis copiis, atq; in omni rerum abundantia viuere. Proprie tamen circunfluere, eſt circum aliq̃d fluere, decurrere. Pli. Id oppidum circũfluit amnis. Interdum concurrere. Idem, poſtquàm variæ undiq; gentes circunfluxere.

Circunfluus, a, um, quod circunfluit. Claud. lib. ii.
Et aurato trahitur circunflua ponto.

Circunforanea domus, apud Apul. pro ea q̃ mobilis & ambulatoria eſt facilisq; ad circunferendum.

Circunforaneæ hoſtiæ, dicuntur non tam q̃ circũ foſſa, quàm quæ circum agros & urbes in Ambaruali, ſacrificio circũferuntur, à circunferendo dictæ.

Circũforani, ſeu circũforanei, q circa fora crebro uerſari, ſolent, q̃les nugatores, impoſtoresq;, q fucis & ſtrophis captant q̃ſtũ. Hiero. Garrulum neſcio quẽ rumigerulũ, circũforaneum. Et qui circa fora uendi

tant aut em̄ſt,ſciſcitantur'ue,circunforanei dicunf.

Circuo,quod & circumeo dicitur,à circum & eo,unde circuitus.

Circus,omnis in gyrum ambitus,à circuo ſecundum Seruium.Eſtq́ figura plana,vna tantum linea contenta,in cuius medio punctus eſt,à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ.inter ſe ſunt æquales.Et differt circus à globo,quòd circus eſt planities rotunda,ut circuitus.Globus ſoliditas vndiq́ rotunda,vt eſt ſphæra,& flaminum glomera.Cice. de nat.Deo. Quumq́ duæ formæ præſtantiſſimæ ſint ex ſolidis globis. Sic enim ſphæram interpretari licet.Ex planis autem circus aut orbis.Verg.li.v.
Mediaq́ in valle theatri Circus erat. Et.vi.
Lucentemq́ globum lunæ titaniaq́ aſtra.
Circus etiam dicitur locus muris ſeptus.Vnde circenſes,ludi,quòd in circo fierent.Fueruntq́ tres circi Romæ.Circus maximus inter palatium & auentinum,circus Flaminius,qui & Apollinaris,& circus Neronis in vaticano.Dicitur autem circus vel à circuitu,vel à circe Solis filia.

Ciricus,inſula fuit in Myſia,quingentorum ferè ſtadiorum ambitu admodum ferax, & duobus pontibus iuncta continenti. Quæ iuxta pontem eiuſdem nominis vrbem habuit, & portus duos clauſos,& naualia.

Cirnea,uas vinarium.Nã κιρνῶ, miſceo ſignificat.Plautus in Amph.Inde impleui cirneam.

Cirres,ſunt oſtrea quædam capillata. Martia.
Teq́ iuuant cirres,& pelle malandrina cana.

Cirri à quibuſdam adpellantur capilli contorti,ac perinde criſpati,quales picus Martius & alauda,& grues in capitibus gerunt. Ouid.
Cirris & à tonſo nomen ſortita capillo.
Oſtreorum etiam capillamenta dicuntur Cirri.
Martia.libro ſeptimo.
Et oſtreorum rapere liuidos cirros.
Inde Cirratus.id eſt,capillatus. Perſius.
Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe.
Pro nihilo pendas. Alii cirrhos capillos capitis attonſos putant,à Græco κείρω attondeo, incido.Cato de liberis educandis. Itaq́ Ambraciæ primum puerilem dentem,item Cirrhos ad Apollinem ponere ſolent.Inde Perſius cirratos vocat pueros, q̄ quũ comã nutrierunt,eam Veneri cõſecrant detonſam.

Cirſas,vocat Hippocrates uarices. Ariſto.verò Ixias.

Cirtacus,balſami genus,ſcabro aſpectu, incuruum, fructuoſum odoratum.Ce.

Cis,genus vermiculi,qualis hordearius,triticariuſq́. à quo vermiculus pumex,à Græcis ciſſeris dicit̃,q̃ nihil aliud ferè quàm pertuſum,eroſumq́ ſignificat Et cis,nomẽ patris Saul,vt habetur in li.i.Regum.

Cis,& citra,differunt,q̃ cis magis propriis nominibus fluminũ vel montium præponi ſolet,reliqs magis citra,vt,cis Rhenum, cis padum,cis alpes.Citra cruorem,citra forum citra templum.Et habet qdẽ cis ſicut & citra contrariã ſignificationem de vltra, Nã hæ particulæ citra,intra,vltra,vt docet Gel.ap̃ veteres ſingularibus ſyllabis adpellabantur, Cis & Vls,Dicebaturq́ cis Tyberim,& vls Tyberim.mox dici cœptũ eſt citra Tyberim,& vltra Tyberim,& intra calendas,citra calendas.Componiq́ poteſt & ſeparari.vt ciſalpina Gallia,& cis padum.Sciendũ eſt aũt q̃ quãuis cis habeat uim localem,per tranſlationem tamen,& in tẽpore,& in aliis rebus vti poſſumus.vt cis definitum tempus à nobis datum, veniſti,cis naturæ leges,hoc eſt,minus quàm patiant̃ naturæ leges. Aliquãdo ponitur pro vltra. Salluſt. Cis Rhenum atq́ intra mare noſtrorum & Oceanũ niſi qua in paludibus via fuit perdomita.Citra etiã quandoq́ pro ſine ponitur.Colu.In agricultura voluntas,facultaſq́,citra ſcientiam ſæpe magnam dominis adferunt iacturam. Suet.in Cæſ. Aliis citra ſenatus,populiq́ autoritatem.id eſt,ſine autoritate. Quint.lib.i. Tum neq́ citra muſicen, grãmatice poteſt eſſe perfecta.Pli.lib.iii.Citra faſtidium nominẽtur. Sene.Ede citra cruditatem,bibe citra ebrietat̃. Quandoq́ ponitur pro ante.vt citra calendas.id eſt,ante calendas. Sueton.in Aug. Solebat etiam citra ſpectaculorum dies,ſi quando quid inuſitatum, dignumq́ cognitu,&c. Fit autem citra à cis.à citra citer,citerior,citimus.

Ciſalpina Gallia,quæ & citerior Gallia,& Gallia Togata dicitur.à fluuio Rubicone finitur,cuius baſim alpes efficiunt.

Ciſium,genus vehiculi biroti,à quo ciſiarii q̃ ciſium regunt,Cicero,Delituit in quadam cauponula,atq́ ſe ibi occultans perpotauit ad veſperum.Inde ciſio domum venit, capite inuoluto.Iuriſcon.lib.xx.dig.eſt.Si ciſiarius dum cæteros tranſire contendit,ciſium euertit,& ſeruum quaſſauit vel occidit.puta ex locato eſſe in eum actionem.Ciſſiũ,Perottus duplici ſſ ſcribit.

Ciſpius,mons in vrbe Roma, Exquilina in regione, de nomine ciſpi hominis dictus, ut inqt Feſt. Var. lib.i.de lingua Latina,Exquilinus eſt ciſpius mons ſexticeps apud ædem Iunonis Lucinæ.

Ciſſeus,rex Thraciæ,pater Hecubæ vxoris Priami.à quo Ciſſeis patronymicum.Euripides in tragœdia, q̃ ἑκάβῃ inſcribit.Πολύδωρος Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως,Πριάμου τε πατρός,ὅς μ᾽ ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ,δείσας ὑπεξέπεμψε Τρωικῆς χθονὸς Πολυμήστορος πρὸς δῶμα Θρῃκίου ξένου. id eſt,Polydorus Hecubæ filius ciſſeidis,& Priami patris,qui me,poſtquàm Phrygiam ciuitatẽ periculum tenuit,emiſit ẽ Troica terra in domum Polymneſtoris Threicii hoſpitis.

Ciſſimbium,ligneum poculum ex hedera,quod Græci κισσύβιον vocant.Ce.

Ciſſites,gemma eſt ad ſimilitudinem folii hederæ cãdicans.Ce.

Ciſta,genus vaſis.cuius diminut.eſt.Ciſtula à quo fit aliud dimin.Ciſtella.Cice.lib.I.ad Herennium ciſtellam pro vaſe poſuit quo ſuffragia populi in creandis magiſtratibus,legibuſq́ ferendis colligebantur quum ait, Saturnius legem ferre cœpit collegæ intercedere,ille nihilominus ciſtellam detulit.

Ciſterna,locus in quo colligitur aqua pluuia per cu-

ſipos & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos, ad imbres ſuſcipiendos. Vlpi. Ciſterna aquam viuam nõ habet. Et quidem ciſternæ imbribus concipiunt, ſed per glaream immiſſam in ſpõgias purificatis. Dicta ciſterna, quòd ſit cis, id eſt, infra terram.

Ciſtercium, in cabilonenſi diœceſi celebre ac inſigne cœnobium. Ciſtercienſium ordinis caput.

Citanos, inſula olim Cycladum clariſſima. Gr.

Citatus, vocatus, celer, Apuleius, Citato non teſtudineo greſſu.

Citeria adpellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa uehi Romæ ſolebat. Cornucop.

Cithara, æ, pen. prod. tamen κιθάρα, ἐκ τοῦ κιθαρίζειν. inſtrumentum muſicum, alio nomine lyra adpellat, quam Hiero. ſcribit effici in modum Δ literæ, cum chordis vigintiquatuor, & per digitos variis vocibus tinnulisq; ictibus in diuerſis modis cõcitari. de qua in dictione pſalterium aliqua dicuntur.

Citharis, penult. correp. pileus vel mitra pontificalis. Græce κίθαρις.

Cithariſta, promontorium, autor Ptolomæus, & Antoni. qui ab eo Maſſiliam uſq; nauigio triginta millia paſſuum facit.

Cithariſtria, quæ cithara canit, ſicut à tympano tympaniſtria.

Citharizo, ar, cithara cano. Hieronymus in Apocal. Sicut citharœdorum citharizantiũ in citharis ſuis.

Citharœdus, qui cithara canit. Iuuen.

Accipis vxorem de qua citharœdus Echion.

Hinc citharœdicus, a, um, Sueto. in Nero. Itẽ ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

Cithiſus, ſiue cithiſum, arbuſcula q̃ facile vbiq; prouenit, vtilis omni generi pecudum, vt inquit Colum.

Citimus, penultima correpta, ſuperlatiuum à cis. idem eſt quod vltimus, extremus. Et citima vocantur, quæ cœlo proxima ſunt. Cicero. Quibus erat ea minima, quæ vltima cœlo, citima terris luce lucebat aliena.

Cito, us, frequentatiuum à cito, quod eſt uoco. Cice. in Ver. Citat reum, non reſpondet, vide in Cieo. Huius compoſita ſunt concito. penultima correpta, quod ſignificat ad iram prouoco. Hinc concitatus, iratus. Gell. Erat enim aliquantò concitatior. Incito, Recito, Excito, Suſcito. &c. quæ ſunt in dictione cieo.

Citorus, pen. prod. mons qui abundat buxis. inde pecten citoriacus, quaſi buxeus dicit, à citorio mõte. Ouidius libro quarto Metam.

Sæpe citoriaco deducit pectine crines.

Citra, præpoſitio. uide in dictione cis.

Citreum, ut cloatius ſcribit, eſt Perſicum malum. de quo Ver. Felicis mali quo non præſtantius ullum. Oppius lib. de ſylueſtribus arboribus. Citra idem malus, & Perſica. altera generetur in Italia, & in Media altera. Et paulopoſt de citreo. Eſt aũt odoratiſſimũ ex quo interiectũ veſti tineas necat. Fertur etiã venenis contrarium, q; tritum cum vino purgatione bibentes ſeruat viribus ſuis. Generantur aũt in Perſide mala citrea, quæ vulgò natantia dicuntur.

Citro, non ſimplex reperitur, ſed ultro, citroq; dicit.

Citrus, arbor nobiliſſima, quæ ſola apud Atlantem montem in Mauritania naſcitur, Romanis quondã gratiſſima. Nam afferebantur ad ornamenta menſarum & lectulorum. Nõ multum creſcit, & folia maiora habet quàm laurus. hinc citreus, a, um, ut citreæ menſæ. Apud Dionem cedron, & poma cedria, pro citro & citriis adpellata inueniuntur. Alterius tñ generis ſunt citri Atlanticæ, ex quibus menſæ fierent, quàm noſtrates citri, vnde mala medica naſcuntur. Hæ folio ſpectantur arbuti ferè, aut lauri. Atlãticæ cupreſſo fœminæ ſylueſtri, folio, odore, caudice. Dicitur & citrum, neutro genere pro ligno.

Citta, auis pica, quoniam ut Galenus ait, terram auis illa mandat, aut q͂ colores habet ut pica diſpares, ita grauidæ varios adpetunt.

Cittium, oppidum cypri, unde cittieus Zeno.

Citus, celer, quaſi citatus. Salluſt. Citus modo, modo tardus inceſſus. Hinc citior, citiſſimus. Plaut. Nullã ego rem citiorem apud homines eſſe, quàm famam reor, citiſſimus omniũ redii. Cito, aduerbiũ. Citius citiſſime. Interdũ citus, dr̃ ſeperatus. Verg. lib. viii. Haud procul inde citæ Metiũ in diuerſa quadrigæ. Quando habet pen. prod. ſignificat diuiſum, ut ait Serui. in viii. Aenei. Vt eſt (inquit) in iure erceto, nõ cito. id eſt, in patrimonio uel hæreditate nõ diuiſa. Priſc. uero ciere q̃rtæ coniugationis excitũ, concitũ pen. produ. Ciere autem ſecundæ, penulti. corrept.

Ciuicus, a, um, pen. cor. idem q; ciuilis. ut ciuica corona, quàm ciuis ciui, à quo ſeruatus fuiſſet in prælio, teſtem uitæ dare ſolebat, ex fronde querna, quoniã cibus antiquiſſimus è quercu capi conſueuerat. Auguſt lib. xviii. Ciuitatis Dei, Satis adparet conſeq̃ns, ut ad pacem ciuicam pax domeſtica referatur.

Ciuilis, & hoc ciuile, quod eſt ciuis, ſeu quod ad ciuẽ pertinet, ut ciuilis mos, ciuile ius. hinc ciuilitas

Ciuilis homo, dicitur qui eſt peritus eorum quæ ad miniſtrandam rempub. pertinent.

Ciuilitas, quaſi ciuilis mos, & accipitur pro moderatione quadam atq; modeſtia, magis ciui, hominiq; politico, quàm imperatori conueniente, quã in Auguſto fuiſſe ſcribit Sueto. Clementiæ, ciuilitatisq; (inquit) eius multa & magna documenta ſunt. Iul. Capitolinus laudat Antonium Pium, quòd imperatorium faſtigium ad ſummam ciuilitatem deduxerit. Hæc Græce πολιτεία dicitur, cuius ſpẽs ſunt. ſcilicet, Alia democratia, id eſt, popularis, quam Plato in his ciuitatibus ait eſſe, in quibus ad imperium multitudinis geritur res, eiusq; nutu magiſtratus eliguntur. Alia ariſtocratia, vbi neq; diuites, neq; pauperes dominantur, ſed ſoli optimi in ciuitate adminiſtrant. Alia ὀλιγαρχία quando à cenſibus magiſtratus eliguntur. Alia monarchia, quæ in regnum & tyrannidem diuiſa eſt.

Ciuis, urbis colonus, à cocundo dictus, quòd uinculo quodam ſocietatis in vnum coeat cœtum, & ſub legibus viuat. hinc ciuitas. Sciendum quòd à ciuis non fit conciuis, licet conſuetudo inualuerit ut con

ciues paſſim dicamus, municipes noſtros, et popula
res conterraneos, quum tamen rectius dicatur, hic
meus ciuis eſt, ſiue municeps. Sic Cicero ciues ſuos
dicit, nuſquam conciues. Nam apud tertiã Tuſcu
lanam, legimus (inquit) librum Clitomachi, quem il
le euerſa carthagine miſit cõſolãdi cauſſa ad capti
uos ciues ſuos. Illiterati male conciuem & compa
triotam, ſed dicendum eſt, hic eſt meus ciuis.

Ciuitas, proprie eſt collecta ciuium multitudo, ad iu
re viuendum. Apul. Quod omnis ciuitas adproba
uit. Aliquando ciuitas dicitur ius ciuium. Cice. Qui
ciuitate donatus eſt. Vſurpatiuè vrbs. hoc eſt, ipſa
mœnia, & ædificia. Sic dicimus apud ciuitatem
Mantuam diuum lamborum maium eſſe, ibiq; mi
raculis florere.

Cius, fluuius Thraciæ ex Præortibus & Rhodope mõ
te profluens.

Cizycus, ciuitas in Aſia minore.

C ANTE L

CLades, à calamis, quaſi calamides. hoc eſt, cala
mitas. vel quaſi cades, à cadendo. Vel à κλάω
quod eſt amputo, frango. Inde κλάσμα, fragmen
tum, & confractio.

Clam præpoſitio ſeparatiua eſt, & caſualibus tantum
præponitur. vt clàm patre egiſti. Quandoq; reperi
tur loco aduerbii poſita. Verg.
Clàm ferro incautum ſuperat ſecurus amorum.
Sed oratores præpoſitionem potius accipiunt, ſiue
iungatur ablatiuo, vt Priſcia. ſentit. ſiue accuſatiuo,
vt Donat. opinatur. vt clàm me profectus eſt, id eſt,
me neſciente. hinc compoſitum Perclam, quod eſt
valde occulte.

Clamare, eſt vociferare, vnde Exclamatio. Quandoq;
vocare, Plautus, Plaudunt, partim clamitant me ut
reuertatur. Huius compoſita ſunt Acclamo, Concla
mo, Declamo, Exclamo, Inclamo, Proclamo, Præcla
mo, Reclamo, & Succlamo. quæ habent penulti
mam productam.

Clamor, vox quæ clamando fit, & proprie calamo
rum ſonus, quaſi calamor. quum enim arundines vẽ
to agitantur, magnam uocem emittunt. Dicitur &
clamos, ſicut arbos.

Clamoſus, a, um, à nominatiuo clamos, quod clamo
re obſtrepit, vociferaturq;. Iuue.
Securum iubeant clamoſo inſiſtere circo.
Quinti. Non turbidus. non clamoſus ſit altercator.

Clanculum, diminutiuum eſt. Terentius in Eunucho
In cellulam ad te patris penum omnem congerebã
clanculum.

Clandeſtino, as, Lucilius, At enim dicis, clandeſtino
tibi quod commiſſum fuerat.

Clandeſtinus, a, um pen. prod. occultus, quaſi clàm de
aſtu, hoc eſt vrbe. Manil. lib. i.
Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma.
Sylius libro ſeptimo.
Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.

Clango, is, xi, vel gui, tuba cano. Græcum eſt κλάγγω
Clangor enim vox tubarum eſt. Hiero. in lib. Nume
rorum, Si ſemel clangueris venient ad te princeps,
Et in Eſaia, Et erit in die illa, clãgetur in tuba magna.
Interdum additur tuba. vt in eodem, Filii Aaron ſa
cerdotis clangent tubis. Hæc enim tria idem ſignifi
cant, Clango, tuba cano, & tuba increpo.

Clangor, uox tubarum eſt, licet etiam dicatur de ſo
no anſerum, & aliarum rerum conſtrepentium.
Cicero libro ſecundo. Tuſcul. de aquil.
Prometheus Iouis ſatelles, paſtu dilaniat fero.
Tum iecore opimo farta & ſaciata affatim.
Clangorem fundit vaſtum.
Colum. de anſeribus libro. ix. Eius q; generis anſer præ
cipue ruſticis gratus eſt, q; nec maximam curam po
ſcit, & ſolutiorem cuſtodiam præbet quàm canis.
Nam clangore prodit inſidiantem.

Clanius, fluuius Campaniæ iuxta Acerras vrbem. à
κλάνιον quod eſt viola, qua illius ripæ abundare di
cuntur. vel vt Macro exiſtimat, à clanio gygante.
Stepha. Clanius dicitur qui & clanis, fluuius eſt
Cumæ, à quo piſcis vocatur Clanius, qui & Silu
rus uocatur.

Clareo, es, cui, clarus ſum, vel manifeſtus, ſeu notus
ſum. ut claret quòd mihi ſis inimicus. Turpi. in pri
ma ſignificatione. Cuius aduentu hodie claret Cy
pros. Hinc ſit compoſitum Inclareo, quod eſt valde
clareo. à quo ſit Inclareſco, quod eſt valde clarus
fio. Hierony. in Exo. Iam q; aduenerat tertius dies, &
mane inclaruerat.

Clarifico, as, clarum facio, illuſtro.

Clarigatio, præter dictam ſignificationem, accipitur
pro talea nummaria, maxime quæ principis vel Rei
pub. edicto conceditur. Liuius libro octauo, Veli
ternis deiecti muri, ipſi urbe abducti iuſſi trans Ty
berim habitare, vt eius qui cis Tyberim captus fuiſ
ſet ad mille paſſ. hoc eſt pondo clarigatio eſſet. Nec
prius quàm ære perſoluto, is qui cœpiſſet extra vin
cula captum haberet.

Clarigo, as pen. cor. clare repeto. à vocis claritate di
ctũ, q̃ vtebatur pater patratus. aut ἀπὸ τοῦ κλήρου
hoc eſt, à ſorte, nã bellica ſorte inuadebãt agros ho
ſtiles, vñ cleronomi dicuntur, q iure ſortiunt bona
defuncti. Pli. li. xxii. Hac ſemper & legati, quũ ad ho
ſtes, clarigatũq; mitterent, vſi. i. res raptas clare re
petitũ. Nã quum Romani bellum indicere alicui uo
lebãt, Pater patratus proficiſcebatur ad hoſtiũ exer
citum, & præfatus quædam ſolennia verba, clara
voce dicebat, ſe bellum indicere, ob certas cauſſas.

Claritas Luciditas, vt claritas ſolis. aliqñ excellentia
& ſplendor, ut claritas generis, claritas rerũ geſtarũ.
Interdum facilitas, vt claritas orationis. Dicit & cla
ritudo. Salu. Quum præſertim tam multæ uariæq;
ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur.

Clàrium, oppidum in confinio colophoniorum.

Claro, as, clarum facio. Auſonius, Pollet Ariſtides
veteres qui clarat Athenas. hinc Declaro, as.

Claros, Ioniæ ciuitas, Apollinis oraculo nobilis, iux
ta colophonem. eam Manto Tireſiæ filia condidit
fugiens Thebanorum uictores Epigonos. Quæ
quũ patriæ cladẽ lugeret & ſuã, manãtib' ubertim
lachrymis, fontẽ fecit, vñ claros, ἀπὸ τοῦ δακρύου,

locus adpellatus. Nearchus dicit id nomen datū ꝙ Apollini per ſortem Claros obtigit, quam κλῆρον Græci nominant. hinc Clarius dictus eſt, & illic fanum habuit, quo reſponſa, epota aqua edebantur.

Clarus, fluuius à cacuminibus alpium per plures valles excurrens, in Iſtrum intrat.

Clarus, a, um, proprie dicitur quod eſt lucidum, non obſcurum. vt clara dies. Figurate tamen pro inſigni atq; excellenti accipitur, & eo ꝙ veluti fulgore quodam famæ reſplendet, qui & Inclytus dicitur, quamuis plus ſit Inclytus quàm Clarus, ꝓpter in quæ ibi auget. hinc Clarum hominē, & Clara geſta dicim⁹. Item quoniam quæ clara ſunt, ab omnibus cernuntur, Clarum etiam pro aperto & manifeſto ſumitur. vt clarus ſermo, clara oratio. Interdum ponitur pro audibili. Teren. Dic clare. à Clarus fit compoſitum Præclarus, quod eſt valde clarus. Cicer. O præclarū cuſtodem ouium, ut aiunt, lupum. Aliquando ſumitur pro bono, ſeu pro optimo. Idem in Lelio. Actū eſt præclare.

Claſſiarius, idem eſt quod aſſiduus & diligens. quia omnium claſſium ciues ſemper parati erant ad omnem reipub. neceſſitatem, propter quod ab aſſidendo aſſidui dicebantur. Apul. Et laudum eius claſſiarius atq; aſſiduus præco. At qui priuatim quoſcūq; in iudicium uocabant, iuſſu magiſtratuum dicebantur Liburni, quòd ferè è Liburnia eſſent.

Claſſici, dicebantur non omnes qui in claſſibus erāt, ſed primæ tātum claſſis homines, qui centum milia æris, aut amplius cenſi erant. Claſſici etiam dicebantur præcones, qui tuba vel cornu iuſſu magiſtratuū, ex arce, vel circum muros populū ad comitium uocabant, dicti à calando, id eſt, uocando, ſiue à clangore, vnde Claſſica pro ipſis tubis. Infra claſſem vero cæterarum claſſiū, qui minore ſūma æris, quàm qui in prima claſſe cenſebantur. Et claſſici (vt docet Feſtus) dicebantur teſtes qui ſignandis teſtamentis adhibebantur. Claſſicum canere, dicebantur, quum ſignum dabant, quo milites pugnam inirent. Quum autem reuocabantur, canere receptui dicebant.

Claſſicus, a, um, quod eſt claſſis, uel quod ad claſſem pertinet. ut claſſicum bellum, bellum nauale.

Propertius libro ſecundo.

Et canerem ſiculæ claſſica bella fugæ.

Claſſis, æquiuocum nomen eſt, ſignificat enim nauiū multitudinem. ἀπὸ τῶν κάλων, hoc eſt à lignis. quamuis abuſiue pro vna tantum naui ponatur. Verg. lib. vi. Lyciæ ductorem claſſis Orontem. Significat & hominum collegia. nam Liui. de Ser. Tul. reb⁹ geſtis ſcribit, vrbem in quinq; claſſes diuiſam, cenſumq; ab eo inſtitutum fuiſſe, rem ſaluberrimam, tanto futuram imperio, quo pacis belliq; munia, non uiritim, vt antea, ſed pro habitu pecuniarū fierent. Tum claſſes, centuriasq; ad hunc ordinem ex cenſu deſcripſit. Qui centum milia æris aut maiorem cenſum haberent, inter primarios numerabantur, & ſub primæ claſſis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta ſeniorum, quadraginta iuniorum. Seniores ad vrbis cuſtodiam, iuniores ut foris bellum gererent. Arma his galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære hæc vt tegumenta corporis eſſent, Præterea tela in hoſtem, haſtæ, & gladius. Additæ ſunt fabrum duæ centuriæ, quæ ſine armis ſtipendia facerent, datum munus, ut machinas in bello ferrent. Intra centum & ſeptuaginta quinq; milia cenſus. Secunda claſſis, ex quibus viginti centuriæ ſeniorum, viginti & iuniorum. Arma vt in ſuperiore, præter loricam. Tertia claſſis à ſeptuaginta qnq; ad quinquaginta milia cenſus. Arma, vt in ſuperiore præter ocreas. In quarta claſſe à quinquaginta ad triginta quinq; milia cenſus centuriæ, viginti ſeniorum, viginti iuniorū. Arma mutata nihil, præter haſtam, & verutum datum. Quinta claſſis centurias triginta habuit ſundas lapidesq; miſſiles gerentes. in his accenſi cornicines, tibicines in tres centurias. Ex vndecim poſtea milibus una cēturia. & fuit hæc immunis militia. Significat & claſſis equitum ordines. Vergilius,

Scio me Danais è claſſibus unum.

Vñ & claſſis procincta, dicitur exercitus iſtructus. Apud antiquos claſſes clypeatæ dicebantur quos nunc exercitus uocamus. Sonitus quoq; tubarum, & ipſa tuba, Claſſica nominantur, ſicut à Vergilio pro vtroq; uſurpatum eſt lib. vii.

Claſſica namq; ſonant.

Liuius libro quinto.

Vocatis claſſico ad concilium militibus.

Et alibi. Concionem claſſico aduocari iuſſit.

Capitur quandoq; pro ſigno bellico. Sueto. Et ingenti ſpiritu, claſſicum exorſus pertendit ad alterā ripam. Vege. ſcribit Claſſicum dici, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc inſigne videtur imperii quia claſſicū canitur imperatore præſente, uel quū in militem capitaliter animaduertitur, quia hoc imperatoris legibus fieri neceſſe eſt. Item claſſes, teſtes vocabantur, qui & claſſici à Seneca dicuntur ſcriptores primæ & ſecundæ claſſis. hoc eſt, primi & ſecundi ordinis. Claſſes quoq; in ſcholis ſunt ordines diſcipulorum. Quinti. autor eſt, à præceptoribus ſuis pueros in claſſes diſtributos, ordinemq; dicendi ſecundum vires ingenii datum.

Clatro, as, ſignificat clatris claudo. nam in Mili. Pla. ait, Mirum eſt facinus, quomodo hæc hinc tranſire potuerit. Nam certò neq; ſolarium apud nos, neq; hortus vllus, neq; feneſtra, niſi clatrata. Colu. libro ix. Spiſſi deinde clatri marginibus infiguntur, qui ſuper aquam ſemper emineant, etiam quum maris æſtus intumuerit. Idē paulo poſt, Satis eſt vacerras, inter pedes octonos defigere, ſeris q; ita clatrare, ne ſpatiorum laxitas pecudi præbeat fugam.

Clatrus, & clatrum, vtroq; modo dicitur. Sunt autem clatra ligna, quibus tranſuerſis aliquid munimus, ſepimus'ue, ut feneſtras, quæ ob id Caltræ, ſic vulgò ferratæ dicuntur. à Græcis dicitur Clatron, quod dictum eſt quaſi clauſtrum, ab eo quod eſt cleio, quod ſignificat claudo. per ſyllabæ mutationē ei, in diphthon. abuſiuam. Horatius,

Obiectos caueæ ualuit ſi frangere clatros.

Clatra

Cla'ca etiam ſunt ligna cãcellatim compacta, apud Colum. quibus glebæ contunduntur, hirpicem Varro adpellat. Catu. Claros poſuit pro lignis, quibus caueæ muniuntur.

Claua, teli genus, quo Hercules vtebatur. Eſt enim fuſtis teres, ad claui ſimilitudinem capitatus. Plin. de lino, Iterum deinde in filo ponitur, illiſum crebrò in ſilice ex aqua, tectum'ꝗ; rurſus tũditur, clauis ſemper iniuria melius. Hinc claua Herculis dicta id genus teli, quo Hercules vtebatur.

Clauarius, nomen eſt officii, quo adpellatus eſt Suetonii pater, ab eo, quòd præfectus fuerit donatiuo Imperatorio inter milites diſpertiendo, unde Corn. Tac. ſcribit Clauarium donatiui nomen eſſe, qui ait, Seditioſæ militum voces terrebant clauarium, donatiui numen eſt.

Clauator, qui huiuſmodi claua vtebatur.

Clauatus, a, um, quod eſt clauorũ aculeis modo prominentibus circundatum. Nam & clauatæ veſtes hinc vocantur, quas vulgus à verrucis clauo ſimilibus Verrucatas adpellat.

Claudeo, es, claudus incedo, quod Claudicare dicere ſolemus, quamuis pro errare quandoque ponatur per metaphoram.

Claudia, numen virginis veſtalis, quæ quum in ſuſpicionem ſtupri veniſſet, & ſimulacrum matris Ideæ in vadu Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam ſuam, fertur cingulo duxiſſe nauem, quã multa hominum milia trahere nequiuerant.

Claudiana tonitrua, dicebantur quæ Claudius Pulcher inſtituit, ut ludis poſt ſcenam factis, coniectus lapidum ita fieret, vt ueri tõitrui ſpeciem repñtaret.

Claudianus, poeta Argyptius, vt Græci & Latini ei patriam affirmant, & ipſe de ſe ſic ſcribit contra vulgi errorem. Floruit ſub Theudoſiu, & Hunorio Auguſtis. Eius opera in lucem & priſtinum nitorem redegit Ponticus Virunius, de vtraꝗ; lingua benemeritus temporibus noſtris, & multa vir humanitate. Qui inter alia, quæ plurima ſcripſit de rebus nouis & inſolitis, aliquando nobis commentarios in eundem po ẽtam, plenos omni genere diſciplinarũ uſtẽdit, & quantum poteſt curat imprimere magnos, & diffuſos.

Claudítas, ipſa claudicandi actio. Plinius, Repulſu durioris materiæ claudítatem illico affert.

Claudius, nomen Roma. imperatoris, & caligulæ patrui. Hic Britãniam inſulam in deditionem accepit, & Orchades inſulas Romanu adiecit imperiu. Poſt modum ab Agrippina vxore ueneno ſublatus eſt, vt Neru filius impio putiri poſſet. Fuit & alius Claudius Romanorum. Item imperatoc qui Guthos Illyricum vaſtantes bello adortus, incredibili clade ſuperauit. Vnde in curia clypeum aureum, & in capitolio auream ſellam habere promeruit. Sed quum duobus ferè annis imperaſſet, apud Sirmium morbu interiit.

Claudo, is, ſi, ſum, Includo. Verg. lib. iii. Geor.
Aut intus clauſus ſecum ad præſepia ſeruant.
Interdum Claudere ponitur pro circuire. Idem,
Claudite Nymphæ
Dictææ Nymphæ nemorum iam claudite ſaltus.
Interdum p obſiſtere, arcere. ut apud eundẽ lib. x.
Ecce maris magna claudit nos obice pontus.
Vlpianus Clauſos pro vinctis accipit, ſi modo ita vincti ſint, ut omni modo erumpere non poſſint. Interdum pro claudicare. Sal. Nihil ſocordia claudebat. Idem in hiſto. ſi qui præ labore claudunt.

Claudus, quaſi pedibus clauſus, id eſt, impeditus. qui ex pedibus, aut cruribus foemoribus' ue vitiatis, nõ poſſunt paſſus facere, nam eos claudunt.

Clauicula, diminuti. à claui, vel à claua virga. Pli. Clauiculæ quoꝗ; ipſæ quibus repũt vites, tritæ, & ex aq̃ potæ, ſiſtunt uomitionum conſuetudinem.

Clauicularius, qui clauiculam, id eſt, virgam vel clauem gerit.

Clauiculus, dimi. à clauo. quo nomĩe etiam uocatur capreolus in vite. Columel. lib. v. Ac ne quæ relictæ ſunt procellis uentorum decutiantur molli & laxo uinculo adſurgentis ſubſequi conueniet, dum clauiculis ſuis quaſi quibuſdam manibus adminicula cõprehendantur. Hic etiam pampinus à noſtris, & à Græcis helix dicitur.

Clauiger, uel Clauigerus. Ouidius,
Clauiger inuidit Vulcani occumbere prolem.

Clauis, eſt qua oſtia arculæ, & id genus multa, & clauduntur, & aperiuntur. à clàm, quod quæ celare uolumus hac claudere ſoleamus. vnde Conclauia, loca quæ ſub una, eademꝗ; claue clauſa ſunt. & Conclauatus, locus una claue clauſus. Clauẽ Theod. Samius primo monſtrauit, à qua faber clauicularius.

Clauſa, uulgò dicitur quod opponitur aquæ deriuãdæ, compellendæ' ue ex flumine cauſſa. Cc.

Clauſtrarius, qui claues, & cætera ad claudendũ opera facit.

Clauſtrinus, pen. produ. qui clauſtri ianuæ præeſt. & Clauſtrinus, a, um, quod eſt clauſtri.

Clauſtrum, in plurali tam maſc. quàm neu. gen. eſt, p loco in quo quid clauditur. apud antiquos cluſtra pro clauſtra dicebantur.

Clauſula, uocatur ſententia. Hanc Græci Periodon dicunt, à breuitate & concluſione.

Clauſuram, à clauſtro, ſiue à claudendo dicimus. Cc.

Clauus, dictus eſt quòd claudat, figat, atꝗ; cõtineat, ut Clauus, quo figuntur aſſeres, à claudendo. Nam ideo clauum figimus, ut claudat, ſeu contineat aliquid. Et clauus, nauis gubernaculum, ſiue temo, ꝗ eam dirigat, rectamꝗ; teneat. Cice. in Cat. Ille autem clauũ tenens quietus ſedet in puppi. Et Clauus, Græce ἧλος, genus tuberculi, quod uulgo Callus dicitur, rotunda ſpecie, coloris albi, fit in plantis, digitiſꝗ; pedum maxime, ſic adpellatus, quia ita pungit ut quaſi clauus ferreus infixus videatur. Nam caro dureſcit, in callũ ſemper ferè pungentem. Quo morbo Silius Italicus interiiſſe fertur. De quo Plinius libro tertio, Epiſt. Modo nũciatus eſt Silius Italicus Inedia finiuiſſe uitam. Cauſſa mortis ualetudo, erat illi natus inſanabilis clauus, cuius tædio ad mortẽ irreuocabili conſtantia decurrit, Plinius libro. xlv.

Clauis pedum illiſi, item lienis, & temporum do- lori bus. Fiunt & calloſa quædam, in candido oculi tubercula, quæ claui nominantur oculorum. Arbo- res quoq; clauum huiuſmodi patiuntur, qui & fun- gus, & patella dicitur, ut inquit Plin. lib. xvii. Idem ſcribit clauos innaſci natibus, & purgari ſucco pixa canthi. Sunt & Claui caligares, à caligis militarib quibus ſuffigebantur. Idem lib. ix. Exiſtunt ſquam- mis conſpicui crebris atq; peracutis, clauorum cali gularium effigie. Præterea, Clauus eſt ueſtimenti ge- nus, ueluti quibuſdam clauis a rteis diſtinctum, quod & à plumarum ſimilitudine, Plumatile uocabatur, & à uerrucis, clauo ſimilibus, Verrucata ueſtis. q; ſi latior ipſa ueſtis erat, latus clauus dicebatur. hac ſoli ſenatores, & patricii induebantur, unde Laticla uos adpellari ſenatores legimus. Horat. lib. i. Serm.

Deſer bere uolens ſenatorem dixit,
Et latum demiſit pectore clauum.

Sueton. de Nero.
A laticlauo, cuius uxorem attrectauerat, cæſus.
Ab Ouidio Clauus ſimpliciter dicitur pro ſenato- ria dignitate, illo uerſu,

Curia reſtabat claui menſura coacta eſt.

Sueton. de Au. Clauo nec lato, nec anguſto.
Aliquando etiam ſacerdotes, & pontifices lato cla uo induebantur. Silius,

Sacrificam lato ueſtem diſtinguere clauo.

Præclauum, pars ueſtis erat, quæ ante clauum texe- batur. Afra. Totum diem præclauum unum texere, Hinc etiam Clauata dicuntur, uel ueſtimenta clauis intexta, uel calceiamenta clauis confixa. Et Clauati ſocci, q; ſola habeant clauis intertexta. Clauata ue- ro ſunt ueſtimenta, etiam ſi non ex auro, ſed aut ex cocco, aut aliis coloribus clauos & uerrucas habe- ant. Lampr. in Alex. Conuiuium, nec opimũ, nec ni- mis parcum, ſed nitoris ſummi fuit ita tamen, ut pura mantilia mitterentur ſæpius cocco clauata, au rata uero, nunquàm. Quæ autem cum auro, Auro- clauata dicitur, & Auroclauatæ ueſtes à textura au reorum clauorum, unde Tacitus imperator interdi xit auroclauata ueſtibus, à Clauus etiam fit Præcla uum, de quo nunc. Clauus annalis qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium, per annos ſingulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. apud Liui um ſcribitur dictatorem creatum fuiſſe cauſſa tan- tum figendi claui ad peſtilentiam ſedandam.

Clazomene, penultima producta urbs Ioniæ Aſiati- cæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Grina nomi- nabatur, uicina Colophoni unde & Apollo Gri- næus dictus eſt apud Vergilium, quoniam ibi eſſet eius oraculum.

Clazomenia, iſula quæ Marathuſa dicitus. à qua cla- zomenii, quos in Mæonia ſitos eſſe conſtat.

Cleantes, nomen philoſophi qui Zenonis Citienſis ſcholam, ſucceſſor excepit. Hic Phanii Aſii filius, egregius pugil, quum Athenas ueniſſet, & Zenoni adhærens, generoſe philoſophatus eſt, & in eiſdem permanſit dogmatibus. Celebratus maxime fuit, in labo.e. Nam quum ualde pauper eſſet, mercenariã uitam agebat. Noctu quidem in hortis aquam hau- riebat, per diem uero in ſermonibus exercitabatur. unde Phreantes adpellatus eſt, quaſi puteos hauri- ens. Tradit illum, quæ à Zenone audierat, oſſibus boum & teſtis fictilibus perſcribere ſolitum, quum pecunia non ſuppeteret ad chartas emendas.

Clearchus, philoſophus fuit, cuius meminit Hieron. contra Iouí. Fuit & alius hoc nomine Macedonio- rum dux. hic dicebat exercitui imperatorem plus quàm hoſtem metui debere.

Clemens, à claritate mentis, quaſi cœli mens. & is di- citur qui etiam remittit de eo, quod poſſit proſeq. Differt pro Donati ſententia à placido, q; Clemens ſit circa recte agentes, Placidus circa delinquentes. & Clementis eſt nullos lædere, Placidi arridere om nibus. Clemens animo, placidus uultu. Ter. in Adel.

Ille ſuam ſemper egit uitam in ocio, comis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.

Sunt & qui Clementem ideo dici putent, q; colat mentem, nec eam uexet iraſcendo. Hinc clementia, & aduer- bium clementer, quibus contraria ſunt Inclementia & Inclementer.

Cleobulus Lyndius, Euagoræ filius, unus ex ſeptem ſapientibus. Cornucopiæ.

Cleodamas, Thaſius philoſophus, Platonis tempore in geometria floruit.

Cleombrotus, Pauſaniæ filius, Lacedæmoniorũ dux, Qui timens ne uideretur cum Epaminõda hoſte ſen tire, temere cum eo pugnauit, ſe & patriam in præ ceps dedit. Nam uulneratus occubuit, & exercitus de le tus.

Cleone, mediocre oppidum. diſtat ab Argo, ſtadiis centũ uiginti, à corintho, nonaginta, unde Cleonæa, us, a, um, ut leo Cleonæus qui & Nemæus. Luca.

Ille cleonæi proiecit terga leonis.

Cleopatra, Aegypti regina, de q libri oẽs pleni. Cc.

Clepo, is, ſi, tum, furor, furto ſurripio. tractum à κλέ- πτω, uerbo Græco. unde cleptum furto ſubtractũ. Liui. Siquis clepſit ne populo ſcelo, ne ue cui cleptum erit. Plautus, Rape, clepe, harpage, Cicero de repub. Non modo ut Spartæ rapere ubi & pueri clepere diſcunt.

Clepſydra, pen. cor. κλέπτω, & ὕδωρ, aqua. Nam proprium furacis hominis (qui Clepſes dicitur) eſt, uelare, & abſcondere quæ clàm, & per inſidias ſurri puerit. Clepſydra uero duo ſignificat, fontem ſcilli cet, & horologium aquariũ, horas æqua dimetiens. Eſt enim fons Athenis in arce illa Mineruæ quon- dam, nunc beatæ Mariæ uirgini conſecrata. Is per alueum ſubterraneum, latenterq; fluens ſtadia ui- ginti, ſurgit tandem in riuos ad uicum Phalereum. Erat præterea uas quoddam uitreum, graciliter fi- ſtulatum, quod æqualibus dimenſionibus ſignatas horas oſtenderet. Ad cuius etiam fundum, erat fo- ramẽ quod aquam guttatim emitteret. Et ita horæ per aquæ diminutionẽ, quot eſſent, uideri poterãt. Itaque nõ abſurde, ſiue de fonte, ſiue de horologio accipias, Clepſydra nominatur, ab aquæ furto, q; aquam aut uelet, aut furetur. Cæterum Cicero. in ii.

Tuſcu. pro horologio capit, quum inquit, Cras ad clepſydram. Cõſimilia ſunt hoc tempore clepſydris, uaſcula illa apud nos uſitatiſſima, quæ in medio inſtar duorum turbinum, coarctantur, ex quibus puluiſculum per foramen minutum ſenſim dilabitur, ex parte ſuperiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. Vulgò dicitur horologium puluiſculi. Apud veteres, oratoribus acturis cauſſas forenſes præſcribebatur tempus dicendi, datis clepſydris, quibus exhauſtis, amplius dicere uetabatur. Plinius in epiſt. Dixeram horis penè quinq́, nam tribus clepſydris, quas ſpacioſiſſime acceperam, ſunt additæ quatuor.

Cleronomia, hæreditas, à cleros, pro hæreditate. Et Sortes, ex promiſſione dei, partes hæreditatis uocantur, quæ populo ſunt diſtributæ. Vnde tribus Leui præcepta eſt non habere ſortem inter fratres ſuos, ꝙ eorum decimis ſuſtentaretur.

Cleronomos, hæres.

Cleros, Latinè ſors, ſiue ſorte electus, inde clericus, ſortitus, dici poteſt. Nam ut Hiero. ſcribit ad Nepo. propterea uocantur clerici, quia de ſorte ſunt domini, uel quia dominus ipſe ſors, id eſt, pars clericorũ eſt. Et quia vel ipſe pars domini eſt, uel dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, ut & ipſe poſſideat dominum, & ipſe poſſideatur à domino. Nam & cleros, & clericos, hinc adpellatos puto, qui ſunt in eccleſiaſtici miniſterij gradibus ordinati, qa Matthias ſorte electus eſt, quem primum per apoſtolos legimus ordinatum. Clerus etiam uermiculus, aluearibus noxius. Ariſto. Examina infeſtantur clero. Sic etiam uocant uermiculos qui in pauimento naſcuntur, ex quibus creſcentibus, uelut aranea obducitur alueo, & ſui carie pereunt. Hinc moribus huiuſmodi clerus, uocatur, hoc eſt fauus, cum fœtu putrefactus. Quum vero morbo, aut ignauia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt.

Clibanarius, qui bñ ferro & armis munitus certamen init. Nazarius in Panegyrico ad Conſtan. Operimẽto ferri equi, atque homines obſepti, clibanariis in exercitu nomen eſt. Dicti clibanarii, quoniam more teſtudinis, arcuatis armis, quæ clibani forma eſt, vtebantur.

Clibanus, κλίβανος ὁ λαμπτὴρ λέγεται, id eſt, clibanus Græce dicitur, pen. cor. non eſt proprie furnus, ſed forte quid ſimile furno. Vel inſtrumentum quo aliquid coquitur ſub teſta. quod ex ære, ſeu ferro fieri ſolet, ſæpe etiam opere figulino. Plin. lib. xix. Cortices quoq; decuſſi, clibanis & furnis præbẽt uſum. Vnde panis teſtaceus, is dicitur apud nos, quem illi clibanitin. Scribitur à nonnullis cum u, κλίβανος, de hoc & in dictione Furnus. Colum. lib. iii. ſcribit ſcrobem clibano ſimilem eſſe, ut imus quàm ſummus patentior ſit, ut latius radices uagenẽ. Et apud Origenem ſuper Leuiticum uidetis accipi pro uaſe profundo magis, quàm ſartago ſit. Sic enĩ ſcribit, Tria ita ꝗ ſunt in quibus domini ſacrificia uidere præparari. In clibano, in ſartagine, in craticula. Et puto ꝙ Clibanus ſecundum ſui formam profundior, & ea

quæ ſint inenarrabiliora ſignificet in ſcripturis diuinis. In ſcriptura tamen ſacra, præſertim apud prophetas, accipitur ferè ſemper pro furno.

Cliduchus, ſignificat clauigerum, κλειδοῦχος.

Cliens, quaſi colens, quia debet dominum honorare, & eſt correlatiuum patroni. Nam Patronus defenſor cauſſæ eſt dictus, quaſi pater. Cliẽs autem defenſione indigens, id eſt, litigator qui patronum colit & ſequitur, ut ab eo defendatur. Huius diminutiuum eſt Clientulus. Aliquando tamen Cliens ponitur pro ſectatore, & qui ſub tutela alterius, & penè famulus eſt. Clientum, ueteres pro clientem dixere. Cornucopiæ.

Clientela, clientum multitudo, nec non & eorum qui potentem aliquem ciuem, principem'ue fauore proſequuntur, & cuius dignitatem, factionemq́ tutantur, ducti aliqua mercede, uel beneficio. Similiter Clientela, dicitur clientium officiũ erga patronos. Item dicitur Clientium ſiue Clientarum genus. Cato enim clienta fœmina dixit.

Clima, atis, regio. Et clima apud Varronem quoque uerſus pedum eſt ſexaginta. Item eſt terræ ſpatiũ inter Auſtrũ & Septentriones dimidiatæ ferè horæ, in dierum longitudine, mutationem continens.

Climatericus, a, um, ſcalarius. Plin. in epiſto. ad caluiſium. Habes climatericum tempus, ſed euades. Plin. alter libr. vii. natur. hiſtoriæ climateras nuncupauit legem ſcanſilem. Scanſili (inquit) annorum lege occidua quam climateras adpellant. Climatericũ tempus, dubioſum dicitur, quoniam Chaldæi Climateras adpellant pericula uitæ, fortunarumq́ hominũ, quæ fieri grauiſſima in ſeptenariis dicuntur. Nam ſeptimum quemq; annum periculoſum eſſe cenſorius autumat. Alii climatera periculoſum eſſe dicunt annum ſexageſimum tertium, unde Auguſt. ad Caium Nepotem, Nam ut vides climatera cõmunem ſeniorum omnium tertium & ſexageſimum annum euaſimus. Si quis hunc materiam diffuſius noſcere cupit Cenſorinum adeat.

Climax, Latinè ſcala & figura quæ dicitur gradatio, ut apud Ouidium,

Viderat, hanc uiſamq́ cupit, potiturq́ cupita.

Hinc Climatericos.

Cline, Latinè lectus, lectica, menſa, inde Hexaclinos, thorus diſcubitorius qui ſex capiebat. Mar.

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon.

Clingo, ueteres pro cingo uſurparunt. Cc.

Clinicus, penultima correpta, medicus qui curat medicamentis, dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare ſolet, quaſi lecticularius. Martia. Sote ſilia clinici. Id eſt, medici. Dicuntur & Clinici qui ita morbo affecti ſunt, ut ſurgere è lecto non poſſint, nullaq́ amplius de eorum ſalute ſpes eſt. Vnde legimus Petronillam uoluntate Petri Apoſtoli clinicam factam, quaſi paraliticã, ſideratam'ue, propterea ꝗ decumbentem grabato quem Græci clinen uocãt.

Clinidion, diminu. quod Græci lectulum uocant.

Clinipodion, herba quædam quæ ſpeciem lectipedum præbet, ut inquit Plinius lib. xxiiii.

Clino,as,Græcum eſt,& ſignificat Inclino,licet non ſit in vſu, eius tamen compoſita vſurpantur, quæ ſunt Acclino,Declino,Inclino,& Reclino,pen.producta. Vergilius libro duodecimo.
Defigunt telluri haſtas & ſcuta reclinant.
Clinopale,palæſtra lecti dicitur, κλίνη Græcè lectus πάλη, palæſtra,ſiue lucta. Sueton.in Domi. Aſſiduitatem concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat. Sic Vergil.nocturna bella nominat colluctationes Venereas, & ab Apuleio militia amatoria dicitur.
Clio,vna Muſarum, ἀπὸ τοῦ κλέους à gloria, quòd poetis gloria compoſitis naſcatur libris.
Heſiodus in Theogonia,
Ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς ἐκγεγαυῖαι
Κλειώ τ', Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε
Τερψιχόρη τ' Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ' Οὐρανίη τε,
Καλλιόπη θ' ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων. Id eſt Nouem filiæ magni Iouis. Clioq́ Eutrepeq́ Thaliaq́ Melponeneq́ Terpſichoreq́ Eratoq́ Polymniaq́ Vraniaq́ Calliopeq́,hæc omnium præſtantiſſima eſt.
Cliſis, declinatio.
Cliſius,nomen fluuii in agro Brixiano.
Clitellæ,dicuntur non tantum quibus ſarcinæ colligatæ mulis,& id genus veterinis portantur,qui vulgò Baſti vocātur dictæ quòd huiuſmodi animalis ornamentum ſit. Hora.in Saty.
Hinc muli clitellas tempore ponunt.
Sed etiam locus Romæ propter ſimilitudinem,& in uia Flaminea loca quædā deuexa ſubinde,& accliuia, quo etiam nomine adpellatur quoddam tormenti genus.
Clitellarius,qui clitellis vtitur, vnde Clitellarii muli dicuntur,qui neq́ ephippiati ſunt,neq́ deſultorii, nec bigas, aut quadrigas, aut currus dicunt, ſed clitellati ferunt onera. Plautus in Muſt. Muliones mulos clitellarios habent,ego habeo homines clitellarios, magni ſunt oneris, quicquid imponas vehunt.
Clitomachus,pen.corr.philoſophus carthaginienſis qui Athenas venit,annos natus quadraginta, audiuitq́ Carneadem, cuius & ſucceſſor fuit, tres ſectas ſectatus, Academicorum,Peripateticorum,& Stoicorum. Supra quadraginta volumina condidit, de quo Cicero lib.iii. Tuſcul.mentionem facit,Interpretatur egregie pugnans.
Clitorius,fons Arcadiæ,qui ſemel potus,vini odium facit, Ouidius libro.xv.Metamorph.
Clitorio quicunq́ ſitim de fonte leuauit, Vina fugit.
Clitumnus,vmbriæ fluuius,de quo Plinius libro duodecimo ſcribit,quòd animalia quæ eū potauerint albos fœtus creant,dictus à κλειτὸς celebris,quaſi celebris amnis. Silius,
Et lauat ingentem profundens flumine ſacro
Clitumnus taurum.
Cliuia,auſpicia (inquit Feſtus) quæ aliquid fieri prohibebant,nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Cliuia, unde cliuus, qui eſt locus molliter arduus,& pro colle ponitur. Hieron. libro ſecundi Reg. Porrò Dauid aſcendebat cliuum oliuarum. Eſt & cliuus cuius compoſita poſſunt eſſe,tam ſecundæ quàm tertiæ declin. vt Accliuus,a,um,& Accliuis,& hoc Accliue. Decliuus, & Decliuis. Procliuus,& Procliuis,quæ habent penultimā productā, Dictus Cliuus, à clino, pro inclino.
Cloacæ,penultima producta,loca caua,per quæ colluuies fluit,à Cloacare, quod eſt inquinare, ſiue à colluēdo,quaſi colluacæ. Fiſtulæ quoq́ foſſæ,ubi & viæ illæ ſubterraneæ,parietibus in modum aquæductum munitæ,per quas aquæ pluuiæ extra vrbē vel fluuium dilabuntur,Cloacæ dicuntur, quòd vrbem immundiciis purgent. A Clodio Albanorum duce dictæ. Plautus uero in Cur. per ſtomachum immundæ vetulæ aluum cloacam nominauit. Age effunde hoc cito in barathrū, ꝓperè ꝓlue cloacā.
Cloacale,cato dixit flumen,pro cloacarum omnium colluuie.Ce.
Cloacare,inquinare,vnde cloaca dicta eſt, ut inquit Feſtus.
Clorio, Latinè uireo dicitur,auis genus apud Plinius libro decimooctauo.
Cloris,Nympha,quæ Zephyro nupta,quaſi dotis loco id accepit muneris à marito,vt haberet omniū florum poteſtatem, Eſt & cloris auicula,quā Theo. luteum & luteolum uertit.
Cloſter Latinè filum vel nexus.
Clotho,vna ex furiis infernalibus. Græcè κλώθω, circumuoluo,neo,deſtruo. Orpheus in hymnis aliqua dicit,ſed in magica ſua multa,& obſcura ut mihi vir diuinus videatur. Heſiodus autem in Theogonia, dicit Themidos filias, & Iouis, Cloto,Lacheſin, & Atropon.
Μοίρας θ' ᾗς πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα ζεὺς
Κλωθώ τε Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵτε διδοῦσι
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε. Id eſt, Parcas quibus plurimum honorem præbuit cōſiliarius Iupiter clothoq́ Lacheſinq́, & Atropon,quæ mortalibus hominibus dant & bonum & malum.
Cludo,is,idem quod claudo,quo veteres vtebantur, unde in veteribus numiſmatibus,legimus,Ianū cluſit. Huius compoſita magis ſunt in vſu. Accludo,ut in Gene. Egreſſus ad eos Loth poſt tergum, accludens hoſtium ait. Cōcludo, Circuncludo, Excludo, Includo, Intercludo,Introcludo,Occludo,Plaut. Occluſit oſtium ancillæ. Præcludo,antecludo. Colu.li. vii, Hirodo adhærens faucibus ſanguinem ducit,& incremento ſuo tranſitum cibis præcludit. Recludo,aperio. Vergilius,
Veteres tellure recludit Theſauros. Secludo,ſeorſum claudo. Subterculo. quæ habent penul. producta.
Cluere, perhiberi,putari. Plau. In epid. Cluer is etiam ſeſe ſapere memorat,malleum. In qua ſignificatione ſæpe Lucre. Plinius tamen ait ueteres cluere in certādi ſignificatione poſuiſſe,vnde Clypeus,inde cluacina Venus.
Clunæ, ſiue folliculi hordei.
Clunaculum,culter ſanguinarius,quòd ad clunes dependeat,

pendeat, uel quia clunes beſtiarum diuidat.

Clunes, nates, ſiue natium tumor, tam maſc. quàm fœ. mi. generis, ſic Iuuen.

Tremulum deſcendant clune puellæ. Plaut.

Quaſi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. Hora. Quod pulchræ clunes, breue quod caput, ardua ceruix. Ab hoc ſimias clunas adpellatas uoluit, quòd clunea tritas gerant. Huius diminutiuum eſt cluniculæ. Gell. Cæterarum auium atq; altilium, niſi tantum adponatur, ut à cluniculis inferiore parte ſaturi fiant.

Clunici, dici videntur, à clunibus, q ſunt ea parte morboſi, vnde cyprianus videtur accipere clunicum pro paralitico illo debili in lecto iacente, cuius mentio in Euangelio eſt, ex eo quòd infirmus clunibus in lecto cubet, quum pedibus nequeat inſiſtere. Apud Plinium legitur clunicis medeṫ in hoc ſignificatu, quamuis quidam corrigant clinicis.

Clupea, ciuitas Aphricæ, vicina carthagini.

Cluſius, dictus eſt Ianus, quia pace templi eius portæ clauduntur. Vergilius,

Claudentur belli portæ furor impius intus

Sæua ſedens ſuper arma & centum vinctus ahenis.

Clymene, penul. correp. Promethei mater, Oceani filia, & Iapeti vxor.

Clypeus, & clipeum, ſiue clupeus, y in u, conuerſa, proprie clypei ſcuta maiora ſunt, & tãtum peditum, ſicuti docet Ser. Scuta equitum. Liuius libro ſexto clypeis antè Romani uſi ſunt, deinde poſtquam ſtipendiarii facti ſunt, ſcuta ꝓ clypeis fecere. Dicti clypei quod cælent totum corpus, vel à clepere, quod eſt furari ab ictibus. Var. à cluuus deriuat. Pli. li. xxxv. ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc eſt, ſculpendo, cælandoq; deducit, ita vt dicatur clypeus quaſi γλύπτος, id eſt, ſculpus, g in c, mutata. Scutis enim qualibus pugnatum eſt apud Troiam cõtinebãtur imagines. Vñ & nomen habuerunt clypeorum. Vel quia κλέπτω, furor, & cælo, quia totum hominem tegat.

Clyſmus. Latinè purgatio ſiue lotio dicitur.

Clytemneſtra, nomen propriũ mulieris quæ ob amorem adulteri virũ occidit, de qua Eurip. in Oreſte, & multa alia Home. in Odyſſea, quæ nota ſunt.

Clyſter, eris, pen. corr. quod & clyſterium diciṫ, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod eſt abluere, nam clyſtere aluum ægrotantium lauare ſeu purgare ſolemus. Plin. Cucurbita infuſa clyſteribus inteſtinorũ omniũ uitiis medetur. Macer tñ huius nominis penult. corripit.

Appoſitia digitis aut intus clyſtere fuſis.

Quod autem in orificium durum ponitur, ad excrementum prouocandum, & uulgò Suppoſitorium dicitur, docti à glandis ſpecie Balanum dixere.

Clytia, una ex Nymphis Oceani, à gloria dicta, κλέος enim gloriam ſignificat. Cc.

C ANTE NKO

CNæus, per C, ſcribitur, ſed profertur per G, adpellatus eſt autem ob inſigne næui.

Cnidos, eſt una ex cycladibus inſulis.

Co, inſula Icarii maris, uide in dictione Coos.

Coaceſco, ex con, & aceſco, ſed n, abiicitur, & ſignificat Coaceſcere, ſimul ſeu totum acidũ fieri. Cice. in Cato. Vt enim non omne vinum, ſic non omnis ætas naturæ uetuſtate coaceſcit. Hieron. per tranſlationẽ in ꝓlogo Salo. Neq; enim ſic noua cudimus, ut uetera deſtruamus, & tamen quum diligentiſſime legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi, quæ non in tertium uas transfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prælo puriſſimæ commendata teſtæ ſuum ſaporem ſeruauerint. Coacuerint, id eſt, corruptionem ſenſerint.

Coætaneus, eiuſdem ætatis, quod dicitur & coæuus, ab ætate illud, hoc ab æuo.

Coagmenta, coniunctiones arctæ & compares à cogendo, id eſt ſtringendo.

Coagmento, as, coniungo, & compares coniunctiones cogo ac ſtringo. Cice. in Cat. Viuendi finis eſt optimus cum integra mente, certisq; ſenſibus, opus ipſa ſuum, eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit. Pli. paſſiuum protulit. Mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim veſtitis.

Coagulo, as, cogo, cõſtringo, verbum actiuum, ut eſt illud. Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum. Gell. Semen in utero mulieris primis ſeptem diebus conglobatur, coagulatur, fitq; ad capiendum figuram idoneum.

Coagulũm, à cogendo, id eſt, colligendo, ſiue ſtringẽdo, dicitur ea pars uiſcerum, qua ad denſandum lac utimur. Tibul.

Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte.

Quicquid denſat ac coniungit, coagulum dicitur. Gell. Vinculum illud coagulum animi atq; amoris.

Et coagulum herba eſt, ſeu potius ſpongia aquarũ dulcium, quam alii ſtrumum, alii ſtrygnon, alii conſeruam uocant.

Coaleſco, is, coalui, concreſco. Liuius libro primo Vocata ad concilium multitudine, quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re, præterquã legibus potuit, iura dedit. Sallu. Hi poſtquam conuenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alii alio more uiuentes, incredibile memoratu eſt, quã facile coaluerunt. Coaluerunt, non eſt à coalo, quoniam ſignificatio actiua ſenſui orationis repugnaret, neq; à coaleo, quod neſcio an reperiatur, eius ſimplex protulit Varro. libro primo de Re ruſt. Quemadmodum quicquam ſeri, aut aleſcere, aut meti poſſit.

Coaſpis, fluuius Medorũ, qui apud Perſas in Tigrim decurrit, cuius aqua tam dulcis, ut Perſici reges, quã diu intra ripas Perſidis fluit, ſolis ſibi ex ea aqua potula uendicauerint.

Coaſſo, as, per duplex ſſ, ſicut aſſamenta et aſſulæ, qđ & coaxo dicitur pro cantabulo, unde Coaxatio, cõtabulatio, ab axibus. Nam aſſeres tabulæ non ſunt (Victru.) ſed craſſior & anguſta in modum paruæ trabis materia, ab aſſidendo parietibus, atq; tignis adpellati, ut inquit Feſtus. Eſt & Coaxare propriũ vocis ranarum. Ariſtophanes ἐν τῷ βατράχῳ τοῦ Διονύσου. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.

Cocalus, Siciliæ rex, ad quem Dedalus ex Creta aufu

git, quem illuc uſq; perſecutus eſt Minos, cretenſiũ rex, ſed à cocali filiabus (vt Ariſtot. refert) interfectus eſt.

Cocanicus, Siciliæ lacus ex quo ſalem cocanicum nominamus.

Coccẽtum, genus edulii, ex melle & papauere factũ, ſic dictum, quod ad ignem coquatur.

Cocceus, a, um, idem q coccineus. Scribit Lampri. Diadumenum indumenta coccea primum accepiſſe.

Coccina, ſubſtantiuum, penultima correpta, veſtis coccinea. Martia.

Coccina famoſe donas & lanthina mœchæ.

Coccinati, dicuntur q coccineis veſtibus ſunt induti.

Coccineus, a, um, quod eſt grano infectum. Hiero. in Cant. Sicut vitta coccinea labia tua.

Coccinus, penultima correpta, eſt purpureus, quo pãni inficiebantur. Hieronym. libro ſecundo, Reg. Filiæ Iſrael flete ſuper Saul, qui ueſtiebat uos coccino. Hic color exuberantiam quandam ac ſplendorem ruboris oſtendit, qui & ſpadicus & phœniceus & roſeus uocatur.

Coccus, per duplex cc, ſumitur pro purpura. Coccum eſt rubens gramen in maxima laude, vulgò granum dicitur. Anniculo cocco, languidus eſt ſuccus. Idem poſt quadrienniũ, euanidus. Itaq; nec recenti uires, nec ſeneſcenti. Laudatiſſimum naſcitur circa Emeritam Luſitaniæ ciuitatem, ut docet Plinius libro. ix. Coccus ilicis vocatur illicis granum, κόκκον enim Græci dicunt granum. Cc.

Cochlacæ, quæ & Cohleæ lapides ex torrente rotundi.

Cochlea, proprie teſta limacis, licet quando q; pro ipſa limace, quæ teſtẽ habet, ſumatur. Limax proprie quæ eſt ſine teſta. Plin. lib. xviii. Naſcuntur in uicia, & aliquando è terra, cochleæ minutæ, erodẽtes cã. Cochleæ, tam terreſtres, quàm aquatiles, excrentes ſe domicilio, bina q; veluti cornua prætendentes retrahentes q;, ideo corniculis prætentare iter putantur, quia oculis carent. Cochleæ etiam lapides ſunt ex flumine, rotundi ad cochlearum ſimilitudinem, quæ & cochlacæ dicuntur. Similiter cochlea, ſiue cochlis, is, turris dicitur, ſiue ſcala rotunda, qua turrim per circuitum à cochlearum ſimilitudine conſcendimus, quemadmodum torcularia ad inſtar cochlearum facta, cochleæ nominantur. Huius dimin. eſt cochleola. Sunt cochleæ modicæ, cauaticæ, altiles, Africanæ, aceratæ, Illyricæ, olitinæ, albæ, aſtypaleicæ, Perot. in. Cc.

Cochleare, & per apocopẽ cochlear, et cochleariũ, genus menſuræ, ſeu inſtrumentũ quo cochleæ, & alia huiuſmodi veſcendo ſumuntur. Mart.

Sum cochleis habilis, ſed non minus vtilis ouis.
Nunquid ſcis potius quur cochleare vocer.

Cochlium, etiam ſcala rotunda. Strabo libro vltimo Hæc eſt etiam pannium altitudo quædam manufacta, turbinea, petroſæ ripæ per ſimilis, in quam per cochlium aſcenditur.

Coclides, pen. cor. ſcalæ rotundæ, q per circuitũ ſcãduntur, quo etiã nomine dictæ ſunt gẽmæ in Arabia.

Coclites, pen. cor. luſcos dixerant antiqui, hoc eſt, q vnum tantum habent oculum, quaſi oclites. Nam & ciclopas coclites vnum oculum habentes. Et Hora. Cocles dictus eſt qui in prælio oculum amiſit, quaſi ocles, ab oculo. Plautus in cur. Vnocule ſalue, Ex Coclitũ pſapia te eſſe arbitror, nã ſic ſunt vnoculi.

Coctiæ, dictæ ſunt alpes à coctio rege, Gallorum domitore, qui in amicitiam Octauii receptus eſt. Incipiunt à Seguſia oppido, & à Tacito coctianæ adpellantur.

Coctilis, & hoc coctile, penultima correpta, acipitur pro re quæ cocta eſt, & non cruda, ſicut fictile, quod factum eſt à figulo. Plinius libro ſeptimo, Epigenes apud Babilonios ſeptingentorum viginti annorum obſeruationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet.

Coctiuæ caſtaneæ, vulgatiores. Cc.

Coctiuæ nuces, dicunt nigræ quæ magis in vſu ſunt. Cornucopiæ.

Coctito, frequentatiuum quo Plautus frequenter vtitur. Cornucop.

Coctiuus, a, um, pen. produ. quod facile coquitur, vel maturatur, ut coctiua poma, coctiuum legumen.

Coctona, vide in dictione Cotones.

Coctonum, nonnulli Bambatium vulgares, indocti bombycen, literati xylon, ſiue goſſipion adpellant, genus illud linicandidiſſimum ex Aegypto.

Coctus, a, um, à cogendo, quia coquendo coercetur, vt ad vtilitatem veſcentium perducatur. Et coctum dicitur quod eſt multi temporis. Vnde & Recocti homines, ipſo uſu & frequentia & longitudine temporis cautiores exercitatiores q; facti dicuntur. Horatius, in Serm.

Plerunq; recoctus
Scriba, ex quinqueuiro coruum deludet hiantem.

Coculare, & per apocopen cocular, idem quod coculum.

Coculum, uas æneum coctionibus aptũ. Plau. Aeneis coculis excocta eſt mihi omnis materia. Alii cocula accipiunt pro lignis minutis quibus facile decoquuntur obſonia.

Coculus, pen. cor. diminu. eſt paruus cocus.

Cocus, per ſimplex c, nã primã corripit, ſiue coquus per q, nam & coquo, is, dicimus. Mart.

Qui propter cœnam ruſtice cædo coquum.

Eſt autem cocus, qui cibos coquit ac vendit. Cocorum tamen alii priuati, qui alicui ſeruientes coquinariam exercent, ut idem,

Non ſatis eſt ars ſola coco ſeruire palato.
Namq; coquus domini debet habere gulam.

Alii publici, qui ut dapes vendant, publice popinam tenent, hoc eſt, tabernam in qua dapes coctæ & vina venduntur. A qua Popinones dicti & ipſi coci ac popinariam exercentes, & luxurioſi ac in popinis viuentes.

Cocynthum, Italiæ promontorium (inquit Plinius.) Item Polybi. lib. ii. promontorium Italiæ cocynthũ vocari tradit ab indigenis, quod Meridianam plagam ſpectans, Ionium & Siculũ mare diſcriminat.

Cocymum, olei genus. Cc.

Cocytia, ſacra erant, quæ fiebant in honorem Proſerpinæ, quam Pluto rapuit.

Cocytus pen. prod. Latinè dicit̃ luctus, quo nomine dictus eſt inferorũ fluuius, à Styge ꝓfluens, κωκύειν enim gemere ac lamentari ſignificat. Verg.
Nec procul hinc partem fuſi monſtrantur in omnẽ
Lugentes campi ſic illos nomine dicunt.
Hinc Pluto quoq; cocytus eſt. Quidã à cocyge aue, quam vulgò cuculum vocant quoniam in cocyti ripis luctiferæ auis vlulatus audire fingatur. Claud.
Cocytus tacitis Acheron obmutuit vndis.

Cocyx, ygis, auis temporaria, quæ in triuum aliarum nidis oua generat, pal ſibarum, alaudæ, & chloridos. Hæc alio nomine Cuculus dicitur, cuius vox cocyxus quoq; dicitur. Ex accipitrum genere eſt, licet vngues aduncos non habeat. Procedit uere, occultat̃ Caniculæ ortu. Suidas, κόκκυξ ὄρνεον, ὃ παρ' ἡμῖν κοῦκκον λέγεται, ἀπὸ τῆς φωνῆς ἡγοῦμαι. id eſt. Coccyx ſpecies auis apud nos cuccos dicitur, à voce dulci.

Codam veteres dicebant quam caudam dicimus. Cc.

Codatremula, auis quæ ſemper mouet caudam, aliàs Motacilla dicta.

Codex, arboris robur, vide in dictione caudex.

Codicariæ naues, dictæ ſunt à codice, dũ codex pro trunco arboris ſeu tabula ſumitur, quæ & caudicariæ dicunt̃, quod è caudibus, hoc eſt, lignis groſſioribus factæ ſint. Varro, Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tyberi naues codicarias adpellamus.

Codicillus, diminu. à diminotiuo codiculus. Sunt autem codicilli literæ breues, hoc eſt, epiſtolæ. Sul. Ciceroni, Puer Acydini mihi obuiam venit cum codicillis. Iureconſulti accipiunt pro quodam inſtrumẽtorum genere.

Codiculus, diminutiuum à codex, dum pro libro ponitur.

Codion, genus lactucæ, à corii ſimilitudine in petris naſcens, commoſiſſimum inter omnes. Cc.

Codononia, inſula quam Teutonici tenẽt, in qua codonius ſinus.

Codrus, nomen proprium regis Athenienſis, qui propter patriam ſeruandam, ſe morti obiectauit. Reſpõſum enim acceperant Peloponnenſes, tunc demum ſe ſuperaturos, ſi eorum regem non occidiſſent. Fefellit ergo eos habitu paupetis apparẽdo, & in ſuã necem, per iurgia prouocando, & à nullo cognitus fecit locum oraculo. Unde Verg.
Et iurgia Codri.
Fuere & alii codri, hinc apud Athenienſes in prouerbium venit, Codridarum genus, ut quum nobiliſſimum vellent quempiam dicere, codro nobiliorem eſſe prædicarent.

Coele, dicitur Syria, qua contingit Arabes. Cc.

Cœliaci, dicuntur qui ex vitio ſtomachi, id eſt, ventris profluuium patiuntur. Plin. lib. xx. Hippocrates cœliacis & dyſentericis bis coctum cum sic. Celſus li. iiii. In ipſius vero ventriculi porta conſiſtit, qui & longus eſſe conſueuit. Varro, Qui ex floribus nucis Græcæ & corna fiunt, cœliacas fieri atq; vrina pota refici. Cœliacus à Græcis nominatur à cœlia, id eſt, ventriculo ſtomachi, quod is morbus in ipſius uentriculi porta conſiſtat, quæ phylluros à Græcis nominatur, vnde medicamenta quædam huic uitio cõtraria cœliacæ dicuntur.

Cœloſyria, caua Syria, ex κοῖλος, caua, & Syria.

Cœmentum, ut aliquibus videtur cum œ diphthongo, à κοινόν, quaſi cœnimentum, uide in dictione cæmentum.

Cœmiterium, Græcè κοιμητήριον, à κοιμάω, ſopio, quia ibi mortui dormire dicuntur, quaſi mortuorũ dormitorium.

Cœna veſpertina, à κοινόν, quod eſt communis, quia multi in commune cœnare conſueuerunt. Quæ ſit cœna recta, uide in dictione Recta, à cœna fit Domicœnium, quo vſus eſt Mar. Plaut. incœnem dixit, ſine cœna.

Cœnacularia, æ, ars locãdi cœnacula. Vlpia. Si quis cœnaculariam exercens, modicum hoſpitium ſibi retinuerit, reſiduum locauerit pluribus, omnes tenebuntur quaſi in hoc cœnaculo habitantes, vnde eiectum, effuſum've eſt.

Cœnacularius homo, qui cœnaculum conduxit. Idem de pignoratitia actione. Videt̃ autem tacite, & cum domino ædium hoc conueniſſe, vt non pactio cœnacularii proficiat domino.

Cœnaculum, à cœnando nomen aſſumpſit, locus ad cœnandum idoneus. Var. Sicut Penarium, vbi penus, vbi cubabant, cubiculum, ita, ubi cœnabant, cœnaculum. Sed poſtquam in ſuperiori parte cœnitare cœperunt, ſuperior domus uniuerſa cœnaculum dicta. Feſt. Cœnaculum dicitur ad quod ſcalis aſcẽditur. Solet tamen cœnatio, & cœnaculum, & Dieta accipi pro loco in quo æſtate cœnatur.

Cœnaticus, a, um, quod ad cœna pertinet. Var. erat inter adoleſcentes ſermo cœnaticus. Plaut. Eſt mihi illic vna cœna cœnatica. Sic dicimus apparatũ cœnaticum, & apud Plau. in Capt. Spes cœnatica dicitur, id eſt, ſpes cœnandi.

Cœnatio, locus ad cœnandum aptus, qui in imo domus & potentiorum erat, vnde Iuuen.
Et algentem rapiet cœnatio ſolem.
Sueto. in Nero. Præcipua cœnationũ rotũda, q̃ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circũageret̃.

Cœnatorius, a, um, quod ad vſum cœnæ pertinet.

Cœnaturio, laboro ut cœnẽ, quã ſignificationem habẽt ferè in rio definentia, ut molior parturit. id eſt, laborat vt pariat. Mar. In omnibus Vacerra, q̃ conclauibus conſumit horas, & tota die ſedet, cœnaturit Vacerra, non cacaturit. id eſt, laborat ut cœnet. Cc.

Cœnipeta, pen. cor. qui libenter petit alienas cœnas, & paraſiti ſæpe perſonam induit.

Cœno, as, aui, & atus ſum, à quo fit frequentatiuum cœnito, tas.

Cœnobium, locus ubi communis vita ducitur κοινὸς enim communis, βίος, vita. Hinc Cœnobitæ, pen. prod. monachi qui in commune uiuunt.

Cœnodoxia, communis gloria, κοινὸς enim commu nis, δόξα opinio, gloria.
Cœnolexia, Latinè dicitur communis ſermo.
Cœnomyia, vt inquit Hiero. omne genus muſcarum intelligitur.
Cœnula, diminu. Hiero. communem cœnulam, breuemq́; ad refocillationem potius corporis, quàm ad delectationem.
Cœnum, lutum, κοινόω, inquino, à quo Obſcœnum, vt quidam volunt, deducitur.
Coeo, is, ii, iui, itum, ex con & eo, ſed n, abiicitur, & eſt tam actiuum quàm neutrum, ſignificatq́; conue nio, coniungo, aduno, contraho, ſocio, colligo, congrego. Vergi. lib. 11.
Coeant in fœdere dextræ Quà datur.
Lactã. de ira. Deniq; ſi atomorum coitio & conglobatio efficeret omnia. Cicero accuſatiuo vſus eſt lib. 5 Phil. Vtinam Cn. Pompeii cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquã coiſſet, aut nunquam dirimiſſet. Gell. protulit paſſiuum. Coibatur ſocietas inſeparabilis. Nam propriè coiri, ſocietas dicitur. Sic ab Vlpiano, ſocietas coita, pro contracta & collecta accipitur. Coire etiam aliquando concumbere dicitur, Lactan. lib. 3. Quid ego de cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit? Hinc coitus, pro concubitu. Aliquando congredi. Terent. in Phorm. Vide quid agas. Prima coitio eſt acerrima, ſi eam ſuſtinueris poſt illam iam, vt lubet ludas licet. Vbi Dona. Tranſlatio à prælio, nã & congredi milites, & coire dicuntur. Propriè aũt coire eſt ſimul ire. Cice. lib. 3. Offic. Solus neglexit fidem, furere inſimulauit, ne coiret inſtituit.
Cœpi, uerbũ defectiuũ, uide ſupra in dictione cæpi.
Coerceo, es, ex con, & arceo, ſed n, abiicitur, & a, in e, mutatur, ſignificatq́; reſtringere. Cicero in Læl. Quam ſerpentem multiplici lapſu, & erratico ferro amputans, coercet ars agricolarum. Item refrenare, continere. Lactan. lib. 3. Illud ſatis eſt ad coercendum furioſi hominis errorem. Item colligere, ſiue ſimul ſtringere. Ouid. lib. 1. Metamor.
Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.
Item compellere. Cice. lib. 3. ad Heren. Prudentiæ partibus utemur in dicendo, ſi cõmoda, cum incõmodis conferemus, quum alterum ſequi, alterum vitare coercemur, ſed hæc ferè in idem recidunt.
Cœton, Græci dicunt thalamum, vnde Procœtion, dicunt antithalamum.
Cœtus, cum œ, diphth. conuentum ſeu congregationem ſignificat, à coeundo, id eſt conueniendo in vnum. Senec. lib. 3. decla. Qui cœtum fecerit capitalis, Qui eleganter ait, Cœtum nomen eſſe magnæ multitudinis coeuntis ex conſenſu quodam.
Cœus, per œ, diphth. fuit Cœli ac Terræ filius, hinc Cœa, inſula in Aegæo.
Cogitatim, aduerbium pro cogitatè ponitur.
Cogito, as, frequẽtatiuum à cogo, is, quòd mens plura in vnum coegit, vnde elicere poſſit, vnde Augu. libr. 10. Conf. Quàm multa huiuſmodi geſtat memoria mea, quæ iam inuenta ſunt, quaſi ad manum poſita, quæ didiciſſe & noſſe dicimur. Quæ ſi modo iſtis temporum interuallis recolere deſtitero, ita rurſus demerguntur, & quaſi in remoti oraculi penetralia dilabuntur, vt denuo velut noua excogitãda ſint, in idem iterum. Neq; enim alia regio eorum eſt cogenda rurſus vt ſciri poſſint, id eſt, velut ex quadam diſperſione colligenda, vnde dictum eſt cogitare. Nam cogo & cogito, ſic eſt vt ago & agito, facio & factito. Verũtamen ſi animus hoc verbum propriè uendicauit, vt non quod alibi, ſed quod in animo colligitur cogitare propriè iam dicatur. Cogitare itaq; eſt cogere ad aliquid inueniendum, vnde cogitatio, quæ eſt dicta uelut coagitatio, id eſt, lõga eiuſdem rei agitatio in eadem mora conſilii explicandi, à cogito fiunt compoſita, Excogito, quod propriè eſt perfectè cogito, licet pro inuenio ſumatur. Sed idcirco fit, quòd quaſi quis perfectè cogitat aliquid ex eo quod cogitat, elicit, & inuenit. Cicero lib. 1. Tuſc. Quid illa vis, quæ tandem eſt quæ inueſtigat occulta; quæ inuentio atq; excogitatio dicitur. Præcogito, prius cogito. Quintil. lib. 12. Licet tamen præcogitare plura, & animum ad cauſſas componere. Recogito, iterum atq; iterũ cogito. Hierony. in vita Antonii, Quæ & quãta ſpes hiſdem poſita eſſet in cœlis recogitans.
Cognati, ab eo dicti putantur quaſi vnà, communiter uel nati.
Cognitor, qui cognoſcit, quãuis propriè is dicatur, qui litem alterius coram eo cui datus eſt tractat. Procurator autem abſentis nomine actor fit.
Cognobilis, qui cognoſcitur. Gell. his ſolis cognobiles erant.
Cognomen, vide in dictione Nomen. Cognomines, qui eiuſdem nominis ſunt, à con & nomen, n, in g, mutata. Sic à Plauto duæ ſorores Bacchides nominatæ, vocantur Cognomines. Declinaturq́; hic & hæc cognominis. Nam apud Plautum legitur. Illa mea cognominis fuit. Dicitur & cognomentum. Cicero, Scipio ille cognomento Africanus.
Cognomino, as, cognomen impono. Hiero. ad Damã. Iunxit ſe principi mundi huius, id eſt, diabolo rectori tenebrarum, quem nunc inimicũ hominem, nunc iniquitatis iudicem, nunc draconem, nunc ſathan, nunc malleum, nunc perdicem, nunc belial, nũc rugientem leonem, nunc leuiathan, & multis aliis vocabulis ſcriptura cognominat. Fit autem ex con, & nomino, n, in g, mutata.
Cognoſco, is, ex con, & noſco, mutata n, in g, ut fiat conſonantior uox, Eſt & cognoſcere, noſcere eos, q prius incogniti erant, quum Agnoſcere, ſit olim notos. Vergilius.
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.
Varro, Vereor ne me quoq; dũ reuertero, præter canem agnoſcat nemo. Cõfundũtur tñ hæc ſæpenumero. Interdũ cognoſcere, eſt diligenter attenteq; conſyderare. Terent. in Ecy. Poſtquã ipſe ſeſe, & illã, & hanc quæ domi erat, cognouit ſatis. Interdũ intelligere. Cic. in Hor. Vnde aũt facilius, quàm ex annaliũ monumentis, aut bellicæ res, aut oĩs reipub. diſ

ſcriptu

ſe ipſum cognoſcitur. Teren. Eo pacto & grati uitā & conſiliū meum cognoſces. Interdum adprobare, laudare, placere, ut in Plau. Declinantem à me malū gnū non cognoſcebā. Interdū concūbere, vt in Euā ge. Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium. Interdū iudicare, unde Cognitio, iudiciū, iudicatio. Cice. lib. ii. offi. Adhibuit ſibi in conſilium quinde cim principes, cum quibus cauſſas cognouit. Aliqñ ſignificat credere, vt in Euangelio, Vt cognoſcat mundus quia tu me miſiſti. Huius verbi compoſita ſunt, Præcognoſco, anteſcio. Planc. Ciceroni, Quod ſi latro præcognito noſtro aduentu, rurſus in Italiā ſe recipe cœperit. Percognoſco, Plau. in Truculen. Vtroſq; percognoui pbe. Recognoſco, de quo alibi.

Cogo, is, coegi, coactum, ex con & ago, in quo a, & n, abiiciuntur niſi in ſupino. Eſt aūt Cogere, in vnū colligere. Cice. lib. i. Tuſcu.
Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventiq; cogūtur.
Teren. in Eunu. Quaſi talenta ad quindecim coegi. Qñq; vrgere. Idē lib. iii. offi. Diogenes cōtra nimiū te ſoluere coegit. Quandoq; mulgere. Vergilius.
Cogite oues pueri, ſi lac præceperit æſtus.
Quandoq; ſtringere, denſare ſiue dureſcere.
Idem lib. iiii. Georg. Nam frigore mella
Cogit hyems eademq; calor liquefacta remittit.
Quandoq; imprimere, ſeu intus ponere. Idem,
Quadrifidam quercum cuneis & forte coactis
Scindebant. Quandoq; in ordinem ponere, ut oēs arbores in ſulcū cogendæ ſunt. Quandoq; reponere, reducere, ut opes noſtræ in Deū cogendæ ſunt. Quandoq; adiuuare, vt, hominum cogente opera, multæ herbæ naſcuntur. Quandoq; cum feſtinatione mittere, ut, medicum ad ægrotum coegi.

Cohibeo, es, ex con, & habeo, ſignificat conſtringo, contineo, freno. Plin. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit.

Cohors, à cohortando dicta eſt, quòd tribunus eā vt ſequatur, hortari ſoleat, ſeu quòd ipſa ſe mutuo frequēter ad pugnam hortetur. Eſt & Cohors, quæ & Chors, locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in uilla ſolemus. Var. de Re rusti. Cohors, quòd ut in uilla ex pluribus tectis cōiunguntur ac quiddā fit unū, ſic ex manipulis pluribus copulatur cohors. In uilla uero Cohors dr̄, quòd circa eū locū pecus coercetur. Hinc Cohortales gallinæ, uocantur apud rei ruſticæ ſcriptores ea, quæ in cohorte domi alūtur. Poſſunt etiā dici Cohortales ab horto. Nam quum veteres hortos, uicos dicerēt, quòd qui arma ferre poſſent ibi naſcerentur, inde cohortem dixerunt manū hominū ex eodem uico, ad pugnā exeuntiū, quòd illi eſſent ex eodem horto, id eſt, uico geniti, nā & Galli, ut eſt apud Cæſarem, hoc mō pugnabant. Quiſq; enim pagus per ſe pugnam capiebat. Ouid.
Abſtulerat multas illa cohortis aues.
Dicitur & Chors in hac ſignificatione. Varro, In vrbana quoq; domo, chortem facere poterimus, in qua paſcere ciconias, grues, pauones, gallinas, anſeres & ſimilia dabitur ad uſus quotidianos. Colu. in præfa. Et vt ā pecoribus recedam quorum in parte auiū chortaliū & apiū cura poſita eſt. Mart.
Raucæ chortis aues. De cohortibus, & earum numero denario, quæ legionem faciūt, uide Perottum in Cornucop.

Cohum, lorum quo temo buris cum iugo colligatur, à cauo dictum, inquit Varro quaſi cahum. Cohum etiam poetæ cœlum dixerunt, à chaos, ex quo putabant formatum.

Coinquino, as, penultima correpta. Horatius.
Merdis coinquiner albis. Ouid. lib. iiii. Faſt.
Quid tamen hoc refert uitio tibi gratior ipſa eſt.
Quid facis amplexus inquinat illa tuos.
Vide in dict. Inquino.

Cois, ueſtis ſubtiliſſimæ genus, à Co, ut quidā uolūt. Alii tñ Ceam eam dici putant, unde in dictione Cea, inſula dicta, ubi Pamphila Platis filia, prima eius telæ fila retorquere, ac inde texere cœpit. Hora.
Altera nil obſtat cois tibi penè uidere eſt.
Vbi cois ſeptimi uidetur caſus.

Coix, icis, genus ſtipis, cuius folia ad textum ſunt utilia. Strabo εκκινα πλέγματα αἰγυπτίακα φυτοῦ τίνος, ὅμοια σχοινικῶν, ἢ φοινικῶν. hoc eſt, Colcina texta in Aegypto fieri ē quodam frutice, ſimilia iūces atq; palmes.

Colaphizo, as, κολαφίζω. eſt pugno clauſo verbero.

Colaphus, & Colaphū, penul. cor. κόλαφος. Terentius Plus quingentos colaphos infregit mihi. Alapam incutere, eſt manu extenſa verberare.

Colaſis, genus pœnæ eſt, quod adhibetur caſtigandi uel emendandi gratia. Cornuco.

Colax, Græcè, Latinè aſſentator dr̄, & eſt nomē paraſiti ab aſſentando. Eſt enim κολακεύω, adulor.

Colchi, ſiue Cholchis, idis, regio iuxta Pontū, regnū Oetæ regis. Habet in ſe iuga Caucaſi, atq; hinc Caſpium, & Hircanū habet mare, hinc Mæotim. Ferūt Iaſonem Theſſalum, cum Argonautis nauigaſſe, ut uellus aureū caperet, in ea, Sibaris, Colchorum regia eſt. Hæc (vt Ptol. ait) monte Corace à Septentrione clauſa eſt (qui eſt Caucaſi pars, & Nomades excludit) Ab Oriente, Hyberia, à Meridie Phaſide, & Armeniæ montibus. Ab Occidente, Euxino ponto. A colchis fit Colchicus, a, um, Hora. li. ii. Carmi.
Ille venena Colchica. Et Colchiacus. Proper.
Colchis colchiacia urat ahena focis.

Coleus, teſtis, à coleo, is, qđ colat mulieris pubē, vñ illud in Priap. Stamus ſub ioue coleis apertis. Dr̄ etiā Culeus. Mar. Quū depilatos chreſte culeos portas.

Colleulus, per ſimplex l, eſt exiguus ac tener, braſſicæ uel uitis caulis. Varro, Capreolus eſt coliculus uitis, intortus uel cincinnus.

Colidos pe. cor. inſula in Oceano Indico, Veneri ſacra, quæ tantæ altitudinis eſſe perhibetur, ut illuc aues non aduolent.

Colina, per ſimplex l, à colo, is, quā poſtea Culinā, deinde à coquendo, Coquinam uocauere, q; ibi colebant ignem locupletiorem.

Coliphium, panis genus, ἀπὸ τοῦ κόλου, forma diminut. Eſt enim Colix ſubcinericius panis. Plaut.

Coliphia mihi ne incocta detis. Hoc pane vtebantur athletæ. Iuuena. Luctantur paucæ, comedũt coliphia paucæ, uos lanam trahitis. Celſus lib. iiii. Si malũ ſueterauit, athletico uictu corp^9 firmãdũ e.

Colis, per ſimplex l, ſignificat pampinum. Var. Pampinare eſt ſarmento coles qui nati ſunt, de his q plurimũ ualent, ad ſecundũ, nõnunquã etiã tertiũ relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus, ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. Item Colis dicitur quaſi caulis, pro haſta & fuſte membri virilis. Celſus lib. iiii. Tum in maſculis iter urinæ ſpacioſus & compreſſius à ceruice huius deſcendit ad colem. Hinc Colei, quãuis & à colendo quidam deducãt. Huius ſuprema pars, Glans adpellatur, & pellicula quæ glandem tegit, Præputium dicitur. Item Colis dicitur caulis. Horat. lib. ii. Serm.

Cole ſub vrbano, nihil eſt elutius horto. Sic dicimus Ploſtrum pro plauſtrũ. Clodius pro Claudius.

Colitiæ, vocantur maiores ſulci, in quibus aqua, ſi redundat excoletur. Dicuntur & Elices foſſæ quædã, in eundem ferè uſum. Colu. vocat Colliquias lib. ſecundo, quum ait, Cauebitur vt patentes liras, crebroſq; ſulcos aquarios (quos nonnulli elices uocant) faciamus, & omnem humorem in colliquias atq; inde extra ſegetes deriuemus.

Colla, à Græcis dicitur, quam nos glutinũ dicimus.

Collabefactari teſtula, ſign. elici ex vrbe per ſigna teſtarum.

Collabello, labra adiungõ. Laberius, Perge iam collabella oſculum, hoc eſt, iunctis labris oſculare.

Collachrymo, & collachrymor dr̃, vide Lachrymo.

Collare, vinculi genus quo canũ colla adſtringũtur, & Meliũ vocauit antiqtas. Fit ex corio firmo cũ clauis capitatis. Plaut. in Capt. Collus collaria caret.

Collactaneus, qui eiſdem mammis eſt nutritus.

Collacteus uero, qui uno & eodem lacte. Iuuena. Quid dicat notæ collactea mauræ. Martia. Sed quòd ſororis eius amica & indiſcreto fœdere collactea uideretur.

Collatina porta, Romæ à Collatio oppido dicta, propè Romam.

Collatina Dea, quæ collibus præſidebat.

Collatiuũ ſacrificiũ, quod ex collatione offertur.

Collatium ventrem, magnum & turgidum Plaut. dixit, quia in eum omnia edulia conferuntur.

Collatio, dicitus quod in unum confertur, ut in lib. Machabæorum. Vir fortiſſimus Iudas collatione facta, duodecim millia dragmas argenti miſit Hieroſolymam &c.

Collatis ſignis, ſignificat unum in locum ad pugnam perlatis.

Collatitius, a, um, quod collatum eſt. Apul. lib. iiii. Coruuia doctiſſimus, collatina ſtipe de menſa paratus, pecunia enim quæ confertur à populo, Collatitium dicitur.

Collecta, ſeu Collectanea, dicũtur ſcripta quæ ex pluribus excerpta locis, in unum lecta ſunt.

Collectitius, a, um, quod collectum eſt. Cice. Mario, Signa & tyrone & collectitio exercitu, cum legionibus robuſtiſſimis contuliſt.

Collegæ, penul. prod. dicuntur duo eiuſdem poteſtatis ſimul miſſi. unde & collegium, quod eſt proprie collegarum ſocietas, quamuis de aliis etiam dicatur. Liuius ꝓprie dixit Conſulum collegium q duo erant. Improprie Neratius iureconſultus, qui exiſtimat tres collegium conficere poſſe.

Collibrum, genus pœnæ, vel pecuniæ.

Colliculus, per duplex ll, ſignificat paruum collem. Apul. lib. i. flor. Colliculus ſepimine conſecratus.

Collido, is, pen. prod. ſimul percutio. Lactan. de ira. Duriſſimi rigoris materiæ, ſi ictu vehementiore collidantur, ignis excutitur. Hierony. ad Helio. Super nudam metuis humum exeſa membra ieiuniis collidere, ſed Dominus tecum iacet. Hinc Colliſio, quæ eſt duorum corporum ſonus.

Colligas, docet Plin. lib. xxxi. vocari quaſdam ſpeluncas in quibus Amphronitum inuenitur.

Colligere rationem, dicimus recte cõputare; ita, ut quæ colligenda ſunt, colligantur, & quæ ſubducenda, hoc eſt, detrahenda, detrahantur Ce.

Colligo, is, pen. correpta. in vnum redigo. Verg. Colligere arma iubet, ualidiſq; incumbere remis. Inde Collectio. Quandoq; auſero. Lucilius, Ruis huc & colligis orã furtim. Quãq; lego. Verg. Collige virgo roſas. Quum verò dicimus, Colligo me, colligis te, tunc pro reficere, & quaſi dilapſum ſpiritum in unum redigere ponitur. Cice. Sed manifeſto furto perturbatus, vbi ſe collegit. idem libro iiii. Tuſc. Quid eſt autem ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes, rurſum in ſuum locum congerere? Quod ſi alium caſum damus, vt, collegit ſe in arma, idem eſt quod parauit, muniuitq;. Collegit ſe in iram, id eſt, excitauit. Vergil. Subſtitit Aeneas, & ſe collegit in arma.

Colligo, as, penul. corre. ſimul ligo. Plaut. in Amph. Neq; eum colligare quiuit quiſquam in cunabulis.

Collimare, quando q; ferire ſignum deſtinatum oculis collimatis. Cic. lib. ii. de Diui. Neq; eſt enim qui totũ diem iaculatus nõ aliquando collimet. Apud Plau. ſignificat obliquis oculis aſpicere. Collimatis, inquit, oculis ad umbram meam.

Collina porta, Romæ à colle quirinali ſic adpellata. Ouid. Tẽpla frequentari Collinæ pxima portæ Nunc decet, à Siculo nomina rege tenet. Eadem nunc Salaria uocatur, quod nomen quoq; viæ eſt, in quã exit. Corneli. Tacitus, Tertiũ agmen, per Salariam Collinæ portæ adpropinquabat, per eam ſalem Sabini deferebãt, ideò Salaria uocitata.

Collinio, as, ad lineam rectum facio. Aug. cor tuum quàm diu paruum eſt, & diſtortum, non poteſt collinari rectitudine Dei.

Collis, per duplex ll, minor motis, & quaſi monticulus. vnde Roma Septicollis dicta eſt, quòd ſeptem habeat colles. Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cœlium, Viminalem, Exquilinum, & Ianicularem. Et à colẽdo dicitur. Varro, Quòd primum ex agro fructus capiebat campus dictus eſt. Poſtea quàm ſuperiora loca colere cœperunt, à colendo coles ad-

pellarunt. Sed metri gratia à poetis l, interpoſitum eſt. Colles etiam dicuntur dorſa. Nam ſpina humilis uallecula, eminentes pulpe ab utroq; latere ſpeciem habent collium.

Colloſſus, per duplex ſſ. ſtatuæ molles, turri par, à colon membrum, ſeu ἀπὸ τοῦ κολάζειν, quod eſt cruciare, & modum excedere in aliqua re. Ná propter magnitudinem inamabilis erat ob ſumptuum magnitudinem. Statuam Solis, (ſeu ut quidã aiunt Iouis) apud Rhodum centum & quinq; pedes altã, ex ære Cares Lyſippi diſcipulus feciſſe tradit. Quæ poſtea, poſt quinquageſimum ſextum annum, ex terræmotu fractis genibus corruit, nec Rhodii ipſam atollere auſi ſunt, oraculo quodam prohibiti. Hoc inter ſeptem miracula maximum oẽm confeſſi ſunt. Soldanus Aegypti quum inſulam inuaſiſſet, ex ære huius ſtatuæ, quam confractam reperit, nongentos chamelos oneraſſe fertur, atq; in Alexandriam terreſtri itinere tranſmiſiſſe. Eius digiti maiores fuerũt quàm pleræq; ſtatuæ. Duodecim annis perfectum fuiſſe tradunt, trecentorũ talentorũ pretio. Ab hoc coloſſo Rhodii Coloſſenſes adpellati ſunt, quibus ſcribit Apoſt. Dicitur etiam Coloſſeur. Plin. libro xxxv. Nero princeps iuſſerat coloſſeum ſe pingi cẽtum & uiginti pedes in linteo, incognitum ad hoc tempus. Lampri. In Alexandro. Statuas coloſſeas, in vrbe multas collocauit. Victru. coloſſicas uſurpauit. Alioqui Romæ amphitheatrum hodie coloſſeum vulgò dicitur à coloſſo. Mar. Hic vbi ſidereus proprius uidet aſtra coloſſus. Ariſtides autem in oratione ad Colloſſenſes præclara ſcribit, incipiens uſq; à primis habitatoribus Rhodi. Suidas. κολοσσὸς ἄγαλμα, ὥσπερ ὁ Ῥοδίων κολοσσὸς διὰ μέγεθος καταπληκτικὸς ὤν, οὐκ ἦν ἐράσμιος, οὕτως οὐδὲ Σεβαστιανὸς διὰ τὸ ἀφιλοχρήματον θαυμαστὸς ἦν. Id eſt, coloſſus ſtatua, quemadmodum Rhodiorum coloſſus propter magnitudinem deterrens exiſtens, non fuit amabilis. Sic neq; Sebaſtianus propter prodigalitatem admirandus fuit. De Coloſſo Domitiani Pompeii, Solis & Apollinis, Vide Perottum in Cornu.

Colluco, as, penulti. produ. apud Catonem ſignificat profanæ ſyluæ ramos decido officientes lumini.

Collum, per duplex ll, pars corporis, à colo, is, ut quidam putant, quia hæc præcipue pars torquibus ac monilibus ornari conſueuit. Hinc Decollo, & Subcollo, de quibus ſuis locis, legitur & Collus apud Plautum.

Collum obſtrictum, ſeu collum obtortum, uerbum eſt iuris, nam in ius collo conſtricto rei trahebantur. Plautus in Cur. Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Hierony. Obtorto collo me in ius trahis.

Colluuiaria, dicta ſunt in ductibus aquarũ, per quæ colluuies, & immunditiæ eiectantur. Victru. libro viii. Etiam in uentre colluuiaria ſunt facienda, per quæ uis ſpiritus relaxetur.

Colluuiaris porcus, dicitur qui in colluuie nutritur cibo permixto.

Colluuio, onis, & colluuies, ei, Vide in dictione Alluuies.

Collutilo, penul. cor. fœdo, dedecoro. Pacu. Hæc famigeratio te honeſtet, & me collutilet, ſi ſine dote duxeris.

Collyrida, penult. cor. panis triangulus, & modicus, qui alibi dicitur torta panis. Hierony. lib. ii. Reg. Et partitus eſt tam, viro quàm mulieri ſingulis collyridam panis unam.

Collyrium, medicamentũ oculorũ. Auguſt. Cecus qũ vngitur, collyriũ in manu medici non uidet. Hora. Oculis collyria lippis. Et non ſolum oculis adhibetur, ſed aluo quoq; ſubiicitur in cura equorũ & boum, ut autor eſt Columel. qui libr. vii. ſcribit. Salis ſextans, cum decem cæpis conteritur, & admiſto melle decocto, collyria immittuntur aluo atq; ita cietatus bos agetur. Idem, Melle decocto, & ſale, collyrium tenue inditur foramini quo meat urina, collyrium inſeritur naturalibus.

Colo, as, penultima producta. Manilius,
Et colare uagos inductis retibus amnes.
Eſt autem collare pauxillatim liquorem aliquem ſtillatimq; emittere. Apul. lib. Flo. de Gymnoſophiſtis. Non illi norunt aruum colere, uel aurum colare, uel equũ domare. Vnde & Cola dicta, per quæ liquor emittitur. Inde compoſitum Percolo. Columella lib. viii. Nam maxime refert primo quoq; tẽpore ferrum percolari.

Colo, is, colui, cultum, adoro veneror. Ver. lib. ix.
Summe Deum ſancti cuſtos Soractis Apollo
Quẽ colimus. Augu. lib. x. de ciui. Dei, Dicimur colere homines, quos honorificatione, vel recordatione, vel præſentia frequentamus. Plautus, Ego te ſemper vt parentem colui. Colimus pares amore & officio, minores humanitate & beneficiis, hoc eſt, amamus. Hinc Cultus, & Cultura, quam Græci latriam vocant. Item colere, exercere. Liui. lib. i. Abi, nuncia Romanis, cœleſtes ita velle, vt mea Roma caput orbis terrarũ ſit, proinde rem militarẽ colant. Item habitare Plaut. In Aul. Hanc domum iam multos annos ego poſſideo et colo. Vnde & cœlicolas dicimus, q cœlum colant inhabitando, tanquam quoſdam cœli colonos, Item diligere. Terenti. In Heaut. Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt. Item ducere. Verg. lib. iii. Georg.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.
Itẽ arare, ſeu quoquo modo, terras aptare. Columel. lib. i. Nam vbi ſedulo colitur ager, plerunq; compẽdium, nunquam (niſi cœli maior uis aut prædonis inceſſit) detrimentum affert. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & colonus. Item ornare. Plaut. Quin tu te colis antequam exeas domum. Cice. Erat enim non tam grauis, quàm elegans & faceta & culta oratio. Hinc cultus corporis, dicitur ornatus, à colo fiunt compoſita Accolo Circuncolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo, penultima correpta.

Colobium, genus tunicæ, quo antiqui Romanorum vtebantur, ſic dictũ quòd ſine manicis eſſet ac muti

ſatum. Nam [illegible] breue mutilatum, truncum ſignificat. De quo in decretis. xix. q. iiii. quod Paulus heremita in teſtamēto colobium ſuum Athanaſio reliquit, tunicam uero beato Antonio. Hæc & catacliſta ueſtis dicitur.

Colocaſia, herba in Aegypto, de qua Pallad. Hoc mēſe colocaſiæ bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maxime irriguũ. Frondere propè ſemper poſſunt, ſi tanquam circa tegumentis defendātur à frigore.

Colocynta, quæ à noſtris Coloquinta, agreſtis cucurbita ſecundum dioſco. Hæc & colocyntis, idis, vel idos, ſicut legimus libro quarto, Reg. Et collegit ex ea colocyntidas agri. Hanc Plin. minorem eſſe ait quàm ſatiuam.

Colon, eſt craſſius inteſtinũ, tabulatum, ex quo excrementa eam accipiunt formam, qua egeruntur, plurimas cellulas atq; cauernas habens, ad renem q; ſiniſtrum religatur. Vnde uerbum [illegible], pro eo quod eſt torqueri, cruciariq;. Hinc Colicus dolor. Serenus,

Quum colon inuiſum morbi genus intima carpit,
Mande galeritam volucrem, quam nomine dicunt,
Aut pauidi leporis madefacta coagula pota.

Hic morbus & chordios, & chordapſos dici ſolet. Dicitur etiam Colon, membrum orationis. Hieron. in Ezech. prolog. Legite igitur & hunc iuxta trāſlationem noſtram, quia per cola ſcriptus & cōmata, manifeſtiorem ſcripturam legentibus tribuit. Præterea, quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci eodē verbo [illegible] nuncupant. Vnde Monocolon metrum, dicitur vnimembre. Dicolon, bimembre, Tricolon, trimembre. Et in primo ſignificato habet penultimam correptam, in aliis productam.

Coloniæ, gentes ad habitandum aliquam terram miſſæ, dictæ quòd popul. Roman. Colerent, vel quòd ad eas Romani proficiſcerentur Liui. lib. i. Vtroq; coloniæ mi ſſæ. Auguſti. lib. x. de ciui. Dei, ciuitates à maioribus ciuitatibus velut populorum examinibus conditæ, coloniæ adpellantur. Coloniæ iura inſtituta q; popul. Roma. habebant, ut eſſent quaſi effigies Roma. populi, quarum aliquæ ex Roma. ciuibus Roma ſumptis, aliquæ partim ex Romanis veteribus partim ex Latini nominis ciuibus Romanis, aliquæ ex ſolis Latinis deducebantur. Vnde Liui. lib. xxxviii. Illud agitabant, vti colonia deduceretur. Nec ſatis conſtabat, vtrum Latinā, an ciuium Rom. deduci placeret. Bononia Latina colonia. Mutina & Parma Rom. ciuium. Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo, tranſpadanas colonias traduxerat. Non enim nouis colonis eas conſtituit, ſed veteribus incolis manentibus ius dedit Latii, vt poſſent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ, id eſt, vt ius petendi magiſtratus in ciuitate Romana adipiſcerentur. Erant præterea coloniæ, quibus ius Italiæ dabatur. Erant & Latinorum & quæ Latii veteris adpellantur, quales in Hiſpania multas fuiſſe refert Plin. Q uū. n. in vrbe Roma multos ex veteribus, noui q; incolis, paupertate ſimil intellectum erat, adeò, ut cenſui ſoluendo non ſufficerent, Triumuiri à ſenatu creabantur, qui locis primum conſyderatis, in quibus reipub. expediret propugnaculū conſtitui, noua edicta proponebant danda eſſe nomina ab illis, qui in nouam coloniam deduci vellent, ſic q; vrbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati, ad nouas quibus indigerent diuitias gratis data cū familia accedebāt. Accipiebant enim duo, quatuor, ſex, aut ſeptē agri iugera, & quandoq; plus. Colonia etiam dicitur q; colit agrum, ſicut colonus. Paulus lib. xix. Colonus ſi ei frui non liceat, totius quinquennii nomine ſtatim recte aget. Et ſi reliquis annis dominus fundi frui patiatur. Hæc enim ſemper liberabatur dominus, eò quòd ſecūdo vel tertio anno patiet fundo frui. Nam & qui expulſus, à coniunctione in aliam ſe coloniam contulit non ſufecturus duabus. & colonia, locus qui colitur. Plaut. in Pſeu. Dec nomen ad molariam coloniam.

Colonicus, a, um quod eſt coloni, ſeu quod ad colonum pertinet. Varro, atq; etiam leges colonicas tollit. Colonicum vero pecus, dicitur hirſutum, quum molle dicatur tectum, vt eſt apud Columellam.

Colonus, à colendo, id eſt habitando, terras ve aptādo. Nam coloni erant ciues Roma. ad aliquam vrbem habitandum miſſi, qui non propriis, ſed populi Romani legibus viuebant. Vnde & Colonia dicta eſt. Vergilius,

Vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni.

Ab incolēdo enim, non ab agricultura colonos vocauit. Quandoq; tamen coloni agrorum cultores dicuntur. Idem,

Vt quamuis auido parerent arua colono.

Columella libro primo videtur accipere colonos pro his, qui non ſuum, ſed alienum agrum colunt, partem tantum fructuum dominis daturi. Colonus, à Græcis æditus locus apud Athenienſes dicebatur vbi Neptunus colebatur.

Colophon, penultima correpta, Latinè altum locum ſignificat, quo nomine dicta eſt inſula, de qua Horatius libro Epiſt.

Quid tibi viſa chios bullati nota q; Leſbos.
Smyrna quid & colophon.

Eſt & vrbs Ionica, nobilis oraculo Apollinis. Colophonii nauales opes ſatis amplas habuere, & in equeſtribus certaminibus tantum excelluere, ut victoriam inde futuram ſperarent, unde colophonius pugnaret æquitatus. Et in prouerbiis dicerent, Colophonem addidit, quum ſumma operi manus imponebatur. Ex colophone fuit Mimerius tibicen & poeta. Xenophanes phyſicus, qui poemata de philis edidit. Polymaſtus muſicus. Sunt etiam qui Homerum colophonium faciunt.

Color dicitur id quo aliquid coloratur, & duo ſunt principales colores, albus ſcilicet & niger. Alii non dicuntur colores, niſi per participationem. Colores etiam apud Rhetoricos dicuntur ornamēta orationis, id eſt, figuræ quæ à Græcis ſchemata dicuntur. Nam, vt ſcribit Cicero ſunt actori, ut pictori co

lores ad narrandum. Iuue.
De Quintiliane colorem.
Ab hoc nomine fiunt compoſita, concolor, eiuſdē coloris. Diſcolor, Verſicolor, diuerſi coloris. Decolor, quod eſt colore uitiato. Et habent penult. corr. Dicitur & color.

Colora, Latinè camarus Apitius lib. ii. Vel camarū defrutum mittas, quod Romani coloram vocant.

Colorbaſus, nomen hæretici qui vitam omnium hominum in ſeptem ſideribus conſiſtere affirmabat.

Coloriæ veſtes, ſunt quæ ex lana non tincta, hoc eſt natiuo colore factæ ſunt.

Colorificus, a, um, quod colorem facit.

Coloro, as, pen. prod. colorem induco, cuius contrarium eſt Decolor. Senec. Fulmen aut colorat, aut decolorat. Decoloratur id cuius color vitiatur, nō mutatur. Coloratur id, cuius alia fuit quàm ſit facies. Inde Decoloratæ manus, dicuntur maculoſæ. Frontin. lib. i. Strategematon. Quod ab itinere ſtrigoſiores notabat equos, & coloratiora hominum, ut ex vis corpora, id eſt, fuſca. Claud. ad Stiliconem.
Quomodo montibus Idæ
Nigra coloratus produceret agmina Memnon.

Colos, Græce, Latinè podex, à colo colici dicuntur. Colum etiam morbum dicunt, quem primus in Italia ſenſiſſe Tyberius princeps dicitur, quum antea eſſet ignotus. Ce.

Coloſtrum, & coloſtra, æ ſpongioſa lactis denſitas à partu primo. Mart.
Surripuit paſtor quæ nondum ſtantibus hædis,
De prima matrum late coloſtra damus.
Palladius, Coloſtram vocant paſtores, illud exiguū lactis, in quo eſt ſpiſſior natura. Eſt & coloſtra, morbus quo lactantes tentantur, ſi biduo à partu maternum lac guſtauerint. Qui coloſtrati dicſitur dēſato in caſei ſpeciem lacte. Ideo infantibus nutricis, nō matris lac exhibere cōuenit, qa matris exitioſū eſt.

Colotes, nomen uiri Tei, qui pictor fuit, cuius meminit Quintilian. lib. ii.

Colotos, pen. prod. κώλωτος Ariſt. lacerte genus facit, alii Colotem, alioqui quæ nos crura & lacertos dicimus, Græcis κῶλα dicunt.

Colpos, & colphus, ſinus adpellatur.

Coluber, pen. cor. ſerpens qui umbras nemorum incolit. Anguis & Hydrus, qui in aqua. Serpens, qui in terra ſerpit. Draco tēpli, ſed ſæpe cōfundunt Hiero. ad Præſidium de colubro ſic ſcribit, Coluber ad bibendum, veniens, in aqua venenum deponit, ne eū venenum aqua concretum occidat. Nudum hominē timet, veſtitū perſequitur, caput tamen ſuum celat vbi ſcit eſſe mortem ſuam. Serpens quidem ſi ſemel calamo percutiatur, moritur, ſin vero iterum percutiatur, confirmatur. Brumali tempore infirmior efficitur, & à ſoricibus vincitur. Igitur ante hyemem circa ſe colligit ſegetes, vt illæ ſibi eſcam præbeant.

Colum, pen. prod. genus uaſis uinarii viminibus contexti à colando dictum. Verg.
Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis.
Dicitur & ab aquis bus colus, unde Colum niuatiū, dicebatur vas ex lapide ſpongioſo factum, ad colādas niueis. Dicitur etiam colum uas linteum per q̄ vinum defluens, percolatur. Figuratur à ſummo patulum, faſtigiatum in imo, quaſi in metæ modum.

Columbar, genus uinculi. Plaut. in Ru. Illic in columbum cedo leno vortitur. Nam in columbari collus haud multo poſt erit.

Columbaria, etiam inſula eſt in mari Thuſco.

Columbaris, & re, adiectiuum. Columella libro nono, Cæterum cibos iuxta parietem conuenit ſpargi, quoniā ferè partes hæ colūbari carent ſtercore. Palla. Columbari cellæ duo ſobiecta cubicula fiant.

Columbarium, ſiue columbaria. æ, proprie locus ubi habitant columbæ agreſtes. Nam domeſticarum, q̄ Græce Periſtere dicſitur, Periſtereones vocamus. Palla. Columbarium poteſt accipere ſublimis vna turricula in prætorio conſtituta, leuigatis & dealbatis parietibus. Colu. lib. ix. Qualia columbariæ tectis ſuperponuntur. Græce Periſterotrophia, columbaria dicuntur. Proprie tamen columbarium loculamentum in Periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Var. lib. iii. Singulis paribus columbaria fiunt rotunda in ordine crebra. Columbaria ſingula eſſe oportet, vt os habeant quo introire & exire poſſint.

Columbarius, qui colūbas curat. Var. Ipſæ propter pullos quos habent vtiq; redeunt, niſi à coruo occiſæ, aut ab accipitre interceptæ, quos columbarii ſolent interficere.

Columbatim, aduerbium, ſignificat ad ſimilitudinē columbæ.

Columbinus, a, um, quod eſt ex columbis. Plinius, columbinus fimus in aqua decoctus.

Columbus, & columba, in ſingulari. In plurali magis fœminino genere vtuntur autores. Verg.
Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Mar.
Nec uiolas teneras præduro dente columbas.
Quidam hoc nomen à colendo deducunt, quod iſ bos colat. Var. li. iii. à culminibus, quòd colmina, id eſt culmina villæ ſomma petant. Nam propter naturalem pauorem alte nidulantur. Et de domeſticis quidem & agreſtibus, Columbi Palumbes dicuntur tantū de ſyluestribus. Varro, Duo genera earum in periſterotrophio eſſe ſolent. Vnum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus uillæ, à quo adpellatæ Columbæ, quæ propter timorem naturalē ſumma loca in tectis captant. Alterum columbarū genus eſt clementius, quod cibo domeſtico intra limina paſcitur. Columbæ agreſtes, à colore, Liuiæ dicuntur, quaſi liuidæ. Domeſticæ verò, cellares. Ex columbo agreſti, & columba domeſtica, uel è contrario, naſcitur genus tertium columbarum, à noſtris Miſcellæ dicuntur, ob duorū genere cōmixtionem. Columbos eſſe in tutela Veneris ideo fictum putant, quia fœtui ſæpe indulgent. Cc.

Columella, pen. prod. nomen autoris, qui de agricultura tam verſo quàm proſa eloquentiſſime ſcripſit. Quo nomine ſignificatur maior ſeruus in familia. Et videtur diminutiuum. à columna. Luci. Columel

locus adpellatus. Nearchus dicit id nomen datũ q Apollini per ſortem Claros obtigit, quam κλῆρον Græci nominant. hinc Clarius dictus eſt, & illic fanum habuit, quo reſponſa, epota aqua edebantur.

Clarus, fluuius à cacuminibus alpium per plures ualles excurrens. in Iſtrum intrat.

Clarus, a, um, proprie dicitur quod eſt lucidum, non obſcurum. vt clara dies. Figurate tamen pro inſigni atq; excellenti accipitur, & eo q veluti fulgore quodam famæ reſplendet, qui & Inclytus dicitur, quamuis plus ſit Inclytus quàm Clarus, ꝓpter in quæ ibi auget. hinc Clarum hominẽ, & Clara geſta dicim᷒. Item quoniam quæ clara ſunt, ab omnibus cernuntur, Clarum etiam pro aperto & manifeſto ſumitur. vt clarus ſermo, clara oratio. Interdum ponitur pro audibili. Teren. Dic clare. à Clarus fit compoſitum Præclarus, quod eſt valde clarus. Cicer. O præclarũ cuſtodem ouium, ut aiunt, lupum. Aliquando ſumitur pro bono, ſeu pro optimo. Idem in Lelio. Actũ eſt præclare.

Claſſiarius, idem eſt quod aſſiduus & diligens. quia omnium claſſium ciues ſemper parati erant ad omnem reipub. neceſſitatem, propter quod ab aſſedendo aſſidui dicebantur. Apul. Et laudum eius claſſiarius atq; aſſiduus præco. At qui priuatim quoſcũq; in iudicium uocabant, iuſſu magiſtratuum dicebantur Liburni, quòd fere è Liburnia eſſent.

Claſſici, dicebantur non omnes qui in claſſibus erãt, ſed primæ tãtum claſſis homines, qui centum milia æris, aut amplius cenſi erant. Claſſici etiam dicebantur præcones, qui tuba vel cornu iuſſu magiſtratuũ, ex arce, vel circum muros populũ ad comitium uocabant, dicti à calando, id eſt, uocando, ſiue à clangore, vnde Claſſica pro ipſis tubis. Infra claſſem vero cæterarum claſſiũ, qui minore ſũma æris, quàm qui in prima claſſe cenſebantur. Et claſſici (vt docet Feſtus) dicebantur teſtes qui ſignandis teſtamentis adhibebantur. Claſſicum canere, dicebantur, quum ſignum dabant, quo milites pugnam inirent. Quum autem reuocabantur, canere receptui dicebant.

Claſſicus, a, um, quod eſt claſſis, uel quod ad claſſem pertinet. ut claſſicum bellum, bellum nauale.

Propertius libro ſecundo.

Et canerem ſiculæ claſſica bella fugæ.

Claſſis, æquiuocum nomen eſt, ſignificat enim nauiũ multitudinem. ἀπὸ τῶν κάλων, hoc eſt à lignis. quamuis abuſiue pro vna tantum naui ponatur.

Verg. lib. vi. Lyciæ ductorem claſſis Orontem.

Significat & hominum collegia. nam Liui. de Ser. Tul. reb᷒ geſtis ſcribit, vrbem in quinq; claſſes diuiſam, cenſumq; ab eo inſtitutum fuiſſe, rem ſaluberrimam, tanto futuram imperio, quo pacis belliq; munia, non uiritim, vt antea, ſed pro habitu pecuniarũ fierent. Tum claſſes, centuriasq; ad hunc ordinem ex cenſu deſcripſit. Qui centum milia æris aut maiorem cenſum haberent, inter primarios numerabantur, & ſub primæ claſſis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta ſeniorum, quadraginta iuuenum. Seniores ad vrbis cuſtodiam, iuniores ut foris bellum gererent. Arma his galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære hæc vt tegumenta corporis eſſent, Præterea tela in hoſtem, haſtæ, & gladius. Additæ ſunt fabrum duæ centuriæ, quæ ſine armis ſtipendia facerent, datum munus, ut machinas in bello ferrent, Intra centum & ſeptuaginta quinq; milia cenſus. Secunda claſſis, ex quibus viginti centuriæ ſeniorum, viginti & iuniorum. Arma vt in ſuperiore, præter loricam. Tertia claſſis à ſeptuaginta qnq; ad quinquaginta milia cenſus. Arma, vt in ſuperiore præter ocreas. In quarta claſſe à quinquaginta ad triginta quinq; milia cenſus centuriæ, viginti ſeniorum, viginti iuniorũ. Arma mutata nihil, præter haſtam, & verutum datum. Quinta claſſis centurias triginta habuit fundas lapidesq; miſſiles gerentes. in his accenſi cornicines, tibicines in tres centurias. Ex vndecim poſtea milibus una cẽturia. & fuit hæc immunis militia. Significat & claſſis equitum ordines. Vergilius,

Scio me Danais è claſſibus unum.

Vñ & claſſis procincta, dicitur exercitus iſtructus. Apud antiquos claſſes clypeatæ dicebantur quos nunc exercitus uocamus. Sonitus quoq; tubarum, & ipſa tuba, Claſſica nominantur, ſicut à Vergilio pro vtroq; uſurpatum eſt lib. vii.

Claſſica namq; ſonant.

Liuius libro quinto.

Vocatis claſſico ad concilium militibus.

Et alibi. Concionem claſſico aduocari iuſſit. Capitur quandoq; pro ſigno bellico. Sueto. Et ingenti ſpiritu, claſſicum exorſus pertendit ad alterã ripam. Vege. ſcribit Claſſicum dici, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc inſigne videtur imperii quia claſſicũ canitur imperatore præſente, uel quũ in militem capitaliter animaduertitur, quia hoc imperatoris legibus fieri neceſſe eſt. Item claſſes, teſtes vocabantur, qui & claſſici à Seneca dicitur ſcriptores primæ & ſecundæ claſſis. hoc eſt, primi & ſecundi ordinis. Claſſes quoq; in ſcholis ſunt ordines diſcipulorum. Quinti. autor eſt, à præceptoribus ſuis pueros in claſſes diſtributos, ordinemq; dicendi ſecundum vires ingenii datum.

Clatro, as, ſignificat clatris claudo. nam in Mill. Pla. ait, Mirum eſt facinus, quomodo hæc hinc tranſire potuerit. Nam certò neq; ſolarium apud nos, neq; hortus vilus, neq; feneſtra, niſi caltrata. Colu. libro ix. Spiſſi deínde clatri marginibus infiguntur, qui ſuper aquam ſemper emineant, etiam quum maris æſtus intumuerit. Idẽ paulo poſt, Satis eſt vacerras, inter pedes octonos defigere, ſeriſq; ita clatrare, ne ſpatiorum laxitas pecudi præbeat fugam.

Clatrus, & clatrum, vtroq; modo dicitur. Sunt autem clatra ligna. quibus tranſuerſis aliquid munimus, ſepimus ue, ut feneſtras, quæ ob id Caltræ, nſic vulgò ferratæ dicuntur. à Græcis dicitur Cla'ron, quod dictum eſt quaſi clauſura, ab eo quod eſt cleio, quod ſignificat claudo. per ſyllabæ mutationẽ ei, in diphthon. abuſiuam. Horatius,

Obiectos caueæ ualuit ſi frangere clatros.

Clatra

Clatra etiam ſunt ligna cãcellatim compacta, apud Colum. quibus glebæ contunduntur, hirpicem Varro adpellat. Cato. Claroa poſuit pro ligonis, quibus caueæ muniuntur.

Claua, teli genus, quo Hercules vtebatur. Eſt enim fuſtis teres, ad claui ſimilitudinem capitatus. Plin. de lino, Iterum deinde in filo ponitur, illiſum crebrò in ſilice ex aqua, tectumq́; rurſus tunditur, clauis ſemper iniuria melius. Hinc claua Herculis dicta id genus teli, quo Hercules vtebatur.

Clauarius, nomen eſt officii, quo adpellatus eſt Suetonii pater, ab eo, quòd præfectus fuerit donatiuo Imperatorio inter milites diſpertiendo, unde Corn. Tac. ſcribit Clauarium donatiui nomen eſſe, qui ait, Seditioſæ militum voces terrebant clauarium, donatiui nomen eſt.

Clauator, qui huiuſmodi claua vtebatur.

Clauatus, a, um, quod eſt clauorũ aculeis modo prominentibus circundatum. Nam & clauatæ veſtes hinc vocantur, quas vulgus à verrucis clauo ſimilibus Verrucatas adpellat.

Claudeo, es, claudus incedo, quod Claudicare dicere ſolemus, quamuis pro errare quandoque ponatur per metaphoram.

Claudia, nomen virginis veſtalis, quæ quum in ſuſpicionem ſtupri veniſſet, & ſimulacrum matris Ideæ in vado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam ſuam, fertur cingulo duxiſſe nauem, quã multa hominum millia trahere nequiuerant.

Claudiana tonitrua, dicebantur quæ Claudius Pulcher inſtituit, ut ludis poſt ſcenam factis, coniectus lapidum ita fieret, vt ueri tõitrui ſpeciem repñtaret.

Claudianus, poeta Aegyptius, vt Græci & Latini eius patriam affirmant, & ipſe de ſe ſic ſcribit contra vulgi errorem. Floruit ſub Theodoſio, & Honorio Auguſtis. Eius opera in lucem & priſtinum nitorem redegit Ponticus Virunius, de vtraq; lingua benemeritus temporibus noſtris, & multa vir humanitate. Qui inter alia, quæ plurima ſcripſit de rebus nouis & inſolitis, aliquando nobis commentarios in eundem poëtam, plenos omni genere diſciplinarũ oſtẽdit, & quantum poteſt curat imprimere magnos, & diffuſos.

Claudităs, ipſa claudicandi actio. Plinius, Repulſu durioris materiæ claudicatem illico affert.

Claudius, nomen Roma. Imperatoris, & caligulæ patrui. Hic Britãniam inſulam in deditionem accepit, & Orchades inſulas Romano adiecit imperio. Poſtmodum ab Agrippina vxore ueneno ſublatus eſt, vt Nero filius impio potiri poſſet. Fuit & alius Claudius Romanorum. Item imperator qui Gothos Illyricum vaſtantes bello adortus, incredibili clade ſuperauit. Vnde in curia clypeum aureum, & in capitolio auream ſellam habere promeruit. Sed quum duobus ferè annis imperaſſet, apud Sirmium morbo interiit.

Claudo, is, ſi, ſum, Includo. Verg. lib. iii. Geor.

Aut intus clauſos ſecum ad præſepia ſeruant.

Interdum Claudere ponitur pro circuire. Idem, Claudite Nymphæ

Dictææ Nymphæ nemorum iam claudite ſaltus.

Interdum pro obſiſtere, arcere. ut apud eundẽ lib. x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus.

Vlpianus Clauſos pro vinctis accepit, ſi modo ita vincti ſint, ut omni modo erumpere non poſſint. Interdum pro claudicare. Sal. Nihil ſocordia claudebat. Idem in hiſto. Equi præ labore claudunt.

Claudus, quaſi pedibus clauſus, id eſt, impeditus. qui ex pedibus, aut cruribus fœmoribus ue vitiatis, nõ poſſunt paſſus facere, nam eos claudunt.

Clauicula, diminuti. à claui, vel à claua virga. Pli. Clauiculæ quoq; ipſæ quibus repſit vites, tritæ, & ex aqua potæ, ſiſtunt uomitionum conſuetudinem.

Clauicularius, qui clauiculam, id eſt, virgam vel clauem gerit.

Clauiculus, dimi. à clauo. quo nomĩe etiam uocatur capreolus in vite. Columel. lib. v. Ac ne quæ relictæ ſunt procellis uentorum decutiantur molli & laxo uinculo adſurgentis ſubſequi conueniet, dum clauiculis ſuis quaſi quibuſdam manibus adminicula cõprehendantur. Hic etiam pampinus à noſtris, & à Græcis helix dicitur.

Clauiger, uel Clauigerus. Ouidius,

Clauiger inuidit Vulcani occumbere prolem.

Clauis, eſt qua oſtia arculæ, & id genus multa, & clauduntur, & aperiuntur. à clàm, quod quæ celare uolumus hac claudere ſoleamus. vnde Conclauia, loca quæ ſub una, eademq; claue clauſa ſunt. & Conclauatus, locus una claue clauſus. Clauẽ Theod. Samius primo monſtrauit, à qua faber clauicularius.

Clauſa, uulgò dicitur quod opponitur aquæ deriuãdæ, compellendæ'ue ex flumine cauſſa. Ce.

Clauſtrarius, qui claues, & cætera ad claudendũ opera facit.

Clauſtrinus, pen. produ. qui clauſtri ianuæ præeſt. & Clauſtrinus, a, um, quod eſt clauſtri.

Clauſtrum, in plurali tam maſc. quàm neu. gen. eſt, ꝓ loco in quo quid clauditur. apud antiquos cloſtra pro clauſtra dicebantur.

Clauſula, uocatur ſententia. Hanc Græci Periodon dicunt, à breuitate & concluſione.

Clauſuram, à clauſtro, ſiue à claudendo dicimus. Ce.

Clauus, dictus eſt quòd claudat, figat, atq; cõtineat. ut Clauus, quo figuntur aſſeres, à claudendo. Nam ideo clauum figimus, ut claudat, ſeu contineat aliquid. Et clauus, nauis gubernaculum, ſiue temo, quod eam dirigat, rectamq; teneat. Cice. in Cat. Ille autem clauũ tenens quietus ſedet in puppi. Et Clauus, Græce ἧλος, genus tuberculi, quod uulgo Callus dicitur, rotunda ſpecie, coloris albi, fit in plantis, digitisq; pedum maxime, ſic adpellatus, quia ita pungit ut quaſi clauus ferreus infixus videatur. Nam caro dureſcit, in callũ ſemper ferè pungentem. Quo morbo Silius Italicus interiiſſe fertur. De quo Plinius libro tertio. Epiſt. Modo nũciatus eſt Silius Italicus inedia finiuiſſe uitam. Cauſſa mortis ualetudo, erat illi natus inſanabilis clauus, cuius tædio ad mortẽ irreuocabili conſtantia decurrit. Plinius libro xxvi.

Clauis pedum illiſi, item lienis, & temporum doloribus. Fiunt & calloſa quædam, in candido oculi tubercula, quæ claui nominantur oculorum. Arbores quoq; clauum huiuſmodi patiuntur, qui & fungus, & patella dicitur, ut inquit Plin. libr. xvii. Idem ſcribit clauos innaſci naribus, & purgari ſucco pixacanthi. Sunt & Claui caligares, à caligis militarib⁹ quibus ſuffigebantur. Idem lib. ix. Exiſtunt ſquammis conſpicui crebris atq; peracutis, clauorum caligularium effigie. Præterea, Clauus eſt ueſtimenti genus, veluti quibuſdam clauis aureis diſtinctum, qd & à plumarum ſimilitudine, Plumatile vocabatur, & à uerrucis, clauo ſimilibus, Verrucata ueſtis. q ſi latior ipſa ueſtis erat, latus clauus dicebatur. Hac ſoli ſenatores, & patricii induebantur, vnde Laticlauos adpellari ſenatores legimus. Hora. lib. i. Serm.

Deſer bere volens ſenatorem dixit,
Et latum demiſit pectore clauum.

Sueton. de Nero.

A laticlauo, cuius vxorem attrectauerat, cæſus.

Ab Ouidio Clauus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate, illo verſu,

Curia reſtabat claui menſura coacta eſt.

Sueton. de Au. Clauo nec lato, nec anguſto.

Aliquando etiam ſacerdotes, & pontificea lato clauo induebantur. Silius,

Sacrificam lato veſtem diſtinguere clauo.

Præclauum, pars ueſtis erat, quæ ante clauum texebatur. Afra. Totum diem præclauum vnum texere, Hinc etiam Clauata dicuntur, vel ueſtimenta clauis intexta, vel calciamenta clauis confixa. Et Clauati ſocci, q ſola habeant clauis intertexta. Clauata vero ſunt ueſtimenta, etiam ſi non ex auro, ſed aut ex cocco, aut aliis coloribus clauos & verrucas habeant. Lampr. in Alex. Conuiuium, neq; optimũ, neq; nimis parcum, ſed nitoris ſummi fuit Ita tamen, vt pura mantilia mitterentur ſæpius cocco clauata, aurata vero, nunquàm. Quæ autem cum auro, Auroclauata dicuntur, & Auroclauatæ ueſtes à textura aureorum clauorum, vnde Tacitus imperator interdixit auroclauatis veſtibus, à Clauus etiam fit Præclauum, de quo nunc. Clauus annalis qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium, per annos ſingulos, vt per eos numerus colligeretur annorum. Apud Liuium ſcribitur dictatorem creatum fuiſſe cauſſa tantum figendi claui ad peſtilentiam ſedandam.

Clazomene, penultima producta vrbs Ioniæ Aſiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Grina nominabatur, vicina Colophoni vnde & Apollo Grinæus dictus eſt apud Vergilium, quoniam ibi eſſet eius oraculum.

Clazomenia, iſula quæ Marathuſa dicitur. à qua clazomenii, quos in Mæonia ſitos eſſe conſtat.

Cleantes, nomen philoſophi qui Zenonis Citienſis ſcholam, ſucceſſor excepit. Hic Phanii Aſii filius, egregius pugil, quum Athenas ueniſſet, & Zenoni adhærens, generoſe philoſophatus eſt, & in eiſdem permanſit dogmatibus. Celebratus maxime fuit, in labo. c. Nam quum valde pauper eſſet, mercenariã vitam agebat. Noctu quidem in hortis aquam hauriebat, per diem uero in ſermonibus exercitabatur. unde Phreantes adpellatus eſt, quaſi puteos hauriens. Tradũt illum, quæ à Zenone audierat, oſſibus boum & teſtis fictilibus perſcribere ſolitum, quum pecunia non ſuppeteret ad chartas emendas.

Clearchus, philoſophus fuit, cuius meminit Hieron. contra Ioui. Fuit & alius hoc nomine Macedoniorum dux. hic dicebat exercitui imperatorem plus quàm hoſtem metui debere.

Clemens, à claritate mentis, quaſi cœli mens. & is dicitur qui etiam remittit de eo, quod poſſit proſeq. Differt pro Donati ſententia à placido; q Clemens ſit circa recte agentes, Placidus circa delinquentes. & Clementis eſt nullos lædere, Placidi arridere omnibus. Clemens animo, placidus vultu. Ter. in Adel. Ille ſuam ſemper egit vitam in ocio, comis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Sunt et qui Clementem ideo dici putent, q colat mentem, nec eam uexet iraſcendo. Hinc clementia, & aduerbium clementer, quibus contraria ſunt Inclementia & Inclementer.

Cleobulus Lyndius, Euagoræ filius, unus ex ſeptem ſapientibus. Cornucopiæ.

Cleodamas, Thaſius philoſophus, Platonis tempore, in geometria floruit.

Cleombrotus, Pauſaniæ filius, Lacedæmoniorũ dux, Qui timens ne videretur cum Epaminũda hoſte ſentire. temere cum eo pugnauit, ſeq; & patriam in præceps dedit. Nam uulneratus occubuit, & exercitus deletus.

Cleone, mediocre oppidum. diſtat ab Argo, ſtadiis centũ viginti, à corintho, nonaginta, unde Cleonæus, a, um, ut leo Cleonæus qui & Nemæus. Luca. Ille cleonæi proiecit terga leonis.

Cleopatra, Aegypti regina, de q libri oẽs pleni. Ce.

Clepo, is, ſi, tum, furor, furto ſurripio. tractum à κλέπτειν, uerbo Græco. unde cleptum furto ſubtractũ. Liui. Siquis clepſit ne populo ſcelus eſto, ne'ue cui cleptum erit. Plautus, Rape, clepe, harpaga, Cicero de repub. Non modo ut Spartæ rapere ubi & pueri clepere diſcunt.

Clepſydra, pen. cor. κλέπτω, & ὕδωρ, aqua. Nam proprium furacis hominis (qui Cleptes dicitur) eſt, velare, & abſcondere quæ clàm, & per inſidias ſurripuerit. Clepſydra uero duo ſignificat, fontem ſcilicet, & horologium aquariũ, horas aqua dimetiens. Eſt enim fons Athenis in arce illa Mineruæ quondam, nunc beatæ Mariæ uirgini conſecrata. Is per alueum ſubterraneum, latentemq; fluens ſtadia uiginti, ſurgit tandem in riuos ad uicum Phalereum. Erat præterea uas quoddam uitreum, graciliter fiſtulatum, quod æqualibus dimenſionibus ſignatas horas oſtenderet. Ad cuius etiam fundum, erat foramẽ quod aquam guttatim emitteret. Et ita horæ per aquæ diminutionẽ, quot eſſent, videri poterãt. Itaque nõ abſurde, ſiue de fonte, ſiue de horologio accipias, Clepſydra nominatur, ab aquæ furto, q aquam aut velet, aut furetur. Cæterum Cicero. in ii.

Tuſcu. pro horologio capit, quum inquit, Cras ad clepſydram. Cõſimilia ſunt hoc tempore clepſydris, uaſcula illa apud nos uſitatiſſima, quæ in medio inſtar duorum turbinum, coarctantur, ex quibus pulueſculum per foramen minutum lentim dilabitur, ex parte ſuperiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. Vulgò dicitur horologium puluiſculi. Apud ueteres, oratoribus acturis cauſſas forenſes præſcribebatur tempus dicendi, datis clepſydris, quibus exhauſtis, amplius dicere uetebãtur. Plinius in epiſt. Dixeram horis penè quinq;, nam tribus clepſydris, quas ſpacioſiſſime acceperam, ſunt additæ quatuor.

Cleronomia, hæreditas, à cleros, pro hæreditate. Et Sortes, ex promiſſione dei, partes hæreditatis uocãtur, quæ populo ſunt diſtributæ. Vnde tribus Leui præcepta eſt non habere ſortem inter fratres ſuos, q̃ eorum decimis ſuſtentaretur.

Cleronomos, hæres.

Cleros, Latinè ſors, ſiue ſorte electus, Inde clericus, ſortitus, dici poteſt. Nam ut Hiero. ſcribit ad Nepo. propterea uocantur clerici, quia de ſorte ſunt domini, uel quia dominus ipſe ſors, id eſt, pars clericorũ eſt. Et quia uel ipſe pars domini eſt, uel dominum parte habet. talem ſe exhibere debet, ut & ipſe poſſideat dominum, & ipſe poſſideatur à domino. Nam & cleros, & clericos, hinc adpellatos puto, qui ſunt in eccleſiaſtici miniſterii gradibus ordinati, q̃a Mathias ſorte electus eſt, quem primum per apoſtolos legimus ordinatum. Clerus etiam uermiculus, aluearibus noxius. Ariſto. Examina infeſtantur clero. Sic em̃. uocant uermiculos qui in pauimento naſcuntur, ex quibus creſcentibus, uelut aranea obducitur alueo, & faui carie pereunt. Hinc moribus huiuſmodi clerus, uocatur, hoc eſt fauus, cum fœtu putrefactus. Quum uero morbo, aut ignauia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt.

Clibanarius, qui bñ ferro & armis munitus certamen init. Nazarius in Panegyrico ad Conſtan. Opertimẽto ferri equi, atque homines obſepti, clibanariis in exercitu nomen eſt. Dicti clibanarii, quoniam more teſtudinis, arcuatis armis, quæ clibani forma eſt, utebantur.

Clibanus, κλίβανος ὁ κλιβανίτης λέγεται. Id eſt, clibanos Grece dicitur, pen. cor. non eſt proprie furnus, ſed forte quid ſimile furno. Vel inſtrumentum quo aliquid coquitur ſub teſta. quod ex ære, ſeu ferro fieri ſolet, ſæpe etiam opere figulino. Plin. lib. xix. Corticis quoq; decuſſi, clibanis & furnis præbẽt uſum. Vnde panis teſtaceus, is dicitur apud nos, quem illi clibanitin. Scribitur à nonnullis cum υ, κλύβανος, de hoc & in dictione Furnus. Colum. lib. iii. ſcribit ſcrobem clibano ſimilem eſſe, ut imus quàm ſummus patentior ſit, ut latius radices uagenſ. Et apud Origenem ſuper Leuiticum uidetis accipi pro uaſe profundo magis, quàm ſartago ſit. Sic enĩ ſcribit, Tria itaq; ſunt in quibus domini ſacrificia uidere præparari. In clibano, in ſartagine, in craticula. Et puto q̃ Clibanus ſecundum ſui formam profundiora, & ea quæ ſint inenarrabiliora ſignificet in ſcripturis diuinis. In ſcriptura tamen ſacra, præteſum apud ꝓphetas, accipitur ferè ſemper pro furno.

Cliduchus, ſignificat clauigerum, κλειδοῦχος.

Cliens, quaſi colens. quia debet dominum honorare, & eſt correlatiuum patroni. Nam Patronus defenſor cauſſæ eſt dictus, quaſi pater. Cliẽs autem defenſione indigens, id eſt, litigatoe qui patronum colit & ſequitur, ut ab eo defendatur. Huius diminutiuum eſt Clientulus. Aliquando tamen Cliens ponitur pro ſectatore, & qui ſub tutela alterius, & penè famulus eſt. Clientum, ueteres pro clientem dixere. Cornucopiæ.

Clientela, clientum multitudo, nec non & eorum qui potentem aliquem ciuem, principem'ue fauore proſequuntur, & cuius dignitatem, factionemq; tutantur, ducti aliqua mercede, uel beneficio. Similiter Clientela, dicitur clientium officiũ erga patronos. Item dicitur Clientium ſiue Clientatum genus. Cato enim clienta fœmina dixit.

Clima, atis, regio. Et clima apud Varronem quoque uerſus pedum eſt ſexaginta. Item eſt terræ ſpatiũ inter Auſtrũ & Septentriones dimidiãtæ ferè horæ, in dierum longitudine, mutationem continens.

Climatericus, a, um, ſcalarius. Plin. in epiſto. ad caluiſium. Habes climatericum tempus, ſed euades. Plin. alter libr. xii. natur. hiſtoriæ climateras nuncupauit legem ſcanſilem. Scanſili (inquit) annorum lege occidua quam climateras adpellant. Climatericũ tempus, dubioſum dicitur, quoniam Chaldæi Climateras adpellant pericula uitæ, fortunarumq; hominũ, quæ fieri grauiſſima in ſeptenariis dicuntur. Nam ſeptimum quemq; annum periculoſum eſſe cenſorius autumat. Alii climatera periculoſum eſſe dicunt annum ſexageſimum tertium, unde Auguſt. ad Caium Nepotem, Nam ut vides climatera cõmunem ſeniorum omnium tertium & ſexageſimum annum euaſimus. Si quis hanc materiam diffuſius noſcere cupit Cenſorinum adeat.

Climax, Latinè ſcala & figura quæ dicitur gradatio, ut apud Ouidium,

Viderat, hanc uiſamq; cupit, potiturq; cupita.

Hinc Climatericus.

Cline, Latinè lectus, lectica, menſa, inde Hexaclinos, thorus diſcubitorius qui ſex capiebat. Mar.

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon.

Clingo, ueteres pro cingo uſurparunt. Ce.

Clinicus, penultima correpta, medicus qui curat medicamentis, dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare ſolet, quaſi lecticularius. Martia. Sote filia clinici id eſt, medici. Dicuntur & Clinici qui ita morbo affecti ſunt, ut ſurgere è lecto non poſſint, nullaq; amplius de eorum ſalute ſpes eſt. Vnde legimus Petronillam uoluntate Petri Apoſtoli clinicam factam, quaſi paraliticã, ſideratam'ue, proptereaq; decumbentem grabato quem Græci clinen uocãt.

Clinidion, diminu. quod Græci lectulum uocant.

Clinipodion, herba quædam quæ ſpeciem lectipedum præbet, ut inquit Plinius lib. xxiiii.

Clino,as,Græcum eſt,& ſignificat inclino,licet non ſit in uſu, eius tamen compoſita uſurpantur, quæ ſunt Acclino,Declino,Inclino,& Reclino,pen.producta. Vergilius libro duodecimo.

Defigunt telluri haſtas & ſcuta reclinant.

Clinopale,palæſtra lecti dicitur, κλίνη Græcè lectus πάλη, palæſtra,ſiue lucta. Sueton.in Domi. Aſſiduitatem concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat. Sic Vergil.nocturna bella nominat colluctationes Venereas, & ab Apuleio militia amatoria dicitur.

Clio,vna Muſarum, ἀπὸ τοῦ κλέους à gloria, quòd poetis gloria compoſitis naſcatur libris.

Heſiodus in Theogonia,

Ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς ἐκγεγαυῖαι
Κλειώ τ', Εὐτέρπη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε
Τερψιχόρη τ' Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ' Οὐρανίη τε,
Καλλιόπη θ'· ἡ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων. Id eſt

Nouem filiæ magni Iouis.Clioq; Eutrepeq; Thaliaq; Melponeneq; Terpſichoreq; Eratoq; Polymniaq; Vraniaq; Calliopeq;, hæc omnium præſtantiſſima eſt.

Cliſis, declinatio.

Cliſius,nomen fluuii in agro Brixiano.

Clitellæ, dicuntur non tantum quibus ſarcinæ colligatæ mulis,& id genus veterinis portantur,qui vulgò Baſti vocatur dictæ quòd huiuſmodi animalis ornamentum ſit. Hora.in Saty.

Hinc muli clitellas tempore ponunt.

Sed etiam locus Romæ propter ſimilitudinem,& in uia Flaminea loca quædã deuexa ſubinde,& accliuia, quo etiam nomine adpellatur quoddam tormenti genus.

Clitellarius,qui clitellis vtitur, vnde Clitellarii muli dicuntur,qui neq; ephippiati ſunt,neq; deſultorii, nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, ſed clitellati ferunt onera. Plautus in Moſt. Muliones mulos clitellarios habent,ego habeo homines clitellarios, magni ſunt oneris, quicquid impo nas vehunt.

Clitomachus,pen.corr.philoſophus carthaginienſis qui Athenas venit,annos natus quadraginta, audiuitq; Carneadem, cuius & ſucceſſor fuit, tres ſectas ſectatus, Academicorum,Peripateticorum,& Stoicorum. Supra quadraginta volumina condidit, de quo Cicero lib.iii. Tuſcul.mentionem facit,Interpretatur egregie pugnans.

Clitorius,fons Arcadiæ,qui ſemel potus,vini odium facit, Ouidius libro.xv.Metamorph.

Clitorio qcũq; ſitim de fonte leuauit, Vina fugit.

Clitumnus,vmbriæ fluuius,de quo Plinius libro duo decimo ſcribit,quòd animalia quæ eũ potauerint albos fœtus creant,dictus à κλειτὸς celebris,quaſi celebris amnis. Silius,

Et lauat ingentem profundens flumine ſacro Clitumnus taurum.

Cliuia,auſpicia (inquit Feſtus) quæ aliquid fieri prohibebant,nam & omnia difficilia & ardua nomina bantur Cliuia, unde cliuus, qui eſt locus molliter arduus,& pro colle ponitur. Hieron.libro ſecundo Reg. Porrò Dauid aſcendebat cliuum oliuarum. Eſt & cliuus cuius compoſita poſſunt eſſe,tam ſecundæ quàm tertiæ declin. vt Accliuus,a,um,& Accliuis,& hoc Accliue. Decliuus,& Decliuis. Procliuus,& Procliuis,quæ habent penultimã productã, Dictus Cliuus, à clino, pro Inclino.

Cloacæ,penultima producta,loca caua,per quæ colluuies fluit,à Cloacare, quod eſt inquinare, ſiue à colluẽdo,quaſi colluacæ. Fiſtulæ quoq; foſſæ,ubi & viæ illæ ſubterraneæ,parietibus in modum aquæductum munitæ,per quas aquæ pluuiæ extra vrbẽ vel fluuium dilabuntur,Cloacæ dicuntur, quòd vrbem immundiciis purgent. A Clodio Albanorum duce dictæ. Plautus uero in Cur.per ſtomachum immundæ vetulæ aluum cloacam nominauit. Age effunde hoc cito in barathrũ, ꝓpere ꝑlue cloacã.

Cloacale,cato dixit flumen,pro cloacarum omnium colluuie.Cc.

Cloacare,inquinare,vnde cloaca dicta eſt, ut inquit Feſtus.

Clorio,Latinè uireo dicitur,auis genus apud Plinius libro decimooctauo.

Cloris,Nympha,quæ Zephyro nupta,quaſi dotis loco id accepit muneris à marito,vt haberet omniũ florum poteſtatem, Eſt & cloris auicula,quã Theo. luteum & luteolum uertit.

Cloſter Latinè filium vel nexus.

Clotho,vna ex furiis infernalibus.Græcè κλώθω, circumuoluo,neo,deſtiuo.Orpheus in hymnis aliqua dicit,ſed in magica ſua multa,& obſcura ut mihi vir diuinus videatur.Heſiodus autem in Theogonia, dicit Themidos filias, & Iouis, Cloto,Lacheſin, & Atropon.

Μοίρας θ' ᾗ πλείστην τιμὴν πόρε μητίετα Ζεὺς
Κλωθώ τε Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵτε διδοῦσι
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε. Id eſt,

Parcas quibus plurimum honorem præbuit cõſiliarius Iupiter clothoq; Lacheſinq;, & Atropon,quæ mortalibus hominibus dant & bonum & malum.

Cludo,is,idem quod claudo,quo veteres vtebantur, unde in veteribus numiſmatibus,legimus,Ianũ cluſit. Huius compoſita magis ſunt in vſu. Accludo,ut in Gene. Egreſſus ad eos Loth poſt tergum, accludens hoſtium alt. Cõcludo, Circuncludo, Excludo, Includo, Intercludo, Introcludo, Occludo, Plaut. Occluſit oſtium ancillæ. Præcludo, antecludo. Colu. li. vii, Hirodo adhærens faucibus ſanguinem ducit,& incremento ſuo tranſitum cibis præcludit. Recludo,aperio. Vergilius,

Veteres tellure recludit Theſauros. Secludo, ſeorſum claudo. Subterculo quæ habent penul.produ.

Cluere, perhiberi, putari. Plau. in epid. Cluet is etiam ſeſe ſapere memorat,malleum. In qua ſignificatione ſæpe Lucre. Plinius tamen ait ueteres cluere in certãdi ſignificatione poſuiſſe, vnde Clypeus, inde clau cina Venus.

Clumæ, ſunt folliculi hordei.

Clunaclum,culter ſanguinarius,quòd ad clunes dependeat,

pendeat,uel quia clunes beſtiarum diuidat.

Clunes,nates,ſiue natium tumor,tam maſc.quàm fœmi.generis,ſic Iuuen.

Tremulum deſcendant clune puellæ. Plaut.

Quaſi lupus ab armis valeo,clunes infractos gero. Hora.Quod pulchræ clunes,breue quod caput,aſſidua ceruix.Ab hoc ſimias clunas adpellatas uolũt, quòd clunes tritas gerant.Huius diminutiuum eſt clunicula.Gell. Cæterarum auium atq; altilium, nisi tantum adponatur,ut à cluniculis inferiore parte ſaturi fiant.

Clunici,dici videntur,à clunibus,q ſunt ea parte morboſi,vnde cyprianus videtur accipere clunicum pro paralitico illo debili in lecto iacente,cuius mentio in Euangelio eſt,ex eo quòd infirmus clunibus in lecto cubet,quum pedibus nequeat inſiſtere.Apud Plinium legitur clunicis medetᷣ in hoc ſignificatu, quamuis quidam corrigant clinicis.

Clupea,ciuitas Aphricæ,vicina carthagini.

Cluſius,dictus eſt Ianus,quia pace templi eius portæ clauduntur. Vergilius,

Claudentur belli portæ furor impius intus

Sæua ſedens ſuper arma & centum vinctus ahenis.

Clymene,penul.correp.Promethei mater, Oceani filia,& Iapeti vxor.

Clypeus,& clipeum,ſiue clupeus,y in u,cõuerſa,proprie clypei ſcuta maiora ſunt,& tãtum peditum,ſicuti docet Ser. Scuta equitum. Liuius libro ſexto clypeis antè Romani uſi ſunt,deinde poſtquam ſtipendiarii facti ſunt,ſcuta ꝑ clypeis fecere.Dicti clypei quod cælent totum corpus,vel à clepere, quod eſt furari ab ictibus. Var.à clauus deriuat.Pli.li.xxxv. ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc eſt,ſculpendo,cælandoq; deducit,ita vt dicatur clypeus quaſi γλυπτός, id eſt, ſculpus,g in c,mutata. Scutis enim qualibus pugnatum eſt apud Troiam cõtinebãtur imagines. Vñ & nomen habuerunt clypeorum. Vel quia κλέπτω,furor,& cœlo,quia totum hominem tegat.

Clyſmus,Latinè purgatio ſiue lotio dicitur.

Clytemneſtra,nomen propriũ mulieris quæ ob amorem adulteri virũ occidit,de qua Euripi.in Oreſte, & multa alia Home.in Odyſſea,quæ nota ſunt.

Clyſter,eris,pen.corr.quod & clyſterium dicitᷣ, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod eſt abluere,nam clyſtere aluum ægrotantium lauare ſeu purgare ſolemus.Plin.Cucurbita infuſa clyſteribus inteſtinorũ omniũ uitiis medetur.Macer ũi huius nominis penult.corripit. Appoſitis digitis aut intus clyſtere fuſis.

Quod autem in orificium durum ponitur,ad excrementum prouocandum,& uulgò Suppoſitorium dicitur,docti à glandis ſpecie Balanum dixere.

Clytia,una ex Nymphis Oceani,à gloria dicta, κλέος enim gloriam ſignificat.Cc.

C A N T E N & O

CNæus,per C,ſcribitur,ſed profertur per G,adpellatus eſt autem ob inſigne næui.

Cnidos,eſt una ex cycladibus inſula.

Co,inſula Icarii maris,uide in dictione Coos.

Coaceſco,ex con,& aceſco,ſed n,abiicitur,& ſignificat Coaceſcere, ſimul ſeu totum acidũ fieri. Cice. in Cato. Vt enim non omne vinum, ſic non omnis ætas naturæ uetuſtate coaceſcit.Hieron.per tranſlationẽ in ꝓlogo Saio.Neq; enim ſic noua cudimus, ut uetera deſtruamus,& tamen quum diligentiſſime legerit,ſciat magis noſtra ſcripta intelligi,quæ non in teſtium uas transfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prælo puriſſimæ commendata teſtæ ſuum ſaporem ſeruauerint. Coacuerint,id eſt, corruptionem ſenſerint.

Coætaneus,eiuſdem ætatis,quod dicitur & coæuus, ab ætare illud,hoc ab æuo.

Coagmenta,coniunctiones arctæ & compares à cogendo,id eſt ſtringendo.

Coagmento,as,coniungo,& compares coniunctiones cogo ac ſtringo.Cice.in Cat. Viuendi finis eſt optimus cum integra mente,certisq; ſenſibus,opus ipſa ſuum,eadem quæ coagmentauit,natura diſſoluit.Pli.paſſiuum protulit. Mox pluribus coagmentatur nucleis,& his ſeparatim veſtitis.

Coagulo,as,cogo,cõſtringo,verbum actiuum,ut eſt illud. Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum. Gell. Semen in utero mulieris primis ſeptem diebus conglobatur,coagulatur,fitq; ad capiendum figuram idoneum.

Coagulũm,à cogendo,id eſt,colligendo,ſiue ſtringẽdo,dicitur ea pars uiſcerum,qua ad denſandum lac utimur. Tibul.

Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte.

Quicquid denſat ac coniungit,coagulum dicitur. Gell. Vinculum illud coagulum animi atq; amoris. Et coagulum herba eſt, ſeu potius ſpongia aquarũ dulcium,quam alii ſtrumum.alii ſtrygnon,alii conſeruam uocant.

Coaleſco,is,coalui, concreſco. Liuius libro primo Vocata ad concilium multitudine, quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re,præterquã legibus potuit,iura dedit. Sallu.Hi poſtquam conuenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua,alii alio more uiuentes, incredibile memoratu eſt,quã facile coaluerunt.Coaluerunt,non eſt à coalo,quoniam ſignificatio actiua ſenſui orationis repugnaſet,neq; à coaleo, quod neſcio an ſeperiatus,eius ſimplex protulit Varro.libro primo de Re ruſt. Quemadmodum quicquam ſeri, aut aleſcere,aut meti poſſit.

Coaſpis,fluuius Medorũ,qui apud Perſas in Tigrim decurrit,cuius aqua tam dulcis,ut Perſici reges,quã diu intra ripas Perſidis fluit,ſolis ſibi ex ea aqua pocula uendicauerint.

Coaſſo,as,per duplex ſſ,ſicut aſſamenta et aſſulæ,quæ & coaxo dicitur pro cantabulo,unde Coaxatio,cõtabulatio,ab axibus. Nam aſſeres tabulæ non ſunt (Vitru.)ſed craſſior & anguſta in modum paruæ trabis materia,ab aſſidendo parietibus,atq; tignis adpellati,ut inquit Feſtus. Eſt & Coaxare proprium vocis ranarum. Ariſtophanes,ἐν τῷ βατράχῳ τοῦ διονύσου. βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ.

Cocalus, Siciliæ rex,ad quem Dedalus ex Creta aſſu-

git, quem illuc vſq; perſecutus eſt Minos, cretenſiũ rex, ſed à cocali filiabus (vt Ariſtot. refert) interfectus eſt.

Cocanicus, Siciliæ lacus ex quo ſalem cocanicum nominamus.

Coccẽtum, genus edulii, ex melle & papauere factũ, ſic dictum, quod ad ignem coquatur.

Coccеus, a, um, idem q̃ coccineus. Scribit Lampri. Diadumenum indumenta coccea primum accepiſſe.

Coccina, ſubſtantiuum, penultima correpta, veſtis coccinea. Martia.

Coccina famoſe donas & ianthina mœchæ.

Coccinati, dicuntur q coccineis veſtibus ſunt induti.

Coccineus, a, um, quod eſt grano infectum. Hiero. in Canti. Sicut vitta coccinea labia tua.

Coccinus, penultima correpta, eſt purpureus, quo pãni inficiebantur. Hieronym. libro ſecundo, Reg. Filiæ Iſrael flete ſuper Saul, qui ueſtiebat uos coccino. Hic color exuberantiam quandam ac ſplendorem ruboris oſtendit, qui & ſpadicus & phœniceus & roſeus uocatur.

Coccus, per duplex cc, ſumitur pro purpura. Coccum eſt rubens gramen in maxima laude, vulgò granum dicitur. Anniculo cocco, languidus eſt ſuccus. Idem poſt quadriennũ, euanidus. Itaq; nec recenti uires, nec feneſcenti. Laudatiſſimum naſcitur circa Emeritam Luſitaniæ ciuitatem, ut docet Plinius libro. ix. Coccus ilicis vocatur illicis granum, κόκκος enim Græci dicunt granum. Cc.

Cochlacæ, quæ & Cohleæ lapides ex torrente rotundi.

Cochlea, proprie teſta limacis, licet quandoq; pro ipſa limace, quæ teſtã habet, ſumatur. Limax proprie quæ eſt ſine teſta. Plin. lib. xviii. Naſcuntur in uicia, & aliquando è terra, cochleæ minutæ, erodẽtes eá. Cochleæ, tam terreſtres, quàm aquatiles, exerentes ſe domicilio, binaq; veluti cornua prætendentes retrahentesq;, ideo corniculis prætentare iter putantur, quia oculis carent. Cochleæ etiam lapides ſunt ex flumine, rotundi ad cochlearum ſimilitudinem, quæ & cochlacæ dicuntur. Similiter cochlea, ſiue cochlis, is, turris dicitur, ſiue ſcala rotunda, qua turſim per circuitum à cochlearum ſimilitudine conſcendimus, quemadmodum torcularia ad inſtar cochlearum facta, cochleæ nominantur. Huius dimin. eſt cochleola. Sunt cochleæ modicæ, cauaticæ, altiles, Africanæ, aceratæ, Illyricæ, olitinæ, albæ, aſtypaleicæ, Perot. In. Cc.

Cochleare, & per apocopẽ cochlear, et cochleariũ, genus menſuræ, ſeu inſtrumentũ quo cochleæ, & alia huiuſmodi veſcendo ſumuntur. Mart.

Sum cochleis habilis, ſed non minus vtilis ouis.

Nunquid ſcis potius quur cochleare vocer.

Cochlium, etiam ſcala rotunda. Strabo libro vltimo Hæc eſt etiam pannium altitudo quædam manufacta, turbinea, petroſæ ripæ per ſimilis, in quam per cochlium aſcenditur.

Coclides, pen. cor. ſcalæ rotundæ, q̃ per circulũ ſcãduñ, quo etiã nomine dictæ ſunt gẽmæ in Arabia.

Coclites, pen. cor. luſcos dixerunt antiqui, hoc eſt, q̃ vnum tantum habent oculum, quaſi oclites. Nam & ciclopas coclites vnum oculum habentes. Et Hora. Cocles dictus eſt qui in prælio oculum amiſit, quaſi ocles, ab oculo. Plautus in cur. Vnocule ſalue, Ex Coclitũ pſapia te eſſe arbitror, nã ſic ſunt vnoculi.

Coctiæ, dictæ ſunt alpes à coctio rege, Gallorum domitore, qui in amicitiam Octaui receptus eſt. Incipiunt à Seguſia oppido, & à Tacito coctianæ adpellantur.

Coctilis, & hoc coctile, penultima correpta, acipitur pro re quæ cocta eſt, & non cruda, ſicut fictile, quod factum eſt à figulo. Plinius libro ſeptimo, Epigenes apud Babilonios ſeptingentorum viginti annorum obſeruationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet.

Coctiuæ caſtaneæ, vulgatiores. Cc.

Coctiuæ nuces, dicunt̃ nigræ quæ magis in vſu ſunt. Cornucopiæ.

Coctito, frequentatiuum quo Plautus frequenter utitur. Cornucop.

Coctiuus, a, um, pen. produ. quod facile coquitur, vel maturatur, ut coctiua poma, coctiuum legumen.

Coctona, vide in dictione Cotones.

Coctonum, nonnulli Bambatium vulgares, indocti bombycem, literati xylon, ſiue goſſipion adpellant, genus illud linicandidiſſimum ex Aegypto.

Coctus, a, um, à cogendo, quia coquendo coercetur, vt ad vtilitatem veſcentium perducatur. Et coctum dicitur quod eſt multi temporis. Vnde & Recocti homines, ipſo uſu & frequentia & longitudine temporis cautiores exercitatioresq; facti dicuntur.

Horatius, in Serm.

Plerunq; recoctus

Scriba, ex quinqueuiro coruum deludet hiantem.

Coculare, & per apocopen cocular, idem quod coculum.

Coculum, uas æneum coctionibus aptũ. Plau. Aeneis coculis excocta eſt mihi omnis materia. Alii cocula accipiunt pro lignis minutis quibus facile decoquuntur obſonia.

Coculus, pen. cor. diminu. eſt paruus cocus.

Cocus, per ſimplex c, nã primã corripit, ſiue coquus per q, nam & coquo, is, dicimus. Mart.

Qui propter cœnam ruſtice cædo coquum.

Eſt autem cocus, qui cibos coquit ac vendit. Cocorum tamen alii priuati, qui alicui ſeruientes coquinariam exercent, ut idem,

Non ſatis eſt ars ſola coco ſeruire palato.

Namq; coquus domini debet habere gulam.

Alii publici, qui ut dapes vendant, publicæ popinam tenent, hoc eſt, tabernam in qua dapes coctæ & vina venduntur. A qua Popinones dicti & ipſi coci ac popinariam exercentes, & luxurioſi ac in popinis viuentes.

Cocynthum, Italiæ promontorium (inquit Plinius.) Item Polybi. lib. ii. promontorium Italiæ cocynthũ vocari tradit ab indigenis, quod Meridianam plagam ſpectans, Ionium & Siculũ mare diſcriminat.

Cocynum, olei genus. Ce.

Cocytia, ſacra erant, quæ fiebant in honorem Proſerpinæ, quam Pluto rapuit.

Cocytus, pen. prod. Latinè dicitur luctus, quo nomine dictus eſt inferorũ fluuius, à Styge pfluens, κωκύειν enim gemere ac lamentari ſignificat. Verg.

Nec procul hinc paſtem fuſi monſtrantur in omnẽ
Lugentes campi ſic illos nomine dicunt.

Hinc Pluto quoq; cocytus eſt. Quidã à cocyge aue, quam vulgò cuculum vocant quoniam in cocyti ripis luctiferæ auis vlulatus audire fingatur. Claud.

Cocytus tacitis Acheron obmutuit vndis.

Cocyx, ygis, auis temporaria, quæ in triuum auium nidis oua generat, palſibarum, alaudæ, & chloridos. Hæc alio nomine Cuculus dicitur, cuius vox cocytus quoq; dicitur. Ex accipitrum genere eſt, licet vngues aduncos non habeat. Procedit uere, occultatur Caniculæ ortu. Suidas, κόκκυξ εἶδος ὀρνέου, ὃ παρ' ἡμῖν κοῦκκος λέγεται, ἀπὸ τῆς φωνῆς ἠχηθέν. id eſt. Coccyx ſpecies auis apud nos cuccos. dicitur, à voce dulci.

Codam veteres dicebant quam caudam dicimus. Ce.

Codatremula, auis quæ ſemper mouet caudam, aliàs Motacilla dicta.

Codex, arboris robur, vide in dictione caudex.

Codicariæ naues, dictæ ſunt à codice, dũ codex pro trunco arboris ſeu tabula ſumitur, quæ & caudicariæ dicunt, quod è caudibus, hoc eſt, lignis groſſioribus factæ ſint. Varro, Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tyberi naues codicarias adpellamus.

Codicillus, diminu. à diminutiuo codiculus. Sunt autem codicilli literæ breues, hoc eſt, epiſtolæ. Sul. Ciceroni, Puer Acydini mihi obuiam venit cum codicillis. Iureconſulti accipiunt pro quodam inſtrumẽtorum genere.

Codiculus, diminutiuum à codex, dum pro libro ponitur.

Codion, genus lactucæ, à corii ſimilitudine in petris naſcens, comoſiſſimum inter omnes. Ce.

Codononia, inſula quam Teutonici tenẽt, in qua codonius ſinus.

Codrus, nomen proprium regis Athenienſis, qui propter patriam ſeruandam, ſe morti oblectauit. Reſpõſum enim acceperant Peloponnenſes, tunc demum ſe ſuperaturos, ſi eorum regem non occidiſſent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparẽdo, & in ſuã necem, per iurgia prouocando, & à nullo cognitus fecit locum oraculo. Vnde Verg.

Et iurgia Codri.

Fuere & alii codri, hinc apud Athenienſes in prouerbium venit, Codridarum genus, ut quum nobiliſſimum vellent quempiam dicere, codro nobiliorem eſſe prædicarent.

Cœle, dicitur Syria, quæ contingit Arabes. Ce.

Cœliaci, dicuntur qui ex vitio ſtomachi, id eſt, ventris profluuium patiuntur. Plin. lib. xx. Hippocrates cœliacis & dyſentericis bis coctum cum ale. Celſus li. iiii. In ipſius vero ventriculi porta conſiſtit, qui & longus eſſe conſueuit. Varro, Qui ex floribus nucis Græcæ & cornu fiunt, cœliacas fieri atq; vrina pota refici. Cœliacus à Græcis nominatur à cœlia, id eſt, ventriculo ſtomachi, quod is morbus in ipſius uentriculi porta conſiſtat, quæ phylluros à Græcis nominatur, vnde medicamenta quædam huic uitio cõtraria cœliacæ dicuntur.

Cœloſyria, caua Syria, ex κοῖλη, caua, & Syria.

Cœmentum, ut aliquibus videtur cum œ diphthongo, à κοινόν, quaſi cœnimentum, uide in dictione cæmentum.

Cœmiterium, Græcè κοιμητήριον, à κοιμάω, ſopio, quia ibi mortui dormire dicuntur, quaſi mortuorũ dormitorium.

Cœna veſpertina, à κοινόν, quod eſt communis, quia multi in commune cœnare conſueuerunt. Quæ ſit cœna recta, uide in dictione Recta, à cœna fit Domicœnium, quo vſus eſt Mar. Plaut. incœnem dixit, ſine cœna.

Cœnacularia, æ, ars locãdi cœnacula. Vlpia. Si quis cœnaculariam exercens, modicum hoſpitium ſibi retinuerit, reſiduum locauerit pluribus, omnes tenebuntur quaſi in hoc cœnaculo habitantes, vnde eiectum, effuſum've eſt.

Cœnacularius homo, qui cœnaculum conduxit. Idem de pignoratitia actione. Videt autem tacite, & cum domino ædium hoc conueniſſe, vt non pactio cœnacularii proficiat domino.

Cœnaculum, à cœnando nomen aſſumpſit, locus ad cœnandum idoneus. Var. Sicut Penarium, vbi penua, vbi cubabant, cubiculum, ita, ubi cœnabant, cœnaculum. Sed poſtquam in ſuperiori parte cœnitare cœperunt, ſuperior domus uniuerſa cœnaculum dicta. Feſt. Cœnaculum dicitur ad quod ſcalis aſcenditur. Solet tamen cœnatio, & cœnaculum, & Dieta accipi pro loco in quo æſtate cœnatur.

Cœnaticus, a, um, quod ad cœna pertinet. Var. erat inter adoleſcentes ſermo cœnaticus. Plaut. Eſt mihi illic vna cœna cœnatica. Sic dicimus apparatũ cœnaticum, & apud Plau. in Capt. Spes cœnatica dicitur, id eſt, ſpes cœnandi.

Cœnatio, locus ad cœnandum aptus, qui in imo domus & potentiorum erat, vnde Iuuen.

Et algentem rapiet cœnatio ſolem.

Sueto. in Nero. Præcipua cœnationũ rotũda, q̃ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circũagerẽt.

Cœnatorius, a, um, quod ad vſum cœnæ pertinet.

Cœnaturio, laboro ut cœnẽ, quã ſignificationem habẽt ferè in rio deſinentia, ut mulier parturit. id eſt, laborat vt pariat. Mar. In omnibus Vacerra, q̃ conclauibus conſumit horas, & tota die ſedet, cœnaturit Vacerra, non cacaturit. id eſt, laborat ut cœnet. Ce.

Cœnipeta, pen. cor. qui libenter petit alienas cœnas, & paraſiti ſæpe perſonam induit.

Cœno, as, aui, & atus ſum, à quo fit frequentatiuum cœnito, tas.

Cœnobium, locus ubi communis vita ducitur κοινὸς enim communis, βίος, vita. Hinc Cœnobita, pen. prod. monachi qui in commune uiuunt.

Cœnodoxia, communis gloria, κοινὸς enim commu-nis, δόξα opinio, gloria.
Cœnolexia, Latinè dicitur communis ſermo.
Cœnomyia, vt inquit Hiero. omne genus muſcarum intelligitur.
Cœnula, diminu. Hiero. communem cœnulam, breuemq́ue, ad refocillationem potius corporis, quàm ad delectationem.
Cœnum, lutum, κοινόω, inquino, à quo Obſcœnum, vt quidam volunt, deducitur.
Coco, is, ij, iui, itum, ex con & eo, ſed n, abijcitur, & eſt tam actiuum quàm neutrum, ſignificatq́ue conue-nio, coniungo, aduno, contraho, ſocio, colligo, con-grego. Vergi. lib. 11.
Cocant in fœdere dextræ Quà datur.
Lactã. de ira. Deniq; ſi atomorum coitio & conglo-batio efficeret omnia. Cicero accuſatiuo vſus eſt lib. 2 Phil. Vtinam Cn. Pompeii cum C. Cæſare ſo-cietatem aut nunquã coiſſet, aut nunquam dirimiſ-ſet. Gell. protulit paſſiuum. Coibatur ſocietas inſe-parabilis. Nam proprie coiri, ſocietas dicitur. Sic ab Vlpiano, ſocietas coita, pro contracta & colle-cta accipitur. Coire etiam aliquando concumbere dicitur. Lactan. lib. 3. Quid ego de cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit? Hinc coitus, pro concubitu. Aliquando congre-di. Teren. in Phorm. Vide quid agas. Prima coitio eſt acerrima, ſi eam ſuſtinueris poſt illam iam, vt lu-bet ludas licet. Vbi Dona. Tranſlatio à prælio, nã & congredi milites, & coire dicuntur. Proprie aũt coire eſt ſimul ire. Cice. lib. 3. Offic. Solus neglexit fidem, furere inſimulauit, ne coiret inſtituit.
Cœpi, uerbũ defectiuũ, uide ſupra in dictione cæpi.
Coerceo, es, ex con, & arceo, ſed n, abijcitur, & a, in e, mutatur, ſignificatq́; reſtringere. Cicero in Læl. Quam ſerpentem multiplici lapſu, & erratico ferro amputans, coercet ars agricolarum. Item refrenare, continere. Lactan. lib. 3. Illud ſatis eſt ad coercen-dum furioſi hominis errorem. Item colligere, ſiue ſimul ſtringere. Ouid. lib. 1. Metamor.
Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.
Item compellere. Cice. lib. 3. ad Heren. Prudentiæ partibus utemur in dicendo, ſi cõmoda, cum incõ-modis conferemus, quum alterum ſequi, alterum vitare coercemur, ſed hæc ferè in idem recidunt.
Cœten, Græci dicunt thalamum, vnde Procœtion, di-cunt antithalamum.
Cœtus, cum œ, diphth. conuentum ſeu congregatio-nem ſignificat, à coeundo, id eſt conueniendo in vnum. Senec. lib. 3. decla. Qui cœtum fecerit capita-lis, Qui eleganter ait, Cœtum nomen eſſe magnæ multitudinis coeuntis ex conſenſu quodam.
Cœus, per œ, diphth. fuit Cœli ac Terræ filius, hinc Cœa, inſula in Aegæo.
Cogitatim, aduerbium pro cogitatè ponitur.
Cogito, as, frequẽtatiuum à cogo, is, quòd mens plu-ra in vnum cogit, vnde eligere poſſit, vnde Augu. libr. 10. Conf. Quàm multa huiuſmodi geſtat me-moria mea, quæ iam inuenta ſunt, quaſi ad manum poſita, quæ didiciſſe & noſſe dicimur. Quæ ſi mo-do iſtis temporum interuallis recolere deſiuero, ita rurſus demerguntur, & quaſi in remoti oraculi pe-netralia dilabuntur, vt denuo velut noua excogitã-da ſint, in idem iterum. Neq; enim alia regio eorum eſt cogenda rurſus vt ſciri poſſint, id eſt, velut ex quadam diſperſione colligenda, vnde dictum eſt cogitare. Nam cogo & cogito, ſic eſt vt ago & agi-to, facio & factito. Verũtamen ſi animus hoc ver-bum proprie uendicauit, vt non quod alibi, ſed quod in animo colligitur cogitare proprie iam dica-tur. Cogitare itaq; eſt cogere ad aliquid inuenien-dum, vnde cogitatio, quæ eſt dicta uelut coagita-tio, id eſt, lõga eiuſdem rei agitatio in eadem mora conſilij explicandi, à cogito fiunt compoſita, Exco-gito, quod proprie eſt perfecte cogito, licet pro in-uenio ſumatur. Sed idcirco fit, quòd quaſi quis per-fecte cogitat aliquid ex eo quod cogitat, elicit, & inuenit. Cicero lib. 1. Tuſc. Quid illa vis, quæ tan-dem eſt quæ inueſtigat occulta, quæ inuentio atq; excogitatio dicitur. Præcogito, prius cogito. Quin-til. libr. 12. Licet tamen præcogitare plura, & ani-mum ad cauſſas componere. Recogito, iterum atq; iterũ cogito. Hierony. in vita Antonii, Quæ & quã-ta ſpes hiſdem poſita eſſet in cœlis recogitans.
Cognati, ab eo dicti putantur quaſi vnà, communi-ter uel nati.
Cognitor, qui cognoſcit, quãuis proprie is dicatur, qui litem alterius coram eo cui datus eſt tractat. Procurator autem abſentis nomine actor fit.
Cognobilis, qui cognoſcitur. Gell. his ſolis cognobi-les erunt.
Cognomen, vide in dictione Nomen. Cognomines, qui eiuſdem nominis ſunt, à con & nomen, n, in g, mutata. Sic à Plauto duæ ſorores Bacchides nomi-natæ, vocantur Cognomines. Declinaturq́; hic & hæc cognominis. Nam apud Plautum legitur. Illa mea cognominis fuit. Dicitur & cognomentum. Ci-cero, Scipio ille cognomento Africanus.
Cognomino, as, cognomen impono. Hiero. ad Da-ma. Iunxit ſe principi mundi huius, id eſt, diabolo rectori tenebrarum, quem nunc inimicũ hominem, nunc iniquitatis iudicem, nunc draconem, nunc ſa-thant, nunc malleum, nunc perdicem, nunc belial, nũc rugientem leonem, nunc leuiathan, & multis alijs vocabulis ſcriptura cognominat. Fit autem ex con, & nomino, n, in g, mutata.
Cognoſco, is, ex con, & noſco, mutata n, in g, ut fiat conſonantior uox, Eſt & cognoſcere, noſcere eos, q prius incogniti erant, quum Agnoſcere, ſit olim notos. Vergilius.
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.
Varro, Vereor ne me quoq; dũ reuertero, præter cu-nem agnoſcat nemo. Cõfundũtur tñ hæc ſæpenume-ro. Interdũ cognoſcere, eſt diligenter attenteq́; con-ſyderare. Terent. in Hec. Poſtquã ipſe ſeſe, & illã, & hanc quæ domi erat, cognouit ſatis. Interdũ intelli-gere. Cic. in Hor. Vnde autẽ facilius, quàm ex anna-liũ monumentis, aut bellicæ res, aut oĩs reipub. diſ-

ſciplin

ſcipſitis cognoſcitur. Teren. Eo pacto & grati uitā & conſiliū meum cognoſces. Interdum adprobare, laudare, placere, ut in Plal. Declinantem à me mali gnū non cognoſcebā. Interdū concūbere, vt in Euā ge. Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium. Interdū iudicare, inde cognitio, iudiciū, iudicatio. Cice. lib. ii. offi. Adhibuit ſibi in conſilium quinde cim principes, cum quibus cauſſas cognouit. Aliqñ ſignificat credere, vt in Euangelio, Vt cognoſcat mundus quia tu me miſiſti. Huius verbi compoſita ſunt, Præcognoſco, anteſcio. Planc. Ciceroni, Quod ſi latro præcognito noſtro aduentu, rurſus in Italiā ſe recipe cœperit. Percognoſco, Plau. in Truculen. Vtroſq; pcognoui pbe. Recognoſco, de quo alibi.

Cogo, is, coegi, coactum, ex con & ago, in quo a, & n, abiiciuntur niſi in ſupino. Eſt aūt Cogere, in vnū colligere. Cice. lib. i. Tuſcu.

Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventiq; cogūtur.

Teren. in Eun. Quaſi talenta ad quindecim coegi. Qñq; vrgere. Idē lib. iii. offi. Diogenes cōtra nimiū ſe ſoluere coegit. Quandoq; mulgere. Vergilius.

Cogite oues pueri, ſi lac præceperit æſtus.

Quandoq; ſtringere, denſare ſiue dureſcere.

Idem lib. iiii. Georg. Nam frigore mella

Cogit hyems eademq; calor liquefacta remittit.

Quandoq; imprimere, ſeu intus ponere. Idem,

Quadrifidam quercum cuneis & forte coacti

Scindebant. Quandoq; in ordinem ponere, ut oēs arbores in ſulcū cogendæ ſunt. Quandoq; reponere, reducere, ut opes noſtræ in Deū cogendæ ſunt. Quandoq; adiuuare, vt, hominum cogente opera, multæ herbæ naſcuntur. Quandoq; cum feſtinatione mittere, ut, medicum ad ægrotum coegi.

Cohibeo, es, ex con, & habeo, ſignificat conſtringo, contineo, freno. Plin. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit.

Cohors, à cohortando dicta eſt, quòd tribunus eā vt ſequatur, hortari ſoleat, ſeu quòd ipſa ſe mutuo frequēter ad pugnam hortetur. Eſt & Cohors, quæ & Chors, locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in uilla ſolemus. Var. de Re ruſti. Cohors, quòd ut in uilla ex pluribus tectis cōiunguntur ac quiddā fit unū, ſic ex manipulis pluribus copulatur cohors. In uilla uero Cohors dr̄, quòd circa eū locū pecus coercetetur. Hinc Cohortales gallinæ, uocantur apud rei ruſticæ ſcriptores, quæ in cohorte domi alūtur. Poſſunt etiā dici Cohortales ab horto. Nam quum veteres hortos, uicos dicerēt, quòd qui arma ferre poſſent ibi naſcerentur, inde cohortem dixerunt manū hominū ex eodem uico, ad pugnā exeuntiū, quòd illi eſſent ex eodem horto, id eſt, uico geniti, nā & Galli, ut eſt apud Cæſarem, hoc mō pugnabant. Quiſq; enim pagus per ſe pugnam capiebat. Ouid.

Abſtulerat multas illa cohortis aues.

Dicitur & Chors in hac ſignificatione. Varro, In vrbana quoq; domo, chortem facere poterimus, in qua paſcere ciconias, grues, pauones, gallinas, anſeres & ſimilia dabitur ad uſus quotidianos. Colu. in præfa. Et vt à pecoribus recedam quorum in parte auiū chortaliū & apiū cura poſita eſt. Mart.

Raucæ chortis aues. De cohortibus, & earum numero denario, quæ legionem faciūt, uide Perottum in Cornucop.

Cohum, lorum quo temo buris cum iugo colligatur, à cauo dictum, inquit Varro quaſi cahum. Cohum etiam poetæ cœlum dixerunt, à chaos, ex quo putabant formatum.

Coinquino, as, penultima correpta. Horatius.

Merdis coinquiner albis. Ouid. lib. iiii. Faſt.

Quid tamen hoc refert uitio tibi gratior ipſa eſt.

Quid facis amplexus inquinat illa tuos.

Vide in dict. Inquino.

Cois, ueſtis ſubtiliſſimæ genus, à Co, ut quidā uolūt. Alii tñ Ceam eam dici putant, uide in dictione Cea, Inſula dicta, ubi Pamphila Platis filia, prima ciue teiæ fila retorquere, ac inde texere cœpit. Hora.

Altera nil obſtat coia ſibi penè uidere eſt.

Vbi cois ſeptimi uidetur caſus.

Coix, icis, genus ſtipis, cuius folia ad textum ſunt utilia. Strabo πλέγματα αἰγυπτίακα φυτοῦ τίνος, ὅμοια σχοινικῷ, ἢ φοινικῷ. hoc eſt, Coicina texta in Aegypto fieri è quodam frutice, ſimilia iſſces utq; palmes.

Colaphizo, as, κολαφίζω, eſt pugno clauſo verbero.

Colaphus, & Colaphū, penul. cor. κόλαφος. Terentius Plus quingentos colaphos infregit mihi. Alapam incutere, eſt manu extenſa verberare.

Colaſis, genus pœnæ eſt, quod adhibetur caſtigandi uel emendandi gratia. Cornuco.

Colax, Græcè, Latinè aſſentator dr̄, & eſt nomē paraſiti ab aſſentando. Eſt enim κολακεύω, adulor.

Colchi, ſiue Cholchis, idis, regio iuxta Pontū, regnū Oetæ regia. Habet in ſe iuga Caucaſi, atq; hinc Calpium, & Hircanū habet mare, hinc Mæotim. Ferūt Iaſonem Theſſalum, cum Argonautis nauigaſſe, ut uellus aureū raperet, in ea, Sibaris, Colchorum regia eſt. Hæc (vt Ptol. ait) monte Corace à Septentrione clauſa eſt (qui eſt Caucaſi pars, & Nomades excludit) Ab Oriente, Hyberia, à Meridie Phaſide, & Armœniæ montibus. Ab Occidente, Euxino ponto. A colchis fit Colchicus, a, um, Hora. li. ii. Carmi.

Ille venena Colchica. Et Colchiacus. Proper.

Colchis colchiacis urat ahena focis.

Coleus, teſtis, à colo, is, qđ colat mulieris pubē, vñ illud in Priap. Stamus ſub Ioue coleis apertis. Dr̄ etiā Culeus. Mar. Quū depilatos chreſte culeos portas.

Colleulus, per ſimplex I, eſt exiguus ac tener, braſſicæ uel uitis caulis. Varro, Capreolus eſt coliculus uiteus, intortus uel cincinnus.

Colidos pe. cor. inſula in Oceano Indico, Veneri ſacra, quæ tantæ altitudinis eſſe perhibetur, ut illuc aues non aduolent.

Colina, per ſimplex I, à colo, is, quā poſtea Colinā, deinde à coquendo, Coquinam uocauere, q ibi colebant ignem locupletiorem.

Coliphium, panis genus, ἀπὸ τοῦ κώλου, forma diminut. Eſt enim Colix ſubcinericius panis. Plaut.

Coliphia mihi ne incocta detis. Hoc pane vtebantur athletæ. Iuuena. Luctantur paucæ, comedũt coliphia paucæ, uos lanam trahitis. Celſus lib. iiii. Si malũ inueterauit, athletico uictu corp' firmãdũ ẽ

Colis, per ſimplex l, ſignificat pampinum. Var. Pampinare eſt ſarmento coles qui nati ſunt, de his q plurimũ ualent, ad ſecundũ, nõnunquã etiã tertiũ relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus, ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. Item Colis dicitur quaſi caulis, pro haſta & fuſte membri virilis. Celſus lib. iiii. Tum in maſculis iter urinæ ſpacioſius & compreſſius à ceruice huius deſcendit ad colem. Hinc Colei, quãuis & à colendo quidam deducãt. Huius ſuprema pars, Glans adpellatur, & pellicula quæ glandem tegit, Præputium dicitur. Item Colis dicitur caulis. Horat. lib. ii. Serm.

Cole ſub vrbano, nihil eſt elutius horto. Sic dicimus Ploſtrum pro plauſtrũ. Clodius pro Claudius.

Colitiæ, vocantur maiores ſulci, in quibus aqua, ſi redundat excoletur. Dicuntur & Elices foſſæ quædã, in eundem ferè uſum. Colu. vocat Colliquias lib. ſecundo, quum ait, Cauebitur vt patentes liras, crebrosq́ ſulcos aquarios (quos nonnulli elices uocant) faciamus, & omnem humorem in colliquias atq́ inde extra ſegetes deriuemus.

Colla, à Græcis dicitur, quam nos glutinũ dicimus.

Collabefactari teſtula, ſign. eiici ex vrbe per ſigna teſtarum.

Collabello, labra adiungõ. Laberius, Perge iam collabella oſculum, hoc eſt, iunctis labris oſculare.

Collachrymo, & collachrymor dr̃, vide Lachrymo.

Collare, vinculi genus quo canũ colla adſtringũtur, & Meliũ vocauit antiqtas. Fit ex corio firmo cũ clauis capitatis. Plaut. in Capt. Collus collariã caret.

Collactaneus, qui eiſdem mammis eſt nutritus.

Collacteus uero, qui uno & eodem lacte. Iuuena. Quid dicat notæ collacteã mauræ. Martia. Sed quòd ſororis eius amica & indiſcreto fœdere collactea uideretur.

Collatina porta, Romæ à Collatio oppido dicta, propè Romam.

Collatina Dea, quæ collibus præſidebat.

Collatiuũ ſacrificiũ, quod ex collatione offertur.

Collatium ventrem, magnum & turgidum Plaut. dixit, quia in eum omnia edulia conferuntur.

Collatio, dicitur quod in unum confertur, ut in lib. Machabæorum. Vir fortiſſimus Iudas collatione facta, duodecim millia dragmas argenti miſit Hieroſolymam &c.

Collatis ſignis, ſignificat unum in locum ad pugnam perlatis.

Collatitius, a, um, quod collatum eſt. Apul. lib. iiii. Coraula doctiſſimus, collatina ſtipe de menſa paratus, pecunia enim quæ confertur à populo, Collatitium dicitur.

Collecta, ſeu Collectanea, dicſitur ſcripta quæ ex pluribus excerpta locis, in unum lecta ſunt.

Collectitius, a, um, quod collectum eſt. Cice. Mario, Signa & tyrone & collectitio exercitu, cum legionibus robuſtiſſimis contulit.

Collegæ, penul. prod. dicuntur duo eiuſdem poteſtatis ſimul miſſi. unde & collegium, quod eſt proprie collegarum ſocietas, quamuis de aliis etiam dicatur. Liuius ꝓprie dixit Conſulum collegium q duo erant. Improprie Neratius iureconſultus, qui exiſtimat tres collegium conficere poſſe.

Collibrum, genus pœnæ, vel pecuniæ.

Colliculus, per duplex ll, ſignificat paruum collem. Apul. lib. i. flor. Colliculus ſepimine conſecratus.

Collido, is, pen. prod. ſimul percutio. Lactan. de Ira. Duriſſimi rigoris materiæ, ſi ictu vehementiore colliduntur, ignis excutitur. Hierony. ad Helio. Super nudam metuis humum exeſa membra ieiuniis collidere, ſed Dominus tecum iacet. Hinc Colliſio, quæ eſt duorum corporum ſonus.

Colligas, docet Plin. lib. xxxi. uocari quaſdam ſpeluncas in quibus Amphronitum inuenitur.

Colligere rationem, dicimus recte cõputare; ita, ut quæ colligenda ſunt, colligantur, & quæ ſubducendæ, hoc eſt, detrahenda, detrahantur. Ce.

Colligo, is, pen. correpta. In vnum redigo. Verg. Colligere arma iubet, validisq́ incumbere remis. Inde Collectio. Quandoq́ aufero. Lucilius, Ruis huc & colligis oĩa furtim. Q̃nq́ lego. Verg. Collige virgo roſas. Quum uerò dicimus, Colligo me, colligis te, tunc pro reficere, & quaſi dilapſum ſpiritum in unum redigere ponitur. Cice. Sed manifeſto furto perturbatus, vbi ſe collegit. Idem libro iiii. Tuſc. Quid eſt autem ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes, rurſum in ſuum locum congerere? Quod ſi alium caſum damus, vt, collegit ſe in arma, idem eſt quod parauit, muniuitq́. Collegit ſe in iram, id eſt, excitauit. Vergil.

Subſtitit Aeneas, & ſe collegit in arma.

Colligo, as, penul. corre. ſimul ligo. Plaut. in Amph. Neq́ eum colligare quiuit quiſquam in cunabulis.

Collimare, quandoq́ ferire ſignum deſtinatum oculis colimatis. Cic. lib. ii. de Diui. Neq́ eſt enim qui totũ diem iaculatus nõ aliquando collimet. Apud Plau. ſignificat obliquis oculis aſpicere. Collimatis, inquit, oculis ad umbram meam.

Collina porta, Romæ à colle quirinali ſic adpellata. Ouid. Tẽpla frequentari Collinæ ꝓxima portæ

Nunc decet, à Siculo nomina rege tenet.

Eadem nunc Salaria uocatur, quod nomen quoq́ viæ eſt, in quã exit. Corneli. Tacitus, Tertiũ agmen, per Salariam Collinæ portæ adpropinquabat, per eam ſalem Sabini deferebãt, ideò Salaria uocitata.

Collinio, as, ad lineam rectum facio. Aug. cor tuum quàm diu paruum eſt, & diſtortum, non poteſt collinari rectitudine Dei.

Collis, per duplex ll, minor mons, & quaſi monticulus. vnde Roma Septicollis dicta eſt, quòd ſeptem habeat colles. Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cœlium, Viminalem, Exquilinum, & Ianicularem. Et à colẽdo dicitur. Varro. Quòd primum ex agro fructus capiebat campus dictus eſt. Poſtea quàm ſuperiora loca colere cœperunt, à colendo coles ade

pellarunt. Sed metri gratia à poetis l, interpoſitum eſt. Colles etiam dicuntur dorſa. Nam ſpina humilis uallecula, eminentes pulpe ab utroq; latere ſpeciem habent collium.

Colloſſus, per duplex ſſ. ſtatuæ moles, turri par, à colon membrum, ſeu ἀπὸ τοῦ κολάζειν, quod eſt cruciare, & modum excedere in aliqua re. Nā propter magnitudinem inamabilis erat ob ſumptuum magnitudinem. Statuam Solis, (ſeu ut quidā aiunt Iouis) apud Rhodum centum & quinq; pedes altā, ex ære Carea Lyſippi diſcipulus feciſſe tradit. Quæ poſtea, poſt quinquageſimum ſextum annum, ex terræmotu fractis genibus corruit, nec Rhodii ipſam atollere auſi ſunt, oraculo quodam prohibiti. Hoc inter ſeptem miracula maximum oēm confeſſi ſunt. Soldanus Aegypti quum inſulam inuaſiſſet, ex ære huius ſtatuæ, quam confractam reperit, nongentos chamelos oneraſſe fertur, atq; in Alexandriam terreſtri itinere tranſmiſiſſe. Eius digiti maiores fuerūt quàm pleræq; ſtatuæ. Duodecim annis perfectum fuiſſe tradunt, trecentorū talentorū pretio. Ab hoc coloſſo Rhodii Coloſſenſes adpellati ſunt, quibus ſcribit Apoſt. Dicitur etiam Coloſſeus. Plin. libro xxxv. Nero princeps iuſſerat coloſſeum ſe pingi cē tum & uiginti pedes in linteo, incognitum ad hoc tempus. Lampri. in Alexandro. Statuas coloſſeas, in vrbe multas collocauit. Victru. coloſſicas uſurpauit. Alioqui Romæ amphiteatrum hodie coloſſeum vulgò dicitur à coloſſo. Mar. Hic vbi ſidereus propius uidet aſtra coloſſus. Ariſtides autem in oratione ad Colloſſenſes præclara ſcribit, incipiens uſq; à primis habitatoribus Rhodi. Suidas. κολοσσὸς ἄγαλμα, ὥσπερ ὁ Ῥοδίων κολοσσὸς διὰ μέγεθος καταπληκτικὸς ὤν, οὐκ ἦν ἐράσμιος, οὕτως οὐδὲ Σεβαστιανὸς διὰ τὸ ἀφιλοχρήματον θαυμαστὸν ἦν. id eſt, coloſſus ſtatua, quemadmodum Rhodiorum coloſſus propter magnitudinem deterrens exiſtens, non fuit amabilis. Sic neq; Sebaſtianus propter prodigalitatem admirandus fuit. De Coloſſo Domitiani Pompeii, Solis & Apollinis, Vide Perottum in Cornu.

Colluco, as, penulti. produ. apud Catonem ſignificat profanæ ſyluæ ramos decido officientes lumini.

Collum, per duplex ll, pars corporis, à colo, is, ut quidam putant, quia hæc præcipue pars torquibus ac monilibus ornari conſueuit. Hinc Decollo, & Subcollo, de quibus ſuis locis, legitur & Collus apud Plautum.

Collum obſtrictum, ſeu collum obtortum, uerbum eſt iuris, nam in ius collo conſtricto rei trahebantur. Plautus in Cur. Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Hierony. Obtorto collo me in ius trahis.

Colluuiaria, dicta ſunt in ductibus aquarū, per quæ colluuies, & immunditiæ eiectantur. Victru. libro viii. Etiam in uentre colluuiaria ſunt facienda, per quæ ui ſpiritus relaxetur.

Colluuiaris porcus, dicitur qui in colluuie nutritur cibo permixto.

Colluuio, onis, & colluuies, ei, Vide in dictione Alluuies.

Colluſtilo, penul. cor. fœdo, dedecoro Pacu. Hæc ſamigeratio te honeſtet, & me colluſtilet, ſi ſine dote duxeris.

Collyrida, penult. cor. panis triangulus, & modicus, qui alibi dicitur torta panis. Hierony. lib. ii. Reg. Et partitus eſt tam, viro quàm mulieri ſingulis collyridam panis unam.

Collyrium, medicamentū oculorū. Auguſt. Cecus qui vngitur, collyriū in manu medici non uidet. Hora. Oculis collyria lippis. Et non ſolum oculis adhibetur, ſed aluo quoq; ſubiicitur in cura equorū & boum, ut autor eſt Columel. qui libr. vii. ſcribit. Salis ſextans, cum decem cæpis conteritur, & admiſto melle decocto, collyria immituntur aluo atq; ita citatus bos agetur. Idem, Melle decocto, & ſale, collyrium tenue inditur foramini quo meat urina, collyrium inſeritur naturalibus.

Colo, as, penultima producta. Manilius,

Et colare uagos inductis retibus amnes.

Eſt autem collare pauxillatim liquorem aliquem ſtillatimq; emittere. Apul. lib. Flo. de Gymnoſophiſtis. Non illi norunt aruum colere, uel aurum colare, uel equū domare. Vnde & Cols dicta, per quam liquor emittitur. Inde compoſitum Percolo. Columella lib. viii. Nam maxime refert primo quoq; tēpore ferrum percolari.

Colo, is, colui, cultum, adoro veneror. Ver. lib. ix.

Summe Deum ſancti cuſtos Soractis Apollo

Quē colimus. Augu. lib. x. de ciui. Dei, Dicimur colere homines, quos honorificatione, vel recordatione, vel præſentia frequentamus. Plautus, Ego te ſemper vt parentem colui. Colimus pares amore & officio, minores humanitate & beneficijs, hoc eſt, amamus. Hinc Cultus, & Cultura, quam Græci latriam vocant. Item colere, exercere. Liui. lib. i. Abi, nūcia Romanis, cœleſtes ita velle, vt mea Roma caput orbis terrarū ſit, proinde rem militarē colant. Item habitare Plaut. in Aul. Hanc domum iam multos annos ego poſſideo et colo. Vnde & cœlicolas dicimus, quod cœlum colant inhabitando, tanquam quoſdam cœli colonos, Item diligere. Terenti. in Heaut. Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt. Item ducere. Verg. lib. iii. Georg.

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.

Itē arare, ſeu quoquo modo, terras aptare. Columel. lib. i. Nam vbi ſedulo colitur ager, plerunq; compēdium, nunquam (niſi cœli maior uis aut prædonis inceſſit) detrimentum affert. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & colonus. Item ornare. Plaut. Quin tu te colis antequam exeas domum. Cice. Erat enim non iam grauis, quàm elegans & faceta & culta oratio. Hinc cultus corporis, dicitur ornatus, à colo fiunt compoſita Accolo Circuncolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo, penultima correpta.

Colobium, genus tunicæ, quo antiqui Romanorum vtebantur, ſic dictū quòd ſine manicis eſſet ac muti

ſoret ad narrandam. Iuue.
De Quintiliane colorem.

Ab hoc nomine fiunt compoſita, concolor, eiuſdẽ coloris. Diſcolor, Verſicolor, diuerſi coloris. Decolor, quod eſt colore uitiato. Et habent penult. corr. Dicitur & colos.

Colora, Latinè conſarus Apitius lib. ii. Vel camarã defrutum mittas, quod Romani coloram vocant.

Colorbaſus, nomen hæretici qui vitam omnium hominum in ſeptem ſideribus conſiſtere affirmabat.

Coloræ veſtes, ſunt quæ ex lana non tincta, hoc eſt natiuo colore factæ ſunt.

Colorificus, a, um, quod colorem facit.

Coloro, as, pen. prod. colorem induco, cuius contrarium eſt Decolor. Senec. Fulmen aut colorat, aut decolorat. Decoloratur id cuius color vitiatur, nõ mutatur. Coloratur id, cuius alia fuit quàm ſit facies. Inde Decoloratæ manus, dicuntur maculoſæ. Faonti. lib. i. Strategematon. Quod ab itinere ſtrigoſiores notabat equos, & coloratiora hominum, ut ex via corpora, id eſt, fuſca. Claud. ad Stiliconem.

Quomodo montibus Idæ
Nigra coloratus produceret agmina Memnon.

Colos, Græce, Latinè podex, à colo colici dicuntur. Colum etiam morbum dicunt, quem primus in Italia ſenſiſſe Tyberius princeps dicitur, quum antea eſſet ignotus. Cc.

Coloſtrum, & coloſtra, æ ſpongioſa lactis denſitas à partu primo. Mart.

Surripuit paſtor quæ nondum ſtantibus hœdis,
De prima matrum late coloſtra damus.

Palladius, Coloſtram vocant paſtores, illud exiguũ lactis, in quo eſt ſpiſſior natura. Eſt & coloſtra, morbus quo lactantes tentantur, ſi biduo à partu maternum lac guſtauerint. Qui coloſtrati dicſitur dẽſato in caſei ſpeciem lacte. Ideo infantibus nutricis, nõ matris lac exhibere cõuenit, qa matris exitioſũ eſt.

Colotes, nomen uiri Tei, qui pictor fuit, cuius meminit Quintilian. lib. ii.

Colotos, pen. prod. κώλωτος Ariſt. lacertæ genus facit, alii Colotem, alioqui quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

Colpos, & colphus, ſinus adpellatur.

Coluber, pen. cor. ſerpens qui umbras nemorum incolit. Anguis & Hydrus, qui in aqua. Serpens, qui in terra ſerpit. Draco tẽpli, ſed ſæpe cõfundunt. Hiero. ad Præſidium de colubro ſic ſcribit, Coluber ad bibendum, veniens, in aqua venenum deponit, ne eſſ venenum aqua concretum occidat. Nudum hominẽ timet, veſtitũ perſequitur, caput tamen ſuum celat vbi ſcit eſſe mortem ſuam. Serpens quidem ſi ſemel calamo percutiatur, moritur, ſin vero iterum percutiatur, confirmatur. Brumali tempore infirmior efficitur, & à ſoricibus vincitur. Igitur ante hyemem circa ſe colligit ſegetes, vt illæ ſibi eſcam præbeant.

Colum, pen. prod. genus uaſis uinarii viminibus contexti à colando dictum. Verg.

Colaq; prælorum fumoſis diripe tectis.

Dicitur & ab aquis bus colas, unde Colum niuariũ, dicebatur vas ex lapide ſpongioſo factum, ad colãdas niues. Dicitur etiam colum uas linteum per quod vinum defluens, percolatur. Figuratur à ſummo patulum, faſtigiatum in imo, quaſi in metæ modum.

Columbar, genus uinculi. Plaut. in Ru. Illic in columbum credo leno vortitur. Nam in columbari collus haud multo poſt erit.

Columbaria, etiam inſula eſt in mari Thuſco.

Columbaria, & re, adiectiuum. Columella libro nono, Cæterum cibos iuxta parietem conuenit ſpargi, quoniã ferè partes hæ colũbari carent ſtercore. Palla. Columbari cellæ duo ſubiecta cubicula fiant.

Columbarium, ſiue columbaria. æ, propriè locus ubi habitant columbæ agreſtes. Nam domeſticarum, q Græce Periſtere dicitur, Periſtereones vocamus. Palla. Columbarium poteſt accipere ſublimis vna turricula in prætorio conſtituta, leuigatis & dealbatis parietibus. Colu. lib. ix. Qualia columbariæ tectis ſuperponuntur. Græce Periſterotrophia, columbaria dicuntur. Propriè tamen columbarium loculamentum in Periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Var. lib. iii. Singulis paribus columbaria fiunt rotunda in ordine crebra. Columbaria ſingula eſſe oportet, vt os habeant quo introire & exire poſſint.

Columbarius, qui colũbas curat. Var. Ipſæ propter pullos quos habent vtiq; redeunt, niſi à coruo occiſæ, aut ab accipitre interceptæ, quos columbarii ſolent interficere.

Columbatim, aduerbium, ſignificat ad ſimilitudinẽ columbæ.

Columbinus, a, um, quod eſt ex columbis. Plinius, columbinus fimus in aqua decoctus.

Columbus, & columba, in ſingulari. In plurali magis fæminino genere vtuntur autores. Verg.

Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Mar.
Nec uiolas teneras præduro dente columbas.

Quidam hoc nomen à colendo deducunt, quod ibi bos colat. Var. li. iii. à culminibus, quòd colmina, id eſt culmina villæ ſumma petant. Nam propter naturalem pauorem alte nidulantur. Et de domeſticis quidem & agreſtibus, Columbi Palumbes dicuntur tamẽ de ſyluestribus. Varro, Duo genera earum in periſterotrophio eſſe ſolent. Vnum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus uillæ, à quo adpellatæ Columbæ, quæ propter timorem naturalẽ ſumma loca in tectis captant. Alterum columbarũ genus eſt clementius, quod cibo domeſtico intra limina paſcitur. Columbæ agreſtes, à colore, Liuiæ dicuntur, quaſi liuidæ. Domeſticæ verò, cellares. Ex columbo agreſti, & columba domeſtica, uel è contrario, naſcitur genus tertium columbarum, à noſtris Miſcellæ dicuntur, ob duorũ generum cõmixtionem. Columbos eſſe in tutela Veneris ideo fictum putant, quia fœtui ſæpe indulgent. Cc.

Columella, pen. prod. nomen autoris, qui de agricultura tam verſu quàm proſa eloquentiſſime ſcripſit. Quo nomine ſignificatur maior ſeruus in familia. Et videtur diminutiuum à columna. Luci. Columel

ſa hic ſitus Metophranes.

Columellares dẽtes, à Plinio dicti ſunt in equis. Varro libro ſecundo de Re.ruſt. Incipientes quartũ agere annum, iiſdem eiiciunt & totidem eiiciunt proximos eorum quos amiſerunt, & incipiũt naſci, quos vocant columellares.

Columen, pen.cor. Teren. in Phor. Eho bone cuſtos ſalue columen noſtræ familiæ, cui commendaui filium hinc abiens meum. Vbi Donatus, Columen familiæ ſuſtentatio, uel decus, unde columnæ dictæ. Plautus in Caſ. ſed eccum egreditur ſenati columen præſidium populi.

Columis, & Incolumis, penultima correpta, vtrunq; ſumitur pro ſano. Plaut. in Tri. Neq; ita vt ſit data columen te ſiſtere illi, & detraxiſſe autument. Cic. li. ad Heren. Caſu & fortuitu nauis in portum incolumis delata eſt. Hinc columitas, & Incolumitas, pro ſalute. Idem Treba. Itaq; ſi quis erit mihi aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate, in qua ſunt omnia agenda. Et lib. iii. ad Heren. Dicebat nullam vtiliorem eſſe incolumitate.

Columna, regia ciuitas in Brutio, ut eſt apud Pomponium. Hunc locum Græci Stylida vocant, id eſt, columellam. Ea turriculæ modo erecta, ex aduerſo turrem in Peloro [illegible] iam reſpicit. Hodie à multis adpellatur Stylarion.

Columnæ, dictæ ſunt, quòd culmina ſuſtineant. Hinc Intercolumnium, quod eſt ſpacium inter columnas. Cicero lib. iiii. ad Heren. Aedes, intercolumnium, angulum fornicem. Columnarum tria ſunt genera. Teretes, quadrangulæ, ſtriatæ. Quæ ſuperponũtur columnis Epiſtylia, hoc eſt, capitella, quæ ſupponuntur, Baſes ſiue ſpiræ dicuntur. Autore Quintiliano antiqui columnam dicebãt, detracta n, litera pro columna. Vnde per diminutionem Columella dicitur pro Columnella. Apud veteres ſerui maiores in familia dicti ſunt columellæ, vel à Columna, vel Columine, ſicut columen familiæ, apud Plaut. & Terentium.

Columnæ Herculis, duæ eſſe perhibentur in Occidente, quia ex oceano, mare noſtrum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterũ in Aphrica Abylam uocant, Alterum in Europa Calpen. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuiſſe finxerunt, ſed Herculem diremiſſe colles. Aliqui tamen hos montes ꝓcul ſpectantibus geminas columnas videri dicunt. Alii dicunt columnas Herculis in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorum, ad quas proficiſci ſolebãt qui nauigationem abſoluiſſent, tanquam Herculi ſacra facientes.

Colũnatio, à colũno, uide in dictione Marmoratio.

Columnus, à veteribus dicebaẽ, q nunc culmus. Cc.

Colurus, ra, rum, dicitur, quod eſt ex materia coryli.

Colorus, pen. prod. dicitur. ſunis ille, qui viſum noſtrum mutilat. Fit enim à Græco κολοβόω mutilo trunco. Sunt autem duo circuli in ſphæra, maiores, qui dicuntur Coluri, quorũ intereſt diſtinguere ſolſtitia & equinoctia. Truncus dicitẽ hic circulus, quoniam ſolum vna eius medietas adparet, alia nobis occultaẽ. Ex interſecatione quã facit, nomen quoq; ſortitur. Colura in alia ſignificatione Græci animalia, caudam non habentia, vel mutilam caudam habentia, quæ in ſacrificiis non offerebantur. Accipiẽ pro horizonte, qui eſt circulus diuidens inferius hemiſparium à ſuperiore.

Colus, maſculini generis, tormenti genus quod fit ex corio, ſicut ait Feſtus.

Colus, fœm. gene. tam quartæ quàm ſecundæ declin. inſtrumentum quod penſa continet, à quo fuſo fila ducuntur, habetq; penultima correpta.

Ouidius libro quarto, Metamor.

Et colus & fuſus digitis cecidere remiſſis.

Collus per duplex ll, apud Plautum pro colo legiẽ.

Colymbades, vocabantur oliuæ, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod innatare eſt. Nam propter ſuam leuitatem vrinabant. Cc.

Colybus, penultima correpta, Latine nummus diciẽ. Colybiſtes, nũmularius. Cicero in Ver. act. v. Colybus eſſe qui poteſt, quum vtantur omnes vno genere nummorum? Colybos (inquit Pollux) eſt permutatio pecuniæ, à quo qui id exercent, colybiſtæ uocantur. Hiero. Colybiſtas à colybis vocatos tradit. Colybia uero (ut ipſe ait) ſunt quæ tragemata bellariaq; dicuntur, ciceris frixi, vuarumq; paſſarum uilia munuſcula. Vnde colybiſtæ, pro nummulariis formis minutatim exercentibus dicuntur. Suidas κόλυμβον εἶδος νομίσματος. id eſt, colymbon ſpecies nomiſmatis. Teoph. lib. de gemmis, colymbon vocari tradidit genus ponderis, hoc modo. Minimum pondus eſt hordeum, ſequens colymbus.

Coma, æ, breuis capillorũ ornatus, ἀπὸ τοῦ κέπτειν, quod eſt incidere, ſicut apud Latinos, à cedendo Cæſaries. Eſt & genus morbi, ſimile veterno. Inde comaticus. Cc.

Comagena, pen. prod. regio Syriæ, quæ propius adiacet Amano monti. unde comagenum medicamentũ dictũ, quod fit ex adipe anſerum, cum cinnamo, caſia, pipere albo, & herba quæ comagenæ uocatur, utiliſſimum ad multos morbos.

Comare, eſt longiorem comam habere. Gell. Equum fuiſſe dicunt magnitudine inuſitata, ceruice ardua colore phœniceo, flaua et comanti iuba. Hinc comatus, ſicut à capillo capillatos. Hinc datum eſt nomẽ Galliæ comatæ. Per tranſlationem etiam de arboribus herbiſq; dicitur. Verg. lib. iiii. Georg.

Nec ſero comantẽ Narciſſum, id eſt, florẽ habentẽ.

Comarus, penulti. corr. arbutus, & genus mori græce κόμαρος.

Comata, paſtoris nomen, apud Theocritum.

Comata Gallia, omnis tráſalpina Gallia vno noĩe dieſt, q̃ in tria populorũ genera diuiſa eſt. Belgica, celtica, & Aqtanica, dicta, comata, à coma qa natio illa erat intonſa. Pli. li. ix. in capite cũctorũ animaliũ homini plurimus pilus, iã qdã ꝓmiſcue maribus ac fœminis, apud intonſas vtiq; gentes, atq; etiã nomina ex eo capillatis alpium incolis, Galliæ comatæ.

Comatulus, pen. cor. diminutiuum à comatus. Vnde Hierony. comatulos pueros dixit.

Combam, Sabini vocant, quam militares lecticam.

Combennones, dicũtur in eadem benna ſedentes. Eſt enim Benna, lingua Gallica vehiculi genus, non diſſimile epirrhedio. Cc.

Combino, as, pen. prod. ſignificat, quod lingua uernacula dicimus Acobiare. Auguſtinus in expoſitione Pſalmorum, Non combinata eſt cum electis eorum. Et lib. viii. confeſſ. Illic vt fortè combinati ſpatiabantur, vnum ſecum ſeorſum, & alios duos itidẽ ſeorſum pariterq́ digreſſos. Hinc combinatio, quã Græci Epizeuxin vocant, quum in oratione, eadem dictio, ſine medio duplicatur. Verg.

Me me adſum qui feci.

Cõburo, is, penulti. produ. ex con, & vro, b, interpoſita, ſicut ſuum ſimplex, vel ſimul cum aliis vro, licet quandoq́ pro conſumo ponatur, ut eſt illud in veteri Teſtamento. Videbat quòd arderet, & non combureretur.

Come, herba eſt, quam Barbam hircinam vocãt. à comæ ſimilitudine quòd folia in circuitu ſpargat. Cc.

Comedim, pro comedam, ſcripſerunt veteres.

Comedo, is, & comedo, comes, meſt. Plaut. in Trin. Quod ebibit, quod comeſt. quod facit ſumpti. Cicero, Sed ad extremum pollicetur proiaturum ſe quæ comeſt. Supinum comeſum & comeſtum. Salluſt. comeſa matrimonia, comeſa patina. Auguſtinus in manuali paſſiuum protulit. Quotidie, inquit, comederis, & ſemper integer manes.

Comedo, onis, & Comedus, di, penultima correpta q bona ſua conſumit.

Comes, dicitur qui ſequendo aliquem ſe maiorem comitat. Cicer. Non comitem, ſed ducem præbuit. Socius par eſt. Ponitur tamen quandoq́ comes ꝓ ſocio. Idem ad Her. Qui quũ ante lucem ſurrexiſſet, comitem ſuum inclamauit. & antea dixit. Et ſecum aliquantum numorum ferentem eſt comitatus. Comes quoq́, qui vtcunq́ alterius ſequitur ductum. Socius plerunq́ in negociis, ſeriis q́ rebus, & fortunæ arbitrio ſubiectis. Sodalis in leuioribus, ac ſæpe voluptuoſis. Cic. Epulabar modice cum ſodalibus, Et Sodales ſunt eiuſdem collegii. Vnde Cic. Norbanum quæſtorem ſuum adpellat ſodalem. Comes uero pro dignitate, generis commu. eſt, quamuis apud vulgus comitiſſa dicatur. Vnde ab Amiano largitionum comes dictus eſt, qui præerat largitionibus imperatoriis. Alii ꝑ dignitate comarchum vſurpãt.

Comeſſationes, proprie dicuntur cibi potusq́, qui poſt cœnam ex luxu ſumuntur, ſicut Merenda, cibus qui ante cœnam ſumitur, & Ientaculum, ante prandium. Comeſſari enim eſt poſt cœnã epulari. Sueto. in Domitia. Conuiuabatur frequenter & large, ſed penè raptim, certe non vltra ſolis occaſum, nec vt poſtea comeſſaretur. Idẽ in Vitel. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in ientacula, prandia, cœnas, & comeſſationes. Liui. libr. xl. refert Demetrium poſt cœnam, q̃a ſodales acceperat, dixiſſe. Quin comeſſatum ad fratrem imus. Interdum Comeſſationes generali vocabulo, epulationes cõpotationesq́ cũ luxuria & crapula quacũq́ hora veluti voragines menſarum dicuntur. Vnde comeſſabundus Alexandri magni exercitus dicitur à curtio, quaſi indulgens præter modum prodigis epulis Apud Ariſt. accipiuntur tanquam ſint conuiuia, ex collectione ſymbolisq́ coniecta, quæ Lacedæmonii Phiditia, Cretes Andria nuncupauerunt. Vnde ait lib. ii. Politi. Comeſſationes Phiditia nominant Lacedæmonii, apud quos vnuſquiſq́ cõferre habet, & ſi ſunt pauperrimi. Qui vero comeſſationum eſſe participes nequeunt, hi ad Reipub. gubernationem non admittuntur. Ideo autem Phiditia dicuntur, quia ſcilicet phidias, id eſt, amicitiæ & humanitatis cauſſa ſint. φ, pro λ, accipiendo, ſiue, quòd ita conſueſcerent ad parſimoniam, quæ Græce dicitur φειδώ. Andria vero cretenſes dixerunt, quaſi virilia, eò quòd viri adultæ ætatis ad ea vocabantur. Habetq́ hoc nomen primã prod. & eſum in ſupino Mart. Non albana mihi ſit comeſſatio tanti

Dicta comeſſatio à vicis, quos Græci κώμας vocãt. Veteres enim in vicis habitantes, antè quam oppida conderentur, alii alios cauſſa victus inuitabant.

Cometes, pen. prod. generis maſcul. crinitus dicitur. Eſt enim ſtella crinita. Luc. lib. I.

Ignota obſcuræ viderunt ſidera noctes.
Ardentemq́ polum flammis cœloq́ volantes
Obliquas per mane faces, crinemq́ timendi
Sideris & terris minitantem regna cometem.

Commia, genus oleæ. Cc.

Comis benignus, facilis, & ſuauis, qui erranti comiter monſtrat viam, benigneq́ & non grauatæ aliis inſeruit. hinc comitas, humanitas, & morum ſuauitas. Comiter, ſuauiter, manſuete.

Comitatus, actiue & paſſiue accipitur. Actiue. Plin. Quicunq́ cum comitati fuerant. Paſſiue, Cice. lib. ii. in Catilinam. Illud etiam moleſte, quòd ex vrbe parum comitatus exierit. Verg.

Ipſe vno graditur comitatus Achatæ.

Idẽ in ſignificatione paſſiua ſcomitatus poſuit, quũ ait, Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat.

Comitatus, us, pro comite. Sallu. Cic. per legatos cũcta edoctus, L. Valerio Flacco. Cn. Põpeio prætoribus imperat, vt in ponte Miluio, per inſidias Allobrogum comitatus deprehendant.

Comitialis, & hoc comitiale. quod ad comitium pertinet, vt dies comitialis, qui comitiis gerẽdis aptus ſiue dicatus eſt, quo cum populo agi licebat, ut inq̃t Macrobius, & quo populus Romanus conuenire ſolebat ad ſuffragium ferẽdũ. Cicero ad Q. fratrẽ. Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat. Liui. li. xxv. Dictator primo comitiali die creauit conſules. Ioue autem tonante aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. Comitialis homo, qui comitiali morbo laborat. Plin. Fel teſtudinum naribus illitum, comitiales erigit attolitq́. Dictus comitialis, quòd comitia, uitiare diceretur. Interrumpebãtur enim comitia, quo die aliq̃s cõcidiſſet. Cato, Quod comitia prohibere ſolet, nec id quidem mihi vitium fuit. Serenus,

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo,

Quod fieri nobis ſuffragia iuſſa recuſat.
Sæpe etenim membris acri languore caducis,
Concilium populi labes horrenda diremit.
Ipſe Deus memorat dubiæ per tempora lunæ
Conceptum æ alis, quem ſæpe ruina protrudit.

Hic morbus alio noſe dicitur Sacer, & morbus maior, propter grauitatẽ, quoniã homo ſubito concidit, & ſpumæ ore mouentur. Docet etiam Ariſtote. hunc morbũ à priſcis Herculeũ fuiſſe nominatum, quia Hercules eo laboraſſe fertur, idq́ ex atra bile pleriſq; cõſiſtere tradit. Plato & Apuleius Diuinum nũcuparunt, quòd animi partem rationalẽ, quæ lõge ſanctiſſima eſſe uidetur, obſidet. Græci Epilepſiã uocant, hoc eſt, contractionem, cõtrahuntur enim hoc morbo nerui. Plinius, Folia heliotropii cõtractionibus medentur, etiam ſi id comitialiter acciderit, id eſt, etiam ſi contractiones fiant ex morbo comitiali. Vulgò caducus dicitur, quòd cadere faciat. Plautus tamen Comitiales homines, in Penulo, adpellat litigioſos, qui in comitio propter lites ſẽp habitare dicuntur, inquietantes tribunal prætoris, qui ſi nihil eſt litium, litem ſerunt. Hic etiam à nõnullis Lunaticus dicitur, quum tamen ab inuicem ſeparentur, quòd eum qui interlunio natus eſt, hũc morbum ferè pati compertum eſt.

Comitiatus, us, dicitur ipſa comitialis congregatio.

Comitium, conuentus populi, quòd fiebat quando magiſtratus creabantur, à ſimul itando ſic adpellatũ. Differtq́ à Cõcilio, quòd Comitium ſit, quum uniuerſus populus conuenit. Conciliũ, quũ populi pars. Fuerunt autẽ Comitia conſularia, prætoria, quæſtoria, tribunitia, ædilitia, & omniũ deniq; magiſtratuum, qui ſuffragiis conſularibus crearentur. Illæ enim coitiones populi ad creandos magiſtratus, & ad leges ferendas, dicebantur Comitia, quorum alia calata, alia centuriata, alia curiata. Calata comitia uocabantur, quæ pro collegio pontificum haberi ſolebant, aut regis aut flaminũ inaugurandorũ cauſſa. Curiata, quæ ex curiis, id eſt tribubus quæ triginta quinq; erant, & ex cenſu, & ætate, per lictorem curiatũ, procalari, id eſt, conuocari ſolebant. Centuriata, quæ habebatur in creandis conſulibus, quum centuriatim, id eſt, per ſingulas centurias, calculus unus pro ſuffragio ferebatur. Et hæc per cornicinem ex regionibus & locis cõſtabãt. Dionyſ. lib. vii. hiſt. ſcribit, in Comitiis curiatis, omnem poteſtatẽ creandi magiſtratus fuiſſe penes populũ, in centuriatis penes diuites. Comitii nomie, inquit Gel. intelligitur locus coeundi, qui pro Aſconii ſententia in foro prope ſenatũ erat, quo equitibus Romanis populoq́ Ro. licebat coire, ibiq́ ſtãs populus ſuffragia ferebat. Cic. pro Sex. Quũ forũ, comitiũ, curiã multa de nocte armatis hoĩbus ac ſeruis pleriſq́ occupauiſſent, ĩpetũ faciũt in Fabricium, Tpr comitiorum habendorũ id erat, quod augures deſignabãt. Comitiis p hominibus Cice. ibi poſuit. Venio ad comitia ſiue magiſtratuum ſiue legum.

Comitor, pen. cor. depon. à comes fit. Et eſt proprie minorum erga maiores, quod & Comito, as, actiuũ dicitur. Ouid. lib. ii. de pon.
Quẽ pia nobiſcũ ples comitauit eſtẽ. Et lib. xiiii. Meta.
Nec non adulantes comitãt ueſtigia donec.
Eſt & Comitor paſſiuum.

Comma, atis, per duplex mm, Lati. inciſio. ἀπὸ τοῦ κόπτω, incido, genus diſtinctionis, quãdo poſt duos uel tres pedes ſupereſt ſyllaba quæ partem terminet orationis, vt Arma virumq́ cano Troiæ. Quando vero poſt duos pedes nihil remanet, Colon dicitur, vt apud Horatium. Terruit vrbem.
Quæ tamen noĩa apud oratores indifferẽter ponũtur, qui integram ſniãm Periodon adpellant, vt Nihil tibi profuit nocturnum præſidiũ palatii, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil cõcurſus omnium bonorum. Partes autem Cola & Cõmata uocant, vt apud Apoſtolum, Suſtinetis enim ſi qs uos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis in faciem vos cædit.

Commalaſſo, as, vide in dictione Malaſſo.

Cõmanducatus cibus, dicitur a Plinio multa iteratione molitus, ac prope liquefactus, quem Manſum Quint. vocat, & Commanducare idem fermè quòd vulgò dicitur maſticare.

Cõmeatus, us, licẽtia, ſiue quod dicitur Saluus cõductus, quẽ dat Imperator militi, præpoſitus inferiori, eundi quò velit ad præſcriptum diem reuerſuro. Cic. ad Heren. Ille qui ad diem cõmeatus nõ uenit, quòd eum aquæ itercluſiſſent. Liui. li. xxiii. Magna pars ſine commeatibus dilabebatur. Aliquãdo accipitur pro cibariis ad alimoniã exercitus & reipub. aut multitudinis alicuius, vel etiam priuatim. Sall. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde. Cice. pro lege Manilia. Iam commeatu & priuato & publico prohibemur. Aliquãdo pro trãſitu multitudinis. Apul. lib. vi. Sed cuneatim ſtipato commeatu difficultates tranſabiremus.

Commemoro, pen. cor. commonefacio, in memoriã reduco. Cice. in Catilin. Pythagoreorumq́ more exercendæ memoriæ cauſſa, quid quoq; die dixerim, audiuerim, egerim, cõmemoro ueſperi. Hier. in Eccle. genitiuo iunxit. Sed in die tribulationis cõmemorabitur tui. Et Cõmemorare, dicere, recitare, narrare. Cic. Quænam ſit iſtius ueteris quam cõmemorat, Academicorum, & de finibus bonorum Peripateticorum ſententia? Terentius in Phor. Quid ego nunc ea cõmemorem Demipho, ſigillatim quales ego in hunc fuerim?

Cõmendatitius, a, um, quod cõmendari ſolet, uel id quo qs uel quid cõmendari ſolet. Cicero. Et ſi ſtatuerã nullas ad te literas mittere niſi cõmẽdatitias.

Cõmendo, as, ex con & mando tribus conſtrui ſolet modis. Nam quãdoq; accuſatiuum tantum habet. Val. Max. lib. x. Quapropter nõ ludricã artẽ commendauit. Quandoq; vltra accuſatiuũ conſtruitur cum alio accuſatiuo mediante apud. & huiuſmodi, vt, Commendaui te apud prætorem. Et ſic ſumitur pro laudo. Quandoq; poſt accuſatiuum iungitur datiuus & ſignificat quaſi charũ quid cõmitto, ſed non recedit à ſignificatione laudo. Semp enim

fit cum

ſit cum charitate & laude eius qui commendatur. Plaut. Quaſi'ne amico mea cômendaui bona? Probo & fideli & fido. Cicero, Petis à me vt te quam diligentiſſime Bibulo commendem.

Commentaculum, (inquit Feſtus) virga qua in ſacris vtebantur ad ſacrificia pergentes, vt à ſe obuios homines amouerent.

Commentari, frequentatiuum eſt à côminiſcor, & ſignificat cogitare, flagitare, tractare, mentionem facere, diſputare. Cic. in Læl. Quum in hortum D. Bruti commentandi cauſſa (ut aſſolet) veniſſemus, hoc eſt, tractandi vel diſputandi. Idem, Quæ poteſt eſſe in vitio commematio? id eſt, cogitatio. Interdum ſignificat fingere, interdû cômentarium ſcribere.

Commentarium, commentarius, & commentarii, plurali numero, pro vna eademq́; ſignificatione ſumũtur, ſcilicet pro libris in quibus non late diffuſeq́; rei, ſed quo breuius poterant explicantur, quum in his ſimpliciter & quaſi per capita deſcribuntur. Cice. in Bruto, Non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum & orationis commentarium paulò plenius. Sic Cæſaris Commentarii dicuntur, in quibus ad exequendâ hiſtoriam aliis uidetur materiam ſubiecíſſe. Vnde Seneca lib. 3. Sine cômentario nunquam dixit Seuerus Caſſius, nec hoc commentario côtentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Hi autem ſi, ſinguli fuerint. Commentarium, uel Cômentarius, vel liber dicitur. Sed ſi ex multis longisq; tractatibus, breuiora conſcribuntur compêdia, Commentarii etiâ dici poſſunt, vel primus & ſecundus commentarius. Dicitur etiam Commêtarius, uel Commentarium, vel Commentaria, pro autorum expoſitione. Gellius, Eſt adeò Probi grammatici commêtarius ſatis curioſe factus. Et iterum. Nonnulli grâmatici qui cômentaria in Virgilium compoſuerût. Idem, Noſter Taurus in primo commentariorum quos in Gorgiam Platonis compoſuit, ſcriptum reliquit, Quidâ etiâ huiuſmodi Cômentû vocauerunt. Præterea Cômentarius qſi q; dicitur côṁentator, hoc eſt, qui cômentariû ſiue cômentû côpoſuit. Seruius ſup primo Georgi. Superfluâ mouent quæſtionê cômentarii. Et à Cômentarium fit diminutiuum Cômêtariolû.

Cômentitius, a, um, ſignificat partim fictum & ad têpus commentum & excogitatum; partim nouum. Aug. lib. 4. de ciui. Dei. Videtis'ne igitur ut à phyſicis rebus bene atq; utiliter inuentis; non ſit tracta ad commentitios & fictos Deos?

Commentum, expoſitio, à con, & mente quidâ compoſitum & deductû volunt; quum ſit commonitio mentis. Aliquando accipitur pro fictione, et tunc à comminiſcor fit. Terent. Commentum non placet.

Commeo, as, ex con, & meo, quanquam alii à con, & eo, is, componi uelint. Vnde Remeare, pro redire. Eſt autem commeare, vltro citroq; ire. Inde cômeatus dari dicitur, id eſt, tempus quo ire & redire commode poſſit. Et commeare, eſt ire ſeu ſe conferre. Lactantius li. iii. Quid ergo interfuit quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſſimam cômearet? Teren. in Hec. Hic raro in vrbem commeat.

Commercium, eſt libera commeandi contrahendiq́; facultas, ab iis qui merces vltro citroq́; conuehunt. Aliter Commercium eſt viciſſitudo dandi & accipiendi, à con, & merces mercium commutatio, quæ victus cauſſa inuenta fuit, ut inquit Plinius. Accipitur & pro vſu & conſuetudine. Sueto. in Claud. Gratam ſibi prouinciam ait, communium ſtudiorum commercio.

Commereo, committo. Teren. in Phor. Si ſenſerit te timidum pater, arbitrabitur commeruiſſe culpam. Et commerere, eſt meritare, ſed in malum. Idem in Hecy. Quæ nunquam quicquam erga me commerita eſt quod nollem, & ſæpe q; vellem meritam ſcio. Donat. Mereri bona, Commereri dicimur mala.

Commeto, as, penultima correpta commeo, hoc eſt, me confero. Næuius, Quum ad lupam noſtram tam multi commetant lupi.

Commigro, as, vide in dictione Migro.

Commilitones, dicuntur qui ſimul ſunt in militia. Cômilitium, ipſa belli ſocietas. Sueto. in Cæſa. Nec milites ſuos pro concione, ſed blandiore nomine commilitones adpellabat, tanquam & ipſe unus eſſet ex numero militium. Ita enim dicuntur commilitones, ſicut & condiſcipuli. Iuſtin. lib. v. Deinde cogitatione legum ſacrarum, tum ueteri per tot bella commilitii, orat miſereatur ciuium exulû. Apul. etiâ Commilitiam, æ, vſurpat.

Comminiſcor, à con, & mête dictum eſt, quum fingũtur in mente quæ non ſunt. Seu magis à con, & miniſcor, vnde & Reminiſcor, quod eſt quum quæ tenuit mens à memoria, cogitandoq́; repetuntur. Significatq́; comminiſci, dicere, fingere, diſputare, tractare. Terent. in Hecy. Aliquid tuliſſe côminiſcenſ mali. Plau. Fac ſis commentus, id eſt, memineris.

Côminus, pen. cor. ſignificat ſtatim, ſine intermiſſione. Vergilius, libro primo Georgic.

Quid dicam iacto qui ſemine comminus aruo.

Côminus etiâ à loco propinquo. Vide in Eminus.

Commiſſuræ, iuncturæ quales ſunt tabularû & aliarum rerum.

Commiſtor, à commiſceo. Vide Miſceo.

Commitigo, as. penult. correp. ſignificat tundeo, deprimo, atq; depono. Teren. in Eu. Tibi uti commitigari uideam ſandalio caput.

Committle, compoſitum.

Committo, is. aliorum fidei trado. Teren. Quem ſuæpe commiſiſti. Quandoq́; Committere eſt iniungere aliquid faciendum, & quaſi commendare, vt Rex mihi hoc negocium commiſit. Quandoq; peccare. Vnde Commiſſa dicuntur peccata. Aſcon. Commiſſa dicuntur facta contra uoluntatem conditoris. Quandoq; ſociare coniungere. Verg. lib. v.

Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.

Quandoq; doṅare, relinquere. Cice. in Ver. act. ii. Is calumniatores ex ſinu ſuo oppoſuit, qui illam hæreditatem Veneri Ericinæ commiſſam eſſe dicerent. Quandoq; facere. Saluſt. Sempronia, quæ multa ſæpe virilis audaciæ cômiſerat. Quâdoq; incipere. Vergilius, libro quinto,

Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos. Saluſt. Quibus dictis mox prælium commiſere. Quandoq; poteſtatē dare, ſeu permittere, et cauſſam præbere, & in malam partem. Sed hoc præcedente negatione, & ſequente ut, uel quamobrem. Terē. in Hecy. Nunquam tam dices cōmode, ut tergū meum tuam in fidem committam. Cicero, Nihil tibi eſſe committendum conſyderare debes, quamobrem eorum quos laudas te nō ſimillimum præbeas. Aliquando etiam ſine negatione. Idem lib. 2. offic. Periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, committere ut accuſator nominetur. Quandoq; cōparare, & in contentionē deducere, confligere. Suetonius in Caligula, Nec ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, atq; inter ſe omnes committere, id eſt, in certamen mittere. Hiero. lib. 2. Machab. Rex cōmiſit cum Iuda, & ſuperatus eſt. Proprie tamen ratione præpoſitionis con, ſignificat ſimul mittere, ſiue ſimul iungere. Gellius, Gordium nomen eſt urbis, quam Sāgarius amnis interfluit, magna ex parte cingitur fluctibus ſpeciem inſulæ præbet, ac niſi tenue diſcrimen obiiceret maria quæ nunc diuidit, committeret.

Commodata res, proprie intelligitur, ſi nulla mercede accepta, vel conſtituta, utenda res data eſt. Nam commodatum debet eſſe gratuitum.

Commodatarius, ſiue Commodo, onis, qui commodatum accepit.

Commoditas, à commodo nomine deducitur. Interdum aptitudinem quandā conuenientiamq; ſignificat, interdum vtilitatem. Cc.

Commodo, as, penulti. corre. vtile & commodum facio, ſeu commoditatem præſto. Cice. ad filium. Cui ego quibuſcunq; rebus potero libētiſſime commodabo. Sicut è cōtrario Incommodo, moleſtus ſum, & noceo ſignificat. Terentius in And. Magis adeò ut mihi incommodet, quàm ut obſequatur gnato. Cic. Cæſari, Quicquid ei commodaueris erit mihi gratum. Et Commodare eſt mutuo dare, hoc eſt, alicuius rei vſum ad tempus cōcedere. Cicero, Dando & accipiendo, mutuādisq; facultatibus accommodandis nulla re egemus. Nec rei tantum mobilis cōmodatio dicitur, ut Vlpianus exiſtimauit, ſed etiā ſoli. Plaut. Quum ædes pauperi commodaſſet. Cic. lib. 4. ad Heren. ait, cuidam ædes maximas ad nuptias commodaſſe. Et licet (ut multi aſſerunt) Commodentur quæ redduntur eadem numero, & ſpecie, ut veſtis, equus, liber. Mutuentur quæ non redduntur eadem numero, ſed ſpecie, ut vinū, frumentum, nummi. Cicero tamen in Verrem act. vi. Commodari vſus eſt ad ea quæ redduntur ſimilia. Ait enim, At publicè commodaſti, non ſine magno quidē prouinciæ Siciliæq; detrimento, tritici modios ſexaginta. Sumitur nonnunquam ſimpliciter pro impendere. Hiero. de diuo Antonio, Auditioni etiam ſcripturarum ſtudium commodabat, ut nunquam ex eius animo laberetur. Hinc fit Accommodo.

Commodum, pen. cor. fit à modo, & ſignificat vtile emolumentum. Cuius contrarium eſt Incommodū, pro damno. Cic. lib. II. ad Heren. Cauſſa eſt quæ induxit cum commodorum ſpe, aut incommodorum uitatione. Et infra, Hic accuſator in ſpe commodi cupiditatem oſtendit aduerſarii, & in vitatione incommodi, formidinem augebit. Quandoq; cōmodum dicitur bonum, aptum, conueniensq;, quaſi eſt modo & ratione. Incommodum malum, ineptum, atq; inconueniens. Sic commoditas & Incommoditas, Commodè & incommodè ſumi poſſunt. Terē. in And. Nempe incōmoditas deniq; huc omnis redit, ſi euenerit (quod Dii prohibeant) diſcenſio. At ſi corrigatur quot cōmoditates uide, Principio amico filium reſtitueris, tibi generum firmum, & filiæ inuenies uirū. Aliquando utrouis modo accipi poſſunt, ut apud eundem in Hecy. Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum eſt ferre.

Commodus, a, um, quod eſt vtile, ſiue aptum. à quo Accommodus & Incommodus. Ambroſius lib. Hexame. Nam qui icubus adcommodus eſt, fit incommodus grauioribus elementis. Teren. in Andria, Ego commodiorem hominem &c. Cornelius Cel. Sed inter omnia maxime commodum eſt modicè exercere. Plaut. in Stl. diminutiuo vſus eſt. Pro opibus noſtris ſatis commodule nuculis, fabulis, ficulis. Inuenitur etiam Cōmodum aduerbium, & ſignificat iam, ſeu tūc, id temporis, eo momento. Apule. Commodum limen euaſeram, & fores ad priſtinum ſtatum integræ reſurgunt. Idem, Intuli me, cumq; accubantem exiguo admodum grabatulo, & commodum cœnare incipientem inuenio. Idem lib. 4. Igitur in efficaci celeritate fatigatus, commodum veſpera oriente ad balnea proceſſeram. Gellius libro. ii. Taurus ſectatoribus commodum dimiſſis, ſedebat pro cubiculi foribus. Cicero ad Atticum, Commodum diſceſſeras heri, quum Trebatius venit. Quod ſignificat vix, & tunc Donatus enarrans illud Terentianum ex Phormione. Id cum hoc agebam. Commodum aduerbium eſſe temporis dicit, & Tantum ſignificare. Idem alibi exponit, Commodum huc aduenerat, ipſo eodem tempore.

Commereo, totus, uel in totū triſtor. Plautus in Epidic. Neſcio ædepol quid tu timidus es, trepidas Epidice ita uoltum uideor uidere commœruiſſe.

Cōmonefacio, cōmoneo, cuius paſſiuū Cōmonefio.

Commoneo, es, pen. correp. idem quod admoneo, nes, quod aliquando conſtruitur cum genitiuo, Quint. Grammaticos ſui officii commonemus. Plinius in Epiſt. Rei admoneor.

Commotrix, ſubminiſtra, & ornatrices. Romæ quidem (ut Feſtus ait) ſex Veſtæ ſacerdotes conſtitutæ ſunt, ut populus pro ſua quaq; parte haberet miniſtram ſacrorum, quia ciuitas Romana in ſex eſſet diſtributa partes. Hinc & inſtrumentum muliebre Cōmotriem apud Iulium Pollucem.

Commoueo, es, penul. correp. perturbo. Teren. Commoui hominem. Interdū ſignificat, à propoſito deflecto, & quod volo perſuadeo. Cicero, Viſi ſumus ſenatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum commouere. Interdum lædere. Col. lib. ii. ...

Vt dicere in maiore riſu uomis impactus colla commoueat. Interdum recedere. Cicero Tyro. Tu & cura ut ualeas, & te iſtinc te temere commoueas.

Communes animi conceptiones uocantur, quæ omnes tanquam uera & indubitata ꝓfitentur. Vt Omne totum maius eſt ſua parte.

Communes dies, ad emendationem infauſti nominis dicti ſunt, qui ueluti infelices ad oīa cauendi ſunt, prius atri dicti.

Communia uerba, ideo dicuntur, quia communiter ſimul tenentur, ſub uno ſono actiuum & paſſiuum, quo modo in nominibus genus commune dicitur, quod & maſculinum & fœmininum ſub uno ſono tenet, ut ſacerdos, canis, homo.

Communico, as. pen. cor. ex con, & munico compoſitum eſt. Munico autem à munia fit, & eſt Communicare, participare, quãdo quod eſt, aut eſſe poteſt Priuatim, fit uniuerſorum. Salluſtius, Alienum ſuis rationibus exiſtimans, uideri cauſſam ciuium cum ſeruis fugitiuis communicaſſe. Per tranſlationem ſignificat coinquinare. ut in Euangelio, Quod procedit ex ore, hoc communicat hominem. Nam populus Iudæorum, partem Dei ſe eſſe iactitans, communes cibos uocat, quibus cæteri utuntur homines, ut ſuillam carnem, oſtreas, lepores, & huiuſmodi animantia, quæ ungulas non findunt, nec ruminãt, nec ſquamoſa in piſcibus ſunt. Vnde in acti. Apoſtolicis ſcribitur, Quod Deus ſanctificauit, tu commune ne dixeris. Cõmune ergo quod cæteris hoībus patet, & quaſi nõ eſt de parte Dei, pro immundo dr̃.

Cõmunis, ex con, & munis, quod eſt munus, quaſi cũ munere, ſicut Immunis, ſine munere. Ille aũt Cõmunis dicitur, qui omnium eſt, quaſi omnibus conſentiens, à quo Communitas, & aduerbium Cõmuniter, pro quibus ueteres Municas & Muniter vſurparunt. Siquidem apud veteres Munes & Munifici nõ à largitione, quæ ignota erat, dicebantur, ſed ita adpellabantur conſentientes, ad ea quæ amici uellent. Pacuui. Nam quia tam largitio multis ignota erat, munificus nemo putabatur, niſi pariter uolẽs. Lucil. Munifici comesq; amicis noſtris uideamur uiri. Dicimus a ũt, Hoc eſt cõe omnium & omnibus, & Hoc eſt cõmune mihi tecum, uel cum cæteris.

Commuto, as penul. prod. ſimul uel contra, uel totũ ſimul muto. quod fit, quum una res pro alia datur, & ille cõmutat, qui alteri quod habet concedit, ut aliud quidpiam adſequatur. Ambroſ. Raro quãuis excelſa uirtus futuris cõmutat præſentia. Cõmutare verba, eſt altercari, & iurgia habere. Terentius in Andria, Nunquam hodie tecum commutaturum patrem unum eſſe uerbum. Et Commutare uerba, eſt pro bonis dictis mala ingerere, id eſt, iracundia in maledicta compelli, inde Commutabilis, & hoc Commutabile.

Como, is, pſi, ptum, ſignificat compono, orno, quoniam in capillꝰ plurimũ homini ornatus ſit. Ouid. lib. ii. de amore.

Comere ſed ſolas digna cipaſſi Deas.

Terentius, Dum moliuntur, dũ comuntur annus eſt.

Hinc Comptus, a, um, ornatus, politus, è quo diminut. Comptulus.

Comœdia, cum œ, diphthon. ἀπὸ τῶν κώμων, id eſt, à uico, & ᾠδὴ cantilena, genus poematis, quod in initio in uicis iuuenes quæſtus gratia cantare ſoliti eſſent, crebro conuenientes. Comœdia eõ confecta creditur, ut adfectus noſtros moderemur in alienis perſonis, expreſſamq; imaginem noſtrã uitæ quotidianæ uideremus. Eſt autẽ poema, in quo humiles ferè perſonæ inducuntur, & amores, uirginumq; raptus deſcribuntur. Huius nominis penul. cor. apud Latinos, acuitur Græcis. Suidas, κωμῳδίαι, ὕβρεις, διασυρμοί, ἐμπαίγματα καὶ κωμῳδὸς ὁ ταῦτα ποιῶν. id eſt, Comœdiæ, contumeliæ, detractiones, ludibria, & comœdus hæc faciens.

Comœdice, aduerbium ſignificat manſuete, ſuauiter, ſicut Tragice, crudeliter. Plaut. Euge aſtitiſti & dulcè & comœdicè.

Comœdior, diaris, ſignificat ridicule ac loquaciter loquor.

Comœdus, qui repræſentat comedias, ſicut Calliopius, Comicus qui componit, ut Terentius.

Cõpactũ, dr̃ quod iter aliquos cõuenit. Plaut. Rẽde cõpacto geris. id eſt, ex eo qđ inter ſe conuenerant.

Compagino, as, penul. cor. coniungo, copulo, quòd pagines ſimul iunguntur. Auguſtinus, Vt autem ſimus membra eius, unitas nos compaginauit.

Compago, & Compages, pen. produ. utroq; modo pro coniunctione & compoſitione. Ouidius.

Atq; ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ.

Pacuuius, Saluete gemini mei cõpages ſanguinis.

Cõpar, idẽ q̃ par. Liuius, Cõparẽ cladẽ ad Aegetis inſulas Carthagin ienſiũ prælio nauali acceptã, qua fracti Sicilia ac Sardinia ceſſare. Cõpar etiam dr̃ ſocius, ſeu æqualis. Hiero. lib. 2. Reg. Adprehenſoq; unuſquiſq; capite cõparis ſui, defixit gladium in latus contrarii, & ceciderunt ſimul. Rhetores Cõpar id eſſe dicunt, quod duabus aut pluribus ſententiis breuibus & inter ſe paribus exigitur.

Comparatiuus, a, um, quod adequat. unde dicimus comparatiuum gradum, cuius proprium eſt ſuperare poſitiuum in ea qualitate quã obtinet, licet quandoq; pro poſitiuo ponatur. Fit autẽ Comparatio, ut docet Priſcianus, ad unum uel ad plures, tam ſui generis q̃ alieni, quãuis Græci honoris cauſſa ſuæ gentis, magis quàm ratione ueritatis dicant, non poſſe ad multos ſui generis fieri comparationem.

Statius lib. viii. Thebaidos.

Sed pectora flectas,   Et melior ſis quæſo Deis.

Valerius Max. li. iiii. Idẽ ſentit Fabricius Lycinius, honoribus & autoritate omni ciue tẽporibus ſuis maior. Et lib. vi. Tertiũ te importuniorẽ ſuperioribus habere cœpimus rectorem. Comparatiua & ſuperlatiua quæ à præpoſitionibus ueniunt, præter ſuã conſtructionẽ ablatiui & genitiui, aliquando accuſatiuo iunguntur. Cicero ad Octauium. Propius vrbẽ. Salluſtius, Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt.

Comparo, as, penultima correp. ſignificat adæquo,

Terentius in Eunucho, Haud ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Item conſtituo, adapto. Ambr. libr. primo, Officiorum, Ita te cõpara, ut quaſi puer iniuriam non teneas, malitiam non exerceas. Item præparo. Cicero in Verrẽ, Acti. ii. Vt erat inter eos copioſus cõuiuium comparabat. Item do. Idem ibidem, Et omni gemitu ac dolore certa merces comparabatur. Item ſocio, coniungo. Plautus in Aſinaria. Prehende auriculis, compara labella labellis. Item compono, machinor. Siſen. li. iiii. hiſt. Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparauerint, & Comparare, emere. licet Hieronymus contra Rufinum inueniri neget. ſed nemo eſt qui incuria nõ aliquando labatur, vt verum ſit quod Horatius inquit, Quandoq; bonus dormitat Homerus. Cato de Re ruſtica. Prædium quum comparare cogitabis, ſic in animo habeto. Liui. lib. ii. Annonæ imprimis habita cura, & ad frumentum cõparandum miſſi, alii in Volſcos, alii cumas.

Compaſco, is, ſimul paſco, vnde compaſcuus ager, q relictus eſt ad paſcendum communiter vicinis.

Compedes, penultima correpta, à ſingulari compes, quod non eſt in vſu, vinculi genus eſt, cuius arctura rei cuſtodiuntur, à compedio, is, quod ex con, & pedio componitur. & eſt tam maſculini quàm fœminini generis. Hieronym. in Hiere. Aggrauauit compedem meum. Genera compedum ſunt numellæ, boiæ podicæ, neruus.

Compedio, as, occido. Auguſt. ſuper Leuit. Solet & vulgò apud nos dici, compediauit illum, quod eſt, occidit illum.

Compeditus, a, um, pen. produ. à compedio fit, & ſignificat quod compedibus illigatum eſt. Varro, Domũ intro, & pedes corrigiis impedio. Hiero. ad Rufinum ad linguam tranſtulit. Compeditam putas linguam eius, & inextricabilibus nodis ligatam vix in humanum ſonum erumpere.

Compello, is, puli pulſum, cõſtringo. Hiero. ad Heliodor. Vt hæc tibi frater dicerem, compulit me tua dilectio, & compellere, eſt ſimul iungere. Plaut. in Aſinaria, Quæ uolet faciemus, qui hoſce amores noſtros diſpulſos compulit. Quod & de animalibus brutis dicitur, quum in vnũ locum, vel diuerſa, aut diuerſorum animalia, congregantur. Vergilius, Compulerantq; greges Corydon & Thyrſis in vnũ. Proprie verò eſt ſimul pellere, collidere. vnde compulſo.

Compello, as, ad aliquam loquor. Verg. lib. ii. Vltro flens ipſe uidebar Compellare uirum. Aliquando infamo, accuſo. Suet. in Cæſa. Eodẽ modo Nonium quæſtorem, quod compellari ad ſe maiorem poteſtatem paſſus eſt.

Compendiarius, a, um, breue, & ſummum, ſiue optimum. Cice. lib. ii. Offic. præclare Socrates hanc viã ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis ita ageret, ut qualis haberi vellet talis eſſet.

Compendioſus, a, um, quod eſt valde vtile. Columel. lib. i. Quod & per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen ſit compendioſum. Interdum dicitur valde breue, quòd ea quæ ſimul penduntur, celerius expediantur.

Compendium, à compendo, quod in vſu non eſt, quũ tamen compenſo eius frequentatiuum inueniatur, quòd ima compenderet. Et eſt id quod parſimonia quadam ſeruamus, ſicut è contrario Diſpendium, quod vel incuria, vel immoderatione diſpendimus. Pli. Bubulas carnes, caules caprifici, magno lignorum compẽdio percoquunt. Idem Magno id lignorum diſpendio fit, addito ſale, nam percoqui integro die vix poſſunt, Compendium dicitur etiam utilitas, lucrum. Et Diſpendium damnum. Tibul.

Nec vagus ignotis repetens compendia terris,
Preſſerat externa nauita merce ratem.

Cicero lib. iiii. ad Herennium. Duæ res ſunt quæ poſſunt homines ad turpe compendium commouere, Inopia atq; Auaritia, & cõpẽdium breuitas. in qua tamen vtilitas ſit, quales ſunt libri in quibus breuiter materia colligitur. Vnde Plau. in Mil. quàm potes, tam verba confer ad compendium. Vnde & cõpendii uia, breuis uia dicitur. Hierony. in librum ſecundum Regũ, Currens Achimas per uiam cõpendii, tranſiuit cuſi. Compendifacio, duco ad compendium. Id eſt, breui utor oratione, apud Plautum.

Compenſo, as, quaſi ſimul pondero, retribuo. Hiero. in prologo in Amos prophetam. Sterilitas terræ cõpẽſatur pecorum multitudine. Valerius Maximus, Tarditatem ſupplicii, grauitate compẽſat. Modeſt. Cõpenſatio eſt debiti, & crediti, inter ſe cõtributio.

Comperendino, as, pen. corr. ſignificat in longum de die in diem differo. Hiero. ad Paulinum, Quo detentus opere implere non potui, quod promiſeram tibi, & Danielem noſtrum rurſus comperendinaui. Inde comperẽdinatio, quæ eſt (ſicut docet Aſconius) ab vtriſq; ligatoribus inuicem ſibi denunciatio in perendinum diem. Nam quum rem aliquam agerẽt litigatores, & pœnas ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem, qui dabatur poſt trigeſimum diem. Quo dato, inter ſe comperendinum, ut ad iudicem venirent, denunciabant. Quò quũ eſſet ventũ, antequam cauſſa ageret, quaſi per iudicem rem exponebant. Quod ipſum dicebatur cauſſæ coniectio, quaſi cauſſæ ſuæ breuis coactio. Cice. in Verrem Acti. ii. Vt his ludorum diebus interpoſitis, nemo iſtum cõmperendinatum iudicaret. Dies comperendinatis dicebatur iudicium, in tertium diem conſtitutum. Dies comperendini, quibus uadimonium iuberi liceret, ut inquit Macrobius.

Comperio, & comperior deponens, differunt, autore Diomede, quòd comperiri, eſt ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere. Salluſt. in Iugur. Sed ego comperior Bocchum magis Punica fide comperire, ab alio cognoſcere. Compertum eſt mihi, & exploratum eſt mihi, hoc eſt, per inueſtigationem.

Compernes, dicũtur homines genibus plus iuſto cõiunctis, vel qui longos habent pedes.

Compeſco, is, cõpeſcui, quaſi eodẽ paſcuo contineo.

Competo,

Competo,is,penultima correpta ſignificat honorem, vel coniugium,uel quoduis aliud aduerſus aliud,peto,quaſi ſimul peto,vnde,competitores dicti ſunt, & ſic actiuum eſt. Aliquádo competere,eſt par eſſe, contingere,conuenire,ut eſt apud Hieronymum,Poſſide agrum meũ,quia tibi competit hæreditas. Vnde in æſtimatione rerũ dicimus, Hoc illi competit. Seneca,Nihil ei magis competebat. Colum.lib.ii. Nec omnino cunctabimur, quò minus ſub tectum congeratur. Vel ſi non competet,ut autem villam fœnum portetur,aut in manipulum colligatur,certe in metas extrui conueniet. Hic competet capitur pro ſufficiet. Hinc Competentia,pro conuenientia. Gellius libro.i. Comprehenſa autem menſura Herculani pedis ſecundum debitam membrorum omniũ competentiam modificatus eſt. Accipitur etiam quandoq; competere,pro conſtanter valere. Salluſtius libro primo hiſt. Si verò quaſi formidine attonitus,neq; animo neq; auribus,aut lingua competeret. & ſic eſt neutrum.

Compilo,las,pen.prod. vndiq; ſurripio. Vnde compilare & Expilare hæreditatem dicimus.id eſt,fraudare & diripere,& compilati,dicuntur furtum paſſi, quòd qui è domo ſupellectilem detrahunt,æquare & complanare omnia videntur, Horat. Ne me Compilaſſe putes criſpini ſcrinia lippi. Dictum à πιλῶ, quod eſt complano,non à pilis vellendis.cuius prima corripitur.Interdum compilare,eſt cogere,& in vnum condere.Inde compillatores,qui multa in vnum cogunt.

Compingo ,is,contrudo.Plau.in Amph.Quid faciã nunc,ſi tres uiri me in carcerem compegerint.Interdum compono,coniungo.Hieronymus,De quocũ vitis moribusq; mirificis,quæ luculenter ipſe conſpexi,libellum compegi,Idem in Eſaiam, Argento & auro decorauit illud,clauis & malleis compegit, ut non diſſoluatur. Verg.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula. Vnde Incompactum,disiunctũ, male compoſitum.Et ſic componitur ex con,& pango.Poteſt etiam eſſe compoſitum à pingo Lactan.lib.vii. Vt ſummam illam quæ continet vniuerſa, & cõpingerent & adimplerent. Hiero.in prologo in lib.Regũ, Deinde ſubtexunt Sophim,id eſt. Iudicum librum,& in eodem compingunt Ruth.hoc eſt,immittunt.

Compita,penultima correpta dicuntur loca,quæ petunt homines per diuerſas uias. Sunt enim quadriuia,quòd quaſi in unum petunt locum. Vel à cocundo,quod multæ viæ in unum coeant. Vel à compotando,quod ibi ruſtici ſacrificare ſolerent. Ouid.

Seruet ut in ternas compita ſecta vias.

Compitalia,feſta quæ in compitis peragebantur,& Compitalitius dies,in qua compitalia celebrabant.

Complano,as,penultima producta quære in dictione Plano.

Complector, ſimul vel in totũ amplector, contineo. Terentius in Andria. Accurrit,mediã mulierem cõplectitur. Cicero pro Roſcio, Quo vno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur. Complector te amore, ſignificat amo te. Et ſine ablat. Cice. Curi. De ipſo T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi erga te (ſi complecti hominem volueris) habiturum eſſe neminem.id eſt,amare, defendere, Cõplector cogitatione, cogito. Complector animo, conſydero. Cice.in Catonem, Etenim quum complector animo,quatuor reperio cauſſas,quare ſenectus miſera eſſe videatur.

Compleo,ex con,& pleo, ſignificat ad ſummum,ſeu vndiq; impleo. Gellius, Ventus à latere ſæuiens nauem undis compleuerat. Reperitur etiam ſine ablatiuo. Cice.lib.vi.de Republi. Quis eſt qui complet aures meas tantus & tam dulcis ſonus? Per tranſlationem complere ponitur pro viuere, finire. Idem in Catilin. Leontinus Gorgias centum & ſeptem cõpleuit annos. Hierony. Needum verba compleuerat. Interdum pro ſupplere,perficere, integrare. Salluſt. Duas legiones inſtituit, cohortes pro numero militum implet,ſed omnino ex Græco venit, πλέος γὰρ λέγεται, καὶ πλεῖος, καὶ πλέων.

Complex,particeps ſceleris,& qui in eodem crimine, veluti complexus eſt,à complectendo.Ce.

Complexus,vel copulatio,dicitur apud Iureconſultos plurium in idem in vnitate ſermonis coniũctio. & fit ab homine uel à lege.

Complico, à quo complicatio,quære Plico.

Complodo,is,penultima producta,vide in dictione Explodo.

Complura, Vide in dictione Plus.

Compluries,aduerbium,factum ab eo quod eſt compluria,& ſignificat ſæpe. Cato, contumelias mihi dixiſti compluries.

Compluuiatæ uineæ, dicuntur quæ quadruplici ordine perticarum inſtructæ ſunt, à cauis ædium compluuiis.

Compluuium,à pluuia dicitur,quo de diuerſis tectis aqua pluuialis in eundem defluit locum.

Compono,is,penultima producta ſimul pono, coniungo. Vergilius,

Componens manibusq; manus,atq; oribus ora.

Aliquando componere,eſt diſponere, conſtituere, quaſi ſimul ponere. Componere enim & ædificare reciproce dicuntur. Componuntur ſiquidem orationes,ædes ædificantur. Et tamen dicuntur ædificari orationes,ædes componi. Verg.lib.iii.

Quàm tuta poſſis vrbem componere terra.

Quandoq; componere, comparare dicimus,quoniam quæ comparantur juxta ſe ponuntur. Salluſtius, Vbi Metelli dicta cum factis componit.

Vergilius in Bucol.

Sic paruis componere magna ſolebam.

Quandoq; ornare. Idem lib.iiii.Georg.

Dulcis compoſitis ſpicauit crinibus aura

Nam compoſitio ornatum facit. Quandoq; colligere. Cicero in Verrem, Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi,neſcio qs, & alienis orationibus cõpoſitum dedit. Quandoq; reficere, recreare. Vergi.

Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra.

Quandoq; lenire. Ambroſius lib.i.Offic. Cauere de

beimus, ut in perturbationem prius incidamus, quàm animos noſtros ratio componat. Quandoq; finire, claudere. Verg.

Antè diem clauſo componet ueſper olympo.

Quandoq; concordare. Plau. in Curgul. Si poſſum hæc inter uos componere. Quandoq; compoſito redimere. Sall. libr. i. hiſt. Quum lenones & uinarii laniiī, quorum præterea uulgus indies uſum habet, pretio compoſiti, hoc eſt, facta pretii redépti compoſitione. Quandoq; conuenire, paciſci. Plin. Nihil nō ex compoſito fecimus, pactum ſeruauimus. Quandoq; fingere, ſimulare. Sall. Non ſunt cōpoſita mea uerba parui id facio, Ipſa ſe uirtus ſatis oſtēdit. Plau. Quas iſte fabulas compoſuit. Hinc fit compoſito, quod ſignificat ex pacto, & ponitur ſiue præpoſitione. Non. n. dicimus, ex cōpoſito. Terē. in Phor. Cōpoſito factū eſt, quomodo hác amás habere poſſit ſine dote.

Compos, dicitur, qui habet uel aſſequutus eſt aliqd. Valerius Max. lib. i. Imperatores compotes uictoriarum. Plau. in Capti. Atq; ita me rex Deorum atq; hominum faxit patriæ compotem. id eſt, obtentorem. Impos, qui non poteſt aliquid. Compos animi. id eſt, competentis animi, uel qui habet ſanum animum. Impos animi, qui animi ſui potes non eſt. Leo papa Fandi impotem dixit, qui fari nōdum poſſet. Sall. Neq; animo aut lingua ſatis compos, quum dementē Septimo loqueretur. Teren. in Adelp. Vix ſum compos animi ita ardeo iracundia. Plaut. in captiuis, Eripite iſti gladium, quæ ſui eſt impos animi. Sic compos uoti, & impos uoti. Cicero, Nam quomodo uictores dicimus uoti cōpotes, qui quicqd uolunt faciunt, ſic uictos è contrario uoti impotes, qui non poſſunt facere quod uolunt. Quidam intelligunt compotem, compoſitum animum, & tam in bonam quàm in malam partem. Plaut. in Epi. Cedò manum mihi accipe ærumnoſam & miſeriarum cōpotem. id eſt, qui ſimul tecum miſerias habet. Sunt autem compos & impos generis communis, compoſita à Pos, nō à Potis, ut uoluit Seruius, licet Pos non ſit in uſu, ſed Potis. Non enim dicimus compotis & Impotis in nominatiuo, quum tamen ſic dicendum eſſe, niſi Pos inueniretur. Vnde & poſſum, & Poſſideo. Nam poſſum, ex pos & ſum componitur. Poſſideo, ex pos & ſedeo, mutatione e, in i, Pos idē quod potens, ut ſit Poſſum, idem quod potens. Poſſideo, potens ſedeo. Eſt igitur Potis geniti, à pos, licet loco nomi. ponatur. Perſi.

Nec potis es nigrum uitio præfigere Thita. Verg.

Nec Potis Ionios fluctus æquare ſequendo.

Nec Pote in neutro genere (ut uoluit Priſci.) ſuenit, quia Compote & Impote nuſquam inueniunt, neq; in plurali compotia & Impotia. Potis tamen neutro genere legitur apud Terentium in Phormione, ubi ait, Adoleſcens primum abs te hoc bona uenia peto, ſi tibi placere potis eſt, ut reſpōdeas mihi. Potis eſt, pro poteſt ſiue poſſibile eſt capitur, cui ſubintelligitur iſtud pro nominatiuo, ut reſpōdeat Potis neutro genere, quod ſumitur pro poſſibile, & uerbū ſuū habet eſt, unde regitur. Quod autem Perſius dicit,

Qui pote uis dicam, nugaris, quum tibi calue Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

Pote pro potis accipiť metri cauſſa. Similiter Proper.

Qui pote quiſq; in ea conterat arte diem.

Iungitur quandoq; compos cum ablatiuo, ut apud Liuium lib. iii. Prædaq; ingenti compotem exercitum, ſuis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amiſſæ erāt, reducit. Quo in loco compotem, quaſi adfluentem & lætum ſignificare puto. Sæpius tamen genitiuo iungitur.

Compoſitio, modo ſtructuram, modo ornatum, modo pactum ſignificat.

Compræ des, adpellatur eiuſdem rei ſponſores. Cc.

Comprimo, is pen. cor. ſimul premo, ut uuæ comprimūtur, quo uinum effluat. Item cohibeo, contineo. Terent. in Heaut. At tu tibi iſtas poſthac comprimito manus. Plau. in Amp. Ego tibi iſtā hodie ſceleſta comprimam linguam. Item uitio. Mart.

Villica uel duri compreſſa eſt nupta coloni.

Incaluit quoties ſaucia uena mero.

Vnde compreſſus, us, & cōpreſſio, pro coitu. Plau. Nunc ad amicam decimo die Athenas uiſo, quā grauidam hic reliqui cōpreſſu meo. Idem. Dulces amātium compreſſiunculæ.

Compſotes. penultima producta, Latine dicitur artificioſiſſimus.

Comptum, genus libaminis, quod farina conſperſā faciebant.

Comptus, pro ornatu. Donatus in Eunu. Terentii. Vt eo magis hæc amanda ſit. quæ naturæ beneficio nō factis cōptibus aut induſtria facta eſt pulchra. Cōptulus, diminutiuum à comptus.

Compulſo, as, ſæpe collido. Columella libro primo, Eadem quæ ſemper mare conſpicit, compulſatur ac fluctu conſpergitur.

Compunctus, ſignatus. Cicero li. ii. Offi. Compunctū notis Threiciis diſtricto gladio, iubebat anteire.

Compungo, totum pungo, ferio. Ambroſius libro primo Offic. Repetebat filius adpellationem paternam, compungebat paterna uiſcera, ſed non minuebat deuotionē. Vide in dictione Pungo. Hinc Compunctio, quæ aliquando ſignificat animi habitum pertinacē, et ad malū īmutabilē. vt apud Apoſtol.

Computo, as, pen. cor. ſimul puto. quod & ad arbores & ad mētem referri poteſt. Quū ad mentē referť, pro exiſtimo ſiue iudico accipi poteſt. Ambroſi. Infantia quidem computabatur inanis, ſed erat ſenectus mētis immenſa. & Computare, connumerare, ſiue quod vulgè dicitur, computum facere. Hieronymus ad Damaſcenum, computa ergo à Phares vſq; ad Naaſon, & inuenies generationes quinq;. Idem ad Paulinū. Quicqd in ſumptus de tuo tuleris pro lucro cōputa id eſt pone, vel habere te reputa. Lact. li. iii. Eāq; hominum ſapientiam pro ſumma ſtultitia cōputat. id eſt, ponit. ἑλληνιστὶ δὲ λογίζομαι καὶ λογιστὴς, καὶ συμψηφίζω μεταφορικῶς λέγεται, Græce λογίζομαι, id eſt compono, conſydero. & λογιστὴς, cōputator. & decerno metaphoricè dicitur. Interdum pro imputare. Plautus in Merca cōputat vxor. id eſt imputat.

Comum ciuitas Galliæ ciſalpinæ, iuxta Larium lacũ. hæc mediocris erat colonia trans Padum. Sed Pompeius poſt Scipio, ac poſtmodum diuus Cæſar eam auxerunt. hinc comenſes dicti ſunt eius incolæ.

Con, & cum, idem ſignificant. ſed cum ferè ſeparata, con uero ſemper compoſita reperitur, & ſignificat ſimul. ut coniungo. Interdum contra, ut contendo. Interdum valde. vt concrepo. Et eſt ſciẽdum, quòd quando componitur cum dictione à vocali vel ab h incipiente. ſemper n abiicitur. vt coapio, coapoſtolus, coerceo, cohortor, cohibeo. In comedo n, mutatur in m, In cogo, n, et a, tolluntur. Quando cõponitur cum b, m, & p, trãſit n, in m. vt combibo, cõmoueo, cõparo. Cum c, uero d, f, g, n, q, ſ, t, i, & u, cõſonantibus manet n, integra, ut concurro, condo, confugio, congero, coniecto, connecto, conqro, cõſequor, contineo, cõuenio. In reliquis n, mutatur in ſequentem literam, vt colligo, colluuies, corrigo.

Cõcateno, à verbo cateno, quod ſignificat ligo inuoluo. Cornucop.

Concauum, ſinuoſum, uacuũ, à cauo. Vnde concauitas. Cornucop.

Concedo, is, penul. prod. pro do, permitto, Teren. In Adelp. Hui metuiſti nunc. ſi de tuo iure conceſſiſſ ea paululum. Cice. in Verrem acti. ii. Da mihi hoc concede quod facile eſt, aliquando. Concedere eſt recedere. Teren. in Hecy. Hic video me eſſe inuiſam immerito, tempus eſt concedere. Aliquando ire, redugere, & ſe retrahere. Liuius de ſecundo bello Punico, Annibal Sagunto capta carthaginem nouam in Hyberna conceſſerat. Idem lib. iiii. ab vrbe condita, Quæ quum agerentur hoſtes in loca altiora conceſſere. Aliquando credere, conſentire. Teren. in Phormione, Nunquam'ne hic hodie concedes mihi, neq; intelliges? Cicero in Lælio, Quod ſi rectum ſtatuerimus, vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab his quicquid velimus, perfecta quidem ſapientia ſumus.

Concento, as, frequentatiuum à concino, is.

Concentor, in Decretis canonicis dicitur is qui conſonat & concinit canenti, ſicut Succentor, qui voce ſubſequens canendo reſpondet. Præcentor, qui vocem præmittit in cantu.

Concentus, us, ſimul cantus, cãtus mixtus. id eſt, ſymphonia, & diuerſarum modulatio vocum, vt quum è multis diuerſis vocibus vnus efficitur ſonus.

Vergilius libro primo, Georg.

Hinc ille auium concentus in agris.

Conceptaculum, aliter cõceptabulum, quod aliquid continet, vt vena eſt conceptaculũ ſanguinis. id eſt, in qua ſanguis continetur.

Concepta uerba, ſunt quæ prout enũcianſ, ita perſcribi ſolent, nec aliqd præpoſtere dici fas eſt. Sæpe iuſiurandum offerri ſolet conceptis verbis. Plaut. in Aſinaria. Vbi verbis cõceptis, quod aliud ſciens periuratis.

Conceptiuæ feriæ, quæ certis dieb. ua quotannis obſeruabantur, ut Sementinæ, & compitalitiæ.

Conceptio, apud Grammaticos ſchema eſt, quũ vnũ genus concipit, hoc eſt, ſimul adprehendit, aliud genus, vel vna perſona aliam.

Conceptus, a, um, participiũ, quod adprehenſum ſiue deſtinatum ac congregatum eſt. Conceptus, us, nomen quod & conceptũ, dicitur de eis quæ in ventre fœminæ, & in animo fiunt.

Concerno, is. Vide in dictione cerno.

Concha genus piſcis ex cancrorum genere. Conchæ & oſtrea dicuntur firmioris teſtæ piſces. Conchæ quæ teſtam leuem ac politam habent, ſiue vniformiter rugatam, & teſtæ ipſæ duriores propriæ Conchæ dicuntur, quales ſunt cochlearum atque conncharum. Ouidius,

Oſtrea quæ in conchis tuta fuere ſuis.

Columel. Implicitur cõchæ limax, vnde vaſis quoq; genus concauum ac ſuperius patulũ, ab huius ſimilitudine cõchæ concham vocamus. Plin. Rurſus tunditur, deinde lauatur in conchis, ſiccaturq;. Alio nomine Alueos & Alueolos dicimus, & præſertim in longum porrectos, ligno excauato, ut monoxyla. Eſt & concha genus uaſis uinarij, in quod è dolio hauritur vinum. Iuuen.

Quum bibitur concha.

Dicitur & cõchus. Aliquando concha ponitur pro tuba. Vergilius lib. vii. Aeneidos,

Sed tum forte caua dum perſonat æquora concha.

Ouidius lib. i. Metamorphoſeos.

Cæruleum Tritona vocat, conchaq; ſonaci

Inſpirare iubet.

Hic buccinis vtebantur Tritones, qui erant tubicines Neptuni. Seruius hoc nomen à Græco κόγχη trahit. Alii Latinum putant, à concauitate deductum, atq; ſine aſpiratione ſcribunt. Aelianus autẽ libro iii. ἔχει γλῶτταν πορφύρα, καὶ διὰ ταύτης ἕλκει ὅσα ἐσθίει, καὶ διὰ ταύτης ἁλίσκεται. Poſtea de margaritis ſcribit. κόγχη δὲ ἀφροδίτῃ ἱερᾶται καὶ τὸ κογχύλιον, μέγιστα ἐν Ταπροβάνῃ καὶ ἰνδοῖς. id eſt, Linguam habet qua trahit, qua eſitat, & qua etiam capitur. Concha vero Veneri conſecratur, & conchylia maxima in Taprobana apud Indos.

Conchæ, cythariacæ dicebantur, quæ margaritas producebant, mulierum ornatui pręcipue conuenientes, & ob id cythariacæ dicebantur, quia Veneri gratæ. Martialis,

Lenior ò conchis Galle cytheriacis.

Vocantur alio nomine conchæ margeritiferæ. Cc.

Conchis, fabæ genus, ſiue edulium ex faba. Iuuen.

Cuius conche tumes.

Sunt qui dicant eſſe fabam cum cortice ſuo elixam, ad differentiam fabæ frixæ, quæ ſine cortice coquitur, à ſimilitudine concharum, quod fracto cortice velut implicita conchis ſuia caruncula uideaſ. Mart.

Si ſpumat rubra conchis tibi pallia teſta,

Lautorum cœnia ſæpe negare potes.

Huius diminutiuum conchicula.

Conchon, Græci adpellant vas, ſeu cauum oculorum autor Iulius pollux.

Conchus, lapis quidam in concha piſcẽ, qui à nõnullis Vnio, ab aliis Margarita, ſiue Perla dicitur.

Conchyle, pen. prod. & Conchylium, genus piſcis eſt ex concharum genere. vt ait Plin. lib. ix. in mari Aſſyrico & Medico, quem Muricem, & Sarram, & Oſtrum adpellant. Ex cuius inciſa cõcha colligitur ſuccus tingendis ueſtibus expetitus. Ex eo enim inſicitur purpura, qui color auſterus in glauco eſt, & iraſcenti ſimilis mari. Vnde Conchyliata ueſtis, dicitur purpurea, à conchyliis. Cic. in Philip. Cõchyliata periſtromata adpellat, quæ infecta erant ſucco conchyliorum. Ponitur quandoq; Conchylium pro ipſo colore, ſicut purpura, murexq;. Plin. Concharum ad purpuras & conchylia eadem eſt materia. Item pro genere ipſo concharum, a quibus nomen ſumpſit. Idem, Lingua purpuræ, longitudine digitali, qua paſcitur perforando reliqua cõchylia. Cruor conchylii ſiue muricis, Oſtrum dr, ab oſtris, quapropter Conchylium, muricem, oſtrum in eadẽ ſignificatione accipimus. Vergilius.

Tyrioq; ardebat murice læna. Idem,

Vt gẽma bibat, & Sarrano dormiat oſtro. Iuuen.

Horum ego non fugiam conchylia. hoc eſt, luxurioſas ueſtes & murice infectas.

Concido, is, penul. produc. concidi, ciſum, ſimul uel minutatim cedo. Plin. Caro eius conciſa ac decocta adhibenda eſt. Concidere etiam frangere dicitur. Idem, Et nucleus dentibus conciſus, ſuper vulnus imponitur. Ab hoc Conciſa oratio aliqua dicitur, quæ non continua, ſed ueluti membratim cæſa eſt, & Conciſus ſonus tractus uocatur. Hieronymus in lib. Numeri, Si autem prolixior atq; conciſus clangor increpuerit, mouebunt caſtra primi.

Concido, is, penulti. correp. concidi, concaſum, ſignificat in totum cadere. Lact. lib. vii. Et muri omnium ciuitatum concident. Plautus in Amphi. Vt quiſquis inſtiterat concidit crepitu. Et Concidere, eſt in totum mori. Collumel. lib. viii. Atq; alia genera pecorum quum peſtilentia uexantur, prius morbo & languoribus maceſcũt, Solæ capellæ, quãuis opimæ atq; hilares, ſubitò concidunt.

Conciliabulum, locus in quem concilium conuenit, Plaut. in Bac. Quid ſi apud te ueniat deſubito prandium aut potatio forte, aut cœna, ut ſolet fieri in iſtis conciliabulis.

Conciliabundus, qui conciliat, a concilio uerbo. Ge.

Conciliatrix, dicitur mulier, quæ uiros mulieribus, & vxores uiris conciliat.

Concilio, as, beneuolum facio, aut amore cõiungo. Liui. lib. i. Aeneas aduerſum tanti belli terrorem, ut animos Aboriginũ ſibi conciliaret &c. Hiero. Vera illa neceſſitudo eſt, & Chriſti glutino copulata, quã non vtilitas familiaris, ſed Dei timor & diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliat. Reconciliare uerò quis dicitur, quum poſt inimicitias rurſus aliquem in gratiam recipit. Aliquando tamen Conciliare eſt contrahere, ſeu comparare, & hoc tam in malum quàm in bonum. Plaut. in Tri. Meus gnatus me ad te miſit, inter ſe atq; tuos affinitatem vt cõciliarem & gratiam. Teren. in Heauton. Exeo ergo ut pacem conciliem. Sic dicimus, Concilio mihi odium, inimicitias, quod eſt quaſi comparo, acquiro. Similiter ſumitur Reconcilio, pro cõparo, acquiro. Quintilianus, Nam & plus autoritatis adferunt ea quæ non præſentis gratia litis ſunt comparata, & laudẽ ſæpe maiorem, quàm ſi noſtra ſint, reconciliant. Hinc Conciliatus, pro empto. Teren. Prodi male cõciliate. Id eſt magno pretio empte. Et Conciliatio, pro conuentione. Plautus, extat conciliatio, ſeruanda promiſſa.

Concilium, à concalando, id eſt vocando, uel (vt Varro ait) à coactione ſeu ſecundum Feſtum, à populi conſenſu, & proprie viri conuocati, Concilium dicitur. Vergilius.

Cõciliumq; uocat diuum pater atq; hominũ rex.

Concinnatitius, a, um, quod breuiter collectum & apte ſitum eſt. Nam Concinnare, eſt apte conficere, & quaſi in arctum breueq; colligere. Apul. lib. ii. Nam Milonis boni concinnatitiam menſulam rogatus accubueram.

Concinnentia, continentia. Sidonius ad Conſentiũ, Quod domiciliũ parietibus attollitur ad concinnẽtiam, ſcilicet architectonicam fabrefactis.

Concinnitudo, conuenientia. Cice. libro ſecundo artis ueteris. Splendoris & feſtiuitatis & concinnitudinis minimum.

Concinno, as per duplex nn, conſentio, apte compono, & quaſi conuenire facio; quod vernacula lingua, dicimus concinnare, Accoutrer. ut pellis concinnata eſt ad calceos. Plautus, Auceps quando cõcinnauit areã, eſcas effudit. Hieronymus, Lucernas concinnant, uel ſuccẽdunt focum. à Concinnus formatum uerbum.

Concinnus, a, um, idem eſt quod cõpoſitus & ornatus. ex con, & cinnus. Cinnus aũt potionis genus eſt, ex multis liquoribus cõfectũ. Vt Oratio cõcinna, id eſt compta, & apte cõpoſita. Concinnè, compoſitè, conuenienter. In quo etiam ſenſu accipi poteſt Concinus, a, um, penul. corre. quod fit à Concino.

Concino, is, concinui, concentum, ſimul cano. Cice. lib. i. Acade. Qui cum ſimilitudine concinere maxime ſibi uidetur. Per tranſlationẽ ponitur pro conuenire. Concinit enim qui conſonat. Et ſic cum datiuo conſtruitur. Auguſt. Quædam exemplaria habent. Ecce generationem filiorum tuorum, cui concinui. Id eſt, cui congrui, cui accommodatus ſum.

Concio, is, conuoco. Liuius lib. i. Deinde ne uana urbis magnitudo eſſet, adiiciẽdæ multitudinis cauſſa vetere conſilio condentium vrbes, qui obſcuram atq; humilem conciendo ad ſe multitudinem, natã è terra ſibi prolem ementiebantur.

Concio, onis, à concio, is, tria ſignificat, ſcilicet, locũ ſuggeſtumq; unde uerba fiunt. Liuius lib. i. Vocato ad concilium populo ſummiſſis faſcibus in concionem aſcendit. Multitudinẽ populi aſſiſtentis cõuocatam, uel ex magiſtratus iuſſu, uel publici ſacerdotis, uel ſua autoritate, & ꝓprie ad audiendũ oratorem concionantẽ in bonũ publicũ. Cicero in Lælio. Concio quæ ex imperitiſſimis conſtat, tamen iudicare ſolet. Salluſt. Itaq; concione aduocata, huiuſce

modi

modi orationem habuit. Et orationem ipſam quæ ad populum habetur. Cic. Dolabellæ, Legi concionem tuam, nihil illa ſapientius.

Concionalis, qui idoneus eſt ad concionandum, aut qui concionari conſueuit, qualis hodie vulgo Prædicator adpellatur. Curius Ciceroni, Quod quidem ſi inter vos ſenes concionales venale præcæpſerit, egerit non multum.

Concionatorius, a, um, quod ad concionem pertinet. Gell. Ecce aut per tibicina Laconica, tibia quoque illa concionatoria in mentem uenit, quam C. Graccho ſub populo agente præiſſe ac præmonſtraſſe modulos ferunt.

Concionor, aris, orationem habeo. Cic. Cornifi. Nos hic cum homine gladiatore omnium nequiſſimo collega noſtro Antonio bellum gerimus. Sed non pari contentione arma verbis, at etiam de te concionatus eſt. Hinc concionator, eſt qui orationem habet. Hiero. in plo. Salom. Eccleſiaſtes à Græco adpellatus, quia cœtum, id eſt, eccleſiam congreget, quem nos nuncupare poſſumus concionatorem, quòd loquatur ad populum, & ſermo fiat nõ ſpecialiter ad vnum, ſed ad vniuerſos.

Concipilo, as, apud Neuium, ponitur pro corripio, & inuoloo.

Concipio, is pen. cor. ſimul capio, adprehendo. Vnde concipere mulieres dicuntur, quum genitale ſemen adprehenditur ad fœtum faciendum, & conceptos fœtus, dum genitura coaluit, & conceptio. Lactã. li. iii. Quid quòd vxor poteſt eſſe communis, filius nõ poteſt, quoniam concipi nõ niſi ex uno neceſſe eſt? Transfertur ad animum. Quintil. Nec tantum concipere animo ſcelus potui. Hinc conceptus mentis dicuntur, quæ comprehendimus & imaginamur. Et apud Grometras, communes animi conceptiones vocantur, quæ omnes tanquam manifeſta & indubitata profitentur, ut, Omne totum eſt maius ſua parte, &, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanẽt inter ſe æqualia ſunt. Interdum concipere, eſt deliberare ac deſtinare. Seneca, Iamdudum animo conceperat quid eſſet acturos, vnde conceptum dicimus prædeſtinatum. Vergilius,

Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus.

Interdum congregare, in vnum redducere. Colu. lib. I. Nequum à vertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat. Idem, Sed ampla ſtabula ſic ordinẽtur, vt ne quis humor influere poſſit, & vt quiſque tibi cõceptus fuerit, quã celerrime dilabatur, vt nec fundamenta parietum corrumpãtur, nec ungulæ peradum.

Concito, as pe. cor. ad iram prouoco, hinc Concitatus ira. Gellius, Erat enim aliquantò concitatior.

Conclamatũ eſt, quod tranſactũ & finitũ eſt, ut conclamata corpora, quæ nihil reliquũ habẽt ad vitæ officia, aut cõclamatũ eſt, id eſt, ſtatus deploratũ, ſatisque uociferatũ eſt. Luc. Corpora nondũ cõclamata iacẽt. Hinc tractum dicitur, quod quum vitalis ſpiritus interclusus, homines fallere ſoleat, aqua frigida ablui conſueuerunt, & per interualla conclamari. In quo quũ liberari nequirent, poſt ultimam conclamationem, quaſi rebus deſperatis comburebantur.

Conclauatus locus, dicitur una claue clauſus, à conclauo, as, cuius paſſiuum eſt conclauor.

Conclaue, pen. produ. neut. gene. & conclauis, fœmi. gene. locus ſecretior in interioribus tectis, vbi colloquia fieri ſolent. Habetque vnam clauem communem domeſticis, quod intra eum multa loca clauſa ſint adhærentia triclinio. Cicero conclaue triclinium interpretatus eſt. Hora. in Serm.

Currere per totum pauidè conclaue magisque.

Conclauia, ſunt, quæ vna claue clauduntur.

Conclauium, genus anuli eſt.

Concludo, is, pen. prod. ſimul claudo, à quo concluſus anulus dicitur. Per tranſlationem, concludere eſt perorare. id eſt, orationem terminare. Vnde concluſio dicitur, quam Græci Epilogon, noſtri modo perorationem, modo cumulum vocant. Nam cumulus propriæ aceruus eſt, & in concluſione omnia quaſi in vnum aceruum colliguntur.

Concordare, eſt concordem eſſe. Terent. in Phor. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam ſenectutem oblectet.

Concordia, non ſolum quæ diſcordiæ contraria eſt intelligitur (ut apud Salluſt. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur) ſed etiã quæ Dea à Romanis credita eſt, cuius templum non longe à lacu Curtio in Palatino monte.

Concorporo, ſimul corporo, quod fit quum duæ plures ue res mixtæ, unum quid efficiunt. Plin. Semper mulſum ex uetere uino, facillimeque cum melle concorporatur.

Concors, à coniunctione cordis dicitur, qui vnius cordis ſiue vnius animi eſt, inde concordia, Concorditas, concorditer, & cõcordo, quibus cõtraria ſunt Diſcors, Diſcordia, Diſcorditer, Diſcordo.

Concredo, is, uide in Dictione credo.

Concrepo, as, penultima correp. perſono. Et plus eſt quam ſono. Nam con ibi auctiuum eſt. Terent. Sed oſtium concrepuit.

Concretum, conglutinatum & coniunctum dicimus. Vergilius,

Multa diu concreta modis inoleſcere miris.

Inde mare concretum, quod diſtat ab inſula Thule vnius diei nauigatione.

Concubitor, qui coit. Cc.

Concubium, à concubitu dormiendi cauſa dicitur. Et ſunt concubia noctis primi ſomni, ſeu intempeſta nox, quia tunc tempus agendi eſt nullum, quòd ferè omnes cubent. Alii ab eo quòd ſiletur, ſilentium noctis quod Plautus conticinium uocat. Siſen. lib. iiii. hiſto. Ipſi legati concubia nocte oppido digreſſi, iam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt.

Concubo, as, pen. cor. & concumbo, is, ſimul dormio ſimul quieſco. Per tranſlationem de re Venerea dicitur. Vnde & concubinus, & concubina, quòd ſimul cubent, hinc & concubitus, us, & concubitum.

Conculco, uide calco.

Concupiſco, is, uide in dictione cupio, hinc concu-

ſcentia, quæ eſt bonarũ æque ac malarũ adpetitus.

Concutio, is, concuſſi, ſſum, vide in dictione Quatio.

Condecet, uide Decet, ex quo Condecens, Condecenter, Condecentia.

Condẽno, as, ex con, & damno, ſignificat iudico. Et conſtruitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Cice. Curioni, Quare ſi tu quis es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine. Idem Tironi, Etiam ſceleris condemnat generum ſuum.

Condecoror, honeſto, penul. correp. Producta uerò, orno, politum reddo.

Condico, is, penul. produ. ſimul dico, ſimul determino, cõſtituo. Iuſti. lib. iii. Nam inducias, quas ꝓprio nomine condixerant, ex ſociorum perſona ſumpſerant. Vnde Condictus, ſimul dictus, & promiſſus. Et Condicere, eſt repetere. Iulius, Si alienam rem mortis cauſſa donauero, eaq́ uſura parta ſit, uerus dominus eam condicere non poteſt. Item Condicere ponitur pro contradicere. Paulus, Hic ſcit poſſe ſibi condici, ſi conualuerit donator. Item ſecũdum Iureconſultos pro dicendo denunciare, ſed proprie quando actio datur in perſonam. Suetonius in Tiber. Cœnam à lege condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret.

Condictio, & pronunciationem quandam & actionem ſignificat. Eſt & Condictio (vt docet Feſtus) in diem certum eius rei, quæ agitur denunciatio. Condicere enim priſca lingua, eſt dicendo denunciare.

Condictum, quod in cõmune eſt dictum. id eſt, promiſſio ſeu pactum inuicem factum. Hierony. in lib. Geneſ. Iuxta condictum reuertar ad te.

Condignum, pro digno ab aliquibus vſurpatur.

Condio, is, diui, uel dii, ditum, penul. prod. ſapidum facio, quod fit quum epulæ, ſale, aut pinguedine, ſeu aromatibus condiuntur. Iuuena.
Et quadringentis nũmis cõdire guloſum Fictile.
Hinc Condimenta dicuntur, quæ ad condienda obſonia fiunt. Cice. lib. iii. offic. Nam vt tribuamus aliquid voluptati condimenti. Hæc ſi per ſe ſint Græco uocabulo ἥδυσμα dicitur.

Conditaneum, modò à Condendo, modò à Condiendo fit, ſignific. qđ Condi vel Condiri poteſt. Vnde apud Varr. Conditaneam oleam in agro craſſo & calido maximo ſerere conuenit.

Conditio ſine c, à condo, is, fit, & pro fortuna, ac ſorte fortunarum, temporũ, & rerum, poni ſolet. Cice. O' miſeram conditionẽ adminiſtrandi conſulatus. Et apud Liuium legimus Conditiones pacis oblatas eſſe. Et homo bonæ conditionis dicitur, qui in bona fortuna eſt. hoc eſt, qui diues eſt. Aliquando electionem & conuentionem denotat. Teren. Amatores Chryſidis tulerunt conditionem, ſi uellet eis morem gerere, ſe daturos illi pretium, ipſa vero accipit conditionem. id eſt, pactioni promiſſioniq́ conſenſit.

Conditiuus, a, um, quod conditum eſt & ſeruatum. Colu. lib. ix. de columbis. Duobus aut tribus modis menſibus acceptant conditiua cibaria, cæteris ſe ipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus.

Conditiuus, a, um, quod apte condi poteſt. Varro libro primo de Re ruſt. Conditiua mala ſtruthea, cotonia, ſcantiana, ſcandiana, muſtea, in loco arido et frigido ſuperpoſita palea, ſeruari recte putant. Aliquando Conditiuum dicitur, quod cõditum & ſeruatũ eſt. Colu. lib. viii. Itaq́ mane priuſquàm procedant in paſcua, conditiuis cibis ſuſtinendæ ſunt, ne immaturis herbis citetur aluus.

Conditor, penul. cor. qui aliquid facit. Conditor penul. prod. à condo, is, qui ſæcula condit.

Conditorium, à condendo ſepulchrum dicitur. Plin. Tam rara in amicis fides, tam parata obliuio mortuorũ, vt ipſi nobis debeamus conditiora conſtruere, omniaq́ hæredũ officia præſumere. Suetonius adpellat Cõditorium illum alueolum & loculamẽtum, in quo reconditum erat corpus Alexandri Magni, quod aureum erat. Ammianus uocat Conditorium, muralium tormẽtorum, repoſitorium machinarum. Petronius arbiter accipit pro ſepulchri repoſitorio, quum ait, In conditorium etiam proſecuta eſt defunctũ, poſitumq́ in hypogæo, Græco more, corpus cuſtodire cœpit. Hypogæa enim Græci dicunt ſubterranea.

Conditura, æ, idem quod condimentum. Hiero. contra Ioui. Porrò ſi alimenta coquorum arte mutantur in melius, & fit aliquid ſuauius cõdituris, huiuſmodi cibi non naturæ ſatisfaciunt, ſed uoluptati.

Condo, is, didi, pe. cor. ſignificat in unũ interiorẽ locum ad cuſtodiã do, ut fit, quũ quẽpiam cõpeditũ in carcerem condimus & abſcondimus. Vergil. Et nota conduntur in aluo. Plinius, Si libeat credere, ut ſub una ficu turmæ, condantur equitum. Quandoq́ conſtituo, ædifico, quaſi ſimul do, ut Troiani Romam condiderunt. Et Cicero multos libros condidit. Hinc Inconditus, pro inornato, incõpoſito. Quandoq́ repono. Plin. Formicæ condunt æſtate fructus, quibus hyeme fruantur. Quandoq́ compono. Plin. Opus condidit perpetuo omnibus legendum. Quandoq́ recondo, ſepelio. Idem, Poſt conditum monumento corpus. Quandoq́ potior. Verg. lib. vii. Optato conditur Tibridis alueo. Huius verbi cõpoſita ſunt, Abſcondo, & Recondo.

Condocefacio, inſtruo. Cice. lib. v. Tuſcul. Nemo eſt enim qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eumq́ cõdocefaciat, ut ea quæ bona mala'ue audiantur, poſſit contemnere.

Condris, herba eſt, quã nonnulli pſeudodyctamnum vocant, & ferè vbiq́ creſcit, dictamo folio ſimili, ramulis minoribus. Cc.

Conducibile, quod vtile eſt. Plautus in Bacc. Nõ ego iſtuc facinus mihi conducibile eſſe arbitror. Poteſt etiam dici Conducile, quod conduci poteſt.

Conduco, is, penul. produ. ſimul duco, uel pro ſimplici ponitur. Plautus in Epid. Mane me iuſſit ſenex cõducere aliquam fidicinam ſibi huc domum. Interdum ſignificat, aliquid pretio accipio, quod vulgò dicitur affitto, ſeu ad adpenſionem, uel ad militiam ſumo. Cice. Tyro. Huic ego locum in proximo con

duxi. Plautus in Pſeudo. Quantulo argenti te cōduxit Pſeudolus? Interdum colligo, congrego. Var. Mane ſuſcitat roſtra, populum in foro conducit. Interdum emo. Plaut. Cædendam cōduxi ego illū. Interdum conuerto. Lucilius,

Et virtute tua & claris conducere chartis.

In tertia autem perſona uel infinito, ſignificat utile eſſe. Et ſi de homine loquamur, cum datiuo tantum conſtruitur. Colu. lib. I. Nam id minime conducit agricolæ. Si autem de re alia, tunc quādoq; datiuū exigit. Plaut. in Capti. Vt potiſſimum quod in rem recte conducat tuam, id petam, id proſequar corde, animo, atq; uiribus. Et iterū ibidem, Nam ſi ea memorem quæ ad uentris uictum cōducunt, mora eſt. Cicero Lentu. Et reipublicæ rationibus putem conducere, à conduco, fit participium Conductus, a, um. & Conductus, us, nomen.

Conductitius, a, um, quod conduci ſolet, uel conducit, ſiue ex eorū numero eſt quæ conducuntur. Plau. in Epid. Sed una res me turbat, ratioq;, a podici, quo modo oſtendam fidicinam aliquam conductitiam. Conductitia domus tamen dicitur, quæ cōducta eſt. Sic conductitia opera, dicitur mercenaria, quæ conducta eſt. Varro, Omnes hi agri coluntur hominibus ſeruis, aut liberis, aut utriſq;. Liberis autem quum ipſi colunt, vt pleriq; pauperculi cū ſua progenie, aut mercenariis & conductitiis operis liberorum.

Condulus, & Condalium, anulus. Plinius, Id Græci à digitis condulum quoq; & Condalium anulum dixerunt, quòd in illo digitus recōdatur, fortè inſtrumentum quo ſutores utūtur, ne digitos offendant. Plau. in Tri. Inter eos'ne homines condalium redipiſci poſtulas? Hunc etiam Symbolum & Vngulū priſci dixerunt.

Condyloma, atis, penul. prod. κονδύλωμα, morbus (vt Iulius Pollux inquit) qui naſcitur circa coronā ani, ſiue podicis, tuberculum inſanabile. Et circa ſedem fiunt condylomata magna, ſed non laborioſa. Naſcitur ex inflāmatione, nec ſunt Hæmorrhoides, ſed eminentes tumores, nunc molles, nūc duri, figura rotūda, & nihil eminentes. Sunt autem tria morborum genera (vt ſcribit Celſus lib. vi.) quæ anus recipit. Primum morbum dicit eſſe Rhagadia, quando pluribus locis cutis ſcinditur. Secundum Condyloma. Tertium Hæmorrhoides, quum ora uenarum ſanguinem fundunt.

Cōdylus, pen. cor. iūctura & nodus articulorū in digitis, & eminēs ſtricta in pugnū palma. Nā q̃tuor digiti, ut ſcribit Ariſtoteles, ternos habēt cōdylos, pollex uero duos. Græci etiā Condylon, pugnū vocāt, qui fit complicatis digitis in condylos & tuberculum. Vnde Plutarchus ſcribit eum quem Caſtor cōdylo percuſſiſſet, ſtatim mortuū, in cacozeliam incidit. Martianus in r. Caput illi uirga comminuens, eiſdem quibus foeca: eblandita ictibus crebris cōplicatisq; in condylos digitis vulnerabat.

Cōfarreatio, q̃re in dictione Diffarreatio, à cōfarreo Apuleius formauit participiū cōfarreaturus. Talis, inq̃t, mulieris publicitus in ſimoniū cōfarreaturus.

Confercio, is, ex con, & farcio, ſumitur ſicut cōpleo. Cicero in Catili. Vino lāguidi, conferti cibo, ſertis redimiti, unguentis obliti, inde Confertus, a, um, à quo cōfertiſſimus, pro frequentiſſimus, ſiue creberrimus. Liuius lib. ii. In cōfertiſſima turba propè regium tribunal conſtitit.

Confero, pen. cor. ſimul pono, καὶ ἐλαύνειν φέρω, φέρειν. καὶ φορέω, φορῶ. Cice. lib. iii. offi. Omnes curas cogitationesq; meas conferebam. Ponitur aliquando pro conſero. Verg. lib. ix.

Et ſi conferre manum furor iraq; monſtrat.

Quandoq; pro tribuo. Ambroſ. Magna fœmina, quæ multo amplius inuenit, quod imperatori conferret, quàm quòd ab imperatore acciperet. Quandoq; pro contollo. Vergilius,

Et conferre gradum & procedere longius audet.

Quādoq; pro diſputo, ſeu in comparationē deduco. Hieronymus in prolog Paralip. Quendam autorē, qui apud Hebræos in admirationibus habebatur, aſſumpſi, & contuli cum eo à vertice (vt aiunt) uſq; ad extremum unguem, & ſic cōfirmatus, auſus ſum facere quod iubebatis. Et dicimus, Confero te illi, & cum illo. Ouidius.

Confer amyclæis medicatum uellus ahenis.

Murice cum tyrio turpius illud erit.

Quandoq; pro paro, diſpono. Plaut. in Curc. Ita tuum conferto amare ſemper ſi ſapis, ne id quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro. Quandoq; pro impono, iniicio. Idem in Amph. Ne poſterius in me culpam cōferas. Quandoq; pro facio. Terē. in Heaut. Syrus cum illo noſtro conſuſurrat, conferuntq; conſilia adoleſcentes. id eſt, ſimul faciunt. Quandoq; pro coniugo. Cice. ad Octa. Nam ut ordiar à principio, & perducam ad extremum, & nouiſſima conferam primis. Quādoq; pro transfero, traduco. Teren. in Eunu. Mutuet ſemper quem ipſa nunc capit fructum, ne quando iratus tu aliò conferas. Idem ibi, Vſq; adeò ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica uerba, verba dum ſint, Verū enim ſi ad rem conferentur, uapulabit, id eſt, deducentur. Quandoq; pro contrafero. Liuius lib. i. Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis ſigna contulerat. Quandoq; ualeo, ſeu proſum. Colu. lib. i. Cæterum ad æſtiuos temperandos calores, plurimum conferunt ſalientes riui. Conferre in pauca, eſt concludere, inquit Cicer lib. iii. offic. Cōferre uerba in pauca, eſt reducere. Plau. Nunc verba in pauca conferam. Colu. lib. I. Sitq; utriq; proximum horreum, quò conferatur ruſticum inſtrumētum. id eſt in unum reducatur. Et Conferre, donare, ut, multa contuli in Catonem. id eſt, multa donaui Catoni. Similiter Conferre, ire, ut, contuli me domum, &, contuli me ad Catonem.

Conferuam, herbā uocant, à conferminādo, quæ in aquis dulcibus naſcitur, ſpongia uerius aquarū quā muſcus aut herba villoſæ dēſitatis ac fiſtuloſæ. Ce.

Confeſſor, proprie qui confitetur rogatus, non qui alterius peccata audit.

Conficio, penul. cor. finio, perficio. Cicero, Nã ſi hoc expectandum ſit, dum totum bellum conficiam. Et in paſſiua voce, vt, Vir inops, fame, frigore, dolore conficitur, hoc eſt, conſumitur & ferè perit. Cice. Plagis cõfectum ante oculos tuos cecidiſſe. Lactã. lib. ii. Pro deſtruo, ſeu occido poſuit. Ignis quidem permiſceri cum aqua non poteſt, quia ſunt utraque inimica. Et ſi comminus uenerint, alterutrum quod ſuperauerit, conficiat alterum neceſſe eſt. Idem ibidem, Quum Anibal duos exercitus populi Romani aſtu & virtute confecit. Et hoc eſt ex ui præpoſitionis Con, quæ in bonam & in malam partem accipi ſolet, ut Conficere, pro perficere, & pro conſauciando trucidare. Inde Cõfectores ferarum. Sueto. in Tito. Nouiſſima Hieroſolymorum oppugnatione duodecim propugnatores, totidem ſagittarũ cõfecit ictibus. Item Conficere, eſt facere. Terent. in Phorm. Bonas me abſente, hic confeciſti nuptias. Item explicare. Cicero lib. ii. offic. Honeſtatis pars confecta eſt, quã tibi cupio eſſe notiſſimam. Item exequi, ut apud eundem. Si me amas confice, quantumque ei fidem dederis præſtabo. Item colligere. Permagnam (inquit idem in Verrem) dices ex illa re pecuniam confici poſſe. Item frangere. Plin. Nucem dentibus conficere, ac plagæ imponere. Item conſumere. Teren. Qui quum hic non videant me credant conficere argentum ſuum. Cicero, Nec me languoribus dedi, quibus eſſem confectus. Item ſimul facere. Cice. Confeci quæ iuſſiſti omnia. Feſtus, Confecerunt, unà fecerunt. Lactan. lib. ii. Quomodo poteſt ex multorũ Deorũ aceruo unus Deus confici. Cõfectus, etiã defeſſus dicitur. Cic. lib. i. offic. Nec me lãguoribus dedi, quibus eſſem confectus.

Confido, is, pen. produ. credo, & certus ſum. Et tum de præterito, tum de præſenti, tum de futuro tẽpore dicitur. De præterito. Cice. Quoniã probatã rõnem officii mei uobis eſſe confido. De præſenti. Idem, Quiquam à Cratippo noſtro, principe huius memoriæ philoſophorum, hæc tibi aſſidue audire cõfido. De futuro, ut apud eundem, Ita ferè confidimus. Et dicimus, Confido tibi, & in te. Vergil. Et afflictis melius confidere rebus.

Aliquando Confidere ſignificat audere, quod & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam. Cicer. lib. iii. de legibus, Vir excellens & fortis cõfidere ſibi debet, & ſuæ uitæ, & actæ, & conſequenti. In malam etiam accipitur. Vnde confidentem dicimus, qui leges iura q; cõtemnit, & nihil timet. Quãobrem & pro temerario, imprudenti, & improbo poni conſueuit. Teren. in Phor. Homo confidens, quòd illum Dii omnes perdant. Qui fortis eſt idẽ fidens, quoniam Confidens, mala conſuetudine loquendi, in uitio ponitur. Vergilius.

Nam q si te iuuenum confidentiſſime noſtras
Iuſſit adire domos?

Hinc Confidentia, quæ (ſicut docet Donatus) eſt audacia cum improbitate. Teren. in And. O ingentem confidentiam. Aliquãdo tamen Confidens ponitur pro conſtanti & graui. Idem ibidem, Neſcio quis ſenex venit modo illum confidens, Donatus Confidentem pro coſtanti non in mala ſignificatione poſuit. & Confidentia, conſtantia, duritia, patientia. Plautus in Aulu. Scapularum confidentia virtute ulmorum freti. Et Confidẽter, conſtanter. Plautus, Quæ non deliquit, decet audacem eſſe confidenter. Quãdoq; etiam temerarie. Accius, Qui in puellæ domum tam confidenter irrupit.

Confinis, penul. prod. qui ſimul fuit, vnde Confines agros dicimus, qui eodem loco finiunt, uide in dictione Finis.

Confinium, idẽ quod confinis. Colu. lib. iiii. Mediocritas in lectione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni mali q; poſita eſt. Lactan. Ex quorum confinio naſus exoriens, æquali porrectus iugo, vtrã q; aciem ſimul & diſcernit & munit.

Confio, is. vide in dictione Fio.

Confiſcare, eſt in publici ærarii ius redigere, uide in Fiſcus.

Confiteor, eris, ſſus, uerbum cõmune, ſimul, aut totũ ſimul fateor, ſeu affirmo, in ſignificatione actiua. Lactan. lib. v. Vt doceret quibus pœnis affici oporteret, qui ſe cultores Dei confiterentur. In paſſiua, vt in Gorgonio martyre legitur. Vt quid in iſto crimen inducitur, quod à nobis omnibus confitetur? Duobus aliis modis apud ſacras literas capitur Confiteri. Eſt etiam Confeſſio, laudantis, ſeu gratias agentis. Eſt & Confeſſio gementis. Confeſſio laudantis, ad honorem pertinet eius qui laudatur. Confeſſio gementis, ad pœnitentiam pertinet eius qui confitetur. Confitentur enim homines, quum laudant deũ, Confitentur, quum accuſant ſe. Sed quum ad pœnitentiam refertur, cũ accuſatiuo conſtruitur. Et quando q; cum datiuo ultra accuſatiuum, ut in Pſal. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam domino. Quum autem ad laudem, ſeu gratiarum actionem, datiuum exigit, vt eſt illud, Confiteor tibi rex cœli & terræ. Solet aſſignari differentia inter Confiteri & Profiteri, quòd illud neceſſitatis, hoc voluntatis. Cice. pro Manilio, Hoc ego non ſolum confiteor, verumetiam profiteor.

Conflages, penul. prod. dicuntur loca, in quæ diuerſi conflant uenti, à Conflo, as.

Conflare, ſimul flare, quod proprie dicuntur uenti facere, quum ſunt diuerſi. Interdũ eſt ſufflare. Plinius Philiſcus officinam pinxit piſtoris, ignem conflante puero. Interdũ ſignare, quia hoc non niſi conflato igne fieri poteſt. Vnde Conflatam pecuniam dicimus, hoc eſt, ſignatam. Interdum concitare, contrahere, & vtplurimũ de malis dicitur. Dicimus enim, Tu tibi hodie cõflaſti inuidiã, inimicitias, odiũ. Salluſ. Magnã illi inuidiã cõflauerant, vſq; adeò vt nõnulli equites populi Romani, q præſidii cauſſa cum telis erant circũ ædem Concordiæ. Dicimus quoq;, Mihi cõflaui æs alienum, quod eſt, feci me debitorẽ alienæ pecuniæ. Idẽ, Alienũ æs grande conflauerat, quo flagitiũ aut facinus redimeret. Itẽ dicitur ꝑ contraho, qbus correſpõdet. Diſſoluo es alienum, quod eſt, æs alienũ quod conflaueră reſtituo. Quia

ſti. Non ego æs alienũ luxuria contraxi. Cice. Patri perſuaſi, ut æs alienum filii diſſolueret. Interdũ con gregare. Lact. lib. ii. Ita cõflauit ex his oĩbus popu lum. Interdum conficere, creare. Idem libro. vii. Et quicquid eſt in hoc opere mundi conflauit, ac pfe cit ex nihilo. Vergil. lib. i. Georg.

Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

Hoc eſt, cuduntur, fabricantur.

Conflatile, penul. cor. quod cõflando factum eſt. Hie rony. In Exod. Fecerunt ſibi uitulum conflatilem.

Conflicto, as. quod eſt frequenter pugno, percutio, ſimul affligo. Cic. lib. ii. ad Heren. Malo magno eſt hominibus auaritis, idcirco quòd homines magnis & multis incõmodis conflictantur, hoc eſt concu tiuntur, concertant, vexantur.

Conflictor, deponẽs. Terẽ. in And. nam qui cum in genii conflictatur huiuſmodi, id eſt, atteritur.

Confligo, is, penul. prod. ango, pugno, quum dimicã do ſe homines inuicem ſternunt. Saluſt. Optimum factu ratus in tali re fortunam belli tentare, ſtatuit cum Antonio q̃ primum confligere.

Confluere, concurrere, cõuenire, & proprie de riuis dicitur. quamuis in alia transferatur. Apul. Pleriq; qui ad mercatum confluxerant Interuenere. Plau. in Epi. Id ego experior cui multa in vnum confluunt, quæ meum pectus pulſant. Hinc Confluxus & Con fluuium quo multi riui ſimul fluunt. Confluus, a, um, quod ſimul fluit.

Confluges, pen. pduct. loca ſunt, in quæ riui diuerſi defluunt.

Confœdusti, apud veteres dicebantur fœdere cõiun cti. Cornuco.

Confœta ſus, dicebatur quæ cum omni fœtu adhibe batur ad ſacrificium. Cc.

Conforme, quod eſt eiuſdem formæ. Ambro. lib. I. offic. Vt quod habes largiaris pauperi, & conſortẽ & conformem tuum adiuues. Per tranſlationem ſu mitur pro conuenienti & congruo, unde Confor mo, as, conuenio, adapto, aſſimilo, ut apud Apoſto lum, Nolite conformari huic ſeculo. Proprie tamẽ ſignificat in formam fieri & configurari. Colu. lib. ix. Diebus quibus animantur oua in ſpeciem uolu crum conformantur. Vide in dictione Formo, as.

Conforto, as. & Confortor, paſſiuum. Hieron. lib. ii. Reg. Conforta bellatores tuos aduerſus urbem, ut deſtruas eam, quod eſt anima, & accende. Et illud, Confortare & eſto robuſtus.

Confugio, Confugium, Confugela, uide Fugio.

Confundo, perturbo, & omnia in unum miſceo. Ali quando Confundere, eſt terrere. Liui. lib. vi. Confu ſam eam ex recenti morſu animi quum pater forte vidiſſet, in dict. Fundo.

Confuto, as, penul. prod. ex con, & futo, ſicut & Refu to, penul. prod. ſignificat redarguo, vnde Confuta tio. Interdum opprimo, conuinco, conficio. Teren. in Phor. Confutauit verbis admodum iratum pa trem. Et eſt Confutatio (vt ait Cicer. ad Herennium) contrariorum locorum diſſolutio. Et confutare, cõ mouere, Titin. Coquus magnum ahenum, quando feruit paula confutat trua.

Congedus, amnis eſt iuxta Bilbilim, qui per agri pla niciem fluens, exiguũ lacum efficit, tepentibus aqs, qui erumpit in Bilbilim. Cornuco.

Congenulare, eſt genu replicato cadere, vel genibus flecti. Cæcilius, Ipſe regis ferit pectus, aduerſum cõ genulat, percuſſu deiicit dominum. Cornuco.

Cõgero, is, pen. cor. cõgrego, & coaceruo. Tibul. Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro.

Hinc Congeſtitius, a, um, quod cõgeſtum eſt. Colu. lib. ii. Non deterius tamẽ etiam pinguibus harenis vel congeſtitia humo proueniunt.

Congiarium, munus imperatorium, ſiue donatio im peratoria, vt ſcribit Sene. lib. iiii. de benefi. Hoc do nabatur populus ſicut donatiuo milites donaban tur. Sic Plinius ĩ Panegyrico laudat Traianũ, quòd congiarium populo dediſſet, quo locupletatæ ſunt tribus, quum donatiuum milites accepiſſent. Huius congiarii diuerſæ fuerunt ſummæ. Tiberius enim cõgiarium populo trecentos numos uiritim dedit. Caligula congiarium populo bis dedit tricenis ſe ſtertiis. Nero quadragenos numos populo diuiſit. Eſt & Congiarium menſuræ genus, vt apud Paulum Iureconſultum. Quintil. lib. vi. Cõgiarium commu ne eſt liberalitatis atq; menſuræ.

Congius, menſuræ genus capax ſex ſextariorum, ut in quit Priſci. Eſt & pars amphoræ. Cõgius enim quũ deeſt, efficit quidem ut ne ſit iuſtæ menſuræ ampho ra, ſed quum accedit & additur non ille vnus facit amphorã, ſed ſupplet. Veteres ſextario & dimidio conſtare voluerunt. Secundum Dioſco. decẽ libras continet, & Latinè chus dicitur.

Conglobo, as, pen. cor. à globus fit, ſignificat coadu no. Hiero. lib. ii. Reg. Et conglobati in vnum cuncti ſteterunt in ſummitate tumuli. Hinc conglobatim aduerbium, quod ſignificat per globos. Auguſti. li. vi. Confeſſ. Ipſa occurrebant undiq; aceruatim & cõ globatim cernenti.

Congratulor, unde congratulator, uide Gratulor.

Congredior, ſimul gradior. Varro, Omnesq; in unã domum congreſſi ſimul diſcubuere. Ambr. lib. offi. Qui ſapentibus congreditur, ſapiens erit. Et congre di, eſt ad obſiſtendum, vel pugnandum, vel diſputã dum ire. Gell. Qui ter cum hoſte congreſſus victor rediit. Vnde & congreſſus, pro pugna. Saluſt. Mul ti in eo congreſſu perierunt.

Congrex, dicitur grex copulatus, commixtusq; Apu. lib. vii. Nanq; me congregem paſtor egregius ali quando permiſit. Sic Segrex à grege ſegregatus ob excellentiam. Seneca in Hippolito, Segregem ſparſã per agros.

Congruo, is, grui, conuenio, tractum à gruibus, quæ non ſe ſegregant, ſiue quũ volant, ſiue cum paſcũt. Plau. in Curc. Sanè illi inter ſe congruunt concordi ter, unde congruum, & Incongruum, congruens, & Incongruens. Lactan. lib. ii. Eſt autem peruerſum & incongruens, vt ſimulachrũ hominis in ſimulachro dei colatur.

Congrus, & conger, vtroq; modo dicitur pro quodã

piſcis genere. Terent. Et congrum iſtum maximum in aqua ſinite ludere paulisper.

Coniectarium, efficax, atq; perfectum. Cicero, Illud vero mihimet coniectarium.

Coniecto, as, frequentatiuum, exiſtimo, iudico. Teré. in Eunu. Neq; ſcio quid dicam, aut quid coniectē.

Coniector, interpres ſomniorum, & omnium, à coniectura, hoc eſt, directione quadam rationis ad veritatem. Cicero, Defert ad coniectorem quidã ſomniaſſe ſe, ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis.

Coniectūra (vt ait Specu.) eſt rei latentis iudicium, & eſt id quod quis per rationes, & ſigna, & tempora, & huiuſmodi conicit, id eſt, cogitat & colligit. Cic. Corni. Quantum copiarum haberes, tum ipſa cõiectura conſequi poteram, tum ex literis tuis cognoui. Quintil. lib. III. Coniectura dicta eſt à coniectu, id eſt, directione quadam rationis ad ueritatem. Vnde etiam ſomniorum atq; ominum interpretes cõiectores vocamus.

Coniecturalis, adiectiuum, quod per coniecturã colligitur, & proponitur. Cice. libr. I. ad Heren. Coniecturalis eſt, quum de facto cõtrouerſia eſt. Hoc modo, Aiax in ſylua poſtquam reſciuit quæ feciſſet per inſaniam gladio incubuit. Vlyſſes interuenit, occiſum conſpicatur, corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit, ubi fratrem occiſum, & inimicũ fratris cum gladio cruentato uidet, capitis accerſit. Hic quoniam coniectura uerum quæritur, de facto erit controuerſia, & ex eo conſtitutio cauſæ coniecturalis nominatur.

Coniectus, us, directio quædam rationis ad ueritatẽ à quo dicta eſt coniectura.

Conifera arbor, dicitur quæ conos fert, hoc eſt nuces pineis ſimiles, Ouid.
Et conifere cypariſſi. Cc.

Coniferos, uocabant Græci, qui in Bacchi exercitu dum in Indiam proficiſceretur, thyrſos ferebant, quòd thyrſi pineæ nucis ſpeciem habeant. Cornucopiæ.

Conicio, is, penultima correpta, à con, & iacio, multis accommodatur ſignificationibus. Cice. M. Cælio, Si ui ſe intimum conicere vellent non ſatis commode calciati & veſtiti id facere poſſent. Item ibi. Atq; illo repentino hominum impetu ſe in fugam conieciſſe. Salluſt. Ex eo numero compluree Q. Metellus celer prætor ex ſenatuſconſulto cauſſa cõgnita in uincula coniecerat. Plautus in Epid. Ornate Epidice, & palliolum tuum in collum conice. Teren. in Heau. Hæc vbi aperuit oſtium continuò hic ſe coniecit intro. Et ibi, Syre mi obſecro, ne me in lætitiam fruſtra conicias. Et in Phorm. Hinc me conieci em protinus in pedes. In quibus ſignificatio eſt, quod uernacula lingua dicimus butare. Interdum in hoc verbo con, auget, ut ſi conicere, ſimul uel omnes iacere. Liuius libro ſecundo clamore ſubito undiqoe in vnum hoſtem tela coniiciunt. Cæſar libro primo, Pro vallo carros obiecerant, & è loco ſuperiore, in noſtros uenientes, tela coniiciebant. Per tranſlationem verò ſignificat interpretari, cogitare, colligere, diuinare. Idcirco tunc non exigit accuſatiuum cum præpoſitione, ſed naturali contentum eſt, neq; tamen à prima ſignificatione alienum. Nam quum aliquis conicit, id eſt, ſimul iacit, confert quæ agenda ſunt, & ſic cogitat, & colligit, & interpretatur, diuinatq; quid agere debeat. Teren. in Phor. Tu conieito cætera. Et in Eunu. Quid illud mali eſt, nequeo ſatis mirari, neq; cõicere Plau. in Cur. Mane ſis dum huic conicio ſomniũ. Pro diuinare Cice. poſuit lib. de diui. Num igitur aut aruſpex, aut augur, aut vates quis, aut ſomnians melius coniecerit, aut ex morbo euaſurum ægrotum, aut ex periculo nauem, aut ex inſidiis exercitũ, quã medicus, quã gubernator, quàm imperator?

Coniugalem torum, dicimus in quo nuptæ ſunt. Cc.

Coniugata, apud Rhetores ſunt quæ ab vnó genere ueluti iugo flectuntur, ut à iuſtitia, iuſtus, iuſta, iuſtum. Hinc locum à coniugatis dicimus, quum ita argumentamur. Si riſus gaudium eſt, ergo & ridere gaudere.

Coniugo, as pen. cor. ſimul iugo, quaſi in vnum iugũ iungo, vnde coniugatio in verbis dicta eſt apud Grammaticos, quòd ſibi ad vnum ſonum multa cõiungat, & quaſi uno iugo aſtringat. Cice. in Cato. ꝓprie dixit, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio, & religatio, & propagatio uitium ſarmentorum.

Coniugium, matrimonium. Verg.
Coniugio iungam ſtabili propriamq; dicabo.

Conium, genus herbæ noxium, quæ cum tritico naſcitur. Ambro. Cum tritico conium, quod inter alimenta uitæ noxium reperitur. Et niſi præuiſum fuerit, cõſueuit ſaluti nocere. Et paulò poſt Sturni veſcuntur conio, quoniam qualitate ſui corporis uenenũ ſucci letalis euadunt.

Coniungo, is, xi, ctum, copulo tractum à iugo, inde coniunctura, coniunctio, coniunctiuus, a, um, & coniunctim aduerbium.

Coniunx, ſecundum Priſci. & coniux, ſine n, ſecundũ Phocam, à coniugo, as, abiecta go, ſyllaba, & addita x. Iugum enim inſtrumentum eſt quo boues iugãtur, id eſt, iungũtur, unde Iugari dicimus, qui maritali iugo inſtar boum colla ſubiiciunt. Horat.
Diua producas ſobolem patrumq;
Proſperes decreta ſuper iugandis
Fœminis, prolisq; nouæ feraci
Lege marita.
Fœdera quoq; matrimonii vincula iugalia dicunt.

Coniugus, a, um, quod coniungit. Cc.

Coniuro, as, penultima producta, quaſi contra iuro, frequenter in malum dicitur, ſicut & cõſpiro. Sall. Sed antè coniurauere pauci in quibus Catilina fuerat. Terent. Quæ eſt hæc cõiuratio, ut omnes mulieres eadem æquè ſtudeant! In bonum, quum honeſta cauſſa ſit, vnde Mutius Scæuola, Trecenti, inquit, coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac via graſſaremur. Horatius,
Coniurat amicæ.

Connato ſimul nato, uide Nato.

Connecto, uide Necto, inde connexio.

Connexum, pedis pars ſuperior. Sed uidendum eſt, ne legatur conuexum, de quo infra. Ce.

Conniueo, es, conniuo, is, iui, uel xi, tum. Conniuere, eſt oculos genis integere. Plin. libro vndecimo, Grauiores alitum inferiore gena conniuent. Idem, Celſi bæ & ſimilia, vtraq; gena conniuent. Transfertur etiam ad alia. Gell. libro. xv. dixit conniuere caua ventris & ſtomachi, pro ſtipari, claudi, & contrahi. Hinc conniuere quaſi pro tranſire, & non videre ponitur quandoq;. Cice. in Phil. Quibuſdam in rebus etiam conniuio. Idem pro cælio. Proh Dii immortales quur interdum conniuetis in hominum ſceleribus maximis? Sueton. in Cæſ. Delicta neq; obſeruabit omnia, neq; pro modo exequebatur, ſed desertorum ac ſeditioſorum inquiſitor, ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. id eſt, reliqua uelut oculis veluti clauſis prætereibat, tanquam diſſimulanter illa contueretur. E contrario Inconniuens dicitur, qui oculis eſt vigilantibus ſine nictatione. Gel. de Socrate, Inconniuens, immobilis in hiſdem veſtigiis perſtabat. Inconniuia uigilia dicitur quando nunquam oculi conniuent, ſed aperte peruigilant. Habet hoc uerbum ni ſyllabam productam Silius, Conniuent, ſolemq; pauent deprendere uiſu.

Conno, ſimul no, uide connato.

Connubium, ius legitimi matrimonii, à nubo, cuius prima producitur, quum in connubio, quandoq; propter metri neceſſitatem corripiatur. Verg.

Connubio iungam ſtabili

Eſt enim Siſtole.

Conoides, cupreſſus fœmina dicitur, quæ in faſtigiū conuoluitur.

Conon nomen proprium Athenienſis ducis, qui Lacedæmonios profligauit, & Athenas in priſtinam libertatem reſtituit. Fuit & Alius conō Samius Aſtrologus, de quo Propert.

Me creat Architæ ſoboles Babylonius Orops,

Oron & à proauo ducta conone domus.

Hic ſeptem libros de aſtrologia edidit.

Conopæum, cum œ, diphth. tentorium ſeu velum, & papilio ille lineus, uel laneus, ſeu bombycinus, qui toro circundatur. ad arcendum culices, quo maxime vtuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos Græci κώνωπας dicunt.

Propert. libro tertio.

Fœdaq; Tarpeio canopæo tendere ſaxo.

Suidas κωνώπιον πόλις, καὶ κώνωψ θηλυκῶς, παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ εἶδος μυίας. id eſt, conope urbs & conops fœmininè apud Ariſtophanem in Pluto ſpecies muſcæ.

Conquiniſco, is conquexi, caput inclino, inclino. Plautus faciendum eſt puerile officium, conquiniſcā ad ciſtulam. Vide in dictione Ocquiniſco.

Conregione, ueteres pro è regione dixerunt. Ce.

Conſalutare, eſt vltro citroq; ſalutationem dare. Cic. lib. de Orat. Qui quum inter ſe, ut ipſorum uſus ferebat, amiciſſime conſalutaſſent.

Conſanguinei, dicuntur qui ſanguine inter ſe connexi ſunt. Et conſanguinei dicuntur fratres. Verg.

Et conſanguineus lethi ſopor.

Nam ſomni ſoror mors eſt.

Conſanguinitas, ipſa coniunctio. Ce.

Conſcendo, à quo conſcenſus, uide Scando.

Conſcientia ſui, ſcientia. Cicero, Nulla re iam lætari ſoleo, quàm officiorum meorum conſcientia.

Conſciſco, is, conſentio, ſiue ſciens conſentiensq; inſero. Cice. Mario, Mortem mihi quur conſciſcerē, cauſſa non eſt ulla, quur optarem, multæ. Aliquando conſciſcere, eſt propter conſenſus, ſiue conſcientiæ effectum, conſtituere aut decernere. Liui. lib. i. Cenſuit, conſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret. Nec mirum. Scio enim ſiue Sciſco, decerno ſignificat. Plau. in Curc. Rogationes plurimas propter uos populus ſciuit, quas uos rogatas rumpitis. Cice. lib. iii. offic. Durius etiam Athenienſes ſciuerunt, ut Æginetis qui claſſe ualebant, pollices præciderentur. Hinc Scitum, ſtatutum, ſiue decretum. Liuius libro primo cætera quoq; omnia publica priuataq; ſacra pontificis ſcitis ſubiecit. Inde Plebiſcitum, plebis decretum. Cice. lib. i. ad Heren. In rem confertur, ut ſi quis ex teſtamēto quod facere iuſſus eſt, ex plebiſcito utetur. Per tranſlationem conſciſcere ponitur pro contrahere. Colu. lib. viii. Diligensq; paſtor ſtabulum quotidie conuerrit, nec patitur ſtercus humorem conſciſcere, lutum've, capitis inimica. Sciendum eſt, quòd cōſciſco, Aſciſco, Deſciſco, Præſciſco, & Reſciſco, faciunt præterita in iui, ſicut ſua primitiua, ut Priſci. quoque de Aſciſco & Deſciſco ſentire videtur. Et conſcio quidē, Deſcio, & Reſcio, raro ſunt in vſu, ſed magis conſciſco & Reſciſco. Aſcio, & Præſcio inueniuntur, quamuis Aſcio non ita frequenter ſicut Præſcio. Aſciſco, & Præſciſco, licet magis Aſciſco, quàm Præſciſco, eò quòd Aſcio minus in vſu ſit, Præſcio verò magis. Quum ergo conſciſco, Deſciſco, & Reſciſco uſurpentur, non mirum eſt, ſi cōſcio, Deſcio, & Reſcio obſoleuerint, quoniam ferè ſuperfluum eſſet in eadem ſignificatione vtroq; haberi. E diuerſo autem Scio ſæpiſſime reperitur, & non Sciſco. Apud Plautum tamen legitur ſciſcam in Amphitruone, Ocyus accurro vt ſciſcam quid velit. Præſcio in vſu eſt, Præſciſco minus.

Vergilius lib. iiii. Georg.

Continuoq; animos vulgi, trepidantia bello

Corda licet longe præſciſcere.

Aſcio, apud Colu. in præfatione, Et pecoribus parandis, conſeruandisq;, quando & hanc aſcimus, quaſi agriculturæ partem.

Conſcius, proprie qui cum ſcit. Cice. M. Rutilo, quaſi & mihi conſcius eſſem quaſi te facerem. Nonius tamē de verborum differentiis ait, Scius ſecum, conſcius cum alio ſcius eſt. Licet conſcium indifferenter legamus. Sall. Populares conſcios ſceleris ſui.

Conſcribillo, pro conſcribo veteres dixerunt. Ce.

Conſcribo, uide in dictione Scribo. Inde conſcripti, qui in ſenatu ſcriptis annotati erant, qui per inopiā ſenatorum ex equeſtri ordine, in ſenatorum numerū recipiebantur. Liui. lib. ii. Deinde quo plus virium

in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret cædibus regis diminutum patrũ numerũ, primoribus equeſtris gradus electis ad trecentorum ſummam expleuit. Traditum inde fertur, ut in ſenatum uocarentur, qui patres, quiq́; conſcripti eſſent, conſcriptos uidelicet in nouum ſenatum adpellabant lectos.

Conſecraneum, quod eſt conſecratum, uocabulũ ferè in caſtris repertum, qualia ſunt conterraneum, commilitaneum, militaneum, ſuffarraneum, limitaneũ. Iulius Capitoli. in concione quadam Maximini Cæſaris, Commilitones, inquit, ſacrati, imò uere conſecranei. Alio loco, Nullam ciuitatem æque militaneam eſſe dixit.

Conſecro, as, pen. cor. uide in dictione Sacro, as, Cice. lib. ii. Tuſc. Quaſi addicti & conſecrati. Hos Tertul. uocat Conſecrataneos qui conſecrati ſunt, & quaſi mancipati uni ſectæ.

Cõſectaneus, accipitur pro eo, q in eadẽ hæreſi eſt.

Conſector, in totum, uel ſæpe ſequor. Lactan. lib. iii. Quæras ab his, quid ſibi uelint quũ fœminas tam rabidè conſectantur, ut uix diuelli queant.

Conſenſio (ut Speuſip. ait) communio rerũ omniũ, cogitationum, ſuſpicationumq́; concordia.

Conſentia ſacra, q̃ ex conſenſu multorũ ſunt ſtatuta.

Conſentio, is, & Conſentaneus, a, um, quære in dict. Sentio.

Conſeptum, & Conſeplo, dicitur quod undiq; clauſum, munitumq́; eſt. Liui. lib. x. Ibi med. is ferè caſtris, locus eſt conſeptus cratibus, pluteisq́; ex lignis contectis.

Conſequentia, eſt quæ ex præcedentibus infertur.

Conſequiæ, ſequæiæ, à conſequendo, ſicut ab exequẽdo Exequiæ. Apul. lib. x. Nouiſſimis trahebantur conſequiis.

Conſequor. pen. cor. immediate ſequor. Verg. li. v. Quem deinde cloanthus Conſequitur.

Gel. lib. ii. Vter dies natalis haberi adpellariq́; debeat, is in quem nox ex ea conſecuta eſt, an qui dies noctem conſecutus eſt. Et conſequi, obtinere, adipiſci. Cicero in Verrinis, actione prima. Quod ego meo labore & uigiliis conſecutus ſum. Itẽ exprimere. Idem cæſari iuniori, Extrema uero quãta & qualia ſint, uerbis conſequi non poſſum.

Conſero, ſeris, pen. cor. conſerui, conſectum, ſimul miſceo. Lact. lib. v. Tum inter ſe manus conſerere cœperſit & inſidiari, & gloriam ſibi ex humano ſanguine comparare, Vnde milites conſerri dicuntur, dum pugnant.

Conſero, conſeris, pen. cor. conſeui, cõſitum, ſimul ſero, dum pro plãto ſeu ſemino ponitur. Verg. En quis conſeuimus agros.

Lact. lib. ii. Quem in partibus Orientis omni genere ligni arborumq́; conſeuit. Columella libro ſecundo Celerius etiam ſi eodem tempore ſtercores, & lupino, uel faba coſeras. Inde conſitio. Cicero in catone, Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones.

Conſerua, vide conſerua.

Conſeſſus, non eſt cõſeſſio, ſed homines in uno loco ſedentes, ſicut conuentus, non eſt conuentio, ſed homines qui in unum locum conueniunt.

Cõſido, conſidis, pen. prod. ſignificat me cum aliis ad ſedendum, ſeu ad habitandum colloco. Liui. lib. i. Conſiderant utrinq; pro caſtris duo exercitus, periculi magis præſentis, quàm curæ expertes. Colu. li. viii. Neq; aut recubet, aut conſidat, id eſt, ponat ſe ad ſedendum.

Conſiliarius, qui conſilium præbet.

Conſilio, is, conſilui, uel conſiliui, conſultum, ſimul ſalio, unde conſulto, as, frequentatiuum.

Conſilior, aris, conſilium capio. Pſal. Accipere animã meam conſiliati ſunt.

Conſilium, (ut inquit Cic. lib. ii. artis ueteris) eſt aliquid faciendi non faciendi ve ratio excogitata. Et conſilium eſt, quod conſiliarius præbet. Quandoq; conſilium ſumitur pro iudicibus deputatis. Cic. pro Roſcio, Qui ex ciuitate in ſenatum, propter dignitatem, ex ſenatu in hoc conſilium delecti eſtis, ꝓpter ſeueritatem. Et infra. Dii prohibeant, iudices, ut hoc quod conſilium publicum uocari uoluerunt, præſidium ſectorum exiſtimetur. Dictum cõſilium (ut quidam putant) à con, & ſileo, quod uno conſulente cæteri conſileant. Vel à concilio, ut ſit conſilium, quaſi concilium. Sed magis à conſilio fieri exiſtimo, qđ ex con, & ſalio componitur, eò quòd in vnam ſententiam plurium mentes conſiliant & conueniant. Vt enim exilium ab exilio, is, ita conſilium à conſilio deſcendit conſilium dare, eſt ſuadere. Quintilia. Cum Ciceroni dabimus conſilium ut Antonium roget.

Conſiſto, is conſtiti. conſtanter & audacter ſto, firmor, quod eſt audacis & robuſti hominis Plaut. in Cur. Nec uobis quiſquam in foro frugi cõſiſtere audet. id eſt, ſe firmare. Liu. lib. i. Quũ inſtructæ acies conſtitiſſent. Item erigor.

Verg. Conſtitit in digitos.

Conſiſtorium, locus in quo conſultandi gratia homines conſiſtunt. Poteſt etiam poni pro conſiſtentium multitudine. Item conſiſtoria dicuntur archiua cæſarea, & Imperatoris Palatinæ domus, quæ etiam vocantur Auguſtalia. unde conſiſtoriani ab Ambroſio dicuntur, qui ſenatorii ordinis, uel ampliſſimi ſunt, qui ad principale conſilium eligebantur. & Suidas. κονσιστώριον παρὰ Ῥωμαίοις οὕτω λέγεται, τὸ συνέδριον καὶ τὸ σύστημα ἔνθα περὶ τῶν ἐπειγόντων βουλεύονται, id eſt, Cõſiſtorium apud Latinos dicitur concilium, & congregatio, ubi de urgentibus conſulunt.

Conſobrini, qui, ex duabus ſororibus ſunt editi quaſi conſororini. Amitini, qui, quæ ue ex ſorore & fratre propagantur. Sed ferè vulgus omnes iſtos, communi adpellatione conſobrinos vocat. Item qui ex fratribus, patruelibus, aut conſobrinis propagantur, vel amitinis, conſobrini vocantur. Patrueles, qui ex fratribus nati ſunt.

Conſolabundus, à conſolor, ſicut & conſolamen, & conſolatio.

Conſolida, herba eſt, quæ & conſerua, & coagulum dicitur,

dicitur,& Græcè ἀλλ' ἐλευθερον.
Conſolor,pen.prod.ſolatium præſto.& propriè uer bis fit conſolatio.Cic.Sulpi.Dices quid me iſta res cōſolatur in tantis tenebris,& quaſi perpetuis rei publicæ.Eſt omnino uix conſolabilis dolor. Solatium fit re, Solamen poeticum eſt. Vergil. Solamenq; mali de collo fiſtula pendet. Inuenitur & in ſignificatione paſſiua. Afinius, Sed quem ob ea quæ ſperaueram dolebam,conſolabar ob ea quæ timui. Hinc Conſolatorius,a,um,quod conſolatur,ut epiſtola conſolatoria.
Conſono,penul.corre.ſimul ſono.Varro de apibus. Quum iam euolaturæ ſunt, aut etiam inceperunt, conſonant vehementer, perinde ut milites faciunt quum caſtra mouent.Inde Cōſonantes dictæ ſunt, quòd cum uocalibus ſonent,non per ſe. Per tranſlationem Conſonare ſignificat concordare. Hierony. ad Aſellam. Antè quàm domū ſanctæ Paulæ noſſerem,totius in me urbis ſtudia conſonabant,omniū penè iudicio dignus ſūmo ſacerdotio, decernebar. Hinc Conſonantia,uocum concordantia,quæ Græcè Euphonia dicitur.
Conſors,eiuſdē ſortis.id eſt, cōditionis,& fortunæ, & qualitatis in ea re & negocio. Sappho ad Phaonē. Non tantum Alcæus conſors patriæq; lyræq; Laudis habet. Cōſors etiā dicitur qui tantūdem ſortis attulit ad ſocietatē mercaturæ, quantum ille cū quo ſocietas eſt.Conſortem Proper. poſuit pro ſimili,quum inquit,
Tu qui conſortem properas euadere caſum.
Conſortium,ipſa ſocietas,quæ & Conſortio,nis,dicitur. Liuius lib.vi. Quænam iſta ſocietas,quænam conſortio eſt?
Conſpicio,is,penul.corre.uideo,unde Conſpectus, pro aſpectu. Vergi.
Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti.
Cōſpicillū,ut vū eſt locū ē quo cōſpicere poſſis.Plaut. In cōſpicillio aſſeruabā.Eſt & Cōſpicillū quod oculis adhibemus , ut melius intueamur . vulgò Ocularia dicitur.Idē,Cædō uitrū,neceſſe eſt conſpicillio uti.
Cōſpico,as pen.prod.& Cōſpicor,deponēs,à con, & ſpico,vel ſpicor cōponitur. Spicor autē à ſpica vel à ſpiculis,vnde & Deſpico , cor. Inſpico,cor. Perſpico,Suſpico,cor.Eſt autem Cōſpicari,conſpicere,ſeu in conſpectu habere. Teren.in Eunu.Quur te ego in his conſpicor regionibus. Sallu.in Iugur. Quum interea Metellus monte digrediens conſpicatur,primo dubius quidnā inſolita facies oſtēderet.Inſpico protulit Verg.lib.ii.Georgico. Et ruigilat,ferro q; faces inſpicat acuto.
Nec Priſcianum audiendum puto,qui vult hæc verba à ſpicio fieri,quia ſi à ſpicio eſſent,non Conſpicor,ſed Cōſpicior faceret,ſicut Cōſternor.& Aſpernor.à ſterno,& à ſperno,ſecūdum analogiam,licet coniugationem mutent. ASCEN. Nihil tamen Conſpicor,pro conſpicio,cōmune habet cum ſpica,præſertim quum ſecundam corripiat,licet Inſpico,pro acuo,à ſpica,eam producat.
Conſpicuus,a,um,à cōſpicor,ſicut Perſpicuus,à perſpicor.modo ſignificat ſagacem,perſpicacem, acutum.Quintil. Conſpicuus,ſagax,callidus.modo clarum,& qui ab omnibus conſpicitur,unde Mar.Cōſpicuum amphiteatrum adpellat.
Conſpiro,pen.prod.ſimul ſpiro,ſicut conflo ſumitur. Gel.lib.i. Sed enim ad Achæos Homerus pugnam indipiſci ait,non fidicularum tibiarumq; concentu cōſpiratam. Colu.li.iiii. Cœleſtes admittat imbreis, eosq; alendis,ſeminibus diſpenſet.ac ſuis omnibus partibus ad educandam proiem nouam conſpiret. Per tranſlationem conſpirare,ſumitur pro coniurare,& conſentire,unde conſpiratio, quæ & in bonū & in malum capitur.In bonum.Cic.pro Ligario,fratrum conſpirationem dixit,quaſi vnanimitatem.Idē lib.ii.Offic. Magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum,atq; conſenſu.Et pro domo ſua, Hanc noſtram conſpirationem in Repub.bene gerenda certi homines fictis ſermonibus diremerunt. Plini.in Epiſt.Proinde conſpirate, conſenitie,maiorem q; animum ex meo ſumite.Cōlu.li.xii.Nihil q; aut maritus,aut fœmina propriū eſſe iuris ſui diceret,ſed in commune conſpirabatur ab vtro q; in malum,conſpirare quo q; ponitur pro conuoluere. dictum à Spiris,quæ ſunt reuolutiones,ſiue circuli,q in ſeipſos recurrunt,vt fit in ſerpentibus.Plin.de viris illuſtribus,Romani ob peſtilentiā, reſponſo monitic,ad Aeſculapium Epidauro accerſendum decē legatos,principe Q.Volumnio miſerunt.Qui quū eò veniſſent,& ſimulachrum ingens mirarentur anguis è ſedibus eius elapſus,venerabilis,non horribilis,per mediam vrbem cum admiratione omniū ad nauem Romanam perrexit,& ſe in Volumnii tabernaculo conſpirauit.
Conſpondeo,es,quære in dictione Spondeo.
Conſtantinopolis,vrbs à conſtantino ædificata,in finibus Thraciæ,de qua in dictione Bizantium.
Conſterium,quod & Apoditerium dicebatur.locus propè Thermas,vbi veſtes deponebantur.
Conſterno,as,aui,atum,ſignificat deiicio, Sall. Qua victoria elati hoſtes,noſtri territi,atq; animis conſternati diſceſſere . Idem, Et q ſine rectoribus exterriti aut conſternantur.Inde conſternatio,quæ eſt concitatio quædam ſubita,ex aliquo metu.& à ſternutamento deduci videtur,quòd eo toto concutimur corpore.
Conſterno,is,conſtraui, & conſternui.diuerſum eſt, & ſignificat impleo. Verg.
It ſtridor & alte
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes,
Et conſternere,eſt ſillicare,& pauimentum ſupra facere.Colu.lib.i. Area ſi cōpetit,ita conſtituenda eſt, vt uel à domino,uel certe à procuratore deſpici poſſit.ea q; optima eſt ſillice conſtrata.quòd & celeriter frumenta deteruntur,non ſedente ſolo pulſibus ungularum,tribularum,& eadem euentilata mundiora ſunt,lapillis q; carent & glebulis.
Conſtituo,diſpono. Vergillus,
Qui teneāt(nam inculta videt)homines'ne feræ'ne,

Quærere conſtituit. Locum, ſiue tempus determino. Cicero Mario, Quare ſi quid cõſtitutum quum podagra habes, fac ut in aliam differas diem. Quãdoq; ſignificat conuenio, & pactum facio. Teré. in Hecy. Nam cõſtitui cum quodam hoſpite me eſſe illum conuenturum. Quandoq; formo, & quaſi bonam diſpoſitionem infundo, unde Cice. lib. ii. Tuſcul. Metrodorus eum perfectè putat beatũ, cui corpus bene conſtitutum ſit, & exploratum id ita ſemper fore. Quod medici recentiores barbarè dicunt bene complexionatum. Et Conſtitutio corporis, dicitur ipſa complexio. Conſtitutio etiam quandoq; dicitur ſtatus, quæ in cauſſis potentiſſima eſt, quum ſit prima cauſſarum cõflictio, vide in dictione Status. Aliquando cõſtituere, eſt gubernare. Cic. ineuntis enim ætatis inſcitia, ſenum conſtituẽda & regenda prudentia eſt. Interdum Conſtituere, decernere. À quo Conſtitutiones, decreta dicuntur. Nonnunquã parare. Cic. tametſi erat ignarus quantum ſibi ac liberis ſuis, iam tum mali conſtitueretur.

Cõſtitutus, a, um, participiũ. Conſtitutus, us, nomen, quo hominũ conſiſtentium multitudo ſignificatur.

Conſto, as, conſtiti, conſtitũ, & cõſtatum. Luc. lib. ii. Conſtatura fides ſuperum. Martialis, Conſtatura fuit Megalenſis purpura cẽtũ. Eſt autẽ Conſtare, conſtanter permanere, perſeuerare, ratum habere. Cicero, Qua in ſententia ſi conſtare uoluiſſent, ſuam autoritatem cum ſalute recuperaſſent. Idẽ lib. i. Tuſcu. Et ſi tibi quidem conſtare uis, oẽs quicunq; nati ſunt, eruntue non ſolum miſeri, ſed etiã ſemper miſeri. hoc eſt, ſi hanc ſentẽtiam quòd mors malũ ſit, firmam ratamq; habere uis. Dicimus etiã, Conſtat pedibus, Cõſtat animo, pro firmat. Verg. Et paribus Cyllenius alis Conſtitit. Interdum Conſtare, ualere, & paſſiue ſumitur pro empto, aut uendito. Plin. lib. xxxiii. Et omnibus penè annis mutari, prout nauigationes cõſtiterint, aut ut quiſq; mercatus ſit, aut aliquis præualens manceps annonam flagellet. Cic. Quod mihi conſtat carius, quàm ſi in foro emiſſem. Interdum Conſtare, conſiſtere. Idem lib. i. Tuſcul. Animus qui ſi eſt horum quatuor generum, unde omnia Conſtare dicuntur. Interdũ cõpoſitum eſſe. Idem, Vt hæc elementa ex quibus omnia conſtant. Interdum ſimul ſtare. Siſen. lib. iiii. Hiſtoriarum, Multitudinem procul hoſtium conſtare uiderunt. Interdum ſuppeditare. Iuuena.

Quis feret uxorem cui conſtent omnia. In tertia perſona ſumitur pro manifeſtum eſt. Cic. lib. ii. ad Cæſa. Iuniorem, Quum conſtet Lupercis, id uectigal dediſſe, qui antè poterat id conſtare. Rurſus pro cõuenit, ut dicitur eſſe concors, ut hoc mihi tecum cõſtat. id eſt, conuenio tecum in hoc, & aſſentior tibi. Cic. lib. i. ad Heren. Adhuc quæ dicta ſunt, arbitror mihi conſtare cum cæteris ſcriptoribus. Rationem conſtare, ſignificat æquam legitimamq; rationem aut oſtendi, aut adparere oſtendi poſſe. Vlpia. planè ſi defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei conſtare oportet. id eſt, rationem eum iuſtam aut oſtendere, aut facile poſſe oſtẽdere. A Conſto, quãtum ad primam ſignificationem fit Conſtans, prodo, qui firmus eſt, & tenax propoſiti. à quo Conſtãtia, & Conſtanter, quibus contraria ſunt Inconſtãs, Inconſtantia, & Inconſtanter, unde Cice. lib. iii. ad Heren. Inconſtanti geſtu, teſtimoniorum inconſtantiam, & inconſtanter locutum eſſe dixit.

Conſtruere, ſimul ſtruere, ordinare, fabricare. Cice. in Cato. Vt nauem aut ædificium idem deſtruit facillime qui conſtruxit, ſic hominẽ eadem optime, quæ conglutinauit, natura diſſoluit.

Conſueſco, is, eui, & Conſuetus ſum, etum, in bono & in malo dicitur. In bono, quum familiaritatem & conuerſationem quempiam cum aliquo habere ſignificat, ut ſit Cõſueſcere, ſimul ſueſcere. id eſt, ſimul conuerſari. Plau. in Aſi. Bene ſalutando conſueſcũt, compellando blanditer. Teren. in Adel. Quid illã tandem credis fore animi miſero, qui cum illa conſueuit. id eſt, conuerſatus eſt In malo, quũ de re Venerea dicitur. idem in Phor. Quum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum. id eſt coiuit. Similiter Conſuetudo de familiaritate, & de re Venerea dicitur, ut apud eũdem in Phor. Dum expecto, quã mox ueniat, qui hanc mihi adimat cõſuetudinem. Et Conſueſcere, eſt accipere in conſuetudinem. Colu. lib. ii. ſumẽtis præbeas medicam, ſed inter initia parcius dum cõſueſcant, ne nouitas pabuli noceat. Item Conſueſcere, eſt viuere. Colu. lib. ix. Nec magis humo, quàm ſtagno conſueuerunt. Cõſuefacio, Conſuefactio, Conſuetudo, & Conſuetio, quo uerbo utitur Plaut. à Conſueſco deducuntur. &c.

Conſul, is, à conſulendo, q; conſuleret populum & ſenatũ, nam & hoc conſulere ueteres uocauerunt, unde adhuc remanet illud, Rogati bonũ conſultis. id eſt, iudicatis. Poteſt etiã dici conſul à conſilio, cõſilis, ſicut exul, ab exilio, præſul, à præſilio, mutatione i, in u, ut in Inſulto, Exulto, & Reſulio patet. Conſulo autem à conſul. Nec obſtat, quòd Conſul à cõſulendo dicatur, quoniam ita conſul creabatur, ut conſuleret, utpote qui conſiliũ haberet in ſe præcipuum. Prius enim homo is exigitur qui conſultat, quàm actus conſulendi fiat. Non ergo à conſulendo nominatus eſt Conſul, quia à cõſulo deriuetur, ſed quòd ab ipſo conſule uerbum conſulo exercetur. Et ideo ab ipſo qui conſulit deriuari conſulo æquiſſimum eſt. Var. Conſul nominatus, quia conſuleret populum & ſenatum. & eſt Conſul qui magiſtratũ gerit. Proconſul, qui cum poteſtate extraordinaria, ad aliquam prouinciam adminiſtrandam mittitur.

Conſularis vir, qui conſulatum geſſit, uel qui conſulari dignitate dignus eſt. Cicero Lentulo, Q. Maxi. Qui filium conſularem amiſit.

Conſulatus, us, officiũ, uel dignitas, ſiue tempus quo conſul in officio eſt.

Conſulo, lis, cõſului, ultum, pe. cor. cũ accuſatiuo, ſignificat cõſiliũ peto. ut cõſului doctos. id eſt, à doctis cõſiliũ petii. Quintil. Ego aures cõſulẽs meas. Põt etiã in hac ſignificatione habere duos accuſa. ut conſulo te bonũ conſiliũ. Et aliqñ genitiuũ cum

accuſa. Macrob. Conſulo te boni. Aliquando geni tiuũ ſine accuſ. Plin. lib. xxxiii. Quærebat argẽtum auaritia: Boni conſuluit interim inueniſſe minium, rubentisq́; terræ excogitauit uſum. Cum datiuo, neu trum eſt, & ſignificat conſilium do, vt medicus con ſuluit mihi. Interdum prouideo, proſpicio, & præſi dium fero. ſed hoc ſæpius in rebus inanimatis fit. ut conſule honori tuo, conſule rebus tuis, conſule ſaluti tuæ, id eſt, prouide. Cice. Conſuli quidem te à Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallẽ. hoc eſt, mallem quòd Cæſar prouideret tibi, quàm te interrogaret. Ambro. Nec inuerecunda petitio, quæ non ſibi, ſed liberis cõſulebat. Aliquãdo poſt datiuum iungimus accuſatiuũ. ut conſulo tibi com modũ tuũ. hoc eſt, do tibi conſilium, quod ſit tuum cõmodum. Quando q; accuſatiuũ cum in, pro contra. Teren. peſſime iſtuc in te atq; illum cõſulis. Interdũ Conſulere, eſt deliberare, ſed in plurali tan tum, & abſolute. ut conſuluint ſenatores. id eſt, de liberant. Huius verbi compoſitum eſt Perconſulo, quod eſt optime conſulo. Teren. in Phor. Adeon rem rediiſſe, vt qui mihi perconſultum optime ues lit eſſe.

Conſulto, as, conſilium frequenter capio, vel conſi lium frequenter do, ſiue frequẽter delibero. Salu. Delecti quibus corpus animis firmum, ingenia ſa pientia ualidum erat reipu. cõſultabant. Liuius li. i. Ad hæc conſultanda.

Conſultò, aduerbium. id eſt, deliberate.

Conſultor qui alium conſulit. id eſt, qui conſiliũ ab aliis inquirit. Cicero pro cornelio Balbo, Etenim ſi Q. Scæuola ille augur, quum de iure prætorio con ſuleretur iureconſultiſſimus, conſultores ſuos nõ nunquam ad Furium & Camillum reiiciebat. Idem pro Muræna, Vigilas tu de nocte, ut cõſultoribus tuis reſpondeas. Accipitur quãdoq; pro eo, qui alii conſulit. ut apud Salu. in Iugurthi. Simul ab eo pe tiit, ut fautor, conſultorq́; ſibi adſit. Et in illo uerſu prouerbiali. Cõſilium malũ, conſultori peſſimũ eſt.

Conſultoria hoſtia, erat qua diuina uoluntas per exta diſquirebatur. de hac Vergilius,

Mactat lectas de more bidentes. Cc.

Conſultus, quãdo participium eſt, ſignificat eum qui conſulitur. hoc eſt, à quo conſiliũ petitur. ut, medi cus conſultus dixit te febribus laborare. Quãdoq; nomen eſt, & ponitur pro prudenti & ſapienti.

Ouid. lib. i. de Arte amandi,

Sit tibi credibilis ſermo, conſultaq́; verba.

Id eſt, prudentiæ ac ſapiẽtiæ plena. Eſt autem nomẽ duobus modis, ſcilicet quũ p ſe ponitur. Hora.

Eris tu qui modo miles Mercator tu conſultus mo do ruſticus. Vel quado habet genitiuũ. Liuius lib. x. Callidos ſollertisq́; iuris atq; eloquentiæ cõſul tos. Hinc dicimus Conſultus iuris, & iuris Conſul tior, & Conſultiſſimus. Idem lib. i. Conſultiſſimus iu ris, ut illa quiſquàm ætate eſſe poterat. Auguſt. Quanto conſultius reges, non ſicut Herodes interfi cere quærunt, ſed ſicut Magi potius adorare. Sic ſeconſultus poteſt eſſe particip. & non nomen.

Conſultus, tur, & conſultum. pro re quæ conſulitur. Horatius in Epiſtolis.

Qui conſulta patrum, qui leges, iuraq́; ſeruat.

Et Conſultum, decretum, ſtatutum, quod aliquan do reſoluitur in infinitum. ut illud Salluſt. Nam & priuſquam incipias, conſulto, & poſtquam conſul ueris, mature facto opus eſt. id eſt, conſulere, ſiue ut conſulas.

Conſummo, as, per duplex mm, ſummam ſimul ca pio. Lactan. libro ſeptimo. Quoniam nec rationem totius myſterii magni conſummauerat, in vnumq́; collegerat, nec ſummum bonum comprehenderat. Colume. libro ſecundo. Hac conſummatione ope rum colligitur, poſſe agrum ducentorum iugerum ſubigi duobus iugis boum, totidem bubulcis. Et Conſummare eſt perficere, q; quæ perfecta ſunt, omnia ſibi ſumpſiſſe uideantur. Lactan. lib. ſepti. Mundum Deus, & hoc rerum naturæ admirabile opus, ſex dierum ſpatio conſummauit, unde & Cõ ſummatus homo, perfectus dicitur. Mart.

Quod magni Thraſeæ conſummatiq́; Catonis.

Colum. Nulius eſt conſummatæ ſapientiæ.

Conſumo, is, penul. produ. in nihilum redigo. Solin. Sunt etiam in Lycia ſaxa, quæ viuentium quoque corpora adalligata conſumunt.

Conſuo, is, ſimul ſuo, compono, cõiungo. Plau tus in Amph. Adueniſti audaciæ columen, conſu tis dolis. Imò equidem, tunicis conſutis huc aduec nio, non dolis.

Conſus, cõſiliorum Deus putabatur, qui ideo tem plum ſub, tecto circo habebat, ut oſtenderetur te ctum eſſe debere conſilium. Hinc Conſualia feſta, quæ fiebant in honorem conſi. Liuius libro. i. Lu dos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolennes, conſualia vocant.

Conſyderate, cum conſyderatione,

Conſyderatus, dicitur qui agenda, conſyderat.

Conſydero, as, à ſiderum contemplatione dictũ eſt.

Contagium, & contagio, & contages, pen. prod. mor bus qui ex contactu contrahitur. ex con, & tago, is, quod eſt tango. Vergi.

Dira per incautum ſerpant contagia vulgus. Iuue. Creticæ pollucea dedit hanc contagio labem.

Lucretius libro quarto.

Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt.

Contamino, as, penultima correpta, ex con, & tami no, & eſt proprie Contaminare ſecundum Donatũ, quũ res rei ita immiſcetur, ut neutra incorrupta ma neat, ſed fit in vtroq; corruptio. Sunt q dicant Con taminare, manibus lutulentis qcquàm attingere, ob hoc pro fœdo, & maculo ponitur. Qua ratione Te rent. Contaminare fabulas dixit, Liuius libr. iiii. pro de decoro poſuit. Contaminari ſanguinem ſuum pa tres, confundiq; iura gentium rebantur, quod plebs ægerrime ferens, nobilitatem arguebat eodem loco di cens. An eſſe vlla maior, aut inſignior contumelia poteſt quã partem ciuitatis, velut contaminatã indi gnã connubio haberi. A contaminatus, fit compoſi tum Incontaminatus. de quo ibi. Quas quantasq;

per C.Camulcium aggreſſum colluſionem gētium, perturbationem auſpiciorum publicorum, priuato ſuinq; afferre, ne quid incontaminati ſit. Sunt & Attamino, & Intamino, quæ ſunt contraria. De primo Ambro. lib. i. Offic. Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne guſtaueritis, quæ ſunt omnia ad corruptelam ipſo vſu. De ſecundo. Horat.

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ.

Intaminatis fulget honoribus. id eſt, incorruptis, & indiminutis.

Contemno, is, pſi, tum. ſperno, vilipendo, & eſt minus quàm deſpicio. Cic. In Verrem Act. iii. Quemq; cōtempſerit, deſpexerit, liberum eſſe dixerit vnquam. Cōponit̃ enim ex con, pro valde, & temno, reiicio. Hinc cōtemptus, us, deſpectio. ut tu es omnibus cōtemptui. id eſt, deſpiceris ab omnibus.

Contemplatio, & contemplatiuus, à contemplor. unde contemplatiua uita, quæ contemplationi dedita eſt. Cornucop.

Contemplor, aris, à templo dicitur. id eſt, à loco qui ab omni parte aſpici poteſt. vel ex quo omnis pars poteſt videri, quem antiqui templum nominabant, ſignificatq; diligenter intueor, & conſydero. Lact. lib. vi. Vel ſi cœleſte lumen, quod dicimus ſolem, contemplari velint, Annius, contempla, & templum Cereris ad læuā aſpice Inuenitur & contēplo Plau. in Aſi. Hem meum caput contempla, ſi quidem ex re consultas tua.

Contemporaneum, dicimus eiuſdem temporis, quem nonnulli Græca voce συγχρόνιον dicunt. Ca.

Contemptibilis, à contemno. id eſt, contemnendus, ex quo contemptibilitas, & Contēptè, cōtemptim, & contemptibiliter, aduerbia. Ca.

Contempto, as, frequentatiuum à contemno. Plaut. Mirari noli neq; me contemptarier.

Contendo, is, contra tendo, q eſt contra proficiſcor. Cæſar lib. i. Ipſe de quarta vigilia, eodē itinere quo hoſtes ierant, ad eos contendit. Et contendere, certare. Vergilius libro quarto.

Quis talia demens

Abnuat, aut tecum malit contendere bello?

Item ſignificat contendendo, ſiue cum conatu ac niſu petere, ſeu aliquid agere, vnde contenta corpora dicimus, quæ omni niſu intenduntur aduerſus labores, vt in arcu neruus. Cic. lib. ii. Tuſcul. Sunt quædam animi ſimilitudines cum corpore, vt onera, cōtentis corporibus, facilius feruntur, remiſſis opprimunt. Cic. lib. I. Offic. Miſerrima omnino ambitio, honorumq; contentio. Eſt enim Contentio oratio acris, ad confirmandum, & cōfutandum accommodata, vnde à Plinio dicta eſt in epiſtolis, oratio pugnax, & contentioſa. Apud Rhetores contentio dicitur exornatio, ex contrariis uerbis concinnata, q̄ antitheton. id eſt, contrapoſitum dicitur, vt illud p Cluen. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Item Continuare, ut lib. iii. de Ora. Nihil perniciosius, quàm ſine intermiſſione contentio. Item ire. Sall. In Iug. Ex prælio fugit in prouinciā, ac deinde Romā contendit. Itē feſtinare. Verg.

Quæ littora proxima curſu Contendunt petere. Itē aſtringere, intorquere ut lib. iiii. Georgi.

Tanto nate magis contende tenacia vincla.

Item Comparare. Cic. li. i. ad Here. Si noſtram cauſſam laudando extollemus, & aduerſariorum per cōtentionem deprimemus. Item extendere, ut apud eūdem. Ex cōtētione uocis & ſummiſſione facile diiudicabimus. Item extorquere. Cic. Extremum autem præceptum in beneficiis, operaq; danda, nequid cōtra æquitatem contendas. Item iacere, dirigere. Ver.

Qui tamen aerias telum contendit in auras.

Item intendere. Cicero, Magna eſt animi contentio adhibenda. Idemq; ferè eſt contentio, & Intentio, quum vehementiam quandam ſignificant in uoce. Tracta ſimilitudine ab arcu, ſeu cithara cuius, nerui quantò vehementius intenduntur, tantò vehementiorem ſonum efficiunt.

Contentus, a, um, quum eſt participium à contineor, paſſiuæ ſignificationis eſt, non actiuæ, ſicut putauit Valla, quoniam ablatiuum habet, ut is accipiatur, qui continetur ab eo quod animo ſuo ſatisfacit, ſiue etiam à ſeipſo contineatur. Non enim ſicut compos qui poſſeſſor ſiue obtentor alicuius rei eſt, ita contētus accipitur. Quoniā q contentus eſt, ab eo poſſeſſus eſt, à quo, vel quo contentus eſt, quia neceſſe eſt, vt aliquid ſit, à quo quis contineatur, ut contentus dicatur, vt apud Terent. in Eunu. Neq; tu vno contēta eras, neq; ſolus dedit. Quis hic exponat, Neq; tu vnum continebas, qui animo ſatisfaceret tuo. Continere enim cohibere eſt, ſiue te ſiue aliū, nequid fiat reprehēſione dignum, & ad virtutem ferme ſemper pertinet. Hoc autem loco culpatur meretrix, non q ſe à libidine non contineret, ſed q vno nō cōtenta erat. id eſt, vno non continebatur, ut ab aliis abſtineret. Id etiam oſtenditur per affirmationem. Plaut. in Mer. Nam vxor contenta eſt, (quæ bona eſt) vno viro. Nec hic vxor bona, continet vnum virum, ſed ſe continet, ſiue continetur vno viro, aut ab vno viro. Similiter Lactan. de prophetis loquens. Contenti temporali cibo quem Deus ſubminiſtraſſet. id eſt, ſatis facti, ut nihil amplius expeterēt. Plaut. in Merc. Imò dicamus ſenibus leges. Cēſeo prius habeamus quas leges teneāt, cōtētiq; ſint. id eſt, cōtineātur, vel percati vel læti ſint. Quæ tñ omnia paſſiue ſumunt. Eſt etiam contentus participium à contendo.

Conterraneus, dicitur qui ex eadem terra eſt. quapropter catullum: conterraneum ſuum Plinius vocat, q non Veronæ, ſed in Benaci inſula natus erat.

Conteſtari litem, dicuntur duo aut plures aduerſarii, quòd ordinato iudicio utraque pars dicere ſolet. Teſtes eſtote. de hoc verbo conteſtor, vide in dictione Teſtor.

Conticeo, es, ticui. Conticere, eſt ſimul vel omnes tacere. Vergilius,

Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant. Hinc

Conticeſco, is, quod eſt cum aliis tacitus fio, Plin. lib. xi. Tunc repente omnes conticeſcunt.

Conticinium noctis primū tempus, quo omnia quieſcendi gratia conticeſcunt.

Contigno,

Contigno,as,uide in dictione Tignus.hinc cōtignatio, quæ eſt ſolarium domus,ſiue ſtratum cæmento, lateribus'ue ſiue non ſtratum,qualia ferè ſunt ſolaria domorum in Apulia.Eoq; pro miraculo apud Liuium infertur bouem in tertiam contignationē conſcendiſſe.Plin. Seſquipedales paries , non plus, quàm vnam contignationem tolerat. Eſt enim ſuperior & inferior contignatio.

Continens,participium.ea poteſt ſignificare quæ cōtinent.Continens fœm.gen.ſumitur pro terra,quæ non eſt inſula,quam vulgò terram firmam adpellāt qualis eſt Italia.ut ex Sicilia ad continentem, parū intercapedinis eſt.Nam inſula eſt, q̄ mari circundatur.ut Sicilia, Sardinia.Iſthmos ita vndiq; mari cingitur,ut tamen in aliqua parte continenti iungatur. Scribit Vlpia.Continentes prouincias accipi debere eas quæ Italiæ coniunctæ ſunt,ut puta Galliam. continens neut.generis à Rhetoribus accipitur pro firmamento rationis.

Cōntinenter,aduerbium,modo ſignificat parce.Plautus,Quāquā illum pater arcte & cōtinenter habet. Modo coniunctæ,iugiterq;.Idem, Trium dierum ſitim continenter tulit.Cæſar.Belgæ cum Germanis bellum continenter gerunt.

Continentia,æ à continēs.de qua Cic.li.ii.Offic. Sed valitudo ſuſtentatur noticia ſui corporis , & obſeruatione earum rerum,quæ aut prodeſſe ſoleāt, aut obeſſe. Et continentia in omni victu,omniq; cultu corporis tuendi cauſſa, & in prætermittendis uoluptatibus. Eius contraria eſt Incontinentia.

Contineo,es.cohibeo , ſeu me abſtineo , aut contra voluntatem me retineo, ut dum quis ob pudorem ſe domi cōtinet,ſeu ob paupertatē interdicit ſibi acceſſum in publicū. Teren.in Phor.Domi ſe cōtinebat.Pro cohibere Ambr.li.i.offi.Reuera iure ea fortitudo vocat',quādo qſquis ſeipſum ꝓpter Chriſtū vincit, itam continet,nullis illecebris emolit', vñ cōtinens,pro abſtinente,& integro, cuius cōtrariū eſt Incōtinens, Lactan.li.iii.Da libidinoſum, adulterū, ganeonē,iā ſobrium,caſtū,continentem uidebis. Et continere,eſt intra ſe tenere.ſic dicimus vrbem cōtinere homines,& locū cōtinere locatū.Itē cōtinere, continuare.id eſt,ſimul tenere, vnde & cōtinens,d' continuatū. Liuius,Continens imperiū vſq; ad nos habebitis. Sueto.in Cali.Per hūc pontē vltro citro cōmeauit,biduo cōtinenti.id eſt , cōtinuo.Curtius, Omnia uelut continenti incēdio ardere uiſa.Cicero lib.i.Tuſcul. Sed nihil te interpellabo,continentem orationem audire malo.Idem lib.ii.Offic.cōtinere pro ſimul tenere poſuit,& quaſi inuitum tenere,quū inquit.Nec vlla res tam vehementer rempublicā cōtinet,quàm fides,quæ eſſe nulla poteſt,niſi erit uſicaria ſolutio rerum creditarum.

Contingo,is,contigi,cōtactū.Idem quod tāgo.Colu. lib.i.Plurimis'& anguſtis illuſtratū feneſtris,atq; à terra ſic editis ne manu contingi poſſint. Verg. Funemq; manu contingere gaudent.

Et in tertia perſona ſigñat aliqd per ſortem venire in portionē.Hiero.ad Damaſum,Pater da mihi portionem ſubſtantiæ,quæ mihi contingit.In Eunu.autem ſcribitur,quæ me contingit.Ponitur & pro accidere,ſiue euenire.Cic.lib.v. Tuſcul.Quod non modo ſingulis hominibus, ſed potiſſimus philoſophis contigit.Imperſonale verò cum infinitiuo.ut contigit mihi eſſe felici vel felicem.Quandoq; abſolute, ut apud Teren.Hanc mihi expetiui,contigit, conueniunt mores.Ex quo datur intelligi non ſemper ſeruari quod aiūt,Cōtingere eſſe de malis quæ timus uerit,Obtingere de optatis, Accidere de inopinatis,tam bonis,quàm malis.

Continuo,as,perſeuero,perago.Apul.Scaphas aſcendere mari iter continuare.

Continuus,a,um,q̄ eſt ſine interuallo.à quo fit aduerbium continue,pro perſeueranter,aſſidue.

Contor,aris,uide in dictione cunctor.

Contorta res,dicuntur perplexæ,& perturbatæ, & ſibiipſis minime cohærentes. Et contortum dicitur, quum id quod ſequitur non conuenit cum ſuperiore.Cicero lib.I.de Orat.contortas res,& ſæpe difficilis,neceſſariò perdiſcimus.

Contra præpoſitio eſt,quæ & ſeparatur & componitur,ſignificatq; aduerſum locum vel perſonam deſignans. Separata eſt apud. Vergilium,

Contra Neptunum & Venerem contraq; Mineruā.

Componitur autem cum dictionibus incipientibus à d,vt contradico,e,ut contraeo,u,ut contrauenio.Inuenitur etiam contra,aduerbii loco poſitum, ſignificatq; è regione,ſiue ex oppoſito. Iuuc.

Stat contrà ſtariq; iubet. Vergil.

Contrà elata mari reſpondet Gnoſia tellus.

Plautus in Amph.Hoſtes crebri cadūt,noſtri contrà ingruunt.Aliquando ponitur pro viciſſim. Terēt.in Adelph.In eo me oblecto ſolum.(id eſt,charum mihi)ille ut item contrà me habeat facio ſeduló.

Contracto,as,ſimul tracto,frequētatiuū à cōtraho. Lactan.de Opi.poſuit pro comprehendo. Quæ à nobis longæ remotæ,neq; oculis contractari,neq; tangi manu,neq; percipi ſenſibus poſſunt. Dicitur & contrecto.

Contradico. Auguſt.li.ii. Ciui.Dei , Dum quocunq; modo noſtris diſputationibus contradicant.

Contraeo,is,vado contrà. Gregorius. Quia mundi huius poteſtatibus contraire non præſumerent, niſi eos ſancti ſpiritus fortitudo ſolidaſſet.

Contraho,is,colligo,& omnes in vnum congrego. Lactan.libro tertio.Præterea vt ad ſe multitudinē contrahat. Vergilius,

Contrahimusq; viros. Quandoq; compono, conflo.ut æs alienum contraxi.Quandoq; committo.Cic.ad Q.Fratrem.Ea moleſtiſſime homines ferre debent,quæ ipſorum culpa contracta ſunt.Quandoq; paciſcor,& conuētionem facio,ut fit in emendis vendendisq; mercibus.Idem libro.iii.Offi. Tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mēdacium.Et libro.i.Nulla uitæ pars neq; publicis, neq; priuatis,neq; forenſibus,neq; domeſticis in rebus neq; ſi tecum agas quid,neq; ſi cum altero contrahas,uacare officio poteſt.id eſt,conferas,vel in

uicē agas,inde contractus. Quando〈q〉 conſtringo,
retraho,puta quum nerui contrahuntur,rigore aut
metu,ita ut extendi nequeant.vnde contractio.Idē
lib.i.Tuſcul.Sed cò quòd in hoc eſt omnis animi
contractio,ex metu mortis.Et lib.iiii.Animos〈q〉 de
mittunt & contrahunt,ſcilicet timore.Quandoque
conquiro.Liuius libr.iiii.Bona〈q〉 contracta precil
regni mercandi publicarentur.Cic.lib.i.ad Heren.A
noſtra perſona beneuolentiam contrahemus, ſi no-
ſtrum officium ſine arrogantia laudabimus.Contra
here frontem,eſt fronti rugas inducere,quod uerna
cula lingua dicimus arufare.Plaut.in Amphi.Quid
contraxiſtis frontem,quia tragœdiam dixi hâc.

Contrarius,à contra fit,ſignificat〈q〉 oppoſitus & re-
pugnans.ex quo cõtrarior verbum,repugno,aduer
ſor, quod apud idoneos non reperi, licet Perot-
tus ponat.

Contraſto,as,uide in dictione Sto.

Contrauenio,Cic.libro primo,Tuſcu.Ego vero facil
le ſum paſſus ne in mentem mihi aliquid contraue-
niret,ita iſti faueo ſententiæ.

Controuerſia,eſt certarum perſonarũ de re propria
contentio.Cicero Ellio procõſull, Nullam omnino
arbitramur de ea hæreditate controuerſiam eſſe ho-
die habiturum. Sine controuerſia,ſignificat ſine du
bio.Idem lib.i.Offic.Panetius qui ſine controuerſia
de officiis accuratiſſime diſputauit.

Controuerſioſus,litigioſus.Liuius li.iii.Quem enim
ſine hoc priuatæ rei iudicē feciſſet, ut cõtrouerſio-
ſam adiudicaret rem.

Cõtrouerſor,aris,ex contra & verſor per mutationē
a,in o,ſignificat contendo.verbum deponēs ab acti
uo verſo factum.Cicero in Protagora. Nunc à uo-
bis Protagora & Socrate poſtulo,ut de iſto conce-
datis alter alteri,& inter vos de huiuſmodi non cõ
trouerſimini.

Controuerſus,a,um,quaſi aduerſus.Gell. Argumenta
autem cenſebat,aut probabilia eſſe debere,aut per-
ſpicua,& minime controuerſa. Et controuerſa res di
citur illa,de qua eſt controuerſia.

Contubernium,uerbum caſtrenſe, ſicut ſcribit lib.ii.
de re militari Vegetius, uocabatur manipulus, ab
eo quòd coniunctis manibus pariter dimicabant.
Et proprie decem milites ſub vno papilione degē-
tes dicebantur contubernium,quibus præerat deca
nus,qui caput erat contubernii.unde accipitur pro
conuictu,& ſodalitate,inde contubernales, vulgò
ſodalas dicuntur,quod iiſdem tabernis utantur.Co
lum.lib.I.Sed qualicun〈q〉 uillico contubernalis mu
lier adſignata eſt,quæ contineat eũ.Et contuberna-
litatem cyprianus adpellat ſodalitatem.dictum cõ-
tubernium à tabernis. Tabernæ uero domus,quæ
fiebant ex tabulis,vnde & tabernacula dicta ſunt,li
cet ex tentoriis & pellibus fiant.

Contumax, penultima correpta, qui per tumorem
inobediens eſt,qui tribus propoſitis edictis uel vno
pro tribus,quod vulgò Peremptoriũ adpellatur,li-
teris euocatus, præſentiam ſui facere contemnit.
Hinc contumacia,dicitur quando〈q〉 etiam in bonā
partem.Cor. Tacitus,contumax etiam aduerſus tor
menta ſeruorum fides,ſupremæ clarorum virorum
neceſſitates,

Contumelia,conuitium à contēdo,ſeu(vt Vlpianus
& Seneca aiunt) à contemptu.

Contumelioſus,qui contumeliam inferre ſolet.

Contundo,is,contudi.pen.indifferente.contuſum.ſi-
gnificat ſimul ſiue totum tundo,frãgo,comminuo,
percutio. Hora.libro.i.Epiſt.

Speratum meritis,duram qui contudit hydram.

Inde contuſum,confractum.Colu.lib.vii. Plus etiã
eiuſdem radix contuſa prodeſt.

Contuoſi oculi,ſunt in anguſtũ coacti , cõtinentibus
palpebris,à cõtuendo,id eſt,ſimul aſpiciēdo dicti.

Contus,ſudes ſiue haſta longior,dorior〈q〉, ad percu-
tiendum apta. Vergil.

Aſſueti longo muros defendere conto.

Vnde contatos milites Veget.adpellat. Accipitur
& pro pertica ferrum in capite habente,qua nautæ
vtuntur ad loca nauibus opportuna exploranda.à
quo Percontor Donatus deducit. Verg.

Ipſe ratem conto ſubigit.

Et Græcum nomen oſtendit Suidas.

Cõuallis.planicies ex omni parte comprehenſa,mõ-
tibus collibus〈q〉,dicta(ut inquit Var.)quaſi cauata
uallis. Vallis uero ex duobus montibus incluſa pla
nicies. Vel conuallis dicitur arcta uallis,quaſi con-
iuncta quales ſunt quas metaphoricè fauces adpel
lamus,vnde conuallis adpellatur,ſciſſio terræ ma-
nufacta,ad deducendam aquam. Plin. Flumina ad
lauandam hanc ruinam iugis montium duxere,coe
rugos uocant,à corriuatione.Præcepiſſe libramen-
to oportet vt fruaris quando influat.Ita〈q〉 altiſſimis
partibus ducitur conuallis,& interualla ſubſtructis
canalibus iunguntur.

Conuaſo, as, penultima producta, ſignificat furto
omnia colligo, Terent.in Phor. Aliqd conuaſaſſem
at〈q〉 hinc me protinus conicerem in pedes.

Conuenæ,penultima correpta dicuntur qui ex diuer
ſis populis,gentibus〈q〉,in vna mœnia conuenerũt,
ſimul〈q〉 coaleſcunt. Hieron.contra Vigil.Nimirum
reſpondet generi ſuo,vt qui de latronum & conue-
narum natus eſt ſemine quos,conſul Pompeius edo
mita Hiſpania de Pyrenei iugis depoſuit,& in vnum
oppidum congregauit,unde & conuenarum vrbs
nomen accepit.

Conuenientia,æ,non ſolum pro congruentia poni-
tur,ſed etiam pro conuentu.Plaut.in Mil.facerent
conuenientias.

Cõuenire,ſimul venire,cõgregari,coire. Liui.Poſtera
die arma capiſſe,quo mihi erãt cõueniunt.Sall.Poſt
quã vnum in locũ omnes conuenere.Hinc conuen-
tus.Per tranſlationem quãdo〈q〉 concordare.Ouid.
Non bene conueniunt,nec in vna ſede morantur
Maieſtas & amor. Quando〈q〉 interpellare,ſeu in iu
diciũ vocare.Cic.in Ver.Act.ii.Nõ dubitat quin ſi
ipſe Verrem conueniat æquitate cauſſæ, autoritate
ſua cõmouere hominē poſſit.Q ſi〈q〉 ſtatuere.Apul.
conuenimus ad portum quamprimũ ire. Quãdo〈q〉

filioq́; non inuenire & videre tantū. Teren. in An. cōueni hodie adueniens quendā mei loci hinc atq́; ordinis hominem. Quandoq́; aptū, conueniens, & decens eſſe. Cice. in Hort. Nā qd vereris, ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio, quæ ſpectat ad ortandū. Quandoq́; placere, pactum facere, & cōtrouerſia carere, ſed in tertia perſona frequentius. Cic. lib. v. de Fin. Hoc mihi cum tuo fratre conuenit. id eſt, ſine controuerſia eſt, & concordes ſumus. Dicimus etiam conuenit hoc inter nos cōuenit mihi tecum, cōuenit tibi mecū q̄ dixiſti. id eſt, in hoc quod dixiſti, inter me & te ſine controuerſia eſt. Cōuenit nobis inter nos. id eſt, cōcordes inuicē ſumus. Iuue. Sæuis inter ſe cōuenit urſis. Item Terē. in Adelph. Hæc fratri mecum non conueniunt, neq́; placent. id eſt, diſſentimus ab inuicē in his & diſſimiles ſumus. Nōnūquā ſine ſuppoſito, ſed ſubintellecto. Plau. in Cap. Nūc ita cōuenit inter me atq́; hūc Trindare. Et iterum. Dicito patri quo pacto mihi conuenit de huius filio. Sic dicimus. De precio conuenit. id eſt, concordes fuimus.

Conuenire in manu, uel in manum venire, eſt vxorem fieri. Duobus autē modis fit ſcilicet vſu & coēptione. Quæ in manum per coemptionem conuenerat, ea materfamilias uocabatur. Quæ autem vſu, nequaquàm. Coemptio autem certis ſolēnitatibus fiebat & ſeſe coemendo inuicem interrogabāt. Vir ita, an mulier ſibi materfamilias eſſe vellet? illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat virum, vtrum ſibi paterfamilias eſſe vellet? ille reſpondebat, velle. Itaq́; mulier conueniebat in manum, & vocabātur hæ nuptiæ per coemptionem. Et erat mulier materfamilias. Gel. lib. xviii. Matremfamilias (inquit) adpellatam eam eſſe ſolam, quæ in mariti manu eſſet, à matris nomine nuncupata.

Conuentæ, conditio dicebatur quū primus ſermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. Ce.

Conuenticulum, plerūq́; in malam partem accipitur. hoc eſt, pro conuentu ſeditioſorum aut ſceleratorum. Cice. pro Sex. Conuenticula hominum quæ ciuitates nominantur.

Conuentio, nomen generale eſt ad omnia ptinens, ut ſcribit Vlpia. de qbus negocii cōtrahendi trāſigendiq́; cauſſa conſentiūt, q inter ſe agunt. Nā ſicut cōuenire dicitur, qui ex diuerſis locis in vnū locū cōueniunt, ita qui ex diuerſis animi motibus conſentiunt, & in unam ſententiam concurrūt. Adeoq́; cōuentionis nomen generale eſt ut nullum eſſe cōtractum, nullam eſſe obligationem dicat, quæ non habeat in ſe conuentionem, ſiue verbis, ſiue re fiat.

Conuētum, neutri generis. conuentionem ſignificat.

Conuentus, dicit quum homines ſimul venerint. Fit autem quatuor modis. Vno, quū quemlibet hominem ab aliquo conuētum eſſe dicimus. Altero, quū ſignificatur multitudo ex pluribus hominum generibus cōtracta in unum locum. Tertio, quum à magiſtratibus iudicii cauſſa populus cōgregatur. Erāt enim in prouinciis ſtatuti conuentus, per rectores eorū ad iudicio facienda, vnde Plinius de Hiſpania, Nunc uniuerſa prouincia diuiditur in ſeptem cōuentus. Idem li. iii. ſcribit in Bethica fuiſſe iuridicos cōuentus quatuor, videlicet Gaditanū, cordubenſem, Aſtygitanum, Hiſpalenſem. Quarto, quum aliquem in locum frequētia hominū, ſupplicationis, aut gratulationis gratia colligitur. Ponitur interdum pro coniugio. Iuuen. Conuentum tamen & pactū & ſponſalia noſtra Tempeſtate paras.

Conuerſor, utor, & conſuetudinem habeo. à quo conuerſatio. Ce.

Conuerto, & conuertor, pro eodem accipiunt. Plau. in Amp. Sed tamen fuga in ſe nemo conuertitur.

Conuexum, curuum ex omni parte declinatum, qualis eſt natura cœli, quòd ex omni parte ad terrā verſus declinatum eſt, Verg.
Aſpice conuexo nutantem pondere cœlum.
Hinc conuexitas, ipſa porrectio aduerſus nos tractum à concauitate nauis, quæ extrinſecus huiuſmodi formam habet, quæ alio nomine carinata dicit.

Conuicinium, ubi plures inter ſe uicini ſunt.

Conuicior, aris cōtumeliam dico, ut apud Euang. Et qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei.

Conuicium, contumelia (inquit Labeo iuriconſult.) quaſi conuocium mutata litera, à concitatione, uel à conuentu. id eſt, collocatione uocum. Quū enim in vnum complures uoces conferuntur, conuicium diciter. Quum autem nec in cœtu, nec vociferatione dicitur, non proprie conuicium nominatur. Feſtus tamen à vicis, in quibus primo habitum eſt, deriuat. Alii dicunt conuitium eſſe maledictum, cum contumelia, & à uitio deriuari. Cic. Maledictum autem nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ ſi petulantius iactatur, conuitiū, ſin facetius, Vrbanitas nominatur.

Conuictor, dicitur quotidianus conuiua, & q nobiſcum viuit familiariter. Horatius,
Nunc quia ſum tibi Mecœnas conuictor. Sueto. in Tibe. Nihilo lenior in conuictores Græculos.

Conuiuale, quod ad conuiuium pertinet. Liui. Multaq́; conuiualia ex auro & argento uaſa.

Conuiuari, conuiuium facere, aut ſimul cibum ſumere. Terent. in Heau. Scortari volunt, crebro conuiuarier, unde conuiuator dicitur, qui parat conuiuiū.

Conuiuæ vero, & conuictores, dicuntur inuitati ad conuiuium Scitum cōuiuatorem, adpellat Liui. elegantem, & nitidum in adparatu conuiuali. Græcē, ut puto, melius συμπίνειν, ἐκ τοῦ πίνω. πίομαι. πέπωκα. ὄπιον καὶ σύν. id eſt, ex πίνω bibo, bibā, bibi. & con. Suum enim videtur eſſe commeſſatio, unde & Græcus ſermo ſeruatur vulgariter.

Conuiuiones, à conuiuendo, compotores dicuntur.

Conuiuium, à viuo fit de quo Cic. Bene maiores noſtri accubationem epularum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominauerunt.

Conuoluolus, penult. corr. uermiculi genus minoris erucæ, multipedis, erodentis putreſcentes vuas, quē alii Voluocem adpellant, à conuoluendo, quia ſe inuoluit in pampino, à Plauto Inuoluulus, à Colu. Inuolucola, à Suida Iulus adpellat. Cōuoluo'us ſt

eſt herba per fruteta naſcens, nullo odore, nec crocos intus habens, ſed florem tantum ac candorem lilii referens, ueluti rudimentum naturæ lilia facere condiſcentis. dictum, quòd ſeſe rei cui adhæret, inuoluat. Cornuco.

Cornuoti, dicebantur iiſdem votis obligati. Cornucopiæ.

Conus, pprie nux picea. Colu. lib. vii. Remedio ſunt cupreſſini qndecim coni, totidemq́; gallæ. Propter quod Geometræ eiuſmodi figuram. Conum adpellant. hinc Conus dicitur curuatura, quæ in ſummitate galeæ prominet, ſuper quã criſtæ ponuntur, licet quandoq; pro criſta ponatur, quem lingua vernacula, Pinarium uocamus. Et Coniferæ arbores, quæ conos, hoc eſt, nuces pineis ſimiles ferunt. Ouid.
Et coniferæ cypariſſi. Quicquid præterea tali forma eſt, Conoides dicitur. Quidam etiam Conũ accipi ſit pro capitio acuminato. Eſt & Conus muſicus. Boe. in Muſica, Si conum quem turbonem vocant, quis diligenter extornet. Coniſcare apud Quint. ſignificat arietare, & fronte frontem percutere. Et ſatiati agni ludunt, blandeq́; coniſcant.

κωνοειδὴς, Conoides, arbor ferens cupreſſos fœminas. Nam à rotunditate in acumen leuatur.

Coos, ſiue Cos, ſiue Coum, ſiue Co, inſula in mari Aegæo, ſeu, ut quidam aiunt, in Icario, Rhodo proxima, & Cariæ oppoſita, q̃ olim magna fuit & optime habitata, & aſpectu iucundiſſima iis qui eò nauigabant. Ambitus eius quingentis, & quinquaginta ſtadiis clauditur, tota fertilis & optimo uino abundans. Eſt & vrbs eo nomine, antiquitus Aſtipalea uocata. Dicta à Coo Meropis filia, quæ ibi regnauit. Strabo ſcribit nouem gentes & quinq; millia oppidorum eſſe, quorum nullum ſit minus Coo Meropide. hinc Cous, a, um, pen. prod. unde Hippocrates medicus diuinus, & Apelles pictor egregius Coi dicti ſunt, quòd in ea nati perhibeantur. Ouid.
Si Venerem Cous nunquàm pinxiſſet Apelles.
In primitiuo prima corripitur. In ſuburbano Coi, Aeſculapii templum fuit valde inſigne, & multis donis opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quæ poſtea Iulio Cæſari Romæ dicata eſt. Sunt qui dicant apud hanc inſulam fieri ueſtes tenuiſſimas ad fœminarum ornamentum. vnde Ouid. de arte,
Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.
Siue erit in Cois, Coca decere puta.
Suid. Κῶς ἡ νῆσος ὅθεν Ἱπποκράτης ὁ ἰατρὸς ἦν· καὶ Μεροπὶς λέγεται. id eſt, Inſula vnde Hippocrates medicus, quæ & Meropis dicitur. Poſtea alibi ſubdit. Κῷος πρὸς Χῖον· ὁ μὲν γὰρ Χῖος ἐδύνατο ἔνδον, ὁ δὲ Κῷος ἔξω. Id eſt, Cous ad Chion, Chius enim potuit intus, ſed Cous extra.

Copen, ueteres pro copioſo poſuerunt. Plautus, Atq; ego nũc ut glorioſum faciam, & copi pectore. hinc Copona primum, deinde caupona, taberna vinaria propter copiam rerum quæ ibi uenduntur.

Cophinus pen. cor. Latinè corba. Iuue.
Quum dedit ille locum cophino fœnoq; relicto.

Copia, à con, & ope, vel à capio, ut ſit copia, quaſi capia, quòd multa capiat. In ſingulari quidem abundantiam, eloquentiam, facultatem, poteſtatemq́; ſignificat. vt faciã tibi copiam ſpectandi ludos. Oui.
Ante ait emoriar, quàm ſit tibi copia noſtri.
Neq; apud oratores cum alio uerbo iungitur. Poetæ cum do iungunt. Vergil.
Poſtquam introgreſſi & corãm data copia fandi.
Cum aliis verbis abundantiam ſignificat. ut magna copia frumenti aduecta eſt. Copia pecuniarum, & copia orationis. Copia etiam dicitur eloquentia, q̃ conſtat uerborum copia. In plurali pro eodẽ ſignificato quandoq; ſumitur. vt noui copias tuas. & omnium rerum copias habeo. Peculiariter tamen ſignificat exercitus multitudinem. ut copiæ Pompeii, copiæ Cæſaris. Aliquando etiam in ſingulari ponitur pro multitudine. Pompeius ad Domitia. Nec ſolus cum iſta copia tantum multitudinem ſuſtinere poteris. Idem, Etiam hortos ut cũ omni copia quã primum ad me uenias. A copia, copioſus, a, um, pro abundanti.

Copio, as, quod eſt copias augeo, ſiue cogo. ſicut lignor, aquor, quæ ſunt uerba caſtrenſia.

Copiola, diminutiuum, ſignificat paruam copiam.

Coppe, locus in Græcia apud Orchomenũ Bœotiæ, iuxta Cephiſum amnem, qui facit lacum coppaidem nominatum.

Copula, quæ copulat, id eſt, coniungit. quales ſunt apud Grammaticos, &, q; & huiuſmodi. Accipitur & pro nexu & uinculo à copulando. id eſt, nectendo. Apul. libr. ix. Copulæ ſparteæ tritura continua exulcerati. Nam iumenta ceruicibus exulcerata & colla detrita ob iugum uidemus. Ouidius,
Copula detrahitur canibus. Id eſt, vinculum colli. Plautus in Epidi. poſuit copulas pro loris ad colligandũ accõmodatis, quũ ait. Quæritant me, in manibus geſtant copulas. dicitur & copula, cuiuſlibet rei duplex numerus, vnde dr̃ Copula matrimonii.

Copulatiuus, a, um, quod copulat, uel copulare poteſt. vnde coniunctio copulatiua, à copulo, coniungo.

Coquina, pen. prod. à coquendo, locus in quo dapes coquuntur, quæ & culina, à colendo, quaſi colina. Et dum publica, eſt, Poppina dicitur.

Coquinari, eſt coquinariam artem exercere. Plaut.
Neq; ego nunquàm niſi hodie ad Bacchas ueni, in Bacchanal coquinatum.

Coquinaria, æ, ars coquendi quæ ad victum ſpectant.

Coquinarius, a, um, quod ad coquinam pertinet, unde uaſa coquinaria dicta.

Coquito, as, penultima correp. frequentatiuum eſt à Coquo.

Coquo, is, xi, ctum, à cogendo, quoniam coctũ cogẽdo coercetur, ut ad vtilitatem veſcẽdi perducatur. Et duo ſignificat coquere. ſcilicet per ignem, vnde aliquid dicitur coctũ, vt carnes coctæ. Et maturare, id eſt, maturum facere. Plinius, Aegreſcunt ſexagenis diebus ſili maxime, antequã ſiel coquãtur autũno. Ambro. lib Hexa. Vnde aut arbores germinarent,

aut

ſut frumenta vel ſata prorumperent, vel orta coque rentur, niſi ea interior ignis animaret. Huius compoſita ſunt concoquo. ſimul coquo, ſeu digero, vnde concoqui dicitur cibus, calore ſtomachi. Plin. libr. xxvii. Theophraſtus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius in ſupinis. Decoquo, in totū coquo, vide alibi, Excoquo, pfecte coquo, digero. Hirro, contra Ioui. Immolatus eſt pro nobis agnus, & aſperſi calidiſſimo rore hyſopi, omnem pituitam noxie voluptatis excoximus. Colu. proprie quā att. Vis frigoris excoquit terram. Incoquo, coquendo adplico. Nam quum metallum aliquod deplumbamus, vel deargentamus, vel deauramus, incoquere dicimus, vnde uaſa ænea, ſtanno ad ignem illita, incoctilia dicuntur. Plinius, Deinde & argentum incoquere ſimili modo cœpere equorum maxime ornamentis, iumentorum& iugis. Proprie tamen incoquere, eſt intus coquere.

Vergilius libro quarto, Georg.

Huius odorato radices incoque Baccho.

Percoquo, valde ſeu perfecte coquo. Plin. lib. xxiii. Bubulas carnes, additi cauſes magno ligni compendio percoquunt. Similiter Diſcoquo. Idem lib. xxix. Drnas vleidis lacertas, in decem ſextariis olei veteris diſcoquunt. Percoquo, antè coquo, vel antè maturo, à quo Præcox fructus, & præcoqua vua dicitur, id eſt, prematura. Recoquo, ruſſus coquo, Plinius, An ſatis recoctum ſit. Et omnia habent penultimam correptam.

Coquus, vel cocus, qui cibos coquit ac vendit, qui & coquinarius dicitur.

Cor, vnum eſt ex viſceribus. (nam omnia interiora uiſcera dicuntur) in quo (vt inquit Pli.) habitat mens. Et ſecūdum Ariſto. Cor fons eſt venarum, arteriaeſ, & ſenſuum. Et ſicut ait Auicen. eſt principium uirtutis vitalis, fons vitæ, & radix dicit ab interprete Galeni. Aliquando tñ accipit p mēte. Cice. lib. I. Tuſc. Cor ipſum animus videtur. vnde Concors Diſcors, Excors, Socors, Vecors, Grauicors, & Cordatus.

Cora ciuitas quam Dardanus ædificauit. à qua Corani, eius incolæ dicti ſunt.

Coraceſius, pars Tauri montis.

Coracinus, pen. prod. coruinus. Plinius etiam piſcem quendam coracinum adpellauit.

Corallium, lapis rubei coloris. Ambro. li. Hexa. Quomodo etiā non indecorus lapis corallium in mari herbaſcit, ſi in aerem transferatur, lapidis firmitate ſolidat. Plī corallīū religioſum in primis geſtamen eſſe exiſtimāt, à mollendis periculis. Gignit in mari rubro & in Perſico, & circa Orchadas Inſulas, & in Siculo circa Drepanum. Forma ei eſt fruticis, color viridis, baccæ candidæ ſub aqua, & molles, exēptæ confeſtim durant, & rubeſcunt quaſi corna. Dioſcorides. Τὸ δὲ κοράλλιον, ὅπερ ἔνιοι λιθόδενδρον καλοῦσι, φυτὸν μὲν ἐστι φυτὸν ἐνάλιον, id eſt, Corallium quod aliqui lithodendron adpellant, plantam marinam eſſe conſtat. Theophraſtus ait in lib. de gemmis. Τὸ γὰρ κουράλλιον καὶ γὰρ τοῦτο ὥσπερ λίθος φύεται δὲ ἐν τῇ θαλάττῃ λίθος γίνεται. id eſt, Corallium enim ut lapis, naſcitur ut herba in aere, & lapis fit. Huius nominis quidam primam producunt. Ouid. lib. iiii. Metam.

Nunc quoq; coralis eadem natura remanſit.

Alii breuiant. Claudia.

Margine ſubito, vellit q; coralla clotho.

Coraloachates, lapis eſt guttis aureis, coralli modo diſtinctus. Cc.

Coram, præpoſitio eſt, quæ contrariam habet ſignificationem à clam, ut corā ſenatu orationem habui. Differt. tamen à palam, quòd coram magis ad perſonas certas, palam ad omnes refertur. Coram indiget adiectione, palam non indiget. Etiam differt ab ante, quod ante oculos, longe intelligi poteſt. coram, proximitatem ſignificat. Teren. in Eunu. Quam mihi ante oculos corām amatorem adduxit ſuum.

Corambla, herba quæ oculos retundit, & hebetes facit. Ideoq; dictà corambla. nam κόρη pupillam ſignificat. ἀμβλὺς, dicitur retuſus & hebes.

Corax, à Latinis dicitur coruus. Cic. lib. de Ora. Quare coracem ueſtrum iſtum patiamur? Hinc componitur Nyctiorax. Corax nycterinos, coruus nocturnus. Eſt & oppidum in Volſcia, & viri proprium, qui Archilochum interfecit. Cc.

Coraxicus, Tauri montis pars, à gētibus ſortitus nomen. Cc.

Coraxis, mons qui à Septentrione colchidem claudit. Eſt & fluuius eiuſdem nominis, qui ex mōte ſui nominis oritur.

Corbes, vaſa ex viminibus facta, cui ſingularis eſt hæc corbis. Cicero pro Sex. Meſſoria ſe corbe contexit. Dicta corbis ſecundum Varr. ab eo, quòd ſpicas aliud'ue quid eo corrurbāt. hinc minores dictæ corbulæ. Cato villicum dixit habere oportere corbulas amerinas quatuor. Col. uero ait. Corbulæ decemmodiæ, trimodiæ. Poteſt etiam eſſe corbis generis maſc. ſecundum Priſci.

Corbitæ, pen. prod. naues onerariæ. dictæ q in carcheſio ſummo p ſigno corbes ſolerent ſuſpēdi. Plau. Tardiores quā corbitæ ſunt etiā in trāquillo mari.

Corbanam, pen. cor. Iudæi ſacrum theſaurum dicunt. Autores Ioſephus, & Euſebius, donū ſiue oblatio.

Corallis, gemma eſt, quæ modo nigro, modo cæruleo colore eſt.

Corrhorus, vile olus apud Plin. vnde prouerbium contra eos qui magnis honoribus inhiant, quum ipſi ſint nihili. κόρχορος ἐν λαχάνοις. Id eſt, Corchorus inter olera.

Corculum, diminuti. Plaut. Meum corculum, meus molliculus caſeus, Et Corculum acutum, quaſi cor ſapiens. Feſt. Corculum dicebant antiqui ſolertem, & acutū. Cice. lib. I. Tuſ. Et Naſica ille prudens, bis conſul, corculum adpellatus. Plin. lib. vii. Catos corculos apud Ro. cognominatos eſſe refert, qui ſapiētia præſtiterunt.

Corcyra, penultima producta, inſula in Ionio mari, olim Phæacia à Phæaco dicta. qui genitus fuit è Nympha Aeſopi filia rapta à Neptuno & ad inſulā delata, cui nomē fecit. Vbi grauida Neptuno peperit

uit Phæacum, qui fuit pater Alcinoi. Luca.lib.ii.
Hinc late patet omne fretum ſeu vela ferantur,
In portus Corcyra tuos ſeu leua petatur Illyris.
Homerus autem lib. Odyſſ.η.

Παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν, καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι
Αὖθι μένων· οἶκον δ' ἐγώ καὶ κτήματα δοίην
Εἴκ' ἐθέλων γε μένοις, ἀέκοντα δὲ σ' οὔτις ἐρύξει
Φαιήκων. id eſt, Filiam meam habe, & gener meus vocare, illic manens, domum autem ego & poſſeſſiones darem ſi volens maneres, inuitum nemo te Phæacum impediet.

Cordapſus, morbus tenuioris inteſtini, quem iuniores Iliacum nominant.

Cordatus homo, id eſt, inſignis corde & præſtās memoria, qui ſolertia multa pollet & ingenio, quēadmodum & corculum. Lactan. lib.iii. Non inficior fuiſſe illū paulò cordatiorem, quàm cæteros q naturam rerum putauerunt ingenio poſſe cōprehēdi.

Cordiac⁹ morb⁹, aliàs Cardiacus. ἀπὸ τῆς καρδίας.

Cordi eſt, id eſt, delectat, & placet. Cic. Idro q; eò mihi magis eſt cordi. Terē. Si hæ nuptiæ ſunt tibi cordi. Id eſt, iucundæ.

Cordire, ueteres dixerunt pro eo quod eſt animo cedere. Cornucop.

Cordolium, cōmiſeratio, & quaſi dolor cordis. quod vocabulum in quotidiano ſermone eſt vſitatiſſimū, quo & uetuſtiſſimi autores vtuntur. Plaut. Mihi cordolium eſt. Idem in pœn. Ibi tibi erit cordolium, ſi quam ornatam melius forte aſpexeris. Idem ſcribit mulieri non eſſe cordolium, nam mulier nulla cordicitus doleat ex animo.

Corduba, ciuitas hiſpaniæ, Senecæ & Lucani patria.

Cordus, a, um, quod ſerotina fœtura natū eſt. ut cordum, fœnum autumnale, quod autumno ſecatur. Col. Aluntur oues cōmodiſſime autumnali fœno, quod cordum uocatur. Itidem. Corda frumenta dicta ſunt, quæ ſero matureſcunt. Et Cordi agni, ſerotini, qui poſt debitum naſcuntur, quos vulgus uocabulo inde deducto Cordiſcos nominat. Pli. lib. viii. Gerunt partum diebus. 150. poſtea concepti inualidi, cordos vocabant antiqui poſt id tēpus natos. Eſt ergo Cordus cognomen eorū qui tarde naſcuntur, vnde apud Suetoni. Cordus Cremetius legitur. quo nomine etiam dictus alius ſcriptor hiſtoriarū, quem ſequi ſe ait Iul. Capitol. in uita Gordianorū, vnde Quintil. lib. i. præcipit ſcrutandos eſſe à ſubtili præceptore origines nominum, vnde Agrippa, et Opiter & Cordus & Poſthumus dicantur. Quidā tamen hoc nomen per h ſcribunt, Chordus.

Corgo, aduerbium. apud veteres, pro profecto, quaſi ex corde ago, id eſt loquor.

Coriago, morbus quo bouea laborāt. Colu. lib. vii. Eſt & infeſta peſtis bubulo pecori, coriaginē ruſtici adpellāt, quū pellis ita tergori adhæret, ut, adprehēſa manibus deduci à coſtis nō poſſit. Ea res non aliter accidit, quàm ſi bos, aut ex languore aliquo, ad maciem perductus eſt, aut ſudās in opere faciēdo refriait, aut ſi ſub onere, pluuia madefactus eſt.

Coriarius, qui coria concinnat, præſertim craſſiora.

Corinthiacus, a, um, qđ ex Corintho eſt. Oui. li. iii. de Triſt. Illa Corinthiacis primū mihi cognita terris.

Corinthiarius, à Suetonio poſitum eſt pro amatore nimio Corinthiorum vaſorum.

Corinthia vaſa, dicuntur ex ære Corinthio fabrefacta, auro, argētoq; cū ipſo ære cōfuſis fiebant. Nā æs Corinthium maxime laudabatur, vnde factum eſt, vt omnia uaſa, ex ære elegantia, Corinthia ſint adpellata. Propter quæ apud veteres tanto in precio fuerūt æris metalla, ut argenti quoq; atq; auri precium tranſcēderint. Tria autem ſunt genera Corinthii æris, vt docet Plinius, Candidum, quod nitore accedit quàm proxime argento. Alterum in quo auri fuluus color cōſpicitur. Tertium in quo equalis temperies omnium fuit.

Corinthus, vrbs Achaiæ, ferè in medio Iſthmi Peloponneſiaci ſita. Iſthmos Græci uocant anguſtias peninſulæ ū, inter quas nobilitate Peloponneſiacæ præferuntur. Corinthus primo à Siſypho latrone, Aeoli filio fertur condita fuiſſe, & Corcyra nominata, autore Strabo. Poſtea Ephyre. Deinde euerſa, & inſtaurata à Corintho Oreſtis ſeu Iouis filio, Corinthus eſt adpellata, olim celebertima & ditiſſima. Hæc habet arcē, quæ Acrocorinthus dicitur. Apollodorus autor eſt alias hoc nomine dictas ciuitates, quarum vna fuit in Theſſalia, altera in Epiro, tertia in Elide. A' Corinthus fiunt Corinthius, & Corinthienſis adiectiua, quæ ſic ab inuicem diſtinguūtur. Corinthii ſunt qui Corinthum habitant, ſeu qui ex Corintho nati ſunt. Corinthienſes, qui alibi nati ſunt, ſed negociantur Corinthi. Suidas. Κόρινθος ἀπὸ Κορίνθου τοῦ Μαραθῶνος ἢ ἀπὸ Κορίνθου τοῦ Πέλοπος. id eſt, Corinthus à Corintho Marathonis filio uel Pelopis.

Coriolana pira, dicuntur à forma. Ce.

Corium, animalium eſt, præſertim eorum quæ craſſiorem pellem habent ac duriorem, quāuis quandoq; pro quacūq; pelle dicatur, etiā rerum inanimatarū, & quādoq; tergus. Vergi. Tergora diripiunt coſtis. Apud Plin. corium terræ eſt, non tam cutis eius facies q; ſumma, quàm tectorium & ſtatumen quoddam craſſius, cui & aliud quoq; ſubeſſe poteſt corium. Nam in parietibus ſtruendis, ordines ipſi laterum coria à Victruuio dicūtur. hoc eſt, quæ vulgò turba opificum adpellat curſus. Dicitus & Corius, maſcu. gene. Plaut. in Pœnu. Heri in tergo meo treis facile corios cōtriuiſti bubulos. A' Corium fit Excorio, as. quod eſt corium detraho.

Corna, æ, nomen eſt duarum urbium.

Cornelia Romana, Gracchorum mater, & maioris Aphricani filia, quæ à Val. Max. laudaſ, quòd matronæ Campanæ ornamenta ſua pulcherrima oſtētanti, non aurum, non gemmas, non denique ueſtem oppoſuerit, ſed liberos, qui maxima ſunt matronarum ornamenta.

Cornetum, locus ubi ſunt frequentes corni, ſicut à pino, pinetum.

Corneus, a, um, quod ex cornio eſt. Plaut. Duram ac corneam virgam. Poteſt etiam eſſe à cornu deductū

Nomen, vnde hybernæ coronæ, Corneæ dictæ ſunt, quoniam negante tum flores terra, laminis è cornu tinctis, fieri ſolebant.

Cornicen, penul. corr. qui cornu canit. Iuuenal.
Quadraginta dedit Gracchus ſeſtertia, dotem
Cornici, ſiue hic recto cantauerit ære.
Dictum ita, quia quod nunc ex ære eſt, tunc fiebat bubulo cornu.

Cornicor, penul. corr. deponens, ſignificat more cornicum garrio. Perſi.
Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.

Cornicularius, nomen eſt ordinis in militia, ſicut cõmentarienſis, & accenſus. Docet Alcon. pẽinde ac cornicularius à corniculo ſic inclinetur, ut à cornu cornicen. Nam qui corniculo militabat, is & Cornicularius dicebatur. Maternus uidetur oſtendere Cornicularium officium fuiſſe ſuper ſententiis dãnatorum, quũ ait lib. ii. Quòd ſi in his locis Mars ſe aliqua ſocietate coniunxerit, uel ſi cum his fuerit inuentus, erunt homicidiis publici præpoſiti, & exceptores earum ſententiarum quæ de hominum capitibus proferuntur, aut Cornicularii, aut Cõmentarienſes, ſed quibus iura cõmittantur, aut clauicularii, aut carcerum cuſtodes, aut quibus publicarũ catenarum vincula cõmittantur.

Corniculũ, dimin. à cornu. quo etiam noĩe uocatum eſt oppidũ iuxta Tarquinios, à quo oppidani Corniculani adpellati ſunt. Et Corniculum, ornamenti genus quo donabantur milites ab imperatoribus pro re bene geſta. Liuius lib. x. ſcribit Papyriũ cõſulem equites omneis ob inſignẽ in bellis operã donaſſe corniculis, armillisq́; argenteis, tanquã Cornicula ſint inter donatiua ornamenta militaria.

Cornigenus, a, um quod eſt ex genere cornua hñtiũ, ſicut Caprigenũ, quod eſt ex genere caprarum.

Corniger, penul. corre. gerens cornua, vnde Bacchus Corniger dictus ẽ, q̃a ſimulachro Liberi patris cornua adiiciebantur, quòd vini inuentor fuerit. Homines enim nimio uini potu, truces redduntur.

Cornipes, penul. correp. animal pedes habens, ſicut equus & capra & huiuſmodi unguium aut pedum animalia. Ouid. lib. ii. Faſt.
Cornipedi Fauno Cæſa de more capella.
Nam faunus caprinos pedes habere fertur.

Corniſcarũ, diuarũ locus trãs Tyberim erat, cornicibus dicat⁹, quòd Iunonis tutela eẽ putabãtur. Cc.

Cornix, auis quæ dux auiũ eſſe dicitur, unde & Cornices accipi ſolent pro iis, qui ſe ſapientiores ac duces aliorũ uideri uolunt, vnde Hiero. in quodã ꝓlogo utitur, & Cic. pro Murena. Huius diminutiuum eſt Cornicula. Hiero. ad Paulinũ, Malo alieni operis interpres exiſtere, quàm (vt quidã faciunt informes corniculæ) alienis me coloribus adornare.

Cornu, Cornũ, & hic Cornus ſecundum Priſcia. à curuore, (vt inquit Var.) Plin. Dẽtes mobiles cõfirmat ceruini cornus cinis. Omnibus ferè caua ſunt cornua, ceruis tantum ſolida & ſingulis annis decidua. Hinc fiunt Vnicornium, Bicornium, Tricornium, Quadricornium. Per tranſlationẽ Cornua fluminũ, dicuntur, flexus, curuitates alueorum, quòd multis in locis ad cornuum ſimilitudinem flectantur. Item Cornua antennarum, ſignificant vtranq; partem antennæ. Vergil.
Cornua uelatarum obuertimus antennarum.
Similiter in prælio Cornua dicuntur vtraque pars exercitus. In exercitu enim eſt dextrum & ſiniſtrum cornu, & quod inter utrunque eſt, dicitur medium. Item Cornu genus eſt tubæ obtortæ, à quo Cornicines dicti ſunt.

Cornucopiæ, quod Hercules cum Acheloo in ſpeciẽ tauri mutato congreſſus ei detraxit, hoc Naiades acceptum, et omnium fructuum primitiis refertum, Copiæ conſecrarunt. vnde apud Ouid. Achelous.
Rigidum fera dextera cornu.
Dum tenet infregit, truncaq́; à fronte reuellit.
Naiades hoc pomis & odoro flore repletum
Sacrarunt, diuesq́; meo bona copia cornu eſt.

Cornupeta, penul. corr. animal quod cornibus petiẽ id eſt ferit.

Cornus, fœmi. generis, tam quartæ quàm ſecundæ declinationis ſecundum Priſcianum. Hæc ramos habet duritie & rigiditate cornibus ſimiles, fructum circa ſolſtitia facit, primo candidum, poſtea ſanguineum. Vergil. lib. ix.
Coniecto ſternit iaculo volat Itala cornus. id eſt, telum ex corno factum. Cornum gene. neutri, fructus. Idem, Baccæ lapidoſaq́; corna.

Cornutus, a, um, quod habet cornua. vt facies Moyſi cornuta erat. Poteſt etiam dici Cornutum, quod procedit ex cornu. Mart.
Occubuit tandem cornuto ardore potitus.
Cornutæ quadrupedes, à veterib⁹ dicebanẽ elephãti. nam q́ in his dẽtes multi dicũt, cornua ſunt. Sed mirũ eſt, q́ ſcribit Suidas de cornuto, & dicit duos mirabiles uiros fuiſſe, unum Liuium & cornutum.

Corolla, diminutiuum. parua corona. Proper.
Me iuuat externis poſitum languere corollis.

Corollarium, (autore Var. lib. i.) ſignificat id, q́ additum eſt, præterquàm quod debitum, tanquàm auctarium quoddam & id quod ſupra menſuram uel pondus iuſtum adiicitur, à corollis nomẽ deductũ, quod hæ quum placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ ſint, unũ & corollaria, dicunẽ ipſæ coronæ. Sueto. in Augu. Ita q́; corollaria, & ꝓmia, alienis quoq; muneribus, ac ludis, ſe crebra, & grandia, de ſuo offerebat. Pli. li. xxi. Paulatim & Romæ ſubrepſit adpellatio corollis, inter initia ꝓpter gracilitatem nominatis, mox & corollariis poſtquã è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabanẽ. Cic. in Frumentaria, Noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum bonis, ac de ſcenicorum corollariis decimam emerunt. Hæc a ſit, quum pretii parui forẽt, factũ eſt, ut corollariũ ꝓ re leuiori accipiaẽ. Pli. li. ix. At illa corollarium id eſſe, ſumpturáq́; ea in cœna taxationẽ confirmans, Apul. Symbolicẽs corollarium uocauit, poſticum concubitum, quum ait. Mihi iam fatigato de propria liberalitate, Photia puerile obtulit corollarium.

Corona, eſt quam Græci στέφανον vocant, à noſtris olim ſtrophia, à στρέφειν, quod eſt vertere. Poſtea per diminutionem ſtrophiola eſt adpellata, deinde à ſerendo, ſerta. Et quum videatur Corona à choro dici, caret tamen aſpiratione. Fuerunt autem apud Romanos diuerſorum generum coronæ in magno precio habitæ, ſcilicet, Triumphalis, quæ fiebat ex lauro, & triumphanti dabatur, quoniam ea arbor præcipue eſt lætitiæ victoriarumq; nūcia. Obſidionalis, quam liberati ab obſidione dabant ei qui ipſos liberauerat, ex gramine decerpto inde, unde obſeſſos ille ſeruaſſet. Nam (vt ait Pli.) ſummum apud antiquos ſignum victoriæ erat, uictos porrigere herbam è terra. Ciuica, quam ciuis ciui, à quo ſeruatus eſt in prælio, teſtē uitæ, ſalutisq; perceptæ, dat. Et hæc huiuſmodi erat, primo Illignea, poſtea magis placuit ex Quercu, quia antè cauſſa uitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus veſcebātur. Etiam ex Ilice. Muralis erat, qua donabatur ab Imperatore, qui primus murum ſubiit, inq; oppidum hoſtium per uim aſcendit, & aurea erat. Vallaris, quæ & Caſtrenſis dicitur, ſimiliter aurea, habens inſigne valli. Hac donabatur qui primus hoſtium caſtra pugna introiuit. Naualis quoque aurea, quaſi roſtris nauium inſignita, qua donari conſueuerat, qui primus maritimo prælio, in nauem hoſtium ui tranſilibat. Oualis myrtea erat, qua utebantur Imperatores qui ouantes introibant ciuitatem, quando bellum leuiter, & ſine cruore perfeciſſent. Corona etiam dicitur ornamentum muliebre.

Horatius lib. I. Carminum.

Et ſcindit hærentem coronam Crinibus.

Et Corona ponitur pro conuentu hominum circūſtante. Item pro circulo circa Lunam. Item pro ſigno cœleſti. Ariadne Minois filia, quæ conuerſa eſt à Baccho. Verg. lib. I. Georgic.

Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella Coronæ.

Ferunt Ariadnā coronā dono accepiſſe à Theſeo, inde nupſiſſe Libero patri, & poſt eius mortem Liber pater, coronam in cœlo collocauit. Alii dicunt hāc coronam dediſſe Bacchum Ariadnæ, quum ad Minoem in Creta uenit. Alii dicunt coronam fuiſſe datam à Venere Baccho, in nuptiis Deorum. Hæc Cancro & Leone exoriente occidit, exoritur cum Scorpio nonis Octobris, habet ſtellas nouem in rotundo diſpoſitas.

Coronamentum, coronarum multitudo. Plinius, Atria quippe coronamentis referta. Aliquando accipitur pro floribus, frondibusq; & aliis ex quibus coronæ fiunt. Idem, In hortis ſeri & coronamēta iuſſit Cato, inenarrabili florū maxime ſubtilitate.

Coronarius, rii, qui coronas conficit. Plin. Factum id eſt ex ingenio Glyceræ coronariæ dilectæ illi.

Coronarius, a, um, quod ad coronas pertinet, vnde aurum coronarium.

Corone, vrbs in Peloponeſſo Meſſeniorū. à qua Coronæus ſinus dictus eſt.

Coronea, vrbs eſt Bœotiæ. Papi.

Meſſeq; coroneam Bacco gliſſanta colentes.

Coronis, idis, roſtrum nauis, finis, extremitas, apex, cornu, arcus, & huiuſmodi.

Corono, as, coronam capiti impono.

Cornula, diminut. parua corona. Hieronym. libro tertio Regum, Et ſculpturæ inter iuncturas & inter coronulas.

Corporale, quod eſt, vel habet corpus. Incorporale contrarium.

Corporatio, idem quod corporatura. Colu. lib. vii. Cuſtodiendum eſt, ne in corporatione, vel ſtatura, vel viribus, impar cum uiolentiore iungatur.

Corporatura, corporis quantitas, hoc eſt, habitus & ſtatus ipſius corporis. Veget. lib. I. ſcribit corporaturam boni tyronis implere ſex pedum longitudinem. Colu. lib. vii. Habilis enim & modica corporatura pecoris operarii debet eſſe, neruisq; & muſculis robuſta, non adipibus obeſa. Vitru. lib. vi. Sed ex cœlo roſcidus aer in corpora fundēs humorem, efficit ampliores corporaturas.

Corporeus, a, um, quod eſt ex ſubſtantia corporis. vt lapis, è diuerſo Incorporeum. vt virtus.

Corporo, as, interficio, & corpus ſine anima relinquo. Ennius, Corpus contemplatur, vnde corporet vulnere. Hinc fiunt compoſita, Concorporo & Incorporo.

Corpulentus, dicitur homo obeſi corporis, inde Corpulentia. Cornucopiæ.

Corpus, non ſolum pro maſſa compacta ex artubus & membris, (Seneca, Corpore truncato caput abeſt) ſed etiam pro ſola carne ponitur. Cice. Gallo, Ego hic cogito commorari quoad me reficiam, nam & vires & corpus amiſi. Ouidius utranq; ſignificationem poſuit.

Viuebant laceri membris ſtillantibus artus.

Inq; omni nuſquā in corpore corpus erat.

Hinc Corpulētos dicimus obeſi corporis homines. Et Corpus dicitur, quod eſt compoſitum ex materia & forma. Corpus (inquit Hiero.) quanquā caro dicatur, interdum tamen æthereum uel aereum nominatur, quod tactui uiſuiq; non ſubiacet, & plerūq; uiſibile eſt atq; tangibile. Vnde Apoſt. corpora cœleſtia adpellat & corpora terreſtria. Cœleſte corpus Solis, Lunæ, ſtellarum, Terreſtre, ignis, aeris, terræ, aquæ, & reliquorum, quæ abſq; anima his ſentiuntur elementis. Corporum tria genera Pomponius eſſe affirmat. Vnum, quod una ſpecie continetur, ut homo, lapis, lignum. Alterum, quod ex contingentibus, hoc eſt pluribus inter ſe cohærentibus conſtat. ut ædificium, nauis, armarium. Tertium, quod ex diſtantibus compactum eſt, utputa ex pluribus corporibus, uni nomini ſubiectis. ut populus, legio, grex. Vel aliter diſtinguitur, quia aliqua ſunt Inanimata. ut lapis. Quædam Animata, anima uegetatiua, uel ſenſibili. ut planta, leo. Quædam anima rationali animata. ut homo.

Corpore vitiatos, dicimus, qui cæci, vel manci, vel claudi, nati factiue ſunt, aut aliud huiuſmodi uitiū patiuntur. Cornuco.

Corrado, is, pe. prod. ſimul, ſiue totum rado, auſero,

vendo, alieno. Teré. in Heau. Nihil relinquo in ædibus, ne vas nec veſtimentũ, corraſi omnia. id eſt vendidi, vel alienaui. Lactan lib. v. Non propter humanitatem (quæ nulla in his erat,) ſed vt omnia cupiditatis & auaritiæ inſtrumenta corraderent.

Corrigo, is, penul. cor. ex con. & rego. ſignificat emẽdo. Lactan. lib. iiii. Antequàm mores aliorũ corrigas, tuos corrige. Inde Corrector, emendator. Ce.

Corripio, is, penul. cor. reprehendo. Multi enim corripiuntur, qui tamen non corriguntur. Aug. lib. i. de ciui. Dei. Ea ipſa tamen quæ cum eis non perpetrãt, nolunt plerũq; corripere, quum fortaſſe poſſint aliquos corripendo corrigere. Proprie autem Corripere, eſt aliquid celeriter rapere. Vergilius,
Hic arcumq; manu celeresq; ſagittas Corripuit.
Adaptatur hoc verbũ ad omneis actus humanos, vt, Corripitur ſomno, corripitur febribus. & multa alia huiuſmodi.

Corriuare, proprie dicitur de brutis, quum potandi gratia ad eundem riuum conueniunt. Vnde Corriuales, qui duo aut plures eandem amicam habent, vel quòd eundem riuum accedere videantur, vel quòd mulcem contendant ut feræ, quæ ex eodem riuo hauſtum petunt. Ce.

Corruda, pen. prod. ſylueſtris aſparagus vocabatur. Cato, In harundineto corrudam ſerito, vnde aſparagi fiant. Var. lib. i. de Re ruſti. Item olera quæ arida loca ſequuntur ſic, ut umbroſis locis, alia ſeras, & corruda non noceat, quòd ita petit aſparagus.

Corrugos, vocant à corriuatione. aquæ ſunt ex montium iugis ductæ ad lauandum aurum. Ce.

Corrumpo, pis, contamino, uitio, deſtruo. tam ad animum quàm ad corpus refertur. vnde Corruptor, & Corruptela. Teren. in Adel. Piſces ex ſententia nactus ſum, hi mihi ne corrumpantur cautio eſt. Lactan. lib. iii. Cœleſtes literas corruperunt, ut nouã ſibi doctrinam ſine ulla radice ac ſtabilitate cõponerent. Aliquando Corrumpere, eſt ſubornare, inuitare, & illicere. Plin. lib. vii. Aduerſis ſtudiis copia odorum corruptum criminantibus.

Corruptela, à corrumpendo. hoc eſt, contaminatio.

Cors, cortis. uide in dictione Cohors.

Corſica, pe. corr. Inſula, quæ (ut docet Strabo) diſtat à Sardinia ſtadiis ſexaginta. Hanc Græci Cyrnũ adpellãt. Hæc maligne colitur, quòd aſpera ſit & multis in locis inacceſſibilis. In ea ſunt caſtella Bleſini, Carax, Enicome, Vapanes. Huius inſulæ longitudinem aſſerunt miliaria centum ſexaginta, latitudinẽ ſeptuaginta. à Cyrno Herculis filio dicta eſt Cyrnus, ut placet Fabio pictori, à Corſica vero muliere, cuius taurus quum ex continenti in inſulam tranaſſet, nomen quod habet retulit. Scribit Strabo lib. v. Captos à Romanis inſulæ huius alpeſtres in admiratione fuiſſe, quòd diri, hiſpidi, inhumani, ferino aſpectu viderentur. Hanc Romanis Mauri abſtulere, quã poſtea Ademarcus in claſſe Genuẽſi Imperator recepit.

Corſoides, lapis canicie hominis ſimilis. Ce.

Cortex, tam maſcul. quàm fœmin. gen. eſt. veluti corium cuiuſq; rei. ut in arboribus liber, & in cæteris rebus cruſta quædam ad tegendum data. Nam corium proprie animalium eſt. Ouid. lib. i. Meta.
Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus.
Vergilius, Raptus de ſubere cortex. Idem,
Muſto circumdat amaræ Corticis.
Huius diminutiuum eſt corticula. Columella, Corticulis reſolutis. Hinc decortico, as, & Excortico.

Cortina, penultima producta, multa ſignificat. Nam Cortinæ ſunt vaſa in quibus pigmẽta coloresq; coquuntur, quibus lanæ tinguntur, & vela tinguntur immerſa. Plinius lib. xix. Decimo fermè die liquatis cortina velis elutriatum mergitur in experimentũ. Et lib. xxxv. Hoc quũ fecere, nõ adparet in velis, ſed in cortina pingi, mirumq; quum ſit unus in cortina color, ex illo alius atq; alius fit, in veſte accipientis medicaminis. Seruius accipit Cortinam pro tripode Apollinis, unde oraculum. Vel quòd Apollinis tripos corio Pythonis ſerpẽtis tectus ſit. Vel certa illic reſpõſa fundãtur, quaſi Certina. Vergilius.
Nec te Phœbi cortina fefellit. Vel quia illic cortinatis tenetur. Illuc enim raptæ Phœbades vaticinabãtur. Quum autẽ hæ cortinæ Apollini Delphico antiquitus dicarentur, alio nomine Delphicæ ſunt nuncupatæ. Plinius lib. xxxiiii. Ex ære factitauere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici donabantur. Varro lib. iii. Cortina dicta eſt, quòd eſt inter terram & cœlum, à ſimilitudine cortinæ Apollinis, Et à corde, quòd inde ſortes primum exiſtimatæ. Cato Cortinam plumbeam accipit pro vaſe quo oleum fluit, ubi oleũ in torculario factores premũt. ait. n. Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat. Item Cortinæ dicuntur aulea, & vela ad locum contegendũ, prout vernacula lingua adpellitamus. Vnde Hieronym. libro Exodi, Decem cortinas facito de byſſo retorta. Hæ etiam Velaria ſeu Velares, à velis dictæ ſunt, Nam velum, Plagæ, & Stragula, inter ſe germana ſunt. Item locus velatus in theatro, ex quo egrediuntur recitatores & mimi. Verg.
Magni cortina theatri.

Cortinale, à cortina ſumit pro loco in quo ſunt cortinæ. hoc eſt vaſa, quibus ſapa decoquitur. Col. li. i. Cortinale vel defrutum fiat, nec anguſtũ nec obſcurum ſit, vt ſine incommodo miniſtret, qui ſapam decoquit, verſari poſſit.

Cortinon, gramen eſt. ſiue (ut alii volunt) raphani ſemẽ. Cornucop.

Cortona, ciuitas Tuſciæ, à qua cortonẽſes. Dionyſius vocat eam cortoniam, quia inde Cortonienſes formauit. Hæc antè cortõ dicebatur, Liuius li. ix. Itaq; à Peruſia & Cortone & Aretio, quæ fermè capita Hetruriæ populorum erant.

Cortyna, ſiue Gortyna, (vtrunq; enim ſcriptum inuenimus.) inſignis vrbs cretæ inſulæ fuit, quam preter labitur Læneus amnis.

Corus, ſine h, uẽtus Occidẽtalis, Græcè Argeſtes dr, qui cõtra Aquilonem flat. & producit primã. Iuue.
Atq; habites coro ſemper tollendus & auſtro.

Quã mutamus o, in au, & caurus dicimus. Vergil.
Semper hyems, ſemper ſpirantes frigore cauri.
Et corus eſt menſuræ genus, quadraginta quinque modios continentis. Modius uero, capit uiginti duo ſeſtertia.

Coruſcare, non ſolum ſplendere, ſed etiam vibrare ſignificat. Vergilius,
Talia uociferans ſequitur, ſtrictumq; coruſcat
Mucronem. Et ſcripaie. Idem,
Tum ſyluis ſcena coruſcis.

Coruus, nota auis omnium nigerrima. Ideo niger epitheton eſt corui. & Græcis κόραξ dictus, quo verbo aliquando Lat. vtuntur. Cic. Quare coracem iſtum veſtrum patiamur nos, quòd pullos excludat ſuos, inde coruinus, ut coruinũ roſtrum, coruinus adeps. Refert Perottus, quum apud Alphonſum Siciliæ regem Neapoli ſub Caliſto põtifice eſſet ſe, uidiſſe coruum à rege Brittanniæ miſſum, miro candore conſpicuum.

Corybantes, à pupillis oculorum, ſiue genis dicti ſunt. Græci, κορυβαντιᾶν eos dicunt, qui ad ſimilitudinem leporum, oculis patentibus dormiunt, quod etiam quidam corybantire dixerunt. Qui quum cuſtodes Iouis eſſent, non modo excubare, ſed etiã apertis oculis dormire cogebantur. Iuue. de co::uiua,
Corybanta uidebis.
Hi in Ida monte Phrygiæ, ſaltando & cantando, ſacra Cybeles faciebant, & ſacerdotes exciſis teſtibus degebãt. Dicti corybantes, ꝙ κορυβαντιᾶν, eos Græci dicũt (ut Strabo dicit,) q capita ſaltando iactãt, furiisq; agitentur. Diodorus coribantum ſcribit Iaſonis & cybeles filiũ fuiſſe, ac ſimul cũ Dardano ſacra matris Deũ, in Phrygiam detuliſſe, eosq; q in ſacrificiis eius Deæ incumbere uoluerunt, de ſuo nomine adpellaſſe. Alii à galea dictos volunt, quæ Græce κόρυς dicitur, quòd galero quodam capita tecti inſaniendo luderent. Suidas. κορύβαντες, τινὲς τοὺς κούρητας καὶ τοὺς κορύβαντας τοὺς αὐτοὺς ὑπειλήφασιν. ἦσαν δὲ διὸς τροφεῖς οὗτοι καὶ φύλακες. τινὲς δὲ αὐτοὺς δέκα φασίν. ἄλλοι ἐννέα, ἦσαν δὲ καὶ τῆς ῥέας παῖδες, καὶ κορύβας ὁ αὐτὸς τοῖς κούρησιν, οἳ ἦσαν τοῦ διὸς τροφεῖς καὶ διδάσκαλοι καὶ τῆς ῥέας παῖδες. id eſt, Corybantes nonnulli Curetas & Corebantes eoſdem exiſtimauere. Erant autem hi Iouis nutricii atq; alumni. Aliqui autẽ ipſos decem aiunt eſſe, alii nouẽ. Erãt uero Rheæ filii, & ipſe Corybas Curetibus, qui fuerunt Iouis nutritores, & magiſtri, & Rheæ filii.

Corycei, dicuntur curioſi. Cicero ad Atticum, Omnes enim corycei ſubauſcultare uidenť ꝙ loquor. Nã tota coryci montis Aſiatici, (ſeu ut qdã dicũt) promõtorii in creta, ꝑter nauigatio latronibus plena fuit, qui diſperſi per portus, ad mercatores furtim accedebãt, & ſubauſcultabãt quid rebus ferrent, & quò nauigarent. Poſtea illis diſcedẽtibus adoriebantur eos, ac diripiebant. Ex quo factum eſt, ut omnes curioſa ſecreta auſcultantes, Corycei dicerentur. Et in prouerbio diceretur. Hunc ergo coryceus auſcultauit, cuius conſilia ſecreta patefacta ſunt.

Coricyum, le bolze da caualcare. κωρύκιον. κώρυκος θυλάκιον τὸ παρ' ἡμῖν βουλγίδιον ἢ πλέγμα δεκτικὸν ἄρτου. id eſt, Petula, pera, panarium, quod apud nos bulgidion, uel rete tenens panem.

Corycum, pen. cor. nomen eſt vrbis, & montis excelſi in Sicilia, optimum croci ferentis. à quo corycius, a, um. ut crocum corycium. Mart.
Quod de corycio quæ uenit aura croco.

Corydalia, urbs Lyciæ.

Corydalus, pe. cor. Græce κορυδαλός, auis eſt à galea dicta. κόρυς enim Latine galea, unde etiã noſtri galeritam (niſi potius à galero) & alaudam dicunt.

Coryletum, locus conſitus corylis.

Corylus, pen. cor. arbor & fructus. à noſtris dicitur auellana. Verg. lib. II. Georg.
Plantis eduræ coryli naſcuntur.
A corylus, etiam colurna opera dicta ſunt, ex corylo arbore facta.

Corymbi, uuæ hederarum, quibus coronabatur Bacchus. Tibull.
Sed uarii flores, & frons redimita corymbis.

Corymbifer, qui fert corymbos, ſiue hederam. Ouid.
Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi. Ce.

Corymbites, herba tithymalli ſpecies, aliàs platyphyllõ uocata, nec ullius latiora ſunt folia. Piſces necat, aluum ſoluit radice, uel foliis, vel ſucco. Ce.

Corynephoros, Latine dicitur, clauam ferens.

Corythi, pen. prod. ſunt thecæ arcuum, ſiue ſagittarũ. quamuis ſagittarũ proprie dicuntur pharetræ. quãuis Nonius coryci legat.
Statius libro nono. Thebaidos,
Cœleſtibus implet Corython telis, Verg. lib. X.
Corythiq; leues humeris & letifer arcus
Paruulus ex humero corytos, & aureus arcus.
Pendentesq; ſonant armata luce pharetræ.

Corithus, penultima correpta, oppidum Thuſciæ. prope Aretium in paruo colle eiuſdem nominis ſitum, à Corytho rege poſitum. Verg. lib. IX.
Nec ſatis extremas corythi penetrauit ad urbes.
Quidam hoc nomen cum corythi plur. numer. ſcribunt cum h, in principio, corythus.

Coryza, morbus, quum humore obturatur naſus. Latinè grauedinem uocant.

Cos, cotis, fœmin. gen. lapis quo cultri acuuntur. Proprie tamen cos, ſiue cotes, cautes've, dicitur ſaxum aſperum atq; abruptum. Verg.
Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet marpeſia cautes.
Sed quod nos cotem vel cautem dicimus, Græci ἀκόνην dicunt, in vtroq; ſignificato. Hinc cotes, ſiue Aconas olearias & aquaticas dicimus, quòd illas ad ferrum oleo, has aqua madefacimus. Eſt & cos nomen ciuitatis, ſeu Inſulæ, de qua ſupra in dictione Coos. Huius diminutiuum eſt coticula, de quo infra. Et compoſitum Decotes.

Coſmeta, penultima producta, ornator, ſiue ancilla ſeruiens domino ad ornatum. Iuue.
Ponunt coſmetæ tunicas.
Et coſmeta, Imperator dicitur.

Coſmicus, ad. eſt uñ. Idem quod mũdanus. & Micro-

coſmus, paruus mundus. quo nomine utitur Ariſtoteles pro homine.
Coſmitto, pro committo, m, literam in s, uertentes ueteres dixere.
Coſmographia, cum accentu in penultima ſyll. mundi deſcriptio. Coſmographus, penultima correpta, deſcriptor mundi.
Coſmus, nomen proprium. & Latinè dicitur ornatus, & mundus. id eſt, orbis. à κοσμῶ, orno & decoro. Ponitur interdum pro ipſo vnguẽto, quo quis ornatur. Martialis,
Quod coſmi redolent alabaſtra ſociꝗ; Deorum.
Fuit coſmus nobilis unguentarius. à quo vnguenta coſmia dicta ſunt. Petronius, Affer nobis (inquit) alabaſtrum coſmiani.
Coſſi, uermes in ligno editi, qui apud Phryges & in Ponto pro delicatiſſimis cibis ſumuntur. Hieronymus contra Iouinianum, In Ponto & Phrygia luxuria eſt comediſſe xylophagium, ita enim adpellant coſſos vermes obeſos, ex lignorum carie naſcentes, qui apud illos à patrefamiliàs in magnis redditib' computantur. Sic Plin. lib. xvii. Luxuria coſſos domorum delicatiores adhibere in cibo. A ſimilitudine horum coſſorum homines rugoſi corporis, ab antiquis coſſi dicti ſunt. unde & coſſutiorum familia apud Romanos dicta eſt, ex qua coſſutia vxor Cæſaris, cuius meminit Suetonius in uita Cæſaris. Sic coſſuuii, & coſſuniani.
Coſta, Verg. lib. iii. Georg.
Et pedibus ſubigit terram, fricat arbore coſtas.
Coſtus, fœmi. gen. & coſtum. radix magni odoris, ſeu arbuſcula aromatica. Hierony. contra Ioui. Quomodo autem virginitati animæ non præiudicat imitatio uirginum diaboli, ita & veris ieiuniis coſtum Iſidis & cybelæ, & quorundam ciborum in æternum abſtinentia.
Coſyros, penultima correpta nomen inſulæ in Lybico, unde coſyrii dicitur. Coſyrs uero, unde coſyrei, Aphricana inſula eſt. Sunt tamen qui vnam inſulam eſſe uelint.
Cotiæ, alpes dictæ ſunt. à cotio rege, qui perdomitis Gallis, eas extruxit molibus magnis compẽdiarias, & uiantibus opportunas.
Coticula, dimin. eſt à caute. licet non ſeruet ſignificatum primitiui. Nõ enim eſt parua cos, ſed lapis quo fit auri vel argenti experimẽtum. Modicus quidem eſt, & raro quaternas vncias longitudinis, binasꝗ; latitudinis excedens.
Cotidie, quamuis à quoto & die componatur, per c, & non per q, ſcribendum eſſe quidam exiſtimant, quia tanta eſt affinitas inter c, & q, ut q, in c, mutari facile patiatur. ut ſequor, ſecutus. loquor, locutus. quis, cuius, unde Quintil. lib. I. Inſtit. Frigidiora his alia quicquid c, quartã haberet, ne interrogare bis videremur, & quotidie non cotidie, ut ſit quod diebus. Verum hæc iam inter ipſas ineptias euaneſcunt. Victorinus quoꝗ; lib. de ortographia, per C, capitalem literam ſcribere præcipit, ſic inquiens. Quãuis enim cocus à coquẽdo, et Quotidie à quoto & die deriuata ſunt, per c, tamen non per q, ſcribenda ſunt.
Cotonea, herba à Venetis vocatur, quam Galli haſſ nominãt, ſimilem cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcem & ſitim ſedantem. Cc.
Cotones, penultima correpta, à coton, portus in mari arte & manufacti, qui etiam cotonia ſecundũ Seruium dicuntur. Coton etiam nomen urbis eſt in Syria, à qua hæc cotana vel coctona plu. tantũ nu. dicta ſunt, pro quodam ficus paruo genere. Mar.
Paruaꝗ; cum canis venerunt cotona prunis.
Plinius lib. xiii. Syria in ficorũ genere habet caricas, & minores eius generis, quæ cotana uocant.
Cotoneum, Græci cydonium uocant, & per excellentiam μῆλον dicũ, eſt pomi genus, cuius uariæ ſunt ſpecies. Cc.
Cothurni, tragica calciamenta, quibus calciantur tragœdi, qui in theatro dicturi ſunt alta uoce. Suidas, κόθορνος ὑπόδημα ἀμφοτεροδέξιον. id eſt, cothurnus calciamentum ambidextrum. Eſt autem calciamenti genus humile in modum crepidarum, ſed tale eſt, ut dextro & leuo pedi conueniat. Aliquando capitur pro calciamento ſubleuato ſubere, quo mulieres grandiores adpareant. Iuuen.
Si breuc parui
Sortita eſt lateris ſpacium, breuiorꝗ; videtur
Virgine pygmea nullis adiuta cothurnis.
Aliquando pro alto dicendi genere. Verg.
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
A Cothurno, fit cothurnatus, a, um. Mart.
Grande cothurnati pone Maronis opus.
Coturnix, auis aduena, terreſtris magis quàm ſublimis, noſtri qualeã dicunt, Græcè ortyx, unde ortygometra, dicta coturnyx (autore Feſto) à ſono uocis.
Cotyla, eſt uas ſiue poculum ad potandum, quo Diogenes cynicus uſus eſt, antequam vidiſſet puerũ manu concaua bibentem.
Cotyle, penultima correpta, Græce κοτύλη. omne concauum poculi, & menſuræ genus, ſextarius, iunctura coxæ cum natibus, & pondus nouem vnciarum.
Cotylum, ſcribit Strabo uocari locum in Ida monte. Vnde Scamandri & Granici & Aeſopi fluminum origo, decem & quinꝗ; milia paſſuum à Scepſi, & inde nomen cotylo, quaſi conceptaculũ & acceptaculum ſignificet.
Couinũ, rheda, unde couinarius eques à Tacito nũcupatur, qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui equos couinarios, cataphrattos intelligũt. Idem in uita Agricolæ, Media campi couinarius eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat.
Cous denominatiuum eſt à co inſula, Hippocratis patria. Eſt etiam in talo. id eſt taxillo, numerus cani cõtrarius, q & Venus dicitur, & is q talorũ iactu hũc numerum reddidiſſet, ſex lucrifaciebat, & qui canẽ vnum tantum. Cc.
Coxa, & coxendix, pro eodem accipiuntur. Varro libro i. de Re ruſt. Lata fronte, naribus ſimis, lato pectore, craſſis coxendicibus. Sunt q coxendicem ſeu

Coxam, intelligit coxarum vertebrum, quo femora vertuntur, quod Græci ἰσχίον, vnde Ischiadici, dicuntur coxendicibus laborantes. Pli. lib. xxv. Coxẽdicibus & articulis omnibus eſt axungia utiliſſima. Cato inc [illegible] mentum docet ad ſanandas coxendices luxas. hoc eſt, loco ſuo motas. Suetonius de Auguſto, coxendice, & femore, & crure ſiniſtro, non perinde ualebat, ut ſæpe etiã inde claudicaret. Plin. in epiſt. Hanc dum ſequitur colligitq; perleue & lubricum pauimentum, fallente veſtigio cecidit, coxamq; fregit, quæ parum apte collocata, celuctante ætate male coiit. Celſus lib. iiii. Coxis proxima ſunt genua, de oſſe dixit.

C ANTE R

CRabrones, veſpis ſimiles ſunt, degunt in ſylueſtrium arborum cauernis, vita bimatum non trãſit, creantur ex equis. Cc.

Cranaus, Athenarum rex fuit, qui cecropi in regno ſucceſſit, à quo regionis inquilini cranei dicti ſunt. Cornucopiæ.

Craneum, gymnaſium erat apud corinthum. Cicero.

Cranos, ſiue cranium, apud Græcos ſignificat capitis caluariam.

Crantor, Solenſis, Academicus philoſophus fuit, Xenocratis, Platonis diſcipuli, condiſcipulus & Polemonis, qui nouis opinionibus Academiam Platonicam repleuerunt. Hic ſcripſit librum de cõſolatione, quem Cicero æmulatus eſt. Periit aquæ intercutis morbo. Taxauit Stoicorum indolentiã, quæ eſſe nullo modo poteſt, niſi planè hominem ſaxeũ eſſe velimus, & omni ſenſu carentem.

Crapula, penu. cor. Græce κραιπάλη, ſiue quaſi lucta capitis. Dolores enim & vertigines in eo vinum facit, reſinatum maxime. Nam & medicamenta qbus vini leuitas excitatur, crapulæ dicuntur. Siue ἀπὸ τοῦ πάλλειν. qua uoce (ut Phocion ait) poetæ vinũ ſignificant, quia πάλλει, id eſt, vibrare faciat. Ariſtotel. in Probl. Crapula, eſt feruor quidam & inflãmatio, quæ plus conflictat quàm temulentia, quòd illa mentem quatit & alienat, crapula uero mente conſtante dolorem admouet, ἀπὸ τοῦ κάρου, à capitis dolore. Crapulã ſedat braſſica, uide Acrepula.

Cras, non ſolum ſecundum conſuetudinem accipitur pro die proxime futuro, ſicut Heri, pro die proxime elapſo, ſed etiam pro futuro tempore, ut in ſacris literis loquitur phytoniſſa ad Saulem, Cras eris mecum. Et libro Gene. dixit Iacob, Exaudiet me cras iuſtitia mea.

Craſis, Latinè dici poteſt temperatiuum, complexio, mixtio.

Craſſamentum, groſſities. Gel. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, eiuſdem longitudinis, deraſi atq; ornati ſimiles. Sic Columella, craſſamentum vini feculenti dixit. Idẽ lib. viii. Craſſamẽ. Semper, inquit, requieta aqua craſſamen aliquod in limo reperitur.

Craſſeſcere, eſt pinguem fieri. Colu. lib. ix. de turturibus. Nec quia tritico uel aliis frumentis minus craſſeſcant, verum quòd ſemine eius maxime delectantur. Interdum eſt groſſum ſiue denſum fieri. Pli. lib. i. Qui neq; in nebulam denſetur, nec craſſeſcat. id eſt, groſſus fiat. Auguſti. Incorporeus carne ueſtitus, ſermo craſſeſcit.

Craſſiuenium, aceris arboris genus, à venarum craſſitudine dictum. Cc.

Craſſus, pinguis, groſſus, ac ponderoſus. Hinc craſſities, & craſſitudo, propinguedine. Craſſare, pinguẽ facere, ut, Incraſſatus, impinguatus, recalcitrauit. Graſſor vero, per g, aliud ſignificat.

Craſtino, aduerbium, idem quod cras. Gellius, Si dominus meſſium ad amicos reiecit, craſtino ſeges nõ metetur.

Craſtino, as, ſignificat diẽ de die traho, & differo, hic Procraſtino, & Recraſtino, eiuſdem ſignificationis. Hiero. ad Paulinum, Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans, & diẽ de die trahens, caute & pedetẽtim tuas poſſeſſiunculas vendideris, non habet Chriſtus vnde alat pauperes ſuos.

Craſtinus, na, num, penultima correpta, à cras fit, ſicut ab Heri, heſternus, ut dies craſtina. Et non ſolum pro die ſequenti hodiernum, ſed pro quolibet alio. Vergilius

Si uero ſolum ad rapidum, lunasq; ſequentes.
Ordine reſpicies, nunquam te craſtina fallet. Hora.

Crataegonon, genus ſatyrii herbæ, ſemine lini maiore, duræ radicis cortice rubro, ſapore ſubdulci, quod in montoſis traditur inueniri. Cc.

Cratera, pen. prod. eſt generis maſc. ſiue crater, crateris, cuppa grandis ac patens ἀπὸ τοῦ κερᾶν, quod eſt tenere, capere, vel potius quod eſt miſceo. Quidam aiunt tres vrnas continere. Vrnam uerò quartarum dici certum eſt, quòd quatuor ſextarios contineat. Horat. in Serm.

Siue grauis veteri crateræ limus adhæſit.
Statius libro. x. Thebaidos
Et Bacchus in alios,
Crateras paterasq; redit. Verg.
Craterasq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Idem,
Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant.

Ab huius vaſis ſimilitudine, crater in monte Aetna adpellatus eſt foramen illud per quod ignis euomitur. Ouidius,

Et pronos currus medio cratere recepit.

Et crater in fontibus dicitur receptaculum, quod & Labrum dicitur, ex quo fiſtulis aqua decurrit, ſicut & caſtellum. Et crater ſignum cœleſte, quod oritur decimoſexto calendas Martii, veſpere.

ASCEN. Cratera, nominat. ui caſus & primæ declinationis, fœminini eſt generis, licet fiat ab accuſatiuo tertiæ, qui eſt maſculini, ſicut etiã Panthera, Statera. Liuius lib. i. Auream craterã fieri placuit. Quocirca vbi crateras accuſatiui caſus maſculinum legeris, dixeris eſſe tertiæ non primæ.

Craterites, gemma eſt, inter chryſoliti & electri colorem. Cornucop.

Craterus, pen. cor. nomen viri proprium. De quo Perſius in tertia Satyra;

Et quid opus cratero magnos promittere montes.

Crates, is, notã habet ſignificationem, vnde Cratius, a, um, quod eſt factũ ex cratibus. Crates etiã nomẽ eſt philoſophi Thebani, qui ut philoſophiæ uacare poſſet, proiecto in mare non paruo auri pondere, Abite, inquit, peſſum, malæ cupiditates, Ego uos mergã, ne ipſe mergar à uobis. Neq; putauit ſe poſſe & virtutes & diuitias ſimul poſſidere.

Crateus, pater Eſonis fuit. Cornuco.

Crathis, cum th, aſpirato, nomen eſt duorum fluuiorum, quorũ unus eſt apud Achiuos, alter apud Calabros. Ouid. lib. xv. Metamor.

Crathis & hinc Sybaris noſtris conterminus oris,
Electro ſimiles faciunt auroq; capillos.

Et lib. Faſto. iii. Eſt propè piſcoſos lapidoſi Cratidis amnes Paruus ager.

Craticula, a crates diminutiuum, in qua cibi torrentur. Cornuco.

Cratinas, Aphricæ fluuius, è lacu Sicyone in Oceanũ fluens. Cornucop.

Cratinus, fuit poeta comicus, clarus apud Athenienſes, qui primus dum Dionyſia eſſent Athenis, ſatyricam fabulam induxit. Horatius.

Eupolinus, Cratinus, Ariſtophanesq; poetæ.

Cratio, is, cratibus operio. Plin. li. xviii. Vtiliſſimum ſimul & herbæ arare, deinde cratire, ſerere florem ex fœnilibus, atque ex præſepibus fœno dilapſum ſpargere, prius quã cratiantur.

Cratippus, fuit (teſte Plutarcho) philoſophus Peripateticus, de quo Cicero lib. iii. Officiorum.

Cratos, Latinè potentia, imperium.

Cratylus, cum y, nomen philoſophi, cui Plato librũ de ſignificatione nominum inſcripſit.

Creare, ꝓprie eſt de nihilo aliquid facere, quod etiã ad homines pertinet, non ſolum ad Deum. Auguſt. lib. iii. de ciuit. Dei, Alba illa, quã filius Aeneæ creauit Aſcanius, Romæ mater. Hinc Creator, Creatio, Creatrix, Creatura. Compoſita Procreo, quod pro ſimplici ponitur. Recreo, pro inſtauro, & quaſi nouam carnem facio. Plin. Sic enim defecta lõgis ægritudinibus corpora creantur.

Crebennia, regio eſt in Troade. Cc.

Creber, frequens. Hierony. Quàm creber in oratione eſſet. Hinc aduerbium Crebro, Crebitas, & Crebritudo, pro frequentia.

Crebreſco, is, brui, celebris fio, & diuulgor, à quo Percrebreſco.

Crebriſurus, ſignificat vallum crebris ſuris, hoc eſt, palis munitum.

Credibile, quod ita ueriſimile eſt, ut facile credi poſſit. Huius contrarium eſt Incredibile.

Creditor, dicitur cui debetur, ex quacũq; actione, uel perſecutione, uel iure. Caius de verborum ſigni. Creditorum adpellatione, non hi tantum accipiuntur, qui pecuniã crediderunt, ſed omnes quibus ex qualibet cauſſa debetur, ſicuti ex empto, vel ex locato, vel ex alio ullo contractu debetur.

Creditum, adpellatur id quod nobis debetur.

Credo, is, credidi, creditum ex cre, & do. ſecundum Priſcianum, quaſi à cretũ & do. ſignificat dictis uel factis fidem habeo. Cicero lib. iiii. ad Heren. Nimium Quirites creditis unicuiq; quum eſtis ſimplicibus & manſuetis animis. Nonnunquam Credere eſt Confidere. Vergilius.

Nimium ne crede colori. Salluſtius, Virtuti ſatis credebant. Aliquando fidei cõmittere, ſeu ſeruãdum tradere. Plautus in Aulul. Vbi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit. Cic. lib. iiii. ad Heren. Nam quum canes funguntur officiis luporum, cui nã præſidio pecuaria credemus? Et non ſolum tradere, ſed etiã reuelare, ac manifeſtare ſignificat. Lactantius lib. iiii. Iudæi quoq; quibus ſolis arcanum Dei creditum fuerat. Interdum mandare. Colu. lib. ii. Vt iam precenſeamus, quot operis in aream perducantur ea quæ terræ credidimus: Quandoq; mutuare. Martialis.

Dimidium donare Lino quàm credere totum
Qui mauult, mauult perdere dimidium.

Hinc Creditor, & Creditum. Et ſi conſtruatur cum accuſatiuo mediante in, ſignificat Imittere, iniicere.

Vergi. libro ſecundo Georgico.

Inq; nouos ſoles audent ſe gramina tuto Credere.

Inter Credere Deo, Credere Deum, & Credere in Deum, eccleſiaſtici hoc intereſſe putant, quòd Credere Deum, eſt credere Deum eſſe. Credere Deo, eſt fidem habere Deo, ſiue uerbis eius. Credere in Deũ, eſt fide bona ſe coniicere in Deum. Primum bonũ, Secundum melius, Tertium optimum. Huius uerbi compoſita ſunt Accredo, Concredo, quod eſt omnino credo, ſiue cõmitto. Colu. in præfatione. Iamq; qui ædificare uelint, fabros & architectos aduocent, quia nauigia mari concredere, gubernandi peritos. Veteres Creduas pro credas dicebant. Plaut. Ipſus nec amat, nec tu creduas.

Credulus, qui omnia facile credit. à quo Credulitas, credendi facilitas. Incredulus, qui non facile credit.

Cremaſteres, nerui à quibus teſtes dependent. Colu. lib. vii. Priuſquàm ferrum admoueas, duabus anguſtis ligneis regulis, ueluti forcipibus, adprehendere & ipſos neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo adpellant, quòd ea illis genitales partes dependent, comprehenſos præcepit.

Crementum, à creſco. id eſt, augmentum.

Cremera, penul. cor. fluuius, apud quẽ Fabii à Veientibus occiſi fuere. Iuue. Quid Cremeræ legio?

Cremium, à quibuſdam putatur eſſe frixorium, à cremo, as, quòd fit aridum, vt eſt illud in Pſal. Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Ab aliis creditur eſſe illud, quod in frixorio remanet durum. Sed ego puto (ſaluo eorum iudicio) quòd ſit caro frixa in frixorio, quæ quo magis torref, eò magis uirtus eius & humor euacuatur, ſicq; ſententiæ Pſalmogra quadrare uidetur.

Cremo, as. cuius paſſiuum eſt cremor. Hierony. in Leuitico, Quumq; cremati eſſent adipes ſuper altare. Huius compoſitum eſt concremo. Liuius, Incluſi cum coniugibus ac liberis, domos ſuper ſeipſos concremarunt.

Cremor,is, apud Catonem, accipitur pro lacte expreſſo ex grano aqua macerato. Celſus, Morbus ipſe non patitur, inuicem eius cremor ptiſanæ ſumendus eſt.

Crenæ,ſunt inciſuræ, à quibus Creneta, herbarum folia uocantur.hoc eſt, ſerrata,ſecta& per ambitum. Hodie quoq; multis locis ſigna,quibus agreſtes numerum aliquem in ſerulis deſcriptum habent, Crenæ adpellantur. In ſagitta quoq; partis extremæ ſectio, in quam neruus inſeritur arcum tendere uolentibus, Crena dicitur. Sed & in ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habent, in quibus collocatur ſedet& neruus.

Crene, Græcè fons Latinè, vnde Hippocrene, equi fons dicitur.

Creontes,nomen Corinthiorum regis, qui Creuſam filiam Iaſoni deſponſauit, de quo Seneca in Medæa. Alter fuit Thebanus, Iocaſtæ, Oedipi regis Thebanorum, uxoris pater. Fuerunt & alii hoc nomine.

Creophilus,penul.correp.nomen poetæ, qui Homeri hoſpes & æmulator fuiſſe fertur. Vide Apuleium in floridis.

Crepæ,à principio capræ ſunt adpellatæ, quòd cruribus crepent.

Creperus,a,um,penul.cor.idem quod dubius, vnde Creperũ bellum,anceps & dubium. Et ſenes Decrepiti,in dubio uitæ conſtituti.

Crepi,luperci dicti ſunt,à crepitu pelliculárum, quẽ faciunt uerberantes. Cornucopiæ.

Crepida,dæ,penul.corr. & Crepis,idis. teſte Seruio, Thuſcum calciamentum,quod corrigiis ligabatur. Suidas, κρηπίς, θεμέλιον ἢ εἶδος ὑποδήματος, ἢ τοὺς πόδας κρατοῦσα ὑποβάθρα. Id eſt, Crepis,fundamentum uel ſpecies calciamenti, quod tenet pedes tanquam ſcabella. Miror quòd quidam poeta primam corripuerit,ſed fuit,quia η,in ε, mutauit,ſecundum dialectos linguarum. Perſius uero oſtendit fuiſſe Græcum quum ait,

Non hic qui in crepidis Graiorum ludere geſtit.

Huius diminutiuum eſt Crepidula Gell.lib.xiii. Crepidas & crepidulas id genus calciamenti adpellarunt,quod Græci κρηπῖδας vocant. Et paulum ſupra, Omnia, inquit, fermè id genus, quibus plantarum calces tantũ in fine teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iũcta ſunt, ſoleas dixerunt, nõnunquã voce Græca Crepidulas. Hora in Ser. Chryſippus dicat ſapiens crepidas ſibi nunquam. Aut ſoleas fecit. Quidam hoc nomen à crepitu, hoc eſt, à ſono quem ambulando reddunt, dicunt adpellatum.

Crepidarius,rii, qui crepidas conficit. Crepidarius, a,um, quod ad crepidas pertinet. Gell. Sempronius Aſellio libro rerum geſtarum.xiiii. Crepidarium, inquit, cultellum rogauit à crepidario ſutore.

Crepido,pen.produ.ſignificat oram terræ quã aqua alluit.ex hoc adpellata, quòd ibi aqua alluens crepitat quum currit, aut vndas adpellit. Columel.lib. ix. Præiaciuntur in gyrum moles. Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo conſiſtens piſcis, ſedibus ſuis non exturbatur. Per tranſlationem uero & putei extremam oram, quæ ad ipſum puteũ reſpicit, quæ vulgò dicitur os putei, & editioris cuiuſq; loci extremitatem ſolemus Crepidinem adpellare, vt apud Hieronymum, In crepidine uiæ. Seneca. Quis crederet iacentem ſuper crepidinem Marium, aut fuiſſe, aut futurum conſulem? Vnde etiam pro abrupti ſaxi altitudine ponitur. Vergilius libro decimo.

Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi,
Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato.

Crepitaculum,ſiſtrum,inſtrumentum quod manibus percuſſum reddit ſonum.

Crepito,tas,penul.corre.de cymbalis & huiuſmodi dicitur,quãuis & de aliis rebus dici poſſit, pro crepitum facere. Auguſt.lib.xxi.de ciui. Eundem& faceret aqua veiut in igne crepitare.

Crepitulum,ornamẽtum capitis,quod in capitis motu crepitum faciunt.

Crepitus,ſonitus & concuſſio, qui ex impulſis reſultat,ut pendẽtis,quos Stoici liberos eſſe aiunt. Plautus in Curcul. Vbi quid ſurripuere, operto capitulo calidum bibunt,triſtes atq; ebrioſi incedũt, eos ego ſi offendero,ex unoquoq; eorum eiiciam crepitum polentarium. Et Crepitus plagarum,dixit Cicero in Verrem.

Crepo,pas,pui,pitum. vnde Crepitus. Crepitare,ſonare. Plautus in Menech. Dic mihi,nũquam tibi inteſtina crepant? Cui ille reſpondet. Vbi ſatur ſum, nulla crepant,quando eſurio crepitant. id eſt, murmurant & ſonant, id quod inteſtinis inanibus accidere ſolet. Per tranſlationem ponitur pro dolere, queri,accuſare. Horatius lib.i. Carminũ, Quis poſt uina, grauem militiam, aut pauperiem crepet? Item pro ferire. Cicero libro.iii. offic. Itaq; ſi uir bonus habeat hanc uim, vt ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere. Item pro frangi. Vergilius.

Et acuto murice remi. Obnixi crepuere. Item pro incitare. Turpilius, Age tu Hymenæũ increpa. Hinc cõponuntur Concrepo,perſono. Hierony. in Ioſue, Buccinis omnia concrepabant. Increpo, Percrepo, valde crepo. Cice.in Ver. Locum iſtum litoris percrepare totum mulierũ uocibus, cantu& ſymphoniæ. Et habent penul.correp.

Crepundia, dicuntur prima munuſcula quæ dantur pueris, ut ſunt faſciolæ, linteoli, ueſtes, bullæ, corallia, enſiculi, crepitacula, & puerilia ornamenta huiuſmodi, quibus pueri nutricantur, à crepãdo. id eſt, tinniendo, dicta, quoniam infantes huiuſmodi crepitaculis maxime gaudent. Plaut. Sunt crepundia? Ecca, uideo, qua facie ſunt? Enſiculus aureolus primum literatus, poſt altrinſecus ſecuricula anceps. Item aurea litera, poſt hæc ſicula argẽteola, & duæ connexæ maniculæ, & ſucula, & bulla aurea eſt, quam pater dedit mihi natali die. Plinius lib. xi. Semeſtris locutus eſt Crœſi filius in crepũdiis, quo prodigio totum id concidit regnum.

Crepuſculum, lux dubia quæ ſit ante Solis ortum, & ante occaſum, à crepero, quia tunc multis dubium eſt, dies ſit an iam nox. Plin. Oriente Sole aut occidente, matutini veſpertini'ue cognominari, prout alterutris eorum mane uel crepuſculo contingit. Colu. lib. vii. Iuxta conſeptum ſaxis & canalibus ſal ſuperiectus, ad quem ſaturæ pabulo libenter recurrunt, quum paſtorali ſigno quaſi receptui canitur. Nam id quoq; ſemper creſpuſculo fieri debet, ut ad ſonum buccinæ pecus, ſi quod in ſyluis ſubſtiterit, ſepta repetere conſueſcant. Lucanus,

Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phœbo.

Hinc Crepuſci apud Sabinos nominati, qui eo tempore erát nati, & Sidonius horam veſpertinam Crepuſculaſcentem dixit.

Creſco, is, creui, ſicut cerno. Creſcere, augeri eſt. Iuue.

Creſcit amor numi quantum ipſa pecunia creſcit.

Hinc Crementum pro augmento. Huius compoſita ſunt Accreſco, adaugeor. Concreſco, ſimul creſco, & coniungor, unde Concretū, conglutinatū. Verg.

Multa diu concreta modis inoleſcere miris. Idem,

Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. id eſt, congelaſcunt. Decreſco, diminuor. Hiero. lib. ii. Regum, Domus Dauid proficiens, & ſemper ſeipſa robuſtior, domus autem Saul decreſcens quotidie. excreſco, Increſco, valde creſco. Idem libr. i. Regum, Increuerunt ſerui qui fugiunt dominos ſuos, unde Incrementum. Recreſco, rurſus creſco. Plinius libr. ix. Circa toronem ueſci illis, auulſas etiam aiunt & ex relictis radicibus recreſcere. Succreſco inferius vel paulatim creſco. Supercreſco.

Creſeis, κρήναι, Nymphæ marinæ nomen, à fontibus dictæ, κρήνη enim fons dicitur. Cc.

Creta, tæ, & Crete, tes. inſula in medio ponto, centum vrbium fama clara, quæ (vt ſcribit Strabo) à Septētrione Aegæo alluitur ſimul & Cretico pelago. Ab auſtro Aphro, Ad Occidentem Aegilam & Cytheram ſpectat, ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta ſeptuaginta milia paſſuum, in latitudine quinquaginta milia. Circuitus eius quingentorum octogintaocto milia paſſuum cōplectitur, Inſignes in ea urbes ſunt Cortina, Cydonia, Gnoſum Minois regia, & Strabonis coſmographi patria. Nullum in Creta animal noxium eſt, optimiq; vini fertiliſſima eſt. de qua Vergilius,

Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ
Centum urbes habitant magnas, vberrima regna.

Dicta eſt Cureta, ab habitantibus Curetibus, & per ſyncopam Creta. Alii dicunt Cretam dictam, à Crete quodam Iouis filio, Curetum rege. Alii à Crete Nympha, Heſperidis filia. Arrianus non à Crete, ſed à Cres, cretis genitiuum faciente nominatam dicit, ab eo qui Iouem abſcondit in monte Lycæo. Vnde Creſſa, tantum fœmin. generis. id eſt, Cretenſis. Similiter Creſſeus, & Cretſius. Sunt autem hæc nomina quæ ex maſculino fœmininum ad ſimilem formam mittunt, ſcilicet, Cres creſſa, Libyx, libyſſa. Phœnix, phœniſſa. Magnes, magneſſa, Thraix, thraiſſa. Tibullus, Etiam Phœbo gratiſſima dona Cres tulit. Auſonius,

Præpetibus pennis ſuper aera vectus homo Cres.

A Crete uero fiunt Creticus, & Cretenſis. Eſt & Creta oppidum Scythiæ. Valerius Flaccus lib. i.

Quoties paucos ad littoris ictus
Deficiam, Scythicum metuens Pontumq; Cretamq;.

Creta etiā dicitur terra tenax, à Creta inſula, in qua melior eſt. Vel à creſcendo, quoniam proprietas eius eſt, vt in macerando creſcat, quod in primis Cretæ Vmbricæ accidit, quam uocant ſaxum, quæ non niſi poliendis ueſtibus adhibebatur, duntaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera, candidum vnum, & alterum ad purpuriſſum inclinans, vtrunque veſtibus aptum. Hac medici aduerſum morbos vtuntur. Laudatur & creta Theſſalica. Item quæ argentaria adpellatur, nitorem argenteum reddens. Viliſſima Creta, qua pedes uenalium trans mare aduectorū notare mos erat, vnde Cretatus. Iuuenalis.

Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

Cretatus, ta, tatum. quod eſt creta inſperſum. Plinius, Tantumq; non cum laureatis faſcibus remitti illò, vnde cretatis pedibus adueniſſent.

Cretæus, a, um. quod ex Creta terra eſt. Ouid.

Strataq; cretæam bælua ſtrauit humum.

Creterra ſitula ad hauriendam aquam. Ennius, Vidimus propè amnem creteris ſumere aquam ex pōte. Cornucop.

Creticus, a, um. quod ex Creta inſula eſt, ſicut & Cretenſis, unde dicimus creticum pelagus, ſiue cretenſe. Quorum vanitatem vnico eleganter verſiculo taxat Epimenides, quem & Paulus in Epiſtolam ad Titum allegat.

κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

hoc eſt. Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.

Creticus, ſubſtantiuū, genus pedis eſt, qui conſtat prima & tertia longis. Alio nomine Amphimacrus.

Cretoſus, a, um. quod eſt creta plenum.

Cribro, as, purgo. Cribamus enim triticum & huiuſmodi, vt à puluere & rebus immundis ſecernatur. Cribarius, ria, rium. quod ad cribros pertinet. Plinius libr. xviii. Item cribraria quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro.

Cribrum, inſtrumentum ex pellibus ſuillis utpluriſmum, crebris pertuſum foraminibus, ad frumenta purganda. Grecè dicitur λίκμος, καὶ λικμάω. Apuleius, Aſpernati latrones clamorem abſonum meū, cædentes hinc inde miſerū corium, nec cribris iam idoneū relinquunt. Sunt & cribra, quæ è ſetis equorum, farinæ à furfuribus ſeparandæ gratia, facta ſunt. Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur. Sunt Excuſſoria è lino, et Pollinaria, à polline, quæ à nonnullis ab incernendo, Incernicula dicta ſunt, quibus frumenta emundamus.

Crimen, proprie dicitur delictum. Seneca, Vitā agēs ſimplicem, rectam, ſine crimine. Aliquando crimen adpellatur id quod p contentionē alicui obiicitur

& obtrectatio, vñ criminari dicimus. Cicero, Hæreditatem mihi negaſti obueniſſe, vtinam hoc tuũ uerum crimen eſſet. Et ſic dicitur à cerno, ſicut à Diſcerno diſcrimen. Vergil.

Diſiice compoſitam pacem, ſere crimina belli. id eſt, contentiones & iurgia, ex quibus bellum oriatur. Aliquando ponitur pro falſa ſuſpicione. Idem,

Formidine crimen acerbat.

Aliquando pro cauſſa, ut apud eundem,

Et crimine ab vno Diſce omnes.

Criminale quod eſt criminis, vt criminalis cauſſa.

Criminari, eſt culpare, accuſare, cõtumelioſe reprehẽdere, & dicimus, criminor te furti illi, vel apud illũ. Terent. Hanc metui ne criminaretur tibi.

Criminoſus, a, um, contentioſum, contumelioſum, & crimen inferens. Colu. lib. I. Criminoſum tamẽ ſenatori fuit ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe.

Crimiſſus, Siciliæ fluuius. Græce κριμίσσος

Crines, capilli à diſcretione dicti, quòd ſunt diſcreti, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ κρίνειν hoc eſt, à diſcernendo.

Criniculi (ut docet Auguſtinus ſuper Pſal.) ſunt q̃ fiũt in torquendo. Ambroſ. lib. de Paradiſo, Nã ſi Heua, hoc eſt, ſenſus primæ mulieris accenſas habuiſſet faces, nunquam præuaricationis ſuæ criniculis nos implicaſſet.

Crinere, eſt crines emittere, vnde crinitus, a, um. quod multos ſiue longos crines habet. Verg.

Crinitus Ioppas.

Transfertur etiã ad arbores. vnde à Papinio dictũ eſt, Crinitur arbos, pro eo quòd eſt, frondeſcit.

Crinita ſtella, à Græcis cometa, ſiue cometes dicitur. Cornucopiæ.

Crinon, à Græcis dicitur lilii genus, aliàs cynorrhodo, & eſt rubri coloris. Cc.

Crios, Græcè Latinè aries dicit, quo nomine dictus eſt Egineta quidam luctator cantatiſſimus apud Græcos.

Criſa nomen oppidi, quod criſus Phoci filius condidit. Hinc criſæus ſinus. Sunt & aliæ urbes hoc nomine adpellatæ.

Criſis, Latinè dici poteſt iudicium, unde catacriſis, diiudicatio.

Criſſare, Prædicare, nõ niſi magno cum pudore exponi poſſunt. Eſt enim primum mulierum apte ſe mouentium dum in re venerea ſunt. Iuue.

Frictum criſſantis adorat.

Alterum maſculorum dum pædicantur. Mart.

Sed pædicaris, ſed pulchre Neuole ceues.

Ceuere etiam adulantium geſtus ſignificat. Perſius, An Romule ceues.

Critias philoſophus fuit, qui dixit animã eſſe ſanguinem, ſicut & multi alii. Vnde Vergilius Purpuream animam nominauit. Origen. libr. ii. Periarchon, ſanguinem omnium animalium animam ipſorum eſſe euidentiſſime demonſtrat, ex illo quod ſcribitur, Non manducabitis ſanguinem, quia anima totius carnis ſanguis eſt.

Criticus, pen. cor. iudicans, ſiue arguens, ἀπὸ τοῦ κρίνειν, delibero, iudico. Vnde poetarum interpretes (quos poſtea grammaticos dixerũt) critici, id eſt, iudiciales dicebantur, qui iudicabant de poematibus quaſi iudicantes & arguentes. Vnde Seruius ſuper xi. Aeneidos dicit, critici culpant hoc loco. Et critici dies, uocantur à medicis iudiciarii, in quibus de ægritudinibus ratione ferri iudicium poteſt, quos noſtri decretarios uocare poſſunt, ſcilicet ſeptimũ, decimum quartum, vigeſimum, vigeſimumſeptimũ, quòd illis ferè diebus morborũ initia Lunæ ſidus à ſignis quatuor atq; ſex (coitu excepto) uideat.

Crito, nomen philoſophi Athenienſis, qui ita Socratem amauit, ut nunquam aliquid ex iis quæ ſunt ad uitam neceſſaria ipſi deeſſe paſſus fuerit.

Critobolus, fuit medicus, de quo Plinius lib. 7. inq̃, Magna & critobolo fama eſt, extracta Philippi regis oculo ſagitta, & deformitate oris curata orbitate luminis.

Crobylon, Græci adpellant retiolum ſeu reticulum q̃ comam continet.

Crocare, & crocire, verba factitia à uoce corui, à quibus crocatio, & crocitus, tus, pen. prod. Et crocito, tas, frequentatiuum. Plaut. Simul radebat pedibus terram, & uoce crocitabat ſua.

Croceatus, ta, tum. quod crocei coloris eſt unde dicimus pannum croceatum, ueſtem croceatam.

Crocias, gẽmæ ſpecies. à croci ſimilitudine ſic dicta.

Crocinum, penul. corrcp. vnguentum, quod crocomagma dicitur. Fiebat ex croco trito, & vino præcipue dulci. Hoc Romani non ſolum corpora, ſed & pulpita ſpargebant. Propertius.

Pulpita ſolennes non oluere crocos. Idem

Et crocino nares murcheus ungat onyx.

De hoc Plinius lib. xxi. cap. xx.

Crocinus, na, num, idem quod croceus, quod eſt lutei coloris.

Crocitus, us, pen. prod. ipſa uocis corui prolatio.

Crocodilinum, quod ad crocodilum pertinet.

Crocodilo, oppidum, Arſinoe poſtea dictum, ſimiliter & flumen.

Crocodilus, pen. prod. animal quadrupes, quaſi croceus, quia crocei coloris eſt, uel quòd crocũ fugiat, quod mella cõficientes in Aegypto ſternũt, ne mel abſumãt crocodili, quoniam miium in modum eo delectantur. Hic præ omnibus ex minimo fit maximus. Ex ouo enim ad duo & viginti cubitos excreſcit Quatuor menſes hyemales non comedit, & ſola beſtiarum non habet linguam.

De hoc Horatius,

Stercore fucatus crocodili.

Crocodilon, ex eo dictum autumant, q̃ κρόκον δειλεῖ Id eſt quòd crocum fugit, ac eius odorem reformidat. Ex genere amphibio eſt, uiuit enim in terra & in aqua. Huius ſtercus medicamentum eſt faciei. Crocodileam uocant, ut Pli. & Gale. teſtantur.

Crocomagma fex & retimentum croci, cuius uſus eſt in medicina efficax. Celſus lib. v. Crocomagmatis, q̃ quaſi retrimentum eius eſt.

Crocopelpon, poetæ Græci auroram uocant. à ueſte coloris crocei,

Crocotillum, veteres valde exile dicebant. Plautus, Extortis cum crocotillis cruſculis.

Crocotirium, genus operis piſtorii.

Crocotulæ, ſiue Crocotæ, veſtes crocei coloris. Plautus, Patagiatam caltulam aut crocotulam.

Crocotularius, crocotarum veſtium infector. Plautus in Aulul.

Quom incedunt infectores crocotularii.

Crocum, venatorem ac ſagittarium fuiſſe dicunt, precibusq; Muſarum in aſtra relatum. Et pro Sagittario ponitur. Sidonius,

Falcifer it Crocon neſcius per ſumma polorum.

Crocus puer. & flos qui ſafranum dicitur. Crocum herba. Hinc Croceus, a, um, pro colore, qui vulgò dicitur Gialdus, vt veſtis crocea. Idem color etiam flammeus dicitur. Plinius, Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus Flammeis totum fœminis conceſſum.

Crocuta, auto. Plin. eſt fera naſcens in Aethiopia, dentibus omnia frangens, protinusq; deuorata ventralis calore conficiens. Ex cane & lupo concipi tradunt. Spartianus, Aedita munera, in quibus elephantos & crocutas exhibuit.

Cronciader, unus ex præſtantioribus Herculis filiis, ex Megara Creontis Thebanorũ regis filia. Cc.

Cronia, orum. Saturni feſta erant. Nam Cronos, Saturnus dictus eſt, vnde Cronia nuncupata. Horum Macrobius latè meminit, citata etiam antiqui poetæ autoritate, apud quem legerat,

Maxima pars Graiũ Saturno, & maxime Athenæ
Concelebrant ſacra, q̃ Cronia eſſe iterantur ab illis.

Cronium, à nonnullis mare concretum adpellatur. Cornucop.

Cronius, nomen unius ex Centauris.

Crotalum, penul. correp. Græce κρόταλον, crepitaculum, inſtrumentũ muſicum, quo Aegyptii in deorum ceremoniis utebãtur. Pulſantur autem laminis quibuſdam Crotala ex ære rotundis, ſeu orbiculis ſonum ex colliſione reddẽtibus, à pulſatione dicta, κρότον, Latine plauſum ac ſtrepitum, & κροτεῖν, pulſare atq; percutere. Sunt qui dicãt Crotalũ eſſe annulum æreum, qui ferreo baculo percutiebatur ad ſonum fiſtulæ reddendũ. Vergi. de Coppa,

Coppa Syriſſa caput Graia redimita mitella
Criſpum ſub crotalo docta mouere latus.

Pli. li. ix. docet Crotala adpellari margaritas quaſdam reſonantes, ceu ſono quoq; gaudeant. Apud Græcos Crotalum ſignificat calamũ diuiſum, præparatumq; ad muſicum modulatum.

Crotalus, maſculino genere dicitur qui lingua eſt expeditiore, ac uoce ſonanti, ac propè tinnula, loquaci quoq;, κροταλίζω enim Græcè, ſignificat ſtrepo.

Crucinum uinum, inſuaue. quòd bibendo cruciet.

Crudaria, argenti uena. quæ in ſummo reperta eſt.

Crudelis, à cruore. qui eſt immitis & aſper.

Crudeſcere. eſt crudum fieri, à crudeo, es, inde Incrudeſco & Recrudeſco, compoſita.

Crudus, a, um. recens atq; acerbum, ut Crudum vulnus. id eſt, recens, & quaſi adhuc cruentum, à quo Recrudeſcere dicimus, quaſi renouari, & ad priſtinam acerbitatem redire. Et crudum dicimus in paſſiua ſignificatione, quod non eſt coctum, à ſimilitudine crudæ carnis, quæ adhuc cruenta eſt. Similiter Cruda poma dicuntur, quæ acerba & imatura ſunt. Cicero, Poma quæ cruda ſunt, vi auelluntur, quæ autem cocta & matura, decidunt. Item Crudi cibi, qui indigeſti & nondum concocti ſunt in ſtomacho. Iuuenalis.

Et crudum pauonem in balneo portas.

In actiua vero ſignificatione; ut Crudus homo, cuius ſtomachus non facile concoquit. Quintilianus crudo oratori declamandum non putat. Cicero, Quòd in cœnam non veniret quòd eſſet crudior. Et Crudus dicitur, qui eſt truci aſpectu. Hinc cruditas. Columella lib. vii. Cruditatis ſigna ſunt, crebri ructus, ac ventris ſonitus, faſtidia cibi.

Cruento, tas, cruore inficio. Hieronymus, Pauimenta patris ſanguine cruentata.

Cruentus, a, um. quod cum cruore eſt, ut Cruenta victoria. Salluſt. Cauete ne inulti animam amittatis, neu capti potius ſicut pecora trucidemini, quàm virorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis. Huius contrarium eſt Incruentus, a, um. quod eſt ſine ſanguine. Idem, Neque tamen exercitus populi Romani lætam aut incruentam victoriam retulit. Aliquando Cruentus ponitur pro crudeli, ut Cruenta nox, & cruenta oratio.

Crumena, penultima produ. loculus. à κρεμάω, ſuſpendo, quòd plerunq; ſuſpenſa geſtetur. Quidam cum h, ſcribunt, ἀπὸ τοῦ χρήματος, quæ eſt pecunia. Iuuenalis, Quis enim te deficiente Crumena, id eſt, pecunia, continens pro contento. Crumenula, diminutiuum eſt.

Cruno, fons in Attica, Cornucop.

Cruor, ſanguis, qui ex aliquo vulnere ſpargitur.

Crus, tibia, quòd illo curramus. Sunt autem Crura à genibus uſq; ad inferiorem pedem, non æquali modo ducta, ſed teretibus ſuris extantibus ſenſimq; tenuatis firmata. Tibia, eſt os. Sura, caro poſterior. Crus, es ſura & tibia cõſtat, cuius diminutiuum eſt Cruſculum. Martialis,

Pectus cicadæ. cruſculumq; formicæ.

Cruſta, eſt pars exterior eorum quæ non comeduntur, vt vitri, marmoris, ligni, gelu, & huiuſmodi. Vnde Incruſtare marmore dicimus parietes, qui cæterne tabulis marmoreis ueſtiuntur. Vergil. lib. iii. Georgicorum.

Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ.

Plinius, Cruſtas parietũ exciſas tabulis marginatis incluſas eẽ. Huius diminutiuũ eſt Cruſtula. Iuue.

Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo.

Cruſta etiam dicitur, quam vulnus ſeu hulcus ducit quando ſolidatur, qua detracta, ſerè remanet cicatrix.

Cruſtare à quo Incruſtare, ſignificat cruſtam ducere ſeu applicare. Vnde Cruſtati parietes. id eſt, cruſta marmoris intecti. Secabantur enim marmora in la

dinas, & parieti adponebantur. Primus apud Romanos Mamura eques, domus ſuæ parietes cruſta marmoris legitur è Formiis in Cælio monte operuiſſe. Hinc vaſa quæ vitreis cruſtis tecta ſunt, Cruſtata dicuntur.

Cruſtarius, qui incruſtat. Plinius, Habuit & Teucer cruſtarius famam.

Cruſtarius, a, um, quod ad cruſtas pertinet. Vnde cruſtariæ tabernæ, quibus cruſtata opera venduntur.

Cruſtulata, æ. idem quod cruſtulum. Spartianus, Pentapharmacum edulii genus eſt, ex quinq; confectũ, quod reperiſſe dicitur Helius uetus Roman. imperator. hoc eſt ſumen, phaſianus, pauo, cruſtulata, & aprugna.

Cruſtum, eſt eorum quæ comeduntur, ut ſit pars panis, vel placentæ, vel alterius edulii. Vergilius,

Patulis nec parcere quadris
Fatalis cruſti.

Vnde per diminutionem Cruſtulum. Horat.

Vt cruſtula blandi
Doctores elementa velint ut diſcere prima.

Quod genus dulciarii eſſe putat Porphyrio. Inueniuntur tamẽ Cruſta & Cruſtula dici de iis quæ comeduntur. Hieron. in Exodo, Tolle panes azymos & cruſtulam abſq; fermento. Varro de lingua Latina, Cruſtulum à cruſtâ poltis, eò quòd ut corium extrinſecus, cruſta dicta.

Cruſtumina pira, ſunt, quæ ex parte rubentia putant. Glatiola nunc dicta, à Cruſtumino oppido ſic adpellata. Verg. ii. Georg.

Cruſtumiis Syriiſq; piris, grauibus q; uolemis.

Cruſtumum, oppidum iuxta Veios, à quo cruſtumini dicti, & cruſtumina tribus, & cruſtumina pira, quæ & cruſtumina dicuntur.

Crux, furca, ſiue patibulum, in quo damnati figũtur. Hanc veteres Gabalũ vocauere. Varro, Nos barbari, quod innocentes in gabalum ſuffigimus homines uos non barbari quòd noxios abſoluitis, hinc crucio, as, à quo cruciatus, tus. tormentum, & Crucifigo, gis.

Crypta, ſubterranea cauerna. uel teſtudo, à κρύπτω verbo Græco, quod eſt occulto. Iuue.

Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburræ.

Crypticus, a, um. ſignificat occultum & ſubterraneũ. Sidonius, Potens antiquus crypticis arcubus fornicauit. Iulius, Firmicus crypticos homines adpellat ſecreta fideli taciturnitate cuſtodientes.

Cryptoporticus, nomen compoſitum ex Græco Latino q; ſignificat ſubterraneas porticus, cum ampliis feneſtris, quibus refrigerandi gratia per æſtatem utimur. Poteſt etiam dici porticus undiq; ſepta, et quaſi ſepimento parietum abſcondita, tanquam ſubterranea. Plin. in Epiſt. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget, contenta q; aere ſuo, nec deſyderat auras admittit.

Cryſos, abſconditum denotat.

Cryſtallus, fœmin. generis, & cryſtallum dicitur, ex κρύος, quod eſt gelu, ςέλλω contraho, ita ut gelu concretum, cryſtallum dicatur. Nam (ut ſcribit Pli.) ex gelu uehementiore concreto naſcitur. Non alibi certe reperitur, quàm ubi hybernæ niues rigent, glaciem q; eſſe certũ eſt. Auguſti. in expoſitione Pſalmo. Nix multorum annorum tempore durata & ſerie ſeculorum, Cryſtallum dicit. Cryſtallinus, a, um. pen. cor. quod eſt ex cryſtallo. Mart.

Frãgere dũ metuis cryſtallina frãgere peccas. Iuue.

Grandia tolluntur cryſtallina maxima rurſus
Murrhina, deinde adamas notiſſimus & beronices.

C A N T E T

CTenes, ſunt quatuor dentes medii, qui in prima digeſtione terunt cibum. Nam quum duo & triginta dentes ſint in homine, anteriores dicuntur Gelaſini, poſtea verſus maxillares, Tomes dicuntur. id eſt inciſiui, etiam Dichaſteres penultima producta.

Cteniatri, ſunt medici iumentorum, & pecorum, quos Mulomedicos interpretantur, uerbum è uerbo trãſferentes. Firmicus, Centauro oriẽte qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorum nutritor, aut mulomedicus, aut equitiarius. Hunc Colu. & Var. Veterinarium uocant, vulgus Marcicalcum adpellat.

Ctenos, κτῆνος, Latinè iumentum dicitur, vnde Cteniatrus.

Cteſiphon, penult. correp. nomen architecti, qui templum Dianæ Epheſiæ traditur extruxiſſe, opus mirabile, & toto orbe celebratum, quod poſtea ab Heroſtrato incenſum fuit, hac tantum de cauſſa, ut ob alſ quod facinus nominaretur. Vide in dictione Epheſus. Fuit & Cteſiphon locus Parthorum. Strabo libro decimoquinto, Propè Seleuciã vicus maximus eſt nomine cteſiphon, in quo Parthorum reges hyemabant. Hic vicus ciuitatis potẽtiam ac magnitudinem habebat, adeò ut Parthorum multitudinem & adparatum omnem recipiat, ac venalia neceſſaria q; artificia illis ſuppeditet. Quin & Cteſiphontem Babylonici regni caput fuiſſe. Plinius libro ſexto ſcribit.

C A N T E V

CVbatus, us, ipſa cubandi actio. Plinius, Si in cubatu tonuerit, oua pereunt.

Cubiculare, quod ad cubiculum pertinet, ut veſtis cubicularis, qua in cubiculis utimur, & cubicularis lectus, apud Ciceronem libro quinto Tuſcu. quæ ſtio num legitur.

Cubicularius, qui in cubiculo miniſtrat, Cicero, Hunc veſtri ianitores, hunc cubicularii diligunt.

Cubiculum, locus in quo cubile ſternitur, ut ibi ſupercubetur. Seneca ad Lucil. Quid proſunt multa cubicula in uno iacetis. Dicitur & de ſtructura. Plinius libro trigeſimoſexto, Ea, inquit, maxima moles fuit, nec ſedit in cubili. Vtitur hac voce Victru. libro ſecundo Cubile ſaluatoriũ, dicitur in quo ſimulachra Deorum imponi ſolent, quod & Lararium alio nomine dicitur.

Cubile, pen. prod. lectus, quòd in eo cubetur. Et cubilia, loca in quibus feræ cubant.

Cubito, as, freqũtatiuum, Cicero pro Cælio, Et prod

pterito noctumos quoſdam manes metu tecũ ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit.

Cubitus, & cubitum, vtroq; modo dicitur, curuatura brachii. vbi lacerto iungitur. Et accipitur pro menſura cubiti. Plin. libro ſeptimo, Inuenimus in monumentis, Salaminæ Cautimenos filium in tria cubita triennio accreuiſſe. Conſtat autem cubitum ex ſex palmis, digitisq; quatuordecim, vt autor eſt Vitruuius libro tertio, Seſquipes. hoc eſt, pes vnus cum dimidio, facit cubitum. Pes, eſt ſexta pars altitudinis in corpore noſtro, cubitus quarta. Eſt præterea cubitus regius, qui maior eſt communi cubito tribus digitis, ſicut refert Herodotus libro primo. Eſt & cubitus geometricus, qui tantum valet quantum ſex noſtra cubita, ut Origenes Auguſtinusq; tradiderũt. cubitus in corpore humano eſt, in quo deſcens flexura brachiorum. Sic dictus quòd ſuprà eũ cubare ſoleamus. A' Cubitus pro menſura, fit adiectiuum cubitale. Inuenitur etiam ſubſtãtiuum cubitale, pro ornamento cubiti. Hora. in ſerm.

Ponas inſignia morbi,
Faſciolas, cubitale, focalia,

Cubo, as, bui, bitum, quamuis cubatio, non cubitio, ſicut & eius compoſita, quæ iã, primæ quàm tertiæ coniugationis inueniuntur. Vt Accubo, as, & Accũbo, is, Decubo, as, & Decumbo, is. Incubo, as, & Incumbo, is, Recubo, as, & Recũbo, is, Occubo, as, & Occumbo, is. Vergilius,

Nec adhuc crudelibus occubat umbris.

Id eſt, iacet mortuus. Idem,

Seu verſare dolis, ſeu certe occumbere morti.

Secubo, as, & Secumbo, is, quod eſt ſeorſum & ſeparatus cubo. Propert.

Miles depoſitis annoſus ſecubat armis.

Liuius libr. xxxix. Per iocum adoleſcens vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet religionis cauſſa, vt uoto pro valetudine ſua facto liberetur. Habet tamen cumbo aliqua compoſita, quæ nõ habet cubo, ut Diſcumbo, quod eſt, cibi capiendi gratia iaceo, non Diſcubo. Procumbo, non Procubo. Similiter Cubo, habet aliqua compoſita, quæ non habet Cumbo, vt Excubo, non Excumbo. Supercubo, non Supercumbo. Eſt autẽ cubare iacere, & proprie ægrotorum eſt. Horat.

Cubat hic in ualle Quirini.

Id eſt ægrotat, ſicut interpretes exponunt. Idem,

Trans Tyberim lõge cubat is ꝓpe Cæſaris hortos.

Cic. li. ii. Tuſc. Itaq; narrabat eũ grauiter & copioſe de ipſo nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtũ eſſet, cubantem diſputaſſe. Colu. lib. vii. cubitorem bouẽ adpellat, qui ſæpe decumbit ea peruicaci contumacia. Quod quidem, uitium fame & ſiti tollendũ eſſe cenſet, non igni aliiſ've tormentis.

Cubus, eſt figura ex omni latere q̃drata, q̃les ſunt teſſeræ, q̃bus in alueolo ludiſ, ex quo ipſæ adpellatæ κύβοι. In numeris ẽt Cubus dr̃, quũ omne latus eiuſdem numeri æqualiter in ſe ſoluitur, ſicut fit qñ ter terna ducuntur, atq; idem ipſe numerus triplicatur.

Cucubo, as, pen. cor. propriũ eſt uocis noctuæ. Verg.

Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cucullio, eſt (ut Iulius Capitolinus docet) genus pilei viatorium, quo capite obtecto, uagari nocte ſolẽt. Apud Catonem de re ruſtica, videtur accipi pro cucullo, quum inquit. Quæ opera per imbrem fieri potuerint, nouos fieri centones, cucullionesve familiam oportuiſſe ſarcire.

Cuculus, penultima correpta, & cucullus, per duplex ll, auis nota. Martial.

Quamuis per plures cuculus cantauerit annos.

Horatius in Sermonibus,

Cui ſæpe viator
Ceſſiſſet magna compellans voce cucullum.

Cucullus etiam genus veſtis eſt. Iuuen.

Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullas.

Vnde conſtat, fratres noſtros Eremitanos male uſũ hoc vocabulo cuculla, fœm. gen. Sũt q accipiant cucullum pro nautico aut ruſtico tegmine, ad arcendas pluuias. Colu. Cultã veſtitamq; familiã, magis vtiliter quàm delicate habeat munitam diligenter à vento pluuiaq;, quæ cũcta prohibent pellibus manicatis, cẽtonibus cõfectis, vel ſagis cucullis. Iuue.

Contentusq; illic Veneto duroq; cucullo.

Suidas κόκκυξ ὄρνεον ἐρεῖον, ὃ παρ' ἡμῖν κοῦκκος. id eſt, Coccyx, ſpecies auis, q̃ apud nos cuccus. Itaq; quum cuccus Græcum ſit nomẽ. Cucculus eſt dactylus, per duplex cc, in prima.

Cucuma, pen. cor. uaſa ænea ſunt ad calefaciendum aquam. Petronius arbiter in Satyr. Frangitur ceruix cucumæ, ignemq; valeſcentem reſtinguit.

Cucumer, & Cucumis, penultima corre. à curuore dicitur. Vergilius in Georgicis,

Creſceret in ventrem cucumis, nec ſera comantem.

Cucumeres, quaſi curuimeres. Hi Pepones etiam dici putantur, q in cibis impenſius refrigerant, aluũq; molliunt. Sed Hiero. in lib. Nume. diuerſos oſtẽdit cucumeres & pepones, quum ait, In mentem nobis venĩſi cucumeres & pepones. Eſt & cucumis piſcis. Vt apud Plinium lib. ix.

Cucumerariũ, locus in quo ſunt cucumeres, ut apud Eſaiam, Derelinquetur filia Sion vt umbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario. Pro tugurio Cyprianus cuſtodiarium poſuit. Solet enim fieri tuguriaculum, in quo cuſtos uigil obſeruat, ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cucumion, diminut. Græca forma, Latinè vero cucumula.

Cucurbita, proprie auguria eſt. Sed apud celſum cucurbitam, & per diminutionem cucurbitaculam eã adpellari legimus, quæ nunc vulgò Ventoſa dicit. Hac vtuntur medici ad ſanguinem leui ſacrificatione educendum, ait enim, Vſus cucurbitulæ præcipuus eſt, ubi non in toto corpore, ſed in parte aliqua vitium eſt.

Cucurbitana pira dicimus, & cucurbitanas ficus, ob cucurbitæ ſimilitudinem. Ce.

Cucurbitarium, locus in quo ſeruntur cucurbitæ.

Cucurbitarius amator cucurbitarum.

Cucurbitula, non tam paruam cucurbitam, quàm va

ſcalum ſignificat, in quòd detrahitur ſanguis.

Cucurio, is, pen. prod. gallorum propriũ eſt. Ouid.
Cucurire ſolet gallus, gallina gracillat.

Cudo, is, cuſi, & cudi, à cædendo, ut quibuſdam videtur. Vergilius.
At primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.
Seruius, id eſt, feriendo elicit. Nam Cudere, ferire eſt, vnde & Incus dicitur, quòd illic aliquid cudamus. id eſt, feriamus. Cuditur pecunia, dum imprimitur. Terentius in Heautontimor. Argẽtum cudo quod ſibi dem. Hieronymus per tranſlationem Cudere pro componere vſus eſt. Quum & eandem, inquit, in multis feſtiuitatibus multorum ſanctorum patrum ſtudia miro cuderint eloquio. Paſſiuũ protulit Teren. in Eunu. At enim in me iſthæc cudetur faba. quod eſt, in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa. Vt laborat ſolum in quo cuditur. id eſt, batuitur faba cum ſiliquis exuitur. Vel quòd quidam male coctam fabam, & quæ nõ maduerit, ſed dura permanſerit, ſupra caput coqui, uelut ipſi irati graui ſaxo comminuunt, tum vniuerſum malum ad cocum peruenit. Huius compoſita ſunt Accudo, Excudo, Incudo, Procudo, Percudo, & Recudo, quod eſt, iterum cudo. Varro, Vt hi ſolent q vetera metalla recudunt. Et habent penul. produ.

Cuias, ſignifi. vnde. Et non tantum patriam, gentem, nationem'q́ innuit (vt apud Cic. lib. v. Tuſculanarum quæſt. Socrates quidem quũ rogaretur, cuiatẽ ſe eſſe diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mũdi ſe incolam & ciuem arbitrabatur) ſed etiam partes & ſectam, ut, Cuiates philoſophi uos eſtis? Stoici'ne, an Epicurei? Sic Noſtras & Veſtras. Cic. Nõ ſolum etiam iſta veſtra oratoria, ſed & hæc etiam leuia noſtratis. Dicit & Cuiatis cõi genere. Vt ſi apud Plautũ, frequẽter legit. Cuiatis es? id eſt, cuius patriæ & gẽtis? Actius, Qui neq; cuiatis eſſet nunquã potuimus multa rogãtes ſcire. Antiqui enim (ut Priſcianus ait) nominatiuum proferebant, Cuius & Cuiatis, communi genere.

Cuius, cuia, cuiũ, quod antiqui per q, quius ſcribere ſolebant, refertur ad perſonam hominis. Vergil.
Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi?

Culcitra, à calcãdo, ad quietem paratur, dicta quòd in ea tomentum, vel ſagum, aliud'ue quid inculcetur. Non eſt ergo quæ ſuper nos habemus quũ dormimus, ſed ſuper quam quieſcimus. Cice. libr. iiii. Tuſcul. q. Eripiamus huic ægritudinem, quomodo colloccmus? ĩ culcitra plumea, pſaltriã abducamus.

Culcitula, faſciculus quidam ligneus in ſacris dicebatur.

Culeus, vter, ſiue ſaccus, lino, vel canabi, vel corio factus, ab occulendo. id eſt, claudendo. Eo vtimur ad portanda frumenta. Plin. lib. vii. Iunius Valens meruit in prætorio diui Auguſti centurio, vehicula cũ culeis donec exinanirẽtur, ſuſtinere ſolitus. Factus eſt etiam Culeus pœna parricidarum. Nam parricidæ ſanguineis virgis uerberati, in culeo cum cane, ſimia, & gallo, & ſerpente incluſi mari inijciebantur. Vnde Iuuenal. Quis tam
Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni?
Cuius ſupplicio non debuit vna parari
Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus unus.
Eſt & Culeus nomen menſuræ viginti amphorũ capacis, vel triginta modiorũ. Nam duo Culei (vt Intilos Raſius ait) modij quadraginta ſunt. Priſcia.
Culeus, hac nulla eſt maior menſura liquoris.
Vel quadraginta vrnas, vt eſt apud Plinium et Columellam. Hinc Seſquiculeare dolium apud Columellam, eſt triginta amphorarum, quaſi vnum & dimidiatum. A Græco id nomen tractũ. Vaginas enim κουλεοὺς adpellant.

Culex, generali nomine vermiculi parui alati culices dicuntur. Hos Græci Conopas vocant, vnde & Conopeum.

Culigna, potatorium vas. Cato, Culinã in fœno Græco ponito, vt bene oleat. Ce.

Culina, penul. produ. locus in quo coquuntur epulæ, quaſi colina, à colo, is, vt Var. ait, quòd locupletiorem in ea ignem colamus. Iuuenalis continens pro contento poſuit, ſcilicet culinam pro cibis coctis, quum inquit. Sequitur ſua quemq; culina.
Inde Culinarius, & Culinor, aris, quod eſt, culinam exerceo.

Culleola, ſunt cortices nucum viridium, à ſimilitudine culeorum quibus oleum aut vinum continetur cuius & diminutiuum, videtur.

Cululus, calix fictilis, quo in ſacris vtebantur pontifices, & Veſtales virgines. Accipitur & pro vaſculo. Horatius.
Reges dicuntur multis vrgere cululis.
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant.

Culmen, quod culmis tegitur. Ab antiquis Culmina dicta ſunt tecta, quia ædificia de culmo, id eſt, paleis è meſſibus contegebant.

Culmus, frumenti calamus, à radice vſq; ad ſpicam, dictus quòd colatur, qui & Columus dicebatur. Vnde & Columen primo, poſtea Culmen. Stipula, folia ipſa quæ ambiunt culmum. Dicuntur etiam Culmi (vt docet Varro) qui in ſummo cãpo naſcuntur, quòd ſummum culmen teneant.

Culpa, (vt inquit Donatus) eſt eius, qui neſciens aliquem læſit.

Culter, & Cultrum dicitur. Propertius,
Et canis in noſtros nimis experrecta dolores.
Quum fallenda meo pollice cultra forent.
Feſtus, Clunaculum, eſt cultrum ſanguinarium. Hinc Cultellum, & Cultellus, diminutiua. Eſt autem Culter, quo utimur in menſa. Iuuen.
Spectas & chiromanta uolanti
Cultello, donec peragat dictata magiſtri
Omnia, nec ſanè minimo diſcrimine refert.
Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur.

Cultrarius, miniſter qui victimam cultro victimat, qui alio nomine dicit Victimarius. Suetonius in Caligula. Admota altaribus victima ſuccinctus poparum habitu, elato alte malleo cultrarium mactauit.

Cultus, tus, ornatus, à colo, is, cuius cõtrarium eſt Incultus,

cultus, Ambroſius lib. Hexameron, Ea prima eſt gratia, quæ ſi deſit, tota domus deformi horret ſcitu. Cultus, dicitur quicquid adhiberi poteſt ad curam corporis, præter cibum.

Cum, præpoſitio copulatiua. Quandoq; iungitur nomini ſocietatem & coniunctionē animi, vt, Summa cum beneuolentia, ſumma cum hilaritate illum excepi. Item iungitur ablatiuo, ſi conſtet aliqua perſona quis fecerit quippiam, vt, Cum Socrate profectus ſum. Et, Mihi cum illo negocium eſt. Et, Cum hoſte pugno. In compoſitione verò poſtpoſita inuenitur, vt, Mecū, Tecum, Secum, Quicum, Quibuſcum. Interdū ornatus vel metri cauſſa. Aliquando aduerbiū eſt, & accipitur pro quando, quod quidā Quū ſcribunt, & veteres Quom ſcribebant. Vergi. Quum faciam vitula pro frugibus ipſe venito. Cicero, Nonnihil me conſolatur, quum recordor quanta me cōplecteris beneuolentia. Iſigitur modo indicatiuo, vt, cum dico, cum dicebam, cum dixi, cū dicam. Modò ſubiunctiuo, vt, cum dicerem. Interdum pro dum. Cicero, Cum me in Aphricam contuliſſem. Interdum pro quāuis, & exigit Tamen, iūgiturq; ſubiunctiuo. Cicero pro Deiotaro, Cū in omnibus cauſſis grauioribus initio dicendi commoueri ſoleam, tamē in hac multa ita me perturbant. Aliquando pro quoniam, ſiue pro cauſſa, & ſimiliter ſubiunctiuo iūgitur, vt, Cum inuenia Latinos proprio ſermone hæc parū attigiſſe, conatus ſum pro viribus. Iunguntur quandoq; Cum, & Tum. Quæ licet idem ferè ſignificent, diuerſo tamen modo ordinantur. Nam in Cum eſt quiddā minus, in tū quiddā maius, & hoc duobus modis fit. Vt aut generale præcedat, & ſequatur ſpeciale, aut ambo ſint ſpecialia. Primo modo ſic. Quintilianus, Quod cum oībus confitendum eſt, tum nobis præcipue, qui rationē dicendi à bono uiro nō ſeparamus. Id eſt, omnibus multum, mihi autem maxime. Altero modo. Idem, Quod opus Marcelle victori tibi dicamus, quem cum amiciſſimū nobis, tum eximio literarū amore flagrantē, digniſſimū hoc mutuæ in nos charitatis pignore iudicamus. Id eſt, multū propter amorem tuum in nos, plus tamē propter amorem literarum. Aliquando etiam cum & Tum cōiunctiuo iunguntur. Cicc. Graui teſte priuatus ſum, amoris erga te mei, patre tuo clariſſimo viro, qui cum ſuis virtutibus, tum verò te filio ſuperaſſet omnium fortunas, ſi te antè uidiſſet quàm uita diſcederet. Quando autē fit ſub duobus verbis, fieri debet ſub eodem modo & tempore, vt Cicero in principio libri De natura Deorū, Cum multæ res in philoſophia nequaquam ſatis adhuc explicatæ, tum difficilis Brute (quod tu minime ignoras) quæſtio eſt de natura Deorum. Ponitur quandoq; Tum, ſine Cum, geminatū vel triplicatum in rebus paribus. Quinti. Nec indignetur Herodotus æquari ſibi Titum Liuium, tum in narrando miræ iucunditatis, clariſſimiq; candoris, tum in concionibus, ſuprà quàm enarrari poteſt, eloquentem, ita dicuntur oīa tum rebus tum perſonis accōmodata. Ponitur nonnūquam Tum pro aliquādo. Cicero, Tum hoc tum illud argue. Id eſt, modo hoc, modo illud. Quandoq; pro tunc. Vergilius,

Tum primum noſtri Cacum videre trementem.

Qñq; eſt aduerbium ordinis, pro deinde. Idem,

Aeneas matri Eumenidum, magnæq; ſorori,
Enſe ferit, ſterilemq; tibi Proſerpina vaccam.
Tum ſtygio regi nocturnas inchoat aras.

Quandoq; pro præterea. Ibidem lib. iii.

Tum vox tetrum inter odorem.

Sunt qui diſtinguant, ut quando præpoſitio eſt, cū c, ſcribi debeat, quando aduerbium ſeu coniūctio, cum q. Sed cum ratio non ſit ſatis ponderoſa, iam doctorū uſus obtinuit, vt cum c, ſemper ſcribatur. Quare unuſquiſq; prout voluerit ſcribet.

Cumaliter, vna particula, antiqui pro Cum altero, vſurpabant, breuitatis gratia. Cc.

Cum dicto, ſignificat ſtatim poſt verba, & uixdum finito ſermone. Apuleius, Et cum dicto ſutili centuculo, faciem ſuam iamdudum puniceantem, præ pudore obtexit.

Cum imperio eſt, dicebatur de eo, cui nominatum diſcebatur à populo imperium.

Cummaxime, una pars eſt, & ſignificat nimis. Teren. in Hecy. Hanc Bachidem amabat vt cummaxime tum Pamphylus cum, pater vxorem vt ducat, orare cœpit.

Cum partim, veteres dixere pro partim. Cato, Ibi pro ſcorto fuit in cubiculum, ſurrectitauit è conuiuio cum partim illorum iam ſæpe ad eundem modum erat. Cornucop.

Cum poteſtate eſt, dicebatur de eo, qui à populo alicui præficiebatur negocio, ſeu qui magiſtratum gerebat. Cicc. lib. ii. Artis ueteris, Felix an infelix priuatus an cum poteſtate ſit.

Cum primis, ſignificat imprimis. Apuleius, Hic cum primis nobilis ac facundus. Sic dicitur Cū primè.

Cum ſtomacho aliquid facere dicimus. Hoc eſt, cum indignatione ſiue faſtidio.

Cum tēpore, hoc eſt, cū mora & ſpacio temporis.

Cum uenia tua dicimus, hoc eſt, pace tua, & te permittente. Cornucop.

Cuma, vrbs in Locrenſi agro, qui eſt Ioniæ, Aſiæ minoris, à qua Cumea Sibylla, quam aliqui à uicinitate loci Erithream adpellarunt. Hæc profecta in Italiam, multa de Romanis uaticinata eſt.

Cumæ, arum, ciuitas Campaniæ, cōdita ab his qui ex Calcide urbe Eubœæ uenerūt. Hæc ab undis nomē traxit. Nam τὸ κῦμα vndam ſignificat. υ, autē Latini in u, conuertunt. ut Byrrhia, burrhia. Inde Cumani & Cumæi, quamuis & Cumæi & Cumani etiā dicantur à Cuma ciuitate Aeolicorum maxima & optima, & omnium ferè metropoli, quas numero triginta fuiſſe tradunt, & quarum pars maxima corruit, à qua (vt quidam aiunt) Cumea Sibylla dicta eſt. Ex hac ortus Ephorus, uir ſine controuerſia clarus, & Iſocrati oratori familiaris, & hiſtoriæ cōſcriptor. Sed ante ipſum, non tamen ex hac vrbe, Heſiodus poeta, qui patrem ſuum relicta Aeolica Cuma, in Bœotiā migraſſe dicit. Plutarchus quoq; in Sym-

poſſis multa, & Suidas. ἡσίοδος κυμαῖος νέος δὲ κομισθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Δίου καὶ μητρὸς Πυκιμήδης ἐν ἄσκρῃ τοῦς βοιωτίας, Et ipſemet Heſiodus de ſe ita ſcribit & de patre ſuo,

Κύμην αἰολίδα προλιπὼν ἐν νηὶ μελαίνῃ
Οὐκ ἄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν τε καὶ ὄλβον
Ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι.
Νάσσατο, δ᾽ ἄγχ᾽ ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἀσκρῇ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ᾽ ἐσθλῇ.

Heſiodus Cumæus iuuenis delatus à patre Dio & matre Pycmede i Aſcrea Bœotiæ. Et ipſemet de ſe ita ſcribit, & de patre ſuo, Cumam Aeolidem relinquens in naue nigra, non diuitias fugiens, neq; opulentiam, neq; felicitatem, ſed malam paupertatem, quam Iupiter hominibus dat. Habitauit verò prope Heliconem in ærumnoſa uilla Aſcrea, hyeme mala, æſtate uerò triſti, nunquam bona.

Cumatilis, color qui & Cæſius. Cæruleus alio nomine dicitur. Nam Græci κύματα fluctus vocant. Plautus. Cumatilem togam aut plumatilem.

Cumbam, Sabini vocant lecticam. Cc.

Cumera, penul. cor. vas ingens vimineum, vel etiam fictile, quo frumenta conduntur. Vt inquit Acron. Modo dicitur vas quod capit quinq; vel ſex modios, quòd lingua Sabinorũ Trimodium uocatur. Horatius libro Sermo.

Quur tua plus cumeris laudes granaria noſtris.

Cumerum, vas nuptiale, à ſimilitudine cumerarum dictum.

Cuminum, Vide in dictione Cyminum.

Cumulare, implere, coaceruare, & quaſi ad cumulum addere. Tractum à mẽſuris, quibus nihil pōt addi. Et dicimus, Cumulo tibi honores, & Cumulo te honoribus. Ambro. lib. i. Officiorum, Honoribus te cumulaui. Hinc Cumulatim aduerbium, aceruatim. Cumulatè, abundanter.

Cumulus, pen. cor. aceruus proprie dicitur, quamuis Vergi. Cumulum pro altitudine, & quaſi acumine aquæ poſuerit. Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons. Et Cumulus eſt, qui additur menſuræ plane, vt inquit Feſtus.

Cunæ, & Cunabula, pro eodem accipiuntur, dicta quaſi cynæ, cynabula. Nam κυεῖν Græci eniti dicunt, & parere, v, in u, Latinè cõuertitur, ἀλλὰ κυῶ ἐστὶ τὸ ῥῆμα. Id eſt, ſed κυῶ eſt verbum. Sunt enim lectuli, in quibus infantes ſolent iacere, vel loca in quibus naſcuntur, qui etiam Incunabula dicuntur. Vnde ſæpe legimus, Ab incunabulis. Nam In, hoc loco nihil ſignificat, ſicut & in aliquibus dictionibus, vt Columis & Incolumis. Sunt qui Cunabula & Incunabula à cunis deducãt, & ea ꝓprie dici exiſtiment, quæ ad cunas muniendas & ornandas pertinent, in quibus iacet & cõditur infans. Plautus In Amphi. Sed puer ille qué ego laui, vt magnus eſt, & multũ valet, nec eum quiſpiá colligare quiuit in cunabulis. Et in Tru. Faſciis opus eſt puluinis, cunis, incunabulis. Per tranſlationẽ varie ſumuntur. Idem in Pſeudolo. Sed iſtic ſeruus cariſto huc qui aduenit, quid ſapit uſq; à cunabulis, id eſt, vſq; ab infantia, vel vſq; à puero. hoc eſt, ab ea ætate q̃ in cunabulis agitur. Colu. Quum à primis cunabulis, ſi modo liberis parentibus eſt oriũdus, audiſſe potuerit. Liui. lib. iiii. Ab Incunabulis imbutum odio tribunorum. Vergil. lib. iii. Cunabula pro initiis poſuit.

Mons Idæus vbi & gentis cunabula noſtræ.
Centum vrbes habitant.

Similiter Cicero libro de optimo genere dicẽdi, Non fuit de Oratoriis quaſi incunabulis dicere. Cicer. in Salluſt. poſuit pro nutrimentis, quũ ait, An ullum exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium, qui non his artibus & diſciplinis ſit eruditus? An vlla alia putas rudimenta & incunabula virtutis, rudimẽta pro initiis, & incunabula pro nutrimẽtis dixit. Quãq; incunabula uocamus nutritionem puerilem, à cunabulis. Suet. de Veſp. Quare princeps quoque & locum incunabulorum aſſidue frequentauit.

Cũcti, ſignificat quidem oẽs, ſed qui ſunt coniuncti. Omnes, etiam ſi ſunt diſiuncti & diuerſis locis.

Cunctor, aris, cum c, ante t, à cunctus fit. Cõtor, aris, cum o, ſine c, à contus, quæ eſt pertica, ambo ſignificant immorari, differre, ab eo quod cũcti ſimul, ſine difficultate moueri nõ poſſint, vel ab eo quòd qui contis vada rimãtur, paulatim ꝓcedunt. Liui. lib. i. Alii dũ cunctantur in ripis inter pugnæ fugæq; cõſiliũ oppreſſi. Colu. Nã diſpendioſa eſt cõtatio, primum quòd auibus prædam, cæteriſq; aĩalibus præbet. Cunctanter, cũ mora. Incunctanter ſine mora. Liui. lib. i. Tum illud haud cõctanter diſcidiſſe eos tem ferunt. Ponitur quandoq; Cunctari, pro dubitare. Suet. de Augu. Cunctari ſe ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum. Quandoq; pro manere. Verg. Reginam thalamo cunctantem. A Cunctor fiunt compoſita, Percunctor, & Recũctor, quod eſt iterũ moror. Augu. Tum me recunctantem abripere atq; excutere ab eis, & tranſilire quò vocabar. Cunctatio, mora ſeu dubitatio.

Cuneatim, ſignificat, per cuneos. Ammia. Imperator cuneatim ſtipatus.

Cuneatus, a, um, quod eſt in formã cunei factũ. Vnde à Liuio forma ſcuti Cuneatior adpellat̃, cuius ſummum latius, imum ſtrictius erat. Et Cuneatus ager, apud Columellã in cunei formã factus, vtputa qui eſt longus pedes centum, latus ex vtraq; parte pedes viginti, & altera pedes decem. Apud Pliniũ lib. iii. Hiſpania cuneatur anguſtiis. id eſt, in cunei formam efficitur. Hinc excuneatus, de quo in dictione Cuneus. Et diſcuneatus. vide loco ſuo.

Cuneus, ἑλληνιστὶ λέγεται σίφος, ὡς Ξενοφῶν ἐν τῇ παιδείᾳ ἀλλὰ σφὴν τῶν ξύλων ἐστίν, id eſt, Græce dicitur σίφος, vt Xenophon in Pædia. ſed σφὴν, id eſt, cuneus, lignorum eſt. Inſtrumentum igitur eſt quod ad ſcindenda ligna adhiberi ſolet. Huius prima pars acutior eſt, vt quamuis rimulã facile intret, ſequens autem latior & amplior. Vergi.

Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.

Per tranſlationem Cuneus ſumitur pro peditũ multitudine, in cunei formam redacta, quæ cuncta in acie prima anguſtior, deinde latior ꝓcedit. Vt Ve-

gellius lib.ii.ſcribit. Ab huius etiam cunei ſimilitudine dicta ſunt loca in theatro, id eſt, graduum ordines, in quibus vulgò ſpectatores ſtabant inter ſedentium ſubſellia. Iuuenalis.

Digna tuo, cuneis an habent ſpectacula totis,
Quod ſecurus ames.

Vitruuius lib.v. Cunei ſpectaculorum in theatro ita diuidantur, vt anguli trigonorum, qui currunt circa curuaturam circinationis, dirigant aſcenſus, ſcalasq́; inter cuneos, ad primam præcinationem. Inde theatrum elegáti epitheto cuneatum dicitur. Vergilius,

Cuneati hic læta theatri.

Excunesti, ab Apul. dicti ſunt, quibus ſedendi locus non fuit in cuneis confertis. Sed & conſtipatá turbam, Cuneos dicimus. Cyprian. Stipatus clientum cuneis. Vergi.lib.iiii.Georg.

Per cuneos geminatus enim populiq́; patrumq́;.

Et Cuneus dictus eſt ager in Hiſpania, contiguus ſacro promontorio.

Cuniculus, animal lepori ſimile, qui ſub terra effoſſa latere ſolitus eſt. Martialis,

Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris.

Item Cuniculus eſt, diminutiuũ à cuneo, à quo Cuniculus animal adpellatus eſt, vt inquit Varro. Item Cuniculus, foramen ſub terra occultũ, quod neutri generis Feſtus Cuniculũ protulit, ex quo vapor trahitur in balnearibus vaporibus.

Cunila, quæ & Cunilago quandoq; à Plinio dicit, ab Ariſtotele Conyza, herba ẽ, quá Theodorus Gaza Pulicarẽ conuertit, quia pulices necat. Colu. lib.x. Cunile noſtratis, quá ſatuream ruſtici vocát. Huius verò herbæ multa ſunt genera. Nam quædá bubula adpellatur, & ſemen pullegii habet, quod contra ſerpentes in uino bibitur. Quædam ſatureia, à Græcis origanum heracleoticum. Tertia à Græcis maſcula, à noſtris cunilago, odoris fœdi, radicis lignoſæ, foliis aſperis, cuius manipulũm ſi quis in domo poſuerit, oẽs à tota domo blattas ad eam tradunt conuenire. Prodeſt aduerſus omnia venenata.

Cunnilingi, dicebantur hoĩes ſordidiſſimi à cunnis lingendis.

Cunina, Dea, quam priſci coluerunt, quæ cunis infantium præſidere putabatur.

Cunire, eſt ſtercus facere Dictum à cunis infantium, quæ ſæpe ſtercore fœdantur.

Cunnus, per duplex nn, pars mulieris pudenda.

Cupæ, vaſa vinaria maiora, quæ vulgò vegetes adpellantur. Luca.

Nanq; ratem vacuæ ſuſtentant vndiq; cupæ.

Cupis enim naues in mari ſuſtinentur, quum ipſarũ latera carinæq́; reſarciuntur. A' priſcis Caupæ dictæ, à Cauo. vnde Caupones, à caupis.

Cupedinarii, qui eſculenta & poculenta vendunt. Varro lib. Rer. humanarũ. Numerius equtius Cupes, & Macellus Romanus, ſingulari latrocinio, multa loca habuerunt infeſta. His in exiliũ actis publicata ſunt eorũ bona, & ædes vbi habitabant dirutæ. Itaq; ædificatus eſt locus, in quo vendebantur ea q̃ veſcendi cauſſa in vrbẽ erant allata, itaq; ab altero macellum, ab altero forum cupedinis adpellatum eſt. Teren. in Eunu. Ad macellum venimus, concurrunt mihi læti obuiam cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui.

Cupedinarium forum, & Cupedinis forum, à cupiditate, vel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis.

Cupencus, lingua Sabinorũ, ſacerdos adpellaẽ. Ce.

Cupes, Cupedia, & Cupedula, ab antiquis dicebátur lautiores cibi, ſiue cupiditas lautiorum ciborum, quòd rebus cupidinis alimenta præbeant. Gellius, Coniectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, ſed argutias. Cicero, Ambitio, mulieroſitas, gulacacia, liguritio, temulentia, cupedia.

Cupido, maſculini generis, accipitur pro Deo, qui filius Veneris fuiſſe fingitur à poetis à quo Cupidineus, a, um, Cupido vero femi. generis, pro cupiditate, quamuis cupiditas leuior ſit quàm cupido. Lucil. lib. xix. Cupiditas ex homine, cupido ex ſtulto nunquam tollitur, quòd cupiditatis para ſit temperatior defluens, à cupidine.

Cupidus, auidus. Teren. in Adelp. Tace, egomet conueniam ipſum. vt cupidè accipiat. id eſt, bene & libenter. hoc eſt, magna auiditate. Accipitur interdũ pro amatore, ſicut cupere pro amare. Teré. in And. Vel quòd ipſi bene cupio Glycerio. Ponitur tamẽ) conſequens pro antecedente. Optime enim amamus aliquos, quum illis bene cupimus. A Cupidus, fiunt comparatiua & ſuperlatiua, Cupidior, Cupidiſſimus, Cupidius, Cupidiſſime, & Cupiditas. Item Cupienter. Ce.

Cupreſſus, vide in dictione Cypariſſus.

Cuprũ, genus quoddam æris. Vnde apud Palladium Cuprini claui dicitur. Legimus quoq; cyprium.

Cur, aduerbium, ſignificat quare, licet quidam quur per q, ſcribendum putant, & à quare per ſyncopen, atq; apocopen deductum, a, & e, literis detractis.

Cura, eſt flagrans in corde ſtimulus. Vnde dicta eſt ſolicitudo, anxietas, quaſi corroda, quòd cor edat, & excrutiat. Vergi.

Quando hæc te cura remordet.

Quandoq; ponitur pro ſtudio, & diligentia. vt ſalus tua eſt mihi curæ. id eſt, ad ſalutem tuam ſtudium adhibeo. Quandoq; pro opere quod adhibita cura fit. Martialis.

Teq́; piget curæ præmia ferre tuæ.

Id eſt, præmia operis abs te facti. Quandoq; pro amore. Vergi.

At regina grauis iamdudum ſaucia cura.

Idẽ etiá apud inferos inter mõſtra habitátia in faucibus inferorũ, ponit Curas, quaſi Deas aliquas.

Et vltrices poſuere cubilia Curæ.

A' cura ſiſit cõpoſita, Tricurus, et ſecurus pen. pd.

Curatio, (inquit Dona.) medicorum eſt, Cura mentis. Curatura diligentiæ. Inuenitur etiam Curatio pro iniunctione muneris. Plautus. Quæ mea curatio eſt. Liuius lib. ii. Quod facile adpareat non tam ad honorem eius curatio altior faſtigio ſuo data eſſet factum.

Curator, qui pupillis loco tutoris datur, dictus quòd pupilla rum bonorum curam gerat. Et curator dicitur, qui vel frumentariæ & agris diuidendis præpoſitus eſt. Et à Gel. Catullus dicitur curator reſtituendi capitolii. Et generali vocabulo, Curatores dicuntur præpoſiti. Vnde à Frõtino de curatoribus aquarum ſcriptum eſt. Sueto. in Cali. Curatorem munerum ac venationum, per continuos dies in conſpectu ſuo catenis verberatum, nõ prius occidit, quàm offenſus putrefacti cerebri odore.

Curatorius, a, um, quod ad curatorem pertinet, ut curatoria actio.

Curcura, inſula in mari Adriatico non longe à Meliſine, alias dicitur Melane. Ce.

Curculio, per c, non per g, (ut patet ex Plauto qui comœdiam inſcripſit Curculionem. Prologum per primas literas verſuum curculio ſcripſit) animal paruũ frumentum corrodens, quaſi gurgulio, eò quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur videtur. Eſt enim curculio via patens, ſeu fiſtula in guttere, per quam ſpiritus attrahitur atq; emittitur. Is conſtat ex oſſibus neruoſis, & mollibus, quaſi ex anulis in cathenæ modum compactis & imperfectis. Dicitur etiã ſpiritalis fiſtula, quæ ſemper patet, ut ſpiritus liberũ habeat exitum, qui ad pulmonem, corq; defertur.

Cures, tãtum pluralis numeri Sabinorum oppidum cui imperabat T. Tacius, cuius ciues Quirites dicebantur. Conuenerunt q; Romulus & Tacius in hanc ſententiam, ut è duobus populis vnus efficeretur, & Sabini Romam migrarent. Roma q; nomen retineret. Sed Romani & Sabini Quirites adpellarentur. Ouid. lib. ii. Faſto.

Te Tacius parui q; cures Ceninaq; ſenſit.

Hinc etiam populi cures, Verg. lib. ix.

Tacio q; ſeni, Curibus q; ſeueris.

Curetes, pen. prod. quidam cretæ populi, de qbus Ouid. libro. iiii. Metam.

Largo q; ſatos curetas ab imbri.

Alii fuerunt ſacerdotes cybeles, q & corybantes dicuntur, qui ad ſacra cybelis admiſſi ſunt caſti & puri, illicq; ſaltant armati. Dicti à κορυβάν, quod iactationem ſignificat capitis, quòd capita ſaltando iactent, furiis q; agitent. Alii fuerũt populi in Dalmatia. Lucanus.

Illuc bellaci confiſus gente curetum.

Item alii Aetolia vicini.

Curia, à cura dicta eſt. Curiarum duo genera erant Romæ. Nam locus vbi ſenatus Rempub. curat, Curia dicitur. Et vbi cura ſacrorum tractatur. Curiam adpellamus. Id eſt, vbi vel ſacerdotes, res diuinas, vel magiſtratus, humanas curat. Et non ſolum pro loco, ſed etiam pro hominibus curia ſumitur. Luca.

Victo iure minax iactatis curia Gracchia.

Curiæ etiam nominãtur, in quibus vniuſcuiuſq; partis pop. Rom. quid geritur. Quales ſunt hæ in quas Romulus populũ diſtribuit numero triginta, quas quoniam reipub. curam per earum partium ſententiam expediebat, Curias adpellauit. His poſtea additæ aliæ quinq; fuere, ita ut in ſua quiſq; cura ſacra publica faceret, ferias q; obſeruaret. Curia in qua habebatur ſenatus, templum erat. Habebatur autẽ modo in æde Apollinis, modo in delubro concordiæ, modo in hoc, modo in illo templo. Curia calabra, nuncupata eſt à vocandis calendis, nonis, & idibus. Curia Hoſtilia, quam primum ædificat hoſtilius rex Rom. Curia Romana, dicitur pontificis maximi patrum q; & minorũ pontificum conuentus, quòd in ea totius orbis terrarũ, & Chriſtianæ reipub. negocia curentur, nec minus profana quàm ſacra.

Curiales, dicuntur qui ſunt eiuſdem curiæ, ſicut Tribules, eiuſdem tribus. Curiales flamines, curiarum ſacerdotes. Curiales menſæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ curia eſt adpellata.

Curiata comitia, conuentus qui litium cauſa in curiis fiebant.

Curifugia, nomẽ villæ Nicolai Perotti nuper inditũ, quam in agro Sentinati habebat, inter duo fluenta, Sentinum, & Neuolam, ubi eſt ſaluberrima cœli tẽperies. Ce.

Curiones, à curiis dicti ſunt in quibus ſacerdotes ita res diuinas curabant, ſicut ſenatus res humanas in curia hoſtilia curare ſolebat, vt inquit Varro, Et curiones dicuntur præcones. Iul. Capitolinus, Ille, qui curionem dicere iuſſit, impoſturam fecit, & paſſus eſt. Euſeb. lib. iiii. Eccleſiaſticæ hiſto. Miſſo curione ad populũ iubet voce maxima proteſtari Polycarpum, tertio confeſſum ſe eſſe Chriſtianũ. Plau. verò in Aulu. agnum curionem adpellat macilẽtũ, tanquam ob curam ſit emaciatus. Vnde à contrario Apul. in Flor. agnum opimũ & pinguem dicere volens, adpellauit Incurioſum, Et curiones dicti ſunt quidam Romani ciues.

Curionatus, us, ipſe magiſtratus adpellatur.

Curionia ſacra, quæ à curionibus in curiis fiebant.

Curionium dicebatur æs, quod dabatur curioni ob ſacerdotium curionatus.

Curioſus, à multa cura dicitur, ſiue in bonum, ſiue in malum. In malum, quoties plus diligentiæ, quàm oporteat rebus vel noſtris vel alienis adhibetur. In bonum, quum cura ſupra modum utimur ad res bene gerendas. Eſt igitur curioſus qui multũ ſiue diligẽter aliquid curat. Cicero Appio Pul. Ita eſt homo non modo prudẽs, verumetiam æquus vir & curioſus. Et pro Sext. Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obſtructio, nec diuturna eſt, neq; obducta, ita ut curioſis oculis perſpici non poſſit. In bonũ quoq; Col. lib. iii. vſus eſt aduerbio. Si naſit ipſam vitem ſternere uoles, iuxta radicem ita ne ipſam lædas curioſe fodito. Similiter incurioſe. Gell. Si quis non incurioſe legat. Non eſt ergo curioſus, à parua cura, ut valla putauit, ſed à diligenti & optima. De deriuatione quoq; quum dicat. Curioſus non tam à cura, quàm à curia videtur deſcẽdere, cuius compoſitum magis eſt in vſu. Incuria, id eſt, negligentia. Iam & ſi curia à cura dicatur, non ei aſſentio neq; de compoſitione vt à curia cõponatur incuria. Sed dico ita venire curioſus à cura per adiectionem literæ i, quemadmodum & curia,

miſſi à curio ſumere velimus. Vtrũq; Plau. in Aul. poſuit, Etiam agnum miſi, quo quidem agno ſat ſcio Magis curioſam nuſquam eſſe vllam beſtiam. Volo ego ex te ſcire qui ſit agnus curio. Qui oſſa atq; pellis totus eſt, ita cura macer. Quin exta inſpicere in ſole etiam viuo licet. Ita is pellucet, quaſi laterna Punica. Feſtus exponit curionem agnum, quaſi confectum & extenuatũ curis. Similiter Incuria per adiectionem I, liquet non à curia, ſed à cura componi, quod ſignificatio eorum aperte declarat. Nam cura & Incuria diuerſa ſunt oppoſita, ex aduerſaq; eorũ ſignificatione facile monſtratur. Incuria à cura componi, quoniam in, negatiue ſtat, & alterius ſignificatio ex contrario alterius edocetur, eò quòd ſicut cura diligentia eſt, ita Incuria negligentia. Vt Cice. in Lælio oſtendit. Vituperanda eſt rei maxime neceſſariæ tanta incuria. Quod nõ ſignificaret, ſi à curia cõponeretur. Nam eſſet locus à curia diuerſus quoniã curia locus erat, vbi curas publicas gerebant, & vbi cura ſacrorũ publica. Nec adiectionem literæ i, Incurioſus & Incuria, niſi euphoniæ cauſſa factam puto, q non recte ſonet curoſus & Incura. Curia verò accepiſſe I, arbitror, vt aliam à cura ſignificationem caperet, & nihilominus primitiui naturam ſemper oleret. A Curioſus fit curioſitas pro affectione et diligentia. Ab Incuria, Incurioſus. Ambr. lib. i. Offi. Incurioſus ſalutis, gloriæ cupidus. Plin. Rebellat ſæpe humor incurioſe datus. Aliquando Incurioſus capitur pro pingui, ut apud Apule.

Curis lingua Sabinorum haſta dicitur. Vnde Iuno dicta eſt Curitis, quia eãdem haſtam ferre putabant.

Curius, nomen Romani ciuis exactiſſimæ frugalitatis & perſpectæ fortitudinis. Hic quum in ſcamno ſederet, & Samnitum legati magnũ auri pondus publice miſſum attuliſſent, inuitarẽtq;, vt eo vti vellet, Reſpondit M. Curiũ malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri. Et qui acie vinci nõ potuit, cum pecunia corrumpi non poſſe.

Curmundula, pira erant gratiſſimi ſaporis, corticis teterrimi, quæ propter à multis nequaquam corio detracto edebantur.

Curo, as, à cura fit. Eſt & curare operã dare. Cice. Cura vt valeas. Aliquãdo incumbere & curam habere. Plau. Tu quæ agẽda ſunt, cura. Sed in diem recidſit. Aliquando mederi. Cic. Difficilius alii aliis morbis curantur. Aliquando reficere. Vnde curare corpus dicimus, quũ de hominibus loquimur, quod eſt cibo, lauacro, & his ſimilibus operam dare. Verg.
Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus.
Terẽ. in Adelp. Aedepol Syriſce te curaſti molliter. Id eſt, cibaſti, uel refeciſti. Quum verò de apibus & huiuſmodi animalibus, cibo tantum accipimus. Huius compoſita ſunt Accuro, vnde Accuratus. Cõcuro. Plautus in Bacc. Magis vinum in mente eſt mihi. Nunc ſatis ut commode pro dignitate obſonii hæc cõcuret coquus. Procuro, de quo alibi. Percuro. perfecte curo. Col. li. 7. Hic idẽ ſanguis niſi miſſus fuerit, ſaniẽ creabit, q ſi ſuppurauerit, tarde percurabitur.

Curriculo, aduerbium, ſignat curſim, ſtatim, celeriter.

Curro, is, cucurri, curſum, eius cõpoſita quandoq; geminant ſyllabam, quandoq; non. Verg. lib. iiii.
Decurrere iugis, alii de parte patentes
Tranſmittunt curſu campos.
Liuius lib. xxii. Qua cuiq; proximum fuit decurrerunt. Cato contra Piſonem, Video hac tempeſtate concurriſſe omnes aduerſarios. Terent. in Hecy.
Vna illarum interea propere præcurrit. Currere verò proprie in terra dicimus, vnde fit curſus. Sed figurate & in mari naues velociter volantes, Currere dicuntur. Vergilius,
Sed tibi qui curſum venti quæ fata dedere.
Apuleius, Et inopinati nauiũ curſus terrorem adiecere. Et habet paſſiuum in tertia perſona, ut inquit Priſcia. ſicut multa alia. Nam dicimus curritur ſpatium, aratur terra inſeritur arbor. Terẽ. in Adel. Decurſo ſpatio, bibitur uinum, &c. Compoſita huius verbi ſunt, Accurro, quod eſt ad aliquem locum, vel hominem, auxiliandi complacendi've cauſa curro. Teren. in And. Ibi tum exanimatus Pamphilus, bene diſſimulatum amorem, & celatũ indicat. Adcurrit, mediam mulierem complectitur. Concurro, ſimul curro. Et concurrere, ſimul omnes currere. Lactan. lib. ii. Tum verò alacres ad Deorum templa concurrunt. Aliquando ſignificat contra, ſiue aduerſus currere. Nam quũ duo exercitus collatis ſignis prælium ineunt, concurrere dicuntur. Verg.
Audetq; viris concurrere Virgo.
Sall. Maximo clamore cum infeſtis ſignis concurrunt, id eſt, ſimul omnes aduerſus currunt. Concurro, à quo circuncurſo. Ambro. Diſcite virgines non circuncurſare per alienas ædes. Diſcurro, per diuerſa loca curro, aut huc & illuc curro. Liu. libro. i. Signoq; dato iuuentus Romana ad rapiendas uirgines diſcurrit. Excurro, extrà curro. Cicer. Apio Pul. Mandaui vtriq; eorum, vt antè ad me excurrerent, ut tibi obuiam prodire poſſem. Aliquando de malo intelligitur, quum fiunt excurſiones à militibus quæ idem ſunt quod incurſiones. Nam Excurſiones vocantur reſpectu illorum, à quibus recedunt. Incurſiones reſpectu eorum in quos recurritur. Liui. libr. I. In fines Romanos incurrerunt populabundi magis quàm iuſti more belli. Incurro, introcurro. Intercurro, inter medium curro. Cic. lib. I. ad Heren. Alterum genus narrationis eſt, q intercurrit nõnunquam fidei aut criminationis, aut tranſitionis, aut alicuius adparitionis cauſſa. Occurro, Præcurro, Antecurro, ſiue cito antè eo. Plau. in Amph. Me captas quia tute ab naui clanculum alia via præcurriſti. Terent. in Eu. Abi, præcurre, vt ſint domi parata. Procurro, Percurro, perfecte ſiue ad finem vſq; curro. Recurro, retrò curro, aut cito ſequor, Plautus in Ciſ. Ego ad anum recurro curſum. Terent. in Adel. Vbi me illic non videbit, iam huc recurret ſat ſcio. Cic. Teren. Etſi Deſippo quoq; ita imperaui ſtatim ut recurreret, id eſt, ſubito reuerteretur. Hinc Recurſo, as. quod eſt ſæpe currẽdo & recurrendo, aut voluendo & reuoluendo eo. Verg.
Vrit atrox Iuno & ſub noctem cura recurſat.

Succurro, Tranſcurro, vltrò vel de loco ad locum ſubitò vado. Teré. in Eunu. Tu ibi atq; obſera oſtiũ intus. dum ego tranſcurro ad forum.

Curruca, parua auis quæ alienos pullos, proprios putans, nutrit. Iuuen.
Tu tibi nunc curruca places.

Currus, us, cuius dimi. eſt Curriculus vel curriculum, breuiſſimum vehiculi genus, quo in eo veteres ad curſum in ludis vterentur. Curti. lib. viii. Aliorum turbati equi in amnem præcipitauere curricula. Eſt etiam Curriculum curſus. Iuuen.
Et totas effudit habenas.
Curriculo quem ſi reuoces ſubſiſtere neſcit.
Cic. pro Rabi. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloriæ. Plau. in Epi. Nam vt apud portum te conſpexi curriculo occœpi ſequi, vix modo adipiſcendi poteſtas data eſt. Iẽ Curriculum, ſignificat tempus. Verg. lib. viii.
Curriculo expulerat ſomnum quũ fœmina primũ.
Id eſt, medio tempore. Et curriculum, locum ſiue interuallum vbi curritur, denotat, à carceribus ad calcem, qui, τὸ δρόμος λέγεται ἑλληνιστί, id eſt, curriculũ dicitur Græcè. Apul. Quos ſæpe in curriculo vectores fuiſſe conſtat.

Curſim, aduerbium, ſignificat currendo, & Incurſim, celeriter. Cæcil. Nullus ſum niſi meam rem propero incurſim perdere. Plaut. Curſim currã. quod eſt, currendo curram.

Curſito, frequentatiuum à curſo frequentatiuo. Diome. Sunt quædam iteratiuorum & iteratiua ſæpe in tres gradus deducunt uerba quale eſt uideo, deinde uiſo, & quod plus eſt, uiſito, item curro. deinde curſo, & curſito Terent. in Hecy. Hodie mihi haud poteſtas data eſt, ita curſitando atq; ambulando, totum hunc contriui diem.

Curſo, as, ſæpe curro, uel continuo, ſæpe uado. Cice. in Cato. Alii ſcandant malos, alii per foros curſent. Teren. in Hecy. Trepidari ſentio, & curſari, horſum, ſurſum.

Curſor, qui currit, & curſor tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Martia.
Curſorem ſexta ibi Ruſe remiſimus hora.

Curſorius, a, um, quod ad curſum pertinet, vt nauis curſoria. Sidonius. Tiph. in curſorium aſcendi.

Curſura, æ, idem quod curſus. Var. Equi alii ſunt idonei ad rem militarẽ, alii ad vecturam, alii ad admiſſuram, alii ad curſuram.

Curſus, us, & Curſio, currendi actum ſignificat, quod & de nauigante & equitante poteſt intelligi.

Curtus, a, um, incultus, quaſi mutilus. Hora.
Nũc mihi curto ire licet mulo vel ſi libet vſq; Tarẽtũ. A' Martiale dictus ẽ curtus calix, id eſt, fractus. Et à Perſio, curta ſuppellex. Hinc Curto, as, à quo Decurto, de quibus in dictione Decurtatus.

Curuamen, ipſa curuatio. Ouid. lib. ii. Meta.
Sectus in obliquum eſt lato carmine limes.
Gell. Sub alio atq; alio cæli curuamine.

Curueſco, curuus fio. Ambroſius Olearum non curueſcentium vbertate baccarum. Huius compoſitum eſt Incurueſco, quod protulit Cicero in Tuſcu. Ramos baccarum vbertate incurueſcere.

Curuipes, dicitur qui curuos habet pedes. Ce.

Curule, neutri ge. per ſimplex r. Et Curulis fœmi. ge. ſedes ex ebore, qua maiores magiſtratus vtebantur in curru. Hora. lib. i. Epi.
Cuilibet hic faces dabit eripletq; curule.
Cui volet importunus ebur.
Nam ſenatores qui curulem magiſtratum, hoc eſt, maiorem honorem geſſiſſent, honoris gratia in curiam uehi ſoliti erant curru, in quo ſella eſſet ſuprà quam conſiderent. Curules etiam dicebantur equi quadrigales, vel magiſtratus qui curulibus vehebantur. Lucan. libro tertio.
Prætor adeſt vacuæq; loco ceſſere curules.

Curuo, as, flecto, deorſum aſpicio capite deflexo. Lact. lib. ii. Quia curuant cœleſte animal, ad venerãda terrena. Idem in eodem. Ille vobis ſublimem uultum dedit, uos in terram curuamini. Huius compoſita ſunt Accuruo, quod ẽ iuxta curuo. Columel. lib. iiii. Nam fragilis eſt ea parte materia, qua torta & accuruata quum deponeretur cœperat vitium. Recuruo, rurſus curuo. Idem lib. iii. Omnis nux unã radicem mittit, & ſimplici ſtylo prorepit, quum ad ſcrobem ſolidũ radix peruenit, duricia humi coercita, recuruatur. Incuruo, eſt eiuſdem cum ſimplici ſignificatione.

Curuus, a, um, quod eſt inflexum ac cõtortum, à quo Incuruum valde curuum. Teren. in Eunu. Incuruus, tremulus, labiis demiſſis. Donat. Incuruus, valde curuus, ſicut Infractus, ualde fractus. Procuruus. Verg. Neq; illa procuruam Expectant falcem. Recuruus. Curuum etiam dicitur bura, quæ quaſi temo eſt inter boues.

Cuſo, as frequentatiuum à cudo. à quo Accuſo, Excuſo, Incuſo, & Recuſo.

Cuſpis, poſterior pars haſtæ, licet quandoq; pro ipſa haſta, & quandoq; pro ſummitate haſtæ ponatur. Hinc componitur Tricuſpis, & deriuatiuũ fit Cuſpido, as, quo uſus eſt Plin. libr. xi. Vrorum cornibus barbari Septentrionales potant, vrnasq; binas, capitis vnius cornua implent, alii præfixa his pila cuſpidant.

Cuſtodela, à veteribus cuſtodia dicebantur.

Cuſtodia, obſeruatio, quandoq; etiam ponitur pro eo qui cuſtodit. Tibul. Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia victa eſt. Quandoq; pro eo qui cuſtoditur. Suetoni. In Domi. Nec niſi ſecreto atq; ſolus, pleraſq; cuſtodias, receptis quidẽ in manu catenis audiebat. Et ff. de reorum cuſtodia ſcribit. Ne quis receptam cuſtodiam ſine cauſſa dimittat. Et alibi. Si cuſtodia ſe interfecerit, vel pcipitauerit, militis culpæ adſcribit. Itẽ Cuſtodia carcer adpellatur. Colu. lib. i. Nam illa ſolẽnia ſunt omnibus circumſpectis, vt ergaſtuli mancipia recognoſcant, ut explorent an diligenter uincta ſint, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ munitæq; ſint.

Cuſtodiariũ, locus in quo quis aliquid cuſtodit. Cypria. Derelinquatur filia Sion, ſicut caſa in uinea, &.

ſicut cuſtodiarium in cucumerario.

Cuſtodio,is,iui,itum, obſeruo.Gell.lib.i.Parſimonia apud veteres Romanos,& victus atq; cœnarum tenuitas,non domeſtica ſolum obſeruatione ac diſciplina,ſed publica quoq; animaduerſione, legumq; complurium ſanctionibus cuſtodita eſt.

Cuſtoditio,eſt opera ad aliquid cuſtodiẽdũ ſumpta.

Cuſtoditum,quod cum cuſtodia eſt.Incuſtoditum,quod ſine cuſtodia eſt. Martialis,

Incuſtoditis & apertis Lesbia ſemper
Liminibus peccas.

Cuſtos,qui rem aliquam tuetur & curat, unde Cuſtodem oſtii dicimus,qui curat ne quis iniuſſus ingrediatur.Cuſtodem horti,qui prohibet aliquem in eũ ingredi,vel damnum facere.Cuſtodem ſacrorum,qui ſacrum miniſtrat atq; obſeruat. Verg.

At domus Herculei cuſtos pinaria ſacri.

Cice.lib.ii.Malus.n.cuſtos eſt diuturnitatis metus.

Cutiones,dicti videntur à cõtractione,quòd in emẽdis,vendendis mercibus tardi perueniãt ad iuſti pretii finem.

Cutis,pellis ſiue corium.Plin. Ergo cutis ipſa ſenſu caret maxime in capite, vbicunq; per ſe ac ſine carne eſt vulnerãta,nõ coiit,vt in bucca, ciliocq;.Huius diminutiuum eſt cuticula.Compoſita ſunt Intercus, morbus.Intercutaneum,quod intra cutẽ eſt. Subcutaneum,quod eſt ſub cute. Subtercutaneum,quod ſubter cutem eſt.Recutiti etiã à cute dicũtur Iudæi, id eſt circuncisi,& cute,hoc eſt,præputio priuati.

C ANTE Y

CYamea,gẽma q̃ fracta fabæ ſimilitudinẽ p̃fert.
Cyamus,ſignificat fabam. Suidas, κύαμος εἶδος ὀσπρίου,id eſt,faba gen⁹leguminis & magicalis eſt.

Cyane,es,penult. indifferente, Nympha Sicula fuit, quæ in fontem ſui nominis conuerſa fertur.

Ouid.lib.ix. Metamor,

Cognita Cyane præſtanti corpore Nympha.

Et lib.de Ponto,

Quaq; ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

Cyaneæ,ſiue Cyanitæ,inſulæ,ſeu magis ſcopuli,ſub Thracio Boſphoro,qui ſpeciem habent inter ſe cõcurſitantium,quæ naues fluctibus immergant,ob aduerſos in ſe uentos confligẽtes quæ & à complodendo ſunt etiam Symplegades adpellatæ.

Cyaneus,color ceruleus. Var.Cyanea penula amictus graſſatur.Dicitur & Cyanus.Pli.In nomine eſt & Cyani colos.Græci κυανοῦν dicũt.Hinc Cyaneus gẽma adpellatur ex iaſpidũ genere colore cæruleo.

Cyathiſſo,verbum,id eſt,potum pedetentim capio. Plaut.Cyathiſſo apud te quando poto.Cc.

Cyathus,penultima correp. paruum poculum.Iuue.

Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico.

Ad cyathum ſtare dicuntur pincernæ , regibus quibus cyathyſſant.hoc eſt,cyatho vinum miniſtrant. Suetoni.in Cæſa. Sed C.Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicodemi ſtetiſſe obiecit. ἐκλήθη κύαθος λέγεται, ὅτι κύω ἐστὶ τὸ φιλεῖν καὶ γὰρ οὕτως εἰς τὴν φιλίαν ἔρχονται ὡς αὐτοῖ, ἢ καὶ Σουίδας ὅτι κύαθος οὖν παρὰ τὸ χέω χύαθος, ἤτοι τὸ χύω. id eſt.Græce Cyathus dicitur, quoniam κύω eſt amo, etenim ſic in amicitiam,ut putant,veniunt,quanquam Suidas inquit, Cyathus à χύω, quod eſt fundo.Eſt etiam cyathus genus quoddã menſuræ,quo cibaria Gallis dari ſolebant.Colu.li. ix.Nam ſingulis captum,quaterni cyathi,diurna cibaria ſunt,quum magis terni vel bini præbeantur. Plin.lib.xxii.ſcribit,cyathum per ſe pendere drachmas decem.

Cybele,es,& Cybeles,is,vel æ.pen.cor.(nã,vt docet Seruí.anapeſt⁹ eſt in hac dictione Cybele)fuit vxor Saturni,à Cybelo Phrygiæ monte ſeu oppido , vbi eius ſacra primo ſunt inſtituta.Scribit Feſtus Cybelen à nonnullis ideo adpellatam,quia ageret homines in furorem,quod Græci κυβιστᾶν taxillis ludo dicunt.id eſt,atrezare dela perſona, geſticulari vt Homerus.xvi.Iliaos,Sacerdotũ enim Cybeles propriũ eſt caput rotare. Suidas.κυβέλη ἡ ῥέα παρὰ τὰ κύβελλα ὄρη,ἐρᾶται γὰρ ἡ θεὸς,διὸ καὶ ἐποχεῖται λεόντων ζεύγει,καὶ κίναιδοι κυβέλης ἱεροὶ εἰσίν Id eſt,Cybele Rhea in montibus Cybelis. Mõtana enim Dea, ideo vehitur leonũ iugo, & cinædi ei ſacri ſunt.Hæc primum Ops,& Terra dicta fuit , quòd ſit Dea telluris,quæ & Veſta dicit̃, propter quod curru vehi à poetis fingitur quia terra pendet in aere. Et rotis ſuſtineri quia rotatur & ſemper voluitur mundus. Mater Deum,quia omnia gignit. Et mater alma,ab alendo.Et mater Phrygia,à monte Phrygiæ , quem pluratiuo numero Dyndima vocant.In eo ſacra ſibi per Corybãtes inſtituit,à quo Dyndime,& Dyndimene,à nonnullis uocatur.Et Berecynthia,à monte Phrygiæ,qui βερέκυνθος adpellatur.Et Pales quod ſit pabulorum Dea Rhea,ἀπὸ τοῦ ῥέω,fluo,quòd terra adfluens ſit omnium rerum.Dicta eſt Idæa & Phrygia & Peſſinuntia,de qua Claudi.

Turrigenãq; petit Cybelen ſinuoſa dracone.Mart.

Et Cybeles picto ſtat corybante tholus.

Ex Apuleii ſententia eadem erat Dea Cybele,Bellona,& Iſis.Quandoq; tamen metri gratia ſcribitur per duplex ll, & fit Cybelle Bacchius pes, ex prima breui,& duabus longis. Proper.

Vertice turrigero iuxta Dea magna Cybelle. Luc.li. i.Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen.

Cybium,piſcis genus,quod ita ſciſſum eſt,vt medium æquæ pateat in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarum.Plin.lib.xxxii.Cybium eſt conciſa pelamis.

Cyclades,pen.cor.inſulæ in Ionio mari quibus ab ortu ſolis, Aegæum mare eſt,ab Occaſu Myrtilũ occupant ad ſeptuaginta milia.Dictæ Cyclades,quòd in cycli formam diſponantur.Nam à promõtorio Geræſto,circa Delum in orbem ſitæ ſunt.Alii dicũt vocari Cyclades,non qa in rotunditatem ſitæ ſint,ſed quòd longo ordine eas circuire neceſſe ſit, propter promontoria.vnde & Verg.

Sparſasq; per æquor dixit Cyclades.

Sunt autem numero quinquaginta tres.

Cyclas,adis,veſtis fœminea rotunda.Nam Græci κύκλον circulum,καὶ κυκλέω,circundo dicunt.Iuuen.

Hæ ſunt quæ tenui ſudant ex cyclade.

Et videtur veſtis tenuiſſima explicatilis & ſpatioſa. Proper. Et longa cyclade verrit humum.

Cycli, quaſi circuli, loca erát Athenis, ubi aliqui venibant. Id autem nomen eſt tractum à circulari circúſiſtentia uendendorú. Cyclus enim rotundum ſignificat. Quare Menander ait, Itaq; ego mihi uideor per Deos immortales uidere, me ipſum induci currere circum ac vænire.

Cyclopes, pe. produ. gigantes ſeu reges antiquiſſimi in Sicilia, juxta Aetnam uno oculo in fronte. Cyclops, quaſi circularis oculus. κύκλος enim rotundum, & circulum dicit. ὢψ, oculum.

Cydarum, penul. cor. genus naviculæ.

Cydnus, fluvius Siciliæ, qui Tarſum apoſtoli Pauli vrbem diuidit, cuius aqua contra podragas, teſte Plinio, valet. A' Tauro ortum habet, ut inquit Strabo, ab vndarum colore ſic dictus. Nam quicquid candidum eſt Syrii Cydnum uocant.

Cydon, inſigne Cretæ oppidum, à quo malum Cydonium, pomum quod dicitur Cotoneum. Pli. His proxima amplitudine mala, quæ uocamus Cotonea, & Græci Cydonia, ex Creta inſula aduecta. Seren.

Aut quæ poma Cydon Cretes miſit ab oris.

Inde Cydonitem adpellat Palladius cibum ex Cydoniis decoctis, & melle confectum. Cotonatú vulgò dicitur. Eſt & Cydon nomen viri proprium. Et Cydones populi.

Cygnologo, is, apud Martianum ponitur pro dulciter canens in ſimilitudinem cygni, qui moriturus amœne canit.

Cygnus, Latinè olor, auis cãdida, anſere maior, argutã vocẽ habens, & quũ ad mortẽ peruenit, maximo dolore angitur, adeò vt flere uideatur. Ouidius.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipſa ſui.

Fuit autem Cygnus Phaetontis amator. Poſt illius interitũ diutino fletu in hanc alitẽ mutatus eſſe dr̃ in fabulis. Cygneus, a, um, vt uox cygnea, quæ eſt cygni. Quandoq; Cygneus dicitur candidus. Fuit inſuper Cygnus filius Martis. Vnde Heſiodus in aſpide. ἔνθ' ἤτοι κύκνον μὲν ὑπερμενέος Διὸς υἱὸν κτεινέμεναι μεμαὼς σάκει ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος. Id eſt, vbi certe cygnus quidem præpotentis Iouis filiũ occidere prõptus, ſcuto iniecit æreã haſtam.

Cylicranum, natio eſt quædam hominum in Hiſpania, propè Heracleam habitantium. Ce.

Cylindraceus, a, um, quod eſt factum ad ſimilitudinẽ cylindri. hoc eſt, teres & oblongum. Pli. ſcribit filiquas piſo quod genus leguminis eſt, cylindraceas eſſe. Et Anaximander dixit terram eſſe formæ cylindraceæ.

Colindroides, uocatur figura coſinæ quæ iacitur.

Cylindrus, coſinula lapidea, rotatilis, qua rei ruſticæ ſcriptores aream æquari iubent. Vergi.

Area cum primum ingenti eſt æquanda cylindro.

Cato, Aream ubi frumentum teratur, ſic facies. Confodiatur minute terra, amurca bene conſpergatur, & combibat plurimum, cõminuito terram, & cylindro, aut paniculo coæquato. Tractum nomẽ ἀπὸ τοῦ κυλίειν. Id eſt, à voluendo. Præterea Cylindrus dicitur omne quod rotatu facile eſt. Cice. de Fato. Sed reuertatur ad cylindrum, & ad turbinem ſuũ, quæ moueri incipere, niſi pulſa non poſſũt. Id autem quum ſuapte natura, quod ſupereſt, & cylindrũ volui vel verſari turbinem putat. Sunt & Cylindri lapilli teretes. hoc eſt, oblongi atq; uolubiles, quibus mulieres & donabantur, & ornabantur. Plin. lib. ultimo de beryllis, qui mira longitudine placebant, ait. Ideo cylindros quidam ex his facere malunt, quàm gemmas, quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Ex quibus uerbis colligitur Cylindros oblongos eſſe, gẽmas uerò quadratas, aut rotundas. Solinus ſimiliter inquit. Indici reges hoc genere gẽmarum in longiſſimos cylindros amant ſingere. In qua ſignificatione quidã Chelydros ſcribẽ debere putant, quaſi genus illud ornatus ſimile eſſet ſpiris ſerpentium, quos Chelydros adpellant.

Cyllima, atis, volutabrum, uolutatio.

Cylix, Græcè poculum, & calix Latinè dicitur.

Cyllarus, nomen unius ex centauris, qui amantẽ habuit Hyllenomen centauram, ambo forma præſtantes. Eſt & equi Pollucis ſecundum Verg. iii. Georg. vel Caſtoris ſecundum alios proprium.

Cylleborus, Stelenifilius, qui ulgente bello Troiano cum Aegiale Diomedis uxore cõſuetudinem habuit. Cornucop.

Cyllene, mõs Arcadiæ, vbi enutritus Mercurius fert.

Cyllenius, per duplex ll, cum y. Mercurius dicitur, quod omnem rem ſermone, ſine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur. Lucanus,

Motuq; celer Cyllenius hæret.

Ideo quadratum eum fingunt. Alij volũt, quòd in Cyllenia uia ſit enutritus. Alij quòd in monte Arcadiæ Cyllenæ. Alij quòd à Cyllene ſit Nympha educatus.

Cylydros, genus ſerpentis, ex κυλίω, voluo. σῆψ ſerpens quaſi volubilis ſerpens, quòd eundo ſæpe ſe inuoluat.

Cyma, fœtus, partusq; braſſicæ, quaſi κύημα, quod fœtum ſignificat. Celſus, Mali eſt ſucci braſſica, magisq; etiam cyma eius. Plin. lib. ix. Ex omnibus braſſicæ generibus ſuauiſſima eſt cyma ſiue quyma, & ſi inutilis habetur. Colu. maior pars eius braſſicæ in cymam proſilit. Cymata etiam dicuntur hæc à Columella, quæ vere proximo poſt primam ſectionẽ à caulibus colliguntur. Vel ut alij dicunt teneriores cauliculi. Cyma etiam oppidum eſt Aeolicum. Item Cyma, atis. Latinè dicitur vnda. Et id quod à caulibus colligitur, ſicut modo dictum eſt.

Cymatilis, veſtis illa dicitur, quæ inſtar vndarum fluctuat, ab vndis & fluctibus quæ Cymata nominantur. Nam Cymatilis ex eo nomen accepit, quòd fluctuum ſimilis, & textura ipſa fluctus imitetur, quas ſia hodie veſtimenta Symbolata nominãt, quæ magis Cymbalota dici debent.

Cymba, genus nauis. Iuuenalis.

Atq; vna tranſire vadum tot milia cymba.

Cymbaliſtæ, qui pulſant cymbala, ſicut Tympaniſtæ,

qui tympana pulſant. Apul. de Deo Socratis, Barbata autem ſtrepitu cymbaliſtarum & tympaniſtarum choraularum.

Cymbaium, inſtrumentum muſicum, quod in ſacris matris Deum cum tympanis habebatur.

Cymbium, genus poculi vinarii procerũ, ac cymbæ ſimile quæ Græcè κύμβιον dicitur. Verg. lib. iii. Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.

Videtur q; diminutiuum à Cymba alii Cymbiũ quaſi cyſſimbiũ per ſyncopen dici uolunt, à cyſſos hedera, quòd ex ligno hæderæ fieret. Sed & ab Apuleio Cymbium dicitur, ꝙ Latinè Serui. Situlam uocat.

Cymei, ſiue Cynei, à Cymo Locrorum oppido. Vnde in Varrone Cynicus Antigonus, mendoſè legitur, pro Cymeus, Cineus've.

Cyminum, penultima producta, quod nos v, itu, veteres Cuminum dicimus. Eſt auté Cyminũ & ſylueſtre quaternis aut quinis foliis, veluti ſerratis, multis ægritudinibus magno uſui, ſed pallorem bibentibus gignit. Perſius,
Et pallentis grana cymini.

Cyminus, penultima correpta, Hetruriæ lacus eſt, mõti ſuppoſitus. Verg. lib. vii.
Et cymini cum monte lacum.

Cymodoce, penultima correp. dicta quod undas maris quieſcere faciat.

Cymothoe Nympha nomen ſortita à velocitate curſus. κῦμα, fluctus. θοός, velox.

Cynachante, arbuſcula quæ acinos veluti uuæ producit Latini cranina ſentem, & vulgò uuam ſpineã nominant.

Cynæthium, ut ſcribit Dionyſius lib. i. Antiquitatum, eſt ciuitas in Arcadia ab Aeneæ ſocio, ibi uita functo, ſepulto q;. Hinc Cynæthenſes populi, quos tñ alii à Cynetho Lycaonis filio putant adpellatos.

Cynanche, à canibus dicta eſt quos infeſtat, præfocatio eſt nocturna maxime, pituita, craſſa & lenta in fauces ceruicesq; delata, ἀπὸ τοῦ κυνὸς καὶ ἄγχω id eſt, à cane & ſuffoco, quod eſt angere.

Cynegetica, dicuntur uolumina de uenatione cõſcripta, [illegible] καὶ κυνηγέτης, venator. Flauius Vopiſcus refert Olympum Nemeſianum ſcripſiſſe Cynegetica.

Cynici, penultima correpta, Cuiuſdam ſectæ philoſophi, eius princeps Antiſthenes. Hercules & Diogenes fuere ſic dicti, uel à Cynoſarge gymnaſio ubi verſabatur Antiſthenes, vel κύνες, canes, quaſi canini, quia eſſent in cauillis, caſtigationibusq;, more canum mordaces, contra uicia. Vel quia obſcœnitate, licentia q; ſermonis, rabiem quandam caninam repræſentarẽt. Vel quòd nequaquam ut canes adularentur, ſed oratione ac geſtu in delinquentes inueherentur.

Cyniphes, is, pen. cor. muſca minutiſſima, lõgis cruribus, in capite habens roſtrũ, quo pforat pellẽ hominis. Naſcitur ex humore, & iuxta aquas abundat.

Cyniphis, ſiue Cyniphos, fluuius Aphricæ, à quo & regio eo nomine dicta eſt, in qua maximi ſunt hirci. Hinc grex Cyniphius, id eſt, grex hircorum. & Cyniphia pellis, hircina. Mar. de Vdonibus,
Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti.
Cyniphio poterit planta latére ſinu.

Cynocephalea, herba canino capiti ſimilis, κεφαλὴ caput dicitur.

Cynocephali, pen. cor. beſtiæ ſimiles ſimiis, præter capita canina, in Aethiopia, violenti ad ſaltũ, feri moſu. Auguſti. lib. xvi. de ciuitate Dei, Quid dicam de cynocephalis, quorum canina capita atq; ipſe latratus magis beſtias, quam homines confitentur. Pli. libro ſeptimo, Gens quam Cynocephalos uocamus lacte viuunt.

Cynodontas, dentes caninos dicunt, qui in vltimo ſenio oriuntur.

Cynogloſſa, herba quæ dicitur lingua canis, γλῶσσα enim lingua dicitur. Dicitur & Cynogloſſus. Ce.

Cynomyia, muſca canina, [illegible] κυνός, canis. μυῖα, muſca, quæ ſanguinem ab animalibus exugit. Hæc præcipue canũ auribus īſidet, & vulnerat eas.

Cynopolis, canum ciuitas in qua Anubis colitur. & honor & ſacer quidem cibus eſt canibus conſtitutus. Ab hac cynopolitana præfectura adpellata eſt, qui in ea habitant Canarii dicuntur.

Cynorhodos pen. cor. roſa ſylueſtris, id eſt, canis roſa, ſic dicta, quia eius radix ad morſum canis rabidi unicum remedium oraculo quodã compertũ fuit. Quidam dicunt eſſe lilii genus rubens.

Cynos, Latinè canis, quo nomine etiam dicta eſt ciuitas in Locride. Liu. libro. viii. tertiæ decadis, Cynum Locridos emporium. Ptolo. in Locride cynos & calliaros. [illegible] κύων, κυνός.

Cynoſorchis, quaſi caninus teſtis, herba quæ & orchis, & Cynoſarconia dicitur, foliis oleæ mollibus ternis.

Cynoſarcins. herba dicitur foliis oleæ. mollibus ternis, ſemipedis lõgitudinis in terra ſtratis, radice bulboſa, longa, duplici ordine, Superiore quæ durior eſt, & inferiore quæ mollior. Arduntur ut bulbi cocti in vineis forte inuenti, dicit & Cynoſarconia.

Cynosbatum, alii Cynoſpaſton, genus rubri folium habet ueſtigio hominis ſimiles, fert & uuam nigrã, in cuius acino neruum habet. Ce.

Cynoſſema, Græco ſermone dicitur canis ſepulchrũ, quo etiam nomine dictus eſt tumulus Hecubæ uxoris Priami, quæ ex dolore impatibili, poſt eiſdem exitium q; patriæ ac ſuorum, in canem conuerſa fertur. Plinius, Cynoſſema ita uocatur Hecubæ tumulus.

Cynoſura, penultima producta, canis ura, id eſt, cauda, & minor vrſa dicitur.
Lucretius libro nono.
Te ſegnis Cynoſura ſubit, tu ſicca profundo,
Mergi pleuſtra putas.
Sunt autem duæ Arcti, quarum vna dicitur maior vrſa, quam Græci Helicen dicunt, altera minor vrſa, Cynoſura, à Græcis dicta, nam populũ Græci eam notare ſoliti. Hanc Sidonii aſpicientes continue nauigant. Ouid.
Eſſe duas arctos, quarum Cynoſura uocatur.

Sidonijs Helleen Graia carina notat.

Cynozoon, herba ſic dicta, quòd fetore eius ricini canſi auribus decidant. Alij Cynozon dicunt. Ce.

Cynthia, Diana dicta, à Cyntho monte in Delo inſula, in quo nata cum Phœbo eſt, vnde et Apollo Cynthius, & à quo ipſa inſula Delos, Cynthia. Qui mōs tantæ celſitudinis fertur, vt vmbra ſua totius inſulæ ambitum tegat. Cynthia etiã locus Romæ, vbi Cynthorum monumentum fuit. Et à Diana Propertius amicam ſuam Cynthiam, ob pulchritudinem vocauit, quæ prius Hoſtilia vocabatur.

Cynum, metallum.

Cypariſſus, fuit nomen pueri Telephi filii, quẽ Apollo amauit, poſtea in ſui nominis arborem conuerſi. Cypareſſus, & per ſynæreſim Cypreſſus, deinde conuerſione y, in u. Cupreſſus dicitur. Vergilius,

Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi. Idem,

Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum.

Dicta Cypariſſus, quòd corpus eius à rotunditate in aerem erigitur. Vnde & Conos dicitur uita rotunditas, & fructus eius Conos adpellatur. Hæc arbor natu moroſa eſt, & Plutoni ſacra, quoniam ſucciſa non regerminat. Ideo funebri ſigno, ad domos defunctorũ illam poſuere maiores. Petroni. in Saty.

Gaudent ferali circum tumulata cupreſſu,

A Cypariſſus fit cypariſſinus, & à Cupreſſus, cupreſſinus deducitur.

Cyphi, genus ſuauiſſimi odoris. Hierony. Odoris autem ſuauitas & diuerſa thymiamata & amomum, cyphi, œnanthe, muſcus, & peregrini muris pellicula, quòd diſſolutis & amatoribus conueniant, nemo niſi diſſolutus negat.

Cypiron, genus eſt herbæ paluſtris, ſeu iunci, quæ & Cyperus.

Cypirus vero alia herba eſt, quæ gladiolus dicitur, radice bulboſa & odore vicino nardo. Eſt & per ſe Indica herba quæ Cyperis uocatur, gingiberis effigie commanducata croci vim reddens.

Cyprinus, genus piſcis, de quo Plin. & Ariſtote.

Cyprium es, dicitur quod vulgari vſu nominatur cuprium, vnde cuprini claui.

Cyprogenia dicuntur quæ ſunt in Cypro genita, etiã Venus, vt Homerus in Hymnis.

Cyprus, inſula in Carpatio mari, inter Ciliciam & Syriam, diues, luxui dedita, vnde & Veneri ſacra. Horatius, Sic te diua potens Cypri.

A Cypro vrbe in ea ſic adpellata. In ea mercatus erat quondam nouem regnorum ſedes. Vrbes in ea præclaræ, Cythera, à qua Venus cytherea dicta eſt. Paphos, Palepaphos, & Salamina. Hæc inter maiores noſtri maris inſulas, locum ſibi vendicat, cuius Septentrionales partes Tracheæ Ciliciæ oppoſitæ ſunt, ibiq; continenti proxima eſt. Orientales Iſſico ſinui, Occidentales Pamphylicum alluunt pelagus. Auſtrales Aegyptum, Ambitus inſulæ trium millium, & quadringentorum, ac viginti ſtadiorum. Hinc Cyprius, a, um, vnde tres partes inſulæ huic propinquæ cypriæ nominantur. Et Venus Cypria, quòd ei primum in cypro templum ſit cōſtitutum. Vel quia parientibus præſideat. nam Græcè κύειν parere eſt. Similiter Cypricus, a, um, poſſeſſiuum, et Cyprianus nomen uiri proprium. Cyprus etiam dicitur vua florẽs, & ſpecies quædam extrinſecus virgulti in Aegypto, ferens etiam floridum quendam fructum in modum florentis vuæ prolatum. Sed videtur magis (vt inquit Hieronymus) ad fructum uitis reſpicere, quum dicitur in Canticis. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis in Gaddi. Plin. lib. xii. circa finem dicit arborem odoratam in Aegypto, foliis & ſemine coriãdo ſimilem, coquitur in oleo, & exprimitur. Inde vnguẽtum regale. quod cyprus, ſiue cyprinum dicitur. vnde in Canticis ſcribitur, cypricum nardo, nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani. Naſcitur in multis locis, ſed in cypro inſula odoris ſuauitate præſtat, ideò cyprus eſt adpellata.

Cypſeli, aues quæ & hirundines. Dictæ ex eo, quòd nidum ſpecie cypſeli, id eſt, ciſtellæ ex luto fingunt. Fuit & Cypſelus tyrannus apud Corynthum. Etiã à Ciſtula nomen acceptum, quam Græci Cypſelon uocãt, in qua delituit occultatus à matre, quum ad pernitiem veſtigaretur.

Cyrcerum, nauis Aſiana prægrãdis. Plau. Quum pertontor portitores eequæ nauis venerit ex Aſia, negant veniſſe. Conſpicatus ſum interim cyrcerũ, quo maiorem nōn cenſeo.

Cyrene, es, & cyrenæ tantum plurali numero, penult. produ. oppidum Libyæ inclytum, potensq́; conditum à Batto Laconico, quem Callimachus progenitorem ſuum fuiſſe tradit. Ab hac cyrene tota Libya cyrenia dicta eſt à cyrene, quæ & cyrenia, virgine, Penei regis Arcadiæ filia, quam rapuit Apollo è monte Pelio, & in Aphricam, quæ vergit in Aegyptum tranſtulit, ex qua filios ſuſcepit quatuor, Ariſteum, Nomium, Anteum, & Argum. Hinc Cyrenaicus, a, um, vt regio cyrenaica, & philoſophia cyrenaica, quam Ariſtippus Socraticus cyrenenſis inſtituit. Hinc Hegeſias philoſophus, de quo Cice. lib. i. Tuſcula. originem duxit. Hanc regionem Plinius adpellat Pentapolitanam, à numero quinq; urbiũ, quibus maxime inclyta eſt, quarum hæc ſunt nomina, Beronice, Arſinoe, Ptolemais, Apollonia, ipſaq; cyrene. Scribit Salluſt. Cyrenenſes magnum ac diuturnum bellum geſſiſſe cum Carthaginienſibus de finibus agrorum. Eſt & cyrene nomen vrbis in cypro inſula, quam Cyrus condidit, ex qua natum putant Simonẽ patrẽ Alexandri, & Rufi. vt eſt apud Euangel. Auguſt. lib. de paſtoribus ſcribit Simonẽ cyreneum qui angariatus eſt, ut Chriſti crucem tolleret, fuiſſe Aphrum, & hanc cyrenem Aphricæ contiguam eſſe.

Cyreneus, a, um, quod ex cyrene eſt. ut homo cyreneus qui natus eſt ex cyrene. Cyrenenſis ſimiliter, ut homo cyrenenſis.

Cyrios, Latinè proprius, autenticus, dominus. Vnde cyriacus, dominicus, proprium nomen.

Cyrnii, ſunt populi qui longiſſimo æuo utuntur, à cyrno inſula.

Cyrnus, Græcè κύρνος, inſula eſt in mari Liguſtico, quam Latini corſicam dicunt. Dicta cyrnus à cyrno corſice rege, prius Teranne nominata, quia ibi Terannei populi Theſſaliæ habitauerunt, longa paſſuum centũ quinquaginta milia, lata maiore ex parte quinquaginta, circuitu trecentorum uiginti duorum milium, diſtâs à uadis Volaterranis ſexaginta duobus milibus paſſuũ. Hinc cyrneus, a, um. Verg.
Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Cyrnea, uaſis uinarii genus. Plaut. Cadus erat uini, inde impleui cyrneam.

Cyrphis, rupes quædam Parnaſi montis.

Cyrreſtica regio, à Cyrro dicta eſt, ubi cyrreſtis Dea colebatur, quam Mineruam interpretantur.

Cyrrha, iugum Parnaſi montis Bœotiæ. Martial.
Quid tibi cum cyrrha, qd cum Permeſſidus unda?

Cyrrhea, urbs in Helicone, iuxta Nyſam. Lucanus,
Sed mihi iam numen, nec ſi te pectore uatea
Accipiam, cyrrhena uelim ſecreta mouentem
Solicitare Deum, Bacchumq́; auertere Nyſa.

Cyrrhus, nomen duorũ fluuiorũ, quorũ unus Armeniæ & Hyberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in mõte Caucaſo. Alter eſt in Media.

Cyrus, primus ex regibus Perſarum fuit, ut Iuſtinus lib. i. ſcribit, qui deuicto Aſtiage vltimo Medorum rege, Medorum imperium tranſtulit in Perſas, & ſubacta Aſia totum Orientem in poteſtatem redegit. Poſtremo quũ bellum Scythis intuliſſet, eosq́; clade magna adfeciſſet, Thamyris eo tempore Scytharum Regina compoſitis inſidiis ducenta milia Perſarum cum ipſo Rege trucidauit, ita ut neque nuntius tantæ cladis ſuperfuerit. Caput Cyri amputatum, in utrem, humano ſanguine repletum, coniectum fuit, cum hac exprobratione, Satia te ſanguine, quem ſitiſti. Hunc Hebræi uocant, quod interpretatur quaſi miſer.

Cyſſus, genus hederæ, quæ ſola ſine adminiculo ſtat, à Græcis Orthocyſſos dicitur, quo etiam nomine dictus fluuius quidam.

Cyſthus, à quibuſdam inter genera hederarum nuncupatur. Hæc arbuſcula eſt in inſula cypro, in cuius foliis pingue ineſt, quod rore mixtum mane liq̃ſcit. Quidam hanc arbuſculam cyſtharum uocant.

Cythera, pen. produ. cum y, & e, ante r, pluralis tantũ numeri, neutri generis, inſula eſt contra cretam (vt ſcribit Strabo) in quam ferunt Venerem primum uectam concha marina, unde & cytherea dicta eſt. Cuius ſecunda corripitur, quum in primitiuo producatur. Vergilius lib. x.
Eſt Paphos Idaliũq́; mihi, ſunt alta cythera. Idẽ,
Parce metu cytherea manent.
Hanc Sulynus cythereãm à cythereo Phœnicis filio uocauit, Porphyruſſam Ariſtu. à præſtantia purpurarum, ſed Porphyrida Plinius. Eſt & cytherea una ex cycladibus inſulis, & ut Laertius ſcribit Laconiæ inſula.

Cythereis, nomen fuit libertæ Volumnii, quã Gallus poeta amaſſe dr. Verg. eam Lycorim nominat.

Cytheriacus, a, um, nomen poſſeſſiuũ, ut nectar cytheriacum, quod pro ſuauitate Venerea ponitur.

Cytheriades, Muſæ dicuntur, à ſaltu cui cytheron nomen eſt.

Cytheron, mons Bœotiæ non longe à Thebis.
Ouid. lib. tertio Metamor.
Vadit ubi feſtus facienda ad ſacra cytheron
Cantibus & clara Bacchantium uoce ſonabat.
De hoc tamẽ in dictione Parnaſſus, & in Helicone.

Cythnos, inſula una ex cycladibus, à Cythno primo habitatore ſic adpellata. Alio nomine Ophiuſa, ac Dryopis. Hinc Cythnius, a, um, poſſeſſiuum, ut Timãtes pictor cythnius dictus eſt.

Cythoris, nomen meretricis nobilis quo tẽpore Origo & Arbuſcula meretrices fuerunt.

Cytinus, flos ſatiuæ puniceæ. vt Balauſtum ſylueſtria. Vt eſt apud Dioſco. Pli. uerò cytinum interpretatur pomum ipſum immaturum, & primũ partum eius florere incipientis. Flores verò ipſos in ipſo cytinu erumpentes Balauſtia, naturæ aſtringentis. Solet tamen adpellatio hæc & ad alia quoque genera congruere. Dioſco. Apollinaria herbæ flores cytinos adpellauit.

Sytiſus, pen. cor. genus fruticis inter cãpos & ſyluas, ouiũ pabuliũ quod lac auget, ut Plin. lib. de anim. iii. Inuentus primo in cytiſo inſula, ut ait idem, inde tranſlatus in omnes cycladas & urbes Græcas. Colu. lib. iii. Cytiſum, quem Græci aut zeas, aut carnicin, aut triſarin uocant, quamplurimum habere expedit, quòd gallinis, apibus, ouibus, capris & omni generi pecudũ vtiliſſimus eſt. Idem lib. x. Vtraq; cythyſus. Eſt enim ſatiua & altera ſuæ ſpontis.

Cytorus, pen. produc. mons in Aſiatica regione, quæ Paphlagonia nũcupat. In eo buxus plurima naſcebatur, unde & Buxifer à catullo dicitur. Vergil.
Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum.
Fuit & cytorus, ſiue cytorum ciuitas, Synopenſium emporium, à cythoro Phryxi filio condita & adpellata, ut teſtatur Strabo.

Cyzicenus, Atenienſis philoſophus, in Mathematica, & in cæteris ſcientiis excellentiſſimus, præcipue in Geometria.

Cyzicus, ſiue Cyzicũ, inſula in Propontide, duobus pontibus iuncta continenti, habens vrbem eiuſdẽ nominis mœnibus, arce, & turribus marmoreis, cui nomen indidit cyzicus rex, quem Iaſon per imprudentiam interemit. De hac Ouid. lib. i. Faſt.
Hinc propontiacis hærentem cyzicon oris.
Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus.
Fuit hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cũ primis Aſiæ vrbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta quorum aliud armorum, aliud inſtrumentorũ, aliud frumenti erat receptaculũ. Huius habitatores cyziceni adpellant. Verum Pius Papa in Aſia hanc Cyricũ adpellat, nõ Cyzicum. Et de Cyzico ſic ſcribit. Nũquid Cyzicus nobis non ſatis conſtat, adeò claritatem rebus adimunt tempora, & nos homunciones diuturnã quærimus in hoc ſeculo gloriam, quam potentiſſimæ ciuitates retinere non potuerunt.

DE LITERA D

D LITERA quãdoq; pro th aſpirato pon. f, ut theos. Deus. Quandoq; conuertit in b, ut quod olim duellum, nos iam bellum dicimus, & duellona, bellona. Quandoq; in l, ut à ſedeo olim ſedda dicebatur, quæ nunc ſella. Quandoq; in r, ut meridies, ab eo quod eſt, medius dies, Interponitur nonnunquã in compoſitis hiatus, prohibendi cauſſa, ut in prodeſt, redarguo. Subtrahitur quando ſequens ſyllaba ab l, cum alia conſonante incipit, ut aſcendo, aſpicio. Quando autem conuertatur in alias literas dictum eſt in Ad.

Dacia, per c, regio in Scithia, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminã dicunt. Alii prouinciã citra & ultra Iſtrũ eſſe autumãt. Hæc (ut Ptolomæus ſcribit) à Septentrione, parte Sarmatiæ, à Meridie Danubio terminatur, quã nonnulli Dalachiã magnam eſſe uoluerunt. Cuius populi Daci & Dacæ dicuntur, qui olim (Strab. teſte) Daui adpellati ſunt. Ex quo apud Athenienſes Dauorum nomina Seruilia plurimum abundabant. Hinc factum eſt, ut in comœdiis ſerui introducãtur Daui nominati, qui alio nomine Getæ dicti ſunt.

Dacicus, dictus eſt qui Daciam uicit, ſicut à Germania, Germanicus. Iuuenalis. Cum lance beata Dacicus & ſcripto radiat Germanicus auro.

Dactylion, Græci anulum dicunt à digito, qui Græcè δάκτυλος dicitur. vnde & Dactylotheca, pro anulorum repoſitorio.

Dactylus, penultima correpta, à Latinis dicitur digitus, ad cuius ſimilitudinem metri pes uocatur. Item Dactyli cariciæ, id eſt, fructus palmæ. Apitius, Et ero ci drachmæ ſingulæ, dactylorum oſſibus torridis quinq;, his deniq; dactyli ſic mollitus eſt. Eſt & Dactylus uuæ genus, in longum porrectæ, à Columel. Dactylides dicuntur uuæ à digitali gracilitate.

Dacus, a, um, quod eſt à Dacia. Spartianus, Ad bellũ Dacum Traianum familiarius proſecutus eſt.

Dædala, neu. gen. vrbs Lyciæ, à monte Lyciæ, ſeu à Dædalo ibi ſepulto, quum eum coluber aquaticus ex amne Nino in paludem in quam Dædalus commeabat egreſſus momordiſſet.

Dædalus, pen. cor. dici poteſt ingenioſus, quo nomine dictus eſt Athenienſis faber egregius, Icari pater, qui ſerram, aſciã, perpendiculum, terebram, glutinã, lithocollam inuenit. malumq; & antennam naui im poſuit. Hic accuſatus quòd Perdicam, ſororis filium interemiſſet, iudicii metu in Cretam fugit, ubi Labyrinthum fabrificauit, vbi Minotaurus includeretur, opus portentoſiſſimũ humani ingenii. Dictus Dedalus (ut quidam exiſtimant) ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν, quod eſt uariare. Alii hoc uerbum à Dædalo deriuatum putant ob multiplex, uariumq; ingenium hominis; propter quod Græci δαίδαλον, uarium dicunt. Et Lucretius terram ob rerum artificiorumq; uarietatem Dædalã nominant. Ennius ſimili modo Mineruam, Verg. Circen. Plautus Logodædalos vocauit, qui dolum colunt ſermonis ornatu.

Dæmogorgon, Latinè dicitur Deus terræ. Nam Dæmon Deus (ut ait Lactan.) Gorgon terra ſeu potius ſapientia terræ, quum ſæpe dæmon ſciens, uel ſapiẽtia exponatur.

Dæmon, Latinè ſciens dicitur, ἀπὸ τοῦ δαίω ſcio. Auguſt. lib. ix. de Ciuitate Dei, Dæmones dicuntur, quoniam Græcũ uocabulum eſt, ob ſcientiam nominati. Noſtræ religionis homines adpellant ſpiritus, in cœlo à Deo creatos, q de cœlo deiecti, partim in terræ ĩſimo, partim in hoc aere dãnati ſunt. Hinc Eudæmõ & Cacodæmõ, p bono & malo dæmone. Dæmõ, ẽt animus humanus in corpore ſitus uocat.

Dæmonicus, a, um, quod eſt dæmonis. Lactã. lib. iiii. in fine. Sed illi dæmonicis fraudibus irretiti, diuinum nomen, cultumq; perdiderunt.

Dæmonium, idem quod dæmon, numen, deitas.

Dæmonioſus, & Dæmoniacus, qui à Dæmone poſſidetur. Vnde de apoſtolo Thoma ſcribit quod dæmonioſi liberabantur.

Dagnades, auiculæ quas potantibus Aegyptii ad coronas deuinciebant, dum potum exercebãt, quæ cãtitãdo & morſicãdo nõ paterent dormire potãtes.

Dagon, nomen Idoli Philiſtinorum, interpretatur frumentum, uel piſcis.

Dalmatia, regio Illyrica cõtermina Lyburniæ uerſus Occaſum, à qua Dalmatæ dicti ſunt populi, qui (ut Apia. ſcribit) domiti ab Auguſto fuere. In ea ſadera ciuitas inſignis, rerum abundantia, & Raguſiũ, olim Epidaurus dicta. Hinc Dalmaticus, a, um. Sue. Externa bella duo per ſe geſſit. Dalmaticum adoleſcens adhuc, & Cantabricum.

Dalmaticatus, Dalmatarum veſtibus indutus. Lamp. in Commodo, Dalmaticatus in publicum proceſſit.

Dama, genus capræ ſylueſtris, tã maſc. quã fœm. ge. Ver. Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. Mar. Dente timetur aper, defendũt cornua ceruum, Imbelles damæ quid niſi præda ſumus?
Huius diminutiuum eſt Damula.

Damaſcus, vrbs nobiliſſima, caput Syriæ. Vnde Damaſcena pruna autore Plinio, Liuio li. xv. dicta creduntur. Hebraice.

Damia, cognomen Cybeles, & Damatris eius ſacerdos. Cornucop.

Damium ſacrificium, quod minime erat publicum, Damiæ Deæ. Ce.

Damnas, pro damnatus apud iuriſcõſultos, Marcus, Quiſquis mihi hæres erit dare damnas eſto. Ce.

Damnifico, damnum facio. Ce.

Damno, as, damno afficio, unde Indemnis, qui nullo afficitur damno. Sed quũ de peccato, vel de peccati pœna agit, qñq; ablatiuo, quãdoq; genitiuo iungitur. Cic. lib. iiii. ad Heren. Maiores noſtri ſi quam vnius peccati mulierem dãnabant ſimplici iudicio maleficiorum multorũ conuictam oportebat. Quo pacto? Quoniam, quam in pudicam iudicauerant,

dem veneficii quoq; damnatam exiſtimabant. Et li. i. Tuſcul. Sed plerumq cõtrà nituntur, animoſq; quaſi capite damnatos morte mulctant. Quãdo verò nõ adponitur pretium uel peccatum, pœnaq; peccati, accuſatiuo tantum iūgitur, & ſignificat culpo. Hiero. in præfa. Penta. Quid igitur? damnamus ueteres? minime. Sed poſt priorum ſtudia in domo domini quod poſſumus laboramus. Cic. li. iiii. Tuſcul. Rerum naturam quàm errorem damnare uoluimus. Interdū Damnare accipitur pro exhæredare. Vnde è duobus filiis, alterum hæredem inſtitutum, alterum damnatum legimus. Interdum pro compellere, obligare, & neceſſitate aſtringere. Terent. Tuus eſt dãnatus gnatus, nõ tu. Interdum pro liberare. Verg.

Damnabis tu quoq; uotis.

Et eſt trãſlatio, quaſi ut damnati cõpelluntur maleficiis eorum pœnas luere, ita tu uotis ſupplicum cõpelleris eos exaudire. A' participio Damnatus, fit compoſitum Indemnatus, qui indicta cauſſa, id eſt, non defenſa, aut incognita cauſſa dãnatus eſt. Salluſt. Hi primo cœpere quenq; peſſimum, & omnibus inuiſum, Indemnatū necare. Aliquando Indemnatus dicitur non damnatus. Liui. lib. ii. Eum indemnatū, in dicta cauſſa nõ debere uiolari. Compoſita à Dãno ſunt Condẽno, & Prædamno, quod eſt antè damno. Liui. libr. iiii. Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus abſoluerunt.

Damnum, & Damnatio, à demptione, quaſi diminutione quum minus de re factum eſt, quàm quãti cõſtat. Damnoſus, a, um, quod eſt cum damno. Colu. lib. i. Quod etſi per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen compendioſum. Aliquando ſumitur actiue. Vt res damnoſa, quæ damnum infert. aliquando paſſiue. Vt apud Plautum in Epidico, Damnoſo ſene, pro eo qui damnum ſubeat.

Damocles, nomẽ proprium vnius ex aſſentatoribus Dionyſii.

Damœtas, cum diphth. œ, nomen paſtoris. de quo Vergil. in Bucc.

Dic mihi Damœta &c.

Damon, nomen philoſophi Pythagorici, qui cum Pythia arctiſſimo amicitiæ uinculo conſtrictus fuit.

Dan, vicus eſt in quarto à Paneade miliario euntibus Tyrum, qui vſq; hodie ſic vocatur, terminus Iudeæ prouinciæ contra Septentrionẽ. de quo & Iordanis flumen erumpens, à loco ſortitus eſt nomẽ. Ior. quippe piſpon. id eſt, fluuium, ſiue riuum Hebræi vocãt.

Danae, cum ae, ſed non diphth. Græcè Δανάη, nomẽ Acriſii filiæ. Frequenter imò ſemper ae diuiditur. Vt apud Ouidium lib. ii. de Triſt.

Quid Danaen Danaeſq; nurus matremq; Lyci.

Danaus, Aegyſthi frater, Argiuorū rex, qui anno egreſſionis populi Iſrael trigeſimo ſecundo, Stenelo rege expulſo, Argos tenuit, ibiq; quinquaginta annos regnauit. Genuit quinquaginta filias, quæ Belides dictæ ſunt. Hæ vna nocte viros ſuos, Aegyſthi filios, præter vnũ interfecerũt. A' Danao fit patronymicū fœmininū Danaides. Seneca in Hercule, Vt neq; fruſtra Danaides plenas ferunt.

Dani populi Germaniæ, nunc Daci dicti. Cc.

Danis, nomen vnius ex Centauris. Cc.

Danima, mutuum vſura.

Daniſta, fœnerator, creditor. Plaut. Morigerus eſt mihi daniſta, qui de me argentum non petit. à dando, quòd det fœnori, vel à Græco, ἀπὸ τοῦ δανείζειν, quod eſt mutuare.

Daniſticus, fœneratorius.

Danubius, & Danubium dicitur. Serui. Iſter fluuius eſt Scythiæ, qui & Danubius nominatur. Salluſt. Nomenq; Danubium habet, in iugis Germaniæ montis Arnobæ oritur, per innumeras lapſus gentes dicitur Danubius, vbi Illyricum attingit, Iſter ſexaginta amnibus acceptis in mare inuoluitur. Amb. lib. Hexa. Danubius de Occidẽtalibus partibus Barbarorum atq; Romanos interſecans populos, donec Ponto ipſe condatur.

Danunt, quandoq; à veteribus dicebatur pro dant, & Duis, pro dederis. Plaut. Cui ſeruitutem Dii danunt lenoniam.

Dapalis cœna, quæ diuerſis & amplis dapibus conſtat. Pli. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius, dapali cœna ſacerdotii.

Dapatice, aduerbium. id eſt, lautè. Cc.

Dapaticus, a, um. quod eſt amplum, magnificū, ut negotium dapaticum.

Dapes, ſunt magnifici, & opipari adparatus. Mar.

Illa quidem lauta eſt, dapibuſq; inſtructa ſuperbis,
Sed nihil omnino te recitãte placet.

Daphne, propriū nomẽ puellæ Nymphæ, & Daphne, vt docet Strabo nemus apud Antiochẽſes. vide in dictione Epidaphne.

Daphnia, gemma comitialibus morbis vtilis exiſtimata. Cc.

Daphnis, Latinè laurus, fuit (teſte Seruio) Mercurii fili' formoſiſſimus. Fuit & Daphnis Antiochiæ ſuburbanum, quod octoginta ſtadiorum ambitu claudebatur, ut ait Strabo, Lyciæ ꝑterea ſolum Daphne fuit, & in ipſis Ponti faucibus ad dextram nauigantiq portus, autore Stepha. Daphnis ad oſtium Nili Peluſiacum reddit Herod.

Daphnites. pen. prod. dicitur Apollo Armonius.

Daphnoides, lauri genus, frutex eſt ramoſus, craſſiore ac molliore folio quàm laurus. Cc.

Daphnon, lauretum dicimus. Cc.

Dapifer, dapes ferens.

Dapino, as. pen. prod. ſignificat exhibeo à dapibus. Plaut. in Cap. Tibi dapinabo.

Dapſa, apud veteres genus ſacrificii, quod fiebat aut hyeme ſæuienti, aut vere, à Græcis δάψ vocatur.

Dapſilè, aduerbiū, abundanter. Sueto. in Veſpa. Sed & conuiuabatur aſſidue, ac ſæpius rectè ac dapſile.

Dapſilis, pen. cor. abūdans, liberalis. Græci δαψιλῆ largum dicunt. Colu. li. iiii. At ſpionia dapſilis muſto, δαψιλέαν largitatem, abundantiam rerum, liberalitatemq;, vnde noſtri quoq; Dapſiles aliquando lautos, & liberales adpellant. Plautus in Aulul. Iſtas magnas factiões, dotes dapſiles, nihil moror. id eſt,

adfluentes & largas.

Dardanarii, dicuntur propolæ, qui omnia præemſit, vti demum carius uendant, dicti à Dardano quodã contaminatiſſimo profligatiſſimo Mago, à quo & Dardaniæ artes, à Colu. uocantur magicæ, eius ſunt verba. At ſi nulla valet medicina repellere peſtem, Dardaniæ veniunt artes.

Dardaniæ artes, vocantur magicæ artes.

Dardanum, genus ornamenti quod lacertis adhibebatur. Pli. lib. xxxiii. Cuius ſceleris nos coarguimus illum primũ, qui auro dignitatem per anulos fecit, vt habeant in lacertis iam quiddam & viri quòd è Dardanis venit, & Dardanum vocabatur.

Dardanus, nomen Electræ, Iouis'q́ filii, qui quum Iaſium fratrem interemiſſet, inde fugiẽs Samothraciã deuenit, vnde Vergilius,

His hortus in agris
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes,
Threiciamq́ Samon, quæ nunc Samothracia fert.

Et ab ipſo Dardano, Dardania regio in Phrygia uocata eſt, & poſtea Samothracia dicta. Salluſt. tamẽ à rege Dardanorum Myda qui Phrygiam tenuit, dictam ait, Et Dardanidæ populi. Hic Erichthonium genuit, qui filium habuit Troem, qui Troiam (quæ prius Dardania adpellabaẽ) à ſuo nomine uocauit. Hic filios habuit Aſſaracum & Ilum, q vrbem regiã à ſe Ilion nominauit. Huius filius fuit Laomedon, Priami pater.

Darius, nomẽ regis Perſarum, qui. xxxvi. annos regnauit, cui Xerſis filius ex Atoſa Cyri filia ſucceſſit in regno. Hoc nomen habet pen. prod. quoniam apud Græcos ſcribitur per ει, diphthongum.

Daricus, penultima correpta nomiſma priſcum, Darii imagine percuſſum.

Darideus, nomen regis Perſarum, tempore Tiberii, Caii, & Claudii imperatorum.

Darmentius, fluuius Medullorum, ſeſe per confragoſa loca in Rhodanum præcipitans.

Daſeia denſitas ſpiritus, & ſignũ eſt uocalis aſpiratæ.

Daſypus, dicitur lepus, q hirſutos habet pedes. Gr.

Datarius qui in poſtulationibus ac literis manu Pontificis Max. ſubſcriptis, diem & locũ notat, quibus datæ ſunt literæ.

Datarius, a, um. quod eſt dãdum, lingua uernacula dare. Plaut. Ehò, an non prius ſalus? nulla eſt mihi ſalus dataria.

Datatim, aduerbium. ſignificat in uicem dando. Plau. Tum iſti qui pila ludunt ſerui ſcurrarum datatim in via. Pomp. In lecto datim luſi tecum. id eſt, coeũdo. Nam Datatim ludere, eſt mutuo coitu uti.

Daunia, Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam condidit.

D ANTE E

De, præpoſitio eſt q ſeparata modo ſignificat ἀπὸ. hoc eſt, a, vel ab, vel ex, ut audiui de patre meo. Sæpe etiã De, detractionẽ notat, ut decortico, delibero, deueſtico, deplumo, depilo, decaluo, dearmo. Sæpe contrariũ, dehortor, dediſco, dedoceo. In multis ſignificat deorſum, deſcendo, defluo. Modo περὶ, ut quum dicimus de partibus orationis περὶ μερῶν τοῦ λόγου. Modo propter, Terent. in Eun. Quantum me amas de fiducia hac Modo deorſum, ſicut ſus ſurſum, vnde ſusq; deq; fero, veteres dicebant. hoc eſt, ſurſum an deorſum res feratur, paruifacio. Modo memoratiuam uim habet, ut Cic. ſcripſit de officiis. Modo ſignificat non, vt delũbe, quod eſt, non habens lumbos. Compoſita interdum auctiua ſunt, ſiue intenſiua, vt deamo, depr auo. Interdum diminutiua, vt decreſco, deferueſco. Interdũ priuatiua ſiue negatiua, ut deſperat⁹, demens decet. Interdum localem vim obtinet, ut deambulo, deſcẽdo. Interdum deficientem vim ſui ſimplicia indicat, vt diſco, dediſco, tego, detego, doceo, dedoceo. Interdum eſt honoris exhibitiua, vt defero, deduco. Significat quandoq; in totum, vel omnino, ut demando. Quandoq; aperte, ſeu palàm, ut demõſtro. Componitur autem cum dictione incipiẽte ab a, ut deamo, b, ut debacchor, c, vt decerno, d, ut deduco, e, vt deero, f, ut defero, g, ut deglutio, h, ut dehiſco, i, ut deiicio, l, vt delabor, m, ut demiror, n, ut denudo, o, ut deoſculor, p, ut depello, q, ut decutio, r, ut deriuo, ſ, ut deſudo, t, ut detraho, u, ut deuenio. Patitur tamen nonnunquã eliſionẽ metri gratia, ſicut in deinde, & dehinc. Vergilius,

Oſcula libauit natæ dehinc talia fatur. vbi elidit e.

Deambulatorium, locus in quo deambulamus.

Deambulo, de loco ad locum ambulo, uel hinc inde ambulo, ut fit ſalutis vel relaxationis cauſſa. Teren. in Adelph. Deambulare huc libitum eſt.

Deamo, ualde amo, quod uulgò dicitur cordialiter amo. Terẽ. in Heau. Ne ego ſum fortunatus, deamo te Syre.

Deartuo, as. quaſi per artus incido. Plaut. in Cap. Tũ igitur ego deruncinatus, deartuatus ſum miſer.

Deauro, as. à ſummo uel ad imũ auro, vñ Deauratus.

Debacchari, ꝓprie eſt præ ebrietate valde furere. Terentius in Adelp. Satis debacchatus iam leno es, audi ſiuis nunc, ego'ne debacchatus ſum in te, an tu in me? Per tranſlationem vero diciẽ, quum quis ira percitus furit.

Debellare, bello vincere, vel capere, & proprie debellamus homines, expugnamus caſtra, urbes, naues, & huiuſmodi. Pli. lib. vi. Darium Alexãder debellauit. Liui. lib. viii. Debellatum eſt cum Græcis. id eſt, finitum eſt bellum.

Debeo, es, debui, itum. pertinet ad omnia, quibus deuincti ſumus, quòd uulgò teneor, ſeu debitor, ſiue obligatus ſum dicitur. Cicero Planco, Perfice ut ne minus reſpub. tibi quàm tu reipub. debeas. Idẽ Seruio, Homo & maximis meis beneficiis deuinctus, & propè omnium qui mihi debere aliquid videntur, grauiſſimus. Aliquando Debere, eſt dare debere. Plautus in Curc. Beatus mihi uideor, ſubduxi ratiunculam quantum æris mihi ſit, quantumq́ alieni ſiet, diues ſum ſi non reddo eis quibus debeo. Sallu. Res autem opportuna uidebatur, quòd eis priuatim egregia liberalitate, publice, maximis muneribus grãdem pecuniã debebat. Sed quũ accipiẽ pro

eo quod vernacula lingua dicimus douere, uerbum familiare eſt, ut tu debes virtutibus dare operam.

Dehabeo, es. ſignificat nõ habeo. Hiero. ad Euſtuch. Ita ille moderatur vniuerſa, ut nemo quid poſtulet, nemo dehabeat.

Debilis, ex de & habilis, quaſi parum habilis. hoc eſt, malæ habitudinis. id eſt, infirmus. hinc Debilitas, & Debilito, as.

Debitio, ipſe actus. Cice. Perquàm diſſimilis eſt pecuniæ debitio, & gratiæ. nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit. Qui autem debet æs, retinet alienum. Gratiam autẽ & qui refert, habet, & qui habet, in eo ipſo quod habet, refert.

Debitor, proprie dicitur is, à quo inuito exigi pecunia poteſt, inquit Modeſtinus.

Debitum, & participium & nomen eſſe poteſt. Quando nomen eſt, ſignificat id quod debet, ut omne debitum dimiſi tibi. Quãdo participium, dicitur obligatum. Liui. lib. xxii. Quum Romanus plures, quã Pœnus recepiſſet, argentumq́ pro eis debitum ſæpe iactatum in ſenatu eſſe, quoniam non conſuluiſſent patres, tardius rogaretur.

Debrior, aris. idẽ eſt, quod ebrior. nunquid vnus, qui debriatur & turpis uidetur.

Dece, Græce Δέκα, Latinè decem. à quo componitur Vndecim, Duodecim. Deriuata ſunt Decimus, à quo Vndecimus, Duodecimus, cũ reliquis. Denus, à quo Vndenus, Duodenus, Denarius, à quo Vndenarius, Duodenarius, Decennarius, & quæ ſequuntur. Decies aduerbiũ, à quo Vndecies, Duodecies, &c. Decenus, à quo Vndecenus, &c. Columel. lib. iiii. Vt ego exiſtimo tricenas ut decenas certe amphoras percipient.

Decachinnari, eſt deridere, vt eſt apud Tertullianum.

Decachordium, inſtrumentum muſicum decem chordas habens

Decacumino, as. pen. cor. cacumen præcido, ſiue cacumine priuo. Colu. lib. vi. Poteſt etiã ulmus ſic diſponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinẽ decem & quinq; pedum excedat.

Decadarchus, dicitur ille qui præeſt decem hominibus, quem Latini Decurionem uocant.

Decadorus, pen. prod. longus decem palmis.

Deca γλῶσσαι, decem linguæ.

Decalicatum, calce litum.

Decalogus. pen. cor. ſacrum uolumẽ, quod decem legis præcepta continet.

Decaluo, as, vide in dictione Caluo.

Decaphorus, pen. cor. lectica, quæ fertur à decem hominibus, ſicut Hexaphorus, quæ à ſex.

Decapolis, penultima correpta, Iudææ regio eſt, decem vrbium trans Iordanem. hanc multi Cæſaream eſſe dixerunt.

Decapulo, as. penult. correp. depleo, euacuo, à capulis deductũ, quæ ſunt uaſa anſata, unde & Capulator, de quo ſupra.

Decarchon, Græci eum adpellant, qui decem præeſt equitibus.

Decaſtomata, decem ora.

Decedo, is. ſignificat diſcedo, proprie vero à mandato cuſtodiæ loco recedo, ut conſules de prouincia dicuntur decedere, & pſides de vrbibus. Et Decedere, eſt deorſum ire ſiue minui. Lactan. lib. i. id autẽ ſolidum exiſtimandũ eſt, cui nihil decedere, id perfectum, cui nihil poſſit accedere. Decedere uia, eſt per errorem, ſiue honoris gratia digredi. Sueton. in Cæſa. Et cum luminibus extinctis deceſſit uia diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per anguſtiſſimos tramites pedibus euaſit. Idem in Tibe. Nec mirum quum palàm eſſet, ipſum quoq; eiſdem aſſurgere, & decedere via. Plaut. in Tru. Decedã ego de uia, de ſemita, de honore populi. Rurſus Decedere, ponitur pro mori, & per ſe planũ eſt, ut ſubintelligatur uita, tanquam de cuſtodia & gubernatione corporis proficiſci, ut eo modo dicaſ, deceſſit, quo defunctus eſt. Cicero tamen in Catone dixit, Vetat Pythagoras ſine iuſſu imperatoris, de præſidio, & ſtatione vitæ, decedere, pro diſcedere, ſemper ablatiuum deſyderat, vt exceſſit è vita.

Decelea, vna ex duodecim vrbibus, quas Cecrops digeſſit.

December, nomen menſis, q; decimum locum teneat.

Decemiugis, currus quem decem equi iuncti trahunt.

Decempeda, pen. cor. pertica qua menſuratur terra, à numero pedum dicta, ſicut Quincupeda à quinque pedibus. Cice. Vrbem iam peritus metatur, & callidus decempeda ſua ſaxa diuiſerat. Hinc Decempedator. Idem, Cauebat etiã L. Antonio, qui fuerat æquiſſimus agri priuati, & publici decempedator.

Decendium, ſpatium decem dierum. nam Decenniũ, ſiue Decennis, decem annorum dicitur. Decennale, quod eſt decem annorum, ut bellum decennale.

Decemina, dicuntur q̃ purgandi cauſſa decerpuntur.

Decerno, is. proprie cõſtituo, definio, ſiue de magnis rebus certam ſententiam profero, unde & Senatus decretum. Cic. libro. i. offic. Quare expectanda quidem magis eſt diſcernendi ratio quàm decertandi fortitudo. Terent. Quicquid peperiſſent decreuerunt tollere. id eſt, deliberauerunt. Interdum eſt ex poteſtate cõſtituere, unde decreta fatorum, & ſyderum. Scribit Firmic. ſydere decernere felicitates, infelicitatesq́ mortalibus. Per trãſlationem vero pertinet ad ea quæ ſunt dimicationis. Liuius lib. i. Obuiam egreſſi ut potius acie decernerent, quàm incluſi de tectis dimicarent.

Decerpo, ex de, & carpo. ſignificat detraho, ſiue inde carpo, unde Decermina.

Decerto, as. frequentatiuũ. Ambroſ. Vnguentarii ſpectare ſolent, non decertare.

Decet, cõuenit, honeſtum eſt, aptum eſt, conſentaneũ eſt. Cice. lib. de opti. dic. genere, Decere inquit, quaſi aptum eſſe, cõſentaneũq́ tẽpori ac perſonæ. Quod tum in factis ſæpiſſime, tum in dictis ualet. In uultu deniq;, & geſtu, & inceſſu. Contra item dedecere. Et modo perſonale eſt. Ouid. de Remed.

Lude, decent animos mollia regna tuos.

Modo imperſonale, quod nonnunquam cum datiuo conſtruitur. Terent.

Facite ita vt vobis decet. Plau. Nobis decet eſſe bo
nis. Huic contrarium eſt Dedecet, quod eſt inconue
niens, ineptum, turpe, ſiue inhoneſtum.
Ouid. lib. vi. Metamorpho.
Admouitq; preces quarum me dedecet vſus.
A' Decet fit Decens, conueniens. Decentia, Decenter,
Decus, Decor, Decorus, Decorum, & Decoro. Com-
poſita ſunt Condecet, Indecet, & Dedecet, pen. corr.
A' quibus Condecens, Indecens, Condecentia, Inde-
centia, Condecoro, & Indecoro.

Decianus, viri proprium, qui fuit ex Emerita Hiſpa-
niæ oppido.

Decido, is. penul. produ. deorſum ſeco, vt fit quum ex
lardo fruſtum incidimus. Per tranſlationem vero ſi-
gnificat determino, & liti finẽ impono. Hora.
Et poſt deciſa negocia campo.
Vnde Decidere dubia dicimus, quaſi amputando ſu
perflua, quod integrum eſt, oſtendere.

Decido, is. pen. correp. deorſum cado, à quo fit Deci
duus, a, um.

Decidua, dicuntur illa quæ cadunt, ut ſolia. Plinius
libr. xi. Omnibus autem caua, & in mucronem de-
mum concreta ſunt, ceruis tantum ſolida, & omni-
bus annis decidua.

Decima, æ. ſignificat portionem vnam ex decẽ. Plau.
Vt decimam ſolueret Herculi.

Decimanus, ſiue Decumanus. id eſt, magnus, unde De-
cumana porta caſtrorum, quæ in his maxima eſt, &
Decumanus limes in limitatione agrorũ, à magni-
tudine & longitudine dictus putatur, qui agrum ab
exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialẽ ſe-
cat. Nam alter ex tráſuerſo occurrens, Cardo adpel
latur. Decumani etiam (vt Aſcon. Pedia. docet) vocã
tur publicanorum principes, à quibus decumæ, ſiue
decimæ exigebantur.

Decimare, eſt decimam partem detrahere, vnde apud
Euangeliſt. Væh vobis qui decimatis mentham &
omne holus. Et Decimari legiones dicuntur, quãdo
decimus quiſq; ſupplicio adficitur ab imperatore.
Liui. lib. ii. Cætera multitudo ſorte decimus quiſq;
ad ſupplicium lecti. Sic vigeſimare, & centeſimare
dicitur. Huius verbi compoſita ſunt Addecimo. Hie
ro. lib. i. Reg. Greges ueſtras addecimabit. Exdeci-
mo, eligo, vnde Exdecimatum, electum.

Decimus, non ſolum numerũ, ſed quandoq; etiã ma-
gnitudinẽ ſignificat, vt decimum quodq; ouũ, deci-
mus quiſq; fructus, hoc eſt, ꝓcipuus magnitudine.

Decipio, is. defraudo, vnde Decipula.

Decipula, æ. quoddam laquei genus, ad decipiendas
capiendasq; aues.

Decipulum, idem quod decipula. Apul. lib. viii.
Opportunum decipulum nactas.

Decircino, as. penul. corr. contrarium eſt ſuo ſimplici
Circino, quod ſignificat aliquid rotundum facio, à
Circino. Circinus fit. Manil. lib. iii.
Quam teriti natura ſoli decircinat orbem.

Decitat, pen. cor. frequẽtatiuũ eſt à decet. Apul. li. ii.
Plautus, roſcidis decitantes. hoc eſt, decorantes.

Decius, à decem, viri propriũ, quẽadmodũ à quinq;
Quintius. Decii tres, pater, filius, & nepos dicti fue
re, qui pro patria ſe deuouerunt. Pater bello Galli-
co, filius bello Hetruſco, nepos bello Pyrrhi, quod
geſſit pro Tarentinis. vnde Cicer. lib. i. Tuſcul. Si
mors finiretur non cum Latinis pater Decius decer
tans, filius cum Hetruſcis, cum Pyrrho nepos, ſe ho-
ſtium telis obieciſſent.

Declamare, ẽ in ficto themate ſe exercere. Caluus ſcri
bit Declamationem eſſe domeſticã exercitationẽ,
quæ res plurimum conducit eloquentiæ. Solebant
eni Romani adoleſcentes, eloquentiæ ſtudioſi, exer
cẽdi ingenii gratia, inuehi orationibus in eos, quos
ſcirent aliquo crimine poſſe notari, vnde Senecæ,
& Quintiliani declamationes, quæ ſunt præludia
quædam orandi. Hieronymus ad Damaſcenũ, Nec
aures Quintil. floſculis, & ſcholari declamatione
mulcendæ. Seneca, Declamationis nomen apud nul
lum autorem antiquum ante ipſum Ciceronem in-
ueniri poteſt. Idem lib. i. Declamati, Declamabat
Cicero, non quales nunc controuerſias dicimus.

Declamatoriè, aduerbium. ſignificat declamando.
Hiero. More eorum, qui declamatorie loqui ſolent
ad populum.

Declamatorius, a, um. quod ad declamãdũ pertinet,
vt declamatorius liber, qui declamanda continet.

Declarare, eſt aperte monſtrare. nam plus eſt, quàm
ſignificare, & tam ad facta, quàm ad dicta ꝑtinet.
Cice. Luccio, Itaq; hoc ſæpius dicendum, vbiq; nõ
ſignificandum, ſed etiam declarãdum arbitror. Idẽ,
Declarauit id modo temeritas C. Cæſaris, qui om-
nia iura diuina & humana peruertit. Quãdoq; etiã
ponitur pro ſignifico.

Declino, as. pen. prod. cum accuſatiuo ſignificat deui
to. Cic. lib. i. offi. Declinetq; ea quæ nocitura uiden
tur. Ambro. lib. i. offi. Ipſe ſibi ſilentio legem poſuit
innocentiæ, vt tacendo culpã declinaret, quã vix ef
fugere poſſet loquendo. Cũ ablatiuo, ſignificat ca-
ueo, quãuis in ſenſu idẽ ſit cum deuito. Cic. lib. iiii.
Tuſcul. Quæ qũ vt bona natura adpetimus, ſic à
malis natura declinamus, quæ declinatio ſi cum ra-
tione fiat, cautio adpellatur, eaq; ĩtelligitur in ſolo
eſſe ſapiente. interdũ ponitur pro deflecto ſeu rece
do. Idem in Læli. Declinandũ eſt de via modo hoc
ne ſumma turpitudo ſequatur, vt in Verrẽ Act. v.
Qui ſibi ſumpſit ut corrigat mores aliorũ, ac pecca
ta reprehendat, quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe
ab religione officii declinarit. Interdũ pro deduco.
Liui. lib. i. Nec ea culpa quam arguo, omniũ Alba-
norum ducem ſecuti ſunt, ut & vos ſi quò ego inde
agmen declinare voluiſſem, feciſſetis. Interdũ pro
alieno, eximo. Teren. in Hecy. Neq; declinatã quic
quam ab aliarum ingenio vllam reperias. Interdũ
pro depono, vt lib. ii. Reg. Extendit Oza manum
ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant
boues, & declinauerunt eam.

Decollo, as. collum trunco. Feneſtella lib. ii. Quẽad-
modum Cæſar à piratis captus ſit, vtq; eos poſtea
cœperit & decollauerit. Veteres autẽ ſecuri cæſos
dicebãt. Enni. Quod in collo tuo eſt decolles caue.
id eſt,

Id eſt, ex collo deponê. Item Decollare, eſt decipere. Plautus, Vna eſt, quæ decollauit. Lucil. libr. xii. Quibus fructibus me decollaui.

Decolor, penul. cor. adiectiuum. ſignificat quod colore vitiato eſt, vel ſine colore. Hieron. ad Ocea. Aperuit cunctis vulnus ſuũ, & decolorẽ in corpore cicatricẽ flens Roma cõſpexit. Dicitur & Decolorus, a, um. Ambro. Sed ea ꝓprium quoddã genus habẽt, nõ ex tritici ſemine in aliud genus ſeminis decolora mutatione trãſlata degenerem traxere naturam.

Decoloro, as. penulti. produ. colore priſtino priuo, aut colorem uitio. Cice. lib. ii. ad Heren. Mortuum deformatum, tumore præditum, decoloratum corpore conſtat eſſe.

Decoquo, is. penul. cor. in totum vel vehementer coquo, vnde decocta aqua. Pli. lib. xxi. Decoquere pro conuertere accipere videtur. Si enim clarigaris clauus, ſi ferri vel chalybis aliqua rubigo, aut pãni marcor adſuerit, omnẽ illicò ſuccũ alienum, ſaporemq́; in venenum decoquit. Quandoq; Decoquere ſumit̃ pro perfecte diligere. Hyſopũ (inquit Hiero.) pariter tonſum ſumebant in cibo, vt eſcam grauiorẽ illius calore decoquerent. Qñq; pro ſubſtantiã conſumere, ſeu ſolutione creditoribus impedita fidem cõcidere. Quod ſæpe euenit iis, qui gulæ oĩa dedũt, aut qui ſcorta ſectantur, vnde Decoctores dicũtur, qui patrimonio abſumpto, ad inopiã ſunt redacti. Scribit Spartia. Hadrianũ ſenatoribus, qui non uitio ſuo decoxerant patrimoniũ, pro modo ſenatoriæ profeſſionis expleuiſſe. Colu. lib. xii. Nã quãuis interdũ emendatũ ſit perperã factũ vel impeudentia, aut negligentia, res tñ ipſa iam domino decoxit. id eſt, detrimentum dedit. Tale quid in ſe habet Defrigo, vt hic defrixit. id eſt, bona conſumpſit.

Decor, oris. penul. produ. maſculini generis eſt, quaſi pulchritudo quædam. Verg. lib. v.

Et Dorycli coniuna diuini ſigna decoris.

Hinc Decorum, pulchrum, & Decore, pulchre.

Decor, oris. penul. cor. & adiectiuum à decus deriuatur, pro Decorus, a, um. Sallu. lib. iii. Equis & armis decoribus vultus. Inde fiunt compoſita Indecor, & Dedecor. Vergil. lib. x.

Nec tamen indecorem tua te regina reliquit.

Stathius lib. iii. Theb. Legimus indecores

Inuenit̃ tñ hic & hæc Indecoris. Acci. Cuius ſit uita indecoris mortẽ fugere haud conuenit. Verg. li. xii.

Nec genus indecoris ſine me hæc aut mollia facta.

Vbi patet Indecoris ſubſtãtiuũ eẽ. Nã ſi adiectiuũ eſſet, indecore dixiſſet, fungitur enim neutrũ cõmuni, vt pauperi regno. Salluſt. lib. iii. Dedecores inultiq́; terga ab hoſtibus cædebãtur. ASCEN. Nonius quidem Indecoris, ſed plures legunt Indecores, vt ſit Indecores genus per ſynecdochen dictum.

Decoro, as, penul. produ. quod eſt pulchrũ uiſu, aut auditu, facio ſiue orno, vnde Decorũ, & Indecorum ſubſtantiua deducitur, ſignificatq́; Decorum, decẽtiam quandam, rebus, perſonis, locis, ſiue in agendo, ſiue in loquendo accõmodatum. Vnde ſi quis inducat agricolam ea loquentem quæ ad philoſophum pertinent, hunc non ſeruare decorũ dicimus. Aliquando etiam ad virtutes transfertur, & adpellatur Decorum, non tam ipſum honeſtum, quàm quòd hominibus, & cõmuni opinioni honeſtũ videtur, & pulchrum, & adprobabile. Cicero de opti. gen. dicendi. Atq; illud Indecorum, quod quale ſit, ex decore debet intelligi. Eſt & Decorus, a, um. & Indecorus, a, um. Quintil. lib. iii. Cuncta corrumpit ac propemodũ perdit indecora, vel voce, vel geſtu pronunciatio.

Decortico, as, penul. correp. corticem detraho.

Decorum, penul. produ. adpellatur, quod Græci prepon dicunt, cuius uis ea eſt, vt ab honeſto nõ queat ſeparari. Nam & quod decet, honeſtum eſt, & quod honeſtum eſt decet. Decorum, inquit Cice. lib. de offi. id eſſe, quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ, quod ad prudentiam, ad fortitudinem, ad iuſtitiam, ad temperantiam pertinet, & in omni honeſtate verſatur. Eſt & Decorum, quod & poetæ ſequuntur, quum id quod quaq́; perſona dignum eſt, & fit & dicitur.

Decorus, a, um. penul. prod. idem eſt quod pulchrũ.

Decotes, dictæ ſunt togæ attritæ, quaſi cotibus detritæ, atq; cõſumptæ ſint, habetq́; penul. productam.

Decrepiti dicuntur ſenes quaſi clamoſi à crepitu. nã Crepare, ſonare eſt. Clamoſos autem & querulos eſſe ſenes, notum eſt. Alii Decrepitos dici uolunt, quaſi in dubio vitæ conſtitutos, à Crepero, quod anceps & dubium ſignificat.

Decreſcere, eſt diminui. Ambroſ. Cuius opes nunquã deficiunt, cuius diuitiæ nunquam decreſcunt.

Decretorius, a, um. ponit̃ pro iudiciario, in quo ſcilicet iudiciũ ferri põt. ut dies Decretorius, q & Criticus. Aliqñ dr̃ quod eſt decretum, firmatũ, extansq́; ad aliquid arguendum iudicandum'ue. Quintil. At quidem litigationibus ſuis illũ modo ambitioſum declamandi ſudorem præſtitiſſe contenti, cũ turba laudantiũ deſtituunt ſubſellia, pugnamq́; illã decretoriã, imperitis ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt. Decretorium ſydus, & tempus Decretorium dicitur id, ex quo de prouentu aliquarum rerũ futuro ſumitur iudicium. Pli. lib. xviii. Res ſumma uitiũ agitur, decretorio vuis ſidere illo, quod Caniculam adpellauimus. Vnde Carbũculatæ dicuntur, vt quodam vredinis carbone exuſtæ. Idem, Aliqua exoritur veſperi decretorio die florentibus oleis.

Decretum, nomen ſignificat id quod definitur. vnde decreta Pontificum, conſtitutiones dicuntur. Decretum participium, vt quum dicimus, decretum eſt. id eſt, ſtatutum, & definitum. Decreta ſenatus, à conſultis ſic diſtinguuntur ab aliquibus, vt Decretum dicant particulam quandam eſſe ſenatuſconſulti, ut quum prouincia alicui decernitur, tanquã Decreta ſint ſpecialia, Conſulta generalia.

Decubo, as. penul. corr. iaceo, quaſi deorſum cubo. Apul. Decubantem excitaui feram. Colu. lib. vii Eſt etiam poſt domituram mollioris generis bos, qui decumbit in ſulco.

Deculto, as. ex de & occulto, in quo abiicitur o, &c.

Decumbo,is. idem quod decubo. Hiero. Quintũ iam diem decumbens lectulo, nimia feſtinatione dictaui. Aliquando Decumbere, ſignificat mori. Cicero lib.ii. Tuſcula. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quærant quid velint, ſi latis factũ lis ſit ſe velle decumbere.

Decuplatus,a,um. vt numerus decuplatus, qui decies reſumitur. Auguſt. Centum viginti decuplato numero apoſtolorum, duodecim enim elegit, & in centũ viginti ſpiritum miſit.

Decures, antiqui pro decurionibus vſurparunt.

Decuriare, eſt decurionis officium exercere, vñ Decuriata comitia, ſicut à Centurione, Cẽturio,as, à quo Centuriatus ager, & Centuriata comitia.

Decurio, dictus eſt (autore Vlpia.) quòd initio quũ deducerentur coloniæ conſilii publici gratia decima pars deductorum conſcribi ſolita ſit, vnde Cicero in Oratoribus citat decreta decurionum. Colu. Claſſes etiam non maiores, quàm denum hominũ faciundæ, quas decurias appellauerũt antiqui. Erãt tamen alii vrbani, alii municipales decuriones. Vrbanus decurio turmæ præerat, quæ duobus & triginta equitibus conſtabat. Varro autẽ tradit in ſingulis turmis equitum decuriones eſſe ternos. Itaq; quũ turma in tres decurias diuidatur, ſingulaeũ decuriarũ præfecti, Decuriones dicti, ex eo, quòd denis equitibus præſint. Eſt autem decurionis militaris officium, conto ſcienter vti, turmales ſub ſua cura poſitos, erudire, ad omnia quæ equeſtris pugna depoſcit. Neq; vero belli ſolũ, ſed domi quoq; pro eo, qui præeſt cubiculariis. Sueto. in Domit. Saturius decurio cubiculariorũ. Decurio quoq; palatii dictus eſt ab Ammiano, qui ꝓpoſitus erat palatio, qui eſt ordo dignitatis. In municipiis autẽ Decurio idem creditur, qui & ſenator Romæ. Cicero, Recita quæſo Sexti quid decreuerint Capuæ decuriones. Hoc etiã patet ex epiſtola Plin. qui ait, Eſſe autẽ tibi centum milium nummum, ſatis indicat, quòd apud nos decurio es. Igitur ut te nõ decurione ſolum, verũetiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates, trecenta millia nũmum. Similiter Decuria, ordo dicitur, vñ Latine dici poteſt, Decuriã cubiculariorum, ſicut Decuria iudicum & ſcribarũ, cuius princeps Decurio nominatur, atq; dignitas Decurionatus, ſicut à centurio Centurionatus.

Decurro,is, decurri, & decucurri, decurſum. deorſum curro. Vergi. Summa decurrit ab arce.

Per tranſlationem Decurrere, eſt à principio ad finẽ vſq; currere. Lactan. lib.iiii. Quæ oratio tante affluentiæ vbertate decurrens. Item præterire. Idem lib.vii. Decurſo temporum ſpatio. Auguſti. lib.ix. Confeſſ. Tollerabam illud interuallum temporis, donec decurreret.

Decurtatus, participium à decurto, idẽ eſt quod mutilatus, breuiatus. Cic. Mutila ſentit quædam & decurtata. Et à Hieron. Decurtatus liber dicitur. id eſt, breuiatus.

Decus, oris. penul. correp. & generis neutri. honorificentia ex rebus geſtis eſt. Verg. lib. v.

Oblitus decoris q; ſui, ſociumq; ſalutis.

Huius contrariũ Dedecus, quod pro ignominia ſiue infami turpitudinis genere ſumitur. Capitur quoq; etiam Decus pro honeſto, quum quid honeſte fit, & Dedecus pro inhoneſto, hinc Decoro,as. pen. corr. eſt honeſto, ſeu honorifico. Horatius,

At bene nummatum decorat ſuadela Venuſq;.

Gellius, Leonides laudatur, qui ſimile apud Thermopilas fecit, propter eius virtutes omnis Græcia gloriam atq; gratiã præcipuã claritudinis inclytiſſimæ decorauere monumentis, ſignis, ſtatuis, elogiis, hiſtoriis, aliis q; rebus gratiſſimũ id factum habuere. Vnde Decora militiæ, laudes, honores, honeſtamenta militi in bello cõparata. Statius lib. Theb.

Terrarum decora alta viri decori q; iugales.

A' Decoro fit Condecoro, pro honeſto. Dedecoro, pro vituperio, ſiue turpifico. Teren. in Hecy. An quicquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt, quæ me & te, & familiam dedecoras. Ex his omnibus patet, quòd plus eſt Decus, quàm Decor, & plus eſt Dedecus, quàm Indecorus, & Decoro, pen. cor. quàm Decoro, penul. produ. Quoniam Decoro, penul. corre. ſignificat honorifico. Decoro, penulti. produ. pulchrum viſu, aut auditu reddo, unde Decorum, & Indecorum minus eſt, quàm Decus, & Dedecus. Cice. lib.i. Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenii nõ erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea ſi non decore, at quàm minime indecore facere poſſimus.

Decuſſare, eſt in decuſſes formare, atq; diuidere, & p integram longitudinem diſſecando trahere.

Decuſſatim, ſignificat per decuſſes. Colu. lib. vltimo. Rapam in alueo aut ſeria componito, deinde ſicut conſueuerunt Salgamarii; decuſſatim ferramento lunato incidito.

Decuſſis, dicitur à decem aſſibus, numerus denarius, perfectus, & abſolutus eſt, vnde & Decumanus limes, & Decumanus fluctus. Columel. libro quarto. Nam duas regulas eius latitudinis, quo paſtinatorſulcum facturus eſt, in ſpeciem Græcæ literæ decuſſabimus.

Decutio,is, ſſi, ſſum. ex de & quatio, ſignificat deiicio, deorſum quatio, demeto, decido. Liuius libro .i. Rex velut deliberabundus in hortum ædium tranſit, ſequente nuncio filii, ibi inambulans tacitus, ſumma capita papauerum dicitur baculo decuſſiſſe. Hieronymus per trãſlationem ad Dardanum dixit. Vt decutiam ſupercilium Iudæorũ, qui ſynagogæ anguſtias latitudine eccleſiæ præferunt.

Dedecus, penulti. corre. Decoro, as. vide in Dictione Decor.

Dedico,as. penul. cor. per verba conſecro, ſiue honoris gratia deputo, aut dicendo deſero, Cæcil. lib.i. Annalium, Legati qui miſſi ſunt, veniunt. dedicant mandata.

Dedignor, aris. vide in dictione Dignor.

Dediſco,is, didici. vide in dictione Diſco.

Dedititius,a,um. à deditus fit, & is eſt, qui ſe in alte-

[Ho]ſtis imperium dedidit. Curtius, Multitudo dedititiorum incolis nouarum urbium cum pecunia capta dono data eſt. Per abuſionem tamen dicimus, ego ſum dedititius tuus, id eſt, ubi deditus, & tuo imperio obnoxius.

Dedo, is, dedidi, deditum. ſignificat in perpetuum do, vel totum ſubdo, ſiue in manus poteſtatem'ue & arbitrium do, vnde Dedere ſe hoſtibus dicitur, q ſe in hoſtium poteſtaté tradit. Et traditio ipſa, Deditio d. Et qui ita ſe dedunt, Dedititii uocantur. Plautus in Amphi. Conuenit utri victi ſint, eo prælio urbem, agros, aras, focos, ſeq; uti dederent. Liui. lib. i. Sic ad Supplicium Numitori Remus deditur. Cæſar li. i. Heluetii omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miſerunt. Et Dedere, eſt ſimpliciter dare. Teren. Verberibus te cæſum in piſtrinum Daue dedam. Forma deditionis deſcribitur apud Liuium in deditione Collatiæ. Ita enim rex interrogauit. Eſtis'ne uos legati, oratoresq; miſſi à populo Collatino, ut uos, populumq; Collatinum dederetis? Sumus. Eſt'ne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditis'ne uos, populumq; Collatinum, vrbem, agros, terminos, aquam, delubra, vtenſilia, diuina humanaq; omnia, in meam populiq; Romani deditionem? Dedimus. Et ego recipio.

Dedocere, eſt ſecus ab eo quod quis doctus eſt docere, vel falſum id eſſe oſtendere. Quintil. lib. ii. Quãta in eluendis quæ ſemel inſederunt uitiis, difficultas conſequatur, quũ geminatum onus ſuccedentes premat. Et quidem dedocendi onus plus quàm docendi eſt. Propter quod Timotheum, clarum in arte tibiarum, ferunt duplices ab his quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, quàm ſi rudes traderentur. Græce ἀποδιδάσκω, ὅ ἐστιν ἀποδιδάσκειν. id eſt doceo. unde Doctor, magiſter.

Dedoleo, es. non doleo, vel dolore me priuo.

Ouidius libro tertio Faſtorum.

Quid me in deſertis moriturum liber harenis
Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel.

Dedolo, las, penul. prod. ſignificat dolabra vel eiuſmodi ferramento deorſum vel pulchre dolo, cædo. Columel. lib. v. Hæc eorumq; ſimilia pedamenta, poſt putationem retractanda ſunt, partesq; eorum putres dedolandæ.

Deduco, cis, pen prod ppríe ſignifi. deorſum duco. Verg. Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunã. Quandoq; Deducere, eſt de loco ad locum, ſiue de re ad rem ducere, idcirco ei ablatiuus datur, nõnũquam ſeparatiuus, accuſatiuus uero ſimiliter. Et tã in paſſiua ſignificatione quàm in actiua, quod præmonendum eſſe duximus, ne quis in paſſiua ablatiuos huiuſmodi putet agentes, niſi in exemplo Ciceronis quod dicemus. In actiua. Plaut. in Curc. Deduco pedes de lecto clàm, miles ne ſentiat, hic ponitur pro detraho. In paſſiua. Hiero. ad Heliod. Vbi quies nõ eſt, ibi mens à propoſito ſæpe deducitur. id eſt, reuocatur, ſiue remouetur. Idem in Paulo, Nec tamẽ accepto itinere deducebatur. Lactan. lib. iiii. pro detitare ſeu deſcendere poſuit. Diximus nomẽ religionis, à uinculo pietatis eſſe deductum, quòd hominẽ ſibi deus religauerit. Cice. Terentiæ, Neq; legit improbiſſima pœna deductus eſt, quò minus hoſpitii & amicitiæ ius officiumq; præſtaret. Hinc, Deductus, pro deterritus ſumitur, & ablatiuus pœna agens eſt, licet ſine præpoſitione ſit. Nam hoc fit interdum & in aliis. Aliquando ſine ipſo ablatiuo ſeparatiuo, & cum accuſatiuo mediãte præpoſitione ponitur pro delabi. vt apud Lactan. lib. 2. Homines autem ipſos ad tantam excitaté eſſe deductos, vt vno ac vero deo mortuos præferant. Proprie in ſignificatione ſua cum accuſatiuo mediante præpoſitione. Cæſar in primo cõmen. Cæſar una æſtate duobus maximis bellis confectis, maturius paulò quàm tẽpus poſtulabat, in hybernia in Sequanos exercitum deduxit. Verg. lib. i. Georg. pro diuertere, ſine ablatiuo & accuſatiuo poſuit.

Riuos deducere nulla Religio vetuit.

Sumitur & Deducere, pro in tenuitatem ducere. Pompo. Vocem deducas oportet, vt mulieres uideantur verba, quare & pro ſubtili, & nihil ſubruſticum proferre ponitur. Horat.

Quum lamentamur non adparere labores
Noſtros, & tenui deducta poemata filo.

Vergilius etiam deductum carmen ſignificãtiſſime dixit, quod quaſi filum de inuentione deducatur. Tractum à lana quæ purgatur, & in fila trahitur. Inde etiam pro imminuere, & detrahere, & Deductio pro imminutione, vt inquit Aſconius, Interdũ pro mouere. Sal. Arma deponere, præſidia de locis deducere. Interdum pro officii vel honoris gratia alicui comitatum præſtare, ut fit ferè cum pompa quadam, & ſæpe cum multo populo. Liuius, Frequentes eum deduxerunt domum. Cuius contrarium eſt Reducere. Cicero in Cato. Hæc enim ipſa honorabilia, quæ uidentur leuia atque communia, ſalutari, adpeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli. Comitaci eſt minorum, tam paucorum quàm multorum. Vergilius,

Ipſe vno graditur fido comitatus Achate. Et,
Magna commitante caterua.

Aſſectari, ferè quaſi per vrbem, ut fit quũ quis amicitia vel propinquitate, vel diſcendi ſtudio, vel alicuius commodi conſequendi gratia quempiã aſſectatur, quaſi illum præeuntem ſectatur, vti púer herum, filius patrem, diſcipuli præceptorem, clientes patronũ. Cicero lib. de ora. Quumq; maior natu, & conſularis Sergius Galba aſſectaretur. Eſt & Proſequor, quod eſt quaſi deduco, ſed in itinere, quum quempiam aliquantum longe comitamur. Liu. lib. ii. Decedentem domum, cum fauore & laudibus proſequuti ſunt.

Deerrare, eſt de uia ſiue ratione declinare. Cicero, Si tranſitionibus nullis utemur, & ſi nõ deerrabimus à propoſito.

Defalcare, ſignificat tollere & amputare. Ce.

Defamo, as. penul produ. famã priuo, ſicut Diffamo. Gellius, Vt uocabula eorũ quoq; deſamata ſiq; deformia cum ipſis uiderẽtur. Sed ex Græco omnino

ueniunt, φημὶ & φήμη. Id eſt, dico, & fama.

Defæco, cum diphthon. ſignificat à fæce purgo quaſi
fæcem detraho. Plin. lib. xviii. Per brumam uitem ne
colito, uina tamen defæcari, etiã diffundi, Hyginus
ſuadet. Vnde omnia pura, inturbata, & ſine ſordi-
bus, ac uinum ſine fæcibus, Defæcata dicuntur. Plau.
in Aulul. Nunc defæcato demũ animo egredior do
mo. id eſt, ab angore purgato. Proprie Colu. li. ulti.
Et defæcatum uinum in amphoras bonas adiicito.

Defectio, receſſio ſeu rebellio, vel militum ab impera
tore, vel ciuitatis à domino, qui dicuntur deficere,
quum ab eorum gubernatione diſcedunt. Liuius li.
i. Ob reſiduas bellorum iras maxime ſollicitati, ad
defectionem uoluntarios trahere. Cicero lib. iiii. Tu
ſculan. Omnium autem perturbationũ fontem eſſe
dicunt intemperantiam, quæ eſt à tota mente, à re-
cta ratione defectio. Aliquando dicitur diminutio
& decretio. Item in Cato. Quoniam delectabant ad
defectiones Solis & Lunæ, multo nobis antè præ-
dicere. Sunt & Defectiones in corpore humano,
quales mulieribus à conceptu accidere ſolẽt, ut eſt
illud apud Pſalmographũ, Defectio tenuit me pro
peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Quod
genus etiam malaciam in prægnantibus vocare Pli-
nius ſolet, Eſt enim Malacia in ſtomacho debilitas.
Et in mari Malacia pro tranquillitate capitur.

Defectio, ſiue Defectus Lunæ, Græcè Eclipſis dici-
tur, quo interpellari aliquando dies ſolet duorum
ſiderum occurſu. Cc.

Defectiuus, a, um. quod eſt mancum. Cicero li. i. offi.
Etenim cognitio contemplatioq; naturæ manca. id
eſt, defectiua quodammodo.

Defectus, a, um. participium à deficio uel deficior, ha
bet ſignificationem actiuam in uoce paſſiua. Colu.
Diligentis patrisfamilias eſt primam quanq; arbo-
rem ſenio defectam tollere. id eſt, quæ deficit. Quin
til. li. iii. Vt ſi obſeſſi & impares, & aqua ciboq; de-
fecti, de facienda ad hoſtem deditione deliberent.
Id eſt, qui defecerunt. Hinc fit comparatiuum Defe-
ctior, & ſuperlatiuum Defectiſſimus. Colu. in præfa
tione, Sed ſiue fundũ locuples mercatus eſt è turba
pediſſequorum lecticariorũq; defectiſſimũ quenq;
annis & viribus in agrum relegat &c.

Defectus, us. nomen, ſignificat penuriam, non uitium
aut culpam, aut morbum, ut, Defectu ciborum dedi-
mus nos hoſtibus. Liuius libro quarto, Defectus
alibi aquarum circa torridos fontes riuosq; ſtra-
gem ſui pecorum morientium dedit. Interdum Defe
ctus dicitur diminutio. Gellius libro ſecundo. Sed
de Lunæ motibus Solisq; defectibus. Plin. libro
primo, Defectus autem ſuos & Solis rem in tota
contemplatione naturæ maxime miram & oſtento
ſimilem. defectus animi, ſiue defectus animæ (ut Cel
ſo moris eſt loqui) Lipothymia & Lipopſychia
Græce dicitur. A noſtris etiam animi deliquium, &
verba linqui animo & intermori, & deficere, & ex-
tinctæ animæ ſpeciem præbere, quos Plinius & de-
fectos animo quãdoq; adpellat. Defecta uero cor-
pora, & defecti ſunt, quos Græci παρειμένους, quaſi re-
ſolutos dicunt, & reſolutionem ipſam παρέσεις ἀπο-
γυίων, qui & Synectici vocantur, & Synexes defe
ctiones. Plinius, Genus unum quod bion uoca-
mus, prodeſt ſtomacho diſſoluto, prægnantibus,
& defectis. Martialis,

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipſa ſui.

Defendo, is, fendi, fenſum. ex de & fendo, unde & Of-
fendo (quãuis fendo nõ reperiatur) ſignificat tueor.
Lactã. Qui ſæpe etiã malas copioſe defendiſti cau-
ſas. Duobus autem modis ab aliquo defendi dici-
mur, uel quum ille nos defendit, uel quum ipſi de-
fendimus nos, vel quum alius defendit nos ab illo,
tanquam iniuriam inferente. Vt ſi nobis aduerſari-
tur iudices, & Cicero tueatur, recte dicem⁹ defendi
nos à iudicibus, nõ quòd illi nos defendãt, ſed q
præſidio Ciceronis ab illorũ iniuria defendamur.
Differt tamen Defendere à propugnare, quia defen-
ſio eſt, quocũq; modo fiat, propugnatio autem nõ
niſi per contentionem. Rurſus Defendere eſt auerte-
re, depellere, prohibere. Gel. Q. Claudius hoſtes de-
fendebat à pinnis facillime. Cice. lib. iii. offi. Etenim
ſi quis nõ defendit iniuriam, neq; propulſat à ſuis,
quũ poteſt, iniuſte facit. Hoc autem fit ex ui prepo-
ſitionis, de quæ duplicem facit ſignificationẽ. Quũ
enim tueor ſignificat, tunc de auget. Quando verò
prohibeo, ꝓtectionis detractionem & negationẽ
facit. Dicimus autem, defendo frigus tibi, & Defen-
do te à frigore. Vergilius,

Solſtitiũ pecori defendite, iam venit æſtas. Et alibi,
Hic ego dum teneras defendo à frigore myrtos.

Defenſito, tas, frequentatiuum eſt. Cicero libr. primo
offic. Si igitur non poterit ſiue cauſſas defenſitare,
ſiue populum concionibus tenere, ſiue bella gere-
re, illa tamen præſtare debebit, quæ erunt in illius
poteſtate.

Defero, pen. cor. affero. Verg. lib. iiii.
Celeres mandata per auras
Detulit. Aliquando denuncio. Cice. Ruffo, Scito cõ
tubernales duntaxat meos delatos eſſe. Idem Sulpi
tio, Eiq; nec opinanti uoluntatem tuam, per literas
detuliſſe. aliquando in accuſationem defero, unde
Delator, occultus accuſator, calumniator. Sueto. in
Domit. Princeps qui delatores non caſtigat, irritat.
Aliquando prodo quod celatum eſt. Hierony. Sed
forte conqueſta, me delatorem, quòd te prodide-
rim clamabis. Pertinet etiam ad dignitatem & ho-
norem, & venerationem, & officium, uariisq; modis
ponitur ac conſtruitur. Ad dignitatem. Liui. libro
primo, Omnes Numæ Pompilio regnum deferen-
dum decernunt. id eſt, offerendum atq; tradendum.
Cice. Octauio. Quæ tibi non antè quàm poſtula-
res, maiora quàm velles, plura quàm ſaperes detu-
lit ſenatus. Ad uenerationem & officium. Ambroſ.
Nouerit deferre ſenatoribus. id eſt, uenerationem
exhibere, inſeruire, & ſubuenire. Aliquando Defer-
re, eſt tribuere. Hiero. ad Nepot. Honorent clericos,
& ipſis à clericis quaſi epiſcopis honor deferatur.
Scitũ eſt illud oratoris Domitii. Quur ego, inquit,

ſe habeam ut principem, quum tu me non habeas ut ſenatorem! Habeo, hic honoro, ſeu accipio ſignificat. aliàs pro loco. Cic. Trebatio, Vniuerſum ſtudium & beneuolentiam ad te defero. id eſt, tibi attribuo. Nauis in portum delata eſt. id eſt, deuecta. Hic delatus eſt lectica. id eſt deportatus. Ille detulit argentũ. id eſt, de loco tulit, & Diuinos honores parẽtibus detulerunt. id eſt, dederunt, ſeu celebrauerũt.

Deferueo, miteſco, placidus fio. Cc.

Deferueſcere, ſignificat decreſcere. Cic. lib. iiii. Tuſc. Aut rogandi orandiq́ ſunt, ut ſi quam habent ulciſcendi uim differãt in tempus dum deferueſcat ira. Deferueſcere autem ſignificat ardorem animi inuita ratione excitatum deponere. Ex quo illud laudatur Architæ, qui quũ uillico factus eſſet iratior, Quo te modo (inqt) accepiſſem, ni iratus eſſem? Sed hoc per tranſlationem, quaſi ira ſit ignis quidam animũ incendens. Columella proprie Deferueſcere, pro refrigerari poſuit, lib. ii. de fœno loquens. Prudentes agricolæ, quamuis iam illatum tecto non ante componunt, quàm per paucos dies temere congeſtũ in ſe concoqui & deferueſcere patiantur.

Defetiſcor, eris Defeſſus (inquit Priſcianus) compoſitum à fatiſcor, feſſus. quod quidam à fateor deriuari volunt. Sed Diomedi aſſentiendum puto, qui ait, Feſſus adpellatio eſt. poſtea ſequitur. Differt autem fatigatus à feſſo, quòd Fatigatus dicitur, quũ quis per alium laborare compellitur, ut laſſatus. Feſſus vero quum quis laborare deficit, ut laſſus. Feſſus igitur nomen non participium. Quia ſicut laſſus non eſt participium, ita nec feſſus, qđ eorum ſignificatio quaſi eadem planè oſtendit, quam uerius docuit. Ex qua oſtenditur non eſſe idem feſſus & fatigatus. Igitur nec à fatiſcor feſſus, neq; à defetiſcor defeſſus, quia feſſus nomen eſt, & eius compoſitum eſt defeſſus. Ipſa verba ſupinis atq; præteritis carere exiſtimo, quemadmodum & fatiſco. Et quoniam fatiſco in vſu eſt, nimirum fatiſcor obſoleuit, compoſitum tamen Defetiſco remãſit, & eadem penè ſignificatione ſumitur qua fatiſco, qđ deficio ſignificat. Defetiſcor uero ceſſo ſiue deficio. Et ſic duo verba nobis relicta ſunt, alterum neutrum ſimplex, & alterum deponens compoſitum. De fatiſco. Colu. lib. ii. Sed omni ſolo quod prædictorum leguminum ſegetibus fatiſcit, una præſens medicina eſt, ut ſtercore adiuues, & abſumptas vires, hoc velut pabulo refoueas. Vergil. lib. I. Georg.

Neu puluere victa fatiſcat.

De defetiſcor. Terentius in Phor. Iſthæc res mihi ſolicitudini eſt, neq; defetiſcar unquã ego experirier, donec tibi id quod pollicitus ſum effecero. De defeſſus, Idem in Adel. Defeſſus ſum ambulando. Eius contrarium Indefeſſus. Claud. lib. iii.

Accingar luſtrare diem per deuia rerum
Indefeſſa ferar, nulla ceſſabitur hora. Non requies, non ſomnus erit, dum pignus ademptum Inueniã.

Deficio, cis, ex de & facio. conſtruitur cum datiuo, & ſignificat deeſſe, uel non ſufficere. Cic. in Verrẽ actio. iii. Vereres ne mihi crimina non ſuppeterẽt, ne oratio deeſſet, ne uox uireſq; deficerent. Idem Serui. Sulpit. Sed opprimor interdum, & uix reſiſto dolori, quò ea mihi ſolatia deficiũt, quæ cæteris, quorum mihi exemplà propono, ſimili in fortuna non defuerunt. Et more ſuo hic fecit Cicero, ut per deſum, deficio expoſuerit. Hinc Defectus, pro priuatione deducitur. Legimus etiam Deficere abſolute poſitum pro deeſſe. Hircius, Quare neq; tanti ſum animi, ut ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeam, neq; tanti timoris, ut ipſe deficiam. Aliter alibi dixit, Martius Rufus quæſtor in caſtris relictus à Curione, cohortatus ſuos ne animo deficiant. id eſt terreantur, & animus deſit. Inuenitur etiam cũ accuſatiuo, pro derelinquere poſitum, quanquàm in ſenſu idem ſit cum deeſſe. Cicero, Prudentia nunquam deficit oratorem. Cæſar, Fruſtra meæ vitæ ſubuenire conamini, quam iam ſanguis vireſq; deficiunt. Saluſt. in Iugurt. Deſero vſus eſt in ſimilibus. Sed de ſtudiis partium, deq; omnibus ciuitatis moribus, ſi ſigillatim atq; pro magnitudine parem differere, tempus quàm res maturius me deſeret. Accommodatur huiuſmodi nominatiuus rebus inanimatis. ut, dies me deficeret. uox te deficit. & Oratio illum deficit. Lact. lib. ii. Non enim uerendum eſt ne te in tã bona cauſſa deficiat oratio, qui ſæpe etiã malas copioſe ac fortiter defendiſti. Cæſar libr. ii. Ipſos res frumentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his datiuo pro accuſatiuo utatur, non culpandus erit. Frequentius tamen cum accuſatiuo uſurpatur. Et notanter dixi rebus inanimatis accommodari in hac ſignific. quia nõ recte dixeris, Vxor uel res me deficit. ſed me deficit. Item deficere, cum actõ ſignifi. non ſuggerere. Verg. Quum iam glandes atq; arbuta ſacræ

Deficerent ſyluæ. id eſt, non ſuggererent glandes atq; arbuta. Interdum abſolutè ponit pro finire, deſinere. ut, Hic præ mœrore defecit. Martianus, Tum demum id agere conſilium erat quum uita defecit. Cõſtruitur quandoq; cum ablatiuo ſine prepoſitione, & ſic ſumitur pro carere ſiue priuari. Colu. li. iii. de uite loquens. Quumq; tranſtuleris (inquit) de humido in aridum locum, uide ne priſtino alimento deficiat. Idem, Commode fluunt, nec deficiunt macro ſolo. Et lib. iii. paſſiuo vſus eſt. Iugatũ quadam parte deficitur, quadam ſuperat. Et libr. viii. Qui ſi memoria deficitur, quò minus agnoſcat cuiuſq; progeniem, pice liquida eandem notam ſcrofæ & porcis innotat. Capitur & pro diſſentire, recedere ſeu rebellare, & tunc ablatiuo iungitur cum præpoſitione. Sallu. in Iug. Quod oppidum primum omnium poſt malam pugnã ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur, qui ab his quorum ſub imperio ſunt deficiunt, & in hoſtium numerum ſe conferunt. Cicero in Lælio, Difficile eſt amicitiam manere, ſi à uirtute defeceris. Liuius lib. ii. Eodem anno duæ coloniæ Pometia & Clora ad Aruncos deficiunt. ſubintelligitur. n. à Romanis deficiunt, trãſeũtes ad Aruncos. Inde Defectores, q trãſeũt de vno exercitu ad aliũ.

Defigo, is, pen. prod. deorſum figo, planto, mitto'ue. Colu. li. ii. Tũ in terrã bene paſtinatã & ſtercoratã

ſectum ſarmentum defigito. Vergil.lib.ii. Georgi.
Altius & penitus terræ defigitur arbos
Ficulus in primis. Lactant.lib.ii.
Oculos ſuos ab alto deiiciunt, ſoloq; defigunt.
Aliquando pro ferio, vel transfodio. Perſius,
Ore teres modico pallentes radere mores.
Doctus & ingenuo culpam defigere ludo.
Aliquando valde figo, vnde eſt illud. Abominatio eſt domino defigens oculum. Aliquando defatigor ac viribus attonitorum modo linquor, ut apud Plinium lib.vii. Defigatur, poſtremo expiret.

Definio, is, penultima producta, termino, decerno, & quaſi finem do, unde & Definitio, & Finitio, & conſtat ex genere & differẽtiis. & eſt oratio quæ id qđ diffinitur, explicat qđ ſit, Eſt enim coactæ in ſe atq; complicatæ rei explicatio, velut quum dicimus. Homo eſt animal rationale & mortale. Quint. Finitio eſt rei propoſitæ propria, & dilucida, & breuiter cõprehenſa verbis enunciatio. Alias deſcriptio dicitur. & fit multis modis.

Defioculus, dicitur qui eſt captus vno oculo, quem Luſcum alio nomine uocitamus. Mart. Hinc defioculus & hinc lippus.

Defit, Deeſt. cum datiuo conſtruitur. Terent.in Hecy. Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus ſit benigne præbeatur. Verg. Lac mihi non æſtate nouum nec frigore defit. vbi Priſcia. Deficio, loco paſſiui. Defio facit, & deinde Defectus.

Deflacco, as, attero. Tractum à veſtibus, ſiue à flacco, ut ait Nonius.

Deflagro, as, penulti. produ. vehementer comburor, ideo cum ablatiuo conſtruitur. Cic.li.iii. Offic. Ictu fulminis deflagrauit.

Deflecto, is, deorſum flecto. Colu.lib.iii. Quum iam ſatis amplum incrementum ſuſceperit, ramũ oliuæ deflecte, & ad eius arboris ficulneæ religa. Cic.lib. iii. Offic. pro declino per trãſlationem poſuit. Hoc autem de quo nunc agimus idipſum eſt quod utile, in quo verbo lapſa conſuetudo de uia deflexit.

Deflorere, eſt ſine floribus eſſe, quod fit quum flores decidunt, unde & Defloreſcere, qđ eſt, ſine floribus fieri. Plin.lib.xvii. Peſſimum eſt inter omnia, quum defloreſcẽtem uitem & oleam percutit imber, quoniam ſimul defluit fructus. Cice. ad Heren. per tranſlationem. Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut uetuſtate. Eiuſdem ſignificantiæ eſt Effloreo, ut eſt in Pſal. Dies eius tãquàm flos agri ſic efflorebit. Aliquando etiã Deflorere eſt flores emittere. Colu. lib.ii. Et quũ totã ſpicã edidit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta qbus poſt florẽ ad maturitatem deuenit. Sic effloreſcere eſt valde floridum fieri. Cic. in Lælio, Quæ tamen effloreſcit amicitia, etiam ſi tu minus eam ſecutus ſis.

Defluere, deorſum fluere, & ꝓprie de fluminibus dr. Per tranſlationem ſignificat decurrere, delabi. Cic. in Lælio. Ad leuiores amicitias defluxit oratio. Sal. in Iugurt. Vbi per ſocordiã vires, tẽpus, ingeniũ defluxere. q; eſt quaſi decidere & perire. Lactã.li.iii. pro in nihilum redigere poſuit, Nauis ſine gubernatore abit peſſum, & corpus relictum ab anima defluit. Quãq; ponitur pro valde fluere, abundare. Ambro. Peccator quamuis fons abundet, & delitiis defluat, odoribus flagret, in amaritud.ne animæ ſuæ vitã exigit. Quãdoq; pro ſubtus fluere. Verg.lib.iii. Geor.
Vdis aries in gurgite villis
Merſatur, miſſusq; ſecũdo defluit amni.
Defluere etiam dr, quod ætate morbo'ue ſoluitur. Vnde Defluere capillus dicit & qui defluit dicit Defluus, & Defluuiũ, capillorũ fluxus.

Defluuium, ipſe decidendi actus. Plin. Sed defluuia comarum ſarcire dicitur.

Defluus, a, um, quod decidit, aut decidere ſolet. Pli.li. xx. Hippocrates capillorum mulierum defluos fricari raphanis iubet.

Defluxus, idem eſt quod defluuium.

Defodio, is, pe.cor. ſepelio, obruo. Liui. Fuerãtq; defoſſi annis quindecim ſupra quingentos, & durauerant, ſcilicet libri. Plaut. in prol. Aulularia. Domi ſuæ defoſſam multis cũ opibus aulã inuenit. Col.li. viii. pro fodiẽdo poſuit, quũ dixit. Cõfeſtim ſcrobẽ defodiamus in limine ſtabuli, & viuã pecudẽ, q̃ ſit poſtuloſa, reſupinã obſeruan.... Defodere, ẽ infra ſiue deorſum fodere. Idẽ li.xi. Paſtinaſ terreni iugerũ, ita vt ſolũ in altitudinẽ triũ pedum defodiatur.

Defœtus, a, um, per œ diphthon. idem quod deſtitutus, ſicut Effœtus, fœtu deſtitutus. Ouid. in Ibin,
Sit quoq; quod rarum eſt ſolito defœta fauore
Fortunæ facies inuidioſa tuæ,
Hinc defœtiſſimus. Colu. Sed ſiue fundum locuples mercatus eſt è turba pediſſequorũ lecticariorũq;, defœtiſſimumq; annis & viribus in agrum relegat.

Deforme turpe, quaſi deorſum à forma. à quo Deformitas & Deformo, as, qđ eſt forma ſua deiicio. De quo in dict. Formo.

Deformicatum, uide in dictione Formicatio.

Deformo, as, deſtruo, & quaſi de forma deiicio, & ab aliqua forma muto. Cicero, Qui ſunt qui Italiã deformauerunt? Carthaginenſes. Apul.libr. de Aſi. Alius furore ac miſera macie deformatus. Lactan. de Opifi. Dei, Quàm mirabili, quàm diuina ratione molitus eſt, ut tamen hiatus ipſe naſi, oris ſpeciem non deformaret. Item Deformare, eſt figurare, & noua forma inſignire. Vitruu. libro quinto, Tragicæ ſcenæ deformantur columnis, ſignis, & regalibus rebus. Hieron. in libro Numeri, Turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.

Defraudare, eſt per fraudem aliquid decerpere, uel fructum diminuere, aut priuare. ut eſt illud, Qui ſophiſtice loquitur odibilis eſt, in omni re defraudabitur. Defraudare uero genium, eſt interrumpere uoluptatem.

Defrico, as, penul. prod. valde frico. Colu.lib.ii. Totumq; eorum ſuppalatum ſale defricato.

Defrigo, gis, xi, vide in dictione Decoquo.

Defringo, deorſum vel valde frango, ſiue decerpo, decido. Colu.lib.vi. Plerunq; fit, ut aut crure aut cornibus boum ramuli vitium defringantur. Verg.

Defolio · as · [illegible]

Aut ſummas defringe ex arbore plantas.

Defrugo, gas, penultima producta omnem fructum exhaurio. Defrugare ſegetem uidetur, qui uel nimia fœtura exinanit agros, uel per inſcitiam aut neglígẽtiam perdit laceſſit'ue fruges, omnino quum vel feſtinata ſementis eſt, vel ſerotina, præpropereq́; aut præpoſtere quid agitur, defrugari ſegetẽ contingit. Plin. lib. xviii. Oraculũ illud magnopere cuſtodiendum, ſegetem ne defruges. Colum. Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinaniri.

Defrutare, muſtum decoquere, ut inde defrutum fiat. Columella libro ſecundo, Sed defrutum quoq; & defrutare uinum licet, hinc Defrutarius, a, um, ut uaſa defrutaria apud Colum. dicuntur, quæ ad defrutum idonea ſunt.

Defrutum, à deferuendo (ut inquit Pal.) uinum decoctum, Plinio autore, uſq; ad mediam partem. Sapa uero à ſapiditate, muſtum eſt ad tertiam partem decoctum. At Colum. aliter, Muſtum (inquit) quã dulciſſimum decoquitur ad tertias, & decoctũ ſicut ſupra dixi defrutum vocat. Sic Nonius. Sapa, quæ nũc mellacium, muſtum ad mediam partem decoctum, defrutum, ſi ex duabus partibus ad tertiã redigatur.

Defugere, recuſare, in totum fugere. Lactan. lib. v. Nõ defugi hunc laborem, ut implerem materiam, quam Cyprianus non eſt executus.

Defundo, deorſum fundo. Cato de Re ruſtica, Aquã defundito non omnem, eo addito oleum.

Defungor, eris, uide in dictione Fungor.

Degener, penultima correpta, qui maiorum ſuorum moribus non reſpondet. Ponitur quandoque pro ignobili & vili. Vergilius,

Degeneres animos timor arguit.

Eſt aũt gene. omn. in ablatiuo degenere vel degeneri. Luca. Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte.

Degenerare, idem eſt, quod à genere deſciſcere. Vergil. ii. Georgic.

Poma'q; degenerant ſuccos oblita priores. id eſt, deteriorantur in ſapore. Propertius,

Dii m. hi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis.

Dicimus autem degenerare, tam à malo quàm à bono. Liu. lib. ix. Ne degeneraueris, à familia imperioſiſſima & ſuperbiſſima.

Deglabrare, depilare, & glabrum facere.

Dego, is, ex de & ago, ſed abiicit a, præteritum facit degi, ſupin. dactum, ſecundum analogiã, ſed nuſquã legi. neutrum eſt, ſed in ter. perſo. paſſiue eo uti Poſſumus. Et quandoq; abſolutè, quandoq; cum accuſa. ſignificatq; deduco, ſiue ad finem uſq; duco & ago. Lactan. li. v. Quò rectius vita degatur, non eſt neceſſe omnia circuire. Item Degere eſt uiuere, Idem in eo. Idcirco cum uoluit ſub aliena ditione atq; imperio degere, ne rei ſi pſperitate corruptus, in luxuriam laberetur. Item expellere, detrahere. Plautus in Aulu. Nunc ego iſtum ſoror laborem degam & diminuam. Idem in Epid. Degitur corium de tergo meo.

Degrado, ab imperitis dicitur, ubi dicendum eſſet de ſtero. Cornucop.

Degrummari, ſignificat à grumma menſura dirigere. Lucil. Viamq; degrummaris, ut in caſtris mẽſor faciat olim.

Degulo pen. cor. gulæ trado. Plautus, poſtquam degulato patrimonio pauper eſt factus.

Dehinc, de quinanci. id eſt, poſthac. Terentius in Andria, Dehinc ut quieſcant porrò moneo. Item ſignificat appreſſo, id eſt, déinde. vt ſit aduerbium ordinis. Sall. In primis arduum videtur res geſtas ſcribere. Primum quòd facta dictis exæquanda ſunt. dehinc quia pleriq; delicta quæ tu reprehenderis, maliuolentia atq; inuidia putant eſſe dicta.

Dehiſcere, valde hiſcere, ſiue deorſum peſſum'ue aperiri. hic enim De auget. Plin. lib. ix. Acus ſiue belone, vnus piſcium dehiſcente propter multitudinem utero parit. hoc eſt, ſe aperiente.

Dehoneſtamentum, cicatrix eſt, uultum hominis dedecorans, aut oculi effoſſio. Gell. lib. ii. Quo dehoneſtamento corporis maxime lætabatur.

Dehoneſto, as, contrarium uerbi honeſto, quod ſignificat honore afficio, Auguſt. lib. v. Quid nocuerunt tibi, in quo imperium tuum dehoneſtauerunt?

Dehoneſtus, a, um, quod eſt valde honeſtum. Gell. Dehoneſtum deculpatumq; uerbum.

Deianira, filia fuit Oenei Aetoliæ regis, cuius regia Calydon erat. Hæc adeò formoſa erat, ut multos procos haberet, tandem Acheloo deſponſata eſt primo déinde Herculi. Itaq; nuptiarum gratia ortũ eſt inter eos certamen, ſed Acheloo victo, Herculi ceſſit. Cornucop.

Deidamia, ſiue vt alii uolunt Deiamia. filia fuit Lycomedis Scyri regis, cum qua Achilles conſuetudinẽ habuit, & inde natus eſt Pyrrhus. Cc.

Deiero, as, penultima correpta, ualde, uel ſancte, ſeu libere iuro. Gell. libro primo, Nã quum amicus eũ rogaret, ut pro re, cauſſaq; eius falſum deieraret, his ad eum uerbis uſus eſt.

Deiicio, is, penultima correpta, deorſum iacio, vel deorſum mitto. Plau. in Aſin. Iuſſin' columnis deiicẽ operas aranearum? Vergilius,

Toto genitrix quæ plurima cœlo Deiicit in terras.

Liuius lib. ii. pro iaciẽdo defigo poſuit. Dum intentus in eum rex totus aduerteret, alter elatam ſecurim in caput deiecit. Per tranſlationem ponitur pro auerto. Cicero in Philippi. Nec vero uſquàm, nec à Repub. oculos deiiciebam. Item pro depellere. ut apud eũdem. Si me ædilitate deieciſſet. Ab hoc verbo fit Deiectus, us, pro deiectione.

Dein, ex de & in. ſumitur pro déinde. Exin, pro exinde. Proin, Proinde. Subin', ſubinde. Et hæc habent accentum in prima, ſignificatq; Déinde, poſtea. & eſt una pars orationis, ut inquit Serui. Et in tertia à fine accentũ habet, licet pen. prod. ſit quod Ideo factũ eſt, ut oſtenderetur una pars eſſe orationis, ne ppoſitio iungeretur aduerbio. quod uitioſum eſſe videtur.

Deincipem, ueteres proximum quenq; capitum dicebant, quemadmodum Principem primum capitum. Cornucop.

Deinceps, propriè ſignificat gradatim, per ordinem,

ſiue per uices, ſiue quod dicere ſolemus, unum poſt aliũ. Liui. li. i. ita duo deinceps reges alius alia uia, ille bello, hic pace ciuitatẽ auxerunt. Cic. Ther. Sed tu tres fratres ſummo loco natos, promptos, nõ indiſertos, quos uideo deinceps tribunos ple. p triennũ fore, te nolo hẽ iratos. Colu. li. vi. Quod quomodo & qualis generis faciendum ſit, non pigebit deinceps præcipere. id eſt, per ordinem, Interdũ ſumitur pro deinde, ſiue poſtea. Hieron, Verſa eſt & ipſa ſine coitu in matrem, ut non ſit iam admodum quod fuerat, ſed purpura uerißima, ad indumentũ & gloriã ſummi regis, diuinitus aptißime dedicata, vt nulli deinceps ea uti uſu fœmineo licuerit, niſi Deo. Interdũ ſignificat præterea. Liuius, Extemplo aduocato cõcilio, ſcelera in ſe fratris, originẽ nepotum vt geniti, ut educati, vt cogniti eſſent, cædẽ deinceps tyranni, ſeq; eius autorem oſtendit.

Deinſup, pe. cor. ſignificat deſup. Sall. lib. I. hiſt. Ad mediũ deinſup altantũ manibus in murũ attollit.

Deintegro, pe. cor. ſignificat totum denuo, ſiue à principio ad finem. Teren. in And.

Poſthac quas faciet deintegro comœdias,

Deintegro, gras, penul. corre. diminuo.

Deiopea, ſiue Deiopeia, Nympha. λέγεσθαι αὐτὴν οὕτως ὅτι δοκεῖ ἐπὶ ἵμερον τὸν ἔρωτα ἐφίημι, καὶ ὅπον φωνήν. Ita vt ab hac proprietate nominarit, vẽtorum flatibus conueniente.

Deiphile, nomen Adraſti regis filiæ, & Tydei vxoris, matris Diomedis.

Deiphobe, Nympha fuit, Glauci filia. Vergi.

Deiphobe Glauci fatur quæ talia regi.

Deiphobus, pe. cor. nomen filii Priami ex Hecuba.

Deipylus, penulti. correp. fuit Steleneі filii Capanei in bello amiciſſimus.

Deiugo, gas, pen. corre. diſiungo. cui contrarium eſt Coniugo.

Deiurium ſanctum iuſiurãdum. Gell. Octo ad hoſtes redire uoluerunt, q; deiurio uincti forent, duo relliqui Romæ manſerunt.

Deiurur, penul. prod. qui ſancte ac valde iurat.

Delabor, pen. prod. demittor. Liui. lib. i. Cœlo repentè delapſus. Quando q; conſumor, & ad nihilũ redigor. Cice. lib. 2. Offic. Habenda eſt autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi ſinere flagitioſum eſt. Quandoq; decido. Vergilius.

Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. id eſt, quæ deciderant.

Delachrymare, eſt lachrymas, vel aquam more lachrymantis dimittere. Colum. lib. v. de uite loquens ait.

Vt interdum potius deuexa quàm in germine delachrymet.

Delanico, cas, pen. cor. diſcindo, & quaſi lanã traho. vnde Lanius, qui pecus diſcindit.

Delapidata, dicuntur lapide ſtrata, quales ſunt uiæ apud Bergomum.

Delaſſo, as, valde laſſo. Plau. in Aſi. Eum etiam hominem in ſenatu dare operã, aut clientibus, ibi labore delaſſatum, totam noctem ſtertere.

Delatores, occulti accuſatores. & Delatio, talis accuſatio. vide quæ dicuntur in Deſero, Cornucop.

Delebile, quod deleri poteſt, cuius contrarium eſt Indelebile.

Delectatio, (inqt Cic. lib. iiii. Tuſ.) eſt voluptas ſuauitate auditus animũ deliniens. & qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorũ, & tactuũ, & odorationum, & ſaporũ, quæ ſunt omnes vnius generis ad pfundendũ animum, tanquàm illiquefactæ uoluptates. Secundũ hanc definitionem Delectatio à delecto eſt. Itẽ Oblectatio eſt ab oblecto, quæ actiuæ ſignificationis ſunt. Quũ verò Delectatio aut Oblectatio ſumit pro uoluptate eius, qui eiuſmodi q̃ dicta ſunt à Cicerone aut aliis, delectatur ſiue oblectat, tũc à delector oblector ue erit. Quàuis à delecto vel oblecto in paſſiua ſignificatione etiã ſumi pſit.

Delecto & Oblecto, frequentatiua ſunt, & cõpoſita à lacio, is, Delecto enim à delicio, & oblecto ab oblicio, quod ex de & lacio cõponitur. vnde fit Lacto, as. Delecto ſæpius in tertia perſona utuntur autores. Cicero Ruſo, Ita q; me & ſupiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus expectatum meũ aduentũ abs te amanter videbam. Et habet nihilominus in ſe ſignificationem actiuam, quãdoq; etiã paſſiuam eodemq; modo conſtruitur quemadmodum oblecto. Idem Pæto, Plures iam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos, tu te iſthic Atheniano iure delectato, ego me hic Hirciano. Oblecto uero plerunq; in ſe ſignificationem paſſiuã habet, quamuis & actiuam. Et quanquàm paſſiuã habeat, tamen regit accuſatiuum non alterius perſonæ aut rei, quàm eius qui ſe oblectat. Et ultra accuſatium, ablatiuum poſtulat, ex quo paſſiua eius ſignificatio mõſtratur. Teren. in Eunu. Me ſperes, me te oblectes. Quo itẽ modo delecto ſumitur ex ſuperiore Ciceronis autoritate. Idem in actiua ſignificatione ſumpſit, quũ in Catone ait. Quas ſi exequi neſcirem, tamẽ me lectulus meus oblectaret. quod eſt, quaſi delectaret. Et pro Archia, Adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant. ſcilicet literæ. Quandoq; cum ablatiuo mediante in, & hoc ut oſtendatur maior uis delectationis. Teren. in Adel. In eo me oblecto, ſolum id eſt charũ mihi. ut ſit, quaſi in eo conſiſto, tanquã in delectatione mea præcipua. Si enim dixiſſet, Eo me oblecto. hoc ad partẽ quandam ptineret oblectationis, quã de illo, non in illo ſumit. Sic Lactan. lib. ii. inquit, illos non diſputare vt doceãt, ſed ut ſe oblectẽt in ocio. Et fit Oblecto ab oblicio, ſicut à delecto fit Delectatio, Delectamen, & Delectamentum, ſic ab Oblecto, Oblectatio, Oblectamen, & Oblectamentũ. Delectare uero proprie ſignificat attrahere, ducere. Ennius, Et me Apollo ipſe delectat ac ductat. Delphicus, Quadrigarius, Fabius de nocte cœpit hoſtiũ caſtra oppugnare, hoſtem delectare. Et quoniã quæ grata ac iucunda ſunt, nos attrahere ſolẽt, factũ eſt vt Delectare ſit gratũ eſſe, ac iucũditate afficere. Legimus etiã Delector. quod quidam deponens putauerunt, ſed magis paſſiuum eſt, licet nõ habeat ablatiuum cum præpoſitione. Columella lib. i. Iucũdius vtiq; viro,

ſi etiam

ſi etiam matrona comitatur, cuius vt ſexus, ita animus eſt delicatior, amœnitate aliqua delectanda erit, quo patientius moretur cũ viro. Quod in aliis etiam verbis fieri ſolet. vt, Deſiderium tenet me. Ego teneor deſiderio. Sic obiector. & huiuſmodi, quæ ſignificationem paſſiuam innatam habent. Lactã. lib.ii. Auro, & gemmis, & ebore delectantur. Idem oblectatur friuolis, & ſpecie ſimulachrorum capitur. Cicero Cælio. In cõmunibus miſeriis hac tamẽ oblectabar ſpecula. Differunt tamen Delector & Oblector, à Delecto & Oblecto, quamuis eandem ſignificationem paſſiuam innatam habeant, quòd hæc accuſatiuũ eiuſdem pſonæ extrinſecus uolũt, cum ablatiuo ſine præpoſitione, vt, Delecto, ſiue Oblecto me hac re. Illa vero ſine accuſatiuo ipſius perſonæ cum ablatiuo tantũ eius quo delectamur, vt Delector, ſiue Oblector tua conſuetudine.

Delectum rerũ habere, eſt inter res ipſas, circa quas humana vita verſatur. Delectus enim fit à deligo, quod ſignificat eligo, & differentiam facio.

Delego, as, pen. produ. deputo, præficio, vt quũ quẽpiam mei loco officio negocio'ue exequendo præficio. Col. lib. iiii. Imò quis nõ imprudentiſſimum quenq;, etiam eum qui nihil aliud operis facere ualeat, huic negocio delegat. Cicero. Poſt delegatam mihi hanc puinciã. id eſt poſt onus mihi impoſitũ. Hinc Subdelegare dicimus, delegatas nobis à principe cauſſas, alteri cognoſcendas iniungere. Delegare, etiam ſignificat legatos mittere. Liuius, Decernunt, vt duodecim delegarentur ad regem. Veteres Delegare, pro diſcedere & diſpertire poſuerunt. Plau. in Amphitryo. Si cui fautores delegatos viderit. Et delegata, dixerunt Diis conſecrata, quæ nunc dedicata dicimus.

Deleo, les, leui, letum, ex de & leo (vt inquit Priſcianus.) vnde Deletũ. ſignificat deſtruo, & refertur ad lineam & ad notam. Tractum à tabella Geometrica, Nam ibi ſcribunt, ſeu lineas faciunt, quas poſtea delent, ut aliæ ſuperfiant. Aliquando eſt in totum leuare & remouere. Terẽtius, Delebo omneis dehinc ex animo mulieris. Diomedes uerò, Deleor, Delitus, & Deletus. Varro. Delitæ literæ, quod tamen à delino eſſe poteſt.

Deleterion, δηλητήριον, Latinè dicitur venenum.

Deletile, pe. cor. quod delet. Varro. Si diſplicet tibi, tam magnum ſumam ſpongiam deletilem. Interdũ Deletile ſeu Delititium eſt deletum, vt chaeta deletilis ſeu deletitia, quæ abraſis prioribus literis reſcribitur. Alio nomine Palimpſeſtus vocatur.

Delico, as, pe. cor. indico, explano. Titus, Quid iſtuc eſt, aut iſte vult ſermo, miſ delica. id eſt, explana. Veteres etiam Delicare, pro dedicare qñq; dicebant.

Deliacus, a, um, qui eſt ex Delo, vnde Deliaca dicta ſunt vaſa ex ære precioſo, ab inſula Delo, vbi fuit prima nobilitas æris. Pli. lib. xxxiiii, Antiquiſſima æris gloria Deliaci fuit mercatus in Delo, concelebrata toto orbe. Cicero pro Roſcio, Domus Chryſogoni referta vaſis Corinthiis & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes tricliniorum fulchraq;.

Delibatorium, locus delibationi accõmodatus. Plin. lib. xvi. Fuit & memoria noſtra in porticibus ſepto cum, à M. Agrippa relicta, æque miraculi cauſſa, q̃ delibatorio ſuperfuerat uiginti pedibus breuior ſeſquipedali craſſitudine.

Deliberare, dictum eſt à libella, qua quid perpenditur, & ſignificat definire. Cicero in Verrem, Deliberatum eſt. id eſt, fixum, & decretum eſt. Aliquando dubitare. Cic. lib. iii. Offic. Eſt enim totum ſceleratum & impium, qui deliberant utrum id ſequantur quod honeſtum eſſe uideant.

Deliberatiuum, genus eſt quod in conſultatione poſitum, habet in ſe ſuaſionem & diſſuaſionem.

Delibo, as, penult. produc. ſignificat more religioſo libo, & oſculor. Interdum uiolo, deſtruo, uitio. Colu. lib. ii. Ne'ue aut cornu bos ad ſtipitem uehementius offendat, aut extremo iugo triticum delibet deplanetq;. Gell. lib. I. Rependitur quippe & compenſatur leue damnum, delibatæ honeſtatis. id eſt, uitiatæ. Et Delibare eſt deguſtare, ſacrificare, & aquã ſulco deriuare. Sed quum Græcum ſit, unde quid ſignificet λείβω.

Delibro, as, pen. cor. decortico. Colu. lib. iii. In ea nitidiſſimum ramum eligito, & eiuſdem ſpatii corticem circũcidito, & materiam delibrato. Idem libr. v. Cortex quoq; acidus, fiſſusq;, per ſumma trunci dependens delibrandus eſt. Eſt & Delibro à libra deductum, & compoſitum à libro, as, cuius penul. producitur. de quo in dictione Libro.

Delibutus, vnctus. Teren. in Phormi. Si te delibutum gaudio reddo. Cic. lib. iii. ad Heren. pro conſperſus poſuit. Aut ſi quam rem deformabimus turpem, ut ſi cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus. Eſt autem participium ſine uerbo, nec ſcio an compoſitum ſit.

Delicatus, à delitium fit, & idem eſt quod plenus deliciis, ſeu qui in deliciis uiuere aſſuetus eſt. & p metaphoram mollis ac tener dr. Colu. Cultam ueſtitamq; familiam, utiliter magis habeat, quã delicate.

Delicias facere, ſæpe legitur pro eo, quod eſt fermè laſciuire ac luſitare, & ſe quodãmodo faſtidire, ac ſuperiorem eſſe uerbis, aut geſtu oſtẽdere, quod aliter dicitur Deliciari. Plautus, Eia delicias facis mĩ Menæchme, quin amabo is intro. Hiero. ſuper Canti. Delicia bitur a fit nõ in uno ſolo edendi guſtãdiq; ſenſu, ſed & auditu deliciabitur & uiſu.

Delicium, in ſingulari, & Deliciæ in plurali. oblectamentum, oblectamenta'ue, q̃ nobis uoluptati ſunt à delicio, quod ex de & lacio cõponitur. Martia.

Stellæ delicium mei columba,

Verona licet audiente dicam.

Vicit maxime paſſerem Catulli. Sueto. Titus amor ac deliciæ generis humani. Dicitur etiam delitia fœmin. gen. Plautus, Mea voluptas, mea delicia. Licet Delicia dicatur etiam genus tigni, quod à culmine ad tegulas angulares infimas verſus faſtigiatum collocatur, vnde tectum ipſum Deliciatum, & tegulæ Deliciares dicuntur, ſiue Colliciares.

Delictum, peccatum. à delinquo, is, quod qui peccat

delinquat officium ſuum. Nam proprie Delictū eſt, quum non fiunt quæ fieri debent, Peccatum, quum fiunt quæ fieri non debent.

Deligo, gis, pen. cor. ad magis idoneis aliquem lego, ad aliquid agendū. vt Populus delegit imperatorē ad bella, & imperator milites ad arma. Plautus, Cōtinuo delegit viros Amphitryo primorū princeps, eos legat Telebois hoſtibus. Vnde Delectus militū dicit. Eligere, eſt de quouis numero & quauis multitudine electionem facere, ad emolumentum vel dignitatem. vt, Quàm optimam ſibi manſionē elegit. Hinc Electio, & Elegantia. & poſtulat duplicē accuſatiuum, ſed vltimum cum In. ut, Cardinales elegerunt Alexandrum in pontificem. Cooptare dicitur inter collegas, aut ferè pares. Cicero in Bruto, A' quo in collegium augurum fueram cooptatus.

Delimo, as, pen. prod. deorſum ſeu de aliqua materia limo. Plin. Alii delimatam æris ſcrobem aceto ſpargunt. Apuleius, Delimatum poſuit pro delinito. Anus (inquit) muneribus delimata conſenſit. Eiuſdem ſignificationis eſt Elimo. Plin. lib. xxxiiii. Alii elimatam ſcrobem in fictili cado coquunt in caminis donec percoquatur figulinum.

Delinimentum, oblectamentū, Lactan. lib. vi. Vitia vero quibuſdā delinimētis naturalibus illicere animos hominū, & inanium iucūditatū ſpecie captos, ad acerbas amaritudines miſeriasq́ perducere.

Delinio, nis, penul. prod. ual de linio, vngo, ſeu ſileo. Cicero per tranſlationem vſus eſt ad Cæſarem lib. i. Iam eſt biennium quum uirtuti nuncium remiſiſti, delinitus illecebris uoluptatis. Et Delinitus, dicitur mente alienatus. Plautus in Amphitryo. Delinitus ſum profectò, ita vt qui ſim neſciam. Significat itē permulceo, ac valde placo. cuius paſſiuum protulit Colume. lib. x. Sed tamen (inquit) iracundia notæ melioris facile delinitur aſſiduo interuentu eorum qui curāt aluearia. Plautus in Sti. Senex caſtigat filias, quòd hæ uiros tam perſeuerent peregrinantes pauperes ita ſuſtinere fratres, neq; relinquere, contraq; verbis delinitur commodis.

Delinio, nias, ex de & linio. quod à linea fieri certum eſt. ſignificat deſigno. ut fit quum articulatim homines aut res à pictoribus initiantur. Plinius de Apelle, Arrepto carbone extincto è foculo, imaginē in pariete delinlauit, vnde Liniamenta dicta ſunt. Idē paulo poſt. Nec qui ſuccederet operi ad præſcripta liniamenta inuentus eſt.

Delino, is, penul. corre. delini, deleui, & deliui, delitum. pen. correp. vnde Delitus, pro fœdatus. Cic. Caluo, Tuli moleſte, quòd literæ delitæ mihi à te redditæ ſunt.

Delinquo, is, fallo, ſeu à bono deficio, prætermitto. Plaut. in Amph. Ex me quæris quid deliqueris. Quū vero prætermittere ea quæ præteriri non debent, peccare eſt. Delinquere pro peccare ponitur. Sed proprie Delinquere (vt Augu. in Pſalmorum interpretatione inquit) eſt tanquam de liquido quodam defluere, à ſtabilitate firmamēti virtutis atq; iuſtitiæ.

Deliquium, defectus, vt deliquium Solis, quum Sol in curſu ſuo deficit. Et Deliquium animi, quum animus linquitur, & quis animo deficit. Plautus eo frequenter pro animus utitur.

Deliro, ras, pen. prod. à recto decedo. Tranſlatio ab aratore. Nam lira, eſt recta foſſa, quæ contra agros tuendos ducitur, & in quā vligo terræ decurrit. Et quia rectus eſt ſulcus, delirare dicitur, qui vltra ſulcum. id eſt, recta uia declinant. Hora.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.

Eſt autem compoſitum ex de & liro, quaſi deorſum liro. Lirare vero, eſt agros in ſulcos dirigere.

Delirus, penul. produ. qui inſanit, & qui à ratione diſcedit. Ratio enim eſt uia recta, per quam omnes ducuntur. Lucretius.

Quod facit hic idem delirus eſſe videtur
Nam contra ſenſus à ſenſibus ipſe repugnat.

Vide in dictione Lira.

Deliteo, tes. pe. cor. ex de & lateo. ſignificat deorſum latens ſto, ſed non inueni niſi in præterito. Vergi.

Limoſoq; lacu p noctē obſcurus in vlua Delitui,

hinc Deliteſco. quod eſt, eo vt lateam.

Delius, qui eſt ex Delo. vt Apollo Delius.

Delli, lacus erant breuiores, nō longe è Catina, miræ pfunditatis, quos incolæ Crateras uocant. Cc.

Delos, Græcæ, Latinè manifeſtus, quo nomine dicta eſt inſula in Aegæo, omnium cycladum clariſſima, alumna Apollinis, tēplo & mercatu nobilis. Dicta Delos, (vt docet Ariſtoteles) quòd quum merſa eſſet, ſubito apparuit. Nam δηλόω oſtendo ſignificat. Hæc Pyrpile dicta eſt, ab igne ibi primum reperto. A' quibuſdam Cynthia, ab aliis Aſteria, ab aliis Cynetum. Sed in primis Ortygia, quoniā in ea primum coturnices inuentæ ſunt, quas Græci ortygas vocant. Alii ab Ortygia oppido Aetoliæ dictam putat, vt Nicāder. Verg. Linquimus Ortygiæ portus. Interpres Callimachi. καὶ Θουκυδίδης, σεισμὸν γεγόμενον μέγαν βουλόμενος ἐξηγήσασθαι φησὶν, ὅτι τοσοῦτον ἦν μέγας, ὥστε τὴν δῆλον νῆσον σαλεῦσαι. id eſt, Et Thucydides, terræmotum magnū extitiſſe volens exprimere, inquit, quòd tam magnus erat, vt Delum inſulam concuteret.

Delphi, tam pro oppido quàm pro oppidanis, pluraliter tantum numero. ſicut Gabii, Leontini, Puteoli. Eſt autem ciuitas in Bœotia iuxta Parnaſum. dicta à Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia ſuſcepto.

Delphicus, ca, um, vnde Delphica laurus, quòd victores Delphis ea coronarentur. Et eſt viridior laurus.

Delphides, fructus de genere caryotharum. Cc.

Delphin, & Delphinus, genus piſcis, uel potius marinæ beluæ. Parit catulos decimo menſe, interdum binos nutrit vberibus ſicut balæna, & decē annis ad ſummam magnitudinem peruenit. Hi etiam Simones dicuntur, ad quod nomen uocati accurrere feruntur. Ferunt Delphinum, non modo omnium marinorū, ſed etiam terreſtrium animalium velociſſimū, penè volucrem æquātem, & ad puerorum amorem duci ſolere. Lingua eſt his, contra naturam aquatilium, mobilis, ſuillæ ſimilis, pro uoce gemitus humano

ſimilis, dorſum repandum. Mulcentur muſica arte præſertim ſymphoniæ.

Delphis, oraculum fuit Apollinis in Phocide, vnde et Delphicus Apollo, quāquā Macrobius alioſum nominat. Delphos enim Græca priſca'q́ lingua, ſolus dicitur, Vnde & Adelphos, frater, quia non ſolus, quoniā inter cætera ſydera ita eminet, vt propé modum ſolus habere poteſtatem uidratur. Eadem ratione & à Latinis Sol dictus.

Delubrum, locus in quo Dei ſimulachrum dedicatū eſt. παρὰ τὸ τοῦ ἀγάλματος λέγεσθαι φασίν. id eſt, à Deo dici aiunt, quaſi Deum capiēs, vel Dei repoſitorium. ſicut candelabrum, in quo ponitur candela. Vnde Hieronymus ſuper Ioel poſuit pro templo. Vniuerſa (inquit) donaria in delubro eius conſecrarunt. Alii accipiunt Delubrum pro loco ante aras, vbi aqua currit, à diluendo. Religio enim ſacrificii apud antiquos exigebat, vt ante ſacrum ſacrificulus manus ablueret. Alii Delubrum, Dei ſimulachrum accipiunt, à delibrato ligno ita dictum. Seruius ait Delubrum eſſe, quod uno tecto plurima complectitur numina.

Deludo is, pen produ. vide in dictione Ludo.

Delumbe, adiectiuum, quo ſignificatur non habens aliquid lūborum. id eſt, virtutis. In lumbis enim virtus corporis ſita eſt. Nā De, hoc loco ſignificat nō, vt ſit Delumbis homo, effœminatus & mollis ob nimiam Venerem, qui effractis pudoris clauſtris in Venerē ſoluitur, Perſius, Summa delumbe ſaliua Hoc natat in labris. Hinc Delumbe carmen, pro laſciuo minimæ'q́ uirili. Idem ſignificat Elumbe.

Deluo, luis, lui, lutū, depurgo, diligenter lauo. Cato, Laſerpitium aceto deluito. Et Deluere, eſt madefaciendo aliquid delere. Varro, O hortæ'q́ inter legēdum lachrymæ literas delurbant.

Delutamentum, à deluto, as, Ce.

Deluto, tas, ex de & luto. quod à lutū fit. Cato, Granariū totum oblinito craſſo luto, poſtea conſpergito amurca uē quod lutaueris. vbi aruerit, eò frumentū cōdito, nō nocebit. Lutum enim à luo, quāuis eius ſupinum non inuenerim, quum tamen Colu. lib. vii. ſupinum oſtendat dicens. Et eluta & ſiccata uinacea, quæ de lorea eximuntur. Eſt autē Delutare, vſq́ deorſum luto aſpergere. Cato, Habitationem delutare terra, quàm maxime cretoſa vel rubricoſa.

Dema, herba eſt, quam alii calligonon, nonnulli polygonon dicunt.

Demagis, valde magis. ex de & magis. Ce.

Demando, as, in totum cōmitto. Hieronymus ad Sabin. Et omni ordini præuidebat, præcipue'q́ ordinibus, quorū ei cura cū Barnaba fuerat demādata.

Demarathus, nomen Spartanorum regis, qui ob indignationem ad regem Perſarū diffugit. Alius fuit (vt ſcribit T. Liuius) Corinthius negociator diues, qui ob ſeditiones domo profugus, tyrānidem Cypſelli fugiens, in Hetruriam cōmigrauit, cōpoſitatis opibus luculentis. qui à Tarquinenſibus Hetruriæ populis exceptus, Tarquinium Priſcum, regem populi Romani, ex illuſtri Hetruſca vxore genuit. Hunc comitati ſunt duo ex Corintho fictores, Eucharpus & Eugrannius, à quibus Italiæ traditam plaſticen, hoc eſt, figulinam artem ferunt.

Demarchus, princeps populi, aut tribunus plebis dr. Spartianus in vita Adriani, Fuit Demarchus in patria ſua, Athenis archon.

Demeaculum, deſcenſio ad loca ſubterranea. Sic Remeacula, à remeando. Apuleius lib. vi. Et illuminarum Proſerpinæ nuptiarum demeacula.

Demeare, eſt deorſum penetrare, diſcedere. Apuleius, Quæ ſuis pedibus ad tartarum demeare cogeretur.

Demenetus, nomen viri proprium. apud Plau. in Aſina. ab eo quòd demos, id eſt populus. Et ſignificat popularem & idiotam.

Demens, qui eſt mente diminuta, à quo Dementia.

Demenſum, quaſi menſuratum vel æquatum. & eſt id quod ſeruis dabatur ſingulis menſibus, vnde viuerent. Terentius, Quod ille uitiatim, demenſo ſuo, ſuum defraudans genium, compaſsit miſer. Serui enim quaternos frumenti modios accipiebant in menſe. Quod vtrum à menſe, an à metiendo deducatur, incertum eſt.

Dementio, tis, de mente exeo, deliro, inſanio. Lactā. lib. iiii. Ecce aliquis inſtinctu dæmonis percitus, dementit, effertur, inſanit. Lucretius.

Dementit enim delira'q́ fatur.

Demento, as, deſipio, inſanio, dementio. Apuleius in Magia, Cōfeſſa eſt ſeſe mea Magia in amorem deductam dementare. Illud uero in actibus Apoſtolorum, nō tam ſignificat dementem eſſe, quā dementem facere. Sic enim ſcriptum eſt, Attendebant eam ꝓpterea, quòd multo tpe magicis ſuis dementaſſet uos. Id eſt, ſtupefacti eſſent, & alienati à mente.

Demereo, res, rui, ritum, quaſi lucror. Gell. Thais Corinthia ob elegantiam uenuſtatem'q́ grandem pecuniam demerebat.

Demereor, de aliquo bene mereor, concilio, deuincio, placo, beneuolum facio, beneficium præſto, & exigit accuſatiuum. Ouidi.

Dic mihi quid feci, ſi non te ſemper amaui.

Crimine te potui demeruiſſe meo.

Quintilianus, Simul ut pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei. Lactan. de ira, Votis dona offerunt, iuſtis ac bonis operibus demereri eum laborantes. Sueto. de Auguſto, Profectū mox auunculum in Hiſpanias, aduerſus Cn. Pompeii liberos, vix tum firmus à graui multitudine per infeſtas hoſtium uias, pauciſſimis comitibus, naufragio etiam facto ſubſecutus magnopere demeruit. Eſt Demereri, valde mereri. Lactan. lib. iiii. Si vna hoſtia placabilis, placabiliores vtiq́ hoſtiæ plures, quia multiplicata demerentur potius quàm offendant.

Demeter, pe. prod. dicta eſt Ceres ꝗſi Gemeter. id eſt terræ mr̄. Hinc apud Galenū li. ii. de alimentis, legimus Demetria ſemina. id eſt, cerealia & frumētaria.

Demetior, diligenter & quadā rōne metior. Cicero, Quæ non inſidiis, ſed aperte & palā laborat, ut uerba uerbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.

Demeto, tis, pen. cor. uide in dictione Meto.

Demetrias, Theſſaliæ oppidum eſt, quod prius Pegaſa dicebatur.

Demetrius, nomen Seleuci filii. Fuit & alius Demetrius Phalereus Theophraſti diſcipulus, qui ob eximias virtutes Athenienſibus præfuit annis decem, trecẽtisq́ſexaginta ſtatuis æreis honoratus eſt. Hic (ut Plutarchus inquit) monebat Ptolemæum regẽ, vt de regno imperioq́ libros ſibi compararet atq; perlegeret. Quæ enim amici non audent monere reges, hæc in libris ſcripta ſunt. Fuere & alii Demetrii uocati.

Demipho, vir popularis. Demos populos, phos vir dicitur.

Demiror, pen. prod. valde miror. Teren. in Hec. Sed demiror quid ſit, quamobrem tantopere hoc omnes nos celare volueris. Aliquando Demirari, eſt neſcire, quoniam (vt Donatus inquit) admiratio ignorantiam facit. Terent. Quid mihi dicent, & quá cauſſam reperient demiror.

Demitto, deorſum mitto. Verg.
Cælo demittitur alto.
Inde Demiſſiliæ tunicæ dictæ à Platone, lõgæ & demiſſæ ad talos, & nulla zona ſuccinctæ. alii enim, Sanè genus hoc mulierorum eſt, tunicis demiſſiciis.
Item Demittere, eſt humiliare, & quod vulgò dicitur abaſſare. Vergilius lib. iii. Georgic.
Demiſſæ aures incertus ibidem ſudor. Et Aeneid.
Vultum demiſſa profatur.
Item defodere. vt Georgicorum. ii.
Alteq́ iubebis
In ſolido puteum demitti, omnemq́ repones
Rurſus humum.

Demium, gemma eſt, à pinguedine dicta. Græci enim δημὸς pinguem dicunt. & hoc Homerus frequenter vtitur. à quo δήμιος gemma adpellata. Nec fuit in vſu antiquorum gemma vlla frequentior, ut Menandri fabulæ teſtantur. Ce.

Demo, is, ex de & emo, abiecta e ſignificat detraho.

Democedes, pen. corr. fuit Crotoniata, medicus illuſtris, qui quum inter Darii captiuos eſſet, & Darius ipſe ob interſum pedem grauiter ægrotaret, ita ut iam ſeptem dies inſomnis egiſſet, nec à medicis vllis iuuaretur, ductus in medium Democedes uinctus cõpedibus. Darium penitus liberauit. Dẽhinc ſummo in honore apud regem habitus eſt.

Democratia, principatus populi.

Democraticus, qui fouet principatum populi. παρὰ τὸ δῆμος καὶ κρατέω.

Democritus, pen. cor. nomen philoſophi Abderitæ, qui diuiſa ſubſtantia duobus fratribus, peregrinatus eſt in varias orbis terrarum partes, quò ſcientiam perciperet. Poſtea in patriam reuerſus, cum ſumma inopia, in hortulis iuxta ſuæ vrbis muros, ſe ad ſolas rerum naturas contemplandas contraxit. Ferũt, quòd quocunq; fortuitæ caſu, & mutabilium rerum auditu, in riſum ſoluebatur, (ſicut Heraclitus in fletum.) vnde Gelaſinus nominatus eſt. Tandem teſte Cicerone lib. iii. Tuſculan. ſe occæcauit, vt naturæ ſecreta ſubtilius rimaretur. Agebat centũ & nouem annos quũ mortuus eſt. Hic dixit omnia ex atomis fieri, ac plures eſſe mundos, & corruptibiles. Fertur Theologiá ac Aſtrologiá didiciſſe à Magis & Chaldæis, cũ gymnoſophiſtis quoq; congreſſus eſt. In philoſophia adeò ꝓfecit, vt Pentathlos, ſiue quinquertio, id eſt, quinq; certaminũ dici poſſet. Nãq; naturalia, moralia, Mathematica, liberales diſciplinas, artiũq; omniũ peritiá callebat. Hunc Pli. virum ſagacem, & vitæ vtiliſſimũ fuiſſe refert, ſed nimio iuuandi mortales ſtudio, prolapſum. Conſtat hunc diuitiis opulentũ fuiſſe, intantum, ut pater eius Xerxis exercitui epulum hoſpitaliter dederit.

Demodocus, nomen cytharœdi apud Homer. Componitur ex δῆμος populus & δόκησις æſtimatio, quaſi populi æſtimatio.

Demogorgon, magus fuit tam excellens, ut præſſe laruis dicatur, & illas pro nutu cogere, & ſi errent, acerrime plectere.

Demolior, iris, à mole deductum eſt, & ſignificat diruo, deiicio. Cic. ii. Offi. Demoliri ea quoq; altitudo officeret auſpiciis. Inuenitur & Demolio. Lactã. li. iiii. De relinquerũt te filii Iſrael, & altaria tua demolierunt.

Demonſtratiuus, a, um, q́ demonſtrat, vel demonſtratur, vel aptũ eſt demonſtrari. vt genus demõſtratiuũ cauſſæ ab oratore accipitur, in quo orator demõſtrat, quòd ſit in alicuius perſonæ laudem, vel uituperiũ.

Demonſtro, as aperte uel palá monſtro. Plau. in Aſin. Et ædes demonſtraui noſtras. Demonſtrationem Dialectici definiunt eſſe quum certis ac neceſſariis rationibus aliquid probatur.

Demophon, nomẽ Theſei ex Phædra filii, regis Athenarum.

Demorior, in totũ morior. Colu. libr. v. Siue enim caput demortuum eſt, duo induantur ſtatim vimina.

Demoror, pen. cor. multũ moror, ſeu detineo. Lactã. lib. iiii. Quum Moyſes dux eorũ aſcendiſſet in mõtem, atq; ibidem quadraginta diebus demoraretur. Colum. lib. iiii. Prudentis magiſtri eſt, eiuſdem nomen. lationis aucupio, quo potiri nequeat, ſtudioſos non demorari.

Demos, Græcè, Latinè, populus. vnde componuntur multa nomina, δῆμος, ἐπιδημία, ... id eſt, populus, peregrinatio, & reliqua.

Demoſthenes, pen. cor. nomen oratoris clariſſimi, & Græcorum omnium oratorum principis, & Latinè robur populi dicitur. Δῆμος, enim populus, σθένος τοῦ σθένεος, robur. Hic natus patre, qui cultellarius cognominatus eſt, quòd ſcilicet domi haberet officinam & operarios cultellorum. Relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude & negligẽtia direptis bonis, uix habuit vnde ꝓceptoribus mercedem ſolueret. Verũ quum multo ſtudio, & laborioſo peruigilio, in clariſſimum oratorem euaſiſſet, libertatis Græciæ defenſor publice grauibus concionibus Philippum inſectatus eſt, vtpote publicæ libertatis inſidiatorẽ. Poſt cuius mortẽ patria pulſus, tandem reuocatus eſt. Sed iã mortuo Alexandro & Antipatro, rebus Græcis præpoſito, quũ apertá exedem uideret, relictis Athenis, in Calabriam inſulã,

vbi

ubi aſylum erat Neptuno ſacrum, côceſſit, hauſtoq́ veneno ſe necauit. Sunt tamé qui hoc modo uitam finiſſe dicunt. Quum poſt mortem Alexandri nũciatum eſſet, Antipatrũ Athenas aduentare, Demoſthenes ex urbe profugit. Miſſi ſunt ab Antipatro ſatellites, quorum Archias tragœdiarũ actor princeps erat, qui quum templum ingreſſus fuiſſet, quo confugerat Demoſthenes, primo ei ſuadere cœpit, ut unà ſecũ ad Antipatrum ſe conferret, nihil moleſtiæ ab eo perpeſſurus. Cui reſpondit Demoſthenes, Nihil eſt Archia quod coneris, Neq́ in ſcena mihi unquàm placuiſti minus, neq́ nunc perſuadebis legatus. Quum autem Archias ſe per uim detrahere minaretur, Tandé (inquit) Macedonica oracula aperuiſti, nã prius quidem táquàm hiſtrio ſimulabas. Verum age, paulumper expecta, dum pauca domeſticis ſcribo. Hæc locutus, ſumpto libro tanquàm ſcribere vellet, calamum ori admouit, déinde caput ueſte tegens, ſe inclinauit. Quumq́ ab ara retraheret, cécidit, ſuſpiransq́ animam emiſit. Hic eloquentiæ ſtudio flagrás, jugiter lucubrabat, adeò ut duos uel tres menſes continuos domi incluſus, ſine intermiſſione ſtuderet, abraſa parte capitis, ut exeundi facultatem ſibi præriperet. De hoc Hieronym. Demoſthenes plus olei quá uini expendiſſe dicitur, & omnes opifices nocturnis ſemper uigiliis præueniſſe. Mortuus eſt ſicut Suidas ait, ἐτελεύτα φυγὼν ἐν Καλαυρίᾳ ἐν τῷ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερῷ, διὰ τὸν Μακέδονα Ἀντίπατρον, προσενεγκάμενος φάρμακον τὸ ἐν τῷ δακτυλίῳ, ἔτη βιώσας δύο καὶ ἑξήκοντα. Id eſt, Mortuus eſt fugiens in Calabriá, in Neptuni æde, ꝓpter Macedoné Antipatrũ, hauſto veneno ꝙ in anulo erat, annos viuens duos & ſexaginta.

Demulceo, ualde ſeu leniter mulceo, ſicut fit catulis, quum manus ſuper eos tractamus. Terent. in Heau. Non poſſum pati, quin tibi caput demulceam.

Demum, ſignificat ad poſtremũ. Terent. in Adel. Ego nouus maritus, anno demum quinto & ſexageſimo fiam. Ponitur etiam pro duntaxat, uel omnino, præſertim quando iungitur cum Is, ea, id. vel cum Ita Cicero in Sall. Ea demum magna uoluptas, æqualem ac parem verbis uitam agere. Plin. Ea demum ſola auium, non niſi uolatu depaſcitur. Quint. Ita demũ mihi ſatisfacies, ſi apud patrem fuiſti.

Demus, pro demum ueteres ſcripſerunt. Pacu. Quid demus magis commodũ eſt, quàm ne tuũ perduas iniuriam pati. Ce.

Demuſſata contumelia, id eſt, diſſimulata, & cum ſilétio indignationeq́ tranſmiſſa. ut Apu. lib. iii. Muſſitare enim ꝓprie eſt diſſimulãdi cauſſa tacere dictũ. vel à muto, vel ab m, quæ litera eſt nimium preſſæ vocis, ac penè nullius. Terent. in Adel. Accipienda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vbi Donatus exponit, Patienda, & cum ſilentio perferenda.

Denarius, ria, rium, idem ꝙ decennarius, unde Denariæ ceremoniæ dicebantur, ſicut Tricenariæ, quibus ſacra adituris decem continuis diebus, uel triginta, certis quibuſdam rebus carendum erat. Hinc Vndenarius, Duodenarius, & huiuſmodi. Denarius vero ſubſtátiuum, eſt genus monetæ argenteæ, quod denas libras æris valeret, ut inqt Varro, Dicitur et Denariũ neutro genere. Plaut. in Ru. Quis me eſt mortalium miſerior, qui uiuat alter hodie, quem ad recuperatores modo damnauit centum denaria philippea? Verum Annibale Romano ſurgéte, placuit denarium aſſibus permutari, quinariũ octonis. In militari tamen ſtipendio, ſemper denarius pro decem aſſibus datus. Nota Denarii argẽtei fuere Bigæ atq́ Quadrigæ, unde Bigati Quadrigatiq́ dicti. Fuit & Victoriatus nummus argenteus, Victoriæ nota inſignitus, vnde & nomen.

Denarro, per ordinem narro. Gellius lib. ii. Hæc nobis Fauorinus ſumma cum elegantia verborum, totiusq́ ſermonis comitate atq́ gratia denarrauit.

Denaſo, as, pe. pd. naſum aufero. Plau. in Capt. Nã q́ ædepol ſi habites propius, os denaſabit tibi mordicus. Id eſt, deſtruet.

Denato, tas, pen. cor. frequentatiuum eſt verbi Deno, nas, quod eſt deorſum nato. Augu. per tranſlationẽ dixit. Quanto humilius ſedebat, tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem conuallium, denatat de humoribus collis.

Dendrachates, gẽma eſt velut arbuſcula inſignis. Δένδρον enim arborem dicunt. Ce.

Dendris, gemma, quæ ſub arbore defoſſa, non permittit ſecurem hebetari. Martianus, Hyacinthus, dendrites, & heliotropios vtrinq́ compacti. Ce.

Dendrociſſos, hedera eſt, quæ ſine adminiculo ſtatſic ea propter dicta ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ κισσοῦ. id eſt, ex arbore & hedera. Ce.

Dendroides, tithymali ſpẽs, & ramoſum ĩterp̃taſ. Ce.

Denego, as, pen. cor. dare nego, ſeu non do. Lactã. lib. ii. Si alimenta frugibus longa ſiccitas denegauit.

Denigro, as, penultima correpta. nigrũ facio. Plin. Capillum denigrat ſuffitu.

Denique, ſignificat ad extremum, ut quum plura ſunt enumerata, ſubiungitur deniq́, ſignando ultimum ómnium. Cicero, Quum ibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam ſibi præſto uiderent, non deniq́ ullam rem quæ pertineat ad bellum adminiſtrandum. Fitq́ à Denus, ſiue (ut quidam uoluit) à Denuo. Ponitur interdum pro omnino. Ouid.

Si qua metu dempto caſta eſt, ea deniq́ caſta eſt.

Denobilito, tas, uitupero, dedecoro, Terent. in Eunu. Tu iam pendebis qui ſtultum iſtum adoleſcentulũ denobilitas flagitiis.

Denominatiua, dicitur quæcunq́ ab aliquo ſolo caſu ſunt differẽtia, & ſecundũ illud nomẽ habẽt adpellationẽ. ut à grãmatica grammaticus. Nomen. n. Denominatiuũ debet cõmunicare cũ noĩe vniuoco in principio, ſed differre in fine. ut à grãmatica, grãmatic⁹. In Denominatione aũt tria requirũſ, ſcilicet denominãs, denominatum, & denominatiuum. Denominans eſt forma accidentalis, q̃ importaſ ꝑ nomen abſtractũ, & dr̃ Denominãs, q̃ſi dr̃ ſe aliud nominãs, q̃a de ſe dat cõcreto ꝙ ſic dicaſ, & denominet ſubiectũ. Sed Denominatiuũ, eſt accidens ꝙ p̃dicaſ

denominatiue de ſuo ſubiecto. ut album vel nigrū.

Denomino, as, ex de & nomino. Hic enim De ſignificat diuerſitatem, ut ſit quaſi de alio nomine. ut homo albus.

Denoto, as, pen. cor. culpo, increpo. Cypri. Nam quū denotarent diſcipuli eius quod ederent, nec prius manus lauiſſent.

Dens ab edendo, quaſi edens. ſed potius Græcum eſſe quis neſcit, ἄλλοι γὰρ ὀδόντες, ὀδόντος, ἐξ ἔδω λέγουσι. Græci enim ὀδούς. id eſt, dens, dentis ex ἔδω, edo dicunt. Sed omne quo aliquid teneri uel execari poteſt, ſolet Dens adpellari. Verg. lib. vi.
Tum dente tenaci Anchora fundabat naues.
Hinc Bidens, Tridens, & huiuſmodi. Dentes diuerſa ſortiūtur nomina. Qui enim primum adparent apertis labiis, primores uocātur, lati & acuti, quibus fit morſus. Ipſi enim (ut Plin. lib. vii. ait) nec cibo tantū & alimentis neceſſarii, quippe vocis ſermonisq́ regimen primores tenent. concentu quodam excipientes ictum linguæ. Qui vero ſequuntur, quaſi rotūda ſpecie acuti in modum ſerræ, ſerrati dicuntur ab antiquis, canini adpellantur in quocunq́ animali. Pli. lib. xi. Lupi dextræ caninus in magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares, qui duplices ſunt, cibumq́ conficiunt, ob id molares dicti. Iuue.
Interq́ molares Difficili creſcente cibo.
Genuini, nouiſſimi naſcuntur homini, ut ait Plinius, Dentium etiam quidam dicuntur ſerrati, à ſimilitudine ſerræ, q pectinatim coeunt ne contrario occurſu atterantur, quales habent piſces & canes. Quidā continui, ut homini & equo. Quidā exerti, hoc eſt, extra os producti, ut apro & elephanto.

Denſifico, à denſum & facio. Ce.

Denſo, as, cogo, ſpiſſo. Lucanus lib. iiii.
Denſaturq́ globus quantum pede prima relato.
Hinc Condenſo. Colum. lib. viii. Torrido ſale conſtingitur, ruſusq́ ponderibus condenſatur. Eſt & Denſeo, ſes, à quo Denſeſco, is, denſus fio.

Denſum, coarctatio nimia coniunctarum partiū. Rarum contrà, in quo interuallis frequentibus laxior partium uidetur eſſe coniunctio. Hinc denſitas, & Denſitudo. Compoſitum Condenſus.

Dentale, lignum quo uomer arandi cauſſa inducitur, ſed pro uomere poni ſolet. Colum. lib. vii. Et dentalibus terram ſubigere, quo minoris bubus id adminiſtrari poſſit. Dicitur etiam dens, (ut Varro inqt) quòd eo quaſi dente moleretur terra.

Dentatim, & Denticulatim, aduerbia. ſignificāt ad ſimilitudinem dentium.

Dentatus, qui magnos habet dentes, qui & dentoſus dicit. Pli. tñ dentatum dictum fuiſſe M. Curium. li. vii. ſcribit, quoniam cum dentibus natus fuerit. Hinc Edentatus, qui eſt ſine dentibus. Macrobius, Edentate beluæ morſus, ſimiliter Edentulus.

Dentex, genus eſt piſcis.

Denticulatū, q eſt ad ſimilitudinem denticuli factū.

Denticulo, dentes imprimo.

Denticulus, paruus dens.

Dentifrangibulum, Plautus in Bacc. Nā tibi hercle haud longe eſt os ab infortunio, ita dentifrangibula hæc meis manibus geſtiunt.

Dentifricium, medicamentum quo dentes fricantur vt fiant candidi. Plinius docet, ex pumicibus fieri dentifricia. Apuleius in Magia, Primo igitur legere è ludicris meis epiſtolium de dentifricio verſibus ſcriptum.

Dentiloquus, qui loquitur dentibus. quo nomine dicti ſunt Macedones.

Dentio, dentes emitto. Plaut. in Mil. Venter creat omneis has ærumnas, auribus peraudienda ſunt ne dentes dentiant.

Dentiſcalpium, inſtrumentum quo ſcalpitur dentes.

Dentitio, dentium emiſſio. Plin. lib. xxviii. Infantibus nihil butyro vtilius, per ſe, & cum melle priuatim, & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. Dens lupi adalligatus infantibus prohibet pauores, dentientiq́ morbos.

Denubo, is, Apul. in oration. ii. Apol. At tu dum eam putas etiam nunc claro fratri tuo denuptā, falſa ſpe inductus filioq́ eius Pōtano autor eſſe uiuēdi fuiſti.

Denudo, pen. prod. ſpolio, nudum reddo.

Denuncio, cias, vide in dictione Indico.

Denuo aduerbium. ſignificat ruſus, quaſi de nouo.

Deoro, pro peroro nonnulli vſurparunt, & Deoratum pro perorato ſcripſerunt, vt Pomponius teſtatur. Cornucop.

Deorſum, cuius contrarium eſt Surſum, notam habet ſignificationem, capiuntur tamen ambo pro vltrocitroq́. Terent. in Eunuc. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddā, ne ſurſum deorſum' ue curſites. Tractum ab Athenis, cuius portus in imo, vrbs vero in editiore loco ſita eſt.

Depalmare, eſt palma percutere. Gell. Quencunq́ depalmauerat, numerari ſtatim ſecūdum duodecim tabulas viginti & quinq́ aſſea iubebat.

Depango, is, planto, ſeu defigo. Colu. li. iiii. Deinceps paſtinatur malleolus vitibus inſerendus, cumq́ ſaterit medio ſpatio qd' vacat inter vites per vnam lineam depangere, inde depactus.

Deparcus, uide in dictione Parcus.

Depeciſcor, ex de & paciſcor. ſignificat ſicut ſimplex, & tam in bonam quàm in malam partem accipitur. Terent. in Phor. Ita me Dii bene amēt, ut mihi liceat tam diu quod amo frui, iam depeciſci morte cupio. Cic. Quidam quum circumſederetur, neque effugere ullo modo poſſet, depectus eſt cum hoſtibus, vt arma & impedimenta relinqueret, milites educeret.

Depecto, ctis, xui, vel xi, xum diligenter pecto.
Ouid. lib. tertio Faſt.
Interea liber depexos crinibus Indus
Vicit, & eoo diues ab orbe redit.
Plinius libro. xix. Ars depectendi digerendiq́ inſtum eſt è quinquagenis faſcium libris, quinas denas carminare Per trāſlationem & in malā partem. Terent. in Heau. Ego ne ſi viuo adeò exornatū dabo, adeò depexum, ut dum viuet meminerit ſemper mei. id eſt, ornatum, cultum, dictum à contrario ſu[illegible]

ſit. Quòd ſi depreſſum legamus, à patior ſiue à pando, ſignifi. laceratum. A' Depecto ſit depexo, as.

Depectus, ſignificat pactus. & in bonam & in malam partem capitur. Ce.

Depeculor, pen. producta. ex de & peculor, quod à peculium deducitur. Peculium vero ſignificat lucrũ vel quicquid ſua induſtria quis acquiſiuit. Qui autem peculium, ſiue quid peculii ſurripuerit, Depeculator dicetur. Quanquàm ſint qui dicant, depeculari, proprie eſſe furari ea quæ ad Rempub. ſiue principem, ſiue ad ſacra pertinent. Sed Cic. lib. i. ad. Heren. docet aliud eſſe furtum, aliud peculatum. Si qs (inquit) peculatus accuſatur, quòd vaſa argẽtea publica de loco priuato dicatur ſuſtuliſſe, poſſit dicere quum definitione ſit vſus, quid ſit furtum, quid ſit peculatus, ſecum furti agi & non peculatus oportere. Et in Verrem act. i. Quibus in prouinciis multas domos, plurimas urbes, omnia fana depeculatus.

De pecuniis repetundis, uide Repetundarum.

Depelli portentã dicuntur, quũ mala quæ ex iis fiant, precibus, ſuppliciis, religione, & Deorum ceremoniis fugantur. Ce.

Depello, is, depuli, pulſum, deorſum pello. Lactan. lib. ii. Inueteratos depulimus errores. Quãdoq; abduco, remoueo. Verg.

Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hedis.

Nam depulſis proprie poſuit, quod agnos quadam vi ab vberibus matrum pelli conſtat, dum repugnant ne inde amoueantur. inde Depulſus, dicitur contra voluntatem amotus. Amouet enim à re, grata & iucunda.

Dependeo, es, deorſum pendeo. Col. li. iiii. Sed ſi per vnumquenq; pampinum maior numerus vuarum dependeat. Aliquãdo Dependere eſt ſuſtentari. Cic. Omnis illorum ſalus, à noſtra ſalute dependebat.

Dependo, dis, ferè pro ſimplici pendo eſt, quod varie ſumitur, ut, pecuniam vel tributum pendere, eſt dare, vel ſoluere, ſeu pati pœnam. Sed de hoc in dictione Pendo. Apuleius libro octauo, Precio depenſo. Id eſt, ſoluto.

Deperdo, uide in dictione Perdo.

Depereo, ris, ex de & pereo. accipiť pro morior. Colu. li. iiii. Nos tamen plus quatuor milibus conſerimus, quia negligentia cultorum magna pars deperit. Quandoq; deperire, eſt impatienter amare. Plautus in Caſina. Hic ipſus Caſinam deperit. Hiero. li. ii. Reg. Factum eſt ut Thamar adamaret Amnon, & deperiret in eam valde.

Depeſco, is, ſcui. ſignificat pecus deduco. ut Compeſco, unà duco, & paſco, & in vno loco contineo.

Depeſſus, ſiue à patior, ſiue à pando fiat, laceratus dicitur. Terent. Ego'ne ſi viuo, adeò exornatum dabo, adeò depeſſum, vt vſq; dum uiuat meminerit mei. Cornucopiæ.

Depeſta, poculi genus, quo vetuſtiſſimi utebanť. Ce.

Depiles pen. cor. qui ſunt ſine pilis. Var. lib. i. de Vi. pa. Quòd ludis præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem.

Depilo, las, pen. cor. pilos detraho. Mart.

Quum depilatos Chreſte coleos portes.

Et Depilo, rarefacio. Lucilius. Depilati oẽs ſumus.

Deplano as, pen. prod. in planum deduco. Lactan. li. iiii. Ego ante ibo, & montes deplanabo.

Deplanto, tas, vide in dictione Planto.

Depleo, ples. Colu. Conchæ quibus depletur oleum.

Deploro, ras, pen. prod. propter actum plorationis, q in re miſerabili exigitur, ſi lachrymæ manant tunc proprie, ſi non manant, ſignificat quaſi plorando lamentor. Cic. in Cato. Non libet deplorare mihi uitam, q̃ multi & indocti fecerunt. Et li. ii. Offic. Admonebat me res, vt hanc quoq; intermiſſionem eloquẽtiæ deplorarẽ, niſi vererer ne de me ipſo aliqua viderer queri. Aliquando deplorare, eſt plorandi ſinem facere, unde Deplorata cadauera dicebãtur, quibus vltimus luctus perſolutus erat. Et Rempub. deploratam dicimus, iam euerſam. Ab hoc tractũ eſt, Conclamatum eſt, quando affines eiulantes conclamabant. Diciturq; in omni re iã deperdita, qa poſt lachrymas affinium mortuum planè cadauer erat. Inde & Indeploratum dicitur Ouid. In Ibin.

Indeploratum proiicere caput.

Deponere, eſt deorſum ponere. ut depone ſarcinam. Cic. per trãſlationem dixit pro dimittere. Exiſtimaui honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi, ſi me ad philoſophiam retuliſſem. Per tranſlationem etiam ſignificat priuare. Plau. Vt me deponat oĩno eam affectat uiam. Suet. Ne imperio turpiter depoſitus, priuatus viueret. Aliquando derelinquere, & quaſi deſperare, vnde Depoſiti deſperati dicuntur. Verg.

Ille ut depoſiti proferret fata parentis.

Cice. in Ver. act. i. Itaq; mihi uideor iudices, magnã & maxime ægrã. & propè depoſitam Reipub. partẽ ſuſcepiſſe. Aliqñ eſt apud aliquem quicquã ponere ſeruandũ, ſeu pro pignore. Habet enim De hoc loco vim augendi, ut oſtendatur totum fidei eius cõmiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. Verg.

Ego hanc vitulam, ne forte recuſes, Depono.

Ad ſeruandum uero. vt gladium, pecuniam. Cicero libr. iii. Offic. Si gladiũ quis apud ſe ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens, reddere peccatum ſit, officium non reddere.

Deponens uerbum, ideo dicitur. quia deponit aliqd de quantitate communis verbi, ſcilicet futurum participiũ in dus, à ſignificatione paſſiua. Nã quũ participia quatuor habet verbũ cõmune, vt criminans, criminaturus, criminatus, & criminãdus, hoc nõ habet deponens, ſcilicet futurũ à paſſiua ſignifi. ut minor, minans, minaturus, & minatus, non aũt minandus.

Depontanus, penul. prod. uide infra in dict. Pons.

Depopulari, eſt deſtruere, ſiue deprædari. Apud antiquos etiam Depopulo dicebatur.

Deportare, eſt de aliquo aliquid portare. Colu. lib. v. Nec procul à mari, vel nauigabili flumine, quo deportari fructus, & per q̃ merces vehi poſſint, vnde Deportati dicuntur, quibus aqua & igni interdictũ eſt, vel quibus princeps prouinciam adnotauit. ¶ Transfertur etiam ad ea quæ delectationem, laudẽ & vituperationem habent, quæ noſtra opera ſumus

aſſecuti, vt quum inde reuertimur quò profecti fueramus, aut quum vbi ſumus inde quicquàm deportatur. Cicero Trebatio, Mihi crede, nihil ex iſta prouincia potes quod iucundius ſit deportare. Idem in Catone, Teq́ nẽ cognomen ſolum Athenis deportaſſe, uituperationẽ, vt deportauit Verres amicam. Pro Deporto, vulgò reporto dicitur, quaſi reporto, retro porto, ſeu reueho, reduco'ue quod portatum ſiue delatũ & deductũ fuerat, ſignificet. Lactan. lib. iiii. Repente viribus roborati, ipſi lectulos ſuos reportarent, quibus fuerant paulò antè delati. Hierony. ad Damaſc. Et inuentam ſuper humeros reportat ad caulam. Cicero pro ſe. Itaq́ Pub. Lentuli beneficio excellenti atq́ diuino, non ſolum reducti ſumus, ſed equis inſignibus, & curru aurato deportati. Transfertur etiam ad verba, quum quis pro verbis verba reportat. Vergilius,

Isq́ adytis hæc triſtia dicta reportat.

Depoſcere, eſt multum deſyderare, ſiue ratione quadam exigere. Colu. lib. ii. Canabis ſolũ pingue, ſtercoratumq́, & riguum, vel planum atq́ humidum, & alte ſubactum depoſcit.

Depoſitorius, qui aliquid deponit. Depoſitarius, qui depoſitum accipit.

Depoſitum, quod deponitur. hoc eſt, quod alicui ſub fide traditur, vel quod pignoris loco demittitur, vel quod ſequeſtro à pluribus inſolidum certa conditione cuſtodiendum, reddendumq́ quum fuerit, de iure diſcuſſum traditur. & ſic eſt nomen. Cicero, Quid ſi quis apud te pecuniam depoſuerit, bellum patriæ inferat, reddes'ne depoſitum? Non reddere depoſitum, maxima iniuſtitia eſt.

Deprædor, populor, à prædor. à quo Deprædator, & Deprædatrix, verbalia nomina. Cornucop.

Deprauo, as, penul. prod. prauum facio, uitio. ut quũ quid eſt ſcriptorum aut maledicorum vitio corruptũ. Teren. in Phor. Nihil eſt tam bene dictum, quin male narrando poſſit deprauarier.

Deprecio, as, deſpicio. Ambro. lib. de Reſur. Merito igitur depreciauit, & dehoneſtauit hoc corpus, corpus mortis adpellans.

Deprecor, pen. corr. quandoq́ ponitur pro ſimplici, vnde Hierony. Noluit (inquit) veniam deprecari. Quãdoq́ Deprecari, eſt impetrare. Idem apud Exodum, Aſcẽdam ad dominum, ſi quo modo quiuero eum deprecari pro ſcelere ueſtro. Quandoq́ vehementiam ſupplicationis denotat, vt ſit Deprecari, vehementer ſiue ſuppliciter precari. Suet. in Cæſar. Satis cõſtat Scyllam cum deprecantibus amicis & ornatiſſimis viris aliquandiu denegaſſet, atq́ illi pertinaciter cõtenderent, expugnatum tandẽ ꝓclamaſſe. Cicero in Lælio, At C. Bloſius Cumanus hoſpes, familiæ noſtræ Sceuola, quum ad me qui aderam, cum Lenate & Rutilio conſulibus in conſilio deprecatum veniſſet. Et lib. i. ad Heren. Deprecatio, quum & peccaſſe & conſulto feciſſe reus confitẽ, & tamen poſtulat vt ſui miſereatur. Hieron. lib. iii. Reg. ablatiuo iunxit. Petitionem unam paruulã ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Habet quoq́ contrariũ ſuo ſimplici ſignificationẽ, & preciſo negationẽ ſeu detractionẽ ĩportat, ſicut in Dedecet, Deſpero, & hmõi. Et ſic Deprecari ſignificat recuſare, Aſinius Cicero. Nec periculũ eſt vllũ, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. Vergil.

Equidem merui, nec deprecor inquit.

Ouidius libro primo de Ponto.

Sæpe precor mortem, mortẽ quoq́ deprecor idẽ,

Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum.

hoc eſt, non precor, nollẽ, recuſo, & quod uernacula lingua dici ſolet, Non te prego de queſto, ma lo te ne deſprego. Liui. de bello Macedo. vtranq́ ſignificationem cõplexus eſt. Ego ſi quid ſcelerate in fratrẽ admiſi, nullã deprecor pœnam, ſi innocens ſum ne inuidia conflagrem, quũ crimine non poſſim, deprecor. Horũ prius pro abominor, deteſtor, ſiue recuſo ſumitur, poſterius pro vehementer precor. Quãq́ Deprecari eſt depellere, abigere, propulſare, ſiue redarguere, prece adhibita, uel quouis alio modo. inde dicimus, ignominiã, & inuidiam, & pœnã deprecatus eſt. Suet. in Auguſto. Quũ lectorius adoleſcẽs patricii generis in deprecãda grauiore adulterii pœna, allegaret ſe eſſe profeſſorẽ. Cic. lib. iiii. ad Herẽ. Audes verbum facere? Audes quicquàm petere? Audes ſupplicium deprecari? Non ſignificat recuſare, neq́ precari, ne de ſe ſupplicium ſumatur, ſed depellere, ſiue redarguere. Quintil. lib. iii. ſcribit Deprecationem depulſionẽ eſſe. Item Cicero in Catil. li. i. Nunc vt à me P. C. quandam propè iuſtã querimoniam deteſter atq́ deprecer. percipite quæſo diligẽter quæ dicam. Idẽ pro Bal. Quiddam de cõi aditione, omnium noſtrum deprecandæ maleuolentiæ cauſſa, breuiter cõmemorandũ videtur. Qua de re ſi Gelli. ſcripſit Deprecari, ſignificare execrari, deteſtari, depellere, vel abominari, non fuit culpãdus à Laurentio Valla, quũ Depello hiſce Ciceronis exẽplis probe cõueniat, & Deprecor maxime cõgruat, ꝓpter præpoſitionem De, quæ ambobus præpoſita eſt. Execror vero, deteſtor, abominor, quũ penè idẽ ſignificent quod recuſo, etiam ipſi verbo Deprecor cõueniunt, in ea ſignificatione in qua ſupra (Mortem quoq́ deprecor idem) diximus accipiendũ. vt & illud Cicer. lib. ii. de Repu. Etiam in Claudii inuidiã Gracchi charitas deprecabatur. id eſt, propulſabat & defendebat. Sallu. in Iugur. Sed quoniam eò natus ſum, ut Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem, non iam mortem & ærumnas, tantũmodo imperium inimici, & cruciatus corporis deprecor. Eſt autem Deprecor quandoq́ uerbum cõmune, vt apud Augu. qui ad Hier. ſcribens ait. Vnde agnoſco dominum potius à me deprecandum, vt tuæ voluntati det facultatem mittendi quod reſcripſeris.

Deprehendo, is, ſignificat caute vel incautũ quempiã capio. vt Deꝑhenſus ſum in adulterio, ĩ ſcelere in ſermone. Deꝑhenſus ab hoſtibus, à tẽpeſtate. Verg.

Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis.

Hora. in Ser. Deprenſi nõ bella eſt fama Treboni. vnde & Deprenſa, genus animaduerſionis militaris, qui certo in errore deprehenſi fuiſſent, caſtigatione

maior,

malor, ignominiis minor. Interdum Deprehendere, eſt animaduertere, cognoſcere. Lactan. libro.i. de Ioue loquens, Nõne à ſua prima pueritia impius & penè parricida deprehenditur? Ambro. libro.i. Offic. Quia ea quæcūq; vana ſunt deprehendit, ea quæ ſancta ſunt neſcit.

Deprimo, is, penul. correp. deiicio, humilio, defigo. Varro. Ab eo depreſſus, à quo erigi extolliq; ſperabam. Lactan. lib. iii. Ita dum hominem quærit extollere, rem ipſam depreſſit. id eſt in imo defixit, humiliauit. Idem lib. vi. Altera quæ ad inferos deprimat. id eſt, deorſum premat uel mittat. Cice. lib. iii. ad Her. Quàm maxime ſedata et depreſſa voce principia dicemus. id eſt, demiſſa.

Depromo, mis, penul. prod. uide in dictione Promo.

Depſo, is, ſignific. ſubigendo manibus aliquid molle & tenerum reddo, Quo verbo utitur Cato libro de Re ruſtica, cuius compoſitum eſt Condepſo, & deriuatiuum Depſiticus, a, um.

Depuber, pen. prod. dicitur is qui ad pubertatis annos non potuit peruenire. hinc Depuberem porcū dicimus, quem lectantem occidimus.

Depudet, penul. corre. pudorem abiicit. Ouidius, Depuditus profugusq; pudor ſua ſigna reliquit. Auguſt. lib. vii. Confeſ. Depuduit uanitatem, & erubuit ueritati. Hiero. ad Euſto. vſus eſt Depudeſco. Non depudeſco (inquit) infelicitatis meæ, qui potius plango, non eſſe quod fuerim.

Depudico, as, penultima prod. ſignifi. uiolo, ſtupro, & pudicitiam aufero.

Depugnare, probe pugnare. Lactā. libro quinto. Retinuit id quod erat ei contrarium, cum quo depugnare poſſet.

Depurgo, as, probe vel deorſum purgo. Cat. de re. Terram cum ſtercore bene permiſceto, depurgato ab herba graminibusq;.

Depuro, ex de & puto, extraho, exicco, vnde Deputatum dicimus, ſiccatum & mundatum. Cc.

Deputo, tas, penul. correpta, proprie deorſum puto. Colum. lib. iii. In agro macro & ſicco uineam imbecillam in brumam amputato, quam partem nō deputaueris, circa calendas Februarii repetito & deputato. Item Deputare, eſt exiſtimare, cenſere, iudicare, quod vulgò dicitur reputare, non ut multi putant, delegare. Teren. in Hecy. Aedepol ne meam eſſe herus operam deputat parui precii, qui ob rem nullam me miſit fruſtra, vbi totum deſedi diem. Plaut. in Amphi. Inde eras è promptuaria cella depromar ad flagrum? nec cauſſam liceat dicere mihi, neq; in hero quicquàm auxilii fiet? nec quiſquàm ſit quin me omnes eſſe dignum deputent. Item aſſignare, attribuere. Hierony. ſuper Matthæum. Phariſæi opera Dei principi dæmoniorum deputabāt.

Depuuio, is, ex de & pauio. hoc eſt, cædo. Lucilius, Palmiaq; miſellam Depuuit me. id eſt, uerberauit.

Derbenſes, populi, ex quorū numero fuit Timotheus Apoſtoli diſcipulus.

Derbices, ſeu Derbiæ, & Derbii, ſunt populi Hyrcanis propinqui. de quibus Hieronimus, Maſſagetæ & Derbices miſerrimos putant, qui ægrotatione moriantur, & parentes, cognatos, propinquos, quum ad ſenectutem venerint, iugulatos deuorant, rectius eſſe dicentes, vt à ſe potius, quàm à vermibus comedantur.

Derce, fons eſt frigidiſſimus æſtate, inter Bilbilim & Segobrigam, in ripa ferè Salonis amnis. Cc.

Dercetum, pen. corre. nomen cuiuſdam Deæ. de qua Diodor. lib. iii. Iuxta Aſcalonem lacus eſt, vbi templum inſignis Deæ, quā Syrii vocant Δερκετοῦν, muliebri facie, reliquum vero corpus figura piſcis, cuius filia Semiramis à columbis educata fit. Ob id ſacras genti aues eas eſſe, oſtendit Tibullus.

Alba Palæſtino ſancta columba Syro.

Derelinquere, ſignificat penitus ſeu in totū relinquere, deſerere.

Derepentè, totum una dictio, quia (vt docet Donatus) aduerbiis præpoſitionem ſeparatim non addimus. Si enim ſeparaueris, non eſt Latinum De repentè. Teren. in Hecy. Ita corripuit derepentè, tacitus ſeſe obuiam.

Derideo, des, penul. produ. ſignificat cum alterius cōtemptu rideo, à quo Deriſor, & Deriſio, & Deriſus, us, quartæ declinationis. & Deridiculus. id eſt, deriſione dignus. Cornucop.

Deripio, pis, penulti. cor. tam in bonū quàm in malū ſumi poteſt. In bonum. Verg. lib. ii. Georg. Colla q; prælorum fumoſis deripe tectis. id eſt, confeſtim defer. In malum. Lactan. lib. v. Quomodo ſe rapinis & fraudibus abſtinebunt, qui Mercurii furta nouerunt docentia, non fraudis eſſe deripere, ſed aſtutiæ. id eſt, ſurripere. Diripere uerò in malum eſt, quum ſignificet diuerſa diuerſe rapere, vt fit in vrbium expugnatione. Gellius, Nam quum oppidum Toloſanum in terra Italia Q. Cepio conſul diripuiſſet, multumq; auri in eius oppidi templis fuiſſet, quiſq; ex ea direptione aurum attigit, miſero, cruciabiliq; exitu periit.

Deriuo, as, penul. producta, à riuus deſcendit, quum aqua deflectitur aliquò, vnde & deduco, riui more ſiue deflecto ſignificat. Per translationem pleriq; vſi ſunt. Terent. in Phorm. Quid vis, niſi vt maneat Phanium, atq; ex crimine hoc Antiphonem eripiā, atq; omnem in me deriuem iram ſenis. id eſt, deflectam. Dona. Deriuatio, dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertineat, ad eum ad quem non pertinet. Cice. in Verrem. Actio. iiii. Quid eſt quamobrem putes te tuam culpam non modo deriuare in aliquem, ſed cōmunicare cum aliquo poſſe? Ambroſius, Pleriq; varias ſignificationes de vineæ adpellatione deriuant. Colu. lib. I. proprie dixit. Crebroſq; ſulcos aquarios (quos nōnulli elices vocant) faciamus, & omnem humorem in cloacas, atq; inde extra ſegetes deriuemus, Cicero pro Milone, poſuit pro deuitare. Fecerunt id ſerui Milonis (dicā enim, non deriuandi criminis cauſſa, ſed vt factum eſt,) neq; imperante, neq; præſente domino, quòd ſuos quiſq; facere ſeruos voluiſſet. Hinc fit Deriuatiuus, a, um, quod ab alio deducitur.

Derogo,gas,pen.corre. detraho. quod patet ex eius contrario Arrogo. Hieron. in Prolo. Eſdræ, Interrogent Hebræos, & ipſis autoribus tranſlationi meæ vel arrogẽt uel derogent. Feſt. Derogare, quum qd ex lege veteri, quò minus fiat, ſancitur lege noua. Cic. lib. ii. ad Heren. Quum duæ leges inter ſe diſcrepant, uidendum eſt primum, num abrogatio aut derogatio fit. Quid eſt ergo derogatio, niſi detractio aliqua legis? Abrogatio, ipſius legis ablatio? Illa partis legis, hæc totius ſublatio eſt. Derogo igitur, detraho quod ſimiliter fit, quũ dignitati honoriq; alterius detrahitur.

Derſæi, cum æ diphthongo. populi ſunt Græcorum, in littoribus Thraciæ, ſicut Herodotus oſtendit.

Deruncinare, diſſecare, & diſſipare, tractum à runcinis, quæ maiores ſerræ dicuntur, quibus fabri ligna vel maiora ligna ſecant.

Deruo, is, deorſum ruo, cado. Apuleius. Prolapſus deruiſſem.

Des, olim pro Bes, dicebatur As, dempto triente. Eſt enim Des, octo vnciarum pondus.

Deſæuio, is, valde ſæuio. quod Hieronymus ad dicta tranſtulit, quum in Prolog. lib. Regum inquit, Latrantes canes, qui aduerſus me rabido ore deſæuiunt.

Deſcendo, is, ex de & ſcando. proprie ſignificat, de loco excelſo ad imum deuenio. cuius contrarium eſt Aſcendo. Liuius lib. i. Tenuere tamen arcem Sabini, atq; inde poſtero die quum Romanus exercitus inſtructus, quòd palatinum capitolinumq; collem Campani compleſſent, non prius deſcenderunt in equum, quàm ira & cupiditate recuperandæ arcis ſtimulante animos Romani aduerſum ſubiere. Per tranſlationem verò dicimus, Deſcendo in prælium, deſcendo in campum, deſcendo in forum, & huiuſmodi alia, quia de quiete ad laborem, de loco tuto ad periculum, de vita ad mortem, eſt iſte deſcenſus, ſiue ad animam, ſiue ad corpus, ſiue ad vtrunq; ſpectet. Perſius Deſcendere pro humiliare poſuit.

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo.
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Deſcio, is, non ſcio. Plaut. in Merc. Athenæ deſciuerunt.

Deſciſco, vide in dictione Aſciſco.

Deſcobinatus, ſaucius, abraſus, ſectus. Varro in Meſca. Sin autem delectationis cauſſa venamini, quanto ſaucius eſt, ſaluis cruribus, in circo expectare, quàm his deſcobinatis in ſylua curare?

Deſcribere, proprie ſignificat de exemplari ſcribere. in qua ſignificatione etiam ſunt Exſcribere, & Tranſcribere. Cic. Corni. Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicendi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum, te à iudicio noſtro, (ſic ſcilicet vt doctum hominem à nõ indocto) paulũ diſſidere. Huic tu libro maxime velim ea anima, ſi minus gratiæ cauſſa, ſuffragere. Dicam tuis, ut eum (ſi uelint) deſcribant, ad teq; mittãt. Per tranſlationem uero ponitur pro diſponere, ſeu deſignare. Idẽ in Lælio, Mei ſunt ordines, mea eſt deſcriptio. Itẽ pro pingere. Plautus in Aſinaria. Non potuit pictor rectius deſcribere eius formam. Item pro denunciare. Lactan. lib. v. Quod prophetæ multo antè deſcripſerant. licet & pro accuratè ſcripſerant intelligi poſſit. Nam hoc verbum etiam ſcriptoribus, id eſt, condẽtibus aliquid conuenire poteſt, quũ eius deſcriptio, pro diſpoſitione & accurata ſcriptione operis ponitur. vt Teren. in Phorm. Ego deſcripſi porrò illis quibus debui. Vergil.

Imò hæc in viridi nuper quæ cortice fagi
Pagina deſcripſi, & modulans alterna notaui,
Experiar.

Lactan. lib. v. Quid eſt enim quod illam vel in carminibus, vel in omni ſermone deſcribant, conquerentes eius abſentiam, quum ſit facillimum bonos eſſe ſi velint. Et hoc ex ui præpoſitionis De, quæ diligentiam ſcriptoris præ ſe fert. de Exſcribo. Gelli. Haud quicquàm dubitauimus, quin ea Plauti foret, & omniũ maxime germana, ex qua duos hos verſus exſcripſimus. De Tranſcribo. Hiero. in præfa. Pſal. Vnde Conſueta præfatione cõmoneo, tã vos, quibus fortè labor iſte deſudat, quàm eos qui exemplaria iſta habere uoluerint, vt quæ diligenter emẽdaui, cum cura & diligentia tranſcribantur. Scribere proprium eorum eſt, qui aliquid condunt.

Deſeco, as. penul. correp. ferro incido. Columel. lib. iii. Et ſi fieri poteſt, iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato. Idem lib. xii. Bonus operarius prati iugerum deſecat.

Deſedeo, es, & Deſido, is, penul. corre. ſicut in Aſſideo dictum eſt. Primum, cum quiete ſedeo, quod eſt continue ſedeo, ſeu ſedendo tempus conſumo. Sueto. in Cæſa. A quo ad accerſendam claſſem in Bithyniam miſſus deſedit apud Nicomedem. id eſt, manſit, cõmoratus eſt. Secundò, cum motu procedo, vt quieſcam, ſiue morer. Terẽ. in Hecy. Vbi totum deſedi diem, Michoniſ hoſpitem dum expecto. Feſt. Picena regio in qua eſt Eſculum dicta, quòd Sabini dum Eſculum proficiſcerentur, vexillo eorum picus deſederat. Quod eſt à Deſido, penulti. longa. id eſt, deſcenderat, vt moraretur.

Deſero, is, penulti. correp. rui, tum, derelinquo, deficio. Hinc milites, patriæ deſertores dicuntur, qui patriam deſerunt, quam defendere deberent. Verg. Deſertorem Aſiæ. Sueton. in Cæſar. Deſertorũ ac ſeditioſorum inquiſitor, ac punitor acerrimus, cõniuebat in cæteris. Hinc Deſertum locum adpellamus inhabitatum, quaſi ab hominibus derelictũ, quem Græci Erẽmum nominant. Quomodo autẽ differat Deſertor ab Emanſore, vide in dictione Emanſor.

Deſerto, as, frequentatiuum eſt. Actius, Quum me ſolum vterq; parens deſertaſſent.

Deſertum, & participium & nomen eſſe poteſt. Participium idem eſt quod derelictum, & quãdoq; aſperum atq; incultum. Vergil.

Rupe ſub aduerſa deſerti ad Strymonis undam.

Nomẽ ſumit pro loco inhabitabili. ut idẽ Aenei. i.

Ipſe ignotus egens Libyæ deſerta peragro
Europa atq; Aſia pulſus.

Deſeruire, eſt obtẽperare, ſeu diligenter, humiliter ue

ſeruire. Cicero Tyro. Indulge ualetudini tuæ, cui quidem tu adhuc dum mihi deſeruis ſeruiſti non ſatis, fac bellus reuertare. Poteſt etiam ſignificare, male ſeruire, quod vernacula lingua dicitur, Deſeruior, ou, meſſerer.

Deſes, idis, à deſedeo, qui nihil agit, & ocioſus ſedet, vel qui ſtat ſæpius ad ſedendum, ſuper his quæ tranſigenda properè forent. Liuius lib. i. Deſidem Romanum regem, inter ſacella & aras acturū eſſe regnū rati. Et lib. iii. Sedemus deſides domi mulierū ritu inter nos altercantes.

Deſideratiua verba, ſunt q̃ à Priſcia. meditatiua uocātur. Ea terminantur in rio. ut eſurio, parturio. Nam deſiderium magis quàm meditationem denotant. Cice. lib. ii. Phil. Vtinam aliquando dolorem populi Roma. pariat, quod iam diu parturit. Pli. lib. xxxvi. Aetitæ omnes adalligati mulieribus, uel quadrupedibus in pelliculis, ſacrificati vteri animalium continent partus, non niſi parturiant remouendi, alioqui vuluæ excidium fit. Sed niſi parturientibus auferantur omnino non pariunt. Sic Parturio ꝓprie pro cupio parere ſumitur, quanquàm interdum pro pario ſumptum inueniatur. Scaturio pro primitiuo capitur ſcateo. Non enim deſideratiuū eſt ſignificatione, ſed uoce tantum. Amaturio autē lecturio, dicturio, cum amaſco & legiſco quibus placent relinquimus. Ipſa quidē cæteraq; eiuſmodi niſi apud autores adprobatos inueniātur non in gregem deriuatiuorum uerborum in ſco, & rio terminatorū adſcribenda cenſemus.

Deſiderium, modo pro vehementi amore. vt apud Iuuenalē. Quur deſiderio Bibulæ Sertorius ardet. Modo pro nimia cupiditate videndi eum qui abeſt. Et propriè de rebus gratis, optatis, aut amiſſis dicitur. Hinc dicimus poſt pugnam deſiderari milites q perierunt. Cicero in Lælium, Ego ſi Scipionis deſiderio me moueri negem, quàm id recte faciam uiderint ſapientes.

Deſidero, as, ex de & ſidero. Sidero vero à ſidus deducitur. Dictum Deſiderare pro cupere, q veluti lucem ſideris, quod amamus optemus. Per tranſlationem ponitur pro deficere, ſeu mori. Macrob. Ne quid ad perfectionem cœtus deſideretur, inuitandos ad hunc congreſſum, conuentumq; cenſeo. Curtius, In eo prælio trecenti capti, quinquaginta millia deſiderata ſunt.

Deſidia, eſt uitium ignauiæ. Sallu. Non fuit conſiliū, ſocordia, atq; deſidia bonum ocium conterere.

Deſidioſus, qui deſidia plenus eſt. Ouidius,
Quæritur Aegyſthus quare ſit factus adulter.
In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat.

Deſignare, deſcribere, quaſi per ſigna demonſtrare. Cæſar lib. i. Cæſar hac oratione Liſci Dumnorigem Diuitiaci fratrem deſignari ſentiebat. Sed quod pluribus præſentibus eam rē iactari nolebat, celeriter concilium dimittit. Aliquando ſignificat deputare, decernere, ſeu deligere. Salluſt. Catilina nihilominus in proximum annum conſulatum petebat, ſperans ſi deſignatus foret, facile ſe ex uoluntate Antonio uſurum. Columel. lib. iii. Ipſum autem agrum, quem ſeminario deſignaueris planum & ſuccoſum ſit. Aliquando ſignificat rem nouā facere, in utrāq; partem, bonam & malā, unde & Deſignatio & Contractio, Conductioq; populi in unum. Hoc enim ei contingit, qui aliquo flagitio populi, in ſe oculos & ora conuertit, & ſpectaculo eſt vulgo. quemadmodum deſignatores, curatores funerum, qui ludis funebribus præerant, & multitudinem retinebant, ob eam cauſſam, quod in his ludis fiebant noua & ſpectanda. Seneca de Benefi. An tu Arficium & Accrium, & cæteros qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores & libitinarios uota? illi quorum mortes optent, neſciunt. Hi familiariſſimum quenq;, ex quo propter amicitiam rei plurimum eſt, mori cupiunt. Terentius, Modo quid deſignauit?

Deſilio, is, deſilui, deſultum, vide in Salio.

Deſino, is, pen. cor. ex de & ſino. ſignificat omitto, finio, ceſſo. ut deſine pluſa loqui. hinc Deſinentia, finis, terminus, ſic dicimus, deſine artem ludricam. Cice. Mario. Libenter me hercle artem deſinerem, tecumq; & ſimilibus noſtri viuerē. Eſt enim Deſinere artem, renunciare arti, atq; artem relinquere, vnde ars deſita, dicitur relicta & omiſſa. Gell. lib. xv. Omnium tum Athenienſium conſenſu diſciplina tibiis canendi deſita eſt. Apul. lib. iiii. Deſine ſcelus.

Deſipio, is, deſipui, deſipiui, & deſipii. ex de & ſapio. ſignificat inſipientes ago, ſiue de ſapientia decido, vel aliquid à communi ſenſu ſapientiaq; minus habeo, & conſtruitur cum ablatiuo. Cice. M. Cælio. In quo quum obiurgaret quòd nimio gaudio penè deſiperem. Plaut. in Epi. genitiuo iunxit. Deſipiebam mentis, quum illa ſcripta mitterem. Auguſti. libr. i. Ciuita. Dei, docet minus eſſe Deſipere, quàm inſanire. Porrò inquit, ſi quis hoc aggrediendum & ſuadendum putat, non dico deſipit, ſed inſanit. Lactan. lib. ii. Deniq; poeta maximus, homo in cæteris prudens, in hoc ſolo nō poetice, ſed aniliter deſipuit. id eſt, more anili inſipienter egit. Huius contrarium eſt Reſipiſco. nam Reſipio in uſu raro eſt, Reſipiſco frequenter. Deſipio in vſu eſt, Deſipiſco non. Et hæc omnia ad mentem proprie pertinent. Eſt enim Reſipiſcere, ad mentem redire. Lactan. de Ira Dei. Idcirco non ad preſens noxium quenq; punit, ut habeat homo reſipiſcendi ſui facultatem. Et lib. vi. Diuin. inſtituti. Reſipiſcit enim ac mentē ſuā quaſi ab inſania recipit, quem errati pudet, caſtigatq; ſeipſum dementiæ, & confirmat animū ſuum ad rectius viuendum.

Deſiſto, is, ceſſo. Verg. Me'ne incœpto deſiſtere victā? Deſiſtere inquit Vlpianus, eſt à negocio abſtinere, quod calumniandi animo inſtituerat, Inde Deſtitiſſe is videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renunciauit in totum.

Deſmoterion, Græci uocant carcerem.

Deſolatorius, a, um, quod deſolatur, id eſt, deſtruit. Pſal. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis. id eſt, vaſtatoribus.

Deſolo, penultima longa. quaſi ſolum & deſertum facio, à ſolus, a, um.

Deſolor, pen. produ. deponens, à ſolor compoſitum eſt, & contrariam ſuo ſimplici habet ſignificantiam. Sed per tráſlationem in ſignificatione differt, Quũ enim quis aliquem ſolatur, quaſi de ſolo lapſum in ſolum, ſiue ſoliditatem allevat. Paſſiue tamen Deſolatus accipitur apud Hiero. ad Tyra. Sola ſeparatione dormientis æſtuans, deſolatus ſolatio pii pignoris lector. Inuenitur & deſolo, as, pen. prod. à ſolo, quod terram ſolidam ſignificat, pro deſtruo, ſiue de ſoliditate deiicio. Colu. li. i. Quia flagitioſum quos hoſtis profligendo deſolaſſet, agros nouos, nouo more emere Romanum ſupra vires patrimonii.

Vergilius libro vndecimo.

Vidimus ingentes, & deſolauimus agros.

Deſpectio, idem quod deſpectus. Cicero in Horten. Conſolabitur eam magnitudo animi & humanarũ opinionum alta quædam deſpectio.

Deſpecto, as. ſæpe deorſum aſpicio. Claudi. lib. iii.
Deſpectant vertice lucum. Verg.
Nunc terras ordine longo.
Aut capere aut captas iam deſpectare videntur.

Deſpectus, a, um. participium, quod eſt cõtemptum. Deſpectus, us. nomen, ipſe actus deſpiciendi.

Deſperatio (ut inquit Cicero libro quarto, Tuſc.) eſt ægritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum. Saliu. Ne forte deſperatione adducti. vitæ mortem præferrent.

Deſpero, as. pen. prod. non ſpero, extra omnem ſpem ſum. hic. n. De, negat. Cice. in Læl. Cuius aures clauſæ ſunt veritati, ut ab amico verum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. Dicimus autem Deſpero ſalutem, & de ſalute. Ambroſ. Nemo veterum conſcius delictorum, præmia diuina deſperet. Deſperatus in morbo dicitur, de quo nulla ſalutis ſpes habetur. Hiero. in ii. Reg. Percuſſitq; Dominus paruulũ. & deſperatus eſt. Item Deſperatus dicitur qui nullã habet ſpem, vnde vetus prouerbium, Non eſſe cum deſperatis certandum.

Deſpicabilis, contemptibilis, à quo deſpicabilior, & deſpicabiliſſimus.

Deſpicientia, deſpectus, ſiue deſpectio, & in ſe plus continet, quàm Contemptio, ut apud Cice. lib. i. Tuſcula. Totam vim beneuiuendi, in animi robore ac magnitudine, & in omni rerum humanarum cõtẽptione, ac deſpicientia ponamus. Et Illuſio plus eſt quàm contemptio, deſpicientiaq;, ut in Cato idem Cicero, Contemni ſe putant, deſpici, illudi.

Deſpicio, is. deorſum aſpicio. Col. li. i. Area ſi cõpetit, ita cõſtituenda eſt, ut vel à domino, vel certe à procuratore deſpici poſſit. Per tráſlationẽ ponitur pro contemno, ſiue paruifacio. Nã quũ qs alium contẽnit, deſpicere videt, quaſi infra ſe aſpicere. Quemadmodũ Suſpicio eius contrarium, ſurſum aſpicio, & per tranſlationem ueneror, quaſi ſupra nos aſpiciamus illum eſſe collocatum. Cic. libr. ii. Offic. Deſpiciunt autem eas, & contemnunt in quibus nihil uirtutis neruorum putant.

Deſpicor, pen. cor. deſpicio. Terẽ. in Eunu. Quæ noſ noſtramq; adoleſcentiam, habent deſpicatam. Donat. Deſpicatam, contemptam atq; deſpectam à deſpicor. Hiero. Ieſſe filius Dauid non primus, aut ſecundus, aut tertius, ſed omnium vltimus ungitur à propheta, & deſpicabilior cunctis eligitur in regem.

Deſpicus, à deſpiciendo, intentus, vigil, cuius exẽpla apud Apuleium frequentiſſima ſunt. Cc.

Deſpoliare, eſt exuere. Hieronym. ad Euſto. Non neceſſe eſt, ut dicas deſpoliaui me tunica, quomodo induam illam.

Deſpondeo, es. ex de & ſpondeo. Spondeo autem à ſponte fit, quod veteres pro dico uſurpabant, quia qui ſpondet, ſponte, id eſt voluntarie dicit, unde Reſpondeo factum eſt, quod eſt poſteriore loco dico. Poſtea vero Spondere vſurpari cœptũ eſt, pro ſpõte promittere, unde qui puellam ſpondet, Sponſor, quæ ſpondetur puella, Sponſa, cui ſpondetur, Sponſus. Qua rogatur pecunia dotis à ſponſo, Sponſio. hoc eſt promiſſio adpellatur. Et dies qua puella promittitur, Sponſalis. Et Sponſalia, mentio, & promiſſio futurarum nuptiarum. Eſt autem Deſpõdere, promittere, quod ad nuptias proprie pertinet, & ad eum præcipue cuius intereſt locare mulierem viro, ſiue virum mulieri. Teren. Nã aliam pater ei deſponderat gnatam Chremetis. Deſpondere animum ille dicitur, qui ſuæ ſponſis ſtatuit finem, & quaſi ex deſperatione mori decreuit. Var. lib. iii. de Re ruſt. Ne reliq; ſi videant deſpondeant animum, atque alieno tempore venditori moliantur. Liui. lib. iii. Nec ipſi ſolum deſponderant animos, ſed contemni cœpti erant à finitimis populis Plau. in Mili. Ne lamentetur, ne'ue animum deſpondeat. Apud Senecã & Colu. ſine animi adiectione, legitur deſpondere. nam de turdis ſic ait. Difficulter in aliam regionẽ transferuntur, quia caueis clauſi, plurimi deſpondent. Similiter dicimus Deſpondere ſapientiam, illũ qui deſperat ſe poſſe ad ſapientiæ faſtigium peruenire, & ob hoc deſiſtit ab incœpto. Nã ii. xli. Col. inquit, Quã probabilis ratio eſt obmuteſcẽdi, quia nequeas orator eſſe perfectus, aut in ſocordiá cõpelli, quia deſponderis ſapientiam. Magnæ rei quantumcunque poſſederis fuiſſe participem non minima eſt gloria.

Deſponſo, as, à deſpondeo fit Ambro. Et bene vtrũq; poſuit ſcriptura, ut deſponſata eſſet & virgo.

Deſpumo, as. pen. prod. ſpuma priuo.

Vergilius libro primo Georg.

Et foliis undam tepidi deſpumat aheni.

Per tráſlationem Deſpumare ponitur pro decoquere. Hiero. ad Ocea. Venter mero æſtuans, cito deſpumat in libidines. Perſius,

Stertim' indomitũ q̃d deſpumare falernũ Sufficiat.

Deſpuo, deorſum ſpuo, ſeu ſpuendo execrationem demonſtro. Perſius, Eſt propè te ignotus cubito qui tangat & acres. Deſpuat in mores.

Deſquâmo, ſquammas exuo. Plautus in Aulul. Deſquãma piſces.

Deſtino, as. pen. cor. ex de & ſtino, unde & Perſtino. Eſt autem Deſtinare, deliberare, aſſignare, deputare,

parare, eligere. Colu.lib.ii. Ita q; conſiderandū erit, ut ſoli quod excolere deſtinamus, pingue ſit. Cice. lib.i. Tuſc. Ad horam mortis deſtinatam. Sueto.de Cæſare, De ampliando imperio, plura ac maiora in dies deſtinabat. id eſt, parabat, conſtituebat, delibe rabat. Plinius in Panegyrico, Deſtinatio conſulatus. Id eſt, electio quandoq; ponitur pro alligare. Apu le.lib.iiii.de Aſi. Arreptum me loro quàm valido, ad anſulam quandam deſtinatum. Quandoq; mitte re ſignificat. Iuuenalis,

Deſtinat hoc monſtrum cymbæ lini q; magiſter,
Pontifici ſummo. Aliquando emere. Lucil. Facio ab lenone, tribus vt libertatē milibus deſtinet. Hinc fit compoſitum Prædeſtino, quod eſt præordino, pmitto. Augu. Prædeſtinatio à præmittendo & præ ueniendo uel præordinando futurum aliquid dicitur. Quandoq; taxare, ſiue p precio deputare. Plau. in Ru. Minus triginta ſibi puellā deſtinat, datq; arrabonem & iureiurando alligat. Hoc idem ſignificat Perſtino. Apuleius, Et percontato precio, quod centum nummis indicaret, aſpernatus viginti denariis inquit, perſtinaui. Sunt qui Prædeſtinatum intelligi velint, oſtenſum, iudicatum q;, ut eſt illud Apoſtoli ad Romanos, Qui prædeſtinatus eſt filius dei. Eſt & præſtino, de quo alibi.

Deſtituo, is. ex de & ſtatuo, ſignificat derelinquo, dimitto. Vergilius.
Et freta deſtituent, nudos in littore piſces.
Interdum Deſtituere, eſt priuare, & ſic cōſtruitur cū ablatiuo. Columella lib.iiii. Rurſus nimiam ſiccitatem deſtituere plantas naturali alimento. Interdum diſſoluere. Næui. Multo nauē iubet deſtitui ancho ris. Interdum ſtatuere Cæcilius, Deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe.

Deſtringo, gis. deorſum ſiue de aliis ſtringo, colligo, aut excido Col.li.xii. Tum & olea deſtringēda eſt, ex qua velis viride oleum efficere. Mart.
Pergamus has miſit curuo deſtringere ferro,
Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi.

Deſtructile, pen.corr. qđ deſtrui poteſt & deſtructur in fine Lactan.lib.de Ira dei. Deſtructilia ſunt omnia quæ manu fiunt.

Deſtruo, is, xi, ctum. ſignificat quod ſtructum eſt, ut non ſtructū ſit efficio, ἰσχυρῶς ἀνασκευάζω ἀπόλλυ καὶ λυμαίνομαι καὶ πολλὰ ἀντὶ παντοδαπῶν πραγμάτων.

Deſubulo, à ſubula, quod ſignificat pfodere. Var. Alterum, Carneadem deſubulaſſe bona corporis. Cc.

Deſudaſco, & deſudaſcitur imperſonale à deſudo. Plau. Homo adoleſcens penetrare huiuſmodi palæſtram, vbi damnis deſudaſcitur. Cc.

Deſudo, as. pen.prod. valde ſudo. Sudo vero à ſudur (ſi Nonio creditur) fieri cōſtat. Interdum tamē Deſudare, per tranſlationem ponitur pro laborare. Hiero. in prolog.lib. Salomonis, Mittitis ſolatia ſumptuum, notarios noſtros & librarios ſuſtentatis, ut uobis noſtrum potiſſimum deſudet ingenium.

Deſueſco, is. deſueui, & deſueo, es, eui. Primum neutrum, ſecundum actiuum, unde Nonius in priſcis di ctionibus. Deſueui illum, pro deſueſeci illum. Id eſt, conſuetudinem illi abſtuli. Titin. Paraſitos amoui, lenonem ædibus abſterrui, deſueui, ne quo ad cœnā iret extra conſilium meum. Hic deſueui à deſueo, in actiua ſignificatione capitur. Nam quamuis Priſci. Conſueſco, conſueui, etus, ſum dicat, addit tamen, Chariſius cōſueo ponit. Idcirco priſco more iuxta Chariſium, iuxtaq; ſignificationem actiuam, quæ in præterito deſueui à Nonio prolata eſt, neceſſe eſt vt Sueo ſimplex ſit unde formatur Sueſco, ex quo componuntur Conſueſco, Deſueſco, Aſſueſco, Inſueſco, quæ ſignificationem paſſiuam innatam habēt, vti caleſco, erubeſco, & augmentatiuam, ut oleſco, adoleſco, quum tamen oleo & adoleo actiuam ſiue naturalem habeant. Ita ſueo, conſueo, deſueo actiuam ſiue neutralem habere conuenit. Ea enim quantum intelligo iam abolucre, propterea in eorum locum ſucceſſiſſe, Conſuefacio, Aſſuefacio, huiuſmodi puto. Simplicis autem Sueſco, præterita ſunt quæ dicam. Claudianus lib.iii. de Rap.
Poſt hæc cu[illegible]bula dulci
Ferre ſinu, ſummoq; Ioui deducere paruam
Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis.
Cice. Metello, A te id quod sueſti peto, me abſentē diligas, atq; defendas. Quādoq; Deſueſcere, nō per negationem, ſed per affirmationem ex ui præpoſitionis De, ponit, quaſi deorſum ſueſcere, ſiue deſcēdere ſueſcere. Plau. in Aſina. Auceps quando cōcinnauit areā, effundit cibum, aues deſueſcunt, neceſſe eſt facere ſumptum qui quærit lucrum. Quandoq; D ſuetus, dicitur, ualde ſuetus.

Deſuetudo, à deſueſco, ſicut Conſuetudo, à cōſueſco quæ contraria ſunt. Liuius lib.i. Mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine ratus.

Deſultores, qui equos eligunt, alunt, ac docent, quorum ars eſt binos trahere equos, & alternatim ex vno in alterū mira celeritate trāſultare. Liui.li.xxiii. Nec om̄s Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorum in modū binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat, tātā velocitas ipſis, tamq; docile equorū genus eſt. Var.li.ii. de re Ruſt. Peritus belli aliter equos eligit, alit, ac docet, aliter quadrigarius ac deſultor. Hos Aelianus de aciebus inſtruendis ἀμφίππους adpellat. Valet autem hoc, inquit, inſtruendæ aciei genus potiſſimū contra Barbaros, qui loca Hiſtro amni vicina incolunt, quos Amphippos cognominant. à mutatione equorum, ex aliis enim in alios tranſſultare conſueuerunt. Deſultorii vero ipſi equi duo, ſine ephippiis, à Græcis κέλης κέλητες, καὶ κελητίζω, Iuuo, dicti, quòd ex his facile deſiliant deſultores, qui ſingulis equis bua præſto erant, exercitatis ita militibus, ut altero de via feſſo, deſilire poſſent in recentem. Sueto. de Cæſa. quadrigas bigasq; & equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes. Caſſiodorus verò in epiſtolis diuerſum ob hoc genus ita nominat In ludis Circenſibus. Equi, inquit, deſultorii ſunt, per quos Circenſium miniſtri miſſos denuntiant exitus

tos ut luciferi quadam in aſtris ſimilitudine præcurſorias velocitates imitari videantur. Per tranſlationem Apul. in primo de Aſi. Iam hæc quidem ipſa uocis immutatio deſultoriæ ſcientiæ ſtylo, quem acceſſimus reſpôdet. Similiter Martianus de nuptiis Philologiæ. Leuitate pernix deſultoria geſtiebat.

Deſum, dees ſignificat deficere Seneca, Felix eſt cui nihil deeſt ad bene beateq́ uiuendum.

Deſuper, hoc eſt, ſuperne.

Deſurſum, idem quod deſuper.

Detego, is, pen. cor. aperio, nudo. Lactan. lib. ii. Nunc interim falſa detegamus.

Deter, ſiue Deterus, a, um. pen. cor. dicitur cui aliquid deeſt, & quaſi detritum ac bonû ſit, à quo Deterior, Determinus.

Detergeo, es, ſi, ſum, & Detergo, is. pro depurgo. Colu. lib. iii. Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito. Ibidem lib. viii. Aut cornu aut vngula tundunt, aut arbori affricant parietibus'ue detergent.

Determino, definio. Lactan. libro quarto, Determinanda eſt nobis veritas breuiter, & in ſuo proprio domicilio collocanda. Sed hoc per tranſlationem. proprie vero Determinare ſignificat diuidere, ſeparare. Hierony. ad Damaſc. Et quia pro facinoribus meis ad eam ſolitudinem commigraui, quæ Syriā iuncto barbariæ fine determinat, non poſſum ſanctum domini.

Detero, is. pen. cor. ex de & tero, ſignificat proprie terendo deiicio, quod & trituro dicitur. Nam ſpicis percuſſis, frumenta in illis depoſita deteruntur, quū grana in terram minuta diſſiliunt. Colu. lib. i. Area optima eſt in ſilice conſtructa, quòd & celeriter frumenta deteruntur. Per tranſlationem Hiero. in prolog. Iob, Qui & Hebræorum ſermonem ex parte didicimus, & Latino penè ab ipſis cunabulis inter Grāmaticos & Rhetores detriti ſumus. id eſt, exercitati, quaſi à ſimili, ut gladius exercitatus, & ipſo nimio vſu comminutus. Item poſuit pro eo, quod eſt damnum infero, & uulgò fruſtro dicitur. Veſtitur, inqt, pariter non deteritur, capilli ſimul non augentur, barba in commune non creſcit, calceamēta ex equo omnibus durant. Lactan. libro ſexto, Quos autem primi aditus difficultas detriuerit, eos in illam vitiorum uiam labi atque deflectere, quæ primo ingreſſu ſit quaſi amœna multoq́ tritior. Detriuerit, pro defregerit, ſiue deiiciendo fregerit. id eſt, remouerit. Tritior vero, pro vſitatior, unde Tritum verbum, pro vſitatum.

Deterreo, ualde terreo, & quaſi terrore quodam prohibeo, remoueo'ue. Cicero libro primo Tuſcula. Itaq́ non deterret ſapientem mors, quæ propter incertos caſus qui quotidie imminent. Idem de opti. dic. genere, Nec vero Ariſtotelē in philoſophia deterruit à ſcribendo amplitudo Platonis, nec ipſe Ariſtoteles admirabili copia cæterorum ſtudia reſtrinxit. Nec ſolum ab optimis ſtudiis excellentes viri deterriti non ſunt, ſed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerunt.

Deteſtabile, abhominabile.

Deteſtor, meo teſtimonio tem abominor, improbo, execro, deponens, quamuis & commune verbum inueniatur. Horat. lib. i. Car.

Bellaq́ matribus deteſtata. Lactan. libro ſexto, Hinc eſt illa Plauti deteſtanda ſententia, Male meretur qui mendico dat quod edat, nā & illud quod dat perit, & illi pducit uitam ad miſeriā. Apud iuriſcōſultos Deteſtari ponitur pro abſenti denunciare, inde Deteſtatio, denunciatio facta cum teſtatione, ut docet Vlp. Aliquando genitalium abſciſſio. Apul. lib. vii. Ob id truces veſanosq́ adhibita tali deteſtatione manſuetos exinde factos.

Detexo, is, ualde texo, perficio. Vergilius.
Viminibus molliq́ paras detexere iunco.
Nam De augentis eſt.

Detineo, es proprie ad eos pertinet qui prius non tenebantur, & quouis modo detinentur, ſiue capiuntur ne abeant iniuſſu eius qui detinet. Lactant. libr. vii. Omnes in vna communiq́ ſtudia detinentur. Terē. In Eun. Detineo te fortaſſe tu profecturus aliò fueras. Retineo pertinet ad eos, qui prius tenebantur, & ne abeant retinentur. Et hæc tam in bonam, quā in malam partem ſumi poſſunt. Per tranſlationem autem Terentius in Phor. Vbi me detinuit morbus. Salu. Me ambitio mala detinuerat. De Retineo idē. Nam imperium facile his artibus retinetur, quibus in initio partum eſt. Terentius in Adelph. Pudore ac liberalitate liberos retineri ſatius eſſe credo, quā metu. Hinc Detento, as. frequentatiuum.

Detondeo, es, detondi, quamuis Tondeo totondi faciat, Antiqui tamen geminabāt, ſignificat à ſummo vſq́ deorſum tôdeo. Colu. li. viii. Et eſt modus optimus conſyderare tempeſtates, quibus ouis, neq́ frigus, ſi lanam detraxeris, neq́ æſtum ſi nondum detōderis ſentiat. Verum quumquæ q́ detōſa fuerit vngi debet tali medicamine.

Detono, as, penul. correp. valde tono. Hieron. Et quū Perſecutionis detonaret procella, in villam remotiorem ſeceſſit.

Detorqueo, es, ſi, tum. ſignificat deflecto. Colu. li. iiii. Sed quod in ſalicto conſerendo vitauerimus, id ſequamur in eiuſmodi malleolo, quem eſt, neceſſe lōgiorem facere ſi uolumus detortum pāgere. Cicero per tranſlationem lib. ii. offi. poſuit, Nam & uoluptates blandiſſimæ dominæ maiores partes animi à virtute detorquent.

Detracto, as. frequentatiuū, ſignificat defugio, deuito, recuſo nego. Verg. lib. iii. Georg.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo.
Aut iuga detractans, interdumq́ aſpera cornu.
Iuſtin. Nec ipſe detractauit certamē. Aliquādo Detractare, eſt male tractare, ſeu maledicere.

Detractatores, dicuntur qui famæ alicuius derogant.

Detraho, is. xi accuſa. proprie ſignificat exuo, id quō quis induit, ſiue quicquid manu contingi & detrahi poteſt, ut detrahe veſtimenta, ſoccos palmites & huiuſmodi. Terent. in Heau. Occurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Plaut. in Aſi. Nudo detrahere me veſtimēta iubes! Interdum Detrahere ponitur pro remoueo

re. Hiero. lib. i. Reg. Detrahebant homines à ſacrificio domini. Interdum pro tollere. Cic. li. offi. iii. Nũquam committit, ut alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Per tranſlationem verò quum fama, gloria, honor, opinio detrahuntur. Et tunc cum datiuo conſtruitur. Hiero. ad Ruſtic. Dicat aliquis, & audes nuptiis detrahere, quæ à Deo benedictæ ſunt? non eſt detrahere nuptiis quum illis uirginitas antefertur. Hinc Detractor, & Detracto, as.

Detrimentum, damnum, dictum ſecũdum Varronem à detritu, quod ea quę trita ſunt, minoris precii ſunt. Sic Intrimentum ab eo, quod duo inter ſe ſint diminuta. Differuntq; ab inuicem, quòd Detrimentũ (ut Pædia. inquit) vel vtrius partis dici poteſt. Intrimentum vero ad vtriuſq; partis ſpectat, dantis, accipiẽtisq; incommodum.

Detrudo, is. pen. prod. deorſum trudo, ſiue trudendo deiicio. Liui. lib. ii. Iam impetu conabãtur detrudere virũ. Per trãſlationem Cic. lib. i. offic. Sin aliquãdo neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenii non erunt.

Detullare, eſt de trulla in trullam deplere, quo vſus eſt Apicius, quod ipſum & diffundere ſecundum Plin. vocatur.

Detrunco, as. truncando deiicio, ſiue in truncos, aut de trunco ſeco, ut hic detruncatus eſt, arborem detruncato, partem voluminis detruncauit. Diſtrunco vſit, in diuerſas partes trunco. Plaut. in Tru. Iã ego te hic agnum faciam & medium diſtruncabo.

Deturbo, as. ferè ſicut detrudo ſumitur, niſi quod in deturbo maior ſit violentia quàm in Detrudo. Eſt enim Deturbare, deorſum cum violentia deiicere. Verg. Puppi deturbat ab alta.

Colu. uero lib. v. ad pampinationem tranſtulit, Vinitor, inquit. qui antè ferro, nunc manu deputet, umbriſq; compeſcat, ac ſuperuacuos pampinos deturbet. Cicero Cn. Pompeio aliter, Sed hoc ſcito tuos veteres hoſtes nouos amicos vehemẽter literis tuis perculſos, atq; ex ſpe deturbatos iacere.

Deturgeo, es, detur ſi. uide in dictione Turgeo.

Deturpo, ex de & turpo. Cicero ſimplici uſus eſt. Iouis arã ſanguine turpari. Cc.

Deucalion, nomen proprium filii Promethei, quem ferunt in fabulis iactu ſaxorum genus humanum cũ vxore Pyrrha recuperaſſe.

Deueho, deorſum ueho. Hiero. ad Ruf. Et multa genera pigmentorum de paradiſi dicit fonte deuehere. Cice. lib. i. ad Heren. pro deſero poſuit, Qui parentẽ necaſſe iudicatus erit, is obuolutus & ligatus corio, deueharur in profluentem.

Deuenio, is. de loco editiore deſcendo.

Vergilius libro quarto,

Speluncam Dido dux & Troianus eandem.

Deueniunt. Per trãſlationem uero quum de diuitiis in paupertatem, de gloria ad ignominiam, de iuſtitia ad iniquitatẽ, de proſperis in aduerſa cadimus, Cice. lib. iiii. ad Heren. Videtur eſſe arrogantia illa relinquere, & ad ſua deuenire. Plaut. in Aſina. Quid ſi fortè in inſidias deuenero?

Deuenuſto as. deturpo. Gellius, Tanquam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

Deuerbero, as. ualde verbero. Teren. in Phorm. Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe uſq; ad necẽ hoſpites, tum etiam ciues.

Deuerbium, à verbo, quod ſignificat extremitatem & deſinentiam verbi, & in quod verbum deſinit, quaſi deorſum tendens uerbum.

Deuerra, Dea ab antiquis putata eſt quam venerabantur. ut ſcopis domum verrere poſſent.

Deuerro, is. probe verro, ſiue de loco verro. Columella libro octauo Stabula vero frequenter deuerrenda & purganda humorq; omnis urinæ deuerrendus eſt.

Deuerſus, ueteres dicebant quaſi deorſum uerſus. Cc.

Deueſtio, ueſte cauo. Apul. lib. iii. Iam primum omnibus laciniis ſe deueſtit.

Deuexo, as. ualde vexo. Lactantius libro quarto, Et quum corpora hominum occupant, animosq; deuexant, adiurãtur ab his & nomine Dei ueri fugant.

Deuexus, a, um. à vexus eſſe conuenit, compoſitum, à quo Vexo, as, eſſe videtur, vnde & Conuexus. Et ponitur pro decliui ac deflexo. Colu. lib. I. Parte cãpeſtri, parte alia collibus. uel ad Orientem, uel ad Meridiem molliter deuexis.

Deuincio, is, perfecte uincio, uehementer ligo. Plaut. in Cap. Aduorte animũ ſis tu iſtos captiuos duos, heri quos emi de præda de queſtoribus, his indito catenas ſingularias. Iſtas maiores, quibus ſunt deuinctĩ. demito. Per tranſlationem Teren. in Heaut. Verum vbi ſemel animus cupiditate deuinxit mala neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia.

Deuinco, is, perfecte uinco.

Deuio, as. ex de & uio, as. à recta via recedo. Abuſiue pro deflecto ſumitur. Hiero. paſſiuum protulit lib. Numeri, Vbi nec ad dextram nec ad ſiniſtram poterat deuiari, obuius ſtetit.

Deuirgino, as, virginitate priuo. Hierony. ad Sal. in Aegypto primum deuirginata eſt, & ibi fractæ mammæ eius. Aliàs Deuirginati dicebantur pueri, quum ex ephebis deceſſerant.

Deuito, as. penultima producta declino. Terent. In And. poſt hac incolumem ſatis ſcio fore hoc nunc ſi deuito malum.

Deuius a, um. quòd à recta via recedit. Cic. In Læl. p tranſlationem, Quid poteſt eſſe tam flexibile, tã deuium, quàm animus eius qui ad alterius, non modo ſenſum ac voluntatem, ſed etiam uultũ atq; nutum conuertitur? Dicimus etiam iter deuium, quòd eſt à recta uia ſemotum. Hiero. lib. ii. Reg. Populus multus veniebat per iter deuium, unde Cice. Anagninos uocat deuios, quòd eſſent extra uiam militarẽ collocati. Et Horatius ſcortum deuium dixit, quod eſt à uia remotum. Propert.

Lætor quòd ſine me deuia rura colis

Deunx, quaſi de una, hoc eſt, As dempta uncia. Cc.

Deuoco, as. pen. corr. vocando deduco, ſiue inde aut deorſum voco. Liui. lib. iiii. Quum à ſauciis hoſtibus ſciſcitando cõperiſſet, caſtra Volſcorũ deſerta

eſſe, lætus à tumulo ſuos deuocat. Cic. lib. Tuſc. per tranſlationem locutus eſt. Socrates primus philoſophiā deuocauit è cœlo, quod eſt, quaſi deduxit.

Deuolo, as. penul. cor. de alto uolo. Plaut. in Amph. Poſtquam in cunis conditus, deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo maximi. Per tranſlationem autē ponitur pro decurro. Liui. lib. iii. Alii inter tumulum præcipites, pauore in forum deuolant. Idem lib. ii. pro deſilio poſuit. Deuolant de tribunali ut lictori auxilio eſſent. Aliquando Deuolare, eſt aliò volare, hoc eſt, diſcedere. Cice. ad Heren. Ita falſi amici ſereno uitæ in tempore præſto ſunt, ſimul atq; homini fortunæ inuiderint, deuolant omnes.

Deuoluo, is. omnibus aptatur quæ à ſümo deorſum decidunt, ſeu delabuntur, ut ſaxa, ut aqua, ſiue quū hoſtes inde præcipitātur. Colu. lib. i. Huic præ ſtuēs aqua è montibus oriunda, quæ per ſaxa præceps deuoluitur. Liui. lib. ii. de bello Pun. Saxa ingentia in agmen deuoluunt. Per tranſlationem uerò dicimus. Deuoluta eſt res, deuoluta eſt hæreditas, quod vulgò dicitur, de manu in manum. Idem lib. v. Et eò deuolui rem, ut aut Patricii aut patriciorum aſſeclæ habendi Trib. Plebis ſint. Hierony. Illa interim coniunx egregia et quæ de fontibus Tullianis hauſerat ſapientiam, nupſit Salluſtio inimico eius. Et tertio Meſſalæ coruino, & quaſi per quoſdam gradus eloquentiæ deuoluta eſt.

Deuoro, as. penul. corre. vorando delicio. Cato de re ruſt. Bos ſi ægrotare cœperit, dato cōtinuo ieiuno ouū gallinaceū crudum, integrum facito deuoret. Refertur etiam ad alios ſenſus. Martian. Oculis deuorantibus draucos. Plautus, Auſcultate, atq; operam date, & mea dicta deuorate. Illud enim oculorum, hoc aurium auiditatem ſignificat.

Deuotiones, uide in dictione Deuoueo.

Deuoto, as. penul. produ. frequentatiuū. Cice. Coclitem contra omnes copias hoſtium tenuit in ponte ſolū, quæ patrem Decium, quæ filium deuotauit.

Deuotorius, a, um. ut carmīa deuotoria apud Liuiū. & Macrob. quibus homines urbesq; deuouentur, quibus Decii pater, filius & nepos ſe deuouerunt.

Deuotus, deſtinatus, & ad pſperum, aduerſumq; trahitur. Varro, Tum deuoto tibi animo vtere. Verg. Præcipue infelix peſti deuota futuræ.

Accipitur & pro diro & execrando. Ouidius,
Viuite deuoto fœmina virq; thoro.

Deuoueo, deuoues. penul. correp. ſignificat ſolenniter uoueo. Vouere autem eſt aliquid ſanctè promittere. Vergil. lib. xii.
Quorum ſe deuouet aris. Cice. lib. iii. Offic.
Quid Agamemnon quum deuouiſſet Dianæ, quòd in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam. Item Deuouere, eſt morti dedere. Liuius lib. ix. Equidem mortem pro patria præclaram eſſe fateor, & me, vel deuouere pro populo Romano, legionibusq;, vel in medios me mittere hoſtes paratus ſum. Item Deuouere, eſt diris imprecationibus malum alicui optare. Ouid. in Ibin,
Illum ego deuoueo quem mens intelligit Ibin.

Hinc Deuotio, pro execratione. Suet. in Cali. Lenis adeò & innoxius ut Piſonis decreta ſua reſcindenti, non prius ſuccenſere in animū induxerit, quàm veneficiis quoq; & deuotionibus impugnari ſe comperiſſet. Hæ deuotiones tales erant, quales diræ fuerūt apud priſcos, quæ talem habere poteſtatem credebantur, vt nemini fas eſſet qui in eas incidiſſet, euadere. Inter carmina magica duo erant apud maiores maximæ religionis, quorum altero Dii tutelares vrbium euocabātur ab hoſte victore, ne Deos captiuos ducere viderentur. Altero deuouebant. id eſt, morti debebant vrbis exercitus, hominum capita, qui ſe traderent iræ numinum pro ſalute aliena, quale fuit carmen duorum Deciorum, qui ſe pro patriæ ſalute deuouerunt. Liuius lib. ix. Equidem mortem pro patria, ut ſupra.

Deus, varie à variis deduci ſolet, nam quidam à θεὸς deriuant, quod Deum ſignificat. Alii ἀπὸ τοῦ θέειν Moſcopulus, θεὸς λέγεσθαι ὅτι θέω τὸ τρέχω, θεοὺς γὰρ ἕλληνες τὰ ςοιχεῖα ἔλεγον, ἅ θέουσιν ἀεὶ, καὶ Ἀριστοτέλης, id eſt, Deum dici à curro uolunt, Deos enim Græci elementa dicebant, quæ currunt ſemper. Et Ariſtoteles. Alii ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι ſpeculos, quòd in maieſtate diuina, tanquam in ſpeculo cuncta reſulrent, aut quia cuncta intuetur. Vel potius τὸ δέος, τοῦ δείους, φόβος λέγεται, ὅτι αὐτοῦ οὐδὲν μᾶζον. Id eſt, δέος, δείους, timor timoris dicitur, quoniam ipſo nihil maius, vnde Statius, Primus in orbe Deos fecit timor. Quidam à dando, qua hominibus det quicquid eſt commodum. Nonnulli Deum dici putant, quòd nihil ei deſit. Hinc Deitas, quæ & Diuinitas dicitur. Auguſti. lib. vii. de ciui. Dei. Hanc diuinitatem, vel ut ſic dicā deitatem. Nam & hoc verbo uti iam noſtros nō pīget, vt expreſſius è Græco transferāt, quod illi theoteta adpellant. Deum & Diuum quidam indifferentes accipiunt, Alii Deos uolunt perpetuos eſſe, Diuos uero ex hominibus factos.

Deus Penetralis, dicebatur qui intra conſeptum domus cuiuſq; colebatur, à nonnullis Iupiter Ertius dictus. Cornucop.

Deuteria, à Græcis dicuntur uina aqua mixta. hoc eſt, ſecundaria. nam δεύτερον, ſecundum dicitur. Fit ex maceratis aqua vinaceis poſt muſtum acinis expreſſum.

Dexamenæ, vna ex Nymphis marinis, à recipiendo dicta, δέχομαι enim recipio dicitur. Ce.

Dexter, dextri, vel dexteri, qui dextræ partis eſt. Vergil. Quo tandem mihi dextra abis.
Interdum dicitur aptus, conueniens, agilis, ab aptitudine dextræ manus. Stat. libr. iii. Syl.
Signa frenatæ moderatus alæ Caſtore dextro.
Hinc Dexterior fit, & Dexterrimus, pro aptior & aptiſſimus. Dexteritas, aptitudo. Antiqui Dextimum & Siniſtimum, pro dextro & ſiniſtro dicebāt. Aliquādo etiam Dexter, dicitur proſper, propitius. Vergilius lib. viii.
Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.

Dextera,

Dextera, vel Dextra, manus, quæ quoniã validior eſt ſiniſtra, Dare dextram dicimus, non modo manum porrigere, ſed etiam auxilium præſtare. Vergil. Da dextram miſero. Dextram Numa Pompilius (vt ait Liuius) fidei cõſecrauit. Dextra ſe antiqui venerabantur, per dextram iurabant tãquam fidei ſedem & uirtutis miniſtram.

Dextero, as. ſignificat equos bigarios iungo. Soli. Tarpeium Iouem terna dextratione luſtrauit. Laur. Val. Triumphaſſe exiſtimas Cæſarem quoties domo prodibat, ut nunc ſolet Papa præcedentibus albis equis, quos ſtratos famuli dextrant.

Dextrale, ornamentum dextræ, cõmune uiris & mulieribus. Hiero. in Exod. Viri quum mulieribus præbuerunt armillas & inaures anulos & dextralia. Huius diminutiuum eſt Dextraliolum, ut in lib. Iudith. Induit ſandalia in pedibus ſuis, aſſumpſitq́ dextraliola & inaures.

Dextrarii, dicuntur equi maxime bigarii.

Dextrocherium, mulierum brachiorum ornamentum, quod ex auro in anuli lati formã, gemmis precioſiſſimis integebatur. Iulius Capitol. ſcribit Maximinum police fuiſſe tam vaſto, vt vxoris dextrocherio vteretur pro anulo.

Dextrorſum, aduerbium, ſignificat verſus dextram partem.

D ANTE I.

DI, & Dis, præpoſitiones eiuſdem ſignificationis ſunt, qa ambæ ſeparatiuæ, & in compoſitione ſolũ reperiuntur. Componitur autẽ Di cum dictionibus incipientibus à d, vt Diduco, g, ut Digero, l, vt Diluo, m, vt Dimitto, n, ut Dinumero, i, vt Diiudico, u, vt Diuerto. & vbiq; producitur, niſi in Dirimo, & Dilertus. Dis uero modo negationem denotat, vt difficilis, Diffido. Modo diuerſitatem, vt Diffideo. Modo diuiſionem, ut Diſſocio, Diſiungo, Modo ſignificat valde, vt Diſcrutior, Diſcuplo. Modo varie, ſiue in diuerſas partes, vt Diſpono, Diſſemino. Quandoq́ male, vt Diſpereo, male pereo. Componiturq́ cum c, vt Diſcumbo, f, vt Diffundo, vbi ſ mutatur in f, euphoniæ cauſſa, p, vt Diſputo, q, vt Diſquiro, r, vt Diſrumpo, ſ, vt Diſſimulo, t, vt Diſturbo, i, conſonante, Diſiungo. Eſt quando Di Græca dictio ſit, & ſignificat bis, vel duo, vt Digamus, Didrachma.

Dià, præpoſitio Græca, apud nos per & propter ſignificat. Eſt & nomen duarũ inſularum, quarũ vna Cretæ adiacet, alia in mari Tyrrheno, quæ aliis nominibus Naxos & Strongylos uocatur, de qua Ouidius.

Qua breuis æquoreis Dia feritur aquis.

Dia etiam dicta eſt Hebe Dea quædam, & Dia, accuſatiuus Græcus quo Iouem ſignificamus. Hinc flamen Dialis dictus à Ioue cui ſacra facit.

Diabolus, Latinè calumniator dicitur, διαβολὴ, calumnia, διαβάλλω, criminor.

Diacheron, ſpina alba eſt, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cuius radix vnguẽtis expetitur, aliàs aſpaltus ſiue dipſacus.

Diacodion, medicamentum quod ex capitibus papaueris fit.

Diacon, diaconos, os in us, fit Diaconus, à Diaconeo, miniſtro. Eſt enim Diaconus, miniſter, Diaconia, miniſterium. Nos Diaconium dicimus, & Diaconatum, pro ordine diaconi.

Diactor, quaſi internuncius, quod nomen datum eſt Mercurio.

Diadema, pen. pdu. quod quidã eũ diphth. ſcribunt, geſtamen regis, à διαδέω, circumligo. Nam habet duo appendicula quibus caput ligatur. Hinc Diadematus, diademate ornatus. Cicer. in oratione ad populũ, Nõ vt pro Q. Metello uiro clariſſimo iam ſpectata ætate filius, non L. diadematus conſularis ſumma autoritate, non Q. Metellus cenſoſius.

Diadochos, gemma beryllo ſimilis.

Diadumenus, quaſi vittatus, diadematusq́, quo nomine dictus eſt iuuenis quidam ſpecioſus.

Diæreo, diuido. Diæretus diuiſibilis.

Diæreſis, dici poteſt diuiſio, figura quum vna ſyllaba in duas diuiditur, vt apud Horatium,

Nunc mare nunc ſyluæ. quod triſyllabum eſt.

Diæta, cœnaculũ in quo æſtate cœnatur ad umbrã, hyeme ad Solem, quod & Cœnatio dr, ſiue cœnatiuncula. Plin. in Epiſt. Ex triclinio in diætã ſiue cœnatiunculã trãſitus. Scæuola de lega. lib. iii. Liberto meo ex domo mea, quã libertis meis dedi, diæta in qua habitaui. Hic locus etiam zeta, & zetula vocatur. Hoc nomen quidã à Græco deriuant, διαιτάομαι, viuo & conuerſor. In his enim cœnaculis uiuimus, & uerſamur, unde etiam Diæta nominatur victus, & medicinæ pars Diætica nuncupatur, quæ uictu medetur. Cic. ad Atti. Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. Varro uero, quòd in ea per diem edatur dici exiſtimat. In hortis uero ædificari ſolebat, licebatq́ teſtatori diætã in hortis vxoris ædificatã, diruendam legare, ſi id fieri ſine fundi detrimento poſſet. Apud Græcos ſumitur pro iudiciorũ loco, & pro loco, quo arbitri conueniunt, & tunc dicitur à διαιτάω, iudico ut arbiter. Ab aliquibus accipitur pro diærio, hoc eſt, vnius diei cibo.

Diætarii, uocabantur miniſtri diætæ ſerulentes, quorum meminit Vlpia. de fundo inſtr. Et Diætarii dicuntur, qui in aliena cœnacula, furandi gratia ſe dirigebant, quos Vlpian. ſcribit plus quàm fures eſſe puniendos. Itaq́ aut ad tempus relegandos, aut in opus publicũ dandos, aut fructibus cædendos.

Diætitæ, à Græcis adpellantur arbitri.

Diagoras, nomen philoſophi, qui Atheos cognominatus eſt, id eſt, negans Deos. Hic quum Samothraciã ueniſſet, atq́ ei quidam amicus dixiſſet, Tu qui Deos putas humana negligere, non'ne aduertis ex tot tabulis pictis, quàm multi uotis uim tempeſtatis effugerint, in portumq́ ſalui peruenerint? Ita fit, inquit, Illi enim nunquam picti ſunt qui naufragia fecerunt, in mari q́ perierunt.

Diagramma, atis. Geometria deſignata ſiue quadrangulis, ſiue triangulis, vel inſcriptio libri.

Dialectica, Latinè diſputatoria dr, a διαλέγομαι, di-

ſputo, διὰ enim per, λέγομαι, ſermocinor, quia per ſermocinationem diſputatio proſequitur. Hinc Dialecticus, a, um. Hieronymus contra Ruffinum, Septem modos concluſionum, dialectica me elementa docuerunt.

Dialectos, Græci uocãt loquendi genera, ſicut docet Quintilianus lib. I. quæ apud illos quinq; ſunt, ſcilicet Ionica, Dorica, Attica, Aeolica, & communis lingua.

Dialexis, Latinè diſputatio.

Dialis, Iouis, ἀπὸ τοῦ Διὸς. id eſt à Ioue, ut flamen Dialis. id eſt, Iouialis, & Dialis pro aere, unde Subdialis, ſub aere. Plin. lib. xxxiiii. Illa ſuper terram ex ſubdialibus petris cæditur, hæc ex obrutis. Idem Subdialia pauimenta Græci inuenere. id eſt, q̃ permanent ſub dio. Dialis quoq; à die dici poteſt, ut conſul dialis, qui uno tantum die conſul fuit. Hinc ſcomma illud Ciceronis in conſulem, qui vno tantũ die conſul fuit. Solent, inquit, eſſe flamines diales, modo conſules diales habemus. Et Horat.
Nouendiales diſſipati ſunt cineres.

Diallage, διαλλαγὴ, à noſtris transfertur cõciliatio. Figura eſt, quum plura argumẽta ad unum effectũ deducuntur, autor Quintilianus libro nono.

Dialogus, Græcè, Latinè diſputatio, ab διαλέγομαι, qđ eſt diſputo, ex διὰ, per, λέγομαι, ſermocinor, uel diſputo. Logos ſermonẽ & orationẽ cõprehendit. Et eſt dialogus oratio, ubi diſputãtes introducunt, quotquot autori libuerit. Nõ ài à dia, duo, λόγος, ſermo, quod ſit ſermo duorũ, quũ eñ ſunt quinq; & ſex, aliquando plures, ut Plato, ſed ſomniant.

Dialutenſes pelagiæ, genera purpuræ, quæ uario ſoli genere paſcuntur. Cornucop.

Dialyſis, Græcè, Latinè diſſolutio dicitur.

Dialyton, penul. cor. dici poteſt diſſolutum, διαλύω, diſſoluo. Figura quum ſine cõiunctionibus dictiones proferuntur punctatim, ut, Ite, ferte citi ferrum, date tela, impellite remos.

Diamaſtigoſis, Latinè diſflagellatio dicitur.

Diameter, penul. cor. menſura, ſiue linea dimetiens, à Græcis Diametros dicitur. Colu. lib. 6. Eſto area rotunda, cuius diametros. id eſt, dimenſio habeat pedes ſeptuaginta.

Diana, à Διὸς. id eſt, Ioue, quaſi Iouiniana, Iouis filia, ex Latona, quæ & Luna, ſic dicta, quòd quaſi diẽ noctu efficiat. Vel quòd noctu ſola luceat, quaſi lucẽs una. Quapropter & Noctiluca in palatio uocabat. quòd ibi noctu templũ eius luceret. Vel quaſi Deuiana, quia uenãtes per ſyluas deuiare ſolẽt. Ab ea Dianus, dicebatur locus ei cõſecratus. Eandem eſſe Lucinã dicũt & Iunonem. Iunonem à iuuãdo, Lucinam quòd partum in lucem prodat, quam in pariendo inuocant. Verg.
Caſta faue Lucina tuus iam regnat Apollo.
Siue (ut Plinius ſentit) quòd oculis præſit & luci. Siue à luco quẽ Romæ in exquiliis habebat. Dicta eſt et Proſerpina, ut infra dicetur. Et Dictinna, quòd dum Minoem regem uim ei inferre uolentem fugeſset, in mare ſe præcipitem dedit. Cadauerq; eius à piſcatoribus inuentũ, propter quòd à retibus quæ Græce δίκτυα, dictya dicuntur, nomen ei impoſitũ. Præterea Hecate dicta fuit, uel quòd centum uictimis placaretur, uel quòd centum annos errare faceret inſepultos. Dicta eſt & Pergæa, à Perga, Pamphiliæ oppido, in quo templũ habuit inſigne. Plures tamen Dianas fuiſſe Cicer. lib. de nat. deo. ſcribit. Sed illa noĩatiſſima eſt, quæ eodem partu cũ Apolline ex Ioue et Latona nata eſt. Hæc ob uirginitatis amorem, fertur hominũ conſortia aufugiſſe, & vt à ſe libidinis pruritũ amoueret, uenãdo ſyluas incolebat, paucarũ virginũ comitatu contenta. Arcum ferebat & Pharetrã, ſuccincta ſemper incedens, & cothurno induta, ob hanc cauſſam ſyluarum & nemorum Dea putabatur. Dicta eſt Faſcelis, à faſce lignorum, vbi eius ſimulachrum abditum erat, quod occiſo Thoante, Tauricæ regionis rege, ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum eſt. Ce.

Dianium, inſula eſt, quam nonnulli Artemiſiam uocant, contra Coſſanum litus. Cornucop.

Dianœa, à noſtris dicitur mens, ſiue intellectus, vnde ab oratoribus ponitur pro quadã figura, q̃ ſenſum magis quàm verba deſignat. Quintilianus lib. i. Figuras queq; lexeos, quæ q; dianœas vocantur.

Diapaſma, atis. inſpergimen, quo ad ſudores coercendos vtimur, cuiuſmodi ſunt quæ ſiccis odoribus cõſtant, vt inquit Plinius lib. xiii. dicitur ἀπὸ τοῦ διαπάσσω, inſpergo. Martial.
Quid quod olet grauius mixtum diapaſmate virus.

Diapaſon, pe. cor. muſicæ artis ſymphonia, conſtans ex quinq; tonis, & duobus ſemitonis. id eſt, de diapente & diateſſaron.

Diapente. id eſt, quaſi de quinq;, quia totidem uoces refert.

Diaphanum, penul. pdu. Latinè dicitur tranſparens, ſicut & Cryſtallum.

Diaphonia, cum accentu in penultima, diſſenſio, diſcordia, διαφωνέω, diſcordo, diſſono.

Diaphora, pe. correp. Latinè differentia. Diaphorus, diuerſus.

Diaphoretica, uis diſcuſſoria. hoc eſt, diſſolutoria, diſcutiuntur incipientia tubercula, emittuntur concocta & ſuppurantia.

Diaphragma, atis. dr̃ oẽ mediũ, & nariũ diuiſio, vnde & pro pariete accipitur, ſeu membrana quadam tenui, in retis ſimilitudinem facta, in corpore quæ veluti paries quidam cor pulmonemq; ſepiat, & à iecore lyeneq; ſeparet. nam φράττω, Latinè ſepio & obſtruo dicitur. Hanc membranã Latini trãſuerſum ſeptũ adpellãt. Cor. lib. iiii. At ſub corde atq; pulmone trãſuerſum ex ualida membrana ſeptum eſt.

Diaporeſis, pe. prod. Latinè dubitatio. Figura oratoria, quæ fit quoties oĩa & magna uidentur & paria, ita ut orator neſciat à quibus potiſſimum dicere incipiat. Teren. in Eunu. Quid cõmemorem primũ, aut laudem maxime illũ, qui dedit mihi conſilium vt facerem, an me qui auſus ſim incipere? an fortunã collaudem quæ gubernatrix fuit?

Diapſalma, atis. quid ſignificet, docet Hiero. ad Mar-

cellá ſcribens, cuius ſunt hæc verba. Quidā diapſalma cōmutationem metri dixerunt eſſe, alii pauſationem ſpiritus ſancti, nōnulli alterius ſenſus exordiū. Sunt qui rhytmi diſtinctionem. Et quia pſalmi tūc temporis iuncta voce ad organum canebantur, cuius cauſſa muſicæ varietatis exiſtiment ſilentiū. Nobis nihil horum videtur, quum Aquila, qui verborum Hebræorū diligentiſſimus explicator eſt Sela, hoc eſt, Diapſalma ſemper tranſtulerit. Et inuenimus in pſalmos quoq; ſine diapſalma poſitū, vt eſt in tertio. Dentes peccatorū cōtriuiſti. domini eſt ſalus, & ſuper populū tuum benedictio tua. Sela. id eſt, ſemper. Et quis eſt iſte rex gloriæ? dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ, ſemper. Hoc verbum ſuperiora pariter & inferiora cōnectit, aut certe docet ſempiterna eſſe quæ dicta ſunt, ut eſt illud, Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus illi in Deo ſuo, ſemper. Et rurſum, Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte ſancto ſuo, ſemper. Scire autem debemus apud Hebræos in fine librorum, vnū è tribus ſolere ſubnecti, vt aut Amen ſcribant, aut Sela, aut Salom quod exprimunt pacem. Igitur vt ſolemus nos, completis opuſculis ad diſtinctionē rei alterius ſubſequentis medium interponere, Explicit feliciter, aut aliqd huiuſmodi. Ita & Hebræi, vt quæ ſcripta ſunt roborentur, facere ſolent, vt dicant Amen, aut in ſempiternum, & ſcribenda cōmemorant, ut ponant Sela, aut tranſacta feliciter proteſtantur pacem in vltimo ſubnotantes.

Diarium, à die fit, & ſignificat victum quotidianū. Id eſt, quod in unius diei cibum datur. Martial.

Sed lupus vſuram puerīq; diaria poſcunt.

Sumitur & pro libro ſeu hiſtoria, quæ per ſingulos dies ſcribitur, & à Græcis dicitur Ephemeris.

Diarrhyton, Latinè aquis circundatū, & madentem paluſtri ſolo, quo nomine dictus eſt Hyppon.

Diaſatyrion, compoſitio quædam medicorum ad excitandam Venerem.

Diaſtaſis, penul. cor. Latinè diſtantia, ex διὰ, quæ aliquando ob & longe deſignat, & στάσις, diſtantia.

Diaſtema, atis. Latinè ſpatium, habet penul. produ. nam Græce διάστημα, vnde errauit Sidonius, qui cā corripuit.

Sic Placidam Paphien ſeruare diaſtema quintum.

Diaſtole, penul. corre. diſtinctio, uel dilatio. Figura quum una dictio, uel ſententia ab alia diſtinguitur, vel quum breuis ſyllaba producitur, διαστέλλω, διαστολὴ. id eſt, diſtingo, diſtinctio.

Diaſtrophos, penul. cor. Latinè peruerſus dicitur, ex διαστρέφω, id eſt peruerto.

Diaſyrmos, dici poteſt diſtractio, ab διασύρω, diſtraho. Figura quum vna dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahitur. Vergil.

Interſtrepere anſer olores. Id eſt, malus poeta inter bonos. Fit etiam quando quis magna verbis comminuit, & minima extollit.

Diateſſeron, Latinè de octo, quia octo voces habet.

Diatheſis, penul. cor. affectus, & unum ex accidentibus verbi quod Latini genus uocant.

Diauſa, una ex quatuor porticibus Romæ, quæ ad Meridianas regiones ſpectabat. Cc.

Diaulos, à Græcis certamen, vel curſus vocatur, & ſpatium quod pedes habet mille ducentos. Nam ſtadium à diaulo differt, diaulos à dolicho, dolichus à millo. Stadium (vt Hieronymus placet) pedes in longitudinem ſexcentos habet, Diaulos, mille ducentos. Milium, ſtadia octo. Dolichus, ſtadia duodecim.

Diaulus, vir erat ex medico factus cadauerum funerator. Mar. Chirurgus fuerat nunc eſt veſpillo Diaulus. Cornucop.

Dibapha. penul. correp. purpura bis tincta. Vnde & precioſior, quali vtebatur magiſtratus in prætexta. nam δὶς, bis. βαφὴ, baphe, tincturam ſignificat. βάπτω, tingo. βαπτὴς, tinctor. Cicero Cælio, Curtius noſter dibaphum cogitat, ſed eum infector moratur, quum ſignificare vellet, Curtium hominem minimi precii, aſpirare ad magiſtratum. Ponitur etiam pro ueſte delicatiore, & digniore quæ bis tincta ſit. Scribit Seru. Dibapha loca Tyri, vbi repetita infectura, lanæ tingebantur.

Dica, cauſſa. Teren. in Phor. En vnquam iniuriam audiſti mihi ſcriptam dicam. Cice. ſcribitur Heraclio dica. Interdum dicitur iudicatio, & accuſatio, crimen. Nam δίκη, iudiciū, & accuſatio. Plau. in Aul. Scribam dicam.

Dicacitas, eſt ſermo cum riſu aliquos inceſſens.

Dicaculus, & Dicacula, diminutiua ſunt. Plautus in Amph. Satis dicacula es amatrix.

Dicæa, vrbs ī thermaico ſinu, à Dicæo Neptuni filio.

Dicæarchia, quæ nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iuſtiſſime regebatur. nam Græci δίκην, iuſtitiā vocant, & ἀρχὴν, principatum. Quidam ſcribunt Dicarchæa. Sido. Apollinaris. Nanq; Dicarchææ trāſlatus puluis arenæ.

Dicæarchus, iuſtus princeps, ex δίκαιος, iuſtus, ἀρχὸς, princeps, eſt nomē philoſophi Meſſenii, de quo Cic. lib. Tuſcu. Hic opinatus eſt hominum exordiū nullum extitiſſe, tanquam ſemper fuerit humanum genus. Compoſuit tres libros in quibus ſuam ſuper anima declarauit ſententiam, qui animā nihil aliud eſſe arbitrabatur, quàm vim quandam atq; potentiam æquabiliter fuſam, tam in corporibus brutorum, quàm hominum, quæ à corpore foret inſeparabilis, vt à morte nullus ſenſus ſupereſſet, ſed totū animal commoreretur.

Dicæologia, Græcè δικαιολογία, iuſtificatio dicitur. Figura eſt, quum æquitatem cauſſæ, quàm maxime breuiſſime complectimur.

Dicæoſyne, iuſtitia. ſiue iuſti intelligentia. Menander poeta comicus, δίκαιον γῆν, id eſt, iuſtam terrā nominat, quæ tantūdem reddit, quantum accepit.

Dicax, q malignis ſalibus maledicit. Ideo Demoſthenem vrbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant.

Dichotomos, Græcè, apud nos idem eſt quod dimidiata, ſiue diuidua, qualis ſeptimo quoq; die poſt plenum orbem Luna vilſitatur. Sic dicitur Dichomenos, id eſt, ſemiplena Luna.

Dico,as,prima correpta,ab obſequium do,cõſecro,
offero,unde in vſu eſt, Sacerdos dicatus eſt numi-
ni.Cicero Cæl.lib.i.Balbum quâti faciam, quâquã
me ei totum dicauerim ex ipſo ſcies. Huius uerbi
compoſita ſunt Abdico, Dedico, Indico, Prædi-
co, Vendico, & Vindico,quæ habent penultimam
correptam.

Dico,is,pen.prod.xi,ctum, ꝓprie ſignificat loquor,
vt ſi quis me roget,quid dicis? ego ita reſpõdeo,ni-
hil dico. Apud Oratores verò Loq,eſt qualiacũq;
verba proferre, Dicere verò,eleganter.& facunde.
Quintil.lib.x.Nam mihi ne dicere quidem videtur,
niſi qui diſpoſite,ornate,copioſe dicit. Hinc Dictio
vocatur oratoria,& facunda oratio.Nã ab illo ge-
nerali huius verbi ſignificato fit dictio,ꝓ uocabu-
lo,ſeu uerbo.Dicere etiã uocare, nominare eſt. Ver.
Eſt locus Heſperiam Graii cognomine dicunt.
Quandoq; ponitur pro cõſtituere. Teren.in And.
Hic nuptiis dictus eſt dies. Quandoque pro iudi-
care. Vergilius,
Dic mihi Damœta cuium pecus,an Melibœi?
Quandoq; pro denunciare. Terentius in Andr. Sed
dico ne temere facias.Quandoq; pro promittere.
Pomp.in pectoribus.Numos certos dico quinqua-
ginta milia. Salluſt.lib.i.hiſto.Eodem anno in Ma
cedonia C.Curio in principio veris cũ exercitu ꝓ-
fectus in Dardaniã,quibus potuit pecunias dictas
coegit.Quandoq; pro affirmare. Mart.
Quum verus patriæ diceris eſſe pater.
Quandoq; pro dare.Cice.lib.ii.Offic.Cõmode au-
tem quicunq; dixit pecuniã. Sic etiam dare pro di-
cere ſumitur. Vergilius,
Sed tamen iſte Deus qui ſit da Tytire nobis.
Quandoq; pro dicare. Idem,
Iunoni infernæ dictus ſacer.
Quandoq; pro velle ſignare.Terent.in Eunu. At ne
ſciebam id dicere illam.Et alibi,Quaſi tu dicis fa-
ctum id meo conſilio.Quandoq; pro aſſignare.ut,
ille dixit diem mihi ad populũ.id eſt,aſſignauit diẽ
ad reſpondendum.Quãdoq; pro defendere.ut,Ci-
ce.dixit cauſſam Milonis.Quandoq; pro cantare.
Verg. Alternis dicetis,amant alterna Camœnæ.
Quãdoq; pro intelligere,ab eo quod præcedit,ad
id quod ſequitur, Teren.Duo quum idem faciſit,ſæ
pe ut poſſis dicere,hoc licet impune facere huic,illi
non licet.Quandoq; pro pronuntiare. Hinc Dicere
ſententiam dicimur quum tanquam conſiliarii,quid
nobis videtur pronuntiamus. Licet quandoq; dice
re ſententiam,ſit proferre ſentẽtiam.hoc eſt,pronũ-
tiare & determinare. Quint. Apud iudices quidem
ſecundum legem dicturos ſententiam de confeſſis
præcipue ridiculum eſt.Dicere leges.aliud eſt quàm
ferre leges. Feruntur enim leges ad ſuos,Dicuntur
ferè ad victos.ut Dicere leges,ſit imperare. Liuius,
Quando perinde ac victo iam ſibi leges dicerẽtur.
Dicere diem,eſt accuſare.nam qui accuſat,diem reo
denuntiat,quo ad cauſſam dicendam præſto ſit.
Huius verbi compoſita ſunt, Addico, Condico,Cõ
tradico,Edico,Indico,Interdico,Prædico,Prodico,
Benedico, Maledico, & Rhedico,quæ habent pẽ-
nultimam productam.

Dictamen,à dicto,as,ſignificat id quod dictatur.idẽ
& Dictatio denotat,à quo Dictatiuncula diminu-
tiuũ.Hiero.Autores ſunt huius dictatiunculæ meæ
ſancti presbyteri,Riparius,& Deſyderius.

Dictamus,& Dictamum, penultima producta,her-
ba medicinalis,qua lacertæ ſe refouẽt, quotieſcũq;
cum ſerpentibus pugnam habuerint.
Vergilius libro duodecimo.
Dictamum genitrix Creta carpit ab Ida.

Dictator,qui dictat,& qui dictaturam gerit,quòd à
conſule diceref,cuius dicto audiẽtes omnes eſſent.
Creabantur enim uiua voce,nõ per ſuffragia,& du
rabat per ſex menſes.Et quia ſumma poteſtas erat
dictatoris in populum,is quoq; magiſter populi
adpellatus eſt,ut ſcribit Var.Erat autem extraordi-
narius magiſtratus,cuius ſumma erat poteſtas,ha-
bens ius animaduertendi in cuiuſcunq; ciuis Ro-
mani caput,nec ab eo prouocãdi ius erat. Nec alio
pacto creari ſolebat,quam quum uis aliqua maior
repente oborta ingentem urbi cladem minitari ui-
deretur.Dictatori cæteros magiſtratus eligere lice-
bat,à quibus dictandis quidam Dictatorem adpel
latum voluerunt.

Dictatorius,a,um,quod ad dictatorem pertinet,ſeu
quod eſt dictatoris. Liuius, Poſtremo dictatorio
fulmen in ſe intentatum.

Dictatura,ipſa dictatoris dignitas, Liuius, Dictatu-
ræ ſemper altius faſtigium fuit. Nam à dictatoribus
non erat ius prouocandi,quibus etiam animaduer
ſio capitis data eſt. Magiſter equitũ ſecundam poſt
dictatorem dignitatem gerebat,& ab ipſo dictato
re eligebatur.Dictus magiſter equitum,quod ſum-
ma poteſtas huius erat in equites & accẽſos. Et ma-
giſter equitum ſic iungebatur dictatori, quomodo
regibus,tribunus. Iuue.
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros,

Dicte,una eſt ex quatuor ꝑcipuis vrbibus Cretæ,vn-
de Dictæus,Cretenſis,cum æ,diphthon. Verg.
Dictæo cœli regem pauere ſub antro.

Dicteria,ſunt breuiter & acute dicta,uel quaſi dicta
non ſeria.alio nomine Scõmata & Apophthegma-
ta à Græcis dicuntur.

Dictio,quo ad Grammaticos,eſt uox cum aliqua ſi-
gnificatione ex qua inſtituitur oratio,& in quam re
ſoluitur. Aliqñ ponitur pro enuntiatione. Teren.
in Phor.Cauſam orare non ſinunt, neq; teſtimonii
dictio eſt. Accipitur etiã pro uocabulo,ſeu verbo.
prout dico ſigñat generaliter loq. Item pro facũda
& oratoria oratione. Cic.li.ii. Tuſc.Itaq; quũ ante
meridiem dictioni operã dediſſemus. Dictioni acci
dũt q̃tuor,tenor,ſpiritus,paſſio,numerus ſyllabarũ.

Dictito,as,penultima correpta,à dicto,aliud freque
tatiuum,& ſignificat frequentibus temporibus,ac
frequentibus locis dicere.

Dicto,as,frequentatiuum eſt à dico,is,eſt enim Dicta
re,dicere & enunciare,quod alius excipiens notet.
vnde Dictata dicuntur veluti themata,atq; præſcri-

pta

pta quæ magiſter ludi pueris præbere conſueuit. Cicero in quadam epiſtola ad Atticum, teſtatur ſe illa non ſcripſiſſe, ſed reparandi lateris gratia, deambulantem dictitaſſe. Nec in literis tantum, ſed in aliis quoq; artibus Dictata dicuntur. Vt illud Iuuen. Peragit dictata magiſtri Omnia. Suet. in Cæſa. Vt diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſiq; dictata ſuſciperent. Ibi loquitur de gladiatoribus. Perſius. Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas? Hic gladiatoria themata documentaq; ſignificantur. Et Dictare eſt autoris alicuius verba ſenſumq; excutere. vnde Dictata, dicuntur interpretamenta, quæ à magiſtris in ludo literario de aliquo autore traduntur, vt perdiſcantur, eadēq; ipſi poſt paulum ita reddant, ut tradita ſunt. Horat.

Sic iterat voces & verba cadentia tollit,
Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro.

Ideo autem frequentatiuum dixi, quoniam quæ docemus, ſæpe inculcamus, ut penitus excipiantur & ediſcātur. Dicitur etiam ratio dictat, quare eſt illud Plinianum in epiſtola. O ſylua, ò littus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Suggerunt ſanè Camœnæ lætus ac ſolitudo tacite nobis quod ſcribamus quemadmodum ratio & nonnunquam indignatio dictat.

Dictum, & nomen & participium eſſe poteſt. Teren. vtrunq; complexus eſt quum dixit. Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius. Nam primū eſt nomen, ſecundum participium. Et ſciendum, quòd licet Dicta de omni ſermone dicantur, apud veteres tamen pro facetiis & iocis poni ſolent. Cicero li. ii. ad Cor. nepotem. Itaq; noſtri quum omnia dixiſſemus dicta eſſentq; facetè & breuiter & accuratè iocati, ea proprio nomine adpellari Dicta voluerunt.

Dicturio, is, penulti. corep. dicere cupio, ſiue dicere molior. Macro. Sed perge Auiene ne vltra te dicturientem retardem.

Dictyna, pen. produ. (ut quidam putant) cognomen eſt Dianæ, propterea quòd retia inuenerit, quæ Græcè dicuntur δίκτυα. Scribit Diod. lib. vi. Dictynam ex Ioue genitam in Creta conſuetudine Dianæ familiariſſime uſam eſſe, quæ res cauſſam præbuit, ut quidam Dictynam, Dianamq; eandem eſſe exiſtimarēt. Callimachus ait Dictynam à retibus piſcatoriis denominatam, intra quæ fugiens euaſerit uiolentiam Minois regis ex libidinis cauſſa inſequentis.

Dictyneum, cum ypſilon, promontorium in creta, ſimiliter & delubrum, vt inquit Strabo.

Dictynnus, mons in quo Dianæ templum ſitum erat.

Dictys, vnus ex centauris fuit, & hiſtoricus Cretenſis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionem Troianam cōceſſit. Hiſtoriam Ephemerida conſcripſit. Cornucop.

Didaſcalia, Latinè doctrina. διδάσκω enim doceo.

Didaſcalus, præceptor.

Didia lex, poſt Fanniam legem duo de uiginti annos ſecuta eſt, cuius ferendæ duplex ratio fuit. Prima, ut non ſolū vrbs Romana, ſed vniuerſa Italia lege ſumptuaria teneretur. Secunda, ut non modo qui conuiuia maiore ſumptu feciſſent, ſed etiā qui ad ea uocati eſſent, atq; omnino interfuiſſent pœna legis tenerentur. Ce.

Dido, quæ Eliſa proprio nomine dicebatur, ſed cognomento Dido, q̄a fortiter fecerit ſeipſam potius interimens, quā libidini indulgens. Hæc fuit Beli filia, & ſoror Pigmalionis, quæ multo auri & argenti pondere congregato, Aphricam adnauigauit, ibiq; vrbem Carthaginem condidit. Et quum ab Hiarba Libyæ rege in coniugium peteretur pauliſper diſtulit nuptias, donec conderet ciuitatem. Nec multo, poſt, extructam in memoriā mariti quondā Sichei pyra maluit ardere quàm nubere. Interpretatur autem Dido, virago.

Didoron duorum palmorum. Vide in Doron.

Didrachma, bis drachma, ἐξ δὶς καὶ δραχμή, nummus eſt duas drachmas cōtinens, Græci διδραχμον dicunt. Ambr. in epiſt. ad Iuſtum, Eſt autem dimidiū didrachmi dragma. Et paulopoſt Didrachma neu. gen. dixit. hoc eſt igitur Didrachma quod exigebatur ſecundum legem.

Diduco, is, pen. prod. varie duco. Colu. lib. vi. Validā uitem in ramos diducere cenſeo. Perſius,

Quumq; iter ambiguum eſt & vitæ neſcius error,
Diducit trepidas ramoſa in compita mentes.

Quandoq; diducere eſt detrahere, diuidere.

Verg. lib. i. Geor. Quiq; paludis
Collectum humorē bibula diducit arena. Proper.
Non ego complexus potui diducere veſtros.

Didymæ, arum, inſulæ Aphricæ, q̄ Aegypto adiacēt.

Didymæ, es, penultima correpta inſula in mari Siculo vna ex Aeoliis.

Didymeus, Apollo dictus eſt, qui geminam ſpeciem ſui numinis præferat, illuminando, formandoq; Lunam. Ex vno enim fonte lucis gemino ſydere ſpatia diei & noctis illuſtrat, unde & Romani (ut inquit Macrob.) Solem Didymei, Apollinis adpellatione venerantur. Dictum eſt & Didymeum templum Apollini dicatum, apud Miletum, quod prius oraculum Brancidarum (ut autor eſt Plin.) adpellatum eſt. De hoc templo ſic ſcribit Strab. lib. iiii. Poſt Poſſidum Mileſium eſt oraculum Apollini Didymeo ſacrū apud Brancidas ad decem & octo ſtadia aſcēdenti. Id à Xerxe incenſum eſt, quemadmodum cætera templa omnia, Epheſio excepto. Poſtea Mileſii templum conſtruxerunt omnium maximum, quod ꝓpter magnitudinem remāſit ſine tecto variis antiquarum artium donis ſumptuoſiſſime honoratū.

Didymi, ſunt montes felicis Arabiæ.

Didymus, Latinè geminus dicitur. Græci enim δίδυμον geminum vocant. Quo nomine vir Alexandrinus dictus eſt, qui licet à parua ætate oculis captus foret, diuinas tamen literas optime callebat, & inter Eccleſiaſticos ſcriptores illuſtris fuit. de quo Hiero. Quod quum propter cæcitatem etiam elementorū ignarus eſſet tantum miraculum ſui omnibus præbuit, ut Geometriam quæ vel maxime viſu indiget vſq; ad perfectum didicerit, Fuit & alter Didymus Alexandrinus, Salſamentarii filius, quo nemo (vt

Quint. inquit) plura. ſcripſit. Grāmaticus fuit, & ad Auguſti tēpora peruenit. Qui ob aſſiduā circa libros morā χαλκέντερος fuit adpellatus. Nam ad tria millia librorum & quingentos ſcripſiſſe dicitur. Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, q Romæ docuit. Alius poeta qui Georgica ſcripſit. Alius philoſophus Academicus.

Diecula, diminutiuum à die, gene. fœminini, ſignificat tempuſculum. Et accipitur pro mora, quod eſt hæc dies parua. Terent. in Andria, Nō ſatis habes quòd dieculam addo, id eſt, aliquam temporis dilationē.

Diequarti, & Diequartæ. pro die quarto. Diequinti, & Diequintæ, pro die quinto. Diepriſtini, uel priſtinæ, pro die priſtino, qđ nos cōuerſo compoſitionis ordine dicimus pridie. Diecraſtini, pro die craſtino, & alia multa. Videntur aūt ueteres differentiam feciſſe inter Diequarto & Diequartæ. ut illud ꝑ pterito ſit, qđ nos nudius quartus dicimus, hoc de futuro. Sunt, autem hæc omnia compoſita, & pro aduerbiis accipiuntur.

Dierecti, à die uocati ſunt crucifixi, quaſi ad diē erecti, à Dierego, is. Feſtus ſcribit Directum ꝑ antiphraſin dici apud veteres, uolentes ſignificare malum diem. Vnde Dierecta aduerbialiter dicimus. Plau. Quin tu I dierecta cum ſuccula, & cū porculis. Dierecta, inquit, quaſi in malam diem.

Dies, tam maſcul. quàm fœmini gene. eſt numero ſingulari plurali vero tantum maſculini, dictus, quòd diuini ſit operis, ſiue à Διὸς, id eſt, Ioue, qui eius putabatur rector. Sciendum eſt ſecundum Pædianum, quòd dies fœminini generis ſignificat tempus interminatum. Et ideo diminutiuum eius eſt Diecula, quod ſignificat breue tempus & moram. Diem dicere alicui, eſt cōſtituere tempus, quòd vel in iudicio comparere, uel aliquid aliud agere debeat, ut nuptiarum diem dixit. hoc eſt, tempus conſtituit quo nuptiæ fieri debeant. Diem de die ducere, eſt rem in longum protrahere Dies uero duodecim horarum, generis maſcu. eſt, quod eſt tempus terminatum. vnde Hodie dicitur, quaſi hoc die. & heſterno die ad te veni. Sic dicimus, ad diem non venit, ſignificat præſtituto tempore non venit. Iuue.
Longa dies quid contulit. Id eſt longum tempus. Verg. Multa dies variusq́; labor mutabilis æui. Rettulit in melius. Et iuriſconſulti, bima, trima, quadrima die, pro tempore vſurpant bienni, trienni, quadriennii. Sed confunditur quandoque hæc differentia. Vergilius,
Iamq́; dies infanda aderat. Finitur Dies Romano more ſecundum Macrob. à media ad mediā noctem, & ſequentis noctis media parte, quæ dicitur mediæ noctis inclinatio. Déinde Gallicinium, ſiue Gallicantus, quòd tum galli cantent. Inde Conticinium, quum & Galli conticeſcunt, & homines etiā tunc quieſcant. Déinde Diluculum, quum incipit dignoſci dies Inde Mane quū dies eſt clarus, Inde Meridies, diei mediū. Inde iā ſupra vocat̃ Occiduū tempus, qđ & Serū diei vocatur. Et mox Suprema tēpeſtas, hoc eſt diei nouiſſimū tēpus, ſicut eſt expꝛeſſum in duodecim tabulis. Solis occaſus ſuprema tēpeſtas eſto Déinde Veſpera, ſeu Veſper, à ſtella quam Græci Heſperā. Plau. Veſperuginē. Ennius Veſperū. Martian. Phoſphorū. Verg. Heſperon adpellant. Inde Crepuſculū, Veſpertinū, à crepero, quod dubiū ſignificat, tanquā, lux dubia, ut incertū ſit id tempus noctis an diei exiſtat. Ab hoc tempore Prima fax noctis quòd tum primū faces, hoc eſt, lumina inferri incipiant. Déinde Nox concubia, à cubando, ſiue Conticinium à tacendo, quòd tum omnia tacent. Déinde Nox intempeſta, quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes diſtribuebant diem, qui conſtat ex viginti quatuor horis, & lucem tenebrasq́; continet. Dies ſecundum Aegyptios inchoatur ab occaſu Solis, ſecundum Perſas ab ortu Solis, ſecundum Hetruſcos & Athenienſes à ſexta hora diei. vt Cicero in Auguralibus, & Gell. plene exequitur. Interdum Diem dicimus, vt ſolam lucem intelligamus, tenebras verò ſub noctis nomine. Ver.
Noctes atq́; dies patet atri ianua ditis,
Et Dies quidem qui fit horis viginti quatuor, Naturalis dicitur. Qui autem ab ortu Solis ab occaſum conficit̃, Artificialis adpellari ſolet. Dies totius anni ex inſtitutione Numæ, aut Feſti erant, aut Profeſti, aut Interciſi, aut Comitiales, aut Comperendini, aut Stati, aut Præliares. Erāt & Atri dies, de quibus locis ſuis. Huius nominis genitiuus eſt diei, dii, dies, & die. Cice. pro Sex. Equite, Nō daturos illius dies pœnas. Vergilius,
Libra dies ſomniq́; pares vbi fecerit horas. Idem, Munera lætitiamq́; dii. Sallu. in Iugur. Vix decima parte die, pro diei. Ablatiuus die vel diu. Idem, Die noctuq́; labora. Deriuata à die ſunt Quotidie, Pridie, Meridies, Nudiuſtertius, Nudiuſquartus, Diarium, Diæta, Aequidiale, Aequidium, Diluculum, & Perdius. Dies qui hebdomadem conſtituunt, à ſeptem planetis cognominati ſunt. Primus ſeptimanæ dies à Sole, dies Solis, ſiue Phœbi dicitur. Secūdus à Luna, Lunæ. Tertius à Marte, Martis. Quartus à Mercurio, Mercurii. Quintus à Ioue, Iouis. Sextus à Venere, Veneris. Septimus à Saturno, Saturni.

Dies critici, à medicis dicuntur iudiciarii, in quibus ſcilicet de ægritudine ferri iudicium poteſt. Cc.

Dieſcit, dies fit, ſicut Nocteſcit, nox fit, quæ carēt ſuppoſito, & adpoſito.

Dieſpiter. dieſpitris. & dieſpiteris, diei pater. id eſt, Iupiter, ſicut Diiouis, quaſi diem iuuans, quòd homines die & luce quaſi vita ipſa iuuaret. Hor. li. Car. Nanq́; Dieſpiter Igni corulco nubila diuidens. Macrobi. Ipſi quoq́; Romani Dieſpitrem Iouem adpellabant.

Dieteris, pe. cor. tēpus duorū annorum, ſicut Trieteris triū annorū, Penteteris, quinq́;. τὸ ἔτος τοῦ ἔτους, annus, τρεῖς.

Diffamo, as. pen. pd. ꝑ diuerſas parte a famā diuulgo. Auguſt. li. iii. de ciui. Dei, Romanū imperiū tā lōge lateq́; non poſſet augeri, & tā grādi gloria diffamari. In malā partē ponit̃ apud Lucā, Homo qdā erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus eſt

apud illum.

Diffarreatio, ſacrificii genus inter virum & vxorem, quaſi diſſolutio. Conſarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito.

Differitas, pro differentia, quo antiqui vtebantur.

Differo, penultima correpta, ſpatium temporis do. Vergil. libro vndecimo.

Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Vnde Dilatio temporis prorogatio ſiue extenſio dicitur. Interdū Differre, eſt in diuerſa loca ferre. Plau. in Ru. Nos cum ſcapha tempeſtas dextrouerſum differt ab illis. Idem in Curcu. Iam ego te faciā ut hinc formicæ te fruſtillatim differant. Interdum Diffamare, diuulgare. Lucil. Gaudes quum de me iſta foris ſermonibus differs. Plau. in Tri. Nolo ego mihi te, tam proſpicere, qui meam egeſtatem leues, ſed vt inops infamis ne ſim, ne mihi hanc famam differāt, meam germanam, meam ſororem in concubinatum tibi ſine dote dediſſe magis quàm in matrimoniū. Interdum diuidere, ſcindere, diſſipare. Terentius in Adelphis. Me miſeram differor doloribus. Interdū in ordinem ponere. Verg. lib. iiii. Georg.

Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos.

Interdum diſtare. Cice. in Verr. At uide qd differat inter meam opinionem & tuam. Hinc Differentia, Indifferens.

Diffibulare, eſt exſinuare, aperire, diſcingere. Papi. Tunicam diffibulant auro.

Difficilis, non facilis. vide in eadem dictione Facilis.

Difficul, veteres pro difficulter dicebant. Cc.

Diffido, is, pen. prod. non fido, crudelitatem depono. Sene. Nec ſecundis rebus nimis fidēdum, nec aduerſis diffidendum eſt. Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. Serui. Sulpi. Ciceroni, Plura me ad te de hac ſcribere pudet, ne videar prudētiæ tuæ diffidere. Cice. ad Heren. Et de nobis non diffidimus.

Diffindo, in diuerſas partes findo. Vergilius,

Et media liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.

Diffinio, nis, pen. prod. ex dis & finio eſt, quaſi diſpartiendo diſtinguo. Vnde Diffinitio, quæ & Definitio, & finitio adpellatur, conſtans ex genere & differentiis. ut homo eſt animal rationale, mortale. Quint. Finitio eſt rei propoſitæ propria & dilucida, & breuiter, comprehenſa verbis enunciatio. Dicta autem eſt Diffinitio breuis oratio, per quā rei vis naturaq; cognoſcitur, ſumpta tranſlatione ab his, qui fundos prædiaq; diuidunt alia ab aliis. Nam ſicut illi agrū ab agro diffiniunt, atq; habitam de finibus controuerſiam diſtinguunt.

Diffiteor, ex dis & fateor, ſignificat nego. Hiero. Non diffiteor, omnes nos, q in Chriſto credimus, de Idololatriæ errore veniſſe. Nō enim naſcimur, ſed renaſcimur Chriſtiani.

Diffluo, uide in dictione fluo.

Diffugio, is. penultima corr. in diuerſas partes fugio. Verg. libro tertio, Georgic.

Quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta.

Diffundo, uarie fundo. hoc eſt, hinc inde ſpargo. Ambro. Ergo patris ſui venena diffudunt. Columella libro ſecundo, Nam vel reſpuit duritiam ſoli dens aratri, uel ſi qua parte penetrauit nō minute diffundit humum.

Digamma, bis aut duplex gāma, quæ eſt tertia alphabeti Græci litera. unde F, noſtrum digamma dicit, quia figuram duplicis gamma retinet.

Digamus, pen. cor. idem qui & Bigamus, qui duas duxit vxores, Hieron. contra Ioui. Non damno digamos. Sic Digama mulier dicitur, quæ duos habuit maritos. Idē. Si clericus monogamus fuerit, & vxor eius digama, noli eum miniſterio adplicare.

Digeries, diſpoſitio, diſtributio. Macrob. Nec mirū ſi digeries morſu reprehenſionis euaſit.

Digero, is, penul. correp. ſſi, ſtum. ordino, diſpono. Vergil. Digerer in numerum.

Quandoq; dilucido, interpretor. Idem lib. ii. Ita digerit omnia Calchas.

Quandoq; diuido, diſtinguo. Plin. lib. xviii. Poma ſerantur, inſerantur q;, vineæ paſtinentur, ſemina digerantur. Hierony. ad Damaſ. Vtrum'ne epiſtolari breuitate ſententias tibi velis digeri aut ſingulorū libros confici. Quando q; cōcoquo. Vnde & Digeſtio, ut digere pauliſper vinum quo mades. Macrobius, Igitur in ventre fit prima digeſtio. Sed ad primum ſignificatum reduci poteſt, quū digeſtio ſit diſtributio cibi ordinata. Nam frigida lienem petſit, tanquam frigoris domiciliū, ſicut iecur caloris, quo calida confluunt.

Digitale, quod eſt digitorum. Pli. lib. xxii. Et ancuſæ radix in uſu eſt, digitali craſſitudine.

Digitalia, ſubſtantiuum, digitorum tegumenta dicuntur. Varr. lib. i. De re ruſti. Olea manu ſtricta melior ea quæ digitis nudis laudabilior, quàm illa quæ cum digitalibus.

Digitū tollere, ſignificat fauere, ſuffragari, ſicut Digitum deprimere, ſuffragium derogare. Horatius, Vulgus vtro q; ſuū laudabat pollice ludum. Iuue. Et verſo pollice uulgi. Quemlibet occidunt populariter. In emptione etiam digitus, poſt licitationem leuatur, ſignificans quemquam emptioni allubeſcere. Martial.

Iam mea res digitum ſuſtulit hoſpitibus.

Vnde manceps eſt adpellatus, qui quippiam rem ducens, manum tollebat, ſe ſignificans emptorem. Hoc erat apud ueteres Micare, per digitorum leuationem diſtrahere. Quod emptio fieret, per eleuationem digiti oſtendit Ambr. ad Simpli. Sed non ille ſolum liber, qui dominum licitatorem non pertulit, aut tollentem digitum non uidit.

Digitus, à digerendo quidam deriuari putant, quòd natura miro decentiq; ordine digitos digeſſerit, id eſt, diſpoſuerit. Digitorū nomina ſunt hæc. Pollex, Index, Infamis, ſiue famoſus, Medicus, id eſt, medicinalis, ſeu anularis. Minimus, Autor Porphyrio. Indicem, qui pollici proximus, eſt, alio nomine Salutarem veteres uocauerunt. Martian. li. de nupt. Phil. Quidam redimitus puer ad os compreſſo digito ſalutari, ſilentium commouebat. Medius digitus alia

habet nomina. Nam dictus eſt Verpus, à verrendo podice. Ob quam etiã cauſſam Impudicus & Infamis vocatus eſt. Et quando porrigebatur, ſignũ deriſionis & contumeliæ erat. Martial.

Oſtendit digitum, ſed impudicum Alconti,
Daſioq;, Symmachoq;. Iuue. Ipſe miraci.
Præberet laqueũ, mediũq; oſtẽderet vnguẽ. Perſi.
Frontem atq; uda labella.
Infami digito & luſtralibus antè ſaliuis. Sapiat.

Huius diminutiua ſunt Digitulus, & Digitellus. Ce.

Digladiari, eſt varie gladiis certare. Cice. per tranſlationem pro diſſentire, contendere, & veluti gladiis dilaniari. Quid Antipater digladiatur cũ Carneade tot uoluminibus.

Diglitto, adpellatur Tigris fluuius, vbi tardior fluit, hoc eſt, vſq; ad Medorum fines. Ce.

Dignatio, apud Eccleſiaſticos pro manſuetudine, lenitate, facilitate capitur. Apud Liuium pro familiaritate ſiue gratia, quũ lib. ii. inquit. Apius interpres lectus, haud ita multò poſt in principiũ dignationem peruenit. Indignatio, ira. Iuuena.

Si natura negat facit indignatio verſum.

Dignitas, à dignus fit, & ſignificat quod dignũ eſt, ſeu honorem alicui ꝓpter merita uel impenſum uel debitum. Gell. Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus poteſt. Accipitur tamen quãdoq; pro magiſtratuum adminiſtratione, & honore. Cice. Thermo. Vt omnibus in rebus ei te cõmodes, quod fides dignitasq; tua patietur. Interdum ſumitur pro uirili pulchritudine. Idem lib. i. Offi. Pulcritudinis duo ſunt genera. Vnum muliebre, quam uenuſtatem adpellamus, Alterũ uirile, quam dignitatem dicimus. Sermonis etiam geſtus, vocisq; dignitas dicitur, vt apud eundem ad Heren. Sermo diuiditur in partes quatuor, dignitatem, demonſtrationem, narrationem, iocationem. Dignitas oratio eſt cum aliqua grauitate & uocis remiſſione. Huius contrariũ eſt Indignitas, pro dedecore, ſiue ignominia, & quod indignum eſt, ſiue quod eſt contra dignitatem. Cice. lib. iiii. ad Heren. Nequeo verbis cõſequi indignitatem rei. Idem Q. Ligario, Quum ad ſecundum calendas intercalareis priores rogatu fratrum tuorum, veniſſem mane ad Cæſarem, atq; omnem adeundi atq; conueniendi illius indignitatem & modeſtiam pertuliſſem. Dicitur etiã Indignitas, vt opponitur dignitati uirili ſcilicet pro indecẽtia. De qua lib. iii. ad Heren. Acuta exclamatio fauces & uocem vulnerat, eadem lædit auditorẽ. Habet enim quiddam illiberale, & ad muliebrem potius uociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Digno, as, dignũ puto. Pacuuius. Quis Deos infernos quibus cœleſtes, dignet honoribus? Huius paſſiuũ eſt Dignor, quod eſt dignus habeor. Vergil.

Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.

In frequentiore vſu eſt Dignor deponẽs, pro dignũ iudico ſeu habeo. Sueto. in Auguſt. Vniuerſum deniq; genus operas aliquas publico ſpectaculo præbentium, etiam cura ſua dignatus eſt, id eſt, dignum iudicauit, & dignatione ſua proſecutus eſt. Cice. Oecono. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. id eſt, digni habentur. Huius contrariũ eſt Dedignor, quod eſt non dignor, vel indignum reputo, contemno. Vergi.

Quos ego ſum toties, iam dedignata maritos.

Indignor vero, iraſcor, ſeu moleſte fero, quaſi ea patiens quibus non ſum dignus. Ser. Sul. Hem nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interierit. Aliquando conſtruitur cum datiuo. Hiero. ſuper Matthæ. Decem apoſtoli vero indignantur matri filiorum Zebedæi. Aliquando cum ablati. mediãte De, vt apud Euange. Et audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus.

Dignoſco, diuerſe noſco, diſcerno. Lactan. lib. vi. Inuicemq; ſe dignoſcunt.

Dignoto, as, ſigna ĩprimo, vt fieri ſolet in pecoribus, vt dignoſcantur.

Dignus, a, um, quod meretur, ut dignum laude, dignum caſtigatione, quod meretur laudem, quod meretur caſtigationem. Cuius contrarium eſt Indignum. Martialis,

Digna tuo quur ſis indignaq; nomine dicã. hoc eſt, Dicã quur merearis, & non merearis hoc nomen. Digne ſignificat pro meritis. Indigne, ꝑter merita. Oui.

Leniter ex merito, quicquid patiare ferendum eſt.
Quæ uenit indignè pœna dolenda uenit.

Quidam etiam Dignanter vſurpant, quod eſt vel digne, vel ſecundum merita. Indignanter, per indignationem.

Digredior, diſcedo. Vergii.

Hos ego digrediens lachrymis affabor obortis.

Cic. Cornifi. Ei ſi periniquo patiebar animo te à me digredi. Inde Digreſſio, & digreſſus, pro diſceſſu.

Diiambus, ex dis & Iambus, ſed s, abiicitur, pes eſt ex duobus Iambis conſtans. ut amœnitas.

Diicon, Herculis & Megaræ Creontis filius fuit. Ce.

Diimanes, dicebantur ꝙ per omnia manare credebantur. Cornucop.

Diiouis, Iupiter adpellatus eſt, quaſi diem iuuans. Cornucopiæ.

Diiudico, diligẽter ſeu diuiſim iudico. Cicero lib. Tuſcula. Vtrum igitur inter has ſententias diiudicare malimus, an ad propoſitum redire.

Diiabor, pentulti. produ. diffugio, ſeu diſcedo. Cicer. lib. i. Tuſcu. Sed neſcio quomodo dum lego aſſentior, quum poſui librũ & mecum ipſe de immortalitate animorũ cœpi cogitare, aſſenſio illa omnis dilabitur. Proprie verò Dilabi, eſt deorſum uarie labi, corruere. Lactan. lib. iii. Domus ab habitatore deſerta dilabitur. id eſt, corruit. Cicer. in Læl. Iam enim à ſapientiũ familiaritatibus ad vulgares amicitias, oratio noſtra dilabitur. id eſt, deſcendit, ſiue decurrit. Aliquando, ponitur pro deficere. Lactan. lib. vii. Deſcribentes quaſi fatigati & dilabentis mũdi ſenectutem. id eſt, deficientis.

Dilacero, as. Vide in dictione Lacero.

Dilapido, as, pen. corre. diſperdo. Teren. in Phor. Cõueniendus Phormio eſt prius quã dilapidet noſtras

triginta

triginta minas. Hieronymus in bonū uſus eſt, Oceano ſcribens. Omnem cenſum diſtribuit, dilapidauit, ac vendidit, & in pecuniam congregatū uſibus pauperum præparauit.

Dilato, as. penulti. produ. latum facio. vt eſt illud, Dilatant phylacteria.

Dilemma, atis, & Dilemmatum, per duplex mm, argumentum eſt, quod vtrunq; aduerſarium capit. Hiero ny. contra Ruff. Hoc eſt, verum dilemmatum tuum, non ex dialectica arte, quam neſcis, ſed ex carnificū officina & meditatione prolatum.

Diligens, à legendo dicitur ſtudioſus, quòd eorum quæ amamus ſtudioſi ſimus. Hinc Diligentia, ad corpus & ad animū refertur. Cura, ad animum, Opera ad corpus. Ideo in oratione quum ſæpenumero iſta ponantur, diligentia ſemper in fine cōſtituitur. Aliquando etiam ponitur pro dilectione. Horum contraria ſunt Negligens, & Indiligens. Negligentia, & Indiligentia. Cice. de opt. genere dicendi. Sed quædam etiam negligentia eſt diligens. Teren. in Adel. Ingenium tuum noui liberale, ſed vereor indiligens nimium fies. Idem in Phor. Pol mei patria parta bene, indiligenter curantur.

Diligo, gis, penul. correp. dilexi. dilectum, ſignificat amo, quamuis minoris vis ſit, ut ſuprà in dictione Amo dictum eſt. Quandoq; Diligere ſignificat diuidere. Plautus in Cur. Clypeatus elephantum, vbi machæra diligit.

Dilogia, cum accentu in penul. figura eſt, quū ambiguum dictum duas res ſignificat. ἀπὸ τοῦ δίς, καὶ λόγος.

Dilorico, as. pe. prod. ſignificat diſcindo. Cicer. ii. de Orato. Qui in cauſſa peroranda non dubitauit reū excire conſularem, & eius diloricare tunicam. Et iudicibus cicatrices aduerſas ſenis imperatoris oſtendere. Alibi idem exemplum memorans dixit. Tunicam à prætore diſcedit. ut intelligamus idem eſſe Diloricare, & Diſcindere. Egeſippus lib. iii. Momentanei bellatoris gladios occulentes quencunq; reperiebant diloricabant, quod eſt quaſi loricam diſſoluebant, ſicut Diffibulare, eſt diſcingere, & fibulam reſoluere.

Diluceſcit, dies fit.

Dilucidus, clarus. Dilucido, clarū facio. uide in dict. Lucido.

Diluculaſcit, diluceſcere incipit.

Diluculo, aduerbium, ſignificat ſummo mane.

Diluculo, as, pe. corre. ſignificat diluculum fieri. Gell. Die craſtino vbi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant.

Diluculum, ante Solis ortum aurora, quaſi parua diei lux, quòd tum dies luceſcere inciperet. Hiero. ad Euſto. Horam tertiam, ſextam, nonam, diluculū quoq; & veſperam nemo eſt qui neſciat.

Diludia, ludorum intermiſſio.

Diluo, is, lui, lutum, ex di, & luo, ſignificat lauo, purgo, reſoluo. Cice. lib. iii. Tuſcu. Quæ cogitatio una maxime omnes moleſtias extenuat & diluit. Id eſt, reſoluit, & eneruat, quēadmodum uinum aqua dilutum ſubneruatur. Per tranſlationem Diluere etiā crimina dicimus. id eſt, purgare, & refellere. Et Oratores Diluere dicuntur, quando refellunt obiectiones aduerſarii. Et Diluere, eſt aquam vel alium liquorē miſcere, temperare. Vergilius,

Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho.

Et Perſius, Diluis helleborū dixit, pro eo quod eſt medicamentis temperas. Hinc

Dilutus, a, um, penul. produ. quod eſt miſtum. Vnde vinum aqua miſtum dicitur dilutum. Martialis.

Diluti bibis vnciam falerni. A quo Dilutius, & Dilutiſſimū, prout minus plus'ue aquæ admiſtum fuerit. Vnde Corn. Celſus præcipit hyeme meratius eſſe bibendū, æſtate dilucius. Hiero. Vinum dilutius uocat aquatius. Vinū, inquit, ſi aquatius bibitur, calix frāgitur, menſa ſubuertitur. Meracius uinū dicitur, quod minus dilutū ſiue aquatū eſt. Conſtat q lymphatum uinum dicunt non ſatis recte dicere, quòd lymphatū aliud ſignificet. Dilutus color dr, quū veluti aqua adhibita minus eſt intenſus. Gell. Luteus color rufus eſt dilutior. Dilutū etiā neu. ge. uocatur id liquidū in quo aliqd certo tēpore infuſum fuit. Vt ſi in uas uini appoſitū abſynthium fuerit, deinde poſt interiectum tēpus abſtractum, id uinū abſynthii dilutum dicetur. Plinius, Bibitur & madefacti abſynthii dilutum. Ita enim adpellatur hoc genus.

Diluuium, quod varie diluit. Nam Diluuiū diuerſorum purgamentum fuit, omnia diluens, quando ſcilicet īmodicis imbribus, vel vexatur terra, vel obruitur, quæ & Inundatio dicitur.

Dimano, as, pe. produ. diuerſe, ſiue diuiſim mano deſluo. Cicer pro Cælio, Equidem ut ad me reuertar, ab his fontibus profluxit ad hominū famā, ut meus ſic forenſis labor, uitæq; ratio dimanauit ad exiſtimationem hominū paulò latius à iudicio meorū.

Dimembro, à membro ſignificat ſeparo, diuido. Cc.

Dimēſum, quod & Demenſum dr, uide in Demetior.

Dimico, as. pen. corr. pugno, quod proprie ferro. Cōtendo verò verbis tantum. Cice. lib. iii. de Ora. Qui propter tot tantasq; cauſſas clariſſimorum hominum, atq; optimorum virorum, me ſemper ab omni contentione ac dimicatione reuocaſti.

Dimidius, a, um, quaſi per medium diuiſus. Et dicitur de rebus quæ ſeparatæ ſunt. Nameſt pars altera ex dimidiato. Martialis.

Dimidium donare Lino, quàm credere totum
Qui mauult, mauult perdere dimidium.

Dimidiatus, a, um, dicitur de rebus quæ continuæ ſunt, & nō ſeparātur, quaſi diſmediatus, & in partes duas pares diuiſus. Vnde Cicero in Tuſcu. dimidiatū menſem dixit. Et q ea millie denariis qui ei debebantur, quingētos recepit, dimidium ſe recepiſſe diceret, non dimidiatum. Et ſicut ſcyphus argenteus cū alio cōmunis, in partes duas diuiſus ſit, dimidiatū dicemus, non dimidium ſcyphum.

Diminuo, nuis, quaſi in diuiſas partes minuo. Teren. in Adel. Diminuetur tibi cerebrum.

Dimiſſoriæ literæ, (inquit Modeſtinus) ſunt quæ vulgò epiſtolæ dicuntur, quòd per eas cauſſa ad eum

qui adpellatus eſt, dimittitur.

Dimitto, is, diuerſe mitto. Salluſt. Igitur C. Manilium Feſulas atq; in eam partem Hetruriæ, Septimium quendam Camertem in agrum picenum, C. Iulium in Apuliam dimiſit. Aliquando dimittere, eſt abire permittere, licentiam dare, ceſſare. Cice. lib. i. Offic. Quum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem. id eſt, ceſſare. Salluſt. Deinde eos pollicitus operam ſuam domum dimittit, id eſt licentiat. Aliquando mittere. Vergilius. Equidem per littora certos Dimittam. Inde Dimiſſi, legati dicuntur. Aliquando dare. Vergilius, Dimiſſaq; nomina gentis Ab Ioue. Aliqñ eſt permittere, in poteſtatem dare. Cic. lib. i. de Rep. Tum annui conſules, tum dimiſſi populo faſces. Aliquando derelinquere. Lactã. Dimitto te diſcedens. id eſt, relinquo, dimitto te diſcedentem. Id eſt, abire permitto. Aliquando humiliare. Vergil. Deiecit vultum, & dimiſſa voce locuta eſt. Aliqñ porrigere, pducere. Varro, Quæ etiã Thais Menandri tunicã dimiſſam habeat ad talos. Aliqñ Demittere. hoc eſt, deſuper mittere. Vergil. Dimiſſum lapſi per funem. Salluſtius, Cum ſtrepitu dimiſſum uictoriæ ſimulachrum. Dimiſſum quandoq; pro abiecto ponitur. Cicero, Timido animo, humili, dimiſſo. Quandoq; pro humili, & miſerabili.

Dimixos, lucerna dicitur ad duo elychnia ferẽda. Cc.

Diuulgo, gas, diuerſe publico. Cicero Aplo, Quare viſum eſt occultius agẽdum, neq; ullo modo diuulgandum.

Dinamene, Nympha dicitur, quòd pollens potensq; ſit. Δύναμαι enim poſſum ſignificat. Cc.

Dynaſtas, Græci dicunt magiſtratus, quos Latino uerbo licet poteſtates adpellare.

Dindymene, & Dindyme, dicitur Cybele, quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius ſacra fierent. Cc.

Dindymus, penulti. correp. in ſingulari maſculi. gene. in plurali neu. Iuga ſunt montis Idæ Phrygiæ, matri Deum dicata. Propertius, Dindymus & ſacræ fabricata inuenta Cybellæ. Vergil. Ite per alta Dindyma.

Dinoſis, penul. produ. Gracè Δείνωσις, Latinè grauitas adpellatur.

Diobolaces, meretrices dicuntur, quæ duobus obolis ducunt. Sunt qui ſcribãt Diolaces. hoc eſt, viliſſimæ meretrices, quæ ſub dio paruo ſtipendio proſtant.

Diocles, nomen viri propriũ, quaſi Iouis gloria. Διὸς, Iouis. κλέος, gloria.

Diœceſis, cum œ diphthon. penul. produ. Latinè gubernatio, adminiſtratio, diſpoſitio, ſiue iuriſdictio. à διοικέω guberno, tueor. Sunt autem diœceſes põtificum, in quas adminiſtrãdi officii ſui liberam habent poteſtatem, propter quod Diœceſani epiſcopi vocantur.

Diodorus, penulti. producta. nomen philoſophi Socratici, de quo Hieronymus ſic ſcribit, Diodorus Socraticus, quinq; filias dialecticas inſignis pudicitiæ habuiſſe narratur, de qbus & Philo Carneadis magiſter pleniſſimam ſcribit hiſtoriam. Fuit & Diodorus Siculus hiſtoricus, & Diodorus Stoicus philoſophus cæcus. de quo Cicero in Bruto ſic ait. Eram cum Stoico Diodoro, qui quum habitauiſſet apud me, cum Quinto uixiſſet, nuper eſt domi meæ mortuus, à quo cum aliis rebus, tum ſtudioſiſſime in dialectica exercebar. De hoc etiam in quinto Tuſculanarum.

Diogenes, penul. corre. nomen philoſophi Cynici famoſiſſimi, Antiſthenis diſcipuli, de quo ſcribitur, quòd quum Antiſthenes nullum diſcipulorum reciperet, & perſeuerantem Diogenem remouere non poſſet, nouiſſime claua minatus eſt niſi abiret. Cui ille ſubieciſſe dicitur caput, ſic q; dixiſſe. Nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo poſſit obſequio ſeparare. Vtebatur Diogenes palliolo duplici, ppter frigus. Perã pro cellario habuit ſecumq; portauit clauam ob corpuſculi fragilitatem, qua iam ſenex membra ſuſtentare ſolitus erat. Ἡμερόβιος (vt inquit Hieronymus) id eſt, diarii uictus vulgò adpellatus fuit, in præſentem horam poſcens à quolibet & accipiens cibum. Habitauit autem in portarum ueſtibulis, & porticibus ciuitatum. Quumq; ſe torqueret in dolio uolubilem ſe habere domũ iocabatur, & ſe cum temporibus immutantem. Frigore enim os dolii uertebat in Meridiem, æſtate ad Septẽtrionem, & utcunq; Sol ſe inclinauerat, Diogenis prætorium vertebatur. Ferunt accedentem Alexandrũ rogaſſe, ne ſibi apricanti à ſole obſtaret. Obiit fermè nonagenarius. Aiunt quidam, quum moreretur mãdaſſe, vt cadauer ſuum inſepultum proiiceretur, vt oẽs beſtiæ participes eſſent. Fuerunt alii quatuor Diogenes, quorum unus fuit Apolloniates, Anaximenis auditor tẽporibus Anaxagoræ. Alius Sicyonius, qui Peloponneſiaca ſcripſit. Alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob uicinitatẽ dictus fuit. Alius Tharſenſis, quæſtionum poeticarum ſcriptor. Sed in Cynicum Nicanor tale Epigrãma inſcripſit. Διόγενες, ἄγε λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος, εἰς ἀΐδος ἦλθέ με κυνὸς ὀδάξ. quod & Suidas repetit. τὸ δ' ἐπίγραμμα διὰ βραχέων. Id eſt, Diogenes, age dic, q̃ te cæpit mors? in inferis cæpit me canis dentibus.

Diogenetus, fuit vnus itinerum Alexandri regis menſor. Alius fuit ætate Cæſaris, Antonini philoſophi pictor egregius, de quo Iulius Cſpit. Alius Clitomachi, pater illius Pœni qui ſucceſſit Carneadi, vocatus antè Haſdrubal. Fuere & alii huius nominis. Familiare Græcis vocabulum.

Diomeda, Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Leſbo raptam concubinam habuit.

Diomedeæ inſulæ, duæ è regione Gargani ſunt, quarũ altera habitatores habet, altera deſerta eſt. Vbi diſparuiſſe aiunt Diomedem, & ſocios eius ob dolorem in aueis conuerſos, quæ ob id Diomedeæ uocitatæ ſunt. Has Iuba Cataractas adpellat. Dentes eis eſſe dicunt, oculi igneo colore, cætero corpore candide ſunt, quæ in ſola Diomedea inſula uiſuntur.

Diomedei campi, uocati ſunt in Apuleia, qui in diuiſione regni quam cum Dauno feciſſe dicitur, Dio-

medi ceſſerunt.

Diomedes, rex Aetoliæ, Tydei & Deiphiles filius qui fortiſſimus Danaûm adpellatus eſt. Fuit & alius Diomedes, Thracum rex truculentus, qui equos ſuos aduenarum carnibus in Tyrida oppido paſcebat, ſed poſtea ab Hercule equis ſuis in pabulum adpoſitus fuit. Fuit & Diomedes grammaticus multi ingenii vir.

Dion, nomen proprium Syracuſani nobilis, qui adeò Platonem amauit, ut ſe eidem totũ traderet. Hic patriam aſſeruit in libertatem, expulſo tyráno. De quo Plutarc. refert, quòd quum Calippum, cui omnium vni maxime fideret, inſidias ſibi tendere accepiſſet, eum arguere paſſus non eſt, Mori, inquiens, longe præſtare, quàm uiuere, vbi non hoſtes ſolum, ſed etiã amicos cauere oportuerit. Alter fuit Dion Pruſeus orator, cui ob elegãtiam Chryſoſtomo cognomen fuit, ſed tamen Dion ita de ſeipſo ſcribit. λέγω γὰρ τοῦτο, οὐχ ὅτι ἂν ὁ Δίων ὁ προυσαεύς, ὁ ἐπὶ τοῦ Σευήρου καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν αὐτοκρατόρων γενόμενος, ἀλλ' ἂν Ἰωάννης ὁ ξιφιλῖνος ἀδελφιδοῦς ὢν Ἰωάννου πατριάρχου. ἐπὶ δὲ Μιχαὴλ αὐτοκράτορος τοῦ Δουκᾶ τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τῶν πολλῶν βιβλίων τοῦ Δίωνος συνταττόμενος. Id eſt, Dico enim hoc non ut Dion Pruſenſis tempore Seueri & Alexandri imperatorum fuit, ſed ut Ioannes Xiphilinus fratris filius Ioannis patriarchæ. Michael autem imperante Duca epitomen hanc multorum librorum Dionis compoſuit.

Dionæum, dicimus quod ad Venerem pertinet.

Dione, es, una ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia, (vt quidam perhibẽt) à qua Venus ex Ioue nata ſit, vnde & Dionæa dicta eſt. Vergil.
Sacra Dionææ matri. Et alibi.
Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

Dionyſias, inſula eſt, quam aliter Naxũ uocant, à uinearum fertilitate ſic dicta. Eſt & gemma, miſtis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita ſaporem vini facit. Ebrietati reſiſtere exiſtimatur.

Dionyſius, dictus eſt Bacchus, & Dionyſia, Bacchanalis, Bacchi feſta. Fuit & hoc nomine philoſophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui quum renum morbo laboraret, cruciareturq́; cruciatu impatibili, ſuccumbens dolori clamabat, falſa eſſe quæ à Zenone didicerat. Zenones enim & Stoici hoc omnes habẽt dogma, Dolorem ſcilicet non eſſe malum, ſed adiaphoron. Hoc eſt, indifferentem. Fuit & Dionyſius tyrannus Syracuſanus, ſuffectus Dionyſio ſeniori, qui quum ciuitatem Syracuſanam cædibus repleſſet, expulſus eſt. Iterumq́; receptus quum crudelior indies eſſet, rurſus extorris Corinthum in exilium proficiſcitur, vbi in ſordidiſſimum uitæ genus deſcendit, in popinis lupanaribusq́; reſidens, vt contemnendus magis quàm metuendus uideretur. Nouiſſime ſe ludi magiſtrum profeſſus, pueros in triuio docebat, vt quoniam viris imperare nõ poterat ſaltem pueris imperaret. Erat enim eruditus, vtpote Platonis auditor. Olim interrogatus iam exul, quid ei philoſophia profuerit, ſcienter reſpondit, Vt æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Regnauit hic annis triginta octo. Plutarchus autor eſt, regiam Dionyſii puluerulentam fuiſſe, ꝓpter eorum multitudinem qui Geometricas in puluere figuras deſcribebant. Ambo tamẽ & pater & filius, philoſophi Platonem præceptorem audierunt. Plato autem iunior. ὁ λίθος ἐςὶ ἀμέθυςος, ἐγὼ δ' ὁ πότης Διόνυσος· ἢ πειθέτω νήφειν, ἢ μαθέτω μεθύειν. id eſt, Hic lapis eſt amethyſtus, ego autem bibulus Bacchus, vel credat ſobriũ eſſe, vel diſcat inebriari. Quia erant duo contraria ſimul, lapis contra ebrietatem, vnde habet nomen, & Bacchus, quaſi diceret. Crede quòd unus noſtrũ uincet, ſed melius eſt bibere.

Diophanes, pen. prod. nomen viri Bithynici, de quo Colu. Diophanes Bithynius Vticenſem totũ Dionyſium Pœni Magonis interpretẽ, per multa diffuſum volumina, ſex epitomis circumſcripſit.

Dioptra, inſtrumentum Geometricum, ab explorãdo perſpiciendoq́;, in qua ſignificatione utitur Pollux. Sed Vitru. lib. viii. accipit pro regula ad librãdas aquas, quũ ait, Libratur aqua dioptris.

Dioryges, ſunt foſſæ manu factæ, qua dictione utitur Pompo.

Dioryctos, ſignificat abſciſſam continenti, & eſt nomen inſulæ.

Dioſcoron, inſula eſt in finibus Italiæ, è regione Lacinii promontorii.

Dioſcuriades, vrbs fuit in Colchide, nunc deſerta, quondam adeò clara, vt nõnulli prodiderint, in eã trecentas nationes, quæ diſſimilibus linguis uterentur, deſcendiſſe, & poſtea à Romanis centum triginta interpretibus negocia ibi geſta fuiſſe.

Dioſpolis, Aegypti ciuitas, quæ Iouis ciuitas Hecatõpylos quãdoq; dicta fuit. Sunt & aliæ locis aliis hoc nomine in Aegypto quatuor præter hãc puſillæ ciuitates. Item in Lydia & in Palæſtina.

Diotæ, ſunt vaſa ſeu dolia fictilia, duas anſas habentia, & ad ſeruanda vina accommoda. Hora.
Deprome quadrimum Sabina ò Thaliarche merum diota.

Dipœnus, uir Cretẽſis, Scyli frater, qui ambo (teſte Plinio) primi omnium marmore ſculpendo claruerũt.

Diphilus, penul. correp. Iouis amicus.

Diphris, gemma eſt, quæ candida aliquando reperitur. Ferunt hanc morbis comitialibus utilẽ eſſe. Cc.

Diphthera, alio nomine Beta, ueſtis paſtoritia, ex pellibus ouium aut caprarum conſutis.

Diphtidæ, ranæ ſunt minimæ & virides, à nonnullis Calamitæ uocatæ. Cornucopiæ.

Diphthongus, eſt conglutinatio duarum uocalium, uim ſuam ſeruantium, ex δὶς & φθόγγος, qui uocalis eſt ſonus. Et ſciendum, quòd vbicunq; a, vel e, in nominibus ante finalem ſe periuntur, ferè vbiq; a, & u, e & u, diuiduntur. vt Nicolaus, Archelaus, Alueus, cereus. Excipiuntur laus, fraus, & heus, in quibus eſt diphthongus. Vergilius.
Orpheus in ſyluis, inter delphinas Arion.
Et oĩs diphthongus aut eſt in principio, ut Aeneas,

aut in medio, ut coæuus, aut in fine, ut muſæ.

Diplomata, genus tabeliarum. Seruius ſcibit Diploma eſſe epiſtolam vel ſcripturam aliquam ad alium miſſam à verbo Græco διπλόω, duplico. Inde Diploma, duplicatio literæ, eò quòd duplicetur. Alij putant Diplomata eſſe ſingularium uirorũ, & vicorum priuilegia in tabellis ſcripta, & in quibus principis nomen inſcribitur. Vulgus bullas, ſemidocti ſupplicationes, docti ſupplices libellos uocãt, quæ & breues dicuntur. Cicero Apio, Diploma ſtatim non eſt datum, quòd mirifica eſt improbitas in quibuſdam, qui tuliſſent acerbius. Et pro Cornelio Balbo, Mitto diplomata tota, in prouincia paſſim data. Sueto. de Augu. In diplomatibus libellisq́ & epiſtolis ſignandis initio ſphinge vſus eſt, mox imagine magni Alexandri. Græci διπλόν dicunt duplum, tanquam duplices illæ tabellæ dici poſſint Diplomata,

Dipolis, idis, genus pallii, quaſi duplex pallium. διπλόος enim duplex dicitur.

Dipondium, & Dipondius, ſiue Dupondium & Dupõdius. à duobus ponderibus dicitur. Nam (vt Varro docet) duos aſſes pẽdebat. As vero numus libralis, & Dupondium nummus bilibris dicebatur.

Dipſacon, ſpina alba, quæ & Aſpalatus, & Diacheron aliàs nuncupatur. Vide in dictione Diacheron. Cornucopiæ.

Dipſas, adis, Latinè ſitis dicitur. Ponitur autem pro quodam aſpidum genere, cuius morſu incredibilis ſitis inducitur. Luca. lib. viii. In medijs ſitiebant dipſades undis. Et in Deuterono. Scorpio & dipſas. Lucianus autem. τὸ δὲ δὴ πάντων ἑρπετῶν δυσθανατώτατον ἂν ἡ ψάμμος τρέφῃ. ἡ διψάς ἐστιν ὄφις οὐ πάνυ μὲν γὰρ ἐχίδνῃ ὅμοιος, id eſt, Hoc ſerpentium omnium infeſtiſſimum exiſtens, arena alit. Dipſas eſt ſerpens non admodum magnus, uiperæ ſimilis.

Diptota, pen. produ. dicuntur nomina duos tantum caſus habentia. Sic Tetraptota, Pentaptota, quæ habent quatuor & quinq́ caſus.

Diptychum, penultima correpta dicitur duplicatum. Ambro. libr. Hexa. Explorat ſi quando oſtreum in remotis ab omni uento locis contra Solis radios diptychum illud ſuum adperiat, & reſeret clauſtra teſtarum, ut libero aere uiſceris ſui voluptatẽ quãdam capiat.

Dirachium, ciuitas Tarento proxima quæ nunc Durachiũ, antea Epidamnus. Dicta à Durachio, qui portum vrbi adiecit. Vel quaſi Diſrachion. hoc eſt, difficilis exitus. Mutatur s, in r, ſicut fieri ſolet in multis. Euſtach uero ait Diſrachiũ dici, propter aſperitatẽ Peninſulæ in qua ſita eſt. Rachis enim Græcè, ſpina, dicitur, Eſt autem nodis confragoſa, inſtar ſpinæ.

Diræ, execrationes & imprecationes ſunt, quæ in maliuolos effundebantur, horrendæ, Deos quoſdam inauditos compellãtes, quibus quiſquis obnoxius erat, neceſſe erat illum maximo affici infortunio. Horatius. Diris vos agam dira deteſtatio. Et Diræ dicuntur furiæ in uita quaſi Deorum Iræ. Vergilius, Vltricesq́ ſedent in limine Diræ. Et proprie in cœlo ſunt Diræ, Furiæ, in terris, Eumenides in inferris. Vnde & tres eſſe dicuntur.

Dircæus, cum æ, dip. dicitur Aonius ſiue Thebanus. Nam pars Bœotiæ in qua fons eſt Dircæus, Dircæa cognominata eſt. Et apud Ver. Amphion Dircæus dictus eſt. id eſt, Thebanus.

Dirce, nomen mulieris, Lyci, Thebarum regis, vxoris, quam poetæ fingunt conuerſam in fontem ſui nominis. Alia fuit Dirce Babylonia, quæ ſua forma tumens, in piſcem conuerſa eſt.

Ouidius libro quarto Metamorph.

Dirce quam verſam ſquammis velantibus artus.

Diribitorium, locus erat in quo recenſebantur exercitus, & ſtipendia militiæ numerabantur, à diribẽdo. hoc eſt diſtribuendo. Et Diribitores, diſtributores. Cicero, de reditu ſuo ad ſenatum. Quando, inquit, vlla dignitate tot rogatores, diribitores, cuſtodesq́ vidiſtis? hoc eſt, diuiſores, diſtributoresq́, qui inter tribus viritim pecuniam diuiderẽt, quos Plau. in Aulularia, Curiarum magiſtros adpellauit. Qui diſtribuerent, inquit, argenti minas in viros. Ex hac ſimilitudine ſtructores epularum, & omnino præpoſiti negociis, vocabulum id quandoq́ accipiunt, pro loco in quo miniſtri diuerſantur. Apuleius lib. ii. de Aſin. au. Frequens, inquit, ibi epulonũ diribitores pluſculi, ſplendide amicti, fercula copioſa ſcitule ſubminiſtrata Plinius in Epiſto. Pedagium adpellat id, quod Diribitorium dici videtur, ἀπὸ τῶν παίδων. id eſt, à pueris & miniſtris.

Dirigeo, diriges, dirigui, præ frigore, aut timore, aut alio caſu viribus deſtituor. Verg.

Dirigui viſu in medio, calor oſſa reliquit.

Id eſt, diuerſis modis rigidus factus eſt, q̃a præ formidine contractus eſt.

Dirigo, gis, pen. cor. ex di & rego, ſignificat obliquũ emendo. Plancus Ciceroni, Ad Mutinam iter dirigerem. Apud Plautũ inuenitur Dirigere, pro diffidere.

Dirimo, mis, pen. cor. diremi, diremptũ, ex di, & emo, & interpoſita r, ſiue ex dis & emo, s in r, mutata cõponi videtur, ſignificat diuido. Hieronymus in vita Patrum, Ob hoc autem dirimũtur habitaculis, ut ſilentii ſui quiete & intentione mentis diuina ſectantes, eos nec uox aliqua, nec occurſus ulius aut ſermo aliquis ocioſus perturbet. Aliquando Dirimere ponitur pro deſtruere. Sall. Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res conſilium diremit.

Diripio, pis, penultima correpta, Vide in dictione Deripio.

Diris, mons, eſt Mauritaniæ, quem propter altitudinem, Cœli columnã vocauerunt. Ex euentu ab Atlãte rege in eum mutato, nunc Atlas uocatur.

Dirum, crudele, infeſtum, quaſi Deorum ira immiſſum. Vergilius, Priuſquam

Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

Hinc Diræ, furiæ, quaſi Deorum iræ. Aliquando accipitur pro magno. Idem,

Iam tũ religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci.

Hinc Diritas, crudelitas. Cic. Intelligi poteſt ex his

frattibus, qui in Adelphis ſunt, quanta in altero diritas, in altero comitas.

Dirumpo, pis, varie rumpo, ſeu violenter ſcindo Plautus in Curc. Geminos in uẽtre videor habere filios, nihil metuo niſi medius dirſipar miſer. Refert quãdoq; ad animum. Cicero, Dirumpor dolore.

Diruncino, nas. Vide in dictione Runcina.

Diruncio, ia, ſignificat depurgo, & quaſi dirũ elicio.

Dis, præpoſitio diſiunctiua. De qua ſupra dictũ eſt.

Dis, ditis, diuitiarum & inferorũ Deus, ut inquit Strabo. Græcè Pluton dicitur, quia terrenam omnem vim atq; naturam Diti patri dedicatam putabant, quòd diuitiæ omnes à terris oriantur, & in terras recidant. Nam πλοῦτος, Latinè diuitiæ. Quint. li. i. à contrario interpretatur, quia minime diues eſt. Ponitur etiam Dis pro diuite. Plau. in Aulularia, Dites diuitiis, qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero. Teren. in Adelph. Dis quidem eſſe Demea, ac rem tuam conſtabiliſſes. Hinc Ditior, & Ditiſſimus.

Diſcapedino, as, pen. cor. à capedine fit ſignificatq; refero, aperio. Apuleius, Hyagnis primus in canẽdo manus diſcapedinauit.

Diſcedo, dis, penultima producta pro recedo. Plin. Faceſſite hinc, atq; à nobis diſcedite. Aliquando tacetur locus de quo, & ponitur locus ad quẽ. Augu. Dominus diſceſſit trans Iordanẽ. Aliquando vtrũq; ponimus. vt, Non diu eſt, ex quo ille hinc rus abiit. Interdum Diſcedere, ponitur pro excipere. utſi dicam. Quum diſceſſi à parentibus, nemo eſt mihi te charior. id eſt, parentibus exceptis. Cice. Lentulo, Quum à vobis ſalutis meæ autoribus diſceſſerim, velim te exiſtimare neminem eſſe cuius officiis me eſſe tam deuinctum non ſolum confitear, ſed etiam gaudeam. Interdum pro diſtendi, diuidi. Idem lib. iii. offi. Hinc ille Giges inducitur à Platone, qui quũ terra diſceſſiſſet, magnis quibuſdã imbribus deſcendit in illum hiatum. A' Diſcedo fit diſceſſus, pro receſſu. Et Diſceſſio, pro diuiſione & hiatu.

Diſcepto, tas, diſputo, contendo, diſcordo. Aliquando etiam moderor, compono. Cic. libr. iiii. Tuſcu. Ita q; illius veræ elegãtisq; philoſophiæ, quæ ducta à Socrate, in Peripateticis adhuc permanſit, & idẽ alio modo dicẽtibus Stoicis, quum Academici eorum controuerſias diſceptarent, nulla ferè ſunt, aut pauca admodum Latina monumenta. Hinc Diſceptator, dicitur rei ſententiæq; moderator. ut docet Cice. in partitionibus ad filium.

Diſcerniculum idem quod diſcriminale. Significat & differentiam atq; diſcrimen. Gell. Tum cõperi duas ſpecies hellebori eſſe, diſcerniculo coloris inſignes, candidi, & nigri.

Diſcerno, nis, decreui, decretum, ſeparo. Hiero. ad Tyraſium. Ad comparanda peccata gaudent tam parẽtes à filiis quàm filii à parentibus, prouocante diabolo ſeparari, ad indulgentiam percipiendam, uoſunt ab inuicem Deo vocante diſcerni. Quãq; ſignificat certo. Apulei. Armis potius diſcernere, quã iure vti voluerũt. Quandoq; diſtincte cognoſco. Terẽ. in Adelp. Quid hoc malum infelicitatis nequeo ſatis diſcernere, niſi me credo huic eſſe natum rei ſecundis miſeriis.

Diſcerpo, pis, pſi, ptum, ex dis & carpo. varie rædo, diſtraho, diſcindo. Liuius li. i. Fuiſſe tum quoq; aliquos, qui diſcerptum regem patrum manibus taciti arguerent. Varro, Duabusq; admotis quadrigis alligatum corpus equis in diuerſum iter concitatis diſcerpſere.

Diſcinctus, diſſolutus, negligens. Perſius,

Non pudet ad amorem diſcincti uiuere.

Aut qui negligentes & deſides, adpellabant Diſcinctos contrà Accinctos ſolertes ſtrennuos vocabãt, quod à re ipſa deductum eſt. Molles enim demiſſis diſcinctisq; veſtibus vti ſolent, Strennui verò atq; induſtrii, quò ſint ad res exequendas promptiores, ſuccincti incedunt. Seruius diſcincti, inhabiles ſunt militiæ. Omnes enim qui militant cincti ſunt. Vnde Diſcincti, inefficaces & ignaui dicuntur, ſicut è contrario Præcinctos, ſtrennuos vocamus.

Diſcindo, dis, diſcidi, penultima correpta, à dis & ſcindo. Diſcidi verè penultima producta, fit à dis & cædo. Terentius in Adelphis, Vide ut diſcidit mihi labrum.

Diſciplina, dicitur prout à diſcipulo percipitur. Nam (ut Auguſt. in Dialectica docet) diſcibilia rei Diſciplina dicitur, quæ quarũcunq; rerum ſcientia eſt. Doctrina, eſt prout à doctore traditur. Et eſt media dictio. Diſciplina etiam dicitur bonus viuendi modus in repub. unde Cic. queritur ſe incidiſſe in perturbationẽ veteris diſciplinæ. Vñ diſcipuli dicũtur imitatores. Iuue. In tabulã Syllæ ſi dicant diſcipuli tres. Id eſt, q ſequebãtur Syllã in proſcribendis ciuibus.

Diſciplinoſus, dicitur qui tam bonas quàm malas artes facile diſcit. Hinc in reprehenſione dictus eſt Diſciplinoſus gladiator à Catone.

Diſcipulus, dicitur ille qui diſciplinam percipit.

Diſcludo, dis, excludo, ſeparo. Cicero, Semotas à mẽte & diſcluſas putat. Lucanus.

Cum paribus iungi res & diſcludere mundum.

Diſco, cis. didici, proprie rem ignotam aſſequor meditando, vel ab alio diſcendo. Huius cõpoſita ſunt Addiſco, Condiſco, Horatius,

Auguſtam amici pauperiem pati

Robuſtus acri militia puer Condiſcat.

Dediſco, quod didiſci obliuiſcor, ſeu à mente reiſcio. Plautus in Amph. Haud æquum facit, qui quod didicit id dediſcit. Ediſco, memoria complector. Quintil. Illuc ex conſuetudine mutãdum prorſus exiſtimo, ne omnia quæ ſcripſerint ediſcant, et cætera ut moris eſt dediſcant. Perdiſco, perfecte ſeu valde diſco.

Diſcobolus penult. correp. qui diſcum iaculatur. ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὸν δίσκον. id eſt, à iactendo diſco. Quint. libr. ii. Quid tam diſtortum & elaboratum, quàm eſt ille diſcobolus myronnis?

Diſconuenio, non conuenio. Horatius,

Et vitæ diſconuenit ordine toto.

Diſcordia, quaſi cordiũ diſſenſio, ſeditio, ſeorſum eũdo cum populo ſecum diſcordante, res ad manus

vocatur. Hinc Diſcordo,as. Veteres autem pro Diſcordia, dixere Diſcorditas, & inde Diſcorditer, aduerbium. Cc.

Diſcors, ex dis & cor, diffidens, ex quo diſcordo, diffideo.

Diſcrepo, pas, pen. cor. diuerſo modo crepo. Id eſt ſono, & crepitũ facio. vſũ p diſcordo, & nõ cõuenio. Et ad multa transfert. Cic. lib. i. offi. Vt in fidibus aut in tibiis quamuis paulum diſcrepent, tamen id à ſciente animaduerti ſolet. Liui. lib. xxxviii. poſuit impersonale. Nec inter ſcriptores ſolũ diſcrepat ſolũ, ſed orationes quoq;, ſi modo ipſorũ ſunt q̃ ferunt.

Diſcretio, ſeparatio. Lactã. libr. vii. Quum vis aliqua vtrunq; diſcreuerit, quæ diſcretio mors uocatur. Cice. lib. iiii. ad Heren. ſic defini, Diſcretio nominatur, quæ rerum conſequentium continet perſpicuam & dilucidam cum grauitate expoſitionem.

Diſcretus, ta, um, participiũ paſſiuæ ſignificationis. vt apud Columellam, Diſcreta fœmina. id eſt, ſeparata. Ambro. Quid longius eſt quam à ſe ſecedere, nec regionibus ſed moribus ſeparari, ſtudiis eſſe diſcretum, non terris? Huius compoſitum protulit Pli. Indiſcreta propè ſpecie fuere, id eſt, indifferẽti. Valla exponit actiue ſic, Diſcretus, qui qualitates perſonarum ac rerum momenta diſcernit. Sed nullum attulit exemplum nec nullum afferri poſſe arbitror, niſi in paſſiua ſignificatione.

Diſcrimen, penultima producta ſeparatio, differẽtia. Cic. Totumq; diſcrimen ſummi boni in ea rerum cõparatione poſitum putat. Sallu. Laudamus diuitias, proſequimur inertiam, inter bonos & malos nullũ eſt diſcrimen. Vnde & pro diuiſione, & capillorum dimidiatione ſumitur, quæ fit diſcerniculo. Et Diſcrimen, certamen. Vergilius.

Poſt hos æquo diſcrimine piſtrix
Centaurusq; locum tendunt ſuperare priorem.

Rurſus diſcrimen periculum dicitur. Idem. lib. i.
Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium.

Diſcriminale, acus eſt, quæ crines diuidit ad concinnandum caput. Vt apud Eſaiam, Diſcriminalia, & periſcelides, & murenulas, & olfactoriola.

Diſcriminatim aduerbium, ſignificat differenter. Varro libro. i. de Re ruſtica. Eadem de cauſſa ſunt quæ non poſſunt viuere niſi in loco aquoſo, aut etiam in aqua, & diſcriminatim. & alia in lacubus, ut arũdines in Aretino, alia in fluminibus, ut in Epeiro arbores ulmi.

Diſcrimino, nas, pen. cor. diuido. Cic. in Philippicis, Hetruriam diſcriminat Caſſus. Hieronymus in lib. Iudith, Et diſcriminauit crinem capitis ſui.

Diſcrucior, aris valde crucior.

Diſcũbo, is, diuerſis locis accũbo. Gel. Apud cœnam Fauorini philoſophi quum diſcubitum fuerat, cœptusq; adponi cibus, ſeruus aſſiſtens menſæ legere inceptabat.

Diſcuneatus, quaſi immiſſo cuneo apertus ac patens, ſicut ligna diducta fiũt, & hiãtia adactis cuneis. Pli. lib. ix. Conchæ contrahunt, ſed fruſtra diſcuneatæ.

Diſcurro, ris, in diuerſas partes curro. Liui. li. i. Signo dato iuuentus Romana ad rapiẽdas virgines diſcurrit. Hinc diſcurſo, as. Lactan. de Opi. Totos dies in huiuſmodi diſcurſatione conſumunt.

Diſcus, uas latum (ut Iulius Pollux inquit) ad portandas carnes aptum, fortè lanx. Apul. Cœnarum reliqua diſcus ornatus. Vnde à Hieronymo dictus eſt Diſcophorus, ille qui Danieli prandium portauit. Talem enim, inquit, diſcophorum inedia meruerat hebdomadis. Eſt & diſcus genus ludi. hoc eſt, rotunda moles ſaxea vel plũbea, ſiue ferrea, cuius iactu iuuenes inter ſe certabant, fortior iudicandus, qui aut altius in ſublime, aut longius in tractu ultra deſignatum ſpatium proieciſſet. Ita & miſſilibus contendebant. Horatius lib. Carminum, Brachia ſæpe diſco Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito. Mart.

Splendida quum volitent Spartani pondera diſci,
Eſt procul pueri, ſit ſemel ille nocens.

Sũt etiam, qui dicat diſcum fuiſſe metallica figura, vt nobis Solis corpus adpareret. Ideo etiam Græci Solare corpus Diſcum dicunt.

Diſcutio, tis, pen. cor. ſcuſſi, ſcuſſum, ex dis & quatio, proprie in diuerſas partes quatio & deiecio. Liu. Tribus arietibus aliquantũ muri diſcuſſit. Per trãſlationem modo ponitur pro remoueo ſeu reſoluo. Colu. lib. vii. Etiam languor & nauſea diſcutitur, ſi integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inſeras. Modo variis modis examino, inueſtigo. Lactã. Hæc enim prauitatis eſt cauſſa ignoratio ſui, quam ſi quis cognita veritate diſcuſſerit, ſciet quemadmodũ ſibi uita degenda ſit. Hinc Diſcuſſum dicimus, quod examinatũ aut iudicatũ eſt. Et actus ipſe diſcuſſio. Et Diſcuſſor, qui diſcutit. A Diſcutio, fit aliud compoſitum quod eſt Excudiſcutio, & ſignificat per varios modos concutio, extra eiicio. Hierony. ad Cteſiph. Dum hæc ſe ita habeant, prouoco aduerſarios, ut omnes retro chartulas cadiſcutiant, & ſi quid in me ingeniolo vitii reperierint, proferant in medium.

Diſertus, à diſſero, quamuis Diſſero per duplex ſſ. ſcribatur. & is eſt q probe diſſerit, vel qui ornatiſſimis uerbis abundat. Eloquẽs, cuius oratio eſt grauibus ſententiis referta, & ornatis diſtincta verbis. vnde M. Antonius apud Ciceronẽ ait, à ſe diſertos viſos eſſe multos, eloquentem uerò neminem.

Diſicio, cis, pen. cor. in diuerſas partes iacio. Verg. Diſiecitq; rates.

Diſiungo, ſeparo, à quo Diſiunctio, ſeparatio, ut quũ alter ab altero abeſt. Cice. Neq; enim non poteſt mihi non moleſtiſſima eſſe diſiunctio noſtra, in tãta rerum omnium varietate. Hinc etiam Diſiunctiuæ coniunctiones, quæ res vel perſonas diſtinguunt. Vt Hoc vel illud, meum vel tuum erit.

Diſpaleſcere, eſt palàm omnibus innoteſcere.

Diſpalo, is, pe. pd. ex dis & palo. Palare, verò vagari & errare ſigñat, à palis caſtrorũ, hoc eſt, ſudibus modo huc mõ illuc trãſlatis. Diſpalare itaq; eſt paſſim digredi vel ſeparare. Siſen. li. iii. hiſto. Diſpalati ab ſignis digreſſi oẽs ac diſſipati. Gel. lib. i. Ea præcentione tranquilla & venerabili, ad quãdam quaſi mi

ſitaris muſicæ diſciplinam, uis & impetus militum, ne ſparſi diſpalatiq́ prorueꝛent, cohibebatur.

Diſpello, lis, diſpuli, diſpulſum, uariis locis uariis'ue modis pello. Liui. lib. v. Quũ duæ acies, duo diuerſa prælia, circumuentos Hetruſcos, & à fronte & à tergo urgerent, neq́ in caſtra neq́ in montes (vnde ſe nouus hoſtis obiecerat) iter fugæ eſſet, equitem paſſim liberi frenis diſpuliſſent equi. Veientium maxima pars Tyberi effuſi petunt. Cic. libro primo Tuſc. Eademq́ ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpulit. Vergilius,

Teucrorumq́ alios acer quot æquore turbo

Diſpulerat. Id eſt, diſiecerat, ſiue ſegregauerat.

Diſpendioſus, ſa, ſum, damnoſus. Colum. libr. ii. Nam diſpendioſa eſt cunctatio. Primũ, quòd auibus prædam, cæteriſq́ animalibus præbet, Deinde, quòd grana & ipſæ ſpicæ, culmis arentibus & ariſtis, celeriter decidunt.

Diſpendium, dicitur qđ incuria, vel negligentia, aut immoderatione diſpendimus. Pli. Magno id ligno rum diſpendio fit addito ſale. Aliquando dicitur dãnum, quod in diſpẽdendo ſolet minus fieri, eſt enim contrarium Compendio. Teren. In Hecy. Quid eſt quod mihi malim, quã quod huic intelligo euenire, ut gratiam ineat ſine ſuo diſpendio. & mihi proſit?

Diſpendo, dis, varie pendo. Id eſt, expẽdo, diſtribuo, à quo Diſpendium. Et diſpenſo, ſas, Colu. li. iiii. Cœleſtes admittat imbres eoſq́ alendis ſeminibus diſpenſet, ac ſuis omnibus partibus ad educãdam prolem nouã conſpiret. Aliqñ ſignificat Expãdo, & tũc non à pendo, ſed à pando componitur. Plaut. Vbi iubet diſpendite hominẽ diuerſum, atq́ diſtendite.

Diſpenno, as, expando. Tractum à pennis & volatu auium. Plautus in Mi. Diſpennite hominem.

Diſpenſator, qui æs penſans expendi, & neceſſaria in familiam diſtribuit, qui Græce οἰκονόμος adpellaſ. Nam apud Romanos quũ aſſes librales eſſent, adpendebanſ. Quin etiam ſtipis põderandæ penſatores, Libripendes ſunt dicti.

Diſpenſo, ſas, frequentatiuũ à diſpendo, quod magis vſurpatur quàm diſpenſo. unde Diſpenſator.

Diſpereo, ris, ex dis, & per, & eo componitur ſigñatq́ uario modo, aut in totum pereo, & deficio. Mart.

Diſpeream ſi non hic Decianus erit.

Lactã. Quum terram & aquam & ignem diſperire, conſumi, extingui videamus, quæ ſunt mũdi partes.

Diſperdo, dis, diſperdi. Vide in dictione Perdo.

Diſpergo, gis, ſperſi, ſperſum. Vide ĩ dictiõe Spargo.

Diſpertio, tis, huic & illi partes do. Plautus in Aulularia, Hercle iniuria diſpertiuiſti, pinguiorem agnũ iſti habent.

Diſpeſco, cis, cui. ex dis & paſco, quaſi pecus à paſtione deduco, ſed a mutatur in e.

Diſpeſſus, expaſſus. Plautus, Credo ego, iſto exemplo tibi eſſe eundum extra portam, diſpeſſis manibus. Cornucopiæ.

Diſpicio, diſpicis, pen. cor. diſcerno. Quint. lib. ii. Nã proprietates ingeniorum diſpicere prorſus neceſſarium. Et diſpicere, diuerſe diligenter'ue inquirere, conſyderare, ſeu mente circumſpicere & prouidere, & tanquam in omnem partem lumina mentis intendere. Cic. lib. i. Tuſc. Tamẽ acie mentis diſpicere cupiebant. Colu. in præfat. At ego quum aut magnitudinem totius rei, quaſi quandam vaſtitatem corporis, aut partiũ eius, velut ſingulorum ſubtilitatem diſpicio, vereor ne ſupremus antè me dies occupet, quam vniuerſam diſciplinã iuris poſſim cognoſcere. Inde fit Diſpicientia, quæ eſt circunſpectio, & prouidentia, uel conſyderatio diligens.

Diſplodo, is, in diuerſas partes plodo. Varro lib. ii. de re Ruſtica. Pedibus nõ latis neq́ ingredientibus qui diſplodentur, nec cuius vngulæ diuaricent.

Diſpondæus, quaſi ſpondæus bis pes qui conſtat ex quatuor ſyllabis longis. vt, Oratores.

Diſpono, nis, pen. prod. Vide in dictione Pono.

Diſputo, tas, pen cor. ex præpoſit. dis, & uerbo puto, quod ualet purum facere. Var. Ideo ratio putari dicitur, in qua ſummas fit pura, Sic ſermo in quo pure diſponuntur verba, ne ſit confuſus, atq́ vt diluceat, dicitur diſputatio. Lactã. li. vii. Immortales eſſe animas, Pherecydes & Plato diſputauerunt.

Diſquiro, ris, pen. prod. per omnes partes q̃ro, ut inquirendo nihil me lateat. Aug. li. ii. de ciui. Dei, Vnde poſtea nobis erit Dei veri domini uoluntate diſquirendi ac differẽdi locus. A' quo diſquiſitio, quæ eſt inquiſitio voluntatis iudiciiq́ diuerſorũ. Sueto. in Cæſare, Primo præturæ die Q. Catullum de refectione Capitolii ad diſquiſitionẽ populi vocauit.

Diſraro, ras, ſignificat caſtro, et diuerſis modis quod ſpiſſum erat rarum facio. Colu. lib. v. Sed illud de integro refodi debet, hoc poteſt intercidi & diſrarari, quod opus ruſtici Caſtrationem uocant.

Diſſauior, aris, cum lætitia & voluptate multa oſculor, ex dis & ſauior. ὥσπερ ἑλληνιστὶ λέγεται φιλῶ, κυρίως, ἀλλὰ κυνῶ τι ἄλλο σημαίνει. id eſt, Græce dicitur φιλῶ id eſt, oſculor, proprie, ſed κυνῶ quiddam aliud ſignificat. Sauior autem à ſauium ſiue ſuauium, per diminutionem u, de Suauior. Gell. libro tertio. Diagoras tres filios adoleſcẽtes habuit, vnum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem, eoſq́ omnes vidit vincere, coronariq́ eodem olympiæ die. Et quum ibi tres eum adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſauiarentur, quumq́ populus gratulabundus flores undiq́ in eum iaceret, ibidem in ſtadio, inſpectante populo, in oſculis atq́ in manibus filiorum, animã efflauit. Plau. in Bacch. Quis iſtic habet? amor, uoluptas, Venus, venuſtas, gaudium, iocus, ludus, ſermo ſuauis, ſauiatio. De Diſſauior, Cicero Tyroni. Ego vos ad quartũ calendas videbo, tuoſq́ oculos, etiã ſi te veniens in foro videro, diſſauiabor. id eſt, multum ſiue ſæpius ſauiabor.

Diſſecatus, cata, catum, quod eſt per anatomen exenteratum. Quod enim Græci τὰν τομὴν nos Diſſectionem & conſectionem uocamus, ut apud Pliniũ & Celſum accipi poteſt. Ariſtoteles, Chamæleon diſſectus totus, ſpirare præterea diu poteſt. Fit autem à verbo Diſſeco.

Diſſeco, cas, penultima correp. diſſanio, & uariis modis ſeco, ſiue in uarias partes diuido. Vnde diuiſiones patrimoniorum inter conſortes dicuntur Diſſectiones.

Diſſentaneum, diſſentiens, non conueniens, ſicut Cōſentaneum, conueniens. Nigidius, Eum locum facit diſſentaneum.

Diſſentio, tis, quaſi diuerſe, ſeu aliter quā alii ſentio. vnde Diſſentio, quæ eſt ſententiarum diuerſitas. Diſcordia uerò, eſt diuerſio aliquorum, quos amoris vinculum colligauit.

Diſſentior, eiuſdem ſignificationis eſt cum Diſſentio.

Diſſepto, tas, frequentatiuum eſt à diſſepio, pis, à quo Diſſepiatio, quæ dicitur diſputatio, & quaſi colluctatio. Hierony. in Eſaia, Adhuc iudicio contendam vobiſcum, & cum filiis veſtris diſſeptabo.

Diſſero, ris, penultima correpta, diſſerui, ſſertum, uarie ſemino. Columel. Panax vtroq; tempore, leni & ſubactis terra, rariſſimè diſſeritur. Per tranſlationē, Diſſerere, ſignificat diſputare, enarrare, declarare. Varro, Nam ut holitor diſſerit in areas ſui cuiuſq; generis res, ſicut in oratione qui facit, Diſertus dicitur. Hieronymus in Prolo. Eccleſiaſtis, Rogatus ab ea in morem cōmētarioli obſcura quæq; diſſererē.

Diſſertio, diuiſio patrimonii inter conſortes.

Diſſerto, frequentatiuum à diſſero. Gellius, Quū de antiquitate quorundam uerborum diſſertaremus.

Diſſideo, des, pen. corr. ꝓpter diſſidium alienus ſum. Cice. in Lælium, Quum is tribunus plebis capitali odio à Q. Pompeio diſſiderent, qui tum erat cōſul. Transfertur etiam ad inanimata, & pro diſcordo, ſeu non conuenio ponitur. Pli. lib. xxxviii. Adamas diſſidet cum Magnete lapide, in tātum, ut iuxta poſitus, ferrum non patiatur abſtrahi.

Diſſidium, ſegregatio, diſcordia. Terentius. Valeant qui inter nos diſſidium quærunt. Ouidius lib. xiiii. Metamorphoſeos, pro diſceſſu poſuit, à ſeorſum ſedendo, quando ait,

Non bene diſſidium Phrygii latura mariti.

Diſſilio, is, penulti. correpta, ex dis & ſalio, ſignificat loco moueor. Apuleius, Veſtibulo oſſa diſſilierāt. Proprie autem, Diſſilire, eſt in diuerſas partes ſalire. Plinius lib. xxxvi. Lunenſem ſilicem ſerra ſecari, at Tuſculanū diſſilire igni. Aliquando ponitur pro crepare, frangi. Vergilius,

Aeraq; diſſiliunt vulgo. Aliquando pro cito deſcendere. Idem libro decimo.

Portiſq; ab equo regina ſub ipſis Diſſiliit.

Diſſimulo, las, diligenter & aſtute celo, ne quid noſci poſſit, vel intelligi. Cuius contrarium eſt Simulo, Simulamus enim falſa, Diſſimulamus vera. Simulamus eſſe quæ non ſunt, Diſſimulamus non eſſe quæ ſunt. Ab his fiunt aduerbia Simulanter, & Diſſimulanter, Simulatim, & Diſſimulatim.

Diſſipo, pas, pen. corr. ex dis & ſipo, ſignificat diſpergo, Diuulgo. Columel. lib. ii. Sin autem proximæ meſſis occupandum erit reſtibile deſectis ſtramētis quatuor et uiginti veheſ ſtercoris in iugerum diſponemus diſſipabimusq;.

Diſſitus, penul. cor. diſcluſus, diuaricatus, diſtans, remotus, quaſi procul ſitus. Cuius contrariū eſt Adſitus, quod eſt, iuxta ſitus. Apuleius in Flor. hæc duo velut inter ſe contraria oppoſuit atq; diſſeparauit, ſic ſcribens. Homines neq; lōgule diſſita, neq; proxime adſita poſſumus cernere.

Diſſoluo, quod ligatum erat non ligatum facio, deſtruo. Lactan. libr. i. Diſſoluat hoc argumentum ſi quis poteſt. Et li. vii. Vtrum ne anima maneat poſt mortem, an diſſoluatur. Et Diſſoluere, expedire. Teren. In Heau. Diſſolui me ocyus, operam vt tibi darem. Item Diſſoluere, ſignifi. diuerſis perſonis ſeu uaria debita ſoluere. Cice. lib. ii. offi. Nūquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. Dicimus autem, Diſſolui æs alienum, id eſt, quod contraxeram æris alieni, reſtitui, & pluribus ſolui, uel quaſi catena qua inuoluebar, me ſoluēdo pecuniam diſſolui.

Diſſonus, a, um, penul. cor. quod eſt conueniens. Vñ diſſono, pro diſcordo.

Diſſulto, tas, frequent. componitur ex dis & ſalto, quod eſt quaſi diuerſe ſalto. Plin. lib. xxxvii. Incudibus hi deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, ut ferrum vtrinq; diſſultet, Incudes q; etiā ipſæ diſſiliāt.

Diſtædet, multum aut varie tædet.

Diſtare, ſignificat differre. Lactantius lib. ii. Alioqui inter Deum hominemq; diſtaret nihil, ſi conſilia & diſpoſitiones illius maieſtatis æternæ, cogitatio aſſequeretur humana. Item abeſſe Pli. Quod circiter quinque milia paſſuum diſtat ab urbe. Hinc diſtantia, quæ modo differentiam, modo interuallum ſignificat.

Diſtendo, in diuerſas partes tendo. Leo papa, Quāuis multis aucta uictoriis, ius imperii tui terra mariq; diſtenderis, minus tamen eſt quod tibi bellicus labor ſubdidit, quàm quod pax Chriſtiana ſubiecit. Columel. lib. v. Stabilior eſt vinea, quæ ex utraq; parte iugo deuincta, pari libramento, velut anchoris quibuſdam, diſtenditur. Eſt & diſtendere, uarie implere, tractum ab utre, qui quum plenus eſt, tenditur, quum uacuus, relaxatur. Vergil.

Et dulci diſtendunt nectare cellas.

Diſtento, as, valde tendo. Vergil.

Sic cithiſo paſtæ diſtentant vbera vaccæ.

Diſtentus, plenus. Plin. Diſtentus ſolitaria cœna. Trāſfertur quoq; ad animum, vt apud eundem, Diſtētus imperii curis.

Diſtero, ris, pen. cor. multū ſiue crebro tero, quod fit quum aliquid ſubtiliter teritur. Cato, Libum hoc modo facito. Caſei p. z. bene diſtere in mortario.

Diſtichon, penul. cor. geminus verſus. δὶς bis, στίχος verſum Græci dicunt. ſicut Tetraſtichon, dicimus quatuor verſus. Hexaſtichon ſex.

Diſtillarius, Vide infra in dictione Stillo.

Diſtilio, las, à quo Diſtillatio, quam Græci Catharrū, Coryzan, vel Branchum uocant.

Diſtineo, nes, penulti. corre. varie, ſiue diuerſis rebus cauſiſue impeditū teneo. Cic. Mario, Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum, & nouis legibus

ita diſti-

ita diſtinemur, ut quotidie vota faciamus, ne intercalet, vt quàprimũ te videre poſſimus. Et Diſtinere, arcere, repellere. Verg. lib. xi. Dum diſtinet hoſtẽ Agger murorum, neq; inundant ſanguine foſſæ.

Diſtinguo, guis, diuido. Colu. lib. i. Sed & lateribus diſtinguuntur granaria, ut ſeparatim quæq; leguminà ponantur.

Diſtito, as, pen. corre. frequentatiuum. Colu. lib. vii. Diſtitent inter ſe aliquanto ſpatio, ne in colluctatione alter alteri noceat.

Diſtraho, diuerſe traho, diuido. Terentius, Quòd ſi eò meæ fortunæ redeunt, abs te ut diſtrahar. Vergilius libro. vi. Turbatus diſtractus equis. Refertur plerũq; ad animum, quum ad varias ſententias & occupationes trahitur. Per tranſlationem ponitur pro vendo. Vlpia. de tranſact. Si uni pluribus ue fundus ad alimenta fuerit relictus, velintq; eum diſtrahere, neceſſe eſt prætorem de eius diſtractione & tranſactione arbitrari. Apul. lib. i. Caſeus recens erat & ſciti ſaporis, admodum commodus precio diſtrahi. Item pro compono, ſedo, finio. Sueto. in Cæſa. Apud eandem longo tẽpore ſacrificare, uota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarẽ iureiurando, diſtrahere perſeuerauit.

Diſtribuo, diuerſis modis tribuo. Terent. in Adelphis. Argentum annumerauit illicò, dedit, præterea in ſumptum dimidium minæ, id diſtributũ eſt ſane ex ſententia.

Diſtringo, valde ſeu uarie ſtringo. Cicer. lib. iii. Offic. Fraus diſtringit, non diſſoluit periurium. Quandoq; defrico, ſeu radendo ſordes detergo. Vnde Diſtringentes uocamus, qui ſe poliunt, & ſordes corporis radunt, id quod ferè poſt quietem ſolent omnes. Pli. de Liſippo. Plurima ex oĩbus ſigna fecit fœcũdiſſimæ artis, inter q̃ diſtringentẽ ſe. Martial.

Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro,
Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi.

Quandoq; ſignificat intendere, minitari, tractum à gladiatoribus, qui contra aduerſarium ſuum enſem ſtringunt. id eſt, nudant. Cice. lib. iii. Offic. At ille ut ingreſſus eſt, confeſtim gladiũ diſtrinxit, iurauitq; ſe illum ſtatim interfecturum. Quandoq; colligere. Colu. lib. xii. Sereno cœlo manibus diſtringi oliuam oportet, & ſubſtratis tegetibus aut cannis, cribrari & purgari. Hierony. Amos propheta paſtor & ruſticus, mora ruborum diſtringens, paucis verbis explicari nõ poteſt. Quãdoq; diſtraho. Quint. Quibus componendis, paulò plus q̃ biẽnium, tot aliõqui negociis diſtrictus, impendi. id eſt, diſtractus & impeditus.

Diſtorqueo, ques, diuerſe torqueo. Teren. in Eunuc. Ah illud uide os, vt ſibi carnifex diſtorſit.

Diſturbo, diſiicio. Cicero pro domo ſua. Etiam ſe uidere diſtrahi à complexu ſuorum, diſturbari tecta, diripi fortunas.

Diſulcus, porcus dicitur, quum in ceruice ſetas diuidit. Cornucopiæ.

Diteo, tes, diues ſum, à quo Diteſco, diues fio. Auguſt. lib. i. de Ciui. Vt bonus ſeruus magnas facultates haberet, ipſam domini uoluntatem, cui pediſſequus mente diteſceret, nec cõtriſtaretur eis rebus uiuens relictis, quas fuerat cito moriens relicturus.

Dithyrambus, uis, à quo creditur genus illud uerſuũ fuiſſe cognominatum, in honorem Bacchi factum.

Dito, tas, à dis ditis fit, ſignificatq; ditem facio.

Ditrochæus, pes, bis trochæus. Conſtat enim ex duobus trochæis. hoc eſt, ex longa & breui, & iterũ longa & breui, vt Catilina.

Diu, aduerbiũ, pro die, à quo fit Interdiu. Plaut. Nec noctu nec diu quietus. Interdum ſignificat longo tempore. Vnde fit Diutius, longiori tempore. Diutiſſime. Vide infra.

Diuagor, penultima correp. uarie uagor. Lactantius lib. v. Vbi animus in multa diſperſus, huc atq; illuc diuagatur.

Diuarico, cas, penulti. correp. ex di & uarico, ſicut & Præuaricor, ex præ & uaricor. Vnde & actiuũ Varico intelligimus, & Varicor deponens, licet non ſint in vſu, & à varicibus dicuntur. Significatq; Diuaricare diuidere, quod quidam faciunt qui ſtant diducti. Quintilianus, Varicare, inquit, ſupra modũ & in ſtando deforme eſt, & accedente motu propè ſcenicum. Hieronymus ad Euſtochium, Sedebit ad aquas ſolitudinis poſita vaga, & diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti, et uſq; ad uerticem polluetur. Cato. Arbores hoc modo putentur, rami diuaricentur quos relinquens. hoc eſt, in diuerſas partes brachia diſponantur. Nonius. Diuaricari, dictum eſt diſtendi, ab his, qui uitio naturæ ita ſunt pedibus diſcretis, vt eos in diuerſum habeant ſeparatos.

Diuello, lis, diuulſi, diuulſum, uarie vello. Salluſtius, Rapi virgines, pueros, diuelli liberos à complexu parentum. ἑλληνιστὶ πτώω λέγουσι, καὶ πτίζω, καὶ τὰ πολλὰ ἔχουσιν. Id eſt, Græcè πτώω dicunt & πτίζω, & multa habent.

Diuendo, diuiſim uel uarie uendo, ut fit huic & illi, & modo hoc modo illud. Liuius lib. i. Quum diuẽdenda præda, quadraginta talenta argẽti effeciſſet.

Diuerbia, partes comœdiarũ, vbi plures perſonæ uerſantur. à perſonarum uarietate dicta. Liuius, Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptũ, diuerbiaq; tantum ipſorum uoci relicta. Seruius, Diuerbium, primus actus comœdiæ, Græcè Protheſis. Nã quælibet Comœdia diuiditur in Prologum, Protheſin, Epitaſin, & Cataſtrophen.

Diuerſito, tas, pen. cor. frequentatiuum à diuerto, pro deflecto. Gellius, Ad ipſa Platonis penetralia, ipſarumq; rerum pondera & dignitates pergẽdum eſt, non ad uocularum eius amœnitatem, nec ad verborum venuſtates diuerſitandum.

Diuerſor, ſaris, modo diuerto ſignificat, modo cõuerſor. Valeri. lib. i. Tabernamq; in qua is diuerſabatur petere conatus.

Diuerſor, ſoris, qui in caupona hoſpitatur. Cicero libro. ii. Artis ueteris, Caupo cum quibuſdam diuerſoribus, illum qui antè exierat, conſequitur. In itinere hominem comprehendit, homo in urbem ab illo deducitur.

Diuerſorium, à diuertendo, accipitur pro uilla, & quaſi pro hoſpitio, quòd ibi magis nos recipimus & commoramur, quàm habitemus. Cicero in Cato. Ex vita iſta diſcedo tanquàm ex hoſpitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. Item Fabio Gallo, Næ ego libentius emerim diuerſorium Tarracinæ, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. Proprie autem capitur pro hoſpitio. ut apud eundem, Quieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo opportuno diuerſorio. Dicitur & Diuerſorius, ria, rium. Vt Taberna diuerſoria. Sueto. in Nero. Diſpoſitæ per littora & ripas diuerſoriæ tabernæ.

Diuerſus, non ſolum pro uario, ſed etiam pro ſeparato ponitur.

Diuerticulum, eſt uia per quã à militari uia ſiue de itinere noſtro aliò diuertimus. Teren. in Eunucho, Dum ſenſi, tedeo rurſus, male uerò me habens, ubi ad ipſum veni diuerticulum, conſtiti. Seruius, Diuerticula, ſunt ſemitæ tranſuerſæ, quæ ſunt à latere uiæ militaris. Hieronymus per ſimilitudinẽ ita accepit libro de Natiuitate uirginis, Deniq; in quantum recordari poſſum, nõ verba, ſed ſenſum ſcriptoris ſequens, & nunc eadem ſemita, non hiſdem veſtigiis incedens, nunc quibuſdam diuerticulis ad eandem viam recurrens, ſic narrationis ſtilum temperabo, vt non alia dicam quàm quæ aut ſcripta ſunt, aut cõſequenter ſcribi potuerunt. Diuerticula, etiam dicũtur domicilia in uia, ad quæ diuertendum ſit.

Diuerto, de vna re ad aliam verto, deflecto, vt quum quod cœpi relinquo, vt aliud agã, ſiue aliò me verto. Lactantius lib. viii. Sed huc neceſſario diuertendum fuit, vt oſtenderem, tot ac tanta ingenia in rebus falſis eſſe conſumpta. Et Diuertere, eſt hoſpitari, & in hoſpitium ire. Colum. lib. i. Hæc autem prætereuntium viatorũ populationibus, & aſſiduis hoſpitiis diuertentiũ infeſtat rem familiarem. Dicimus eleganter, Diuerto ad te, & apud te.

Diues, à diuo fieri dicitur, quòd qui diues eſt, quaſi Deus nihil indigere videtur. Et modo cõſtruitur cũ genitiuo ut, Inſula diues opum. Modo cum ablatiuo. Cice. lib. ii. Offic. Publius Craſſus, tum cognomine diues, tum copiis, functus eſt ædilitio maximo munere. Et eſt gene. omnis, facit enim accuſ. diuitẽ, & hoc diues. Ouidius lib. i. de Arte,

Addidit externo marmore diues opus.

Valerius lib. ii. Diues & præpotens naturæ regnum ſcrutatus, iniiciam ſtylum tam noſtræ vrbis, quàm cæterarum gentium priſcis, ac memorabilibus inſtitutis. Hinc Diuitior comparatiuum. Cicero, Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus.

Diuexo, xas. uarie uexo. Lactan. lib. vii. Vt ſi qui forte tum fuerint boni, prædæ ſint ſceleratis, ac diuexentur undiq;.

Diuidia, æ. tædium. Actius. Huius me diuidia cogit plus quàm eſt par loqui. Interdum etiam dicitur diſcordia.

Diuidicula, caſtella, ex quibus à riuo cõmuni aquam quiſq; in ſuum fundum ducit.

Diuidium, à diuiſionẽ ſicut Dimidium, à dimenſione. Terenti. in Adelphis, Totum diuidium face, & pro eo dimidio.

Diuido, dis. penul. correp. diuiſi, diuiſum, compoſitũ videtur, licet eius ſimplex non legerim, & eſt Diuidere, ſeparare, partiri. Vergil.

Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

Ponitur & pro pædicare. Plaut. in Aul. Me quidem hercle, dicam palàm, non diuides, quod & prædicere dicitur apud Mart.

Diuiduum, quod ſeparabile & ſeparatũ eſt, cuius contrarium eſt Indiuiduum. Plau. in Rud. Diuiduum talentum faciam. id eſt, in duas partes diuiſum. Hinc Diuidue, quod vernaculo ſermone dicimus, Per la meitade. Idem in Caſ. Nam quod tibi ægre eſt, idem mihi eſt diuidue.

Diuinipotens, qui in diuinis poteſtatẽ habet. Apule. Saga & diuinipotens cœlum deponere.

Diuinitus, aduerbiũ, ſignificat à diuinis, ſiue à Deo, ſicut Humanitus, ab humanis rem demonſtrat. Diuine uero, & Humane, ad Deorum atq; hominum ſimilitudinem.

Diuino, nas. pen. prod. nõ tantũ de præterito dicitur, ſed etiam de præſenti, pro uerũ dico. Vnde prouerbium, aiunt diuinare ſapientẽ, quia qui dicit uerum de his, diuinus eſt. Teren. in Hec. Planè hic diuinat, nam id eſt. Pleriq; tamen diuinare, eſt augurari, à quo Diuinatio, prudentia futurorũ, quæ quandoq; etiã dr̃ iudicium. Nam quũ de conſtituendo accuſatore quæritur iudicium, quod ſuper ea re redditur, cuinam potiſſimum ex duobus pluribus've accuſatio in reũ permittatur, ea res Diuinatio adpellatur. Et ait Caius Baſſus. Id iudicium Diuinatio adpellatur, quoniã diuinare iudicẽ quodámodo oporteat, quã ſententiam ſeſe ferre par ſit. Alii Diuinationem adpellatam eſſe putant, quoniã quum accuſator & reus, duæ res q̃ſi cognatæ cõiunctæq; ſint, neq; vna ſine altera conſtare poſſit, in hoc tñ cauſſæ genere reus quidẽ iam eſt, ſed accuſator nondũ eſt, & ideo diuinatione ſuppiendũ eſt, quiſnam accuſator futurus ſit. Ita Cice. prima Verrinarũ, Diuinatio inſcribitur, qa non de facto, ſed de futuro quæritur, quæ eſt diuinatio, vter debeat accuſare. Cicero an Cæcilius. Alii putant Diuinationem dici, quòd res agaſ ſine teſtibus, & ſine tabulis, & his remotis, argumenta leuia ſequantur, & iudices quaſi diuinent. Huius compoſitum eſt Prædiuino, quod Plin. poſuit pro præſentio, quum ait lib. x. Tum uniuerſæ prouolant, ſi dies mitis futurus eſt. Prædiuinant enim uentos imbresq;, & tunc ſe continent tectis.

Diuinus, a, um. quod eſt Dei, uel quod ad Deum pertinet, vt Opus diuinum, Res diuinæ, quæ (vt Auguſti. lib. i. Acade. inquit) dicuntur, per quas huiuſmodi diuinatio ipſa contingit. Hinc Diuinitas, ſicut à Deo deitas. Diuinus, qui diuinat, prædicit, ut apud Hieremiam, Non uos ſeducant prophetæ ueſtri, qui ſunt in medio ueſtrum, & diuini ueſtri.

Diuiſio (vt Cice. lib. i. ad Heren.) ea eſt, per quam aperimus quid conueniat, quid in controuerſia ſit, vel

per quam expoſuimus quibus de rebus dicturi ſumus. Inter diuiſionē & partitionē hoc intereſſe putat, quòd Diuiſio eſt generis in ſpecies, Partitio aũt, eſt totius in partes diſtributio. Genus plura cõplectitur, ut animal hominem, leonem, equũ, & huiuſmodi. Totum uero, eſt quædam res una, vt domus, quæ conſtat ex pluribus partibus. Quintil. lib. vii. Sit igitur diuiſio rerum plurĩ in ſingulas, Partitio, ſingularũ rerum in partes diſcretus ordo.

Diuiſo, ſas. penul. produ. crebro, ſiue more conſueto, vt partem mihi capiam diuido. Cicero lib. ix. Phili. In Galliam inuaſit Antonius, in Aſiam Dolabella, in alienam vterq; prouinciam, alteri ſe Brutus obiecit, impetumq; furentis, atq; omnia diripere cupientis, vitæ ſuæ periculo colligauit.

Diuiſor, quum ſit verbale nomen à diuido, plerunq; apud Ciceronem criminis eſt, hiq; antiquitus Diuiſores uocabantur, qui pecunias inter tribus uiritim candidatorũ nomine diuidebant, in creandis magiſtratibus, quos Plaut. Curiarũ magiſtros uocat. Conſueuerant enim petitores magiſtratuum apud Romanos, pecunia largitioneq; ſibi ſtudia conciliare ſuffragatorum, & per centurias tribusq; diuidere numos. Cicero pro Planc. Quam tibi commodum eſt vnam tribum dilige, tu doce id quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore corrupta ſit. Eſt & Diuiſor, qui pueros corrumpit. Cicer. Pæto, Quid enim? non honeſtũ eſt verbũ diuiſor? At ineſt obſcœnũ, cui reſpõdet intercapedo. Sunt ergo Diuiſores non ſolum criminoſi, ſed etiam obſcœni, tanquã in obſcœno coitu præpoſteraq; libidine nates diuidantur, qui & emaſculatores, & pediccones dicũtur.

Diuitiæ, numero tantum multitudinis, ita ab opibus differunt, quòd Diuitiæ ſunt quibus utamur, Opes, vt aliis opitulemur. Cice. Sunt ergo diuitiæ ad neceſſariũ vſum, opes uero ad magnificentiam.

Diuito, tas. penul. corre. diuitem facio. Actius, Nihil credo auguribus, qui aures uerbis diuitant alienas, ſuas vt auro locupletent domos.

Dium, ſubſtantiuum, diurnum ſub cœlo lumen. Cœlũ Græci Δῖον dicunt. Vnde adhuc ſub dio fieri aliquid dicimus, quum ſit ſub tecto.

Diunt, id eſt, dant, vt apud Plautum & Lucretium.

Diuortium, ſeparatio, & propriè diſtractio matrimonii (inquit Modeſtinus) quod inter uirum & vxorẽ fieri dicitur, quãuis ad alia transferatur. Cicero, Sic doctrinarum facta diuortia. Vergilius,
O biiciunt equites ſeſe ad diuortia nota. id eſt, ad flexus uiarum.

Diurno, nas, diu uiuo, ſicut Perenno, nas.

Diurnus, a, um. à die fit, ſicut Nocturnus à noctu. Vñ & Diurni dicũtur libri, in qbus ſcribũtur geſta ſingulorũ dierũ, vulgò Zonales dicuntur. Iuuena.
Longi relegit tranſacta diurni,
Aliàs Diurnum accipitur pro uictu atq; mercede vnius diei. Seneca, Diurnũ accipit, in centiculo dormit. Idem lib. ii. Controuer. Conſors modo omnis fortunæ diurnum petam.

Dius, dicitur generoſus, ἀπὸ τοῦ Διὸς, id eſt, ab Ioue. Vergilius libro vndecimo.
Quas ipſas decus ſibi dia Camilla.

Dius, in compoſitione accipitur pro die, ut Perdius.

Diutile, penul. corre. aduerbium diminutiuum, ſignificat aliquandiu. Gell.
Quum diutile tacitus cogitando fuiſſem,
Apul. in Flor. At non itidem maior meus Socrates, qui quum decorum adoleſcentem & diutile tacentem conſpicatus foret.

Diutinus, na, num. penultima correpta longus, ſeu cõtinuus. Cicero, Libertatis deſyderio, tædioq; diutinæ ſeruitutis.

Diutiſſime, longiſſimo tempore. Tam diu, tanto tempore. Quãdiu, quanto tempore. Iamdiu, olim.

Diuturnus, na, num. idem quod diutinus, à diu deriuatum. Cicero, Diuturni ſilentii.

Diuus, a, um. idem quod diuinus, quod etiã Dium dicimus, quaſi ἀπὸ τοῦ Διός. hoc eſt, à Ioue genitũ, vel qa veteres in ſingulari Dium dicebant. hoc eſt, Deũ. Vñ nũc quoq; in plurali dicimus à Dio Dii, ſicut à Deo Dei. Quũ aũt dicimus Diuam fœminã, intelligimus eã quæ ſua uirtute diuinitatẽ meret. Sic dicimus Diuos ĩperatores, etiam dum ſunt in uita.

D ANTE O

DO das, dedi, datũ, cuius cõpoſita ſi ſint ex monoſyllabis ꝓpoſitionibus, ſunt tertiæ cõiugationis, & præteritũ geminant, vt Reddo, reddis, reddidi. Perdo, dis, perdidi. excipit Sedo, das, daui, ca ſ., & do. Et dr verbum datiuum, qm̃ vltra accuſatiuũ poſtulat datiuum, & quicq; dare ſedulo reperit. Et ita datiuo delectatur, vt qñq; duos datiuos exigat, pro adſcribere, ſeu imputare, quanquã alter eorũ nõ ſemꝑ ponatur, ſed ſubintelligit. Cice. lib. ii. offic. Nec Marco quidem Seio uitio datum, quòd in caritate annonæ aſſe modium dedit populo. Teren. vnũ tantũ expreſſit. Nunc quã rem uitio dent, quæſo animaduortite, ſubintelligitur poetæ. Plaut. in Amph. Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi ob virtutem data eſt Alcmena, tibi dono. Hic Dono, vtrũ caſus datiui an ablatiui ſit, dubiũ videtur. Vtroq; modo ſumi poſſe cẽſeo. In datiuo, pro dedico capitur. Si aũt ablatiuũ eſſe velimus, vt Dono, ſit quaſi nomine doni, tunc Do à ꝓpria ſignificatione non recedit. In qua Plaut. tamen ipſi uerbo accuſatiuũ vltra accuſatiuũ ſine præpoſitione dedit, ſed appoſitiue, ſic. Eſt ager ſub urbe, hic uobis cum dabo dotem ſorori. id eſt, vt ſit dos, uel nomine dotis, vel pro dote. Aliqñ ultra datiuũ ponitur accuſatiuus cũ Ad. Cice. Cornifi. Literas ad te nunquã habui cui darẽ, quin dederim. Idem ad Q. Fratrẽ, Oculos autẽ natura nobis, vt equo & leoni ſetas & caudam & aures ad motus animorũ declarãdos, dedit. Aliquãdo præter datiuũ ponitur accuſatiuus cũ In. Teren. In Phor. Dic quid uelis dari tibi in manum, vt herus his deſiſtat litibus. Nõnunquã accuſatiuus ponitur cum Ad, & datiuus remouet. Cicer. lib. ii. Philip. Ad ſepulturam corpus uitrici ſui negat à me datum. Interdum ipſe accuſatiuus cũ In, ponitur. Plaut. in Capt. Hoc ſi faxis, dabo in ca-

ueam. Cice. Terentiæ, In uiam quòd te des hoc tẽpore, nihil eſt.id eſt, ponas, ſeu inducas. Quandoq́ regit ablatiuum cum præpoſitione poſt datiuum, ut fit, quando damus per aliquem aliquid alicui ab aliquo. Plaut. in Capt. Sequere me, uiaticum ut dem à trapezita tibi, eadem opera à prætore ſumas ſyngraphum. Quandoq́ nõ per ablatiuum, ſed per accuſatiuum cum per. Colu. lib. ix. Acceſſus deinde auibus ad tabulata per utranq́ cellam datur. Sæpius tamen poſt accuſatiuum datiuum regit, & hoc uariis actibus adplicari ſolet. Plautus in Epidi. Si æquum ſit me plus ſapere quàm vos, dederim uobis conſilium cautum, quod laudetis. Idem in Curc. Nſi rei diuinæ operam dabo. Idem in Mer. Me tuo ico morti dabo. Idẽ in Cap. Do tibi operã, ſi quid eſt quod me velis. Gell. Cretenſes quoq́ prælia ingredi ſolitos memoriæ datum eſt. Capitur etiam ſicut vẽdo, ut quòd in caritate annonæ aſſe modium populo dederis. Item Dare, eſt offerre, obiicere. Terẽ. in Hec. Profecto hoc ſic eſt, ut puto omnibus nobis, ut res dant ſeſe, ita magni atq́ humiles ſumus. Item accipere. Idem in eadem. Dabo iuſiurandum, nihil eſſe iſtorum tibi. Item inferre, inducere. Verg.

Magnam dabit ille ruinam Arboribus.

Item promittere. Terent. in Hec. Si mihi fidem das te tacituram, dicam. Item permittere. ut apud Apoſtol. ad Roma. Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis. id eſt, permiſit ut haberent ſpiritum compunctionis. Item dicere Terent in Heau. Nunc quamobrem has partes didicerim paucis dabo. Itẽ obtemperare. Idẽ in Adelph. Da te mihi. id eſt, accommoda te meæ uoluntati. Item proſtituere. Martialis,

Caſta igitur nulla eſt? caſtæ ſunt mille. quid ergo
Caſta facit? non dat, non tamen illa negat.

Item facere. Teren in Adel O Aeſchine, pól haud paternum iſthuc dediſti. Item cõcitare, ut apud eũdem in Eunu. Ludum iocumq́ dices fuiſſe illum alterum, præ ut huius rabies quæ dabit. Dare pœnas, eſt ſuſtinere. Lactan. lib. viii. Sed tamen docent nos ſanctæ literæ, quemadmodum pœnas impii ſunt daturi. Dare veniam eſt concedere quod petitur. Terẽ. Da veniam quæſo filio tuo. Cice. de orat. Dabis hãc veniam, mi frater. Dare operam, eſt adiuuare, inſeruire. Teren. in Phorm. Nos operã dabamus Phædriæ. Dare poteſtatem, eſt rem in alterius arbitrio permittere. Plin. Ut qui ſuarum omnium rerum poteſtatem auunculo dederat. Dare fidem, eſt aliquid ſanctæ promittere. Dare in manum. ſignifi. ſeparatim, & ſine arbitro aut interprete, ut quum præuaricator aut iudex corruptus accipit pecuniam. Do me in diſciplinam, ſignif. do operam diſciplinæ. Ambr. Sed relictis omnibus, in diſciplinam ſe propheticã daret. Datum eſt. id eſt, fato decretoq́ cõceſſum eſt, ut, Non dabitur regnis eſto prohibere Latinis. Huius verbi cõpoſita ſunt Abdo, Addo, Cõdo, Circundo, Credo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prædo à quo Prædor paſſiuum, de quo alibi. Reddo, Subdo, Sedo, Satiſdo, Peſſundo, Trado, Venũdo, & Mando.

Doceo, ces, cui, ctum. cuiuſcũq́ rei cognitionem do. Conſtruiturq́ cum duobus accuſatiuis, ut, Doceo te literas. Aliqñ cum uno tantum, licet alius poſſit intelligi. Aliquando pretium exprimitur in ablatiuo uel genitiuo. Cice. lib. ii. Phil. Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil ſapere docuit. Iuuenalis,

Tenta Chryſogonus quanti docet, uel Pollio quanti.

Aliquando cum ablatiuo. Cice. Pæto, Socratem fidibus docuit. Vergilius lib. iiii.

Paucis aduerte docebo.

Aliquando cum ablatiuo cum de, Salluſt. in Iugurt. Tametſi legatos miſerat, qui ſenatũ de cæde fratris, de fortunis edocerent. Aliquando abſolute. Vergil.

Docuit poſt exitus ingens.

Ponitur etiam docere, pro monere, quod quidam barbare dicunt, auiſare. Cice. Apio pul. Ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent quid ageres, aut ubi te viſurus eſſem. Huius cõpoſita ſunt Addoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, quæ ambo ſignificant perfecte doceo. Sall. Cicero per legatos cuncta edoctus. Plaut. in Sti. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, prius doceo. Sallu. in Iug. Cæterum illi qui centuriis præerant, prædocti, à duce, arma ornatumq́ mutauerunt. Subdoceo, loco alicuius doceo. Auguſt. libro. viii. Con. Nebridius amicitiæ noſtræ ceſſerat, ut omnium noſtrum familiariſſimo Verecundo Mediolanenſi & ciui & grammatico ſubdoceret vehementer deſyderanti.

Docibilis, qui idoneus eſt ut doceatur, ut li. iii. Regũ, Dabis igitur cor docibile ſeruo tuo, ut iudicare poſſit populum tuum. Hieron. Ingenium docile & ſine doctore docibile eſt. Sic Cyprianus, Docibilis eſt, qui eſt ad diſcendi patientiam lenis & mitis. Augu. Omnes regni illius homines docibiles Dei erunt, non ab hominibus audient.

Docilis pen. cor. qui attente uult audire, inquit Cice. lib. i. ad Her. uel Docilis, qui facile docetur. Lactan. de opi. Nam ſi te in literis, nihil aliud quam linguã inſtruentibus, auditorem ſatis ſtrenuum præbuiſti, quãto magis in his veris, & ad uitam pertinẽtibus, docilior eſſe debebis. Varr. libro primo de Re ruſtica. Caſſius ſcribit hæc, operarios parandos eſſe qui laborem ferre poſſint ne minores annorum viginti duorum, & ad agriculturam dociles. Laur. Valla contra Priſcianum ita differit. Docilis, qui facile docetur, & qui natura aptus eſt doceri. Hinc Docilitas aptitudo, qua quis facile docetur. Plin. lib. viii. de Elephantis. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant.

Docimaſiam, dicunt Græci iudicaturam. hoc eſt, precium rei, probationemq́.

Doctrina, ut à doctore proficiſcitur. Diſciplina, ut à diſcipulo comprehenditur.

Documentum, à præterito docui, ſicut à monui monumentum, & eſt id quod nos docet, ſiue ex quo qd docemur. Sallu. Quarũ rerũ ego maxime hæc documenta habeo, quòd in bello ſæpius vindicatum eſt in eos, qui contra imperiũ in hoſtem pugnauerant.

Doctus,

Doctus, dicitur qui rationem vel tãtum tenet. Peritus, qui cum ratione exercitiam & conſuetudinem tenet, ἀπὸ τῆς πείρας. id eſt, experientia. Itaq; minus eſt doctus quàm peritus. Cice. in S. li. Satis docte atq; perite feciſti. Idem lib. iii. offi. Itaq; quum ſint docti à peritis, deſciſcunt facile à ſententia. Maiorem tamen vim habet doctus quàm eruditus. Idem lib. i. offi. Nec ſolum viui ac præſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atq; docent, ſed hoc idem etiã poſt mortem monumẽtis literarum adſequitur. Nec mirum eſt quòd minus ſit eruditus quàm doctus, quo niam rudis & eruditus contraria ſunt. Plin. Sedere cœpit ſententia hæc, pariterq; & eruditũ vulgus & rude in eam curſu vadit. Quintil. libe. i. A' pædagogis exigat ut ſint eruditi, quò adoleſcentes erudire quærant, aut ſe non eruditos eſſe ſciant, ne mala pro bona illos imbuant literarum eruditione. Eos inſuper redarguens, quòd cedere præcipiendi peritis indignantur, vt animaduertatur, Si pædagogos decet eſſe eruditos, profecto præceptores par eſt non ſolum eruditos, ſed doctos atq; peritos eſſe debere.

Doctus, cum quo componitur Indoctus, nomen eſt, tametſi participiũ eſſe poſſit, ſed tamen ablatiuum regit. Cice. lib. ii. offic. Nec me angoribus dedi quibus eſſem confectus niſi reſtitiſſem, nec rurſum indignis docto homine voluptatibus. Idẽ Cornifi. Sed proxime ſcripſi de optimo gen. dicendi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum, te à iudicio noſtro, ſicut doctum hominem à non indocto, paulum diſſidere. Semidoctus, ſimiliter & participium & nomen eſſe poteſt. Plaut. in Aſi. Tua iſta culpa eſt, quæ diſcipulum ſemidoctum abs te remoues.

Docus, Latinè lignum vel trabes. Plin. lib. ii. Trabes igneæ quas docos vocant.

Dodona, penultima producta ciuitas Epeiri, iuxta quam propinquũ erat nemus Ioui ſacrum, vbi quercus vocale fuiſſe dicunt. Hinc Dodonæus, a, um.
Vergilius lib. iii. Stipatq; carinis
Igneus argentum, Dodonæosq; lebetas.
Auſonius Nec dodonæi ceſſat tinnitus aheni.

Dodone, Iouis & Europæ filia, quæ & Dodon dicitur. Eſt & nomen loci, quem Deucalion ex oraculo condidit, collectis his qui ſuperfuerant diluuio, Dodonemq; adpellauit ab Oceani filia Dodone. Vnde Dodonius, a, um.

Dodonides, Nymphæ (ut Pherecides ait) dicuntur, liberi patris nutrices, à Dodona Epeiri ciuitate. Hæ Atlantides vocantur, quarum nomina ſunt Ambroſia, Eudora, Paſithoe, Coronis, Plexaura, Pytho, Tythe. Cornucop.

Dodra, potionis genus. q ex nouẽ rebus fiebat. Auſonius, Dodra, ex dodrãte eſt, ſic collige ius aqua vinũ,
Sal. oleum. panis, mel piper, herba, nouem. Ce.

Dodrans, dr̃ dẽpto q̃drante ex vncia, nouẽ ptes aſſis.

Dogma, atis. & Dogmatum. Græci dicunt δόγμα τὸ οἷον ἰδέα ὃ διὰ δόξαν τι ἔχειν. noſtri. modo decretum, modo ſcitum, modo placitũ adpellant. Sunt enim Dogmata, uniuſcuiuſq; ſectæ decreta, quæ (vt inquit Cicero) prodere ſcelus eſt, non minus quã patriã, ſine qbus nec ſectæ philoſophorũ, nec religionũ vires conſtare poſſunt. Vnde Laertius ait, ſectã eã non adpellari, quæ dogmata non habet. Scribit Augu. de ciuit. dei, ſe ex Varronis philoſophia colaegiſſe dogmata, fuiſſe ſolo habitu inter ſe diuerſa. Vnde etiã Dogmata illa dicũtur, q̃ ſynodus ſanctorum ſciuit, & Athanaſius conſcripſit. Artes quoq; liberales habent decreta ſua, non tantũ pcepta ſicut medicina. Itaq; eſt alia Hippocratis ſecta, alia Aſclepiadis, alia Themiſonis. Præterea nulla ars contemplatiua ſine decretis ſuis eſt. Plin. frequenter placita adpellat, ut illud ex lib. ii. Babyloniorũ placiti motus terræ hiatusq;, & cætera omnia, ut ſyderum exiſtimant fieri. Idem Magorum placita adpellat.

Dogmatiſtes, qui alicuius dogma ſequitur. Hierony. Nunc vero quum interpres magis Apoſtoli fuerim quàm dogmatiſtes.

Dolabra, pen. corr. inſtrumentum fabrorũ quo ligna dolant. Colu. lib. iii. Quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito.

Dolabro, as, aſcia vel dolabra diminuo.

Dolentia, idem quod dolor. Cuius contrarium eſt Indolentia. Cicero, Vt qui rem expetendam, vel voluptate, vel indolentia metiuntur.

Doleo, les, dolui, litum, unde Doliturus. Auguſtin. li. xxi. de ciuit. Quemadmodum dicimus hominũ corpora viua futura, quæ ſemper arſura atq; dolitura, nec tamen aliquando ſint moritura. Hoc verbum ſi ad corpus referatur, neutrum acquiſitiuum eſt, ut, Oculi dolent uiro tuo. Sin' de rebus alienis, effectiuum eſt, ut, Doleo tuis rebus aduerſis. Aliquãdo etiã cum accuſatiuo, ut, Doleo tuã miſeriam. Salluſtius, Quaſi dolens eius caſum. Huius compoſita ſunt Cõdoleo, quod eſt, ſimul, uel in totum doleo. Plautus in Tru. Date iã ſoleas, atq; intrò me ducite actutũ. Nam mihi de uento miſerè condoluit caput. Dedoleo, de quo alibi.

Dolia, ſunt vaſa grãdia qbus vinũ reconditur. Ter. Repleui oĩa dolia oẽs ſerias. Veteres dolia fictilia in cellis vinariis ſeruabant, quæ ſi duas aures habuiſſent, Diotæ dicebant. Iuriſconſulti ſcribunt, Vino legato eũ vaſis, dolia legata nõ ſint, qa ſcilicet ea mẽte vinum in dolia condimus, ut ex his poſtea in amphoras vel cados diffundamus. Et hoc eſt uinum quod Diffuſum nominatur. Iuuenalis,
Ille capillato diffuſum conſule potat.
Idem Iureconſulti de Fundo inſtructo indicant, dolia defodi ſolita, ſcribentes. Inſtrumento conſeruando, dolia licet defoſſa non ſint, accedunt.

Doliaris, & hoc Doliare, q ad dolia ptinet, vñ Plau. in Pſeu. feſtiuiter adpellat anũ uentroſam, Doliarẽ.

Doliariũ, qd apud Iuriſcõſul. poni videt pro dolio, vel cella in qua dolia vinaria ſint, ſic. n. ſcriptũ eſt. Si ex doliario pars vini vænierit, veluti metretæ cẽtũ.

Doliche, inſula eſt è regione Chimeræ Lycii montis. Item inſula, quæ prius Icaros dicebatur, & nonnulli nomen mari inditum eſſe prohibẽt ex hoc nomine, & non ex Icaro Dædali filio.

Dolichus, continet ſtadia duodecim. Diaulos, mille

ducentos. Milium, ſtadiis octo.

Doliola, diminu. à dolio, vnde & locus in vrbe fuit ſic uocatus, quia inuadentibus Gallis Senonibus ſacra Romanorum, in eodem loco doliolia condita, illic defoſſa fuerunt à flamine Quirinali, ſicut T. Liuius lib. v. ſcribit.

Dolo, las. aſcia cædo, vel dolabra, ſeu falce. Proper. Stipes acernus eram properanti falce dolatus. Dicitur & Dollo, lis, lui, litum. Varro in Aga. Num quã cælatus in manu dextra ſcyphus cœlo dolitus artem oſtentat. Mentoris. Huius uerbi compoſita ſunt, Dedolo, & Edolo. de quibus locis ſuis.

Dolabella, diminutiuum à dolabra. Colu. lib. v. Semper circa crus dolabella dimouenda eſt terra. Hoc etiam nomine dictus eſt ciuis Romanus.

Dolobelliana pira, dicebantur longiſſimi pediculi, ab inſitore Dolobella. Ce.

Dolon, proprium nomen viri Troiani, egregia pedũ pernicitate præditi.

Dolones, à fallendo dicti ſunt ingentes conti, ferro breuiſſimo, quòd decipiant, quum ſpeciem præferant ligni, intus autem ferrum acutum habeant. Vergil. lib. vii. Sæuosq; gerunt in bella dolones. Vbi Seruius ait Dolonem flagellũ eſſe, intra cuius virgam lateat pugio. Apud Liui. accipi uidetur Dolones, pro armamẽtis naualibus, vbi ſcribitur, Sublatis raptim dolonibus, Epheſum petit fuga. Sunt enim minuſcula nauium vela, quæ vulgus Trinchetta adpellat, ſicut uelum maximũ Acatlon, tertiumq; quod retrorſum panditur in puppi poſitum Epidromon, nautæ uocant Mezanam. Liui. lib. xxxvi. Dolonibus erectis altum petere intendit. Nam in nauigiis ſunt maiora et minora uela, alia in proris, alia in puppibus panduntur. Suidas tamen δόλωνες τὰ μικρὰ ἱστία. χαλάσαντες τὰ μεγάλα ἄρμενα, τοῖς μικροῖς α ἐπὶ δόλωνας καλοῦσιν ἔπλεον. καὶ αὖθις, δόλωνας προβαλόμενοι, τοῦ παντὸς στόλου τοὺς ἄλλους ταύτας τοὺς δόλωνας ὑπαράμενοι ἔπλει. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πλησίον γενόμενοι, καθεῖλον τοὺς δόλωνας. id eſt, Dolones, parua uela, deprimentes magna carbaſa, paruis quæ nunc Dolones vocant ſequi. Et rurſus, dolones proiiciens, totius claſſis nauis paucos dolones imprecans nauigabat. Romani autem propinqui deſtruxerunt dolones.

Dolopes. penul. cor. populi Theſſaliæ, vt oſtẽdit Lucanus. Plinius uero ſcribit eſſe populos Aetoliæ.

Dolor, eſt animi uel corporis cruciatus, à dolando. id eſt, minuendo. Augẽtur enim corpora lætitia, dolore minuuntur.

Dolorificus, ca, cum. quod dolorem facit.

Doloro, ras. dolore afficio.

Dolus, à dolendo, vel à dolando. id eſt, lædendo & minuendo. Nã & Græce δόλος, leſio dicitur, & accipitur pro fraude & machinatione, quæ fit ad fallendum aliquem. Veteres tamen etiam in bonam partem accipiebant, pro ſolertia & calliditate, quæ aduerſus hoſtes adhibetur. Vnde nunc dolum malum dicimus, quoniam & bonus dolus dicebatur. Hinc Doloſus, pro inuidioſo. Subdolus, occultus deceptor, à ſub, id eſt ſubtus. Dolus etiam proprium nomen autoris Mendeſii, cuius meminit Colu. lib. viii.

Doma, matis, tectum, ἱ λλωπικὶ γὰρ τὸ αὐτὸ λέγεται καὶ δόμος, καὶ τὸ δῶμα, τος. Nam (vt inqt Hiero.) in Aegypto & in Paleſtina, vbi vel ſcripti libri, uel interpretati ſunt, non habent in tectis culmina, ſed domata, quæ Romæ uel ſolaria uel mediana vocantur. id eſt plana tecta, quæ tranſuerſis trabibus ſuſtẽtantur. Deniq; & Petrus in Act. Apoſto. quãdo aſcẽdit in doma, in tectum ædificii aſcẽdiſſe credendus eſt. Et quãdo præcipitur nobis vt faciamus domati noſtro coronam. hoc præcipitur, vt in tecto faciamus per circuitum quaſdam eminentias, ne facilis in præceps ſit lapſus. Et in Euangelio, Quæ audiſtis in aure, dicite ſuper domata.

Domeſticatim, aduerbium ſignificat, per uarias domos, ſiue per domeſticos. Sueto. in Cæſ. Quorum vt quàm maximè expectatio eſſet, ea quæ ad epulũ pertinerent, quamuis macellariis oblocata, etiã domeſticatim adparabat.

Domeſticus, ca, cum. quod ad domum pertinet, vt Domeſtica negocia. Aliquando domeſticus dicitur manſuetus ac mitis. Plinius, Mite animal atq; domeſticum. Et Domeſtici dicuntur qui ex eadem domo ſunt, & nobiſcum habitant.

Domicilium, habitatio longi temporis, unde mutare domiciliũm dicuntur, qui migrant vt aliam vrbem habitent, tanquã illius ciues futuri. Nam qui ad tempus habitat mox inde diſceſſurus, domum quidem poteſt habere quã cõduxit, domicilium aũt non habet. Gelius, Qui domiciliũ in Italia nõ haberet.

Domicœnium, cœna quæ fit domi. Apud Mart. Si triſti domicœnio laboras.

Dominor, aris, imperium gero, & modo genit. regit. Hierony. in Eccleſ. Et dominatus eſt beſtiarum. Modo datiuum. Vergilius,

Victis dominabitur Argis. Modo accuſatiuum.

Ouidius libro primo Metamorphoſeos,

Et quòd dominari in cætera poſſet, Factus homo.

Cicero, Felix ſenectus ſiuſq; ad vltimũ ſpiritũ dominabit in ſuos, Modo ablatiuũ. Sulpitius Ciceroni, Quum caſus & natura in bonis dominabitur. Vergi. lib. ii. Incenſa Danai dominantur in vrbe. Inde fit Dominatio, imperium, & Dominatus, principatus.

Domiporta, à ferendo domo, quem Græci φερέοικον vocant.

Dominus, à domo fit, & is proprie dicitur qui domui præeſt, & qui domus imperium habet. Item Domini adpellatio ad eos extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent, etiã ſi uſusfructus alienus ſit. Abuſiue tamen & filiifamilias, & cæteri liberi qui in poteſtate ſunt, & uſufructuarii, Domini dicuntur. Item Dominus uocaſ cui ſeruitur, & cui populi ſubſunt. Vergilius, Romanos rerum dominos. Hinc Dominium, pro imperio & principatu. Rurſus Dominus dicitur maritus. Idem lib. quarto,

Connubia noſtra. Repulit, ac dominum Aeneam in regna recepit. Item mulierum amatos. Et Do

mita pro amica ſeu amante dicitur. Ouidius,

Hæc tibi ſub dño eſt Pirrhe puella ſuo. Et iterũ,

Nam furor in dominam temeraria brachia mouit.

Item ponitur pro conuiuii exhibitore. Varro, Aut dominum aut vinum, aut aliud quid laudato. Dominus quoq; & Domina, ſumi ſolent pro Deo ac Dea. Ouidius, Et domino ſoluere uota Ioui.

A Dominus, fiũt deriuatiua, Dominicus, Domitius, & Domitianus,

Domis, à poetis dominus aliqñ dictus eſt. Lucre.

At quum membra domis præſentit frigida ſeruis.

Cornucopiæ.

Domitalis, qui eſt aptus ad domandum.

Domitius, & Domitianus, à domo deriuari uidẽtur.

Domitura, ræ, domãdi actus. Plinius, Domitura boũ in trimatu optima. Columella lib. vii. Curandum ne in domitura bos calce aut cornu quẽquã cõtingat.

Domo, domas, mui, mitum, vel maui, matũ, vnde Domitor & Domator. Ouidius de triſtibus,

Quid tibi de tetricę referam domitore chimeræ.

Tibul. Te duce non alias cõuerſa terga domator.

Nam (vt docet Priſcianus) verba primæ coniugationis, formantia præteritum in ui diuiſas ſylla. antiqui tertia declinatione declinare ſolebant. Ex quo patet, quòd à prima coniugatione præteritum terminatur in aui, ſupinum in atum, deriuatiua in ator, atio. Quæ autem in ui diuiſas, à tertia ſumpta ſunt, quamuis utplurimum in prima coniugatione declinentur. Eſt autem Domare, quaſi ſub domo & poteſtate, vel mea, vel alicuius facere, ſiue manſuefacere, & domeſticum reddere, vnde Equorum domitores dicuntur, & Domiti, atq; Indomiti equi. Indomitæ gentes, feroces. Per tranſlationem, Domare ſignificat uincere, à quo domitos hoſtes dicimus. id eſt, victos, & domitos populos, in poteſtatem redactos. Hinc componitur Perdomo, penul. corre. quod eſt valde domo, vel ad finem domo. Iuſtin. lib. i. Terminos uſq; Libyæ perdomuit.

Domuitio, dictio compoſita ex domo & itio. id eſt, reuerſio ad domum. Apuleius libro tertio. Demq; nec larem requiro, nec domuitionem paro. Itiones autem dici ſicut reditiones & abitiones, teſtis eſt Terent. qui in Phorm. ait, Hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ. Cice. lib. i. de diui. Sed Rhodiorum claſſis ꝓpinquum reditum ac domuitionem dari.

Domus, propriè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus conſtat, ὁ δόμος ἑλλη νικὴ λέξις ἐστί id eſt, Domus, Græca uox eſt. Impropriè pro quocunq; habitaculo, vnde & templa, & auium nidi, Domus dicuntur. Verg. lib. vi.

Oſtia iamq; domus patuere ingentia centum

Sponte ſua. Idem,

Antiquasq; domos auium cum ſtirpibus imis

Eruit. Aliquando Domus dicitur familia.

Idem lib. qⱥin.

Sergeſtusq; domus, tenet à quo Sergia nomen.

Aliquando ſumitur pro una tota gente. Idem,

Quum domus Aſſaraci. Volens intelligi Romanos, qui de Aſſaraco per Troianos originẽ ducũt. Et in ſacris literis. Domus Iacob dicitur iam ingens Hebræorum populus.

Aliquando pro patria. ut,

Da propriam Tymbræe domum, da mœnia feſſis.

Et ſciendum, quòd Domus facit genitiuũ domus, & domi, datiuum domui, accuſatiuum domum, uocatiuũ domus, ablatiuum domo. Sed quũ dicimus Domi, locum ſignificamus in quo quis manet. Quũ vero Domus, tunc ædificium quod ex tecto & parietibus conſtat, vt, Domi maneo, non domus, &, Partẽ domus demolitus ſum, non domi, &, Superiora domus aſcendi, non domi. Domi, & in domo, idem ſignificat. Quintilianus, In domo furtũ facto ab eo qui domi nõ fuit. Dicimus etiã, Reuertor domũ, & ad domũ. Exeo domo, vel è domo. Et quoniam frequenter iungitur cum his pronominibus mea, tua, ſua, noſtra, & ueſtra, & uni nomini Aliena, nõ eſt dicẽdũ quòd Domus ſit aduerbiũ, vt, Erã domi meæ. Tu eras domi tuæ, & ſic de cæteris, Cicero, Qui eſt iſta ætate et forma alienæ domi nolo dicere. Quòd ſi non ponantur hæc pronomina, ſubintelliguntur, ut, Domi ero. id eſt meæ. Huius nominis diminutiua ſunt Domuſcula, Domũcula, & Domuncio. Apule. Iam deniq; nec larem req̃ro, nec domuncionẽ paro. Alii domuitionem legunt.

Dona, ſunt quæ aut propiciandis Diis dantur, aut hominibus, pro benefactis, quæ nulla neceſſitate iuris, ſed ſponte teſtantur. Ouidius,

Munera crede mihi, placant homines q; deos q;.

Placatur donis Iuppiter eſſe datis.

Aliqñ Donum, dicitur de rebus pernitioſis. Verg.

Quas illi philomena dapes, quæ dona pararit.

Donum honorarium. id eſt, quod datur patrono. λέγεται καὶ δῶρον, ἢ ἀἰ ν.

Donaria, loca vbi reponuntur dona quæ Deo offerũtur. Abuſiue ipſa templa. Verg. lib. iii. Georg.

Tempore non alio dicunt regionibus illis.

Quæſitis ad ſacra boues Iunonis, & uris

Impasibus ductos alta ad donaria currus. Gel. li. ii. Vbi reponi ſolerent uetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia quædã religioſe donariis conſecrata. Apuleius, Ibi donarium Deæ perquàm opulẽtum, plurima auri & argenti ratio, in lancibus, ſpeculis, poculis, & huiuſmodi utenſilibus. Quod eſt contra Laurentium Vall. qui Seruium culpat. Aliquando Donaria dicũtur ipſa dona, unde Spartianus ſcribit, Antoninum dediſſe populo congiarium, & militibus donariũ. Hieronymus ſuper Ioel, Veſpaſianus & Titus Romæ templo pacis ædificato, vaſa templi Hieroſolymitani, & uniuerſa donaria in delubro illius conſecrauerunt.

Donaticæ coronæ, dicebantur, quibus ueteres in ludis utebantur.

Donatiuum, munus quòd a principe uel imperatore donatur. Auguſtinus, Magnum quippe donatiuum ſuis militibus attulit, quo eos non ſolum copioſe ditauit, ſed etiam ad certandum inuictiſſime cõfortauit. Aliquando dicit quod diſpoſitũ eſt donationi,

ſiue deputatum. Suetonius in Domit. An duplũ donatiuum militi donaret. Et in Galba dicit, cum pollicitum donatiuum. Significant enim talia nomina quandoq; actum, quandoq; diſpoſitionem.

Donatiuus, qui donare poteſt. Paulus iuriſconſul. Si duobus debitoribus mortis cauſſa donatiuus creditor vni acceptum tulit, & côualuerit, eligere poteſt vtri condicat.

Donatus, dicitur cui aliquid dono donatum eſt. Cuius contrarium Indonatus. Vergilius,
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Donax, eſt calamus craſſiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungoſa replet medulla, fruticoſiſſimus, & nô niſi in aquaticis natus, ſagittariis aptiſſimus, longiſſima internodia habet, & dum calefactus eſt facile flectitur. Hinc apud Pliniũ, Calamus fruticoſiſſimus Donax dictus eſt.

Donec, aduerbium, modo tempus finitum deſignat, vt, Dormiam donec exciter ab aliquo. Modo infinitum, vt apud Apoſtolum, Oportet illũ regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nunquid tam diu regnaturus, donec incipiant eſſe ſub pedibus eius inimici? & poſtquam fuerint ſub pedibus, tunc regnare deſiſtet? Quin vtiq; tunc magis regnare incipiet, quum inimici cœperint eſſe ſub pedibus eius. Et in Pſalmo, Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. Ergo tam diu oculos habebit ad Deum, donec miſericordiam impetret, & poſtquam impetrauerit, oculos torquebit ad terras? Quum alibi dicat, Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum. Iungitur autem Donec tam indicatiuo quàm ſubiunctiuo, quum ſignificat tempus finitum, vt, Seruiam tibi donec viuo. id eſt, quamdiu viuo. Seruiam tibi donec moriar. Id eſt, vſq; ad mortem.

Dono, nas. vnde Donatio, quam Vlpianus proprie dici exiſtimat, quum quis ea mente dat, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reuerti, & propter nullam aliam cauſſam facit, quàm ut liberalitatem & munificentiam exerceat. Quod ſi ſub conditione fiat, non eſt vera donatio. Et dicimus, Dono tibi munus, &, Dono te munere. Donare ciuitatem, eſt efficere ciues, & iura ciuium dare. Huius uerbi compoſita ſunt Condono, quod quandoq; pro ſimplici ponitur. Quandoq; ſignificat, quicquàm ad aliorum petitionem do, quandoq; ignoſco. Teren. in Phor. Argentum quod habes condonamus tibi. Salluſt. Haud facile alterius libidini male facta condonabam. Redono, ponitur pro ſimplici. Auguſtinus, Redona quod rogamus, excuſa quod timemus. Et habet penultimam produ.

Donyſa, inſula eſt in mari Aegeo.

Dorcas, adis. animal damma, ſeu caprea, ab eo quòd acute uideat. hoc eſt, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι.

Dorcium, nomen fœminæ, diminutionis ſeu adulationis cauſſa ſic platum, à δῶρον, quaſi dulce & amabile nomen.

Doria, & Dorica, nomina ſunt partis Achaiæ, quæ propinqua eſt Athenis, dicente Platone lib. tertio legũ, Dori pro Achiuis mutato nomine adpellati, propter Dorieũ, à quo exules reſtituti fuerunt. Seruius vero ſecundo Aeneidos, Dorica, inquit, à Doro Neptuni filio dr. Dores, ſunt populi Doricæ, iuxta Aetoliam.

Dorii, & Dorienſes, ſiue Dories, populi ſunt, ſic dicti à Dore regione Græciæ iuxta Maliacum ſinum, cuius à tergo mons eſt, & Doris vrbs regionis illius. Cornucopiæ.

Dorion, Achaiæ oppidum, à Doride ſic nuncupatũ.

Doris, Nympha quædam maris, Oceani & Thetyos filia, quam Nereo fratri uxorem dedit. Et interpretatur amaritudo, vnde à poetis ponitur pro mari. Vergilius in Gallo.
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Doriſcus, vrbs littoralis Thraciæ, ferè ex oppoſito ad Samothraciam, & à Dori Nympha, hoc eſt, Dea mariũ nominatur. iuxta hanc (Herodoto teſte) campus eſt magnus eiuſdem nominis, per quem Hebrus amnis defluit.

Dormio, is. uerbum abſolutum, quamuis accuſatiuũ quandoq; habeat. Ambro. lib. offic. i. Soporẽ quietis habere non poſſunt, quem ille dormiuit qui reſurrexit. Huius compoſita ſunt Addormio, à quo Addormiſco. quod eſt contrarium uerbi Expergiſcor. Sueto. de Claudio, Et quoties poſt cibum addormiſceret, quod ei ferè accidebat, olearum ac palmularum oſſibus inceſſebatur. Obdormio, quod modo dormio, modo ſoporor ſignificat. Prædormio, antè dormio. Redormio, euigilo. Plinius, In redormitione uaria fuiſſe ſomnia adparet.

Dormito, tas. pen. produ. frequentatiuum eſt, quãuis diminutionẽ ſignificati quãdoq; habeat. Horati.
Quandoq; bonus dormitat Homerus.
Eſt autem proprie Dormitare, ſomno detineri. Plau. in Amph. Te dormitare aiebas, menſa ablata eſt, cubitum hinc abimus. Et in Pſalmo, Ecce non dormitabit neq; dormiet.

Dorodoche, nomen proprium vxoris Icari.

Doron, δῶρον Græcè, Latinè donũ, vnde Antidora, remunerationes. Doron quoq; palmum adpellant, vnde Tetradoron, Didoron, & Pentadoron penult. prod. lateres in ſtructuris ædificiorũ nominantur. Nã quod eſt quoquò uerſus quatuor palmorũ, Tetradoron, quod quinq;, Pentadoron dr, quod duorum, Didoron. Id autem eſt ſeſquipes. id eſt, cubitus vnus. Nam Romanus pes ſedecim digitis conſtat.

Dorodocia, corruptio muneribus facta, quam iureconſulti ſordium uocabulo ſignificare ſolent. Dicitur vero & de corrumpente, & de corrupto, vnde & Dorodocos iudices Demoſthenes adpellat, quos Nummarios nonnulli latinorum appellant. id eſt, ſordidos. Heſiodus Dorophagos. id eſt, doniuoros, & dona eſitantes. Noſtro ſeculo nonnulli uiſceripetæ & cupedipetæ, vel etiam cupediuori appellari poſſunt, qui niſi ferina aut cupediis incitentur, cunctatiores ſunt Academicis, aut ipſo etiam cunctatore Fabio. Budæus.

Dorophorus, Latinè dona ferens dicitur.

Dorſualis,

Dorſualia, tegumenta quibus equi & boues teguntur. Iulius Capitolinus, Proceſſerūt centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorſualibus apricis diſcoloribus præfulgentes.

Dorſuarius, ria, rium. quod dorſo aliquid fert. Varr. Greges fiunt ferè mercatorum, & eorum qui è Brundiſio aut Apulia aſellis dorſuariis comportant ad mare oleum aut uinum.

Dorſum, & Dorſus, us. ſecundum Probum, dicitur tota poſterior pars, quòd ea pars corporis deuexa ſit deorſum. Hiero. in Ezechiel. Inter ueſtibulum & altare quaſi triginta quinq; uiri dorſa habentes contra templum, déinde & faciem ad orientē. Eſt enim Tergum quod non ſolum dicitur de hominibus cæteris'q; animalibus, ſed etiā de inanimatis, ut de littoribus, aquis montibus, & huiuſmodi. Vergil. Dorſum immane mari ſummo. Idem, Nanq; inflicta uadis, dorſo dum pendet iniquo. Significat enim durlorem arenā (vt inquit Seruius) quæ remeantibus fluctibus euntibus dēſatur, quod à nautis puluinus nocatur. Antiqui tamen Doſſum dicebant, quod nunc dorſum dicimus. Et ita uulgò uſurpatur. Inde Doſſuaria iumēta, a Varrone dicta quæ doſſo uehunt.

Dory, cum y, nomen oppidi Pontici, quod apud nos lanceam ſignificat, unde Doryphorus.

Dorycles, nomen filii Priami, & interpretari poteſt lanceæ gloria, δόρυ, lancea uel haſta, κλέος gloria.

Doryiaus, nomen filii in Phrygia.

Dorylus, unus ex centauris. Cornucop.

Dorypetron, herba eſt, quā aliter Leoncopodion, et Lithoron, Toropetron uocant. Naſcitur in campeſtri et gracili ſolo.

Doryphorus, penul. cor. Latinè ſpiculator uel ſatelles dicitur, portans lanceam. Et eſt nomen uiri proprium. De quo Q. Curcius lib. x. Cognatorum Darii regis turbam quindecim milia hominum fuiſſe, muliebriter propèmodum cultam, luxu magis quā decoris armis conſpicuam, Doriphori uocabantur. Peculiare enim erat illius agminis inſigne.

Dos, dicitur quum datur & accipitur. Niſi enim acciperetur, dos non eſſet & datione & acceptione firmatur, Nec poteſt uideri datum, id quod non ſit acceptum. Et non ſolum ea quæ marito ab uxore dantur, ſed etiam quicquid alicui datum eſt, uel à natura, uel ab hominibus, unde Dotes animi dicuntur, Prudētia, Iuſticia, Fortitudo, & huiuſmodi, & Dotes corporis, Pulchritudo, Incolumitas, & his ſimilia.

Doſis, datio, à uerbo Græco δῶ quod eſt do. Cc.

Dotale, quod ad dotem pertinet, ſiue quod uulgò dicitur, perdotem. Vnde Dotalia bona, Dotales ſerui. Plaut. in Aſin. Dotalem ſeruum Saureā uxor tua adduxit, cui plus in manu ſit quā tibi. Idem in Mil. Haſce ædeis dicas dotales tuas. Liuius, Hæ tibi à me dotalia dona accedent.

Doto, tas, dotem do. Hieron. in Exod. dotabit eam, & homo habebit eam in uxorē, unde Dotatum hominem dicimus, qui dotem habet, & Indotatum, qui dotem non habet. Plau. in Aſi. Hæ ſunt atq; aliæ, multæ, in magnis dotibus, incommoditates ſumptus'q; itolerabiles. Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt uiri. Dotatæ mactant & damno & malo uiros.

Doxa, Latinè maieſtas, & opinio dicitur, unde & Paradoxa, quæ admiratione digna ſunt, & opinionē hominum ſuperant. Interdum dicitur gloria, unde Eudoxa, uera gloria, uel potuis præter opinionem.

Doxon, opinabile, δοξάζω, opinor.

D ANTE R.

DRacæna, cum diphthong. draconis fœmina, quæ & Draca quoq; dici poteſt.

Drachma, genus ponderis, ex decem & octo ſiliquis. Id eſt, tribus ſcrupulis cōſtans. Eſt & genus nomiſmatis. Vnde Iul. Pollux, Drachmon Athenis nomiſma, quod etiam bos dicebatur, quia boue ſignatum erat.

Draco, genus animalis ueneneoſi. Plin. lib. viii. ſcribit veris draconibus ora parua eſſe, & admodum non dehiſcentia, ſed arctas fiſtulas per quas trahunt ſpiritus, & linguas exerunt. Apud Indos & Aethiopas dracones ſunt uiginti cubitorum. Dictus Draco à δέρκω, nam ſunt oculorum acie acutiſſima. Dracones etiam dicuntur à Plinio lib. viii. ex tortuoſitatē ſimilitudine, palmites emeriti, pluribus'q; annis induratī. Etiam Draco herbæ genus, quam aliter Pyreſtum uocant, adurans linguam, & mordicans tam folio quàm radice, gratiſſima in acetariis, ueruntamē nec ſalem nec acetum exigens, quum utriuſq; naturam in ſe habeat. Cornucop.

Draconigera, à poetis dicebatur vrbs Bœotiæ, quia à Cadmo cum quinq; viris, ex Dracone ab ipſo interfecto natis, conſtructa fuit. Dicitur & Thebæ. Cornucopiæ.

Draconites, ſiue Dracontia, gemma eſt quæ fit ex cerebro draconum, ſed non niſi viuentibus abſciſſo, gemmaſcit inuidia animalis mori ſe ſentientis. quapropter mos eſt amputare caput dormientibus. Eſt colore tranſlucido, nec poliri poteſt, aut artem admittere. Cornucop.

Dracontium, herba hortenſis.

Dracunculus, diminutiuum ſignificat paruum draconem.

Dragma, δράω τὸ ποιῶ, ὅθεν τὸ δρᾶγμα. Id eſt facio. vnde δρᾶγμα apud Græcos dicitur, quos nos rapinam ſeu manipulum dicimus.

Draguntea, herba quæ & lingua colubrina dicitur, quod colubro ſimilis maculoſo cortice ſurgat.

Drama, atis. ſine c, & ſine g, dicitur, ut in ſcenis agi fabula ſolet, vbi diuerſæ perſonæ introducuntur, & aliis accedentibus, aliis autem diſcedentibus, à diuerſis & ad diuerſos, textus narrationis expletur. ſicut in comœdiis, quod genus carminis (inquit Hierony.) cantari ſolebat, vnde etiam apud Cantica ſcribitur. Ante thorum huius uirginis, frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Hinc Dramaticus ſtylus, dicitur qui miſtus non eſt, vbi poeta nuſquàm loquitur. vt ſunt Comœdiæ & Tragœdiæ. Exegematicus, in quo ſolus poeta. Miſtus, vbi promiſcue & poeta & perſona, Dictus Dramaticus. id eſt,

ἀctiuum, à Δρῶ, facio.

Drangiana, prouincia in Aſia maiori, quã Ptolemæus ab Occaſu & Septentrione Aria & Bagao monte, terminari ait, ab Oriente Arachoſia.

Draucus, vide in dictione Pathicus.

Drepanum, pen. cor. promontoriorum, ſiue vrbs Siciliæ, à curuo ſitu iſtiꝰ falcis. Δρέπανον enim falx dicitur. Non longe abeſt ab Eryce monte, trans Lylybæũ. Vel ab eo, q Saturnus amputatis virilibus paternis, illuc falcem proiecerit. Ouid. li. 4. de Faſt.

Quiq; locus curuæ nomina falcis habet.

Dromedarius, animal à currendi uelocitate dictum. naſcitur in regione Sabæa.

Dromos, Latinè curſus, & accipitur non ſolum pro actu currendi, ſed etiam pro loco vbi curritur. Sueton. in Nero. Elephanto ſuperſedens, peragratum dromorum decurrit.

Druſus, uir Romanus, genere & eloquentia magnus, ſed ambitioſus & ſuperbus. Ædilis, munus magnificentiſſimum dedit. Quæſtor in Aſia, nullis inſignibus vti voluit, ne qd ipſo eſſet inſignius. Tribunus pleb. Latinis ciuitatem, plebi agros, equitibus curiam, ſenatui iudicia permiſit. Nimiæ liberalitatis fuit, ipſe etiam profeſſus.

Dryades, Nymphæ ſyluarum ab arboribus. nã apud Græcos Δρῦς, omnis arbor dicebatur, quamuis poſtea pro quercu uſurpata ſit. Hæ enim ſyluas habitare dicuntur.

Dryas, nomen ꝓprium uiri Theſſali, amici Neſtoris.

Dryidæ, ſiue Druidæ, dicti ſunt quidam Gallorum religioſi, & ſapientes, à quercubus. Δρῦς enim quercus eſt. Plin. lib. xvi. Nihil habent dryidæ, ita enim Galli ſuos adpellant magos. Cæſar lib. vi. Com. Druidæ rebus diuinis interſunt, ſacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſſa concurrit, magnoq; ſunt apud eos honore. Nam ferè de omnibus cõtrouerſiis, publicis, priuatisq; cõſtituunt. Et ſi quod eſt admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus cõtrouerſia eſt iidẽ diſcernunt, præmia, pœnasq; conſtituunt. & multa refert, quæ breuitatis cauſſa omittimus. Hanc religionem (inquit Sueton.) ſub Auguſto interdictam, Claudius imperator quintus penitus aboleuit. Suidas. Δρυΐδαι παρὰ γαλάταις οἱ φιλόσοφοι καὶ σεμνόθεοι. Id eſt, Dryidæ apud Gallos philoſophi & religioſi, id eſt, Deorum cultores.

Drylon, fluuius Dalmatiæ, qui per mediam Myſiam pergens in Danubium influit.

Drymodis, quæ nunc Arcadia prius dicebatur, deinde Pelaſgus.

Dryopes, populi Epirotici. de quibus Vergi. lib. iiii.

Cretesq; Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrſi.

Dryos hyphear. genus uiſci copioſiſſimũ in q̃rcu. Ce.

Drypetæ, genera olearum ſunt. Cornucopiæ.

D ANTE V.

Dubenus, pro domino veteres dixerunt. pacu. Tũ dubenus ſeruos legatos peſſime verberat. Ce.

Dubio, as, in dubio ſum. Plaut. Dubiat quid agat.

Dubitades, fictor egregius q vaſa ex rubra creta primus effinxit. Cornucopiæ.

Dubito, as, idem quod dubio. cuius compoſita ſunt, Addubito, quod eſt etiam, vel ad aliquid dubito. Liuius lib. ii. Proditoribus extemplo in vincula cõiectis, de legatis paululum addubitatum eſt. Cicero Cecinnæ, Habes augurium meum, quo ſe quid dubitarem, non potius vterer, quàm illa conſolatione. Subdubito, parum dubito, Idem Cælio, Hæc eò pluribus ſcripſi, quòd mihi ſignificabant literæ tuæ, ſubdubitare, qua eſſem erga illum voluntate. A Dubito, fiunt Dubitatio, & Dubietas. aduerbia Dubitanter, quod eſt à dubitans. & Dubitatim à dubitatus. Cæcil. Imperator clamat de medio, vt velites à ſiniſtro cornu remoueant, & Gallis non dubitanter immittant. Siſen. Quod hoſtem non dubitatim, cum pluteis & ſcalis iter facere cernebat.

Dubius, dicitur qui duas vias habet, & vtram eligat, neſcit, ſicut ambiguum, quod in ambas agi partes poſſit. Cicer. libr. i. ad Herenn. Dubium genus eſt, quum habet in ſe cauſſa & honeſtatis, & turpitudinis partem.

Ducatus, us, ipſa ducandi actio. vt eſt illud, Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Et Ducatus, dicitur regio cui dux dominatur, vel etiã ipſa ducis dignitas, præfectura, & imperium militare. Iul. Capi. Petenti ſignum, prima die tribuno dedit militi munus, exprobrans vtiq; ſegnitiem temporum ſuperiorum, quod quidem etiã antè in omnibus ducatibus dederat. Scribit Lamprid. Heliogabalum præpoſituras, & ducatus, & officia Palatina vendidiſſe. Hoc nomen peculiariter datum eſt Spoletanæ vrbi, cuius regio Vmbria dicitur ab autoribus, & cuius fines à fonte Tyberis vſq; ad Anienis fluuii ſiniſtram ripam, vbi videlicet Anio Tybertm illabitur. Ducatus, cati, eſt aureus nummus ducalis.

Ducenarius, qui duas centurias, id eſt, ducentos milites ducebat in acie ſecunda, qui & primus haſtatus dicebatur, apud Suet. Legitur quartam iudicum decuriam ab Auguſt. Cæſ. additam eſſe, quæ ducenariorum diceretur, iudicaretq; de leuioribus ſummis. Ducenarii autem videntur nominati, à cenſu ducentorum ſeſtertiorum.

Duces, dicti ſunt qui alios ducunt, vnde & Ducem belli dicimus, & Ducem gregis. Ductor & Ductrix nomina verbalia. Vergil. Ductores Danaum.

Duco, is, xi, ctum. propriè Ducimus volentes. Trahimus inuitos. Sene. Fata volentem ducunt, nolẽtem trahunt. Quandoq; Ducere, ſignific. reſpicere, iudicare, exiſtimare. Cicc. Ego ſi mei cõmodi rationem ducerem, te mecum eſſe maxime vellem. Vergil. lib. x. Tanton' me crimine dignum Duxiſti. Quãdoq; ineſcare, allicere, & delectatione quadam demulcere. Cicero in Verrem act. ii. Si quis honore aut gloria ducitur. Quandoq; voluere, pertractare.

Vergilius libro ſexto.

Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum.

Quandoq; nudare, educere. Idem lib. xii.

Ille tamen clypeo obiecto conuerſus in hoſtem.
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. Quandoq; contrahere. Idem.
Auſtrum quo ſegetes gauderent frugibus & quo.
Duceret apricis in collibus vua colorem. Quandoq; agere, ſeu pati. Idem.
Nate Dea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Quãdoq; ſtruere, erigere. Idem,
Pars ducere muros, Moliriq; arcem. Quãdoq; auertere, ſiue contrahere. Martia.
Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter.
Quandoq; in longum protrahere. Cicero ad Cæſarem Iuniorem lib. i. Ne res duceret, fecimus vt Hercules Antiarius in alium locum transferretur. Quãdoq; dimittere, deſcendere. Plautus in Aulula. Vbi ille abit, ego me duco ab arbore. Quãdoq; gerere. Vergilius libro nono.
Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina.
Quandoq; ad ſepulturam afferre. Perſius,
Nerio iam tertia ducitur vxor.
Quandoq; ad ſupplicium ducere, vt apud Curtium ait Hermolaus ad Alexandrum, Nos duci iube. Dicitur & de re obſcœna. Plautus, Si tenetis, ducite, ne diſrumpamini. Hinc etiam Ductor, pro vibratore, & lumborum ad concinniorem Venerem præſtandam quaſſore. Huius verbi compoſita ſunt Abduco, Adduco, quæ ſunt contraria. Conduco, Circunduco, Deduco, Diduco, Educo, Induco, Introduco, Obduco, Perduco. Produco, Reduco, Seduco, Subduco, Superduco, & Traduco.

Duco, as, guberno. Varro, Ab eo quòd ſit Ducare qui eſt dux, aut Ductor, qui ita inducit vt doceat. pen. corr.

Ductarius, a, um, vnde Ductarius funis, dictus eſt qui per orbiculos trocleæ traiicitur.

Ductile, penu. corr. quod facile ducitur attenuaturq;. vnde æs ductile, quod malleis obſequitur, attenuaturq; in laminas, Ductilis ſcena dicebatur, quum tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picturæ interior videbatur.

Ductim, aduerbium. ſignificat cum mora.

Ductito, as, ſæpe circunduco. Terentius in Adel. Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis.

Ducto, as, ſæpe duco, aut huc illucq; duco, guberno. Salluſt. Huc accedebat, quòd Luci. Sylla exercitũ quem in Aſia ductauerat, quò ſibi fidũ faceret, contra morem maiorum, luxurioſe, nimisq; liberaliter habuerat. Plautus in Cap. Me vti libitum eſt, ductauit dolis. Ductare etiam apud Plautum eſt ſcortum conducere, qui pudendam eſſe vocem oſtendit, dicens. Errabo potius, quã quis me ductet. Et Quintil. ait. Ductare exercitum, non ſine rubore dici.

Ductus, us, ipſa ductio, vnde Aquæductus, aquarum deductio.

Dudum, quaſi dio dum. eãdem uim habet, quam Iamdudum, ita vt quandoq; diem non tranſcendat, vt, dudum intraui, dudum te expecto. Id eſt, hora eſt, vel duæ, vel tres, ex quo intraui, & ex quo te expecto. Quandoq; etiam tranſcendit diem. Plinius lib. iiii. Fabri qui dudum aſſueti apud pœnos. Et libr. xix. Nam dudum ex eadẽ Hiſpania Zoeticum venit in Italiam plagis vtiliſſimum.

Duella, duæ ſextulæ ſunt. Sextula vero cõtinet drachmam & ſcrupulum.

Duello, as, bello, vnde Duellator, qui duellũ peragit. Plaut. in Ca. Domi belliq; duellatores optimi. Duellicus, a, um. id eſt, bellicus. nam Duellum bellum, vt Plaut. in Epid.

Duellonam, Bellonam antiqui adpellabant. Ce.

Duellum, bellum quod duabus partibus de victoria contendẽtibus dimicatur, non tantum duorum, vt quidam exiſtimauerunt, ſed multorum & ipſorum exercituum. Alioqui non diceretur à Plauto, duellũ inter Thebanos & Teleboas. & ab Horat. Græcia Barbariæ lento colliſſa duello. Hinc Perduellis, & Perduellio.

Duicenſus, cum altero cenſus. Ce.

Duidens, hoſtia bidens. Ce.

Duillus, nomen ciuis Romani, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit. Is iam ſenes & tremente corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari ſibi os fœtidum, & triſtis ſe domũ contulit. Quumq; uxori queſtus eſſet, quare nunquàm ſe monuiſſet, ut huic uitio mederetur. Feciſſem, inquit illa, niſi putaſſem omnibus uiris ſic os olére.

Duis, pro dederis antiqui ſcripſere. Ce.

Dulciarium, penultima correpta. dicitur id quod dulciſſimis rebus eſt illitum.

Dulce, ſuaue, quod quidam à delicijs deduciũt, quòd dulcia maxime alliciant. Eius compoſita ſunt Prædulce, ualde dulce. Subdulce, aliquantulum dulce.

Dulcedo, Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor. in codẽ ſenſu accipiũtur. Plin. Contracta dulcorem amittit, Neui. O' ſuauis linguæ ſonitus. O' dulcitas animæ. Actius, Tanta hinc in corda dulcitudo inuaſit.

Dulceo, es, cui, à quo Dulceſco, is, dulcis fio. Cice. in Cato. Primo uua eſt peracerba guſtatu, deínde maturata dulceſcit. Huius cõpoſitum eſt Obdulceſco, quod eſt in totum dulcis fio. Augu. lib. vii. Confeſſ. Nam ſi primo ſanctis tuis literis informatus eſſem, & in earum familiaritate obdulcuiſſes mihi, & poſt in illa uolumina incidiſſem, fortaſſe abripuiſſent me à ſolidamento pietatis.

Dulciarius panis qui conficitur ex ſaccharo & nucibus pineis uel amigdalis, ad ientacula, ut eſt quẽ uulgo dicitur Marzapanus. Piſtor dulciarius, qui, panes & mellita concinnat edulia. de quo Martia.
Mille tibi dulceis operum manus iſta figuras.
Extruit, huic uni parca laborat apis.
Lamprid. de Heliogabalo. Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent quæcunq; coqui de diuerſis edulijs exhibuiſſent. Vbi dulciarius ſignificat ſimpliciter concinnatorem eduliorum mellitorum, & operis piſtorij dulcedine conditi.

Dulcidulus, a, um, diminutiuum eſt.

Dulcifluus, dulciter fluens.

Dulciloquus, penul. corr. dulciter loquens.

Dulciſonus. penult. corr. dulciter ſonans.

Dulco,as,dulce facio. Sidoni. Apollo ad Agricolam. Parco liberis,laudaturus vitæ iã dulcatæ ſollicitius ingenuitatem. Hinc Edulco,cas,quod eſt valde dulco. Cn. Martius, Quapropter edulcare conuenit uitam,curaſq; acerbas ſenſim gubernare.

Dulia,cum accentu in penultima. Latinè hominis ſeruitus dicitur. δοῦλος,ſeruus. δούλη,ancilla. δουλικός, ſeruilis. Hinc fit compoſitum Hyperdulia.

Dulichiũ,inſula in Maliaco mari,ſeu(ut quidã aiunt) Ionio.una Echinadum,Corintho prima,antè Leucada,in qua regnauit Vlyſſes. Inde fit Dulichius, a,um. Propertius,
At quum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras.

Dum,aduerbium temporis le eſt,& modo pro quãdo ponitur.ut dum dormis fures domum intrãt.modo pro donec. Sal. Poſtremo neq; ſumptui,neq; modeſtiæ ſuæ parcere,dum illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret.id eſt,donec,vel ut. Modo pro poſtquã,quũ coniungitur præterito ſubiunctiui. Mart.
Audieris dum grande ſophos. Id eſt, poſtquàm audieris. Et poſita poſt nec,vel non,vel aut, ſemper aduerbium temporis eſt.vt necdum,nondum,hauddum,pro non adhuc. Eſt etiam coniunctio,& ſignificat modo pulchre. Salluſt. Neq; id quibus modis aſſequeretur,dum ſibi regnum pararet,quicquã penſi habebat. Aliquando dũmodo.domente che. Hieron. Dum perſecutionis finem poſtulatur,neceſſitatẽ in uoluntatem vertit. Ponitur nonnunquàm pro expletius. Terẽ. Ades dum paucis te uolo. Componitur cum qui,vt Quidũ.cum age,ut Agedum.cũ modo,ut Dummodo. & cum taxat.ut Duntaxat.

Dumetum,locus vbi ſunt dumi.antiqui Dumetoſum locum dicebant pro dumoſo. & quæ nos Dumeta, adpellabant Dumetica.

Dumus,generis maſc.dicit̃ omnis ſpina.à quo Dumoſus,a,um. frõdoſus,ſpinoſus,uepribus plenus. Ver.
Dumoſa pendére procul de rupe videbo.

Duntaxat,componitur ex dum aduerbio, & taxo, as,pro æſtimo. Et non recipit, ſed etiam. Cic. pro Deiotaro, Quòd ipſum & ſi iniquum eſt, in tuo duntaxat periculo. Solum uero,& tãtum,& modo recipiunt.

Duo,& ambo,ſicuti docet Priſcia.genitiuos & accuſatiuos ſecundum ſecundam declinationem proferunt.duorum,amborum,duos,ambos quamuis in neutro differentiæ cauſſa duum ſoleat dici,ut duum milium amphorarum. Necnõ & accuſatiuus maſculinos ſi eſt quãdoq; ſimilis nominatiuo,proferturq; in o,more Græco. Horatius,
Duo ſi diſcordia uexet inertes. Vergilius,
Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros. Id eſt duos. A' Duo fit Duodecim,à quo Duodecimus, & Duodenus,Duodenarius,Duodeuiginti,& huiuſmodi. Ducenti,Ducẽtenus. Duodecies. Duodeuicies. Ducenties,Duodeuigeſimus,Ducenteſimus.

Duonum,ueteres pro bonum dixerunt. Ce.

Duo,is,dui,dutum,ſignificat do. Plaut. in Cap. At ob eam rem mihi libellum pro eo argenti ne duis.

Duplaris,numerus dicitur,in quo minor bis numeratur. Duplares,ſiue Duplari torquati, dicebantur milites qui in legione Romana ob uirtutẽ duplas conſequebãtur annonas,ſicut ſimplares, quibus vna & ſemis annona dabatur.

Duplex,quandoq; ſignificat duo. Vergil.
Duplices tendens ad ſidera palmas.
Cicero lib. iiii. ad Herenniũ, Duplices ſimilitudines eſſe debent. Quandoq; iſtum. Vergilius,
Duplici aptantur dentalia dorſo.

Duplices tantum numero plurali,gen.maſc.tabellarum genus eſt,in quibus literæ ſcribi ſolebãt. Quæ quidem aliquanpo etiam triplices erant,in quibus res amatoriæ ſcribebantur. Mart.
Tunc triplices noſtros,non vilia dona putabis,
Quum ſe uenturam ſcribet amica tibi.
Sic Duplices,Triplices,Quadruplices, & Quintuplices porticus dicuntur,in quibus ordines columnarũ duplicati,triplicati,quadruplicati & quintuplicati ſunt. Vitru. libro quinto in duplici palæſtrarum porticu collocanda eſſe complura membra ſcribit.

Duplico,as,duplicem facio, gemino. Hiero. Duplicauit annonã. Interdũ augere. Sall. Et Maurus victus duplicauerat bellum. Vergil.
Et Sol creſcentes decedens,duplicat vmbras.
Hinc Condoplico,& Reduplico.

Duplo,verbum à duo.inde Duplus. Ce.

Duplonem,ueteres pro duplo uſurpabant. Ce.

Durabile,quòd durare poteſt. Ouidius,
Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Duracina Perſica,dicũtur quorũ corpus ligno adhæret,auelliq; nequit. Plin. lib. v. Sed Perſicorum palma duracinis.

Duracinæ uuæ,dicuntur quæ duram & firmam corticem habent.à duricie,vel à duris acinis. Auguſt. in Epiſt. Dum lectica ex regia redeo, panis vnciam cũ paucis acinis uuæ duracinæ comedi.

Dura,quidam putant eſſe nomen fluuii,iuxta quẽ Gigantes turrim Babel fecerunt. Alii volunt eſſe campum.vnde apud Danielem cap. iii. In cãpo Dura ſtatuit Nabuchodonoſor ſtatuam.

Duramen, & Duramentum,brachium vitis. Columel. lib. v. Sed ut caput trunci,pedali ferè ſpatio ſit inferius iugo,quaternis brachiis quæ duramenta quidã vocant,diuidatur in totidem partes. Alio nomine Duramina nuncupantur. Idem, Conſyderandum erit cuius longitudinis ſint duramina,quæ excedãt prædictam menſuram.

Durateus,a,um,idem quod ligneus. Lucre. lib. i.
Nec quum Durateus Troianis Pergama partu,
Inflammaſſet equis nocturno Graiugenarum.

Dure & Duriter,aduerbia ſic inter ſe differunt ſecundum Don.quod Duriter,ſit ſine ſenſu laboris. Duræ, crudeliter.illud ad laborem,hoc ad ſæuitiam refertur.ſed Dure in alterum, Duriter in nos aliquid facimus. Terent. in An. Primum hæc pudice vitam,parce ac duriter agebat, lana & tela victum quæritans.

Dureo,es,durui,durus ſum. à quo Dureſco,durus ſio.

Colu.libro nono.Plumulæ ſub cauda clunibus de-trahendæ ne ſtercore coinquinatæ dureſcāt. Luca. tamen. Totosq́ induruit artus,ab Indureo,in eadem ſignificatione qua Induro protuliſſe uidetur. Sed huiuſmodi præterita raro,à Dureo compoſitis reperiuntur,ſæpe autem ab his,quæ à Dureſco ſunt Induresco. Verg.lib.iii.Georgic.

Styriaq́ impexis,induruit horrida barbis.

Id,valde dura,ſiue in ſe dura facta eſt. Columella libro ſecundo. Iuſta enim fieri nequeunt,quſi indurueritager. Obdureſco,undiq́ dur' fio.Cic.M.Cælio,Magno dolore me affeciſſent literæ tuæ, niſi & ratio ipſa depuliſſet omneis moleſtias,& diuturna deſperatione rerū obduruiſſet animus.Perdureſco, valde durus fio. Col.lib.vii. Verum,neq́ antè tertium,neq́ poſt quintum annum, iuuencos domare placet,quum illa ætas.adhuc tenera eſt,hæc iā perduruit.id eſt,nimis dura facta eſt.

Duretā,vas Hiſpani vocant,quo vel in balneis,vel domi,vel quouis alio loco ſedētes lauantur,in quo ſignificato etiam Dolium accipitur.Cc.

Duria,ſiue Durias,nomen fluuii Valentiæ proximi, vt ſcribit Pomponius.Hūc Salu.uocat Turiā li.iiii. Hiſtori.Inter eua mœnium dextrum flumen Turia, quod Valētiā paruo interuallo præterfluit.Claud. Floribus & roſeis formoſus Duria ripis.

Grammatici formoſum legerant, quòd vnū amnū Turia neut.genere proferrī putēt. Aug.Priſcianoq́ autoribus.Ptolemæ.hac parte Turulim uocat amnem. Eſt in Luſitania quoq́ Durius,quem Stra.Duriam,multi Doriam adpellant. Sylius Durium,ait enim.Hinc certant pactole tibi Duriusq́ Tagusq́.

Duricia,& Duricies,æ quæ dicuntur de firmitate,aſperitate,crudelitateq́.Cic.in Cato.Quanta in altero comitas,in altero duricies.

Duricoria,dicitur quæ ſunt duri corii,unde ficus duricoriæ,quæ habet duram corticem.

Duricors,à nonnullis dicitur pro eo qui eſt duri cordis.Cornucopiæ.

Duro,as,durum facio,firmo,ſolido.Colu.lib.vii.Annicula mula rectè à matre repellitur,& amota montibus aut feris locis paſcitur,vt vngulas duret,fitq́ poſtea longis itineribus habilis.Per tranſlationem. Quintil.lib.i.Multa linguæ vitia,niſi primis eximātur annis,inemendabili in poſterum prauitate durātur.Et Durare,eſt tolerare. Verg.

Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

In qua ſignificatione,quandoq́ contra naturā iungitur accuſatiuus maxime apud poetas. Horatius lib.i.Carmi. Vix durare carinæ

Poſſunt,imperioſius æquor.

Nam ſicut dicimus clamare hominem.id eſt,cum clamore vocare,ſic durare æquor.id eſt,per duriciē ferre.Item Durare,perſiſtere,perſeuerare.Plautus in Amphi.Durare nequeo in ædibus, ita me probri, dedecoris,à viro argutam meo. Huius compoſita ſunt,Eduro,ualde durum facio,& quaſi ad laborem aſſueſacio.Colum. Quare docendus & à pueritia ruſticis operibus edurandus futurus villicus.Induro,quaſi intus duro.ut, Indurabo cor Pharaonis. Obduro,quod idem ferè cum ſimplici ſignificat,ut eſt apud Deuteron.Non obdurabis cor tuum.Præduro,cito duro.Colum. Verum eſt in opere difficilior, quòd neq́ humentem fodere poſſit, quòd ſit glutinoſiſſima,nec nimium ſicca,quia nimium præduratur.Perduro,valde,vel ad finem duro.Idem libro octauo. Eſt etiam non ingrati ſaporis iniuria perduratus. Terent.in Hecy. Sancte adiurat,non poſſe apud nos Pamphilo ſe abſente perdurare. Reduro,quod eſt aperio, contra id quod dicitur Obduro,ut inquit Noni.Et omnia habent penult. productam.

Durus,ra,rum,quod eſt ſolidum ac firmum,& firmitate naturæ corruptionem ſui non facile admittit. Cuius contrarium eſt Molle,in quo eſt natura luxurioſior,nec ad cōtraria repellenda ſufficiens. Verg.

Sed duris genuit te cautibus horrens.

Caucaſus.Per tranſlationem capitur modo pro patiente ac tolerante laborum. Idem,

Scipiadas duros bello Et, Gens dura & aſpera cultu. Modo pro aſpero & nocente. Idem,

Aut durum tineæ genus Modo pro crudeli,quoniā nulla humanitate molleſcit.ut apud eundem,

Quid iuuenis,magnum cui verſat in oſſibus ignem Durus amor.

D ANTE Y

Dyas,Latinè dualitas.δύο,duo.

Dynaſtes,dominus regni, potens, optimas ἀπὸ τοῦ δύνασθαι, ut hi qui magiſtratus gerunt,& iudiciis præſunt. Scribit Strab. reges Dynaſtas vocari, propterea quòd plurimum poſſunt,pollētq́,& populos quò velint,aut ui,aut perſuaſione perducāt.Cice.ad Atti.Erit nebulo iſte cum iſtis dynaſtis in gratia.

Dynaſtia,uis potentatus.

Dirrachium,fuit ciuitas in Epeiro, quæ prius Epidāmnus uocabatur,de qua Lucan.in principio.

Dirrachii rapiendas tendit ad arces.

Dicta,Dyrachium,à nomine Dyrrachii, qui portum vrbi adiecit,vide in dictione Epidamnum.

Dys,præpoſitio Græca,quæ compoſitione malū uel difficile,aut impoſſibile ſignificat.

Dyſcolia,difficultas.

Dyſcolus.pen.cor.difficilis,malus'ue, ſiue pernicioſus.ex δυς,καὶ κέλομαι. iubeo.Ita vt Dyſcolus dicatur,cui difficulter iubetur.

Dyſenteria,dici poteſt inteſtinorum exulceratio, ex δυς, quod malum denotat, & ἔντερον, inteſtinū, Et Latinè tormina autore Celſo dicuntur,vide in dictione Tormina.

Dyſpepſia,difficilis & ægra concoctio. πέπτω, concoquo.

Dyſphilus,pen.cor.quaſi malus amicus. Iuuen.

Non eſt Romano cuiquam locus,hic vbi regnat
Protegenes aliquis vel dyſphilus.

Dyſpnea,ſpirandi difficultas.Docet Hippocrates in Aphoriſmis,in ſenectute ſtrangurias, dyſpneas,dyſurias,caceſias eſſe frequentes.

Dyſuria, & Stranguria, difficultas vrinæ dicit. quæ (ut Galenus inquit) fit ex veſicæ paſſionibus, vrinā ſupprimens, quod quidem ſine calculis & inflammatione non poteſt accidere. Hoc Cato ſignificat quum ait, Quibus ægre lotium it.

DE LITERA E

Et Ex, præpoſitiones ſunt, quæ & ſeparantur & componuntur. Separatæ, modo temporales ſunt. ut, Ex illo celebratus honos. Modo locales. ut, E cœlo. Modo ponuntur pro a, vel ab. ut, Audiui è patre meo. Modo ſignificant pro uel ad. ut, Ex dignitate, ex vſu, ex vtilitate. hoc eſt, pro dignitate, vel ad dignitatem. E repub. pro repub. Modo ſecundum. ut, Ex Platonis ſententia. id eſt, ſecundum Platonis ſententiam ſiue pro Platonis ſententia. Modo in. Cice. E renibus laborabat. id eſt, morbum patiebatur in renibus. Compoſita quandoque priuationem indicant. ut Elinguis, Exanguis. Quandoque vehementiam vel perfectionem. ut Eludo, Exoro. Quandoque Extra. ut Educo, Excludo. Componitur autem E cum b, vt Ebibo. d, vt Educo. g, vt Egredior. i, vt Eiicio. l, vt Eludo. m, vt Emitto. n, vt Enitor. r, vt Erigo. u, vt Eueho. Ex vero componitur cum a, vt Exaudio. c, vt Excurro. e, vt Exeo. f, ut Efficio. o, vt Exoleo. p, vt Expello. q, vt Exquiro. ſ, vt Exequor. t, vt Extēdo. u, vt Exuro. Verum quando poſt ex ſequitur f, mutatur x, in f, vt Effundo. quum vero ſequitur s, abiicitur ſ, vt Exequor, & Exeo. In aliis integra manet.

Eantes, nomen proprium hiſtorici Cizyceni, qui fuit ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat.

Ear, Latinè ver, à quo Earinus, vernus.

Eatenus, pen. cor. ſignificat vſque eò, vel ad eum modum, cui reſpondet Quatenus, vſque quò. Sueto. in Tyber. Ac primo eatenus interueniebat nequid perperā fieret.

E ANTE B

Ebeati, dicuntur qui felicitate aliqua reciderunt. Cc.

Ebenus vel Ebenum, pen. cor. nomen Græcum, & Arabicanus dicitur. lignum nigrum eſt, ſolidum, pulchrum, aptumque ocularibus medicinis. Hæc arbor naſcitur in India, quæ cæſa dureſcit in lapidem vtiturque odore iucundo. Verg. lib. ii. Georg. Sola India nigrum Fert ebenum. Aetius Amelinus ita ſcribit. Ἔβενος ξύλον ἐστὶ τῶν ἰσχυρῶν ἀναλυομένων ῥυπτικῆς καὶ λεπτομεροῦς ἐστὶ δυνάμεως· ὅθεν καὶ τὰ ταῖς κόραις ἐπισκοτοῦντα πεπέσσεται ῥύπτον, ταῖς τε ἄλλαις ὀφθαλμικαῖς μίγνυται δυνάμεσι. id eſt, Ebenus lignum eſt tenuis ſubſtantiæ & abſtergentis uirtutis, vnde oculorum caliginem diſcutere creditur, & aliis oculorum medicamentis miſcetur.

Ebeo, beatitudine priuo, cuius paſſiuum eſt Ebeor. Cc.

Eboratus, a, um, quod extrinſecus ex ebore eſt, quod & Eburatum dicitur. Plau. in Perſa. Lectos eburatos, auratos,

Eboreus, a, um, ab Ebor fit, ſicut à marmor, Marmoreus. Eburneus verò, & Eburnus ab Ebur. & ſignificat quod eſt ex ſolido ebore. Quintil. lib. vi. Quum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent tranſlata.

Ebolus, inſula eſt inter Ophiuſam, & Pythiuſam inſulas, cuius terra ſerpentes fugat omnium venenoſorum animalium expers, eadem cuniculos gigni, populantes meſſes, duarum propinquarum inſularum; quas noſtri Baleares uocant. Vocatur & hæc inſula Ebuſus, de qua infra. Cc.

Ebrio, as, ebrium facio. vnde & inebrio, verba actiua. Hieron. lib. ii. Regum, Et inebriauit eum. Plautus in Aul. Homo ebriatus ſomno ſatiari ſolet. Aliquādo Ebriari, ſeu inebriari ſumitur pro impleri, ſeu quaſi ſatiari, vt apud Apoſtolum, Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.

Ebriulo, as, pen. corre. ebrium facio. Sunt tamen qui hæc aſpirent, ab hauriendo potu illa deducentes.

Ebrius, & Ebris, à bria quod eſt vas vinarium. Eſt enim Ebrius qui nimio potu alienatus eſt mēte. cuius contrarium eſt Sobrius, quaſi ſine ebrietate qui in cibo & potu temperans eſt, & qui non eſt actu ebrius, unde Non ſobrius, pro ebrio ſumitur. Mart. Et non ſobria verba ſubnotaſti. Hinc ebrietas, quam Cato dicebat nihil aliud eſſe, quàm inſaniam voluntariam. Interdum Ebrius ponitur pro pleno & abundanti. Plautus, Facite mihi cœna vt ebria ſit. id eſt, abundans, & opipare parata. Ebrioſus, qui ſæpe fit ebrius. à quo Ebrioſitas. Huius contrarium eſt Sobrioſus, ſobrietatis affectator, quo vſus eſt Cyprianus. Inter ebrium & ebrioſum hoc intereſt. nam poteſt qui Ebrius eſt tum primum eſſe, nec habere hoc vitium. & qui Ebrioſus eſt, ſæpe extra ebrietatē eſſe. ſic ebrietas ab ebrioſitate ſeiungitur, quod alterum affectionis ſit, alterum habitus.

Ebron, quære Hebron.

Ebudes, inſulæ ſunt quinque numero, in Oceano Britannico, anguſto freto diuiſæ, cuius incolæ (ut ſcribit Solinus) lacte ſolum & piſcibus vitam agunt.

Ebuleus, Iouis & Proſerpinæ filius.

Ebullo, as, erumpo, crepo. tractum à bulla, quæ æſtiuo tempore ex aqua & pluuia fingitur in ſpeciem pilæ, & facile rumpitur. Perſ. O ſi Ebullat patrui præclarum funus.

Ebulum, herba eſt faciens baccas in ſimilitudinem ſambuci. Colu. lib. ii. Sed citra hoc experimentum, multa ſunt. quæ & dulcem terram, & frumentis habilem ſignificent, ut iuncus & calamus, gramen, & trifolium, ebulum, rubi, pruni ſylueſtres, & alia cōplura. Idem, Et rutilas ebuli creat uuida baccas. Legitur & Ebulus.

Ebur, & Ebor, vtroque modo dicitur, pro elephanti dente, quaſi è barrho. id eſt, elephanto. Horatius, Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barrhis.

Eburneus, a, um, quod eſt ex ebure, aut quod inſtar eboris album eſt. ut eburnea facies.

Ouidius libro tertio Metamor.

Impubeſque genas & eburnea colla decuſque.

Græcè ἐλεφάντινος.

Eburnus, a, um, idem quod eburneus. Tibullus, Hanc primum veniens plectro modulatus eburno.

Lucanus libro ſecundo.
Legitimæ ꝙ faces gradibus ꝙ accliuis eburnis.

Eburones, populi Galliæ, qui per fraudē multos ex Cæſaris exercitu trucidarunt.

Ebuſus, inſula Hiberica, quæ cuniculos non habet. Pomponius, Ebuſus animalium quæ nocent, adeò expers, vt ne ea quidē quæ de agreſtibus mitia ſunt generet, aut inuectā ſuſtineat.

E ANTE C

ECardia, ſiue Ecardiſte, gemma quæ nigri cordis ſpeciem oſtendit, quanquàm aliud genus eius viridi colore, ſimilitudinem cordis præferat Cc.

Ecbaſis, pen. cor. Latinè dici poteſt excurſus. nā cōponitur ab ἐκ & βαίνειν, vel ἄλλοι ἐκ τοῦ βαίνειν, q̄d eſt egreſſus, ut Ver. lib. I. Georg. deſcribens tempeſtatem præcauendam à ruſticis.

Ecbatana, numero plurali, penul. cor. metropolis eſt Mediæ, vel vt quidam exiſtimant, regionis magnæ nomen. Strabo lib. xi. Media in duas partes diuiſa, quarum alteram maiorem vocant, cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperii caput, nunc etiam Parthi regia utuntur. Hæc hebraice dicitur. i. Eſdræ. vi. Eſt & Ecbatana vrbs in Syria, quæ Epiphania quandoꝗ uocata fuit, ac per g, etiā ſcribi poſſe quidam teſtantur, Egbatana. Alii Ecbatam adpellant. quā Plin. à Seleuco rege, conditā ſcribit à Caſpiis portis per viginti milia paſſuū diſtantem.

Ecce, aduerbium demonſtrandi, quod apud Vergiliū aliquid repentinum, inſperatumꝗ ſignificat. ut,
Ecce autem gemini, à Tenedo tranquilla per alta
Horreſco referens. Scribit Aſconius etiam hoc propriū eſſe Ciceronis, ut in rebus improuiſis hac particula vtatur, quum apud alios interdum in rebus lætis vſurpetur. Ouidius,
Ecce Corinna venit. & modo accuſ. modo nomin. iungitur.

Eccere, penultima correpta iuſiurandum eſt, ac ſi dicatur per Cererem, ut æcaſtor, ædepol. Alii Eccere accipiunt pro ecce.

Eccleſia, Latinè cœtus, concilium, concio, congregatio. ut in Pſal. O diui eccleſiam malignantium, & cū impiis non ſedebo. In Decretis Canonicis ſumitur quandoꝗ pro fidelium omniū congregatione. Sic dicimus Chriſtum eſſe caput eccleſiæ.

Eccleſiaſtes, concionator.

Eccubi, per duplex cc, & penultima correpta componitur ex ecce & vbi.

Eccum, Eccā, Eccos, Eccas, quaſi ecce eum, ecce eā, ecce eos, ecce eas. Sic Ellum, ecce illum. Ellam, ecce illam. Ita ponit Donatus. Teren. in An. Eccū video. Alii exponunt Eccum, ecce hic, ſubintellige virum de quo agebamus. Eccam, ecce hic, ſubintellige fœminam de qua agebamus. Ellum, ecce illic, ſcilicet virum reſoluendo per aduerbia, non per nomina. ut apud eundem. Eccum me. quod non licet exponi ecce eum me.

Ecechiriam, Græci Inducias vocant.

Echemythia, ab ἐχεμυθία, Latinè taciturnitas.

Echeneis, genus piſciculi, quem ferunt per aquā ſiſtere nauem quamuis immenſam, & velo, & remis cōcitata ne poſſit iter inſtitutū peragere ἀπὸ τοῦ ἔχειν, habeo, teneo. & ναῦς, nauis, ſiue ab ἔχομαι, hæreo. ναῦς, nauis, q̄ nauē teneat, vel naualibus tabulamētis adhærēs remorari cōpellat. Pli. lib. ix. Eſt paruus admodū piſcis aſſuetus petris, echeneis adpellatus. hoc carinis adhærēte, naues tardius ire creduntur, inde nōie impoſito. Ob quā rē à Græcis ἐχενηΐς dr. à noſtris Remora à morādo, Remiligoꝗ nominat. Luc. lib. vi. Non puppim retinens Euro tendēte rudētes, In mediis echeneis aqs. Ambro. Alios in exiguo corpore tantū validitatis aſſumere, vt maximas nauiū plenis currentes velis, in mediis fluctibus ſiſtant, ſicut breuis piſciculus echeneis, tāta facilitate memoratā nauē ingētē ſtatuere, ut quaſi radicatā mari hærere videas, nec moueri. Aliqñ enim immobilem ſeruat Ferunt hunc piſcem fluxum grauidarum vtero ſiſtere, partusꝗ ad puerperium continere.

Echidna, Latinè hydra, ea potiſſimum quæ ab Hercule interfecta eſt. Ouid. lib. iii. Faſtorum,
Sanguine centauri Lernææ ſanguis echidnæ
Miſtus ad auxilium tempora nulla dabat.
Vide in dictione Excetra.

Echinades, penultima correpta inſulæ ſunt Herodoto teſte in Malcaco mari, ex oppoſito ad oſtiū Acheloi. de quibus Lucanus,
Craſſis oblimat echinades undis.
Seneca in Troade declinat Echina. æ, penul. produ.
Quolibet vento faciles echinæ.

Echinometra, echinorum genus, quorum ſpinæ longiſſimæ, calices minimi, nec omnibus idē ruffus & uitreus color. Cc.

Echinus, penult. produ. tegmen ſpinoſum, quo ſeruātur caſtaneæ. uulgò Ricium uocant, unde caſtaneæ echinatæ. Plin. Nuces vocamus & caſtaneas, quanquàm accomodatiores glandium generi, armatum his echinato cortice uallum eſt. Ab huius tegminis ſimilitudine, dictus eſt Echinus piſcis quidā, quem Plin. ſcribit eſſe cancrorum genus, in quibus ſpinæ pro pedibus ſunt, ingredi huic eſt in orbem uolui. Græci ἐχῖνον, hirium vocant. Martia.
Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta,
Cortice depoſito mollis echinus erit.
Saxa petit, interꝗ ſe locat ne à fluctibus iactet. De hoc Ambr. lib. Hexa. ſic ſcribit. Echinus animal exiguū, vile ac deſpicabile, maritimū loquor, plerunꝗ index futuræ tēpeſtatis, aut tranquillitatis nūcius ſolet eſſe nauigantibus. Deniꝗ quū procellā uentorum præſenſerit, calculū ualidū arripit, eumꝗ veluti ſaburrā uehit, & tāꝗ āchorā trahit, ne excutiat fluctibus, itaꝗ nō ſuis ſe librat uirib', ſed alieno ſtabilit & regit pōdere. Quo indicio nautæ ueluti ſignū futuræ perturbationis capeſſunt, & ſibi precauent, ne eos imparatos turbo improuiſius inueniat. Hic alio nōie à Latinis Erinaceus dictus eſt. Eſt & Echinus apud Græcos terreſtre aīal, cui eſt apud noſtros hericio nomen, q̄ ipſum ab hærēdo deductū eſt, & eq̄ ſpinis hirſutus eſt atꝗ maritim' echin'. de quo Ambroſ. li. Echin' iſte terrenus quē vulgò hericiū uocāt

ſi quid inſidiarum præſenſerit, ſpinis ſuis clauditur, atq; in ſua arma ſe colligit. Præterea Echinus genus vaſis ænei eſt, in quo calices lauantur, quam alii ampullam dicunt eſſe uitream. Hora. in Sermo.

Pocula cum cyatho duo ſuſtinet, aſtat echinus.

Et Echinus, ini, & Echinuntis. ciuitas fuit, de qua Ci. in Arato. Dicit̃ excelſis errans in collibus amnes

Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echinus.

Hoc etiam nomine dicta eſt alia ciuitas in Phthiotide in faucibus Sperchii amnis, vt inquit Plin. unà cum Ptolemæo.

Echion, medicamentum quoddam, dictum à uipera quã Græci echin nominant.

Echioni, dicti ſunt Thebani, à rege Echione, qui fuit vnus ex quinque iuuantibus Cadmum ædificare Thebas.

Echites, lapilli ſpecies, uiperæ ſimilis colore uiridi ſubobſcuro. Cornucopiæ.

Echnephias, procella eſt, quũ nubes rupta, & in pronum ſoluta fuerit. Cornucopiæ.

Echo, ſoni vel vocis repercuſſio. Græcè ἠχὼ, ſons, & ἠχῶ, reſono. Ouid. lib. iii. Metamor.

Planxerunt Dryades plangentibus aſſonat echo.

Fit enim in conuallibus & locis concameratis, vbi ſcinditur reſultans aer, in quibus acceptæ uoces, numeroſiore repercuſſu multiplicantur, nomenq; Echo eiuſmodi uoci, à Græcis datum eſt, vt Plin. lib. xxx. ſcribit, quoniam non eſt uagandi liberrimus campus, ſed obiectu reflectitur. Quæ cauſſa etiam multas uoces, multis in locis reciprocas facit, ſicut in vrbe Cyzico turres ſeptem acceptas uoces multiplicát. Et Olympiæ porticus fuit, quam Heptaphonon adpellant, quoniam ſepties eadem uox redditur. In hanc ſententiam ait Lucretius.

Sex etiam ac ſeptem loco uidi reddere uoces,

Vnam cum iaceres, ita colles collibus ipſi

Verba repulſantes iterabant verba referri.

Hæc Echo à Latinis dicitur imago. Vale. Flac. lib. tertio Argo.

Rurſus Hylan & rurſus Hylan per longa reclamat

Auia, reſpõſant ſyluæ & uaga certat imago. Hora.

Quem Deum cuius recinit iocoſa Nomen imago.

Vbi Porphy. expoſuit quòd Imago dicitur quaſi imitago. Scribit Ouidius libr. iii. Metamor. Echo Nympham fuiſſe, reſtitiſſeq; ei uocem ſolum et oſſa, oſſaq; lapidis traxiſſe figuram.

Echos, ἠχοὺς etiam Græci uocant argutas ualles ab ἠχέω, ut inquit Columella lib. 2.

Eclegma, atis. Latinè linctum dicimus, frequẽtiſſimũ medicis omnibus. Sunt enim Eclegmata, quæ fiunt lingendi gratia, non edendi neq; deuorãdi. hoc eſt, quum aliquid in ore tenentes, paulatim diſtillando ſorbem᷑. ἀπὸ τοῦ ἐκ καὶ λείχω γίνεται ἐκλέγματα. id eſt, ab ex & λείχω, q̃ eſt lingo, fiunt eclegmata.

Eclephron, unus ex Neſtoris filiis. Ce.

Eclipſis, Latinè defectio. Eclipticus, defectiuus. ἐκλείπω, deficio.

Ecloga, electio, explanatio, ab ἐκλέγω, quod eſt eligo. vnde & exceptus dicitur, ſicut teſtatur Euſe. lib. de eccle. hiſtoria. neq; ſermonem de capris ſignificat, tunc enim Aegloga dicitur.

Econas, vocant imagines ex membris aliquorum ſimilitudine expreſſas, inquit Plin. lib. xxiiii. unde & Econcula diminutiuũ. Suetonius in Nero. Pro ſummo (inquit) numine, tribusq; in die ſacrificiis colere perſeuerauit econculam puellarem. Dicitur etiam Icona, & Iconcula.

Econtrario, ſignificat è diuerſo contra. Ce.

Ecphraſis, eſt mera puraq; enarratio.

Ecquando, id eſt, nunquando, vel ſin aliquando, & aliquo tempore.

Ecquis, ex en, pro ecce, & quis, vbi n, ratione q, ſequẽtis mutatur in c. Ea quo oſtenditur eandem vim habere c, & q, & ſignificat nunquis. nam particula En, iuncta dictionibus incipientibus à q, interrogatiue poſitis, ſignificat an, vel ne, vel num. vt Ecquid? nõne? nunquid? Terent. in Eun. Ecquid nos amas de fidicina iſtac? id eſt, aliquantulum me amas propter fidicinam? Ouid. lib. ii. Faſtorum.

Ecquid in officio thorus eſt ſocialis, & ecquid

Coniugibus noſtris mutua cura ſumus?

Ecſtaſis, Latinè ſtupor. Græcè ἔκστασις. Auguſtinus in Pſal. interpretatione. Ecſtaſis exceſſum mentis ſignificat, quæ fit vel pauore, vel aliqua reuelatione, in qua oẽs ſancti fuerũt, quibus arcana Dei, mundũ iſtum excedentia, reuelata ſunt, ita vt de eorum memoria laberentur interna.

Ectaſis, dici poteſt productio. Figura eſt qua ſyllaba naturaliter correpta, producitur. ab ἐκτείνω produco. Dicitur à nonnullis Extaſis. ut, Italiam fato profugus.

Ecthlipſis, Latinè eliſio. Cæſura eſt quam, cum uocali eliditur. ab aliquibus Elepſis. à Quintiliano Detractio transfertur, ἀπὸ ἐκ, καὶ θλίβω.

Ectrapeli, quaſi horrentes, & auerſati communem & vſitatum naturæ modum.

Ectropium, dicitur quum inferior palpebra parum ſurſum attollitur, ſed pendens hiat, nec cum ſuperiore cõmittitur. Lagophthalmos verò quũ ſuperior palpebra non deſcendit.

Ectypa, dicunt̃ opa, q̃ ex ipſis typis formata ſunt. Ce.

Eculeus, vide in dictione Equuleus.

Ecyra, penul. cor. ſocrus Latinè dicitur. vnde Terẽtii fabula. Similiter ἑκυρός, ſocer. pater uiri. Sunt tamẽ qui hoc nomen aſpirent.

E ANTE D.

EDax, accipitur pro uocare, cõſumptore. à quo Edacitas pro ingluuie, Teren. Alere noluit hominem edacem.

Edeatræ, dicti ſunt qui præſunt regiis epulis.

Eden, interpretatur voluptas.

Ede naſturciũ, prouerbiũ ad excitandum torporem, quod perinde eſt ac ſi diceremus, expergiſcere. Ce.

Edentatus, dentibus priuatus, & Edentare edentulũ facere, excuſſis dentibus. Plau. in Rud. Nimis uelim improbiſſimo homini malas edentauerint.

Edentulus, qui ſine dentibus eſt.

Ederam, ab edẽdo dictã uoluit, quòd parietes edat, quãuis

quidã alii ab hærendo potius dictam uellnt, licet primam correptam habeat, quòd hæreat ſemper & ſequatur quicquid proximũ eſt. Eſt enim arbor omnibus inimica ſatis, ſepulchra ac muros rumpens, ſerpentium frigori gratiſſima. Cc.

Edeſſa, nomen ciuitatis, quo ſignificatur aquarũ impetus. Hinc Edeſſenſes populi. Strabo, Trans Euphratem eſt Bambyce, quam Edeſſam & Hierapolim uocant, in qua Atergatim Syriam Deam colũt.

Edico, edicis. penul. produ. ſignificat iubeo, pronuncio, decerno. & eſt proprie magiſtratuum. vnde Edicta, quæ ſunt conſulum, prætorum, & ædilium literæ, quibus aliquid imperatur. Mandare, eſt gerendum aliquid aſſequendumq́; cõmittere. Præcipere, magiſtrorum ſeu magiſtratuum, & ſuperiorum. Iubere, frequenter pro imperare. Edicere, etiã eſt oſtẽdere, & declarare quaſi extra dicere. unde legimus de Apoſtolo Ioanne, quòd compulſus fuerit diuinam natiuitatem edicere.

Edilia, dicuntur omnia quæ ad eſum pertinent. Gell. Quod ex ſalutis uſu foret, vt edilia quidem omnia defenderet ab arteria. depelleretq́; in ſtomachum & pulmonem.

Ediſſero, ediſſeris. pen. corre. extra diſſero, explano, declaro. Pacu. Ediſſere fabulam hanc. Verg. lib. ii. Mihiq́; ediſſere uera roganti.

Edo, es, eſt, edi, eſum uel eſtum, dicitur & Edo, is, correpta prima ſyllaba ab ἔδω, quod ſignificat ueſcor. Vergil. Eſt mollis flamma medullas. Infinito eſſe, ab Edo, es. Edere uero ab Edo, is fit, ſed pro præſenti vtimur. ut uolo eſſe, volo comeſſe. Nam in defectiuis tempora pro temporibus ponimus. ut dicar, odiſſe, noſſe, meminiſſe, etiam pro præſenti ponuntur. In paſſiuo Edor, eris, eſtur, præteritum eſus. Plinius lib. xx. Et in Aegypto propter eius amaritudinem non eſtur. Quandoq; Edo ſignificat conſumo. Horatius,

Quæ lædunt oculos feſtinas demere, ſi quod
Eſt animum, differs curandi tẽpus in annũ. Vergil.

Nã ſæpe fauos ignotus adedit ſtellio. Ambedo, circumedo. Idẽ, Ambeſas malis abſumere mẽſas. Comedo. à quo Excomedo, Exedo, Obedo, Peredo, & Superedo, quæ habent penul. corr. Ab Edo deducuntur Eſito, as, & Eſurio.

Edo, onis, idem quod edax, qui & manduco dicitur.

Edolo, as, pen. correp. perfecte dolo, polio. Nonius, Edolare fabrorum eſt, quum materiarum complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo verbo laudandi ſcriptores uetuſtatis, etiam ad alias fabricas rerũ. Varro, Vnum ego libellum non edolem.

Edom, Eſau dictus eſt, ob coctionem rufæ lentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi nanq; (vt Ioſephus libr. ii. ſcribit) Edom rubeum dicũt, vnde & regio in qua regnabat Eſau, Edom dicta eſt, quã Græci honeſtius Idumæam denominauerunt. Hæc nunc regio (inquit Hierony.) Gebalena dicitur, quæ eſt in finibus Eleutheropoleos, vbi habitabãt antè Chorræi, qui interpretantur liberi, vnde & ipſa vrbs poſtea ſortita uocabulũ eſt. Nunc ýiculus Paleſtinæ eſt, à conditore ſic impoſito nomine. Alio nomine dicitur Seir, piloſus & hiſpidus, unde & mõtes Idumæorum adpellantur montes Seir.

Edonus, mons eſt prope Pangæum in finibus Theſſaliæ. Cornucop.

Edones, penul. corre. ſunt populi Thraciæ maritimi, quãquàm apud Græcos per ω ſcribatur.

Edonides, mulieres bacchantes, quæ furore diuino agitatæ myſteria Bacchi celebrabãt. Variis autem nominibus adpellabantur huiuſmodi bacchantes. nam & Euantes, & Thyades, & Mimallonides, & Mænades. & Baſſarides. de his Ouidius,

Protinus in ſyluis matres Edonidas omnis.

Edonii, Thraciæ populi mediterranei. Vergilius,

Ac veluti Edonii boreæ.

Edonus, mons eſt apud eoſdem populos, à quo Edonii populi.

Edos, à ueteribus dicebatur ſacrificii genus, quod nunc ador uocamus. Cornucopiæ.

Edria, aliquando dicta eſt Rhodus Inſula. Ce.

Educo, is, penult. produ. extra duco. Liuius lib. I. In aciem copias eduxit. Verg. pro extraho poſuit li. x.

Hoc dicens eduxit corpore telum. Aliquãdo Educere, eſt erigere. Idem lib. vi. Aramq́; ſepulchri.

Congerere arboribus, cœloq́; educere certant.

Aliquando nutrire. Teren. in Adel. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi, eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo. Sed nos magis Educare dicimus, quàm Educere. Vergil. lib. vi.

Quatuor hic iuuenes totidem quos educat Vfens.

Educo, as, penultima correp. nutrio, vnde liberorum educatio.

Edulis, penul. prod. quod mãducari poteſt. Hora.

Vinea ſummittit capreas non ſemper edulis.

Edulium, dicitur quicquid ad prãdiũ, cœnamq́; edẽdi gratia adponitur, & ſumimus, præter panẽ. Hieron. Cuius edulio primogenita perdidit.

Edurum, nõ durum, quaſi extra durum. ibi enim e, priuationem ſignificat, vt in enode. nam Eduras coryłos dicimus. hoc eſt. non duras.

Eduſam, ab edendo dixerunt ueteres Deam quæ eſui præerat, quemadmodum Potinam, quæ potui. Cc.

E ANTE E, & F.

EAe, fœmininum eſt ab ea pronomine, numeri multitudinis.

EEtion, nomen patris Andromaches, qui apud Ciliciæ Thebas imperabat. Homerus li. Iliad. xxii.

Κρήδεμνόν θ' ὅ ῥά οἱ δῶκε χρυσῆ Ἀφροδίτη,
Ἤματι τῷ ὅτε μιν κορυθαιόλος ἠγάγεθ' Ἕκτωρ
Ἐκ δόμου Ἠετίωνος. id eſt, Vittam quam dedit aurea Veneri, die quum ipſam uarie galeatus duxit Hector ad domum Etionis. Sed nota Caſſandrã in prædam veniſſe Agamemnoni, eiusq́; concubinam fuiſſe, vnde Euripides in Hecubæ tragœdia,

Παρὰ σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται
Ἡ φοιβὰς ἣν καλοῦσι Κασσάνδραν Φρύγες. id eſt,

Prope tua latera filia mea portabatur Phœbas, quã vocant Caſſandram Phryges.

Effari templa, ab auguribus dicuntur, quum fines

notantur. Cornucopiæ.

Effartio,is,effarſi,tum maxime impleo. Cæſar lib. vii. Hæc autem quæ diximus interualla gradibus in frõte ſaxis effarciuntur.

Effata, ſunt vltimæ præcationes augurum, quas poſt finem auſpiciorum extra urbem ſunt effati, ut Varro & Seruius aiunt. Effari enim propriè eloqui eſt. Vergilius,

Sic effatus veſtigia preſſit.

Effaxillo,as,ab axilla fit, & ſignificat exero, qđ exerto brachio axilla oſtendatur.

Effero, penultima correp. effers. extra fero, ſed omnino Græcum eſt. φέρω, φέρεις καὶ μέλλων οἴσω. ἐστὶ γὰρ ἀνώμαλος. Id eſt, fero fers, & futurum feram. Eſt enim anomalum. Verg. lib. ii.

Me ne efferre pedem genitor. Hinc Efferri cadauer dicitur, quum celebratur funus, vel dum ſepelitur, quaſi extra domum ferri. Siquidem veteres ſolebant extra vrbem ſepeliri, niſi fuiſſet magiſtratus. Honeſtiores tum circa uias. Vnde frequenter epitaphia ad uiatores diriguntur. Luc. l. Depugnabunt pro ſe ipſi ac morientur ac ſe ultro efferent. Et Efferri dicunt mala, quæ patiendo vincimus, & quaſi tumulamus. Cic. libro quarto. Tuſc. Neq; tam terribilis vlla fandi ratio eſt, neq; ſors, neq; ira cœlitum inuectum malum, quod non natura humana patiẽdo hæc efferat. id eſt, uincat, ſubdat ſepeliat. Interdũ Efferre, eſt prouehere, exaltare. Vergilius,

Extulit hæc Decios Marios magnosq; Camillos.

Interdum laudare, quamuis ad idem reduci poſſit. nam quum dicimus, effero illius facta, eũ euehimus ab humiliori gradu ad altiorẽ. Sed hæc per tranſlationem. nam propriè idem alibi,

Oſtendit dextrã inſurgens Entellus, & alte Extulit,

Id eſt, in altũ leuauit. Interdũ pferre. ut apud eundẽ,

Vt belli ſignum Laurẽti Turnus ab arce Extulit.

Interdum eleuare, minuereq;, quaſi extra ferre. hoc eſt, euacuare. Cicero libro ſecundo de Orato. Illa autem quæ aut conciliationis cauſſa leuiter, aut permiſſionis vel ſi mẽter aguntur contrariis commotionibus, efferenda ſunt, ut odio, beneuolentia, miſericordia, inuidia tollatur.

Effero,as, penultima correpta efferum, hoc eſt, crudelem inſtar feræ facio. Statius li. achil.

Et raptum ſuperis Mars efferat aurum.

Hierony. in Daniele deponẽti uſus eſt, quum inquit. Quũ appropinquaſſet prope arietem, efferatus eſt in eum. Efferare etiam eſt, quod uernacula lingua dicimus Inſaluatichire. Liu. lib. ii. Obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie peremptis. Ad hæc promiſſa barba, capilli efferauerant ſpeciem oris. Lactant. lib. iii. Nam ſi homo ad ſpectum alterius hominis efferaretur, quod facere uidemus animãtes, quorũ natura ſolíuaga eſt, nulla eſſet hominum ſocietas. Efferare, quoq; ferarum imagines effingere.

Efficax, dicitur quod ad agendum aliquid vim habet ac maxime conducit. Hinc Efficacia, quæ eſt vis.

Efficio,is, pen. cor. perfectionem denotat. Terent. in And. Quid eſt quod mea ars efficere hoc poſſit amplius. Inde Effectus, & Efficientia.

Effigies, ſignum eſt ad alterius viuam ſimilitudinem, vel ad veritatis imaginem fictum, tam in picturis, quàm in ſculpturis. Ponitur & quandoq; pro aſpectu. dicitur etiã Effigia. Plau. in Ru. Veneris effigies hæc quidem eſt.

Effigio,as, ad effigiem formo. Augu. lib. vii. de Ciuit. Dei, Quid ſunt idola, niſi quòd oculos habẽt & nõ videbunt, tale de materiis, licet à fabro effigiatis, tamen uita ſenſuq; carentibus dicendum fuit. Ineffigiatus autem, qui non habet aliquam formam.

Effilatum, uide in dictione Filo.

Effingo,gis, ualde fingo. Ex enim auget, vel quaſi naturalia formo, & ad alterius formam fingo, & qualem volo fingendo formam repreſento. Quint. Nam mihi videtur M. Tullius quum ſe totum ad imitationem Græcorum cõtuliſſet, effinxiſſe vim Demoſthenis, copiam Platonis, iucunditatem Iſocratis.

Efflagito,as, cum clamore, ſeu cum magna inſtantia flagito. Vergilius,

Ille ſimul fugiens Rutulos ſimul increpat omneis,
Nomine quenq; uocans notumq; efflagitat enſem.

Quintil. ad Trypho. Efflagitaſti quotidiano cõuicio, ut libros de inſtitutione oratoria ſcripſeram, iã emittere inciperem. Tamen à flamma componitur.

Efflictim, aduerbiũ. ſignificat valde. Plau. in Pe. Earũ hic adoleſcens alteram efflictim petit.

Efflo,as, extra flo, ſpiro. Varr. lib. i. de Re Ru. Præterea q ab Sole toto die illuſtrat, ſalubrior eſt, quod & beſtiolæ ſi quæ propè naſcuntur aut inferunt aut efflantur, aut ariditudine cito pereũt. Inde Efflare animam dicimus. Sueto. Priuſquàm efflaret animam, pro mortuo deſeri iuſſit.

Effloreo, es, à quo Effloreſco. uide ĩ dictiõe defloreo.

Effluo, extra fluo, effundor. Lactan. lib. I. Siue igitur à Meliſſeo (ſicut Didymus tradidit) colendorũ Deorum ritus effluxit.

Effodio,is, pen. prod. extra fodio. Plau. in Curc. Ex ſterquilinio effoſſa tua illæc præda eſt.

Effœmino,as, penultima correpta in muliebrem molliciem atq; laſciuiam conuerto. Sal. Ea quaſi veneniis malis imbuta corpus animumq; virilẽ effœminat. Cicero libro primo Tuſcul. Cogitationibus moleſtiſſimis effœminamur. Vnde & Effœminati molles & laſciui dicuntur.

Effœta, cum œ dipht. accipitur quæ fœtum emiſit. unde illud Colu. lib. viii. Primus effœtæ partus amouẽdus eſt, quoniam tyruncula, nec recte nutrit. Item ſumitur Effœtus, pro fœtu qui emiſſus eſt. Idem li. ix. Pullos oportet ſingulos, ut quiſq; natus ſit tollere, ſed uno die in cubili ſinere cũ matre, & aqua, ciboq; abſtinere, dum omneis excludant. Poſtero die quum grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur. Effœta quoque dicitur, quæ nõ amplius parit, quaſi frequẽti partu laſſata. Plin. Eſt autẽ tan a gallinis fœcunditas, vt aliq; & ſexagena pariãt oua, aliquæ quotidie, aliquæ bis in die, aliquæ intantũ, ut effœtæ moriantur. Hinc Effœtus, fœtu deſtitutus, ex[illegible] ſtatus, exhau-

ſtus, & lactatus. à ſimilitudine mulierum, quas partus debiles reddit. Vergilius,
Feigentq́; effœtæ in corpore uires.
Similiter effœtá tellurē dicimus. vt Idem li. Georg.
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Vbi Serui. Continua fertilitate laſſos, ſicuti etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. Columella in præfa. Quod exiſtiment ubertate nimia, prioris æui defatigatum & effœtum ſolum, nequire priſtina benignitate præbere mortalibus alimenta. Cicero in Cato. Libidinoſa & intemperans adoleſcentia effœtū corpus tradit ſenectuti. id eſt, debile & infirmū, quia vacuum uiribus & eneruatum.

Effrenus, vide in dictione Frenum.

Effugio, is, pen. cor. extra fugio, euado. vnde Effugiū, & Effugis, æ. vide in dictione Fugio.

Effundo, is, extra ſpargo. Lactan. lib. i. Nam præter verborum licentiam, qbus obſcœnitas omnis effunditur. Plaut. Totamq́; effudit fideliam. id eſt, ſparſit quicquid in fidelia erat. Per tranſlationem Effundere, ponitur pro conſumere. Cic. li. ii. Offic. Multi patrimonia effuderunt inconſulte largiendo. Quandoq́; pro emittere. Vergilius,
Ruuntq́; effuſi carcere currus.
Quandoq́; pro pſternere, profligare. Sal. Effuſo ac profligato peditatu, paulatim retrocedere cœperūt.

Effutio, is, penultima producta inepte & inconſulte eloquor, euacuo. Tranſlatio à vaſe futili, quod patulo ore, fundo acuto, inſtabile nihihil in ſe continebat. Et ipſe Futilis dicitur, qui nihil intra ſe continet, & ſemper inanis eſt. Horatius,
Effutire leueis indigna tragœdia verſus.
Varr. Euax verbum nihil ſignificat, ſed effutitum naturaliter eſt. Nonius Effutire exponit pro dicere, cum mendacio. adducitq́; Ciceronem libro. v. Tuſcul. ubi. ſic ait. Nec hoc ſic agit, ut ex tempore quaſi effutire videatur.

E ANTE G

EGelaſte, oppidū in Hiſpania citeriore, unde ſunt Egeleſtani.

Egelidor, penul. cor. regelor, geluq́; diſſoluor. Sidonius. Egelidaeentur fibræ glaciales.

Egenus, pen. prod. qui aliquid habet, & aliquo indiget. Pauper qui nihil habet. Inops, ſine ope.

Egeo, es, egui, alicuius rei neceſſitatem habeo. & tam genitiuo, quàm datiuo iungitur. Plaut. in Aſin. Quia tui abeuntis egeo. Lactan. lib. v. Tantam eſſe innocentiæ vim, ut non egeat nec armis nec viribus. Hinc componitur Indigeor. Deriuantur uero Egeſtas, paupertas. Egens, egentior, egentiſſimus. Auguſtin. li. i. Confeſſ. O pibus egentiſſimo.

Egeria, Nympha cui ſacrificabant prægnantes, quòd eam putabant facile fœtum aluo egerere.

Egero, is, penultima correpta, ſſi, ſtum. uide in dictione Gero.

Egeſta, ciuitas in Sicilia, quā Aeneas condidit, & ab Aceſtis matre Egeſta, eā nominauit, quæ poſtea Segeſta nominata eſt. Fuit & Egeſta nomen mulieris Troianæ, quæ Aceſtem genuit Criniſſo fluuio.

Egeſtas, paupertas. hanc aiūt Herebi & Noctis filiā, non eam quam plurimi arbitrantur, ſcilicet opportunis carere, quam viri fortes tolerantia ſuperauere, vt in arenis Libycis Cato, ſed eam potius, cui abundantes, falſo iudicio tracti, ſuccumbunt. ut auri cuſtos Midas Phrygum rex, qui dum omnia q̄ tangebat, iuxta uotum verterentur in aurū, fame peribat.

Egeſtoſus, ab egeſtate formaſ, ſicut à ſobrio Sobrioſus, Cyprianus, Quum nulla fuerit opportunitas ſcandali vbi teneantur quod peius eſt, egeſtoſam habuerit manſionem.

Egredior, extra gradior, exeo. Lactan. lib. ii. Ille vero quum egreſſus eſſet ex arca. Dicimusq́; Egredior tēplo, & è templo, & templum. id eſt, extra gradior tēplum, inde Egreſſus, & Egreſſio.

Egregius, a, um, excellens, quod ex toto grege eligiſ. Et Egregius, eminens & præſtās. Terentius in And. Forma egregia, & ætate integra. Hinc contra Grammaticorū regulas, Iuuenalis formauit cōparatiuū. Egregius cœnat melius q̄ miſerrimus. Sic. Lucre.
Nam nihil egregius quàm res ſecernere apertas
A' dubiis Egregie, aduerbium, excellenter, quamuis etiā vſurpeſ pro valde nimis, ut apud Terē. in And.
Horum ille nihil egregie præter cætera ſtudebat.

Egurgito, as, pe. cor. ſignificat exhaurio. Plau. in Epidi. Atq; egurgitem domo prorſus.

E ANTE H & I

EHò, interiectio eſt ad ſe uocātis, vel mutus eſt intentionem depoſcentis, eius in quo uult loqui. Terentius in And. Ehò dum ad me. Aliàs interiectio admirantis. ut apud eundem, Ehò, an tu te intellexiſti hoc aſſimularier?

Ei, datiuus ab is, ea, id. aliquando habet qualitatis vim. Teren. in Andria, Ei' ne ego ut aduerſer? hoc eſt tali, tam bono. In metro plerunq; monoſyllaba dictio eſt, ſicut cui & huic, licet quandoq; etiam duarum ſyllabarum reperiatur, ubi e, modo corripitur, modo producitur. Iuuen.
Iouenes hortantur ut illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere ſectæ.
Lucretius libro ſexto.
Scilicet & fluuius qui viſus maximus ei.

Eia, modo adhortantis, eſt modo corripiētis. ἑλληνιστὶ ἐά καὶ ῥῆμα ἀπὸ τοῦ ἐάω ἐῶ. Id eſt, Græcè eia, & verbum à ſino.

Eiicio, is, extra iacio, excludo. Vergilius,
Nec non Tarquinium eiectum Porſena iubebat
Accipere. Quandoque extendo. Idem,
Eiectoq́; incumbit ceruuus armo. Eiectū quoq; pro naufrago idem poſuit. Eiectum littore egentem Excepi. Hinc eiectitius, a, um. Plinius, Vulua eiecto partu melior, quàm edito. Eiectitia uocatur illa, hæc Porcaria.

Eiulare, eſt uoce in altum ſublata plorare. à quo Eiulatio, & Eiulatus, dicitur ploratus rationis expers. eſtq́; verbum factitium. Cc.

Eiurare, eſt extra ius facere, quemadmodum Exaugurare, extra augurium facere. Val. lib. ii. Ignominioſa conſulum eiuratione.

Eiuſmodi, & Eiuſcemodi, pronomina, ſiue nomina, ex ſe inuicem cõpoſita genitiui caſus, omnibus aliis figurate adiuncta.

E ANTE L.

ELabor, pen. prod. extrà labor, effugio, eo modo quo lubricus anguis, aut anguilla manu cõprehenſa lapſu fugit. Vergil.

Ecce autem lapſus Pyrrhi de cæde Polytes,

Plautus in Cap. Ea ſpecies elapſa eſt. id eſt, effugit. Hieronymus in prol. Iob, Vt ſi velis anguillam, aut murenulam ſtrictis tenere manibus, quantò fortius preſſeris, tantò citius elabitur. Cicero per tráſlationem. Hic fratre ſuo cenſore qui proximus ante me fuerat, elapſus eſt. hoc eſt, accuſatorũ veluti preſſantium in manus effugit.

Elaboro, as, vide in dictione Laboro.

Elacatens, genus ſalſamẽti piſcis. de quo Colu. li. ix. Scõbri, carchari, elacatenæq; uentriculos, & ne ſingula enumerem, ſalſamentorũ omnium purgamẽta.

Elæa, ciuitatis nomen, à qua Elaiticus ſinus dictus eſt, de qua Pli. lib. v. Haud procul Elæa in littore diximus Pergamena uocatur.

Ἔλαιον, Elæon. Græci oleum uocant. Ex quo componitur Elæomeli, oleum eſt in Syria ſponte ex ipſis oleis manans, ſapore melleo, aluum mollit, bilẽ detrahit. Cc.

Elam, filius Sem. Geneſis. x. & fili⁹ Seſac, i. Paral. viii. Eſt & nomen regionis, aliàs Media, ſiue Bactriana dicta. A' quo Elamitæ.

Elaphebolion, dicitur menſis Februarius.

Elaphoboſcos, herba ẽ ferulacea, geniculata, digiti craſſitudine. ſemine corymbis, depẽdentibus foliis oluſatri, commendata in cibis, contrà ſerpentium omniumq; aculeatorum ictus. Cc.

Elaphos, pen. cor. Latinè ceruus.

Elaps, ſerpens.

Elatus, penultima prod. excelſus, eminens, ſuperbus. ab effero, fers.

Elea, ciuitas Lucaniæ. quam quidam Helam, à fonte nominauerunt. Alii à palude dictã opinantur, quæ Græcè τὸ ἕλος dicitur.

Eleatæ, populi Eleam habitãtes dicti ſunt, Inter quos Parmenides philoſophus & Zeno. Pythagorici ambo, per quos Eleam inſtitutis, legibusq;, bene formatam fuiſſe autumat Strab. lib. vi.

Electio, eſt recta adprobatio.

Electo, as, frequentatiuum formatum ab electum ſupino. Plau. in Aſi. Ibo aduerſum atq; electabo, quicquid illud ſit. hoc eſt, mulcebo, & bono modo ſæpe foras exire faciam.

Electridas, nonnulli dicunt eſſe in Britannia arbores electrum emittentes. Alii dicunt inſulas eſſe in mari Adriatico, ad quas Padus dilaberetur. qđ falſum eſſe manifeſtum eſt. Cc.

Electra, teſte Heſiodo, Nympha Oceani & Tethios filia, vxorq; Atlantis, cuius filia quædam etiam Electra dicta fuit, quæ Ioui Dardanum peperit, dicente Vergilius libro octauo.

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & autor,

Electra ut Graii perhibent Atlãtide cretus. Et ſubdit.

Electram maximus Atlas

Edidit æthereos humero qui ſuſtinet orbeis.

Alia fuit Electra Oreſtis ſoror.

Electrum, gummi ſiue lachryma, ſuccus'ue ex arboribus pinei generis profluens, quod à Latinis ſuccinũ dicitur. Naſcitur (ut inquit Plinius) in exoticis inſulis ſub metalli ſpecie, & gleſſum dicit à Germanis, à Latinis ſuccinum. Hinc Electriferas inſulas gleſſarias à cuius coloris ſimilitudine puto eam miſturã electrum dici quæ ex parte quadam auri & argenti conficitur, dicente Plin. lib. xxxiiii. Aurum in quo quinta argenti portio eſt, electrum uocatur.

Electryon, Amphitryonis frater, & filius Alcæi.

Eleemoſyna, munus quod inopi daẽ, ab ἐλεεῖν, quod miſerationem ſignificat, Quod nomen apud gentiles raro legitur, quum apud Chriſtianos frequentiſſimum inueniatur. Spartianus de Caracalla. Non tenax in largitionem, non lentus in eleemoſynam.

Elegans, penul. cor. nomen eſt non participium, ab eligo. vt Cicero de optimo dicendi genere, Innuere uidetur, quum inquit. Nam ſi ut in epularum adparatu magnificentia recedens, non ſe parcum ſolum, ſed etiam elegantem uideri volet, eliget quibus vtatur. Sunt enim pleræq; aptæ huius ipſius oratoris de quo loquor parſimoniæ. Eſt igitur Elegans, idem quod cultus, ornatus, politus, quaſi qui eligere ſciat, aut qui ipſe ſibi ſit eligendus. Terentius, Rem elegãtem narras. Gellius, Elegans homo non dicebatur cum laude, ſed in ferè verbum ad ætatem M. Catonis, uitii, non laudis fuit. Cato lib. de moribus. Auaritiam omnia vitia habere putabant, ſumptuoſus, cupidus, elegans, vitioſus, irritus qui habebatur, is laudabatur.

Elegantia, dicta eſt, quòd ſit electa & ſeparata à vulgari opinione, & accipitur pro cultu & ornatu, quæ tamen apud veteres nõ ad ingenii opera, ſed duntaxat ad nimis amœnum lautumq; cultum ac victũ adplicabatur, nec ſine uitio erat. nunc Elegans, ſolum laudando dicitur, ut, elegans oratio. Eſt & Elegantia orationis, pars quæ facit vt vnumquodque verbum pure, aperteq; dici videatur. Huius duæ ſunt partes, latinitas & explanatio. Latinitas, quæ ſermonẽ purũ ſeruat ab omni vitio. Explanatio eſt, quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Ea duobus rebus comparaẽ, ſcilicet vt vſitatis verbis utamur, & propriis. Vſitata ſunt, q̃ verſantur in conſuetudine quotidiana. Propria ſunt, quæ eius rei de qua loquimur verba ſunt, aut eſſe poſſunt.

Elegia, penultima producta ſiue Elegeia, miſerabilis uel miſera, ab ἐλεέω, miſereor, ἔλεος, miſeria. unde Elegi verſus, dicti ſunt quòd ad fiſtulam luctus cantari ſoliti erant, aut quòd his miſerabiles hominum erumnæ, & amoris querimoniæ decantanẽ. Romani id genus carminis, quod cum lamentatione adcanitur mortuis, Næniam nuncuparunt. vnde tractum ut epitaphia quoq; defunctorũ elegis verſibus ſcribantur. Ouidius.

Flebilis indignos elegeia ſolue capillos,

Ah nimis

Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.
Dicitur Elegium metrum, & Elegia, per diminutionem Elegidion. Perſi. Non ſi qua elegidia crudi Dictarunt proceres. Penultima huius nominis elegia, à poetis longa profertur. Martia.
Detineat cultis aut elegia comis. Ouid. lib. de Remed. Blanda pharetratos elegia cantat amores.
Sta. uero lib. i. Sylu.
Quas inter multum petulans elegeia propinquat.
Huius metri princeps fuit Callimachus. Secundus Philetas. ab Elegus fit Elegiacus, a, um. Elegiographus, qui elegiam ſcribit.
Elei, penul. produ. populi in Peloponeſſo, clariſſimi propter delubrum Iouis Olympii, ludosq́ Olympicos, quorũ præfecturam Elei habuerunt, unde Elei equi, & Eleus carcer ſæpe leguntur. Luca.
Quantum clamore iuuatur Eleus ſonipes.
Eleieus, dictus eſt Sol, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ἐλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν, hoc eſt, quòd æterno circa terram meatu uolui uideatur. Cornucop.
Elementa, ſunt principia omnium rerũ, à quibus ſumũtur incrementũ, & in quæ reſoluuntur. Vnde notas literarũ, ſcriptores Elementa uocant, eò quòd ſint principia orationis. Nã ex dictionibus ſyllabæ, ex ſyllabis literæ fiũt, ad ſimilitudinem mundi elementorũ. Sicut enim illa coeũtia, omne corpus efficiũt, ſic hæ cõiunctæ literalem uocem quaſi corpus aliquod, componunt. Inde Elementariæ literæ, dictæ ſunt primitiuæ. Iulius Capit. Puer (inquit) literis elemẽtariis & calculo imbutus. Sic lex Moyſi, & omne uetus Teſtamentũ, Elementũ dicitur ab Apoſtolo, quibus quaſi ab elementis & religionis exordiis Deum diſcimus. Quomodo enim elementa (inquit Hiero.) appellantur literæ per quas ſyllabas ac verba coniungimus, & ad texendam orationem longa meditatione procedimus, Ars quoq́ muſica, habet elementa ſua, & Geometria ab elementis incipit linearum, & Dialectica atq́ Medicina habent εἰσαγωγὰς ſuas, ſic elementis veteris teſtamenti vt ad Euãgelicam plenitudinem veniat, ſancti viri, eruditur infantia. A Seneca ſenex elementarius dicitur, quũ ait lib. v. Epiſt. Turpis & ridicula res eſt, elementarius ſenex. Sunt autem quatuor elemẽta rerum principia, Aer, ignis, terra, aqua & omnia ex his gignuntur, aluntur q́, ab alẽdo dicta, vel potius (vt Hieron. ſcribit in commentario epiſtolæ ad Hebræos) Elementa, quaſi eleuamenta, eò quòd ex ipſis cætera originẽ trahant, initia videlicet & fundamenta creaturarum. A quibuſdam etiam dicuntur Elimẽta per i, literam, quaſi fabricamenta, ab eo quod eſt Elimo, as, quòd ex eis fabricata ſint omnia. De his quatuor elemẽtis ſic ſcribit Amb. lib. Hexa. Eſt autem Terra, arida & frigida. Aqua, frigida & humida. Aer, calidus & humidus. Ignis, calidus et ſiccus. Et ſic ſibi per has iugales qualitates, ſingula miſcentur elementa. Nam terra quum ſit aridæ & frigidæ qualitatis, connectitur aquæ, per cognationẽ qualitatis frigidæ. Et per aquã, aeri, quia humida eſt aer. Aqua ergo, tãquã brachiis quibuſdã duobus frigoris & humoris, altero terrã, altero aerem videtur amplecti. Frigido terrã, aerem humido. Aer quoq́ medius inter duo cõpugnantia per naturã, hoc eſt, inter aquam & ignẽ vtrunq́ illud elementũ conciliat ſibi. quia & aquis humore, & igni calore cõiungitur. ignis quoq́ quũ ſit calidus & ſiccus, natura calore aeri cõnectitur. Siccitate autem in cõmunionem terræ ac ſocietatẽ refunditur, atq́ ita ſibi per hunc & chorum quendã concordiæ, ſocietatisq́ conueniunt, vnde & Græcè στοιχεῖα dicuntur, quæ Latinè Elemẽta dicimus, quòd ſibi cõueniant & concinnant. Pythagoras, cæteriq́ Phyſici, principia quatuor elementa propoſuerunt, ex quibus animalia conſtant, quæ in corporibus noſtris euidẽter adparent. Carnes & oſſa, terrena ſunt. humor & ſudor, aquatici. reſpiratio, ex aere. calor, ex igne. Ab elementis habemus corpus, à Deo animum. vt Victruui. inquit, quum iſti multi diſſentiãt.
Elenchos, Græcè reprehenſio, argumentũ, & idem ferè quod ἐπίληψις, quaſi cõprehenſio, ſicut Cic. ad Atticũ ſcribit, ſed Latini indicẽ dicunt. Et ſicut quomodo librorũ indices & pulchritudine & varietate colorũ, & magnitudine literarũ libros exornant, & res alias ſunt indices, ita hi geſtantiũ habitum, illuſtrare & quaſi indices eorũ viderẽtur, ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν. quod ſignificat arguere ac patefacere, id quod ſolent indices ab indicando nominati. Sunt enim Elenchi, margaritæ proceriores, faſtigiata longitudine. Plin. Elenchos adpellant faſtigiata longitudine alabaſtrorũ figura, in plano deſidẽtes orbe. Iuue.
Auribus extenſis magnos committit elenchos.
Et hi quidem bini, aut terni, fœminarũ auribus ſuſpendebant. Itẽ cauillatoriũ dictũ Elenchos adpellatur, vnde et pro quodã argumenti genere ſumitur. Vñ Sophiſtici elenchi, adparẽtes, ſed arguti.
Eleo, es, maculo. Lucilius, Si hic veſtimẽta eleuit luto ab eo riſum magnũ ad cachinnũ imprudẽs ſubiicit.
Eleothecium, Latinè vnctuariũ, & ſumitur pro loco in quo vnctores vngere ſolebãt corpora poſt lauationẽ.
Elephas, antis, & Elephantus, ti, animal notũ. quãuis pro ebore, hoc eſt, elephanti dente quandoq́ ponatur. Vergilius libro Georgicorum.
In foribus pugnam ex auro ſolidoq́ elephanto.
Elephanti biẽnio vtero graueſcũt, nec amplius quã ſemel gignunt, nec plures quã ſingulos. Viuunt annos trecentos. Hos primum vidit Italia, Pyrrhi regis bello, in Lucanis, & boues lucas nominauit. Boues à magnitudine, quoniam noſtri maximam quadrupedem quam haberent, vocarent bouẽ. Lucas à Lucanis. Alii Lucam quaſi Libycam dictam volunt, quòd ex Aphrica huiuſmodi beluæ primo fuerint in Italiam deductæ. Varro à luce lucas adpellatos exiſtimat, quòd elephãti relucebant propter inauratos regios clypeos, qui in turribus his erectis cõſpiciebãtur. Neuius, Atq́ prius loruſta pariet lucã bouẽ. Auſo. Vt lucas boues olim reſumpto præferoces prælio fugit iuuẽtus Romula. Præterea Elephas ponitur pro morbo, de quo Serenus, Eſt elephas morbus, triſti quoque munere dirus.
Elephantezographi, à Plutar. in Periclis vita, vocantur

tui pictores qui ebore pingunt. ἐλεφαντωζωγράφοι.

Elephātia, ſiue Elephātiaſis, & Elephas, eſt ceu lepræ quoddam genus, elephantorum cuti ſimile, crebris ſumma corporis parte maculis ac tumoribus, rubore paulatim ſe in atrum vertente. His non hora tantum, atq; manus, ſed ſuræ ac pedes inflātur, ut hinc recentiorum plerięq; non alios putent eſſe elephantiacos quam quibus crura ſic intumeſcunt vt pedes elephantorum habere uideantur. Origo morbi ex atrabile, non quidem omni, ſed retorrida. morbus inexpugnabilis, atq; ut cancer vnius partis, ſic elephas totius corporis, quaſi cancer exiſtimat. Caſſiodorus. Cutis animalis elephanti ulceroſis uallibus exaratur, à qua tranſportaneorum neſanda (inquit) paſſio nomen accepit. Pli. lib. xxvi. Elephantiaſis nō fuit in Italia ante Cn. Pompeii tempora.

Elephantiacus, qui morbum elephantiæ habet.

Elephantina, vrbs quæ diſtat à Thebis Aegyptiis uiginti & octingentis ſtadiis.

Elephantini libri, apud priſcos fuerunt, in quibus ſenatuſconſulta ſcribebantur, quæ ad principes pertinebant.

Elephantinus, a, um, pen. cor. nomen poſſeſſi. vt pellis elephantina.

Elephantis, idis, nomen uiri poetæ, qui libellos ſcripſit quibus varia genera concubitus, uarioſq; coeundi modos complexus eſt. Martia.

Nec molles elephantidis libelli.

Eleucus, fluuius qui Mediæ magnā partem irrigat.

Eleuies, purgatio. Lucil. Vt eleuiem facere per ventum uelis.

Eleuo, as pen. cor. ſurſum leuo, in altum tollo. Plaut. Cape dum lapidem hunc atq; eleua. item ſignificat aufero, unde Eleuatum, pro ablato ponit. Item extra leuo, minuo, extenuo, & res geſtas uerbis deprimo. Tractum à re ponderoſa, quæ ut par ſit eleuat. id eſt, imminuitur. Liui. lib. iii. Maior (inquit) ſiua na noſtra P. C. autoritas ad plebem eſt, uos eleuatis eam, quippe quia plebs ſenatus conſultum in continuandis magiſtratibus ſoluit. Idem lib. xxviii. Q. Fabius res geſtas in Hiſpania eleuauit. id eſt, depreſſit. Quintil. lib. v. Gentium ſimul uniuerſarum eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcimus.

Eleus, dictus Bacchus, quaſi plus pater, q libertatē hominibus præſtet. Græci ἐλεήμονα miſericordem dicunt.

Eleuſa, Inſula eſt ex oppoſito Cypri. Ce.

Eleuſis, & Eleuſin, ciuitas in Attica prouincia, non lōge ab Athenis. in qua regnauit Eleuſius, quē Ceres docuit omnem agriculturā, & in ea myſtica Cereris celebrabantur. à qua tota prouincia Eleuſina dicta eſt. in hac Triptolemus natus eſt. hæc myſteriis Cereris inclyta fuit. de qua Strab. Eleuſin ciuitas in Attica, vbi Eleuſiniæ Cereris templum extat, & fanum myſticum, quod Dictinus extruxit, turbæ theatralis capaciſſimum. Hic quum Eleuſius regnaret, & Cererē filiā quærentē liberaliſſime hoſpitio ſuſcepiſſet, illa p munere, oſtendit ei omne genus agriculturæ, filiū et eius Triptolemū recens natū, p noctē igne fouit, per diē diuino lacte nutriuit, & eū allatis ſerpentibus ſuperpoſitū per totū orbem miſit ad uſum frumentorū hominibus indicandū. Stephanus Byzantius. πόλις ἐστὶ ὀνομασθεῖσα δὲ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ ἑρμοῦ καὶ πολλὰ περὶ τὴν δήμητρα. id eſt, ciuitas eſt, nominata autem eſt à filio Epi & multa de Cerere.

Eleutherius, nomē viri, quo ſignificatur. apud nos liberalis, ingenuus, ſeruator, liberatorq;. Eleutheria libertas. Eleutheria libertoria, libertatis ſolennia. Plau. in Perſa. Baſilice agito Eleutheria.

Eleutheros, flumen, Pli. lib. ix. Teſtudines Phœnicio mari vltro ueniunt ſtatuto tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine.

Elices, pen. cor. ſulci aquarii, per quos aqua collecta ex agro educitur, ab eliciendo dicti.

Elicio, is. pen. cor. cui, citum, vel xi, ctū, ſignificat educo, extraho, vnde illecebræ argentariæ, dictæ ſunt meretrices, ab eliciendo argento.

Elicito, as, penul. correp. frequentatiuum formatum à ſupino elicitum.

Elicius Iupiter, in Auentino colebatur, cuius cauſſas ponit Perottus in. Ce.

Elico, as, penultima correpta. inuerto.

Elico, onis, pen. cor. inuerſor & inuolutor rerum.

Elido, is. pen. produ. ſi, ſume effringo, exprimo, excludo, præfoco, diſſipo, occido. Cice. lib. ii. Tuſc. Hæ ſunt illæ fibræ ſtirpium. quas initio dixi perſequendæ, & omnes elidendæ, ne ulla unquā poſſit exiſtere. Plau. in Ru. Iubeo oculos elidere. Sueton. in Cæſ. Ac ſæpe præ turba eliſi exanimatiq; ſunt. Verg.

Geminosq; premens eliſerit angues,

Item Elidere eſt colligere. Idem lib. ii.

Ter ſpumam eliſam & rorantia vidimus aſtra.

Eligo, eligis, penult. corr. uide in dictione Deligo.

Elimino, as, pen. cor. extra limen eiicio, excludo. Accius, Egredere, exi, effer te, elimina vrbe.

Elimo, as, pen. prod. vide in dictione Delimo.

Elinguis, qui ſine lingua eſt. Item qui mutus eſt, & loqui non poteſt, etiam ſi linguā habeat. Ambro. Mutus es elinguem te feci.

Elinguo, as, linguā extraho, ſeu lingua priuo. Plau. in Aulu. Si hercle ego te nō elinguādā dedero vſq; ab radicibus, impero, autorq; ſum, ut me cuiuis caſtrā dum loces.

Eliquo, as, pen. cor. vide in dictione Liquo, as.

Elis, ciuitas Arcadiæ, iuxta quā Alpheus fluuius oritur. Hinc Eleus, a, um, Verg. lib. iii. Georg. Hic vel ad Elei metas & maxima campi Sudabit ſpacia.

Eliſphacus, à Græcis dicitur ſaluia, herba hortenſis.

Eliſſa, fuit nomen proprium Didonis. nam Dido, lingua Phœnicia, Latinè uirago dicitur.

Elixo, as, aqua coquo. Laurētius Valla, Quod in prandio carnes quaſdam parum elixaſſet.

Elixum, dicitur aqua coctum, quòd hæ, ignis cinis appellatur. nam cinere ollæ ſuppoſito, coqui ſolent carnes non aſſandæ. Varro autem per tranſlationē calceos elixos ſcribit, quaſi madefactos, ut eſt caro quæ elixatur.

Ellychnium, dicit funiculus ille papyraceus, ſeu ſparteus, cannabinus ve, aut ſtupeus, qui ſtans in oleo po-

ſeritur. quē & thryallida, & polmon quoq; Græci adpellant. Plinius, & è medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt.

Elobia, genus inaurium, inquit Iul. Pollux, à fibris aurium quas Græci λοβοὺς vocant.

Elogium, teſtificatio de aliquo, honoris vel vituperationis cauſſa. Et aliquando ſimplex teſtificatio ſententiæ, vt Cicero. Solonis quidem ſapientis elogiū eſt, quo ſe negat uelle ſuam mortem dolore amicorū & lachrymis uacare. Vituperationis. Quint. Nō eſt iudices, quòd putetis ideo nullum adiectum, ad exhæredationem iuuenis elogium, quia de ſcelere cōſtaret. Honoris. Cic. in Cato. Quāta in Attilio Calatino in quem illud elogium vnū compluriмæ conſentiunt gentes populi primarium fuiſſe virum. Senec. Deceſſit negociator, teſtamento omnium bonorum ſuorum, reliquit formoſam vxorē hæredem, & adiecit elogium, Quia pudicam comperi. Dicitur & Elogius, ſicut Epitaphium, & Epitaphius.

Elocutio, quæ ab elocutum ſupino fit. eſt idoneorum verborum ac ſententiarum ad inuentionem accommodatio,

Elonginquo, as, idem quod elongo. Auguſtinus, Domine ne elonginquaueris miſericordias tuas à me.

Elongo, as, longe facio, remoueo. ut, elongaſti à me amicum & proximum, Aliqū protraho, differo. Pli. Quo maxime tempore dies elongantur.

Elops, piſcis apud antiquos nobiliſſimus habitus, vnus ſquammis ad os verſis, à nonnullis accipenſer dictus. Eſt & Centauri proprium.

Eloquentia dictio ex omni parte perfecta totū Rhetoricæ corpus continet.

Eloquium, modo ſermonem, modo facūdiam, modo elogium ſignificat. Plau. Dulci ac blando eloquio, amicitiam ſolatus. Apuleius, Platonis eloquio monitus, non nobis ſolis nos natos eſſe.

Eloquor, pen. cor. ſignificat ſicut ſuū ſimplex Quint. Eloquor quum omnia quæ mente conceperim promo, atq; ad audientes profero. Verg. Eloquar an ſileam? Plau. in Amph. Res q; vt facta eſt eloquar. quaſi aperte loquar. Aliquando eloqui, eſt dicere, quod proprium eſt oratoris. à quo Eloquentes, dicuntur qui in dicendi ratione perfecti ſunt.

Elorus, penultima producta Siciliæ vrbs, ab Eloro amne, qui campus ſuperfunditur, ſicut Nilus dicta, proxime Pachynum, in quo piſces cibum è manu capiunt, ut teſtatur Plinius libro trigeſimo ſecundo de hoc Silius. Sidonios Drepane atq; vnda clamoſus Elorus. Verg. lib. iii.

Exupero propingue ſolum ſtagnantis Elori.

Sunt tamen qui hoc nomen aſpirent.

Elotæ, ſeu Elotia, ſua publica adpellant mancipia ſa malitia Lacedæmonii. id eſt, publicos miniſtros, ut ſunt apparitores, lictores. Apud Theſſalos Peneſtæ, à Græcis ἀλάται.

Elpenor, penultima producta. nomen Comitis Vlyſſis, qui à Circe cum aliis ſociis in porcum conuerſus fuit. Iuuenalis,

Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcos.

Homerus facit lib. x. Odyſſ. per Necromantiā interfectū Elpenoris Vlyſſem ire ad inferos. Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος οὔτ' ἄγαν ἄλκιμος ἐν πολέμῳ. id eſt, Elpenor uero quiſpiam erat valde iuuenis, nec adhuc fortis in bello. Et ſubdit. ἀλλὰ κατ' ἀντικρὺ τέγεος πέσεν, ἐκ δέ οἱ αὐχὴν ἀστραγάλων ἐάγη, ψυχὴ δ' Ἄϊδόσδε κατῆλθε. id eſt, Sed è contrario è tecto cadens, collum fregit, anima vero ad infernū deſcendit.

Elpes nomen proprium Boetii uxoris. de qua Epitaphium eſt,

Elpes dicta fui Siculæ regionis alumna,
Quam procul à patria coniugis egit amor.
Quo ſine mœſta dies, nox anxia, flebilis hora,
Non ſolum q; viro ſpiritus vnus erat.
Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito,
Maioris q; animæ parte ſuperſtes ero.
Porticibus q; ſacris iam nunc peregrina quieſco,
Iudicis æterni teſtificata thronum.
Ne'ue manus buſtum, violet, ne forte iugalis
Hæc iterum cupiat iungere membra cinis.

Eluceſcere, ſignificat valde lucidum fieri Hieronym. Quod vt clarius eluceſcat, ſummamus exemplū ab his corporalibus ſenſibus.

Elucifico, as, luce priuo. Quamuis Nonius interpretetur lucidare. Laberius, Volo elucificare exitum ætatis meæ, inducitur enim diues auarus, popinationem filii deplorans, qui ait velle ſe Democriti exemplo, luminibus oculoꝝ priuare, ne videat filiū luxu patrimonium prodigentem.

Elucum, pen. prod. languidum, vel halluciinatorē, aut nugarum amatorem, ſiue halonem, hoc eſt, heſterno vino languentem vocant.

Eludo, is, penul. prod. manifeſte ſeu perfecte derideo, decipio. Cicero, Sed vos ab illo irridemini, & ipſi illum viciſſim eluditis. Eſt & eludere, vt Dona. ſcribit, ludo finem dare. Teren. in Eunu. eludet vbi te victum ſenſerit.

Elumbus, & Elumbis, q euulſum habet lumbū, vel q præ lumbi debilitate ſeſe erigere non poteſt.

Eluo, is, elui, elutum, ſignificat lauo, ſeu lauando exhaurio, extra purgo. Columel. libro primo Quod etiam venenati liquoris eluit perniciem. Idem, Villica debet curā adhibere, ut ſi q̄ fæces, aut à murcæ, in fundis uaſorum ſubſederint, ſemel ſtatim emūdētur, & non calidiſſima lixiuia, ne vaſa ceram remittant, ſemel atq; iterum eluentur. Lactantius libro quinto Quanto ſatius eſt mentem potius eluere, quæ malis cupiditatibus ſordidatur. At Eluare eſt gulæ inſeruire, ſeu luxurioſe effundere. Cice. pro Sex. Quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonii eluabare.

Eluſcare, eſt luſcum facere. apud iuriſconſul. ad legē Aquiliam ſcribitur, Aquilia eum teneri, qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina.

Eluto, as, penul. produ. exprimo, extramitto, foras aquam colo, ſeu quid ſimile ex luto aut alia re fœda. Vergil. lib. ii. Georgic.

Aqua elutabitur omnis. Id eſt, exprimetur.

Elutrio,as,de vaſe in uas transfero. Quod quidem & tranſuerſo dicitur, ſed rarius. Forte à Lura, quæ os culei eſt, unde Lurcones capacis gulæ homines.

Eluuies, ſpurcitia, & cloacalis feculentia, vide in dictione Alluo,is.

Elyſium, locus vbi piorum animæ habitant. ἀπὸ τοῦ λύειν à ſolutione. nam animæ poſt ſolutionẽ vinculi corporei deueniũt ad elyſios campos. Hunc locum alii inferorũ ſuis felicitatibus plenum, alii fortunatas inſulas, alii circa Lunarem circuitum dicũt, vbi iam aer purior eſt. Sunt & Elyſii cãpi in Boetia, in campo Thebano, ut inquit Lycophron. Plut. celebrat in inſulis Britannicis ad Oceanum, cui aſtipulatur Homerus, in Arcadia etiam redduntur, & in Hiſpania.

E ANTE M

EMaciatus,a,um, ab emacio,as quod eſt macrũ facio. Colu.li.ii. de medica herba. Deinde quater, interdũ etiam ſexies demetitur. quòd agrũ ſtercorat, quòd omne emaciatum ex ea pingueſcit, ægrotanti pecori remedium eſt, quòd iugerum eius toto anno tribus equis abunde ſufficit.

Emancipo,as. pen. cor. manumitto, libero, unde Emãcipati, qui duobus modis intelliguntur. Aut hi qui ex patris iure exceſſerunt, aut hi qui aliorum fiunt dominii. Aliquando Emancipatus, idem eſt quod deditus, & veluti in mancipiũ adſcriptus, Cic in Ca. Ita ſenectus nimis honeſta eſt, ſi ſeipſam defendit, ſi ius ſuum retinet ſi nemini emancipata eſt, ſi vſq; ad vltimum ſpiritum dominatur in ſuos. Apul. lib. x. Et aſſumpto ſtatim nequiſſimo, & ad omne facinus emãcipato, quodã dotali ſeruulo, perfidiæ ſuæ conſilia communicat. Qui emãcipat, dicitur Emancipator.

Emaneo, extra maneo. à quo Emanſor, de quo ſupra habitum eſt.

Emano,as, penultima ꝑducta extra mano, ex eo Colum. lib. v. Et ſale cum adipe defricatur dum ſanies emanat.

Emanſor, dicitur qui diu uagatus, ad caſtra regredit, ſicut Deſertor, qui per tempus longum uagatus, reducitur. Erroneus, qui non quidem fugit, ſed frequẽter ſine cauſſa uagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redit.

Emargino,nas, penult. cor. ſignificat cruſtas & puluillos, & margines vlcerum admo.

Emaſculo,as, caſtro, eunuchizo, & virilitatem depono. Seru. ait apud quoſdam populos ſacerdotes, ſolitos ſe quibuſdam herbis emaſculare, ut Venerẽ arcerent, & coire nõ poſſent. Itẽ Emaſculare, eſt puerum ſtuprare, vt apud Apul. ſæpe.

Emath, ciuitas quæ nunc Antiochia nominat. & duæ ſunt (vt inquit Hiero.) magna ſcilicet, & minor Magna, Antiochia, Minor adpellatur Epiphania. Vnde vſq; hodie pergentibus Meſopotamiam, prima manſio Emas corrupto quidem vocabulo, ſed priſtini nominis veſtigia retinente. Dicta eſt etiam Reblata in qua, præſente Nabuchodonoſor, regis Iudeæ Sedechiæ interfecti ſunt filii, & oculi eius excæcati.

Emathia regio in Macedonia, q̃ alio nomine Pharſalia dicta eſt, ſeu campi Philippici, dicta emathia, ab Emathione rege fratre Memnonis, qui fuit filius Auroræ & Tithoni.

Emaus, cuius Lucas in Euangelio meminit, eſt quæ nũc Nicopolis, inſignis ciuitas Palæſtinæ, apud quã in fractione panis cognitus Dominus eſt.

Emax generis communis, qui uel quæ facile inclinatur ad emendum. hinc Emacitas, facilitas & inclinatio voluntaria emendi. Colu. lib. i. Quoſdam emacitas in armentis, quoſdam exercet in cõparandis mãcipiis cura. De tuendis nulla cura tangit.

Embamma, atis, condimentum, quod ad condienda obſonia fit, ἔμβαμμα, uel ἐμβαπτίζω λέγεται id eſt, intingo. Colu. Hoc ſinapi ad embammata, non ſolum idoneo, ſed etiam ſpecioſo viretis. Quidam embammata intelligunt immerſiones quando, intingimus vel panem vel obſonium in vaſculis repletis e liquida, à Græco ἐμβάπτειν fieri videtur, quod eſt immergere, intingere, unde & Latine intinctus. hoc eſt liquores ſapidiſſimi, vulgus ſapores adpellat gulæ prorſus irritamento.

Emblemata, ſunt opera, q̃ ex teſſellulis ſtructæ ſunt, quale eſt muſeatum in parietibus, ſeu pauimentis, & tarſeatum in lignis, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, quod eſt interſero. Emblematum quædam dicuntur vermiculata, ſiue muſeata ut quæ in parietibus fiũt, quædam ſegmentata, quæ in lignis, & quædam teſſelata quæ in pauimentis. Sed ſæpe confunduntur. Vnde à quibuſdam accipiuntur Emblemata, pro ſigillis ex auro vel argento vaſis impactis, illigatisq;. Cicero de ſignis taxat Verrem, quòd vim emblematũ coaceruauerit, quæ omnia vaſis Siculorum cælatis impudenter abſtulerat. Vergilius,

Cratera impreſſum ſignis. A' Græco ἐμβάλλω, immitto, vel infigo. Pli. lib. xxxiii. Vlyſſes & Diomedes erãt in phiale emblemate Palladiũ ſurripiẽtes.

Emboliũ, ἀπὸ τοῦ ἐν, καὶ βάλλω. id eſt, ab in & iacio, unde Emboliaria mulier dicitur, quaſi argumentum & ingreſſus quidam ſcenicus, quale ſub Domitiano repreſentatum eſt, ſi Martiali credimus.

Victam Paſiphaen Dictæo credite tauro
Vidimus, accepit fabula priſca fidem.

Cicero ad Atticum, Embolium nouum cogito. Idẽ pro Sex. Ille inquit, ipſe maxime ludis non ſolũ ſpectator, ſed actor, & acroama, qui omnia ſororis embolia nouit. Qui in idem mulieri pro pſaltria, ingt, adducitur. Veridiculi ſint, qui emboliariam ex artis genere accipiunt, unde etiam Emblemata, quaſi ab interſerendo, ut quæ Phrygionum opus aut plumatile conficiat. Dicitur & ſtabilitas ipſa Embolon, & roſtra quoque nauium vocantur Embola. Sed & acies in rumbi modo inſtructa, nominat Embole, ſicut & pars arietis extrema machinæ muralis quæ ingruit. Ipſa quoq; fibula rotarum, axibus firmandis immitti ſolita, quam ruſtici clauiculã adpellant, Græce nomen habet Embolium. Nã & dies intercalares Embolimei, & ipſa intercalatio Emboliſmus adpellatur.

Embryo,

Embryo, Græce ἔμβρυον, ἐμβρύανον. τὸ παιδάριον ἐν τῇ μητρί. neutro genere dicunt, pro intus germinante ac ſcaturiente, & accipitur pro eo quod in vtero matris viuit, antequam lineamenta ſuæ ſpeciei accipiat, ex ἐν, quod ſignificat intus, & βρύω germino, emano. Imò verius, ἔμβρυον dicitur non infans in vtero, fetus, ſed partus imperfectus, quod & teſtatur Suidas, ἔμβρυον νεογνὸν βρέφος, ἢ τὸ ἀπαλὸν καὶ ἄπεπτον. id eſt, Embryon, dicitur nuper genitus infans, vel crudus & indigeſtus.

Emedullo, las, per duplex ll, vide in dictione Medulla.

Emendico, cas, penul. prod. ſignificat more mendicantium expeto. Sueto. in Cæſ. in Hiſpania à proconſule & à ſociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni.

Emendo, das. corrigo, aufero, & ab menda deducit. Plin. lib. xxiiii. Succus hederæ tædia narium graueolentiam'q; emendat, præcipue albæ fatuæ. Hiero. ad Augu. Et vel noſtrum emendemus errorem, vel aliis fruſtra reprehendiſſe doceamus.

Emergo, gis, emerſi, ſum. vide in dictione Mergo.

Emereor, manifeſte ſeu perfecte mereor, aut ſolutus liber'ue ſum, vnde Emeriti ſtipendia, qui militia perfuncti ſunt, & vacationem habentes. Lactan. libro. IIii. Etenim quum conſtet homo ex carne ac ſpiritu, & oporteat ſpiritum iuſtitiæ operibus emereri vt ſit æternus. Claudianus libro ſecundo.

Ducunt emeritos ad paſcua nota iugales.

Emerita Auguſta, Hiſpaniæ oppidum eſt, ad Luſitaniam ſpectans.

Emineo, nes, nui. penul. correp. quaſi extra alios, uel præ aliis, & ſupra alios maneo. Is enim Eminere dicitur, qui cæteris altior eſt. Augu. lib. viii. de ciuita. Thales etiam philoſophus, vt ſucceſſores etiá propagaret, rerũ naturam ſcrutatus, ſuas'q; diſputationes literis mandans eminuit. Interdum Eminere, eſt reſpirare. Plautus in Capt. Ita me miſerum reſtitádo retinendo'q; laſſum reddiderunt, via ex gratulando miſer iam eminebam, tandem abii ad prætorem, ibi uix requieui. Huius verbi compoſita ſunt, Præmineo, uel Præmineo, quod eſt, antè ſto, præſum, quaſi ante alios maneo. Hierony. Non quærat obſecro filia regis filiam militis præminere pompis terrenis, in Chriſti & apoſtolorum cõſortio. Promineo porrigor, ſupereminco.

Eminulus, penul. cor. parum eminens, ſeu parum à lõge. Var. Vt habeant inferiorem partẽ frequentibus pilis ſub criſpis cruribus, potius minoribus, rectis genibus eminulis, diſtantibus inter ſe. Idem de canibus, Spina neq; eminula, neq; curua.

Eminus, penul. cor. ſignificat à longinquo loco, quaſi ab extra manente, & differt à Longe, quòd nõ recte dixeris, Eminus habito, vt Longè habito, ſed Eminus iacula mittebat. Similiter Cominus, à loco propinquo, non in loco propinquo, neq; propè, vt Cominus te percutiam, non, Cominus ſedeo.

Emiſſarium, locus per quem aqua è lacu aut ſtagno emittitur. Sueto. Fecit & emiſſarium Fucini lacus, portum'q; Hoſtienſem.

Emiſſarius, qui ante exercitum emittit, vel ad explorandum, vel ad prælium laceſſendum, vel qui dominum circumſtat, vt eius iuſſu obtemperet, & præſto eſt ut emitti poſſit. Hiero. in lib. Regum. Et ait rex ex miſſariis qui circumſtabant eum. Item qui paratus è immitti in aliquem, Emiſſarius dicit. Cicero Mario, Perſuaſerat'q; nonnullis inuidis meis, in me emiſſarium ſemper fore. Item Emiſſarius (ſicut Asconius docet) eſt furtorum conciliator atq; internuncius, quæ à magiſtratibus uel à dominis committuntur. Cice. in Verrem acti. v. Dubitaturum quenquá exiſtimas, quin illis emiſſariis hæc tibi omnis pecunia quæſita ſit? Et Emiſſarius uocatur equus, aries, & huiuſmodi, qui emiſſus fit in ſolitudinem, uel qui ad generandam ſobolem emittitur. Sed uidetur ratio uelle, ut dicatur Admiſſarius, quòd ad ſobolem procreandam fœminæ adiungatur. Vnde Admiſſura, quando mares brutorum admittuntur ad fœminas. Sed uſus magis Emiſſarius habet. Hieron. in Leui. Cuius exierit ſors, domino offeret illum pro peccato. Cuius autem in capram emiſſarium ſtatuet eum uiuum coram domino. Plinius Emiſſarium adpellat palmitem, qui emiſſus ex deputatione, infertur iniſcamnis, ut per ſingulos annos ad ſuperiora ſcádat. Sic enim lib. xvii. ſcribit. Relicto ſemper duramento in ſingulis tabulatis, & emiſſario uno, qui ſubeat uſque quò placuerit.

Emiſſitius, explorator. quaſi ad perquirendũ miſſus. Et oculi emiſſitii, apud Plaut. in Amphit. extra educti.

Emitto, tis, extra mitto. Horat. Neſcit uox emiſſa reuerti. Vnde & Emittere, ponitur pro manifeſtare, publicare. Item emittere, eſt à ſeruitute liberare. Plaut. in Capt. Non erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. Teren. in Adelp. Haud dubium eſt, quin emitti æquũ fiet. id eſt, liberum fieri. Aſcẽſius. Horatius. Habet uox miſſa &c.

Emmanuel, per duplex mm, interpretatur, nobiſcum Deus. Græce ἐμμανουὴλ λέγεται.

Emo, emis, emi, emptum, comparo, conſtruitur'q; cũ ablatiuo uel genitiuo horum nominum, tanti, quanti, pluris, minoris, & huiuſmodi. Cice. libro. iii. offi. Emit homo cupidus táti, quáti Pythius uoluit. Gel. Libros plurimos ære panco emi. Eius compoſita ſunt Abemo, adimo. Coemo, ſimul emo, uel ex omnibus locis emo. Eximo, Interimo, Perimo, & Redimo, quæ habent penul. corre.

Emodus, mons qui circa finem Indiæ in duos ramos diuiditur. Alteri Ortotócoras nomen eſt alteri Semantinus.

Emolumentum, utilitas quam ex opera & labore aſſequimur. Et à molumine deſcendit. Cicero libro tertio offi. Si ſic erimus affecti, ut propter ſuum quiſq; emolumentum ſpoliet aut uiolet alterum, dirumpi neceſſe eſt eam quæ maxime ſecundum naturam humani generis eſt, ſocietatem.

Emoptoici, dicuntur, qui cruorem ſpuunt.

Emortualis dies, dicitur, in quo quis mortuus eſt, ſicut natalis, in quo quis natus eſt. Plautus, Certum eſt mihi hunc emortualem facere ex natali die.

Empanda, ueterum Dea erat, quæ rebus patentibus præeſſet.

Empedocles, penul. corre. nomen philoſophi, quem neſcias utrum ne inter poetas, an inter philoſophos ad numeres, quia de rerum natura uerſibus ſcripſit, ut apud Romanos Lucretius. Hic (ut autor eſt Hieron y.) omne quod uiuit & mouetur, non putauit edendum ſicut & Pythagoras, & ex lite amicitiaq́ inter ſe diſſentientibus, cuncta conſtare dixit, & à prima elementorum complexione ſegregatum aera cõtendit, poſt quem ignem erupiſſe. Quumq́ alium locum non reperiret, ſurſum à frigore aeris repulſum, circa terram autem duos circunferri dimidiatos orbes, alterum ex igne totum, alterũ ex aere maxime, ac ex igne admodum exiguo, et illum diem, hunc noctem eſſe putat. Initium uero noctis à die propter impetum ignis; Solem natura nõ eſſe ignẽ, ſed ignis repercuſſionem, ei ſimilem, quam aquis fieri cernimus. Lunam ex relicto ab igne aere cõgelato, ſicut grando congelatur, & per ſe factam, lucẽ à Sole recipere. Mentem non in capite, nec in pectore, ſed in ſanguine diſſeminatam eſſe, ac illis partibus homines magis ſentire, quibus plus mentis ineſt. Ferunt hunc Agrigentinum fuiſſe. Qui quum lacum Aethnæ montis inueſtigare cõtenderet, décidit in foueã igneam, & incendio conſumptus eſt. Hic ſapientiæ præcepta uerſibus cõplexus eſt, de quo Lucretius,

Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur, & exponunt præclara reperta.
Vt uix humana uideatur ſtirpe creatus.

Quid de Diis ſenſerit, ita ſcribit Suidas, Θεῶν τὰ εἴδη καὶ τὰ ὀνόματα οὔπω τοὺς ἀνθρώπους γινώσκειν, δηλοῖ τὸ χαίρετ᾽, ἐγὼ δ᾽ ὕμμιν θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητὸς. καὶ ἤδη γάρ ποτ᾽, ἐγὼ γενόμην κοῦρος τε, κόρη τε, καὶ ὁ ἐν ὀλυμπίᾳ βοῦς ὃν λέγεται πέμμα παντοίων θῦσαι. id eſt, Deorum ſpecies & nomina, nondum homines cognoſcere, declarat hoc. Saluete, Ego uobis Deus immortalis, non adhuc mortalis, & iam aliquando fui puella & Puer, & in olympia bos, quem fertur factum placentam ſacrificaſſe.

Emphaſis, penul. corr. expreſſio, ſignificatio, demonſtratio, figura eſt qua latẽs aliquid ex aliquo dicto eruitur. Cuius duo ſunt genera. Alterum quod plus ſignificat quàm dicit. Alterum, quod etiam id quod non dicit, uel quod maius dicit, ſub quo etiam minus uolumus intelligere. Vergil. libr. i. Georgico.

Quum iam glandes atq́ arbuta ſacræ Deficerent ſyluæ. hoc eſt, non ſolum aliæ, ſed etiam ſacræ.

Emphraxis. Latinè oppilatio, quæ ſanguinis & aliorum humorum ebullitionem excitat.

Emphiteoſis, Latinè melioratio, quia ab initio ſterilia tantum per hunc contractum concedebãtur, ut is qui acciperet rem, in meliorem ſtatum reduceret. Hinc Emphiteota.

Emphonos, penul. prod. Latinè canorus, uocalis.

Emphratta, nauigia tecta, à uerbo Græco ἐμφράττω obturo. E diuerſo Ephratta, aperta intectaq́ nauigia, apud Iurecõſult. tit. de exercit. act. Quædam naues onerariæ, quædam emphrattæ.

Empidometici, qui habent ſub ſe menſuratores qui menſurant hoſpitia & in alio loco ſcribunt nomina eorum qui ibi hoſpitari debeant.

Empirici, penul. cor. dicuntur medici in arte experti. Empiricus, experimentator, ab ἐμπειρία, quod eſt experimentum, ἔμπειρος, expertus, ἐμπειρική, pars medicinæ, quæ per experientiam curat. Sunt enim qui medicinam diuidant in Empiricen, Logicen, & Methodicẽ. Apollinaris ad Remigiũ, Ad hoc opportunitas in exemplis, fides in teſtimoniis, proprietas in empiricis, urbanitas in figuris, uirtus in argumẽtis, pondus in ſententiis, flumen in uerbis, fulmen in clauſulis.

Emplaſtratio, in arboribus dicitur, quum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore. Colu. libr. vi. Tertium genus, quo ipſas gemmas cum exiguo cortice, in partẽ ſui delibratam recipit, quam uocat agricolæ emplaſtrationem, uel (ut quidam) inoculationem. Idem uſurpauit Emplaſtraturus, quum ait, Delibrato item alteram arborem, quam emplaſtraturus es.

Emplaſtrum, Latinè fictum, uel informatum, ex ἐν præpoſitione, quæ ſignificat in, & πλάσσω fingo, ſeu formo, unde ex diuerſis rebus confingi & formari conſueuit, quod nunc uulgò unguentum dicitur. Id uero quod uulgò emplaſtrum dicitur, à doctis uocatur Cataplaſma. Imponuntur emplaſtra uulneribus. Malagmata ſuper integram cutem iniiciuntur. Paſtilli autem illinuntur, aut aliculo molliori, excæato ue miſcent. Sunt & alia horũ inter ſe diſcrimina.

Emperotica charta, dicta eſt, quæ merces inuolu ſiunt à mercatoribus, inutilis in ſcribendo.

Emporium, locus mercatus & nũdinarum. Latinè dicitur Emptorium, vbi res uenales exponuntur ab ἐμπορέω, lucror, negocior.

Emporos, mercator.

Emporeuma, matis, negociatio.

Emproſthoton. vide in dictione Opiſthoton.

Emproſthotonus. vide in dictione Tetanici.

Emptitius, qui eſt de numero eorum qui empti ſunt, ſiue emi ſolent. Hiero. in Geneſ. Omne maſculinum in generationibus veſtris, tam uernaculus quàm emptitius, circuncidetur. Varro lib. iii. de Re ruſti. Hic aprum glans quum paſcit emptitia, facit pinguem, illic gratuita exilem.

Emptito, ptitas. penul. corre. frequenter emo, vel frequenter mercandi ſeu acquirendi uſum habeo. Plinius lib. xxxiii. Alios coriis, alios ferro captiuisq́ rebus emptitaſſe tradit.

Empuſa, genus laruæ & terriculamenti, dicatum Hecatæ, vno pede incedens, vnde & nomen, autor Euſtathius.

Empyreum, Latinè igneum, à πῦρ, quod eſt ignis, vñ cœlum empyreum.

Emunctorium, inſtrumentum ad emungendum. Hierony. in Exod. Emunctoria quoque, & vbi ea quæ emuncta ſunt extinguũtur, fiant de auro puriſſimo.

Emungo, gis, emunxi, emunctum, nares purgo, quod fit, quum pus ex eis detrahitur. Mungo enim eſt

quaſi mucum ago è naribus. Mucus verò eſt narium humiditas. Horatius per tranſlationem de Lucilio, Emunctæ, naris, inquit, pro eleganti & faceto. Emungere lucernam dicimus, lychnum proferre. Quandoq; etiam de pecuniis dicitur. Teren. Emunxi argento ſenem. id eſt, exhauſi, vnde Emunctus, exhauſtus, & pecunia denudatus. Plaut. in Bacch. Miſerum me auro eſſe emunctum.

Emuſſicata, quid ſignificet, vide in dictione Amuſſis.

E ANTE N.

EN, ſignificat ecce, & nominatiuo pariter & accuſatiuo iungitur. vel indicando, vt, En Priamus. uel exprobrando, ut,

En agros, & quam bello Troiane petiſti
Heſperiam metire iacens.

Oratores per nominatiuum frequentius. Cicero, En crimen. Eſt etiam En ἐν præpoſitio Græca, quæ ſignificat in.

Enanthropeſis, incarnatio hominis dicitur.

Enargia, Græcè ἐνάργεια, Latinè euidentia, ſiue repræſentatio illuſtratioq;, quum res ita deſcribitur, vt cerni uideatur.

Encænia, cum æ, diphthongo, innouatio, ab ἐν & καινίζω nouo. Auguſti. Encænia feſtiuitas erat, dedicationis templi. Græce enim καινὸν dicitur nouũ. Quandocunq; enim nouum aliquid fuerit dedicatum, Encænia uocat. Iam & vſus habet hoc verbũ, ſi quis noua tunica induatur, Encæniare dicitur.

Encanthis, morbus oculorum, quum in ipſorum angulo tuberculum eſt, quod palpebras parum diduci patitur.

Encauſtes, qui igni adhibito aliquid fingit, ἀπὸ τοῦ καίω, id eſt, ab uro. futurum uram dicitur, & inuraſcitur.

Encauſtum, opus igni pictum. Plinius, Figulinum opus encauſto pinxit. Latinè dicitur inuſtum. Hoc genus picturæ primus Nicia in uſum habuit. Hinc ortum, vt vulgus attramentum librarium, adpellare cœperit Encauſtum.

Encauthen, ſimiliter picturam inuſtam dicunt. Plinius, Picturæ ſuæ inſcripſit encauthen.

Enchimoidès, herbæ ſpecies, ſerpillo ſimilis, ſurculoſa, palmi altitudine, orbiculato foliorum ambitu ſpeciem lectipedum præbens. Dicitur & Lectipes, à Græcis.

Enchiridion, dimin. à manu, dictum quaſi promptuarium, & quod ad manum ſemper haberi debeat, ceu in enſe capulus, genus libelli parui, quod manuale Latini dicunt, quod ἐν χειρὶ. id eſt, in manum contineri poſſit, quale eſt libellus Auguſtini, qui Græce Enchiridion, Latine manuale dicitur. Sed & gladiolum, ſeu militarem pugiunculum ſignificat, & remi partem illam quam nautæ manu comprehendunt, Enchiridion uocari Iulius Pollux tradit.

Enchiros, animal Orientis, ad magnitudinem tauri, ſimile aliquantulum tauro, ſed ſunt in eo longi crines deſcendentes ad duas ſcapulas. Color eius eſt inter nigrum & ruffum, ad nigredinem declinans, vox quaſi tauri, & cornua multum adintus inflexa, caret dentibus ſuperioribus.

Enchiſa, herbæ ſpecies, lanuginoſior quàm anchuſa, & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Contra ſerpentes efficax, potu foliorum, vel ſeminis.

Enchoriæ, aues dicuntur regionales. Nam auiũ quædam ſunt enchoriæ, quædam alienigenæ.

Enchriſon, ſpecies eſt anchuſæ herbæ, ut Galenus ſcribit.

Enchriſta, apud Gellium medicamenta ſunt liquida, quæ illinuntur.

Encimibomata, ueſtes ſunt puellares. Cato, Vt puellæ habent potius in ueſtitu chlamydas, encimibomata, & parnacidas, quàm togas. Cc.

Enclíſis, inclinatio, & vnum de accidentibus verbi, quod Latini modum dicunt. Hinc Encliticum, inclinatiuum, vnde Encliticæ coniunctiones, q; ,ue, ne, quoniam inclinant ad ſe accentum.

Encolpiæ (vt ait Ariſtoteles) venti ſunt, qui à mari veniunt per ſinus.

Encryphia, dicuntur azyma ſubcinericia. Ambroſi. lib. de Caim, Terruerunt & Patres, qui coxere conſperſum quod extulerant de Aegypto, ſubcinericia facientes azyma, quæ Græce encryphia dicuntur, eò quòd abſcondantur in cinere. Auguſtin. Interea conſpergitur ſimilago, fiunt encryphiæ, mactatur uitulus.

Encyclios, Latinè dicitur orbis doctrinarũ omniũ, vñ Vitruuius lib. v. Gratias agit parentibus, quòd ſe erudiendum curauerint encyclio doctrinarũ omnium diſciplina. Seneca quoq; encyclias liberales artes adpellari teſtatur à Græcis.

Encyclopædiam, alii poeſim Heroicam adpellãt, alii Muſicen, quòd muſica omnes complectatur diſciplinas, quod oſtendit Plato lib. i. de legib. dicens, Muſicam ſine uniuerſa diſciplina tractari non poſſe. Alii omnem artem atq; ſcientiam in unum quaſi corpus bene compactum, & membris pluribus conſtans, confluentem, Encyclopædiam dici uolunt, quaſi doctrinarũ orbem, vt Plutarchus, qui de Muſica ſcribens inquit, Non ſolum circa Muſicam, uerum & circa aliam encyclopædiam, quòd mens noſtra potentiis intelligendi circulariter circa ſcibile, tanquam circa centrum, moueatur.

Encyclias, Ariſto. in Ethicis, cõmẽtationes intelligit, quas Gellius extrarias, hoc eſt, exoticas, Martianus cyclicas, cuiuimodi & Problematũ ſunt libri, & q̃ populares à Cicerone, ac Themiſtio quæſtiões adpellãtur, quòd de rebus olbus, tanquam in circulo paſſim q̃rerẽ. Encyclias quoq; doctrinas ueteres dicebãt, quaſi orbiculares, q̃ñ connexæ & coagmẽtatæ ſunt uti corpus unum. Annuum etiam ſtipendium Encyclium dicitur, quòd in ſua terga uoluat annus. Alii exponunt Encyclium pro pœna.

Enc.on, Græci dicunt fœtum, & habens uterum.

Endelechia, per d, (vt Cice. lib. i. Tuſcula.) ſignificat continuationem, & perpetem quẽdã actum ſiue motionẽ, qualis in anima cognoſcitur. Endelechiſmos, continuata mobilitas, Entelechia uero per t, ſignifica

aturperfectio quædam, & conſummatio, & Entele ches, perfectus. Sciendum tamen (vt Hermolaus inquit) tantam inter d, & t, eſſe germanitatem, ut in pleriſq; mutuo ſe impellant elidantq;. Nam & atraphaxim uocamus herbam, quæ adraphaxis ab Hippocrate dicebatur. Et entelechiã Ariſtoteles pro endelechia uſurpat.

Endeploro, ras. penul. produ. imploro, quod eſt cum quæſtione inclamo, & cum fletu rogo, quod eſt proprie uapulantis.

Endiadis, figura, quum duo diuerſa nomina in unam conuenientiam iunguntur, ut apud Vergilium,
Molemq; & montes inſuper altos. Id eſt, moles montium.

Endoprocinctum, veteres dicebant, quum ex caſtris in prælium exitum eſt. Cc.

Endromis. midis, veſtis Gallica, hirſuta, & villi longioris, nomen tamen Græcum ſortita, quæ potiſſimum arcendo frigori conueniebat. Iuuenalis,
Endromidas Tyrias & fœmineũ ceroma. Mart.
Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam.
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet
Sordida, ſed gelido non aſpernanda decembri
Dona peregrinam mittimus endromida.
Hãc athletæ poſt curſus certamina induere ſolebãt. Dicta endromis, quòd ἐν δρόμῳ. hoc eſt, in curſu eam habeant proprie.

Endymion, nomen proprium eius qui primus Lunæ curſum inuenit. Appollonius li. iiii. Argonauticon.
Οὐ γὰρ ἐγὼ μούνη μετὰ λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω
Οὐδ' οἴη καλῷ περιδαίομαι ἐνδυμίωνι.
Scribunt autem rem mirandam Theon Lucilius, & Sophocleus, interpretes Appollonii, his verbis. Ἐπὶ τοῖς ὅλοις μεγάλως λέγεται· τὸν ἐνδυμίωνα ἀνενεχθῆναι ὑπὸ Διὸς εἰς οὐρανόν, ἐρασθέντα δὲ ἥρας ἀλλ' παραλογισθῆναι τῷ εἰδώλῳ νεφέλης, καὶ ἐκβληθέντα κατελθεῖν εἰς ᾅδου. id eſt, Ferunt Endymionem relatum à Ioue in cœlum, adamantem verò Iunonem ſimulacro nubis deceptum à Cupidine, eiectum deſcendiſſe ad inferos.

Enneaphtongon chelim, apud Martialẽ legimus. id eſt, quæ habebat voces nouem.

Energia, in pen. eſt accentu. Latinè efficacia ſeu operatio. Hiero. Habet neſcio quid latentis energiæ, uiuæ vocis actus. Componitur autem ἀπὸ τοῦ ἐν, καὶ ἐργάζομαι. καὶ τὸ ἔνεργον λέγεται. Id eſt, ab in, & operor, & elaboratum dicitur, agilitas quædam, & operatio interior, quæ eſt veluti via ac dux ad exteriorẽ corporis actionem.

Energiſicus. efficax. Cc.

Eneruo, as. quaſi ſine neruis facio, debilito. Cicero in Cato. Non planè eneruauit ſenectus, nõ afflixit. Lactant. lib. v. Hæc præſentia terræ bona virtuti cõtraria ſunt, & vigorem mentis eneruant.

Eneruus, a, um. ſicut Enerius, quaſi ſine neruo, unde Eneruа ſaltatio, apud Apuleium quæ ſinuoſis flexibus, & corpore plicatili fit.

Engaddi, in tribu Iudæ, vt ſcribit Hieronym. vocatur uſq; hodie vicus prægrandis Iudæorum, iuxta mare mortuum, unde opobalſamum venit, quas vineas Engaddi Salomon in Cantic. nominat. Idem alibi, Engaddum ager eſt terræ Iudææ, nõ tam vineis quã balſamis florens.

Engonaſis, ſignum in cœlo, quod Latinè ingeniculus vocatur, & eſt Hercules qui dextro genu nixus ſiniſtro pede capitis Draconis dextram partem opprimere conatur.

Enhydris, coluber in aqua viuens.

Enhydros, lapillus abſolutæ rotunditatis, & cum candore leuitatem habens. Cc.

Enim, cauſſalis cõiunctio, vt, Coſe pudicitiam, hæc enim hominem vindicat à ſcelere. Quandoq; eſt copulatiua. Vergilius,
Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci
Audierat. Quandoque affirmatiua. Terentius,
Enim non ſinam. Iuncta autem cum vero ponitur pro at. Cice. Hic cum aliis ex alia parte enimuero ſedendum aſtu.

Enipeus, penultima producta fluuius Theſſaliæ, iuxta quem fuit prælium inter Cæſarem & pompeiũ.
Lucanus libro ſeptimo.
Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus.

Eniteo, tes, pen. cor. uide in dictione Niteo.

Enitor, penultima corre. à quo Enixus vide in dictione Nitor.

Enixum, aduerbium, pro enixe. Cicero, Ego illos malos & audaces ſemper enixum cõtra fortunas atq; honores huius ordinis omnia feciſſe ſentio.

Enna, ciuitas Siciliæ edito in loco & vndiq; præcipiti ſita & à Syracuſanis condita, quæ umbilicus Siciliæ, dicitur, quòd in medio inſulæ cõſtituta ſit. Hæc iminet circumſtantibus campis, vbertate & florum varietate conſpicuis. In hac templum Cereris fuit vetuſtiſſimum, vbi Dea præcipua veneratione colebatur, ad quam propiciandam quindecim viros legatos miſere Romani. De hac vrbe. Solinus ſic ſcribit, Cãpus Enneuſis in floribus ſemper, & omni vernus die. Strabo, Intra Inſulã eſt enna, modicis quidem poſſeſſa inquilinis, ſuper collem iacens, in qua ſacra Cereri ædes eſt. Hinc raptam à Plutone Proſerpinã, Cereris filiam, dixit antiquitas. Hanc vulgus hodie Annam adpellat, vbi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius inſulæ ſolet conuentum habere. Stephanus Byzantius, Ἔννα πόλις Σικελίας κτίσμα Συρακουσίων ... ἐνναῖος καὶ ἐνναία ... γίνεται. id eſt, Enna vrbs eſt Siciliæ ædificium Syracuſanorum, cuius ciuis dicitur Ennæus.

Ennam ſignificat etiam'ne.

Ennea, Latinè nouem.

Enneacrunos, nomẽ fontis Apud Athenas à Pyſiſtrato conditi, à numero ſalientium dictus, quos Græci κρουνούς adpellant. hoc eſt, fiſtulas, aquæductus'ue, noſtri vero, ſalientes.

Enneaphonos. pen. prod. habens nouem voces.

Enneaphyllon, herba eſt, quæ longa folia nouena habet, cauſticæ naturæ, imponitur lana circundata ne vrat latus continuo enim puſtulas excitat, lumborũ doloribus & coxendicum utiliſſimum.

Enneas,ados.nouem complectens.

Ennius,poeta,antiquiſſimus apud Romanos.Q.Valerio & C.Manil.COS S.natus fertur.Hic Tarentinus(ſi Euſebio credimus)fuit.At Pompo.Mela ſcribit,Rudias Apuliæ ſeu Calabriæ oppidum, Ennio ciue eſſe nobiles.Cui adſtipulatur Silius,quum ait,
Miſerunt Calabri Rudiæ genuere vetuſtæ.
Periit morbo articulari.

Ennoſigæus,dictus eſt Neptunus,quòd terram quatiat.Nam Enno quatio,gæa terra.

Enoch,nomen viri in ſacris literis,qui ſignificat gratiam Dei.

Enode,pen.prod.planum,ſine nodo. Verg.Enodes trunci.Per tranſlationē Ambroſ.lib.I.offi.Statimq́ ipſe quæſtionem enodem reddidit,ſubiiciens,quòd extinguatur lucerna impiorum. Enodem dixit,planam & manifeſtam,quæ nullum haberet nodum.id eſt,difficultatem.

Enodo,das.quaſi ſine nodo facio.vide in dictione Nodus.

Enorchis,gemma,quæ diuiſa fragmentis,teſtium effigiem repræſentat.Ce.

Enorme,dicitur magnum,ſine menſura,nimium,eò quòd normam & menſuram excedat.

Enos Latinè verus homo interpretatur. Neminem enim putant verum eſſe hominem, præter eum qui uerum Deum & cognoſcat, & piè colat. Alios verò nihil à pecoribus differre arbitrātur, quia videlicet veluti beſtiæ ad terram proni, ventri & Veneri obediant. Proprie vero Enos(ſi verbum de verbo Latinè exprimas)obliuiſcentem denotare videtur,qualis natura rationalis corpori alligata efficiſ.Quod enim vere incorporeum,diuinū,rationaleq́ eſt,non ſolum tranſacta recordatur, ſed etiam futurorum, propter ſublimitatem ſpeculationis habet cognitionem. Quod autem carni coniunctum eſt, quodq́ magno corporis pondere premitur,ignorantia obliuioneq́ inuolutū,recte Iudæorum ſermo Enos.id eſt,obliuiſcentem adpellauit.

Ens, & Entia,à verbo Sum,deducta,à philoſophis vſurpata.

Enſis,gladius,mucro,ſpatha,idem ſignificant. Ab enſis,fit diminutiuum Enſiculus.

Enterione,pen.produ.ſcribiſ enim ἐντεριώνη,Latinè medullam ſignificat.

Enterocela,dicitur quum inteſtina dilabūtur in ſcrotum. Epiplocele,quum omentum, Hydrocele,quum in alterum è teſtibus humor confluit. Omnesq́ has ſpecies,noſtri vocant Hernias,inquit Celſus. Ramices vero qui ſequuntur,Porocela,quum ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſubduruit. Sarcocela, quum in ipſo ſcroto concreuit caro. Cirſocela,quū venæ intumuerunt,tunicis teſtium integris,vel in ipſo ſcroto.vel (quum Bubonocela dicif)in inguine. Eſt tamē vbi Plinius Enterocelam dixerit ramicem, vt in medicinis cupreſſi.

Enteron, Latinè inteſtinū.Hinc qdā Exenterare,pro euiſcerare & inteſtina detrahere deduci putant.

Entheca accipitur pro gazæ repoſitorio. Augu.lib. de uita cler.Enthecam nobis habere non licet.Nō eſt epiſcopi,ſeruare aurum.Hæc recenſentur in Decret. cano. xii. quæſt.I.Fulgentius ponit enthecam memoriæ,pro theſauro,& cella.

Enthecatum,quod eſt in repoſitorio conditum.

Entheon,medicamentū,à præſtantia remedii dictū.

Entheſis,pen cor. Latinè interpoſitio.

Entheus,a,um,diuinū,quaſi Deo plenū,& furore afflatum,vnde Enthei,pythonici,qui Apollinis ſpiritu repleti præbebant oracula.

Enthuſiaſmos,afflatus poetici furoris,diuinus.

Enthymema,pen.prod.& Enthymematū, ἐνθύμημα, ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖν, q eſt mente cōcipere, animaduertere,cōſyderare, Vnde cōmentū vel cōmentationem Quint.interptaſ, q mentis actio oīs atq; ſententia, enthymema noīcuur,ſicut docet Cice.in Topi.Poniturq́ pro argumento ex vno aſſumpto concludēte. Hinc imperfectus ſyllogiſmus dſ, ut.Homo eſt ſubſtantia,ergo aīal eſt ſubſtantia. Nam ut inquit Ariſtotel.)fit ex vocibus & ſignis.id eſt,ex pbabilibus & neceſſariis propoſitionibus. Iuue. Aut curtum ſermone rotato Torqueat enthymema.

Entole,Latinè dſ præceptū. Auguſti.ſuper Ioan.ſuper illo verbo,Hoc eſt præceptū meū. Siue dicatur præceptū,ſiue mādatū,ex vno verbo Græco utrūq; interpretatur,quod eſt ἐντολή.

Entoma,inſecta,pen.habet correp.

Enucleo,as.aperio,& nucleum extraho.Nucleus uero à nuce deducitur,quod tenerum in nuce includitur.Per tranſlationem,Enucleare,ſignat declarare & explanare,Enucleatè,aduerbiū, purgate,exquiſite, ac ſine aſperitate,ab eo quòd nucibus ſeparatis à teſtis,nucleorum vſus vtilis fit.Cice.li.iiii.Tuſc.Habes ea q̄ de perturbationibus enucleatè diſputant.

Enyalius,Bellonæ,filius,quaſi ἐνυοῦς υἱός.Enyo enim à Græcis Bellona,dicif,& pro bellicoſo capitur.

Enyo,Dea Bellonæ,ſeu furor belli. Mart.in primo, Nec te decipiat ratibus naualis Enyo.

E ANTE O

EO,is,iui,vel ii,itum.cum omnibus compoſitis, ſignificat iter capio,à Græco ἰέω, quod eſt mitto,quia eundo locū omittimus in quo eramus. Vergilius.
It triſtis orator.

Interdum Ire ſignificat venire. Terent.in Adel.Quæſo ut unà mecum ad matrem virginis eas. Interdum recedere. Auguſt.lib ii. Confeſſion. Hei mihi, & audeo dicere tacuiſſe te Deus meus, quum irem abs te longius. Ire autem in ſentētiam pedibus,eſt alterius ſententiæ non verbo,ſed corpore accedere. Liuius, Qui hoc ſentitis,in dexteram partē pedibus trāſite; quæ maior pars erit,eo ſtabitur cōſilio. Deinde frequenter omnes in dexterā pedibus trāſierūt.Hæc ratio inuenta eſt, q nōnunquā longū eſt audire ſingulos,dum plurimi ſunt, vel duo capita ſententiarum ſunt,ut res expeditiores fiāt. Aliquando ne perdit unquidē,præ multitudine,ad ſententiā ire poſſemus, ideoq́ manu ſentētiā ſignificamus, q Quintilianus intelligit vbi ait,Manibus pedibusq́ imus in ſentē

tiam neceſſitas. Huius verbi futurum indicatiui modi, tam in am, quàm in bo, cũ ſuis compoſitis facit, licet Diomedes tantum in bo, dicat. Auguſtinus, Prodiet tanquam ex adipe iniquitas eorum. Sciendum quoq; eſt, quòd à eo, quum fit neutrum, in compoſitione tamen plerunque mutat terminationem, vt, Adeo, adeor. Obeo, obeor. Intereo, intereor. Subeo, ſubeor. Iuuenalis,

Quòd ſi ſubeuntur proſpera caſtra.

Claudius, Pugna acriter cõmiſſa, ac multis vtrinq; interitis. Vergilius libro nono.

Morte obita, qualis fama eſt uoli are figuras.

Componitur eo cũ ab, Abeo, ad, Adeo, am, Ambio, in quo b, interponit, euphoniæ cauſſa ante, Anteo, circum, Circumeo, con, Coeo, in quo abiicitur n, cõtra, Contraeo, ex, Exeo, in, Ineo, inter, Intereo, intrò, Introeo, ob, Obeo, per, Pereo, pro, Prodeo, in quo d, interponitur ſonoritatis gratia, præ, Præeo, præter, Prætereo, re, Redeo, ſe, Sedeo, quaſi ſeorſum eo, ſub, Subeo, ſuper, Superbio, ubi interponitur b, & e, mutatur in i, trans, Tranſeo, uenum, Veneo. A' ſupino itum, itu, fit itus, us, & itio. Cicero, Quid noſtri itus & reditus? Idem, Nam plura de obuiã itione ſimul loquuti fueramus.

Eo uenum, dictum eſt ab antiquis, uendor. Gellius, Sues aut fœminas, ſi ſteriles eſſent, uenîſſent, ex edicto ædiliũ poſſe agi. Malui cõpilare quàm uenire.

Eo, pro tanto, ſicut & pro quanto ponitur, ut, eò magis, quòd magis. Salu. Statui res geſtas populi Romani, carptim, ut quæq; memoria digna uidebunt perſcribere, eò magis, quòd mihi à ſpe, metu, partibus reipub. animus liber erat. Quandoq; ponitur pro ideo, uel propterea. Terẽt. in Eunu. Eo' ne es ferox? Et in Eadem. Eò ad eam non admiſſa ſum. Aliquando ſignificat huc uel uſq; illuc. Liui. lib. ii. Ipſa ueſtigia quærentem dominum eò deductura erant. Aliquando id, uel uſq; ad id, ut apud eundem. Quæ ab exiguis profecta initiis, eò creuit, ut iam magnitudine laboret ſua. Sic dicimus, eò magnitudinis, quod eſt, ad eam magnitudinem. Eò ſapientiæ deuenit, id eſt, ad eam ſapientiam.

Eous, prima ſyllaba prod. Oriens dicit, ab ἠώς, quod eſt mane & aurora. At Eous prima cor. à lumine adpellatus eſt, unus ex eqs Solis, quaſi lucifer ac Orientalis, q; mane aſſurgens orbem illuminet, ἠώς enim Græce, lux dicitur (unde ἑωσφόρος, lucifer) pro quo nos dicimus Eum. Verg. lib. i. Georg.

Aut eum Sole nouo terras irrorat Eous.

Ouid. lib. iiii. Meta. Modo ſurgis Eoo

Temporius cœlo modo ſerius incidis undis.

Euſq; in tantum. Valerius Max. lib. i. Natam uitem eouſq; creuiſſe, donec ciuitas dominationis ſuæ partes inumbraret.

E ANTE P

Epacta, ab ἐπάγω, quod eſt addo, ex ἐπί & ἄγω compoſitum.

Epagon, gontis. artemo à noſtris vocatur. Trocleæq; id genus eſt, quod in machinis terna dicit quod & Ergeta dicitur à Vitruuio. idq; vernacula ſimplicitas adpellat Argànum.

Epagris, inſula vna ex Cycladibus, ab Ariſtotele, propter aquarum abundantiã, Hydruſſa adpellata. Ce.

Epaminundas, Thebanus vir fuit, honeſto genere natus, patre Polimno. Citharizare & cantare ad chordarum ſonũ, doctus eſt à Dionyſio, Carmina cantare tibiis, ab Olympiodoro, Saltare, à Calliphrone. In philoſophia præceptorẽ habuit Lyſiã Pythagoreũ. Hic fuit modeſtus, prudẽs, grauis, peritus belli, fortis manu, animo maximo, adeò veritatis diligẽs, vt ne ioco quidẽ mentiretur. uide Plutarchũ. Hic quũ apud Leuctra Lacedæmonios plaga peſtifera adeò effeciſſet, vt ex eo tempore Lacedæmoniorũ opes corruerint, & principatum Græciæ amiſſum, vltra reparare nequiuerint, dicere ſolebat, orbum, ſe non tamen ſine liberis mori, & ex ſe natã relinquere pugnã Leuctricã. Hic poſt facinora edita, extremo tẽpore apud Mantineã, quum acie inſtructa, & ducis optimi, & militis fortiſſimi officio fungitur, ſparo, agreſti telo percuſſus ictu mortifero, relatus q; in caſtra ſemianimis, requiſiuit à circũſtantibus, ſaluus' ne eſſet clypeus. Quum ſaluum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, allatum, veluti ſociũ laborũ gloriæq;, oſculatus eſt. Iterum quæſiuit, eſſent' ne fuſi hoſtes? Quũ id quoq; vt cupiebat audiuiſſet, euelli tum denique ſpiculum iuſſit. Ita multo ſanguine profuſo, in lætitia & in victoria mortuus eſt. Cuius morte Thebanorũ vires hebetatæ ſunt, vt nõ tam illum amiſiſſe, quã cũ illo interiiſſe oẽs viderentur. Nã ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerũt, poſt interitũ eiuſdem in ſeruitutẽ priſtinã reuoluti ſunt, vt manifeſtum ſit, gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuiſſe.

Epanados, pen. cor. regreſſio, ex ἐπί & ἀνά, quæ retro indicãt, & ὁδός uia, quaſi retro poſt viã, vt, Principatus bonus, nõ autẽ bonus q in tyrannidẽ comutat.

Epanalepſis, replicatio, vel repetitio, ab ἐπί & ἀνά, quæ duo ſimul et re, et iterũ denotãt, atq; λῆψις acceptio, figura quæ fit, quũ vna dictio in principio verſus ſumpta, iterum in fine uerſus ponitur. Iuuenalis,

Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

Epanaphora, Latinè repetitio.

Epaphroditus, penultima correpta, dicitur venuſtus, iucundus.

Epaphus, Iouis filius, qui Memphim in Aegypto cõdidit.

Eparchia, prouincia. Eparchiotes, prouincialis.

Eparchus præſes prouinciæ.

Epatria, vrbs Atticæ, quam cum aliis duodecim ſic digeſſit Cecrops.

Epauxis, dici poteſt incrementum.

Epectaſis, penultima correpta dici poteſt porrectio, figura, qua in medio dictionis litera vel ſyllaba interponitur, ut, induperator pro imperator, ex ἐπί ſuper, ἐκτείνω extendo.

Epentheſis, penul. cor. interpoſitio, ex ἐπί, & ἐν, quæ dicunt inter, & θέσις poſitio, ut, relligio, pro religio.

Epeus, pen. prod. nomẽ propriũ Endymionis filii, & Pæonis fratris, à quo Epeæ ciuitas in Græcia ἐπαίε-

hic equũ ligneũ extruxit, quo Troia perdita eſt. Verg. Et ipſe doli fabricator Epeus.

Ephebia, pubertas dicta eſt, id eſt, prima ætas adoleſcentiæ. Adoleſcentia vero, extrema pueritiæ, inquit Donatus. Cenſorinus ſeparat Ephebos ab Ephebis, tanquam Ephebi dicantur in decimoſexto ætatis anno, Ephebi vltra illud tempus adpellentur, inde Ephebeum, dictũ palæſtræ membrum, in quo ephebi exercentur, de quo Vicꝛuuius lib. v. ſic inquit. In duplici portico collocentur hæc membra, ephebeũ in medio. Hoc autem eſt exedra ampliſſima. In li. ii. Machab. Ephebia fœmi. genere dicitur, ubi ſcriptũ eſt. Super hoc promittebat & alia talenta centum quinquaginta, ſi poteſtati eius concederetur gymnaſium & ephebiam ſibi cõſtituere. Et paulò poſt. Et enim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos quoſque epheborũ in lupanaribus imponere, quæ dicta ab ἐπὶ καὶ ἥβη διὰ τῆς ἡλικίας, id eſt, ab epi, & Hebe, Dea ætatis.

Ephœbeum, exedra ampliſſima, cũ ſedibus, tertia parte longior, quàm latior. Ce.

Ephebus, pen. prod. pubes dicitur, quod iã ſit in pube, & ad annos pubertatis peruenit, ex ἐπὶ & ἥβη pubertas. Iouen. Armenios zelotes effictis narrat ephebis. Terẽ. in An. Nã is, poſtquã exceſſit ex ephebis Soſia liberius viuendi fuit poteſtas. id eſt poſtquam exceſſit ex ea ætate qua pubem primo emiſit.

Ephedron, apud quoſdam herba eſt qoam equiſetũ vocant, à ſimilitudine ſetæ equinæ, eſt enim pus terræ. Hæc curſorum lyenes extinguit, fictili nouo decocta. Ce.

Ephegeſis, pen. prod. Græce ἐφήγησις, Latinè, expoſitio prioris dicti.

Ephelis, pen. prod. nam ſcribitur ἐφηλίς, eſt aſpredo quædam cutis mali odoris, in facie.

Ephemerinos, febris vnius diei. Amphemerinos uero, quotidiana eſt, & ex humoribus corruptis, præſertim pituita. coaleſcit.

Ephemeris, pen. cor. liber in quo res geſtæ per ſingulos dies ſcribuntur. Latine acta diurna, & diarium dicit, ἐφημέριος, quotidianus, ab ἐπὶ & ἡμέρα, dies Mos fuit Romanis, vt ſinguli rerum ſuarum tabulam cõficerent, unde Iuuenalis accipit pro libro, in qoo diurnales diuinationes erant, quum ait, In cuius manibus, ſeu pinguia ſuccina tritas

Cernis ephemeridas. Propert. vero pro lib. fœneratoris, in qoo ſummas pecuniæ mutuaticæ fœneratæque perſcribit, & ratiunculã per ſingolos dies expenſi accepti que ſubducit, & lucra damnaque computat, dicit enim,

Me miſerum his aliquis rationem ſcribit auari,

Et ponit duras inter ephemeridas.

Seneca vocat id genus librorum Calendarium libro de benefi. Nemo beneficia in calendario ſcribit. Et alibi, Calendarium verſat, fit ex domino procurator.

Ephemeron, animal ortum apud Hippanim fluuiũ, apud Boſphorum. Ariſtoteles lib. v. animalium.

Epheſtiades, inſulæ, quæ à Latinis Vulcaniæ & Aeoliæ, quòd Aeolus Iliacis temporibus illic regnauerit, de quo in dictione Aeolus.

Epheſtius, Latinè domeſticus, familiaris dicitur.

Epheſtris, idis, à Græcis dicitur ueſtis quæ armatis ſuperinduitur.

Epheſus, penul. cor. vrbs Ioniæ ſeu Lydiæ, celeberrimo Dianæ templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis uiginti annis, à tota Aſia factum fuit, in ſolo paluſtri, ne terræ motus ſentiret. In eo centum uiginti ſeptem columnæ fuerunt, à ſingulis regibus factæ, ſexaginta pedum altitudine, inter quas triginta ſex cælatæ fuerunt miro artificio. Hæc ciuitas nauale & portum habuit, et loci opportunitate mu ltum creuit, & maximum certioris Aſiæ emporium fuit. Ex Epheſo Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenii & doctrinam, & quia frugi erat, in exilium miſſus fuit. Hipponax poeta, & Parrhaſius, & Apelles, & Alexander orator, & Theodotion Iudæus, qui ſacram ſcripturam interpretatus eſt.

Ephi, eſt menſura trium modiorum, de qua fit mẽtio in ſacris literis.

Ephialtes, à noſtris dicitur incubus.

Ephippia, equorum ornamenta, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ, καὶ ἵππον. Græci equum dicunt proprie tegmina ſeu ſtragula quibus equi ſternuntur, uel ſellæ, equis ad inſidendum impoſitæ. Cato. Mihi puero modica fuit una tunica. id eſt, toga ſine faſciis calciamenti, equus ſine ephippio. Hinc equites ephippiati, qui ephippia habent in equis. Cæſar, Non eorum moribus turpius aut inertius habetur, quàm ephippiis uti, itaque ad quẽuis numerum ephippiatorum, quamuis pauci, adire audẽt. Equi ſine ephippiis, deſultorii dicuntur, quòd ex his deſiliant. Et equi ephippiarii, quibus ſellæ imponuntur, propter molliorem uecturã. Generaliter autem omnia quæ mulis, equis, aſinis' ue inſternuntur, ſtrata dicere, & equos ſtratos, ac inſtratos, eis ornatos. uide in dictione Strata.

Ephod, dictio Hebraica qua ſignificatur ſuperhumerale pontificis ueſtimentum.

Ephodius, ſiue Ephodion, uiaticum, & quandoque ſumitur pro adparatu, quaſi ἐπὶ τῇ ὁδῷ.

Ephorus, penulti. correp. nomen proprium hiſtorici Cumani uiri, & Latinè ſuperinſpector, præſes, præfectus, epiſcopus, ab ἐπὶ, & ὁρῶ, aſpicio. Quo uocabulo Cicero utitur pro quodam magiſtratu Lacedæmoniorum. Erant enim Ephori tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos tribuni plebis, qui à Theopompo ſic adpoſiti regibus ſunt, ut apud Romanos conſulibus tribuni. Vt enim à conſulibus ad tribunos prouocare quiſque poterat, ſic Lacedæmonii à regibus ad Ephoros. Satis conſtat ab Ephoris reges eiectos, alios fugiſſe, alios interemptos. Olim pro miniſtris regum fuerunt, paulatim deinde omnem potentiam in ſe transferẽtes, ad id licentiæ peruenerunt, ut ſenſim à rege magiſtratum proprium cõſtituerint, nomine Ephoriam.

Ephoria tutela.

Ephyra,ræ,ſeu Ephyre,es,pen,correp.vrbs Achaiæ, quæ nunc Corinthus dicitur. Lucanus libr.vi.
Aut pelopis latis Ephyren erumpere regnis.
Dicta ab Ephyra Oceani filia.hinc Ephyreus,a,um. Propert. Non ita cóplebant Ephyreæ laidos ædes. Luca.li.vi. Intedit caſtris Ephyreaq́ mœnia ſeruat. Nam Vergil.Georgicorum.ii. Ephyreia erat.pro Corinthiis dixit.

Ephyræ,arum,nomen vrbium in Theſſalia,Epiro,Arcadia,Campania,Theſprotis,Aetolis, à quibus Ephyrii populi vocantur.

Epi,præpoſitio Græca.quæ quandoq́ ad, quandoque in,quandoq́ aduerſus,uel contra, quandoq́ ſupra ſignificat.

Epiæ,numero multitudinis tantum, oppidum eſt Achaiæ.Inde Epii populi quibuſcum bellũ geſſit Neſtor adhuc iuuenis.poſtea Helii dicti ſunt.Ce.

Epialos,genus febris eſt,ex pituita frigida uel ultrea putrefacta q́.Nomen dedit ei placidi pellacia ponti ſubdola,quam Græci ἀλὸς ἠπιώτατα quoniam agitatum,ex tranquillo difficillimum efficitur. uel ἀπὸ τοῦ ἠπίως ἀλαίνειν. quia blande ac modice calefaciat.

Epibatæ,ſunt bellatores in re nautica.Hircius in Cõment.belli Alexandri. Capta eſt una hoſtium quadriremis,depreſſa eſt altera,alteraq́ perturbata,dè inde omnes epibatis nudatæ. Idem in Cõmentariis belli Aphrici.Remigum partem ex claſſe Gallorũ, Rhodiorum,epibatarum armata. Ἐπιβάτης tamẽ proprie aſcenſor dicitur. ἀπὸ τοῦ ῥήματος βαίνω.

Epibatra.træ,penul.produ.ſcala nautica.

Epicharida,penul.correp.genus nauiculæ.

Epicharmus,nomen philoſophi Siculi, eruditione præcellentis,& acumine ingenii præditi, cuius mentionem facit Cic.lib.i.Tuſcu. Suidas. Ἐπίχαρμος Τιτύρου ἢ Χιμάρου καὶ Σικίδος Συρακούσιος,ὃς εὗρε τὴν κωμῳδίαν,καὶ τὰ λοιπά. id eſt,Epicharmus, Tityri vel Chimari filius,& Siculus Syracuſanus,qui inuenit comœdiã & reliqua. Suidas Σικίδος legit.Ego autem puto(ſaluo meliori iudicio) Σικελὸς legendum eſſe,& Siculus dici debere.

Epicheremata,argumentationes ſunt, quæ nonnulli rationes adpellauerunt. Cice.ratiocinatiua.Hieron. ad Augu.Ego ſimpliciter fateor dignationi tuæ, licet ſtilus & ἐπιχειρήματα tua mihi viderentur, tñ nõ temere exemplaribus literarũ credendũ putaui.

Epichriſta,apud Galen.in eundem fere vſum accipiũtur quo circunlitiones,quos Dioſcorid. περιχρίστα καλλιβλέφαρα adpellat,à circunliniendo,quod eſt expolire. Nam & in pictura circunlitionem vocat ipſe,quum operibus iam perfectis,manus quædam ſalutatrix admouetur vltima.

Epichyſis,vaſis genus,ab epichyo,quod ſignificat infundo,ergo Infundibulum à nobis eſt dictum.

Epicluſis,vas quo veteres in cõuiuio vti ſolebãt.Ce.

Epicœdium,carmen eſt,quod in laudem defuncti ante cadauer ſepultũ cani ſolet.aliter Nænia,vel Monodia dictum.Ce.

Epicœnum,Latinè ſubcommune,promiſcuũ,ex ἐπὶ & κοινὸν, quod eſt cõmune.Intereſt autem inter genus commune & epicœnõ,quòd in genere communi & homines ſunt & pecora,in epicœno pecora tãtum.Et in genere communi ambo articuli ſunt, hic & hæc,cum nomine communicant. vt hic & hæc canis.Epicœnon autem cum articulo vno maſculino, communicat nomen fœmininum. vt hic paſſer, ſub quo intelligitur fœmina. Et ſub neutro intelligitur fœmina.vt hoc pecus. Verg. Lenta ſalix fœto pecori. Id eſt grauido.

Epicnomus,recognitor.Nam Epicnoſis, recognitio dicitur.

Epicrocum,penul.corr.genus veſtimenti, crocco colore infectum,cuius meminit Varro.

Epictetus,pen.prod.nomen philoſophi Stoici, qui ex Hieropoli Phrygiæ vrbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari ſeruiuit,atq́ ad Marci vſq́ Antonini tempora peruenit. Domitiano autem imperante eius dominatu offenſus,Roma Hieropolim migrauit,ratus verum eſſe, quod eſt tragicum,patriam eſſe cuiuſq́,vbi quis recte ageret. Tanta verò apud omnes homines eius vitæ admiratio extitit, vt Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem,tribus drachmarum milibus,ob eius autoritatem,veniſſe tradat.Hic Enchiridiõ ſcripſit,opus vtile,quod Angelus Politianus nuper Latinum fecit.

Epicurus, Vide in dictione Secta.

Epidamnus,ciuitas Siciliæ,ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes(inquit Plinius)Dyrrhachium dicere maluerunt, propter inauſpicatum nomen Epidamni, tanquã à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alluſit Plautus in Menechmis quum ait. Ne mihi damnum in Epidamno duas, tanquam nomen inditum ſit Epidamno, quòd illuc nemo ſine damno diuertatur.De hac.

Lucanus libro decimo.

Ad Campos Epidamne tuos. Apianus ſic habet. Epidamnus rex vrbem condidit,quæ ab ipſo nomẽ adſumpſit.Huius ex filia nepos Dyrrachus, portum vrbi adiecit,quod dyrrhachiũ adpellatur. Hæc ſic Segeſta dicitur,quã Aeneas condidiſſe fertur, præpoſito ibi Egeſto,qui eã Egeſtã nominauit. Sed præpoſita eſt ei litera s,ne obſcœno adpellaref noie.

Epi Daphne,duæ dictiones,quaſi ad Daphnẽ, locus ĩ Syria,de quo Strabo in Seleucide Syriæ.quatuor inſignia ſũt oppida,ob id & tetrapolis dicta regio, Antiochia Epidaphne cognominata Eſt aũt Daphne Antiochenſibus vicinum,& amœnitate inclytum nomen.lxxx.ſtadiorũ ambitu,quo loco Antiochenſium conuentus agitabatur, dictum à Daphne Ladonis filia.Iulius Capito.Verus poſtea quàm in Syriam venit,in delitiis apud Antiochiam & Daphnẽ vixit. Ammia. Tunc apud Daphnen amœnum illud & ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum.

Epidaurus,ciuitas in Peloponneſo,vt Ptolomæus inquit,à Strabone Epidaura dicta.Plin. Epidaurum oppidum,Aeſculapii templo celeberrimũ. Hoc etiã nomine dicta fuit inſula iuxta Dalmatiã, in illyrico

mari ſita, de qua Lucanus lib. ii. Illyris Ionias uerges Epidauros in vndas.

Epidicticon, dicit demonſtratiuũ. Nam ἐπιδείκνυμι, oſtendo ac demonſtro ſignificat.

Epidromes, dicuntur funes quibus retia tendũtur circa ſummam & imam partem, q̃ in his retia diſcurrant, ἐπί enim ſignificat in, δρομῶ, curro. Quidã accipiunt pro annulis, quibus cortina chorbæ impenditur. Alii Epidromon vocant velũ q̃ in poppi pandit, q̃ nautæ mezanã vocant. Sunt enim tria genera velorum, Dolon, Acation, Epidromon.

Epictia, Latinè æquitas dicitur.

Epigamia, mix. cõnubiũ, affinitas cum aliis gẽtibus.

Epigenes, nomen philoſophi Bizantini.

Epigloſſis, ſeu Epiglottis, fiſtula exterior eſt. Quo & vocabulo dicit eius fiſtulæ ſuperior pars, qua cibus potusq́ feruntur, totaq́ Curculos vocatur.

Epigoni, dicti ſunt autores ſecundi belli Thebani, quaſi fœtus illorum qui primum confecerat bellum. Græce enim ἐπιγονή fœtus adpellatur, & qui poſt gignitur. Inde Euripides tragicus, tragœdiam hoc argumento compoſitam, Epigonos inſcripſit, quæ agi expoſcebat voce magna ſcenicorum & ſonora. Ob hoc dixit Cic. lib. I Offi. quòd hiſtriones voce freti, agunt Epigonos Medeamq́. Errant qui exiſtimant Epigonos, apud Strabonem eſſe populos, à quibus fabulæ nomen inditum ſit. quoniã Epigoni dicti ſunt generali vocabulo omnes illi, qui ex diuerſis populis conflati, ſecundum bellum Thebanum, duce Alcmeone confecerunt quaſi poſt geniti, & filii illorum, qui in primo bello ad Thebas mortem oppetierant. Nam ex Statii lectione cõſtat bellum Thebanum & nomina ducum qui in eo bello occubuerunt. Quorum filii, ut mortem parentum vlciſcerentur, cõmuni conſilio contra Thebanos iterum arma mouerunt. Qui acceperãt reſponſum ab Apolline, eam ſe ciuitatem expugnaturos, ſi Alcmeonẽ Amphiarai filiũ imperatorem rei bellicæ feciſſent. Igitur Alcmeon exercitu ex Græcis collecto, cõtra Thebas duxit copias acerrimeq́ commiſſa pugna, potitus eſt victoria, & Thebæ captæ ac dirutæ ſunt. Epigoni etiam dicti ſunt ſucceſſores Macedonum veteranorum qui ſub Alexandro magno ex Aſiaticis fœminis ſobolem ſuſceperũt, quæ ſoboles (ut hiſtorici memorant) nomen habuit Epigoni. qui in caſtris nati, in armis educati à paruula ætate periculis exercitati laboribus durati, prorſus inuicti extiterunt.

Epigramma, tis, ſeu Epigrammatum, ti, dicitur inſcriptio, vel ſuperſcriptio, ab ἐπί ſuper, γράμμα, litera, vel ſcriptio.

Epigrammatarius, & Epigrammatiſta, pro eo q̃ Epigrammata componit.

Epigraphe, pen. cor. titulus, inſcriptio, ſenſus, id eſt, dinumeratio ciuium, luſtrum.

Epigryphus, pen. cor. dr qui habet aduncum naſum.

Epilepſia, ἐπιληψία, penultima producta Latinè correptio ſeu adprehenſio dicitur. Morbus eſt, ſic dictus, quòd mentem adprehendens corpus pariter poſſideat, ex melancholico humore. Contrahuntur enim nerui ex hoc morbo. Dicitur & morbus caducus. Vulgus adpellat lunaticum. Idem Comitialis adpellatur, eo quòd ſi cuiquam in comitiis contigiſſe deprehenſum fuiſſet, dimittebantur comitia. Sunt etiam huius morbi alia nomina, de quibus in dictione Comitialis.

Epilepticus, qui ex epilepſia laborat.

Epilima, vnguenti genus viliſſimum, quo paſſim vtebantur.

Epilogiſmus, cogitatio, computatio.

Epilogus, penul. correp. Latinè concluſio. Nam quas nos cõcluſiones dicimus Græci epilogos adpellãt, ab ἐπί, quæ diminutionem hic denotat, & λόγος, ſermo. Epilogus, eſt pars nouiſſima orationis, quã quidam, cumulum, quidam perorationem vocant. Rhetorici tripartitum epilogũ faciunt, conſtantem enumeratione, amplificatione, & commiſeratione. Per enumerationem fit rerum repetitio, quæ Græcè dicit anacephalæoſis, id eſt, recapitulatio. Per amplificationem concitantur animi auditorum. Per cõmiſerationem flectuntur ad miſericordiam.

Epimachus pen. cor. nomen proprium viri, & Latinè facilis expugnatu dicitur.

Epimelas, quæ colorem nigricantem habet in candida gemma. Cc.

Epimenidium, (ut Plini. ſcribit) eſt tertium bulbi genus, cibis gratum, anguſtius folio, minus q́; aſpero.

Epimenides, pen. corr. nomen philoſophi Cretenſis, cõtemporanei Pythagoræ, q̃ multa & verſu & proſa ſcripſit. Vixit annis centum ſeptuaginta nouem, vel ſecundũ aliquos, ducentos nonaginta quatuor. Vide Laertium.

Epimone, pen. cor. Latinè perſeuerantia, figura quã do ad maiorem certitudinem in eadem dictiõe pſeueratur. ut Verg. Sic ſic iuuat ire ſub umbras. Hæc etiam Epizeuxis vocatur.

Epimythion, fabulæ eſt expoſitio, eiusq́ vtilitas.

Epinicia, orum. Græci uocant præmium & celebritates pparata victoria. ἐπινίκιος, ἐπί καὶ νίκη ὁ ἐπὶ νίκῃ γενόμενος καὶ νικητικός, victorialis. Hieron. lib. ii. Macha. Et quum epinicia agerent in Hieroſolymis, id eſt, ſolennitates de victoriis. Sueto verò accipit pro carminibus ac laudationibus compoſitis, quũ in Nerone ſcribit. Sequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ iam nunc ſibi componi oportet.

Epinyctides, puſtulæ minutæ, ſeu vari. dicti à nocte, in qua maxime proueniũt. Iulius Polius epinyctis, puſtula ſublioida, modice humeſcens, & plena ſanguinis in tibiis & pedibus.

Epiodium, ſeu Epicedium, canticum quod dicitur cadaueri nondum ſepulto. Alio nomine Nænia dicitur, ex ἐπί ſuper. & ᾠδή canticum.

Epipedon, Latinè planũ, ſiue ſuperficies dicitur. Cc.

Epiphanes, pen. prod. Latinè illuſtris, ἐπί ſuper φανὸς clarus. vnde Antiochos Epiphanes, id eſt, illuſtris, qui fuit crudeliſſimus omnium tyrannorum.

Epiphania, Græcè, adparitio ſeu manifeſtatio Latinè

dicitur φανὰ enim, manifeſta. Hierony. Dies epiphaniorum Græco ſermone ſic uocantur. Quod enim apud nos adparitionem uel oſtenſionem dicimus, Græci Epiphaniam uocãt. Hoc autem ideo, quia dominus noſter hodie ſaluator adparuit in tenebris. Licet enim olim natus eſſet ex Maria, &. xxx. annorum expleſſet ætatem, tamẽ ignorabatur à mundo. Eo tempore cognitus eſt, quo ad Ioãnem Baptiſtã, vt in Iordane baptizaretur, aduenit, & vox de cœlo patria intonãtis audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene placui. Quem pater de cœlis monſtrauerat voce, hũc ſpiritusſanct. verſus in columbam, & ſuper caput illius ſedens, tactu quoque ipſo voluit demonſtrare, ne quis alius Dei filius putaretur ex populo. Epiphania quoq; vocat, quũ latitudo menſurat cũ lõgitudine. vide in dict. Grãme.

Epiphonema, figura rei narratæ diffinitur, vel prolatæ ſumma acclamatio, ex præpoſitione ἐπὶ, quod aliqñ ex ſignificat, & φώνημα ſignãte clamorẽ. Ce.

Epiphora, penul. cor. morbus oculorum, quem vulgò lachrymam uocant, quũ deſcenſus humoris oculos angit, ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν, hoc eſt, ab inferendo. Plin. Caro peponum, epiphoris oculorũ & doloribus prodeſt. Colu. lib. vii. de Maguderi. Eadem radix contuſa, & cũ oleo lentiſci iuuncta, uitiũ expurgat, epiphorã ſupprimit, polenta cõſperſa mulſa aqua. Dicit et de aliis membris. Plin. Teſtiũ uerò epiphoris cũ ramis laureæ teneræ adeò peculiaris eſt.

Epiplexia, ſiue Apoplexia, dicitur ſubita percuſſio, πλήττειν enim percutere eſt. Ce.

Epiplocele, dicit omenti in ſcrotum deſcenſus, quem noſtri communi nomine herniam uocant. Ce.

Epirhedium, rheda, cõpoſitum nomen ex Græco & Gallico ἐπὶ & rheda Gallicum, Latini epirhediũ dixerunt. Iuue. Tritoq; trahãt epirhedia collo.

Epirotica mala, dicuntur orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. Ce.

Epirus, penul. prod. continens dicitur. hoc eſt, firma terra. regio quæ Moloſſa dicta eſt, & à Chaone Heleni fratre Chaonia, nũc vero Albania vocatur. Terminat Epirus à Septẽtrione Macedonia, ab Oriẽte Achaia, ab Occidente Ionio mari. In ea ſunt ciuitates Nicopolis, & Ambracia. Hinc Epirota, qui eſt ex Epiro.

Epiſchidion, apud Victruuiũ, accipitur pro cuneo.

Epiſcopaliter, ſignificat intentè. Augu ſt. lib. v. Cõfe. Suſcepit me paterne ille homo Dei, & peregrinationem meam ſatis epiſcopaliter dilexit.

Epiſcopatus, tus, ipſius epiſcopi officiũ, dignitas'ue.

Epiſcopium, epiſcopi habitatio dicitur.

Epiſcopius, pia, ium, ponitur pro exploratorio. Cicero ad Attic. Conſcendi in phaſellum epiſcopium. id eſt, nauem exploratoriam.

Epiſcopus. penul. corr. Græcum. inde ductum, quòd ille qui præficitur, ſuperintendit, curam eorum gerens, ἐπὶ ſuper, σκοπός intentio, ſpeculatio, conſyderatio. Nam ideo altior locus poſitus eſt epiſcopis, vt ipſi ſuperintendant, & tanquam cuſtodiant populum. Ergo ἐπισκοπεῖν, Latinè ſuperintendere poſſumus dicere, vt intelligat, nõ ſe epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe. Apud Latinos dicitur inſpector, ſpeculator, cuſtos, conſolatorq;, & victor, ac propoſiti compos. Et apud Homerum eodẽ epiſcopum nomine regemq; adpellatum eſſe nouimus. Cicero ſcribit ſe epiſcopum à Pompeio deſtinatum eſſe oræ Campanæ & maritimæ, in principio ciuilis belli. id eſt, exploratorem ſpeculatoremq;. Et propriè, qui præeſt pani cæteriſq; venalibus rebus, ciuitatibus (ob quotidianum victum) neceſſariis, Epiſcopus dicitur.

Epiſpaſtica, medicamenta quæ pertinẽt ad vlcus purgandum, puſq; extrahendum.

Epiſtates, Græcè dicitur, qui à nobis villicus, procuratorq;, ac præpoſitus rei faciendæ vocatur.

Epiſtola, ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod eſt mittere, quia ad abſentes mittitur. Hinc Epiſtolare, quod ad epiſtolam pertinet. Hierony. Neq; enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur. Libanius autem in libello epiſtolãdi. ἄριστα δὲ ἄν τις ἀποσταίη ἐπιστολὴν, εἰ γινώσκοι τί ἐστιν ἐπιστολὴ καὶ τί λέγειν ἐν αὐτῇ θέμις, ἢ εἰς πόσα προσηγορίας διαιρεῖται. Ἐπιστολὴ μὲν οὖν ἐστιν ὁμιλία ἐγγράμματος ἀπόντος πρὸς ἀπόντα γινομένη καὶ χρείαν σχοποῦ ἐκπληροῦσα, ἐρεῖ δέ τις ἐν αὐτῇ ὥσπερ παρόντι πρὸς ἀπόντα. διαιρεῖται δὲ εἰς εὐχάς τε καὶ πολλὰς προσηγορίας, id eſt, optime quis poſſet mittere, ſi noſcat qd epiſtola eſt, & quid fas ſit in ipſa dicere, aut in quot ſalutationes diuidat. Epiſtola enim literata loquutio eſt, abſentis ad abſentem facta, intentionem explens. Loquitur autem quis in ea, vt præſenti ad abſentem.

Epiſtolium, parua epiſtola. Catullus,
Conſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium,

Epiſtomium, dicitur in fontibus manu fabrefactis, in quibus ſunt fiſtulæ plures aquam tranſmittentes. Senec. ad Lucil. Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint, & adhuc plebeias fiſtulas eloquor. Var. lib. iii. De re ruſt. Quum & aqua calida & frigida ex orbe ligneo menſaq; quam dixi in primis radiis eſſe in epiſtomiis verſis, ad vnumquenq; factũ, ſic ut fluat in conuiuam.

Epiſtrophea, & Strophea, nominant Græci primam ceruicis ex ſeptem vertebram, quam Hippocrates adonta vocat.

Epiſtylium, capitellum quod ſuper colũnam ponit.

Epiſynalipha, conglutinatio duarum ſyllabarum in vnam. quod in diphthongo & Synæreſi fieri contingit. Nam συναλοιφὴ coniunctio dicitur.

Epitaphium, Latinè, ſupra ſepulchrum. τάφος enim ſepulchrum, & ſumitur pro laude poſt ſepulturam. Eſt enim elogium quod in ſepulchris marmoreis inciſum videmus, completa ſepultura. Accipitur & pro titulo, & pro oratione funebri.

Epithalamium, ſacer hymnus, qui in ſpõſalitiis canit.

Epithema, penul. prod. dici poteſt ſuperimpoſitum, operculum. θέμα poſitum, dicitur quicquid alicui rei imponitur. Ex quo & medicamenta, quæ ad refrigerandũ cor imponunt, Epithemata dicuntur.

Epitheſis, penultima. correp. impoſitio, impoſtura, aggreſſus.

Epithetes, moleſtus, impoſtor, fraudator.

Epitheton, penul. correp. à Quintiliano dicitur adpoſitum, ab aliis adiectiuum, ab ἐπί, quod ſignificat in, & τίθημι pono, quaſi impoſitum. Epitheta tribus de cauſis nominibus adduntur. Diſcretionis. vt, Phrygiæ molimur montibus Idæ. Proprietatis. vt, Terribili implexum ſeta, & dentibus atris. Ornatus. vt. Alma Venus.

Epithymia, miæ, cum accentu in penultima. Latinè dicitur concupiſcentia deſyderium, vaporatio ſuccorum.

Epitogium, genus pallii, quod ſupra togam ferebatur. Compoſitum nomen ex Græco & Latino.

Epitome, mes, penulti. correp. breuisrium, vel inciſio dicitur & compendium, ab ἐπί ſuper, & τέμω inciſio, vel interſectum.

Epitragus, penulti. correp. genus piſcis, ab hirci ſterilitate ſic adpellatum.

Epitrapezia, dicuntur generaliter menſis apta, quæ ſunt vaſcula & potoria & eſcaria, ab ἐπί, & trapeza, menſa.

Epitritus, penul. correp. pes ex quatuor ſyllabis conſtans, quarum vna ſemper ab aliis tribus diſcrepat. primus conſtat ex iambo & ſpōdeo. id eſt, ex prima breui, & tribus longis. vt, ſacerdotes. Secundus ex trochæo & ſpondeo. id eſt, ex ſecunda breui, aliis lōgis. vt, conditores. Tertius ex ſpondeo & iambo. id eſt, tertia breui, aliis longis. vt, hæreditas. Quartus ex ſpondeo & trochæo. id eſt, ex quarta breui, cæteris longis. vt, Cæleſtinus. Epitritus enim proprie, numerus dicitur, qui continet aliquem numerū, & eius partem tertiam. vt quatuor ad tres, duodecim ad nouem, quadraginta ad triginta.

Epitrocaſmos, verborum ſuper ſe inuicem effuſio vel ſupermenſio, quæ fit aduerſarii turbandi cauſſa.

Epitrope, penul. corr. Latinè procuratio & tutela.

Epitropos, procurator.

Epityrum, genus edulii, ſeu caſei Siculi. Fit enim ab ἐπί & τυρός, caſeus. Plautus in Mil. Si vnum epityrum edam apud illum eſuriens. Epithyrum etiam ſiue Pithyrum dicitur, à confracta oliua, quæ Græcè dicitur πιθύριον. vnde apud Columellam epithyrum conditiuram oliuarum legimus.

Epizeuxis, combinatio, figura, quum dictio in verſu abſque medio aliarum combinatur. Vergili⁹, Me me adſum qui feci.

Epops, auicula ſordidiſſima eſt, eaque criſtata, quam à ſoni fictione Vpupam nominamus. Ce.

Epoptæia, ἐποπτεία. Lat. dicitur inſpectio, meditatio, in qua voce poſſis & ſpectacula accipere, quandoquidem ipſas ſpeculas Græci ἐποπάς, & ἐποπίδας vocant. ab epopteia, ſiue à verbo ἐποπτεύω. Dicuntur etiam epoptæ inter myſtas, Ephori quoque dicti, quoniā poſt annum quā initiati eſſent, admitterentur ad ſpectandum ſacra.

Epos, carmen heroicum, diuinarum rerum & heroicarum, humanarumque comprehenſio. Martialis.

Scribamus epodos, cœpiſti ſcribere, ceſſi,
Aemula ne ſtarent carmina noſtra tuis.

Compoſitum cum ᾠδή, qui & cantus, apud nos dicitur Epodus, quaſi carminis cantus. Et inde Epodion diminutiuum. id eſt, paruum carmen, quod à Lyricis clauſula breuis dicitur, quaſi præciſos verſus integris ſubiiciat. vt apud Horatium,

Beatus ille qui procul negociis.

Deinde ſequitur præciſus. vt, Priſca gens mortaliū.

Et ſic deinceps alterni quibus aliqua pars deeſt, & ſunt ipſis præcedentibus ſimiles.

Eporhedicæ, à Gallis dicuntur, boni equorum domitores. vnde vrbi Eporhediæ inditum nomen.

Epulæ, ab opulentia, ſiue ab edendo, quaſi edipulæ, ſunt cibi miniſterio hominum in noſtrum vſum cōparati. Epulum verò ſignificat ſolenniores, & proprie publicum conuiuium, in propatulo ciuibus exhibitum, ſiue in dedicatione templi, ſiue in triumpho, ſiue in funere, ſiue ludorum cauſſa, quale Imperatores apud Rom. & quale factum eſſe conſtat à pluribus, qui teſtamento legauerunt epulum quotannis ad ſepulchrum, roſis & variis ſeipertum odoribus, pro hæreditatum facultatibus exhibendum. Iuuen.

Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis,

Sed confunduntur quandoque. Nam epulum pro priuato conuiuio inuenitur, & Epulæ pro conuiuio in communi Cicero pro Lucio Pisnco, Sepulchrum L. Catilinæ, floribus ornatum, hominam audaciſſimorum ac domeſticorum hoſtiū conuentu epulis que celebratum eſt. Epulam quoque in ſingulari numero, veteres dixere.

Epulare, quod ad epulas pertinet. vt, Epulare ſacrificium, Epularis ſermo, qui in conuiuio fit. Apuleius, Iam illatis luminibus, epularis ſermo percrebruit. Epulares etiam vocabantur, qui in ſacris epulabantur. Varro, Dum epulares nocte epularentur.

Epulari, eſt in conuiuio eſſe, ſeu conuiuari. Liui. libr. xxv. Vulgò apertis ianuis in ꝓpatulo epulati ſunt. Conſtruitur quandoque cum accuſatiuo, quaſi pro comedo. Ambroſius, Non ſtatim, inquit, epulamur omnia, neque potamus omnia.

Epulatorius, ria, rium, quod aptum eſt vt in epulis comedatur. Ambroſius ad Simplici., Bona opera epulatoria dicimus, quæ ſunt eſui. Et paulò poſt. Epulatoria & refectoria requies in Deo, quæ facit tranquillitatem.

Epulis, dicitur quoties iuxta dentes in gingiuis caro excreuit.

Epulones, dicti ſunt conuiuæ. Vnde & Coepulones, qui ſimul epulantur. Antiqui Epulonos dicebant, quos nunc Epulones. Item Epulones dicebantur, quos pontifices propter ſacrificiorum multitudinem eſſe voluerunt, vt ludorum epulare ſacrificium conficerent. Autor eſt Cicero. libro tertio de Oratore, Hi epulas Ioui cæteris'que Diis inſtituendi poteſtatem habebant. Vnde Auguſtinus libro de Ciuitate Dei, Aſſerit epulones perpetuos fuiſſe, qui ad auream Iouis menſam ſtatuerent, vt ei menſa ſemper adeſſet, quoniam ſtare
tur adpoſitam perpetuo [illegible]

rum potius & paraſitorum contubernia, quàm Dei ſacra celebrarentur.

E ANTE Q

EQuapium, apii herbæ genus, à Græcis ἱππoσέλινον dictum. Equarius, a, um, quod ad equum pertinet. vt, equarius medicus, qui equis medetur. Valerius Max. lib. vii. Herophilus equarius medicus, C. Marium ſepties conſulem auum ſibi vendicando, ſe extulit.

Eques, gen. cõmunis, ſignificat hominem inſidentem equo. Vnde equites à peditibus diſtinguuntur.

Vergilius libro octauo.

Interea præmiſſi equites ex vrbe Latina. Sumitur quandoq; pro ipſo equo. Idem, Dorſo q; equitem docuere ſub armis. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Et Eques dicitur, qui equeſtrẽ dignitatem adeptus eſt.

Equeſter, ab eques fit, ſicut à pedes pedeſter. vnde pedeſtres & equeſtres copiæ. Equeſtrem vero ordinẽ medium fuiſſe conſtat inter patricios & plebem. Hi olim ſub Romulo regibusq; Celeres dicebantur, à Celere Remi interfectore, deinde à flectẽdis animis, quoniã iudices erant. ſiue potius à flectendis equis, Flexumines vocitati, poſtea Troſſuli, à Troſſulo oppido Tuſciæ, quod id ſine vllo peditum adiumento equites cepiſſent.

Equeſtre æs, dictum eſt quod equiti dabatur.

Equeſtria, loca erant in quibus ſedebant equites. Seneca lib. vii. de Benefi. Equeſtria omnium equitũ Romanorum ſunt. Et iterum. Sed quum in Theatrum veni, ſi plena ſunt equeſtria &c. Sic Popularia dicebantur, ubi plebs ipſa in theatro ſedebat. Sueto. in Domitiano, Et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtres ac ſenatorii ordinis pronunciauit.

Equicerüus, animal in Oriente, habens cornua, & iubas poſt collum deſcendentes uſq; ad ſcapulas, & barbam ſub mento, & ſoleas ſicut equus, & corpus ad cerui quantitatem.

Equidem, non ab ego & quidem compoſita coniunctio, ſed ſimplex eſt. Sall. Ego equidem ſic exiſtimo. Nam ſi eſſet compoſita, non ſubiungeretur ego, quã quam apud Vergil. ubiq; ego quidem ſignifi. Equidem merui, nec deprecor inquit. Perſius poſuit pro quidem, Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Conſentire dies.

Equiferus, pen. cor. equus ferus. id ẽ, nõ domeſticus. Pli. lib. xxviii. Imprimis efficax equiferorũ ſanguis.

Equilla, diminutiuum eſt ab equa. Var. Nemo eſt tã negligens, quin ſumma diligentia eligat aſinum qui ſaliat equillam.

Equile, pen. prod. ſtabulum equorũ, ſicut ab oue ouile. unde Varro ſuadet frenos in equili ſuſpendere, ut oculi equleorum conſueſcant uidere eorum faciem, & è motu crepitus audire, quum iam ad manus accedere cõſueuerint, interdum imponere his puerũ.

Equimẽtũ, merces quæ dat pro admiſſura equi. Varro, An ſi equã emiſſes quadrupedẽ, ut meo aſino reatino admittẽs, quãtũ popoſciſſes dediſſẽ equimẽtũ?

Equinus, na, num, poſſeſſiuum. Horatius,

Humano capiti ceruicẽ pictor equinã. Iũgere ſi uelit.

Equio, is, de equis dicitur, quum coitum adpetũt, ſicut Catulio de canibus. Et Subo de ſuibus. Colum. lib. vii. Equienti mulæ cruda braſſica datur.

Equiria, ludi quos Romulus Marti inſtituit. In his enim ludis currere in Martio campo equi ſolebant.

Equiſeſſor, qui ambulat pedibus equinis. id eſt, qui equitat, ſicut qui in lectica geſtatur, ambulat pedibus lecticariorum.

Equiſetum. Vide in dictione Ephedron.

Equiſo, equorum domitor. Varro, Nã ut equus qui ad uehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, ut equiſo doceat tollutim incedere. Et nõ tantũ equorum magiſtrum, ſed etiam omnium rerum quarum ei regimen conceditur, Equiſo ſignificat.

Equitabilis, locus in quo equi facile inambulare poſſint. Liuius, Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis & uaſta planities. Idem contrarium poſuit, Imber uiolentius quàm aliàs fuſus, campos lubricos inequitabiles fecerat.

Equitatus, modo equitum turmã ſignificat, ſicut Peditatus pro pedeſtribus copiis, modo actum equitãdi. Plin. lib. xxxiii. Fœminæ equitatu atteri & aduri ſolent. Modo ordinem equeſtrẽ. Idem lib. xxxiii. Quin etiam ipſum equitum nomen, ſæpe uariatum eſt, in iis quoq; qui ad equitatum trahebantur.

Equitium, equorum mandra. Vlpianus, Equitii uſu legato uidendum an & domare poſſit, & ad uehendum ſub iugo uti.

Equitius, nomen uiri proprium, & cognomen familiæ Romanæ, ab equo deductum.

Equito, tas, dicitur de homine equo inſidente, & de equo. Lucilius de equo, Nempe hunc currere equũ nos atq; equitare uidemus. Huius compoſita ſunt. Adequito, quod eſt iuxta equito. Liuius, Adequitauit deinde ſenſim portis. Obequito, circumequito. Idem, Obequitare iubet hoſtium portis. Perequito, ſicut perago. ut apud eundem. Quum perequitaſſet aciem, tantum iniecit ardoris, ut non ultra ſuſtinuerint impetum equi.

Equuleus, diminutiuum, ſumitur pro pullo equino & nouello. Cice. in Hortenſium, Vt igitur domitores equorum non uerbera ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſæpe ſubtrahunt, ut fame debilitetur equuleorum nimis effrenata uis. Eſt & Equuleus tormenti genus, quod quidam ardentem laminam eſſe tradſit, qua homines cruciabiliter torquentur. Alii materiam quandam in equi formam aiunt, in quam coniiciebantur rei, ab equo diminuto uocabulo. Seneca li. ii. Epiſtolarum, Sæuitia cõmenta eſt equuleos, cruces, uncum, et tunicam illam alimentis ignium illitam & intextam. Cicero lib. v. Tuſcu. Hæc etiam in equuleum iniiciuntur, quo uita non aſpirat beata. Idem de Finib. bon. & mal. libro. iiii. Nec ſi ille ſapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, ſimilem habeat uultũ, ut ſi ampullam perdidiſſet.

Equulus, diminutiuũ ab equus. Cic. de Signis, Equulos argenteos

los argenteos

ſos argenteos nobiles qui maximi fuerũt, aufert. Et lib. iii. de Natu. Deo. Omnia in perfectis & maturis docet eſſe meliora. ut, in equo, quã in equulo, in cane, quàm in catulo, in viro, quam in puero. Varro ait, equulũ poſt annũ & ſex menſes domari poſſe.

Equus, animal quadrupes, qui & Caballus, ab æqualitate dictus, detracta prima litera quæ diphthongum faciebat, quia pares eligebantur, qui bigis quadrigiſq; iungerentur. Equorũ alii gradarii, qui molli gradu & ſine ſuccuſſura incedũt. Contra ſuccuſſores, ſeſſorem frequenter inquietant. Alii dicuntur Veredi, in curſu velociſſimi, quibus maiores vſi ſunt in venatione.

E ANTE R

ERaphiotes, Bacchus dictus eſt, ab inducẽda cõtentione, quoniam vinũ iram atq; certamen inducit, ἔρις enim contentio, φαίνειν oſtendere.

Eraſinus, pen. prod. fluuius in Argolica. Papi. Ruit agmine facto Inachus, & gelidas ſurgẽs Eraſinus ad arctos. Alter eſt qui ſecat Arcadiæ tractus. Tertius, qui præterfluit Eretrios in Bœotia.

Eraſiſtratus, nomen medici eximii, ex Ariſtotelis familia nati ἔρως amorem, στρατὸς exercitum ſignificat.

Eratæ numero plurali, vrbs, Corytanorum.

Erate, tes, pen. cor. Nympha Oceani & Tethyos filia, ab ἔρως quod eſt amor.

Erato, pen. cor. vna Muſarum, ab amore dicta. ἔρως amor ἐράομαι amo, quòd præſit his qui amoris face rapiuntur. Verg. lib. x.

Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum.
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus.

Eratoſthenes, pen. cor. nomen philoſophi, qui orbis terrarum menſor adpellatus eſt. Hic vixit annis octoginta & vno, ſicut & Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus. ἐρατὸς, ἐράσμιος καὶ τὸ σθένος δύναμις καὶ κράτος, λέγεται. ὃς καὶ ἰατρὸς περίφημος καὶ μαθηματικός. id eſt, Ab eratos, quod eſt amabilis, & ſthenos potentia, dicit. Medicus fuit inſignis, & Mathematicus.

Ercinia, multis ſyluis nomen eſt inditũ, ſed apud Germanos maxime, quæ apud Græcos Orcinia dicitur. Ab Heluetiis ad Nemetum Tauricorũq; fines protenditur, & ad Dacos & Danubium, inde ad alias gẽtes, longitudine ſex dierum, multis feris abundans, & proceris frequens arboribus. Sunt qui hoc nomẽ aſpirent, & cum y, ſcribant.

Erciſcere, priſca lingua ſignificat diuidere. Inde familie Erciſcundæ, id eſt, rei familiaris diuidendæ. Quidam Erciſcundum, ab Ercitum antiqua dictione dici volunt, à cohercendo. Vnde & Iouem Ercitũ puto dictum, quòd mala videretur arcere.

Ercius, Iupiter dicebatur, ab arcendo, qui intra conſeptum cuiuſq; domus colebaſ, quem etiam Deũ penetralem adpellabant.

Erctum, in libris antiquis legitur, pro arctum ab arcendo. Ce.

Erebus, pen. cor. fluuius inferorum. Verg. Magnos Erebi tranauimus amnes. Quandoq; pro obſcuriori inferni parte, ut, Imas Erebi deſcendit ad umbras. Varro ex erebo natam noctẽ ait. unde & illud. Erebo creatam fuſcis crinibus noctem inuoco.

E' regione, ex aduerſo & oppoſito.

E' re nata, ſignificat, ex occaſione rei præſentis captũ conſilium. Et aliquando dicitur abſolute, è re nata, & aliquando cum cõiuncto. ut, è re natum exordiũ, dixit Quintil. intelligi volens, ſubito inuẽtum. Apuleius, E' re nata fallacia. ſignificatur enim muliebris dolus, ad fallẽdũ ſubito excogitatus, nõ domi antè compoſitus, ſed ex ipſa re & negocio expromptus.

Erembi, populi in Arabia, qui prærupta ſaxa nudi inhabitant.

E' re mea, à re tua. Vide ſupra in è & ex.

Eremodicum, apud iuriſconſultos dicitur quaſi deſolatum ac deſertum, ſeu deſertio cauſſæ, abſentia ſeu negligentia partium facta. Dicitur autem Eremodicium iudicium, in quo reus abfuit, quaſi deſertum, quamuis mendoſe legatur Hermodicium cum aſpiratione. Contrahitur autem eremodicium triennii, aut alterius iuſti temporis lapſu.

Eremus, pen. prod. nam apud Græcos per η, ſcribitur, ἔρημος ου, καὶ ἐρημόω τὸ ἀπολάπτω, καὶ μόνος ἐστὶν, ἔστι καὶ λῶφος, καὶ ἐρημία. λέγεται παρὰ τὸ ἔρω. id eſt, Eremus, eremi. & Eremio, id eſt relinquo, & ſolus habito, eſt & ecquies & ſolitudo. dicit ab amãdo. Solet tamen ab aliquibus corripi, propter inopiam literarum Græcarum. vt, Præpotẽs martyr eremiq; cultor, & eſt generis fœminini. Hieronym. Inter multos ſæpe dubitatum eſt, à quo habitare cœpta ſit eremus. Significatq; Eremus ſolitudinem. Hinc eremitæ, & Eremitani. Vnde ordo Eremitanus, ſub diuo Auguſtino militans, non tam doctrina quàm virtutibus inſignis.

E' re publica, id eſt, ex vtilitate & commodo publico. Suet. in Cæſare. Pleriq; pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuẽte eam largitionem è re publica fieri. E contrario dicimus, Ab re eſt, pro eo quod eſt, contra commodum.

Eretria, ceruſæ genus quæ terræ ſuæ nomẽ habet, qua præcipue vſus fuiſſe Parrhaſius dicitur Ce.

Eretum, pen. prod. Græcè ἤρητον. vicus Sabinorũ ſupra Tyberim. Apud Verg. verò dicitur eſſe locus, qui mons Eretum & corrupta dictione mons rotundus adpellatur, vbi ait,

Ereti manus omnis oliferæ q; mutiſcæ.

Erga præpoſitio, licet eandem vim habere videaſ cũ contra, beneuolentiæ tamen plena eſt. vt, pro meo ſummo erga te amore onus ſubeo.

Ergaleia, ferramenta.

Ergaſenon, officina.

Ergaſia, operatio.

Ergaſimos, fabricalis

Ergaſterium, officina, vbi aliquid operamur. vt eſt in Decretis diſtin. xliiii. Nulli clerico liceat tabernam aut ergaſterium habere.

Ἐργάστης, Ergaſtes, ſiue Ergaſticus, operarius dicitur, à verbo Græco ἐργάζομαι. Ce.

Ergaſt. arches, tabernarius opifex.

Ergaſtularius, qui præeſt ergaſtulis. Vnde Columel. lib. i. docet quomodo ergaſtuli ab ergaſtulariis tra-ctari debeant.

Ergaſtulū, pen. cor. taberna, vel officina, vbi lapides metalla'ue fodiuntur, vel aliud quidpiam operis à vinctis ſeruis fit, quos Plinius his verbis deſcribit.
At nunc eadē illa vincti pedes damnatæ, manus, in-ſcripti vultus exercent. Dictum Ergaſtulum ab ἐργά-ζομαι, quod eſt operor. Iuuenalis,
Nempe in Lucanos & Tuſca ergaſtula mittas.
ſed quoniā in diuerſis locis ſerui durius operari co-gerentur, factum eſt ut Ergaſtula modo ipſos dāna-tos, ſeruos'ue operantes, modo carcerem ſignificent. Varro, Miſitq́ mox eō uirum, qui tota ergaſtula do-naret libertate. Colu. lib. i. Optimæ ſolutis ſeruis, cel-læ meridiem æquinoctialem ſpectantes fient.
Vinctis, quàm ſaluberrimum ſubterraneū ergaſtu-lum plurimis, ſitq́ id anguſtis illuſtratum feneſtris.

Ergaſtulus, cuſtos pœnalis loci. Luci. Non ergaſtulus vnus & alius iudicem adpoſuit, ut nemo ſententiam libere magis quàm ergaſtulus dicere poſſit. Aliquā-do ſumitur pro operario. Plinius, Coli rura ergaſtu-lis peſſimum eſt, quicquid agitur à deſperantibus.

Ergaſylus, nomen viri proprium.

Ergetini, pen. prod. populi ſunt ſub Ergeto oppido. Silius, Hadrianum Ergetumq́ ſimul.

Erginus, tyrānus fuit, q ab Hercule ex Mynyis Orcho-meni vrbe extruſus, poſtea & extinctus fuit.

Ergo illatiua ſiue completiua coniunctio eſt, quæ in-nomibus adhibetur clauſulis, ſicut Igitur. Aliquādo inceptiua eſt, cōueniēs maxime indignationi. Iuue.
Impune ergo mihi recitauerit ille togatas,
Hic elegos? Aliquādo hortatiua, quæ ponit vt hor-temur qui tarde aliquid faciunt, & adfectum expri-mit reprehendentis. Vergil.
Ergo age chare pater. Aliquando aduerbium eſt, & ponitur pro cauſſa, circumflectiturq́ vltima.
Vergilius libro ſexto. Illius ergo
Venimus, & magnos erebi tranauimus amnes.
Siſenna. lib. iii. Milites, vt lex Calphurnia conceſſe-rit, virtutis ergo ciuitate donati.

Ergon, Latinè opus ſignificat.

Erguminus, penultima correp. qui à demone agitatur ab ἐργομαι, quod Latinè dicitur agor. id eſt, agitor, prohibeor.

Eribœa, dicta eſt nouerca Mercurii. Id eſt, Iuno, cuius monitu & precibus ipſe Mercurius Martem ex uin-culis liberauit. Et dici poteſt Lis buculæ. Nam ἔρις lis, βοῦς bucula ſiue iuuenca dicit, quia iſidem mul-ta indignatione proſecuta fuit.

Erica, frutex eſt, quam & alii Siſarum nominant, folia habet amaraci ſimilia. Hæc tamen herba ſola floret in ſyluis, ideoq́ melli nomen præbet. Cornucopiæ.

Ericātes, nomen viri, & poteſt interpretari qua-ſi ira confractus. Nam ἔρις ira, κατάγω infringo.

Erichtheus, nomen proprium Phæacis uiri. Alter fuit Athenarum rex, quem Minerua è rure, vbi natus erat, ſuſcepit, educauit, & Athenienſi populo pro re-ge tradidit.

Erichthonius, rex Athenienſis, Vulcani & Mineruæ filius, dictus ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονός. id eſt, ex certamine atq́ humo. Nam quum Vulcanus Diis ar-ma feciſſet, eiq́ Iupiter optionem dediſſet præmii quod uellet poſtulandi, iuraſſetq́ per infernā palu-dem ſe nihil negaturum, tum ille Mineruæ nuptias poſtulauit. Hic Iupiter abnuere nō potuit, Mineruā tamen monuit repugnare, pud citiamq́ defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanū in terram pro-fudiſſe aiunt ſemē, unde ſit natus Erichthonius. Hic (teſte Plinio) quadrigas primus inuenit, & ludos in-ſtituit in Attica regione. Ab eo populus Athenien-ſis, Erichthonius dictus eſt.

Eridanus, penultima correpta, fluuius in Italia, ab Eridano Solis filio ibi ſubmerſo dictus. Alio nomi-ne Padus dicitur.

Erigeneton, herba à verno tempore dicta.

Erigone, penultima correpta, nomen Icari filiæ, quæ ob fratris necem dolore percita, laqueo ſe ſuſpēdit, vt Hyginus late tractauit. Et canis Erigones, voca-batur Chimæra.

Erigryppus, vnus ex centauris. Cc.

Erimantus, qui lites diſſeminando diuinat quaſi ἔρι-δος, id eſt litis. μάντις diuinus. Iuue.
Aut Diſpilus, aut Erimantus.

Erina, nomen fuit poetriæ, ex Teno vrbe Laconicæ Olympiade centeſima ſeptima.

Erinatius, animal non maius ericio (vt inquit Hiero.) ſimilitudinem vrſi murisq́ habens. Vnde in Paleſti-na Arcomus dicitur, & magna eſt in iſtis regionibus huius generis abundantia, ſemperq́ in cauernis pe-trarum & terræ foueis habitare conſueuerunt. Dici-tur ab aliquibus Cyrogrillus, quod nomen ab hor-rendo quidam deducunt, & cum h, ſcribunt.

Erineon, Græci vocant caprificum. unde & vrbs in Doride, à caprifico dicta eſt Erineum, ut autor eſt Strabo.

Erinnys, cum y furia infernalis, dicta quòd humanā corrumpat mentem. ἀπὸ τοῦ ἔρρειν τὸν νοῦν, ἢ ἔρα λέγεται ἡ γαῖα καὶ ναίω. Huius genitiuus erinnyos & erinnyis Latinè, et per ſynæreſim erinnys, accuſa-tiuus erinnya & erinnyn, in plurali erinnes.

Eriphyle, pen. prod. nomen vxoris Amphiarai, & ſo-roris Adraſti. Hæc accepto aureo monili latētē ma-ritum prodidit. Verg. lib. vi.
His Phædram Procrimq́ locis mœſtāq́ Eriphylen.
Scribitur & ſine h. Iuuenalis,
Occurrent multæ tibi Belides atq́ Eriphylæ.

Eriphyſa, inſula vna ex Aeolis quaſi ἔριν, id eſt litem, φυσῶσα ſufflans dicitur.

Eripio, pis, penultima correpta, extra rapio. Et conſtruitur cum datiuo ferè in malam partem. vt, Eripuiſti mihi ſubſtantiam. Aliquando cum abla-tiuo in vtranque partem. vt, Eripuiſti me à peri-culo, Et Eripuiſti à me librum. Aliquando Eri-pere, eſt accelerare, raptum facere. ut,
Eripe nate fugam.

Eris, eſt herba in Aegypto naſcens, aro ſimilis, niſi

minor eſt, & minoribus foliis ac radice, quæ tamen grandis oliuæ magnitudinem implet. Significat & contentionem. ἔρις enim Græce, ira vel cõtentio eſt Latinè. Ce.

Eriſis, ſceptrum, herba quam & Dipſacon & Aſphaltum uocant. Vide in dictione Dipſacon. Ce.

Erithalles, herba, quæ & erigenneton dicitur.

Erodius, & Erodion, auis maior omnium uolatiliũ, & aquilam vincit & comedit.

Erogenneton, herba eſt, ſic dicta, quòd amatoriis cõuenit γεννάω uel γεννῶ, gigno, & ἔρως, amor dicit.

Erogo, gas, pen. cor. diſtribuo, & quaſi rogatoribus diſtribuo. Hieron. ad Iulia. Quum multis erogaueris cenſum tuum, & quidam tua gaudeant liberalitate, tamẽ multo plures ſunt quibus nihil dediſti. Inuenitus etiam Exrogare, quod eſt (vt Feſtus inquit) ex lege vetere aliquid per nouam legem eximere.

Eropia, Inſula vna ex Cycladibus, aliter Acis, & poſtea Syphnus adpellata. Ce.

Erpoliſtides, nomen apud Plautum, quo ſignificatur ob amorem uendita. ἔρως amor, πωλῶ vendo.

Eros, ἔρως, amor Latinè dicitur. Vnde Eroica carmina, id eſt, amatoria.

Erotema, penult. prod. Græcè ἐρώτημα, interrogatio Lat. dicitur. ut, Quo res ſumma loco Pantheus? quã prendimus arcem?

Erotematicus, interrogatiuus, ἐρωτάω, ἐρωτῶ ὅ ἐστι τὸ ἔρομαι.

Erotium, Latinè amatorcula, nomen mulieris. Nam Eros, erotos, amor dicitur.

Erotylos, gemma ſilici ſimilis. Ce.

Errabundus, affatim vel valde errans, Verg.
Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris
Errabunda bouis veſtigia.

Erraticus, ca, cum, qđ vbiq; ſerpit, ſeu vbiq; naſcitur. vt vitis erratica.

Erratus, tus, & erratum, ti, peccatum. Cic. Tyroni, Tãtum mihi dolorem cruciatumq; attulerunt errata meæ ætatis, vt non ſolum animus à factis, ſed aures quoq; à commemoratione abhorreãt. Et in Decretis diſtinctio. xl. ſcribitur, Quod aliquando in ipſis quoq; conſpicimus erratibus electorum.

Errones, ſunt vagabundi. Tibullus,
Atq; iterum erronem ſub tua ſigna voca. Sappho,
Nec uos erronem tellure admittite noſtrum.
Vlpianus, Errones, adpellantur ſerui, qui non quidem fugiunt, ſed frequenter ſine cauſſa vagantur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redeunt.

Error (ut inquit diuus Auguſtinus lib. Enchiridion) eſt exiſtimatio vel adprobatio veri pro falſo, vel econuerſo, & certi pro incerto, vel econuerſo. Et errare, eſt putare vel adprobare verũ eſſe quod falſum eſt, vel falſum eſſe quod verum eſt, vel certum pro incerto, ſiue falſum ſiue verum ſit. Vnde ſciendum, quòd licet quis abſque ignorantia errare nequeat, non tamen qui aliquid neſcit continuo errat, ſed qui ſe exiſtimat ſcire quod neſcit, & falſum pro verò, ſiue incertum pro certo adprobat. Accipitur etiam quandoque Error pro peccato, & quandoque pro vagatione, & Errare, pro vagari & diſcurrere. Vergilius,
Vidiſtis ſi quam hic errantem forte ſororum.
Sed quoniam pecudes errando, id eſt, uagando paſcuntur, errare ponitur pro paſcere. Verg.
Mille meæ ſiculis errant in montibus agnæ.
Item quia errãdo ſæpe à recta via deflectimur, Errare ſumitur pro peccare. Sanè inter Errorem & errationem hoc intereſſe Don. exiſtimat, quod Error animi ſit, Erratio pedum. Terent. in Adelphis, Sanè ac multò propius ibis, & minor eſt erratio. id eſt, minus eſt ſpatii per quod erretur. Compoſita verbi Erro ſunt Aberro, quod eſt ualde erro, uel longe uagor. Cic. in Tuſc. Sed redeat vnde aberrauit oratio. Deerro, Oberro, Circumerro. Lactan. lib. ii. Vulgus exiſtimat mortuorum animas circa tumulos & corporum ſuorum reliquias oberrare. Pererro, per totum erro. Colu. in Præfatione. Semper ritu uolucrum longinqui littoris, peregrinus ignotũ pererret orbem. Exerro, valde erro. Cypria. ad Ian. Ne quis exorbitans, & à via veritatis exerrans, apud hæreticos iungeretur.

Erubeſco, rubens fio. Auguſt. per tranſlationem pro uerecundor in ſignificatione actiua poſuit, quum ait. Quiſquis me erubuerit coram hominibus, erubeſcam eum coram patre meo.

Eruuca, penulti. prod. ſi Apuleio creditur, ab hærendo uenit, quoniam rebus quas occupat tenaciter inhæreat. Verũ aliis magis ſine h, & ſine diphthongo ſcribi placet, & ab erodendo deduci. Eſt autem genus vermis, Campe alio nomine, qui in olerum folia repit, abroditq;, præſertim braſſicas. Colum. lib. xii. Vbi vero apricis regionibus, poſt pluuias, noxia inceſſerunt animalia, quæ à nobis adpellantur erucæ. Græce autem Campe nominantur, uel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, ſi deciderint non amplius in ſuperiorem partem prorepunt. Eſt etiam eruca herba quædam virtutis calidæ, dicta ſimiliter qđ erodat, nã beſtiolas omnes corpori innaſcentes erodit, Venerẽmq; excitat. Ouid. de Remed. amoris,
Nec minus erucas iubeo uitare ſalaces. Col.
Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.
Sũt q eruca dici uelint ꝙ vrat, nã linguã pungit, & ſanguinẽ exurit, ut ſit eruca quaſi urucα, u, in e, verſa. Aut qđ fortaſſe dicta ſit ab eſu, hoc eſt, ab edendo. Et quaſi principio eſſet eſuca, poſtea cõmutatione litteræ, facta eſt eruca, ut ex Valeſio Valerius. Hæc ſi ſola comedatur, dolorem capitis inducit.

Eructo, as, ex e & ructo, quod eſt frequentatiuum verbi erugo, is, Iuue. poſuit exemplum de ructo.
Si bene ructauit, ſi recte minxit amicus.
De Eructo. Hiero. Eructauit cor meum verbũ bonũ. Eſt & Ructor in eadem ſignificatione. Horat.
Hic dum ſublimis uerſus ructatur & errat.
Ructo autem à Rugo, gis, xi, ctum. unde Ructus. A Ructo quoq; ſit Ructito aliud frequẽtatiuum, Co

mel.lib.vii. de boue ægrotante ſic inquit. Gemitus exprimit, locoq; ſtare non patitur, ſæpe decumbere & ructitare cœpit, caudamq; crebrius agere. Dicitur & Ructuo, as, & Ructuor. Hinc à Sidon. dicta eſt Ructuatio eſculenta, ex quo Eructuo. Auguſti. Illi audiunt tanquam verbum eructuatum, illi tanquam ſcientiam annunciatam. Quod enim ructuatur, præſentibus ructuatur. Eſt autem Eructare, proprie extra ructum mittere, quamuis ad alia transferatur. Colu. lib. viii. Neq; ipſum uiuarium repletur congerie quam tempeſtatibus eructat pelagi uiolentia. Eſt & Irructo. Plau. in Pſeu. Quid tu malū ergo in os mihi ebrius irructas.

Erudero, as pe. cor. ab e, & rudero. Rudero uero à rudus, eris. & ſunt Rudera purgamenta, puta cœmentum, lapides confracti, arena, cala, & huiuſmodi ex ruinis congeſta. Hinc Ruderatus ager, qui ueterum ædificiorum materia ſcatet. Eruderare itaq; eſt purgare, & extra iacere. Ambroſi. de obitu Theo. Sed Iſaac obſtructos ab alienigenis puteos eruderauit, nec latere aquam paſſus eſt.

Erudio, is, pe. correp. ſignificat ex rud. doctum facio. Hinc Eruditio pro doctrina.

Eruiſa, idem quod eruum. Columel. Sarſeria putat agros ſtercorari lupino, faba, uitia, eruiſa, lente, cicercula, piſo. Alii diuerſum dicunt, eſſe ſcilicet leguminum genus, quo Varro ait pingueſcere pecus.

Erunco, Vide ſupra in dictione Aberunco.

Eruo, is, extraho. Lactā. lib. ii. Ipſe ſibi oculos eruat, vt omnes cæci ſint. Interdum Eruere, eſt in totū deſtruere. Idem lib. vii. Eruentur funditus ciuitates.

Eruum, genus pabuli, ſeu leguminis. Columel. Eruum lætatur loco macro nec humido, quia luxuria pleruq; corrumpitur. Dictum Eruum ab eruendo, capitur enim, & manu uellitur.

Erymanthus, cum y, & h, mons Arcadiæ, quo aprum agrorum uaſtatorem Hercules domuit, uiuumq; ſuper humeros ad Euriſteum detulit, quo conſpecto Euriſteus in æreo ſe vaſe abſcondit. Vergil.

Aut Erymanthi
Placarit ſyluam & lernam tremefecerit arcu.

Eſt & ſylua, & fluuius hoc nomine in Alphæum defluens. vt oſtendit Plin. lib. iiii. Cice. lib. ii. Tuſcula. uocat Erymanthium beluam, Erymanthiam uaſtificam. Sophocles autem. λαμπρὰ ὄρος ἀρκαδίας ἀφ' οὗ καὶ ποταμὸς ῥεῖ ἐρύμανθος, περὶ δὲ τοῦ κάπρου καὶ ἡρόδοτος φησὶν ὅτι ἐπὶ τὰς πύλας τῶν μυκηνῶν κομίσας αὐτὸν ἀπέθετο. id eſt, Lampria mons eſt Arcadiæ, à qua fluuius defluit Erymanthus &c.

Eryngion, herba aculeatæ mordacitatis, ſpinoſa uelut carduus ſatiuus, in cibis probatur radice tantū, quæ melle cynamomo & caryophillo condita, guſtui non iniucunda eſt. Dicitur aliter Erynge alba.

Erythace, apum cibus dum operantur, quam alii Sandaracam, alii Cerinthum nominant, Hic ſæpe in fauorū inanitatibus inuenitur ſepoſitus ſaporis amari. Varro erythacen uocant, qua fauos extremos, inter ſe conglutinant, Erythace à coloris rubedine dicitur. Græci enim ἐρύθημα, rubor adpellatur.

Erythacus, auis hyeme dicitur, Phœnicurus æſtate, quam vulgò pectus rubeum uocant, ἀπὸ τοῦ ἐρυθραίνομαι hoc eſt, à rubeſcendo ἐρυθακός. Phœnicurus vero, quòd caudam rubeam habet, phœnix purpureum ſignificat. οὐρά, cauda eſt. Ce.

Erythea, inſula, Geryonis regia, in mari Gaditano. In ea tanta aeris benignitas fertur, ut homines pariat penè immortales. Habuit etiam canem Geryon, de quo fratre Cerberi ita ſcribit Iulius Pollux libro. v. γνώριμος ὁ δὲ γηρυόνου κύων ὁ τὰς βοῦς φυλάττων ἀδελφὸς ὢν τοῦ κερβέρου ἀνῃρέθη δι' ὑφ' ἡρακλέους. Id eſt, notus Geryonis canis qui boues ſeruabat, frater fuit Cerberi interemptus ab Hercule.

Erytheus, rex fuit Athenarum Orithyæ pater, quam Boreas rapuit, & in Thraciam deduxit. Ce.

Erythra Thalaſſa, dicitur mare rubrum. Ce.

Erythranum, hederæ ſpecies. Ce.

Erythros, herba eſt, de qua Xenocrates dicit, nullum eſſe corporis malum, cui non ſit ſalutaris hæc herba, uocatur & Strychnium, & Neuris. Ce.

Erythræ, ciuitas Aſiæ, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit, quam numine afflatam crediderunt. Antiqua ſanè mulier, & diuinatrix, & tempore Alexandri.

Erythreum, mare rubrum dicitur, ab Erythreo rege Perſei, & Andromadæ filio uocatum, & quia erythros rubrum ſignificat, multi putant Erythreum rubrum interpretari. Hoc mare eſt inter Indicum & Aethyopicum Oceanum, ampliſſimo ore ab Auſtro in Septentrionem. Alii à colore rubrum dici putāt, quòd fons ſit in littore, quem quum greges biberint, in rubrum colorem incipiunt mutare lanas. Huius maris oppidum Arſinoe. Columel. lib. viii.

Nec minus Aſia rutilos quos uocat ἐρυθραίους.

Erythrotaones, ex anſerum genere uolucres, in quibus nitor eximius, abſolutaq; nigritia, & in ſupercilijs cocci rubor, ἀπὸ τοῦ ἐρυθροῦ. id eſt, rubro, & ταῶ, pauone. Cornuco.

Erytrotum, Latinè ruffum dicimus. Ce.

Eryx, nomen montis in Sicilia ab Eryce ibi ſepulto, & nomen ciuitatis in eo ſitæ, in quo templum Veneri conſtruxit Eryx filius eius. Ouidius,

Sed Dea nec patitur ſic ad ſua munera cogi,
Colle ſub umbroſo, quam tenet altus Eryx.

Pōpo. Mōtium Eryx maxime memoratur ob delubrū Veneris. vnde Venus Erycina dicta eſt. Ouid.
Quid geminas Erycina meos ſine fide dolores?

E ANTE S.

ESalos, accipitris genus, qui ſolus omni tempore adparet. Romani Buteonem adpellant. Cornucopiæ.

Eſau, nomen filii Iſaac, qui & Edom, hoc eſt, rufus, & Seir. quod piloſum ſignificat, adpellatus eſt.

Eſca, cibus qui datur hominibus animalibusq;. Et Eſca eſt, quæ datur auibus piſcibus'ue ad decipiendum, à quo fit Ineſco, as, & Eſcarius, & Eſculentus adiectiua,

adiectiua, & Eſito.

Eſcara, medicamen vndique erodens.

Eſcarius, a, um, quod ad eſcam pertinet, ut eſcaria vaſa. Pli. Ad eſcaria uaſa totũ rubens uitrum nõ trãſlucens. Eſcaria menſa, in qua homines epulantur.

Eſebon, ciuitas Seon regis Amorrheorum in terra Galaad.

Eſculentus, a, um, quod ad edendum pertinet. Plin. libro. x. Notatum miluos, nihil eſculenti rapere unquam ex funerum ferculis. Hieronymus ad Euſt. poſuit eſculentior pro delicatiori, quum ait, Quòd ſi uolueris reſpondere te nobili ſtirpe generatum, ſemper in delitiis, ſemper in plumis, non poſſe à uino, & eſculentioribus cibis abſtinere, nec his legibus ui uere diſtrictius, reſpondebo, Viue ergo lege tua.

Eſculus, arbor glandifera, quòd ueteres ex eius fructu eſcam ſumerent.

Eſito, as, penulti. correp. frequentatiuum eſt à ſupino eſum formatum. Gellius, Videtur a ſit de Cyamo nõ eſitato cauſſam erroris fuiſſe. Scribitur per æ.

Eſſæi, Iudæi. nam tria Iudæorum dogmata, vt ſcribit Ioſephus, extitere. Phariſæi, Saducæi, & Eſſæi. & hi quidem Eſſæi ab vxoribus & uino & carnibus abſtinuerunt ſemper, & quotidianum ieiunium uerterunt in naturam.

Eſſeda, penultima correp. uehicula Gallorum Britãnorumq́ apud Belgas primo reperta. & proprie Eſſedum in equo, ſicut ſtaticulum in uehiculo, petoritum in mola eſt. Silius de Aſturcone.

Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo.

Confunduntur tamen hæc. Sueton. in Claud. Solitus in geſtatorio ludere, ita eſſedo aluecq́ adaptatis, ne luſus confunderetur. Hinc Eſſedarii, qui eſſeda regunt.

Eſſedones, ſunt Aſiaticorum Scytharum populi, quibus teſte Herod. lib. iiii. Hiſtori. mos eſt parẽtum funera cantu proſequi. & congregatis proximis, cadauera ipſa, pecudũ admiſtis carnibus comedere, qui oſſa capitum ſuorum parentum auro cincta, in poculorum tradere miniſterium afferuntur.

Eſſentia, fit ab infinitiuo eſſe. & idem eſt quod eſſe, quando nominaliter accipitur. qualẽ eſt apud Perſi. Velle ſuum cuiq; eſt. Vt enim uelle idem eſt quod voluntas, & ſcire, ipſum quod ſcientia, & poſſe, ipſum quod potentia, & uiuere, ipſum quod uita, ita eſſe, ipſum eſt quod eſſentia. Auguſti. lib. xii. de Ciui. Dei, Sicut ab eo quod eſt ſapere uocatur ſapientia, ſic ab eo quod eſſe, uocatur eſſentia, nouo quidẽ nomine, quo uſi veteres nõ ſunt Latini ſermonis autores, ſed etiam noſtris tẽporibus uſitato, ne deeſſet etiam linguæ noſtræ, quod Græci adpellãt οὐσίαν. Hoc enim uerbum è uerbo expreſſum eſt, ut diceretur eſſentia. Hinc Eſſentiale, quod eſt Eſſentiæ. & Eſſentialiter, ſecundum eſſentiam.

Eſto, futuri temporis imperatiui. Interdum cõcedentis aduerbium eſt. Vergilius,

Eſto ægram nulli quondam flexere mariti.

Eſuriales, feriæ, dicũtur à Plauto in Capti, quibus ab edendo feriati ſumus.

Eſuries, eſuritio, eſurigo, & Fames. Idẽ ſunt. hoc eſt, edendi auiditas. Varro, Quodlibet ire licet, accubitum accedo, quod eſurigo fieret edebat coſtas.

Eſurio, is, penulti. correp. iui, itum, cupio edere, abſolutum eſt, quanquã & cum accuſatiuo inueniatur Plau. Qui homo maturè quæſiuit pecuniam, niſi eam maturè parſit, maturè eſurit. Quintilia. Pater filios eſurit.

E ANTE T.

ET, coniunctio Græca eſt τι, per literarum trãſpoſitionem. etiam hoc Latini ſuſceperunt. Modo copulatiua. ut, Cicero eloquens fuit, & philoſophus. Duplicatur q́ interdum ac completiua eſt in diuerſis rebus. vt, te admirantur & ciues & hoſpites. Vergilius,

Multum ille & terris iactatus & alto.

Modo cauſalis. ut, Quorum Iphitus æuo

Iam grauior Pelias & vulnere tardus Vlyſſi.

Modo interrogatiua, ſeu expletiua. Vergil.

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſſa uidendi.

Modo indignatiua. Idem,

Et quiſquam numen Iunonis adorat,

Præterea aut ſupplex, aris imponit honorem?

Modo confirmatiua. ut, Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis. Ponitur interdum pro id eſt. Plautus, Annos natus iam ſexaginta & ſenex. Interdum pro etiam. Quintil. Tamen ſi quid aduerſus te ipſe commiſit, ſit hoſtis & meus. Vergil.

Natus & ipſa Dea Interdum pro quia. Idem,

Audieras & fama fuit. Quintil. Has primum audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur, & natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ mollibus annis percipimus. Plerunq; ſententiarum initiis competit. Idem, Et finitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur. Deſeruit etiam affectui, & quaſi interrogandi vim habet. Cicer. Et ſunt qui de uia Appia loquantur, taceant de curia. Interdum ponitur pro aduerbio ordinandi. vt, Corpusq́ lauant frigentis & vngunt. Id eſt, deinde ungunt. Item pro quamuis. Cice. Defendi legem Voconiam magna voce boniſque lateribus, & uidetis annos meos? id eſt, quãuis ſim ita ſenex. Huius compoſita ſunt Etſi, Tametſi.

Ethearchus, nomen proprium Regis Oaxis, vrbis Cretæ.

Etenim, ſignificat quia. & modo primum locum, modo ſecundum obtinet in oratione. Plinius, Etenim multa dr hac Magi tradiderunt quæ non ſunt à nobis commemoranda. Sene. Quis etenim inter tot corporis cruciatus felicem quemquam eſſe poſſe exiſtimat?

Eteſiæ, venti qui certo anni tempore flant. Hos Strabo lib. iii. ſubſolanos uocat. hoc eſt, Euros. Hieron. Menſe Auguſto flantibus Eteſiis nauem ſecurus inſcendi. Hi quotannis in uigore æſtatis perflant. xl. diebus poſt Caniculæ exortum. Dicti Eteſiæ. Id eſt, annui. ἔτος enim annus, ἐτησίος, annuus, quòd ex omnibus ventis hi maxime flati ſint, & ſingulis annis eodem tempore redeant.

Ethalia, inſula in Liguſtico mari Populoniæ urbi oppoſita, ab Ethalio qui ei præfuit ſic dicta. Quidam hoc nomen cum diphthongo ſcribunt.

Ethanion, Græci adpellant colum. Latini Ethanium dicunt pro uaſe. Athenæus, In Aegyptiorum domibus, tria hæc uiſuntur ærea, cyathus, phiala, ethanium.

Etheocles, cum accentu in antepe. Thebanorum regis Oedipodæ & Iocaſtæ filius, partu nefando editus, vtpote ex concubitu materno, licet huius rei ignarus Oedipodes fuerit. Rex hic Orchomeniorum quondam fuit, & gratiis templum primus dicauit. Cornucopiæ.

Ethicus, penul. corr. Latinè moralis dicitur, ab ἔθος ἔθεος, mos. ἀλλὰ καὶ ἐθίζω καὶ ἦθος, ἤθεος, ὅθεν πρώτη συλλαβὴ δίχρονος ἐστι, καὶ ἠθικὰ τοῦ ἀριστοτέλους. id eſt, Sed & aſſueſco & mos, unde prima ſyllaba anceps uidetur, & Ariſtotelis ethica.

Ethnearches, gentis princeps.

Ethnearchia, principatus vel præfectura.

Ethnicus, penul. corre. gentilis, ab ἔθνος, quod gentem ſignificat. Hiero. contra Iouinia. Et ſi ducendæ eſſent uxores, Chriſtianas tantum accipi iuberet, an & ethnicas.

Ethologos, penul. correp. moria expreſſor, qui geſtu ipſo corporis & ſono uocis ita exprimit uoces hominum, vt geſtus & mores eorum loqui uideatur, ab ἦθος, mos cõſuetudo & λόγος, ratio. ἀπὸ τοῦ λέγειν.

Ethos, quum ſignificat cauſſam, producit primã. Q ſi ſignificat morẽ, corripit. Vnde Callimachus opus ſuum Ethia. hoc eſt, de cauſſis inſcripſit.

Etiam, componitur ex et & iam & ſignificat quoq. Plaut. Tu'ne etiam id reſciſti miſer? Aliquãdo ſignificat adhuc ſiue præterea. Teren. in And. Nihil ſuſpicans etiam mali. Idem in eadem. Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim Simo. Aliquando hortantis eſt, pro eia. Terul. Sul. Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam aduoca. Aliqñ confirmantia eſt, pro ita, eſt enim affirmatiua reſpõſio. ut, vidiſti a me hodie? reſponderi debet, etiam. uel ſic Plin. ad Tacitum, Studes inquam? reſpondit, Etiam, Vbi? Mediolani. Quod perinde ualet, ac ſi dixeris ſtudeo. Sed quum multa Latini dixerint teneo ſolũ clarum eſſe, ſcilicet ab Græco deduci ἔτι, addendo am, fit etiam, ideo per t, ſcribitur.

Etiamnum, ponitur pro quoq. Plini. Quod eõ magis miror ſi etiamnum, Homero prodente, Aegyptus non erat.

Etymologia, Latinè ueriloquium. ἔτυμον, verum. λόγος, rationem ſignificat. Sed quia ueriloquium (vt inqt Boetius) minus in vſu Latini ſermonis habetur. Cice. Etymologiam uocat notationem, quia notam facit rem de qua prædicatur. Ariſt. ſimbolũ nominat. Alii uim intuitu originationem uocant.

Etymon, uerum.

E ANTE V

Euado, is, penulti. product. extra uado, effugio. Vergilius libro nono. Noſtras'ne euadere demens Sperasti te poſſe manus.

Idẽ pro tranſeo, & per quãcũq difficultatẽ puenio. Euadiq; celer ripam irremeabilis vndæ. Plautus in Aſi. Demiror quid ſit, & quò euadat ſum in metu. Et Euadere, eſt aſcendere. Vergil. Euado ad ſummi faſtigia culminis, vnde. Item adparere. Idem, Vt tandem ante oculos euaſit & ora parentis. Item liberari. Salluſti. At ni Marius ſigna inferre atq; euadere oppido properauiſſet, profectò cum ſti aut magna pars fidem mutauiſſent. Item fieri. Cice. An verebar ne non putaremus potuiſſe improbum euadere.

Euadne, per d, ante n, Martis filia ex Thebe vxore Aeſopi, fuitq; coniunx Capanei, quæ illum incredibili amore dilexit. Itaq; quum audiſſet illum apud Thebas cecidiſſe, ferè in mortis ſtuporem diriguit, deinde quũ celebraretur funus, ſe in rogũ proiecit.

Euænetus, nomẽ regis Lacedæmoniorum, qui ad cuſtodiendum introitum Theſſaliæ contra Xerxem, una cum Themiſtocle Athenienſium duce à Græcis conſtitutus fuit.

Eualeo, es, penulti. correp. à quo Eualeſco, valde ualidus fio. Plinius lib. xv. Quæ poſtquã euiluit ſtaceſcente primitiua Marſico bello languida autoritas patrum facta eſt, ac paulatim in ſterilitatẽ emarcuit maieſtas.

Eualuo, as, extra ualuas excutio, è ualuis eiicio. Plin. lib. xviii. Et ipſa quæ eualuantur uariam picturasſ rationem habent.

Euan, interiectio, & exclamantis uox, laudantium Bacchum, & interpretatur bone puer. Poteſt tamẽ declinari ſecũdũ Priſcianũ, Euan, tis. Verg. lib. vi. Euantis Orgia circum.

Euander, proprium nomen Carmentis filii, & interpretatur bonus uir. Hic dimiſſa Arcadia ad Italiam uenit, & oſtia Tybridis intrans, atq; pulſus Aborigi nibus in Palatino monte conſedit, ubi oppidũ Palanteum fundauit.

Euaneo, es, penul. produ. à quo Euaneſco, quod eſt uanus fio, ſeu in nihilum redigor. Lact. lib. vii. Non eſt animæ ultium, ſi uiſus euanuit.

Euangelium, Latinè bona nunciatio. Athanaſius in Homilia. λέγεται δὲ εὐαγγέλιον ἀξίως, ὅτι εὖ καὶ ἀγγέλλω ὅθεν καὶ ἄγγελος ὀνομάσθη, ὅτι τὴν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἐπαγγέλλεται πᾶσι υἱοῖς τοῦ θεοῦ. id eſt, Dicitur euangelium, digne, qđ εὖ, bonum ἀγγέλλω, nuncio. & angelus nominatus eſt, quoniam ſalutem hominum nuntiat omnibus filiis Dei. Quare autem ſit bona nunciatio, Euſeb. lib de Præparatione ſic oſtẽdit. Euangeliũ dicimus quòd æternorum atq; incorruptibilium bonorum, quæ certe ſuprema & maxima ſunt, & ex antiquiſſimis prædicta temporibus, nuper uerò ſplendore ſui orbem illuſtrantia, cunctis hominibus annunciat, quod nõ cæcas caducasq; huius ſeculi diuitias, nec breuem hanc calamitoſamq; uitam, nec inſtabilia corporis cõmoda, ſeu animarum, quæ intellectuales ſubſtantiæ ſunt, à quibus etiam corporum bona quaſi umbram conſequentia dependent, ſummam

propriamq́ nobis affert felicitatem.

Euanidus,ſine fructu. Columel.lib.iii. Nam quæ in proceritatem extenduntur,euanidæ fiunt, parumq́ fructus ferunt.

Euapelos,penul.produ. ſtolidos & amentes dictos refert Photion Grammaticus.

Euax,interiectio cauſātis. Plautus,Euáx iurgio vxorem tandem abegi. Fuit etiam nomen regis Indiæ, qui de virtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronem, quem habet tempeſtate noſtra Petrus Bonus Aduogarius,ciuis Ferrarienſis Aſtronomus,in omni ſeculo admirandus.

Eubœa,nomen inſulæ & ciuitatis in ea ſitæ. Hinc Euboicum mare , quod duplex eſſe dicitur. aliud in Aegeo,aliud in Cāpano ſeu Thuſco,quod in Aegeo Eubœæ adiacet inſulæ , à qua denominatum eſt. Quod autem in Thuſco,Cumarū Baiarumq́ alluit oram,ab Euboicis aduenis & Cumarum conditoribus nuncupatum.

Eubulus,penul.correp.nomen hiſtorici,qui hiſtoriā multis voluminibus explicuit,& interpretatur prudens,conſultus,boni conſilii.

Eucarpia, vrbs Phrygiæ in qua racemi feracitate ac magnitudine ſpectabiles ſunt.vnde & nomen quaſi vber fructuum prouentus.

Euchariſtia,Latinè bona gratia.ex εὖ,& χάρις, gratia,gratitudo & gratiarū actio. Euchariſteo. grās ago. Euchariſticon,liber in quo gratiæ redduntur.

Euchila,res dicitur,quæ ſunt boni ſucci,ut eſt caſeus mollis. Caſeus verò uetus à Cor. Celſo numeratur inter res Cacochilas. Id eſt, quæ ſunt mali ſucci. ut ſunt legumina,ſalſamenta.

Euchion,nomen Bacchi, deductum ab εὐχὴ , quod uotum & precem indicat,quaſi dignus ſit uoto.

Euchymon, ellebori ſpecies ſic dicta , à bonitate ſaporis.

Euclides,penul.prod. nomen Geometræ Inſignis ab oppido Megaris,qđ iſthmo adiacet. & Plutarcho autore Socratis cōtemporanei. Sed uidrant ne errent. Nam Proclus interpres faciēs quatuor libros, In primum librum Euclidis ita ſcribit. οὗτος δὲ τούτων παλαιότερος ἐστὶν εὐκλείδης ὁ τὰ στοιχεῖα συναγαγὼν γέγραφε, καὶ ἄλλα πολλὰ ἄλλος αὐτ. id eſt, Nō multo his iunior Euclides,qui elemēta congregans,ſcripſit pleraq́ alia. Hic Platonicus philoſophus fuit,tempore primi Ptolomæi. Poſterior aliquantò his q Platonis tēporibus uixerit. Antiqor verò Archimede & Eratoſthene multa ſcripſit, quæ ad Geometriā & Muſicam capeſſendam pertinent. Et de diuiſionibus,& de uniuerſalibus.

Eudæmoniadas,nomen uiri propriū,& Latinè bene intelligens dicitur.

Eudamidas,penul. corre. nomen filii Archidami, & fratris Agidis.

Eudora,penul.produ. Nympha Oceani & Tethyos filia,& interpretari poteſt,bonum donum. Itē una ex Atlantibus , quæ ſeptem numero eſſe perhibentur, Ambroſia,Eudora,Paſitoe,Coronis , Plexaura, Pitho,Tyche.Cc.

Eudoxa,bona gloria. δόξα enim Latinè gloria dicitur,& opinio.

Eudoxus,bene glorioſus,quaſi gloria inſignis. ppriū nomen Aeſchinis filii , qui patria Gnidius Geometra & Aſtrologus,ſummus medicus, Socratis auditor,qui primus annum compoſuit. Scripſit leges,& de Geometria atq́ Aſtrologia libros edidit. Fuit & alius Eudoxus Rhodius hiſtoricus , alius Siculus Agathoclis,poeta comicus.

Eueho,is,extra ueho. Var.lib.I. de Re ruſtica, Quarto eundem fructuoſiorē faciunt uecturæ,ſi uiæ ſunt qua plauſtra agi facile poſſunt,aut flumina propinqua quæ nauigari poſſint,quibus utriſq́ euehi atq́ inuehi,ad multa prædia ſcimus. Per tranſlationem ſignificat extollo.unde Euectio,extollentia. Augu. lib.v.Confeſſio. Miſſum eſt à mulo Romā ad præfectum vrbis,ut illi ciuitati Rhetoricæ magiſter traderetur,impertita etiam publica euectione.

Euemerus,penul.produ.nomen hiſtorici,de quo Lactan.ſic inquit,Euemerus antiquus autor fuit è ciuitate Meſſana,res geſtas Iouis , & cæterorum qui Dii putantur,collegit,hiſtoriamq́ contexuit ex titulis , & inſcriptionibus ſacris , quæ in antiquiſſimis templis habebantur. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius & ſequutus.

Euenire,eſt alicui quippiam per ſortem venire, & plerunq́ de magiſtratibus ac prouinciis dicitur. Salluſ. in Iugur. Metellus & Syllanus conſules deſignati prouinciam inter ſe partiuerant , Metelloq́ Numidia euenerat.

Euenos,pe.prod. fluens à Thracia deſcendens, & Calidoniā ſecans. de quo Ouid. lib. ix. Metamor.

Nanq́ noua repetens patrios cum coniuge muros
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas.
Hunc fluuium poetæ quandoq́ Centaurum uocāt.

Euentus , generis maſculi. & quarti ordinis tam in plurali , quàm in ſingulari dicitur. quod caſu aut fortuna nobis euenit,tam in bonum,quàm in malum. Cicer.lib.i.de Orato. Vt enim quis optime dicit,ita maxime dicendi difficultatem,variosq́ euentus orationis, expectationem q́ hominum pertimeſcit. Similiter dicitur Euentum neut. genere , quod in plurali euenta facit. Lucre.libr.I. Euentum dici poterit,quodcunq́ erit Actum. Cicero in partitionibus. Si cuiuſque facti & euenti cauſſa ponetur. Idem de Diuinatio. Si euenta quærimus,quæ exquiruntur auibus. Et ad Atticum , Semper cauſſæ euentorum magis mouent,quàm ipſa euenta. Quod eſt contra Vallam & Sipontinum. Aliquando etiam Euentus,finis rei dicitur. Ouidius.

Careat ſucceſſibus opto
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Euerriator,dicitur qui iure accepta hæreditate iuſta facere defuncto debet,quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbauerit,ſuo capite luat.

Euerro,is,extra ſeu valde uerro. Colum.lib.viii. Stabula frequenter euerrenda & purganda, humorq́ omnis urinæ deuerrendus eſt.

Euerto,extra uerto,eruo,demolior. Semp enī ſignis

ſicat ruinam alicuius magnæ rei. Cic.lib.I.Offic. De euertendis diripiendiſq; vrbibus, valde illud cõſyderandum eſt. Verg.
Priamiq; euertere gentem Immeritã uiſum eſt ſuperis. Vnde & euerſiones dictæ ſunt.

Eueſtigio, aduerbium dicitur uel quod ſtans aliquis in eodem veſtigio facit, vnde ſtatim dicitur. vel quũ totum tempus eſt in vno veſtigio faciendo, quod eſt breuiſſimum. Vel tractũ eſt ab his, qui ſe planta mouentes, nihil tardant aliquid perficere, & illi negocio quod eis imminet, nullam aliam rem anteuorsunt. Vel quum aliquid repente fieri uolumus, ita dicere ſolemus, Antè quã ne è veſtigio mòueare, hoc exquire.

Euganei, Venetiarum populi, ab euganea, hoc eſt, nobilitate cognominati. de quibus Strabo, Plinius, Liuius.

Euganei montes, ſupra patauiũ, iſtriã verſus in qbus abundant pecudes, molliſſimas lanas facientes. Luc.
Eugane ô ſi vera fides memorantibus augur
Colle ſedens Aponus terris ubi fumifer exit,
Atq; Antenorei diſpergitur unda Timaui.
Hinc Euganeus, a, um, Iuuenalis,
Et euganea quantumuis mollior agna.

Euge, interiectio aſſentientis, quaſi ſponte ſua cõgratulantis. Hiero. interpretatur euge, euge, bene bene. ut illud eſt in Pſal. Euge euge uiderunt oculi noſtri.

Eugium, caro eminula, inter cunni ſymplegadas. unde ſcindere eugium, eſt puellam inſcẽdere. Næuius, Sine eugio puellam inuenit. Laberius, Quæ nam mens, quæ diritas uos ſuppilatores fecit, cum cano eugio uelitari.

Euhyus, Bacchi nomen quaſi bonus filius. εὖ, bene. υἱός, filius dicitur. nec Euchius legendum, ex Græca autoritate. Ce.

Euidens, penult. correp. quod aperte videtur & intelligitur. ab Euideo, quod eſt clare & expreſſe uideo. Euidentur, clare.

Euila, regio ad Orientem vergens, quam circuit de paradiſo Phiſon egrediens, quem noſtri mutato nomine Gangem uocãt. In ea aurum precioſum, quod Hebraicè zaab & gemmæ precioſiſſimæ, carbunculus, ſmaragdusq; naſcuntur.

Euiratus, modo cui amputata ſunt virilia dicit. hoc eſt, eunuchatus. modo laſciuus, perditus, atq; effœminatus. Plau. Adoleſcẽs euiratus ac mollis. Ambr. Euiratos deliciæ reddunt. Varro, Euirauit omnes Veneri vaga pueros.

Euiſcero, as. Vide in dictione Viſcus.

Euito, as, pe. pd. uitam eripio, vita ſpolio, ſicut letare eſt leto multare. Eſt tñ vet' verbũ planæq; poeticũ. Cic. li. iii. Tuſc. Hæc oĩa vidi inflãmari, Priamo vi euitari. Euitari etiã dici poteſt valde uitare, cauere.

Eulogium, dicitur benedictum. εὐλογέω, benedico. εὐλογία, benedictio. Eulogos, rationalibus. in decretis canonicis Eulogia pro benedictionibus, ſiue muneribus, q̃ minutiſ ſacerdotes ad ſynodũ conueniſſes, maiorib' ſummatibusq; ſacerdotibus deportãt. vñ. xxiii. diſt. ſcribit de eulogiis, ad ſacra cõcilia deferẽdi nihil fuerimus à maioribus determinatũ.

Eumeces, balſami genus quòd leui cortice cæteris ſit procerius. εὐμήκης enim Græcè, procerus & pixus dicitur. Ce.

Eumelus, admeti regis Theſſaliæ ex Alceſta vxore filius.

Eumenes, ſeu eumenus, fuit vir Cardianus, qui cura, vigilantia, patria calliditate & celebritate omnes Macedones ſuperauit. de quo multa à Græcis hiſtoricis tra ſuntur.

Eumenides, furiæ infernales, Latinè beneuolæ & mites dicuntur, per contrarium, quaſi non mites. εὐμενής enim beneuolus. Has treis ferũt Acheronis fuiſſe filias, atq; noctu, vnò partu editas. Et apud inferos vocantur canes. vnde Lucanus.
Iam vos ego nomine vero
Eliciam. Stygiaſq; canes in luce ſuprema Deſtituã.
Apud mortales furias, ab effectu. Vergilius,
Cæruliis vnum de crinibus anguem
Conicit, inq; ſinum præcordia ad intima ſubdit.
Quo furibunda domũ monſtro permiſceat omnẽ.
Apud ſuperos dicuntur Diræ. Idem,
At procul vt Diræ ſtridorem agnouit & alas
Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos.
Vocantur & volucres. vt apud eundem,
Iam iam linquo acies, ne me terrete timentem
Obſcœnæ volucres alarum verbera noſco.

Eumetis, gemma quæ capiti ſuppoſita, nocturna uiſa ad oraculi ſimilitudinem reddit. Ce.

Eumolpidæ, dicti ſunt ſacerdotes, ſeu magiſtratus Athenis, in memoriam & honorem, Eumolpi regis, quem Aegyptii generis fuiſſe Diodorus refert. Alii vatem Orphei filium. Hunc Suidas Athenienſis filium Muſæi poetæ ait.

Eumolpus, nomen viri Athenienſis, quẽ Suidas Muſæi poetæ filium fuiſſe ſcribit. Alii vatem Orphei filium verſificatorem ante Homerum. Fuit & Pythionices, hoc eſt, victor in ludis Græciæ.

Eumonides, nomen proprium viri Thebani, ſicut ſcribit Plu.

Eunuchizo, as, caſtro. Hiero. contra Iouinianũ. Sunt eunuchi, q de vtero matris ita nati ſunt. Et ſunt eunuchi, q ab hominibus eunuchizati ſunt. Et ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum.

Eunucho, as, eiuſdem ſignificationis. Varro, Quod facit pro ſua parte is, qui ſe eunuchat.

Eunuchus, pen. prod. caſtratus. ab εὐνή, quod eſt cubile. & ἔχω, cuſtodio, quia in hominum genus adhibebatur ſeruandis cubilibus regũ, quaſi eunocchus, & per ſynæreſin eunuchus.

Euocati, dicuntur nõ qui iuſti milites ſunt, ſed qui repentina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultuarie vocantur. Hi pro militibus dicebantur. Sall. Neu quis miles, neu pro milite.

Euoco, as, pen. cor. extra voco. Plau. in Am. Euocate huc Soſiam. Per tranſlationem eſt quaſi extraho. Cicero li. I. Tuſc. Nam quid aliud agimus, quum à voluptate, id eſt, à corpore, quum à re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, quum à republ. quum

& negocio omni euocamus animum.

Eupalia, nomen vrbis in Locride, quã alii Eupalion, alii Eupolion uocant.

Eupetalos, gemma ignem in primis colorem habens, ſed cæruleo, & mynil, ac mali coloribꝰ admiſtis. Cc.

Euphantaſiotos, εὐφαντασίωτος, Latinè dici poteſt qui bene aliquid imaginatur.

Eupheme, mulieris nomen nutricis Muſarum, & Croci matris.

Euphemia, nomen mulieris & Latinè dicitur laus, fauor. Euphemus, boni nominis.

Euphonia, cum accentu in pénul. bona ſonoritas vel vocalitas.

Euphonus, concionus.

Euphorbus, proprium nomen viri, cuius anima in Pythagora reuixiſſe diciĩ per celebrem illam παλιγγενεσίαν. Auſo. Pythagora Euphorbi reparas qui ſemina rerum.

Euphorbiũ, gummi quoddã calidũ ſiccum que in quarto gradu, Galeno teſt. ab εὖ, & φέρειν quaſi valde me tuendũ. Vide Dioſcoridem.

Euphorion, nomẽ poetæ Chalcidenſis, quem tranſtulit Gallus, Habebat hic quoſdã ita deditos ſibi amatores, ut eum præferrent Ennio, & reliquis poetis, eiusque poemata ſtudioſe cãtarent, poſthabitis aliorum poematibus.

Euphranor, nomen ſtatuarii laudatiſſimi Iſthmii, de quo Quintilianus lib xii.

Euphraſinum, ſiue Euphroſinum, herba eſt alio nomine bugloſſa. Sic dicta quod lætificet. Græci enim εὐφραίνειν lætificari dicunt. Cc.

Euphrates, is, & Euphrate, es. pen. pro. fluuiꝰ Meſopotamiæ in Paradiſo oriens. Strabo ſcribit Euphratẽ ex Niphate monte Armeniæ, magnum profundum & celerem naſci, exire autem in mare rubrum, prius tamen Babyloniam per medium diuidere. & Tygri coniunctum Meſopotamiam facere. Saluſt. quoque certiſſimus autor. aſſerit, tam Tigris quàm Euphratis in Armenia fontes demonſtrari Ex quo animaduertimus (inquit Hierony.) aliter de paradiſo & fluminibus intelligendum. Boetius,

Tigris & euphrates vno ſe fonte reſoluunt.

Euphrates, Latinè fœcunditas atque abundantia fructuum dicitur. Ambroſius lib de Paradiſo, Plerique inquiunt Euphratem dictum ab εὐφραίνεσθαι. hoc eſt, à lætando, eò quòd hominum genus nullo magis quàm letitia & æquitate lætetur.

Euphroſina, æ, & Euphroſine, nes, penul. cor. fuit vna ex tribus Gratiis, & nomen mulieris proprium. Latinè lætitia dicitur.

Euphroſia, exultatio.

Euphrenin, lætari eſt.

Eupilius, lacus ciſalpinæ Galliæ, in quem progrediĩ Lambrus, in Padum defluens.

Euplectõ, ſtructuræ genus in ædificiis tãtũmodo, frõ dibus politis. quaſi εὖ πλέκτον. id eſt, bene cæſum. Cc.

Euprepia, Latinè decor, ex εὖ bonũ, & πρέπον decẽs.

Eur-os, gemma, quæ nucleo oliuæ ſimilis eſt. Cc.

Euriale, fuit, regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. Alia fuit præti Argiuorum Regis filia. Tertia ex tribus Gorgonibus vna.

Euryalus, nomẽ vnius ex principibus Peloponneſiacis, qui Argos & propinquas vrbes incolebant, & ad Troiam cum octoginta nauibus venerunt. Aliũ Troianum finxit Vergi.

Fuit & nomen hiſtrionis. Iuuen.

Nobilis euryalũ aut Mirmillonẽ exprimat infans.

Euripi, pen. prod. canales, ſeu ductus aquarum aliunde deductarum in ſublime ſalientium, ſi paulò murmuratiores ſint, quos intra domos Romani per pratum ducebant. Si autem maiuſculi ſint, Nili dicuntur. Cicero lib. i. de Legibus. Ductus aquarum quos iſti Nilos Euripos que vocant. Quis quum viderit nõ irriſerit? Euripi quoque ſunt foſſæ in ludis circẽſibus pro ſeptis, quorum loca temporaria prius cluſtra fuerunt, autore Plinio Spartianus Helio, Euripis uino plenis nauales Circenſes exhibuit. Quidam Euripos interpretantur piſcinas.

Euripides, nomen egregii poetæ apud Græcos, Tragœdiæ illuſtratoris, quã ſcribere natus annos duodeuiginti adortus eſt, & in ſpelunca quadam terra & horrida Salaminis inſulæ ferĩ tragœdias ſcriptitaſſe. Hic vi ſermonis, & ſententiarum crebritate oratoribus comparandus fertur. Hic à canibus laceratus periit. Vnde interpres Euripidis ita ſcribit. διατρίβων οὖν ἐκεῖ ἐπειδὴ ἔν τινι ἄλσει ἐφρόντιζεν ἔτυχε, κατεβρώθη, ὥς φασιν, ὑπὸ τῶν τοῦ ἀρχελάου κυνῶν ἐξιόντος εἰς θήραν ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς, ἐτάφη μὲν ἐν μακεδονίᾳ. Id eſt, Conuerſans igitur illic in quodam nemore, cogitabũdus forte fortuna (ut aiũt) deuoratus eſt à canibꝰ Archelai exeũtis in venationem, ſupra ſeptuaginta annos natus, ſepultus quidem in Macedonia.

Euripidius, numerus in talis quadragenarius, ab Euripide inuentus, Cc.

Euripus, dicitur fretum. Id eſt, mare anguſtum, qualis eſt euripus taurominitanus in Sicilia, & alter in Eubœa.

Euroclas, gemma q ſitu uideĩ operire nigriciem, Cc.

Euronotus, alio nomine Vulturnus. uentus eſt ab Oriẽte hiberno ſpirans, q inter notũ & eurũ fit. Cc.

Europa, tertia pars orbis, ab europa Agenoris Phœnicum regis filia ſic adpellata. Dicitur autem europa, quicquid terrarum iacet à freto ad Tanaim. Et habet quatuor ſinus magnos. Quorum primus eſt à Gaditano freto ad Lacinium vſque pmõtoriũ Italiæ in Locris. Secũdus à Lacinio ad ipſa epiri acroceraunia. Tertius inde ad Helleſpontum. Quartus ab Helleſponto ad Mæotis oſtia. Fuit & europa nomẽ Oceani & Tethios filiæ.

Eurotas, pe. pro. nomẽ fluuii in Laconia, q (teſte Liuio li. iiii. de bello Mace.) vrbẽ Lacædemona pterfluit. De hoc Verg.

Omnia quæ phœbo quondam meditante beatus
Audiit eurotas, iuſſitque ediſcere lauros.

Eurus, vẽtus ab Oriente flans et calidus eſt. Col. li. vi. Quũ pleruque ſideris caniculæ tẽpore, quædam partes eius regionis ſic infeſtanĩ euro (quẽ incolæ Vulturnum

num adpellant) et niſi teguminibus vites opacent, velut halitu flammeo fructus uſantur. Græci adpellant Apelioten, quod à Sole ſpiret unde Latinis eadem ratione Subſolanus vocatur.

Eurybates, nomen viri Ithaci. Ouid.

Simul Eurybates me Talthibius ꝗ vocarunt.

Eurybia, Nympha quæ ſtellas & Luciferum genuit.

Eurybiades, (teſte Herodoto) fuit ex ducibus Xerxis.

Eurycion, nomen ſabri argentarii, de quo Verg. li. x.

Quæ bonus eurycion multo exlauerat auro.

Eurycratidas, vir Lacedæmoni⁹, de quo Plutarchus.

Euridamas, penul. correp. vir Troianus. Lati. dicitur late domás. Ouid.

Vtꝗ vel Euridamas ter circumbuſta Thraſylli,
Et Lariſſæi tractus ab hoſte rotis.

Vbi per Eurydamáta intelligunt Hectorem, qui uirtute cuncta domitabat.

Eurydame, (teſte Herodoto) fuit vxor Leutichidis Spartanorum regis.

Eurydice, vxor Orphei, pro qua recuperanda ferunt Orpheum ad inferos deſcendiſſe. Alia fuit Neſtoris coniunx.

Eurydomene, Nympha marina, ἀπὸ τοῦ εὐρὺ uel ἀφθόνως, hoc eſt, abundanter do. Perhibent hanc matrem Gratiarum fuiſſe, quā alii Eurymedusam, à verbo Græco μέδω, quod rego ſignificat, uocant. Cc.

Eurylochus, fuit Phlegiarum rex, qui Thebas deſtruxit antequam uenire Cadmus, qui eas poſtea reædificauit.

Eurymedon, nomē patris Peribœæ, ex qua Neptunus genuit Nauſithoum regem Phæacū. Alter fuit Athenienſium dux cum Demoſthene.

Eurymone, Nympha. Oceani & Tethyos filia, mater Leucothoes. Alia fuit Apollinis filia, quæ Adraſtū Argiuorum regem & Eryphilen Amphiarai coniugem peperit.

Eurypilus, penult. correp. fuit Herculis filius, qui regnauit in Coo inſula, & cunctorum Græcorum augure peritiſſimus eſt habitus. Verg.

Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus. Fuere & alii hoc nomine. Hunc Eurypilum non Herculis filium, ſed nepotem ex Telepho filio fuiſſe, autor eſt Homerus. Cc.

Euryſteus, fuit Stheneli Mycenarum regis filius, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi, ut varia monſtra ſuperaret, quibus poſſe perire.

Eurythus, penultima correpta Oechaliæ rex, & pater Ioles. Hinc eurytis, tidis, patronymicum fœmininū. Ouid. Eurythidos Ioles, & Inſani Alcidæ Alter fuit centaurus.

Euſebes, gemma, ex qua Tyri in Herculis tēplo facta ſedes, ex qua facile Dii ſurgebant. Cc.

Euſebia, græce εὐσέβεια. pietas, religio.

Εὐσεβέω, ſum plus pietatem exerceo.

Εὐσεβὴς, plus religioſus.

Euſtathius, nomen fuit grammatici Græci.

Euſtratius, nomen philoſophi, qui in ethicam Ariſtotelis ſcripſit. ab στρατὸς exercitus nomen deductū.

Euſymbolos Latinè bonum nomen dicitur.

Euthale, lauri genus. Vide in dictione Daphnoides.

Eutaxia Latinè bona ordinatio dicitur.

Euterpe fuit vna ex Muſis. εὖ bene, τέρπω delecto, quaſi ſit bona delectatio.

Euthymus, nomen viri, qui pugil. adpellatus eſt. Hic in Locris Italiæ. qui Epizephyrii cognominantur, ortus, Aſtycleo patre, uel, ut indigenis perſuaſum eſt, Cecino amne genitus, qui Locros à Reginis diuidit.

Eutrapelos, penultima correpta quidam aiunt ſignificare tricubitos. Martia.

Eutrapelus tonſor dum circuit ora lupercl.

Vide Plinium lib. vii. circa princip. Alii putant hoc nomen ſignificare apud Græcos eum, qui facilitate quadam morū præditus eſt. hoc eſt. comis, lepidus, elegans, & facetus.

Eutrapelia, comitas, facetia.

Eutymedon, pen. cor. nomen cuiuſdam philoſophi.

Euthymia, animi trāquillitas. Laertius in vita Democriti. Finem eſſe rectum quietumꝗ animi ſtatū, quē euthymiam dicit, dum nullo metu, nulla ſuperſtitione, aut alia quauis perturbatione agitatur.

Euthyoria, εὐθυωρία ſignificat nō per diuerticula itinerum, quæ obiectu montium, & interuentu cōuallium, aut fluminum flexu, plerunꝗ neceſſaria ſunt, ſed in directum acta menſura.

Eutyces, pen. cor. nomen fuit hæreſiarchæ.

Eutychus. Latinè fortunatus. cui omnia ex ſententia ſuccedūt. Nam εὖ bonum, & τύχη, fortunam ſignificat.

Euxinus, pe. prod. mare illud eſt, ꝙ incipit à Boſphoro Thracio. Componitur ex εὖ, quod bonum apud nos indicat, & ξένος hoſpitium, uel amicus, quaſi bonum ſit hoſpitium, quod per cōtrarium dictum eſt, nam ibi loca ſunt aſperrima. Ouid. lib. iii. de tri.

Euxinus falſo nomine dictus habet.

Sed teſte Plin. lib. vi. Pontus Euxinus antè ab inhoſpitali feritate Axenus adpellatus eſt, peculiari inuidia naturæ ſine ullo fine indulgētis auiditati maris. Poſt commercium illorum gentium, mollitis aliquātum moribus, dictus eſt Euxinus.

Euzomum, bonum ius, εὖ bonum, ζωμὸς ius, quod comeditur.

Euzonos, ſtrenuus, Ζώνη cingulum. Nam qui militant, cinctos dicimus, diſcinctos inhabiles.

E ANTE X

Ex præpoſitio, de qua ſupra in E, & Ex.
Ex aduerſo adpellare. vide ī dictiōe Adpellare.
Exactor, & Exactio. vide in dictiōe Exigo, gis.

Exactum, præteritum, tranſcurſum.

Vergil. libro tertio, Georgic.

At tribus exactis, vbi quarta acceſſerit æſtas.

Exacti menſes dicuntur, qui circa partum ſunt. Idē, Exactis grauidæ quum menſibus errant.

Item exactum diligens. Valerius Max. Quia nūquā remotos ab exactiſſimo cultu ceremoniarum oculos. Item exhauſtum, ſuperatum. Seneca, Vt ꝗ tot procellis tempeſtatibusꝗ exactis, aliquando in portū veniamus. In hunc ſenſum veteres exantlatum accipiunt. Exactum, ſubſtantiuum, ſignificat exactionem. Quintilianus de paſtu cadauerum. Sacroſanc

ctus mercator opportunus opinior, inuenit mercis exactum. Hierony. Non exactum, ſed exactionem inuenies. Exactus vero, a, um. ea ſignificat quæ exigo. Habet & alia ſignificata, de quibus in dictione Exigo, gis.

Exacerbeſco, beſcis. valde acerbus. Id eſt, aſper fio, quod ab exacerbo, bes, fieri conſtat licet acerbeo raro inueniatur. Apule. in apolog. Quis tam eſt mitis quin exacerbeſcat?

Exædifico, perfecte ædifico. Aliquando ſignificat domo priuo, domo eiicio. Plautus in Trinum. Qui exædificaret ſuam inchoatã ignauiam. vide in dictione Aedifico.

Exaggeratio, magna coaceruatio, poniturq́ pro altitudine & excellentia. Trãſlatio ſumpta à terra, quæ exaggerata, & in agerem erecta, ſuſtolit in faſtigiũ. Cice. lib. ii. Tuſcul. Hoc tibi propone, amplitudinẽ animi, & quaſi quandam exaggerationem quàm altiſſimam animi, qui maxime eminet in contẽnẽdis & deſpiciendis doloribus, unam eſſe omnium rem pulcherrima. Oratores Exaggerationem facere dicuntur, quando pluribus verbis, vnam eandemq́ rẽ vehementer dicunt, quæ res maxime venuſtat orationem. Apud Catonem luculenta illa exaggeratio eſt. Succidias humanas facis decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus uitã eripis, indicta cauſſa, iniudicatis, indemnatis.

Exagito, tas. ſignificat vehementer uexo. Lactan. lib. vi. Poetæ tres furias eſſe dixerant, quæ mentes hominum exagitent. Item ſignificat exaſpero, ad iram prouoco. Salluſtius, Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda quàm exagitanda videbatur.

Exagoge, pen. prod. Latinè eductio dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐξ, καὶ ἄγω, μέλλων ἄξω. ab ex & ago.

Exalburno, nas. vide in dictione Alburnum.

Exalto, in altum eleuo. Columella, Senum pedum latitudinis ſulcos dirigunt, fodiuntq́, & exaltant in tres pedes. Per tranſlationem, ſignificat magnifico laudo.

Exaluminati, dicuntur uniones, qui colore præſtant.

Examen, noua apum ſoboles, quam parentes ex ſuis aluearibus ad nouas ſedes quærendas exire cogunt, quòd hæ ita uniãtur, vt ſimul ligatæ videantur. Nec ſolum de apibus, ſed etiam de veſpis & huiuſmodi intelligitur. Rurſus, Examẽ ſtylus eſt in lance ſiue ſtatera, qui quò pondus ſe vergit, exit. Verg. lib. x.
Iuppiter ipſe duas æquato examine lances.
Hæc Bilancis ſeu ſtateræ lingua, ab aliis æquamentum, ab aliis libramentum, ab aliis equilibriũ & trutina dicitur vnde metaphorice ponitur pro æquamento, & iudicii inueſtigatione. Perſius,
Examenq́ improbum in illa. Caſtiges trutina.

Examino, nas, pen. corr. ſcrutor, & inueſtigo, æquandi cauſſa.

Examurcari oleũ, dr, qñ ab amurca defæcatũ fit. Apule. li. iiii. Ac dũ cœleſtis uaporis flãmis examurcatur.

Examuſſim, uide in dictione Amuſſis.

Exantlo, tlas, ab ex & antlo, Priſciano dicente. Antlo, pro Antlor, ſignificat euacuando, exhaurio, ſupero. Plaut. in Sti. Ne iſte ædepol vinũ poculo exantlauit. Cice. lib. i. Tuſcu. Quod quum exantlauiſſet oẽs labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum. Aliqñ exantlare, eſt perpeti. Lucilius libr. xxx. Quantas quo modo ærumnas, quantosq́ labores exantlaris. Aliquando perficere. Pacuuius, Non poteſt Menalippe hic ſine tua opera exantlari clauus.

Exangue, dicimus quod ſine ſanguine eſt, & pro pauido capitur.

Exanimalis, & hoc exanimale, quod non eſt animal, vel quod eſt ſine animal. Plaut. in Bac. Nã neq Belſona mihi unquam neq Mars crepuat, ni illum exanimalem faxo, ni ve exhæredem fecero uitæ ſuæ.

Exanimo eſt, vt natura fert. hoc eſt, ut refert naturalis ingentia actio.

Exanimo facio, ſignificat facio quod in animo uolo vt ſit quaſi, Ex animi ſententia. Ex animi enim ſentẽtia locutio eſt quotidiana, qua vtimur, quãdo ſignificamus aliquid factum eſſe put optamus & uolumus, vnde dicimus. Habes iam vxorem ex animi ſententia.

Exanimo, as capitur ſicut animo, de quo ſupra, niſi quòd ex præpoſitio ſignificat extra, ſiue quum animam quis emiſerit, ſiue quum penè animum pauore emiſerit. Quando ab animo fit, ſignificat perterreo, pturbo. Plaut. in Aulul. Nimis male timui, prius quàm intus redii exanimatus fui. Terẽ. in And. Oratio hæc me miſeram exanimauit. Quando vero ab anima eſt ſignificat anima priuo, ſiue neco. Curtius, Multos exanimauit rigor inſolitus niuis, multorũ adulſit pedes, plurimorumq́ oculis præcipue perniciabilis fuit Gellius, Anus repentè filio uiſo, copia atq turba, & quaſi ruina incidenti inopinati gaudii oppreſſa exanimataq́ eſt.

Exanimus, ma, mum. & exanimis, & hoc Exanime, & Exanimatus, ta, tum, ambo duplicem, eandemq́ ſignificationem habent, licet Seruius velit hæc inter ſe differre. Exanimus, ſiue Exanimis, idem eſt quod mortuus, vt apud Liuium lib. viii. Vt vno ictu exanimem equo præcipitaret. Vergilius,
Exanimũq́ auro corpus vẽdebat Achilles. Interdũ idem eſt quod exterritus. Idem lib. iiii.
Audiit exanimis, trepidoq́ exterrita curſu,
Vnguibus hora ſoror fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit. Sic Exanimatus, non ſolum pro exterrito, ſiue perturbato (ut Terent. in And. Ibi tũ exanimatus Pamphilus, bene diſſimulatũ amorem & celatum, indicat) ſed etiam pro mortuo accipitur, vt apud Liui. lib. xxii. Vnam in ipſa porta, ſoſpite filio repẽtè oblato, in conſpectu eius expiraſſe fertur, Alteram, cui mors filii falſo nunciata erat, mœſtam ſedentem, ad primum cõſpectum redeuntis filii, gaudio nimio exanimatam.

Exanio, nias. Columel. lib. vii. Vt omnem amaritudinem eius & pallorem exaniet. Et alibi, Patitur autem nonnunquam tota nocte, poſtero die bacca velut exaniari.

Exantaxenos, Latinè hoſpes dicitur. Cc.

Exanthemata, adpellantur à Plinio eruptiones pituitæ. Item papulæ.

Exarefio, idem ſignificat, quod exareſco, niſi quòd exareſco propriè extrinſecus fit, Exarefio intrinſecus, ut de ſucco marino dicit Plinius lib. xxvi. Sed omnibus articulis morborũ impoſitus, antè quàm exareſiat.

Exareſco, perfectè areo. Columel. libro. IIII. Et Sole ac vento penitus ſiccari atq; exareſcere. Cicero Papyrio, Deinde ipſa illa, ſi qua fuit in me, facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. hoc eſt, omnino arida facta fuiſſet & defeciſſet.

Exarmio, as, mãſuefacio, vnde Exarmatæ beſtiæ, pro cicuribus & manſuefactis. Lampridius in Helio. Habuit Leones & Leopardos exarmatos in delicijs, quos edoctos per manſuetarios, ſubito ad ſecundã & tertiam menſam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis quòd exarmati eſſent, ad pauorem & ridiculum excitandum.

Exaro, ras. penul. produ. perfectè aro, ſed per tranſlationem ſignificat ſcribo. Qui enim ſtylo ſcribunt in codicillis, hi quaſi ſulcos, inſtar aratorum, ducere uidentur. Cicer. Cornificio, Hæc quum eſſem in ſenatu exaraui.

Exaſceare, aſcia polire, leuigare. Tranſlatio à fabris lignariis ſumpta, qui ligna prius dolant, deinde poliunt. Plaut. in Aſina. Iam hoc opus eſt exaſceatum. id eſt, perfectè dolatum.

Exaſpero, as. vltra notã ſignificationẽ, ſignif. uacuo.
Silius, Saxoq; exaſperat enſem.
Tacitus, Saxo exaſperatur ferrum.

Ex aſſe, duæ partes ſunt, ſignificatq; ex tota hæreditate, quæ dicitur, As aſſis, quæ pluribus modis diuidebatur, vnde dicimus. Hic ex aſſe hæres relictus eſt. id eſt, ex toto. Mart. lib. vii.
Hæredem Fabius Labienum ex aſſe reliquit.

Exauctoro, ras. penul. correp. ſignificat ab auctoramento. hoc eſt, obligatione militari atq; ſtipendio libero priuoq;, à quo Exauctorati milites dicitur, qui miſſionem habuerunt. Et quãuis frequẽter cum dedecore Exauctorare dicatur, perſæpe tamẽ ſignificat miſſos facere à militia milites, citra uituperationem. Liuius libr. xxv. Volonum exercitus, qui uiuo Graccho ſumma fide ſtipendia fecerat, velut exauctoratus morte ducis, ab ſignis diſceſſit. Et libr. xxvi. Quum deſeruiſſet exauctoratos dimiſit. Vlpianus, Exauctorare, interpretatur inſignia militaria detrahere, quod cum infamia cõficitur, ut eſt apud Lampridium, qui ſcribit Alexandrum tumultuãtes legiones exauctorauiſſe.

Exaudio, perfectionẽ audiendi denotat, & hoc duobus modis. Vno, quũ quod petimus ĩpetramus. Vt ſi etiã dicere ſolemus, Vt nos exaudire digneris. Ver. Et nulli exaudita Deorum. Vota preceſq; meæ.
Alio, quum ſignificat proximè ſeu uehementer audio. Liuius lib. i. Equitem clara increpans uoce, ut hoſtes exaudirent, redire in prælium iubet. Terent. in Hecy. Vereor ſi clamorem eius hic crebro exaudiat, ne parturire intelligat.

Exbaliſto, liſtas, à baliſta fit, & ſignificat decipio. Plautus, Ego hunc cõmunem meum atq; noſtrum omnium hoſtem exbaliſtabo lapide. ἀπὸ τοῦ βάλλω λέγεται, καὶ ἄλλο ἐστὶ τὸ σκόρπιος, ἀπὸ τοῦ σκορπίζω τὸ ἀποσκεδάννυμι. hoc eſt, à βάλλω, quod eſt mitto. Aliud eni eſt ſcorpius, à σκορπίζω, quod eſt diſſipo, ſpargo. Ita ſcribit Michalus etymologicus.

Excalfacio, & Excalfactorius. uide in Calefacio.

Excandeſcentia, ab Apuleio lib. de Dogmatibus Platonis, adpellatur, ea animæ pars quæ irritabilis eſt, habens domicilium in corde, quã alio nomine iraſcentiam nominant, quæ iracũdia à Cicerone dicta eſt in. i. Tuſcul. à furore & impetu animæ ducto uocabulo, vt inquit Plato in Cratillo.

Excanto, tas. ſignificat quod incantatum eſt, alio incantamẽto libero, quod & recanto dicitur. Plin. lib. xxviii. Qui fruges excãtaſſet, de Recanto. Idem, Nõ pauci & ſerpentes ipſos recantari putant. Aliquãdo Excantare capitur pro excludere. Plautus, Nam credo cuius cor excantare poteſt.

Excandeſco, deſcis, & Excandefacio. uide in Cãdeo.

Excarnificatus, dicitur ille, qui per carnificinæ tormẽta diſcerptus eſt. Suetonius in Vitello, Apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus atque confectus eſt.

Excedo, dis. penul. prod. diſcedo, regredior. Cicero, In ipſa cura & meditatione obeũdi ſui muneris exceſſit è uita. Item ultra cedo, tranſeo. Colu. lib. vii. Quum exceſſerint annos decem, fœtibus inutiles ſunt. Plautus in Aulularia, Iſtic adeſto, ſi hercle tu ex iſtoc loco digitum tranſuerſum aut unguem latum exceſſeris. Item ſupero, vt, Cicero facile excedit omnes eloquentia.

Excello, lis, exculi, excelſum, & Excelleo, les, excellui; ſignificat ſupero. Lactant. libro ſeptimo. Qui omnes licet eloquentia excelluerit. Hinc Excelſus, magnus. Gellius libr. i. Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem.

Exceptio, excluſio, q̃ (ſicuti Vlpianus docet) interponitur actioni cuiuſlibet rei, ad excludendũ id, quod in intentionẽ condẽnationemq; deductum eſt.

Excepto, tas, ſæpe extra capio, vel ad me frequenter traho. Cice. in Parad. Et uideat aliquem ſummis populi beneficiis uſum, barbatulos, mullos, exceptantem de piſcina. Vergi. lib. iii. Georg.
Ore omnes uerſæ in zephyrum ſtant rupibus altis,
Exceptantq; leues auras, & ſæpe ſine vllis
Coniugiis vento grauidæ, mirabile dictu. Id eſt, frequenter ad ſe trahunt & capiunt.

Excerebro, bras, cerebrum excipio, vt apud Eſaiam, Qui mactat p cus, quaſi qui excerebret.

Excetra, dicta eſt Hydra, quòd uno cæſo capite, tria excreſcebant. Plau. in Perſa. Cum excetra, cum Anteo deluctari mauelim, quàm cum amore. Græco vocabulo dicitur Echidna. Ouidius,
Pars quota lernææ ſerpens eris unus Echidnæ.
Scribit Diodorus, Herculem debellaſſe hydrã non ſolum

ſolum ferro, ſed etiam flammis, adhibito Iolao, qui inciſam ceruicem ardente face è veſtigio inureret. Conſtat (ſecundũ hiſtoricos) hydram in lerna Argiuorum palude extitiſſe, aquas euomentem, quæ uaſtabant uicinas ciuitates, in qua uno meatu clauſo multi erumpebant. Quod Hercules uidẽs, loca ipſa exuſſit, & ſic aquæ meatus clauſit. Nam hydra, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, id eſt, ab aqua nomen accepit. Plato adſerit in Euthydemo, Hydram fuiſſe calidiſſimũ ſophiſtam, cui præter ſapientiam, pro uno ſermonis capite amputato, multa repullulabant.

Excerno, cernis. purgamenta uentris emitto. Celſus lib. iiii. Quoniã portæ modo in inferiores partes, ea quæ excreturi ſumus emittit. Hinc Excrementum, purgamentum & ſtercus, vnde Plinius libr. x. capi. xliii. ſcribit, quòd quia coruus excrementis calciamenta fœdauerit, à mancipe exanimatus ſit. Proprie tamen Excernere, eſt extra cernere, quod uernacula lingua dicimus, Cernit fora. Columel. lib. ii. Ita q; in area detrita frumenta ſic aggerenda, ut omni flatu poſſint excerni.

Excerpo, pis, pſi, ptum, ſignificat ſecernẽdo extraho, vnde Excerpta dicimus, quæ ex libris ueluti floſculos extrahimus.

Excidium, & Excidio, ab excido deduci manifeſtum eſt pro peremptione, & quaſi nece vrbis aut prouinciæ, vt quum cæſis hominibus mœnia ad ſolum deducuntur. Hæc etiam à cadendo dici uideri poſſunt.

Excido, dis. penul. corre. ab ex & cado, a in i, mutata, præteritum excidi, ſupinum excaſum facit, ſignificat deorſum cado. Vergi. lib. ii. Georgi.

Nam ſæpe incautis paſtoribus excidit ignis.

Vnde per tranſlationem Excidere animo, eſt in obliuionem dare. Idem,

Necdum etiam cauſſæ irarum ſæuiq; dolores

Exciderant animo. Interdum diſſentire. Lucil. lib. xxviii. Ego ab Archilocho excido.

Excido, dis. penul. produ. excidi, exciſum, extra vel de aliquo cædo, & penitus deſtruo. Cic. lib. ii. offi. Nec lapides ex terra exciderentur, ad uſum noſtrum neceſſarii. Idem in Cato. Quo modo Carthagini male iam diu cogitanti bellum inferatur, multo tempore antè denuncio, de qua uereri nõ antè deſinam, quã illam exciſam cognouero.

Excieo, ies, exciui, vel excii, excitum, extra maneo. Feſtus, Exciet, excutiet.

Excio, cis, ciui, cii, citum, extra uoco, uel extra ſeu uade commoueo. Plautus in Ciſt. Vt mihi exciuiſti lachrymas, id eſt, commouiſti. Et in Epidice, Quid eſt pater, quòd me exciuiſti antè ædeis, ut matrem tuã uideas. id eſt, euocaſti. Excire autem expergefacere eſt. Liuius lib. i. Hercules ad primam auroram ſomno excitus.

Excipio, cipis. penul. correp. extra capio. Cicero lib. i. Tuſcul. Nam ſi ſolum eos diceres miſeros quibus moriendum eſſet, neminem tu quidem eorum qui uiuerent exciperes. Aliquando Excipere, eſt ad ſe aliquem accipere. Et proprie excipi ſunt cadentes, aut in calamitatem collapſi. Lactã. lib. ii. Hunc errantẽ atq; inopem ſanus excepit. Verg. lib. iii.

Heu quis te caſus deiectam cõiuge tãto Excipit.

Aliquando aliquid recipere. Auguſti. lib. v. confeſ. Et dum cor adperiam ad excipiendum quàm diſerte diceret, pariter intrabat. Aliquando inquirere. Cice. lib. ii. de ora. Quædam dari ex hac uita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiẽdas eorum uoluntates. Aliquando ſeparare. Verg. lib. ix.

ipſum illum clypeum criſtas q; rubentes

Excipiam ſorti.

Aliquando per dolum capere, opprimere. Idem,

Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras.

Aliquando colligere. Martialis,

Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro.

Aliquando abſcondere. Plautus in Aulularia, Nec partem tibi ab eo indipiſces, neq; furem excipies.

Excipula, ab excipio, ſicut Decipula à decipio, & eſt ſeptum ex arundinibus contextis ad capiendos piſces. Plinius, Hyemato lacu fluctibus glomeratæ voluuntur anguillæ, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis, ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum millium globi reperiantur.

Excipuus, a, um. quod excipitur, ſicut Præcipuum, quod antè capitur.

Exciſo, ſas. penul. produ. lanio verbero, & quod vulgò dicitur, ſtratio, ſtrapo. Plautus in Ciſtel. Capillo ſciſſo, atq; exciſatis auribus.

Exciſſatum, veteres pro vulnerato et laniato dixerũt.

Excito, tas. penul. corr. frequentatiuũ. Terẽ. in Heau. Num uides quantũ mali ex ea re excites? Pro expergefacio. Damaſus ad Hieron. Dormientem te, & longo tempore legentem potius quàm ſcribentẽ, quæſtiunculis ad te miſſis, excitare diſpoſui. Pro prouoco, ſolicito'ue. Colume. lib. i. Nam quum certamine opus excitetur, tum inceſſantia animaduerſio iuſta eſt, & ſine querela uidetur adhiberi.

Exclamare, voce magna clamare. Plautus in Amph. Ibi neſcio quis maxima voce exclamat. Item exclamare, alte vocare. Idem in eadem. Dum hæc aguntur, voce clara exclamat vxorem tuam. Exclamationes fieri ſolent, ſine aliquo adminiculo, modo per nominatiuum, modo per accuſatiuum, modo per vocatiuum.

Excludo, dis. penultima produ. extra claudo, eiicio. Plaut. in Aſi. Homo hercle hinc excluſus eſt foras. Hiero. Philippum regem Macedonum, introeuntem ex more cubiculum, uxor irata excluſit. Per tranſlationem, Excludere ponit pro liberare. Actius Qua virtute hic ſe ſeruitute excluſit. Item pro incubando pullum emittere. Colu. libro nono. Veteranas aues ad remeligi oportebit quæ iam ſæpius id fecerint, moresq; earum maxime prænoſci, quoniam aliæ melius excludant, aliæ editos pullos commodius educent. Idem, Columbæ excludunt vigeſimo die. Sic Excludere, emittere, & adparere, quod idem ferè eſt quaſi emittere, vt in Plal. Excludantur q probati ſunt argento. Vnde dicuntur & in arte argentaria Excluſores. id eſt, ex quadam confuſione maſſæ ad ſuam formam expreſſores.

Excolo,as,eſt purgandi gratia guttátim per collum diffundere.

Excolo,lis.penul.correp.Liuius, Excultum perfecte adoro. Lactã.lib.vi. Nam ſi Deorum cultores ſimulachra inſenſibilia excolunt,& quicquid pretioſi habent in ea conferunt. Habet & reliquas ſignificationes quas Colo, ſed perfectas, ratione præpoſitionis ex.

Excommunicatio (vt in Decreta.iii.q.iiii.) diſtinguitur ab anathemate,tãquam excommunicatio ſit minor, Anathema maior. Vnde Anathematizati ab eccleſia omnino ſeparantur. Cum talibus,neq; ſermone congreſſus,neq; cibus cõmunicatur, hos Cyprianus abſtentos uocat eleganti uocabulo.

Excompoſito,ſecundum ordinem datum. Liuius, Tũ excompoſito orta uis, ſignoq; dato, iuuentus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit.

Excorio,rias.uide in dictione Corium.

Excors,extra cor,quaſi ſine corde.hoc ẽ, animo quo ſapimus. In corde enim (vt inquit Plinius) habitat mens,vnde ponitur pro inſipiente. Lactan. lib.iii. In quo alios non excordes tantum fuiſſe arbitror, ſed etiã impios,quòd in ſecreta cœleſtis illius prouidentiæ curioſos oculos uoluerunt immittere.

Excreare,eſt quadam ui expuere. Celſus, Et interdum aliquid purulenti excreat. Dictum à ſcratis. Scratæ vero,nugatoriæ ac deſpiciendæ mulieres dicebantur,ab hisq; Screa idem adpellabant,id quod quis excreare ſolet quatenus id faciendo ſe purgaret.

Excrementum, quod egeritur ex cibo potuq;, & eſt duplex,ſiccum ſcilicet, & humidum. Conceptaculũ humidi dicitur ueſica, conceptaculum ſicci aluus nominatur.

Excreſcere,valde,ſiue extra creſcere. Columel. lib.v. Si ſatis excreuerint,iugo ſupponantur.

Excretum,ſupinum ab excerno, ſignificat egeſtum. Vnde Excreta tritici,dicuntur vulgò granatia. hoc eſt,quæ ex incerniculo pro immundis ſeponuntur. Columel.lib.viii. Vbi annona eſt carior,excreta tritici minute commode dantur gallinis. Ibi Excreta nomen. Participium uero eſt, vbi paulò poſt ait, Furfures à farina excreti. Excretum uero ſupinum ab Excreſco,ſignificat idem quod valde creuit.

Vergil.lib.iii.Georgi.

Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos.

Excubiæ,biarum,vigiliæ.licet Vigiliæ tantũ nocturnæ dicantur,Excubiæ & diurnæ & nocturnæ.

Excubitor,qui excubat. Vnde gallus dicitur excubitor,qui peruigil cantu horas indicat.

Excubo,bas.penul.correp.uigilo, cuſtodiam facio, & quaſi minime iaceo,ut milites extra caſtra,uel extra tentorium ad imperatoris cuſtodiam noctu armati conſidunt. Salluſt.in Iugur. Neq; ſecus, quàm ſi iter faceret caſtra munire,excubitum in porta cohortes ex legionibus,pro caſtris equites auxiliarios mittere. Liuius,Ptolomæum ac Leonatum excubãtes ad cubiculi limen excitauerunt.

Excudo,is,penulti.product.ſi,uel excudi,ſum,cudẽdo elicio. Vergilius,

Vt primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.

Per tranſlationem. Lactan.de opifi. Profiteor nulla me neceſſitate rei vel temporis impeditum,quò minus aliquid excudam, quò philoſophiæ ſectæ noſtræ, quam tuemur, inſtructiores, doctioresq; in poſterum fiant,ſic Vergilius,

Vt varias uſus meditando excuderet artes. Id eſt, ſtudioſe reperiret. Excudere etiam dicitur gallinæ oua, quando ex illis pulli naſcuntur, quod & excludere dicimus. Columella libro nono. Negatur anſer aliena excudere oua, niſi ſubiecta ſua quoq; habuerit.

Excurio, verbum à curia, quaſi extra curiam eiicio. Varro. Apollonium ideo excuriauit,quia nihil habebat. Cornucopiæ.

Excuſabile,quod excuſatione dignum eſt.

Excuſatorius,a,um.quod ad excuſationem pertinet, vt,excuſatoria epiſtola.

Excuſo,as.penul.produ.obiectum crimen purgo,& à me repello. Cic. Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſſa peccaueris. Et Excuſare,eſt afferre in excuſationem,id quod peccandi cauſſam præbuit,quod potius per accuſo dici debere uidetur,ueluti ſi latrones aut flumina impedimento fuerunt, ne ad diem adeſſe poſſem. Eo modo quo Quintil. Tu tamen ſi interpellatus tempeſtatibus,ſerius ueniſſes, excuſares mare & ambiguos flatus.id eſt,mare in excuſationem adduceres. Liuius de Torquato,Oculorum ualitudinem excuſauit.

Excuſſorius,a,um.quod ad excutiendum pertinet,ut. excuſſorium cribrum,quod excutit & tranſmittit farinam ignobiliorem, & panem ſecundarium, quẽ apud noſtrates ſub uentrem, apud alios tritellum. Pollinarium tenuius, floci farinæ accommodum. Nam farina in pollinem & ſecundarium & furfures partitur.

Excutio,is.penultima correp.ſſi,ſſum, ab ex & quatio,ſignificat quod uernacula lingua dicimus,ſcrollare. Vergilius lib.xii.

Summaſq; excuſſit uertice criſtas.

Plautus, Excute dum pallium. Per tranſlationem ſignificat eiicio,emitto. Plautus in Aulul. Mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror, lapides loqueris.id eſt,frangunt. Vergilius,

Excuſſus Aconteus Fulminis in morem.

Item deiicio. Hinc Excuſſores equi dicuntur,qui ſeſſorem deiiciunt. Plinius, Excuſſo Circenſibus auriga cucurriſſe excuſſores conſtat & primatum obtinuiſſe. item eligo. Cice.lib.xii.Phil. Iuuentutem omnem ex tota Italia excuſſimus.

Exdecimo,eligo,& Exdecimatũ, electum dicimus,à uerbo decimo,quod eſt decimã parte detraho. Ce.

Exdiſcutio,ab ex & dis,& quatio,ſignificat perfecte diſcutio. Hiero.ad Creſi. Quum hæc ſe ita habeat, prouoco aduerſarios vt omnes retro chartulas excutiant,& ſi quid in meo ingeniolo uitij repererint, proferant in medium.

Exdiſpoſito,dicimus.hoc eſt,de induſtria,& quẽadmodum à nobis conſtitutum eſt.Ce.

Exdorſuo, as, dorſum confringo, uel dorſo nudo. Plautus in Aulul. Tu Machærio, congrum, murenā, exdorſua quantum potes. Hæc duo præter regulam componuntur cum ex. Non enim ex, ſed e, componitur cum d, vt educo.

Exdotes, penul. produ. quaſi ſine dote. Apud Ambro. lib. de Reſurrect. Immunes uidentur & exdotes reatus, quum grauiores pœnas intra luant.

Execo, cas. penul. correp. ab ex & ſeco, ſed ſ, abiicitur, & ſignificat excido, extra ſeco. Columel. lib. iii. Arborem quam inſerere uoles, diligenter execato, ea parte quæ maxīe nitida, & ſine cicatrice eſt, dabisq́; operam ne librum lædas.

Execro, as. penultima correpta, ab ex & ſacro abiecta ſ, & a, in e, mutata. Dicitur & Execror deponēs, pro horrori & abominationi habeo, quod eſt magis in uſu. Vergilius,

Et terram altricem ſæui exęcramur Vlyſſis.

Hinc execratio, quæ aliquando ſumitur pro iuratione, quæ maledictis obſtringit, quæ accidant ei qui peierauerit, ut inqt Auguſtinus, quale eſt illud Geneſis. 26. cap. Fiat execratio inter nos, & inter te.

Exedo, dis. penul. correp. uel exes, corrodo, cōſumo. Plinius lib. 26. Naſcitur quoq; in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus. Cice. lib. iii. Tuſcul. Aegritudo lacerat, exeſt animam, planeq́; conficit. Aliquando Exedere, eſt extra ſeu de aliquo uaſe edere. Terent. in Phormio. Tu tibi hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum.

Exedra, locus ſpatioſus quaſi triclinium, quæ quaſi ad Occidentem uerſa eſſe ſolebat. Cicero lib. iii. de orat. Tunc dedita opera quieſcentibus aliis, in eam iam exedram ueniſſe in qua Craſſus poſito lectulo requieuiſſet. Michaius autem Etymologicus. ἐξέδρα τόπος τίς ἐστὶ ἀπὸ τοῦ ἐξ καὶ ἕδρα, καὶ σὺν κατὰ καθέδρα. Id eſt, Exedra locus eſt, ab ex & hedra ſedes, & cum κατὰ fit cathedra.

Exegematicus character, dicitur in quo tantum poeta loquitur, vt Vergilius in tribus locis Georgicorum. Dramaticus, in quo nuſquam poeta loquitur, ut in comœdiis & tragœdiis, Tertius character mixtus, in quo & poeta, & introductæ perſonæ loquūtur, vt in Aeneide.

Exegeticon, id eſt, expoſitiuum, vel enarratiuum.

Exemplum, inquit Feſtus, quod ſequamur, aut uitemus. Exemplar, ex quo ſimile faciamus. Plinius lib. 35. Sunt qui Venerem Dianeā illam pictam exemplari putant. Sed ſæpe confunditur, ut Exemplum ſit, ex quo ſimile faciamus. Salluſt. Literas quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat, exemplum earū infra ſcriptum eſt. Id eſt, earum forma infra ſcripta. Quintilianus lib. x. Sic literarum ductus, ut ſcribendi fiat uſus, pueri ſequuntur. Sic muſici uocem dicētium. Pictores opera priorum. Ruſtici probatam experimento culturam, in exemplum intuentur. Cicero Apio, Ex literis quarum ad me exemplum miſiſti. Ouidius de Triſtibus,

Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor.

Ponuntur nonnunquam pro eodem, Cice. pro Muræn. Domeſticum te habere dixiſti exemplū ad imitandum. Et iterum, Ad imitandum uero tam mihi ꝓpoſitum exemplar illud eſt, quàm tibi. Dicitur & Exemplarium pro exemplari. Plin. Iuba hæc omiſit in hoc tractatu, niſi exemplarium uitioſum eſt. Sciēdum tamen quòd Exemplum dicitur quādoq; grauis pœna, quæ poteſt cæteris documento eſſe. Terentius in Eunu. Quæ futura eſſe debent, exempla in eum indigna. Rurſus Exemplum dicitur illud, quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ cauſa. Vnde pars probationis uocatur ab exēplis. Et in elocutione Exemplum inter ornamenta numeratur, pro quo exemplar dici non poteſt. Similiter Exemplum uocatur, quod vulgò dicitur, la monſtra. Cice. Si quis purpuram aut aliud quippiam uēdens dicat, ſume à me, ſed huius exemplum aliunde rogabo tibi quod oſtendam, aut ſi aceruos dicant ſe tritici habere, & eorum exemplum pugno nō habent quod oſtendant.

Exempti, dicuntur excepti. Exemptus apud iuriſconſultos dicitur qui à ſuo iudice, ſiue iuriſdictione ordinarii ſubductus eſt. Exemptus eſt rebus humanis. id eſt, mortuus eſt.

Exemptile, penul. corr. quod auferri & eximi poteſt. Colu. li. ix. Quadratæ perticæ paxillis ſupponunt. vt auem recipiant alſſientē. Sed idcirco ſunt exemptibiles, vt quū res exigit, à paxillis deductæ, liberū aditum cōuerrentibus ſtabulum præbeant.

Exeo, is, extra eo, egredior, & conſtruitur tam cum accuſatiuo, quàm cum ablatiuo, ut, exeo domum, & exeo domo. Per tranſlationem Exire eſt liberari. Lucilius lib. xxviii, Ne hoc faciat atq; ærumnis execatis. Item vitare. Vergil. lib. v.

Corpore tela modo atq; oculis uigilantibus exit.

Item erumpere, vt apud eundem lib. ii.

Nō ſic aggeribus ruptis quū ſpumeus amnis Exit.

Dicitur etiam, exit in laudem, exit in vituperationē, exit in acta, exit in fabellas, & ſimilia. id eſt, fit vel efficitur. Lactā. Potuerunt enim & libri aboleri, & tamen res in memoriam exire. id eſt, fieri memorabiles, & de quibus fiat mentio. Plinius lib. vii. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam toruitatemq́; naturæ duram & inflexibilem. Quintil. Si hiſtoricus narret fabellam eleganter, exit in fabellam, Exire de poteſtate, ſignificat mentis impotem fieri. Cicer. lib. iiii. Tuſcula. Itaq; iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate. id eſt, de conſilio, de ratione, de mente.

Exentero, as. pe. cor. perforo. Plautus in Epid. Acutū cultrum habeo, qui exenterem marſupium ſenis.

Exequiæ, funebre officiū, quod ſcilicet in funere exequimur, ab eo dictæ, quòd homines pompam poſt ſequuntur. Hinc Exequior, quod eſt exequias facio, vel exequiis comitor. Varro, Ipſum propter ius liberti ſemitracti exequiantur. Hæc etiam parentalia & iuſta dicebantur.

Exequor, penul. cor. ſignificat perficio, & executioni mando. Apule. Neque in tenebris, ſed in propatulo iuſſa domini exequebar. Quādoq; declaro, exprimo.

Cice. Varro. Habeo multa occultiora, quæ vix verbis exequi poſſum.

Exerceo, ces, cui, exercitum, ab ex & arceo, quaſi extra arceo, premo fatigo. Terent. in Adel. I ſanè ego te exercebo hodie, ut dignus es filicernium. Quandoq; Exercere eſt in operá ponere, Verg. lib. iii. Geor. Exercete viri tauros. Quandoq; tractare. Colu. lib. iiii. Qui vrbanas ac delicatas artes exercuerit. Quandoq; habere. Sallu. Iurgia, diſcordias, ſimultates, cũ hoſtibus exercebant. Quandoq; lucrari. Terent. In Heaut. Ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico faciundo, facile, ſumptum exercent ſuum omnes produxi ac vendidi. Quandoq; probe terram colere.

Vergilius libro primo Georg.

Exercetq; frequens atq; imperat aruis.

Quandoq; inſequi. Verg.

Tum vos ô Tyrii ſtirpem & genus omne futurum, Exercete odiis.

Exercio, is, iui, itum. ab ex & farcio componitur, & ſignificat ſarcio.

Exercitiũ, eſt ipſe actus & vſus exercendi operádiq;.

Exercito, as, frequentatiuum. Cicero pro Cluen. Homo in primis ingenioſus, & in dicendo exercitatus. Hinc Exercitatio, de qua idẽ lib. I. ad Heren. Exercitatio eſt aſſiduus vſus conſuetudoq; dicendi.

Exercitorius, qui ſe exercet.

Exercitus, a, um. participium, vt homo exercitus, qui multis negociis aſſuetus ſit, & experiẽtia doctus & detritus. Gell. Aderat forte ibi amicus noſter, homo lectione multa exercitus, cui pleraq; omnia veterũ literarum quęſita, meditata, euigilataq; erant. Cice. lib. v. Tuſcu. vſus eſt inexercitus, pro non exercitato, quum ait, Aſclepiadem ferunt non ignobilẽ, nec inexercitum philoſophum. Aliquando Exercitus ſumiť ꝑ fatigato, & in laboribus aſſueto. Verg. li. iii. Nate Iliacis exercite fatis.

Aliquando pro indurato, ut quũ quis diu ſe exercendo, durus, hoc eſt, robuſtus factus eſt corpore in laboribus perferendis. Sallu. in Iugur. Nabdalſa, exercito corpore. id eſt, ſolidato, vt exponit Nonius Interdum pro contempto, neglecto, ut docet Fulgentius, allegans illud Plauti. Nos noſtramq; familiam habes exercitam.

Exercitus, tus, nomen, ſignificat militum copiam, ab exercendo, quia (ut inquit Varro) exercendo fit melior. Vegetius lib. ii. Numerus militum exercitatur, vnde & re ipſa atq; opere exercitus nomen accepit, vt ei nũquam liceret obliuiſci, quod vocabatur. Docet etiam Vegetius Romanos milites, tã veteranos quã tyrones, exerceri ſolitos ad omne genus armorum. Omnes enim artes iugibus exercitiis proficiũt, cunctis exercitatione conualeſcunt, vt merito dictũ ſit, quotidiana exercitia ad ſanitatem plus prodeſſe, quàm medicos. Et non vnam cohortem, neq; vnam alam, ſed numeros multos militum exercitum eſſe Vlpianus ſcribit.

Exero, is, pen. cor. exerui, exertum, ab ex & ſero, ſignificat extra eo, emitto, eleuo, nudo. Statius, Fulgentemq; exerit enſem. Ouid. lib. I. Faſt.

Credibile eſt illos pariter viriſq; locisq;
Altius humanis exeruiſſe caput. Idem,
Exerit hic humerum, veſtes trahit ille per altas.

Colum. lib. ix. poſuit pro exeo, quum ait, Nam dum vincula exerere conantur non quieſcunt.

Exerti dentes, dicuntur extra os producti, ut equo. Cornucopiæ.

Exerto, exertas, ab exero. Verg. lib. iii.

At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris.
Ora exertantem & naues in ſaxa trahentem.

Exetaſticon, Latinè inquiſitiuum dicitur, ἐξεταστικόν.

Exfio, ſignificat purgo, à quo Exfitus, tus, pro purgatione.

Exfię, veteres pro purgatione poſuere. Cc.

Exgrumare, dicuntur cochleæ grumos eructes, & ex grumis exilientes. Grumus enim eſt terræ collectio, à congerie dictus.

Exhæredare, uide in dictione Abdico.

Exhalo, as. pen. prod. extra halo, ſpiro, Lactan. libro ſeptimo. Quos autem morbus interimit ſpiritum diutius exhalant. Vergilius. lib. vii.

Sæuamq; exhalat opaca Mephitin.

Exhaurio, is, prorſus euacuo, finio.

Vergilius libro quarto. Heu quibus ille Iactatus fatis, quæ bella exhauſta canebat.

Inde Inexhauſtus, pro infinito. Sic dicimus, Gratias Deo inexhauſtas replico.

Exherbare, eſt herbas extirpare Colu. lib. v. Perticalis ferè ſalix eũdem agrum, quem viminalis deſyderat, melior tamen riguo prouenit, atq; ea taleis conſeritur, & quum germinauit ad vnam perticam ſummittitur, crebroq; foditur atq; exherbať, nec minus quã vinea pampinatur. Et alibi, exherbandus eſt locus.

Exhebenum, gemma qua aurifices aurum poliunt. Cornucopiæ.

Exhibeo, es. pe. cor. profero, & in publicũ deduco, & videndi, tangendiq; hominis facultatẽ præbeo, vel re oſtendo, quaſi extra ſecretũ habeo. Paulus, Exhibere, eſt facere in publicũ poteſtatem, ut ei qui agit, experiundi ſit copia. Exhibere negocium, eſt labore vel moleſtia afficere. Cice. lib. iii. offic. Quod quum audiſſet adoleſcens negocium exhiberi patri.

Exhomologeſis, Latinè dicitur confeſſio. Auguſtin. Qui criminum ſuorum ſorde pollutus eſt exhomologeſis ſatisfactione mũdeť. Cyprianus, Ne in eccleſia exhomologeſin criminum facerent.

Exhorreo, à quo Exhorreſco, pro expaueſco. Plancus Ciceroni, Sed non poſſum nõ exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris, quod prius nocere poteſt, quàm ſciri, curariq; poſſit. Ibi paſſiue,

Vergilius actiue dixit lib. vii.

Aduertat, vultus neue exhorreſcat amicos.

Exibilo, as. pen. cor. ſignificat cum ſono vocis, & populari tumultuariaq; ſibilatione expello, derideo. Cice. Hiſtrio ſi paulum ſe moueat extra numerum, aut ſi verſus pronunciatus vna ſyllaba breuior aut longior, exibilatur atq; exploditur.

Exiſilare, aliquem dicebant veteres, dum populari & tumultuaria ſibilatione eum expellebant. Cc.

Exigo,

Exigo,is.pen.cor.exegi,exactum,excludo,eiicio,expello,quaſi extra ago.Plaut.itaq; omnes exegit foras.Et Exigere,eſt debitum repetere. Cice.Caſſio, Longiores expectabo,vel potius exigam.Hinc Exigere pecuniam dicimus,quæ nobis debetur.Et Exactores,vocantur qui pecunias exigunt.Interdum eſt conuenienter poſtulare. Lactan.lib.iiii. Sapientia ſpectat ad filios,quæ exigit amorẽ.Interdum vehementer,& cum inſtantia poſtulare.Hiero.in prolo.Thobiæ, Mirari non deſino,exactionis veſtræ inſtãtiam,exegiſtis enim librum Chaldæo ſermone ſcriptum,ad Latinum ſtylum traham.Interdũ agere ſeu traducere. Teren.in Hecy,Illiq; exopto vt reliquam exigat vitam.Interdum perdiſcere,inquirere. Verg.

Quærere conſtituit ſociisq; exacta referre.

Sueton.in Cæſare,Britanniam petiiſſe ſpe margaritarum quarũ amplitudinẽ cõferentem interdũ ſua manu exegiſſe pondus.Interdum facere. Verg.

Quos improba ventris Exegit cæcos rabies.

Interdum definire conſtituere. Idem lib.iiii.

Decreuitq; mori,tẽpus ſecũ ipſa modumq; Exigit.

Interdum complere.Plautus in Amphi.Menſes iam tibi exactos eſſe vides.Interdum vi extorquere.Cice.lib.de diuinat.Et quum eſſet tritici modius ſeſtertiis duobus pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe.

Exilicus,a,um.quod ad exiliũ pertinet,vt exilica cauſſa,quæ aduerſus exules agitur.

Exilior,aris,exul fio.vnde ſcribit̃ de Ioanne apoſtolo,quòd Domitianus iuſſerit eum exiliari.

Exilium,priuatio patriæ,quaſi extra ſolum.Seneca in lib.de conſolatione ad Albinam matrem exilium diffiniens ait, exilium nempè loci commutatio eſt. Hanc commutationem loci aliquãdo ſequuntur incommoda,paupertas,ignominia,contemptus , quibus detractis,nihil eſt quod magnopere exilium ſit pertimeſcẽdum,nec commutatio loci oneroſa.Aſſiduus enim eſt humani generis diſcurſus,& naturalis quædam irritatio animis mortalium ineſſe creditur commutandi ſedes,& transferendi domicilia.

Exilio,is.pen.cor,ab ex & ſalio,ſignif.exeo , & quaſi ſaltando prorumpo.Cic.Tyroni,Mihi crede tuis & illius literis perlectis exilini gaudio.Huius frequentatiuum eſt Exulto.

Eximium,excellens,egregiũ,ab eo quòd in ſacrificiis optimum pecus de grege eximebatur,uel quod eximia ſpecie animal numini offerẽdum,& eximii porci,dicebantur maiores qui ad ſacrificandum electi erant,ſignati macula aut nota,ſicut Egregiæ oues,è grege electæ.Nam quod à uulgò exemptum eſt,ſingulare dicitur, quòd in aliorum ordinem non ſit redigẽdum. Vnde Vergilius Eximias hoſtias dixit quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximuntur à grege,vt

Quatuor eximios præſtanti corpore tauros.

Dicitur & in malum.Cice.in Verrem,Sin hanc uos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexiſſe.

Eximo,is.penult.correp.ab ex & emo,ſignificat excipio ſeu aufero.Teren.Vbiubi inueniam Pamphilũ vt ægritudinem in qua nunc eſt,eximam,atq; expleã gaudio.

Exin,pro ẽxinde,ſignificat propter hoc,quapropter ideo.Liuius lib.i.Vt igitur pauloante animom inter Fidenatem,Romanamq; rem ancipitem geſſiſti, ita iam corpus paſſim diſtrahẽdum dabis.Exin duabus admotis quadrigis in currus earum diſtentum illigat Metium.

Exinanio,is.ab ex & inanio,euacuo,attenuo,& ad nihilum redigo.

Exinſperatò,aduerbium,quod non ſperabatur. Liuius lib.i.Tum clamore qualis exinſperatò fauentium ſolet,Romani adiuuant militem ſuum.

Exiſtimo,as.pen.cor.puto,iudico,& quaſi ex æſtimatione ſtatuo atq; decerno.Quintil.Ea præteriisse exiſtimari ſolent præſentia.Hinc exiſtimatio,quæ ferè ſemper paſſiuæ ſignificationis eſt,& pro reputatione ac bona fama capitur,ut homo magnæ exiſtimationis.id eſt,de quo omnes bene opinantur.Paulus Iureconſ.Exiſtimatio eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus ac moribus comprobatus,quæ ex delicto noſtro,autoritate legum aut minuitur aut cõſumitur. Minuitur quoties manente libertate,circa ſtatũ dignitatis pœna plectimur.Sicut quum relegat̃ quis, vel quum ordine mouetur,uel quum prohibet̃ honoribus publicis fungi,vel quum plebeius , fuſtibus cæditur,vel in opus publicum datur,vel quum in eã cauſſam qs incidit,quæ edicto perpetuo infamiæ cauſſa memoratur.Cõſumitur vero quoties magna capitis diminutio īteruenit.id eſt quũ libertas amittitur,veluti quum aqua & igni interdicitur.

Exiſto,adpareo,emineo,prodo,exurgo,exalto. Cic. de diui.Summerſus equus uoraginibus non exiſtit. Et iterum,Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis.Et lib.ii.offic.Atqui eo tempore tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt,vt & tyranni exiſterent & optimates exterminarentur.id eſt,exurgerent, vel exaltarentur.

Exitiabile,idem quod exitiale.

Ouidius lib.vi.Metamorph.

Dumq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Exitiale,mortiferum,calamitoſum,damnoſumq;.Plinius lib.viii.Ille contrà vrinã ſpargit prudens hanc quoq; leoni exitialem. Verg.

Sed me fata mea & ſcelus exitiale Lacænæ.

Exitiũ,ab exeo,is.Feſtus,Exitiũ antiqui ponebãt pro exitu,nũc exitiũ peſſimũ exitũ dicimus,vñ & mors dicitur.Aliquãdo calamitas. Teren.in Phor.Quod ego nunc ſubito huic exitio remedium inueniam miſer?Colu.lib.i.Sic emunita ſola & latera horreorũ prohibent curculionem,quod genus exitii quum incidit, multi opinantur arceri poſſe , ſi exeſæ fruges in horreo ventilentur,& quaſi refrigerentur.

Exitire manum conſerere,dicitur quaſi ſimul coniongere,& commiſcere manus in rem,de qua erat controuerſia.Ce.

Ex lex,qui ſine lege vel extra legem viuit.

Exoche,eminentia,vel excellentia Latinè dicit̃,vnde Catexochen,dicitur per excellẽtiã,ϰατ᾽ ἐξοχήν.

Exodium,genus cantus , ut inquit Iul.Pol.quem ce-

dentes de theatro cantare conſueuerant ab ἐξοδίων. Sunt qui exponant Exodium eſſe cantum, ab ἔξω, extra, ᾠδὴν, cantum. Erant enim ſecundū eos Exodia, ridicula verſibus intexta fabellis Atellanis potiſſimum inſerta, quæ ſine cantu ſolebant iuuenes iactitare. Iuue. Tandemq́ redit ad pulpita notum. Exodium. Et iterum, Vrbicus exodio riſum mouet Atellanæ. Sueto. in Tyberio, Vnde uox Attellanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo excepta percrebuit, hircū capreis naturam figurare. Exodium etiā ſignificat exitum, quaſi ἔξω τῆς ὁδοῦ. Id eſt, extra viā. Vnde Varro finem vitæ adpellat Exodiū. Idem. Quod cœperas modo in via narra, vt ad exodium deducat. Vnde etiam Exodus liber, quo Iudæorum exitus ab Aegypto deſcribitur. Sed ſecūda ſyllaba corripitur in Exodo, tam in prima quàm in ſecunda ſignificatione, quamuis alterum ab ὁδοῦ, quod viam ſignificat, alterum ab ᾠδὴν, id eſt, à cātu, cuius ſyllaba penultima eſt producta.

Exoleſco, is, eui, ab exoleo fit, & ſignificat creſcere deſino. Vnde Exoletus, maſculū ſcortū ſeu pathicū cōcubinū iam adultum, & ferè dimiſſum, quod creſcere deſierint, ſignificat. Olim Alexander Romanorum imperator exoletos Heliogabili iuſſit deportari, aliquos etiam naufragio mergi. Scribit Plinius, Hominem creſcere ad annos uſq; ter ſeptenos, in lōgitudinem, tum deínde in plenitudinem. Aliquādo Exoleſcere, eſt vehementer creſcere, vnde Exoletus, a, um. pro vehementer adulto. Plaut. Reliqui domi exoletam virginem. Aliquando ſignificat ueterem fieri deſinere. Agrætius, Adoleſcere augmēti eſt. Inoleſcere coaugmenti. Exoleſcere vaneſcentis eſt. Plin. lib. xxxvii. Carchedonii neſcio an in totum exoleuerint poſtquā in metalla æris ibi defecerunt. Colum. lib. ii. Nam multa ſunt ut dixi, quæ negligentia exoleſcant, & fiant ſterilia, vnde Exoletus, uetuſtus, & ab vſu remotus. Quint. lib. viii. Obſcuritas fit in verbis, etiā ab vſu remotis, ut ſi commentarios quis pōtificum & vetuſtiſſima fœdera, & exoletós ſerutatus autores idipſum petat. Liuius. Arte agendum exoleto iam vetuſtate odio.

Exoluo, is, quod ligatum erat perfecte ſoluo. Plau. in Epi. Tu ut exoluam manus. Lactā. lib. i. Religionū animos nodis exoluere pergo. Itē Exoluere, eſt pfecte ſoluere. Hier. in prooemio Epi. Pſal. Sunt nōnulli q uotū q; Deo vouerunt, ſe in ſingulos dies pſalteriū totū in eius laudē eſſe dicturos, vel diabolo exagitati, vel ecōtrario ieiuniorū, auſteritate, vel debilitate corporis id exoluere nequeāt. Itē pmio afficere. Lactan. libr. quinto, Imperatori omnium Deo fides ſeruanda eſt qui non tantum viuentibus, ſed etiam mortuis poteſt virtutes exoluere. Itē expedire, liberare. Terent. in Hecy. Illas errore & te ſimul ſuſpicione exoluas.

Exoculaſſo, is, vide in dictione Oculo, as.

Exoculatus, oculis priuatus. Apuleius, Cæcā, & prorſus exoculatam, eſſe fortunam. Deſioculus uero, cui deeſt oculus, quem luſcum dicunt.

Exomidas, penultima correpta, adpellant veſtes ſine manicis, quaſi humero tenus exertas, & citra humerū deſinentes, talibus vſi ſunt monachi & eremitæ, qui hodie æque ita figurantur exertis extra veſtem brachiis. Quod genus veſtium Colobia nuncupant, quaſi truncata, & mutilata ſine manicis. Sūt qui comicorum veſtimentum eſſe intelligant exertis humeris.

Exomus, id eſt, expeditus, & exertis humeris.

Exopolis, pen. cor. dicit qui extra muros vrbis habitat, quaſi extramuranus.

Exorabula, ab Apuleio vocantur omnia artificialia argumenta, quibus orator per vim eloquentiæ iudicem exorat.

Exorbito, as, pen. cor. quaſi ex orbita recedo. Orbita uero veſtigium eſt rotæ decurrentis ſiue circuitus. Auguſt. lib. ix. Ciuit. Dei Non eis cedentes ad aliqd adprobandum, uel perpetrandū, quod exorbitet ab itinere ſapientiæ & lege iuſtitiæ.

Exorciſmus, adiuratio.

Exorciſta uel Exorgiſta, adiurator.

Exorcizare, inqt Augu. lib. i. de Beata vita, eſt per diuina immūdum ſpiritum adiurando expellere. Sed ſpiritus rident barbariſmos, ideo dicēdum eſt Exorgizare, nam componitur ex ἐξ καὶ ὀργή, ὅ ἐστιν ἐκ ... ἐξ ὀργῶν, εἰς ὀργὴν ἐμβαλεῖν, id eſt, ex ira. hinc verbum, & Suidas ex concitando in irā inicere.

Ex ordine, ſine intermiſſione. Verg. lib. iiii. Geor. Septē illā totos phibent ex ordine mēſes Fleuiſſe.

Exordior, iris, exorſus, incipio. Plautus in Aſi. Pergam quo occœpi, & ibi conſilia exordiar.

Vergilius libro primo Georgic.

Non hic te carmine ficto

Atq; per ambages, & longa exorſa tenebo.

Exordium, initium. Verg. lib. iiii. Aenei.

Quoniam reginam ambire furentem.

Audiat affatu, quæ prima exordia ſumat.

Cicero libro primo ad Heren. Exordium eſt principium orationis, per quod animus auditoris vel iudicis conſtruitur, vel adparatur ad audiendum. Dictum Exordium, quia ex re & cauſſæ uiſceribus oriri debet.

Exorior, naſcor, emergo, exurgo. Terent. Tu ſola exorire quæ perturbas hæc tua imprudentia. Et exoriri, inuadere eſt. Nam ut Donatus inquit, Qui expectās aliquem inuadit, exoriri dicitur.

Exorno, as, ualde orno, ſeu magnifice adparo ſtruo. Plaut. in Aul. Repudium rebus paratis, exornatis nuptiis. Terent. in Eunu. Ita uiſus eſt dudum, quia uaria ueſte exornatus fuit, nunc eò videtur tibi fœdus, quia illa non habet. Interdum Exornare, fœdare dicit. Idem in Heau. Ego ne ſi uiuo, adeò exornatum, adeò deperum dabo, ut dum uiuat meminerit ſemper mei.

Exoro, penultima producta orando induco, ſeu orādo impetro. Teren. in Phor. Nequeo te exorare ut maneas triduum hoc. Idem, Orator ad uos venio ornatu prologi, ſinite exorator ſim Interdum Exorare, ſignificat per magna gratia orare præſertim quā-

do eſt duobus accuſatiuis conſtruitur. Plau. in Cap. Vnum exorare vos ſinite nos. Sic dicimus, Hoc unū te exoro. hoc eſt, unum pro magna gratia, ſiue unū magnopere te oro. Quod præpoſitio, ex & oro cō, mode & naturaliter expetunt.

Exors, tis, extra ſortem, cui contrarium eſt Conſors.

Exos, ſine oſſe. Lucilius,

Exos & exangu is tumidos perfluctuat artus.

Exoſſo, as, oſſa detraho. Terentius in Adel. Congrū iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulisper, ubi ego uenero, exoſſabitur. Apule. Exquammatus atq; exoſſatus piſcis vix palpitat amplius.

Exoticus, a, um, penultima correpta peregrinus, aduē titius. Plaut. in Muſ. Non poſſum olere unguenta exotica. hoc eſt, aliunde adportata. Dictum Exoticum ab ἐξ extra, & ὠτίον auris. quaſi à noſtris auribus alienum.

Expalmo, as, ſignificat palmis cædo. Augu. in quodā ſermone. Expalmatur, qui eſt uera palma uictoriæ.

Expalpo, pas. elicio. Plau. in Aulula. Nunc ſeruus argentum à patre expalpabit.

Expando, is, uide in dictione Pando.

Expapillo, as, uſq; ad papillā denudo, unde brachiū expapillatum dicitur. Plau. in Mili. Idem connexum in humero læuo expapillato brachio.

Expato, as, pen. cor. Expatare eſt in locum patentem ſedare. Pacuuius, Expatant ſe omnes, publiceq; oſtē dunt. Et ſic à pateo ſit. Quidam à ſpatium deriuant, ut ſit Expatare in ſpatium ſe conferre. Sed & ſpatiū à patendo deducitur. Nihil enim aliud eſt Spatiū, quàm locus, ſiue tempus patens, hoc eſt interuallū uel loci uel temporis.

Expecto, as, ab ex & ſpecto. ſignificat obſeruo. Terētius in An. Expecto quid uelis. Quoniam uero aſpicientes aliquid diligenter manere diutius eodem loco ſolemus, Expectare quandoq; pro manere capitur & operiri. Terentius in Phor. Senem quoad expectatis ueſtrum? Item pro deſyderare, quoniā quæ deſyderamus, cum uoluptate aſpicimus. Verg. li. ii. Expectate uenis Terentius in Andria, Expecto qd uelis. id eſt, deſydero ſcire quid uelis, unde Expectatus, ꝓ odioſo & moleſtæ uitæ. Nā filiis parētes aut amabiles ſunt, aut expectati. Amabiles boni expectati, mali, quorum mors in dies ſingulos expectanda & exoptanda eſt. Item pro ſperare.

Vergilius libro primo Georgic.

Sed illos Expectata ſeges vacuis eluſit ariſtis,

Expectoro, as, pen. cor. extra pectus eiicio. Cic. lib. iii. de Ora. Tum pauor mihi ſapientiā omnem exanimato expectorat.

Expeculiati, dicuntur ſerui ſine peculio, quo uocabulo utitur Plautus.

Expedio, edis, penult. correp. libero, & quaſi pedum ligamenta diſſoluo. Siſen. lib. iii. hiſtor. Inermes armat, impeditos expedit. Aliquando ponitur pro explico. Seneca, Iam diu utile ſi expedi. Aliquando pro extra fero, profero. Vergilius,

Cereremq; caniſtris Expediunt.

Aliquando pro extollo. Idem,

Tum vero augurium Rutuli clamore ſalutant

Expediuntq; manus Et Expedire, eſt utile, ſeu bonū ac neceſſariū eſſe. ſed hoc tantum in tertia perſona ſingularis vel pluralis numeri. Terē. in Heauto. Expedit bonas eſſe uobis. Idē in Phormione, Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe, dum nimium dici nos bonos ſtudemus atq; benignos. hoc eſt, cōgruat, & quaſi neceſſe ſit. Expedire, etiam eſt euentū habere, Plaut. in Amphit. Nequiter penè expediuit.

Expediti milites dicuntur leuioris armaturæ, & ſine impedimentis.

Expeditio, uocatur, quum exeunt milites ad bellum. quòd expediant Rempub. aut ſe, à cæteris negociis. Curtius, Omnem Expeditionem ac militarem adparatum adduxit.

Expello, lis, eiicio. Plau. Ancillam domo expulit.

Expendo, dis, di, ſum, pōdero. Plaut. in Aſin. Quot pōdo te cenſes eſſe nudū? At polego, q te expēdi ſcio, nudus uinctus centū pondo es, per pedes quando pendes Qñq; ſignificat exacte examino, conſydero. Cic. lib. i. Offi. Quæ cōtemplantes expendere oportebit, qd quiſq; habeat ſua eademq; moderari. Ambro. lib. I. Offic. Expendat atq; examinet uerba ſua. Quandoq; eſt perfecte ſoluere. Verg. ii. Aeneid.

Et ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt, id eſt, perſoluiſſe. Quandoq; exponere, erogare, unde Expenſæ dictæ ſunt. Hieronymus, Qualiter fauente Deo tota hæc dies expendatur in laudem, & cum gaudio celebretur,

Expenſa, æ, ſumptus. hoc eſt, quod erogatur.

Expergiſco, is, & Expergefacio, & Expergifico. actiuā ſignificationē habēt. Pli. Vrtica lethargicos expergiſcit, tactis cruribus, magiſq; fronte. Aulus Gel. Ingenio expergificando ratus idoneas. Cicero Expergere facias, ſcripſit, pro, te expergefacias. Expergiſcor, & Expergefio, paſſiuam. Cic. Expergiſcimini aliquando atque exurgite. Ab expergiſcor, ſit Experrectus, ſecundum Diomedem, Expergitus, ab Expergor, & Expergefactus ab Expergefio. Expergitus dicitur, qui ſatiatus ſomno, ſponte uigilat, unde & Lucilius ait, Ego è ſomno pueros quum manè expergitus clamo. Exporrectus, à quiete impeditus. Salluſtius, Experrecti ſomno arreptis armis tumultum facere. Expergefactus, qui per alium ſomno excitatus eſt. Feſtus aliter. Experrectus, qui per ſe uigilare cœpit. Expergitus, ab alio excitatus, quem ſolemus dicere Expergefactum.

Expergo, gis, perxi, perctū. quaſi exporrigo, à ſomno excito. Cicero, Experge te iam. unde Experrectus, excitatus. quod recentes à ſomno exporrigi & extendi ſolemus.

Experientia, cognitio nullo docente, per uſum reperta, & proprie ſingularium. Ars uero, uniuerſaliū, ut ait Ariſt. i. Met. Man. lib. i. Per uarios uſus artē experientia fecit, Exemplo monſtrante uiam.

Experior, riris. expertus. ſignificat tentare. Terent. in Eun. Omnia prius experiri conſilio quam armis ſapientē decet, Vnde inexpertus, intentatus. Verg.

Ne quid inexpertum fruſtra moriturs relinquat.

Et Experiri,doceri. Idem, Vos & Cyclopea ſaxa
Experti reuocate aios.vnde Experti,periti dicũtur.

Expers,extra partẽ,vel ſine parte.& ponit pro ignaro,rudiq́,& nullã rerum experientiã habente. Apuleius,Homo rudis,omniũ bonarum artium expers. Quandoq; etiam pro eo qui nõ ſentit,vnde Expers doloris,qui non ſentit dolorem,Expers mortis,qui non moritur. Expers lucis, qui non habet lucem. Quidam hoc nomen componi uolunt à pars , quidam ab experior.

Experſum,madefactum dicimus. Vergilius,
Santeq́ experſa natarent Limina.Ce.

Expes,ab ex, & ſpes. ſed ſ, abiicitur.& ſignific. extra ſpem,uel ſine ſpe.

Expeto,tis.pen.cor.quo ad ſignificationem cupiẽdi, uide in Adpeto.Interdum expetere,ſignificat euenire,ſicut Adpetere.aduentare. Plaut. in Amphitryone,Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua.Interdũ velle.Pacuuius,Dii me & ſi perdiunt,tamen ad vitã expetunt.id eſt,uolunt.Interdum accipere, tranſcendere,euadere.

Expicio,cuius frequentatiuũ eſt Expecto.ab ex præpoſitione,& ſpecio inuſitato uerbo.Ce.

Expilo,las,penul.produ. diripio,deprædor, furtiue fraudo. Dictum à pilis Romanorũ telis. uel à Græco πιλῶ, quaſi ὁπιλῶ , id eſt , complano , ꝙ qui è domo ſupellectilẽ detrahunt,æquare ac complanare omnia uidentur.Inde apud Iuriſconſultos titulus eſt,de Crimine expilatæ hæreditatis.Et qui alienam hereditatem expilauerit,extraordinarie ſolet coerceri.Cic.in par. Si ſocios ſpolias,ærarium expilas. Ouid.lib.iii. Metamor.Expilatq́ genis oculos. Matern. Si Luna à Mercurio defluens feratur ad Martem in diurna genitura,faciet eff.actores,fures,& q templa ſemper ſacrilego furore expilent.

Expio,as,vide in dictione Pio, as.

Expiro,ras,pen.prod.dictũ à ſpiritu effuſo,uel à ſpiraminibus,quaſi ſpiritũ emitto. Lucre.lib.iii.
Expirans animã pulmonibus æger agebat. Aliqũ per ſe plenum eſt.ut,Expirauit.id eſt,mortuus eſt.

Expiſcor,ſcaris, diligenter quæro vbi nam piſces lateant. Sæpius tamen expiſcarĩ,pro indagare ſumiſ. Teren.In Phor.Périnde expiſcaris quaſi non noris. Quandoq́ pro lucrificare.Plautus, Tandemq́ neſcio quid ab eo expiſcatur.

Explano,pen.prod.perfecte planum facio , declaro, Salluſt.De cuius moribus hominis pauca prius explananda ſunt.quàm initium narrandi faciam.

Expleo,ples, pfecte impleo,ſeu facio. Ver.lib.iiii. Geor. Improbus ingluuiẽ ranisq́ loqcibus explet. Salluſt.Neq; prius iugulandi finis fuit,quàm Sylla omneis ſuos diuitiis expleuit. Interdum compleo, ſeu perficio. Vergilius.
Diſcedam,explebo numerum,reddarq́ tenebris.
Plin. lib.xxxvi. Vlcera eorum purgant leniter , explentq́ cicatrices & emendant. Interdum cõſolor. Terenti.In Heauto. Hem tot mei ſolius ſoliciti ſunt cauſſa, vt me vnum expleant. Interdũ minuo. Nam Ex,quandoq; priuatiua eſt. Ennius,
Nauibus explebant ſeſe,terrisq́ replebant.

Explenunt,pro explent,ſcripſerunt ueteres.Ce.

Explico,cas,pen.corre.proprie extendo, emitto. Cicero,Quæ uirtus præter cæteras , totã ſe ad alienas vtilitates porrigit , atq; explicat. Per tranſlationem ſignificat explano, oſtendo. Idem lib.iii.Offic. Vt quædam ſibi concedantur , quò facilius quæ uolũt explicent.Item extraho. Ouidius,
Atq; explicat enſem. Item exhibeo. Martialis.
Explicat & cœnas unica menſa duas.

Explodo,is,penul.produ.ploſi,ploſum,ab ex & plodo.ſignifi.cum ſono elido,quod fit, quum rem quæ non placuit , clamore, & geſtu,ac ſtrepitu damno. Nec proprie idem eſt,quod manibus cum ſono pulſantibus eiicio,ſicut Laurentius Valla docuit. Nec Supplodo eſt pedem terræ incutio. Nec Complodo,ſignificat aduerſas manus inuicẽ colliido. quod non ſignificat ex ſe , alioqui Cicero fruſtra pedem adiecitſſet,lib.I.de Orato.Pedem nemo in illo iudicio ſupploſit. Similiter Quinti.lib.xi. Pedis ſupploſio,ut loco eſt opportuna(vt ait Cicero) in contentionibus aut incipiendis aut fouendis,ita crebra eſt inepti hominis,& deſinit iudicem in ſe conuertere. Aliquando per tranſlationem Supploſus , pro reiectus ponitur. Damaſus papa Hieronymo, Abſciſſis opinionibus , ambiguitatibus ſupploſis. Idẽ idem de Complodo dicẽdũ eſt,quoniã & Hiero.lib. Numeris addidit. Iratusq́ Balach contra Balaam, comploſis manibus ait, Ad maledicendum inimicis meis vocaui te,quibus è contrario tu modo benedixiſti. Et in Ezechiele,Ecce cõploſi manus meas ſuper auaritiã tuã. Apule. ſcribit, Cõplodere uacuas manus,doloris & mœſtitiæ ſignũ eſſe. Quint.lib.xi. Nam etiam & complodere manus,ſcenicum eſt,pedes adplodere interim licet. Præterea,quòd iſta verba à plodo compoſita , non niſi actibus pedis vel manuum accõmodari poſſint , minime crediderim, quãuis plerũq; accõmodentur. Lactã.enim lib. de Opific.ad linguæ actũ vſus eſt Complodo,quum dixit, Beſtias etiam potu adiuuat,protenta enim cauataq́ hauriunt aquam,eamq́ comprehenſam linguæ ſinu,ne tarditate ac mora effluat,ad palatum celeri mobilitate complodunt.Præterea,quòd Explodo, ſignificet eiicio manibus,& quidem cum ſono pulſantibus,nequaquàm verum eſt,quoniã ſi eiicio ſignificaret, Cicero lib.iiii.de Finib. bonorum.non dixiſſet,Quærimus autem non quæ ſunt iã,ſed vnde ſint exploſæ eiectæq́ ſententiæ,Pirrhonis, Ariſtonis Herilli.Et pro Cluentio. Te uero illud idẽ quod tunc exploſum & eiectum erat, nunc retuliſſe demiror. Si autem ſignificat,per pulſationem eiiciendum quempiam manuum vel pedum,ſiue alio aliquo , liquet Explodo,non ſignificare eiicio, quoniam & copulare debet diuerſa, & non temere Ciceronem eiectæ & eiectum,ſubtexuiſſe , credi par eſt. Quandoque Explodere , ſignificat aliquid tanquàm indignum ſeu inutile eiicere. Cicero libro ſecundo de Diuinatione, Sed hoc genus diuinationis vita iam communis exploſit, Adplodo,etiam Hieronymus pedibus accommodauit,

accommodauit, ſicut Supplodo, contra Vigilantiũ ſcribens. Recordare quæſo illius diei, quando me de reſurrectione corporis prædicante, ex latere ſubſaltabas, & plaudebas manu, & adplodebas pede. Igitur Adplodo, Complodo, Explodo, Supplodo, & ſi qua alia reperiantur, ſecundum rei actum cui adplicantur, ita ſumi oportet. Et quicquid ſignificat quatio, eiuſq; compoſita, idipſum plodo eiuſq; cõpoſita deſignant. niſi quòd in ſono pulſationis diuerſa eſſe exiſtimo, & quibuſdam actibus rerũ iſta non accommodari, quibus illa.

Exploro, ras. penulti. produ. exclamo, & cum fletu quodam uocifero. Varro, Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Vnde tractum eſt, vt capiatur pro intentius, ac etiam cum uoce inquirere. Vergil.
Exire, locoſq; Explorare nouos. Hinc Exploratores dicti ſunt. Interdum Explorare, dicitur obſeruare. Idem libro nono.
Necnon & trepidi Troes formidine portas.
Explorant. Interdum probare. Cicero in Catone, Quis eſt tam ſtultus, quamuis adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſperum eſſe victurum? Interdũ deliberare. Vergilius,
Tuus ò regina quod optas Explorare labor.
Interdum ſiccare. Idem lib. iiii. Georgicorum,
Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus.

Expono, nis. penul. produ. explico, declaro, oſtendo. Cicero lib. i. Philippi. Antè quàm de re publica ſcribam, partes conſcripti, exponam vobis breuiter cõſilium profectionis & regreſſionis meæ. Vnde Expoſitio, pro interpretatione. Idem, Vocat ad cœnã deinde ipſe prætorem, exponit copias ſuas omneis. id eſt, oſtendit. Ponitur quandoq; pro extraho, & quaſi extra pono. Vergil. lib. xi.
Socios de puppibus altis Pontibus exponunt.
Quandoq; pro abiicio. Vnde infantes abiecti ut pereant, Expoſiti ſiue Expoſititii dicuntur. Teren. in Heautont. Erat hic Corinthia anus haud impura, ei dedi exponendam. Plautus, Reuertar ad illã puellam expoſititiam. Quãdoq; pro expendo. Solinus, Quum magnam is pecuniã expoſuiſſet. Quandoq; pro expromo. Cicero, Quum tibi expoſita eſſet ad prandium omnis Pamphilia.

Expoſco, ſcis. uide in dictione Poſco.

Expoſtulo, las. pen. cor. exquiro, conqueror, ſeu querelam apud eum ipſum depono qui fecit iniuriam, et cum querela amico inſto, et quaſi officium amicitiæ in alio deſydero. Et nõ ſolum ablatiuo cũ præpoſitione iungitur, ſed etiã alio ablatiuo. Marcus Ciceroni, Filius lenis & facilis à te exiſtimari debeo, qui nihil tecum de ipſis rebus expoſtulem. Aliquãdo ſine ipſo ablat. ut cum iniuria de qua quis rationem poſtulat, in accuſatiuo ponitur, & tunc etiã ſignificat exquiro. Terẽtius in An. Sed quid agam? Adeam'ne, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem? iniuriam. id eſt, rationem ſiue cauſſam iniuriæ. Aliquando Expoſtulare, eſt vehementer poſtulare. id eſt, vehemẽter velle, ratione Ex, quæ multum auget. Poſtulo vero, pro uolo ſæpe ſumitur. Terentius in Andria, Etiam me nũc ſeducere iſtis dictis poſtulas. De Expoſtulo, idem in Adelphis, Si me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant ſibi fieri iniuriam, vltro ſi quam fecere ipſi, expoſtulant, & vltrò accuſant. Donatus, Expoſtulatio, querela aduerſus illum ipſum qui peccauerit.

Exprimo, mis. penul. corre. premendo extraho. Plini. Expreſſo vino infunditur aqua vinaceis. Aliquãdo declaro, manifeſto. Macrobius, Nihil vnquàm loquutus fuit expreſſius. Hierony. in Prolog. Tobiæ, Quicquid mihi ille Hebraicis uerbis expreſſit, hoc ego, accito notario, ſermonibus Latinis expoſui. id eſt, eloquutus eſt. Idem, Et nomen domini tetragrãmaton, in quibuſdam Græcis uoluminibus, uſq; hodie antiquis expreſſum literis inuenimus. id eſt, clare vel proprie ſcriptum.

Exprobro, bras. penul. corre. quæ aliis præſtiti cõmemorans impropero. Terentius, Nam iſthæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Sumitur tamen Exprobrare, pro qualenecũq; culpam obiicere. Ouid. lib. xii. Metamor.
Trepidoq; fugam exprobrauit amico.
Et apud Euange. Exprobrauit incredulitatẽ illorũ.

Expromo, mis. pen. produ. vide in dictione Promo.

Expugno, gnas. vide in dictione Pugno.

Expulſim, aduerbiũ ſignificat frequenter pulſando.

Expulſo, ſas, frequentatiuum quod ſignificat frequenti pulſu agito. Martialis,
Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris,
Sum tua, ſi neſcis, ruſtice redde pilam. hinc Expulſor, et Expultrix. uerbalia. Cicero, Expultrixq; uitiorum.

Expungi dicuntur iudices, quando amouentur à iudicando, veluti cancellati ex albo iudicum. Diſpungere quoq; ſimile eſt, quod ſignificat conferre accepta & data, ſicut Papinianus Iureconſultus docet.

Expungo, gis. extrudo atq; amoueo. Perſius. Expungam, nanque eſt ſcabioſus, & acri Bile tumet. Vnde etiam milites, ab exercenda militia repellere, adempto ſtipendio, ſignificat. Seneca lib. iiii. de Beneſi. Pignus eſt, protinus aliud inuicem mittere, & munus munere expungere. quod ſignificat delere, ne debere videatur. Milites enim punctis ſcripti, inſeruntur legioni, & iurant. vt docet Vegetius lib. ii. Inde Expuncti, dicti deleti, & à militia remoti.

Expuo, puis, cum faſtidio aliquid eiicio, quaſi pus extra mitto. Pus autem, eſt omnis humor corpori oneroſus. ut, Periculoſam cum tuſſi miler expuo ſaliuã. Terentius per tranſlationem in Eunucho dixit. Illam vbi expueret miſeriam ex animo.

Exputo, tas, penulti. correpta, ab ex & puto componitur. ſignificatq; ex arbore puto & incido. Columella libro vndecimo. Palos vna opera cædere, & exputatos acuere centum numero poteſt. Item exputare, eſt perfecte, ſiue extra putare. ut apud eundem libro quarto. Deinde velut veteranam vitem totam exputare, & ad vnam materiam firmiſſimam redigere, nodoſq; et cicatrices adleuare, ſatis officium eſt. Item perfecte intelligere, ſeu diſcere. Plancus Cice-

roni, Quæ mens eum, aut quorum conſilia, à tanta gloria, ſibi uero etiam neceſſaria ac ſalutaria, auocarint, & ad cogitationem conſulatus bimeſtris, ſummo cum terrore hominum, & inſula cum efflagitatione tranſtulerint, expotare non poſſum. Exputare vero, compoſitum eſt ab ex & ſputo, habet pu, ſyllabam productam, & ſignificat quaſi extra ſputare.

Exquiliæ, tantum in plural. Romæ mons erat ab excubiis regis, vel quod exculiæ fuerint à Tullo rege.

Ouidius lib. Faſtorum,

Adde quòd excubias, vbi rex Romanus agebat,
Qui nunc exquilias nomine collis habet.

Hinc & Exquilinus mons dicitur. Varro, Exqlinus mons ſepticeps, apud ædem Iunonis Lucinæ, vbi edituus habitare ſolet.

Exquiro, penultima produ. diligenter inquiro, ſecerno, eligo, unde Exquiſita opera, dicuntur opera electa, quaſi diligenter quæſita. Plautus in Amphitri. Te certo heri aduenientem illico & ſalutaui, & ualuiſſes ne uſq; exquiſiui.

Exta, proprie iecur, cor, & pulmo dicuntur, quia in parte ſuperiori locãtur. ab extando. Et lien & iecur hoc nomine adpellantur, quoniam ſupra inferiora inteſtina locantur. Verg. in Georg.

Pinguiaq; in uerobus torrebimus exta colurnis.

omnia ſimul complexus eſt. Romanorũ religio ſemper extorum caput putauit iecur, vnde Feſtus, hæc omnia dici Exta putauit, quia Diis ꝓſecent qui extant eminentq;, vt non à ſitu, ſed ab officio dicta putarit. Scribit Plinius lib. xxx. præcordia vocari vno nomine Exta in homine.

Extales, via purgandi alui. Hiero. in lib. Regũ, Et cõputreſcebant prominentes extales eorum.

Extemplò, aduerbium. tota vna dictio. ſignificat ſtatim, quaſi extra tempus, hoc eſt, temporis cõmoditatem. Templum enim dicitur locus manu deſignatus in aere, poſt quem illico captantur auguria, ſeu quòd augures ſtatim uiſis auſpiciis, vel à tẽplo cœli oculos auertebãt, vel à templo terræ diſcedebant.

Extemporaneum, pro ſubitario accipimus. Ce.

Ex tempore, duæ partes ſunt, & ſignificat ex improuiſo, & impræmeditate. Cicero, Quos credimus expedire rem, & cõſilium ex tempore capere poſſe. Inde vocatur Extemporalis, ſiue Extemporaria oratio. vide in dictione Temporalis. Aliquando ſignificat Ex tempore, pro temporis conditione. Cice. lib. iii. Offic. Huius generis quæſtiones ſunt hæ omnes, in quibus ex tempore officium quæritur.

Extendo, dis. vide in dictione Tendo.

Extenuo, nuas. valde tenuem facio, ſiue minuo. Cice. libro ſecundo ad Herennium, Defenſor autem cauſſam fuiſſe negabit ſi poterit, aut eam vehementer extenuabit.

Exter, tera, terum. pe. corr. idem quod externus, vnde Statius, Exter honos. dixit, pro extraneo.

Exterebro. bras. penul. corre. extra vel valde terebro. Per tranſlationem ſignificat aliquid extorqueo, ſcrutor, & curioſos quæro. Varro, Atq; omneis adeò perquiris atq; exterebrat arteis.

Extermino, nas. penult. cõrep. extra terminos mitto. Cice. lib. iii. Officio. Atq; hoc omne genus peſtiferum atq; impium ex hominum communitate exterminãdum eſt. Aliquando Exterminare, ponitur pro demoliri. Hieron. in Matth. Exterminantur exules, qui mittuntur extra terminos. Quum ergo in Euangel. dicitur. Exterminant facies ſuas. ſemper demoliuntur debemus accipere.

Externo, nas, ab ex & ſterno. dementẽ facio. Pacuuius; Sed eccam miſerã, quã frequens luctus externauit.

Externus, na, num, quod nõ eſt ex patria. Liuius lib. i. Timor Deinde patres inceſſit ne ciuitatẽ ſine imperio, exercitũ ſine duce, multarum circa ciuitatum irritatis animis, uis aliqua externa adoriretur. Proprie autem, quod foris & palàm eſt. At Heſternus, cum h, & ſ, fit ab heri. Cice. libr. ii. Tuſcula. Dici nõ põt, quàm ſim heſterna tua diſputatiõe delectatus.

Extero, ris, penulti. correp. extra terro, aut terendo extraho. Columel. libro ſecundo. Quum rurſus amplior meſſis prouenerit, quicquid exteretur, capiſterio expurgandum erit. Varro libro. i. de Re ruſtica, Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quòd ungulis è ſpica exteruntur grana. Exterere, etiam dicimus aciem ferri, vt exacuta ſit.

Exterus, ra, rum, idem quod exter. Vergil. lib. iiii. Et nos fac extera quærere regna.

Fitq; ab exter, quod ab extra deduci certum eſt. Hinc Exterior, Extimus, ſicut ab Interus, Interior, Intimus.

Exterraneus, aduena, quaſi ex alia terra. ſicut Cõterraneus, qui eſt ex eadem terra. Quãuis id nomen parũ ab eruditis uſurpetur. Exterraneus etiam uocatur, qui ante tempus natus, vel potius eiectus eſt. dictus, quòd eum mater exterrita eiecerit.

Exterreo, res, rui, ritum. vide in dictione Terreo. hinc Exterritus, quod modo pauefactũ ſignificat. Verg. Plauſumq; exterrita pennis Dat tecto ingentem. Modo accenſum, inflammatum. Idem,

Sæuit agris, aſperq; ſiti, atq; exterritus æſtu.

Extillo, las, ab ex & ſtillo. unde & Diſtillo. Extillare, guttare, & guttatim finiri. Terentius in Phormio. Hi ſce ego illam dictis ita ſibi incenſam dabo, ut ne reſtinguas lachrymas, ſi extillauerit. id eſt, ſi lachrymæ ex corpore guttarent, aut corpus guttatim finiretur, vel totum in lachrymas conuerteretur.

Extimeſco, valde timeo. actiuæ tantũ ſignificationis reperi. Cicero in Catone, Quod igitur adoleſcentes, & hi quidem non ſolum indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes extimeſcent?

Extimus, & Extime, ſuperlatiua ſunt, ab exterior & exterius comparatiuis. Quãquàm & Latinè Extremus et Extreme dicitur. de quo inferius. Ce.

Extinguo, tinguis, ab ex et tinguo. minorem in ſe vim habet quàm opprimo. Cicero in Lælio, Primũ danda operã eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant, ſin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ quàm oppreſſæ videantur. Quaſi quod extinguitur poſſit reclamari, quod opprimitur non queat. Aliquando

Extinguere,eſt perfecte diſtinguere. Idem in Hortẽ. Quã ſi ſubtraxeris, qui(id eſt,quomodo)extingues artificem ab inſcio? Aliquando ſignificat occidere, deſtruere. Lactã.lib.iii. Cœleſtes animas unà cum corporibus extinguunt. Idem lib.iiii. Iudæorũ nomen & gentem Veſpaſianus extinxit. id eſt,deleuit. Teren.in Adel. Seni animam primum extinguerem, ipſi qui illud produxit ſcelus.id eſt.auferrem.

Extiſpices,penul.corre.dicti ſunt haruſpices, qui ab extis inſpectis futura prædicũt. Extiſpicium,& Extiſpicina,ipſa extorum inſpectio,quæ alio nomine haruſpicium dicitur,vel haruſpicina.

Exto,tas,extiti,ſupinum non legi. Extare,eminere,ſupereſſe. Vergilius,

Torpent mole noua,& ſummis uix cornibus extãt.

Vnde extare dicuntur libri,qui demortui non ſunt, Cice. Quæ (vt ſcis) extat oratio. Nam ut de homine qui adhuc uiuit,dicimus, Supereſt,quaſi non eſt ſub terra humatus,ita de rebus. Extant,quaſi extra ſtãt, & non intra atq; in tenebris latent. Et eſt tranſlatio ſumpta à ſtatua,quæ ſtat & adparet. Huius contrarium eſt Intẽcido,quod eſt,pereo. Plin. lib.xxxv. vtrũq; cõplexus eſt. Iam uero & onerariis nauibus, quũ & pericula expingimus,ne quis miretur & rogos pingi,exceptis operũ claritatibus, quæ & ipſa conuenit attingi,ſiue extant,ſiue intercidere. Interdum Extare,eſt manifeſte eſſe. Lactan.libro.iiii. Sic cœleſtibus beneficiis extiterit ingratus.

Extollo,lis,extuli,elatum.vide in dictione Tollo.

Extorqueo,ques,torſi,torſum, uel tortum. ſignificat tormento ueritatem elicio. Aliquando etiã per uim aufero,extirpo,euello. Dona. Torquemus hominẽ, extorquemus ueritatẽ. Cicero in Catone, Nec mihi hunc errorem dum uiuo extorqueri uolo. Liuius libro.ii. Neq; ambigitur,quin Brutus,qui tantum gloriæ ſuperbo exacto rege meruit,peſſimo publico id facturus fuerit,ſi libertatis imaturæ cupidine,priorum regum alicui regnum extorſiſſet.

Extorris,qui eſt extra terram,id eſt,patriam electus, ſicut Exul,extra ſolũ. Gellius,Exul extorriſq; eſto, et proprie vagabundus. Sapho ad Phaonem,

At uos extorrem tellure remittite noſtrum.

Extra,præpoſitio ſeparata,cui contraria eſt in,ſignificat Intra. Ab Extra deducuntur Exter, Exterus,Extraneus,Extrarius, Extrinſecus,Extro,tras, Extrorſum,& Extremus.

Extraneus,qui eſt ex altera terra,quaſi exterraneus.

Extraordinarium,dicimus quod præter ordinem fit. Cornucopiæ.

Extrarius,alienus,qui extra focum, ſacramentũ,iuſq; eſt. Pomponius,Præterea minabatur,ſi extrario nupſiſſet,nihil ſe filiis eius ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum. Hic accipitur pro eo qui non ſit domeſticus, & ex eadem familia,& non ſi ſit ex eadem tribu & ciuitate.

Extremus,ma,mum.modo initiũ alicuius rei. Plautus, Ab extremo narrare incipiam. Id eſt, à principio. Modo finis. Vergilius,

Extremum hunc Arethuſa mihi Ponitur nomen quàm pro ſæuo,perditiſſimo,ac nequiſſimo, quaſi à conſortio humanitatis remoto. Vergil.

Illam terra parens ira irritata Deorum

Extremam,vt perhibent, Cœo Enceladoq; ſororem

Progenuit.hoc eſt,peſſimam. Seneca,In hoc ſumma bonitas,in iſto extrema malitia.id eſt,maxima,et ultra quam nihil fit. Quod non ſine ratione eſſe uidetur. Quandoquidem medici adfirmant, deteriores eſſe qui ultimi naſcuntur. Apuleius libro.iii. Fateor Quirites,extremos latrones fugare atq; proterrere aggreſſus ſum.

Extrico,cas,pen.produ.ab ex et trico,qđ à tricis fit. Tricæ autem ſunt impedimenta et implicationes. Et eſt Extricare,explicare. Lactan.lib.iii. Deniq; muta quoq; animalia cum fraude expiuntur, ſi aliquo ſe modo in fuga extricauerint,fiunt poſtmodum cautiora. Columel.lib.iiii. Syluestris ager præcipue eſt eligendus,qui etſi frutetis aut arboribus obſeſſus eſt,facile extricatur, quod ſuapte natura quæcunq; giguntur, non penitus nec in profundum radices agunt, ſed per ſumma terræ diſpergunt atq; deducunt.hinc Extricabile,à quo exiri poteſt. Cuius contrarium eſt Inextricabile. Plin.lib.16. Intus labyrinthum inextricabilẽ,quo ſi quis improperet ſine glomere lini,exitum inuenire nequeat.

Extrinſecus,pen.cor.vide in dictione Intrinſecus.

Extro,tras,exeo. Nam ſicut Intrare ingredi eſt,ita Extrare egredi, Afranius, Simul limen intrabo, illi extrabunt illicò.

Extrorſum, ſignificat extra uerſus, ſicut Introrſum, intra uerſus.

Extrudo,dis,penul.produ.extra trudo,per vim expingo,expello. Teren.in Hecyra, Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit. Plautus in Aul. Nam qua nũc me cauſſa extruſiſti ex his ædibus?

Extruo,ædifico. Hiero. ad Iulianũ,Extruis monaſteria,multus à te numerus ſuſtentatur. Et Extruere,ordinare. Cicero in Catone, Caret epulis, extructiſq; menſis frequentibus poculis.

Exubero,verbũ,fit à tuber, et ſignificat inflor, excreſco,et quaſi in tuberis formam efficior. Cc.

Extunc,ex illa hora,& temporis momento,ſicut Exnunc,ex hoc tempore.

Extũdo,is,extorqueo,vel inuenio. Ver.lib.I.Georg.

Vt varios vſus meditãdo extũderet artes Paulatim

Exturbo,bas, è loco deiicio. extra turbo, expello. Plautus in Cur. Si recte facias Phædrome,auſcultes mihi, atq; iſtam exturbes ex animo ægritudinem. Columel. lib.ix. Et in tranquillo conſiſtens piſcis, ſedibus ſuis non exturbatur.

Exubero,beras.pen. correp. quaſi ſuperabundo.tractum ab uberibus lactantibus. Columel. in Præfatione,In Aſia Myſiaq;,denſa & glutinoſa terra maxime exuberat.

Exuccum,per duplex cc, quod eſt ſine ſucco.

Exudo,das,penul.produ.emitto. Plinius, Eſt autem trium generum,vnum arbor ipſa,exudat humi,modo alterum manat in plagis. Vergilius vero libro primo Georgic. Exudat inutilis humor.

dixit,pro exudat.Non enĩ humor,ſed terra deſudat.

Exaugo,pen.cor.xi,ctum,quod & Exaugeo,ges,dicitur pro extra ſugo.Plau.Iam ego me conuertam in hirũdinem,atq; eorum exugebo ſanguinem.

Exuerræ,purgatio quædã domus, ex qua mortuus ad ſepulturã ferendus eſt,quæ purgatio fit per euerriatorem,certo genere ſcoparum adhibito.ab extra verrendo dictæ.

Exulneulis cauſſam dicere,ſignificat vinctum reſpõdere criminibus.

Exul,ab exilio,ſicut Præſul è præſilio eſſe conuenit, unde et Exilium eſt,quod analogiã verbi ſeruauit. Nec obſtat mutatio literæ,i,in u,euphoniæ cauſſa, ne Exil,et Præſil dicatur,quod nimis exilis et inconcinna eſſe pronunciatio,aut certe ab exulto et præſulto ſunt,in quibus,ſicut et in cæteris,inſulto reſultoq; frequentatiuis mutatur i,in u. Nam exalto notum eſt,at Præſulto apud Liuium lib.vii. Si tu permittis,volo illi beluæ oſtendere,quãdo adeò ferox præſultat hoſtium ſignis,me ex ea familia ortũ,quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit. Eſt igitur Exul ab exilio,et Præſul à præſilio.Pari enim modo iſta ſumi oportet,ut vnde Exul,inde et Præſul,unde Præſul,inde et exul,extra præpoſitiones capiamus. Nam Exul non quiſq; Aliter enim nõ recte dicitur, niſi quum exilierit unde exulat,facinus ab eo admiſſum in eum animaduerteretur,vt ſit propter aliquid morte dignũ,cuius cauſſa in exiliũ pfugit. Cice.pro Au.Ceci.Exiliũ,non eſt ſupplíciũ,ſed perfugiũ,portusq; ſupplicii. Nã q volunt pœnã aliquam ſubterfugere,aut calãmitatem,eò ſolum vertunt.hoc eſt,ſedem et locum mutant,itaq; in nulla noſtra lege reperiẽ,apud cæteras ciuitates maleficum ullum exilio eſſe mulctatum,ſed quum omnes vincula,neces, ignominiasq; vitant,quæ ſunt legibus conſtitutæ, confugiunt quaſi ad arma in exilium. Qui ſi in ciuitate legis uim ſubire uellent, non prius ciuitatem quã uitam amitterent. Exul tamen etiam quis dicitur, quum ſit innocẽs,ob ſuſpicionem ſeditionis aut proditionis. Vnde Feſtus inquit, Solum autẽ,quin ſignificet locum quis dubitet? quum exules quoque dicantur loco patriæ ſuæ pulſi. Cic.pro domo ſua. Hunc tu etiã portentoſa peſtis exulẽ adpellare auſus es,quum tãtis ſceleribus eſſe notatus? et iterũ. Quid enim exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis,non turpitudinis. Apud Iuriſconſul. Exules hi proprie dicũtur,quibus aqua et igni interdictum eſt. Cætera non exilia,ſed relegationes ſunt.

Exulabundus,abunde exulans,et in exilia uitã agens.

Exulo,las,penul.correp.patria priuatus ſum. Et duobus modis dicitur ſcilicet de loco in quo exul eſt, et de quo eiectus eſt. Terent.in Eunucho,Nam domo exulo. Hieronymus ad Paulinũ, Aeſchines quum Rhodi exularet.

Exultabundus,abunde exultans.

Exulto,tas,ab ex et ſalto,a,in u,mutata.ſignificat geſtu corporis lætitiam exhibeo. Dicimusq; exulto,rebus proſpere geſtis. Cice.lib.de Repub. Eſt igitur quiddam turbulẽtum in hominibus ſingulis,quod vel exultat uoluptate,vel moleſtia frãgitur. Itẽ exultare,eſt cũ iactantia gloriari. Cice.in Cato, Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. Item eſt geſtu uel dicto iniuriam facere. Verg.lib.v.

Exultantiaq; haurit Corda pauor. Item ſæuire. Cic.lib.iiii.de Repub. Quæ ſanguine aliẽ, quæ omni crudelitate ſic exultat, ut vix hominum acerbis vulneribus ſatietur. Hæc tamen ſignificata ad idem redeunt. vt Exultare,ſit ſupra modũ exilire atq; efferri, & quaſi geſtibus ſaltibusq; adfectum animi oſtendere,ſiue ira id fiat,ſiue ſæuitia,ſiue voluptate, aut alia animi adfectione. Proprie vero Exultare,eſt extra ſaltare. Verg.lib.iii.

Exultantq; vada,atq; æſtu miſcentur arenæ.

Exum, extra ſum. Sic enim lictor in quibuſdã ſacris clamitare ſolebat. Hoſtis victus,mulier virgo exeſto.hoc eſt,non introito,quia ſcilicet ingredi ea ſacra prohibebantur. Cc.

Exundo,as,vide in dictione Abundo.

Exuo,is,ab ex et ſuo.quaſi diſſuo et exoluo. Verg.

Extulit exutas tendens ad ſidera palmas.

Quandoq; ſpolio.cui contrariũ eſt amicio. Liuius lib.i. Primo ſe agro paterno auitoq; exuiſſe, deínde fortunis aliis. Lactan.lib.i. Exuitur etiam veſtibus flagitante populo. Quãdoq; detraho. Verg.lib.ix.

Sic ait illachrymans,humero ſimul exuit enſem.

Quandoq; denudo. Idem, Magna oſſa lacertosq; Exuit. Quandoq; depono. Cicero pro Liga. Nõnne humanitatem omnem exuiſſes?

Exupero,as,penultima correp.ab ex et ſupero.quaſi ſuper ſupero.

Exurdo,das,actiuũ,cuius paſſiuũ poſuit Vale.Max. lib.i. Græcis actionibus aures curiæ exurdantur.id eſt,obtunduntur.

Ex utilitate,pro vtilitate. Cc.

Exuuiæ,ab exuendo, ſicut induuiæ ab induendo. Et non ſolum hominũ tegmina vt veſtes dicuntur,ſed etiam animalium. Verg.lib.ii.Georg.

Cum poſitis nouis exuuiis.

DE LITERA F

F Litera à Priſciano inter mutas numeratur, ab aliis inter ſemiuocales. eò qđ à vocali incipiat, et in ſe ipſam terminet. Hæc alio nomine digãma dicta eſt, quia duplicis gammæ figuram detineat. Ea in Latinis tantũ utimur, in Græcis uero ph.

Faba,genus leguminis,notius quam vt à me declaretur. Cuius diminutiuum eſt Fabula. Faba Græca,aliter lotos dicitur. Plin. Faba Græca,quam Romæ à ſuauitate fructus ſylueſtris quidem,ſed ceraſorũ penè natura,loton adpellant. &c. Cornucopiæ.

Faba porcina. à Græcis ὑοσκύαμος dicitur. Cc.

Fabacia,à ueteribus dicebatur genus libi. Plin. Quin et priſco ritu fabacia ſuæ religiõis Diis in ſacro eſt.

Faballa,Plinius, Sed maior para malunt fabalia ma-

tura ſationis, quàm trimeſtrem fructum eius. Nam ſiliquæ cauleſq́ gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Columella libro ſecundo, Veteres ruſticos pleruną dicentes audio, malle ſe matura fabalia, quàm fructū trimeſtrem.

Fabariæ calendæ, Iuniæ dicebantur, quia hoc menſe adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur. Ce.

Fabarius, a, um, quod ad fabam pertinet. ut Inſulæ fabariæ, de quibus Plinius, Inſulis quas ob id fabarias adpellant, quia ſcilicet ſponte fabas generent.

Fabella, diminutiuum eſt à Fabula.

Faber, à faciendo nomen eſt, id ſignificans ſpeciale cui adhæret adiectiuum. Nam eſt omnis artifex, qui labore corporis aliquod artificium facit. ut faber lignarius, faber ferrarius. & huiuſmodi.

Faber, bra, brum, ad fabrum pertinens, unde Fabrè aduerbium.

Faberrimè, elegantiſſimè, à faberrimus. Apul. lib. ii. Flor. Et anulum in leua aureum, faberrimo figuraculo, quem oſtendebat ipſe, eius anuli et orbiculum circulauerat, & palla clauſerat, gemmam inſculpſerat.

Fabianus, nomen uiri proprium.

Fabianus, na, num, à Fabius fit, unde dicitur arcus fabianus, qui conſtructus eſt iuxta regiā in ſacra uia.

Fabitorem, ueteres dixerunt, quem nunc fautorem dicimus. Ce.

Fabius, à faba, cognomen eius qui fabam optime ſerebat. Sic Ciceronis, Lentuli, piſones, & huiuſmodi. Fuerunt autem Fabii nobiles Romani, ex quibus Idibus Februariis, vna die trecenti et ſex ad vnum occiſi ſunt, per inſidias, à Veientibus, iuxta Cremeram fluuium. Quorum cædem Ouidius libro ſecundo Faſto. ſic deplorat.

Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes,
Ad bellum miſſos perdidit vna dies.

Sed qui primus Fabius, dictus eſt Allobrox, quòd apud flumen Iſaram Allobrogum regem occiderit.

Fabrateria, oppidū Cāpaniæ. à quo fit Fabraternus.

Fabre polite, artificioſe. Plautus, Vt apologiā facit quàm fabre! Hiero. in Exo. Quicquid fabre adinueniri poteſt, dedit in corde eius. Et paulò poſt. Vt ſcirent fabre operari, quæ in vſus ſanctuarii neceſſaria erant. Veteres Affabre, pro eo quod eſt pulchrè dixerunt, ſicut Infabre, fœde, turpiter. Pacu. Barbariem pectem noſtris nauibus obtulit, noua figura factam, commiſſam infabre.

Fabrefacio, ædifico, artificioſe cōpono. Plaut. in Ca. Nec fabulam aſtutiorem vllus fecit, atq́ hæc fabre facta à nobis vnde Fabrefactum opus, id eſt, artificioſe factum, ſiue manu artificis.

Fabrica, proprie fabri lignaria officina, quamuis et de aliis officinis dicatur. Ponitur etiam pro arte et fabricatione alicuius rei, unde et ædificium, Fabricam dicimus, et machinationem. Plautus, Nunc hoc conſilium capio, & hanc fabricam adparo, ut filias dicas tuas.

Fabricius, nomē Romani ciuis frugaliſſimi, qui in tenuiſſimo cenſu Samnitum munera forti animo ſpreuit. Hic norma paupertatis & exemplum apud Romanos, qui patellam & ſalinum ex argento tantum colendorum Deorum cauſſa domi habuit, ita tamē vt patella corneo pediculo ſuſtineretur. Cuius filiæ ob paupertatē de publico dotibus donatæ, ad maritos ierunt portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam. Hunc Pyrrhus Epirenſis nullo auro, nulli pollicitationibus expugnare potuit, vt ſecum eſſe vellet, ac proximum à rege principatum obtineret. Qui dixit Pyrrho, non hoc illi conducibile eſſe. Nam ſi Epirotæ (inquit) ambos nos norint, à me regi quàm abs te mallent. Higinius in lib. de Viris illuſtribus ſcribit, legatos Samnitum obtuliſſe dona Caio Fabricio grādem pecuniam, Tum Fabricium planas manus per omnia ferè corporis membra diduxiſſe, et legatis ita reſpōdiſſe. Dum illis omnibus membris, quæ attigiſſet, imperare poſſet, nunquàm quicquàm defuturum. Et ita pecuniā repudiauit.

Fabrico, cas, et Fabricor, aris. deponens. penult. cor. in eadem ſignificatione pro compono.

Ouidius lib. xiii. Metamorph.

Crateræ Aeneæ quem iam fabricauerat Alcon.

Cicero lib. iii. de Oratore, Capitolii faſtigium illud et Cæterarum, ædium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Trāsfertur etiā ad animum. Curtius, Multa interea fabricatus ingenio quomodo auertere inde hoſtem poſſet.

Fabrile, penultima produ. quod eſt fabri, ſiue quod ad fabrum pertinet. ut opus fabrile. Horatius,

Quod medicorum eſt
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Fabula, diminutiuum eſt à faba. Plau. in Sti. Pro operibus noſtris ſatis commodule nucibus, fabulis, ficulis. Eſt & Fabula, res paſſim diuulgata, etiam ſi vera ſit, à fando dicta. Iuuenalis,

It noua nec triſtis per cunctas fabula cœnas.

Et Fabula, quæ ad delectationem & vtilitatē inuenta eſt, rerum nec verarum nec veriſimilium. ut quòd Daphne verſa ſit in laurum. Apologus non differt à fabula, ſed tantum addit. ut præter id quòd ſit res ficta, & non veriſimilis vt fabula, allegorice tamen aliquid contineat, quod ad vitā & mores pertineat, vt ſunt Aeſopi fabulæ. Argumentum, eſt res non vera, ſed tamen veriſimilis, ut ſunt argumēta comœdiarum. Fabulæ ſecundum ritus & habitus hominum nominabantur. Romanæ enim togatæ dicebantur, quia toga Romana eſt. Sic Græcas fabulas, ab habitu æque palliatas, Varro ſcribit nominari. Togatarū generis quatuor. Sunt enim togatæ, quæ Prætextatæ dicuntur, in quibus imperatoris negocia agebātur & publica. Et Reges Romani, vel duces, inducuntur perſonarum dignitate et ſublimitate tragœdiis ſimiles, Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regū vel magiſtratum in huiuſmodi fabulis acta comprehēduntur. Secundū genus togatarū, Tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarū et argumētorū ſimilitudine comœdiis pares, in qbus nō magiſtratus, ſed humiles homines, et priuatæ domus inducuntur, q́ qđ oliuæ tabulis tegerent cōmuniter Tabernariæ vo,

cabantur. Tertium genus Atellanæ. Quartum Planipedes. de quibus alibi. Sciendum eſt, quòd Fabulæ nomẽ, ab autoribus fœmin. gener. proferri ſolet. Terentius, In Eunuchum ſuam. Iuuen. vero maſ. protulit. Nec dum finitus Horeſtes, Fabula, Græce Mythos dicit. Fabulator, mythicus. Macrobius mythicos vocat rerum fabuloſarum ſcriptores, qui fictionibus hiſtorias obuoluunt.

Fabulator, qui fabulas edit. vt Aeſopus.

Fabulinus, putabatur Deus, qui pueris primo fari incipientibus præeſt.

Fabulor, laris, loquor. Hieron. Solæ cum ſolo ſponſo aut lectionibus ſacris, aut ſanctis meditationibus ſecum fabulamini, ut ipſe uobiſcum. Eius cõpoſitum eſt Confabulor. Teren. Si quando ad eum acceſſerat confabulatum.

Fabuloſus, ſa, ſum, celeberrimum, de quo omnes fantur. Vel Fabuloſum dicitur, de quo multa finguntur. Horatius lib. i. Carmin.

Vel quæ loca fabuloſus lambit Idaſpes.

Faceſſo, ſis, ceſſi. ſecundum Priſcianum faceſſitum. ſecundum alios faceſſum. ſecundum alios uon habet ſupinum. et ſignificat ad faciendum eo. ut, Viſo, ad videndum eo. Vergilius,

Haud mora, continuo matris præcepta faceſſit.

Interdum Faceſſere, eſt diſcedere. Nec mirum, altera enim ſignificatio alteram gignit. Nam et qui ad faciendum quicquàm it, diſcedit, ut id faciat. Hinc vulgò dicitur, Abeat facere ſua. Terentius in Phormione, Dic quid velis dari tibi in manũ, vt herus his deſiſtat litibus, hæc hinc faceſſat. id eſt, ſua curatũ abeat. Donatus, Faceſſat, pro hinc ſe faciat. id eſt, abeat. Cice. in Horten. Faceſſant igitur qui docere nihili poſſunt, quò melius ſapientiusq́ viuamus. Interdum ſignificat exhibere, ſeu inferre, nec tamen à ſignificatione ſua faciendi recedit. Cicero Apio Pul. Quum eſt nobis allatum de temeritate eorum, qui tibi negocium faceſſerent. Huius paſſiuum protulit pro Cluẽtio, Sed hoc polliceor omnibus, ſicut faceſſitum negocium.

Facetiæ, ſunt quæ delitiæ quędã ſermonis, et dicta vrbana ſine ſcurrilitate, quæ etiã in factis intelligi poſſunt.

Facetus, à fando deduci videt, et is dr, q verbis facit quæ vult. Eſt enim elegãs in dicẽdo, nõ tñ circa ridicula, (quũ dicat Hora. facetũ Catoni gen⁹ natura cõceſſum eſſe, Vergilio decẽs.) ſed excultæ cuiuſdã elegãtiæ. hæc adpellatio eſt. à quo Facete aduerbiũ p elegãter, vrbane. Quidã à faciẽdo deriuãt, ut is ſit q geſtibus aut verbis ita aliũ imitatur, ut ſe illũ faciat.

Facies, et Vultus differunt quòd vultus uoluntas ſit, quæ pro motu animi in facie oſtenditur, vnde Seruius, Vultus, eſt voluntatis indicium, qui pro uoluntatis uarietate mutatur. Verg.

Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

Inde etiam cœli et terræ vultũ adpellamus, quia mutari contingit. Facies vero, ipſa ſpecies. Salluſtius, Prorſus in facie vultuq́ uecordia inerat. Sumitur tñ facies p totius corporis forma. vt Donat⁹ in Eunu. Terẽtian. exponit. O faciem pulchrã. Faciẽ modo non partem corporis dicit, ſed totam ſpeciem quæ adparet et cernitur. Vt enim ab aſpectu ſpecies, à fingendo figura, ita è faciendo, vel à factura corporis, dicitur facies. Plaut. in Penul. Sed earum nutrix qua ſit facie mihi expedi. Statura nõ magna, corpore aquilino. Ipſa eſt. Neq́ ſolum de hominibus dicitur, ſed etiã de literis. ut, egregia literarum facies. de montibus de mari, et de cæteris quoq́ rebus, quum ſit ingenitus cuiusq́ rei aſpectus haud facile mutabilis. Inde ſuperficies, non diſcrepans à facie, dicit facies. vt, facies maris, Sall. lib. ii. hiſto. Sardinia, in Aphrica, facie veſtigii humani, in Occidentẽ quã in Orientem latior. Idẽ, Quibus rebus permota ciuitas, atq́ immutata vrbis facies erat. Dicimus tñ confuſe, Facie fœdata. et, Vultu fœdato. Quandoq́ etiam Facies, pro ſpecie dicitur. Verg. Quæ ſcelerum facies, ò virgo, effare. Antiq (ut notauit Aulus Gellius) declinabãt Hæc facies, huius Facies, vel facii. p faciei.

Facile, aduerbiũ ſine labore. vt, non facile dici poteſt. Eſt etiã confirmantiũ aduerbium, et ſignificat, haud dubie, liquido, certò nullis aduerſantibus. ut, Cæſar illius ciuitatis facile princeps. Cicero, Quæ mea ſententia in ſenatu facile valuiſſet. Et iunctum cum uomine exigit ſuperlatiuum. ut, facile doctiſſimus. Iungitur etiam nominibus quæ diuerſitatem ſignificãt. vt facile diſſimilis. Et verbis eũ præ, compoſitis. ut, facile præſtat. Quandoq́ ſignificat libenter. ut facile patiar me à te laudari. Antiqui tamẽ Faculter, et Facul. pro facile dixerunt.

Facilis, pen. cor. dicitur ſine labore. ut, hæc res eſt facilis factu. Cuius contrarium eſt difficilis, quæ non ſine labore fieri poteſt. Et difficiles terræ dicuntur, quæ non ſine labore fructum producunt. Verg.

Difficiles primum terræ, colles q́ maligni.

Aliquãdo Facilis, dicitur exorabilis et ad ignoſcẽdum paratus. ut, Faciles uenerare Napæas.

Facilitas, habitus eſt quo quis aliquid facile facit, uel facilis eſt ad faciẽdum aliquid. Et Facilitas, exorabilitas, ſeu indulgentia. Terẽtius in Hecyra, Et ſi ego meis me omnibus ſcio etiam adprime obſequẽtem, ſed non adeò, ut facilitas mea corrumpat illorum animos.

Facinoroſus, ſceleſtus, et flagitioſus.

Facinus, pen. cor. à facio deducitur. Et modo factum ſignificat. ut apud Saluſt. Qui aliquo negocio intẽti, præclari facinoris aut bonæ artis famã quærunt. Modo ſcelus. Cic. lib. iii. Offic. Ad hoc nulla fraus, nullum facinus aberit.

Facio, facis, feci, factum. cuius paſſiuũ Facior, apud ueteres in vſu erat, vnde etiam compoſitum cum ad, con, de, ex, in, ob, pro, præ, per, re, et ſub, pleriſq́ ſit actiuũ, vt Adficio, adficior. Deficio, p delinquo deficior. Efficio, efficior. Inficio, inficior, vnde res infecta dicit. id eſt, non facta, Officio, officior. Perficio, perficior. Proficio, proficior, non inueni, ſed Proficitur imperſonali vſus eſt Statius li. iii. Thebai. Proficit bello. Præficio, præficior. Reficio, reficior. Sufficio, ſufficior. Sciendũ eſt, quòd Facio in cõpoſitione quum retinet a, tam in ſecunda et tertia perſona,

quũ in prima, accentum ſuper fa, ſyllabam ſeruat quamuis à, breuis ſit. vt Benefacio, benefacis. Fabrefacio, fabrefacis. Madefacio, madefacis. Pinguefacio, cis. Aſſuefacio, Calefacio, Candefacio, Excandefacio, Condocefacio, Commonefacio, Frigefacio, Feruefacio, Conſuefacio, Tepefacio, Diſſuefacio, Manſuefacio, Obſtupefacio, Stupefacio, Satisfacio, Vacuefacio, Patefacio, Ignefacio, Vibrefacio, Cõgelefacio, Putrefacio, Pudefacio, Labefacio, Expergefacio, Torrefacio, Rorefacio, Nigrefacio, et ſi qua alia reperiantur. Quæ tamẽ habent e, ante f, indifferentem, præſertim quando verba cum quibus cõponitur facio, ſunt ſecundæ coniugationis. Horatius in Serm. In noſtris iugulo ferrum tepefecit acutũ. Catullus, Alta tepafaciet permiſta fulmina cæde. Eſt autem Facere, proprie in opere eſſe, id eſt, qui rei quam facit faciem quandam imponit. Vnde à faciendo Facies dicitur. Qui enim facit vas, vaſis faciẽ illi imponit. qui veſtimentum, veſtimenti faciem. Interdum ſumitur pro recipere. ut, Facio ſtipẽdia. pro exhibere. Cicero pro Muren. Nolite à ſacris patriis Iunonis hoſpitæ, cui omnes conſules facere neceſſe eſt, domeſticum. Pro ſcribere. id eſt, componere. Vnde Donatus in Teren. Facit, qui materiam ponit, ut Menander. Pro æſtimare. Plin. lib. xxix. Sed hoc ipſum mercede faciunt, ut fides iis ſit, et facile diſperdantur. Plautus in Curcu. Migrare certum iam nunc è fano foras, quando Aeſculapii ita ſentio ſententiá ut me nihil faciat, nec ſaluum velit. Sic dicimus, Magnifacio. Paruifacio, Tantifacio, quod eſt, ſumme æſtimo, nullius æſtimo, tanti æſtimo. Iungitur et genitiuus lucri, ſed non in hoc ſignificato, verũ in ſuo. vt Lucrifacio. Plautus in Perſa, Non ædepol nauis trecentis cara eſt. Feciſti lucri, quod exponi poteſt, Feciſti multum lucri. Similiter Sumpti facio, id eſt, in aliqua re emenda ſumptum facio. Idem, Si nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim, et præter operam reſtim ſumpti fecerim. Paſſiuo etiam fio Cicero vſus eſt Tironi ſcribens, Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. Nec compoſita ſunt, quum multa ex his apte diuiſa ſint. Plaut. in Curc. Reſpicio uos nihili meá gratiam facere. Idẽ in Ru. Minacias ego iſtas flocci non facio tuas. Cicero Cecinnæ, Vtebar familiariſſime Cæſare, Pompeium faciebam plurimi Transfertur hoc verbum Facio ad omnia. Nam ei facere verba dicimus. id eſt, loqui. Facere iter. id eſt, ire. Facere terrorem. id eſt, terrere. Facere aliquem certiorẽ. id eſt, reddere alicuius rei indubium. Facere gratiã. Facere ludos. Facere ſolennitatem, exhibere. Facere vrinam, meiere. Facere ſordes, ſordeſcere. Facere pediculos, emittere. Facere copiam, poteſtatem præbere. Facere lucrum, lucrari. Facere etiam pati eſt. ut, Fecit iacturam, damnum, naufragium. Item facere, ſacrificare. Vergilius,

Quum faciam uitulam pro frugibus ipſe uenito.

Id eſt, quum ſacrificabo. Plaut. Plenam faciam tibi fideliam. Item conuenire. Mart.

Non facit ad ſeuos ceruix niſi prima leones.

Item prodeſſe. Pli. Hoc et tuſſi facit. Itẽ rẽ obſcœnã facere. Plautus, Mauoli ancillæ facere quá liberæ. Item tacere. Teren. in Adel. Ah minime gentium, nõ faciam. quod Don. Exponit, Non tacebo, quaſi tacere aliquam actionem habeat. Sed moralis ſignificatio eſt, et communis omnibus. Sicut aduocatum dicimus male feciſſe quũ tacuerit. Pertinet et ad pecuniam, quæ fieri dicitur. Sall. Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat. Facio iniuriam, iniuſte facio. Teren. in Hecyr. Si facis iniuriá, quum fingis fabulas cauſſas ad diſcordiá. Deniq; Facere (ut Papin. inqt) omnẽ omnino faciendi cauſſam cõplectitur, dandi, ſoluendi, numerãdi, iudicãdi, ambulandi, reddendi. Vnde qui ocioſus ſedet. ſi rogetur quid faciat, recte reſpõdere poterit ſe nihil facere, quãdoquidem ocioſus eſt. Recte etiá, ſe ſedere, quoniá et ſedere ipſum aliqd facere eſt. ut iacere, nauigare, quieſcere. Faciá ut te plurimũ amem. id eſt plurimũ amabo. Faciá ut tibi proſim. id eſt, tibi ꝓdero. Fac te eſſe q ſum. id eſt, finge te eſſe me. uel pona te loco mei. Facto opus eſt, fieri opus eſt. id eſt, factu. dici opus eſt, dicto opus eſt. pro dictu. Quomodo enim Infinita rẽ verbis ſignificát, ſic hæc participia pro ĩfinitis verbis ponunt, et ſignificát paſſionẽ. Supina in u, magis ſignificáter nominatiuo iungunt. ut, Nec dictu facilis, nec uiſu effabilis ulli. Factũ iri audio illi iniuriá. ſignificat ad contumeliam faciendá operá dari, quo fiat iniuria. Item, Factũ itur mihi contumelia. Cato pro ſe cõtra Caſſium. Atq; euenit ita Quirites, ut in hac cõtumelia, quæ mihi propter huiuſmodi petulátiam factum itur, Rei quoq; pub. mediusfidius miſerabar Quirites. A' Facio itẽ fiunt uerba pri. cõiug. in co terminata, quæ proprie infinita ſunt. ut, Sacrifico, Magnifico, Deifico, Clarifico, Aedifico, Viuifico, Mortifico, Iuſtifico, Falſifico, et huiuſmodi. Facere ludos, ſignificat irridere. Plaut. in Aulu. Quem tu ſenecta ætate ludos facias. Facio lucri, et Facio lucrum, ſicut Facio damni, et Facio damnum.

Factio, ab initio honeſtum uocabulum, unde Factiones hiſtrionum quadrigariorum dicebantur. Nunc nomine Factionis ſeditio, et arma dicunt. Ná eſt diuiſio ciuiũ in diuerſa ſtudia, quũ aliq ſe principes facere in ciuitate conant, inter quos eſt æmulatio. Et q eos ſequunt, Factioſi adpellant, qa ſcilicet adfecti ſunt ad factionem. id eſt, diſcordiam et ſeditionem. Tertullianus in Apologetico, Quum probi, quum boni congregantur, non eſt factio dicenda, ſed curia. Interdum Factio capitur pro opulentia et autoritate alicuius in ciuitate. Plaut. in Aul. iſtas magnas factiones, dotes dapſileis, nihil moror. Quatuor apud antiquos fuerũt factiones Veneta, Praſina, Alba, Roſea, à coloribus nominatæ. Caſſiodorus quatuor colores harũ factionũ, eũ partibus anni quaternis aſſimilat. Praſinus, virẽti veri dicatus erat. Roſeus flámeæ æſtati. Venetus, nubilæ hyemi. Albus pruinoſo autũno. Sueton. ſcribit his addidiſſe Domitianũ duas, alterá aurati, alteram purpurei panni. Hæ pernicitate curſus inter ſe decertabant, fauorẽq;

populari, ſiue imperatorio. Ex his præualebat una. Item Factio, dicitur ea res, quæ fit à quopiam. Cicero in Topicis, Quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio vt nulla eſſet.

Factionum princeps, ſiue capita, dicuntur, per fas et nefas factioſorum multitudinem ſibi conciliantes. Cornucopiæ.

Factitius, a, um, quod de aliqua re fit in aliam. Plin. lib. xii. Ergo in vtraq; gẽte bina laudaui genera, terrenum & factitium. Factitium etiam dicitur, ab alis cuius ſimilitudine factum. vnde Factitia verba, quæ ab alicuius vocis ſimilitudine facta ſunt. ut balantes, à balando, oues dicuntur.

Factito, tas, penul. cor. ſæpe facio. Cice. lib. ii. Offic. Hæc apud maiores noſtros factitata.

Facto, debebat eſſe frequent. à facio, ſed pro eo utimur Factito.

Factor, nomen verbale. qui aliquid facit. vt quum dicimus, Deum factorem Cœli et Terræ. Interdum dicitur, qui vinum, vel oleum, vel quid ſimile facit. Similiter qui alterius manualia negocia gerit, ut qui fruges domum vehit. Cato, Lectum ſtratum, vbi duo cuſtodes liberi cubent, & tertius ſeruus vnà cum factoribus vbi cubet. Idem, Leguli volunt vti olea caduca quàm plurima ſit, quò plus legatur, factores. vt in tabulato diu ſit, vt fracida ſit, quò facilius efficiant. Inde Factus.

Factum, res geſta. Vergilius, Fortia facta patrum.

Factura, ræ, compoſitio rei quam facimus.

Facturio, ſis, penult. correp. facere deſydero. quod nonnulli ad rem Veneream transferunt. Plautus, Facturit, poſtquàm ancillam aſpexit. hoc eſt, coire cupit.

Factus, ctus, & Factum, dicebant quod vno tempore conficerent. quem alii centum quadraginta modiorum, alii centum uiginti.

Facula, penul. correp. parua fax, inciſus faſtis. Fit autem ex piceis arboribus præcipue, ſiue arundinibus aridis. Eſt autem diminutiuum à fax.

Faculari, dicuntur qui faculas geſtant.

Facultas, proprie facilitas agendi. vt, Non eſt mihi facultas adeundi pontificem. Cuius cõtrarium eſt Difficultas. Aliquando Facultas ſumitur pro opibus, quoniam quum diues quis exiſtit, facile quod vult agit. Petronius.

Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura,
Fortunamq; ſuo temperet arbitrio.
Multa loquor, quoduis nummis præſentibus opta,
Et veniet, clauſum poſſidet arca Iouem.

Aliquando pro poteſtate & ui. Plinius, Si mihi facultas daretur, virum mallem eligendi. Et Facultas, eſt vis quædam quæ facit, vt id facilius fieri poſſit, quod de vnaquaq; arte præcipitur. Eſt enim genus omnium artium, quis ſic definiri poteſt. Dialectica, eſt facultas diſſerendi. Rhetorica, eſt facultas dicendi. & ſic de aliis, quoniam per eas facile inſtruimur.

Facundus, diſertus, à fando, qui ea quæ mente conceperit, ad audientes facile atq; ornate profert. Hinc Facundia, quæ eſt facultas diſſerendi cum gratia.

Fæcatum vinum, quod è fæcibus expreſſum eſt, inquit Cato, hoc eſt, quod inter vina operaria numeratur, quum ſit aquatum, unde et Defæco, cas, & fæce purgo.

Fæcem ciuitatis, homines viles & abiectos aliquando uocamus, non quod homines ſint ſordes, ſed quod vitam agant ſordidam & abiectam. Ce.

Fæcinæ vuæ, dictæ ſunt, quæ plus quàm cæteræ fæces adferunt. Et alio nomine à colore Rubellanæ uocantur, & Momentaneæ.

Fæculentus, ta, tum, quod eſt fæcis plenum.

Fæcutinus, na, num, penul. produ. ſimiliter à fæce fit. Gell. Non eas finitiones prærancidas, neq; fæcutinas grãmaticas ſpectaueris, ſed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere.

Fæx, per æ, diphthõgum (vt Apuleius docet) tam maſculini quàm fœminini generis eſt. et hoc, ut differat in datiuo, à præterito uerbi facio. Et eſt excrementum cuiuſcunq; rei, Cuius diminutiuum eſt Fæcula. deduciturq; à facio.

Fagus, vide in dictione Phagus, φηγὸς,

Fagutal, fuit Romæ ſacellum Iouis, in quo erat fagus arbor, quæ Ioui ſacra habebatur. Ce.

Falæ, turres ligneæ, ob altitudinem dictæ, à fando, quod Thuſci cœlum vocabant. Quidam tamen per ph, ſcribunt, vnde & Phalarica. de quo ſuo loco.

Falcarii, qui falcibus vtuntur. Cice. lib. i. inuectI. cõtra Catilin. Dico te prima nocte ueniſſe inter falcarios. Quem locum exponens Priſcianus ait. Inter falcarios. Id eſt, in locum vbi ſunt falcarii.

Falcarius, caria, rium, quod ad falcem pertinet. ut cotes falcariæ, quibus falces acuuntur.

Falcatus, ta, tum, quod formã falcis habet. Pli. lib. x. de Gallo loquens. Ipſum vero cantũ, plauſu laterũ in ſublime quoq; caudã falcatã erigens. Rurſus Falcatum, dicitur falcibus inſtructum, vnde falcati currus dicti ſunt. Macrobius, Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus.

Falcicula, diminutiuum. parua falx.

Falcidia lex, quæ amputat legata, quando ſaltẽ quarta pars bonorum non ſuperſit hæredibus.

Falcifer, falcem ferens.

Falcito, tas, penultima correpta, falce cædo. Auguſt. in Pſal. Adduxiſti me ad uineam, vt falcitem illam & amputem.

Falco, cas, vnde & Defalco, amputo, ſiue tollo.

Falco, auis, cuius digiti pollices intus ſunt curuati, à ſimilitudine falcis. Itaq; dicitur Falco, nõ quòd falcatis unguibus, ſed quòd roſtro, & alis, et tota falcata ſit in rapinam, ſicut accipiter, qui Græce dicitur ἱέραξ, ἱεράκιον, κιρκος, ἀλλὰ πολυπαιαν ἱέραξ. Eſt. p. auis ſacra augurio, & ideo dicitur accipiter, quaſi ſuis accepta ter. Adfert enim & nunciat optimum augurium rebus agendis, volatu in ſiniſtrã, idcirco Græci autem ſanctã & ſacram adpellãt. Vel accipiter, quòd acciperet Iupiter ab illa tam bonum augurium. Omnes autem ſunt fœminæ, maſculin. tamen gener. declinantur. & qui vulgò dicuntur Moſcardini, ſunt mares. Ita errorem deprehendit poſterior ætas,

ætas, vt adfirmant principum aucupes.

Falernus, regio Campaniæ, ubi colles uitiferi ſunt. Var. Quid in Italia utenſile non modo naſcitur, ſed etiam non egregium non ſit? Quod far compacarundum Campano? Quod triticum Apulo? Quod uinū Falerno? Quod oleum Venafrano? Pro uino uero tam maſculini quàm neutri generis eſt. Martia.
Reſinata bibis uina falerna. Tibullus,
Nunc mihi fumoſos ueteres proferte falernos.

Faliſci, populi Hetruſci fuerunt, quorum oppidū Falerii vocabatur. Ouidius,
Adde ſenem Tatium Iunoni, colas & Faliſcos.
Ibi fuit urbs, Mons faliſcorum dicta, quam nunc corrupte Montem Flaſconem adpallant. Eſt & Faliſcus venter, non diſſimilis Lucanicæ, inuentus primo in Faliſcis. Papinianus lib. iiii. ſyluarū, Non Lucanica, non graues Faliſci.

Fallaciæ, dicuntur uerba ad fallendum compoſita. inde Fallacioſus, ſa, ſum, quod eſt plenum fallaciis. Gellius, Veterū teſtimonia, quibus huiuſmodi ambages fallacioſæ confutantur.

Fallaciter, aduerbium. ſignificat cauſſa decipiendi.

Fallam, pro fallacia, dixére veteres. Cc.

Fallax, (inquit Auguſt. lib. ii. Soliloquiorum) is recte dicitur, cuius negociū eſt ut quiſq; fallatur, uel qui habet quandam fallendi adpetentiam.

Fallo, lis, fefelli, falſum, decipio. à fando deductum verbum (vt inquit Varr.) quòd contrà quàm diximus, decipiamus. Ponitur & pro latere. Liuius. Speculator Carthaginenſis, qui per biennium feſellerat, Romæ deprehenſus, præciſis manibus dimittitur. Huius compoſitum eſt Refello.

Fallonia, eſt culpa, iniuria, propter quam uaſallus amittit feudum. nomina barbara.

Falſarius, qui decipiendi gratia ſcripta publica falſificat.

Falſidicus, pen. cor. & Falſiloquus, qui falſa loqui cōſueuit, ſicut Veridicus, qui uera fari conſueuit.
Vergil. lib. II. Georgic.
Solem qui dicere falſum Audeat? Id eſt fallacē. Participium vero paſſiue ſumitur. Teré. in And. Falſus es. id eſt, deceperis. Falſus tamen tutor dicitur, qui non eſt tutor, ſicut falſum eſt teſtamētum, quod non eſt teſtamentum. Falſus liber, improprie dicitur mendoſus. Recte autem falſum iudicium, falſa ſententia, falſum nomen, pro non veris. non quòd fallendi gratia dicta ſint, ſed quòd hominum opinionem fefellerint.

Falſifico, cas. uerbum. decipiendi gratia, ſcripta publica falſo ſcribo, inde Falſificatio. Cc.

Falſitas, (vt inquit Auguſt. de Vera relig. lib. I.) dicitur, qua id putatur eſſe quod non eſt. Cui contrariū eſt Veritas, quæ oſtendit id quod eſt.

Falſo, ſas, falſum facio. Auguſtin. lib. quinto Confeſſ. Quum dicerent ſcripturas noui teſtamenti falſatas fuiſſe à neſcio quibus.

Falſo, aduerbium. non uere. Salluſtius, Falſo queritur de natura ſua genus humanum.

Falſum habere, eſt fallere. Salluſtius in Iugurt. Neq; ea res me falſum habuit.

Falx, à farre. litera commutata. Falces in Campania Seculæ dicuntur, à ſecando. Et aliæ fœnariæ, aliæ adoreæ, aliæ dumariæ, quæ & ſirpulæ, à ſirpando. Id eſt adligando, qbus ſecant dumeta, aliæ lunariæ.

Fama, à fando, dictio media. Eſt enim quicqd de aliquo diuulgatur, ſiue in bonum, ſiue in malum.
Vergilius libro tertio.
Neq; enim ſpecie famaue mouetur. Id eſt, infamia, vt exponit Nonius. Fama, etiam dicitur de re inueterata firmata q; in hominum opinione, quāuis incerta. Martialis,
Quicquid fama canit donat arena tibi.
Quintilianus, Fama eſt, olim Iouem in imbrem aureū cōuerſum, puellæ in gremiū deſcēdiſſe. interdū dr opinio. Plin. Huc eū liberalitatis tuæ fama pduxerat. Interdum laus ac celebritas. ut. fama Scipionum, fama Camillorum. Vergilius,
Sum pius Aeneas, fama ſuper æthera notus.
A Fama Diffamo, & Infamo deducuntur. de quibus alibi.

Famelia, primo, à famel, déinde mutatione unius literæ, Familia dicta. pro ipſis ſeruis. Cc.

Famelicoſus, qui frequenter famelicus eſt, unde Famelicoſam turrim, paluſtrem ueteres uocabant.

Famelicus, penul. corre. à fame & edendo. dictus eſt qui fame laborat.

Famella, diminutiuum eſt à fama.

Famen, locutio, & ſermo. à fando dictum. ut illud,
Ne leui ſaltem maculare uitam Famine poſſes.

Fameo, mes, ex quo Fameſco, meſcis.

Fames, edendi cupiditas. à φάγω, edo. & differt ab inedia, q; Fames eſt ſemper cum adpetitu edendi, Inedia etiam ſine adpetitu, ut in ægrotis. Vnde melius Inedia dicitur abſtinentia, vel impotentia comedendi, non comeſtio.

Famiger, penultima correp. qui fert famam.

Famigerabilis, diuulgādus. cognobilis, fama notus. Apul. de aſino aureo, Satis famigerabilis cōſector.

Famigerator, q, fert famā. Plautus in Triphone, Ego de verbis eorum famigeratorum inſius proſilui.

Famigero, geras. diuulgo.

Famigerulus, idem quod famigerator.

Familia, in res & in perſonas deducitur. In res, ut in lege duodecim tabularū. Agnatus pximus familiā habeto. Teren. In Heau. Decem dierū uix mihi eſt familia. In perſonas autem, natura aut lure ſub unius poteſtate ſubiectas, uti filios nepoteſq;, & deinceps ſeruitutes adpellatæ ſunt Familia. Varro, Si ab fundo longius abſunt oppida, aut uici, fabros procurent, quos habeant in uilla, ſic cæteros neceſſarios artifices, ne de fundo familia ab opere diſcedat, ac pfeſtis diebus ambulet, feriata potius, quàm opere faciūdo agrum fructuoſiorem reddat. Vnde & Paterfamilias, & Materfamilias. Hoc autem nomen primo à famul, déinde mutatione literæ u, in i, Familia dicta pro ipſis ſeruis. Déinde paulatim inualuit uſus, vt etiam liberi Familiæ nomine, & quicunq; in eadem domo uiuerent, comprehenderentur

tur. Poſt hæc ad eos quoq; tranſlatũ eſt, qui ex eadẽ ſunt cognatione, vt Cæſarum familia, Scipionum familia. Vnicus vero ſeruus Familiæ nomine non cõtinetur, nec duo faciunt familiam.

Familiaria, dicuntur ſepulchra, quæ quis ſibi ac familiæ ſuæ conſtituit, ſicut ſcribit Iureconſultus de Religioſis.

Familiaris, quãdo adiectiuum eſt, ſignificat quod ad familiam pertinet, vnde Familiaria negocia, res familiaris, res domeſtica. Cicero, Et negocijs familiaribus &c. Quãdo vero eſt ſubſtantiuũ, ſignificat amicum, nobiſcum verſantem, & diuturna conſuetudine nobis adſtrictum, quaſi in eadem familia nobis coniunctum. Vnde qui à Cicerone delectabatur lectione Terentiana, adpellat Terentium familiarem ſuum. Quamuis etiam Familiarius dicitur, & proprie de eo qui ex eadem familia eſt. Cicero ad Q. fratrem Aeſopi tragœdi familiaris ſeruus tibi notus aufugit.

Familiaritas, conſuetudo ipſa.

Familiariter, domeſtice, ad ſimilitudinem familiarũ. Familiariter fero. id eſt, grauiter & moleſte. Nam quæ ſunt nobis familiaria, ea animo noſtro ſunt chara. Terentius in Andria, Huius mortem fert tam familiariter.

Faminor, ſecũda perſona Imperatiui futuri à uerbo faris, quod veteres pro dicito vſurpabant. Ce.

Famoſus, ſa, ſum. tam in bonum quàm in malum. In bonum. Iuuenalis,

Famoſos equitum cum dictatore magiſtros.

In malum. Cicero lib. ii. de Orat. Me ad famoſas uetuit mater accedere. Salluſtius, Largitionem famoſam impudentemq;.

Famulanter, aduerbium à famulans. ſignificat ſuppliciter.

Famularius, a, um, quod ad famulatum pertinet. vñ verba famularia dicta ſunt, quia infinitiuis famulari uidentur. Quæ ſint famularia uerba, uide in dictione Incipio.

Famulatio, famulorum famularumq; multitudo, ſicut & Famulitium. Apuleius lib. ii. Et ecce mulierẽ quampiã frequenti ſtipatam famulatione.

Famulatus, us, Famulitas, & Famulitium, pro ſeruitute. Cice. Qui aliquãdiu ꝑpter ignorantiã ſtirpis, & generis in famulatu fuerint. Varro, Apud ignauum dñm, duro famulitio adſtrictos. Dr̃ etiã Famulitiũ ſeruorum copia. Macrobius, Vnus è famulitio, cui prouincia erat admittere volentes dñm conuenire.

Famulus, qui & Famul, originem habet ab Oſcis populis, apud quos ſeruus Famul dicebatur, unde & Famulor, aris, q̃d eſt ſeruio tanquàm ſeruus. Cice. lib. ii. de Rep. eſt enim genus iniuſtæ ſeruitutis, quũ ii ſunt alterius qui ſui eſſe poſſunt.

Fanaticus, penul. cor. inſanus dicitur, quñ ſacerdotes quũ reſpõſa dabant furore pleni, inſanire uidebantur ſe cõcutientes. Nã apud Auianũ quæritur, ſi ſeruus inter fanaticos nõ ſemper caput iactaret, & aliqua profatus eſſet, an nihilominus ſanus uidetur. Dr̃ & Fanaticus, qui fano præeſt, aut fani cuſtos. Iuuen.

Et crine ſenex fanaticus albo Sacrorum antiſtes.

Fanaticus ſinus, vulgò dictus, vide in dictione Phanates.

Fanenſes, & Faneſtres, à Fano oppido Piceni dicuntur, ipſius oppidi incolæ. Cornuco.

Faneſii, populi in Oceano Septẽtrionali, qui (vt ait Plinius lib. iiii.) tam grandeis habent aures, ut eorum nuda corpora tegantur.

Fannia lex, lata eſt anno poſt vrbem conditam quingenteſimo octauo, quæ ludis Romanis, item ludis plebeiis ſaturnalibus, et aliis quibuſdã diebus in ſingulos dies cẽtenos æris inſumi conceſſit, decemq; aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos. cæteris aũt oĩbus diebus denos, vide Gelliũ li. ii. ca. xxiiii.

Fanniana, piri genus à Fannio quodã ſic dicta. Ce.

Fanum templũ, à Faunis Diis, qui ſolent diuinare, ut ait Martianus Capella, uel à Fauno, q (autore Probo Grãmatico) primus conditor fuit. Feſtus, Fanũ à fando, quòd pontifex in dedicatione tẽpli, certa verba præfari ſolet. Hinc Profanus. Sunt tamẽ qui hoc nomen per ph. ſcribãt, ἀπὸ τοῦ φανεροῦ, quod ſignificat manifeſtum, quòd è phano reſponſa dabantur. hinc Prophanus, a, um. Et Fanum, Piceni amœniſſima, ſeu Vmbriæ vrbs, in littore Adriatico, inter Piſaurum & Senogalliam, non lõge à Metauro amne ſitum, ſic dicta, quòd in ea pulcherrimum Fortunæ templum fuerit.

Far, farris. apud ueteres de omnibus frugibus dicebatur, qa id ferret terra, vel à frãgendo, ſeu à faciendo, quòd in piſtrino fiat. Nã apud antiquos molarum non erat uſus, ſed frumentũ in pila miſſum frãgebant, vocabantq; adoreum, ab adolendo. id eſt, ſacrificando. Colu. lib. ix. Poſt hæc cauea cũ matre claudẽdi ſunt, & farre hordeaceo, cũ aqua incocto, uel adoreo farre vino adſperſo, modice alendi.

Faran, oppidum trans Arabiam, iunctum Sarracenis, qui in ſolitudine vagi errant.

Farcimen, penul. produ. inteſtinum uarie ac minutim conciſa carne refertum.

Farcio, cis, farſi, fartum, ſaturo, quaſi farre impleo, et per tranſlationem ſagino, pinguefacio. Colum. lib. ix. Hæc enim ferè cõmunis eſt cura farcientiũ. Nam illi qui uolunt non ſolum opimas, ſed etiam teneras aueis facere, mulſea recente aqua prædicti generis farinam conſpergunt, & ita farciunt. Huius uerbi compoſita ſunt Confercio. Effercio, Infercio, Offercio, à quo Offertiſſimum, pinguiſſimũ. Plautus, Sine ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſſimã. & Refertio.

Farfarus, ſiue Farfar, Syriæ fluuius. In radicibus Libani mõtis emittitur, & per Anthiochiã fluens, in Syriaco miſcetur mari. Hic tãtus fertur, vt trãſiri vado nõ poſſit. Farfarus etiã dictus eſt fluuius, q ꝑ Sabinos trãſit. de quo Ouid. Et amœnæ Farfarus undæ. Alio nomine dicitur Fabaris. pe. cor. Verg. lib. vii. Qui Tibrim Fabarimq; bibunt.

Faris, vel fare, fatur, fatus, à fero deductum eſt. Nihil enim aliud eſt ferre, quàm fari. id eſt, loqui. Quod etiã ſignificationẽ paſſiuã habere inuenitur. Sueto.

Prætorum faſti dies ſunt, quibus ius fatur. id eſt, dicitur, ut Nefaſti, quibus nõ dicitur. Huius uerbi prima perſona debet eſſe For, vt inqt Priſcianus, Eius compoſita ſunt Effaris, extra loqueris. Adfaris, ad aliquem faris. Cicero in Catone. Licet mihi hiſdem verſibus adfari te Attice, quibus adfatur Flaminiũ ille vir. Præfaris, antè faris Columel. in Præfatione, Quas ordine ſuo tunc demũ perſequar, quũ præfatus fuero, quæ reor ad uniuerſam diciplinam maxime pertinere. Profaris, vltra faris. Vergilius,
Tum breuiter Dido vultum demiſſa profatur.

Farrea, penul. produ. dicuntur cibaria è farre.

Farrago, penultima produ. à farre. & eſt id quod ex multis ſatis, vt hordeo, uitia & leguminibus fit, pabuli cauſſa. Var. Inde quòd far ferro cæſum, Farrago dictum, aut quòd primũ in ferracea ſegete ſeri cœptum ſit. Vel dicitur à farciendo. hoc eſt, ſaturando. Diuerſarum quoq; rerum commixtio, Farrago dici poteſt. Iuuenalis,
Quicquid agunt hoĩes, uotum, timor, ira voluptas, Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.
Perſ. autem Ferraginem pro farre vel frumento poſuit, quum inquit.
Vappa, lippus, & in tenui ferragine mendax.

Farreatio, genus ſacrificii, quod fiebat à ferreo libo, quoties nuptiæ conficerentur. Nec etiam Cõfarreatio dicebatur, aut quum diſſoluerentur matrimonia, Diffarreatio dicebatur.

Farreum. genus libi ex farre factum. Plinius, Nouæ nuptiæ farreum præferebant. Farreum quoq; veteres horreum, à farre, ſicut granariũ à grano, & hordeum ab hordeo.

Farrina, à farre, vt Plin. lib. xviii. docet, denominata eſt. ideo per duplex rr, ſcribi deberet. Verum apud poetas prima corrip. Mar. Paſcitur & dulci facilis gallina farina. Oui. de Medi. fa.
Nam quæ puluereæ fuerint confuſa farinæ.

Farrinaceus, a, um, quod factum eſt ex farrina.

Farrinarium, locus ubi ſeruatur farrina.

Farrinarius, a, um, quod ad farrinam pertinet. Plin. lib. xviii. Farrinario cribro ſuccernunt.

Farſilis, pen. cor. qui inſtar farciminis farcitur. Vnde Apitius porcellum farſilẽ, leporem farſilem uocat, qui in eduliis farciuntur, variis condimentis. Dicitur & Fartilis. ex cognatione quæ eſt inter ſ, & t, ut Pulſo, pulto. Merſo, merto.

Fartilia, quibus implentur ea quæ decoquuntur. Plinius, Iecur anſerinũ fartilibus creſcit mira magnitudine. Apud eundem Fartilia pro turundis, id eſt, panificiis, quibus ſaginantur aues. à farciendo.

Fartim, ſignificat farciendo congeſtim, cumulatim. Apuleius, Parabat ſicum fartim conciſum.

Fartores, qui farcimina faciunt, ex inſecta carne, & adipe, & huiuſmodi. Terentius in Eunucho, Cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, fartores.

Fartum, eſca qua quid farcitur, vel fartum eſt. Colu. lib. iiii. Semper proderit, ſimul ac folia agere cœperit ficus, rubrica amurca diluere, & cum ſtercore humano ad radicem infundere, ea res efficit uberiorẽ fructum, & fartum ſicl ſpecioſus & plenius.

Fartura, quod fartum eſt, ſiue actus modus'ue farciẽdi in altilibus dicitur. Idem lib. ix. Sed ſi faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturæ proceſſerint.

Fas, genitiuum non habet, & à fando deducitur. Nã ſi faris, ſeu fatis, fatſis'ue dicamus, aliud ſignificare poteſt. Et Fas quidem pium, religioſum, & fari dignum dicitur, & ad Deos refertur, ſicut iuſtũ ad homines. Vergil. Fas & iura ſinunt
id eſt, diuina & humana iura permittunt. Cuius contrarium eſt Nefas, quod eſt, impium & execrabile.

Faſcelis, dicta eſt Diana, à faſce lignorũ, in quo abſconditũ Dianæ ſimulachrũ Oreſtes Aritiã detulit.

Faſcia, genus ligaturæ, qua pueri, vel aliud quid, ligari ſolet. Et propriè pro tegumento crurũ pedumq; faſciæ poni conſueuerunt, ideoq; crurales, pedales q; dicũtur. Vlpianus, Faſciæ crurales pedules q; veſtis loco ſunt, quia partem corporis ueſtiunt. Scribit Plinius libro octauo. mures portẽdiſſe exitium Carboni imperatori, arroſcis faſciis quibus in calceatu vtebatur. Item faſciæ dicuntur zonæ ſiue plagæ, vide in dictione Faſceæ. Columel. libr. ſeptimo. Recte genibus adplicantur, ac faſciis circundatur. Martianus, Orbis terræ in quinq; zonas, ſiue mellus, faſcias diſcernitur. Aliquando ponitur pro nube, in modum faſciæ cœlum percurrente. Iuuena.
Nil faſcia nigra minatur.

Faſciari, eſt faſcia ligari. Spartianus de Antonio pio, Sed quum eſſet longus & ſenex, Incuruatus q;, tiliaceis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, vt rectius incederet.

Faſciculus, diminutiuum. paruus faſcis, ut in ſacris literis. Faſciculus myrrhæ. Accipitur & pro olfactoriolo. Cicero libro. iii. Tuſculanorum, Faſciculum ad naris admouebis.

Faſcino, ſcinas. pen. cor. maleficium infero. Vergil.
Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.
Fit autem à verbo Græco βασκαίνω, quod ſignificat inuideo, Indignor, iraſcor, adeuło. Huius compoſitum eſt Effaſcino, eiuſdem ſignificationis. Solinus, Quædam in terra Aphrica hominum familiæ ſunt, uoce atq; lingua effaſcinantes. Quæ ſi impenſius forte laudauerint pulchras arbores, ſegetes lætiores, Infantes amœniores, egregios equos, pecudes paſtu atque cultu opimas, emoriantur repente. Poteſt etiam ſignificare, maleficium tollo, ſicut Excanto, incantationem remoueo. Plinius, Eſſe eiuſdẽ generis in Triballis & Illyriis adiicit Iſigonus, qui viſu quoq; effaſcinent.

Faſcinus, & Faſcinum, penul. correp. à fando. quoddam incantationis genus, quo homines ita ligãtur, vt liberi non ſint, nec mentis compotes, ſæpeq; ad extremam maciem deueniant. Horatius in Epo.
Minus'ue languet faſcinum.
Ponitur interdũ Faſcinus pro faſcinatione, vt apud Pliniũ, Fit enim morbus hic ex ſpiritu faſcinantis, p oculos faſcinati ad cor ipſius ĩgreſſo. In obſcœno tũ carmine ponitur Faſcinum pro uirili membro.

Faſciola, diminutiuum, parua faſcia.

aſcis lignorum, aut alterius cuiuſq; rei congeries, q̃ ligando fit. Per tranſlationẽ quandoq; ponitur pro onere. Nam faſces lignorum, ſeu aliarum rerum, graues ſunt portantibus. Vergilius,

Ego hoc te faſce leuabo. Sed quoniam lictores, cum faſcibus uirgarum ſecuribus alligatis, ad terrorem præire ſolebant conſules & alios magiſtratus, factum eſt ut Faſces numero plurali, ſumantur pro magiſtratibus & honoribus qui à populo præſtantur, qui aut duodecim aut ſex faſcibus vtebantur.

Vergilius lib. ii. Georgicorum,

Non illum populi faſces, non purpura regũ Flexit.

Nonnunquam etiam numero ſingulari, pro cõſule. Idem, Iniuſto ſub faſce uiam dum carpit. Fiebant autem faſces conſulares (ut inquit Plinius) ex gallica arbore, quæ ſpecies eſt populi, quã Latini betulam vocant. Flexibilis enim & hæc valde.

Faſellus, generis maſcul. vel fœminini, qui & phaſellus dicitur. genus nauigii Campani.

Vergil. libro quarto Georg.

Et circum pictis uehitur ſua rura faſellis.

Salluſtius li. iii. hiſtor. Et forte in nauigãdo cohors vna grandi faſello vecta à cæteris decerrauit. In genere maſculino, genus eſt leguminis exilis & teretis, q & Phaſeolus & Phaſilus dicitur. de quo infra in dictione Phaſellus.

Faſti dies, dicti ſunt, quibus ſine piaculo prætoribus licebat tria uerba fari, ſcilicet, do, dico, addico. & Nefaſti, quibus non licebat fari. Ouidius,

Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur,

Faſtus erit per quem lége licebit agi.

Faſtorum libri, in quibus totius anni res populi Romani ſcriptæ continebantur, & cauſſæ feſtiuitatum explicabantur, vt in faſtis Ouidii, de quibus idem,

Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis.

Et quo ſit merito quæq; notata dies.

Inuenies illic & feſta domeſtica uobis.

Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus auus.

Scribit Liuius, Flauium ſcribam faſtos circa forũ in albo propoſuiſſe, vt quando lege agi poſſet, ſciretur. Et eſt Faſtus ſecundæ & quartæ declinationis. Luca. Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. Varro in Ephemeride. Cæſar faſtus correxit. Colu. lib. x. Sequor nunc Eudoxi & Metonis faſtos aſtrologorum. Et (ut autor eſt Priſcianus) eadem forma dicitur Faſtus, vel Faſti, qua ſenatus vel ſenati. Faſtus vero pro ſuperbia, ſemper eſt quartæ. Et eſt proprie indigna ſui ipſius per ſuperbiam exiſtimatio.

Faſtidio, dis, penultima producta, diui, ditum, à faſtu fit. Nam proprie faſtidire, eſt cum faſtu quodam cõtemnere. Vergilius,

Inuenies alium ſi te hic faſtidit Alexis.

Vnde & pro ſtomachari dicitur, conſtruiturq; modo cum accuſatiuo, modo cum datiuo, modo cum genitiuo. Horat. in Serm. Num eſuriens faſtidis omnia præter Pauonem rhombumq;. Cicero pro Mil. Sed etiam recte factis ſæpe faſtidiunt. id eſt, faſtidium faciunt. Plaut. in Aul. Abiit, neq; me certiorem fecit, faſtidit mei. Lucil. li. vii. Difficiles ſumus, faſtidimus bonorum.

Faſtidioſus, qui omnia faſtidit, vel q aliis eſt faſtidio.

Faſtiditus, faſtidio habitus. Lucanus,

Pars magna ſenatus Faſtidita iacet.

Faſtidiũ meũ, quo ego alios faſtidio. Faſtidium mei, quo ego ab aliis faſtidior. Quintilian', Ceu mulier omnibus expoſita mortalibus, vanitatem faſtidio mei deſpectuq; captauit.

Faſtigio, gias, acumino, & quaſi in faſtigium erigo. Plinius libro. xviii. Frumenta hyeme in herba ſunt, verno tempore faſtigiantur in ſtipulam, quæ ſunt hiberni temporis.

Faſtigium, altitudo & ſummitas operis, quum faſtigium erigitur ſupra ædificiorum columen, ornatus cauſſa, & à tota latitudine ſurgere incipiens, paulatim tollitur in acumen, quod vulgus frontiſpicium vocat. Hinc illam formam in quacunq; re faſtigium dixere. Hinc Plinius, folia faſtigiata dixit. Verg. Et faſtigia ſuſpicit vrbis. Quandoq; dicitur ima pars. Idem lib. ii. Georgicorum,

Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras.

Quandoq; finis. Cicero libro tertio. Offic. Sed quo opere inchoato, propè tamen abſoluto, tibi faſtigium imponimus.

Fatale, quod pernicioſum eſt & mortale. ut, dies fatales. Et Fatale dicitur, quicquid nobis ex fato debetur, ſiue bonum ſit, ſiue malum. Auguſtinus li. v. de Ciui. Dei, Ea fatalia dicunt, quæ præter Dei & hominum voluntatem, cuiuſdã ordinis neceſſitate contingunt. Aliquando Fatale dicitur ſalubre. Valer. lib. i. Eò legatis miſſis unicã fatalis remedii opem impetraturam ſe credidit.

Fateor, teris, faſſus, adfirmo ſponte. Lactãtius, idem etiam poetæ fatentur. Huius compo. ſunt, Cõfiteor, Diffiteor, Infiteor, quæ ſignificant non fateor, nego. Profiteor, vide infra.

Fathiſcere, per h, eſt abundanter aperiri, quaſi adfatim hiſcere. Vergilius,

Rimiſq; fathiſcunt. Ambroſius libro Hex. Pleriſq; terra Meridianæ plagæ torret ardoribus, atq; æſtu ſoluta fathiſcit in puluerem, miſerandi agricolæ labore conſumpto.

Fatidicus, penultima correpta qui futura prædiuinãdo ſolet fari, qui nobis fata, id eſt, decreta Deorum exponit, vnde Fatidici libri, qui continent fata populorum, quales erant decem Sibyllarum libri, qui & ab hiſtoricis fatales adpellantur. Fatidici, vates, & Fatidica Manto nominatur, quoniam erat fatiloqua, quæ uaticinabatur diuinitate prædita ἐλλη νιστὶ ἔνθεοι λέγονται, καὶ μάντεις id eſt Græcè diuini dicuntur, & vates.

Fatifer, a, um, pen. cor. quod eſt mortiferum.

Fatigo gas, pen. prod. quaſi fatim ago. hoc eſt, abundanter agito, & ad laſſitudinem deduco. Verg. li. v. Veloces iaculo ceruos curſuq; fatigat. Aliqñ pe[...]tio. Idem, Verſaq; iuuencũ. Terga fatigamus haſta. Aliquando perturbo commoueo. ut,

Quæ mare nunc terraſq; metu cœlumq; fatigat.

Aliquando

Aliquando excito. Idem, Sociosq; fatigat. Præcipites vigilate viri. Aliquando cohibeo. Cicero li.iii. Offic. Qui non verbis ſunt et diſputatione philoſophorum, ſed uinculis et carcere fatigãdi. Huius compoſitũ eſt Defatigo, quod eſt, deorſum, ſeu ualde fatigo. Terentius in Adelphis, Vtinam quidem quod cum ſalute eius fiat, ita ſe defatigari uelim, ut triduo hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat ſurgere.

Fatim aduerbium abundanter, à fando, quia verborum quàm rerum maior ſit copia, uel quòd fari facile ſit, hinc componitur Affatim.

Fatiſco, ſcis, deficio. Colu. lib. viii. Nõ debet octo capitum numerum excedere, non quia ignorem fœcũditatem ſcropharum maioris eſſe numeri, ſed quia celerrime fatiſcit quæ plures educat. De hoc etiam in dictione Defetiſcor.

Fator, taris. multum loquor. eſt enim frequẽtatiuum à faris. Feſtus, Fatantur. id eſt, multa fantur.

Fatua. Dea dicta eſt terra, quòd infantes partu editi, non prius vocem edunt quàm terram attigerint. Eadem et bona Dea vocata eſt, quòd omniũ nobis ad victum bonorum cauſſa eſt, et Fauna, quòd omni vſui animantium fauet, et Ops, quòd ipſius ope vita conſtat.

Fatuitas, ſtultitia.

Fatum, à fando, quod ſic à Chryſippo diffinit̃, Fatũ, quod Græci εἱμαρμένην vocant, eſt ſempiterna quædam, et indeclinabilis ſeries rerum, et catena uoluẽs ſemetipſa ſeſe, atq; implicãs per æternos conſequẽtiæ ordines, ex quibus apta, nexaq; eſt. Scribit Cicero, fatum eſſe connexionem rerum per æternitatem ſe inuicem tenentem, quæ ſuo ordine et lege variantur, ita tamen, vt ipſa varietas habeat æternitatem. Seneca in Quæſtion. naturalibus, Quid intelligis fatum? Exiſtimo neceſſitates rerum omnium actionumq;, quas nulla vis rumpat. Sed quid de fato ſentire debeant catholici, ſcribitur apud Auguſtin. li. v. de Ciuit. dei, cap. ix. Apud poetas Fatum quandoq; capitur pro natura. Vergilius,

Nam quia nec fato merita nec morte peribat.

Quandoq; pro uoluntate. Id enim Plato dicit Fatũ eſſe, uoluntatem et iuſſionem diuinam. Vergil.

Fatis Iunonis iniquæ. Quandoq; pro oraculo, quod Dii fantur. Idem, Oblitus fatorũ. Quandoq; pro morte, quia nihil tam neceſſarium impendet homini q̃ mors, vnde fato concedit qui morit̃.

Fatuus, inſipiens, tractum à ſapore ciborũ, qui quũ non ſapiunt, fatui dicuntur. Mart.

Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
 O' quàm ſæpe petet uina piperq; coquus.

Terentius in Eunu. Fatuus eſt, inſulſus, tardus. Varro hoc nomen à fando deriuat. Fatuus, qui fatur quod puer primo fatur. hoc eſt, qui inepta loquit̃. Fatui quoq; Dii ſunt, qui et Fauni dicuntur, quaſi multum fantes.

Fauentia, bona ominatio, à faueo dicta. Nam præcones clamantes populum fauere ſacrificiis iubebant. Cornucopiæ.

Faueo, ues, faui, fautum. Fauerẽ, proprie eſt bona fari, ſeu fauorem facere, hinc Fauor, uox bene precans alicui, ſiue alicuius commodum et laudem tuens. Fauere, etiam tacere eſt, ut inquit Donatus. Terentius in And. Fauete adeſte æquo animo. Similiter, Fauere linguis, eſt tacere. Seneca de Beata uita, Fauete linguis. In ludis uero ore fauere (inquit Seruius) eſt dicere bona verba, qa in illis neceſſarius eſt fauor. A' Faueo fiunt Fautor, et Fautrix.

Fauii, populi ſunt, ſic dicti, quòd princeps eius gentis ex ea natus ſit, cum qua Hercules in fouea cõcubuit. Quamuis alii putent ita vocitatum, quòd primus oſtenderit, quemadmodum vrſi et lupi foueis caperentur.

Fauilla, quaſi cinis extinctus, quòd ignem tectum foueat quaſi fouilla, eſt enim deſerta igne. Siue potius quaſi flauilla à colore. Nam et Pacuuius flauum dixit puluerẽ. Scintilla vero proprie eſt, quæ è ſilice, quum is cæditur, exilire ſolet. Verg.

Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.

Ouidius lib. quarto Faſtorum,

Pars quoq; quum ſaxis paſtores ſaxa feribant,
 Scintillam ſubito proſiluiſſe ferunt.

Fauiſſæ, cellæ quædã et ciſternæ in area capitolina, vbi reponi ſolebant ſigna, et alia quædam religioſa donariis cõſecrata, autor Gellius. Dictæ Fauiſſæ, q̃ in eis non rude æs argentumq;, ſed flata ſignataq; pecunia conderetur. Vnde et à priſcis Latinis Fauiſſas dictas fuiſſe comperitur, quas Græci theſauros adpellant. Cellæ igit̃ quibus æditui capitolini utebantur ad cuſtodiendas res veteres religioſas, Fauiſſæ (detracta I, litera) dicebantur.

Fauna, Dea. uide in dictione Fatua.

Fauni, agrorum et ſyluarum putati ſunt Dii, qui poſt prolixum tẽpus moriuntur, quòd è terra geniti ſint. Hinc Fana dicta exiſtimat Probus. Seruius Faunũ et Faunam tradit dictos eſſe à vaticinando, id eſt fando, vnde et fatuos dicimus, inconſyderate loquaces. Hos quidam incubos vocant. Fauni. apud Latinos ii ſunt, q apud Græcos Satyri, filii Saturni. Scribit Hieronymus, Satyrum à diuo Antonio inuentum. Auguſtinus docet, Faunos, aut immortales animas non habere, aut humano ſemine natos. Et Faunus dictus fuit Pici filius, et Latini pater, qui regnauit in Latio, à fando dictus, quòd oracula ſua uoce redderet.

Fauoniana, pira rubra. Ce.

Fauonius, ventus, à fouendo dictus, quòd cuncta foueat. Eſt enim genitalis ſpiritus uiuendi, eo marſitantur uiuiſcentia terræ. Zephyrus à Græcis dicitur. Spirat aduerſus Eurum.

Fauorabilis, dicitur qui et gratioſus et impetrabilis, ac fauoris plenus eſt apud omnes. Suetonius in Caiig. Sic uulgò fauorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquò aduenìret, vel ſicſide diſcederet, præ turba occurentium proſequentiumue, nonnunquàm diſcrimen uitæ adiiſſe.

Fauorinus, nomen philoſophi, de quo ſit mẽtio apud Gellium.

Fauſtianum,uinum,dicitur,quod in medlis colhbus Faleeni montis gignitur.Cc.

Fauſtulus,paſtor,q et Remi et Romuli nutritor fuit. Cornucopiæ.

Fauſtus,a,um,à fauore,proſperũ ac propicium ſignificat,cui omnes fauent. Terent.O' fauſtum et felicẽ. Hinc aduerbium Fauſte,quorum contraria ſunt Infauſtum,et Infauſte.

Fauulus,dimi.paruus fauus. Plaut. Meus dulciculus fauulus.

Fauus,apum domus et cellulæ,à fouendo,quòd in his ſobolem foueant.Plin.Primum itaq; fauos conſtruunt,cæram fingunt. Verg.

Prima fauis ponunt fundamina,deinde tenaces
Suſpendunt cæras. Plinius iunior,Buccellam panis dedit,et fauũ mellis.hoc eſt,fruſtum operis apiarii,melle plenum.

Faux,ſuperior pars gulæ,mẽto ꝓpinqua,ſed īterior vbi os anguſtat.Plin.lib.xi. Summum gulæ fauces vocantur,poſtremum ſtomachus. Verg.lib.ſexto,
Veſtibulum ante ipſum primisq; in faucibus orci.
Per tranſlationem, Fauces dicuntur ſtricti ingreſſus uallium,ſeu alterius loci.In faucibus ſunt foramina duarum fiſtularum cibalis ſcilicet et ſpiritalis,quæ continua humectatione indigent,ſiccæ enim exulcerantur. Ouid.lib.vi.
Caret os humore loquentis.
Et fauces arent,uix eſt via uocis in illis.
A' Faux,fiunt Offoco,Præfoco,et Suffoco.

Fax,fuſtis inciſus,à lumine faciendo,quòd lumen facile faciat,Cuius diminut.eſt Facula Primam facem noctis principium uocitabant,quòd tum primum vel face incipiunt. Gell. Sed quum iam prima fax noctis,et denſiores eſſe tenebræ cœpiſſent,diſceſſimus. Facem in nuptiis præferre ſolebant,ſiue ad obſeruãdã antiquam conſuetudinem,quòd antè nõ niſi noctu duci nouas nuptas à ſpõſis mos erat. Siue in honorem Cereris,quæ facem in quærenda Proſerpina geſtauerat. Siue vt noua nupta ignem et aquam,quæ duo ſunt in vita maxime neceſſaria cũ viro cõmunicare uideret̃.Etenim aqua quoq; adſpergi ſolebat, vt caſta puraq; ad ſponſum duceretur.Cc.

Faxo,is,pro faciam. Verg.lib.xii.
Ego ſydera faxo Firma manu. Faxim,fecerim.Faxint,faciant. Terent.in Heau. Vtinam Di ita faxint.

F ANTE E

Febricito,as.pen.cor.et Febricitor deponens in eadem ſignificatione.Colu.lib.vii. Febricitanti boui conuenit abſtinere cibo vno die.

Febricula,diminu.parua febris.Planc.Ciceroni,Qui ex labore in febriculam incidit aſſiduam,et ſatis moleſtam.Græce πυρετὸς καὶ πυρέττω, ἀπὸ τοῦ πυρόω παράγονται. id eſt, Græce πυρετὸς febris, et πυρέττω febricito, à πυρόω, id eſt, æſtuo deducuntur.

Febriculoſus,qui habet multam febrem. Gell. Non morbus hic febriculoſus,aut nimium grauis.

Febrile,pe.prod.quaſi ad febrẽ pertinens. Apuleius, Ardore æſtuans febrili.

Febrio,is,iui,itum.febrẽ patior. Macer. Hæc nondũ tremulo potanda dabis febrienti.

Febris,à feritate morbi mali,vel ſicuti Seru.docet à feruore.

Februarius menſis,uide in dictione Februo,as.

Februo,as,luſtro,purgo,à ferueo, hoc enim adolendo,et flammis feruentibus fieri ſolebat. Vel à Sabinorum lingua,qui Februm purgamentum dicunt. Hinc Februarius menſis dictus eſt,quòd tum,id eſt, extremo anni menſe populus februaretur.id eſt,purgaretur,per duodecim enim dies continuos februarii,celebrabantur februa. Hisq; diebus pro impetrãda mortuorũ animabus quiete omnis populus piaculis,ſacrificiisq; circa ſepulchra accenſis facibus cæreisq; intẽtus erat. Et tuno Februata ſiue Februalis,quòd ei hoc menſe ſacra fiebãt,eiusq; feriæ erãt Lupercalia. Et quæcunq; purgamenti cauſſa in quibuſcunq; ſacrificiis adhibebantur,Februa adpellabantur. Et id quod purgamentum erat, Februatum dicebatur.Pli. Vulgata priſcis temporibus,opinio obtinuit,februa eſſe omnia,quibus malefactorũ cõſcientia purgaretur,delerenturq; peccata,aut manes animabus defunctorum placidi redderentur.

Februum,Sabinorum lingua purgamẽtũ dicit̃. Var.

Februus,ditis pater q,ei mẽſe februario ſacrificatet̃.

Feciales,dicti ſunt à ferendo,quòd belli pacisq; ferendæ apud eos ius erat. Neq; enim licebat bellum alicui inferre,niſi hi et iuſta cauſſa ſuſceptum declarauiſſent,et prius indixiſſent. Var. Itaq; bella tarde, nec magna licentia ſuſcipiebãt,quòd bellum nullũ niſi piũ putabant geri oportere. Et priuſquam indiceretur bellum iis,à quibus iniurias factas ſciebant, feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabãt. Sunt etiam qui Feciales,à faciendo deriuari exiſtiment.

Fel,fellis.eſt purgamentum ſanguinis peſſimum,cui tantum ineſt virus,ut hominem totũ decolorem reddat,et maxime oculos,ut in homĩe irato cernimus. Fel enim iræ ſedes eſt. Humor autem qui in folliculo eſt fellis,bilis uocatur,quæ pro ſui conditione hominem conuariat. Bilis enim atra,quam Græci melancholiam vocant,facit inſaniam. Plaut.in Amph. Delirat vxor,atra bili percita eſt. Sed de bili,ſuo loco dictum. Aliquando Fel,quũ ſit peſſimus humor, pro animi amaritudine ponitur.

Felicata patera,quæ ad filicis herbæ ſimilitudinem cælata eſt.Cc.

Felis,animal quadrupes,q nobiſcũ in domibus tenemus,ad murũ venatũ,vulgò catus,q nos cautũ aſtutumq; dicimus,à quo Catones primo volunt adpellatos,à Græcis αἴλουρος dr̃. Et ipſi quorũ uanitas ridetur Aegyptii,nullã beluã niſi ob aliquam utilitatem conſecrauerunt,uelut Ibim,qđ vim ſerpentium cõficiat. Crocodilum,quòd terrore arceat latrones. Felem,quòd pelle eius ſcuta contegant. Ichneumones,quòd nõ ſinãt ſerpentes,maximã eius regionis peſtem augeri. Plin.lib.x. Feles quo ſilentio, quã leuibus veſtigiis,quàm multo ſpeculatu in muſculos exiliunt? excrementa ſua obruunt terra intelligentes

odorem illum, indicem ſui eſſe. Ait enim Varro lib. iii. Omnes parietes tectorio leuigant, ne felis alia'ue beſtia, introire ad nocêdum poſſit. Hos Varro et Colu. accipiũt pro eo genere animalis, quod vulgus fouinum ſeu marturellum adpellat. Seneca lib. Epiſt. moralium. xx. Quid eſt, quare tam pauonem, quàm anſerem, gallina non fugiat? At tanto minorem eis nec notum ſibi accipitrem? quare felẽ pulli timeant, canem non timeant.

Felicones, homines mali dicuntur, et nullius uſus.

Fello, las, lac exugo, et ſuctu ebibo. Martialis,

Si fellas et aquam bibis nil Leſbia peccas.
Qua tibi parte opus eſt Leſbia lumis aquam.

Solinus in collectaneis, Nequaquã mater equa pullo præbet vbera fellicãda. Transfert ad rem obſcœnam. nam Fellare dicitur illi, illæ'ue, qui, quæ'ue uirilia intra os recipiunt, et illa pêrinde ac papillas exugũt. Qui vero uirilia huic libidini per uoluptatem accommodabant, Irrumare dicebantur. Inde Fellator, et Fellatrix, et Fellito, as, frequentatiuum.

Femen, inis. capit ſicut femur. Plautus in Mili. Ecce autem aduortis nixus læuo in femine. Proprie tamẽ Femina ſunt interiores partes. Femora exteriores, Femina poſteriores, Femora anteriores. Plinius lib. xi. ſic de apibus ſcribit, Prioribus pedibus femina onerant propter id natura ſcabra. Et lib. xxviii. Femina inquit, atteri aduri'q; equitatu notum eſt. Femina enim interiora equitando atteruntur non exteriora. Hinc Apuleius finxit uocabulum, Interfemineum pro locis muliebribus, veluti poſitis inter femina. Colu. lib. vii. Vereris quoq; et ſub femina manum ſubiicere, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum paueſcant. Exiſtimat Seruius Femẽ in nominatiuo nõ reperiri. Priſcianus docet eſſe in raro vſu. Feſtus Femen declinat. Femina etiam inferiores partes ſignificant, nam à flexu dicta uidentur. Vbi enim iunctura cum flexu pedis eſt, Femina ducuntur. Plaut. in Aſina. Sed tamen tu nempè eos aſinos prædicas, uetulos, claudos, quibus obtritæ, ad femina erant vngulæ. Columel. libro. vii. Femina lecari et interdum inuri ſolent.

Feminalia, tegumenta feminum, et ſubligacula. Hieronymus in Exod. Facies et feminalia linea, ut operiát carnem turpitudinis ſuæ, à renibus vſque ad femora. Idem ad Fabiolam, Diſcamus primum, communes ſacerdotum ueſtes, atq; pontificum. Lineis feminalibus, quæ vſq; ad genua, et poplites veniunt, verecunda celantur, et ſuperior pars ſub vmbilico vehementer aſtringitur, vocatur'q; lingua Hebræa, michneſe, Græco περισκελῆ à noſtris Feminalia vel brachæ vſq; ad genua pertingentes. Et ut ſcribit Ioſephus, ob fortitudinem ex biſſo retorto, fieri conſueuerunt.

Femur, quod et Femor dicitur, ſecundum Phocam, à ferendo, quòd his præcipue partibus ſuſtinetur animal atq; feratur. hinc Femoralia, pro verendorum tegminibus. Sueton. de Augu. Quare quaſſato corpore neq; frigora neque æſtus facile tolerabat, hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, et ſubucula, et thorace laneo, et femoralibus, et tibialibus muniebatur.

Feneſtella, ſine r, nomen eſt proprium hiſtorici, qui nouiſſimo tempore Tyberii Cæſaris claruit.

Feneſtra, ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod eſt lucere. Fit enim ad lucem reddendam. Ouidius.

Qua lumen thalamis, parua feneſtra dabat.

Interdum ponitur pro aditu et via. Terentius Hui, Quantam feneſtram, ad nequitiam pateſeceris. Plinius Feneſtrare verbum uſurpat, pro feneſtras aperire. Sic enim ait, Media oculorum cornua feneſtrauit pupilla.

Feneſtratus, ta, tum. quod eſt apertum, perforatum. Plaut. Nulla eſt feneſtratior domus.

Feneſtrella, ſimiliter et feneſtricula, diminutiua ſunt.

Feneſtrenula, parua feneſtra. Hieronymus, Sit autem vna, vel plures feneſtrenulæ iuxta diſpoſitionem epiſcopi. Et per detractionem mediæ ſyllabæ Feſtra, quod eſt oſtium paruum in ſacrario, ut ait Macrobius.

Ferabites, pen. prod. dicitur agreſtis. Siſenna, Partim ferabite, partim lauro ac pinu abundant.

Feræ, à ferendo dictæ ſunt, quòd toto corpore ferantur, ſiue quòd cum impetu et ſine ratione ferantur, aut quòd naturali vtantur libertate, et pro deſyderio feruntur. Proprie autem Feræ dicũtur, quæ ferocitatem habent, ut leones, pardi, lupi, quæ ubi manſuefactæ ſunt, cicures adpellant. Improprie omnes quadrupedes pecudibus exceptis.

Ferale, adiectiuũ. ſignificat dirũ, exitiale, à feralibus ſacrificiis. Apuleius, Rogum demolirentur, cœnã feralem à tumulo ad menſam referrent. Verg.

Solaq; culminibus ferali carmine bubo Viſa queri.

Et Feralis dies dicebatur, quo feralia fiebant. Et generali vocabulo dicit omnis res lugubris, pertinẽs ad defunctos, unde Feralis pompa, exequialis, quæ cadaueri efferendo exhibetur. Veteres quoq; Feralia dixerunt Diis manibus ſacratã diem, à ferendis epulis ad tumulum in cœnam, quam et ipſam Feralem nuncupant. Ouidius.

Hanc quia iuſta ferunt dixere piacula lucem,
Vltima placandis manibus illa dies.

Ferales ultræ, dicuntur quæ ſunt funeri accõmodatæ.

Feralia, ſacrificia parentalia quædã, ab inferis et ferẽdo, quòd ferent epulas ad ſepulchrũ eius cui vellẽt parentare, vel à feriendis pecudibus. Ouid. in Faſt.

Hanc quia iuſta ferunt dixere ferialia lucem.
Vltima placandis manibus iſta dies.

Feralia amicula, ſunt veſtimẽta quibus cadauera defunctorum veſtita ſepulchro conduntur.

Feralia fœdera, tedæ ferales, et Arma feralia, quaſi mortifera.

Feralia officia, ſunt q̃ inferis et defunctis exhibent.

Feralis cultus, pro funebri et lugubri.

Feralis dies, dicebatur quo feralia fiebant.

Ferax, dicitur quod abundanter ex ſe producit. Plin. Vt tam ferax bonarũ artium ſeculũ uideremus. Vnde inferax, contrarium. Sic Hieron. ad Dama. Inferaces ſyluas dixit. Hinc Feracitas.

Ferbeo,ferbes,ferbui,bullio. Hora.lib.i.Carm.
Velatum & ſtola mea quum deferbuit ira.
Vnde et Ferbeſco,ferbeſcis. Ambroſius, Quo modo intelligimus quòd ſit torcular, niſi fortè quia pſalmi de torcularibus inſcribuntur, eò quod in his myſteria domini paſſionis modo muſti ſancto feruente ſpiritu prophetarum ardentius ferbuerunt? Huius compoſita ſunt Deferbeo, quod eſt à bulliendo ceſſo. Gellius, Puer interea ueneral & auia deferbuerat, tempusq́ eſſe cœperat edendi. Efferbeo, extra vel ualde bullio. Hiero. in Iob, Interiora mea efferbuerunt abſq́ ulla requie.

Ferculum, à ferendo, vnde & fercula pulmentariorũ, ab eo, quòd menſæ inferantur. Iuuenalis,
Quis fercula ſeptem Secretò cœnauit auus.
Aliquando ſumitur pro geſtamine, quo pōpa deferri ſolet. Suetonius in Cæſare, Pontico triũpho, inter pōpæ fercula trium verborũ prætulit titulũ, Veni, vidi, vici, hoc eſt, inter pompæ triũphalis geſtamina. Quo nomine continentur ſimulachra Deorum, ſpolia hoſtiũ, coronæ, machinæ, & id genus alia, q̃ fieri ſolent in pompa triũphali, ſicut Fercula ludorũ, fercula quæ in ludis, Fercula ſacrorũ, quæ in ſacris. Acron etiā docet Fercula eſſe pulpita in qbus Deorũ ſimulachra ſint, quia in pompa Circenſi, hoc eſt, celebritate ludorum Circēſium, huiuſmodi ſimulachra Deorum feruntur. Cice. lib. i. Offic. Cauendũ eſt ne tarditatibus utamur in ingreſſu mollioribus, vt ſimiles pomparum ferculis eſſe videamur.

Ferè, aduerbium, ſignificat feſtinanter, & parũ abeſt quin quaſi continue ferendo, quòd id quod fertur in motu eſt, ut, ferè hominem occidiſti. Id eſt, parum abfuit quin hominem occideris. Priſcianus docet Ferè ſignificare iuxta, quia celeribus omnia iuxta ſunt. Et profertur cum accentu in vltima, βαρέως. Interdum in oratione ita conſtituitur, vt intelligatur quædam vniuerſitas. Quintil. Hæ ferè ſunt emendatè loquendi ſcribendiq́ partes. id eſt, ferè Cicero, Memini in eum ſermonē incidere, qui tum ferè erat in ore. Id eſt, ferè ſemper.

Ferentarii, leuis armaturæ milites, auxiliatores, à ferendo auxilio, vt quicqd opus eſſet auxilio ferrent excurſu leues, armis grauibus nō impediti, ſed enſe & telis tantũ inſtructi. uel dicti ſunt Ferentarii, q̃ fundis, lapidibusq́ pugnabāt, quæ tela feruntur, nō tenentur. Salluſtius, Poſtquàm eò uentum eſt, unde à ferentariis præliũ cōmitti poſſet. Cato eos Ferentarios dixit, qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant. Hi et uelati uocabantur.

Ferentinum, oppidum quod Plinius collocat in prima Italiæ regione, in qua Roma eſt, à quo Ferentinates dicti ſunt. Eſt & Ferentinum in Thuſcia, unde Ferentini.

Ferentum, oppidum Sabinorum ſeu Samnitũ, à quo Ferentani dicuntur, de quo Dionyſius Halicarnaſſeus libro. xvii.

Feretrius, dictus eſt Iupiter, quòd pacem ferre putaretur, quoniam ex templo eius, quod Romæ primũ a Romulo ædificatum eſt, ſumebant ſceptrum per quod iurarent, & lapidē ſilicem, quo fœdus ferirent, vel à feriendo, vt inquit Plutarchus.

Feretrum, à fero, penul. cor. lectus, vel aliquid aliud quo mortuus ferri ſolet. Et alio nomine capulus dicitur, à capiendo, ſeu in quo aliquid cũ pompa fertur. Liuius, Spolia ducis ſuſpenſa, fabricato ad id apte feretro, gerens, in Capitoliũ aſcendit, ibiq́ quũ ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, templũ deſignauit. Quidam Græcum putant φέρετρον. Græci enim pheretra uocant argentũ, aurum, gemmas, imagines principum, ſpolia hoſtium, et cætera quæ in pompa feruntur.

Feretrus, mons, à qua familia Feretria dicta, à qua Vrbini dux originem habet.

Feriæ, à feriendis uictimis dicti ſunt dies ceſſationũ, ab opere, ſeu ab epulis ferendis. In his enim epulæ fiebant. Feriarum autem apud antiquos multa erāt genera, quæ polui dicebant, ſi in his aliquod opus fieret. Feriarum publicarum erant quatuor genera. Statiuæ, uniuerſi populi cōmunes, quæ certis & cōſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipue ſeruabātur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Cōceptiuæ, quæ quotannis à magiſtratibus, vel ſacerdotibus concipiebant certos ſiue incertos dies, ut ſunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Cōpitalia. Imperatiuæ, quas conſules vel prætores pro arbitrio indicebāt. Nundinæ paganorum ac ruſticorum quibus ad negocia et merces conueniebant. Erant præterea propriæ familiæ feriæ, quas quæq́ familia ex vſu domeſticæ celebritatis obſeruabat, vt Claudiæ feriæ, & Aemiliæ. Item ſingulorum, ut natalium dierum, quæ Natalitiæ dicuntur, et fulgurum, et funerum expiationes. Et feriæ aliæ legitimæ, aliæ indictæ. Indicti autem dicuntur, quia paupertas malorum ex collatione ſacrificabant, aut de bonis damnatorũ, vnde et ſupplicia dicuntur ſupplicationes. Et à feriis Feſti dies, dicti ſunt feriati. hoc eſt, in quibus feriæ celebrabantur.

Ferinus, a, um. penul. produ. quod eſt ferarum. Apul. Ferino ac beluino ritu.

Ferio, ris, percuſſi, præteritum mutatur à percutio, Idemq́ ſignificat. Vergilius.
Cornu ferit ille caueto. Et Ferire, ſancire, firmare, vnde Ferire, ſeu percutere fœdus dicimus. Idem,
Haud mora Tarchon Iungit opes, fœdusq́ ferit.
Item Ferire, pulſare eſt. Plautus in Amphitr. Feriam fores, ſperite. Huius compoſitum eſt Referio, quod eſt repercutio. Idem in Aſin. Patitor tu idem, quum ego te referiam.

Ferio, as, & Ferior deponens, ſignificat vaco, vñ Feriatus, otioſus. Plinius lib. xviii. Maiũ patremfamilias quiſq; interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cœli. Peiorem, q pro feſtis diebus ageret, quod feriatis deberet. Peſſimum qui ſereno die ſub tecto potius operetur quàm in agro. Plautus, Tibi ego dico, feriatus ne ſis. id eſt, otioſus.

Ferire iugulum, ueteres dixerunt pro eo quòd eſt petere mortem, vel inferre mortem, & pro iugulare, ſiue interficere. Ce.

Feritas, naturæ quædam aſperitas, & à ferus deducitur. Cornucopiæ.

Fermè, aduerbium, idem quod ferè. Terentius, Iam fermè moriēs me uocat. id eſt, quum parum abeſſet quin moreretur. Ponitur quandoq; pro facile. Idem in And. Fidelem haud fermè mulieri inuenias virū.

Fermenteſcere, eſt creſcere. Plinius, Conteratur inter digitos fermenteſcens.

Fermento, tas, miſceo, ſeu creſcere facio. Plini. Quū fieret panis hordeaceus ciceruclæ farinæ admixtione, fermentabatur. Columel. libr. ii. poſuit pro pinguefacio. Maxime, inquit, tamen eū ſibimum probamus, quod modice ſparſum terram fermentare comperimus. Hieronymus, Neq; panes azymi poterant fermentari.

Fero, fers, tuli, latum, & tetuli, ſecundum Diom. Teren. Huc tetuliſſem pedem. Proprie ſignificat porto. Vergilius libro quinto.

Vix illam famuli Phegeus Sagariſq; ferebant.

Ῥῆμα ἑλληνικὸν, φέρω γὰρ λέγουσι καὶ ἀνώμαλον μέλλοντα οἴσω οὕτω τοῖς λατίνοις. id eſt, Verbum Græcum, φέρω enim dicunt, & anomalum futurū οἴσω. id eſt, feram, ſic & Latinis. Aliquando tolero, patior. Terētius in Heauton. Nam quem feret, ſi parentem ſuum non feret. Aliquando duco, dirigo. Liuius lib. i. Pergit ad proximam ſpeluncam, ſi fortè eò veſtigia ferrent. Vergilius lib. vii.

Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad undas.

Aliquando dico, nomino. Idem,

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam

Poſthabita coluiſſe Samo. Aliqñ do, exhibeo. Idē,

Sacra Dioneæ matri diuiſq; ferebam. Lactātius lib. iii. Non enim deſcendit aliquis è cœlo, qui ſentētiam de ſingulorum opinionibus ferat. Aliquando concupiſco. Salluſtius, Tunc Catilina, polliceri tabulas nouas, proſcriptiones locupletum, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, atq; alia omnia, quæ bellū & libido victorum fert. Aliquando extollo. Idem, Conſulares omnes, itemq; ſenatus magna pars ſenatentiam eius laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt. Aliquando gigno, produco. Vergilius,

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros.

Aliquando habeo. Idem,

Ferre tui dederat monumentum & pignus amoris.

Aliquando affero. Idem, Legati reſponſa ferūt.

Aliquando conſecro. Idem, Quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manum. Aliquando diſturbo. Idem,

Quippe ferant rapidi ſecum uerrantq; per auras.

Aliquando oſtento. Idem lib. vndecimo,

Captiuo ſiue ut ſe ferret in auro venatrix.

Aliquando conſulo, vt, Pompeius tulit ad populū.

Aliquando aufero. Vergilius,

Poſtquàm te fata tulerunt.

Et, Omnia fert ætas. id eſt, aufert. Aliquādo refero, ſeu recipio. Teren. in Adelph. Pro labore ab his fero odium. Aliquando adſequor. Idem in Eunu. Hoc ſi effeceris, quod vis donum à me præmium optato, id optatum feres. Et in Adelph. Ni faciant quod illos æquum eſt, haud ſic ferent. id eſt, obtinebunt. Quod ſi cum hoc verbo, præ me, præ te, vel præ ſe addantur, ſignificat dicto, vel facto, vel geſtu aliqd oſtendo, confiteorq; & ipſa ſtatim fronte, de aliqua re, aut homine, ut, præ te fers iram. Quintili. Fiduciam igitur præ ſe ferat orator, ſemperq; ita dicat, tanquā de cauſſa optime ſentiat. id eſt, ex ipſo adſpectu oratoris, ex ipſa voce, ex ipſa tota oratione, eluceat fiducia, quemadmodum qui pugnaturi ſunt, in vultu & geſtu indicant tacitam vel formidinem vel fiduciam. hoc eſt, præ ſe ferunt fiduciam, formidinem'ue. Cicero, Nam iſte, qui accipit iniuriam meminit, & præ ſe fert. id eſt, ſe mentem perſequendæ iniuriæ habere oſtendit. In eundem ſenſum accipi ſolent, Præ me duco, præ me gero. Compoſita ſunt Adfero, Aufero, Antefero, Confero, Circumfero, Defero, Differo, Effero, Infero, Introfero, Offero, Perfero, Præfero, Profero. Refero, Suffero, Superfero, & Transfero, quæ habent penultimam correptā. Ferre auras, eſt aſſueſcere aeris varietati, quæ obeſt. Vergilius libro. ii. Georgicorum,

Quum ſemel hæſerunt aruis aurasq; tulerunt.

Ferocio, cis, iui, uel ferocii, ferocitū, ferox fio, quòd vernacula dicitur ingagliardire. Gellius libro primo. Nihil adeò in congrediendis hoſtibus, atq; in principiis præliorum ad ſalutem, uirtutemq; aptius rati, quàm ſi permulcti ſonis mitioribus non immodice ferocirent.

Ferocitas, vt inquit Speuſippus, exceſſus audaciæ, haud metuens quæ metuenda ſunt.

Feronia, nemoris Dea, à ferēdis arboribus. Vergil. Et viridi gaudens Feronia luco.

Fuit & Feronia ciuitas ſub monte Soracte, in qua eiuſdem nominis Dea erat, quam finitimi mira religione uenerabantur.

Ferox, fortis, inuictus. Horatius lib. Carminū,

Vrbes gentesq; & latium ferox.

Salluſt. Ille animo feroci, negat ſe fuſam toties Numidiam pertimeſcere. Item dicitur præanimòſus ad certandum cum altero, & ad uim alteri inferendam atq; nocendum. Vergilius,

Stat ſonipes & fræna ferox ſpumantia mandit.

Plautus pro cordato & faceto in Mili. poſuit. Et qa tecum eram, propterea animo eram ferocior. Hinc Ferocia, & Ferocitas. Cicero lib. vi. de Repub. Qui comperit eius vim, et effrænatam illam ferociam. Ferociter. Plautus in Milite. Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant.

Ferramentarius, ferramētorum confector. Iulius Firmicus ſcribit Mercurium in Solis domo conſtitutum, facere ferramentarios, et pelliones.

Ferramentum, inſtrumentum ex ferro, unde ferramenta fabrilia, et ferramenta tōſoria dicimus. Columella lib. iii. Nonnunquam etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutiſſimo ferramento ſumma amputare prodeſt.

Ferraria, æ, locus in quo ferrum foditur, ſicut auraria, argentaria, æraria, in quibus aurum, argentum, & æs effoditur. Eſt etiam Ferraria vrbis nomen

In Italia.
Ferrarius,a,um.quod ad ferrum pertinet,vt faber ferrarius,fodina ferraria. Aliquando etiam significat quod ex ferro eſt,quaſi ferreum. Plinius lib.xxxiiii. Conium in Italia quum ferraria metalla in his locis non ſint.
Ferreus,a,um.quod ex ferri materia eſt,vt maſſa ferrea,annulus ferreus.
Ferro,ras,ferrum induco,vnde Ferrata ſpicula,et ferratas lanceas dicimus. Verg.lib.iii.Georg.
Vndiq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes.
Huius compoſitum eſt Præferro, quòd eſt antè vel in anteriori parte ferrum induco. Plinius lib. xviii. Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato.
Ferrugineus,a,um.quod eſt coloris ferruginis, vulgò viridis,obſcurus. Vergilius,
Et ferrugineus hyacinthus. Plinius, Et ferrugineas maculas habentes. Quidam Ferrugineum colorem accipiunt pro cæruleo,marinis fluctibus ſimili,qui & thalaſſicus, id eſt,marinus dicit. Græci enim thalaſſan mare adpellant. Hunc colorem Vege.lib.iiii. de Re mili. vocat Venetum, ſcribens nautas ueſte Veneta eſſe induendos, et vela nauium exploratoriarum colore Veneto eſſe tingenda. Eſt autem Venetus cæruleus,ſimilis marinis fluctibus. Vſi Plautus in mili. Tu illico facito, vt venias ornatu huc nauclericaco,cauſiam habeas ferrugineam. hoc eſt, ſubnigri à cærulei q; coloris à ſimilitudine ferri.
Ferrugo,penul.produ.rubigo ferri proprie dicitur, ſicut ærugo,æris.Plinius, Sudor uirgæ,cornu arboris,lamina candente ferrea exceptus non contingente ligno illita, quæ deinde ferrugo, incipientes lichenas ſanat. Per tráſlationem Ferrugo compreſſæ purpuræ color ſuſus,nigrioris rubedinis,quaſi violacei,vulgò morellum dicunt ſimilitudine coloris ferri dum eſt rubiginoſum. Vnde Vergi.lib.ix.
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus hybera. Quidam Ferruginem ſcribunt eſſe cæruleum colorem.Erat & oppidum & lacus Ferrugo in Volſcis apud Valerium,ſed à Liuio vocatur Verrugo.
Ferrum,vel à ferendo,q in agros colendi gratia feratur,vel à feriendo,quòd cætera eo feriãtur. hoc eſt, domētur.Sua enim ſæuitia feriendo domat,reliqua metalla attenuat & extendit.
Ferrumen,penultima producta quaſi gluten,iunctura ſeu ligatura,Plinius lib.xxxvi. Ea maxime cauſſa, quòd ſtructo calcis ſine ferrumine ſuo,cementa componuntur.
Ferrumino,penulti. correp.iungo, aut ſimul tempero,proprie de metallis dicitur,quãuis ad alia transfératur.Pompo.Iuriſconſ. Si tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris,argento ferruminaueris, nõ dubitatur tuum ſcyphum eſſe. Plinius pro glutino poſuit lib.lvi. Vitrum ſulphuri incoctum ferruminatur in lapides,quaſi glutinatur in formã lapidis. Et lib.xxxv. Calcis quoq; bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.
Fertile,adiectiuum,penul. corre.ſicut ferax ſumitur. Colu.lib.iiii. Vt ex his partibus trunci ſumantur, quæ & genitales ſunt,& maxime fertiles. Hinc Fertilitas,ſicut à ferax feracitas. Idem, id enim non accidit palmitis fertilitate.
Fertum,genus libi,à fero dictum, quòd ſæpe ad ſacra ferebatur. Perſius, Attamen hic extis & opimo vincere ferto Intendit. Vel dicitur Fertum, quòd pluribus variisq; rebus fartum eſſet. Nam ut Cato de Re ruſti.ſcribit ſtruem farris tritici, hordei,fabæ, ſeminis rapacii, ture ac uino addita ante meſſem parabant in porcæ præcidaneæ immolatione, Ianoq; ac Ioui,& Iunoni ſacrificabant, quæ diuerſarũ rerum congeries fartum nominabatur.
Ferualis Iuno,ſiue Februata, ſiue Februlis, dicebatur quòd ei menſe Februario ſacra fiebant.Vide Februo.Cornucopiæ.
Ferueo,es,ferbui,per duplex uu, vno conſonante,altero vocali,quod & per ſyncopen dicimus ferui, in eadem ſignificatione, quia non ſolum ex incendio calere ſignificatur,ſed etiam ex quibuſcunq; moleſtiis perturbari. Vnde & æſtus marini, & æſtuatio animi,ſub hac ſignificatione recte poni ſentiuntur.
Vergilius libro tertio Georgic.
O ſa tunc pariter uento nimbisq; uidebis Feruere. Feruere opus dicimus,dum ſtudio & diligentia elaboratur. Et hominem ira,odio, aut calore feruere, dum ira,aut odio,aut calore incenſus eſt. Cuius cõtrarium eſt Deferuere,quod eſt miteſcere,& placidũ fieri,ſeu à calore deficere.Compoſita à Ferueo ſunt Deferueo, Efferueo, valde ſeu extra ferueo. Referueo,rurſus ferueo.Plinius, Item therebinthinam in ſartagine referuenti. A quibus Deferueſco, Efferueſco,& Referueſco.
Feruo,uis,ui,eiuſdem ſignificationis eſt cum Ferueo. Proper. Incipit & ſicco feruere terra cane.
Gellius, Dominus quos rogauerat opperitur, Sol feruit,et fit nihil.hinc Feruiſco.
Feruefacio,cis, bullire facio. Cato de Re ruſtica, Et potionem polentæ eodem addito, et oleum poſtea feruefacito.Hinc cõponitur Inferuefacio, quod eſt intus bullire facio. Idem, Sumito braſſicam,conicito in aquam feruentem,coquito pauliſper, uti ſubcruda ſit,poſteà aquam defundito,non omnem, eo addito oleum bene et ſalem, et cumini paululum, inferuefacito pauliſper.
Feruidus,penultima correpta calidus,diligẽsq;. Fermentum dictum eſt,quod feruẽdo creſcat. Eſt enim farina,quæ ſubigitur,priuſquàm addaſ ſal,ad pultis modum decocta & relicta donec aceſcat.
Ferula,penultima corre.baculus ſiue uirga,qua puerorum manus feriuntur,à feriendo, ſiue ferendo,id eſt,portando. Iuuenalis,
Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.
Græce νάρθηξ, & per diminutionem narthecium dicitur.Inde apud Platonem in Phædone, Narthecophori,miniſtri Bacchi,quaſi feruligeri nominantur, Baccho enim ferulæ adſignantur, quæ aſinis gratæ ſunt in pabulo.Ideo aſinus grata hoſtia, Baccho eadit.Ferula annumerata eſt,inter externos frutices &

Plinio, lignum, corticis loco habet, ligni autem loco, fungoſam intus medullam, vt ſambuci, calidis naſcitur locis, cuius eadem natura eſt quæ aneto & fructu ſimilis, nulli fruticum leuitas maior, ob id geſtata, facilius baculorum uſum ſenectuti præbet. Columel. libr. iii. in quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere, terram minutam in modum ſemipedis ponito. Ibiq́ ſemen ferulæ iacito, quum ferula ſuerit enata, eam findito et in medulla eius nucem Græcam, vel auellanam abſcondito. Hinc Ferulaceus, a, um. Plinius lib. xviii. At milium & Panicum in culmen geniculatum & concauum, ſiſama vero, in ferulaceũ ſcilicet faſtigiatur.

Feruor, calor qui quum fit ex igni, ex cõtrario et pro frigoribus ponitur.

Ferus, dicitur atrox, ſeuerus, qui ferinum animum habet, uel qui durioris eſt uitæ, & animi crudelioris. Vergilius, Ferus omnia Iupiter Argos Tranſtulit. Hinc Feritas, naturæ quædam aſperitas, et diri ſemper eſt animi. A' Ferus componitur Semiſerus, penulti. corre. Semifera dicuntur animalia, quæ ex fero, placidoq́ naſcuntur, vt ex apro et ſue. Semifera etiam dicuntur, quæ nec placida, nec fera ſunt, ſed mediæ inter utrunq́ naturæ, vt in volucribus hirundines, in campo lepores, cuniculi, in mari delphini. Perferus, valde ferus. Var. lib. ii. de Re ruſtica, Boues perferi etiam nunc multi ſunt in Dardania, & Media, & Thracia.

Feſcennini verſus, qui canebantur in nuptiis, ſic dicti, quòd ex vrbe Feſcenio dicuntur allati, ſiue à faſcino, quia faſcinum putantur arcere veluti malorum ingruentium amuleta.

Feſcenium, oppidum Campaniæ, inquit Seruius, vbi nuptialia inuẽta ſunt carmina. Hi autem populi ducunt originem ab Athenienſibus. Vergil.

Hi Feſceninas acies equosq́ faliſcos.

Feſiis, pro feriis aliquando dixerunt antiqui. Ce.

Feſſus, generale eſt. Dicimus enim Feſſus animo, feſſus corpore, quod magis proprium eſt, & feſſus rerum à fortuna venientium, de quo in dictione Defetiſcor. Vergilius, Feſſi rerum.

Feſtinanter, aduerbiũ, à feſtinans deductũ, celeriter.

Feſtinatò, aduerbium, à feſtinatus. Hierony. in Gene. Itaq́ feſtinatò deponẽtes in terram ſaccos, aperuerunt ſinguli.

Feſtino, as. pen. produ. ſignificat propero. Vergil.

Feſtinate uiri, nam quæ tam ſera moratur Segnities. Ambroſius cum accuſatiuo iunxit. Anxia mater pro filio, feſtinauit Hieroſolymam. Dicimus etiam, feſtina me baptizare, et feſtina ad baptizandum. Interdum Feſtinare, eſt trepidare, et turbari. Salluſt. Feſtinãtibus in ſumma inopia patribus. Hinc componitur Præfeſtino, de quo alibi.

Feſtinus, celer. Feſtinantia, et Feſtinatio, celeritas.

Feſtiuitas, quaſi iucunditas et lætitia quædam in dictis. Cice. lib. i. ad Herennium, Illud genus narrationis, quod in perſonis poſitum eſt, debet habere feſtiuitatem.

Feſtiuo, as. diem feſtum ago.

Feſtiuus, a, um. penulti. produ. à Feſtus, quod eſt iucundum et lepidum, ut feſtiua oratio, dictũ feſtiuũ. Cicero libro primo Offic. De Græcis dulcem & facetum, feſtiuiq́ ſermonis. Multi etiam Feſtiuũ pro feſto accipiunt, ſiue ad feſtum pertinente, vt feſtiua gaudia.

Feſtra, oſtium minuſculũ in ſacrario, ab feneſtra per detractionem mediæ ſyllabæ.

Feſtuca, penultima producta dicitur & arboris nouellæ omnino infantis, & cuiuſque ſati pullulus, vt inquit Auguſtinus. Hoc nomen ſcribitur à quibuſdam per œ, diphthongum, quòd Feſtus à fœno deducat.

Feſtus, ſta, ſtum, ſolenniter lætum, & feriatum, unde Feſti dies, in quibus uel ſacrificia Diis offerebãtur. Vel dies, qui diurnis epulationibus celebrabantur. Vel ludi in honorem Deorum agebantur, uel feriæ obſeruabantur. Vergilius,

Feſtosq́ dies de nomine Phœbi.

Cuius compoſitum et contrarium eſt Profeſtus, ut profeſti dies, qui hominibus ad rem uel priuatam uel publicam adminiſtrandam conceſſi erant. Plini. Malum patremfamilias et extc. Vide in dictione Ferio, Hi Faſti erant, quibus licebat prætori ius dicere. Quãdoq́ Feſtus dicitur ad feſtum diem pertinens, ut feſtæ frondes, quæ feſtis adhibentur. Eſt & Infeſtus, à quo Infeſto, as. de quibus infra.

F ANTE I.

Fiber, animal in Ponto ſic dictum ab extremis oris amnium, quas colit, et ubi maxime ſolet uideri. Effoſſis enim in ripa cuniculis, caudam intra aquas tenet, reliquo corpore in ſicco habitat. Plautus, Sic me ſubis quotidie quaſi fiber ſalicem. Hoc animal periculo urgente teſticulos ſibi amputat, hoc medici caſtoreum uocãt, et ipſum animal caſtora. Paruum eſt infra magnitudinẽ porcelli. Pedes habet breuiſſimos, unde fit ut currere non poſſit, uẽtricoſus eſt. Quum uocem dat, infans eſſe creditur, dentes habet peracutos, ſed minime mordet. Veſcitur pomis et arborum corticibus. Huius pilus pluma mollior habetur. Sed Albertus Magnus dicit habere pedes anſerinos poſteriores, quibus facilius natet, anteriores caninos, negatq́ ſe poſſe caſtrari ſine pernicie, quòd teſtes ſpinæ alligati ſint. Si quẽ quã morſu deprehenderit, non antè dimittit quàm crepitantis oſſis ſtrepitum ſenſerit. Eſt & Fiber genus veſpæ, quadrupes inertiſſimum.

Fibræ, omnium extremitates rerum, unde et iecoris, & cordis, et cuiuſcunq́ ulceris extremæ partes. id eſt, in quas iecur ipſum diuiditur, Fibræ dicuntur.

Vergilius libro ſexto.

Nec fibris requies datur ulla renatis.

Et Plinius pulmonis fibras nomĩat, quũ inquit. A' tergo ſpinæ ipſi iũctus, in duas fibras ungulæ bubulæ modo diuiditur. Venarũ quoq́ pertenues meatus, per quos ſudor it, fibræ dicuntur. Plinius, Murium iecuſculis fibræ ad numerum Lunæ dierum in menſe congruere dicuntur, totidemq́ inueniri. Quin & minutæ radices arborum herbarumq́. Idem. de ar

borum ſationibus ait ſolum, eligi oportere, quàm maxime rimoſum, ne Sol exurat fibras. Verg. Et amaris intuba fibris. Columella de allio. Quum ternas, inquit, fibras emiſerint ſpicæ ſarriantur. Idem lib. ulti. de rapis, Mediam rapi. Sic etiã veſtimentorum extremitatea, Fimbrias dirimus.

Fibula, pen. cor. circulus, propriè ornamentum cinguli ad veſtem ſubligandum. Verg.

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Ponitur quandoq; pro circulo æneo. Columella de bobus ſic habet, Aenea fibula pars auriculæ latiſſima circunſcribit, ita ut manantes ſanguinæ, tanquã o, literæ ductus adpareat. Hinc Suffibulum, ueſtimẽtum album, pretextum, quadrangulum, oblongũ, quod in capite ueſtales ſacrificantes habebant, idq; fibula comprehendebatur.

Fibulare, opponere, coniungere. Col. lib. I. Omneſq; parietum et ſoli iuncturæ teſtacis puluinis fibulantur, quoniam ferè cum his partibus ædificia rimas egerant caua præbent, ac latebras ſubterraneis animalibus. Huius compoſita ſunt Diffibulo, Refibulo, et Infibulo. Eſt autem infibulare, fibulam ponere. Infibulatio fiebat uel uocis ſeruandæ gratia, q̃ à coitu mutatur, uel ualetudinis. hoc modo perforabant utrinq; à lateribus cutem, quæ ſuper glandem extenditur, atq; ſuperaddebant fibulam. id eſt, circulum æneum. Refibulare uero eſt fibulã tollere, ſiue ſoluere. Martialis, Cui refibulauit Turgidum faber penem, Idem ſignificat Diffibula.

Papinius, Emicat et torto chlamydẽ diffibulat auro.

Ficaria, ficus arbor. Palladius lib. iiii. Aliqui inter ficarias caprifici arborẽ ſerunt. Et hoc eſt contra Vallam qui negat dici poſſe arbor fici, ſed arbor ficus.

Ficarius, qui libẽter comedit ficos. Plinius, Ficarios culices caprificus generat.

Ficatum iecur, ſuillum maxime quod Græci ſycoton adpellant, à ſue fico paſta.

Ficedula, auis quæ vulgò Galberius dicitur, à ficu fructu. Martialis,

Quum me ficus alat, quum paſcar dulcibus uuis,
Qur potius nomen non dedit uua mihi?

Hanc autem Græci quoq; ſycelidam adpellauere.

Ficetum. locus vbi ficus conſitæ ſunt. Varr. Ficuſq; denſa materia nõ eſt, ideo ſequitur calidiorem, quo fit, ut in locis frigidis ficeta fieri non poſſint.

Ficitor, pen. cor. ficorum amator, ſeu ficorum collector, Næuius, Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

Ficolea, palus ficulnus. Cc.

Ficoſus, ficis, hoc eſt hulceribus, et tuberculis plenus. vnde et Ficoſitas, ipſa hulcerum copia. Ficitas, ficorum fructuum abundantia, ſeu fertilitas.

Fictile, penultima correpta, quod eſt factum, à figulo. Plinius libro trigeſimo quinto, Fictilibus doliis ad vina excogitatis. Hieronymus, Calix et vrceolus fictilis probantur prius, et ſic emuntur, ſola vxor non oſtenditur, ne antè diſpliceat quàm ducatur.

Fictitius, a, um. quod factum eſt. hoc eſt, ſimulatum. vt ratio fictitia, quæ ficta eſt, et ad tempus excogitata.

Fictor, à fingendo dictus eſt, qui fingit. id eſt, qui cõponit et qui ſimulat.

Fictum, quod factum eſt, vel ſimulatum.

Ficulnea, æ, ipſa ficus arbor. Plinius lib. xvi. Quibus et ficulnea et ligna ex hedera traduntur.

Ficulneus, a, um. idem quod ficulnus. Plinius, Sunt et ficulnei caules. Cato, Fibulæ vñ fiãt aridæ, iligneæ, vlmeæ, nuceæ, ficulneæ, face uti in ſtercus, aut in aquam coniiciantur. Eadem autem forma ficulnus et ficulneus, qua ſalignus, et ſaligneus, ilignus, et ilignem dicitur.

Ficulnus, a, um. quod eſt materiatum ex fico arbore, Hora. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.

Ficus, Græcè σῦκον, et σύκεσις καὶ συκῶν τόπος ἐστί, συκῆ δὲ δένδρον. id eſt, fructus et ficetum locus eſt, συκῆ uero arbor, à fœcunditate. Galeotus Narnienſis, vir non indoctus, in eo quẽ de homine inſcripſit libro, hæc intulit verba. Sed nuſquam in lingua Latina Ficus maſcu. generis eſt, carpitq; Priſcianum vnà cum Lauren. Vallenſi, quum ipſe potius carpẽdus ſit. Nam maſculino quidem genere, ac ſecunda declinatione pro fructu protulit Plinius libro. xvi. Fici mirabiles ſunt, et abortiui, qui nunquam matureſcunt. Macrobius, Groſſi adpellantur fici qui non matureſcunt. Cice. in Cato. Ex tantulo grano fici. Horatius in Serm.

Pinguibus et ficis paſtum iecur anſeris albi.

Inuenitur etiam genere fœm. et quartæ declinationis. Iuuenalis,

Si vis aliam decerpere ficum. Martialis,

Res mira eſt ficus non habet vnus ager.

Item dicitur Ficus genere fœmi. et ſecunda declinatione. ut apud Varronẽ lib. I. de Re ruſtica, Fici inquit, ſemen naturale intus in ea fico quam edimus, quæ ſunt minuta grana, è quibus paruus quòd enaſci coliculi uix queũt. Et Paulò poſt. Quũ enim per reſticulã ficos, quas edimus maturas perfecit, et eas quum maturuerint cõplicant. Huius diminutiuum eſt Ficulus. Plautus in Sti. Nucibus, fabulis, ficulis. In ficorum genere ſunt chalcidicæ, chiæ, purpureæ, chelidoniæ, mariſcæ, caliſtrutiæ, liuiæ, libyſſæ, flaueæ, et reliquæ.

Ficus pro arbore. generis fœminini eſt, et ſecũdæ declinationis. Plinius lib. xvi. Quidam breuitate radicum ſeneſcere celerius arbores putant, quod coarguunt fici, quarum radices lõgiſſimæ ſunt, et ſenectus ocyſſima. Iuuenalis,

Ad quæ diſcutienda valẽt ſterilis mala robora fici.

Cicero libro de Oratore. ſecundum quartam declinationem inflexit. Cui quum familiaris quidam quereretur, quòd diceret vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu.

Ficus Aegyptia, fructus eſt ſiliquæ arboris, et dicitur à Græcis Xilocreta. Cc.

Ficus, pro morbo, maſculinũ gene. & quartæ declinationis. Martialis,

Dicemus ficus Ceciliane tuos.

Naſcitur hoc vitiũ ferè in capite, tum capillo, tum

in barba et locis obſcœnis, quæ pilis integuntur. Cornelius Celſus lib. vi. Eſt etiam ulcus quod à fici ſimilitudine σύκωσις à Græcis, à Latinis etiam mariſca nominatur. Caro excreſcit, ſub quo duæ ſpecies. Nam alterum ulcus durum et rotundum, alterum humidum, inæquale. Ex duro, exiguum quiddã et glutinoſum exit. Et humido pus mali odoris. Fitq; in his partibus, quæ pilis conteguntur. Sed id quod calloſum eſt, et rotundum, maxime eſt in barba. Id vero quod humidum præcipue eſt in capillo, atq; ano, ex attritu quem cinædi patiuntur.

Fideicommiſſarius, habet paſſiuã ſignificationẽ. Nã is dicitur qui fidei commiſſionem accepit.

Fideiuſſor, qui fideiubet. Eſt enim ſignificationis actiuæ.

Fidelia, læ, genus vaſis Samii ad uſus plurimos. Perſ.
Diſce, nec inuideas quòd multa fidelia putet.
In locuplete penu. Curius Cice. Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Plautus in Aulu. Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Fidelis, à fide, et is dicitur, cui fidere poſſumus. Terẽtius in Hecy. Quàm paucos reperias, meretricibus fideles euenire amatores. Et proprie (ut ſcribit Donatus) ad ſeruum pertinet, fidus ad amicum. Fidele enim officiũ eſt ſeruare aliqd. Cicero in Læl. Quod Tarquinium dixiſſe ferunt, tũ quum exulem ſe eſſe intellexiſſet, quos fidos habuiſſet, et quos infidos. Transfertur etiam ad inanimata. Plinius lib. xxxvi. Infideli exemplum poſuit. Globoſus, fortis contra iniurias, ſed ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffercinatione deiunctus, nec certior fluuiatilis ſemper ueluti madens. Hinc Fidelitas, et Infidelitas. In ſacris literis Fidelis quandoq; accipi᷑ pro veridico, Apoſtolus ad Corinth. Fidelis Deus per quẽ vocati eſtis in ſocietatem filii eius.

Fidem adſtringere, eſt promittere, quia vincula fidei dicſitur. Terentius in Eunuch. Heus tu, hac lege tibi meam adſtringo fidem.

Fidena, æ, pen. prod. et Fidenæ, arum, urbs Latinorũ mediterranea. Verg. lib. vi.
Hic nomenq; tuum Gabios urbemq; Fidenã. Iuue.
Viuat Fidenis et agello cede paterno.

Fidentia, à fidens participio, et ambo in laude ponũtur. Cice. lib. ii. Rhetor. ſcribit fidẽtiam partem eſſe fortitudinis, per quam magnis et honeſtis in rebus, multum ipſe animus in ſe fiduciæ, cum certa ſpe collocauit.

Fides, fidei genitiuum facit non ratione, ſed differentiæ cauſſa, ut inquit Seruius. Quod nomen videtur habere, quum id quod dicitur fit, ut ſcribit Cicero libro tertio de Republica. Auguſtinus, Fides adpellata eſt ab eo quia fit quod dicitur. Duæ ſyllabæ ſonant quum dicitur Fides. Prima ſyllaba eſt à facto, ſecunda à dicto. Interrogo ergo te vtrum credas, dicis, Credo fac quod dicis, et fides eſt. Hinc dare fidem, dicimus aliquid ſanctæ promittere. Vergilius,
Accipe daq; fidem. quod eſt promitte.

Fides, (ut Speuſippus inquit) eſt recta præſumptio quòd ſic ſe res habeat, ut ſi videtur eorum inſtabilitas. Aliquando Fides capitur pro credulitate. Vnde bonæ fidei poſſeſſor dicitur, qui ignorauit rem quã emit alienam eſſe, aut putauit eum qui vendidit, ius vendendi habere. Item bonæ fidei homo uocatur, cui res tuto creditur, uel qui rem ſibi creditam, fideliter ſeruat. Sueto. Auguſtus populo promiſſum congiarium repoſcenti, bonæ ſe fidei eſſe reſpondit. Hinc habere fidem, credere eſt. Et accipere fidem, eſt credi. Terentius in Eunu. Si hæc fidem habeat ſe iri propoſitum tibi. Martialis,
Accepit fabula priſca fidem. id eſt, credita eſt. Sic à Theologis accipi᷑. ut eſt illud, Fides tua te ſaluũ fecit. Interdum pro Dei dono ſeu gratia, qua ſancti miracula factitarũt. ut eſt illud Apoſtoli ad Romã. Vnicuiq; ſicut Deus diuiſit mẽſuram fidei. Et illud, Si habueritis fidem ut granum ſinapis, dicetis monti, tranſi hinc. Cice. pro Lentu. fidem pro promiſſione, et quaſi ſponſione poſuit. Pompeii fides quã de me Cæſari dederat. Et Fides, probatio dicitur. ut, facio fidem per teſtes. Item fides ponitur pro auxilio. Iuue. Nos hominum diuũq; fidem clamore ciemus. Sic etiam ſumitur quum apud autores dicitur. Proh Deum atq; hominum fidem.

Fides, fidis, cithara, dicta quòd tantum inter ſe chordæ eius, quantum inter homines fides concordet. Cicero in Horten. Ponendæ ſunt fides et tibiæ. Aliquando chordæ ipſæ dicuntur Fides.

Fidicen, pen. cor. qui fidibus canit. Cic. Pæto, Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen.

Fidicula, diminutiuum parua cithara, vel chordula citharæ. Gel. lib. i. Sed enim Achæos Homerus pugnã indipiſci ait, non fidicularum tibiarumq; concentu conſpiratam. Cicero lib. iii. de Natura Deorũ. Quid ſi platani fidiculas ferrent numeroſe ſonantes, idem ſcilicet cenſeres, in platanis ineſſe muſicã. Suetoni. in Tibe. pro chordulis accepit. Excogitauerat inter genera cruciatus, ut repente veretris deligatis, fidicularum ſimul urinæq; tormento diſtenderet, &c. Eſt et Fidicula inter aſtra conſtituta, quæ fides à Colu. ab Hyginio lyra nominatur. Plinius lib. xxviii. Fidicula occaſu ſuo, autumnũ inchoat. Præterea Fidiculæ numero tantũ plurali, ſumitur pro inſtrumẽto torquendi, ex duobus ut putatur obliquatis lignis, compacto, ab extorquenda veritate ac fide. Vel à nerueis funibus, uinculis quibus ad illum modum homines torquendi adligabantur. Sed verius putatur eſſe tormentum, quo ſontes à tortore chordis, funibusq; adligati, vulgò torquentur.

Fidius, Deus eſt qui fidei præeſt. Plautus, Per Deum Fidiũ credis iurato mihi. Vnde dicim᷒ medius fidius, ſicut mehercules.

Fido, is, fiſus, fidem habeo, credo, ſpem pono, et tam cum ablatiuo, quàm cum datiuo conſtruitur. Iuue.
Fidimus eloquio Ciceronis. Vergilius,
Et fidere nocti. Huius compoſita ſunt Confido, et Diffido, quæ ſunt contraria. Nam Diffidere, eſt credulitatem deponere. Seneca, Nec ſecundis rebus nimis fidendum, nec aduerſis diffidendum eſt.

Et habent penultimam productam.

Fiducia, ſimiliter Audacia. Et ferè ſemper in bonum quamuis aliquando in malum. Verg.

Tanta'ne uos generis tenuit fiducia veſtri. Et,

Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.

Aliquando Fiducia ponitur pro ſpe, ut apud Eſaiã. Qui autẽ fiduciam habent mei, hæreditabunt terrã.

Fidus, à fido, is, dicitur cui fidendum eſt, cuius compoſitum et contrarium eſt Infidus, penulti. produ. Nam Perfidus, penulti. correp. à fides ſit. Liuius, infida regni ſocietas. Similiter Malefidus, id eſt, minus fidus. Male enim diminutionem ſignificat, non negationem. Vergilius,

Statio malefida carinis.

Figmentum, quod factum eſt, à fingo, fingis. ut eſt apud Apoſtolum. Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit quare me ſic finxiſti? Aliquando figmentum dicitur mendacium, et ſimulatio. ut ſunt figmẽta poetarum.

Figo, is, xi, ctum, et xum. ſecundum Diomed. Scauri referentem qui ait, Sagitta confictus. uſus tamen eſt per x. Eſt autem Figere, quod uernacula lingua dicimus Ficare. Hieronymus ad Helio. Cerne manus Iudææ quas fixeras, cerne latus Romane quod fóderas. Interdum ponitur pro plantare.

Vergilius libro quarto Georgicorum.

Ipſe feraces Figat humo plantas.

Interdum pro percutere, ferire. Iuuenalis,

Quum tener uxorem ducat ſpado, Meuia tuſcum Figat aprum, et nuda teneat uenebula mamma. Huius cõpoſita ſunt Adfigo, iuxta figo. adpono. Lactãtius lib. iiii. At illi comprehenſum ac Pontio Pilato qui tum legatus Syriam regebat, oblatum cruci adfigi poſtulauerunt. aliquando iuxta planto.

Vergilius libro ſecundo Georgicorum.

Nec ſemine iacto Concretam patitur radicem adfigere terræ.

Aliquando digitis ficus facio, quod in uituperium fieri ſolet. Lactãtius lib. quinto. Si quis attigerit, ex iſtis inepte religioſis, ut ſunt nimia ſuperſtitione impatientes inſectentur etiam maledictis, et uix lecto fortaſſe principio adfigat, proiiciat, execretur, ſeq́ inexplicabili ſcelere contaminari atq; adſtringi putet, ſi hæc aut legat patienter, aut audiat. Configo ſimul figo, Defigo, deorſum figo, planto, aut mitto. Colum. libro tertio. Tum in terram bene paſtinatã et ſtercoratam rectum ſarmentum defigito.

Vergilius libro ſecundo Georgicorum.

Altius ei penitus terræ defigit arbos Eſculus in primis. Lactantius lib. ii. Oculos ſuos ab alto deiiciunt, ſoloq́ defigũt. Perſius poſuit ꝓ ferio uel trãſfodio.

Ore teris modico pallentes radere mores,

Doctus et ingenio culpam defigere ludo.

Infigo, intus figo. Col. lib. ii. Nam pecudes molli ſolo infigunt ungulas. Hieronymus per tranſlationem in prologo Iob pro adſcribo poſuit. Error, inquit, mihi geminus infigitur. Præfigo, ante figo, ſeu intus claudo. Vergil. lib. iii. Georg.

Multi iam excretos prohibẽt à matribus hœdos,

Primaq́ præfigunt ferratis ora capiſtris.

Suffigo, ſubtus figo, ſiue ſuper clauis figo. Lactantius lib. iiii. Quid de huius crucis indignitate dicimus, in qua Deus à cultoribus Dei ſuſpenſus eſt atq; ſuffixus? Refigo, rurſus ſiue valde figo. Colu. lib. v. Nam ſiue propè truncũ defigitur palus, pedali tamen ſpatio refigendus eſt.

Vergilius libro quarto Georg.

Aulas et cærea regna refigunt. Transfigo, vltra ſeu ab vna parte ad aliã figo. Liuius lib. i. Stricto itaq; gladio, ſimul uerbis increpans transfigit puellam.

Figulina, ſeu quod magis à doctis uſurpatur per ſyncopen, Figlina, penultima producta officina eſt, in qua figulus opera facit, et opera ipſa Figlina et fictilia dicuntur. Plinius lib. xxxiiii. Vruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus donec figlina percoquantur. Item Figlina, dicitur ars figulorum, Idem libro. xxxv. Figlinarum opera imbricibus tabulis, tegulisq́ ad balneas mãmatis, vel ad tecta coctilibus laterculis fundamentisq́ aut quæ rota fiunt. Figlinam primus inuenit Cherebus Athenienſis. Ce.

Figulus, pen. cor. fictor dicit, qui ex creta atq; argilla opera facit.

Figura, à fingo dicitur forma, adſpectus, qualitas. unde Figuræ apud Grammaticos, et Figuræ ſententiarum. Cice. libro. iiii. ad Herennium, Sunt igitur tria genera, quæ nos figuras adpellamus, in quibus omnibus ratio non uitioſe conſumitur. Vnam grauem, alteram mediocrem, tertiam attenuatam uocamus. Figura (inquit Aſconius) eſt circa geſtum, ſitumq́ membrorum. Status, circa ornatũ et habitũ ueſtis.

Figura triquetra, triangularis dicitur. Ce.

Figuro, ras, pen. prod. formo, et figuram impono. Lactantius lib. ii. Hominem figurauit ex limo terræ. Et oratio figurata, dicitur per figuras facta. Figurate, aduerbium. ſignificat per figuram. Compoſita ſunt Configuro, quod eſt, compono, et ſimul formo. Idẽ lib. vii. Quoniã homo ex rebus diuerſis ac repugnãtibus configuratus eſt anima et corpore. Præfiguro, de quo infra.

Filiaſter, filii imitator, et à nõnullis pro priuigno capitur, cuius fœmininum eſt Filiaſtra. Ce.

Filicula, herba eſt aliàs polypodion dicta. ſimilis eſt filici radix piloſa, coloris intus herbacei, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſa ſubdulcis, in petris naſcens.

Filiifamilias, dicuntur in quo patresfamilias iuriſdictionem habent.

Filius, ἀπὸ τοῦ φίλου, dictum volunt, hoc eſt amore quòd omnium conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios. Adpellatione filiorum (ut Iuriſconſulti ſentiunt) etiam filiæ continentur, ſed non ecõtrario. Cornucopiæ.

Filix, genus herbæ ſatis notæ. Col. lib. ii. Iunci et graminis pernicies repaſtinationem filicis frequens extirpatio. Nam conſtat filicem ſationibus et ſtercoratione facilius interimi. Huius duo ſunt genera, ut inquit Plinius Alterum nec florem habet, nec ſemen. pterim vocant Græci, ex cuius radice multa pro-

deum, folia habet vtrinq; lateribus pinnata. Alterũ
genus thelypterin dicunt, vel pteram, non fruticoſa,
breuior mollior'q; ac denſior, radices vtrinq; longæ
in obliquum. Vergilius,
Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris.
Naſcitur frigido ſolo. Huius radices pellunt interas
neorum animalia. Nõ ſunt dandæ fœminis, quoniã
grauidis abortum, cæteris ſterilitatem faciunt. Fo
lia cimices necant ſerpentem non recipiunt. Huius
diminutiuum eſt Filicula.

Filum, proprie quod ex lino, lana'ue trahendo ducit.
hoc eſt, liniamẽtum. Lucilius, Surge mulier duce fi
lum non malum. Aliquando ponitur pro linea. Var
ro, Sumpto'q; atramento ſutorio filũ duxit. Aliquã
do pro liniamentis faciei, et venuſtate pulchritudi
nis. Gellius, Forma ac filo uirginali dixit imaginem
iuſtitiæ fieri ſolitam. Idem tradit Pythagoram explo
rare ſolitum diſcipulos ex totius corporis filo atq;
habitu. Transfertur et ad ſcriptionem. Gellius, Ama
ui in vtriuſq; epiſtola breuitatis elegãtiſſimæ filum.
tenuiſſimum. tractum eſt à textoribus, qui telam te
nuiſſimo filo texentes, probatiſſimã cõficiunt. Hinc
Filo, as, cuius paſſiuum eſt Filor, à quo Effilo. Effila
tum enim dicimus, quod extra veſtimentum filo cõ
textum eſt, quod erectum quoq; à quibuſdam dici
tur. Eſt autem Filare, filum ducere.

Fimbria, omnis veſtiũ extremitas, quæ cæſuratim re
ciſæ diſſecantur. Vnde Fimbriatũ, per cæſuras lania
tum. Græci [illegible], fimbriam dicunt. Antiqui
Fimbrum dicebant extremum. Vnde in veſtimẽtis,
fimbriæ, et in iecore extremæ partes Fibræ nuncu
pantur. Fimbriata urticæ folia eſſe ſcribit Plin. ex
quo colligim⁹, qualis ſit poſitura et flexura fimbria
rum. Fimbria quoq; nomen fuit Romani ciuis cru
delitate inſignis.

Fimetum, ſterquilinium. Plinius, Fimeta ſub dio con
cauo loco intecta ſtramento, ne in Sole areſcant, pa
lo è robore depacto fieri iubet Vergilius.

Fimum, neutro genere. Idẽ quod et fimus, quod nos
fritillum et alueolum dicimus, in quo coniectæ teſ
ſeræ, agitantur'q; miſcentur. Horatius, Mitteret in
fimum. Fimum aſinini pulli, quod primum edidit,
polean, ſiue polion uocant, cuius medica uis lye
nem ſedat.

Fimus, letamen dicitur. Et non tantum de ſtercore
animalium, quãtum de hominum. Apuleius, Fimo
fiſtula excuſſo. et eſt generis maſculini. Quãuis idẽ
Apuleius fœminino genere utatur, quum ait, Liqui
da fimo ſtrictim egeſta, quod et fimum neutro gene
re dicitur.

Finale, quod ad finem pertinet, ut finalis cauſſa.

Findo, dis, fidi, fiſſum, per duplex ſſ, ſignificat ſcindo.
Columel. libro tertio, Curabis, ut præacutiſſima
falce, ab ea parte, qua biſurca eſt, ſcindas eam. Huius
compoſita ſunt Diffindo, quod eſt in diuerſas par
tes findo. Vergilius,
Et media liquefacto tempora plumbo.
Diffidit, ac multa porrectũ extendit arena. Infindo,
intus findo. Idẽ, Quæ iubeant telluri infindere ſul
cos. Fiſſile Fiſſura, et Quadrifidus deriuatiua ſunt.

Fingo, is, xi, ctum. compono, formo. vnde et figuli di
cuntur, et vas fictile, quod formatur ut ſit, et aliquã
formam habeat. Salluſt. Quæ natura ventri, prona
atq; obedientia finxit. Lactan. libro. i. Itaq; homi
nes eorum ſimulachra finxerunt, vt haberent ali
quod ex imaginum contemplatione ſolatium. Eſt
enim generale uocabulum ad omnia, quæ ingenio,
manu'q; artificioſe formantur. Cicero libr. i. Offic.
Apium examina non fingendorum fauorum cauſſa
congregantur, ſed quum congregabilia natura ſint,
fingunt fauos. Et Fingere, ſimulare eſt, quoniam ea
quæ ſimulamus ita formamus atq; cõponimus, ut
vera eſſe videãtur. Cicero de Finibus bon. Talibus
exemplis non fictæ ſolum fabulæ, ſed etiam hiſto
riæ refertæ. Hinc Fictio, Fictum, et Figmentum. Itẽ
Fingere, tergere. Cicero in Sextia, Spongiis, ſanguis
effingebatur. Vergilius lib. viii.
Et corpora fingere lingua.
Huius verbi compoſita ſunt Affingo, quod eſt ſupra
fingo, vel compono. Lactan. lib. iii. Nihil nos affin
gimus, nihil nos addimus. Habebant hæc qui fece
runt, legebant in quos hæc dicta ſunt. Confingo, ſi
mul fingo, ſimulo. Terẽ. in Phormione, Omnia hæc
confingam, quod erit mihi bonum atq; commodũ,
quum te horum nihil refelles vincam ſcilicet. Diffin
go, quod fictum, formatum'q; fuerat remoueo.
Horatius libro ſecundo, Carmi.
Neq; diffinget infectum'q; reddet.
Seneca, Diſſipatum inſtaurat atq; diffingit. id eſt, in
diuerſas formas fingit. Effingo, de quo ſupra.

Finio, is, iui, itum, perficio. Apulei. Sine opus finiam
quod incœpi. Aliquando Finire, eſt terminum po
nere, metari. vnde Finitores. Huius verbi compoſita
ſunt Definio, Diffinio, et Præfinio. Sciẽdũ eſt quòd
Finire et Definire idem ſignificãt quãdoq;. Quint.
lib. ii. Ante omnia qd ſit Rhetorice, quæ finitur qui
dem uarie. Sic Finis, et Definitio.

Finis, eſt extremitas uniuſ cuiuſq; rei, hoc eſt, id in
quo vnaquæq; res terminatur, Eſt'q; tam maſcu. quã
fœmi. generis, Verg. Quem das finem rex magne
laborum. Idem, Hæc finis Priami Græce dici
tur τέλος. Vnde finem lineæ dicimus eſſe punctũ,
et ſphæram nec principum habere, nec finem. Hinc
etiam artifices finem vocant, id ad quod omnia
referuntur, et cuius gratia cætera fiunt, ut finis medi
ci eſt, curare. Finis oratoris, eſt bene dicere, finis be
ne viuendi uirtus. Compoſita ab hoc nomine ſunt
Affinis, et Confinis, penulti. produ. Vnde confines
agri, dicuntur qui eodem loco finiunt.

Finitimus, ma, mum, pen. cor. quod propè eſt. Liuius
lib. i. Iam res Romana adeò erat ualida, vt cuilibet
finitimarum ciuitatum bello par eſſet.

Finitio, quæ et Diffinitio dicitur, eſt rei propoſitæ
propria et dilucida et breuiter comprehenſa uerbis
enunciatio, quæ conſtat maxime genere, ſpecie, et
differẽtiis propriis. ut, homo eſt animal rationis ca
pax, morti obnoxium. Ce.

Finitor, penul. prod. dicebatur qui nunc agrimenſor

Plaut. in Pers. Eius nunc regionis limites confinia determinabo, eius rei ego factus ſum finitor.

Fio, fis, factus, ſignificationem paſſiuã habet. Hieronym. Equorum curſus clamore pernicior fit. id eſt, efficitur. Græcum tamen eſt, φύω, φύσω ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, καὶ πέφυκα ἐν τῷ παρακειμένῳ, id eſt, φύω, ſimul fio, produco, futurum φύσω, fiam, præteritum πέφυκα, factus ſum. Et Infinitiuo Fire habet, ſecundum rectam declinationem, quod patet per eius cõpoſita Confire, & Suffire, licet & Confieri dicatur. Vergilius libro quarto.

Confieri poſſit paucis aduerte docebo.

Quæ duo, & ſi à uerbo paſſiuã ſignificationẽ hẽtes deſcendant, actionem tamen denotant. Vergil.

At ſuffire thymo ceras q; recidere inanes.

Quis dubitet? Confio tamen in paſſiua ſignificatione reperitur pro conficior. vt apud Macrobium, Oportet diem qui ex quadrantibus confit, intercalare. id eſt, conficitur. Colu. lib. ii. Tria ſtercoris genera ſunt præcipua, quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Defit, de quo alibi. Effio, infit, incipit. habet enim ſignificationẽ actiuam. Liui. lib. i. Tum ita Tullus infit. Antiqui tamen Fior dixerũt. Vnde Cato Cenſorinus de Lucio inquit. Græco ritu fiebãtur Saturnalia. Cuius infinitiuum eſt Firi, pro quo (vt Priſcianus docet) interpoſita e, dicimus de vſu, Fieri. Cõſtruitur modo cũ ablatiuo. vt, hoc factũ eſt à te. modo cũ noĩatiuo. ut, ille fit doctus. Ponitur q̃; q; pro æſtimor. Cic. in Lælio, Tertius uerò ille finis teterrimus, vt quanti q̃ſq; ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis. Quãdoq; pro adpareo & innoteſco. Apoſtolus ad Rom. Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mãdatum. Et illud. Fiat Deus uerax. id eſt, adpareat, innoteſcat. In tertia perſona quandoq; pro euenit, cõtingit. Idem lib. I. Offic. Fit autem interdum, vt nonnulli omiſſa imitatione maiorũ, ſuũ quoddam inſtitutum conſequanẽ. Fieri poteſt, pro poſſibile eſt, ab oratoribus vſurpatur. Habet Fio ea cõpoſita, quæ facio. ut Caleſio, Frigeſio, &c. Fieri & incipi non ſunt idem. Lactantius lib. ii. Nihil incipi, aut fieri, aut conſumari quicquam poteſt, niſi ratione promiſſum.

Firmamentum, ſoliditas et ſtabilimentum. Cice. lib. i. ad Heren. Nam in ea nec ratio quare fecerit quæritur, nec firmamentum quæritur, quoniam nõ ſubeſt ratio. vnde Firmamentum dictum eſt cœlum, à firmitate. Auguſt. Hoc ſanè nouerint, nec nomen firmamenti cogere, vt ſtare cœlum putemus. Firmamentum enim, non propter ſtationem, ſed propter firmitatem, aut propter intranſgreſſibilem terminum ſuperiorum et inferiorum aquarum uocatum intelligere licet.

Firmo, as, ſtabilio, fortifico. Liuius, Firmat q; eum Aphricis maxime præſidiis. Lactantius lib. iiii. Supereſt, vt verbis facta firmentur. Huius cõpoſita ſunt, Adfirmo, Confirmo, pro adprobo, roboro. Idem in eodem. Debet ergo doctor ille perfectus, et docere iſta præcipiendo, et confirmare faciendo. Et pro certifico. Cicero Trebatio, Balbus mihi confirmauit, te diuitem futurum. Infirmo, non firmo, ſiue deficere cadere'ue facio. Lactã. lib. v. Vbi autem religionis eius, contra quã perorabat, infirmare voluit rationem. Refirmo, rurſus firmo. Offirmo, de quo infra.

Firmus, ſtabilis, conſtans, à ferẽdo dictus, quod conſtanter omnia ferat. Hinc Firmitas, quæ et Firmitudo dicitur, pro ſtabilitate & cõſtantia. Plaut. Si iſtã firmitudinem animi obtines, ſalui ſumus. Item Firmus, dicitur munitus, fortificatus. Cicer. Firmus ab equitu. quod eſt munitus ab equitibus, firmus per equites. Et eſt ornatus dicendi modus. vt Cice. fuit clarus ab eloquentia. Huius contrarium eſt Infirmus, id eſt debilis.

Fiſcale, quod ad fiſcum pertinet. ut, ius fiſcale, fiſcalis cauſſa.

Fiſcales calumniæ, dicebantur delatorum, qui alios accuſabant, & nonnunquam ex fiſco eis dabatur pars mulctæ, qua accuſati mulctabantur. Ce.

Fiſcellæ, vas vimineum, aut ex iuncis quo lac coagulatur dũ caſeus exprimitur; vel in quo caſei ferunẽ. Tibul. Tunc fiſcella leui detexta eſt vimine iunci, Raraq; per nexus eſt via facta ſero.

Fiſcella etiam è viminibus funiculis'ue contexta, dicitur qua boum ora, fauceſq; iumentorum capiſtrantur. Plinius lib. xviii. Fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant.

Fiſcellus, ab antiqs dicebaẽ caſei mollis appetitor. Quo noĩe ẽt dict' ẽ mons i Italia nõ lõge à tyberi.

Fiſci, Fiſcina, et Fiſcellæ, ſunt vaſa ad maioris ſummæ pecunias capiendas, quàm marſupia. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ quàm priuatæ, dicitur Fiſcus pecunia publica, ꝓprie tamen apud idoneos autores, Fiſcus principis dicitur, ærariũ vero publicum. Plinius ad Traia. At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum qua æra rium cohibes, imò tanto maiore quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Iuriſconſulti ſcribũt, res fiſcales quaſi propriæ & priuatæ principis ſunt. Inde Confiſcari ſolet dici in publicũ ius ærarii redigere. Suetonius in Auguſto. Deuictis his & confiſcatis promiſſa veteranis præmia ſoluerentur.

Fiſcina, pe. cor. à fiſcus præter regulã aliorũ à primitiuis habentibus e, deſcendentiũ. vt manus, manicinus. Eſt aũt Fiſcina genus vaſis, pro capienda maioris ſummæ pecunia. Vnde Aſconius, Sportæ, ſportulæ, et ſportellæ, numorũ ſunt receptacula. Et ſacci, ſacculi, & ſacelli, crumenæ, manticæ, & marſupia. Ita Fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ. Fit aũt pleruq; ex iunco, quod alii caniſtrũ, alii calathum dicunt. Vergil.

Et facilis rubra texatur fiſcina virga.

Dicta eſt Fiſcina (vt inquit Varro) à ferendo. Ea nãq; ferũtur paleæ, fœnũ, frõdes, et id genus reliq̃. Ouid. Vnde data eſt ægre fiſcina frondis oui. Et Plin. Frondarias fiſcinas quatuor implere frondatorem iuſtum eſſe autumat. Fiſcina item, olei factores vtuntur. Idem lib. xv. oſtendit. Huius diminutiua ſunt Fiſcelli et Fiſcinula.

Fiſoh, fluuius quem noſtri Gangen uocant, de paradiſo exiens. Vide Phiſon.

Fiſſibile

Fiſſibile, quod fiſſum eſt. vt fiſſibilis arbor. Plin. lib. xvi. Miſleq; fiſſibile rimis hoc lignum. Quandoq; dicitur Fiſſile pen. corr. quia finditur quaſi fiſſibile. Idem paulò antè. Hæc maxime fiſſilia alia frangi cc leriora, quàm findi. Vergilius,

Nam primi cuneis, ſcindebant fiſſile lignum.

Aliqñ quod fiſſum eſt, ac ſciſſum. Plautus in Aulul. Non fiſſile haberes caput.

Fiſſile, penul. corre. quod ſcinditur, quaſi fiſſibile, vel quod eſt aptum vt findatur.

Fiſtula, proprie dicitur per quam aqua educitur fuſa, à fundendo ſiue ferendo, ſicut tubi à tumore, et canales à cana, quòd ad canñ ſimilitudinem facti ſunt. Ego tamen Græcum puto φυσάω, Inflo. Fitum dicunt vulgò. Hieron. lib. ii. Reg. Tetigiſſet dorsatum fiſtulas. A' cuius ſimilitudine Inſtrumentum muſicũ quo flatu canitur, cuius Pan dicitur inuentor fuiſſe. Vergilius. Septem compacta cicutis Fiſtula. Et hulcus altum, anguſtum, et calloſum in corpore, Fiſtulæ nomen ſortitur, ſiue ex vulnere ſit, ſiue ex uitio ortum, quod ad ſuppurationem venerit. Et Fiſtula in homine per quã ſpiratur, ſeu cibus deiicitur. Nã duas eſſe fiſtulas ſcribit Lact. de Opi. hominis, ſpiritalem ſcilicet & cibalem. Illa ſpiritum meare, hac cibũ potumq; deſcendere, et hæ à faucibus incipiunt. Spiritalem cor, aſperã arteriam nominat. Sed alia alii eſt ſuperpoſita. Nã interior gula uocatur, quæ à Celſo ſtomachus nuncupatur, quia ſtomacho cõnectitus, & per quam cibus demittit. Exterior uero epigloſſis dicitur, quæ operculum habet cartilaginoſum, quod claudit foramen, quo cibus uoratur. hoc ſublinguiũ, ſiue lingua minor adpellatur. Rurſus Fiſtula, arbor aromatica, ſed parua, quæ & caſia dicitur, quæ pro ſui breuitate, à quibuſdam inter herbas odoriferas numeratur, et ad curandas viſcerum moleſtias ualet. Fiſtulator, accipitur pro tibicine, vt eſt apud Gellium.

Fiſtulo, as, fiſtulam ago, et in modum ſpongiæ quicquàm facio. Plinius, Et pumicis fiſtulans vice.

Fiſtuloſus, a, um. quod et ſpõgiæ modo factum. hoc eſt, foraminibus plenũ. Colu. lib. de Caſeo. Deinde quo tenerior permaneat, clauſo neq; uentis obnoxio loco ſtipaſ per cõplura tabulata. Sic neq; fiſtuloſus, neq; ſalſus, neq; aridus pueniet. Quorũ uitiorum primũ ſolet accidere ſi parũ preſſus, ſecundũ, ſi nimio ſale imbutus, tertium, ſi Sole exuſtus eſt.

Fitiges, penultima correp. vt ait Plin. ſunt animalia Aethiopiæ, fuſci coloris, mammillas geminas in pectore habentia ſicut homo, nec fera multum, quæ domari non poſſint, nec ita mãſueta, vt nocentibus non noceant.

Fixulã, à fingendo, pro fabula veteres vſurparũt. Cc.

F ANTE L.

FLabellum, diminutiuum à flabro, & accipitur pro Inſtrumento quo fit ventilatio per æſtatẽ ad refrigerandum corpus. Terentius, Heus tu Dore, cape hoc flabellum, & ventulum huic facito, dum lauamur. Ouidius de Arte,

Profuit & tenui ventos mouiſſe flabello.

Flabrum, quaſi flatio à flo, flas. Propertius,

Neq; hic boreæ flabra, neq; arma timet.

Id eſt, flantes uentos. Vergil. Nec flabra nec imbres. Verum Seruius putat tantum flabra numero plurali dici.

Flacceo, es, cui. langueo. Hierony. in Eſaia, Et erunt irrigua eius flaccentia, à quo Flacceſco, languidus fio. Colum. lib. iii. Paucis deinde horis, dum flacceſcat in ſolo habeto. Deinde in vmbra aſſiccato, & ita condito. Compoſitum eſt Conflacceo, quo uſus eſt Gellius lib. i. pro detumeſco. Nã fluctus, inquit, qui flante Aquilone maximi & crebriſſimi excitantur ſimul ac ventus poſuit, ſternuntur et conflacceſcunt, et mox fluctus eſſe deſinunt.

Flaccidus, a, um. flaccus dicitur, quod eſt languidũ. Vnde Flaccidi, ſiue flacci dicuntur, quorum aurea pendulæ & non arrectæ ſunt. Columel. lib. viii. Caper flaccidis & prægrauantibus auribus exiguo capite, habetur optimus. Hinc cognomen familiæ Romanæ deductum eſt, vt Flacci adpellentur, qui aures deorſum pendentes habent.

Flaccum, dicitur tritum, & Flacco habere, quaſi ad terendum habere. Plaut. Perii flacco habebit, iam illic homo lumbos meos. Hinc fit Deflacco, as.

Flaces, oliuarum purgamenta. Plinius in amurca et flacibus, hæ ſunt carnes & illæ feces.

Flagella, diminutiuum à flagris, ſummæ arborum partes, & virgæ ſiue capita minorum ſarmentorum, vbi naſcitur vua, quòd caro his percuſſa flagret. quãuis aliqui à flando potius dici velint. quòd vetorum crebros ſuſtineant flatus. Columel. lib. v. At certe in ordinariis uitibus, utiq; obtinendum eſt, ne pluribus flagellis emacientur, niſi ſi propaginibus futuris, proſpiciemus. Varr. libro primo. de Reruſti. Emucidum ſarmentum propter infirmitatem ſterile, neq; ex ſe poteſt eiicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam vnde vuæ naſcuntur, palmam, priore litera mutata in d, dalma à venti flatu dicta.

Flagellare, annonam, eſt annonã duriorem facere.

Flagello, as, quaſi flagello cædo, ſicut verbero à verbere, & fuſtigo à fuſte. Et Flagellare, increpare eſt atq; perſonare.

Flagitioſus, ſceleratus. Salluſtius, In tanta, tam q; corrupta ciuitate, id quod factu facillimum erat, omnium flagitioſorum atq; facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum cateruas habebat.

Flagitium, eſt uitiũ flagitatione, id eſt, reprehenſione dignũ. nam Flagitatio ad ſtrepitum dicitur. Flãmæ enim flagella, & Flagitare. id eſt, perſonare dici intelligimus, quoniam ſine ſonitu non ſunt. Et eſt Flagitium generale ad omnia mala. Cice. in Cato. Stupra uero & adulteria & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari niſi uoluptatibus. Aliquãdo ſignificat errorem, utpote rem uel flagris uel increpatione dignam. Cicero. Tantam'ne obliuionem, inquit, in ſcripto præſertim ut ne legens quidem ſenſerit, quantum flagitii admiſiſſet.

Flagito, as, à flamma deductum uidetur, vt ſit quaſi

flammas agito. Flagitare enim proprie eſt uehementer cum inſtantia, clamore ac ſtrepitu poſcere, quaſi flagella & flamma ſine ſonitu crepituq; non ſint, vt docet Donatus in Eunu. Teren. Lactan. lib. iiii. Succlamare cœperũt & crucem eius uiolentis uocibus flagitare. Habet hoc uerbũ in ſe maiorẽ uim quàm Poſtulo. Et quandoq; accuſatiuo tantum iungitur. vt Cicer. pro Quintio, Quanquã hoc cauſſa poſtulat, et ſi poſtulat, non tamen flagitat. Quandoq; habet accuſatiuũ, cum ablatiuo mediante præpoſitione. Cæſar Com. I. Interim quotidie Cæſar ab Heduis frumentũ, quod eſſent polliciti flagitat. Quandoq; conſtruitur cum duobus accuſatiuis. vt apud Suetonium in Vitellio, Tum fœneratorum & ſtipulatorum publicanorũq; qui unquam ſe aut Romæ debitum, aut in uia portorium flagitaſſent, uix ulli pepercit. Huius compoſita ſunt Conflagito. Plini. lib. xxxiiii. Tanta populi Romani contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi apoxiomenon conflagitauerit. Efflagito, de quo ſupra.

Flagratores, dicebãtur illi, qui mercede flagris cædi ſe petmittebant.

Flagriones, dicti ſunt ſerui, quòd flagris ſubiecti ſint, vt Verberones, à uerbere.

Flagro, as, ardeo, à flamma, vel à flatu quod alitur incendium quando flatu excitatur ignis. Vergil. Flagrantisq; Dei vultum Transfertur quandoq; ad deſyderium amoris, odii, iræ, uirtutis, aut uitii. Lactan. libr. i. Quid Apollo pater eius, non'ne ob amorem quo flagrabat, turpiſſime, gregem pauit alienum? Et lib. vii. Qui auaritia opum inexplicabili quadam ſiti flagrant. Liuius lib. ii. Ciuitas ſecum ipſum diſcors, inteſtino inter patres plebemq; flagrabat odio. Huius compoſita ſunt Cõflagro quod eſt totum ſimul flagro. Lactantius libr. iii. Capitolium non ſemel, ſed ſæpius fulmine ictum conflagrauit. Deflagro de quo ſupra.

Flamatica, arbor, fulmine icta.

Flamearius, infector flamei coloris uiolæ luteæ, quæ flamea adpellatur, quæ & luteola à noſtris dicitur, ſicut Violarius, qui uiolaceo tingit. Hinc Flamea adpellabant ueſtimenta lutei coloris, quibus flaminica utebatur. à quo & ueſtes quibus amiciebantur nouæ nuptæ ſimiliter uocabantur flaminicæ.

Flamen, neutri gene. flatus dicitur, ſiue uoci ducta foramina muſicorum inſtrumentorum. Horatius,
Quur Bereeynthex ceſſant flamina tibiæ.

Maſculino autem ſacerdotem ſignificat. Et Flamines cognomen accipiũt ab eo Deo, cui ſacra faciũt. vt flamen Dialis, à Dio, id eſt, Ioue, quaſi Iouialis. Martialis à Marte, et Quirinalis à Romulo. Augu. lib. ii. Ciuita. Dei, ſcribit Romanos tres tantum flamines inſtituiſſe, tribus numinibus. Dialem Ioui, Martialem Marti, Quirinalem Romulo. Dicti flamines ſacerdotes à filo quo cinctum caput habebant, vt docet Varr. Seruius ſic habet, Flamines in capite habebant pileum, quod quum per æſtus ferre non poſſent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis penitus capitibus incedere nefas fuerat. vnde à filo, quo vtebantur flamines, dicti ſunt, quaſi filamines.

Flameum, genus veſti rubri, ſeu croceí, quod geſtabatur à mulieribus nuper nuptis. ſic dictum quòd eo aſſidue utebatur flaminica. id eſt, flaminis uxor, cui non licebat facere diuortium. Et eodem modo tenebatur nupta flameo, ut perpetuo cum uiro maneret. Lucanus de Martia iterum nubente Catoni,
Lutea demiſſos uelarunt flamea vultus.
Huius diminutiuum eſt Flameolum. Iuuena.
Sedet illa parato Flameolo.

Flaminia, flaminis domus, et flaminia uia Romæ, à Flaminio dicta.

Flaminica, ſacerdotula, ſiue Flaminis dialis uxor.

Flaminium, tegmen quo matronæ capita tegebant.

Flaminius, lictor, qui flamini Diali ſacrorum cauſſa præſto erat. Cornucopiæ.

Flaminius, ſacrorum præminiſter. Eſt etiam propriũ nomen ciuis Romani, à quo uia flaminia, circus flaminius, & forum flaminium.

Flamma, à Græco φλέγω, φλίζω, ardeo. inde Flammifer. Ponitur interdum metaphorice Flamma pro periculo. Cicero libro ſecundo Tuſcula.
Quid de cupiditate honorum loquar? Quæ flãma eſt per quam non cucurrerint hi, qui hæc olim punctis ſingulis colligebant? Idem in Bruto dixit Galbã eripuiſſe ſeſe de flamma iudicii, quum ſignificare vellet eum liberatum eſſe à periculo iudicialis damnationis. Terentius in Eunuc. Ex flamma te petere cibum poſſe arbitror. De fumo tendere ad flammã, ſignificat ire in periculum.

Flammeſcere, eſt flãmam fieri, accendi. vnde in hymno dicimus, Flammeſcat igne charitas, accendat ardor proximos.

Flammeus, a, um, Colu. lib. vi. Quædam partes eius regionis ſic infeſtantur Euro, quem incolæ Vulturnum adpellant, vt niſi uites tegminibus opacentur, uelut halitu flammeo fructus uratur.

Flammigena, è flamma genitus. Ce.

Flammiuomus, a, um. quod flammas uomit.

Flammo, mas, flammam produco. Vergilius libro tertio Georgicorum.
Exilit in ſiccum, & flammantia lumina torquens,
Sæuit agris. Hinc componitur Inflammo, quod eſt valde vel intus flammo. Cicer. Curioni, Non feci inflammandi tui cauſſa, ſed teſtificandi amoris mei.

Flandria, Germaniæ regio, ad littora Oceani Septẽtrionalis poſita, uarios habens populos, qui priſco nomine Cimbri dicti ſunt.

Flator, et flatus. vide in dictione flo, flas.

Flaueo, es, ui, fulgeo, & auri colorem reddo, à flammo, quòd ſit color non diſſimilis flammæ. Vel à flãdo, quòd fata metalla eum colorem habent. Colu. lib. ii. Sed æqualiter flauentibus iam ſatis, antequã ex toto grana indureſcant, quum rubicundum colorem traxerunt, meſſis facienda eſt.

Flaueſcere, eſt flauum fieri. Vergilius,
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.

Flauii, a flauo deduci dicuntur, ob crinium candorem. Erant enim apud Romanos familia ampliſſima. Flauiſſas priſci Latini dixerũt, quos Græci θησαυροὺς nominant, quòd in eos non rude æs argentumq́, ſed flata ſignataq́ pecunia cõderetur. Vnde per detractionem ſecũdæ literæ Fauiſſæ dictæ ſunt cellæ quædam & ſpecus, quibus æditui capitolini vtebantur ad cuſtodiendas res veteres religioſas. Meminit Gellius libro ſecundo capi.x. de quo etiã ſupra. Cornucopiæ.

Flauus color, ex viridi, rufo et albo cõcretus. hoc eſt, fuluo clarior, qualis eſt color auri. Et attribuitur quandoq́ melli. Mar. Flaua mella. Quandoq́ capillis. Ouidius libro .ii. Faſto.

Forma placet niueusq́ color flauiq́ capilli.

Quandoq́ ariſtis maturis. Verg. lib. i. Georg.

Neq́ illum Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo. Vbi Serui. Flaua ceres dicitur propter ariſtarum maturitatem. Sic flauam aquam, flauas frondes olearum dicimus. Vergi. lib. iii. Georg.

Turbidus & torquens flauentes hiſter arenas.

Flebile, quod dignum eſt vt fleatur, à quo flebiliter aduerbium, cum fletu.

Flecto, is, xi, xum, inclino, voluo, duco. Teren. in Hecy. Iſthuc eſt ſapere, vbicunq́ opus ſit poſſis animũ flectere. Vergilius lib. ii. Georgi. Et ipſa

Flectere luctantes inter vineta iuuencos.

Seruius, Cum quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiantur. Huius compoſita ſunt circumflecto, Circumplico, Circuo. Verg.

Præſtat trinacarii metas luſtrare Pachini

Ceſſantem longos, et circumflectere curſus.

Deflecto, de quo ſupra. Inflecto. Auguſtinus libro octauo Ciuita. Dei, Socrates primus vniuerſam philoſophiam ad corrigẽdos componendosq́ mores inflexiſſe memoratur. Reflecto, m idem flecto. Offlecto, de quo infra.

Flegeton, vide Phlegeton, quia Græcum eſt.

Flegma, vide in Phlegma. Suidas. φλέγμα οὐ λέγεται πρῶτον ἀπὸ τροφῆς, πρῶτον γὰρ ἀπὸ τροφῆς, τὸ αἷμα τὸ δὲ φλέγμα πρῶτον τῶν ἀπέπτων. ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλα ἄπεπτα ἀπὸ γὰρ φλέγματος. μεταβάλλεται ὀξὺς χυμὸς περὶ τὸν στόμαχον ἔστιν οὖν οὐχ ἁπλῶς πρῶτον, ἀλλὰ τῶν ἀπέπτων. id eſt, Plegma non dicitur primum ab alimento, primum enim ab alimento ſanguis eſt plegma. id eſt, pituita, primum eſt crudorũ, ſunt etiam alia cruda, à phlegmate. mutatur acidus humor circa ſtomachum, non abſolute primum ſed crudorum.

Fleumina, dicuntur quaſi fluomina, quum ex labore vix ſanguis effluit circa talum. autor Feſtus. Cornucopiæ.

Fleo, es, eui, etum, cum lachrymis plango. Ideo tantum hominum eſt, ſicut rideo. Hinc Fletus participium. Vergilius,

Hic multum fleti ad ſuperos, belloq́ caduci.

Id eſt, nobiles & conſpicui, quorum mortem magna lamentatio ſequitur. Fletus ſubſtantiuum. Compoſitum eſt Defleo, quod eſt valde fleo. Cicero libr. Tuſculanarum. Non exercitu amiſſo nudus in ſeruorum ferrum & manus incidiſſet, non liberi defleti, non fortunæ omnes à victoribus poſſiderentur. Græcum tamen eſt κλαίω, μικλαύσω.

Flexanima oratio, dicitur quæ animum flectere poſſit. Cicero. ii. de Orat. Sed tãtam vim habet illa quæ rectè à bono poeta dicta eſt flexanima, atque omnium regina rerum oratio, vt non modo inclinantẽ erigere, aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantẽ & repugnantem (vt imperator fortis ac bonus) capere poſſit. Cornucopiæ.

Flexanimus, quod animum flectit. Ce.

Flexibula, Satyræ nomen apud Varronem, quòd conſilium flectat. βουλὴ enim conſilium ſignificat. Cornucopiæ.

Flexile, penultima correpta, quod flexum eſt, ut uitis flexilis, quòd flexa ſit, & lapſu erratico torqueatur.

Flexipeda, hedera ab aliis poetis dicitur, quam Vergilius errantem uocat. Ce.

Flexipes, qui flexos pedes habet. Cornuco.

Flexo, xi, xum. eiuſdem ſignificationis eſt cum Flecto. Priſcian. A necto tamen nexui, quod tamen etiam necto nexi dicentes, & nexus, ut flexo flexi & flexus.

Flexumines, ſiue potius flexanimes. equites Romani erant prius celeres, deinde flexanimes, à flectendis animis vt quidam putant, ſiue potius à flectendis equis, poſtea Troſſuli, à Troſſulo, Thuſciæ oppido dicti. Cornucopiæ.

Flexura, curuatio. Cornucopiæ.

Fligo, is, xi, ctum, adfligo, quo uſi ſunt antiqui, vnde & Flictus, pro adflictus. Sylius, Galea horrida flictu Aduerſæ ardeſcit galeæ. Liui. Ipſe ſe in terram fligit cadens. Cuius compoſita ſunt Adfligo, Confligo, Infligo, & Profligo, quæ habent penultimam productam. Eſt autem adfligere, propeie proſternere & in terram extendere. Plinius, At canis illic horrentibus per totum corpus villis, ingenti primum latratu intonuit, mox in ceruicem aſſultans, contraq́ beluam exurgens hinc & illinc, artifici dimicatione, qua maxime opus eſſet infeſtans atque euitans, donec aſſidua rotarum uertigine adflixit, ad caſum eius tellure concuſſa. Cæſar, Neque ſi quo adflictæ caſu fuerint erigere ſeſe, atque eleuare poſſunt. Per tranſlationem ponitur pro perturbare, vexare. Senec. Vt animum uariis curis adflictum, oratione leniorem. Hinc Adflicto, as, frequentatiuum, de quo & aliis compoſitis locis ſuis.

Flo, as, aui, atum, ſpiro. Hinc Flatus, tus, pro ſpiritu. Et Flatus ventus, qui & ipſe ſpiritus eſt. Et Flatores antiquitus tibicines dicebantur, quòd flando tibias ſonaret. Et Flabellũ. Aliquando Flare, ſignare eſt, quòd æs ſiue aurum ſiue argentũ flando. hoc eſt, flatu calefaciendo ſignetur. Hinc Flatum æs, et Flata pecunia dicitur. Eius compoſita ſunt Adflo, quod eſt ad aliquid ſpiro. Cicero in Cato. Quũ admiraretur Lyſander, et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atq́ puram

et ſuauitatem odorum qui adflarentur è floribus. Per tranſlationem Lact.lib.vii. Non vidiſſe nec cō prehendiſſe philoſophos ueritatem, ſed ita leuiter odoratos, ut tamen unde eos odor ille ſapientiæ tā ſuauis, tā ineſſidus adflauerit, nullo modo ſenſerit. Id eſt, attigerit vel aſperſerit. Verg. Nāq; ipſa decorā, Cæſariem nato genitrix lumenq́; iuuentæ Purpureum et lætos oculis adflaret honores. Id eſt, flando dederat. Diſflo, flatu diſpergo, diſturbo. Plaut. Cuius tu legiones diſflauiſti ſpiritu. Lucilius lib.xxvi. Pars diſflatur vento, pars autem obrigeſcit frigore. Deflo, deorſum uel ualde flo. Varro, Vas fictile, eò quòd eſt leuiſſimum ac ſummum deflatum vt traiiciāt in alia vaſa. Inflo, turgefacio, quales ſunt utres uento diſtenti. Transferturq́; ad animum Lactantius lib.vi. Si efferatur ira, ſuperbia tumidus inflet. tractū à folle qui flatu turgeſcit. Hinc inflare, pro pulſare, ſiue tibia canere. Verg. Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus. Perflo. valde flo, ſiue multum commoueo. Idem, Et terras turbine perflant. Reflo, retro vel contrà ſpiro. Cic.lib.i. Tuſc. Sin autem reflantibus ventis, reiiciemur, tum eodem paulò tardius referamur neceſſe eſt. Idem li.ii. Offi. Nā quum proſpero flatu eius vtimur, ad exitus prouehimur optatos, et quum reflauerit adfligimur. Sufflo, ſubtus ſpiro, ſiue ſuperflo et turgefacio, Nonius, Sufflatum dicitur tumidum, et quaſi uento quodam latius factum. Et Sufflare, flatum facere. Auguſtinus lib.xii. de Ciuitate Dei. Quid eſt aliud ſufflare, quàm flatum facere. Conflo, et Efflo, alibi. A' Sufflo etiam fiunt duo compoſita, Inſufflo, et Exſufflo.

Floces uini, uuarum purgamenta. hoc eſt, uinaceæ, ſicut flaces oliuaeum, fæx à vinaceis expreſſa. Cecilius, Aedepol ego neque florem, neque floces uolo mihi, uinum uolo. Gellius, Appludam edit, et floces bibit.

Floci, lanarum particulæ diuiſæ à velleribus inutiliter euolantes, et per diminutionem Floculi. Varro, Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tōdere ſolent ne qui floci intereant. Plinius, Naſcuntur in eo bore pillulæ nucibus non abſimiles intus habentes floculos molles, lucernarum luminibus aptos. Nā et ſine oleo flagrant. Celſus ſigna mortiferi morbi eſſe ſcribit, ſi quis in febre et acuto morbo manibus in veſte floccos legit, fimbrias'ue diducit. Plinius lib.x. Hirundines nidum mollibus plumis flocisq́; conſternunt.

Flocifacio, et Flocipendo, à floco pro contemno, et in nulla æſtimatione habeo. Plaut. in Epidi. Dum tibi ego placeam atque obſequar meum tergum flocifacio.

Flora, Dea q̄dam à Romanis in honore habita. Hæc enim quū magnas opes ex arte meretricia quæſiuiſſet, populum Romanum ſcripſit hæredem, certamq́; pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore, ſuus natalis dies celebraretur editione ludorum, quos adpellāt Floralia, ſiue ludos florales. Quod quia ſenatui flagitioſum tractu temporis videbatur, ab ipſo nomine argumētum ſumi placuit, ut pudēdæ rei quædam dignitas adderetur, Deum finxerunt eſſe, quæ floribus præſit, eamq́; oportere placari, ut fruges cū arboribus aut uitibus bene, proſpereq́; floreſcerēt. Celebrabantur illi ludi omni cū laſciuia conuenientes memoriæ meretricis. Hæc à Græcis Chloria dicitur. Ouid. Chloris eram quæ Flora uocor.

Floralia, eius Deæ ludi ſeu feſta. Floralia etiam dicūtur loca in qbus ſunt flores. Varro. lib.i. de Re ruſt. Nec minus ea diſcriminanda, in conſerundo quæ ſunt fructuoſa ꝓpter voluptatem, ut quæ pomaria aut floralia adpellantur.

Florales ludi apud veteres celebrabantur cum omni laſciuia, et preter verborum licentiam, nudabantur flagittante populo meretrices, quæ mimarum functæ officio, in cōſpectu multitudinis ad ſatietatem uſq; impudicis motibus detinebantur. Cc.

Floreo, es, rui. Florere, eſt floridum eſſe, ſeu flores habere. Cic.lib.i. Tuſcul. Segetes largiri fruges, florere omnia, fontes ſcatere. Per tranſlationem Florere, eſt ſplendere, aut in aliqua proſperitate eſſe, ſiue excellere. Cic. in Læl. Magnaq́; Græcia, quæ nunc quidem deleta eſt, tum florebat inſtitutis et ꝓceptis. Lactantius lib.v. Iniuſti ac Deum neſcientes, et diuitiis, et potentia, et honoribus florent. Huius compoſita Defloreo, Effloreo, de quibus alibi. Et Refloreo, quod eſt rurſus floreo. Eſt et Floreo, as. unde et Præfloro. Gellius, Et expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, et futuri gaudii fructum, ſpes tibi iam præflorauerit.

Flores, dicti ſunt q ex arboribus vel herbis colliguntur, cuius diminutiuum Floſculi.

Floreſcere, eſt floridum fieri. Colu.lib.v. Ventiq́; nebulam et rorem peſtiferum celeriter adſiccant, multumq́; ad floreſcendum et ad bonitatem uini conferunt. Var.lib.I. de Re ruſti. Pratum aqua defendi debet, antequam floreſcere incipiat.

Floreus, a, um, quod eſt totum ex floribus.

Floridare. idem quod florere. vnde prata floridantia dicuntur.

Floridus, a, um, quod floribus abundat. Tibullus, Quum poſti florida ſerta darem.

Florifertum, dicitur quòd eo die ſpicæ ad ſacrificiū feruntur. Cc.

Floriger, et Florifer, ferens flores. Cc.

Florulentus, floribus plenus. Cc.

Flos ſalis, dicit̄ quædam ſalis fauilla, quæ leuiſſima eſt, humilioriſq́; naturæ, et crocei coloris, aut ruſi, ueluti rubigo ſalis. Natura eius aſpera et excalfactoria eſt, ſudorem facit, aluum ſoluit in vino.

Φλόξ, Græcè, Floa Latinè, flamma, Cc.

Fluctlo, catharrus dicitur.

Fluctiuagus, qui fluctuando uagatur.

Fluctuare, iactari, commoueri, in dubio eſſe, et inſtar nauis fluctibus agitari. Vergilius libro ſecundo Georgi. Ac lata fluctuat omnis Aere cetinenti tellus. Vnde fluctuatus, pro iactato. Plin. Delos diu fluctuata (ut proditur) ſola motum terræ nō ſenſit. Et lib.ix. Fluctuatuſq́; ſimilis exanimis.

Proprie

Proprie vero eſt fluctus agitare. id eſt, vndas ſacere. Plautus in Ru. Ita fluctuare video vehementer mare. Item ſignificat ſuper vndas eſſe. Pli. lib. xxxvi. Lapidem è Scyro inſula, integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Fluctuatim, aduerbium, iactanter, ſolute. Afra. Volo fluctuatim ire ad illum.

Fluctuoſus, vndoſus, pcelloſus, inquietus. Et p tranſlationem Fluctuans anima dicit, quemadmodum æſtuás, quum ira, aut curis, aut libidine, alio've morbo agitatur.

Fluctus, à fluo, et eſt aqua mota, in vnũ collecta, quæ vnda dici ſolet.

Fluentum, paruum flumen, ſiue decurſus aquæ. Hierony. in Ioſue, Trans fluenta Iordanis. Ambroſius lib. Hexa. Itaq; quũ tanta de terris erumpant maximorum fluenta amnium, Nilus effuſo Aegyptum ſtagnans flumine.

Flueſcere, eſt fluidum fieri, reſolui, Auguſti. libro xxi. de Ciuitate, Agrigentinum Siciliæ ſalem perhibent, quum fuerit admotus igni, velut in aqua flueſcere.

Fluidus, da, um, penul. corep. modo fluentem, modo humectum ſignificat.

Fluito, tas, pen. cor. frequen. ſignificat ſæpe ſiue continue fluo. Liui. lib. i. Tenet fama, quum fluitantem alueũ, in quo expoſiti erát pueri, tenuia in ſicco aqua deſtituiſſet. Et Flauitare, eſt ſupernatare. Plin. Omnes piſces quũ ſunt extincti fluitant, exceptis anguillis. Aliquando Fluitare, eſt ſolui ac relaxari.

Flumen, à fluo proprie eſt aqua fluuii decurrens, et maior eſt quàm riuus. Et Flumina dicuntur, quæ perennia ſunt, et continue fluunt. Torrẽtes, qui æſtate ſiccantur. Sed quando hoc nomen genitiuo iungitur, capitur pro fluxu ſeu curſu. Plini. Ne flumini eius riui eſſent impedimento. Hinc Flumentana porta Romæ, quàm Tyberis vrbem intrás, in ſiniſtra ripæ parte relinquit, dicta quòd Tyberis quandoq; in eam influxerit.

Flumineus, a, um, ut aqua fluminea, quæ ex flumine colligitur.

Fluminoſus, a, um. quod ex fluminibus abundat. ut regio fluminoſa.

Fluo, fluis, fluxi, fluxũ. pprie decurro. Verg. lib. i. Geor. Hæc eadem argenti riuos, æriſq; metalla
Oſtendit venis, atq; auro plurima fluxit.
Quoniã vero ea quæ fluunt, latius diffundi videntur, Fluere quãdoq; capitur pro latius atq; vberius excreſcere. Idẽ Georgic. ii. Tum deniq; dura
Exerce imperia, et ramos compeſce fluentes.
Rurſus, qa quæ decurrunt, quodámodo minui vidẽtur, Fluere pro deficere ſumitur. Idem,
Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri Spes Danaũ.
Hinc Fluxa dicimus, quæ inſtabilia ac momentanea ſunt, et cito peritura. Et Flere, pcedere, naſci. Lactã. lib. ii. Ab hac gẽte proximi quiq; populi multitudine increſcente fluxerunt. Item tranſire. Hieronymus, Iã altera fluxerat dies. Huius cõpoſita ſunt Adfluo, Confluo, Defluo, de quibus ſupra. Circũfluo, de quo Cicero in Lælio, per tranſlationem dixit. Et circunfluere, omnibus copiis, atq; in omni rerum abundãtia uiuere. Proprie Plinius, Id oppidum circũfluit amnis. Aliquando ſignificat cõcurrere. Idẽ, Poſtquã variæ undiq; gentes circunfluxere. Hinc Circunfluxus, pro concurſu. Et Circunfluus, qui circũfluit. Defluo, varie fluo. Lactã. lib. vii. Nã ſi terrenum et fragile corpus, poſt ſeceſſum animæ, non ſtatim defluit in terrã tabeſcitq;, ex qua illi origo eſt. Per tranſlationem, luxurior, prodigus ſum. Item conſumor, ac deficio. Teren. in Heaut. Vt illius animum qui nunc luxuria et laſciuia defluit, retundam et redigam. Influo intus fluo. Colu. lib. i. Sed ampla ſtabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit. Cæſar. A' lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit. Cicero in Lael. per tranſlationem dixit. Quibus blanditiis C. Papirius cõſul nuper influebat in aures. id eſt, facile introibat vel perſonabat. Interfluo in medio fluo. Perfluo, et transfluo, per mediũ fluo, ſpargo, non contineo. Teren. Plenus rimarum ſum, huc atq; illuc pfluo. Profluo, de quo alibi. Præfluo, antefluo. vnde Præfluxus, et Præfluuium, pro fluore alicuius rei antefacto. Præterfluo, vltra vel antè fluo. Liuius lib. i. Infima valle præterfluit Tybris. Quintilianus per trãſlationem lib. xi. Omnis diſciplina memoria conſtat, fruſtraq; docemur, ſi quicquid audimus præterfluat. Refluo, retro, ſiue ſurſus fluo. vnde Fluxus et Refluxus. Superfluo, ſuperabũdo, à quo Superfluus, flua, fluum. Colu. lib. iiii. Per medullã trãſmittit, quicquid aquarũ cœleſtium ſuperfluxit. Subterfluo, inferius fluo.

Fluonia, Iuno, quàm mulieres colebãt, quòd ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur.

Fluor, Fluxus, et Fluxio. idem ſignificant. Id eſt, pro fluuium. Auguſt. lib. vii. de Ciuitate Dei, Sed ibi eſt Dea Mena, quæ menſtruis fluoribus præeſt.

Fluſtrum, ſtatus maris, quum fluctibus agitatur.

Flutæ, anguillæ ſiue murenæ dicebãtur, in freto Siculo, quæ Græcè plotæ, quaſi navigabiles dicuntur, quòd in ſumma aqua mergi non poſſunt. Macrobius. Acceerſebãtur murenæ ad piſcinas abuſq; freto Siculo. Illæ enim optimæ eſſe creduntur, præſertim quæ Græcè plotæ, Latinè flutæ dicuntur, quòd in ſummo ſupernatantes, Sole torrefactæ, curuare ſe poſſe, et in aquam mergere deſinunt.

Fluuiale, quod ex fluuio eſt. vt aqua fluuialis.

Fluuiatile, penultima correp. quod in fluuio. viuit ut piſcis fluuiatilis, fluuiatilis, auis, fluuiatilis arena, quæ in fluuiis eſt. Plinius, Arenæ tria ſunt genera, foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet, fluuiatilis, et marina.

Fluuior, aris, depon. ſumitur pro abundo. Ioſephus lib. xviii. Nihil intereſt inter eos, an diues fluuiãtur, an pauper defraudatur.

Fluuius, à fluo. fluis, quod fluat ſemper. idem quod flumen.

Fluus, flua, fluum, quaſi fluens, ſed in compoſitione magis in vſu. vt Mellifluus, quaſi fluens melle.

Fluxura, libido, et mollicia Venerea. Scribit Cypria-

mus, caſtitatem eſſe exarmaturam fluxurarum. id eſt, libidinum.

Fluxus, xa, xum. quod eſt inſtabile, momentaneũ, et cito periturum. vnde Fluxæ res dicuntur. Poeta, Nos tibi ne fluxas Phrygiæ res vertere fundo. Conamur. Saluſti. Nam diuitiarũ et formæ gloria fluxa et fragilis habetur. Aliquando capiť pro largo, ac minime adſtricto. vnde Parthorum veſtimenta ſ fluxa fuiſſe Lucanus ſcribit.

Illic et laxas veſtes et fluxa virorum Velamenta vides. Aliquando pro ſoluto et liquefacto. Apul. lib. ii. Fontanos latices, de corporibus humanis fluxos. Et Fluxi, dicuntur libidinoſi, molles, effœminati. Sueto. in Tyberio. Druſus animi fluxioris, remiſſioſisq; vitæ erat. Martial. Cinædo curatior fluxo. Cyprianus, Vſq; ad hoc venimus, vt in cõparatione fluxorum de ſanctorum virtutibus diſputemus.

F ANTE O

Focale, pen. produ. genus ligaminis ad fauces, velut faſcia q̃dam colliũ ambiens, quòd fauces perſtringere non fineret et pronunciationi conduceret. Sene. libro. iii. Natur. quæſt. Videbis quoſdam graciles, et palliolo focaliq; circũdatos, pallẽtes, et ægros. Quint. li. xi. Palliolũ ſicut faſcias, qbus crura veſtiuntur, et focalia, et ligamina auriũ ſola excuſare poteſt valetudo. Dictum Focale, à faucibus au, in o, mutata. Quidam etiá accipiunt Focale, pro ferro ignito, quo criſpantur crines. Et ſic habet pri. corr. quum à foco deſcendat. Hora. in Serm.

Faſciolas, cubitale focalia, potus, vt ille.
Dicitur à collo furtim carpſiſſe coronas.

Focaneus, palmes dicitur, qui in fauce vitis naſcitur. vt eſt apud Colu. lib. v. Videtur, inqt, focaneus palmes, qui ſolet in bifurco medius prorepere. Et idcirco eum prædicto vocabulo ruſtici adpellãt, ꝙ inter duo brachia ſua ſe diuidit, vitis enatus velut fauces obſidet, ac vtriuſq; duramen trahens, alimenta præcepit. Et lib. vi. Focaneus eſt, qui inter duo brachia, velut in vena de medio naſcitur.

Focarius, ria, rium. quod ad focum pertinet. Hieron. lib. I. Reg. Filias veſtras faciet ſibi vnguentarias, et focarias. Vlpianus refert, Focariá et villicam inſtrumento fundi contineri.

Focatius panis, qui in foco coquitur. Gc.

Focillo, las, et Focillor, depon. ſignificat nutrio. Varr. lib. ii. de Vita patr. Sed ſuum quiſque commodum focillantur. Hinc componitur Refocillo, quod eſt recreo.

Focillus, diminutiuum à foculus à quo Focillo, las.

Focula nutrimenta. Plaut. in Per. Nam iam intus uentris fumant focula.

Foculo, las, pen. cor. nutrio, ſeu foueo.

Foculus, diminutiuum, qui etiam circumfertur. à teſta, teſtulæ nomen triuialiter adeptus. Gell. Tum illa foculum coram rege cum igni adpoſuit, et tres libros ex nouem decuſſit. Vale. lib. i. Quum carbaſum quem optimum habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

Focus, à fouendo, vel à flammis. dicitur id in quo ignis ſeruatur, vel ipſa ignis fomenta.

Ouid. libro ſexto Faſtorum,
At focus à flãmis, et quòd fouet omnia dictus. Idẽ,
Thure vacent aræ ſteriliq; ſine igne foci. Tibullus,
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Cato de Re ruſt. Folia ſubito, in foco calido ſub teſta coquito leniter. Ponitur etiam quãdoq; pro priuatis domibus, ſicut ara pro templo.

Fodico, cas, pen. cor. idem quod fodio. Cic. lib. iii. Tuſc. Nõ eſt enim in poteſtate fodicãtibus eis rebus, quas malas opinamur, diſſimulatio, vel obliuio. Hora. Emamus Qui fodicet latus.

Fodina, pen. prod. locus vbi quid foditur. vt aurifodina, vbi fodiť aurũ. Plinius, Odor, ex argenti fodinis inimicus omnibus aĩalibus, ſed maxime canibus.

Fodio, dis, fodi, foſſum. cauo, aro. vt, Fodere non valeo, mendicare erubeſco. Verg. lib. vi.
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.

Hinc Fouea, et Fodere, forare. Hiero. ad Heliod. Cerne manus Iudææ quas fixeras, cerne latus Romane quod foderas. Huius cõpoſita ſunt. Confodio, quod eſt, cauo, ferio, ſiue in totum ſoro. Plau. in Aul. Hic apud me confodere hortũ iuſſi. Salu. Inter confertiſſimos incurrit, ibiq; pugnãdo confoditur. Circunfodio, circuncauo. Colu. lib. iii. Arborem quã depoſueris ſæpius circumfodito. Defodio, vide ſuo loco. Effodio, extra fodio. Plaut. in Aul. Oculos ego hercle iſtos improba effodiam tibi ne me obſeruare poſſis ſi quid rerum geram. Infodio, intus plãto, pono ſeu ſepelio. Colu. lib. iiii. Campeſtris locus, alte duos pedes infodiendus eſt. Hieron. in Gen. At ille infodit eas ſubter terebynthum. Verg. lib. ii. Georg.

Ante ſupinatas aquiloni oſtendere glebas,
Quàm lætum infodias vitis genus. id eſt, obruas.

Perfodio, valde cauo, rumpo, ferio, perforo. Plau. in Aſinar. Vbi parietes perfoderis. Colum. lib. xi.
To grauibus raſtris cunctantia perfode terga.

Lactan. lib. iiii. Sed tantummodo latus eius perfoderunt. Gellius lib. ii. Quadringenti omnes tũ vnà perfoſſi gladiis aut miſſilibus operti, cadunt. Præfodio, ante fodio. Pli. li. vii. Præfodere ſcrobes, antè ſi fieri poſſet tanto donec pingui ceſpite obducantur. Refodio, rurſus fodio. Plin. Mus marinus in terras ſcrobe effoſſa parit oua, et ruſſus obruit terra, triceſimo die refoſſa aperit, fœtũq; in aquã ducit. Suffodio, ſubter cauo. Colum. libr. ii. Neq; ſuem velimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, et ceſpites excitet. Transfodio, trans, ſiue vltra, ab vno latere ad aliud fodio. Ouidius,
Gemino transfodis vulnere pectus.

Et hæc omnia habent fo, ſyllabam correptam.

Fœcundo, das, abundantem ſeu fructiferum facio.
Vergilius lib. iiii. Georgicorum,
Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena.

Fœcundus, da, dum. quod fructũ facit. à faciendo, ſeu ferendo, quòd ferax ſit, et ſæpe fructum faciat.
Ouid. libro quarto, Faſto.
Fœde ferens bos, eſt fœcunda q; dicta ferendo.
Hinc etiam Fœtus nomen habere putant.

Interdum ſumitur pro abundati et pleno. Hora. Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Huius contrarium eſt Infœcũdus,non feraa. Verg. Geor. ii. Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras. Infœcunda qdem Inde Infœcunditas,pro ſterilitate,ſicut Fœcũditas,pro abũdantia. Columella, Sæpenumero ciuitatis noſtræ principes audio culpantes,modo agrorum infœcunditatem,modo cœli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem.

Fœdare,polluere,inquinare,quaſi foras edere.id eſt, manifeſtare. Non fœda vel corporis vel animi foras eduntur. vnde Fœdare foras dare,diſcutere,diruere. Verg. Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras. Lactantius lib. v. per metaphoram. Sed fortaſſe,inquit,non ipſius vitium ſed poetæ fuit,qui inſignem pietate virum inſigni ſcelere fœdauerit. Et Fœdare, lacerare,cruentare. Sunt q hoc verbũ à fœtu deriuari putent,quoniam fœtando mares polluũtur. Item Fœdare abſumere. Liui. li. iii. ab Vrbe condita, Vis Sabinorũ ingens propè ad mœnia vrbs infeſta populatione venit, fœdati agri, terror iniectus vrbi eſt,et aliquanto poſt. Deinde duo ſimul mala ingentia exorta, fames peſtilentiaq́ fœda homini, fœda pecori,vaſtati agri ſunt,vrbs aſſiduis exhauſta funeribus,et mox multiplici clade fœdatus annus.

Fœdero,ras,pen.cor.foedus facio. vnde Foederati dicunt populi,q foedere icto cũ populo Romano ſocietatẽ coiuerunt. Nanq inter ciuitates prouinciarũ aliæ ciuiũ Romanorum,aliæ Latinorum veterum, aliæ foederatorum,aliæ ſtipendiariæ dicebantur.

Foedifragus,pen.cor.qui foedera frangit.

Foedus,da,dum.q eſt deforme. Teren. in Eun. Nunc tibi videtur foedus qa illam nõ habet. Ponit quãdoq pro execrãdo. Verg. lib. vii. Auerſusq́ refugit Foeda miniſteria. Quandoq pro crudeli. Teren. in Eunucho. O' facinus foedũ. Donatus, Foedum, crudele, Ea enim quæ crudelia ſunt et nefaria, ipſa crudelitate foeda et maruloſa dici poſſunt.

Foedus,deris,à ferio,vt qbuſdã placet.cum œ,diphthongo,ut e,longa ſit, quoniam ferio e, breue habeat, Vergilius lib. viii.

Stabant et cæſa firmabant foedera porca.

Quidam hoc nomẽ à fecialibus,id eſt,ſacerdotibus deriuant,per quos fiunt foedera. Alii à fide,quia in foedere interponebat fides. Alii à foede cædendo. Nam in vtriuſq partis foedera componentes feciales adducebant ibi firmato foedere porcã cædebãt ſilice, vnꝰ dicẽs, Sicut porca foede cadat,q foedera ruperit. Et proprie Foedus dicitur pax,quæ fit inter dimicantes. Accipitur etiam quandoq pro lege. vt apud Vergilium, Regemq dedit q foedere certo.

Foelicitas,proſperitas,cuius cõtrarium eſt Infoelicitas. Interdum Foelicitas ponitur pro Dea, quã Romani venerabantur. Auguſti. lib. iiii. de Ciuita. Dei, Quid foelicitas? Dea eſt ædem accepit,aram meruit ſacra ei congrua perſoluta ſunt.

Foelicito,foelicem facio. cuius cõtrariũ eſt Infoelicito,quod eſt, deſtruo. quod tam de diuitiis quàm de homine dicitur. Plaut. in Penu. Dii illum infoelicitent omnes.

Foelix,à foenus quidam deducũt,cõuerſione n,in l, quaſi beatus. hoc eſt, diues, et foenore plenus. Et dicit q proſperitatem habet. Verg. Viuite foelices quibus eſt fortuna peracta. iam ſua Aliquando dr, qui alios facit eſſe foelices. Idẽ, Sis foelix,noſtrũq leues quæcunq laborem. Id eſt proſpera et benigna. Aliquando commodum,utile. Martialis,

Illa manus quondam ſtudiorum fida meorum,
Et foelix domino notaq cæſaribus.

Aliquando pinguæ fœcundũ. vnde Foelices arbores quæ ſeruntur,et fructũ ferunt. Huic contrarium eſt Infoelix,quod quandoq ponitur pro aduerſo, Verg. li. vii. Quæ potui infoelix. Id eſt,aduerſa Troiania. Quandoq pro non fœcundo. Idem,

Infoelix lolium ac ſteriles dominantur auenæ.

Fœmina,minæ,mulier à fœto,tas. Hinc Fœmineus, nea,neũ. et Fœmininus,nina,num. Diminutiua Fœmella,Fœminella,et Fœminula. A' Fœmina,etiam fit Effœmino uerbum.

Fœnarius,ria,rium. quod ad fœnũ pertinet. ut falcea fœnariæ,quibus fœnum ſecamus.

Fœnebre,pen.ad placitum. quod ad fœnus pertinet. ut lex fœnebris,de credita pecunia. Siquidem crediti numi alios pariunt.

Fœneratitius,tia,tiũ. qđ datum eſt fœnori, uel quod ad fœnus pertinet. ut, Fœneratitia pecunia, quæ ex uſuris collecta eſt.

Fœnerator,qui dat ad fœnus., Græcè daniſta uocat.

Fœneratus,us. idem quod fœneratio,id eſt,mutuatio ad uſuram.

Fœnero,ras,pe.cor. ſignificat pecuniã,ſiue aliã rẽ ad fœnus mutuo,et datiuo,aliquãdo accuſatiuo iungitur. Terent. Metuiſti,ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululum,ne nõ tibi iſthuc fœneraret. Cic. Vt enim benefici liberalesq́ ſimus,non ut exigamus gratiã, neq enim beneficiũ fœneramus,ſed natura propenſi ad liberalitatẽ ſumus. id eſt,fœnori damus. Mar. Hæc ſapit hæc omnes fœnerat una Deos.

Fœneros,cum ablatiuo ſignifi. ad uſuram accipio. ut eſt apud li. Digeſt. xxxi. Si a ſit aliquis corũ uoluerit uendere partem ſuam uel fœnerari ſuper eã, poteſtatẽ habeat uendere cohæredi ſuo,et fœnerari ab eo. Res fœnerata. quæ ad fœnus tradita eſt.

Fœneus,a,um. quod ex fœno factũ eſt. Auguſtinus lib. iiii. Con. Popularis gloriæ ſectãtes inanitatem, uſq ad theatricos plauſus et cõtentioſa certamina, et agonem coronarum fœnearum.

Fœniculum,à fœnore,vt quidã exiſtimant,quaſi paruum fœnus. quòd ſemen terræ mandatum,magno fœnore reddat fructum. Græci marathron vocant. Oculorũ claritati miſe confert. Anguea per hyemẽ membrana corpori obducta fœniculi cibo impedimentum illud exuunt,quod ſenectus et uernatio adpellatur.

Fœniſeciũ,ipſa fœni ſectio,et veluti meſſis fœni. Var. lib. i. de Re ruſti. Nec primo anno rigari,nec paſci antè ſecunda fœniſecia,ne herbæ vellant,obteranturq́ hebetentur.

Fœniſex, ſecis, qui fœnum ſecat. Plinius lib. xviii. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat. Idem Fœniſeca, æ, penul. correp. quæ fœnariis falcibus fœnum in pratis ſecat. Columel. lib. ii. Ita necubi ferramentum fœniſecis poſſit offendere. Varr. lib. i. de Re ruſti. Herba in pratis ad ſpem fœniſecæ nata, non modo non euellenda in nutricatu, ſed etiam non calcanda. Idem paulò poſt. Sicilienda prata, id eſt, falcibus conſectāda, quæ fœniſecæ prætererunt.

Fœnogræcum, genus herbę, aliàs ægoceros dictum, quoniam ſemen corniculis ſimile habet. Gc.

Fœnum, dictum eſt, quòd ſine cura fœnus præbeat, uel quòd herbæ eædem manentes, quotannis nouas pariant. Hinc Fœnile, pro loco in quo ſeruatur fœnum.

Fœnus, noris, uſura. dicitur à fœtu. Nihil enim aliud eſt Fœnus quàm fœtus. hoc ē, partus pecuniæ. Quidam tamen à fundo, quod cum o, non u, apud antiquos ſcribebatur, quòd prouentus ſit ex naturali terræ fructu, poſtea uerò ad uſuram tranſlatū, quaſi pecunia per ſe fructum producat ſicut terra. Hinc vſura uorax auidumq; in tempore. Plautus in Aſina. Nam ſi mutuo nō potero, certū eſt, ſumam fœnore.

Fœnuſculum, dimi. Plau. ad Daniſtam, Adderes fœnuſculum.

Fœteo, tes, male oleo.

Fœtidus, male olens.

Fœtiſco, cas. fœtum facio, pario. Plinius libr. x. Accipitres totius Maſſyliæ humi fœtificāt. Vnde & Fœtificus, ca, cum.

Fœto, tas, fœtum emitto. Columel. lib. viii. Circa paludes in quibus plerunq; fœtant.

Fœtor, malus odor. Plau. in Aſina. Dic amabo, an fœtet anima vxoris tuæ?

Fœtuoſus, a, um. quod eſt plenum fœtu. Hiero. cont. Iouinia. Lippiētem, iam deformem, atq; fœtuoſam ſynagogæ typum prætuliſſe. Retinet hoc nomen u, quoniam fœtus eſt quartæ declina. Sic ſumptuoſus, fructuoſus, luctuoſus, actuoſus, quæſtuoſus. Quæ ueniunt ab aliis decli. non tenent u, vt, fabuloſus, doloſus, uitioſus, portentoſus, & huiuſmodi.

Fœtura, genitura, & pariendi tempus. Varr. lib. ii. de Re ruſti. Adpello fœturam à conceptu ad partū. Hi enim primi prægnationis, & extremi fines. vnde & pro animalium prouentu ponitur. Vergil.
Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.
Plinius optima fœtura eſt poſt uernū æquinoctiū. Transfertur etiam ad inanimata. ut fœtura pratorum. Idem ad opus ſuum tranſtulit, quum in principio ait. Opus natum apud me, proxima fœtura licētiore epiſtola narrare conſtitui.

Fœtus, tus, à ferendo, vt inquit Ouid. ſeu à fouendo, quoniam et dum in utero eſt, & poſtquam eductus fœtus eſt à matre, fouetur. id eſt, calefit. Eſt autē Fœtus generale nomen ad omnia animalia, etiam ſi ſint oua. Etiam ad arbores. Verg. lib. i. Georg.
Hic ſegetes, illic uerdunt felicius vuæ. Alibi,
Arborei fœtus. Id eſt, fructus, ut poma.

Fœtus, ta, um, plenus. Vergi. Loca fœta furentibus auſtris. Et Fœta mulier, dicitur grauida. Idem,
Non inſueta graues tentabunt paſcua fœtas.
Idem dicitur partu liberata. hoc eſt, quæ peperit. ut,
Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro.
Enixā aūt fuiſſe lac, quod pueris præbebatur, oſtēdit Colu. lib. viii. Huic pecudi nocet æſtus, & præcipue fœtæ, quæ gelicidio hyemis cōceptum fecit. Huius compoſita ſunt, Confœtus. Feſt. Confœtus ſus, dicebatur, qui cū omni fœtu adhibebatur ad ſacrificium. De fœtus, & Effœtus. de quibus alibi.

Foliaceus, a, um. quod ex foliis factum eſt. Plinius li. xix. Paucis foliacea et lata, vt atriplici ſunt ſemina.

Foliatus, a, um, quod habet folia. unde Foliatum vnguentum pretioſum. dictum unguentum nardinū, à nardi folio quo confectum eſt, Hoc Plinius ſcribit conſtare omphatio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balſamo. Plautus in Cur. Græca dictione ſignare uoluit, dicens, Tu Petalion, Petalon enim Græci vocant folium.

Folium, Græci φύλλον dicunt. ſed ideo per ſimplex l, ſcribitur, quia antiqui non geminabant conſonantes. Eſt aūt Folium quod in libris ponitur, à palmarum foliis, in quibus olim ſcribi ſolebant, & Græca uoce phylura adpellatur. cuius extremitas margo dicitur. & Pagina, vtraq; pars folii, nam Foliū duas paginas habet. Veteres etiam quarūdam arborum liberis, hoc eſt, corticibus ſcribere ſolebant. Ex quo Libri, & per diminutionem Libelli. Et codices, à codice, qui & caudex uocātur, ex quo cortex extrahitur. Hinc componuntur Trifolium, Quinquefoliū, Græcè pentaphyllon. Latifolium, quod habet lata folia. Millefolium, Græcè myrlophyllon, herba. Et huiuſmodi multa.

Follico, cas, pen. corre. ſignificat inſtar follium reciproco ſpiritu nares agito. Apul. lib. ix. Follicantes nares languidas. Hieronymus caligas monachorū follicantes dixit. pro calceis laxis, & enormitate flaccentibus, quales hypocritæ geſtant, ut contemptores humani cultus eſſe uideantur.

Folliculare, pars remi, quæ folliculo tecta eſt. A' quo uitta follicularis dicta eſt.

Folliculus, quum ſit dimi. à follis, ponitur tamen pro vulga. Nam (vt Plinius inquit) antea bulga uocabatur. Quandoq; pro theca frumenti, vel lini, vel cuiuſlibet alterius rei, quæ granum continet inuolutum. vnde in Exodo legimus. Linum iam folliculos germinaret. Quandoq; pro corpore. Lucil. libro xxvi. Et ſi quis ſum, & quo folliculo nunc ſum indutus, non queo.

Follis, maſcu. gen. inſtrumentū quo attrahitur uētus, atq; emittitur ad ignē excitandū. Vergi. lib. viii.
Alii uentoſis follibus auras Accipiūt redduntq;.
His vtuntur ferrariæ argentariæq; officinæ. Vtūtur et coqui, ſed paruulis, ne opus ſit ignem inſufflare buccis. quod qui faciunt, ſuffitores uocātur. Primus Anacharſis philoſophus folles ignis exuſcitatores inuenit. ut refert Stra. lib. vii. Et Follis, ſiue Folliculus, dicitur uter, id eſt, pellis flatu plena. Liui. lib. ix.

Eques

Eques folliculis in caſtra frumẽtum veheret. Ibi accipere videtur pro ſacculis et crumenis. Rurſus Follis, pilæ genus, ex pelle atq; inflatione factũ, et pugno redditur, à flatu nomen habens, ſiue quod veteres Follem pellem dicebant. Et per diminutionem Folliculum. Martialis,

Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas.
Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

Suet. in Augu. In diminutiua forma dixit, Separauitq; pilã à folliculo. quum pila ſit illa puſilla, folliculus ſit illa vento intumeſcens. Poſt bella ciuilia ad pilam primo folliculumq; tranſiit. Quoniam uero Follis pugno percutitur, pugillatorius follis quãdoq; vocatur. Plau. Exemplo hercle ego te follem pugillatorium faciã, et pendentẽ curſabo pugnis periuriſſime. Quandoq; accipitur pro marſupio, receptaculoq; numorũ. Iuuenal. Et tenſo folle reuerti. Hinc Follitus, pro bene numato, & follibus numariis pleno, à Plau. in Epid. dictus eſt. Nam ſicut folles pilæ vento intumeſcũt, ita crumenæ pecunia turgent, à qua ſimilitudine inditum nomen. Ex diſciplina militari decem folles, hoc eſt, decem ſacci (vt Veget. verbis vtar) per cohortes ſingulas exponebantur, in quibus militum pecunia condebatur.

Fomentum, à fouendo. id eſt, calefaciendo, vel nutriẽdo. vnde Fomenta dicuntur adplicationes rerum calidarum, ſeu humidarum, ad partes corporis læſas, medendi gratia, quæ & Fotus adpellantur. Plinius, Decoctura eorum cœliacos iuuat potione & fotu.

Fomes, fomitis. à fouendo, hoc eſt, nutriendo ignem dicitur. Eſt enim aſſula ex arbore excuſſa, dum cæditur. Ponitur & pro omni materia ſicca, in qua facile ignis inflammatur. Vergilius,

Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitq; ignem foliis, atq; arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam.

Per tranſlationem Fomes dicitur, quicquid excitat nos, & accendit ad aliquid agendum. Gelius, Fomitem eſſe quendam dicens, & incitabulum ingenii virtutisq;, ſi mens & corpus hominis vino flagraret.

Fons, à fundendo, quòd inde fundat aquam, tam maſcul. quàm fœmi. gene. Inter fontem & puteum, hoc intereſſe Auguſti. putat, quòd omnis puteus, fons, nõ omnis fons, puteus. Vbi enim de terra aqua manat, & ſe vſui præbet haurientibus, Fons dicitur. Si autem in alto & in profundo ſit, ita puteus vocatur, vt Fontis nomen non amittat. Græcè Fons πηγὴ, ad κρήνη dicitur. Vnde pagus ſimul poſitæ villæ. id eſt, ruſticanæ domus plures, nomẽ accæpit, quòd circa fontes hæ ponerentur.

Fons Solis, eſt in Libya. de quo Plinius lib. xi. Iouis Ammonis fons, interdiu frigidus, noctibus feruet.

Fontanus, a, um, quod ex fonte eſt. vt aqua fontana. Plinius, Fontanæ aquæ cyathos duos.

Fonticulus, diminutiuũ, paruus fons. à quo Fõticellus. Pli. Vbicunq; moueris humũ, fonticuli ſcatent.

Fontinalia, fontium ſacra.

Fontinalis, porta vrbis Romæ, ob propinquitatẽ ſcaturientium fontiũ. Eadem Capena vocabaẽ. Iuuc. Subſtitit ad veteres arcus madidamq; Capenam, Liuius, Aediles alteram porticum ad portam Fontinalem, ad Martis aram, qua in campos iter eſſet, perduxere.

Forago, penul. produ. à ferendo, filum quod à textricibus fertur, vt diurnum opus diſtinguant. Quãuis etiam à forando dici poſſe videatur.

Foramen, penul. produ. quaſi dimi. à foribus. Siſen. lib. iiii. hiſt. Neq; porta, neq; foramen erat, quo poſſet eruptio fieri.

Foras, & Foris, aduerbia. primum ad locum, ſecundum in loco, & de loco ſignificat. ut, Egredior foras. Tu moraris foris. Ponitur quandoq; Foras loco præpoſi. Hiero. Foras portam ſepelierunt corpora martyrum. A' Foris fiunt compoſita Aforis, & Deforis, penulti. correp. Geneſis. Et incluſit eum dominus deforis.

Foratia, à foro, mulier villatica, quæ fructus uillæ uenales, ut pullaſtros, pipiones, poma, nuces, & huiuſmodi, in forum defert.

Foratus, tus, idẽ quod foramen. Lactan. lib. de Opi. Oculorum orbes concauis foraminibus cõcluſit. à quo foratu frõtem nominatam Varro exiſtimauit.

Forbea, genus cibi à ueteribus dicebatur, quo calido ueſci ſolebant. à furno dicta. Cornucopiæ.

Forcipes, penulti. correp. à foruo, & capio. quaſi foruicapes dictæ ſunt, quibus forua, id eſt, calida capiuntur. Virgilius libro octauo.

Verſantq; tenaci forcipe maſſam.

Et eſt tam maſcu. quàm fœmi. generis, ſecũ. Priſcia.

Forcus, nomen uiri proprium, qui tres filias habuit Gorgonas, Stennio ſcilicet, Euryalem, et Meduſam, quæ nimis locupletes fuerunt. et Gorgones dicuntur. id eſt, terre cultrices.

Forda, bos prægnans, à ferendo. Ouidius,

Forda ferens bos eſt, fœcunda q; dicta ferendo.

Vnde et ſacra Fordidalia, qbus prægnantes boues imolabãtur. Priſci Horda & Hordicia dicebant.

Forem, res, ret. pro eo quod eſt eſſem, ſes, ſet. cætera declinatione deficit, inquit Diomedes, Sall. Iug. Nã ego quidẽ uellẽ et hæc quæ ſcribo, et ea quæ antea in ſenatu quæſtus ſum, uana forent. Fore uero, habet ſignificationẽ participii futuri, unà cum infinito eſſe. Idem eſt Fore, quod futurũ eſſe. Ideo iungiẽ cum nomine, non cum participio. ut, Spero te amicum fore. non, amaturum fore. Cice. Trebat. Scribit ad me Cæſar, ſe tibi nõdũ familiarem eſſe ſatis, propter occupationes ſuas, ſed cito fore. Q̃ ſiq; etiam cum participio præſen. quod eſt cõtra Vallam. Cæſar, Nonnulli etiam Cæſari nũciabant, quum caſtra moueri, aut ſigna ferri iuſſiſſet, non fore dicto audientes milites. Compoſita uero ſine nomine, et ſine participio. Vergilius,

Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur adfore tempus.

Eſt aũt Adfore, adfuturũ eſſe. Adforẽ, adeſſem. Ver.

Atq; utinam rex ipſe, noto compulſus eodem,
Adforet Aeneas, Cic. Ser. Sulpit. Maior mihi ratio

adfore nulla poteſt, quàm cõiunctio cõſuetudinis

ſermonumq́ noſtrorum. Abfore, de quo ſupra. Confore, conuenire, et concordes eſſe. Terentius in Andria. Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt, et ſpero confore. Id eſt, conuenturos eſſe. Defore, deeſſe. Cicero cõtra Rul. Verũ arbitrãtur nõ defore, q illã reſtituerent. Profore, profuturum eſſe. Horatius,

Quæ nocuere ſequar, fugiam quæ profore credam.

Perfore, valde futurum eſſe. Cice. Appio Pul. Tunc mihi ille dixit quòd claſſe tu velles decedere, perfore accõmodatum tibi, ſi ad iſtam maritimam partẽ prouinciæ nauibus acceſſiſſem.

Forenſia, veſtes quibus in foro vtuntur, ſicut Cœnatoria, quibus domi vtebãtur in cœna. Sueto. de Auguſt. Forenſia ãſit et calceos nunquã non intra cubiculum habuit. Alio nomine dicuntur togæ forẽſes.

Forenſis, duobus modis accipi poteſt. Vno, quum à foro deſcendit, in quo iura redduntur. vt cauſſæ forẽſes, & Forenſes qui in foro verſantur, quos Græci pragmaticos dicunt. Et Forenſes, qbus vtimur in foro. vt Forenſis eloquẽtia. Sic veſtimenta forẽſia dicuntur à Col. quæ foris nõ in domo geruntur. Et Forenſia, neut. gen. ueſtis quam ad forũ proficiſcentes ſumebãt. Apol. Forenſi tuga indutus accumbebat. Alio quum à foris aduerbio fit. Ambr. lib. iii. Offic. Non ſecundum forenſem abundantiam æſtimandã beatitudinem ſingulorum, ſed ſecũdum interiorem cõſcientiam. Idem lib. Hexa. Quæ ſignis forenſibus internam exprimet voluntatem.

Fores, propriè (inquit Seruius) quæ foris aperiuntur. Vnde Plutarc. memorat, primum Valerio publicolæ fratri, quum de Sabinis triũphaſſet, domum publice poſitam, cuius fores extra aperirentur, quum antea cæterorum ædium intrò referando pellerentur, vt ex hac conceſſione honoris adpareret quotidie eam domum aliqoid publice admiſſuram. Valuæ, quæ intus reuoluuntur, et ſe velant. Hæ per diminutionem Foriculæ adpellantur. Ianua, primus domi ingreſſus, cætera intra ianuam oſtia, ſiue valuæ, ſiue fores generaliter uocantur. quãuis uſus iſta corruperit. Hoc nomen etiam ſingulariter declinatur. Ouidius libro primo de Amo.

Difficilem moto cardine pande forem.

Cic. pro Cor. Aperuit forem ſcalarũ. Teren. Quidnã fures crepuit? Vbi Dona. Fores, ſingularis nume. nominatiui caſus. Plautus in Amphit. Orationem comprimam, increpuit fores. Horatius,

Exclusus fore quum longaremus fures intus.

Forſices, penul. cor. quibus telam ſeu fila incidimus, à ferro et filo dicti. Huius diminutiuum eſt Forſiculi. Plin. lib. xxxv. Præterea mirum inuẽtum eſt, quòd inciſum forſiculis (vt diximus) ſcribant.

Fori, numero plur. ſunt tabulata nauium, vel locus in naui apertior, qui iter nauẽ perambulantibus præbet. ab eo q per eos ferantur inceſſus. Cice. in Cato. Quũ alii malos ſcandant, alii per foros curſitẽt, alii ſentinam exhauriant. Item Fori, dicuntur Circenſia ſpectacula. id eſt, loca erecta vt ex his ſpectetur. Liui. lib. i. Tum primũ circo, qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca à patribus eqtibusq́, vbi ſibi ſpectacula quiſq; faceret, Fori adpellati. Ex his minores Forulos dicimus, qui armariola quãdoq; ſignificant ſiue capſulas, in quibus ſeponuntur libri. Suet. in Aug. Hos quoq; delectu habito condidit, duobus forulis auratis, ſub Latini Apollinis baſi. Iouen. Hic libros dabit, & forulos, mediamq́ Mineruam. Apud Verg. pro oppidanis accipimus Forulos, quum ait lib. vii. Caſperiamq́ colunt forulos & flumen Hymellæ. Fori etiam in agris ſunt, veluti parui ſulci & oblongi. Colu. Anguſtosq́ foros aduerſo limite ducens. Hinc Foruli diminutiuum à Fori, de quo modo diximus.

Foria, ſtercora liquidiora. ſic dicta, quòd facile ferãtur foras.

Forica, pe. cor. locus in quẽ alui ſtercora deiicimus. Iuuen. Inde reuerſi Conducunt foricas. Et propriè de publicis dr̃, latrina de priuatis, à latendo.

Foriculæ, diminutiuum à fores. Varro lib. i. de Reruſti. Et ideo oporotheeas qui faciunt ad aquilonem, vt feneſtras habeant, atq; ut perflentur curant, neq; tamen ſine foriculis, ne quum humorem amiſerint, pertinaci vento vieta fiant.

Foriculus, Deus putabatur, qui foribus præerat. ſicut Cardinea Dea, quæ cardinibus præerat. Et Limentinus Deus, præerat limini.

Forinſecus, pen. corre. ſignificat quod à foris eſt, ſicut Intrinſecus, quod eſt intus. Augu. lib. xxi. de Ciuita. De pomis terræ Sodomorum forinſecus quaſi maturis, intrinſecus fumeis.

Forio, ris, iui. ventrem deonero, foras eiicio, cuius cõpoſitum eſt Conforio. Pompo. in Mago. Conforiſti me Diomedes.

Foriolus, cum accen. in antepe. qui ventrem ſolutum habet, et foria facile emittit. Laberius, Foriolus eſſe videris, in coleos cacas.

Forma, facies cuiuſq; rei quæ immobilis eſt et naturalis. Vultus, et mouetur et fingitur. Teren. in Andria, Forma et vultu Soſia adeò modeſto. Qñq; tamen ſpecialiter pro pulchritudine ſumitur. Horatius lib. I. Carminum, Forma captiuæ dominũ Tegmeſſæ. Inde Formoſus. Trãsfertur ad architectos pro deſignatione. Cicero lib. I. Offi. Formam quidẽ ipſam Marce fili, & tanquam faciem honeſtatis vides. Hinc compoſita fiunt Conformis, Deformis, Informis, Vniformis, Multiformis, Semiformis, et huiuſmodi adiectiua. Columel. lib. ix. Quæ cuncta remedia creduntur eſſe aduerſus tonitrua, quibus vitiantur oua, pulliq́ ſemiformes interimuntur, antequam tot partibus ſuis conformentur.

Formella, diminutiuũ à Formula. Hiero. lib. Regum, Accipe fratribus tuis decem formellas caſei.

Formiæ, Latina vrbs maritima, iuxta Caietã, quã Lacones cõdidere. Strab. li. v. ſcribit, oppidũ Formias eſſe maritimũ, vltra Tarracinam, quod prius Hormias, ab ὅρμον, id eſt, ſtatiõis bonitate adpellabãt.

Formica, à ferendis micis dicitur. Mica uero ppriè puluiſculus ille, qui in arena quaſi argẽtum fulget, A' quo et panis et omnium rerum minime partes micæ dicuntur, quaſi minutim cadentes. Vel dicitur

ſimpliciter à ferendo. quòd nullū aīal frequentius pondera cōuchat, neq; (ſi menſuram corporis reſpicias) maiora. Inde fit diminutiuum Formicula.

Formicæ Indicæ, cornua habēt. Egerunt aurū ex cauernis terræ in regione Septētrionalium Indorum, qui Dardæ uocantur. colorem fellium habent, magnitudinem Aegypti luporum. Aurum ab his hiberno tempore erutum, æſtate Indi furantur illis, propter calorem Solis in cuniculis latentibus.

Formicatio, vitium corporis, quum parua tubercula rotūda & pinguia corpus infeſtant. Plini. Cinis muliebriū crinium, quum fuerint cōbuſti, addito melle ſanguinem ſiſtit illico, & formicationem corporū. Dicta Formicatio, quòd veluti exeſſe carnem formicæ videantur. Et Deformicatum, dicitur à formicis ſubmerſum, quibus confoueri ſolitum erat.

Formicinus, a, um, penultima produ. quod eſt formicæ. Plautus, Homo formicinus.

Formidabile, quod eſt formidandum.

Formido, penul. produ. pauor, à ferendo, vt quidam ſentiunt, quòd vehementius in mouendo vt ab ſe abeat, foras fertur. Cicero, Formidinē metum permanentem diffiniunt.

Formido, das, magnum timorem habeo. Plautus in Cap. Nimis q; hercle illum male formidabā. Huius compoſita ſunt Deformido, & Reformido, quæ ſignificant valde formido. Columel. lib. i. Si vexationem uix non reformidet.

Formidoloſus, et actiue et paſſiue ſumitū, pro eo qui timet. Terē. Egon' formidoloſus? id eſt, ego'ne q timeam? Et pro eo qui aliis timorem infert. Salluſti. Regibus boni quàm mali ſuſpectiores ſunt, ſemp q; his aliena virtus formidoloſa eſt. id eſt, q formidatū.

Formo, mas, formā impono. Lactā. lib. ii. Nam ſolis Lunæ q; ſimulachra humanum in modum format. Huius cōpoſita ſunt Conformo, ſimul formo, configuro. Gelli. lib. ii. Hippocrates in eo libro de quo ſupra ſcripſi, quum et numero dierum quibus conceptum in vtero coagulum conformatur. Cice. lib. iii. ad Heren. In primo loco rei totius imaginem cōformabimus. id eſt, in formam cōponemus. Aliquādo Conformari, eſt quaſi adſimulari. Idem Lentulo, Verumtamen me ipſe conformo ad eius voluntatem. Hinc Conformatio, quæ pro figuratione ponitur. Cice. lib. i. Tuſcul. Quaſi vero intelligant, qualis ſit in ipſo corpore, quæ confirmatio, quæ magnitudo, qui locus. Aliqū pro exornatione Rhetorica, q fit quum perſona fingitur, aut quum res muta ſiue informis fit eloquens et formata. Græco uocabulo dicitur Proſopopeia. Deformo, deſtruo, & quaſi de forma deiicio. Cice. Qui ſunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginenſes. Quandoq; maculo, & turpem facio. Lactan. libr. de Opif. Quàm mirabili, quàm diuina ratione molitus eſt, ut tamen hiatus ipſe naſi, oris ſpeciem non deformaret. Interdū Deformare, eſt perfecte formare, figurare, deſignare. Vitru. Architectus graphidis peritus, ut deformare poſſit lineis imitationem quam uelit ædificiorū. Var. lib. iii. de Re ruſtic. Inter quas ic sui deforma-

tus ad tabulæ literariæ ſpeciē. Informo, formā do, & inſtruo. Lact. Chriſtus inſtructus venit in terram vt eam doceret, hominemq; informaret. Reformo, in priorem formā pono. Lactan. lib. i. Pedes quoq; claudorū ad officiū gradiendi reformauit. Trāſformo, in alterā formā formo. Idem lib. vii. Et trāſformabit Deus hoīem in ſimilitudinem angelorum.

Formoſus, pulcher, à formo calido, quòd ſanguie caldiore forma acqritur. Contrà langueſcente corpore forma perit. Hinc diminutiuum Formoſulus.

Formula, parua forma. diminut. eſt, & capitur nonnunquam pro lege & inſtitutione. Cice. lib. iii. Offi. Nondum Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Et Formulæ dicuntur, quæ nos inſtrumenta vocamus.

Fornacalia, feriæ, farris torrendi gratia inſtitutæ, q ad fornacem quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Ouidius lib. i. Faſt. Facta Dea eſt fornax, læti fornace coloni. Et paulò poſt,

Curio legitimis tunc fornacalia verbis
 Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit.

Fornax, caminus, vbi coquuntur lapides, à formo calido, vel à furuo atro. Fornacula, diminutiuum eſt à fornax.

Fornicarius, a, um, quod fornicatur, ut mulier fornicaria, quæ (vt Hierony. inquit) ea dicitur, quæ copulatur cum pluribus. Adultera, quæ unum uirum deſerens, alteri iungitur.

Fornico, cas, penul. correp. fornices facio, vel ſpeciē fornicum adſumo. Pli. lib. xi. Ruentes ceras fulciūt pilarū inſtar interius à ſolo fornicatis, ut ſit aditus ad ſarciendum.

Fornicor, idem eſt quod meretricor. Eſt autem Meretricari cū meretricibus coire. Eſt etiā paſſiuū à fornico, ſignificans incuruari. Plin. lib. xvi. Populus cōtra omnia inferiora panditur, palma ecōtrario fornicatur. Dictum fornicari, à fornicibus, in quibus meretrices eſſe conſueuerunt.

Fornix, nicis. pen. cor. gene. maſcu. arcus in ædificiis, & quodcunq; opus concameratum, à furno atro. Loca aūt in arcum ædificata ſubobſcura ſunt. Cice. Videt ad ipſum fornicem Fauianū. Quoniā verò meretrices in huiuſmodi locis, id eſt, ſub fornicibus habitare conſueuerunt. ponitur Fornix pro lupanari, ſeu meretricia cella. Seneca lib. i. Controuer. Redoles adhuc fuliginem fornicis. Et in Pria. Nigri fornicis oblitus fauilla. Hinc fornicor, et fornicarius, vnde fornicariæ mulieres. Iouena.

Lenonum pueri quocunq; in fornice nati.

Fornucalis, quaſi fornucalis, forceps dicebatur. Ce.

Foro, ras, penetro, q̄ſi foras do. Col. li. vi. Amygdala ſi parū ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, et ita librū arboris inoleſcere finito. Hinc Perforo, pe. cor. quod eſt multū foro. Idem lib. v. Sed aliud eſt ferramentū, quo priores vitem pforabant. Liuius, Vna tamen perforata nauī. In foro, de quo alibi.

Forpices, pe. cor. qb' icidimus pilos, à ferro et pilo.

Forſitan, fors fuerit. Sidon. Remigio.

Forte, & nomen eſt ablat. caſus, à fors, quod capitur

pro fortuna. Hora. lib. i. Ser. Qui ſi Mœcenas vt nemo quã ſibi ſortem Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit illa Contentus viuat. Nec habet alios caſus niſi ablatiuum ſingularem. Verg.

Forte ſua Libycis tempeſtas adpluit oris.

Et aduerbium dubitandi. Verg. in Bucol.

Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.

In qua ſignificatione accipiſitur Fortaſſis, Fortaſſe, Forſan, Forſitan, et Forſit, quæ aliquando accipiuntur pro temere. Aliquando ſunt aduerbia dubitãdi. Horatius lib. i. Sermo.

Diſſimile hoc illo eſt, quia non vt forſit honorem. Iure mihi inuideat quis.

Forteſco, ſcis, fortis fio. Næuius, Creſcit annis, et forteſcunt uires.

Forticulus, diminutiuum à fortis. Cice. Quamuis idẽ Epicurus forticulum ſe in torminibus et in ſtranguria ſua præbeat.

Fortifico, cas, fortem facio. Plau. Fortifica animum.

Fortis, à ferendo dicitur, quòd æquo animo ferat aduerſa, et quòd infractum habeat animũ. Quandoq; qui validis viribus præditus eſt. Quandoq; celer. Vergilius, Si fœmina forti Fidis equo.

Quãdoq; formoſus. Plautus, Ecquid fortis viſa eſt. Quandoq; diues. Idem, Eam ſororem ſpondidiſſe ſuam in tam fortem familiam.

Fortitudo, eſt conſyderata periculorum ſuſceptio, et laborum perpeſſio, vel (vt alibi Cicero definit) eſt ſcientia rerum perferendarum. Vel, adfectio animi in patiendo ac perferendo ſummæ legi parens ſine timore. Macrobius, Fortitudinis eſt, animum ſupra periculi metum agere, nihil q; niſi turpia timere, tolerare fortiter vel aduerſa vel proſpera. Fortitudo præſtat magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtãtiam, tolerantiam, firmitatẽ.

Fortuitus, ta, tum. penult. indiffe. quod caſu accidit, à fortè et eundo, ut quidam aiunt. Auguſtin. lib. v. de Ciuit. Fortuita dicunt eſſe, quæ vel nullas cauſſas habent, vel nõ ex aliquo rationabili ordine veniũt. Hinc fit aduerbium Fortuito. Eſt et Fortuitus nomẽ quarti ordinis, vt apud eundem lib. xi. Et ſicut non eſt conſequens, vt fortuitu potius quàm ratione diuina, Deus non alio, ſed iſto in quo eſt loco, mundũ conſtituerit.

Fortuna, eſt euentus bonus. Vergilius,

Forte ſua Libycis tempeſtas adpulit oris.

Terẽtius, O fortuna, ò fors fortuna. Donatus, Aliud Fortuna eſt, aliud fors fortuna. Fortuna, dicta eſt incerta res. Fors fortuna, euentus fortunæ bonus. Nã fors fortuna eſt, cuius diem feſtũ colunt, qui in arte aliqua viuunt. Aliquando fors, pro forſitan.

Fortunatæ inſulæ à fructuum vbertate dictæ ſunt, de quibus Strabo libro primo ſic inquit. Fortunatæ inſulæ, contra Mauritaniæ finem ad Occidentem ſunt. Quam quidem ad partem et Hiſpaniæ terminus concurrit. Ex ipſo autem nomine manifeſtum eſt, quoniam et has ipſas felices exiſtimabant, quia huiuſmodi locis propinquæ forent. Fuerunt autem ſex numero, quarum prima Ombrion, ſecunda Iunonia, tertia eodẽ nomine, quarta Capraria, quinta Niuaria, à perpetua niue nebuloſa, ſexta Canaria, plena canibus ingentibus.

Fortunatim, aduerbium, ſignificat proſpere. Plaut. Si dederit Iupiter vt fortunatum omnia ſuccedant.

Fortunatus, ta, tum, quod eſt proſperum. Quandoq; propicium. Afranius, Deos ego omnes vt fortunati ſint precor.

Fortuno, nas, proſpero, in bonis augeo, Cicero Curioni, Tibi patrocinium Dii fortunent.

Forum, neut. gene. à ferendo dicit, quòd controuerſiæ et res uenales illuc ferãtur. Et quatuor modis dicitur. Primo, negociationis locus, quò venalia ferũtur, vt Forũ Iulium, forũ Flauinium, forũ Sempronium, ab eorum nominibus, qui ea fora cuſtodiẽda curauerunt, quod etiam in viis, et locis priuatis, et in agris fieri ſolet, et vbi res multæ variæq; venduntur. Vnde forum boarium, in quo boues vendũtur. Forum holitorium, in quo herbæ, quod erat antiquum macellum, quapropter nunc quoque holerum locum, Lacedæmonii macellũ vocant. Forum piſcarium, in quo piſces. Cupedinis forum, in quo vendũtur cupedia, ſic enim antiqui lautiores cibos nominabant. Altero, in quo iudicia fieri, cum populo agi, et conciones haberi ſolẽt, quòd ibi iudicia ferũtur, vnde cauſſæ forenſes. Tertio, quum is qui prouinciæ præeſt forum agere dicitur, quum ciuitates vocat, et de controuerſiis cognoſcit, ac ſententiam fert. Quarto autem id Forum veteres adpellabant, quod nunc veſtibulũ ſepulchri dici ſolet. Fora tria iudiciaria antiquitus Romæ fuiſſe manifeſtũ eſt. Forum Latium, ſiue Romanum antiquiſſimũ. Forum Cæſaris dictatoris, in quo loricatam ſibi fieri ſtatuã paſſus eſt. Et forum Auguſti, quod in æde Martis ultoris extruxit. Ce.

Forum vinariũ, uas, de quo Varro li. I. de Re ruſtica, Itaq; lectus defertur in forum vinarium, vnde in dolium inane veniat electa in ſecretam corbulã, inde in ollulas addatur, et in dolia plena vinaccorũ. Col. lib. xii. ait, Torcularia et fori diligenter emundata lotaq;. Forulum diminutiuum, quod et Forticulum apud Varronem lib. de Re ruſti. dicitur.

Forum Iulium, regio Italiæ, quæ quondam Iapidia dicebatur. Verg. lib. iii. Geor.

Caſtella in tumulis et Iapidis arua Timaui.

In ea ſunt Aquileia, Vtinum, Ciuidale, et Cergeſtũ.

Forum Liuium, ciuitas in Aemylia, nobilis Galli poetæ ortu.

Forũ Cornelii, vrbs Aemyliæ, q̃ nũc Imola vocatur.

Foſſa, locus unde terram fodiſſent, ab effoſa terra dicta. Colu. lib. iii. Prius quàm pomarium conſtituas, qui magnũ habere voles circũ munito maceria, aut foſſa, ita vt non ſolum pecori, ſed nec homini tranſitus ſit, niſi per aditum dũ adoleſcant ſemina. Vlpianus ſcribit, Foſſam eſſe receptaculũ aquæ manu factum, vt ad caſtra, ſeu vrbes, oppida'ue, aut alia huiuſmodi muniẽda. Poteſt etiã Foſſa eſſe participiũ, vt foſſa terra.

Foſſarius, clericus mortuos ſepeliens. Scribit Hiero-

primum in clericis gradum, foſſariorum eſſe, qui ſimilitudine Tobiæ ſancti, ſepelire mortuos admonentur, vt exhibentes viſibilium rerũ curam, ad inuiſibilium feſtinent, et reſurrectionem carnis credentes in domino, totum quod faciunt, Deo ſe præſtare, non mortuis, cognoſcant.

Foſſile, pen. cor. quod foditur, ſeu quod fodi poteſt. Plinius lib. xxxvi. Theophraſtus autor eſt, et ebur foſſile cãdido et nigro colore inueniri, et oſſa è terra naſci. Et lib. xxxiii. Tum ſalem foſſilem adiiciunt. id eſt, qui foditur.

Foſſio, ipſa fodiẽdi actio. Colu. li. v. Deinde malleolo inter ordines poſito, crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere.

Foſſitius, a, um, quod foditur. Plin. lib. xxxvi. Arenæ tria genera, Foſſitia, cui quarta pars calcis addi debet, fluuiatili, aut marinæ tertia.

Foſſor, qui fodit. Vergilius lib. ii. Georg.
Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.

Foſſula, penulti. correpta diminutiuum. parua foſſa. Cato, Deinde foſſulas facito, qua radices adſpergi dimittas.

Foſſura, foſſio. Colu. lib. v. Hãc planã foſſuram, maxime nos probamus. Numerus autẽ foſſionis aut idẽ debet eſſe qui primi anni, aut una minus.

Fotus, ta, tum, participium, à foueo, ut apud Eſaiam, Vulnus, et liuor, et plaga tumens, non eſt circunligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. id eſt, aſperſa.

Fotus, us, ſubſtantiuũ. Ambroſius lib. i. Offi. Radices arborũ aut uruntur frigore, aut fotu Solis uireſcũt.

Foueæ, à fodiendo dicuntur, ſcrobes ſiue ſpeluncæ.

Foueo, ues, ui, tũ. ſignificat nutrio, ſuſtineo, proueho.
Verg. lib. iii. Geor. Progeniem nidosq; fouent
Interdum aſpergo, madefacio. Idem lib. xii.
Fouit ea uulnus lympha longæuus Iapix.
Interdum conſtituo. Idem lib. iiii. Georg.
Sub terra fouere lares
Interdum tueri, ut apud eundem libro nono,
Non obuia ferre
Arma viros, ſed caſtra fouere.
Interdum amplecti, ſeu in deliciis habere. Idem,
Infelix ô ſemper oues pecus ipſe Neæram
Dũ fouet, ac ne me ſibi præferat illa ueretur. Huius compoſita ſunt Confoueo, ſimul nutrio. Circunfoueo. Ambro. Mater eũ Maria ſinu circunfouet. Refoueo, ruſus foueo. Colu. in præfat. lib. ii. Sed ſi frequenti et tempeſtiua et modica ſtercoratione terra refoueatur. Et habent fo, ſylla. cor.

F ANTE R

FRaceo, ces, à quo Fraceſco, quod eſt quaſi frangor, reſoluor, et quaſi uetuſtate putreſio. Colu. libr. i. Oleum quod minus prouenit, ſi congelatũ fraceſcet. id eſt, putreſcet. Varro, Hæc de qua fit oleum, congeri ſolet aceruatim dies ſingulos in tabulata, uti ibi mediocriter fraceſcat.

Fracidus, a, um. penultima correpta, à frango dicitur, quod eſt plus quàm maturum, et iam putreſcẽs. Cato, Fractores uolunt, ut oliua in tabulato diu ſit, ut fracida ſit, quò facilius efficiant. Quidam Fracidum à fraceo deducunt.

Fræno, nas, contineo, cohibeo. Verg. lib. iii. Georg.
Et glacie curſus frænaret aquarum.
Hinc compoſita Defræno, quod eſt, frænum depono, ſiue abſq; freno rectore ue duco.
Ouidius lib. i. Metamorph.
Et defrænato uoluuntur in æquora curſu. Effræno, idem ſignificat. Cicero lib. iiii. Tuſcul. Vt ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendã animi atq; fugam, lætitia profuſam hilaritatem, libido effrænatam adpetentiam. Nam Effrænatus dicitur, qui cohiberi et pro arbitrio noſtro agi non poteſt. Refræno, quaſi retraho. Lactã. lib. vi. Virtus eſt iram cohibere, cupiditatem cõpeſcere, libidinem refrænare. Suffræno. Plinius libro xxxvi. Sed ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffrænatione deuictus.

Frænum, cum æ, diphthongo, à frangendo, inſtrumẽtum quo equus coercetur, dictum quò equorũ ora frangat. Sunt etiam qui à ferendo deducant, quòd equos uertat feratq; quò uelit. Seneca, Hippolytus arctis continet frænis equos. Fræna Pelethronii inuenere, qui et ſtrata equorum primi monſtrauerunt. Et in ſingulari quidem neutri gen. eſt in plurali uero tã maſcul. quàm neutri. Hinc componuntur Effrænus, na, num, et Effrænis, et hoc Effræne, quod eſt ſine fræno. Vergilius lib. iii. Georg.
Gens effræna uirum Riphæo tunditur euro.
Seruius. Id eſt, ſæua rectorẽ recuſans. Hiero. Nequaquam effræni lingua reperiaris. Infrænus, ſiue Infrænis, eiuſdem ſignificationis, ut aliud, Hinc Numidæ infræni cingunt.

Frænum mordere, ſignificat contemnere. Tranſlatio ab equo, qui quum ſeſſorem contemnit, frænum mordet. Cicero Cornificio, Si frænum momorderis, peream.

Frætus, ta, tum. Idem quod ſuſtentatus, confiſusq;, et eſt incertæ originis, licet à fruor quidã participiũ eſſe uelint. Et ſcribitur cum diphthongo ut differat à fretum, quod mare ſignificat. Plaut. in Amph. Magnanimi uiri, fræti uirtute et uiribus.

Fraga, mora quæ in terra naſcuntur. Vergilius,
Qui legitis flores, et humi naſcentia fraga.

Frageo, ges, à quo Frageſco, geſcis. quod eſt frãgor. Pacuuius, Frageſcit animus miſeriis.

Fragile. penultima correpta, caducũ, debile, et quod facile frangi poteſt. A' quo Fragilitas, debilitas, inconſtantia.

Fragiliter, inconſtanter, debiliter.

Fragitides, pen. cor. autore Celſo, dicuntur uenæ grãdes, quæ tumidæ ab utroq; latere colli adparent.

Fragmen, et Fragmentum accipi ſolent pro parte rei fractæ.

Fragor, ſonitus qui ex arbore, aut alia re fracta redditur. Verg. lib. i. Geor. Et horridus altis Montibus audiri fragor. Serui. Horridus fragor, ſonitus, qualis fieri ſolet ex aridis quũ franguntur arbores. Liuius lib. i. Iam fragor tectorum quæ diruebant,

vltimis vrbis partibus audiebatur.

Fragor, garis, non eſt in vſu, quum tamen compoſita Refragor, et Suffragor habeantur, quorum primũ pro repugno, ſecundum pro adiuuo, quaſi ſubfragor accipitur.

Fragoſus, ſa, ſum, à frango, aſper atq; præruptus. Columel. lib. ii. Incultum igitur locum conſyderemus, ſiccus an humidus, nemoroſus arboribus, an lapidibus confragoſus.

Fragrare, odorem emittere, à frangendo, quia res fractæ vehemẽtius olent. Auguſtin. lib. i. de Ciuit. Dei, Nam pari modo exagitatum, et exhalat horribiliter cœnum, et ſuauiter fragrat vnguentum. Hinc Fragrãtia. Hierony. in Geneſi, Vt ſentit veſtimentorũ eius fragrantiam.

Framea, meæ, pen. corre. ab aliquibus exponitur pro lancea, ſiue haſta. Corne. Tacitus de Germanis, Ne ferrum quidem ſupereſt, ſicut ex genere telorum colligitur, rari gladiis aut maioribus lanceis vtuntur, haſtas vel ipſorum vocabulo frameas gerunt, anguſto et breui ferro, ſed ita acri, et ad vſum habili, vt eodem (pro vt ratio poſcit) vel cominus vel eminus pugnent, et eques quidem ſcuto frameaq; contentus eſt. Auguſtinus uerò in octauum Pſalmum pro gladio accipit, ſic ſcribens, Gladium Dei bis acutum, hoc eſt, frameam. Iuuenalis,

Et Martis frameam, et Thyrrhei ſpicula vatis.

Frango, gis, fregi, fractum, rumpo. Plau. in Aſin. Quis noſtras ſic frãgit fores? Dicimus etiã, Fregit, nauim, fregit brachium, quaſi ipſe fregerit, et non potius paſſus ſit. Teren. in Andr. Is fregit nauem apud Andrum. Cice. Gregalesq; eum in campum quum non veniſſet requirerent, excuſauit Veſpa. Terent. quòd eum brachium fregiſſe diceret. hoc eſt, quòd ei brachium eſſet fractum. Frangi uero in fœminam, eſt rem habere cum fœmina. Cyprianus ad Euagrium, Docet quemadmodũ maſculus frangatur in fœminam, et ſexus arte mutetur. Huius compoſita ſunt Confringo, ſimul ſeu in totum frango. Lactan. lib. iii. Vt videatur iãpridem ſuis armis eſſe confracta. Defringo, de quo alibi. Diffringo, diuerſis modis, ſiue in varia fruſta rumpo. Plaut. in Aſi. Crura hercle diffringentur. Effringo, valde frango. Idem in Capt. Neq; ieiunioſiorem, neq; magis effractum fame uidi. Teren. in Adelph. Fores effregit. Et Effringere dicitur (ut autor eſt Varro) quũ glebæ grandes prima oratione ſolent excitari. Infringo, valde frango, vide alibi. Offringo. Perfringo, valde ſiue in totum frango. Cice. lib. iii. Offic. Ego etiam cum Catone meo diſſenſi, nimis perfracte videbatur ærarium vectigaliaq; defendere. Præfringo, vide alibi. Refringo. Suffringo, aliquantulum, ſeu per mediũ frango. Lactan. lib. iiii. Carnifices non putauerunt oſſa eius ſuffringere, ſicut mos eorum erebat. Plau. in Truculento, Vt ego hiſce ſuffringam talos.

Franoſus, qui fraudem commiſit.

Frater, dicitur quòd ſit ferè alter, vel à Græco. Græci enim φρατερας coniunctos adpellãt, et φράτριαν vocant cõtuberniũ. Et quatuor modis in ſacris dicitur, natura ſcilicet, gẽte, cognatione, et adfectu. Natura, ſicut duodecim patriarchæ filii, Iacob. Gente, qua omnes Iudæi inter ſe fratres vocantur ſicut habetur in Deuteron. Nõ poteris conſtituere ſuper te alienigenam, quia non eſt frater tuus. Cognatione fratres vocantur, qui ſunt de vna familia, id eſt patria, quas Latini paternitates interpretantur, quum ex una radice multa generis turba diffunditur, ut in Geneſi, Dixit Abraam ad Loth, Non ſit rixa inter me et te, et inter paſtores meos et paſtores tuos, quia fratres ſumus. Adfectu, qui in duo diuidit, in ſpeciale et cõmune. In ſpeciale, quia omnes Chriſtiani fratres dicuntur, ut, Ecce quàm bonum, et quam iucundum, habitare fratres in vnum. In commune, quia omnes homines ex vno patre nati, pari germanitate conſtringimur, ſicut Apoſtolus ad Corinthios, Si quis frater nominatur, fornicator, aut auarus.

Fraterculus, diminutiuum. id eſt, paruus frater. Iuue. Vnde fit vt malim fraterculus eſſe gigantum.

Fraternè, aduerbium, quod eſt ad ſimilitudinem fratris. Auguſti. Quum eum à teneris annis ardentiſſimo illo puerili amore mihi cõiunctum, plus quàm fraterne amarem.

Fraternus ſubſtantiuum, adpellatur fratris filius, inquit Hierony. quo vocabulo vſus eſt in libro Canticorum.

Fraternus, na, num, poſſeſſiuum, vt fraternus amor.

Frater patruelis, filius patrui. Fratres patrueles, ſororeſq; patrueles dicũtur, qui quæ'ue duobus ex Fratribus progenerãtur, vt apud iuriſconſul. traditum eſt. Sueton. in Cæſare, Qui fratri patrueli ſuo Marco in Conſulatu ſucceſſerat.

Fratilli, villi ſordidi in tapetis, quòd per terrã ferant.

Fratrare, de puerorum mammis dicit, quod velut fratres pares oriantur, quod etiam in frumento ſpica facere videtur.

Fratria, vxor fratris. Nam fratriæ dicuntur, quaſi fratrum inter ſe vxores.

Fratrueles, ſiue Fraterni, adpellantur duorum fratrũ filii, qui et fratres patrueles dicuntur.

Fraudo, das. id eſt, decipio. Et dicimus, Fraudo te, et, Fraudo te hac re. Verg.

Quem regno Heſperiæ fraudo, et fatalibus aruis.

Valer. Max. Sed pii ſimul ac religioſi animi, laude fraudandus non eſt. Fraudare geniũ, eſt non ſatisfacere neceſſitati naturæ et voluptati. Cuius contrariũ eſt, curare genium, id eſt, laute viuere. Fraudare deſyderiũ, eſt non facere quod cupit, et non eſſe voti cõpotem. Vnde legimus, Non ſunt fraudati à deſyderio ſuo. Hinc componitur Defraudo.

Fraudulenter, id eſt, cum fraude.

Fraudulentus, fraudis plenus.

Frauduloſus, qui fraudem facit, quod magis à diminutiuo Fraudula, quã à fraude videtur deſcendere.

Fraus, à ferendo, deceptio quæ alicui infertur, ſicut impoſtura ab imponendo. Accipitur quandoq; pro periculo. Vergilius libro quinto,

Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra

Egit? Et in iure lectum eſt. Erat illa res fraudi. id eſt,

periculo. Q̃ñq; pro pœna. Cic.li.de Oratore, Idcirco narrabo et fraude capitali eſſe. Vergil.lib.xi.
Iam noſces ventoſa ferat cui gloria fraudem.
Differunt th̃ ſecundum Vlpia.) pœna et fraus, quòd Fraus ſine pugna eſſe poteſt, pœna ſine fraude eſſe nõ poteſt. Pœna, eſt noxæ vindicta, Fraus, et ipſa noxa dicitur, et quaſi pœnæ quædã præparatio, ἢ ὅτι φράζω τὸ λέγω, καὶ φράσις ὁ λόγος ἐκ μικροῦ ἐν τῷ λόγῳ, δόλος δὲ ἐν πράγματι. Id eſt, Aut qm̃ φράζω dico, et φράσις locutio ex re parua, dolus a ſit in re.
Fraoſus, erit, qui fraodem cõmiſerit. Plautus in Aſin.
Non placet, metuo in commune, ne quam fraudem frauſus ſit.
Fraxinus, pen, cor. genus arboris, quòd in fragoſis locis naſcatur.
Fraxo, xas. vigilias circũeo, quòd eo labore homo frangantur.
Fregella, olim ciuitas, nũc vicus nõ longè à Velitris.
Fremitus, tus. penult. cor. proprie ſonus fluctuum, et in populo murmur indignante, et præ iracundia inhumanam vocẽm imitante. Vergilius,
Fluctibus et fremitu exurgens Benace marino.
Feſtus vult, Fremitum dictum, quaſi ſcrimentum.
Fremo, mis, mui, mitum, tumultum facio, ut fit ab vndis maris. Vergilius,
Talibus Ilioneus cuncti ſimul ore fremebant.
Seruius, Fremebant. hoc eſt, conſentiebant. Et bene ore, quia etiam armis poſſumus fremere. Vnde Lactan.lib.vii. Frement vbiq; bella, omnes gentes in armis erũt. Huius cõpoſitũ eſt Infremo, pe. prod. valde fremo. Idem lib.ii. Si belli terror infremuit.
Frendeo, des, dui, freſum. ſignificat frango, vnde Faba, freſa, dicitur mola leniter fracta. Colo. Cicera bubus erui loco freſa datur in Hiſpania Bethica. Et Frendere, eſt cum gemitu ſiue iracundia vocẽ emittere, ut apud Eſa. Rugiet vt catuli leonum, frendet, et tenebit prædam. Hinc componitur Infrendeo, id eſt, valde frendeo. Verg.lib.iii.
Dentibus infrendens gemitu graditurq; per æquor iam medium.
Frequens, uide in dictione Celebris.
Frequentarius. ria, rium, veteres dixerũt, p frequẽte.
Frequento, tas. ſæpe, vel cũ multis vado. Salu. Iuuẽtutẽ q̃ domũ Catilinæ frequentabat. Inde Frequẽtatio, et frequẽtia p cõuentione et cõcurſu, ſeu multitudine. Idẽ, Reliquos cũ cuſtodibus in ædẽ Cõcordiæ venire iubet, eõ ſenatũ cõuocat, magna frequẽtia eius ordinis erat. Aliquando Frequẽtare eſt frequenter facere. Auguſti. lib. ii. de Ciuit. Dei, Extruantur ampliſſimæ, atq; ornatiſſimæ domus, vbi opipara conuiuia frequententur.
Fretum, ab vndarum fremitu dictũ, ut Varro inquit, à ſimilitudine feruentis aquæ, quòd in Fretũ ſæpe cõcurrat æſtus atq; ferueſcat. Et ſignificat mare naturaliter mobile. Anguſtias enim quibus Atlanticum mare irrumpit terras, Græci πορθμόν, latini Fretum adpellãt. Abuſiue pro ipſo mari Hinc Trãsfreto, tas. pen. cor, quod eſt, tras fretum nauigo.
Friabile, q facile friat, et quaſi manibus minutim teritur. Pli.li.xxviii. Optimaq; eſt, q̃ cãdidiſſima et friabilis, minimeq; põderoſa, quũ terat inter digitos.
Friboius, pen. cor. quaſi ferè obolo dignus.
Frico, as, fricui, frictum, vnde Frictus, ſecũdũ Priſcianum. Iuuena. Si prurit frictus occili Angulus. Gregorius tamen dixit, confricatus. Macer,
Vrticeæ foliis reuocatur vulua fricata.
Eſt autem Fricare ſicut ſonat.
Vergilius. libro tertio. Georg.
Fricat arbore coſtas. Huius compoſita ſunt Adfrico, iuxta frico. Colu. lib. viii. Pecudes aut morſu ſcalpunt, aut cornu, aut ungula tundũt, aut arbori adfricant, parietibus ue detergẽt. Plinius, Marathro herbæ ſeſe adfricat. Confrico, ſimul frico. Piso. in Aſin. Atqui Pól hodie nõ feres, ni genua cõfricentur. Colo. lib. ii. Boues quũ ab opere dimiſerit, ſub ſtrictos confricet, manibusq; comprimat, dorſum et pellẽ refellat. Defrico, deorſum frico. Cicero lib. iiii. ad Heren. Nam ut forte hic in balneis venit, cœpit poſt quàm deſuſus eſt, defricari. Colum. lib. ii. Solida in Sole ſiccet, et radice ſilphii trita cum aceto adſpergatur, defriceturq;. Infrico, intus frico. Idem libro ſeptimo, Maxime proderit fuligo ex aheno, viceri infricata. Item Perfrico. Idem ibidem Deinde narea perfricato, ut homines diſcant odorari. Plinius in Prologo, Perfricui faciem, nec tamen profeci. Mos eſt eorum qui cum pudore aliquid agunt, ut faciem perfricent, natura ipſa ad id impellẽte, quaſi ad abigendum ſanguinem, qui ex præcordiis ad faciei ſuperficiem confluit. Propter quod quærit Ariſtote. quur pudore facies hominis erubeſcat, metu palleſcat, quum pudor nihil aliud ſit quàm timor futuræ reprehenſionis. Hinc ergo ortum eſt prouerbium, ut quoties dicere uolumus, nos pudorem deponere, dicamus, Perfricui faciem. hoc eſt, pudorem expuli. Refrico, rurſus frico. Cicero, Sexto Publii filio, Sin autem omnia quæ ſenſio perſcripſerim, ne refricem meis literis deſyderium ac dolorem tuum. Et omnia habent pen. cor.
Frigeſacio, à quo Frigeſio, notæ ſignificationis.
Frigeo, ges, gui, et frixi. ſecundũ Diomedem, frigidus ſum. Priſcianus, Syllaba naturaliter longa ante geo, mutat geo in xi, ut lugeo luxi frigeo frixi.
Vergilius libro vndecimo.
Corpusq; lauant frigentis, et ungunt.
Fit autem Frigeo (ut quibuſdam placet) à frango, quòd iam calor quàm horror nimius corpora frangat. Alii à Græco deducũt ἀπὸ τοῦ φρίττω, quod eſt horreo. Vnde φρικὴ horror, ſiue frigus dicitur. Interdum Frigere, eſt ſegnem eſſe. Plautus, Frigent omnes nemo ſe mouet. Huius compoſitum eſt Refrigeo.
Frigero, ras. penulti. cor. frigefacio, à quo Refrigero, quod eſt, rem aliquam calidam, frigidam facio. Perfrigero, ualde frigero. Plinius, Omnium earum uis eadem perfrigerare, eſt adſtringere.
Frigeſco, geſcis, frigidus fio. Lactã. lib. vii. Quos autẽ morbus interimit, ſpiritũ diutius exhalãt, ut paulatim frigeſcentibus membris, anima efflet. Quæ eſt

materia ſanguinis continetur, ſicut lumen oleo, ea materia febrium calore conſumpta, neceſſe eſt membrorũ ſumma quæq; frigeſcere, quoniã venæ rivillores in extrema corporis porrigũtur, et extremi et tenuiores rivi, deficiente vena fontis, areſcunt. Hinc Refrigeſco compoſitũ. Columel. lib. vii. Si bos, aut ex languore aliquo ad maciem perductus eſt, aut ſudans in opere faciundo refriixit.

Frigidulus, diminutivum eſt, qui parum frigidus.

Frigidus, da, dum. quod habet frigus. Ovidius,
Frigidius glacie pectus amantis erat,
Quandoq; Frigidus dicitur ſegnis. Vergil.
Largus opum, & lingua melior, ſed frigida bello
Dextra. Quandoq; pernicioſus & nocẽs, eò quòd frigida naturæ mortalium pernicioſa ſunt. Idem,
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

Frigilla, avis ſic dicta, quòd frigore cantet et vigeat.

Frigo, gis, xi, xum, & frigui, ctum. ſignificat torreo, quod vulgò dicitur frixere, ἀπὸ τοῦ φρύγειν, ὃ λέγεται ξηραίνειν. Feſtus Frigere, & Frictum, à Græco. Inde Frictorium, et Frixorium, in quo quid frigitur. Hiero. in Eſaia, Confrixa ſunt oſſa mea tanquã in frixorio. Corn. Celſus, Tum res eadem magis alit turulenta quàm aſſa, magis aſſa quàm frixa. Hiero. ad Furiã, Pueri erant, necdũ ad ſartaginem venerãt, in qua rex Babylonius ſenes iudices frixit. Quandoq; ſignificat frendere. Plau. in Bacch. Tam frictũ illum reddam quàm fractum. Hinc fiunt compoſita Defrigo, et Perfrigo. Iuvenalis,
Et ſi perfrixit cantat bene.

Frigorificus, a, um. quod frigus inducit, ſicut à calore calorificus.

Frigus, goris. penulti. correp. & Frigor, goris. penulti. produ. pro horrore, qui eſt contrarius calori.
Vergilius lib. i. Georgico,
Frigusq; caloremq; Inter. Macer,
Pellet frigorem, revocabit & ipſa colorem.
Aliquando ſumitur pro metu, ab eo quod præcedit, ad id quod ſequitur. Vergilius,
Extemplo Aeneæ ſolvuntur frigore membra.
Servius, Frigore. id eſt, timore. Reciproca trãſlatio, et timor pro frigore, et Frigus pro timore ponitur, vt in Terentio, Vxorem tuam pavitare aiunt, non timere, ſed laborare frigoribus. Vtrunq; enim in vnũ exitum cadunt, ſicut et de calore et de frigore, vrere dicimus, vt eſt.
Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Rurſus Frigus, dicitur ipſa aeris natura.
Vergilius lib. ii. Georgi.
At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt.

Frigutio, is, tivi. Frigutire, ſurſum ſaltare, vt eſt ex frigore tremere, vel à calore frigere, et quod nos vulgò dicimus, ſgriſolos habere. Plautus in Caſ. Nam quid frigutis? quid iſtuc tam cupide cupis?

Frio, as. ſignificat tero. Plini. In ipſa quidem Aethiopia friatur, huic tanta ſiccitas, vt farinæ ſpiſſantur in panem. Huius cõpoſita ſunt Affrio. Infrio, quod eſt terẽdo aliquid digitis leviter inſpergo. Suffrio, paululum contero.

Friſi, populi ſunt, protinus vltra Rhenum, Oceano adpoſiti, vt Ptolemæus ait.

Frit, dicitur illud in ſumma ſpica iam matura, quod eſt minus quàm granum.

Fritilla, cibus ex pulte factus, qui frigitur.

Fritillus, dicitur apud nos tabula luſoria, qui apud Græcos pyrgus, in quo teſſeræ coniectæ, agitatæq; mittuntur, inquit Porphyrius, Ex quo demonſtrat, teſſeras conici in fritillo, tanquã vaſculo, quo agitatæ, deinde mittuntur in alveolum. Iuvenalis,
Parvoq; eadem movet arma fritillo.
Dictus Fritillus (vt quidam putant) à crepitu ipſo teſſerarum, vel quòd ſuper eo teſſeræ ferantur. Hic etiam alveolus dicitur. Martialis,
Dum blanda vagus alea december
Incertis ſonat hinc et hinc fritillis.
Varro, Quales ſunt teſſeræ quibus in alveolo ludit. Horat. Mitteret in pygrum talos.

Frivolus, a, um. penul. corre. à frio, as. dicitur, quod eſt inane, leve, nulliusq; momenti, ſicut Frivola dicuntur verba, quæ minus fide ſunt ſubnixa, vnde Frivola pro nugatoriis quandoq; poni conſueverunt. Et vaſa frivola, quæ vix attrectando aliquid, confringuntur, et in pulverem rediguntur.

Frixorium, à ſono frixationis, dicitur ſartago, in qua quid frigitur, quæ & Frictorium adpellatur.

Frondarius, a, um. quod ad frondes pertinet, ſive quod ex frondibus eſt. Plinius lib. xviii. Vnus frondator, quatuor frondarias fiſcinas cõplere in diem iuſtum habet.

Frondatio, Columel. lib. vi. Atq; in frondatione cavendũ, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

Frondator, qui arbores amputat, & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore, animalibus ad paſtum efferendos, & qui manibus folia vitium vellit, quò ardor Solis vuam maturiorem reddat.

Frondeo, des, dui, frondes habeo. Vergilius,
Nunc frondent ſylvæ. Hinc Frondeſcere.
Columella libro quinto.
Nihilominus enim paucis frondeſcet pampinis.

Frondeus, a, um. quod totum ex frondibus eſt, vt torus frondeus.

Frondo, das, frondes emitto, à quo Frondator, Frondatio, & Defrondo, quod eſt, frondes deiicio.

Frondoſus, ſa, ſum. quod frondibus abũdat, vt lucus frondoſus.

Frons, tis. ab oculorum foratu, vel à ferendo, quòd indicia animi præ ſe ferat. A' dextra & ſiniſtra temporibus, à ſuperiori capillorum radice, ab inferiori vero parte ſupercilliis terminata, corrugatur in triſtitiam, & in lætitiam dilatatur. Eſt enim triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeveritatis indicium, & pudorem ſignificat. Perſius,
Exclamet Melicerta periſſe Frontem de rebus.
Et ob hãc cauſſam, frontẽ Genio priſci conſecrarũt. Dicitur Frons etiã de rebus inanimatis. Vergil.
Fronte ſub adverſa ſcopulis pendentibus antrum.
Et licet à Grãmaticis gen. fœm. proferatur, à Cæcilio tamen

tamen maſculino genere ponitur. Hi ſunt, inquit, inimici peſſimi, fronte hilaro, triſti corde. Hinc componitur Bifrons.

Frons, dis. gene. fœmi. à fero, quòd frondes arborum huc atq; illuc à vento ferantur. Proprie autem Frondes arborum ducuntur, folia uero, tam arborum quàm herbarũ, & florum. Hinc Frondifer. Lucret. Frondiferasq; domos auium.

Frōtale, quod ad frontẽ ponit. Plin. lib. xxxvii. Quadamq; tãtæ magnitudinis fecere, vt in equis regũ in Oriẽte frōtalia, atq; pro phaleris penſilia facerent.

Frontati, (vt eſt apud Victruuium) id genus laterum dicuntur, quos Græci diatonos adpellant, quia per latitudinem totam porrecti, vtranq; parietis frontem conficiant.

Frontoſus, qui magnam habet frontem, et pro impudente capitur.

Fructifer, fera, ferũ quod fert fructũ. hoc eſt, pingue et fertile. Et Fructiferæ arbores, quæ ferunt fructũ.

Fructificus, ca, cum. idem quod fructuoſus, qui fert fructum, hoc eſt, vtilitatem præſtat.

Fructuarius, dicitur cuius eſt fructus. Fructuarius, ria, um, quod fert fructum, ſeu quod ad fructũ pertinet. Colu. lib. i. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam olearium, torcularium, & cellam uinariam. Aliquando ſignificat quod fert fructum. Idem libr. iii. Quum uitem inſerere uoles optimi generis, ſarmenta fructuaria, quum gemmas agere incipient, vẽto Auſtro, à matre præcidito. Pallad. Deciſis male natis omnibus et ueteribus, nouellos et fructuarios ſerues.

Fructus, ctus, et fructi, et fructuis. Terent. in Adel. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore illis fero. Varr. Quæro vtrũ fructuis an delectationis cauſſa vendatis. Antiqui etiam hæc Fructa dicebant, cuius loco dicitur hæc fruges, & à fruendo dicitur, vt inquit Varro, quia his fruimur. Quidam etiam à ferẽdo Fructus deriuant, & dicuntur illæ res quas fundus fert, & quæ in fundo feruntur.

Fruges, gis. vel hæc Frux, gis ſecundum Priſcianũ. Et (vt notat Varro de Anal.) Frux, eſt legumẽ triticũ, à quo Frugi indeclinabile deriuatur. Auſonius, Antè equidem cãpis quàm ſpicea ſuppeteret frux. Feſtus. Pantices, frux uentris. id eſt, pinguitudo. Et à fructu, ſeu fruendo dicitur, nam id eſt quod ſegetes ferunt. Et generaliter Fruges, dicuntur, quicqd ex fructu terræ in alimoniam uertimus, unde Frugiferæ arbores dictæ ſunt quæcunq; fructum ferunt, quod redditum dicimus, ſicut docet Vlp. Non ſolũ quod ex frumentis et leguminibus, uerũetiam quod ex uino, uel ex ſyluis cæduis, cretæ fodinis, lapidicinis capitur. Feſtus, Seruius, et Donatus, Frugis uocabulum, à ſromine eminente ſub mento gutturis, ſeu gurgulionis parte, qua cibus in aluum demittitur, à ferendo cibum adpellatum dicunt. & alio nomine dicitur rumen. Errant igitur, qui diſcernunt frumenta à frugibus. Nam Cicero ait, Olei. & frugum minutarum, quum de leguminibus diceret, ut oſtenderet etiam frumenta Fruges uocari. Liuius, Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maxime vini, noua tum voluptate captam.

Frugi, nomen, à fruge denominatum, omnis gene. & indeclinab. eſt, ſicut nihil à nihilo. & (ſecundum Priſcianum libro. vi.) cum omnibus caſibus iungitur. Hinc Mart. Ientacula frugi dixit,

Et tam frugi Iuno vellet habere Iouem.

Quintilianus taxat eos à quibus dicitur frugalis, et non frugi, tanquã Frugalis. ſit dictio parum proba. quum tamen (quod mirũ uideri poteſt) Frugalior, et frugaliſſimus vſurpent. Dicitur aũt, Frugi homines. Teren. in Eun. Frugi es. Vbi Donatus. Frugi, vtilis, & neceſſarius, à frugibus, q̃ quòd his fruamur, dictæ ſunt. Inde Fructus, et Frumenta. Græci frugi homines χρησίμους dicũt. id eſt, vtileis. Vnde antiqui ſeruum laudare uolentes, frugi dicebant, tanquam ſobriũ, vtilem, et neceſſariũ. Plaut. in Amph. Ita ſeruũ par videtur frugi ſeſe inſtituere. Cice. libr. iii. Tuſcul. quæſt. Sed quia nec qui propter metum præſidiũ relinquit (quod eſt ignauiæ) nec qui propter auaritiam clam depoſitũ non reddit (quod eſt iniuſtitiæ) nec qui ꝓpter temeritatem male rem geſſit (quod eſt ſtultitiæ) frugi adpellari ſolet, eas tres virtutes, fortitudinẽ, iuſtitiam, et prudentiam frugalitas complexa eſt. Ergo Frugi hominem, bonum et virtute præditũ intelligimus. Cuius contrarium eſt Nequã, cuius ſignificatio vna eſt, quòd ſit libidinis intemperans, altera, quòd ad nihil bonus ſit, ſed plane malus. Vñ Piſo frugi adpellatus eſt. Colu. lib. i. Eiuſdem agilitatis homo frugi melius quàm nequã faciet. Accipitur etiã Frugi, pro eo qui in victu, veſtitu, ſimilibusq; tẽperans eſt, ſicut ecõtrario luxurioſus apud Senecam, Quintilianũq; de duobus filiis, frugi, luxurioſoq;. Hora. Parcius hic viuit, frugi dicas. Vnde Frugalitas (autore Cicer.) ea virtus dici poteſt, quam Græci ſophroſynen, Latini tũ temperantiam, tũ moderationem adpellare conſueuerũt. Sene. Luxurioſo frugalitas pœna eſt. Aug. lib. i. de Beata vita, Merito virtutũ omniũ matrem multi frugalitatem eſſe dixerũt. Quibus cõſentiens Tullius, etiam in populari oratione ait, Vt volet quiſq; accipiat, ego tamen frugalitatem, id eſt, modeſtiã et temperantiã, virtutem maximã eſſe iudico. Vt enim nequitia eſt mater vitiorũ omniũ, ita frugalitas mater cũctarũ virtutũ. Et ſicut illa à nihilo, id eſt ſterilitate, ſic hæc à fruge, id eſt, fructu, propter quandam animorũ fœcũditatem, eſt nominata. Sic Frugalior, pro temperatior. Terent. in Heau. Dedo me patri nũc iam, vt frugalior ſim quàm vult. Et Frugaliſſimus, quaſi expertus et prudẽs. Col. lib. I. Magiſtros pecoribus oportet præponere ſedulos ac frugaliſſimos. Vnde et Frugalitas, pro ſufficientia. Idem, Minus in hoc officio quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

Fruiſcor, à fruor deducitur, ſicut à fateor fatiſcor. Metellus ad Domitios, Illi vero omni iure et honeſtate interdicti, ego neq; aqua neq; igni careo, ſed ſumma gloria fruiſcor. Cælius li. ii. cum accuſatiuo iunxit. Domos ſuas, inquit, quandoq; iubet ire, &

lus omnia frui ſci.

Frumen, ſumma pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in ventrem. hinc Fruges dici à quibuſdam putantur.

Frumentaceus, a, um. quod ex frumento eſt. Hierony. Maior turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis paſcitur.

Frumentarius, a, um. quod ad frumẽtum pertinet, vt, frumentarius ager, frumentarius negociator, frumẽtaria lex, quæ tractat de frumentis.

Frumentatio, frumenti collectio.

Frumentator, qui frumentatum profectus eſt.

Frumentor, taris, frumentum colligo.

Frumentum, dictum eſt veluti ferimentũ, vel à fruendo. id eſt, veſcendo, vel quaſi frugamentum à frugibus. Frumenti genera (vt ſcribit Plin.) hæc vulgatiſſima ſunt, Far, quod adoreum dixerunt. Siligo, Triticum, Hordeum. Frumenta dici putant, quæcunq; emittunt ariſtas, inquit Seruius.

Fruniſcor, pro fruor Cato poſuit. & Frunitum, dixit prudentẽ, hoc eſt, cum quo perfrui liceret, ſicut cõtrario Infrunitũ, inſipientem, ac ſtolidum, qui nulli vſui eſſet. Quamuis alii Fronitum, Per o, à Græco, φρόνιμον enim Græci prudentẽ dicunt, ἄφρονα vero dementem. Vnde & illud in ſacris literis. Et animo irreuerenti et infrunito ne tradas me.

Fruor, frueris, fructum in ſupino, ſecundũ Priſcianũ, ſicut ſtruo, ſtructum. Cicer. in Horten. Et amœnitate ſſima perfructurus eſt. Vlpianus tamen ad Sabinũ, frutum, fruturus, non fructurus (quomodo ortum oriturus, erutum, eruiturus, mortuum moriturus) dicit, quod I, quum in præterito non habeant, id in futuro habent. Cicero lib. iii. Tuſcul. Zeno Stoicorũ acutiſſimus, contendere, et magna voce dicere ſolebat, eum eſſe beatum, qui præſentibus voluptatibus frueretur, cõfideretq; ſeſe fruiturum. Vtra autem ſit verior ſentẽtia, quòd Fruor fructum, an quòd fruitum faciat, non ſatis dignoſci poteſt, quòd raro huiuſmodi exempla reperiantur, & nonnunquã uitiata. puto tamen, quòd fructus et fruitus, à quò fruitio, non fretus faciat, quum non ſit eiuſdem ſignificationis. Neq; adſtipulor illis, qui dicunt, Frui de diuinis, Vti de humanis dici, quum et in bonam et in malam partem accipiatur. Hierony. ad Iulian. Difficile, imò impoſſibile eſt, vt et præſentibus et futuris quis fruatur bonis, et ventrem hic, et ibi mentem impleat. Iuuenalis,

Exul ab octaua Marius bibit, et fruit Diis iratis.

Eſt itaq; Frui, quaſi delectationem et fructum capere. Teren. in Adel. Eſt hic paululum quod locitas foris, huic demus qui fruatur. Compoſitum huius verbi ſunt Defruor, et Perfruor, quæ ſignificant in totũ fruor, ſeu omnem fructum percipio.

Fruſtatim, aduerbium, ſignificat per fruſta.

Fruſtillatim, ſignificat per fruſtilla. Plautus in Curcul. Iam ego te faciam, vt hic formicæ te fruſtillatim differant.

Fruſtra, aduerbium, ſignificat incaſſum.

Fruſtro, tas, decipio. Cæſar. Non fruſtrabo vos milites. Inuenitur et Fruſtror verbũ cõmune, ſecundum Priſcianũ. Plaut. in Amph. Neſcio quis præſtigiator hanc fruſtratur mulierem. Paſſiue. Feneſtella, Fruſtratus igitur, à ſpe deuictus, in caſtra ſe recepit. Et Fruſtari, eſt fruſtra agere. Colu. in Præfa. Sæpe magnam dominis adferunt iacturam, quum imprudenter facta opera fruſtantur expenſas. id eſt, proiiciũt, ſiue fruſtra agunt. Idem ibi. Syderum ortus & occaſus memoria repetat, ne imbribus ventisq; imminentibus, opera inchoet, laboremq; fruſtretur.

Fruſtum, rei cuiuſq; particula. ſic dictum, quod facile feratur. Vergilius, Pars in fruſta ſecant. Cat. Fruſto panis conduci poteſt, uel uti taceat, uel uti loquatur.

Fruſtulũ, diminutiuũ à fruſtõ, à quo Fruſtillum.

Fruſus, genus ruborum tenue, ſpinis minoribus, et non aduncis.

Frutetoſus, locus fruticibus abundans, Plini. lib. xix. Siccis hæc ſabuloſis locis, frutetoſisq; naſcuntur.

Fruteium, ſeu Fruticetum, vbi multi frutices ſunt.

Frutex, dicitur, qui ad iuſtam magnitudinem arboris non adſurgit, et ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed nõ demoritur, neq; areſcit ut herba. Dictus Frutex, quòd magis herba ſe attollat. Nam Fruticare, eſt attollere. Iuuenalis, Et fruticante pilo. Tertium genus eſt, quod nec arborem nec fruticem proprie dixeris, vt eſt vitis. Aliquando Frutex, ponitur pro ſtirpe. Sueto. de Veſpaſiano, Singulos repente ramos à frutice dedit.

Fruticeſcere, eſt fruticem fieri. Plinius, Puniceæ [illegible] quia celeriter fruticeſcunt.

Frutico, cas. penulti. correp. pullulo, et quaſi frutices emitto. Plinius lib. xvii. Quod ſupra terram eſt, è matre radi iubetur, ne fruticet, Eſt et Fruticor depo nens. Cicero ad Atticum, Exciſa eſt enim arbor, nõ euulſa, itaq; quàm fruticetur vides.

Frutinal, dictum eſt templum Veneris frutæ.

F ANTE V.

FVcilis, pe. cor. falſus, vt, Res fucilis. hoc eſt, falſa, & quaſi fucata. Pro eodem ferè Futilis dicitur.

Fucinus, pe. cor. lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenſes Marſorum populos. Quo etiam nomine dictus eſt lacus Volſcorum. Martialis,

Fucinus et pigri taceant ſtagna Neronis. Ver. li. vii.

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,

Te liquidi fleuere lacus.

Fuco, cas, coloro, vnde Fucatæ mulieres dicuntur, quæ vel medicamentis quibuſdã colorãtur, vel vitia corporis inductis coloribus tegũt. Verg. lib. ii. Geor.

Alba neq; Aſſyrio fucatur lana veneno.

Transfertur etiam ad alia. Lactan. lib. ii. Sic veritas fucata mendacio eſt.

Fucus, genus apis, ſine aculeo, ſed maior ape, quæ non mellificat, neq; operam aliquam præbet in faciũdo opere, niſi quòd ad fouendos fœtus concalefaciendo adiuuat, & conſumit alimenta, quæ apes congeſſerunt. Vergilius. Ignauum fucos pecus.

Hæc alio nomine dicitur fur, vt inquit Varro. Colu mel. lib. x. Fucus genus amplioris incrementi ſimil

ſimum apis, et immune, ſine doctrina fauis aſſidês. De hoc Pli. lib. xi. Fuci ſunt ſine aculeo, imperfectæ apes, nouiſſimæque, à feſſis et iam emeritis inchoatæ ſerotinus fœtus, et quaſi ſeruitia ueraru apum, quã obrem imperant his, primosque in opera expellunt, tardantes ſine clementia puniunt. Dictus Fucus (vt inquit Pli.) quia furtim mella deuorat. Hoc etiã nomine dicta eſt herba, (ſecundũ Seruium) qua tinguntur veſtes. Et Fucus, color ipſe cæruleus, qui uirore cõmendatur, et purpuriſſa, ſeu ceruſatus dicitur, ſiue medicamentum. Plaut. Vitia corporis fuco occulunt. Seneca, Vnguentum quale Myrrhabolanum & myrrha, quibus odoramentis mulieres capillos perungebant. Tibul.

Quid fuco ſplendente comas ornare, quid vngues.
Artificis docta ſubſecuiſſe manu?

Per tranſlationem ſumitur pro fraude, aſtutia, ſiue inſidiis, in quibus veritas occultatur. Teren. in Eunu. Per impluuium fucum factũ mulieri. Quidam tamen hoc nomen per ph, ſcribunt, tam pro animali (quòd à φάγω deducunt, eò quòd apum laborea comedat) quàm pro herba quæ Græce φῦκος dr. Sed alii non à φάγω, ſed à φυκὸν deducunt.

Fuga, ipſe fugiẽdi actus. Vergilius pro curſu poſuit.
Vel qualis equos Threiſſa fatigat.
Harpalice uolucremque fuga præuertitur Hebrum.
Et Quintilianus nauigationem dixit fugam, ſiue naues fugientes, quæ velocem faciunt curſum. Aliquãdo Fuga dicitur impetus. Vergilius,
Ille volat, ſimul arua fuga, ſimul æquora verrit.
Fuga vero, maſcu. gene. componitur variis modis, vt Perfuga, Transfuga, Lucifuga. Noctifuga, Solifuga, Lucrifuga. Plautus, Quum hos adhuc adii lucris fugas dárũ cupidos.

Fugalia, feſta, ſiue ludi. Auguſti. lib. ii. de Ciuita. Dei, Sed demonſtrentur loca, talibus aliquando cõuenticulis conſecrata, non vbi ludi agerentur obſcœni, vocibus, et moribus hiſtrionum, nec vbi fugalia celebrarentur, effuſa omnium licentia turpitudinem, et vere fugalia, ſed pudoris et honeſtatis.

Fugax, qui facile fugit, ſignificat enim habitum et abundantiam rei cuius eſt habitus, ut edax, bibax. Auguſtinus, Terrena gaudia conſectantes, rebusque fugacibus inhiantes. Quãdoque tamen ponitur pro celeri & veloci. Vnde fugacem equum dicimus velocem. Hinc Fugacior, Fugaciſſimus, Fugacitas, et diminutiuum Fugaculus.

Fugio, gis, fugi, gitum, contrarium eſt fugo. Fugere enim, eſt cum curſu et celeritate diſcedere. Vergil.
Nos patriam fugimus. Dicitur etiam de nauigationibus. Idem,
Tendunt vela noti, fugimus ſpumantibus vndis.
Plautus, Remigio veloque quantum potes, feſtina & fuge. Aliquando capitur pro facere. Plau. in Capti. At fugam fugitis, ſcio quam rem agatis. Aliquando pro decipere, vel fruſtra facere. Terentius in Heaut. Vide ne in mea vita tu tibi laudẽ is quæſitũ ſcelus, vbi ſi paululũmodo quid te fugerit, ego perierim. Aliquando pro neſcire, ſeu non recordari. Lactan. libro primo. Quod illum ipſum poetam minime fugit. Cicero libro primo Tuſcula. Niſi quæ me fortè fugiunt, hæ ſunt ferè omnium de animo ſententiæ. Aliquãdo procedere. Plinius lib. xxxvii. Fictitiæ ſacrificationis candicantiam fugiunt. hoc eſt, fictitiae ad impreſſionem ſacrificãtis cedere, quod gemmarii hodieque adpellant fugere. Hinc ortum, ut uina quæ annis cedunt, hoc eſt, ætatem ferre non poſſunt. Fugere dicantur, vt apud Cice. in Offi. Huius compoſita ſunt Aufugio, aliò fugio. quod ex ab, & fugio cõponitur, b, in u, mutata, ut fieret uox pronunciatu audituque lenior. Hierony. ad Heliod. Dominus, ne à turbis rex conſtitueretur, aufugit. Confugio, ſimul fugio, concurro, aut totum ſimul reduco. Lactan. libro. ii. Conſtituit aſylum, eò paſſim confugerunt ex finitimis locis peſſimi. Liuius, Inde Turnus Rutulique diffiſi rebus ſuis, ad florentes Hetruſcorũ opes, Mezentiumque regem eorum confugiunt. Hinc Confugium, & Cõfugela, Defugio, Diffugio, de quibus alibi, Effugio, extra fugio, diſcedo, deuito. Lactantius libro quarto. Neque cultores Deorum pœnam ſempiternæ mortis effugient, Interdum celeriter tranſeo. Vergilius libro tertio,
Effugimus ſcopulos Ithacæ Laertia regna.
Interdum Effugere, eſt in totum fugere. Terentius in And. Nullon' ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? Hinc Effugium, & Effugia, giæ, ſicut lamia, & lanitium. Perfugio, quod eſt auxilii gratia ad aliquem fugio. unde Perfugiũ, & Perfugere, eſt perfecte fugere, unde Perfuga, qui ad hoſtes tranſit & perfugit. Refugio, retro fugio. Plinius libro. ix. Venantes refugere, ſcilicet, piſces ipſos uenantes in ſuas cauernas. Gell. poſtea quum prælio uictus, in ultima regione refugiſſet. Et Refugere, confugere, unde Refugium. Per tranſlationem ponitur pro deuitare, recuſare, & odio habere. Lactan. lib. vi. Illos qui aut uoluptates aut diuitias non refugiunt, ab hac publica & celebri uia modice ſegregat. Colu. li. iiii. Idque adeo plurimi dubitant, ut multi refugiãt & reformident talem poſitionem iuris. Profugio, longè fugio, à quo Profugus. Subterfugio, ſecreto, aut aſtute fugio, uel ueto. Cicero pro Cælio, Qui uoluit pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eò ſolum uertẽt. Suffugio, latenter fugio. Suetonius vero pro retro fugio in Tiberio poſuit, dicens, Adulationes adeo aduerſatus eſt, vt neminem ſenatorum ad lecticam ſuam admiſerit, conſularem verò ſatisfacientem ſibi, ac per genua orare conantem, ita ſuffugerit, vt caderet ſupinus. Transfugio, tranſeũdo fugio, ab vno ad alium locũ, vnde Trãſfuga, qui ad hoſtes fugit. Liuius lib. i. Sex[illegible] filius eius qui minimus ex tribus era[illegible]ugit ea compoſito Gabios. Salluſt. Modo harum, modo illarũ partium leuiſſim[illegible] transfuga. Et omnia habent fu, ſyllabam in præſenti correptam.

Fugitiuæ aquæ, dicuntur quibus ex publico riuo fluẽtibus furtim quis ac non ſuo iure vtitur.

Fugitiuarius, a, um, quod libenter ſeu facile fugit. Varrò lib. vii. Idoneus ſub dio ſumendus eſt locus

cochlearis, quem totũ circũ, aqua claudas, ne quas ibi poſueris ad partum uõ liberos earum, ſed ipſas quæras aqua inquam circunfundenda, ne fugitiuæ tiis ſit parandus locus.

Fugitiuus, ſeruus dicitur, qui à domino ea mente rece dit, ne ad eum redeat, etiam ſi mutato conſilio ad eũ reuertatur. Et fugitiuus eſt, qui extra dominũ domũ fugæ cauſſa, vt ſe à domino celaret, manſit. Item Fugitiuus eſt, qui eò ſe confert, unde eum dominus recuperare non poſſit, aut abduci. Qui autẽ incendiũ, ruinam, hoſtem, aut præceptorem cui in diſciplinam traditus erat, quia immoderate eo vtebatur, aufugit, non fugitiuus dicendus eſt.

Fugito, as, pen. cor. ſæpe fugio, ſiue fugiendi conſuetudinem habeo. Plautus in Aſin. Herum noſmet fugitare cenſes? Terentius in Eunu. Fugitando fugi, ne quis me cognoſceret.

Fugo, gas, expello, et in fugam conuerto. Lactã. lib. i. Saturnus quum fugatus eſſet à filio.

Fulcio, is, ſi, tum, munio, ſuſtento, fortifico. Iuue.
Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam.
Huius compoſitum eſt Suffulcio. Varro, Vt maioribus perticis ſuffultæ vites, auras non pertimeſcant.

Fulcra, à fulciendo, id eſt, ſuſtinendo dicta ſunt. Sũt enim tabulæ compactæ, ſeu ſpõdæ, in quibus lecti imponuntur, quòd toros fulciant. Vergilius,
Fulgent genialibus altis Aurea fulcra toris.
Gellius, Neq; apud eius lecti fulcrũ capſam eſſe cũ ſtrue aut ferro oportet. Sueto. in Claudio. Adhibebant omni cœnæ et liberos ſuos cũ pueris, puellisq́; nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum ſedẽtes veſcerentur. Sũt qui lecti pedes Fulcra interpretentur. Alij ſummas lectorum partes. Nec ſolum de lectis dicit, ſed etiam de aliis. Ambroſius lib. Hexa. Non ergo fundamentis ſuis nixa ſubſiſtit, nec fulcris ſuis ſtabulis perſeuerat, ſed dominus ſtatuit eam, et firmamento uoluntatis ſuæ continet.

Fulgeo, ges, ſi, ſum, à φλὸξ deducit, quod apud Græcos flammam ſignificat. vnde et pro lucere, et ſplendorem emittere ſumitur. Lucanus lib. x.
Fulget gemma toris et iaſpide fulua ſupellex.
Et Fulgere (inquit Feſtus) pro ferire priſci dicebãt. vnde Fulgur dictum eſt. Huius compoſita ſunt Affulgeo, ad aliquid fulgeo. Liuius, Et nauium ſpeciẽ de cœlo affulſiſſe. Confulgeo, ſimul totus fulgeo. Plautus in Amphi. Ardere cenſui ædes, ita tum confulgebant. Effulgeo, ſplendorem emitto. Præfulgeo, vide loco ſuo. Refulgeo, ſplendorem reddo. Perſius, Quod ſi doloſi ſpes refulſerit nummi Coruos poetas. &c.

Fulgetrum, idem quod fulgur et fulguratio.

Fulgidus, a, um, penultima correpta clarus ſplendidus.

Fulgo, is, ſi, ſum, tertiæ coniugationis, in eadem ſignificatione qua fulgeo. Verg. lib. vi.
Illæ autem paribus quas fulgere cernis in armis.
Idem lib. ix. Auroq́; effulgere fluctus.

Fulgur, uris, et fulgus, uris, vel oris, penultima corr. ſicut tergus, oris, vel Fulgus, eris, ſicut munus, eris. Eſt et lux illa, et quaſi vibratio luminis, quæ antẽ cernitur, quàm tonitruum audiatur. Conſtat autem Fulmen et Fulgur, æque ignem eſſe. Sed Fulguratio (vt ait Seneca) nihil aliud eſt quàm flamma, futura fulmen, ſi plus virium habuiſſet, ſiue fulmen non perlatum vſq; in terras. Fulmen eſt fulguratio perducta in terras, et ipſum (vt ita dicam) telum. Plin. Fulmen eſt quum flatus in nube aut uapor erumpit ardens, quum longiore tractu nitit fulgetra. Hinc aiunt naturalium cauſſarũ ſcrutatores, quòd fulgura ex nubium colliſione generentur, in morem ſilicum duriorum, quos quũ comploſeris ſibi medius ex his ignis extritus elabitur, atq; ita cũ fulgore pariter et tonitrua mugire, tonitrũ ſcilicet ſonitu indicãte et fulgura excuſſi luminis, claritate.

Fulgurator, fulgurum inſpector. Cato de moribus Claud. Ner. Auruſpicẽ fulguratorẽ ſiquis adducat.

Fulgurio, is, pe. cor. fulgur iacio. Næuius, Sanè à ſuo ſonitu claro fulguriuit Iupiter. id eſt, fulgure afflauit. Feſt. Fulguratum, id eſt, fulmine ictum. Qui locus ſtatim fieri religioſus putabatur, quòd eũ Deus ſibi dicaſſe videretur.

Fulguritas, ſplendor. Lucilius. Leporum aciem clarum, et fulguritatem arborum.

Fulguro, as, penultima correpta fulgur emitto, vel fulgure afflor, vnde Fulguratum, fulgure tactũ vel exuſtum.

Fulica, penultima correpta auis quæ et fulix dicitur, marina vel ſtagnẽſis, ut inquit Auguſtinus, paulò ſupra magnitudinem columbæ, à furuo, id eſt, nigro dicta. Vergil. libro. ii. Georgic. In ſicco ludũt fulicæ. Quod autem quidam liber impreſſus dictionarium adpellet φήνη, male interpretatur, ex autoritate Aeliani in lib. de animalib⁹, et Euſtathii, et Homeri quaſi in fine lib. iii. Odyſſ. ipſa φήνη auis eſt Aegypti magna. Home.
ὥς ἄρα φωνήσασ' ἀπέβη γλαυκῶπις ἀθήνη,
Φήνη εἰδομένη θάμβος δ' ἕλε πάντας ἰδόντας.
Sed Suidas, φήνη εἶδος ὀρνέου ἴσον ἀετῷ. Inepta enim eſſet Homeri comparatio pro fulica. id eſt, Sic vtiq; locuta abiuit cæſia Minerua viſa fulica, pauor autem omnes occupat videntes. Suidas, Fulica, auis genus æqualis aquilæ.

Fuligo, penultima producta. ſimiliter à furuo, nigrũ è fumo.

Fullones, qui curanda, polienda'ue veſtimenta accipiunt, à fouendis aqua calida veſtibus, inde ars fullonia dicitur.

Fulmen, vapor ignitus compactus et ſolidus impetuoſe cadens, q è nubibus excitat, Verg. lib. i. Geor.
Ipſe pater media nymborũ in nocte coruſca
Fulmina molitur dextra.

Fulminare, eſt fulmen iacere. Seneca, Minore enim igne ad fulgurandũ, quàm ad fulminandũ opus eſt. Et Fulminatũ, fulmine ictũ.

Fultura, ſuſtentatio. Plin. Vt eximant trabes ſine fulturis ac reponantur.

Fuluus color, dicit q ex rufo et viridi videtur eſſe mixtus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habens,

ſicut

ſicut poeta diligentiſſimus fuluam aquilam dicit, et iaſpidem, fuluos galeros, fuluum aurum, arenã fuluam, leonem fuluum, et æs fuluum. Eſt et epitheton commune ſerpentibus et mari. Claudianus,
Fuluus ſerpentibus attigit Idam,
Fuluus adnatat vnda fretis,

Fumariũ, locus vbi vina fumo condiebantur. Mart.
Improba Maſſiliæ quicquid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus.
Nam vina fumo præcocem trahunt maturitatem et celerius vetuſteſcunt, ut docet Columella.

Fumifico, as, idem quod fumigo. Plautus, Sicq́ vt Arabico fumificem odore.

Fumigo, as, penul. cor. ponitur pro ſuffio, et Fumigatio pro ſuffitu.

Fumo, mas, fumum educo. Vergilius,
Et iam ſumma procul villarum culmina fumant.
Huius compoſitum eſt Infumo, penult. prod. quod eſt ad fumum ſicco.

Fumus, à furuo, à quo Fumoſus, fumo abundans. Fumeus, ex fumo exiſtens. Infumibulum, per quod fumus erumpit.

Funalia, cerei, quòd ante vſum papyri, funes cæra circundatos habere ſolebant. Funales verò equi ſunt, qui fune, hoc eſt, reſte iuncti currum præcedũt. Suetonius in Tiberio, De hinc pubeſcens Actiaco triũpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo.

Funambulus, pen. cor. qui graditur per funeis. Hunc Græci ſchœnobatam dicunt. Funabulum verò pro fune. poſuit Hieron. de morte Paulæ, Iactent alii pecunias, et in corbanã Dei æra congeſta, funabulisq́ aureis dona pendentia.

Functus eſt exitu naturali, id eſt, morte naturali.

Funda, qua lapides rotantur, quæ primũ inuenta fuit in Balearibus inſulis. Vergil. lib. i. Georg.
Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.
Eſt etiam Funda retis genus, quod in orbem ſpargitur, quod et reticulum dici ſolet. Idẽ in eodem,
Funda iam verberat amnem. Accipitur quãdoq́ pro ſacculo ſeu marſupio in modum retis facto, in quo pecuniæ et alia geruntur. Macrob. Quumq́ acceſſiſſet ad ſellam demiſſa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos principi daret. Quod ſacculi genus etiam reticulũ uocatur. Hora. Reticulum panis uænales inter honuſto, Forte vehas humero. Aliquando pro circulo ex auro, ſiue alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, ut aurũ nõ niſi margines amplectatur. Plin. Funda includuntur perſpicuæ, cæteris ſubiicitur aurichalcũ. Rurſus Fũda, vrbs quæ et Fundi, hodie ſolum paluſtre ibi eſt, ita tamen ut ædificiorum veſtigia ruinæq́ cernant.

Fundamen, et Fundamentum, utroq́ modo dicitur pro eo, ſuper quo quid fundatur. Auguſti. lib. xviii. Ciuit. Dei, A' quibus tantum prima cœpta fundamina, et altare conſtructum eſt.

Fundanus, a, um, poſſeſſi. à funda ciuitate, ut lacus Fundanus.

Fundi, orum, vrbs Latinorum mediterranea, dicit et Fundanus ager.

Fundibularii, qui funda dimicant.

Fundito, as, pen. cor. ſæpe fundo. Plaut. in Amph. Dũ cruciatu tuo iſthæc hodie verna verba fundit as.

Funditores, qui funda dimicant. Sallu. Ipſe cum expeditis cohortibus adhuc funditorum et ſagittariorũ delecta manu.

Funditus, pen. cor. aduerbium, ſignificat à fundo, ſicut cœlitus, à cœlo.

Fundo, as, firmo, et quaſi fundamentum facio, ſtabilio. Pro quo etiam dicere ſolemus, ieci fundamentũ. Transfertur et ad incorporalia. Quintil. Fundatam paternis auitisq́ opibus domũ exhauſit. Cicero, Quantum in me fuit ieci fundamenta pacis. Huius compoſita ſunt Effundo, as, quod eſt à fundo euerto. Cæcilius, Reſpublica amiſſo et effundato pulcherrimo non paruam fecerat iacturam. Suffundo, ſubiicio. Varro, Qui in domibus lateritiis pauluũ modo lapidibus ſuffundatis, ut humorem fugerent, habitabant.

Fundo, dis, fudi, ſum, liquefacio, unde metalla dicuntur Fuſa, id eſt, liquefacta, fuſo, aut ſuperiniecto plũbo. Hinc Fuſile, Fuſor, et Fuſorius. Quoniam verò quæ fuſa ac liquida ſunt ſpargi ſolent, Fundere pro ſpargere ponitur. Claudianus, Et peſſima fudit Vina cadis. Lactantius lib. vi. Fundendus ad ultimum cruor omnia deniq́ amara et grauiora patiẽter ferenda. Aliquando pro proſternere. Verg.
Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia uictor
Corpora fundat humo Aliquando pro profligare, quod vernacula lingua dicimus, Mettere in rota. Liui. lib. I. Exercitum fundit, fuſum perſequitur. Aliquando pro abundanter præbere. Vergilius,
Ipſa tibi blandos fundent canabula flores.
Aliquando pro large loqui. Idem lib. iii.
Talia fundebat lachrymans Aliquãdo pro demittere. Vt apud eundem, Chriſtisq́ à vertice flammam Fundit. Huius compoſita ſunt Affundo, ad aliquid fundo Plinius, Exprimitᷓ foliis ſuccus molliſſimis in pila tuſis, affuſo paulatim vino auſtero. Confundo, perturbo, opprimo, ſiue omnia in vnum miſceo, coniungo. Liuius lib. i. Alterius urbis duo populi in vnum confuſi ſunt. Vergilius lib. iiii.
Qui nũc ore Arethuſa tuo Siculis cõfunditᷓ undis, id eſt, coniungitur. Plinius, Et ſi miſceantur facile confundunt colorem. id eſt, perturbant. Circunfundo, circumcirca ſpargo. Apul. Atq́ eo liquore ſtabulum omne circunfundit. Vergilius,
Vndiq́ uiſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circũfuſa ruit. Defundo, deorſum fundo. Cicero lib. iiii. ad Heren. Nam ut forte hic in balneas uenit, cœpit poſtquam defuſus eſt, defricari. Diffundo, Effundo, de quibus ſupra. Infundo, intus fundo. Colum. lib. ii. Merumq́ faucibus ſi eſtuauerint boues infundet. Hinc Infundibulum. Quandoq́ Infundere, eſt ſupra fundere. Vergilius lib. I. Georg.
Certatim largos humeris infundere rores.
Quandoq́ abundanter fundere. Hieron. lib. Reg. Feſtina & ueni, quoniã infunderunt Philiſtim ſuper

terram. Interfundo, in medio fundo. Ambroſius de filio prodigo, ſit quaſi interfuſo luxuriæ æſtu ſecularis diuortia habere ſanctorum. Offundo, Perfundo, valde ſiue per omnes partes fundo, ſpargo. Ouid. Perfuditq́ genas lachrymis. Profundo, Refundo, rependo. Seneca, Id erat non tam accipere beneficiũ quàm refundere. Interdum reſtituo quod ſparſum erat. Idem, Quicqd deerit ex meo refundam. Interdum reiicio, ut, omnem culpam in te refundam. Interdum retro fundo, euomo. Plin. Quod heſterna crapula ingurgitauerat, palàm refudit. Suffundo, eſt, ſupra fundo, aut deorſum inicio. Colu. lib. vii. Laſſæ et æſtuanti mulæ ad os in fauces dimittitur, vtrunq́ in os ſuffunditur. Plautus in Curcu. Mane ſuffundam aquulam. Interdum forinſecus ſpargo, quum infundo potius de interiori parte dicatur.

Vergilius lib. i. Georgicorum,

At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborẽ Ventus erit. Seruí. Suffuderit, forinſecus habuerit. Hinc Suffuſio, qui morbus eſt oculorum, vulgò cataractá vocant, hæc paracenteſi curaſ. Eſt autem παρακέντησις quæ manu fit à chirurgis dũ curari aliter morbi nõ poſſunt. iungiſ prius locus, deinde vel acus vel hamulus infigitur, idq́ paracenteſis diciſ. Interdum Suffundere, eſt ſubiicere, à quo Suffundatũ, ſublectum dicimus. Tractum à fundamẽto. Varro, Qui in domibus lateritiis paululũ modo lapidibus ſuffundatis, vt humorem fugerent, habitabant. Interdũ cofundo, ſiue rubore perfundo. Hiero. Hæc et huiuſmodi Theophraſtus differens, quem non ſuffundat Chriſtianorum, quorum conuerſatio eſt in cœlis? Cicero pro inſpergo poſuit, ad Lentul. ſcribens, Noui animum quũ mihi amiciſſimũ, tum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum. Superfundo. Lactan. lib. vi. Extinguitur protinus tanquam igni aquam ſuperfuderis. Transfundo, de uno ad aliud fundo, ſpargo, immitto'ue. Cice. Dolabel. Libentius omnes meas laudes (ſi modo ſunt aliq́ meæ laudes) ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis. Cato de Re ruſt. Vbi dies triginta præterierint tráſfundito, ita relinquito.

Fundum, ima pars cuiusq́ rei, quæ aliquid liquoris in ſe contineat, vel ad continendum facta eſt, vt dolii, nauis, alnei, fluminis, lacus, maris. Hinc Fundamentum, et Profundum, quod proprie imum ſignificat, vt profundum mare dictum quòd procul habeat fundum.

Fundus, ager quòd fundat quotannis multa. Vel quòd ſit rei familiaris fundamentũ. Nam pecuniarum ratio labilis eſt. Vel ideo Fundus dicitur, quòd planus ſit ad ſimilitudinem fundi vaſorum. Et Fundi adpellatione inquit Florẽtinus iuriſconſul. omne ædificium, et omnis ager continetur. Sed in vſu vrbana ædificia, ædes, ruſticæ villæ dicuntur.

Funebre, penul. correp. quod ad funus pertinet, vt funebris pompa. Quintilianus, Quid ſibi velit ille funebrium longus ordo pomparũ. Et Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur. Aliquando dicitur cædibus plenum vel mortale. Horatius in Serm. funebre bellum dixit.

Funepeus, idem quod funambulus. Apul. Comœdus ſermocinatur, tragœdus vociferatur, funepeus periclitatur.

Funerale, dicitur quicquid ad exequias pertinet.

Funereus, a, um, q́ ad funus pertinet, vt funereæ mulieres, ad quas ptinet funus, vt puta ſoror et mater.

Funero, as, pen. cor. ſepelio. Plinius lib. xxxiii. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertiis vndecim milibus.

Funes anchorarii, quibus anchoræ demittuntur ac leuantur.

Funeſta arbor, diciſ à poetis cupreſſus, cuius ramus ponĩ ante domũ funeream ſolitus, ſit, ne q̃s per ignorantiam ingrediens pollueretur.

Funeſto, ſtas, funere inquino. Vnde domus funeſtata, q̃ aliquo funere affecta eſt. Plaut. Paternam domũ funeſtaui. Aliquando Funeſtare, eſt cruentare.

Funeſtus, ſta, ſtum, quod eſt funere inquinatũ, vnde Funeſto, funeſtas, et Funeſtum, mortiferum, cruentũ. Seneca, Vox illa funeſta Reipub. Item Funeſtũ, quod funeribus adhibetur, vt funeſta tibia, qua ad Funera canebant.

Funetum, diciſ in arcus ſpeciem formatũ. Et dicitur de vineis quũ breuiores palmites ſunt, ſarmẽtis ipſis inter ſe iuncti funium modo. Co.

Fungor, eris, functus. Fungi ſignificat uti, ſeu officiũ aliqđ aut dignitatem habere, agereq́, vt fungor officio delegato, fungor prætura, fungor vita, quod eſt fungor officio uitæ, et munere adminiſtrãdi corpus. Inde Defunctos mortuos dicimus, qui munia vitæ peregerunt. Et conſtruitur cum ablatiuo. Lactant. Ita enim delegato ſibi officio functi ſunt. Aliquãdo cũ accuſatiuo. Teren. in Adel. Aeſchinus tuus, neq́ boni, neq́ liberalis functus eſt officiũ uiri. Plaut. in Mene. Nam paraſitus octo hominum munus facile fungitur. Fungi quoq́ finire dicitur, vnde vita functus diciſ, qui vitam finiuit. Lactan. lib. iiii. Et quũ magiſterio functus fuiſſet traderetur in manus impiorũ. Huius compoſita ſunt Defungor, quod eſt expedio, finem facio, perago, ceſſor, et liberor ab aliquo officio vel munere. Vergilius,

O' tandem magnis pelagi defuncte periclis.

id eſt, qui finiuiſti et euaſiſti pericula. Liuius, Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere. id eſt, quæ euaſerunt morbos. Terentius in Adelph. Vtinam hoc ſit modo defunctum. id eſt, utinam hoc malum vltimum ſit quo defungatur, in quo finiat officium ſuum, ſcilicet Aeſchino talia perpetrandi. Perfungor, perfecte fungor. Cice. Lentulo, Quum et honoribus ampliſſimis, et laboribus maximis perfuncti eſſemus. Idem, perfuncto hoc miſero fatalíq́ bello.

Fungus, à funere (vt qdam aiunt) deſcendit, q́ veſcentibus periculoſiſſimus ſit, quũ vel caligaris clauus, vel chalybis rubigo, aut pãni marcor adfuerit, aut ſi ſerpens primo pateſcentiſ adhaluerit. Fũgorũ diuerſa ſunt genere. Nã ſunt Boleti, pratenſes albi, qui in pratis naſcunſ. Spongioli, à ſimilitudine ſpongiæ. Digitelli, à digitis, à porrigine Porriginoſi. Naſcunt

tur et in arboribus Fungi, et in ſpinarum radicibus. Hinc Fungoſus, a, um, quod eſt rarum et leue, ad ſimilitudinem fungi. Plinius, Hunc totum fungoſa replet medulla. Et Fungoſitas à fungoſo dicitur. Idem, Tota fungoſitas deraſa. Cc.

Funiculus, quũ ſit diminutiuũ à fune (vt funiculus duplex difficile rumpitur) ponitur tamen quandoq; pro menſura certi itineris, vt apud Pſalm. Semitam meã, et funiculũ meũ inueſtigaſti. Iuxta enim Aegyptios in ripis fluminum ſolent naues funibus trahere, certa habentes ſpatia, quæ adpellant funiculos, vt labori defeſſorum recentia trahentiũ colla ſuccedant. Nec mirum ſi vnaquæq; gens certa uiarum ſpatia ſuis adpellet nominibus, quũ et Latini mille paſſus vocent, et Galli leucas, et raſtas vniuerſa Germania, atq; in ſingulis nominibus diuerſa menſura ſit.

Funis, tam maſculini, quàm fœminini generis eſt, et à fundo, dis, deduci videtur, quòd dum trahitur atq; attenuatur, linũ fundi videatur.

Funus, eris, pompa, quæ ſit exequiis mortuorũ. Ennius, Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. A funalibus dictũ Funus, quòd incẽſi funes mortuis præferebantur, quoniam noctu efferebanť cadauera, vel potius, quoniam φόνος λέγεται καὶ φοῦνος ἰωνικῶς. φονᾶ γὰρ καὶ φονεύειν ἐστὶ τὸ ἀναιρεῖν. id eſt, φόνος dicitur, et φοῦνος Ionice. id eſt, cædes. φονᾶ enim, et φονεύω, eſt interficio. Interdũ ſignificat mortem. Vergilius,

Nec moritura tenet Crudeli funere Dido.

Interdum ponitur pro cadauere. Terentius, Effertur funus. Quandoq; pro ſepulchro. Vergilius,

Ergo inſtauramus Polydoro funus.

Fuo, is, fui, futum. ſignificat arguo. Plautus in Amph. Ne quis tam audax fuat homo, q obuiam obſiſtat mihi. Hinc Futo, as, de quo infra. Eſt etiã idem quod ſum, unde et præteritum fui.

Fur, generis cõmunis, ſubtractor, à fero, quòd ferat, id eſt, auferat res alienas. Vel (ut inqt Varro li. aliu. rerum diuin.) à furuo, nigro, quòd furta clàm fiant et plerunq; in nocte. Sabinus à fraude. Alii à Græco φώρ, à quo Furtũ deducitur. Differt autem Fur à Latrone ſecundũ Hierony. quòd Fures inſidienť, et occulta fraude decipiant, Latrones audacter aliena deripiant. Qui enim furantur, nocte furantur, et in tenebris. Sed plerunque indifferenter ponuntur. Per tranſlationem quádoq; Fur capitur pro ſeruo. Verg. Quid facient domini, audent quũ talia fures. Compoſita ſunt Bifur, et Trifur. Plaut. Verberaiſſume etiam rogitas non fur, ſed trifur. hoc eſt, ſumme fur. Aurifur, qui furatur aurum. Furculus, ſecundum Priſcia. diminutiuũ eſt à fur.

Furax, acis dicitur qui facile furatur.

Furca, à fero, inſtrumentum quo ſtramenta feruntur, unde Biſurcus, et Biſurcatus, et Biſurcari. Huius diminutiuum eſt Furcula, à quo fit aliud diminutiuum Furcilla.

Furciferi, dicebantur ſerui, qui ob leue delictũ cogebanť à dominis ignominiæ magis, quàm ſupplicii cauſſa circa vicinos furcam in collo ferre, ſubligatis ad eam manibus et prædicare peccatũ ſuũ, ſimulq; monere cæteros, ne quid ſimile admitterent. Vnde Plutarchus in vita Coriolani, Furcifer huic nomen eſt, quòd maxima pœna apud antiquos ſeruo peccãti erat vt is plauſtri lignum cui temo affigitur, ſpectante vicinia ferens circumageret. Quod vbi factũ erat, inuidus, à domeſticis et vicinis exiſtimatus, furcifer adpellabatur. Nam Latini lignum illud furcã adpellant. Hinc Triſurcifer, ſumme furcifer dicitur, ſicut triueneſica, ſumme ueneſica.

Furcilis, pen. corr. inſtrumentũ bidentatum, tridentatum'ue, quo vtimur ad extrahendum fimum.

Furcilla, diminutiuũ à diminutiuo furcula eſt, et ſignificat inſtrumentũ quo frumẽta cillentur. hoc eſt, mouentur. Nam Cillere mouere eſt, et quo fœnum, palea, et id genus reliqua iumentis miniſtrantur. Hoc ruſtici in fœno colligendo vtuntur. Varro lib. i. de Re ruſti. Herba quum creſcere deſiit, et æſtatibus areſcit, ſubſecari debet, et quoad perareſcat furcillis verſari.

Furfur, nomen auis, et purgamentũ farinæ. unde Furfureus, a, um, quod eſt ex furfure. Et furfures, morbus capillorum.

Furiæ, Deæ furoris ſunt dictæ, et noctis Acherontisq; filiæ fuiſſe memorantur, Alecto, Tiſiphone, et Megæra. Vergilius,

Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ,
Quas et tartaream nox intempeſta Megæram
Vno eodemq; tulit partu.

Fictum eſt à poetis, inferna loca furias habitare, ſed tormenta ſceleſtæ mentis eſſe veteres voluerunt. Cice. pro Roſcio, Nolite putare quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impie ſcelerateq; commiſerunt, agitari et perterreri, tedis ardentibus, ſua quemq; fraus et ſuus terror maxime vexat, ſuum quemq; ſcelus exagitat, amentiaq; afficit, ſuæ malæ cogitationes conſcientiæq; animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ, domeſticæq; furiæ, quæ dies noctesq; parẽtum pœnas à ſceleratiſſimis filiis repetant. Tres etiam Furiæ ſignificant tres animi affectus qui homines in omnia facinora præcipites agunt, videlicet ira, cupiditas, libido. Ira vltionem deſyderat. Cupiditas opes. Libido voluptates. De iſtis Euripides in Oreſtis tragœdia. Sed aliud eſt Parcæ, Clotho, Lacheſis, Atropos, de quibus Cebetes Thebanus in pictura vitæ. ὁ δὲ γέρων ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος δαίμων καλεῖται. προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. Senex ſurſum ſtans chartã quandam in manu habens, et altera veluti aliquid demonſtrans, is dæmon, id eſt, ſapiens vocať, iubet autem ingredientes qd facere eos oportet, vt ingredianť in vitam, et oſtendit qua via incedendũ eſt ſi ſeruari debeant in vita.

Furiatus, qui ex cauſſa furit. Vergilius,

Nam tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus,

Furibundus, qui vehementer furit. Sallusti. Tum ille furibundus, quandoquidem circumuentus inquit ugor, incendium meum ruina extinguam.

Furio, as, cum furore concito. Hora. lib. Carm.
Quæ ſolet matres furiare equorum.

Furioſus, dicitur à quo furor nunquam recedit.

Furnaceus, a, um, quod ad furnum pertinet. Plinius, Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

Furnaria, abſolute dicitur, ſicut cœnacularia, et ſagaria. Dicitur autem quis furnariā exercere, qui ex furno panis'q; coctura quæſtum facit, uel qui furnos locat conductoribus. Sueto. de Vitel. Cuius filius ſectionibus & futuris vberius compendium nactus, ex muliere vulgari Antiochi cuiuſdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum genuerit.

Furnariæ mulieres, vulgò dicuntur furno operātes.

Furnum, obſcurum, à quo Furnus, Fornax, Fumus, Furiæ, Foligo, Fulica.

Furnus, à furno, id eſt, nigro colore, propter fuliginem, vel propter obſcuritatem quam intus habet, vt inquit Porphyrio, locus in quo panis coquitur. Differt'q; à clybano, quòd Clybanus mobilis eſt, et quaſi paruus furnus, teſta'q; aliquando tegitur, ſed ferè è metallo fit. Interdum etiam ex lapide conſtat, non tam pani, quàm aliis dapibus coquendis ſeruiens. Furnus vero, ex cæmento & calce cōſtat, magnus'q; & immobilis eſt. Plinius, Corticea quoq; decuſſimi clybanis et furnis præbent vſum. Os furni, Præfurnium dicitur.

Furo, is. ira exagitor. Apule. Furit, enſem corripit, fertur in eum præceps, nil tale timentem aggreditur. Quandoq; Furere, eſt Inſanire. Cicero lib. i. Offic. Verſutum & callidum factum Solonis, qui quo tutior vita eius eſſet, & plus aliquantò Reipub. prodeſſet, furere ſimulauit.

Furor, aris, furtum facio, vt apud Apoſtolum, Qui furabatur, iam non furetur.

Furor, furoris, Inſania, quamuis inter ſe differant, ſicut Cicero lib. iii. Tuſcul. declarat, Itaq; non eſt ſcriptum ſi inſanus, ſed ſi furens eſſe incipit. Inſaniam enim eſſe cenſuerunt inconſtantiam ſanitate vacantem, quæ tamen poſſet tueri officiorum et uitæ cōmunem cultum atq; vſitatum. Furorem autem rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum maius eſſe videatur quàm inſania, tamen eiuſmodi eſt, vt furor in ſapientem cadere poſſit, non poſſit inſania. Fit enim furor aliquando vitio valetudinis, vt iis qui melancholici adpellantur, quos tamen Ariſtoteles cenſuit habere aliquid in animis præſagiēs atq; diuinum. Aliqñ accipitur pro mente vi quadā diuina concitata, qualis eſt furor poetarum. Negat quippe Democritus, quempiam poetam magnū eſſe poſſe, ſine furore. Cicero, Ineſt igitur animis præſagitio, extrinſecus iniecta atq; incluſa diuinitus. Ea ſi exarſit acrius furor adpellatur, quum à corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitatur. Interdum furor ſumitur pro nimia Ira. Luca.
Quis furor ò ciues, quæ tanta licentia ferri?
Sed inter iram & furorē, Hieronymus hoc intereſſe ſcribit, quòd Furor ſit vindicta irrationabilis, cum fellis amaritudine, Ira verò commotio animæ. Dictus Furor, quòd huc atq; illuc temere feratur.

Furtificus, a, um, quòd furtum facere ſolet. Plautus in Perſa, Vbi illa altera eſt furtifica leæna.

Furtim, aduerbium, ſignificat latenter.
Vergilius libro. iii. Aeneid.
Infelix Priamus furtim mandarat alendum.

Furtiuus, a, um, penultima prod. quod furto raptum eſt, in ſignificatione paſſiua. Plautus in Perſa, Quæ furto raptæ erant furtiuas vendere ingenuas colliberius meus. Quandoq; Furtiuum dicitur clandeſtinum, vnde & Furtiuæ literæ, & Furtiua ſcripta, quæ artificio quodam fiunt, ne legi poſſint ab alio, quàm ab eo ad quem ſcribuntur. Gellius, Res quaſdam occultas nūciare regi furtiuo ſcripto uolebat.

Furtum, vt Paulus iureconſult. definit, eſt contrectatio rei frauduloſa, lucri faciēdi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius poſſeſſionis'ue, quod lege naturali prohibitū eſt admittere. Veteres tamen dicebāt Furtum, quicquid clàm cōmitteretur. Vergil.
Vulcani Martis'q; dolos, & dulcia furta.
Hinc Furta pro adulteriis leguntur. Tibullus.
Celari vult ſua furta Venus. Pro inſidiis.
Vergilius libro vndecimo.
Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ,
Armato vt biuias obſidam milite fauces.
Salluſtius libro primo Hiſto.
Metu gentis ad furta belli peridoneæ. Furta domeſtica vocantur, q̄ ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii apud quos degunt ſurripuerunt.

Furuæ hoſtiæ, dicebātur, quæ Diti patri, & Proſerpinæ aris immolabantur.

Furunculus, etiam diminutiuum à fur. Cicero in Piſo. Olim furunculus, nunc etiam rapax. Accipitur etiā quandoq; pro muſtela ſylueſtri, qua in cauernis cuniculi capiuntur. Et Furunculus, dicitur tuberculū acutum, cum inflammatione ac dolore in carnoſis maxime partibus, vt ſcribit Galenus, Prouenit ex humoribus craſſis, differt'q; à phymate, quod hoc minus eſt furunculo, rotundius atq; planius. Fit etiam Furunculus ex capillamēto. Columella libro quinto. Plerunq; autem germen de cicatrice procedit, quod ſiue longum proſiluerit in flagellum ſubmittitur, ſiue breuius in pollicem, ſiue admodum exiguum in furunculum, is ex quolibet minimo capillamento fieri poteſt. Dictus Furunculus, quòd quaſi furtim naſcatur.

Fuſcina, penul. cor. telum tridens, ſiue triſulcū piſcatorium, quod fundo natantia capiat, inſigne Neptuni erat, vt apud Priapeiam. Neptuni fuſcina telū. Hoc etiam retiarii in gladiatoriis ludis utebantur. Iuue. Vicerat hoc mōſtrū manicati fuſcia Gracchi. Alii tunicati legunt. Hinc Fuſcinula diminutiuum.

Fuſcus, a, um, color ſubniger. Id eſt, non plene niger, qualis eſt Indorum Meridionalium & Aethiopum color.

Fuſile, penul. cor. quod fundi poteſt, ſeu quod fuſum eſt, vel quod pronum eſt ad fundendum. Gellius,

Qui ſunt leues, & fuſiles, & importuni locutores.

Fuſim, aduerbium. ſignificat ſparſim.

Fuſores, qui fundunt. id eſt, liquefaciunt.

Fuſorius, a, um. quod ad fuſionē. hoc eſt, liquefactionē pertinet, ſeu quod funditur, aut fundi poteſt, vt opus fuſoriū. Fuſoriū vas, in quo metalla liquefiūt. Et ars fuſoria, ars, fundendi, miſcendi, tranſmutandiq́ metalla, in qua multi ludibrio habiti ſunt, dum cuperent diuites fieri, ad inopiam redacti ſunt.

Fuſus, a, um. participiū à fundo, fundis, Fuſus, fuſi, inſtrumentū quod mulieres nendo digitis voluūt, vt eſt illud. Et digiti eius adprehenderunt fuſum.

Fuſtigo, as. penultima prod. fuſte ſtimulo.

Futile, penul. corre. quod facile fundit, vnde vas futile, quod erat latiſſimi oris, ex altera parte arctū, qđ ſtatim poſitum effundebatur. Vtebātur eo in ſacrificiis Deæ Veſtæ, quia aqua ad ſacra hauſta, in terra non ponitur. Quod ſi fiat, piaculum eſt. Vnde excogitatū vas eſt quod ſtare non poſſet, ſed poſitū ſtatim effunderetur. A' quo Futiles dicti ſunt, qui cōtinere tacenda non poſſunt, ſed effundunt. Apuleius, Leuis homo & futilis, ac rimarum plenus.

Futile, eſt etiam aduerbium, ſimiliter & Futiliter. Ce.

Futinus, erat Deus, in cuius ſinu pudendo nubentes præſidebant, vt illarum pudicitiam prior Deus delibaſſe videretur.

Futio, futis, effluo. à quo componitur Effutio, de quo alibi.

Futis, vas aquarium quo aqua in triclinium infundebatur. Cornucopiæ.

Futo, as, redarguo. à quo Confuto, & Refuto, vide in dictione Refuto. Cato Futauit viſus eſt, pro ſæpius fuit.

Futuo, futuis, tui, tutum, obſcœnum verbum, quòd à futio deduci videtur, quum nihil aliud ſit Futuere, quàm ſemen effundere.

DE LITERA G.

G Litera muta eſt, quæ ī verborum præteritis mutať in ct, vt legor, lect⁹, agor, actus. Aliquando in ſ, vt ſpargo, ſparſi, mergo, merſi. Aliquādo in x, vt rego, rexi, pingo, pinxi. Apud Græcos quod illi p x, ſcribunt, quādoq; nos per g, ſcribimus, κύκνος, nos cygnus, illi κώβιος, nos gobius, vel gobio.

G ANTE A.

GAba, per ſimplex b, teſte Ioſepho lib. v. Antiquitatū Iudaicarum, Galilææ oppidum eſt.

Gabalum, penulti. cōmuni, oppidū Auernorū in Gallia Aqtana, Narbonēſi terræ proximū. Hinc Gaballici populi, apud quos olim fiebat optimus caſeus.

Gabalus, penul. prod. apud veteres crux, ſiue patibulum dicebatur. Varro, Nos barbari quòd innocentes in gabalum ſuffigimus homines, vos non barbari quòd noxios abſoluitis.

Gabaon, olim metropolis & regalis ciuitas Euchorum, & nunc (vt refert Hieron.) oſtenditur villa eodem nomine in quarto miliario Betelis contra Occidētalem plagam, iuxta Rhama, vbi Solomon oblatis victimis diuinum meruit oraculum.

Gabaonitæ, penultima prod. ſunt populi in Gabaon habitantes.

Gabatæ, penultima correpta, vaſa concaua, eduliis pulmentariisq́ aptiſſima. Martialis,

Tranſcurrunt Gabatæ, volantq́ lances. Et alibi,

Sic implet gabatas paropſidesq́.

Gabba, per duplex bb, Syriæ vrbs.

Gabii, orum. Volſcorū vrbs fuit. lxx. milibus paſſuū ab vrbe diſtans, à Galacto & Bio fratribus Siculis cōdita, ſicut ſcribit Solinus, vbi latomiæ plus quàm reliqui lapides Romæ ſuppeditātes. Hinc Gabini dicti ſunt homines Gabiis habitantes.

Gabinus, penul. prod. toga, quæ ſicut docet Seru. ſic in tergū reiecta eſt, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat. Quo veſtimēti genere vtebatur conſul bella indicturus.

Gabriel, Hebraice, Latine fortitudo Dei dicitur. Nomen angeli. Danielis. viii.

Gaddes, duæ inſulæ ſunt, & vtranq; tam ſingulari numero Gaddā quàm plurali Gaddes adpellamus. Et ſunt in fine Bethicæ prouinciæ, & in extremo noſtri orbis verſus Occidentē, vbi Europa ab Aphrica dirimitur. Vocabulū Pœnum eſt, quod ſeptū indicat, eò quòd in morem ſepis circundetur. Gadis maior Inſula, quā alii Erythream, qm̄ Tyrii ab origine eorū orti, ab Erythreo mari ferebātur. Alii Aphrodiſiam, quidā Iunonis inſulā vocauere. Diſtat à Calpe ſeptingentorū quinquaginta ſtad. interuallo, parua quidē inſula, ſed uirorū dignitate excellens. In qua equeſtris ordinis Gaditanos quingentos in vno cenſu numeratos aliquādo fuiſſe compertū eſt, in vno atq; perexiguo oppido, quod Gaddiū vocabatur. In hac inſula Geryones habitauerunt. Gadis minor inſula, habet oppidū ciuiū Romanorū quod Iulia adpellatur. In Gadeo erat templū Herculis honoratum, in quo quidā columnas illas eſſe exiſtimant, q̄ Herculis colūnæ nuncupātur. Sunt autē ex ære, cubitorum octo. Inde Gaditanus, a, um, penul. prod. vt mare Gadditanū. Et Gadditanæ puellæ, dicunť libidinoſæ, procaces. Martialis de puella Gadditana,

Tam tremulum criſſat, tam blandū prurit vt ipſum
Maſturbatorem fecerit Hypolitum.

Gadditani oriundi ſunt à Tyriis. vnde Lucanus,

Tyriiſq́ à Gaddibus hoſpes.

Gaddir, neutri generis, vrbs opulenta in Gadibus, de qua Priſcianus lib. v. ait, Vt alii tradiderunt Tarteſſum Hiſpaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddir habent.

Rufus Feſtus in deſcriptione orbis,

Gaddir prima fretum ſolida ſupereminet arce,
Attollitq́ caput geminis inſerta columnis.
Hæc Cotinuſſa prius fuerat ſub nomine priſco,
Tarteſſumq́ dehinc Tyrii dixere coloni.
Barbara quinetiam Gaddes hāc lingua frequentat.
Pœnus quippe locum Gaddir vocat vndiq; ſeptum,

Suidas, γάδειρα τέλος κατὰ τὴν ἑσπερίαν μοῖραν, μέχρι τούτων ἐλθὼν ὁ ἡρακλῆς, καὶ μὴ δυνάμενος διελθεῖν, στήλας περὶ τῶν ἐγχωρίων λαβὼν ἱδρύσατο. Gadira locus iuxta Hiſpaniã extremam, ad quẽ profectus Hercules, et pertranſire non potens colũnas ab incolis ſumptas, infixit.

Gaderes ciuitas Syriæ, nõ longè ab Aſcalone, ex qua Theudorus Rethoricæ præceptor, q Strabonis ætate floruit, Gadareus dictus eſt.

Gætuli, Aphricæ populi ſunt. Aphricam Initio Libyes habuerũt, deinde Aphri, poſtea Gætuli, poſtremo, Numidæ.

Gætulia, pars Aphricæ, quæ primo habet Garamãtas. inde Gætulus, penultima prod. Verg. lib. iiii. Deſtruat ut captam ducat Gætulus Hiarbas. Iuue. Quũ Gætula ducem portaret bellua luſcum. Ouid. Quid dubitas uinctam Gætulo tradere Hiarbæ.

Gagates, ſeu Gages, nomen fluuii in Sicilia, et nomẽ lapidis precioſi in eo primum reperti, quamuis etiã in Anglia abundet. Hic lapis quamuis rudis et ruſticus uideatur, diuini tamen neſcio quid in ſe habet. Ignem enim alit in laternis quem ſolo oleo licet extingui. Si quis autem aquam et eius lapidis fruſtula biberit, ſi carnis ſenſerit maculas, extẽplo emingit, neq; cohibere urinam poteſt. At ſi uirgo, non cogitur meiere.

Gages, in Lycia haberi conſtat oppidum ab amne Gaga, ubi et Gages lapis inuenitur. Dioſco. Amnis à quo lapis nomen habet, Gages adpellatur.

Gagites, lapis eſt in aquilarum nidis repertus, ad multa remedia utilis, nihil uerò igne deperdens. Eſt autem lapis iſte intus prægnans, quem ſi quaties, alius quaſi in utero ſonat. Fuluus eſt et tereti figura. Hunc Zoroaſtres magus omnibus lapidibus prætulit, maximam q; illi tribuit poteſtatem, uocaturq; aliter Aetites, ab aquilarum nomine, ἀετὸς enim Græcè aquilam ſignificat.

Galaad, mons eſt à quo ciuitas in eo condita ſortita eſt vocabulum, quam et accepit de Amorreorũ manu Galaad filius Machir filii Manaſſe.

Galactophagi, populi Scythiæ dicũt et Lactiphagi.

Galactopotæ, pen. prod. lac potantes. Colu. libr. xiii. Quibuſdam nationibus frumentis expertibus victũ commodat ex quo Nomadum, Getarumq; pluſimi γαλακτοπόται dicuntur.

Galãthis, (vt eſt in fabulis) Alcmenæ ancilla fuit quæ quum domina ſua, partus doloribus laborans, à Iunone ne pareret impediretur, mira aſtutia dicit Deã eluſiſſe. veniſſe quippe ad eam riſu ac lætitia geſtiẽtem, et ſolutam iam partu reginam mentiendo confixiſſe. Qua re intellecta, admiratione ſimul ac dolore concitã Deam reſolutis manibus ſurrexiſſe. Tunc ſubito Alcmenam ſine vllo cruciatu Herculem enixam. Lucinam verò indignatam mox Galanthidem in animal ſui nominis, hoc eſt, in Galẽ, id eſt, muſtelam mutaſſe, hac addita pœna, vt orẽ quo præcipue peccauerat, pareret. Ce.

Galanthis, idis, muſtela, à qua piſcis quidam dictus eſt, hæc et Gale dicitur et galeus.

Galatæ, pen. cor. populi qui Galatiã habitant. Hi primo Gomoritæ dicti ſunt, à Gomor Iaphet filio (vt Ioſeph, lib. primo refert) et fratre Aſcis, qui ad ea loca veniens, ibi ſedes poſuit.

Galatea, Nympha marina, à lactis candore ſic dicta, quaſi lactis Dea γάλα enim lac ſignificat.

Galatia, Græcè γαλατία per ſimplex l, regio minoris Aſiæ. Hæc ab Oriente Cappadociam et Halym fluuium, ab Occidente Bithyniam et Aſiam, à Meridie Pamphiliam, à Septentrione Pontum Euxinũ habet quam olim galli ex Europa venientes habitauerunt, et gallogræcia dicta eſt.

Galaxeta, Græcè γαλαξαύρα, Nympha marina à lactis candore ſic dicta. Ce.

Galaxia, et Galarites, gẽmæ ſunt colore lacteo interrcurrentibus candidis venis. Ce.

Galba, vermiculus miræ exilitatis, q naſcitur in æſculis, à quo qui primus Sulpitiorum cognomen galbæ tulit ab exilitate ita vocitatus eſt, quem alii cõtrario quod præpinguis fuerit, nominatum ſcribũt. Talem enim Galli vocant galbam. Alii quòd oppidum Hiſpaniæ fruſtra diu oppugnatum, illitis demũ è Galbano facibus ſuccenderit. Nonnulli quòd in diuturna valetudine galbeo, hoc eſt, remediis lana inuolutis vteretur.

Galbaneus, mali odoris.

Galbanus, penultima correpta fœmi. gene. et Galbanum neutri, ſuccus eſt ſiue lachryma cuiuſdam herbæ ſimilis ferulæ, quæ in ipſo frutice in æſtate prorumpit, et multis eſt apta medicaminibus. Græci χαλβάνην dicunt per ch, noſtri verò ch, in g, conuertunt. Lucanus lib. ix.

Hic ebulum ſtridet peregrinaq; galbana ſudant.

Galbanum in Syria gigni teſtis eſt Pli. lib. xii. Quod ſyncerum ſi vratur, fugat nidore ſerpentes. Eſt etiam hoc nomine genus veſtimenti delicatorum à colore albo ac ſublucido, quod nullos habet pilos. Iuue. Cærulea indutus ſcutulata et galbana raſa.

Inde Galbanatus, nomen ſimile participio formauit Mar. quod eſt Galbano indutus, accipiturq; pro homine molli et effœminato.

Galbeum, ornamenti muliebris genus.

Galbinus, a, um, penultima producta mollis et laſciuus. Martial. Galbinos habet mores. Tunica quoq; galbina, à colore dicta eſt. Flauius Vopiſcus in Aureli. Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea, tunica galbina.

Galbuli, pili cupreſſi. Varro li. I. de Re ruſt. Quædam ad Oriẽtem ſunt vſq; adeo parua, vt ſint obſcura vt cupreſſi. Non enim galbuli q naſcitur, id eſt, tanquã pilæ paruæ corticeæ id ſemen, ſed his intus primigenia ſemina dedit natura.

Galbulus, etiam auis, qui et Galbula et icterus dicit. Mart. Galbula decipitur calamis et retibus ales. Apud noſtrates Galberius dicitur.

Gale, muſtela. Ariſtoteles li. de Animalibus. Gale quoties dimicatura cum ſerpente eſt. Plinius, Muſtelæ cum anguibus, viſæ ſunt pugnare quoties victæ ſunt rutæ folium morſu adprehendentes.

Galea, caſſis, à galero qua multi veteres vſi ſunt, à qua galeati dicuntur, qui galeis armati ſunt.

Galena, dicitur plumbi et argenti vena cõmunis, quæ et molibdena vocatur, et Latinè dicitur plumbago. Cornucopiæ.

Galenus, penultima producta nomen medici excellẽtiſſimi, ex Pergamo Aſiæ vrbe, qui vulgò Galienus dici ſolet barbarè et ineptè. nam ἑλληνικὴ γαλήνη λέγεται ἀπὸ τοῦ γάλακτος ὡς ἔγωγε οἶμαι, τουτέστι λευκότητα. id eſt, græcè Galenus dicitur à lacte, ut ego arbitror, id eſt, candore. Floruit tẽporibus Marci et Commodi imperatorum. Multa compoſuit in Medicina, Philoſophia, Grammatica, et Rhetorica. Quo nomine etiam dictus eſt Imperator Romanus.

Galeola, cum accẽtu in antepenultima, vas ſinuoſum à galeæ ſimilitudine dictum.

Galeotæ, non modo ſtelliones adpellantur, ſed et vates quidam in Sicilia et Attica, à Galeote Apollinis filio, qui frater Telmeſſi eius traditur, qui Telmeſſum vrbem in Caria condiderit oraculo ex Dodone accepto. Vnde Aelianus ſcribit Dionyſium tyrannum galeotas ſolitum conſulere in Sicilia.

Galerita, penultima producta, auis, quæ nunc alauda dicitur, à galeri ſimilitudine. Varro. Galericã adpellat, quia plumam elatam in capite habet.

Galerus, et Galerum, penultima producta pileus rotundus quòd in modum galeæ eſſet factus, ut inquit Varro. Statius,

Et temperat aſtra galero. Accipitur interdum pro coma aliena, quam ad galeri effigiem formatã capiti ita captare ſolemus ut internoſci non queat. Hoc apud Suetoni. in Cali capillamentum nominatur. Huius diminutiuum eſt galericulus.

Galeſus, penultima producta fluuius iuxta Tarentum. Vergilius libro quinto.

Quia niger humectat flauentia culta galeſus.

Galeus, piſcis, qui à noſtris etiam muſtella dicit. Plin. Paſtinacam piſcem uenenatum, perſequitur Galeus.

Galgulus, auis eſt, quæ ſi ſpectetur à quopiam morbo regio laborante, ſanat morbus ille, et auis moritur. Cornucop.

Galilæa, pen. prod nomen duarum regionũ, ex qbus vna Galilæa gentium vocatur, vicina Tyriorum finibus, vbi et Solomon viginti ciuitates donauit Hyrã regi Tyri in ſorte tribus Neptalim. Altera Galilæa dicitur erga Tyberiadem, et ſtagnum Geneſareth in tribu Zabulon. Galilæa (teſte Plinio) Syriæ, Arabiæ atq; Aegypto coniungitur, terra ferax.

Galla, fructus quercuum. Græci quoque κηκίδα, [illegible] lae nominant. Vnde et galli ſecundum aliquos dicti ſunt [illegible] ducere [illegible] eſſe [illegible] coarctandi [illegible]

Gallaici, [illegible]

Gallia, Europ [illegible] Gala [illegible] ea parte [illegible]

ra non colorentur, quæ triplex eſt, tonſa ſcilicet ſiue togata, comata et bracata. Gallia togata dic. ciſalpina. Vt Plin. lib. iii. in[illegible] Martia.

Gallia Romanæ nomine dicta togæ.

Comata nominatur omnis trãſalpina gallia, quam in tria populorum genera hiſtorici diuiſerũt, Belgicam, Celticam et Aquaticã, quæ Romonica antè dicta eſt. Nam à Scalde ad Sequanam Belgica. Ab eo ad garumnam Celtica, eademq; Lugdunenſis. inde ad Pyrenei montis excurſum Aquitania. Auguſt. quadrifariam diuiſit, addita Lugdunenſi prouinciæ. Ammianus in multiiugas prouincias diuiſit vtpote qui primã et ſecundam Lugdunenſem, et primã et ſecũdam Aquitaniam faciat. Gallos Celtas, à nomine regis dictos, et ab eius matris vocabulo galatas ſermo græcus adpellat. Narbonẽſis verò prouincia adpellat pars galliarum. Braccata autem dicta eſt à genere veſtium.

Gallicanus, a, um, idem quod gallicus. vt gallicanæ veſtes.

Gallicia, regio Hiſpaniæ, quæ (vt Iuſtinus refert.) à Teucro Thelamonis filio condita eſt.

Gallicinĩ, pars noctis adpellata eſt qua galli cãtãt, quæ eſt quarta caſtrenſis vigilia.

Gallicum, acer, album et præcipui candoris dicitur. Cornucopiæ.

Gallicus, a, um, quod ex gallia eſt. vt arma gallica.

Gallina, auis nota, á quo nomine deducuntur hæc adiectiua.

Gallinaceus, a, um. qđ ex gallinis eſt. Vt pullus gallinaceus. Varro, Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus ſunt, pauoninis ter noueni.

Gallinaceus, ſubſtantiuum. ipſe gallus. Peſcennius niger ob unius gallinacei direptionem decem cõmanipulares qui raptum ab vno comederant, ſecuri percuti iuſſit. Sic Gallinacea pro gallina. Varro, Si oua gallinis pauonina ſubiicies, quam iam decẽ dies fouere cœpit gallinacea, tum deniq; ſubiice vt vnà excludant.

Gallinaria, inſula eſt in mari Thuſco ſecundum Italiã contra montes Liguſticos, viginti milium Albumingaunũ. Alii ab his villaticis inuectis, à nautis ibi fera factis inuſitatis, ut inquit Varro libr. iii. de Re ruſtica, à gallinis ruſticis adpellata. Eſt et ſylua gallinaria Cumis vicina, de q̃ Cicero ad Pætum, Q. Ceparius obuiam mihi fuit in ſyluà gallinaria. De hac Strab. ita ſcribit. Hoc quoq; in ſinu fruticoſis uirgultis frequens et arboribus ſylua eſt multis porrecta ſtadiis aquarum indiga.

Gallinarium, locus in quo morantur gallinæ Colum. libr. ix. Gallinaria conſtitui debent parte villæ quæ hybernum ſpectat Orientem. Græci autore Polluce potãneum, vulgus à pullis gallinaceis, pullarium adpellant.

Gallinarius, et gallinaria, qui et quæ gallinas curat. Plin. lib. x. Traditur quæ dam ars gallinarii cuiuſdam dicẽtis, quid ex quaq; eſſet. Varro, Inter duas oſtia ſit, qua gallinarius curator earum ire poſſit.

Gallipes, pede gallinacei hñs. Suetonius, Tranquille

lus ad extremũ vota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus eſt, vt vulgò iam per iocũ gallipes vocaretur. Ce.

Gallius, a, um ſicut Gallicus, et Gallicanus, Salluſtius lib. iiii. Hiſtoriarum. Duæ Galliæ mulieres, conuẽtũ vitantes ad menſtrua ſoluenda montem aſcendunt.

Gallio, as, inſanio. Varro, Et Deam gallantes vario retinebant ſtudio.

Gallogræcia, Galatia dicta eſt, à qua Gallogræci. Nã quum Galli multitudine abundantes relicto natali ſolo Italiam inuaſiſſent, Græciam impleuerũt, Macedoniam occuparunt, in Aſiam tranſierunt duce Leonorio, qui Gallogreciam mixto ex Gallis Græcisq́ vocabulo cognominauerunt.

Gallulo, las, pen. cor. pubem emitto, à quo Gallulaſco, pubeſco, quòd pubeſcentes vocem grandiorẽ ad galli gallinacei ſimilitudinem faciant. Næuius, Cuius vox gallulaſcit.

Gallumbri. populi qui nũc Romandioli vocantur.

Gallus, Cybeles ſacerdos, à Gallo Phrygiæ fluuio, cuius aquã qui guſtaſſent reddebantur inſani. Et Gallus gallinaceus auis, nocturnus vigil, quem excitandis in opera mortalibus rumpẽdoq́ ſomno genuiſſe, prouidentia diuina videtur. Eſt et nomen gentis, et nomen viri proprium, et fortunam corporis ſignificat, vt inquit Quintilianus. Id eſt, caſtratum. Nam tales erant Galli ſacerdotes Cybeles, de quibus Augu. lib. vii. de Ciuitate Dei refert, quòd ideo abſciſſi matri Deum ſeruirent, vt ſignificaretur eos qui ſemine indigeant. Terram ſeq oportere, quæ mater Deũ nominatur.

Gallus, la, lum. quod ex Gallia eſt. Vnde Galli dicti ſunt, qui ex Gallia originem habent.

Gamale, pen. cor. vrbs in Iudæa. Ioſephus. Syriæ habitatio quædã fuit Gamale. Suetonius in Tito Gamales appellat Tarichiam inq̃t, et Gamalem vrbeis validiſſimas Iudææ in poteſtatem redegit.

Gamma, Græcè, Latinè litera γ, quæ apud nos ſignificat g.

Gammarus, pen. cor. aquaticum animal ſimile cãcro, vel vt quidam putant ipſe cancer, cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur, coms coctus fit rubeus. Martialis,

Concolor in noſtra gammare lance rubes.

Gammoides, ferrum quo vtuntur chirurgici ad extrahendum pus.

Gamos, Græce, Latinè nuptiæ. Hinc compoſita ſunt Agamus, Monogamus, Bigamus, Digamus, Trigamus, Quadrigamus, Octogamus, Hiero. contra Iouini. Non damno digamos, imò nec trigamos et ſi dici poteſt octogamos.

Gamphaſantes. populi in Lybia, ſine vllis veſtibus viuentes. qui, (ſicuti ſcribit Pompo.) à præliis abſtinent, quum nec tela iacere aut vitare noſcant. Ideoq́ obuios fugiunt.

Ganea, æ, & ganeũ, lupanar meretricum guloſorũ diuerſorium, et popina, quòd ſcilicet ſit in terra, non vt cœnacula, ſuperius. Eſt enim locus abditus, et velut ſubterraneus, vinolentiæ et libidini aptus. Terẽ. in Adel. Vbi ego illum quæram, Credo abductũ in Ganeum. Columella in proœ. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam Laconicis cruditatem excoquimus. Plinius tamen videtur innuere, popinas eſſe in q̃bus vnctoria edulia cõficiebant, et p ipſa ingluuie cibariisq́. Ait enim de porco lib. viii. Neq́ alio ex aĩali numeroſior materia ganeæ.

Ganeones, heluones, qui ganeas frequentant. Iuue. Sed laudem ſiliquas occultus ganeo pultes.

Gangaridæ, vt inq̃t Curtius, populi inter Aſſyrios, et Indos iuxta Gangem, qui nouem oſtiis effluit.

Gange, ges, eſt vrbis indiæ regia.

Ganges, is. et gangetis, Indiæ fluuius maximus, q vniuerſam circuit Indiam, ſecum aureas arenas trahens, alio nomine Phyſon à Græcis dictus, de Paradiſo exiens, quem alii incertis fontibus, vt Nilum, rigantemq́ vicina eodem modo ferunt. Alii in Scythicis naſci ipſamq́ Indiam ſecare dixerunt, fluereq́ in eũ triginta amneis. Minima Gangis latitudo per octo milia paſſuum, maxima per viginti patet. Altitudo vbi vadoſiſſimus eſt, menſuram centum pedũ implet. dictus Gãges, à Gãge Aethiopũ rege, vt ait Suidas. Ouid. lib. iiii. Metamorph.

Decolor extremo qua cingitur India Gange.

Gangeticus, ca, cum, Columella lib. ix. Iam nunc Gangeticas et Aegyptias aues temulenter eructans. Arsianus lib. v. de geſtis Alexandri magni. ἐν τάξιλα ὁ ἀλέξανδρος ἀφίκετο πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, τὴν μεγίστην τῶν μεταξὺ ἰνδοῦ τε ποταμοῦ καὶ ὑδάσπου, καὶ ἐκεῖ ὁ Πῶρος βασιλεὺς ὃν ὁρῶν Ἀλέξανδρος. id eſt, In Taxillam Alexander peruenit ciuitatem magnam et felicem, inter Indum et Hidaſpũ fluuios, et illic Porus rex, qui vidit Alexandrum.

Gangilion, ſiue Gangliõ, genus morbi in capite, quũ humor quidam includitur. de quo Colu. lib. vii. Eſt et Ganglion, (ut docet Paul.) nerui alicuius vel exitu, vel ex laſſitudine contortio. Multis quidẽ omnino partibus corporis, ſed præcipue mollibus, ut in extremitate manuum atq́ pedum.

Gangræna, cum æ, diphth. caro eſt mortua ex vlcerẽ vel inflammatione ac rubore. Subalbeſcit autẽ primo, demum atra fit ſenſu amiſſo in prominentibus membris. id eſt, inter vngues et alas et inguina. Et in ſenibus ferè atq́ his, quorum corpus mali habitus eſt. Lucilius lib. i. Satyra.

Serpere vt gangræna malo.

Ganimedes, Trois filius fuit formoſiſſimus puer. quem quum Iupiter deperiret, iuſſit in cœlum ab aquila portari, et ſibi à caliculis eſſe. Hebe Nympha deiecta, in cœlum tranſlatus, Aquarius dicitur. Cornucopiæ.

Gannio, nis, niui, vel gannii, itum. Gannire proprie canes dicuntur, quum murmure, vel quaſi plorando conqueri videntur. Inde Gannitio, et Gannitus. Lucretius,

Longe alio pacto gannitu vocis adulant,
Aut quum deſerti baubantur in ædibus, aut quum
Plorantes fugiunt ſubmiſſo corpore plagas.

Inde ab homines tranſlatum. Terentius in Adel. Quid ille gannit, quid vult? Huius compoſitum eſt

Oggannio, quod eſt in aurem ſecreto loquor, et ueluti immurmuro. Apul. lib. ii. In aurem mulieris oggannit. Aliquando multum dico, inculco, Plautus in Aſina. Cui nunquam vnam rem me licet ſemel præcipere fieri, quin centies eandem imperem atq; ogganniam.

Gannitus, nitus. Ipſa vox quæ et Gannitio dicitur, aliquando vxor adpellatur.

Ganzæ, anſeres ſunt Germanico vocabulo. Cc.

Garamátes, populi Lybiæ Pſyllis finitimi, à Garamáte Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamá oppidum ex ſuo nomine cõdidit. à quo Garamantius, a, um. et Garamãtis, idis. Fuit et alius Garamátes rex, cuius filiam Garamantida, Iupiter apud Bragadam fluuium compreſſit, et ea ea genuit Hiarbam. Et Garamanticus adiectiuum.

Garganus, pen. prod. mons in Apulia. Luca. li. iiii.
Appulus Adriacas exit Garganus in vndas.

Gargara, pen. cor. mutatione literæ à κάρα, κάρας, id eſt, caput capitis id eſt, altitudinis altitudo, κάρηνα, capita, Vnus eſt ex collibus montis. Idæ. Eſt et oppidum huius nominis poſitum in imis radicibus Idæ montis. Et defluentibus inde humoribus Gargara irrigantur, fiuntq; feraciſſima. Apud hanc ciuitatem tanta erat frugum copia, vt qui magnum cuiuſuis rei numerum uellet exprimere pro multitudine immenſa nominaret. Vnde et Ouidius,
Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos. Dicitur et Gargarus numero ſing. Strabo lib. xii. Gargarus in ſuperioribus Idæ partibus locus oſtenditur, à quo Gargara dicitur Aeolica ciuitas. Græci γάργαρον neutro genere dicunt. Sunt et Gargara in Myſia. Sſt qui Gargarus dici velint ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν τὰς πηγάς. id eſt, ab emittendis fontibus. Ouidius,
Creberrima fontibus Ida.

Gargariſſo, as, ſicut ſonat Plinius lib. xx Sedat anginas cum melle ac hyſopo ex aceto gargariſſatum. Apud Græcos γαργαρίζω. Fit autem gargarizatio in ſummo gutture. Et Gargarizare, ſæpe ad gurgulionem, id eſt, guttur reuocare. Et duplici modo cõſtruitur. Nam res qua ſæpe guttur aluitur in nominatiuo, plerunq; in ablatiuo ponitur. Plin. lib. xx. Voci ſuccus ſub certamine utilis, et q gargarizatur vua tumente adiecta menta. Corn. lib. iiii. In vetuſto capitis dolore communia ſunt ſternutamenta excitare inferiora uehementer refricare, gargarizare his quæ ſaliuam mouent.

Gargus, vnus ex collibus Tauri montis. Cc.

Garrio, ris, garriui, uel garrii, itum, inepte loquor. Cicero libro. ii. de Orat. Nam et ſeculis multis antè gymnaſia inuenta ſunt, quàm in his philoſophi garrire cœperunt.

Garriophilum, flos. Garofolus nomẽ nec Græcè nec Latinè habetur.

Garritido, as, pen. correp. Idem quod garrio. Varro, Quidnam garritidatis dicentes ò fortuna. Perottus Garridito legit.

Garruli, pen. corr. proprie dicuntur (ut inquit Aug.) qui vulgò uerboſi adpellantur accedente lætitia, nec valentes, nec uolentes tacere. Et Garrulæ dicuntur aues, canoræ et hilares. Vergilius,
Garrula quum tignis nidum ſuſpendit hirundo.
Garulus etiã dicitur cordatus. Varro, In hac ciuitate tum regnabat Dionyſius homo garrulus et acer.

Garum apud Columel. liquamen eſt ex piſce factum.

Garumna, fluuius tribus amplificatus amnibus per Bituriges, et Santones, Gallicam utranq; gentem effluit. Eſt enĩ in Gallia Narbonẽſi terminans Aquitanos. Diſtat à Narbone ſtadiis octingentis. Delabitur ex Pyreno, et in Oceanum excurrit.

Gaſidanes, gemma quam Græci mittunt coloris oloſini. Cornucopiæ.

Gaſter. ſeu Gaſterium, genus uaſis, cuius formam alii aliter accipiunt.

Gaſterochires. dicebantur quaſi uentrimanus, qui manuum artificio uictum quæritabant. Cc.

Gaſtrimargia. pen. prod. nimia ingluuies. ut apud Ariſtotelem in Ethicis, Caſtrimargus guloſus.

Gaudeo, es, gauiſus, gaudiũ habeo de bono proprio, quandoq; etiam de bono alterius, ſed intrinſecus. Lætari uerò extrinſecus. Conſtruiturq; Gaudeo diuerſis modis. Nam quandoq; ſine adpoſito. ut gaude, et letare. Quãdo q; cum datiuo. Cicero, Mihi gaudeo, tibi gratulor. Quandoq; cum ablatiuo. Verg. Numero Deus impare Gaudet. Quandoq; cũ ablatiuo mediante in, Cicero Lentulo, in moleſtia gaudeo. Quandoq; mediãte de, Hieronymus ad Helio. Gaudebo de aſcenſu, ſed timebo de lapſu. Aliquando Gaudere eſt ualde, ſeu cum delectatione, quod uulgò dici ſolet godere, et conſtruitur cum accuſatiuo. Hieronymus in prolog. Iob, Beatum Iob, qui adhuc apud Latinos iacebat in ſtercore, et uermibus ſcatebat errorum, integrum, immaculatum q; gaudete. id eſt, cum gaudio perguſtate. Terentius in Adelphis, Hunc ſcio mea ſolide ſolũ gauiſurum gaudia. id eſt, perguſtaturum. Cicero Pæto, In theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto ut ſuum gaudium gauderemus. Huius uerbi compoſita ſunt, Congaudeo, quod eſt ſimul gaudeo. Ambroſius, Congaudete mecum et congratulamini. Adgaudio. Lactantius lib. iiii. Ego eram cui adgaudebat. hoc eſt, quaſi adplaudebat.

Gaudeo uoti, ſignificat ex animo gaudeo te uoti cõpotem factum eſſe. Apul. libro. i. Sed quid iſtud? uoti gaudeo.

Gaudere in ſinu, prouerbialis locutio, quam et poetæ uſurpant ſignificat ſecum et cum ſuis lætari. Cicero libro tertio Tuſculan. Quoniam plauſibilia non hæc ſunt, ut in ſinu, gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Tibullus,
Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu. Propertius,
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.

Gaudimonium. pro gaudio uſurpatur. Hieronym. In prooemio prophetarum. Gaudimonium eius erit in luctum.

Gaudium, eſt affectio animi alicuius præſentis boni opinione concepta. Et proptie quum exhilaratur

animus aliqua re, neq; tamē ita ad exteriora diffunditur ultra modū ut facile adpareat. Lætitia uerò, quum ita mouetur animus ut eiā ad exteriora egrediatur, & maxime in uultu. Hinc dicunt Stoici, Gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam nō poſſe. Cuius diminutiuum eſt Gaudiolum, et cōpoſitum Gaudiloquus, pen. cor. qui cum gaudio loquitur, ut apud Plautum. Dictum Gaudium quaſi gaurium, Græci enim γαῦρον, lætum ſuperbum, glorioſum.

Gauleon, teſte Solino, ora Lybiæ obiacens, in qua ſerpens neq; naſcitur, neq; inuectus uiuit, puluisq; eius quocunq; gentium iactus, angues & ſcorpiones perimit.

Gaulus, nauis genus paruæ & rotundæ.

Gauranum uinum, dicitur quod in ſummis montium gignitur, à gauro Campaniæ monte. Cc.

Gaurus, mons Campaniæ.

Gauſape, penult. corre. militare ſtramentum utrinq; uillos habens, uel una tantum parte, quod pro lecto in caſtris ſternebatur. Plinius lib. viii. Antiquis torus è ſtramento erat, qualis nunc in caſtris gauſapæ. Nunc ponitur pro panno, quo menſa ſternitur. Declinatur autem hoc gauſape. Antiquiſſimi hic gauſapes, & hæc gauſapa, & hoc gauſapum. Vnde in plurali gauſapa. Perſius,

Iam chlamydes picti, iam luthea gauſapa captas.

Caſſius ad Mecœnatem,

Gauſapa purpureo ſalutatur. Inde Gauſapina,

Gauſapina, penul. correp. genus veſtis. Martialis,

Menſe vel Auguſto ſumere gauſapinas.

Gaza, dictio Perſica, & numero ſingulari ſignificat omne quod poſſidemus. Pomponius Mela. Gazam Perſæ ærarium uocant. Curtius, Igitur quaſi paruum munimentis oppidi fidens, antè Solis ortum pecuniam regiam (Gazam Perſæ vocant) cum pretioſiſſimis rerum efferri iubet, ſimulans fugam. Inde nomē eſt Gazæ ciuitati, eo quòd Cambyſes illuc belli & opes & pecuniam intulerat. Hæc eſt Euchorum ciuitas in qua habitauere Cappadoces, priſtinis cultoribus interfectis. Apud ueteres terminus erat Cananeorum, iuxta Aegyptum quæ cecidit in ſortem tribus Iudæ, & eſt vſq; hodie inſignis ciuitas Paleſtinæ, vt ſcribit Hieronymus, à quo gazeus, a, um, qđ eſt ex gaza vrbe. Et gazeticus, ca, cum, ex gaza urbe Perſica, vbi nobiliſſima vina, valut Pomponius Mela ait. Sidonius ad Fauſtum,

Vina mihi non ſunt gazetica, chia, falerna.

Suidas. γάζα ὁ παρὰ Πέρσαις θησαυρός, λέξις μηδική, καὶ πόλις ἄλλη ἐστὶ φοινίκης, ὁ πολίτης γαζαῖος, id eſt, gaza enim theſaurus, dictio medica, & ciuitas alia Phœnicię, cuius ciuis gazæus.

Gazophylacium, cum e, nomen compoſitum ex dictione Perſica & Græca. φυλάττω καὶ φυλάσσω λέγεται, quod eſt cuſtodio, quaſi locus dicatur eſſe in quo opes reconduntur. Auguſt. In Pſal. Gazophylacium arca vbi colligebantur ea, quæ ad indigentiā ſeruorum Dei mittebantur. Ambroſi. ad Studium. Quid eſt Gazophylacium? Collatio fidelium, ſumptus pauperum, requies egenorum, iuxta quod ſedens Chriſtus, vt habetur ſecūdum Lucam, duo æra mulieris viduæ, diuitum muneribus cenſuit præferenda; Signifi. & capſam, qua res pretioſiores & ſecretæ in templis ſcripturæ ſeruantur. Vnde ſcriniarii, ſecretarii quos etiam à ſecretis dicimus ut ſcribas ab epiſtolis.

G ANTE E

Gebalena, regio in finibus Eleutheropoleos.

Gebbanitæ, ſiue gelbanitæ, populi ſunt maris rubri accolæ, in Arabia deſerta, quorum caput Thomna eſt. vnde genus myrrhæ gebbaniticum.

Gebēna, mons qui hodie dr mons geneuræ. Luca.

Caua pendentes rupe gebennas.

Gebuſeus, filius Canaan, à quo gebuſei dicti ſunt, q Hieruſalem habitauerunt.

Gedeon, nomen proprium Iudicis Iſrael, qui occidit Oreb, Zeb, Zebe, & Salmana.

Gedroſia, regio maioris Aſiæ.

Geenna, id eſt vallis filii Hinnā. hoc nomen pprium ingt Hieronymus, à ſaluatore noſtro ponitur. Quæramus quæ ſit ſermonis huius occaſio. Erat idolum Bahal, iuxta Hieruſalem ad radicem montis Mora, in quibus Siloa fluit. Hæc vallis et parua campi planicies irrigua erat & nemoroſa, plenaq; deliciis, & lucus in ea idolo conſecratus. In tantam autem populus Iſrael euenerat dementiam, ut deſerto templo, vicinia ibi hoſtias immolaret, vt rigorem religionis deliciæ uincerent, filiosq; ſuos incenderet dæmonibus vel initiarent. Et adpellabatur locus ipſe geennon, id eſt, vallis filiorum Ennon. Hoc regum volumen, & Paralipomenon, & Hieremias pleniſſime ſcribunt. Et abominatus Deus ſe locum ipſum impleturum cadaueribus mortuorum, vt nequaquā, Tophet & Bahal, ſed uocetur Polyandrium. id eſt, tumulus mortuorū. Futura ergo ſupplicia, & pœnæ perpetuæ, quibus peccatores cruciandi ſunt huius loci vocabulo denotant. Duplicem aſt eſſe geennā, nimii ignis, & frigoris, in Iob pleniſſime legitur.

Gela, fluuius in Sicilia, à quo & Gela vrbs nomen habet. Vergilius libro. iii.

Immaniſq; Gela fluuii cognomine dicta. Suidas γέλα πόλις σικελίας, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ ποταμοῦ γέλα, ᾧ παράκειται ἡ πόλις. ὁ δὲ ποταμὸς ὠνομάσθη οὕτως ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ, ταύτην γὰρ τῇ ὀπικῶν φωνῇ καὶ σικελῶν γέλαν λέγεσθαι. ... Gela ciuitas Siciliæ, vocatur autem ab amne Gela, cui adiacet ciuitas. Fluuius autem nominatur ita, quoniam multam gignit pruinā, quā Opicorum & Siculorum voce Gelam dici, vel à Gelone gentili. Inde gentile Gelæus non Gelous.

Gelabile, quod gelu durari poteſt. Gellius, Quum fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile ſit.

Gelaſcere, eſt in gelu aſtringi. Gelli. Vina ratentes cō galeſcunt.

Gelaſini, penultima produ. dentes anteriores, quos ridendo oſtendimus, γελάω γελῶ, eſt rideo. Et gelaſini, lineæ quæ ridendo efficiuntur. Martia.

Nec grata eſt facies cui gelaſinus abeſt.

Et gelaſini dicuntur mimi, qui geſticulatione facetа populum oblectant. vnde gelaſinus ille Plautinus, riſionibus & ſalſis dicteriis populum delectat. Et dum facit, vt ab omnibus rideatur, irridetur. Vñ eſt Plautinum illud. Caue ex gelaſino fias catagelaſinus. hoc eſt, deridiculus.

Gelboe, montes alienigenarum in ſexto lapide à Sintopoli, in quibus etiam eſt vicus grandis, qui vocatur gelbos.

Gelicidium. Ipſum gelu. Columella, Vt prius conualeſcant radices frumentorum, quàm hibernis imbribus aut gelicidiis pruinis'ue infeſtentur.

Gelidus, a, um, penul. cor. frigidus. Hinc componuntur Prægelidus, et Egelidus, quod ſignificat id quod non eſt calidũ neq; frigidum. Nam è, quandoq; priuationem denotat, quámuis Seruius pro valde frigido expoſuerit. Suetonius de Augu. Vngebatur ſæpius, ſudebat ad flammam deinde perfundebatur egelida aqua, vel Sole multo tepefacta. Ouidius,

Sed gelidum Boream egelidumq; notum. Vbi gelido egelidum oppoſuit.

Gellius, viri proprium ἀπὸ τοῦ γελᾶν, id eſt, ridere. Cornucopiæ.

Gelo, as. Plinius libro decimo ſeptimo. Si protinus editis fructibus gelauit magna conſecuta eſt, etiam paucis diebus necat. Iuuenalis,

Pauidoq; gelantur Pectore. Hinc componuntur Cõgelo & Regelo, pen. corr. Colu. lib. i. Oleũ quod minus prouenit, ſi congelatur fraceſcet.

Geloi, campi in Sicilia apud gelam fluuiũ. Vergi.

Campiq; geloi. Suidas gelæi, non geloi legit.

Geloni, vel gelones, populi Scythici interius habitãtes, et Agathyrſis proximi à gelono Herculis filio. Hi ſolebant ſe pingere. Vergilius,

Pictoſq; gelonos. Lucanus lib. iiii.

Maſſagetes quo fugit equo fortesq; geloni.

Hi nunc getæ dicuntur, ſiue Tartari corrupto uocabulo. Sanguinem equinum cum lacte mixtum bibunt. Vergilius,

Biſaltæ quo more ſolent, acerq; gelonus

Quum fugit in Rhodopen, atq; in deſerta getarum.

Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

Gelos, gelotos, riſus.

Gelu, ꝓprie glacies. dictum ἀπὸ τοῦ λύειν, hoc eſt, ſoluendo terram. nam glacie proſciſſa terra reſoluitur. Aliquando tamen ponitur pro frigore. Vnde gelidum, frigidum dicimus. Dicitur etiam hoc gelum, hic gelus. Lucretius lib. v.

Aſſiduoſq; geli caſus mortalibus aufert. Et lib. vi.

Demittit quã ſæpe gelum quod continet in ſe.

Gemellaria, æ, inſtrumẽtum quo oleum defluit à torculari August. in expoſitione Pſal. Quare tamen ex cortes, vt amurcam fluentem per plateas uideas, oleum in gemellaria non videas.

Gemellus, diminutiuum. Vergilius,

Modo nanq; gemellos

Spem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit.

Gemellæ vites à Colu. dictæ ſunt, ab vuis ſemp gemi nis. nam duplices vuas (vt inquit idem) exigũnt.

Gemibundus, abunde gemens. Ce.

Gemini, proprie dicuntur duo. Verg. lib. vi.

Sunt gemini ſomni portæ. Nam ſi tres ſunt, Trigemini dicuntur. Si quatuor, Quatergemini. Columella libro quarto. Albanas equitiæ familiæ trigeminorum matres. Q̃ñq; gemini dicũtur qui vno partu naſcuntur, etiã ſi tres vel quatuor vel plures naſcerentur. Quandoq; geminus pro ſimili ponitur. Pacu Par fortitudo, gemina confidentia. Et gemini cœleſte ſignum, quod Caſtor & Pollux conſtituunt. Varro lib. ii. de Re ruſtic. geminos intelligit Apollinem & Herculem, de quibus Sene. In magna tempeſtate adparent, quaſi ſtellæ cœlo inſidentes, adiuuariq; ſe tunc periclitantes exiſtimant, Pollucis & Caſtoris numine. A' Colu. dicitur geminum aſtrũ, quod. xiii. Calendas Iunii, Sol ingreditur. A' geminus fit compoſitum Cõgeminus, qui cum al quo natus eſt. Augu. in Pſal. Phares congemino ſuo prælatus eſt. Homerus autem in Hymnis,

κάστορα καὶ πολυδεύκεα ἀείσεο μοῦσα λίγεια.
τυνδαρίδας οἳ ζηνὸς ὀλυμπίου ἐξεγένοντο,
τοὺς ὑπὸ ταυγέτου κορυφῇς τέκε πότνια λήδη,
λάθρῃ ὑποδμηθεῖσα κελαινεφεῖ κρονίωνι.

Caſtora & Pollucem cantabis Muſa ſonora. Tyndaridas qui Iouis Olympii geniti ſunt. quos in Taygeti crepidine peperit veneranda Leda, latenter cõmiſta nebulatio Saturnio. id eſt, Ioui.

Gemino, as, penul. correp. duplico, cuius compoſita ſunt Congeminó. Plaut. in Amph. Nunc ſi patera pateram peperit, omnes congeminauimus. Ingemino, as, Intus duplico. Vergi. lib. i. georgicorum.

Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces, Aut quater ingeminant.

Geminus, Deus. Ianus dicitur quaſi vtriuſq; ianuæ cœleſtis potens, quòd Sol ſit, & oriens aperiat diem, & occidens claudat. Ce.

Gemitex, gemma quæ ueluti candidas manu inter ſe complexas habet. Ce.

Gemma, oculus uitis quem primo emittit. Vergil.

Turgent in palmite gemmæ. Ab huius gemmæ ſimilitudine, gemma lapillus uocatur, quáuis generale nomen ſit, comprehendens proprie quæcunq; nec oblonga, nec perforata. Auguſti. in Dial. Similiter ornamentorũ diuerſos lapides compendioſe vocauit gemmas. Gemmulia, diminutiuum à gemma, quo etiam flores ſignificantur, quibus ſiquam gẽmis uerno tempore cuncta pinguntur, & prata veſtiuntur. Apuleius lib. x. Plane tenui ſpecula, ſolabar clades ultimas, quòd vere in ipſo iam gemmulis floridis cuncta depingeret. Bigemmis, Trigemmis, deriuatiua ſunt. de quibus alibi.

Gẽmare, eſt gẽmas in arboribus emittere. Columel.

Quum primum vites incipiunt gemmare.

Gemmaſcere, in gemmas efferri. Plinius, Atq; ut gemmaſcere incipient ligetur calamus.

Gemmatus, a, um. quod eſt gemmis ornatum.

Gemmoſus, a, um. quod eſt quaſi totum ex gemmis. Apul. lib. v. Auro facto gẽmoſiſq; molibus onuſtas

eas tradit reportandas.

Gemo,is,ui,itum. Unde Gemitus,q eſt pectoris, quũ præanguſtia in ſonum prorumpit. Unde iumenta & inanimata,quum nimis onuſta ſunt, Gemere dicuntur. Vergilius, Gemuit ſub pondere cimba. Græcum tamen eſt γέμω, id eſt, plenus ſum,forſan ab eo quòd ſequitur, vt videmus alternari ab ſcriptoribus,ſed in alia etiam ſignificatione γεμίζω,ſignificat enim impleo imples. Quandoq; tamen Gemere ponitur pro flere,& quandoq; pro canere, de iis ſolum auibus quæ flebilem cantum habẽt. vt turtur,& columba. Vergilius,

Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.

Hinc fit Ingemo,de quo infra.

Gemoniæ,ſcalæ dicebantur ad quas corpora dãnatorum tracta præcipitabantur. Cornelius Tacitus, Tunc confoſſum collaceratumq; & abſciſſo capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt.Plin. lib.viii. ſcribit canem à corpore ſerui non receſſiſſe, abiecto in gradibus gemoniis.

Gemonidæ,prægnantes & plenæ adpellantur.

Gemurſa,tuberculum ſub minimo pedis digito, quòd gemere faciat eũ qui id gerit,inquit Feſtus, Plinius obliteratum id & nomen & malum ait.

Gena,genæ,vulgò Palpebra dicitur,hoc eſt membrana,quæ ſuperius inferiuſq; tegit oculũ. Teren. Hodie non compreſſi genam genæ. Plinius. Aquatilia dormire exiſtimant,non oculorum argumento, qa non habent genas,ſed ipſa quiete placida ſeu ſoporata. Extremus ambitus cilium dicitur.vnde ſupercilia,in quibus eſt animi pars. Nam ex his negamus & annuimus.Hæ genæ pilos habent in modum valli,quos à palpitando palpebras adpellarunt. Genæ etiam dicuntur Partes illæ à cilio,ad vniuerſam pertem illam oculis ſubiectam, quæ barba ueſtitur, quas radi in fœminis.xii. tabularum interdicto antiqui ueteres ſit,pudoris ſedes eſſe arbitrati, q ibi maxime oſtendatur rubor. Dictæ Genæ, quòd in his pili gignantur. Vergilius,

Tum mihi prima genas ueſtibat flore iuuentus.

Apuleius in Magia,Purpuris infectas genas, et oculos illeſos illices.Hæ quoniã in mali ſpeciem factæ ſunt rotundæ, dictæ ſunt etiam malæ.

Genauius,a,um,idem quod guloſus,a,um. Varro, Hæ nouiſſimæ in triclinium genauium introierunt,ẽ culina propter faſtidium.

Genealogia,pen.produ.ſermo de origine generationis. γενεᾶς, generationis, & λόγος, ſermo. Hieronymus,Notandum in genealogia ſaluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum,ſed eas quas ſcriptura reprehendit.

Genearcha,generis princeps.

Gener,filiæ meæ uir, quia fit generis ꝓpagator.adhibetur enim ad genus augendum, à quo Progener. Hunc adpellat auus neptis ſuæ uirum.

Generale,quod ad omnes pertinet,à quo aduerbium Generaliter quod ſignificat ſimul quæ ſub genere ſunt amplectendo,ut amo generaliter omnes hoĩes.

Generatim,per ſingula genera,ſeu magis ꝑ ſingulas ſpecies,ſiquidem ſpecies genera uocamus. ut,multa ſunt genera uerborum. Verg.lib.ii.Georgi.

Quare agite ô proprios generatim diſcite cultus Agricolæ. Varro, Non in uolucribus generatim ſeruatur analogia,non ex aquilis aquilæ, neq; ex turdis procreantur turdi,ſic ex reliquis ſui cuiuſq; generis. Aliquando Generatim dicitur nõ per ſingula genera,ſed generaliter & in uniuerſum,& uniuerſaliter. Cicero lib.ii.de Oratore, Infinitum mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo expetenda ne eſſet eloquentia, expetendi'ue honores.

Generiana,pyra,ſic dicta ab inſitore ſiue plantatore. Cornucopiæ.

Genero,as,notæ ſignificationis.Hinc Generatio,quæ ſic diffinitur à Speuſippo. Generatio eſt motus ad eſſentiam, acceptio eſſentiæ, ꝓceſſus ineſſe, Huius compoſita ſunt Congenero, pro adiungo, aſſocio. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. Degenero,de quo in Degener. Ingenero,quod modo ſignificat genero,modo intus genero. Lactan. lib.ſexto. Deus itaq; quum hominem primũ fingeret,mirabili prouidentia ingenerauit ei prius iſtas animi cõmotiones,ut poſſet capere uirtutẽ. Cice.lib.i. Offi. Eadẽq; natura ui rationis hominem conciliat homini,& ad orationis & uitæ ſocietatẽ. ingeneratq; in primis præcipuũ quendã amorem in eos qui procreati ſunt.Progenero,ultra generationem produco.Colu.Nam & humidæ res & ſiccæ,quas terra progenerat,facile uitiantur. Hinc Progenies, pro genere & familia.Regenero,ruſus genero. Lactan.lib.iiii.Ex eorum ſemine regenerari eum iuſſit.

Generoſus,a,um. quod eſt nobile, et ex præclaro genere. Vergilius lib.i.Georgicorum,

Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Audet & ignoto ſeſe committere ponto.

Cicero in Lælio,Humilem ſanè relinquũt & minime generoſum,ut ita dicam ortum amicitiæ, quam ex inopia atq; indigentia natam uolunt. Interdum dicitur forte.Cice.libro.iii.Offi. Quumq; de imperio certatum eſſet cum rege generoſo atq; potenti. Et Generoſum dicitur quod generare facit,ſeu producit.Columella libr. iiii. Atq; ubi multa inuitabunt regionis commoda ut nobilem uitem conſeramus, generoſam requiremus.Idem lib.iii. Vitem maxime populus alit,& poſtea ulmus,quam attinam uocant ruſtici generoſiſſima eſt. Hinc Generoſitas, nobilitas,& quaſi producibilitas. Idem in eodem lib. Qui uineam uel arbuſtum conſtituere uolet,ſeminaria prius facere debet,ſic enim ſciet cuius generis uitem poſiturus ſit. Nam quæ precio parata diſponitur,certam generoſitatis fidem non habet, quum dubium eſt an is qui uendidit, legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam.

Geneſareth, à Græco uocabulo dictum eſt,quaſi generans auram. Sed tamen ego puto falſiſſimum eſſe. nam noĩa Græca non ita cõponuntur, ut exeant in ſonum barbarũ. & ideo non eſt ſic dicendum, neq; poſſibile ſecundum rectam deductionẽ. Licet enim γεννάω

γεννάω dicetur Græcum verbum, τερῶ nihil ſignificat. Nec inde ſtagnum Geneſareth dictum eſt, eò quòd flantibus ventis, criſpantibus undis, auram ex ſe generare uideatur. Idẽ dicitur mare Tyberiadis, à Tyberiade ciuitate, & mare Galilææ, ab adiacente Galilea prouincia. Tenet hoc mare ſiue ſtagnũ. cxl. ſtadia in longitudine. xl. verò in latitudine. Non ꝑpter hoc mare uocatur, quòd eius aquæ ſint amaræ, ſed Hebrææ linguæ conſuetudo eſt, omnes congregationes aquarum, ſiue ſalſæ ſint ſiue dulces, vocare mare. ſicut in Geneſi ſcriptũ eſt. Congregationes aquarum uocauit maria.

Geneſis, penul. cor. Latinè generatio, natiuitas.

Geneſtæ, arbuſculæ quædam.

Genetcum, promõtorium à Genete fluuio uocatum, in quo templũ fuit hoſpitalis Iouis, quem Xenion adpellant.

Genethliacus, qui ex die natali fortunam hominis et ſucceſſum pronunciat. ἀπὸ τοῦ γεννάσθαι, φύω, καὶ γενέθλην γενεὰν ἀρχὴν, γένεθλον.

Genethlius, Latinè natalis dicitur, qui et Deus nuptiis præfectus putabatur ab antiqs, ut ſcribit Hiero. Scribit autem Suidas, quòd etiã Genethlius Paleſtinus fuit, ex Petris ſophiſta, diſcipulus Minutiani & Agapeti, qui tandem viridi æuo mortuus ſit. Scripſit autẽ multa λαλιὰς ὕλας διαλέξεις καὶ μελέτας, & multa alia, vt mirabile ſit dictu tam paucis annis vitæ tanta ſcripſiſſe.

Genialis, & hoc Geniale, quod ad Genium pertinet. vnde Genialis lectus, qui in nuptiis ſternitur in honorem Genii. Genialis homo, huſpitalis, atq; ad inuitandũ et largius adparandũ promptior. Verg. Lucent genialibus altis.

Geniana, gemma quam inimicorum pœnas efficere aiunt. Cornucopiæ.

Geniculatim, aduerbium ſignificat per genicula.

Geniculatum, dr̃ quod frequẽtibus geniculis cõſtat. vt heliotropiũ, ob id Genicularis herba vocatur.

Geniculum diminutiuum. Plinius lib. xviii. Genicula aũt tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona. Quandoq; Geniculum accipitur pro germine.

Genitalis, & hoc Genitale, idem eſt quod natalis. vñ Genitale ſolum, dicitur patria in qua nati ſumus, quod et natale ſolũ adpellatur. Et Genitalem diem, quo ſcilicet in lucem proditi ſumus. Genitalia ſemina, quibus aliquid procreatur & gignitur.

Vergilius libro ſecundo Georgico.

Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt.

Columella libro. iiii. Adhibenda ratio eſt ſubtilior, vt ex his partibus trunci ſumantur, qui & genitales ſunt, & maxime fertiles. Idem libro. viii. Fœminis quoq; vuluæ ferro exulcerãtur, & cicatricibus clauduntur ne ſint genitales. id eſt, ne poſſint generare. Genitalia membra, ſiue Genitales partes, dicuntur pudenda, tam in viro quàm in fœmina. Columella lib. vii. Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus. Idem in eodem, Et ipſos neruos quos Græci cremaſteras adpellant, quòd ex illis genitales partes dependent comprehenſæ.

Genimen. penul. corre. à gigno, generatio dicitur. vt in Euangelio, Genimina viperarum.

Genitor, modo pater dicitur, modo ad honorem refertur. Similiter Genitrix, et pro matre et pro uenerationis gratia.

Genitura, quandoq; generationem ſignificat. Gellius, Ac multò etiam antequàm pater ipſe ac mater naſcerentur, ex eorum genitura debuiſſe iam tũc proſpici, Quandoq; ſemen hominis, quod & ſemen genitale dicitur.

Genitiuus, a, um, quod uim habet generãdi, unde Genitiuus humor, et Genitiuus caſus, Et Genitiuus dr̃ quaſi genitalis, à natura ingenitus, & genuinus, & originalis, & cum naſcente congenitus. ut genitiuæ notæ, quæ ſunt maculæ à natura ingenitæ. Sueton. de Auguſto, Corpore traditur maculoſo diſperſis ꝑ pectus atq; aluum genitiuis notis, in modum & ordinem numerum ſtellarum cœleſtis Vrſæ.

Genitus, à gigno, gignis. idẽ quod natus. à quo Vnigenitus, Primogenitus, & Progenitus.

Genius, veterum ſentẽtia dicitur uniuſcuiuſq; anima rationalis, ideoq; eſſe ſingulos ſingulorum. Fuere etiã qui dicerent Genios Deos, aquam, terrã, ignem, & aerem, quæ rerum ſemina ſunt, elementaq; adpellata. Duodecim. quoq; ſigna, Lunamq; et Solem inter hos Deos putabant. & à gerendo, q multa gerere poſſent, Gerulos, deinde Genios uocitarunt. Cenſorinus ſcribit Genios dictos, quia ut gignamur curent, ſiue q unà gignantur nobiſcum, uel etiam quia nos genitos ſuſcipiant ac tueantur. Certe à gignendo Genius adpellatur. Eundem eſſe Genium & Larem, multi ueteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus, duplicẽ oĩbus omnino nobis Genium dicit adpoſitum. hoc eſt, duos Lares. Hi etiam Penates dici ſolent. Ab aliquibus Genius dicitur uis, et naturæ Deus hoſpitalis, & ipſa uoluptas. Scintra de antiqtate uerborũ lib. iii. Seis geniales hoĩes ab antiqs adpellatos, qui ad inuitãdũ et largius adparandũ cibũ, promptiores eſſent. Iuxta quod etiam Seruius interpretatur pro uoluptuoſo et cõuiuali. Vergilius lib. I. Georg. Inuitat genialis hyems Nam quoties uoluptati operã damus, Genio operã dare dicimur, ſicut cõtrario apud Terentiũ, Suum defraudans geniũ. quũ parce uiuimus & à uoluptate ceſſamus. Cebetes Thebanus in pictura mundi. ταῦτα μὲν δὴ καλῶς μοι ἀσχῆσθαι φαίνῃ ἐξηγῆσθαι· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο οὐδέπω ἡμῖν δεδήλωκας, τί προστάττει τὸ δαιμόνιον τοῖς εἰσπορευομένοις εἰς τὸν βίον ποιεῖν. id eſt. Hæc aũt pulchre mihi uideris (inquit) exponere, ſed illud nondũ nobis declaraſti, quid præcipit numen ingredientibus in uitã facere. Proculus aũt Platonicus in Theurgicis diuinitus loqtur, cum ſegant qui curioſius talia quærunt, & pro Horatii loco, & de aliis autoribus. Genii etiam guloſi à ueteribus uocabantur, et uentri ſemper indulgentes. Lucilius, Geniæ illæ uetulæ improbæ ineptæ. Cc.

Geuocha, beſtia paulò minor vulpecula, colore inter nigrum & croceum, maculis nigris interpoſitis, manſueta eſt, ſi non laceſſitur.

Genon, cepæ genus, cui acutus eſt ſapor et lachrymoſus. Cornucopiæ.

Gens, à genus deducit. u, litera detracta, & modo nationem ſignificat. Vergilius,

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Modo familiam. inde Gētiles. Cc. Gens & natio differunt, q in ſe plus contineat gens, quàm natio. Nā Gens eſt tanquam genus, Natio ſpecies. Gens enim Itala habet Hetruſcos, Vmbros, Picenos, & huiuſ modi. Cicer. lib. i. Offic. Propior eſt eiuſdem gentis nationis linguæ qua maxime coniunguntur.

Genſcila. quæ ex multis familiis conficitur.

Gentiana, herba amariſſima & medicinalis. ſic dicta quòd eam rex Gentius inuenerit, vt inquit Plin. lib. xxv. Paulus autem Aegineta medicus excellentiſſimus, ita ſcribit de ſimplicibus, loquēs. γεντιανὴ πόα ἐςὶ ταύτης ῥίζα θερμαντήριος ἐςὶν καὶ ἀσθματικοῖς λύει. id eſt, Gentiana herba eſt, cuius radix anhelosis auxiliatur.

Gentiles, qui ex eadē familia ſunt, & qui eiuſdē nōis ſunt, qui & cognomines dicūtur. Vnde Cincius, Gētiles mihi ſunt, qui meo nomine adpellantur. Cicer. lib. i. Tuſcul. Pherecides Syrus, primū dixit animos hominū eſſe ſempiternus, antiquus ſanè. fuit enim meo regnante gentili, hoc eſt, Seruio Tullio, quia eiuſdē nōis erat. Et hoc eſt quod ait Plinius, ſeruos dominorū fuiſſe gentiles. id eſt, eodem nomine adpellatos quo domini adpellabātur. ut Marcipor et Publipor. Cicero in Topicis, Gentiles ſunt, q inter ſe eodē ſunt nomine ab ingenuis oriundi, quorū maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, & qui capite diminuti nō ſunt. Idem lib. i. ad Heren. Si paterfamiliàs inteſtatus moritur, familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; eſto. His Gentilitas peculiariter eſſe dicitur, quū neq; ſeruorū neq; libertinorū gentilitas ulla ſit. Inde Gentile dicitur, quod eſt gentis propriū. id eſt, familiare. vt apud Iuuenalē, qui Gentilia tympana dixit. id eſt, gentis propria. Suetonius de Tyberio. Capillo ponè occipitium ſubmiſſiore, vt ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in eo videbatur. Et Gentes, dicuntur nationes. Vergilius,

Quas gentes Italum, quas non oraueris vrbeis.

Rurſus, Gentiles dicti ſunt idolorū cultores, qui aliter quàm Chriſtiani de Deo ſentiunt. Diuerſæ enim gentes innumerabilia numina habuerunt, quia in gentilium, id eſt, maiorum ſuorum fide perſtiterunt, nec religionis cultum mutauerunt.

Gentilitas, ꝓprie multitudo ipſa, vel familiæ, vel gentis, ſiue nationis alicuius, et ipſi gentiles.

Gentilitia nomina dicūtur, quæ originem gentis vel familiæ declarant. ut Portius, Cornelius, Gellius. Vulgus autem quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit. Sic Gētilitia, nota à Liuio, Gentilitia funera à Plinio nuncupantur. Aliquando tamen Gentilitium à gente, id eſt, natione, non à familia vſurpatur. inde Gentilitia ſacra dicūtur à Liuio, quæ ſtatuta ſunt eidem genti. Gentilitium ſacerdotium, quod ad ius familiæ pertinet, et nunc vulgò Ius patronatus dicitur.

Genu, Genū, & Genus, genus. (teſte Priſciano) declinari poteſt pro femorū ac crurū cōmiſſione. Dicta Genua, q hæc, dum infans eſt in vtero matris, genis oppoſita ſunt. Siue à generādo, q in genibus eſt vitalitas. Hinc Congenudare, quod eſt genu replicato cadere, vel genibus flecti. ingeniculatum, quod eſt cæleſte ſignū. Vitru. lib. ix. Pes ingeniculati. Et geniculū, eiuſdem ſignificationis. Ouid li. viii. Meta.

Conſiſtitq; loco ſpecie remanente coronæ,

Qui medius nixiq; genu angueimq; tenentis.

Dicitur genu de herbis. vide in dictione Stipula.

Genua, Liguſti cū emporiū. hinc incipit Apenninus mons, diſtatq; à Sabatiis ſtadiis ducentis ſexaginta. Eſt autē extremū Allobrogum oppidū, proximum Heluetiorū finibus. Ex eo oppido pons eſt Heluetiis pertinens. Inter Varum et Genuam habitant Ligures. Dicta Genua, à genu, quia habet tanquàm genu recuruū à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio, qui fertur eam condidiſſe. Vel (vt quidā aiunt) à Genuino Phaetontis ſocio. Alii etiā à Iano Italorum rege. Hanc Annibal penitus deleuit, ſed Cornelius Seruilius conſul inſtaurauit, ſicut Liuius refert, Hinc fiūt adiectiua, Genuenſis, & Genuanus. Quidā ex imperitioribus, Ianuam hanc vrbem adpellant, quòd à Iano conditam dicant. Quur autē dicatur Liguſtica regio, adparet non obſcurum à Lyge gigāte, qui Herculem profligauit Marſiliam vſq;, poſt aduentum ab Gerione, defraudatis illi armentis. de quo etiam Euſtathius in Commentariis Dionyſii Lybici, & multa alii Græci ſcriptores. & quid actum ſit, vbi Iupiter venit in auxiliū Herculi, Aliter enim actum erat de Hercule, vt Græci ſcribūt. Habitauit Lygis propè Chryſopolim, id eſt Parmam, & Rheviū Longobardiæ, & Mutinam, & Mantuam.

Genuini, dentes poſteriores, qui in extrema gingiua in homine gignūtur nouiſſimi. Nā circiter vigeſimū annū, multis etiam octogeſimū innaſcuntur. Dicti Genuini, quòd à genis dependeāt. Vel à gignendo, quòd cū homine generentur, & cum ipſo intereant. Cice. Dentibus in ore conſtitutis manditur, atq; ab his extenuat atq; molitur cibus. Eorū diuerſi acuti diuidūt eſcas. Vltimi a ſit conficiūt, q Genuini dicūtur. Hos Satyrorū inſtrumenta eſſe ad morſum, oſtēdit Perſius, Secuit Lucilius vrbem

Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Iuuen. ad morſum eſculenti referens ait, Quæ genuinum agitent non admittentia morſum. Hos autem genuinos Græci κυνόδοντας, noſtri caninos dentes adpellant.

Genuinus ſermo, id eſt natiuus ac peculiaris. Apule. Genuino ſermone nomen Auguſti Cæſaris inuocare tentaui.

Genus, à Græco γένος. proprie principium vniuſcuiuſq; generationis, vel ab eo q genuit, vel à loco in quo genitus eſt. vt Horeſtes à Tantalo ducit genus. Et Plato genere Athenienſis eſt. Patria enim generationis vniuſcuiuſq; principiū eſt, quemadmodū parentes. Hinc per tranſlationem Genus etiā uocamus multitudinem aliquorū, ad vnum aliqd et ad ſe inui

cem quodāmodo ſe habentiū. vt Romanorū genus dicimus, quòd ad Romulū refertur, & cognationē in ſe habet, per quā à cæteris diſtinguitur. Hinc etiā ſus adpellatur Genus, cuius ſupponitur ſpecies, & prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, quòd quaſi principiū ſit omniū quæ ſub ipſo ſunt ſpecierū. Item genus dicitur, quicquid eſt per quod alicuius rei qualitas iudicatur, vnde Genus mortis, genus vitæ, genus pœnæ, genus marmoris, genus coloris, & huiuſmodi. Seneca, Summum genus infelicitatis miſero eſt, fuiſſe aliquando felicem. Vergilius, Quod genus hoc hominū, quæue hunc tam barbara morem Permittit patria? Nonnunquàm ſumitur pro accidente partium orationis. ut quum dicimus, animal eſt generis neutri. Et eſt ſciendū, quòd licet Genus ſit tertiæ declinat. in cōpoſitione tñ qñq; fit ſecū. & adiect. vt Alienigenus, na, num. Multigenus, a, um. Plin. lib. x. Multa hæc & multigena terreſtriū volucrumq; vita. Dicimus quoq;, Id genus. pro, eius generis. vt, Multa ſunt id genus monſtra. quod eſt, ferè ſimilia, & eiuſdem generis monſtra.

Geodeſia, eſt ſcientia earum, quæ in ſenſibilibus ſunt corporibus magnitudinum & figurarum, ſub diuiſionem & compoſitionem cadens.

Geodetes, qui Geodeſiam nouit.

Geographia. dicitur terræ deſcriptio. Γαῖα enī terra ē, & γραφία ſcriptura. Nā γράφω ſcribo ſignificat.

Geomantia, penul. prod diuinatio ex terra. γαῖα καὶ μαντεία. Inde Geomantes.

Geometer, & Geometra, penultima correpta, terræ menſurator. Græce γεωμέτρης. μέτρον enim menſura dicitur.

Geometria, terræ menſuratio dicitur. Et Geometria quidem, ſcientia eſt Mathematica, ſicut Aſtrologia, Muſica, & Arithmetica, quæ in numeros ac formas diuiſa eſt, quam oratori neceſſariam eſſe autumant eruditi.

Geon, fluuius. vide in dictione Gion.

Georgi populi Schytici, agros incolentes.

Georgia. agricultura.

Georgica, quæ ad agrorum cultum pertinent. ἔργον opus, γαῖα terræ.

Georgius, nomen viri proprium, quo apud nos colonos ſignificatur.

Gergouia, oppidū in altiſſimo mōte in regione Auernorum, cuius meminit Suetonius in Cæſare.

Germani, quaſi ex eadem ſtirpe geniti. Differtq; Germanus à fratre, quòd ille de eadem genitrice ſit natus, nō vt multi dicūt, de eodē germine natus, quos Varro tantū fratres vocat. Hoc tñ confundit vſus. Inuenitur enim Germanus eſſe à parte patris, & frater qui ex ſolo patre, vel ex ſola matre natus ſit. Fœmininū huius nominis eſt Germana. Vergilius, Inueni germana viam gratare ſorori.

Germania regio quæ à Gallis, Rhetiis, ac Pannoniis, Rheno et danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisq;, metu mutuo ac montibus ſeparatur. Hinc Germani, & Germanicani, quæ inter ſe differunt, ſicut Hiſpanienſes ab Hiſpanis ſeparantur, Sicilienſes à Siculis. Nam Germanicani, dicuntur milites Romani, in Germania militantes. Germanici, qui ex Germania ſunt. Suet. in Tybe. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia vt æquarentur ſtipendio prætoriani germanicanis. Idem infra, Neq; enim deteriores eſſe aut Hiſpanienſi exercitu, q Galbam, aut germanico qui Vitellium feciſſent. Germanici etiā dicti ſunt quidam imperatores, à deuictis Germanis. Dicuntur & Germani ipſi indigenæ (vt Strab. lib. vii. teſtat) périnde ac fratres, qm & proceritate corporū, & colore flauo, & forma, & moribus, & viuendi ritibus, pares exiſtimãtur. Hi antea Teutones adpellabantur, à Teutone eorum Deo, quem terra ortum exiſtimabãt. Poſtea Alemanni dicti, ab huiuſmodi Dei filio Manno, Alii Alemãnos ad Lemannum lacum natos volunt.

Germen, dicitur quod ex arborū oculis naſcitur, ſurculus prægnans, à generando, dicitur & generationis principium.

Germinaſco, ſcis, et eius cōpoſitū Congerminaſco. ſignificant coaleſco, conſigor. Quadrigarius, facile exempla eorū, vt cum illis congerminaſcere ſciaſ.

Germino, nas, pen. correp. pullulo, et germen emitto. Cuius compoſita ſunt Congermino, quod eſt coaleſco, ſocio conſigo. Varro lib. iii. Rerum human. Poſtea cū his vnam rempub. coniuncti ac congerminati tenuere. Egermino, extra germino. Columella lib. v. Nam plurimum intereſt, non eſſe longum ſarmētum quod inſeratur, & rurſus pluris, oculos quibus egerminet, ineſſe. Progermino, vltra germinando eo. Idem in eodem, Vt et radices deorſum agat, nec ex propinquo negligenter in ſumma terra reſecta progerminet.

Gero, geris, geſſi, geſtum. propriè ſignificat porto. Vergili. Bella manu letumq; gero. Interdum Gerere, eſt habere. Idem lib. ii. Et nos aliquod nomenq; decusq; Geſſimus. Interdum facere. Idem libro nono, Nec tecum talia geſſi Magnanimum Aeneam et fata extrema ſequutus. Interdū adminiſtrare. Cicero in Catone, Qui ampliſſimum magiſtratum gerunt. Hinc dicuntur Geſta, et Geſtæ res. Cum accuſatiuo reciproco, ſignificat viuere. Ambroſius in Lucam, Si quis ſecundū Chriſti præcepta ſe geſſerit, iam non ictus doloris eſt ſed quietis. Huius cōpoſita ſunt Aggero, Cōgero, Digero. de quibus locis ſuis. Egero, extra porto. Lactant. lib. i. Qui ſimū ſtabulo, quàm qui vitia de corde egerit. Colu. lib. ii. Auium primum habet ſtercus, quod ex columbariis egeritur. Vnde quandoq; pro euomo, vel uentrem exonero ponit. Ingero, vide alibi. Oggero, intendo, ſeu iniicio, et quod vernacula lingua dicit, tener adoſſo. Plaut. in Truculent. Quādo intrò aduenıunt, vnus eorū aliqs oculū amicæ vſq; oggerit, dum illi agant. Progero, vltra ſeu foras gero. Columel. lib. i. Ideoq; periti ruſtici, quicquid ouilibus ſtabuliſq; conuerſum progeſſerunt, ſuperpoſitis virgis tegunt, nec areſcere Solis incurſu patiunt. Regero, retro porto, reduco. Plin. Et quamuis aſſidua coërſione immenſæ celeritatis auollant quos

niam hauſtum omnem lucis auerſa,illò regerat vnde acceperit. Hinc Regeſtum. Colum.lib.v. Vt ſit inferior tenera ſubiacens terra,quæ nõ arceat, nec duritia ſua repellat nouas irrepentis radiculas. Iſtud quidem contingere poteſt,etiam ſi ager bipalio mouatur,et deprimantur ſcrobis in regeſto quod eſt fermentatum plus dipõdio ſemiſſe Regerere,eſt euomere. Apuleius,Nam et regeſta crapula veſtem inquinauerit. Suggero,ſubminiſtro,in cor pono,ſeu ſupporrigo. Teren.in Adel. Cur tu his rebus ſumptus ſuggeris? Hiero.ad Paul. Quicquid aliis exercitatio, et quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet illis ſpiritusſanctus hoc ſuggerebat. Hinc Suggeſtus, Sunt et alia compoſita.ut Belliger, Armiger,et multa huiuſmodi,quæ omnia habent penultimam ſyllabam correptam.

Geron,gerontis. Latinè ſenex.

Geronticos,aduerbium.ſeniliter.

Geronticus,ſenilis.

Gerontio,diminutiuum vetulus,quem Latini ſenecionem ſeniculum〈que〉 dixere.

Gerontocomion,vbi alimoniæ ſubminiſtrantur ſenibus deſtitutis.

Gerra,gerræ,nomen trium vrbium,quarum vna eſt in Syria,alia propè Traconitas,alia in felici Arabia.

Gerræ,crates vimineæ. Athenienſes enim quum Syracuſas obſiderent,et crebro gerras poſcerent,irridentes Siculi,Gerras clamitare cœperũt. Vnde factum eſt,vt Gerræ pro nugis contemptu〈que〉 accipiantur.

Gerres,piſcis vilis,et allecularii gerres, ut habet Plin. Marti. Te〈que〉 iuuant gerres,et pelle Melãdria cana.

Gerrones,nugatores.à gerundis nugis. Feſtus Gerrones,leues et inepti.à cratibus proſtratis dicti,quòd Siculi aduerſus Athenienſes cratibus uſi ſunt,quas Græci Gerras adpellãt. Auſonius ad Symmachum. Miſi ita〈que〉 ad te friuola,gerris Siculis vaniora. Hinc fit Congerro,pro coniugone. Plautus in Perſa. Iam Pol ille hic aderit credo,congerro meus.

Gerrus,fluuius Scythiæ, ſeptimus ab Iſtro,memoria dignus.

Gerulus,penult.cor.portator,qui fert aliquod onus, et pro baiulo accipitur. Baiulum enim dicimus,qui mercedis gratia onera ferre conſueuit. Sueton.in Calig. Ex gerulorũ diurnis quæſtibus,pars octaua exigebatur. hinc Nugigerulus,nugarũ apportator.

Gerundium,nomen participiale adpellatur. Caret numeris et perſonis,et ſub vna voce actiuã et paſſiuã ſignificationem gerit. Vnde à gerendo duplici ſignificatione,quidam gerundia dicta eſſe exiſtimãt. A' parte poſt,ſeruat conſtructionem ſui verbi,et habet quatuor caſus,genitiuum,datiuum, accuſatiuum,et ablatiuum, Genitiuus iungitur nominibus ſubſtantiuis,in vtra〈que〉 ſignificatione.ut,Habeo voluntatẽ docendi te bonos mores. Vergilius,

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſſa videndi.

In paſſiua.ut,Habeo uoluntatem docendi Rhetoricam,à præceptore. Datiuus iungitur adiectiuis nominibus in utra〈que〉 ſignificatione.ut,Sum aptus dicẽdo Rhetoricam.et,Sum aptus diſcendo Rhetoricã à præceptore. Inuenitur, ſoluendo non ſum.quod nunquam patitur ſecum ſubſtantiuum,et regit poſt ſe datiuum,licet non ſemper adponatur. Cic.Lent. Ciuitatum principes ad me detulerunt, ſumptus decerni legatis nimis magnos,quum ſoluendo ciuitates non eſſet. Interdum alium caſum. Quintil. Maximi tum virorum,et quibus artis ſuæ ſoluendo nõ ſit humanitas. Accuſatiuus iungitur verbis ſignificantibus motum ad locum.vt, Vado ad legendum Vergilium, Et in ſignificatione paſſiua. Salluſtius, Quò ipſe ad imperandum aſſiduè vocaretur.id eſt,ut ei imperaretur. Item cum verbis ſignificãtibus permanentiam.vt, Maneo hic ad legendũ,ſum paratus ad audiendum,et ſum idoneus ad intelligendum. Ablatiuus tribus modis accipiť. Primo ſine regimine.ut, Legendo diſco.et,currendo cecidi. Et ponitur actiue et paſſiue. Actiue. Vergilius,

Cantando tu illum? Paſſiue.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idẽ,

Alitur uitium,creſcit〈que〉 tegendo.

id eſt,dum incantatur.et,dum tegitur. Secundo cũ præpoſitione de,ex,à,ab,cum,vel in. Cicero,Ex quo ardeſcit ſiue amor ſiue amicitia.vtrun〈que〉 enim dictũ ab amando. Idem,In defendendo maior labor eſt quã in adcuſando. Quintilianus,Quũ præcipere de apte loquendo cœperimus. Tertio cum verbis ſignificantibus motum de loco.ut, Venio ab arando,redeo à ſpectando. Licet magis vſurpemus ab aratione,quã à ſpectaculo. Quomodo autem gerundium à participio differat,uide in dictione Participium.

Geruſia,in Græcis vrbibus vocabant conuentum ſenum,apud nos ſenatum et ſenaculum, ab ætatis vocabulo. Plinius lib.xxxv. Sic extruxere domũ regiã Attali Trallibus,item Sardibus Crœſi quam Geruſiam fecere. Vitruui. Crœſi domus,quam Sardiani ciuibus ad requieſcẽdum ætatis ocio ſeniorum collegio Geruſiam dedicarunt. Varro, Senaculum uocatum vbi ſenatus,aut vbi ſeniores conſiſterent,dictum Geruſia.

Geryon,nomen regis Hiſpani,qui ob triplex regnum corpore triplicato fertur conſtitiſſe,quem Hercules interfecit,eius〈que〉 boues abſtulit. Præfuit enim tribus Inſulis quæ adiacent Hiſpaniæ,Balearicæ maiori et minori,et Ebuſæ. Fingitur etiam bicipitem habuiſſe canem,quia et terreſtri et nauali certamine plurimum potuit. Quod nomen etiam Geryones,rionis, et Geryones,ryonis,et Geryoneus(ſecũdum Priſcianum)declinari poteſt. Hinc Geryonaceus,acea,ceũ. Plaut.in Aulularia. Qui mihi intromiſiſti in ædibus quingentos coquos,cum ſenis manibus,genere Geryonaceo. Ariſtophan. βούλει διαμάχεσθαι Γηρυόνῃ τετραπτίλῳ. Suidas. ἀντὶ τοῦ τετρακεφάλῳ· ὁ γὰρ Γηρυόνην τρικέφαλον ὤν. πολὺν ἀγῶνα παρέσχε τῷ Ἡρακλεῖ. id eſt, Vis pugnare Geryoni tetraptilo, vt Suidas interpretatur tricipiti. quia Geryones triceps fuit,certamen iniuit cum Hercule.

Geſa,haſta.uide in dictione Cæſa.

Geſcoreta,gen⁹ nauigii,à nõnullis pſumia dicta. Ce.

Geſos,uiros forteis Galli vocant. Ce.

Geſſem,

Geſſem, locus Aegypti, in quo habitauit Iacob.
Geſſemani, penultima correpta villa pinguiſſima interpretatur.
Geſſuri, pen. prod. regio in Aſia.
Geſſus, fluuius apud Iones.
Geſta, acta. uide in dictione Acta.
Geſtamen. quicquid geritur. vt veſtes, arma, ſceptrũ. Vergilius libro tertio,

Aere cauo clypeum magni geſtamen Abantis
Poſtibus aduerſis figo.

id eſt, quod geri ſolebat à magno Abante.
Geſtatorium, adpellatur lectica, ſella, ſiue carruca, et omne id in quo geſtamur. Suetonius de Claudio, Solitus etiam in geſtatorio ludere. Dicimus etiam Geſtatorius, a, um. ut, ſella geſtatoria. Suetonius in Nerone Interdiu quoq; clàm geſtatoria ſella delatus in theatrum.
Geſticularius, ria, rium, quod ad facientem actus lætitiæ pertinet.
Geſticulor, laris, geſtum facio. Colum. in Præfatione. Nec minus corporum geſticulatorem ſcrupuloſiſſime requirant ſaltationis ac muſicæ ſtudioſi.
Geſtio, geſtis, geſtiui, et geſtii, ꝓprie ſignificat geſtus, indicantes animi adfectus, corpore facio. Ex motu enim corporis geſtus fi ſit. Quod Cic. lib. ii. ad Herẽnium docet, quum ait. Motus corporis eſt et vultus moderatio quadam, q̃ probabiliora reddit ea quæ pronunciantur. Quum ergo geſtus ſint quidam motus corporis dextra pede ue deſignati, aut capitis ictu et huiuſmodi, profecto Geſtire, eſt geſtus facere. Geſtimus autem quandoq; lætitiæ ſeu voluptatis nimiæ cauſſa. Cicero libro primo Officiorum, Aut voluptate nimia geſtiunt quorum omnium vultus, uoces, motus, ſtatusq; mutantur. Aliquando etiam mœſtitiæ cauſſa. ut apud eundem lib. I. ad Heren. Sin utemur amplificatione, per cõqueſtionem fœmineo plangore et capitis ictu, nonnunquàm ſedato et inconſtanti geſtu mœſto et conturbato vti oportebit. Interdum etiam quis geſtit non præ lætitia, neq; præ mœrore, ſed præ concupiſcentia. Plautus in Amphitryone, Geſtiunt pugni. id eſt, geſtus faciunt, ſiue mouentur. Quòd autem Donatus in Teren. dicit, non eſſe geſtiro quod lætum eſſe, verum dicit, Quia quũ prius dixiſſet, Quid eſt quòd lætus ſis? ſequitur, Quid eſt quòd ſic geſtis? Cherea enim geſtus turpis amoris quoſdã ſignificabat. Sic Plinius libro octauo lætitiam à geſtu deſiunxit, quum de panthera loqueretur his verbis, Vt cauſſam doloris intellexit, ſimul & ſalutis ſuæ mercedem, exemit catulos, eaq; eũ iis ꝓſequẽte, vſq; extra ſolitudines deductus, læta, atq; geſtiẽte, vt facile adpareret gratiã referre. Similiter Cic. II. li. de Finibus bonor. Quorũ alter lætitia geſtit, alter dolore cruciatur. Significat etiã Geſtire quandoq; deſyderare, ſeu vehementer cupere, ſed ſemper cum geſtu aliquo. ut apud Terentium in Phor. Ego illi ſuccenſeam? Ipſum geſtio mihi dari in conſpectum, nunc ſua ut ſciant culpa lenem patrem illum, factum eſſe acerrimum. Quãdoq; etiam lætari, ſiue delectari, ſed tamen cum geſtu. Perſius,

Non hic qui increpidas Graiorum ludere geſtit.

Per tranſlationem Cice. locutus eſt pro Marcel. Parietes medius fidius (ut mihi videt) huius curiæ, gratias agere geſtiunt. id eſt, quaſi geſtu videnẽ mihi parietes gratias agere. Et hoc, vt Cæſar gratularetẽ. Huius cõpoſitũ eſt Pergeſtio, quod eſt ualde geſtio. ut exponit Priſcianus, Horatius lib. I. Carminum.

Ludere cum uitulis ſalicto prægeſtientis.

Geſtito, tas. penultima correpta frequẽtatiuum. Plau. in Cur. Rogita unde iſtunc habeat annulum, pater iſtum meus geſtitauit.
Geſto, ſtas ſæpe vel quaſi cõtinue gero. Plau. in Curc. Rogita iſtunc, unde habeat anulum. C. pater iſtum meus geſtauit.
Geſtuoſus, ſa, ſum, quod eſt plenum actibus lætitiæ.
Geſtus, ſta, ſtum, participium à gero.
Geſtus, ſtus, eſt id quo indicatur quid geratur.
Geth, Allophylorũ ciuitas fuit, quæ aliàs Anthedon, item et Agrippia, nunc vero adpellatur Zaph.
Gethæ, populi in Scythia Europea. Quidã gethas Dacos adpellant, ut Apianus, Strabo arbitraẽ eos eſſe gethas. q ad pẽtũ in Orientẽ ſpectãt. Helius Spartianus gethas dicit gothos de his Ouid. lib. de ponto,

Nulla gethis toto gens eſt truculentior orbe.

Huius nominis nominatiuus ſingularis eſt getha, vel gethes.
Getuli, Aphricæ populi, Garamãtibus finitimi, et eorum regio getulia dicta. Cc.
Geuma, matis, guſtatus. Geuo. guſto. Geuſis, guſtus.

G A N T E I

Giarus, pen. cor. inſula parua ex Cycladibus, circuitu duodecim millium paſſuum, ad quã noxii dãnabantur. Iuuenalis pluraliter dixit.

Aude aliquid breuibus giaris et carcere dignum.

vt alias etiam notaret.
Gibber, et Gibberoſus, et Gibboſus, qui gibbũ, id eſt, tumorẽ in dorſo habet. Quamuis et pro alio quocunq; tumore ſolido ponatur. Iuuenalis.

Attritus galea, mediisq; in naribus ingens
Gibbus, et acre malum ſemper ſtillantis ocelli.

Gibbus, et Gibba, ſolidus in dorſo tumor. Plinius gallinarum genus gibbatum uocat. Ipſe Gibbus nominaẽ quoq; Gibber. Iuue. Attritus gibbere naſus. Iulius Firmicus tradit naſci gibberoſos, qui in ſeptima parte Arietis habuerint horoſcopum. Cornel. Celſus tamen docet, Strumam extantiã quandã in tergo, Gibbum uero in pectore.
Gigantomachia, gigantum pugna.
Gigas. gantis, uir altiſſimæ ſtaturæ., et terræ filius à poetis fingitur, quum nihil aliud Gigãtes fuiſſe credendum ſit, quàm hominum quandam impiam gentem, Deos negantem, et ideo creditam Deos è cœleſti ſede pellere voluiſſe. Hinc Giganteus, a, um, nomen poſſeſſiuum. Ioſephus uero libro primo Antiquitatum, dicit Gigantes fuiſſe ex dæmonibus incubis progenitos. Idem Auguſtinus libro decimo ſexto de Ciuitate Dei, et Euſebius de Præparat. libro ſeptimo.
Gigeria, vide in dictione gingeria.

Gigno,gignis,genui vel gignui,ſecundum Diomedē. genitum.ſignificat genero. Lactantius lib.iiii.Hac cōditione gignimur.Huius cōpoſitum eſt Ingigno, quod eſt Intus gigno.Columel.libr.iiii. Tanquàm naturali et ingenita ſterilitate laborantibus. Hinc Ignis dictus eſt,quòd in eo nihil gignatur.et Prægnans,quæ iā occupata eſt in generando quod conceperit,et Benignus, nomen compoſitum ex bono et gignendo.

Gilo,nomē ciuitatis.à qua Gilonitæ.penult.producta homines in ea habitantes dicuntur. Eſt et nomen viri. Iuuenalis, Vnciolā Proculeius habet, ſed Gilo deuncem.

Giluus,color medius inter album et rufum, ut ſentit Aul.Gellius, Scribit enim eſſe tria colorum genera, nigrum,album,mediū,quod uocant κιῤῥόν, giluū. Alii colorem buxeum,uulgò gialdum.Quidam flauum intelligunt,qui ex viridi,et ruſo,et albo concretus eſt. Seruius mellinum intelligit,alii cinericium.

Gindes,fluuius, qui per Dardanos fluens, ingreditur Tygrim.

Gingeria,ex multis obſoniis decerpta adpellantur. Quidam Gigeria ſine n,ſcribunt,eſſeq́ gallinarum inteſtina,et quæ cum his coquebātur. Lucilius,Gigeria ſunt ſine allio,his veſcamur alacriter.

Gingiuæ,pen.prod.in quibus dentes ſunt.à gignendis dentibus. Lactan.lib.de Opifi.Dentes autem ipſos magis horrori quàm ornamēto eſſent,gingiuis mollibus(quæ à gignendis dentibus nominant)ac dēinde labiorum tegminibus honeſtauit. Iuue, Frangendus miſero gingiua panis inermi.

Huius diminutiuum eſt Gingiuula. Apuleius,Cōplanatorem tumidæ gingiuulæ.

Gingiuerim, ſiue Gingiberim piperis eſſe radicem perhibent quidā,ſed falſo. Naſcitur id in Arabia et Trogloditica.

Gingrio,gingris,gingrii,gingritū.Eſt autē Gingrire, anſerum vocis proprium. Vnde genus quoddam tibiarum exiguarum, à voce anſerum, Gingrinæ dicūtur.à quibus Gingritor tibicen.

Gion,fluuius,qui apud Aegyptios Nilus vocatur.In paradiſo oriens,vniuerſam circuit Aethiopiā.Ioſephus,Gion quoq; per Aegyptum fluens,oſtēdit eū qui nobis ab Oriente redditur,quem Græci adpellant Nilum. Significatq; hoc nomen terræ hiatum. Quo nomine etiā vocatus eſt mōns in Iudæa,apud quem Salomon in regem vnctus fuit.

Gingrillus,inſtrumentum quo fili reuoluuntur.

Girim,mons apud Garamātas,in quo naſci gemmas, vetuſtas teſtata eſt.

Gith,genus ſeminis. Colu.lib.vii. Interdum faſtidio ciborum langueſcit pecus. Eius remedium genus ſeminis quod Gith adpellatur. Plinius ſcribit aliquos id melanthion,alios melaſpermon adpellare,optimumq́ excitatiſſimi odoris,et quàm nigerrimum. Colligitur ſuccus eius vt Hyoſciami, ſimiliterq́ largius venenum eſt.quod miremur, quum ſemen gratiſſime etiam panes condiat. Plautus, Gith excalfactat.

G ANTE L

Glaber,bra,brū,quod eſt læue et ſine pilis. Plautus,in Aulularia, Tu iſtum gallum,ſi ſapis, glabriorem reddes mihi,quàm Volſus ludius. Nonius de Doctorum indagine, Legitur, quòd ludis præſules pueri eſſent glabri ac depiles ꝓpter ætatē,quos antiqui ludios adpellabant. Huius diminutiuum eſt Glabellus. Glabra etiā ſiue Glabella,vocatur interſtitium,ſupercilia ſupra naſum diſterminans, quia ſine pilis eſſe cōſueuit. Martianus Capella lib.I. Quarum vna deoſculata philologiæ frōtem illic ubi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.

Glabreſco. Glaber fio. Proprie Glabreſcere,eſt ſine pilis,aut capillis,aut plumis fieri,quod euenit nonniſi quàm morbo aliquo. Transfertur etiam quandoq; ad herbas. Colu.lib.ii. Nam dum à pecudibus legumina proculcantur,herbæ etiam vngulis atterunt, atq; ita glabreſcit, et fit,idonea ſeminibus area.id eſt glabra,mundaq́.

Glabreta,à Columella dicuntur loca quæ nihil ferūt. Hæc Græci phalacras,quaſi calueta adpellant.quæ ſatis fruticibusq́ nuda ſunt. Phalacrus, Græce φαλακρόν, caluus.

Glabriodes,idem quod glabri. Et apud Romanos erat Glabrionum familia,ex qua Acilius Glabrio vir Romanus fuit.

Glacialis.à glacie deducitur.et eſt quod in glaciem adſtringi ſolet. Iuuenalis, Vltra Sauromatas fugere hinc libet et glacialem Oceanum.

Glaciari,eſt in glaciem conuerti. Plinius, Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.

Glacies,aqua congelata gelu.quaſi gelacies.

Glacitare, proprium eſt uocis anſerum. Ouid. Cacabat hinc perdix,hinc glacitat improbus anſer.

Gladiatores,dimicatores dicunt. Cic.lib.iii.ad Herē. Tanquàm gladiator habuerit. Inter gladiatores ſpecialiter ſunt Retiarii,qui aduerſus Mirmillones pugnabant. Dicti à rete,qđ ſub ſcuto gerebant,vt Mirmillonem inuoluerent. Mirmillones dicebātur gladiatores,qui genere quodam Gallicæ armaturæ utebantur quod mirmillonium dicebatur. Vnde galli antè Mirmillones uocabantur,in quorum galeis piſcis effigies erat. Solebant autem retiarii aduerſus Mirmillonem pugnantes,hæc verba cantare. Non te peto,piſcem peto,quid me fugis Galle?

Gladiatorius,ria,rium, quod ad gladios pertinet. Vnde ſpectacula gladiatoria. Salluſtius, Item ex ſenatus conſilio decreuere, vt gladiatoriæ familiæ Capuam, et inter cætera municipia diſtribuerentur. De Gladiatorum origine ac cauſſa, Iulius Capitolinus habet hoc pacto. Multi dicunt apud veteres,hanc deuotionem cōtra hoſtes factam, ut ciuiū ſanguine litato,ſpecie pugnarum fortunā ſatiarent, Alii hoc literis tradunt,quod veriſimilius credo.ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre,et vulnera,ferrum,et nudos inter ſe coeuntes,ne in bello armatos hoſteis timerent,aut vulnera,et ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus videtur,ut imperatores ad bellum proficiſcentes,munus darēt

gladiatorium.

Gladiatura,turæ,ars,ipſa gladiatorum.

Gladiolus, paruus gladius. Quo nomine etiam dicta eſt herba quædam,quòd ſit ſoliis gladii ſimilis. Flores habet purpureos.

Gladius,enſis.à clade dici videtur,quia ad cladem ſit inuentus.Dicit et Gladiū,neut.gene.ut docet Varro,Hinc digladior,diaris, de quo alibi. Eſt et Gladius,genus piſcis marini.

Glandatio, glandium collectio, et paſtio ſuum ex glandibus.

Glandium,pars quædam inteſtinorum eſt, ut inquit Priſ. Alii volunt eſſe partem apri iuxta ceruicem,vel ipſam ceruicem.In hac enim glandulæ poſitæ ſunt. Plautus in Cap.Pertruncault tribus tergoribus glādia.Inde Caro glandionica.Idem in Men.Glandionicam ſuillam,lardum, pernam. Eſſe autem ſuis hanc peculiarem laudem, oſtendit Columella,qui porcum laudat qui eſt amplæ et glanduloſæ ceruicis.Dicuntur etiam glandulæ de homine.Celſus lib. iiii.Itemq́ arteriæ,quas parotidas vocant,ſurſum procedentes,vltra aures feruntur,et in ipſis ceruicibus glandulæ poſitæ ſunt.

Glanicus,annis,qui et Lyris adpellatur, in cuius ripa templum fuit Maricæ Nymphæ Minturnenſis. Cornucopiæ.

Glaneus,nomen proprium viri Chii,qui omnium primus ferri compactionem fertur excogitaſſe.

Glans,glandis,et Glandis, glandis, dici poteſt.pro fructu arboris quercus,et aliarum arborum glandiferarum.Plinius lib.xvi.Dulciſſima eſt omniū glans phagi. Vergilius,

Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.

Sed quia ex his homines quondam viuebant,Glandis adpellatiōe(vt Vlpianus ſentit)omnes fructus continentur.Hinc Glans plumbum,quod eſt in modum glādis formatum. Sallu.in tugur.Pars eminus glande aut lapidibus pugnare.Item Glans pars ſumma caulis dicitur,quæ perpetuo tegitur, oculo ſimilis.Præputium enim pellis eſt qua glans tegitur.Coles ipſe penis,à quo colei pendent.Rurſus Glandes ſeu Glandulæ,eſt morbus faucium,ob quandā glādis ſimilitudinem.Ibi enim eſt caro glādinoſa,quæ ab antiquis boni ſaporis putabatur. Martialis,

Partitur apri glandulas palæſtritis.

Apicius.Interpones pulpas pulli glādulas edoras. Hinc illa pars ſuis laudatiſſima, Glandiū dicta eſt. Solētaūt hæ glādulæ intumeſcere,adeò ut hominē graui morbo infeſtēt. Hūc morbū ēt tōſillas dicūt. Pli.lib.xxxvii.de Electro,Pado uero anneaa ſabula euidente cauſſa.Hodieq́ tranſpadanorū agreſtibus ſuccina geſtātibus,maxime decoris cauſſa,ſed et medicinæ quoniam tōſillis creditur reſiſtere,et fauciū vitiis.Idem lib.xl. Tonſillæ in homine,in ſue glandulæ,quæ inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato. A' Glans,fiunt Glandeus,a,um, Glandinoſus,a, um,Glandifer. Glandula diminutiuum.Iuglans,et Diiuglans,Glandatio.

Glaphyrus,penultima producta feſtiuus, iucundus ornatus, politus, concauus, ſculptus, famoſus, aſtutus.

Glarea, penultima correpta terra ſabuloſa, quæ in fluuiorum ripis, vel maris littoribus eſt.Hieronym. In terra aurum quæritur,et de fluuiorū alueis ſplendens profertur glarea. Lucanus,

Aut impulſa leui turbatur glarea uena,

Huius diminutiuū eſt glareola,cum accentu in antepenult.Plaut.Glareolam manu effundens.

Glareoſus,a,um,qđ eſt plenum glarea. Plin.lib.xxvi. Silaris naſcitur glareoſis et perennibus riuis,cubitalis apii ſimilitudine.

Glaſtum,herba ſimilis plantagini,qua Britanni ſe inficiunt,ut autor eſt Cæſar quò horridiori ſint aſpectu in pugna.efficit enim cæruleum colorem.

Glaucinum,Græcè dicitur oleū muſtū.hoc eſt,expreſſum antè quàm oliuæ prænantur.Nā γλαῦκος Græcè Latinè muſtum.

Glaucioius, dicitur equus, qui felineis oculis eſt. Cornucopiæ.

Glauciū,herbæ genus ſylueſtris et erraticæ, runagrū vocatur. Alii paralaion dicunt. Naſcitur in adflatu maris,aut nitroſo loco, vnde nomen adſumpſit.Nā

Glaucus,cæruleum ſignificat,qui eſt coloc maris.

Glaucoma,matis.et Glaucomatum,mati, et Glaucoma,mæ,vitium humoris,eius q cryſtallinus adpellatur,in colorem glaucum mutantis in oculo.Plau.in Milit.Glaucomā ad oculos obiiciemus. Serenus,

Si vero horrendum ducent glaucomata plumbum,
Spiritus alterius prodeſt,qui grana cymini
Pallentis mandens viſus exhalat in ipſos.

Hypochyſis verò,ſiue(quod idem eſt)Hypochymata,quæ nos ſuffuſiones vocamus oculorum, ſit ex humore inter corneam et cryſtallinam parte concreto. Interdumq́ hæc oculi potentiæ qua cernitur ſe opponit.

Glaucopis.pen.cor.pidis.habēs oculos cæſios.Quo nomine dicta eſt Pallas,quæ à Latinis dicit Cæſia. Diodorus ſcribit aerem nominatum eſſe Pallada,et ideo dici Glaucopin,quoniam aer glauci,hoc eſt,viridis ſit aſpectus.

Glaucus color,(vti Placidus Grammaticus docet)interdum ponitur pro viridi. Eſt enim qui admiatum habet viridi alborem. Vnde Vergilius glaucas ſalices et oliuas dixit Item in hominibus et equis Glauci oculi pro ſplendidis dicuntur.Hūc colorem quidam cæſiū vocant. Legimus nonnunquàm et maris colorem Glaucum,ſed tunc quando caneſcit fluctibus. Vñ Glaucus,Deus marinus, ſenior fingitur ex piſcatore cōuerſus in Deū,gramine guſtato. Fuit et alius Glaucus, q primus ferri cōſolidaturā inuenit. Alius Hippolyti filius, à quo Iones nati ſunt ceger. Multiq́ hoc nomine ſunt vocati. Inter quos fuit Minois filius,in mellis dolio necatus,et Aeſculapii ope reuixit.Itē Glaucus Caryſtius pugil,ex Euboia, qui ex aratro in Olympia pductus,ſæpe vicit. Glaucus item Potniæus ex Bœotia memoratur, quē libidine furentis equæ lacerauerunt. Hic maris eſt nomē. Apud Strabonē,Lybiæ ſinus,et amnis ibidem,

vt inquit Plinius, Et glaucus, nomen piſcis eſt.

Glaux, græce γλαῦξ, auis nocturna, à qua glaucus color.

Gleba, ceſpes terræ, dicta quòd ſit quaſi globus. Plin. lib. xviii. Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Huius diminutiuum eſt glebula. Columel. lib. i. Eadem euentilata mundiora ſunt, lapillisq́ carent & glebulis, quas per trituram ferè terrena emittit area.

Gleſſaria, inſula in Oceano Germanico, quæ (Solino teſte) cryſtallum dat & ſuccinum.

Gleſſum, electri ſpecies, quo Gleſſaria inſula abſidat.

Glinon, aceris genus, quod alter craſſiuenium dicunt, campeſtre, candidum, nec criſpum. Cc.

Glis, gliris. maſcul. gene. animal muri ſimile. nutritur in arboribus. Martialis,

Somniculoſus ille porrigit glires. Idem,

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo

Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Hinc Glirarium, pro loco in quo nutriuntur glires. Varro, Glirarium diſſimili ratione habetur, quod non aqua, ſed macesia locus ſepitur.

Glis, glitis. fœmin. gene. terra argylloſa.

Glis, glitis. generis fœmi. carduus dicitur.

Gliſco, creſco. Liui. lib. vi. Gliſcente indies ſeditione. Item pingueſco. Colum. lib. vii. Prius tamen quàm exilem terram iteremus, ſtercorare conueniet. Nam eo quaſi pabulo gliſcit. Idem lib. viii. Paleis, quę penè omnibus regionibus abundant, etiam gliſcit. ſcilicet aſinus. Item ardeo, cupio. vt in hymno. Nam gliſcit animus promere cantibus Victorum genus optimum. Huius compoſitum eſt Pergliſco. Columel. lib. viii. Quæ prima Luna ſaginari cœpit, vigeſima pergliſcit.

Globo, bas, aceruo, aduno. à quo Conglobo. de quo ſupra.

Globus, & Globum, vtroq; modo dicitur. pro corpore ſolido, vndiq; rotũdo, quem Græci ſphæram adpellant. Vergilius, Lucentemq́ globum. Ponitur quoq; pro multitudine hominum, ſiue aliorum animalium, aut alterius cuiuſcunq; rei ſimilis collecta, & quaſi conglobata. Salluſtius, Alii fiducia gnaritatis locorũ in occultã fugã ſparſi, alii globis eruptionẽ tentauerunt. Sciendũ, quòd ſi globus ex filo, aut alia re ſimili factus ſit, Glomus dicit. A globus fit globoſus, a, um, pro rotundo ſpiſſatoq́.

Glocido, das. penul. cor. propriũ eſt vocis gallinarũ quum ouis incubituræ ſunt, quod fit crebris ſingultibus, interiecta voce acuta.

Glocio, cis, idẽ quod glocido. Colu. lib. ix. Obſeruare debet cuſtos dum edant oua, vt ea quæ nata ſunt recolligãtur, notenturq́ quo quæque die ſint edita, & quàm recentiſſima ſupponãtur glocientibus.

Glomero, ras, pen. cor. implico, & globi ſpeciem formo, ſiue filũ induco. Per trãſlationem glomerare ſumitur pro congregare, accumulare. Vergilius,

Et fœdam glomerant, tempeſtatem imbribus atris

Collectæ ex alto nubes. Hinc fit cõpoſitũ Agglomero, quod eſt adplico, adiungo. Vergilius,

Et lateri adglomerant noſtro.

Glomus, mi, & glomus, meris, ẽ globus ex filo alia'ue re ſimili factus.

Gloria, eſt frequens de aliquo fama cum laude. Quintilianus, Cõſentiens laus bonorum gloria adpellatur. Hanc Auguſtinus dixit eſſe iudiciũ hominum, bene de hominibus opinantiũ. Eſt tamẽ inanis gloria vitiorum plerũq; laudatrix, quæ definitur quòd ſit popularis fama ex honeſtatis ſimulatione proueniens. Cicer. lib. Offic. Vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis, periculisq́ aditis, non quaſi mercedẽ rerũ geſtarum deſyderet gloriam. Inter gloriam & claritatem hoc intereſt (vt inquit Seneca lib. xiii. Epiſtolarum moralium) quòd gloria multorum iudiciis conſtat, claritas bonorum.

Gloriabundus, qui abunde gloriatur.

Gloriola, dimi. à gloria. Cice. Luccio, Illa nos cupiditas incendit, quòd alacres animo ſumus, vt cæteri, viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant, & noſmetipſi viui, gloriola noſtra perfruamur.

Glorior, riaris. conſtruit modo cũ præpoſitione De. Lactant. de ira, Apollodorus quidem, vt de ciui & populari ſua gloriatur. Modo ſine præpoſitione.

Glorioſus, gloria plenus. vt Glorioſus homo, glorioſus dies, glorioſus triũphus. Cuius contrariũ eſt Inglorius, qui nulla laude aut gloria dignus eſt, & veluti ignobilis. Vergl. lib. iiii. Georgico.

Ille horridus alter

Deſidia, latamq́ trahens inglorius aluum.

Interdum tamen glorioſus, adfectionem ſignificat, & in malũ, vt glorioſus dicatur, q ſe inaniter iactat, vel alterius inani laudatiõe effertur, & laudari quærit. vt miles glorioſus apud Tarentium.

Glos, adpellatur mariti ſoror, atq; item fratris vxor.

Gloſſa, ſæ, per duplex ſſ, Latinè lingua dicitur, vnde gloſſæ, & gloſſaria, pro interpretationibus ponuntur, quòd vice linguæ, hoc eſt, vice doctoris fungãtur. Quintilianus, Gloſſæ ſunt ſecretioris linguæ expoſitiones.

Gloſſemata, ſignificat voces minus vſitatas.

Gloſſematici, qui gloſſas conficiunt.

Gloſſopetra, gemmæ ſpecies, Græcorũ lingua, humanæ ſimilis. Magi eam credunt non naſci in terra, ſed deficiente Luna de cœlo decidere. Cc.

Glotis, tidis. Latina lingua. hinc Plinius auem quæ rex cothurnicũ adpellatur, Glottida vocauit, quòd prælongam linguam habeat.

Glubo, is, corticem detraho. Vnde & pecus glubi dr, quum pillis detrahitur. Cato de Re ruſti. Salictum ſuo tempore exdito, glubito, arteq́ adligato, librũ conſeruato, Suetonius de Tyberio, Boni paſtoris eſſe tondere pecus non deglubere.

Glucidatum, ſuaue & iucundum. à Græco γλυκύ, qđ dulce ſignificat.

Gluma, folliculus grani frumentarii, à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum. hoc eſt, decorticetur. autor Varro lib. I. de Re ruſtica.

Gluo, gluis, glui, diſtringo, valde ſtringo. Varro de Re ruſtica, Durida eſt enim ea, quæ non ſolum ſtringit baccam,

git buccam, ſed etiam ramis gluit, ac relinquit ad gelicidium.

Gluten, et Glutinum, pen. cor. κόλλα colla dicit Græcè. Pli. lib. xi. cap. xxxix. Boum coriis glutinum excoquitur, taurorumq́, et id præcipuum. Hinc Glutinoſus, ſa, um. Pli. Prioris lacs vt ſiccem ſit et lenis, linguaq́ glutinoſa. Columella, In Aſia Myſiaq́, denſa etiam glutinoſa terra maxime exuberat.

Glutinamentum, compactio, coniunctio. Pli. lib. xiii. Deprehendit et lentigo, ſcilicet chartæ oculis, ſed mediis inſerta glutinamentis.

Glutino, nas, pen. cor. coniungo, ferrumino. Pli. Vis bituminis quæ ſulphuris, ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat. Idē, Quo genere ſiſtitur ſanguis, et vulnus glutinatur. Huius compoſita ſunt Adglutino. Plaut. Ita mihi ad malum malæ res planè ſe adglutinant. Cōglutino. Plin. lib. xxiiii. Cortex vlmum, et folia arida vulnerum ſanguinem ſiſtunt, ipſumq́ vulnus cōglutinant. Deglutino, à glutine libero. Idē lib. xxv. Purgant vlcera oculorum, expientq́, et ad cicatricem perducunt, palpebras deglutinant.

Glutio, tis, tiui, titum, deuoro. Iuuenalis,
Quales tūc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem. Hinc ſit Deglutio.

Gluto, guloſus. Ambroſius, Sic amat diabolus filios ſuos, vt pdat, ſicut amat gluto porcellū vt comedat.

Gluuire, ſeparare eſt, et diſtinguere. Varro, Quæ nō modo diſtringit buccam, ſed etiam ramis gluuit. Cornucopiæ.

Glycomarides, genus ciborum. Vnde et Macrobius Glycomaridas vocauit, in adiiciali cœna Lentuli Flaminis adpoſitas.

G A N T E N

Gnaphalium, herba quam quidam chamæzelum nominant. cuius folia ita alba ac mollia ſunt, ut planè videatur tomentum. Cc.

Gnaphalon, genus tomenti, ex lana illa ſcilicet breui atq́ conciſa, quæ veſtibus à fullone poliendo detrahitur. Nam quorum natura mollis, candida, et omnino lanea eſt, γναφαλώδη Græce adpellantur.

Gnaphos, frutex eſt ſpinoſus, quo veſtes raduntur. Cornucopiæ.

Gnarauit, Liuius poſuit pro eo quod eſt narrauit, et Gnarauiſſe, pro narrauiſſe.

Gnare, aduerbium, perite et quandoq́ aperte. Apuleius, Qui gnare, id noſtris oculis contemplati ſumus. uide in dict. Ignoro

Gnariter, pro gnare, antiqui dixerūt, à quo Prognariter, quod ſignificat audacter, ſtrenue. Plaut. Age iſte dica prognariter.

Gnarus, et Narus, dicitur ſcius et peritus. Gnaritas, ſcientia. Salluſtius, Nanq́ alii, fiducia gnaritatis locorum, occulta fuga ſparſi, alii globis eruptionem tentauere. Horum contraria ſunt Ignarus, et Ignaritas.

Gnathos, Latinè gena maxilla'ue dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium, Gnatho paraſitus. hinc componitur Tetragnathius, à numero maxillarum, genus araneorum, ſiue ſcorpionum, ut Pli. lib. xxix.

Gnatus, et Natus, celer, ſtrenuus. A nauium celeritate Grammatici Proſthesin figuram adpellant, quando adponitur litera principio dictionis. vt Gnatus, pro natus, gnotus, pro notus. Cicero, Noti erant, et naui, et nari.

Gneſoſum, noſtri obſcurū dixere, quaſi nebuloſum. Cornucopiæ.

Gneſion, aquilæ genus. à Latinis ſyncerum interpretatur, velut verum, ſolumq́ incorruptæ originis, media magnitudine, colore ſubrutilo, raro viſum. Cc.

Gneus, corporis inſigne eſt, et prænomen.

Gnidus, ciuitas Lyciæ, quæ duos portus habuit, et in fronte inſulam, quæ ſtadia ſeptem ambitus complectebatur, theatralis et alta aggeribus ſacta continenti. E' Gnido viri memorabiles fuerunt. Eudoxus Mathematicus Platonis ſodalis, et Agatharcides Peripateticus, hiſtoriæ conditor, et Theopompus, Iulio Cæſari familiaris, et Arthemidorus eius filius. Et his antiquior Cteſias, qui Xerxem medicatus eſt, et res Syriacas Perſicasq́ conſcripſit.

Gnitur, pro gignitur, veteres dixerunt, et Gnixus, pro genitus. Cc.

Gnomones, dicuntur quatuor dentes, quibus equorum ætas dignoſcitur. Alii Gnomonem aliter accipiunt. Plin. lib. ii. cap. lxxii. Solis itaq́ umbilici umbra (quem gnomonem appellant) in Aegypto meridiano tempore equinoctii die paulo pluſquàm dimidiam gnominis menſuram efficit. Herodótus vero ſic. Nā puluere et gnomonē. id eſt, normā, et duodecim diei partes à Babyloniis Græci didicerunt.

Gnoro, ras, ſcio, licet non ſit in vſu. ſed eius cōpoſita habentur, Ignoro, et Dignoro. de quibus alibi.

Gnoſco, pro noſco, veteres dixerunt, ſicut Gnotum, pro notum.

Gnoſis, Latinè cognitio, ſcientia, notitia.

Gnoſius, ſia, ſium, et Gnoſidus, a, dum. Suidas. κνώσιος ὄνομα κύριον, καὶ ὁ πολίτης ἀπὸ κνωσσοῦ. κνωσσὸς γὰρ πόλις ἐν τῇ κρήτῃ. id eſt, Gnoſius nomē ꝓpriū, et ciuis à Gnoſſo. Gnoſſos enim vrbs eſt in Creta.

Gnoſos, urbs Cretæ in plano ſita, quæ alio nomine Cerathus (vt ſcribit Strabo) adpellata fuit à fluuio. Ea fuit Minois regio.

Gnoſtici, hæretici quidā, q ſe ſic adpellatos propter excellentiam ſcientiæ, vel adpellari debuiſſe glorìabantur, quum eſſent omnibus vaniores atq́ turpiores. Vide Auguſtinum lib. de Hæreſibus.

G A N T E O

Gobius, piſcis, qui et Gobio dicitur. Iuuenalis, Quum ſit tibi gobio tantum
In loculis. Martialis,
Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

Goetia, pen. cum accentu. Nam græci γοητεία dicunt. genus magiæ, quæ alio nomine Theurgia dicitur, à legibus prohibita, uide in dictione Magia.

Gog, et Magog, multi putant eſſe genteis Scythicas, immanes, et innumerabiles, quæ trans montem Caucaſum et Mæotidem paludem, et propè Caſpium mare, ad Indiam uſq́ tenduntur. Sed (Hieronymo teſte in Ezechiel.) nō ſunt gentes, ſed Latino ſermo-

ue Gog tectum dicitur, Magog uero detectum. quæ non literaliter, ſed ſpiritualiter intelliguntur. Nos id breuitatis cauſſa hic omittimus.

Gomor, ꝑprie menſura uini eſt, ut interpretatur Ambroſius in Epiſtola ad Iuſtum.

Gomorra, & Gomorrum, utroq; modo dicitur, ſicut Sodoma, & Sodomum. Solinus de ſitu Iudææ. Ibi duo oppida, unum Sodomum, alterum Gomorrum adpellatum.

Gonorhei, dicuntur ſemine fluentes. Nam γονὴ genitura, ῥέω fluo. Ioſeph. lib. vi. de bello Iud. Templũ Salomonis aramq; cingebat ex ſaxo lorica, uſq; ad cubitum ſurgens, quæ populũ à ſacerdotibus ſegregabat, & gonorheos arcebat. γόνος, Latine filius dicitur, quod patet per eius compoſita. Antigonus, Chryſogonus.

Gonos, Græcè γόνος, Latinè ſemen, γόνυ uero geniculum. ut polygonaton, herba à geniculorum frequentia dicta.

Gorgias, nomen propriũ Rhetoris celeberrimi, qui pulcherrimũ librũ de Concordia, Græcis tunc inter ſe diffidẽtibus, recitauit Olympiæ. Fuit & alius Gorgias, philoſophus Leontinus. qui auſus eſt in conuentu poſcere, qua de re quiſq; uellet audire, qui de omni re, quæcunq; in diſceptationẽ quæſtionemq; uocaretur, ſe copioſiſſime dicturũ eſſe ꝓfitebatur.

Gorgones, penult. correp. dictæ ſunt Phorci filiæ, ſcilicet Scilla, Meduſa, Stenio, & Euryale, quæ Dorcades inſulas, in Oceano Aethiopico ſitas, habitaſſe dicuntur, cõtra Heſperidum hortos. Quæ ab agilitate nomen habent. γοργὸν enim agile dicunt. Scribit Diodorus, fœminas fuiſſe in Aphrica bellicoſas, aduerſus quas Perſeus bellum geſſerit, & earum reginã Meduſam debellauerit ac interfecerit. Ex cuius cruore (vt in fabulis eſt) mox natus eſt pegaſus alatus equus. Inde ad Heliconẽ Bœotiæ mõtẽ euolãs, & pede ſaxũ feriens, πηγὴν. hoc eſt, fontem aperuit, à quo pegaſus eſt nominatus, & ab eo fons ipſe hippocrene, ſiue pegaſeus, ſiue caballinus dictus.

Gorgoneus, a, um, nomen poſſeſſiuum. Ouidius, Gorgoneas tetigiſſe domos, Suidas, Γοργόνες, τρεῖς γυναῖκες, αἱ τοσοῦτον εἶχον φοβερὰ τὰ πρόσωπα, ὡς τοὺς ὁρῶντας ἀποθνήσκειν. καὶ τί θρασὺς ποταμός, ἢ τόπος λιβύης. ἔνθα αἱ γοργόνες διέτριβον. Id eſt, Tres mulieres vſq; adeò terribiles habuerunt facies, vt videntes morerentur. Et Tithraſus fluuius, vel locus Lybiæ, vbi Gorgones conuerſabantur.

Gortys, ciuitas Cretæ, ab heroe cognominata, per quã fluit Læneus amnis, cuius accuſatiuus gortyn, gortyna ſeu Cortyna, pleriq; gortynam. Eſt & alia ciuitas in Arcadia huius nominis.

Goſſipion, ſiue Goſſampinus, frutex eſt, ex ſuperiori parte Aegypti, quæ in Arabiam uergit, alias tunc etiam in quibuſdã Italiæ locis naſcens. Ex quo lina fiunt quæ Goſſipina ſiue Goſſapina dicũtur. Ce.

Gotthia, regio Europæ, contermina Daciæ & Noruegiæ. Ex qua Gotthi immanes populi, qui olim Italiam armis ſubegerunt.

G ANTE R.

GRabatus pen. produ. lectus exiguus, in quo meridiari ſolent. Dictus quaſi Carabatus, quòd in eo capite recumbamus. κάρα enim caput, βατὸν paruũ græci dicunt. Vnde & pro lecticis pauperũ & mendicantiũ grabati accipi ſolent. vt eſt illud in Euangelio, Tolle grabatum tuum & ambula. Cicer. lib. ii. de Diuin. diuerſa facit lectos & grabatos. ait enim, Concuſſare omniũ mortalium qui vbiq; ſunt, non modo lectos, verum etiam grabatos. Apud Latinos primam corripit, & apud Græcos produ. & duplici bb, ſcribitur. Vergil. in Mor.

Mẽbra leuat ſenſim vili demiſſa grabato. Martia.

Sed ſi nec focus eſt, mundi nec ſponda grabati.

Inueniuntur item & aliæ dictiones quæ ſic mutent accentum. ut λάκκος, lacus. πτισάνη, ptiſana. In magno Græcorũ etymologico reperitur (teſte Eraſmo Roter. in Adnotationibus noui teſtã.) κράββατος dictum παρὰ τὸ κρεμᾶν τὰς βάσεις. id eſt, à ſuſpendendo pedes, quòd ſic in lecticis portarentur, vt pedibus non contingerent terram.

Graccuris, urbs Iberiæ, quæ antea Iurcis nominabatur. Cornucopiæ.

Gracchor, per duplex cc, & cum adſpiratione. cognomen fuit familiæ Romanæ. Duo autẽ fuerunt Gracchi fratres, Tiberius & Caius, ambo eloquẽtes, quorum eloquentiæ mater Cornelia multum contulit. Verũ & doctior & eloquentior fuit Caius, qui erat minor natu, quo nemo plenior, nemo vberior fuiſſe fertur. Grandis erat uerbis, ſapiens ſententiis, genere toto grauis.

Graccus, nomẽ auis, cornici ſimilis, niſi quòd minor eſt, à uoce quam facit, vel à gerendo dicta, quòd iacta ſegetum ſemina gerat, vel quia ex oliuetis cubitum ſe recipiens, duas pedibus baccas, tertiam ore ferat. Seu etiam, quòd gregatim uolitet. Siue à gracilitate, propter paruitatem. Eſt huic furandi natura, ex quo nonnulli monedulam eam adpellauere, à furandis monetis. Exprimit ſermonem humanum, & cauea euiſſus ſeuertitur. Harum auiũ tria ſunt genera. Maiuſcolæ ſimiliores ſunt cornicibus, niſi quòd nigriores. Minimæ, & inter eas mediæ, quibus roſtra & pedes rubent.

Gracile, adiectiuum. pen. corr. ſignificat quod eſt tenue, & corpore macilentum. Turpilios, Noſti quàm ſit gracili corpore. Quod & Gracilens. tis, dicitur, et gracilentum, Næuius, Vide gracilentis colorem. Interdum gracile ponitur pro molli. Horatius,

Quis multa gracilis te puer in roſa.

A' Gracilis, fit gracilitas, & gracilitudo.

Graculus, diminutiuũ. accipitur pro monedula aue, & pro piſce, qui à Plinio dr̃ draco, ſiue dracunculus.

Gradarii, equi, q ſine ſuccuſſatione molliter incedũt. Lucill. lib. xliii. Ipſe equus nõ formoſus, gradarius optimus.

Gradatim, aduerbium. ſignificat per gradus, & ordinate, lenteq;. Varro lib. i. de Re ruſti. Cato quidem (inquit) gradatim alium præponens alio, agrũ meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus.

Gradatio, apud Rhetores dicitur, quum ex prima ſententia oritur ſecunda, & ex ſecunda tertia, atque ita deinceps.

Gradator, à magno gradu. Plaut. in Penula. Vinceretis gradatorem curſu ceruas & gradu. ✱ aliàs grallatorem.

Gradior, is, quaſi per gradus eo. à quo Regradior. de quo alibi.

Gradior, deris, greſſus, ſignificat uado. Lactant. lib. iiii. Claudis uero, ac pedum vitio adflictis, non modo gradiendi, ſed etiam currendi dabat facultatem. Huius compoſita ſunt Adgredior, Antegredior, Cõgredior, Digredior, Egredior, de quibus alibi. Ingredior, Introgredior. Dicimuśq; ingredior forum, & in forum. Aliquando ponitur pro ſimplici gradior, incedo. Vergil. lib. iii. Georgicorum,

Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingredit. Cic. ad Atticũ, Si dormis expgiſcere, ſi ſtas ingredere, ſi ingrederis curre, ſi curris aduola. Interdũ Ingredi, eſt prouenire, & ſe oſtẽdere. Plaut. Nihil te pudet ſceleſte in cõſpectu ingredi. Ingredi in mulierem, eſt mulieris perſonã adſumere. Hiero. in Pſalmorũ interpretatione, Solet in theatris unus homo frequenter diuerſas habere perſonas, nunc ingreditur in mulierem, nunc in virũ, nunc in regem, & qui in regem proceſſerat, ruſum in ſeruum procedit. Interdum eſt quaſi incipere. Lactantius lib. vi. Iuſtus ergo quoniam durum aſperuḿq; iter ingreſſus eſt. Introgredior. Vergilius lib. i. Aeneid.

Poſtquàm introgreſſi, & coràm data copia fandi.

Progredior, vltra pcedo. Cicero in Laelium, Id primũ videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia pgredi debeat. Hinc Progreſſus, & Progreſſio, pro pceſſu. Idem lib. i. Tuſcu. Qui errantiũ ſtellarũ motus, progreſſiones, inſtitutioneśq; notauit. Aliquando Progredi, eſt anteire. Plaut. Extremũ intra carcerem ipſum progreditur parthenopeum. Prætergredior, vltrà tranſeo. Cicero Appio Pul. Curſ Lepta venit, mihíq; nunciauit, te iam caſtra prætergreſſum eſſe. Apuleius, Quũq; ſtabulum prætergreſſus fuiſſem, re cognita, cœpit retrocedere. Regredior, retrogradior, reuertor. Plaut. in Aulu. Illuc regredere ab oſtio. Lactan. lib. ix. Quum uentum fuerit ad extremũ, vnde iam regredi nõ licet. Supgradior, ſupambulo; ſupero. vt eſt illud. Sed tu ſupergreſſa es vniuerſas. Subtergradior, trãſgredior, vltrà gradior. D. Brutus Ciceroni, Ve alpes trãſgrederer. Lactã. lib. ii. Nemo tunc milleſimũ annũ tranſgreſſus eſt. Trãſgreſſio, apud Rhetores dr, quũ ab ea ſnia quã propoſuimus, conuertimus ſermonem ad aliquam perſonam, aut rem, aut fortunam, & tanquàm præſentẽ adpellamus. vt, Hæc mulier nuper fuit locuples, & potens in amore atq; delicijs neceſſariorũ, ornatus eius opibus abundabat, magnus ancillarũ quæ ſequebãtur comitatus adpellabatur. Nunc contrà ſubito & graui caſu adflicta, uix mediocris ancillulæ dignitatem retinet. O' fortuna, quàm vehementer te rerum varietas oblectat, & quàm magno odio eſt tibi beatæ vitæ perpetuus & conſtans fructus.

Gradiuus, pe. prod. à gradiendo, vel quia gradatim et per ordines in bellũ itur, vnde Mars Gradiuus dictus eſt. Sunt tñ qui Gradiuũ à gramine dictũ putent, qa gramine ſit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maximæ eſt honorationis. Alij à uibratione, pꝑter haſtas crebro in bello vibratas, quã Græci κραδαίνειν vibrare dicunt. Alii Gradiuũ, non Latinum, nec Græcum, ſed Thrax vocabulum eſſe, & ſignificare bellicoſum ac fortem dicunt.

Gradus, ſunt ex quibus ſcalæ conſtant, & quibus ad ædificiorum altiora conſcenditur. à gradiendo dicti, quòd per eos eatur. Vergilius,

Aerea cui gradibus ſurgebant limina.

Gradus etiam gradientium pedũ viciſſitudo eſt. vt eſt apud eundem. Gradibuśq; ſonare Cõpoſitis. Interdum Gradus ſumitur pro ſtandi firmitate. Cic. lib. i. Offic. Nec tumultuantes de gradu deiiciuntur. Hinc gradum facere, & gradum iacere dicimus. ut ſi in arborem tectum'ue ſcandere velim, ex ſaxo, aut ſcamno, aliqua'ue alia re gradum facio. Cicero contra Rul. Hunc quaſi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactum intelligetis. Gradus quoq; cognationis dicti ſunt, ad ſimilitudinem ſcalarum locorum'ue decliuiũ, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximũ, id eſt, in illum qui quaſi ex illo naſcit, veniamus. Quapropter graduum huiuſmodi, alios ſuperioris ordinis eſſe Caius ſcribit, vt ſunt pater & mater, qui ſunt in primo gradu, in ſecundo, auus & auia, in tertio, proauus & proauia. Alios inferioris, vt liberi. Alios ex trãſuerſo, ſiue latere, vt fratres, & ſorores, liberíq; eorum. A' Gradus fiunt Tardigradus, da, dum. penul. correp. quia tarde graditur, Vnde teſtudinem tardigradam dicimus. Spiſſigradus, pro frequenti graduum motu incedente. Plaut. Spiſſigradiſſimos tardiores quàm corbitæ ſint in tranquillo mari.

Græca ſalix, dicitur ſalix rubra. Ce.

Græcari, pen. prod. eſt cõuiuiis & libidinibus operã dare, ab eo quòd græci liberius ſe haberẽt in conuiuiis. Nã q́ñq; verba trahũtur à moribus nationum.

Græciſſo, Græcos imitor. Ce.

Græcoſtaſis, penulti. correp. quaſi Græcorum ſtatio, locus de quo Varro ſic habet, Ante curiam hoſtiliã, Roſtra, cuius id vocabulum ex hoſtibus capta, fixa ſunt roſtra, ſub dextra horũ Comitio, locus ſubſtructus erat, vbi nationum ſubſiſterent legati, qui ad ſenatum eſſent miſſi, is Græcoſtaſis adpellatus. Senaculum ſupra Græcoſtaſim, vbi ædis Concordiæ, & baſilica opima.

Græcula mala, à patria ſic dicta. Ce.

Græcula roſa, quæ non niſi humidis in prouenit, nec vnquàm excedens quinq; folia, violæ magnitudine, colore nullo Ce.

Græcus, cum æ diphthongo nomen viri proprium. à quo Græcia regio Europæ dicta eſt. A' qua Græcus ea, cum, quod ex Græcia eſt. Hæc ab Iſthmi anguſtiis incipit, & à Septemtrione in Meridiem vergit, qua Sol oritur Aegeis, qua occidit Ioniis fluctibus obiacet. In ea Athenæ, & Marathonii campi;

Citheron & Parnaſſus montes.

Graiugenæ, penultima correpta. Græci dicti ſunt.

Grallæ, fuſtes furculas habentes ſunt, quibus nituntur. Hinc Grallatores, qui in perticis abiegnis paſſus ingentes faciunt. A' Græcis dicuntur colobatræ. Grallatorium gradum Plautus vocat maximũ, ſicut econtrario minutulum, formicinum & teſtudineum, vbi ait, Vinceretis ceruas curſu, & grallatorem gradu.

Gramen, herba vulgatiſſima. ſic dicta, q̀ geniculatis internodiis mirifice ſerpat. à gradiendo, vel à gignẽdi fœcunditate. crebro enim nouas ſpargit radices. Refert Plinius, eam herbam naſci, vbi humanus ſanguis ceciderit. Gramen capiti circundatum, ſanguinis fluxiones è naribus ſiſtit. Quãdoq; tamen Gramen ponitur generaliter pro omni herba, vnde Graminea corona dicta eſt, quæ ab vniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori dabatur, vbi obſeſſos aliquis ſeruaſſet, quodcunq; id genus herbæ foret, decerpto viridi gramine.

Gramiæ, ſunt oculorum pituitæ, vnde Gramioſi oculi. A' quo qui triſtes ſunt, in hodiernum quoq; diẽ Gramoſi vulgò nominantur.

Graminoſus, plenus gramine. Columella lib. I. Quid ſyluefter ager, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus & ſpurcus recuſaret.

Gramma, atis, & Grammatum, ti. Latinè litera dicitur, vnde Epigramma, & Epigrammatum. cum aliis à Gramma compoſitis.

Grammanæ gemmæ, quæ per tranſuerſum alba linea præcinguntur.

Grammatei, dicuntur ſcribæ, qui rationes publicas in tabulis ſcribunt. Apuleius lib. xi. Tũ ex his vnus, quem cuncti grãmatea dicebãt. Hi etiam Ab epiſtolis, & cancellarii dicuntur. In lib. Regum, auricularius à ſecreto dicitur, quem lingua vernacula ſecretarium adpellant, & ab epiſtolis. Suidas ait Grammatea eſſe notarium, & ἀπορρήτων, id eſt, arcanorum participem. Hinc Archigrammateus, princeps ſcribarum.

Grammatica, literaria dicitur. Eſt enim, vt literæ ſuas cuſtodiant voces, & quaſi depoſitum reddant. Eſt enim Grammatica, rectæ loquelæ. rectæq; ſcripturæ ſcientia, quæ uſu, ratione, autoritateq; conſtat.

Grammatice loqui, eſt vbi cura ſermonis uitium non admittitur. Latine loqui, vbi eloquutione eluceſcit oratio.

Grammaticus, literatorius, ſeu literator, qui Grãmaticam docet, qui & Grammatiſta dici poteſt, et triuialis. Sed & poetarum interpretes Grãmatici dicunt, verſanturq; non ſolum circa ſermonem, ſed etiã circa hiſtorias & carmina euagãtur. Martialis de Epigrammatis ſuis.

Grammaticis placeam & ſine grammaticis.

Grammatici. prius Critici dicti ſunt, autore Dione Chryſoſtomo. Cornelius Nepos ait, literatos proprie adpellandos eſſe poetarum interpretes, qui à Græcis Grãmatici nominantur. Hi tantum autoritatis habuerunt, vt cenſores eſſent vt iudices. Eoſdem literatores uocitatos, Meſſala Coruinus autor eſt. Sunt qui grammaticum à grammatiſta diſtinguũt, vt literatum à literatore, tanquàm grãmaticus abſolute & perfecte doctus ſit, ſicut literatus, Grãmatiſta ſicut literator mediocriter eruditus. In malam enim partem accipitur.

Grammaticus, ca, cum, quod ad grãmaticã pertinet.

Grãmatocyphon qui capite ſubmiſſo, & in genibus papyrum tenens ſcribit. Cornucopiæ.

Grammatophylacium, locus ubi ſcripta publica ſeruantur.

Gramme, longitudo ſine latitudine menſuræ ſubiecta. Auguſt. Si omiſſa latitudine ſolam quis longitudinem voluerit emetiri, longitudo ſine latitudine menſuræ ſubiecta, Grãme dicitur. Non quòd ſit longitudo aliqua quæ careat latitudine, ſed quòd ſolã quis metiens longitudinem. Grammen metiri dicitur. Et hæc linea à noſtris dicitur. Eã ita definit Euclides. Linea, eſt longitudo illatabilis. Emenſa vero cum longitudine latitudo, dicitur epiphania.

Granarium, locus in horreis, ſeruandis ſeminum granis paratus. Vel, in quo grana frugum reponuntur. Varro, At triticum condi oportet in granaria ſublimia, quæ perflentur uentis ab exortu, & Septẽtrionum regione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aſpiret. Granaria quidã habent ſub terris ſpeluncas, quas uocant Syros. Alii puteos. Perſius, Iam nunc adſtringas, iam nunc granaria laxes. Nonnulli horreum, ab hordeo. Feſtus à farre farreum vorat.

Grandæuus, a, uum, quod eſt prouectioris ætatis. hoc eſt, grandis æui. id eſt, ſenex.

Grandebale, penul. cor. pili ſubalares, quos Volſciſis tolli ſæpe molliores iubebant.

Grandeſco, deſcis, creſco, grandis ſio. Plini. lib. xviii. Creſcente Luna frumenta grandeſcunt. Hinc ingrandeſco, quod eſt valde vel intus grãdis ſio. Columel. Quæ lens vt celeriter prodeat & ingrandeſcat, antẽ quàm ſeritur, ſimo arido permiſceri debet. Idem libro. II. Omne autem frumentum ſpicam à tertio ad quartum nodũ emittit, & quum totam edidit, octo diebus deflorescit, ac deinde grãdeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatẽ ꝑuenit.

Grandiloquus, pen. corre. eloquens, & qui cum quadam verborum magnificentia loquitur. Cicero, Nã & grandiloqui, ut ita dicam, fuerũt cum ampla ſententia, tum grauitate & maieſtate uerborum. Hinc Grandiloquentia.

Grãdinatus, nata, tum, participium. quod eſt grãdinẽ ſaucium. Auguſti. in Pſal. Grandinata eſt uinea.

Grandinoſus, ſa, ſum, quod abundat grandine. Colu. lib. iiii. Poſt hæc non ignorabit dominus loci. plus eſſe poſſe qualitatem cœli frigidã uel calidã, ſiccam vel roſcidã. grandinoſam uentoſamq;, vel placidã, ſerenam, uel nebuloſam, id eſt, quæ ſæpe grãdinem infert. Roſcida, quæ ſiccitatibus laborat.

Grãdio, dis, diui, ditum, grandẽ facio Plaut. in Aulu. Si hodie Hercle fuſtem cepero aut ſtimulũ in manu, teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum.

Grandis, & hoc Grande, apud veteres non ad corpus, ſed ad ætatem tantum referebatur iam adultam. Terent. An ſedere oportuit domi virginem tam grandem? Quòd ſi natu addatur, prouectiorem ætatem ſignificat, & iam penè ſenilem. Plinius iunior, Mulier natu grandior, & tot liberorum parens. Nunc verò Grandis ſumitur pro magno, & nonnunquàm ad inanimata refertur. Hieronymus, Grandes materias, ingenia parua non ſufferunt.

Grāditas, dicta eſt maior ætas. Siſenna lib. iiii. Hiſto. Neq; ætatis granditatem, neq; ea merita, neq; ordinis honeſtatē aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi.

Granditer, aduerbium. Cyprianus ad Cornelium, Docuiſti granditer Deum timere, Chriſto firmiter adhærere.

Grandiuſculus, la, lum, diminutiuū à grandis. Teren. in Andria. Iam ferè grandiuſcula profecta eſt.

Grando, gutta aquæ in aere congelata. ſic dicta, q; ſolito grandior ſit? uel quia granis contineatur. hinc Grandinoſus, a, um, vt grandinoſa loca, in quibus frequentes ſunt grandines. Grando etiam (quā Græci χάλαζαν & χαλάζιον uocant) collectio eſt ſub cute, buboni, & Aegyptiæ fabæ ſimilis, ut inquit Pollux, dolorem ſi tangatur adferens. Dicuntur & in oculo Grandines, quum ſegnis humor circa palpebras coit, ſed ita ut id tuberculum, digito huc & illuc impelli poſſit.

Granoſus, ſa, ſum, dicitur omne quod intus habet grana.

Granum, ferè frugum dicitur. ut tritici, hordei, farris, & huiuſmodi, quod eſt intimū ſolidum, à quo Granarium. Acini ſunt cæterorū fructuum. vt uuæ, baccarum, & huiuſmodi. Granum etiam generaliter dicitur pro omni eo quod Græci vocant coccum. Vnde coccum ilicis granum uocamus. Et coccū granū Emerita Luſitania ac Bethica ferè tota copioſum fert. Vnde puto cōſequutum. vt ea regio modo Granata nominetur, pro Bethica.

Graphe. apud Græcos dicitur accuſatio. Et (vt inqt Suidas) genus eſt cuiuſdam publicæ accuſationis.

Graphia, ſcriptura, vel pictura. Vnde ſcribo, pro pingo, etiam apud nos. Et picturas legere dicimus.

Graphiarium theca in qua ſtili reponuntur, quibus & ſcribere ſimul & pingere ſolebant, antequàm penicilli & colores inuenirentur. Dicitur & theca graphiaria. Martialis.

Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro.

Graphice, eleganter, polite.

Graphicotera, per comparatiuum. dicta abſolutiora elegantiora q;.

Graphicus homo, dicitur ad vnguem factus, abſolutus q;, & quaſi pictoris manu expolitus. Plaut. Næ tu habes ſeruū graphicum, & quantiuis precii.

Graphis, phidis. ars pingendi. quæ maxime lineis cōſtat, & linearis vocatur. quā Pli. lib. xxxv. ſcribit eſſe inuentam à Sophocle. Dicta Graphis, à ſtilo, quem Græci graphion & graphida quoq; nominant. Pli. lib. xxxv. Graphidis veſtigia extant in tabulis ac mēbranis, ex quibus proficere dicūtur artifices. In quo ſciendum, per graphidis ueſtigia, picturæ genus accipiendum eſſe, quod græci uocant Ichnographiā. Ea eſt circini regulæ q; modicæ continens uſus, ex qua capiuntur formarum in ſolis arearum deſcriptiones. vt inquit Victruuius lib. i. qui & orthographiam, & ſciographiam nominat.

Graphiū, ſtylus ferreus, ſeu pēna argentea, qua ſignātur in tabellis iſtæ, vt olim in cæra, ſeu figuræ. Ouid.

Quid digitis opus eſt, graphium laſſare tenendo.

Stilus autem (ſicut docet Hieronymus in expoſitione Pſalmo.) ſcribit in cæra, calamus in charta, mēbrana, aut in quacunq; materia quæ apta ſit ad ſcribendum.

Graphus, ſcriptus, uel pictus. Agraphus, nō ſcriptus, uel non pictus.

Graſſator, q per vim & inſidias latrocinatur. Iuue.

Interdum & ferro ſubitus graſſator agit rem.

Calliſtratus. Graſſatores, qui prædæ cauſſa id faciūt, proximi latronibus habentur.

Graſſor, ſaris, quaſi à gradior frequentatiuum eſt. Feſtus. Graſſari proprie dicuntur latrones, uias obſidentes. Gradi ſiquidem, ambulare eſt, vnde tractum graſſari, ab impetu gradiendi. Sed quum quis graſſatur, id eſt, cū impetu ſiue frequenti gradu vadit in aliquē, et bono et malo animo graſſari poteſt, ideo et in bonā et in malam partem accipi poteſt. In bonam. Salu. in Iugurt. Sed dux atq; imperator uitæ mortalium, animus eſt, qui ubiq; ad gloriam uirtutis uia graſſatur. id eſt. cum frequenti gradu uadit, abunde potens, pollens q;, et clarus eſt. Silius,

Graſſandum ad clara periclis. In malam. Lactan. lib. ii. Suis enim uitiis perditi ſæuiunt, et graſſanē, vt perdant. id eſt, cum frequenti gradu vadunt. Ab hoc malo animo in hoc verbo graſſor, ſæuio ſignificatio naſcitur, eò quòd quum quis graſſaē, id eſt, frequenti gradu ſiue impetu properat in aliquem, ut ipſum telo, ſeu quouis alio modo feriat, uel malo animo rapiat, hoc ſæuire dicitur. Lactant. lib. iii. Archipirata quiſpiam vel latronum ductor, ſi ſuos ad graſſandū cohortetur. Cæſar, graſſari in hoſteis vetat. Aliquando in hac ſignificatione ita accipitur, vt etiam in propriam ſignificationem redigatur. Liuius lib. ii. Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, vt in te hac via graſſaremur. Huius compoſitū Oggraſſor, quod eſt obuiam ſeu contrà cū impetu aut frequenter gradior. Plau. in Pen. Niſi quum pedicis condidiciſtis oggraſſari gradu.

Grates, numero tantum plur. et in hac tantum terminatione, pro gratiis, quæ referri debent pro accepto beneficio. Vergilius,

Grates perſoluere dignas Nō opis eſt noſtræ Dido.

Gratia, (inquit Auguſtinus) dicta eſt quia gratis daē, quia merita non præceſſerunt, ſed beneficia Dei te præuenerunt. Vnde recte gratia ſumitur pro beneficio. Cicero, Quum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam, quam vel non caperet animus meus, vel in accipiendo, vel remunerando cumulando q; illuſtrare poſſet. Omne enim quod habent homines à Deo, gratia eſt, nihil enim ex debito habent. Quis

enim prior dedit, et retribuetur illi? Tres autem ſcribunt fuiſſe Gratias, Aglaiam, id eſt, lætitiã. Thaliã, id eſt, virentem, quia beneficiũ ſemper viret. Euphroſynen, quam delectationem nominãt. Hæ à Græcis χάριτες vocantur. ἀπὸ τῆς χαρᾶς, quod lætitiam ſignificat. Merito enim lætari videntur, et qui dant, et qui accipiunt beneficium. Tres autem ideo eſſe prodiderunt, quia et benefici eſſe in alios debemus, et aliorum beneficia ſuſcipere, et iis q in nos liberales fuerunt retribuere. Dare autem, et accipere, et referre, tres actus ſunt, inter ſe diſtincti. hinc Gratioſus. Aliquando capitur pro pœna, ſiue damno. Cicero, Vt pro iniuria parẽ ei gratiam referret. Aliquando pro mercede. Idem in Lælio, Vt enim benefici liberalesq́; ſumus, non ut exigamus gratiam. id eſt, mercedem vel utilitatẽ, neq; beneficium fœneramur, ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus. Aliquãdo pro pace, ſeu amore. Teren. in Hecyra. Neq; alio pacto componi poteſt inter eas gratia. Et in Eunucho, Adibo, atq; ab eo gratiam quam uideo uelle, inibo. Aliquando pro benignitate. Tibullus,

Gratia magna Ioui, vetuit pater ipſe ualere.

Aliquando pro cauſſa, ſeu reſpectu. Salluſtius, Rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur. Aliquando pro uirtute ſeu efficacia, ut frequenter apud Ambroſium. Habere autem gratias, uel agere, uel referre. uide in dictione Ago.

Gratidia, propriũ nomen mulieris Neapolitanæ, unguentariæ, ac maleficæ, quam Horatius in Epo. Canidiam nominauit. Ce.

Gratificor, rem gratam facio, conſentio, complaceo. Cicero Lentulo, Quod Pompeio ſe gratificari putant. Differunt tamen Gratificari, et gratum facere. quod gratificari in ſe contineat quiddam maius, eſt enim beneficum eſſe, unde dicimus, Deum gratificari hominibus. quaſi ſit beneficia conferre. Gratum uerò facere, ſit obſequi et inſeruire. Cicero, Si hunc iuueris, gratiſſimum mihi feceris. hinc gratificus.

Gratioſus, ualde gratus, nã plenum gratia ſignificat, et is eſt qui habet gratiam. id eſt, qui in populo acceptus eſt. Cice. lib. iii. Offic. Tum Pithius, ut argentarius, qui eſſet apud omneis ordines gratioſus. id eſt, habens multam gratiam. Idem Lentulo, Vehementer confidit his noſtris literis apud te gratioſum fore. id eſt, ualde gratum. Gellius accipit gratioſum, tam pro eo qui gratias adhibet, quã qui admittit.

Gratis, aduerbium. ſignificat ſine præmio, ſine merito, quod vulgò dicitur per gratiam. Plau. in Capt.

At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis, gratis à me, vt ſit liber, abducito.

Aliàs ſignificat ſpontè. Auguſt. libro quarto Confeſſionum, Quorum exempli gratia quædam gratis poſui, vel in ipſo ſubſtantiæ genere innumerabilia reperiuntur. Sic ingratis, inuite, non vltro, quia vltronea grata ſunt. Ingrata, quæ ab inuitis et recuſantibus fiunt. Plautus in Amphytrione, Hæc heri immodeſta coegit me, qui hoc noctis ingratis excitauit. Terentius in Eunu. Opus faciam vt defatiger vſq; ingratis, vt dormiam.

Grator, taris. Diis gratias ago, et quaſi ſupplico. Ouidius libro ſecundo Faſt.

Quiſquis ades, caſtæq́; colis penetralia Veſtæ,
Gratare iliacis thuraq́; pone focis.

Interdũ Gratari, eſt gaudere de bono proprio, vt apud eũdẽ lib. 8. Meta. O ſuperi totoq́; libens mihi pectore grator. Quandoq́; etiam eſt lætari, de bono alterius. Verg. Inueni germana viam gratare ſorori.

Liuius lib. vii. Tum ſequentes currum, Iouis Opt. Max. templum gratantes ouantesq́; adire.

Gratuitus, ta, tum, penultima producta, quod datur gratis. id eſt, ſine præmio, et quod non eſt mercenarium. Cic. lib. i. de Leg. Quid liberalitas? gratuita'ne eſt, an mercenaria? Si ſine præmio, benigna eſt et gratuita, ſi cum mercede conducta. Hinc fit aduerbiũ Gratuitò. Suetonius in Cæſare. Omnibus vero circa eũ, atq; etiam parte magna ſenatus, gratuitò aut leui fœnore obſtrictis.

Gratulari, cũ datiuo. proprie eſt, Diis ſiue hominibus, qui nobis benefici fuerũt, in ſucceſſu aut noſtro, aut aliorum, cum laudibus feſtiuitatem oſtendere. Oritur enim ex lætitia gratulatio, vt ex dolore querimonia. Lactan. lib. vi. Nihil eſt quòd ſibi aliqs gratuletur, ſi has inaneis virtutes adeptus eſt. Ennius in Hecuba Iupiter tibi ſumme tandẽ male re geſta gratulor. Interdũ prætermittitur datiuus, quũ fuerit pronomẽ. Ouid. Priſca iuuenit alios, ego me nũc demũ natũ Gratulor. vbi intelligitur mihi. Quintil. Gratulemur iam, quòd nulla ciuitas laborat. ſubintelligitur nobis. Gratulari etiam, eſt gratias agere, ſiue ſupplicare. Liuius, Triumphantes in capitolium aſcendebant, Ioui Opt. Max. cæteriſq́; Diis gratulatum. Nec mirum, ſi gratulari Diis dicimus, quaſi oſtendere nos illis adgaudere, quum ſalutare etiam eos dicamus, quaſi ſalutem illis optare, quod non Diis, ſed hominibus cõuenit. Vnde dicimus, Salue ſancta parẽs. Gratulari, cum accuſ. eſt gratum habere. Terentius in Eunu. Salutãt, ad cœnam vocant, aduentum gratulanẽ. Plau. in Cap. Vbi quiſquã videt, eunt obuiã, gratulanturq́; eam rem. id eſt, gratiam habent. Huius compoſitum eſt Congratulor.

Gratus, qui gratiam pro beneficio refert, vel ſaltem memor eſt accepti beneficii. Cuius contrarium eſt ingratus. à quibus gratitudo, et Ingratitudo. Gratè et Ingratè aduer. et Gratis et Ingratis. Accipitur etiã Gratus pro læto, et Ingratus pro triſti, Verg. li. vii.

Et cineri ingrato ſuprema ferebant.

Et Gratus pro ſpontaneo, et Ingratus pro inuito et coacto legitur.

Grauaſtellus, ſenior. Plautus, Quis eſt grauaſtellus iſte qui aduenit? Vt puto, à grauitate dictus. Plautus in Epidi. Sed quæ eſt hæc muliercula, et ille grauaſtellus qui venit? Quidam tamen legunt Rauaſtellus, à rauo colore.

Grauate, aduerb. ſignificat cum labore, ſiue cum moleſtia.

Graucaſum, Caucaſum nominarunt, quod Scytharũ lingua ſignificat niue candidum. Ce.

Graue, ſuapte natura ſignificat põderoſum, vt, Graue

ſtrum, q nos eſt moleſtia grauat in ferendo. Verg. Vomis, et inflexi primum graue robur aratri.
Et per tranſlationem dicit morbus grauis, ſenectus grauis, id eſt, moleſta. quoniam qui moleſtiam ex ſenectute, morbo, cæteriſq; huiuſmodi ſentiunt, quaſi onere intolerabili premũtur, qđ cupide, velut graue onus, à ſe vellẽt deponere. Cic. in Catone, Quòd nunquã ſenectutem tibi grauem eſſe ſenſerim. Itaq; vnus modus eſt, q corpori aut animo moleſta ſunt, ea grauia adpellare, eo qđ moleſtia à mole, id eſt, à re magna vocata eſt. Alter modus eſt, quòd quemadmodũ grauia et grandia ſaxa nõ facile loco mouentur, ſed ad omnem temporum mutabilitatem hærent, ita homines conſtantes ac ſapientia præditi, merito graues dicuntur, qui nec precibus nec minis ab æquo dimouentur, ut hi faciunt quos leues vocamus, qui in ſimilitudinem paleæ, ad omnem aurã ventilantur. Hinc grauitas, pro firmitate ac conſtantia animi, ac in vultu, moribus, verbis, rebus agendis quædam ſeueritas. Aliquando pro moleſtia et magnitudine, vt Grauitas odoris, grauitas doloris, grauitas ſomni. Variis aliis modis dicit Graue, ſed ad hos reduci poſſunt. Nam ponitur pro pernicioſo, acerbo, nocente. Cicero lib. iii. Offic. Magnum illud bellũ. et graue aduerſariũ imperii ſuſtuliſſent. Idem, Facilius et in morbos incidunt adoleſcentes, et grauius ægrotant. Pro forti et robuſto. Verg. lib. v.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis.
Pro grandæuo. Idem,
Hic grauis Entellus dictis caſtigat Aceſtem.
Pro vtili, ſolido, firmo, conſtante. Cicero lib. primo Officiorum, Vt iam ſint alia grauiora atq; meliora, tamen nos ſtudia noſtra naturæ regula metimur.
Pro triſti. Vergilius lib. viii.
Grauior ne nuncius aures Vulneret. Pro ſapienti cum autoritate. Cicero in Horten. Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Tucydide grauius? Pro ponderoſo, vnde graue æs dicitur, quia deni aſſes ſingula pondo efficiebant. Pro neceſſario. Lucilius libro xxix. Habeaſq; animo mihi admodum cauſſam grauem eſſe, quæ me ab vllo commodo abducat tuo.
Pro pleno. Vergilius,
Tum pietate grauem ac meritis, ſi forte virũ quem, Conſpexere, ſilent. Pro fœcũdo et frugifero. Idem Quid labor aut bene facta iuuãt? qd vomere terras Inuertiſſe grauẽis? Pro multo. Varro, Vbi graues paſcantur et alantur pauonum greges. Saluſt. lib. tertio Hiſtor. Cœpit per omnem prouinciam graue precium fructibus eſſe. Pro amaro. Varro in Quinquæ. Abſynthium ut bibam graue et caſtorium. A' Grauis, fit aduerbium Grauiter, et Grauè.
Grauedinoſus, non ſolum qui grauedine infeſtatur, ſed etiam qui ad eum morbum eſt procliuior. Cic. lib. iiii. Tuſculanarum, Itaq; dicimus quoſdã grauedinoſos, quoſdam torminoſos, nõ quia iam ſint, ſed quia ſæpe ſint. Plin. adpellat eruum grauedinoſum, quòd bobus in pabulo grauedinem facit.
Grauedo, ponderoſitas, Quandoq; ſumitur pro morbo ſeu humore qui ex capite diſtillat, nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet, ſicuti docet Celſus lib. iiii. Plautus in Aſin. Quod illa haud ſinet, quaſi grauedo profluat. hoc ne ſic faciat, tu labellũ abſtergas. Græci coryzas vocãt. Hippocrates diſtillatiões omneis et grauedines, nominat coryzas.
Graueolentia. malus odor. Plinius, Et oris graueolẽtiam tollit.
Graueſco, ſcis, grauis et oneratus fio.
Vergilius libro ſecundo Georg.
Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit.
Id eſt, oneratur. Hinc Adgraueſco, magis grauis fio. Terent. in Hecy. Male metuo, ne Philomenæ magis morbus adgraueſcat. Ingraueſco, eiuſdem ſignificationis eſt. Auguſt. libro. ii. de Ciuit. Dei, Nam ingraueſcente peſtilentia, ludi ſcenici Romæ primitus inſtituti ſunt.
Grauicors, grauis cordis. Cc.
Grauida mulier, quæ iam concepto fœtu grauatur. Prægnans, quæ iam occupata eſt in generãdo quod conceperit. Plaut. in Amphit. Et cum grauidam, et cum te pulchre plenam aſpicio, gaudeo. Terentius in Andr. Iam primum hæc ſe è Pamphilo grauidam dixit eſſe. Aliquando Grauidus, a, um, id eſt plenus. Plautus in Truc. Ad fores auſcultato, atq; obſerua has ædeis, ne quis grauior abeat, quam adueniat, Neu qui manus attulerit ſteriles intrò ad nos, grauidas foras exportet.
Grauido, das, pro impleo veteres poſuerũt. Cæcil. Tite per myſteria, hic honeſte grauidauit probro.
Grauiloquus, grauiter loquens, Inde Grauiloquentia. Cornucopiæ.
Grauiter, ſignificat multum. Cæcilius, Placere hoc cœpit grauiter. Cicero, Nec vero audiendi, grauiter qui inimicis iraſcendum putant. Vergilius, Grauiter ſpirantis copia thymbræ.
Aliquando ſignificat aſpere, male. Idem,
Graue olentis auerni. Aliquãdo moleſte. Cic. Grauiter et iniquo animo tuli. Aliquãdo ſapienter. Idẽ, Si qd prudenter, ſi qd grauiter factum eſt. hoc eſt, non leuiter ac inſipienter, ſed mature ſapienterq;.
Grauo, uas, premo, onero, moleſto. Verg. Nec me labor iſte grauabit. Huius compoſita ſunt Adgrauo, quod eſt, ſuper vel plus grauo. Columella lib. ii. Tũ etiam ratio ruſtici adgrauatur exiguo profectu operis. Degrauo, deorſum grauo. Idem lib. i. Et quod prius extructũ imminebit, cedenti paulatim degrauatum pondere ſuo, præceps attrahetur. Vergilius lib. iii. Degrauat Aetna caput. Ingrauo, intus ſeu valde grauo. Hieronymus in Exodo, Ingrauatum eſt cor Pharaonis. Prægrauo, valde grauo. Idẽ ad Marcellam, Quapropter moneo, ut dum mundi huius viam currimus, non duabus tunicis, non calciamentorum pellibus prægrauemur. Et hæc omnia habẽt penultimam correptam.
Grauor, deponens. Plaut. in Milit. Quid grauaris? id eſt, grauiter fers. Et modo abſolutum, modo tranſitiuũ eſt. vt quum dicimus, Grauor aduentum tuum, Paſſiuum eſt, quum dicimus, Grauor ingenti onere.
Gregalis, et hoc Gregale, quod in grege uiuit. Varro

libro.ii.de Re ruſt. Equi boni futuri ſigna ſunt, ſi cũ gregalibus in pabulo contendit in currendo.

Gregarius, ex grege, vulgaris, vnde Gregarius miles dicitur, non electus, ſed tumultuarie vndecunq; collectus. Salluſt. Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quòd ex gregariis militibus alios ſenatores videbant, alios ita diuites, vt regio victu atq; cultu vitam agerent. Columel.lib.vii. Gregariorumq; paſtorum, velut minutam profeſſionis ſuæ diſciplinã, conſtantiſſime repudiaſſe.

Gregatim, per diuerſos greges. Varro, Merula, quòd mera id eſt, ſola uolitet. Contrà ab eo graculi, quod gregatim.

Grego, as, de quo Priſcianus. Sunt & aliæ deriuationes, diuerſas terminationes habentes, tam à nominibus quàm à verbis naſcẽtiũ verborũ. vt à græco, græciſſo, & græcor, à grege grego. à Philoſopho, philoſophor. Huius tñ cõpoſita magis in uſu ſunt. vt Abgrego, quod eſt deduco. Adgrego, adſocio, adiungo. Lactantius lib.iiii. Si nobis credendũ eſſe non putant, credant Homero, qui ſummum illum Iouem dæmonibus adgregauit. Cõgrego, Idem in eodem. Aliumq; ſibi populũ fideliorem ex alienigenis congregaret. Segrego, ſeorſum pono, diuido. Feſt. Segregare, eſt ex pluribus gregibus partes ſeducere. Et hæc omnia habent penultimam correptam.

Greſſibile, quod eſt aptum ad gradiendum. vt homo eſt greſſibilis.

Greſſutus, ta, tum, pen.produ. Idem quod greſſibile, non quod magnos habet pedes, vt quidã autumãt. Nam Auguſti. in Dialectica ſic ſcribit. Socrates eſt homo, ergo greſſutum eſt.

Greſſus, ſa, ſum, participium à gradior.

Greſſus, ſus, inceſſus, ãbulatio, vt, greſſus meos dirige.

Grex, differt ab armẽto, quòd grex minorum animalium ſit congregatio, vt ouium, pecorum, caprarum. Armentum maiorũ, vt camelorum, boum, equorũ. Ouidius, Mille greges illi totidemq; armẽta per herbas Paſcebant. Vergilius,

Hæc ſatis armentis, ſuperat pars altera curæ
Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas.

Inuenitur tñ quoq; Grex de maioribus dici. id eſt, bobus. Vergi. Aut aliquã in magno ſequitur grege. Tamen ad diſtinctionem addidit, magno, ſicut Horatius adiecit mugientium, dicens, Aut in reducta valle mugientiũ proſpectat errantes greges. Quaſi Grex, generalius nomen ſit, armentum ſpecialius. Et illud ſine adpoſito de pecoribus minutis intelligatur, cũ adpoſito poſſit etiam ad maiora transferri. Apuleius tamẽ dixit, In greges equinos. ſicut Cicero, Fudit apothecas, cecidit greges armentorũ. Columel. lib.i. Nec abſint greges armentorum, cæterorumq; quadrupedũ, culta & dumeta paſcentium. Dicitur & Grex de auibus. Auguſtinus lib.xii. de Ciuita. Alias vero greges inſtituerit, quæ congregatæ atq; in gregibus malint viuere. vt ſunt columbæ, ſturni, ceruí, damulæ, & cætera huiuſmodi. Etiam bonorum uel malorum hominum dicitur Grex. Cicero. In his bonis gregibus, omnes aleatores, omnes impuri impudiciq; verſantur. Et eſt tam fœminini quàm maſculini generis.

Groſſi, tantum pluraliter, dicuntur ficus antè quàm matureſcant Alii dicunt, Groſſos eſſe ficus, qui non matureſcunt Primitiæ ficus, q̃ præcoces ſiue præcoques, et à Neotericis flores adpellãtur, apud Græcos prodromi vocãtur. Colu.lib.iii. Si voles ficum quamuis natura feram facere, quum groſſuli minuti erunt fructum decutito.

Groſſipion, ſiue xylon, ſeu Groſſapinus, frutex eſt, ex ſuperiori parte Aegypti quæ in Arabiã vergit, allatus, nunc etiam in quibuſdam locis Italiæ naſcens, ex quo lina fiunt, quæ, Groſſipina, ſiue xylina, ſeu Groſſapina dicuntur. Paruulus eſt ſimilemq; barbatæ nuci defert fructum, plenum lanugine. Nec villũ genus lini in candore mollitia'ue præfertur huic. Iuriſconſulti inter lanas potius cõnumerãt, dicũtq; lanam lineam à Græcis adpellari. Ex his fiunt veſtes cãdidiſſimæ ac ſubtiliſſimæ, quæ vulgò bombycinæ dicũtur. quũ xylinæ ſeu Groſſipinæ, Groſſampinæ'ue adpellari debeãt. Quidam huiuſmodi linũ cotonum uocant. Frutices id ferentes quibuſdã in locis folia habent uitium ſimilia, niſi quod minora ſunt, ferũtq; cotonei mali ſimilitudinem, et cucurbitas, q̃ maturitate ruptæ, lanuginis pilos emittunt.

Groſſus, ſa, ſum nomẽ eſt quantitatem ſignificans, cuius diminutiuum eſt Groſſulus.

Grues, aues minime ſolitugæ, quæ ſe non ſegregant, ſiue quum volant, ſiue quum paſcuntur. Et à ſono vocis dictæ. Excubias nocte diuidunt, capite ſubter alam cõdito dormiunt, alternis pedibus inſiſterites. Volantes autem, ordine quodam y, literam faciunt, id quod Palamedem deprehendiſſe legimus. Mart.

Turbabis verſus, nec litera tota manebit.
Vnam perdideris ſi Palamedis auem.

De natura huius auis Ambroſius libro Hexameron ſic habet. Grues iniuſſu et voluntario vſu in nocte ſollicitam exercent cuſtodiam, diſpoſitos vigiles ſeruant, et cæteris conſortibus generis quieſcentibus, aliæ circumeunt et explorant, ne qua ex parte inſidiæ tententur; atque deſerunt impigram ſuo vigore tutelam. Pòſt, vbi vigiliarum fuerit tempus impletum, perſuncta munere, in ſomnum ſe præmiſſo clangore componit, vt excitet dormientem, cui vicem muneris traditura eſt. At illa uolens ſuſcipit ſortem, nec vſu noſtro inuita et pigrior ſomno renunciat, ſed impigre ſuis excutitur è ſtratis, vicem exequitur, et quam accepit gratiam, pari cuſtodia atque officio repræſentat. Ideo nulla diſcretio, quia deuotio naturalis, ideo tuta cuſtodia, quia voluntas libera. Hunc etiam volitantes ordinem ſeruant, et hac moderationem omnem laborem alleuiant, vt per vices fungantur ductus ſui munere. Præcedit enim vna et præcurrit cæteris, deinde conuertitur, et ſequenti ſortem ducendi agminis cedit.

Gruma, mæ, menſura quædam, qua fixa viæ ad lineã diriguntur, vt eſt agrimenſorum et ſimilium. Hinc degrumor, aris, pro dirigo. Lucilius, Viamq; degrumaris,

maris, vt in caſtris menſor facit olim. Et Exgrumor, vnde Exgrumantes, apud Varronem legitur lib. iii. de Re ruſtica, quod eſt de menſura & recta uia excedentes, vel grumos eruentes.

Grumiæ, dicuntur loca media inter quæ directæ quatuor conueniunt viæ.

Grumus, terræ collectio, minor tumulo. Apud Colu. dicitur cliuulus, vnde lib. ii. ait, Grumos quos ad verſurã plerũq; tractæ crates facient, deſpiciemus ita necubi ferramentum fœniſecis poſſit offendere. Cuius diminu. eſt Grumulus. Plinius lib. xix. Quidã & alliũ Vlpicũ in plano ſeri uetant, caſtellatimq; grumulis imponi diſtantibus inter ſe pedes ternos.

Gruo, gruis, grui. Feſt. Gruere dicuntur grues, vt ſues grunnire. Hinc Congruo, pro conuenio, concordo. Terent. in Heau. Concede hinc domum ne nos congruere ſentiant. Id eſt, concordare. Hinc Congruum, & Ingruo, is, de quo alibi.

Grundire, veteres dicebant, quod nos grunnire dicimus. Clau. lib. Annalium. xv. Grundibat grauiter pecus ſuillum. Hinc grundules lares dictos accepimus, quos Romulus conſtituiſſe dicitur in honorem ſcrophæ, quæ triginta peperit porcos. Caſius Hemina. Sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt Laribus grundulibus.

Grunnio, nis, grunniui, & grunnii, itum, proprium eſt vocis porcorum. Cic. lib. v. Tuſcu. Aut grunnit quũ mactatur ſus. Iuue. Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis. Hinc grunnitus, nitus.

Gryllus, animal eſt magnitudine cicadæ, corpore longiore, genus eſt locuſtæ, undiq; per orbem terrarũ perniciea agris præterquam in Parthia. Parthi gryllos comedunt, vt teſtatur Hieronymus contra Iouinia. Dictos gryllos à ſono vocis. Suidas. γρύλλος ξενοφῶντος τοῦ σωκρατικοῦ υἱός, γρύλλος καὶ διόδωρος, καὶ γρύλλος ὁ χοῖρος, Id eſt gryllus Xenophontis Socratici filius, & Gryllus Diodorus, & Gryllus porcus. Huic magnam autoritatem perhibent Nigidius, magiq;, quòd retro ambulet, terram terebret, noctibus ſtridet.

Gryneus, nomen unius ex Centauris. Ce.

Grynia, vrba Aetholiæ in cõfinibus Ioniæ. Inde Gryneus, a, um. Gryneus Apollo, & Cryneum nemus. Cornucopiæ.

Grynus, ſiue Gryni, oppidulum eſt Myrineorum, vbi Grynæus Apollo colebatur.

Grypes, qui & Gryphones animalia pennata, & quadrupedia, omni ex parte Leones ſunt, alis & facie aquilis ſimiles, equis vehementer infeſtæ. Naſcuntur in Hyperboreis montibus. Et poteſt declinari grypes, is, & gryps, & gryphus. Hieronymus in Leuiti. Aquilam & Grypum.

Gryphus, enygma, dicitur ſermo implicitus, habens naſum aduncum, quo nomine dictus eſt Demetrii filius, vt autor eſt Iuſt. Gellius. Alios q; id genus gryphos neminem poſſe dicens, niſi ſe diſſoluere. Gryphon enim græci inſolubile dicunt.

Grypus, per ſimplex p, naſus aduncus, gibbus, ſeu aquilinus, à gryphis ſimilitudine deductum nomẽ græci γρύπων, nos gryphea dicimus.

G ANTE V.

GVeſſcllæ, vel Roſerulæ, vulgariter vocãtur mures, quorũ ſtercus habet odorẽ muſci, habitant in pratis, & ſuper riuos, aliquando in domibus.

Gula, anterior pars colli, qua cibus atq; potus deuoratur. Nam collum tam ceruicem poſteriorẽ, quàm gullam anteriorem habet. Et gula cum oſſibus intelligitur. Salluſt. Laqueo gulam fregere. Aliquãdo accipitur Gula pro gulæ uitio. Iuuenalis, Dum gula ſæuit. Hinc fit Guloſus, a, um, quod eſt deditus gulæ vitio. Degulo, as, de quo alibi, & Ingluuies.

Gulioca, nucum iuglandium ſumma & viridantia putamina.

Gummi, indeclinabile, & gummis, genere fœmi. Columel. Noſtrorum temporum agricolæ exiſtimarunt noua dolia liquida gummi perluere. Idem, Multi quum ſemel noua dolia vel ſerias craſſa gummi liuerunt, vna in perpetuũ gummitione contenti ſunt. vnde Gummitio, (Columel. lib. ulti.) quam Græci κόμμωσιν. Eſt autem Gummi lachryma arborum, quæ eſt quaſi gutta. Hinc Gummatæ arbores dicuntur, quæ gummi producũt. Palladius. In ceraſis hoc ſeruandum eſt, et in omnibus gummatis, ut tunc inſerantur quando his vel non eſt, vel non deſinit gũmen effluere.

Gumminum oleum, ex gummi factum. Ce.

Gurges, gitis, locus in flumine profundus, in quo aqua vertitur. Et omnia aquarũ congeries dicitur Gurges, licet quando q; per tapinoſim ponatur pro mari. Verg. Nantes in gurgite uaſto.

Gurgito, tas, pen. cor. deuoro impleo. Hinc fiunt cõpoſita Egurgito, tas, Ingurgito, tas.

Gurgulio proprie pars gutturis, à naribus ad pulmonem, conſtans cartilagine et carne, per quã ſpiritus meat ac remeat. Et hæc ſpiritalis fiſtula dicitur. Rurſus Gurgulio uermis quidam qui in horreis naſcens frumentum abſumit. Sic dictus, quòd totus ſit guttur. Vergilius,

Populat ingentem farris aceruum Gurgulio.

Gurguſtium, et diminutiuum Gurguſtiolum, genus habitationis anguſtum, à gurgulione verme ſic dictum. Seruius docet Gurguſtium eſſe obſcuram et latentem tabernam. Cicero in Piſo. Neſcio quo è gurguſtio te prodis. Apuleius, Ergo breuitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto, ſis contentus lare paruulo.

Guſto, as, quid ſignificet declaratur ex Pſalmo quum dicitur, Guſtate et videte quoniam ſuauis eſt dominus. Lactant. libro ſecundo. Id autem præceptum fuit, vt ex arbore vno fuerat in medio paradiſi non guſtaret. Hinc Guſtatus, us. Cice. In Cato. Aqua oriens vna ſe oſtendit, quæ et ſucco terræ et calore Solis augeſcens, primo eſt peracerba guſtatu. Huius compoſita ſunt Deguſto, quod eſt multum bene guſto. Salluſtius, Inde quũ poſt execrationem omnes deguſtaſſent, ſicut in ſacris ſolẽnibus fieri conſueuit, aperuiſſe conſiliũ ſuum. Prægusto, ante guſto. Hiero.

in Exód. Carnem quæ à beſtiis fuerit prægustata nõ comedetis.

Guſtus, us, vnus ex quinq; ſenſibus corporis.

Gutta, minima pars aquæ vel alterius materiæ liquidæ. hoc eſt, ſtilla. Cuius diminutiuum eſt guttula.

Guttatim, per ſingulas guttas. Plautus Aedepol cor miſerum meum quidem guttatim contabeſcit, quaſi in aquam indideris ſalem.

Guttur, accipitur pro ea parte, quæ eſt à faucibus ad iugulũ, ſiue exterior ſiue interior ſit. Vnde Pli. Guttur homini tantũ & ſuibus intumeſcit, aquarũ quæ potantur plerunq; vitio. Vergilius in Georgi.
Et lætæ pecudes & ouantes gutture corui.
Plautus in Aulul. maſcu. genere poſuit pro ano, quũ inquit, Etiam'ne obturat inferiorem gutturem, ne quid animæ emittat dormiens?

Gutturnium, vas ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo, quòd propter anguſtias guttatim fluat.

Gutturoſi, dicuntur quorum guttur tanquam ſpõgia quadam intumeſcit, ita vt hoc malum non morbus, ſed vitium ſit. Vlpianus de ædilitio edicto. Si quis natura gutturoſus ſit, aut oculos eminentes habeat.

Guttus, pocuii genus quo in ſacrificiis vtebãtur. Pli. lib. xvi. Curius iurauit, ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttum phaginum quo ſacrificaret. Accipit & pro vaſe in quod oleũ mittitur, dictus quòd guttam mittat. Nam eo vſi ſunt Romani in balneis ad vngenda eorũ corpora poſt lauationem. Gell. Puerum iubet Taurus oleum in ollam indere. Erat is puer genere Atticus feſtiuiſſimus, ætatis & gentis argutiis ſcatens, guttum Samium ore tenus imprudẽs inanem, tanquã ineſſet oleum, adfert, conuertitq; eum, & vt ſolutum eſt circũegit per omnem partem ollæ manum, nullum inde ibat oleum. Poteſt etiam dici uas, in quo odorifera unguenta ſeruãtur, quòd inde guttatim ſumantur. Serenus pro vaſe vinario ſumpſit, quum ait,
Siue meri guttus ſeu frigoris efficit aura.
Varro de Origi. Vt uinum minutatim funderet, à guttis guttum adpellarũt. Huius diminutiuũ eſt guttulus. Plautus, Vt guttulam hauriret ex guttulo.

G ANTE Y.

Gygæus, cum æ, diphthon. lacus Lydiæ. Proper.
Lydia Gygæo tincta puella lacu.

Gygemorus, monticulus eſt non longè à Theſſalia. Cornucopiæ.

Gyges, nomen viri proprium, qui cœli & terræ filius fingitur. Alius fuit Lydiæ rex. Quo etiam nomine dictus eſt Lydiæ fluuius.

Gymnaſiarches, gymnaſii, ſiue exercitationis priceps & ludimagiſter.

Gymnaſium, exercitium, vnde & ponitur pro loco, in quo palæſtritæ exercebantur nudi & oleo uncti. Nã γυμνὸς, Latinè nudum ſignificat. Vel dicit Gymnaſium à γυμνάζω, exerceo. Verum poſtea Gymnaſiũ pro ludo literario, & omni loco in quo fiat aliqđ genus exercitationis ſumi cœpit, quum philoſophi gymnaſia tenuerint, & in illis diſputauerint, quæ & ſcholæ & diatribæ vocitatæ ſunt. Vnde apud Rhetores Progymnaſmata, præexercitamenta dicunt, id eſt, exercitationes quædam in dicẽdo, antequam ad veras actiones deſcendant. Aphthonius in Rhetoricis, σὺν θεῷ ἀρχῇ, ἀφθονίου τοῦ ῥήτορος προγυμνάσματα. id eſt, cum Deo principiũ, Aphthonii Rhetoris præexercitamenta.

Gymnaſtes, præceptor exercitiorum, pueros exercẽs.

Gymnaſtica, ars ſeu doctrina, qua pueri exercentur, diſciplina exercitationis. Vnde Ariſto. præcipit lib. viii. Poli. adoleſcentes gymnaſticæ & pedotribicæ eſſe tradẽdos, vt ita fiãt exercitatiores firmioresq;. Plato lib. vii. de Legi. Gymnaſticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet, eamq; diuidit in ſaltationem, & luctationem.

Gymnici, ludi dicti ſunt, quia in his ſe nudi atq; vncti exercebãt in athleticis & palæſtricis certaminibus. Nero edidit certamen gymnicum.

Gymnos, Latinè nudus dicitur. Vnde fiũt Gymneſiæ, & Aphroſiades inſulæ, in mari Illyrico, quas Baleares uocant.

Gymnoſophiſtæ, nudi ſapientes, Philoſophi Indorũ, ſic dicti, quòd nudi incederent. nam σοφιστὴς, ſapiens dicitur. Auguſt. lib. xiiii. Ciui. Dei, Quum quidam nudi philoſophẽtur vnde gymnoſophiſtæ nominantur. Et libr. xv. Indorum gymnoſophiſtæ qui nudi perhibẽtur philoſophari in ſolitudinibus Indiæ, à generando ſe cohibent. Hieron. contra Iouini. Apud gymnoſophiſtas Indiæ quaſi per manus huius opinionis autoritas traditur, quòd Buddam principem dogmatis eorum, è latere ſuo virgo generarit. Hi ab Exortu ad Occaſum præſtare dicuntur, Solem contuentes immobilibus oculis, feruentibus harenis, toto die alternis pedibus inſiſtentes. Hi frigora niuium, & æſtus flammæ citra dolorem perferunt. Fertur Alexandrum Macedonem ad eos acceſſiſſe, dixiſſeq;, Petite quodcũq; vultis, Qui reſponderunt, da nobis immortalitatem, quã præ cæteris optamus. Quibus ille ait, Quum ego ſim mortalis, immortalitatem nemini præſtare poſſum. Si ergo, inquiunt, mortalem te eſſe cognoſcis, quur nõ contentus patriis ſedibus omnibus infeſtus, totum orbem ſubiicere conaris? Suidas. γυμνοσοφισταὶ παρὰ βαβυλωνίοις οἱ φιλόσοφοι καὶ παρὰ ἀσσυρίοις. id eſt, Gymnoſophiſtæ apud Babylonios & Aſſyrios philoſophi.

Gynæcium, locus ſecretior in ædibus, vbi ſolæ mulieres habitant, qui Græcè γυναικεῖον, à mulieribus, quas Græci γυναῖκας vocant. Plaut. in Muſt. Dare vult vxorem filio, quantum poteſt ad eam rem facere volt nouum gynæcium. Dicitur & hæc Gynæconitis, mi ſyllaba produ. mulierum (vt ita dicam) ſenatulus, & in domo pars. vt apud Victr. Probus Aemilius nec ſedet, niſi in interiore parte ædium, quæ Gynæconitis dicit. Andronitis vero locus, vbi viri frequenter in domo ſunt.

Gyne, γυνὴ apud Græcos & mulieres & vxores ſignificat.

Gynechantis, nigra uitis, quam quidam Aproniã vocant. Cornucopiæ.

Gypſo, gypſas, gypſo inficio, ſeu tego. Tibullus,
Nota loquor regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.
Et Gypſare, eſt gypſo obturare. Colu. Quũ deinde modicæ aruerunt in uaſa noua ſine pice operculata & gypſata, ſicco loco reponito. Rurſus Gypſare, eſt medicaminibus perfundere. unde Cicero Trebatio ſcribit Medeam gypſatis manibus fuiſſe.
Gypſus, genus cretæ quæ facile cõglutinatur & indureſcit, quo tectoria parietibus inducuntur, & facile formantur ſigna. Unde & pro ipſo ſigno quandoq; ponitur. Iuuenalis,
Quanquã plena oĩa gypſo Chryſippi inuenias.
Multis in locis ex lapide coquitur, alibi è terra foditur. ut in Cypro. Hinc formantur Gypſeus, a, um. quod ex gypſo eſt. Gypſatus, a, um. quod eſt gypſo infectum, vel gypſo tectum.
Gyro, as. circundo. unde Regyro. penul. produ. quod eſt retrogyro. Varro, Quidam quã non ſolum à lateribus per feneſtras ſed etiam ſubtus à ſolo uentum regyrare poſſit.
Gyrus, Latinè circulus vel ambitus dici poteſt.
Gytheum, oppidum quod Hercules & Apollo depoſitis eò loci ſimultatibus communi opere condiderunt. De hoc Liuius in Maced. bello. Gytheum, inquit, omniũ maritimarũ rerum Lacedæmoniis receptaculũ. Hinc gytheates, dicti ſunt in eo habitãtes.

DE LITERA H.

H Non poteſt eſſe finalis in ſyllaba, præter ah & vah interiectiones, ſed ꝑ apocopen dicta ſunt, quum cõpleta ſint aha, & vaha. Vel quia abſcondita voce ſolent proferri interiectiones. Iungitur autem uocalibus oĩbus, & quatuor conſonantibus. ſcilicet c, vt Chremes. p, vt Philippus. r, vt Pyrrhus. t, vt Thraſo, & hoc vt valentius ſonet dictio.
Habena, penulti. product. retinaculum equi, quòd ea equus habeatur. Id eſt, teneatur.
Habentia, à habeo, ſicut à ſapio, ſapientia. ſignificat ipſum habere, & diuitẽ eſſe. Ennius, Verebar enim ne animos eorum inflaret habentia.
Habeo, bes, bui, bitũ. in vſitatiori ſignificatione. Plautus in Aul. Virginem habeo grandem, dote caſſam atq; illocabilem. Et hæc eius ꝓpria ſignificatio, qđ Græci dicunt ἔχειν. Per tranſlationem ponitur Habere pro tenere. Salluſt. Tale periculũ reipubli. haud occultũ habuit. Pro facere. Idem, Igitur comitiis habitis, conſules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Pro tolerare. Idem, Neq; cuiquam mortalium iniuriæ ſuæ paruæ uidenẽ, multi eas grauius æquo habuere. Pro poſſidere, tenere occupare. Terentius in Andr. At mihi unus ſcrupulus etiã reſtat, qui me habet male. Salluſt. in Iugur. Animus incorruptus, æternus rector humani generis agit, atq; habet cuncta nec ipſe habeẽ. Verg. Hoſtis habet muros,
Pro credere, exiſtimare. Teren. in And. Semper eius dicta atq; habita eſt ſoror. Pro dicere. Salluſt. Lareſum Hiſpaniæ ciuitatẽ, quã nunc Tyrii mutato noĩe Gadirim habẽt. Pro habitare. Plau. in Tri. Hæ ſunt ædes, hic habet. Salluſt. Credo falſa exiſtimans ea ꝙ de inferis memorantur, diuerſo itinere malos à bonis loca tetra, inculta, fœda, atq; formidoloſa hẽẽ. Pro intelligere. Quod enim tenemus corpore, habemus quoq; item animo. Teren. in Heau. Habet oẽm rem, pergam quò cœpi hoc iter. Solet in hac ſignificatione, in extremo materiæ eleganter poni. Cice. Hæc habui de amicitia ꝙ dicerẽ. Pro accipe. Teren. in Eunu. Hic pro illo tibi munere honos eſt habitus ab eo. Pro ſcire. Sall. Prorſus neq; dicere neq; facere quicquã pẽſi habebat. Pro deludere, decipere. Plau. in Amp. Is aduenientia ſeruũ, ac dñm fruſtra habet. Pro tractare. Teren. in Hecy. Nunquã ſecus habui illam, ac ſi ex me nata eſſet. Pro ualere & incolumen eſſe, in tertia ꝑſona, qñq; ſine ſuppoſito. ut bene, ſeu male habet. id eſt, bene, vel male ſe res habet. hoc ẽ, bene, ſeu male ſe res ſuſtentãt. male ſe habet. hoc eſt, ægrotat, aut bene vel male ꝓcedit res. Liuius li. viii. Bene habet, inqt, Quirites, vicit diſciplĩa militaris. Res male habet me. id eſt, male ſolicitat, afficit. Si res ita ſeſe haberẽt, qũo ſeſe et rẽpublicã habuerint. id eſt, gubernauerint, et geſſerint. Male uel bene à te habitus ſum. id eſt, acceptus, ſiue tractatus ſum. Cic. Tullia noſtra ualet. Terẽtia minus belle habuit. id eſt, minus bene ualuit. Item Habet, ꝑ ſe poſitũ, ſignificat percuſſus eſt. ut Donatus inquit. Et ꝓprie de gladiatoribus dr̃, ꝙ prius alii uideant, ꝙ illi ſentiant ſe percuſſos eſſe. Terẽ. in And. Certe captus eſt, habet. Idẽ in diuerſis locis, idem uerbũ uarie accepit. Vñ orationem habuit hmõi. id eſt, ſic elocutus eſt. Sat habeo. id eſt ſufficit. Nunqd habes quod cõtẽnas? id eſt, nunqd inueniſti. Qñq; Habere, eſt ſeruare, detinere. vt eſt illud Salu. In cuſtodiis haberenẽ. Qñq; præbere, exhibere. ut apud eundem in Ciceronem, Ita largitionibus corruptus eſt, ut ſeſe ac fortunas ſuas uenales habeat. Qñq; debere, ut quũ dicimus. habeo tibi gratiam. Habere iter, eſt proficiſci. Habere uerba, eſt loqui. Habere fidem uerbis, eſt credere. Teren. in And. Nam propemodum habeo tibi iam fidem. Et in Heauton. Seni noſtro fidei nihil habeo. Habere rationẽ ſalutis, honoris, rei familiaris. eſt habere reſpectũ. Sed ſi cum ablatiuo conſtruaẽ mediante cũ. ut habet rationẽ cũ terra, idem eſt, ac ſi diceref, habere negociũ & cõmerciũ. Cicero in Cato. Rem habet cum terra, quæ nunquã recuſat imperiũ. Idem in Tuſcu. Quis eſt hominum, qui modo cũ muſis, id eſt, cum humanitate & doctrina habet aliquod cõmercium, qui ſe non hunc Mathematicum malit, quàm illum tyrannum. Et ad Atticum, Cum omnibus muſis rationem habere cogito. Habere rem, eſt coire. Hẽre rem cum aduerſario, eſt litigare. Habeo conuenire, habeo polliceri, habeo audire, pro conueniendum eſt mihi, pollicendum, audiendũ. Cicero Lentulo, Tantum habeo polliceri. Idem in Cato. Neq; eos ſolũ conuenire habeo quos

vidi, ſed etiam quos audiui et legi. Et lib. de Orato. Audire habeo, quid hic ſentiat. Quidam tamen non contemnendæ autoritatis interpretãtur, habeo polliceri. id eſt, debeo ſiue poſſum polliceri. Habeo cõuenire, audire, id eſt, decreui, ſiue credo conuenire, audire. Hẽc fruſtra, ſigñat fruſtrari. Plaut. in Amph. Habet fruſtra. Adſpiratur hoc verbũ, ut differat ab Abeo, abis, cum ſuis compoſitis, in quibus a, verſa eſt in i, niſi in Dehabeo, et Poſthabeo. Huius verbi compoſita ſunt Adhibeo, Cohibeo, Dehabeo, Exhibeo, Inhibeo, Præbeo, Prohibeo, Perhibeo, poſthabeo, et Redhibeo, de quibus locis ſuis.

Habile, dicitur quod optime quadrat. Vergilius, Nanq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcũ Venatrix. Huius contrarium eſt Inhabilis, ineptus, debilis, infirmus, quaſi parum habilis. hoc eſt, malæ habitudinis. Habilitas, aptitudo.

Habitior, apud veteres ſumitur pro pinguiori.

Habito, as, penul. cor. de quo Serui. Habitare accuſa. iungitur. Atq; humiles habitare caſas. Quia habeo domũ dicimus. Vnde eſt Habito frequentatiuũ quod eſt etiam frequenter habeo. Var. Hoc modo antiquos ſecundis rebus comas habitaſſe. Cuius paſſiuum in tertia perſona protulit Verg lib. iii. Effuge cuncta malis habitantur mœnia Grais. Hinc Habitaculum, Habitatio. Cohabito, Adhabito, Inhabito.

Habitudo, ipſe corporis habitus. Cic. lib. iiii. ad Her. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſæpe, ita grauis oratio ſæpe imperitis uidetur ea quæ turget et inflata eſt.

Habitus, qualitas, et forma corporis, et cuiuſcũq; rei. Plautus, Qualis habitus oris? Colu. lib. i. Vineæ nõ ſic altos et lacertoſos exigunt. Nam his habitus foſſoris magis aptus. Verg. lib. i. Georg. Cultusq; habitusq; locorum. Accipitur etiam pro cultu corporis et veſtimento. Vnde habitus ſcenicus, habitus militaris, habitus religioſus dicitur. Plaut. Quis habitus iſte tam prolixus? Plinius, Qui ad nos lugubri habitu uenerat, et capillatior ſolito. Et Habitus eſt, qui fit ex frequentatis actibus. Et à Philoſophis definitur, quòd ſit alicuius rei ſiue in animo, ſiue in corpore natura cõcepta, ſed uſu corroborata et plena perfectio.

Habitus, a, um, participium, quod aliquando ponitur pro pingui, et qui toto corpore melius habet. Plau. in Epi. Corpulentior Hercle, atq; habitior. id eſt, pinguior. Et Habitiſſimus, pinguiſſimus. Gel. lib. iiii. Equum nimis ſtrigoſum et male habitũ, ſed equitẽ eius vberrimum et habitiſſimum viderunt.

Habraam, nomen viri proprium apud Hebræos, quo ſignificatur pater multarum gentium.

Habronicus, nomen viri proprium, et eſt Græcum.

Hactenus, pen. cor. ea hac aduerbio, et tenus compoſitum. hac fine, ſiue hucuſq;, quaſi vſq; ad finem. ſicut Quatenus. Aliquando ſignificat intãtum, ſiue ãdeo. Sueto. in Nero. Cœnæ quoq; tempore interpellatus tumultuoſioribus literis hactenus excanduit, ut malum iis qui deſciſſent minaretur. Cic. Domum ſuam quum abſolutam dedicaret, hactenus cõprobauit.

Hadria, maſc. generis, pro ſinu maris, ſeu pro ipſo mari Hadriatico. Luca. lib. v. Sonat Ionio vagus hadria ponto. Genere fœmini. pro oppido propè Ferrariam nunc demerſo ad. xxav. lapidem. Ari dicitur vulgo, quæ Hadriatico mari nomen indidit. A' quo fiunt Hadrianus, a, um. Hadriacus, a, um. Hadriaticus. a, um. Et Hadrienſis. Fuit quoq; Hadria Romanorum colonia, arduo in colle ſita. Ea qua Hadrianus imperator originem duxit, qui in omni doctrinæ genere præſtantiſſimus fuit. Sunt tamen qui hoc nomen non adſpirent, præſertim Steph. qui Atriam eam vocat. Vide in Atria.

Hadrobsium, gummi genus, in ſacris vino perfunditur, ut ſit odoratius. Naſcitur in Media. hoc quidam Peracticum vocant. Ce.

Hadros, huber, plenus, maturus.

Hadroſpherum, dicitur quicquid ampliũ adultiusq; eſt.

H ANTE AE

HAebudes, pen. prod. inſulæ ſunt. Solinus. A' Calidoniæ promontorio Thylen petentibus bidui nauigatio, inde excipiũt Hæbudes qnq; numero. Et paulò pòſt. Secundam à continenti ſtationem Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus porrò ſunt ſeptem dierum noctiumq; totidem curſu.

Hæc, plurali numero in genere neutro, et fœmi. dicit. Veteribus enim mos fuit, ut neutra fœmininis lõgerentur. Teren. in Eunu. Hæc adornant. ut lauent. quũ de ancillis tardis loqueretur. Et ſi componatur cum ad, ſignificat præterea. Saluſt. Cognoueram paruis copiis bella geſta cum opulentis regibus, ad hæc ſcientia belli Gallos ante Romanos fuiſſe.

Hædilia, ſunt hædorum ſtabula. qua ratione etiam dicuntur Caprilia, ouilia, porcilia, equilia, et hisſimilia, quòd in his ea animalia contineantur.

Hædui, populi Galliæ Auernis finitimi, trans Ararim habitantes, inter Burgundos nominati.

Hædus, cum diphthongo, ut ab edo differat. dictus quaſi fœdus lingua Sabina. ubi f, in aſpiratione uertitur, animal ex capra genitum. Vergilius, Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos Noram, Vel ἀπὸ τοῦ αἰδοίων. id eſt, à teſticulis. ideo cũ æ, in principio Manilius lib. iiii. corripuit. Incipient hæduli tremulum producere mentum. Hinc ſiũt diminutiua Hædulus, Hædillus, et Hædiculus. Plau. in Aſi. Hagnellum me tuũ die eſſe hædillũ. Iuue. E' Tyburtino ueniet pinguiſſimus agro Hædulus, Hædinus, a, um, nomẽ poſſeſſiuum. ut caro hædina, ſicut ab agno, agninus.

Hæluolæ, vuæ inſignes ſunt, colore inter purpureas nigrasq; medio, ſæpius variãte, et ob id uarianæ adpellatæ, ſeu variæ.

Hæmachates, lapis ſanguinei coloris. Ce.

Hæmanites, pe. pd. genus lapidis, ruboris ſanguinei.

Hæmatopodes, aues dictæ à colore pedũ ſanguineo, quos rubere tradit Plinius.

Hæmonia, regio quæ poſtea dicta eſt Theſſalia.

Hæmorrhois, Latinæ ſanguinaria dicitur. αἷμα, ſanguis. ῥέος, fluor. ſerpentis genus peſtiferum à fluxu ſanguinis.

ſanguinis. Huius enim morſu ſanguis omnis è corpore fluit, nec ſiſti poteſt. Lucanus,

Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo.

Dicitur etiam Hæmorrhoia. Plin. Muſtum ſerpentibus aduerſatur, maxime hæmorrhoiæ et ſalamandræ. Hæmorrhois etiam genus morbi, quod intra ſedem naſcitur immaturi mori ſpecie, interim ſine tuberculo ſciſſuras habet unde ſanguis effluit, interim leuis rubens'que tumor eſt nec ſanguinem remittens, propter quod hæmorrhois cæca dicitur. Inde Hæmorrhoeo, quod ſignificat fluxu ſanguinis laboro, et profluuium patior.

Hæmus, mons Thraciæ, ſic dictus ab Hæmo Boreæ et Orithyæ filio. Callimachus. ὁ μὲν πέδον ὁ παίρων, ἄνεμος ὑψηλῆς κορυφῆς ἐπὶ Θρήϊκος Αἵμου. id eſt, Solum quidem continentis, ventus alti uerticis in Thracino hæmo.

Hærba, ab hærendo dicta eſt, quòd terræ fixa hæreat. Eſt autem proprie viride pecudum pabulum. Verg. lib. I. Georg. Et ſulcis frumenti quæreret hærbam. Apud veteres etiam herba Ponitur pro victoria. Vnde Herbam dare, ſignificat ſe victum fateri. quod eſt antiquæ et paſtoralis uitæ indicium. Nam qui per prata curſu aut uiribus contendebant, quum ſuperati erant, ex eo ſolo, in quo certamen erat, decerptam hærbam aduerſario tradebant. Ab hærba fit diminutiuum Hærbula. Cice. libr. I. de Natura. Ceruæ paulò ante partum perpurgant ſe quadam hærbula, quæ ſeſelis dicitur.

Hærbaceus, a, um. quod eſt ex hærbis. ut betaceus, maluaceus, et huiuſmodi.

Hærbarius, qui vim hærbarum nouit, et diſcutit, et medicamenta ex his componit. Pli. li. xxi. Secius hærbariorum aperietur in hac mentione partem eius ſeruantium, et quarundam aliarum hærbarum ſicuti plantaginis ſubſtituentium.

Hærbarius, a, um. quod ad hærbas pertinet. vt ars herbaria, qua hærbarum natura cognoſcitur. Plini. Hærbariam et medicamentariam artem, et à Chirone Saturni et Phillyre filio.

Hærbeſcere, eſt hærbam effici. Cice. in Cato. Et elicit hærbeſcentem, ex eo viriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. Huius compoſita ſunt Adhærbeſco, et Obhærbeſco. Plin. Quin et ouillo fimo, vti quoniam adhærbeſceret. Feſtus, Obhærbeſcere, hærbam increſcere.

Hærbicus, a, um. idem quod hærboſus. Colum. lib. II. Montem ſublimem et aſperum ſed nemoroſum et hærbidum maxime probauerunt.

Herbiliſander, à veteribus dictus eſt hærba paſtus, quaſi grauior, quàm paſtus frumento.

Hærbo, as, hærbas producere ſignificat. cuius compoſitum eſt Exhærbo quod eſt hærbas extraho. Colu. lib. v. Et quum germinauit perticalis ſalix, ad vnam perticam ſummittitur, crebro foditur atque exhærbatur, nec minus quàm vinea pampinatur.

Hærboſus, a, um. quod hærbis abundat.

Hærediolum, cum accentu in antepenult. ſignificat paruum prædium, quod nobis ex hæreditate prouenit. Columella in Præfa. Ex qua Cincinatus obſeſſi conſulis, et exercitus liberator ab aratro vocatus ad dictaturam venerit, ac rurſus faſcibus depoſitis, quos feſtinantius victor reddiderat, quàm ſumpſerat imperator, ad eoſdem iuuencos, et quatuor iugerum auitum hærediolum redierit.

Hæredipeta pen. cor. qui blanditiis, muneribus, et aliis huiuſmodi artibus, ſubornant morituros, vt ab illis hæredes inſtituantur.

Hæreditarius, a, um. quod ad hæreditatem pertinet. Hierony. in Deute. Vt haberet populum hæreditarium. Hinc bona hæreditaria, et ſucceſſio hæreditaria apud Ambr. legitur. Et morbos hæreditarios vocamus, qui parentum vitio nobis obtingunt.

Hæreditas, ſucceſſio eſt in vniuerſum ius, quod defunctus habebat tempore mortis, vel quod ſupereſt deducto ære alieno. Et apud antiquos diuidebatur in duodecim uncias, quæ aſſis nomine continetur.

Hæredium, paruum prædium, quo nobis ex hæreditate prouenit, quod Varro ſcribit duo iugera eſſe. quod à Romulo primum diuiſa viritim hæredem ſequerentur.

Hærennius, proprium nomen viri, ab hærendo dictum. Cornucopiæ.

Hæreo, es, ſi, ſum. vnde Hæſito, as. Scribitur cum h, ad differentiam huius nominis æs æris, quod in ablatiuo facit ære ſine h, et huius nominis herus, quod in vocatiuo facit here, ſine diphth. Eſt autem Hærere proprie, arctæ rei incidere. Vergilius,

Herent parietibus ſcalæ. Et, Vox faucibus hæſit.

Quoniam verò, qui in aliqua re dubitant, non mouentur, ideo'que hærere ac ſuſpenſi eſſe videntur, ponitur quando'que pro dubitare et ancipitem eſſe. Teren. in Eunuc. Hæreo quid faciam. Quando'que ſignificat figere. Vnde dicimus, hærere radices altius. Terentius in Adelph. Caue nunc oculos à meis oculis quoquam dimoueas tuos, ne mora ſit, ſi innuero quin pugnus in malam continuo hæreat. id eſt, figatur vel imprimatur. Quando'que ſimpliciter ſedere, vel ſtare, vel eſſe. vt apud eundem in Hecy. In te hæret omnis culpa. Vergilius lib. IIII.

Multa viri virtus animo, multus'que recurſat
Gentis honos hærent infixi pectore vultus.

Huius verbi compoſita ſunt Adhæreo, adhærens ſto, adproximo. Lactá. lib. v. Quibus poſtea eiectis omnes qui reſanati fuerint, adhærent religioni, cuius potentiam ſenſerunt. Cohæreo, ſimul hæreo, coniungor et conuenio. Lactá. lib. II. Ea enim quæ eſt Solis calore flagrantior, proxima eſt, et cohæret orienti. Hinc Cohæreſco. Boet. ſuper librum ſecund. Top. Hæc talia ſunt, vt ſæpius quidem adiunctis ſibi cohæreſcant. Inhæreo, à quo Inhæreſco, de quibus alibi. Superhæreo. vnde de diuo Anaſtaſio ſcribitur. Demum bullam accipientes, quæ vinculis ſuperhæſerat imperatori ſecum deuexerunt.

Hæres, generis communis, ab hæreo, quòd qui hæres eſt hæret, hoc eſt, proximus eſt illi, cuius eſt hæres. Quidam tamen hoc nomen, ab herus deriuant, quod dominus fiat bonorum, quæ ad eum perueniunt. Sunt

autem hæredes primi, et hæredes ſecūdi. Secundus hæres dicitur, qui hæredi inſtituto ſubſtituitur, ut inquit Boetius in commentariis Topi. puta ſi ille hæres non erit, ille hæres eſto. Hinc Bihæres, qui bis factus eſt hæres. Cohæres, qui ſimul hæres inſtitutus eſt. Exhæres, qui extra hæreditatem eſt. id eſt, qui hæreditate priuatus eſt. Eſt et Hæres nomen Deæ, cui veteres poſt acceptam hæreditatem, rem diuinā faciebant.

Hæreſco, hæſens fio, infigor. Liuius lib. ii. Vndiq; in hoſtem tela coniiciunt, quæ quum in obiecto ſcuto hæſiſſent, neq; ille nimius obſtinatus ingenti pōtem obtineret gradu. id eſt, infixa fuiſſent.

Hæreſis, penulti. cor. Græca dictio eſt, qua apud nos optio, vel electio, et ſecta ſignificatur. ab αἱρῶ, uel ἀπὸ τοῦ αἱροῦμαι. quod ſignificat eligo, capio, vel volo. Vnde ſumitur pro opinione tenaci, et ſententia in qua perſiſtamus electa. Cic. in Paradoxis, Cato in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis. Hinc componuntur Diæreſis, diuiſio. Aphæreſis, ablatio. Synæreſis, cōſiſtio. Hæreſiotes, Hæreticus. Hæreſiarchas, hæreticorū princeps. Theologi, Hæreticum vocāt, q ſectam aliquā vel inſtituit, vel ſequitur aduerſus fundamenta religionis.

Hæſito, tas, pen. cor. frequentatiuū. Terētius in Phor. In eodem luto hæſitas, verſuram ſolues Hieron. Aut pariter in luto hæſitabimus, aut pariter expediemur. Pro dubitare accipitur illud apoſtolicū. Poſtulet in fide nihil hæſitans.

Hagios, Græcè, Latinè ſanctus. Vnde Hagiographa, ſancta ſcriptura. Hagiographus, ſancta ſcribens.

Hagninus, a, um, quod eſt hagni. vt caro hagnina.

Hagnos, Latinè purus, et caſtus, quod ſit hoſtia pura, et immolationi apta. Hinc deducitur Hagnes nomen mulieris proprium. Diminutiuum Hagnellus: Plautus in Aſin. Dic igitur me tuū paſſerculum, galinam, cothurnicem, hagnellum, hœdillum, dic eſſe vel uitellum.

Hala, vide in dictione Ala.

Halacomene, et Halacomenæ, tam ſingulari quā pluralí nu. ſiue Halacomenium, ciuitas in Bœotia. Vnde Minerua Halacomeneida cognominata eſt, qd in eo loco coli ſolita ſit.

Halcyones, Vide Alcedines. Ce.

Halec, tam fœminini quā neut. generis, caretq; numero plurali, genus piſcis qui ſola aqua nutrit. Mart.

Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra
Halecem, ſed quam protinus illa vorat.

Plaut. in Aul. Qui mihi holera cruda ponunt, halec alunt. Sumitur etiā pro quodā ligamine ex inteſtinis piſciū. Pli. halec impfecta Alecus fluuius tenuat.

Halesus, fluuius, et mons nō longè ab Aetna. Colu. Et quæ Sicanii flores legiſtis haleſi.

Halia, marina Nympha. ἅλς enim mare dicitur. Ce.

Haliactes, nomen Perſicum.

Haliacmon, fluuius eſt Macedoniæ ad quem ducebāt, quæ volebant candida naſci.

Haliatus, nomen vrbis.

Halica, nomen mulieris.

Halicacabum, herbam vocant, quam alii ſolanum, alii ſtrichnium, alii veſicariam, quòd veſicæ et calculis medeatur. Ce.

Halicallios, herba, aliàs dorion, aliàs ſtrichnis, et erythros, et neuris, quam Xenocrates ſcribit omnibus morbis corporeis ſalutarem eſſe. Ce.

Halicarnaſus, pen. prod. vrbs Cariæ principum regia, circa initium Tauri ſita, maritima in minori Aſia, Argiuorum colonia, in qua Mauſoleum quondam nobiliſſimum opus extabat, et Salmacis fons. hæc prius Zephyra dicebatur. Ex Halicarnaſo fuit Herodotus hiſtoricus. Itē Heraclitus poeta, et Dionyſius ſcriptor antiquitatum. A qua Halicarnaſeus deducitur. ab ἁλός, mari.

Halieutica, dicuntur volumina, in quibus tractaſ de piſcibus. vnde et Vopiſcus ſcribit Olympiū Nemeſianū ſcripſiſſe cynegetica et halieutica. Et Opianus qui opus de piſcatu Antonino dicauit. Scripſit et Apicius, ſed halieuſim adpellauit.

Haliphleos, Græcis arbor quæ à noſtris ſalſicortex adpellatur, cui glans amara, quam præter ſues, nullum animal attingit. Ce.

Halipleumon, marinus pulmo, genus piſcis apud Plinium.

Halito, as, penultima correpta ſæpe ſpiritum emitto. Enni. Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes.

Halitus, us, pen. cor. nomen participiale ab halo, ſicut ſpiritus à ſpiro.

Halius, genus ſcaphæ.

Halizon, fluuius.

Halizones, populi Paphlagonum, ſic dicti, quòd mari undiq; circundantur.

Halimum, genus holeris, ab halando dictum.

Hallucinor, Colu. lib. viii. Cuſtodis officiū ſublimē, celſiſſimamq; oculorum veluti ſpeculam deſyderat, vt neq; tardiores grauidas dum cunctātur neq; agiles et fœtas dū procurrunt, ſeparari à cæteris ſināt, ne fur aut beſtia hallucinantem paſtorem decipiat. Aſpiratur (ut inquit Gellius) quoniam ex ipſa aſpiratione intenditur exprobratio.

Hallux, pollex, digitus ſcandens proximum. ex eo dictus, quòd ſuper proximum digitum ſaliat. Nam cō ſtricta manu ſolus proximum digitum ſcandit. in qua voce maiores noſtri loco ſ, adſpirationē poſuerunt. Quidam à Græco ἅλλω, ſiue ἅλλομαι, trahūt, quod Latinè ſcandere ſeu ſalire ſignificat.

Halmas, herba, quam alii polygonon, alii calligonō, nonnulli carninothum uocant, folia rutæ habet, parum à terra attollitur, ſimilis gramini. Ce.

Halo, halas, ſpiro, vel odorem emitto. Vergil. Inuilent croceis halantes floribus horti. Et aſpiratur vt differat ab alo is, vel potius à natura, qppe cui cōueniat denſitas illa quā ſignificat. Eſt enim Exhalatio, uaporū craſſiorūq; (vt ſic loquar) ſpirituum dēſitudo. Cicero terræ halitū adſpirationem vocat. Huius compoſita ſunt Adhalo, Exhalo, de qbus ſupra. Inhalo. Lactātius de Ira Dei, Nū etiam in aqua ignē eſſe credendū eſt! Atqui de Sole ignis ne æſtate

quidem accendi poteſt, ſi ceræ inhalaueris.

Halo, ab Ariſtotele in Meteoris dicitur, quem noſtri modo circulum, modo coronam circa Lunam dicunt. Seneca libro .i. Quæſtionum, Hunc Græci Halo vocant, quem nos dicere coronam aptiſſime poſſumus.

Halonoſos, inſula Aegei maris.

Halophanta, hominum genus nequam, quod ob ſuſ-da mendacia miſerrima mercede conducitur. Feſt. Halophanta, omnia mentiens.

Haloſis, Latinè captiuitas dicit. Sueto. in Nero. Hoc incendium è turre mecœnatica proſpectans, lætusq́ flammæ pulchritudine haloſin illi decantauit.

Hals, pro mari. unde et nos ſalem dicimus, et ſalum, in quibus placuit maioribus ſ, ponere magis, quã acceptam à Græcis adſpirationem retinere.

Halum, Galli vocant herbã, quam Veneti cotoneam dicunt, ſimilem culmæ bubulæ cacuminibus thymo, dulcem et ſitim ſedantem.

Halyetus, penul. prod. à quibuſdam dicitur falco ſiue accipiter, ſiue niſus.

Halys, fluuius ex Tauri montis radicibus profluens, per Capadociam, et à Meridie Syros ac Paphlagones interfluens. contra ventum Aquilonem in Euxinum mare euoluitur.

Hamadryades, pen. cor. Nymphæ ſyluarum ſiue ſyluarum numina ἅμα enim aduerbium ſignificat una, et ſimul. δρῦς, quercus. hoc eſt, Nympha quæ cum arboribus naſcitur et perit.

Hamatilis, et hoc hamatile, pen. cor. quod ad hamum pertinet. Plautus in Rud. Piſcatum hamatilẽ taxatilemq́ aggredimur.

Hamiotæ, aliàs hamotæ, piſcatores, ab hamis, qui hamo ad piſcandum vtuntur. Plautus in Rud. Saluete fures maritimi, conchitæ atq; hamotæ, famelica hominũ natio. Varro, Cohortis coquorũ atq; hamiotarum aucupumq́.

Hammoniacum, reſinæ ſpecies ex arbore, quã methopium vocant, ſtillans in arenis, iuxta Ammonis templum, vnde illud nomen ſortitum eſt. Ce.

Hammonis cornu, inter ſacratiſſimas Aethiopiæ gemmas habetur auri colore. Ce.

Hammonium, apud Columellam lib. iii. coloris genus tendentis in ſubrufum.

Hamo, as, curuo. à quo hamatus, curuatus, ſiue hamis ornatus. Hiero. lib. Reg. Lorica hamata induebatur. Hinc Adhamo, as, pen. prod. quod eſt obligo. Cicero lib. ii. Academ. Qui enim ſeruis honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos.

Hamotrahones, dicti ſunt quòd vel piſces vel cadauera traherent hamo. Nam vt eſt apud Sueton. eorum qui ſupplicio adficiebantur cadauera, iuſſu principũ vncò ſæpe trahebantur in locum quem tum Gemonias dicebant.

Hammites, gemma quæ ouis piſcium ſimilis eſt.

Hamus, catenã ſignificat. Verg. Hamis auroq́ trilicẽ. hoc eſt, hamis aureis. Vnde etiã ponitur pro curuo vnco, ad capiendos piſces, cui prima pducitur. Corripitur autem quum inſtrumentum ferreũ ſignificat, quo diuitum arcæ numariæ obſepiuntur, ne res facili apertu ſurripiatur. Iuuenalis,

Diſpoſitis præ diues hamis, vigilare cohortem.

Hami, etiam dicuntur inſtrumenta ærea, ſiue lignea in cubiculis, quibus capitis tegmina, et aliæ res melius appenſæ, quàm iacentes ſeruantur, verbo à piſcatorio hamo tranſlato. Hoc nomen quidam à Græco deducunt. nam Græci ἅμματα, dicunt ligamenta, vnde hamentum.

Hanum, veteres pro fano vſurparũt, et hanulum, pro paruo fano. Ce.

Hanus barbatus, uas paruum, ſed in latitudinem porrectum, et veluti prægnans, quo etiam aqua et vinũ ferri ad menſam ſolet. Inuenitur et hanum neutro genere. Ce.

Hapalon, ſignificat tenerũ ac molle, Græci adſpirant.

Haphe, Inſperſio pulueris, qua inſpergebantur obluctantes vbi ex ceromate illiti fuiſſent. Martial. Et flaueſcit haphe. Nam puluere perfuſa obluctantium corpora, quodammodo flaueſcebant, lepram patiẽtibus ſimilia. Plinius lib. xxxv. refert arenam tenuiſſimam è Nilo peti ſolitam ad debellanda corpora paleſtræ ſtudiis. Naphe enim Græce, et tactum ſignificat et notas, quibus lepra corpus maculat. Iulius Pol. Haphen accipit primam infecturam, quoties veſtes imbuuntur coloribus.

Hara, vide in dictione Ara.

Harena, vide in dictione Arena.

Harnga, apud priſcos ſignificat hoſtiam, quæ inde dicta erat, quod eius adhærentiam inſpicerentur.

Hariolus, cum accentu in antepenultima. qui diuina mente fatur, quæ uentura ſunt. Dictus Hæriolus, quaſi farioIus, ſicut Hanula, quaſi fanula. hoc eſt, parua fana, adſpiratione vt plerunq; fieri ſolet pro f, litera poſita.

Harmatus, harmatuntis, ciuitas ſeu promontorium è regione vrbis Methymnæ, à qua harmathopolitæ dicti ſunt.

Harmonia, pen. cor. Latinè compoſitio, concordia, conuenientia, concentus. Auguſtinus, harmonia cõcentus eſt ex diſſimilium uocum moderatione, ſicut ex ſummis, et mediis, et infimis interiectis ordinibus, vt ſonis ciuitas concinnit moderata conſenſu plurimorum. Lucretius, harmoniam Graii quam dicunt, hæc alio nomine dicitur Symphonia. Quo nomine etiam Gelonis filia Themiſtii uxor adpellata eſt, ab ἁρμόζω, coapto.

Harpa, telũ in ſummitate aduncũ, quo nauigia capiuntur, hunc ferunt Anacharſim inueniſſe. Vel inſtrumẽtum eſt pluribus vncinis, quo uaſa et alia complura quæ vel in flumine, uel in puteis ceciderint, extrahimus. Dici poteſt et harpax inter nauiũ utenſilia numeratus, et ab Anacharſe Scytha philoſopho, ut dicit inuentus, à Græcis deductæ dictiones. Nã apud illos ἁρπάζειν, rapere. Triuiales à lupo, quòd rapax ſit, lupũ adpellant. Eſt et hapargo, inis, ferramẽti genus, quod nonnulli canem vocant, quo ferramento circi vaſis vinariis aptantur.

Harpago, as. penult. prod. rapio. Plautus in Aulu. Hel

miſero mihi, aurum mihi intus harpagatum eſt.

Harpalice, penul. cor. nomen mulieris, Harpali Thracū regis filiæ, quæ patrem à Gethis captū, liberauit.

Harpalus, penul. cor. nomen viri proprium.

Harpaſa, penul. cor. oppidum Aſiæ, oppoſitū fluuio Harpaſo, vt ſcribit Plinius lib. v. vbi cautes horrenda digito mouetur, ſed non toto corpore.

Harpe, nomen Græcum, enſis falcatus, quo vſum fuiſſe Perſeum poetæ tradiderunt. Lucanus,
Harpen alterius monſtri iam cæde rubentem. ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν.

Harpocrates, pe. cor. ſimulachrum in ſacris Iſidis & Serapidis erat, quod digito labiis impreſſo admonere videbatur, vt ſilentium fieret, quod ſignificat (vt Auguſt. inquit) vt homines eos fuiſſe taceretur. hic dicebatur ſilentii Deus, Vnde eſt illud Catullianum, Factum me eſſe putat Harpocratem.

Harpyiæ, monſtra fuerūt, qualia deſcribit Vergilius,
Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis, & ira Deum ſtygiis ſeſe extulit vndis,
Virginei volucrum vultus fœdiſſima ventris
Ingluuies, vncæq́; manus, & pallida ſemper
Ora fame. Dictæ Harpyiæ, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, hoc eſt, diripiendo. Suidas, ἅρπυιαι ἁρπακτικοὶ δαίμονές εἰσι. Id eſt, harpyiæ rapaces dæmones ſunt.

Haruſpex (vt inquit Seruius) ex hara & ſpecio componitur. Hara vero aula eſt, cui uaticinantes haruſpices intendebant. Donatus ab Harugo deriuat, quæ eſt hoſtia, ab hara in qua concluditur & ſeruatur. Et ſic cum adſpiratione ſcribitur. Poteſt etiam dici ab ara. hoc eſt, à victimis in ara aſpiciendis. Vnde quidam non adſpirandum cenſent, quoniam aruſpices (vt inquit Auguſtinus) exta inſpiciant, vt ea eis futura prædicant. Idem dicitur Extiſpex. Solent etiam Aruſpices dici horarum inſpectores. nam dies et horas in agendis operibus cuſtodiunt, & quod per ſingula tempora obſeruare debeat homo, intendunt, ab Haruſpex fit.

Haruſpicina, æ, penul. producta. pro arte ipſa.

Haruſpicium, pro actu, hoc eſt, pro extorum inſpectione.

Haſpis, idis. curuatura è circulis & cameræ & rotæ, licet ἀσπὶς ſine adſpiratione dicitur ſcutum.

Haſta, quæuis ab aſto dicitur ſecundum Varronem, quòd aſtans ferri ſolet, adſpiratur tamen ad differētiam ſecundæ perſonæ imperatiui verbi aſto. Hæc apud veteres ſubiici ſolebat rebus, quas publice venundabant. Quidam Haſtam ab auriendo deriuari exiſtimāt, cuius diminutiuum eſt Haſtula. Hinc Subhaſto, à quo Subhaſtatio.

Haſtarium, rii, venditio auctionaria, vnde Tertullianus in Apologe. In haſtario vectigales ſumus.

Haſtati, dicti ſunt qui primi in acie cum haſtis conſtitui ſolebant. Haſtatus uero primus dicebatur qui duas centurias, id eſt, ducentos milites ducebat in acie ſecunda, quem nunc ducenarium uocant, vt Vegetius denotat.

Haſtile, penultima producta. dicitur quod ad haſtæ formam factum eſt, & de quacunq́; re dici poteſt. Vnde pro ſtipite candelabri poſuit Hieronymus in Exod. Hoc erit, inquit, opus ſex calamorum qui deſcendi ſunt de haſtili. Idem lib. Regum, Haſtile haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentium. Et ibi pro ſtipite poſuit.

Haud, aduerbium negandi. Haud quaquàm, à nulla parte, ſeu nullo modo. Gell. Haud quaquàm mihi diſplicebant.

Haue, verbum defectiuum, quo ſalutare ſolemus, adſpirationem recipit, ut differat à ſexto caſu huius nominis auis.

Haurio, ris, hauſi, hauſtum. Inuenitur hauriui, & hauſii, ſcribitur cum h, ſolo uſu non ratione. Nam ſi naturalis eſſet adſpiratio verbo haurio, deriuata ab eo adſpirationem retinerent, ut ſunt Auris, Aurius, Auſter. Non enim in his dicit uſus, vt in haurio. Idcircò autem adſpirandum quidam exiſtimant, ut differat prima perſona perfecti, à nominatiuo pluralis nominis auſus, & ſecunda perſona præſentis indicatiui hauris, ab auris nomin. Et ſignificat accipio, extraho, vt, vocem his auribus hauſi. Tractum ab aura quæ humorem omnem extrahit, atq; exiccat. Et Haurire, eſt audire. Vergilius lib. iiii.
Vocemq́; his auribus hauſi. Itē adſpicere, ut apud eundem, Hauſit cœlum, mentemq́; recepit. Item auide ſumere. Cicer. Cum inexplicabili cupiditate quò fluentius uoluptates undiq; exhauriret, eò grauius ardentiusq́; ſitientem texit. Item vulnerare, vt, latus haurit apertum. Item tenere. Vergilius libro quarto Georgicorum.
Et medium Sol igneus orbem Hauſerat. Item defatigare. Idem, Exultantiaq́; Haurit corda pauor pulſans. Item uacuare. Lucil.
Quando haurire animus Muſarum, & fortia geſtit.
Item luere. Vergilius,
Spero equidem mediis ſi quid pia numina poſſunt
Supplicia hauſurum ſcopulis. Item conſumere.
Liuius libro quinto.
Tam longi temporis opus incendium hauſit.
Huius compoſitum eſt Exhaurio.

Hauritorium, inſtrumentum quo utuntur hauriendo Auguſtinus in quodam Serm. Domine neq; hauritorium habes, & puteus altus eſt.

Hauſto, as, frequenta. ab haurio. Feſt. Exhauſtam efferunt.

Hauſtus, us, ſorbitio. Colume. lib. I. Si deerit fluēs vnda, putealis quæratur in vicino aqua, quæ non ſit hauſtus profundi.

Hauſtus, a, um, participium. Inuenitur apud veteres Hauſtum facere, pro eo quod eſt potare.

H ANTE E.

Hebana, fundamentum vel ſaburra.

Heautontimorumenos, octo ſyllabarū, ſignificat ſeipſum cruciantē. Cōponitur enim ex ἑαυτὸν, quæ apud Græcos adſpiratur, & ſignificat ſeipſum, & τιμορούμενος, crucians. Quo noīe dicta eſt comœdia Terentii, in qua inducitur Menedemus ſeipſum crucians, dum in fundo fodit, arat, aut aliquid facit ſine laxamento, ob filium qui fugerat in militiam.

Hebdoas,

Hebdoas,oadis.ſeptenarius,ab ἑπτὰ,ſeptem,p,in b, conuerſa.Hierony.ad Paulinum, Hoc myſterio hebdoadis & ogdoadis futurus gentiũ prædicator erat inſtruendus.

Hebdomas,adis,& hebdomada,dæ.Latinè ſeptimana,ſpatium ſeptem dierum,& numerus ſeptenarius. Non enim ſolum de diebus dicitur,ſed etiam de annis,& quibuſcũq; rebus qui ſeptenario numero cõprehenduntur. Gelli. Tum ibi addit ſe quoq; iam duodecimã annorum hebdomadã ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta librorum hebdomadas ſcripſiſſe.

Hebdomeconta pente, ἑβδομήκοντα πέντε. id eſt,ſeptuaginta quinq;.

Hebe,nomẽ uxoris herculis,et Iouis filiæ,quæ pocillatrix,& miniſtra poculorum Iouialium eſſe traditur,et Dea iuuentutis putabat. Suidas, ἥβη νεότης ἀκμὴ σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα θεᾶς ἡ βαντήριον τὸ ποι βαντήριον, καὶ ἥβη ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν τριχῶν. id eſt,hebe iuuentus,flos ætatis,& nomen Deæ,& primus pilorum exortus.

Hebeo,bes,hebes ſum. hinc Exhebeo,quod protulit Ambroſius in ſignificatione actiua. Vigorẽ,inquit, mentis exhebuit,hoc eſt,debilem fecit.

Hebes,obtuſus,piger,tardus,& acumine carens. Cic. lib.ii. Acade. Aliàs hebetiora,aliàs acutiora uideantur cornua. Vnde per tranſlationem ingenio hebes dicitur,ſicut etiam obtuſum.

Hebeſco,hebes fio.Cic.lib.i.Tuſcul. Sic mentis acies ſeipſam intuens,nonnunquam hebeſcit.id eſt,obtuſa fit. Salu. Poſtquàm diuitiæ honori eſſe cœpere, & eas gloria,imperium,potentia ſequebatur, hebeſcere virtus cœpit.

Hebeteſco,ſiue hebetaſco, ꝓprie de viſu dicitur,quã oculorum acies minuitur,colliturq;.Ce.

Hebeto,as.penulti.correp.obtundo,obſcuro,Plinius lib.xi. Nãq; & ſpeculi nitorem, ex aduerſo nudati hebetant.

Hebetudo,uel alicuius carentis acumine, vel mentis, ingenii,viſus,ſimiliumq; obtuſitas.

Hebiones, à veteribus pauperes dicuntur, quæ vox indicat contemptum quendam.

Hebræi,dicti ſunt Iudæi, ab Heber qui fuit abnepos Sem filii Noe.Prius hebræi cognominati, ac déinde una detracta litera hebrei,ſicut docet Augu. lib. xvi.Ciui.Dei, Et quia in eius familia remãſit lingua quæ prius humano generi creditur fuiſſe cõmunis, quum gẽtes linguarum diuerſitate ſunt diuiſæ,déinceps hebræa eſt nuncupata. Ab hebræus fit hebraicus,a,um,vt lingua hebraica.

Hebron,Ciuitatis nomen,quæ & Conuallis Mãbre. Gene.xiii. & Arbes,Gene.xxiii. & Cariatharbæ, Ioſue.xv.vocatur.

Hebrus,fluuius in Thracia, qui ab Oeagro flumine ortum habet,vnde Oeagrius dictus. Vergilius,

Tu quoq; marmorea caput à ceruice reuulſum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus,

Habet arenas ex quibus aurum colligitur.

Hecameda, Arſinoi filia, quæ dono Neſtori data eſt, dum ab Achille diripeteretur.

Hecate,penultima correpta,trium poteſtatum numẽ. Ipſa eſt enim Luna,Diana,Proſerpina,quod ſignificatũ vt eius mirabilis potẽtia oſtendatur,vel quòd centum hoſtiis placetur, ſiue quòd centum annos errare facit inſepultos. Dicta eſt Luna ꝓpter uarias effigies,quas quotidie nouas repræſentet, uel propter Lunæ multiplicem virtutem, ſeu propter coronas,quæ multifacie circa Lunam conſpiciuntur. Plinius, ſi aſſiſtunt coronæ circa Lunam,& circa nobilia aſtra. Sunt qui dicant non ab Hecaton,id eſt cẽtum, dici Hecate, ſed quia Sol Hecatos ab Homero dicitur, vt ſit Hecate ſicut à Cynthio Cynthia, à Delio Delia,à Phœbo Phœbe. Dictus autem Phœbus Hecatos,ab Hecas longè,quòd eminus radios ſuos ad nos mittat,& ab hoc dicat iaculari. Hæc triceps dicta,quia (vt inqt Orpheus in Argon.) tria habuit capita,dextrum equinum,ſiniſtrum caninum,mediũ ſuis agreſtis, τρικέφαλος adpellata. Ouidius,

Tuq; triceps Hecate.

Hecate etiam fuit nomen filiæ Perſes,de qua in dictione Oeta.

Hecatombe,ſacrificii genus,in quo ritus hic ſeruabatur,vt centenæ ſui generis mactarentur uictimæ,centum ſues,centum hœdi. Iulius Capitol. Tãtum ſanè lætitiæ in Balbino qui plus timebat vt hecatomben faceret,quod tale ſacrificium eſt. Centum aræ vno loco conſtruuntur,ex ceſpite,ad eas centum ſues,cẽtum oues mactantur. Iam ſi imperatoris ſacrificium fit,centum leones, centum aquilæ, & cætera huiuſmodi animalia feriũtur,quod quidem Græci quondam feciſſe dicuntur, quum peſtilentia laborarent. Vel à numero victimarum, vel quia centum Peloponnenſi vrbes id faciebant,& à numero ſacrificantium compoſita eſt dictio.

Hecatompolis,penultima correpta, habens centum ciuitates.

Hecatompus,qui centum pedes habet.

Hecatompylos,oppidum centum portarum, πυλῶν enim portarum deſignat.

Hecaton,penultima correp. Latinè centum dicitur. Inde per compoſitionem deducuntur.

Hecatontarchus,centurio.

Hecatonchiros,penultima product. quum apud Græcos per ει,diphthon.ſcribatur,ut ἑκατόγχειρος,qualis ille quem Dii Briareum,homines autem Aegæonem adpellant, ut ait Homerus, centimanus Latine dicitur.

Hectæ,aliàs Heta,res minimi ꝓtii,quaſi hieta, ab hio verbo.id eſt,hiatus hominis,atq; oſcitatio. Alii poſtulam dicunt,quæ in coquendo pane ſolet adſurgere,à qua accipitur res nullius pretii.Pompo. Hic homo hectæ me facit.

Hectapales, ἀπὸ τῶν ἓξ παλαιστῶν. id eſt, à ſex palæſtis. Sunt autẽ Palæſtæ ſex quandoq;,videlicet quoties pro Stiphama capiſtur dodrantes ſeni.hoc eſt, palmi ſex. Hi autem ſunt tria cubita.

Hectica febris,non à conſuetudine,ſed ab habitu nomen habet. Hæc non in humore tantum atq; ſpiritu, ſed in ipſis planè coit oſſibus & inoleſcit. Ideo non

Ethica adpellari debet, ſed habitualis. ἔχω, ἕξω.

Hector, Priami regis filius, dictus ab ἔχω, quod eſt habeo, defendo, quum ipſe ſolus defenſor vrbis fuerit. Nam Plato ſcribit ideo Hectorem adpellatum, quòd vrbem contra hoſtium impetum tenuerit, patriamq́ ſeruarit.

Hecyra, ſocrus, penultimam correptam habet. Sūt et qui ſine h, ſcribant.

Hecyros, Latinè ſocer.

Hedera, penultima correpta, ſemper uirens, per ſe ſtare non poteſt, hæret ergo arboribus, hæret & muris quos ſæpicule rumpit, quam Theophraſt. omnium maxime viuacem ſcribit. Huius tres ſunt ſpecies, nigra, candida, & quæ helix uocatur. Dicta Hedera quòd hæret ſemper & ſequatur quicquid proximū eſt, quãuis per diphthongum non ſcribatur. Verg.

Atq; hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

Quidam ab edo deducunt, quòd parietes edat atq; conſumat. Vel quòd edita, hoc eſt, alta petat, & ſic ſine adſpiratione ſcribitur. Huius racemus corymbus dicitur.

Hederaceus, a, um, quod ex hedera eſt, ut corona hederacea.

Hedone, apud nos uoluptatē ſignificat. græce ἡδονή.

Hedra, ſedes Latinè dicitur. vnde fit Cathedra.

Hedui, populi Galliæ poſt Heluetios & Sequanos, in Occaſum vergentes, iuxta quos ex Alpibus fluit Araris.

Hedyoſmos, apud Græcos ſuauitatem odoris ſignificat.

Hedyſmata, Græce condimenta, ſed proprie quæ corpore conſtant.

Hegeſias, Cyrenaicus philoſophus fuit, qui tanta fuit eloquentia (ſicut Valerius Max. ſcribit) ut ſic mala vitæ repræſentaret, vt eorū miſeranda imagine, audientium pectoribus inſerta, multis voluntariæ mortis oppetēdæ cupiditatē ingeneraret. Ideoq; à rege Ptolemæo ulterius hæc de ſe dicere prohibitus.

Hegeſippus, nomen hiſtorici proprium.

Hei, interiectio ingemeſcentis, dat: uo iungitur pronominis, vt hei mihi qualis erat. Cicero, Hei mihi non poſſum hoc ſine lachrymis commemorare. Adſpiratur natura, quòd is animi adfectus adſpiratione melius declaretur.

Heiulo, as, penul. corre. ab hei fit, & ſignificat ſublata voce fleo. Plautus in Aulu. Quinam hic homo ante ædes noſtras heiulans, conqueritur mœrens. Inuenitur & Heiulor deponens.

Helciarius, qui fune carabino nauem trahit aduerſus vndas, vt eſt apud Martialem, De Helcio meminit Apul. lib. ix. Meta. Defectū alloqui me helcio ſparteo dimoto nexu machinæ libertum adplicant præſepio. Et paulò pòſt, Helcio tandem abſolutus refectuiq; ſecure redditus.

Helcium, dicitur quod eſt ante pectus equorum, & id genus animalium, ab armis, id eſt, humeris pendens inſtrumentū, quo & molæ, illi per machinulā innexæ, verſantur, & carricula per temonem trahuntur, vnde & nomen accepit, ἕλκω enim Græce, traho Latine dicitur. Hinc Helciarius.

Helei, penul. prod. populi in Peloponneſo clariſſimi, ꝓpter delubrū Iouis Olympii, ludosq; Olympicos, quorū præfecturā Helei habuerūt, vnde Helei equi, & Heleus carcer ſæpe leguntur. Lucanus,

Quantum clamore iuuatur Heleus ſonipes.

Helena, næ, ſiue Helene, es, penul. cor. Caſtoris & Pollucis ſoror, et Menelai Lacedæmoniorū regis uxor, à qua Helene inſula uocata eſt, quòd in ea primum Paris cum Helena dicitur concubuiſſe. Multi fuerūt qui ſcripſerunt de laudibus Helenæ, ſed in primis mihi videtur Demetrius Moſchus excellere, qui de ipſa ita ſcribit, quòd pulchritudo Helenæ non fuit caduca, ſed ſemper florens, & quòd Venus fecit nutriri Helenam à Gratiis ſuis, vnde ait,

Καὶ μὶν τήνδε θεοί περ ἰδ' ἄμβροτοι ἀγορόωντες,
Τεκτομένην, μεγάλου κούρην Διός, ἀδ' ἐφιλοῦντο,
Αὐτίκα, δὲ χαρίτεσσι μετηύδα τοῖα ἀφροδίτη,
Δεῦτε φίλαι τὴν μοὶ ἀτιτάλλετ' ἐς ἐνιαυτόν,
Οἷον ἐμὸν πολύχαρμον ἰθρέψατε ἀμβροτον υἱόν.

id eſt, Hanc autem Dii inſpicientes terruerunt parientem, magni Iouis filiā, & amauerūt, ſtatim vero Gratiis talia locuta eſt Venus, Venite charæ, nutrite ut decet multū fructum, nutrite immortalem filiam.

Helenium, frutex ſeu herba, qui ex Helenæ lachrymis fingitur, natus in Helene inſula. Fauere creditur formæ, & cutem nutrire incorruptam, Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in vino pota.

Heliades, patronymicum fœmininum ab helios, qui eſt Sol. Nam ſorores dicuntur Phaetontis.

Helice, vrbs Achaiæ, quam mare abſorbuit, de cuius nomine urſæ ſydus fortaſſe uocatum eſt à poetis, quod Caliſto Lycaonis regis filia, quæ ex uiſo cum fillo in ſtellas uerſa eſt Arcas fuerit.

Helicon, penultima correp. mons Bœotiæ iuxta Thebas, atq; ut Strabo libr. ix. ſcribit, Phocidi vicinus eſt, non procul à Parnaſo, eiq; æmulus & altitudine & circuitu, qui & ipſe Apollini quoq; ſacer & Muſis eſt, unde Heliconiades Muſæ ſunt adpellatæ. Dictus Helicon ab Helicone, qui ibi cum Cithærone fratre ſingulari certamine pugnauit, vt quidam tradunt.

Helicteres, inaures ſunt, ſicut docet Iulius Pollux, q & Helicæ dicūtur à claiculis quas helicas uocant.

Helimus, vnus ex centauris.

Heliocaminus, penul. produ. vaporariū quoddam ſolare, non ad ignis uſum, ſed ad ſolis, veiut id quod vulgò lumina dicitur, & in Padana Gallis Lucerio. Vlpianus in ſeruitutibus urbanis. Si arbor, inquit, in heliocamino uel ſolario Solem adimat, dicendū erit, quia umbram facit in loco cui Sol fuit neceſſarios contra ſeruitutem impoſitam fieri.

Heliochryſos, herba eſt aureū florem producens.

Heliocopis, nomen Nymphæ.

Heliodorus, nomen viri proprium.

Heliogabalus, penulti. produ. Antonini Caracallæ filius, qui ad imperium adſumptus fuit matris ingenio apud Anthiochiam.

Heliopolis, penulti. correp. ciuitas Aegypti, inter Alexandriam et Coptum à Græcis Thebæ dicta, quaſi ciuitas Solis. Altera eſt in Cilicia, Chryſippi ſtoici patria.

Helios, græcè ἥλιος, Latinè Sol, inde heliac*, ſolaris.

Helioſcopium, Dioſcorides arboreſcum fruticem uocat, ſimilem ficui, ſed minorē, folia ſimilia platano, ſed maiora, lenia & nigriora, ex quo exprimitur oleum cicynum. nam Cicy, ille frutex alio nomine dicitur. Cornucopiæ.

Helioſelinum, genus apii, quod ſponte in humidis naſcitur uno folio, nec hirſuto. Ce.

Heliotropium, herba ſolaris, dicta quòd ſe cum Sole circumagat, etiam nubilo die, ac nocte. Varro, Nec minus admirandum, quod fit in floribus quos uocāt heliotropia, ab eo quòd Solis ortum mane ſpectant, & eius iter ita ſequuntur ad Occaſum, ut ad eum ſemper ſpectent.

Helis, Arcadiæ oppidum, iuxta quod fiebant certamina Olympica. Cornucop.

Helius, proprium nomē uiri à Sole, qui Græce ἥλιος dicitur.

Helix, genus eſt ſalicis breuiſſime, capitur etiam pro hederæ ſpecie. Quod autem Græci uocant helicem, nos clauiculam & pampinum & capreolum, ut in uite dicimus.

Hellanodices, Latinè iudex certaminis dicitur.

Hellas, nomen fluminis, et regionis Achaiæ (vt inquit Ptolem.) à noſtris Græcia adpellata, à Græco, q primus in ea regnauit. A' cuius filia uocata eſt Attis. Deinde ab Hellene, Deucalionis filio, dicta fuit Hellas. incipit ab Iſthmo Corinthio, ſiue ſtructura Peloponneſi, & ad littora Aegæi maris porrecta, uſq; in Macedoniā & Theſſaliam, quam cum omni Bœotia intra ſuum nomen includit, extenditur.

Helle, es, nomen Athamantis regis Thebarum filiæ, à qua Helleſpontus.

Helleborus, & helleborum, penul. correp. dicitur herba purgatoria, optimum quod in Anticyra circa helleborum fluuium gignitur, atque inde à Græcis helleborus adpellatur. Horatius,

Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco.

Hanc herbam Romani alio nomine ueratrū dicunt, pro eo, quod ſumptum motam mētem in ſanitatem reducit. Duo ſunt eius genera, albū ſcilicet & nigrū. Album quod uomitione cauſas morborum extrahit. Nigrum, quod purgat per inferiora. Scribitur ſecundum Apul. per h, ſed apud Græcos non adſpiratur. Melampus medicus Amythaonis filius, helleborum inuenit, quod melampodium uocant. Alii dicunt paſtorem eiuſdem nominis inueniſſe, quum capras paſceret. Columella,

Sed negat helleboros & noxia Galbana ſucco.

Hellenes, Deucalionis filius, à quo Græcos Hellenes, nonnulli credunt fuiſſe nominatos.

Helleſpontus, fretum anguſtum, ab Aegæo in Propontida, et ubi ſunt illæ anguſtiæ, ſeptem tantum ſtadiis Aſiam ab Europa diuidentes. Ibi enim Hella in Pontum decidit. Vnde qui prius Pontus dicebatur, Helleſpontus vocatus eſt.

Heloi, vocant hebræi Deum, ſignificatq; robur & potentiam, vt ſit nomen Dei, quaſi omnipotens. Plato vero Deos (id eſt Græce theos) à thein, quod eſt currere deriuat, ſtellas enim quæ ſemper mouent, Deos adpellabant.

Helorus, penul. produ. Siciliæ fluuius. Fuit etiam eo nomine Iſtri fluminis filius, qui ab Aiace occiſus eſt in ea pugna, quā Græci cum Telepho rege Myſorum habuerunt.

Heluacia, genus ornamenti Lydii, dictum à colore boum, qui eſt inter rufum & album, adpellaturq; Heluus, quamquam hæc eadem uox, apud ueteres ſaburram ſignificaret.

Helucla, ſunt holera minuta (vt inquit Feſtus) quoniam helus, & heluſa ueteres dicebant, pro holus & holera.

Heluetii, populi germaniæ iuxta lacū herciniæ ſyluæ.

Heluo, uorax, inſatiabilis, & imoderate ſua bona ingurgitans, quaſi omnia luens. Terētius in Heauton. Gerro, iners, heluo, iners, ganeo, damnoſus. Cicero per tranſlationem Heluo librorum dixit, quaſi guloſus. id eſt, nimis auidus librorum. Et adſpiratur ut ab eluo ſuo primitiuo differat, ſiue ut auiditas illa magis exprobretur (vt inquit Feſtus) Fit enim uox incitatior.

Heluolū, apud Catonē eſt color inter rufum & albū, vnde heluolæ. Colu. lib. iiii. Sunt & heluolæ, quas nōnulli uarias adpellāt, neq; purpureæ, neq; nigræ, ab heluo (niſi fallor) colore uocitatæ.

Hellxine, herba ſic dicta, ἀπὸ τοῦ ἕλκω, id eſt traho, quoniam cauliculos leuiter rubentes habet, & ſemina in capitibus lapaccis, quæ veſtibus adhæreſcunt. Ce.

Hem, interiectio corripientis ſeipſum, uel indignantis, vel admirantis, vt, hem nos homunculi. Apule. Hem hominis audaciam. Quandoq; demonſtrantis eſt. Teren. in Andr. Hem puer, hercle puer eſt. Et adſpiratur propter maiorem ſonum.

Hemeridion, Latinè diurnale, vel quòd parum diem durat.

Hemeris, genus eſt arboris glandem ferens. Ce.

Hemerodromi, dicuntur curſores, qui die uno ingēs ſpacium curſu emētiebantur, inter quos clariſſimus fuit Philonides, Alexandri Magni curſor. Inter mancipia erant curſores, vt ex iuriſconſultis patere poteſt. Paulus lib. iii. de legat. Quod ſi alii uerne ſint, curſoribus cedent.

Hemicadia, vaſa dimidii cadi. Ce.

Hemicranici, ſunt qui dimidia parte capitis laborāt, quemadmodum Cephalea quo totum caput infeſtatur. Dicti hemicranici, ab hemicrania, quæ & hemicranea dicitur.

Hemicyclum, ſedes, ſeu cathedra ſemirotunda. Græce ἡμικύκλιον.

Hemicyclus, medius circulus, nā Cyclus, circulus. Eſt enim facta in medii circuli formā. Cicero in Lælio, Tum memini domi in hemicyclo ſedentem.

Hemina, penult. produ. menſuræ genus, qua uinum et frumentum metiebatur, et dimidium ſextarii contine-

riæ, quaſi ſemiſextaria. Gelli.lib.iii. Si ex ſextario hemina fuſa eſt, ſed dimidium tertio. Inde heminaria, quaſi mediocris.

Hemiola uſura, quæ continet totum et dimidium, ab ἡμι, dimidium, et ὅλον, totum, ut ſi de quatuor ſolidis in fine anni accipiantur ſex.

Hemiolus, quædam Arithmetica proportio, continẽs aliquem totum numerum atq; eius dimidium, ut ſe habent tres ad duo, et quindecim ad decem.

Hemionium, herba quæ alio nomine aſplenon dicit, cuius uis eſt contra ſingultus omnes.

Hemiplexia, pen.prod. paralyſis. hoc eſt, ſemiapoplexia, quum in alteram tantum partem corporis malum id incubuit, nam quum totum afficitur Apoplexia nominatur. Nunc utrunq; (inquit Celſus) paralyſin adpellari uideo.

Hemis, apud nos traducitur ſemis. Græce ἡμισύ, dimidius.

Hemiſpheria, duo ſunt latera ab Oriente diuiſa ad occaſum.

Hemiſphæriũ dimidia ſphæra. hoc eſt, cœli dimidiũ.

Hemiſtichion, dimidius uerſus. nam στίχος uerſus dicitur.

Hemitogium, dimidia toga.

Hemitritæus, ſemitertiana febris, ſic dicta quòd parte aliqua tertianã præſentet tertio die, ut illa repetens, non tamẽ ut illa diem unã præſtet integrũ, ſed inter horas. xxxvi. plus uel minus porrigitur. Hiero. in diuo hilarione, ibi ſiue ob corruptum aerem, ſiue propter gloriã hilarionis ſerui Dei hemitritæo pariter arrepti omnes, à medicis deſperati ſunt.

Hemodes, inſulæ ſeptem in Oceano Germanico.

Hemorobios, ſignif. diarii uictũ, quo nomine dictus eſt Diogenes Cynicus philoſophus. Eſt et hemorobius uermiculus, quòd uitã diei habet, ἡμέραν enim Græci diem dicunt βίον, uitam.

Hemus, mons in Tracia, excelſitate conſpicuus, ex cuius uertice uulgata opinio eſt, Ponticum ſimul et Adriaticum mare, et hiſtrũ amnem, et Alpes conſpici poſſe. Nam eius excelſitas ſex milia paſ. continet. Dictus hemus, à nomine regis hemi. A' cuius ſorore alter quoq; mons Rhodope nominatur, in quos transfiguratos eſſe Rhodopen et hemum fabulæ canunt. Ouidius. lib. vi. Metam.

Threiciã Rhodopen, habet, angulus vnus et hemũ,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quõdam.

Poſſet etiam hoc nomen deduci ἀπὸ τοῦ αἵματος. Id eſt, à ſanguine. Eſt et Hemus nomen Græculi hiſtrionis, cuius meminit Iuuenalis,

Et nomen famoſi latronis.

Hendecaſyllabus, verſus vndecim ſyllabarum, qualis ille Catullianus, Paſſer deliciæ meæ puellæ.

Hemula, parua delubra, in qua loco f, ponitur aſpiratio, quaſi famula.

Heo, interiectio. Plautus in Ciſ. Heo tu quàm nos.

Hepatites, gemma eſt. Ce.

Hephæſtides, genus lapidis, dictus quòd in Sole additus aridam materiam dicatur accendere ignis modo, quem poetæ à Vulcano Ephæſton uocant.

Hephæſtos, proprium viri, et nomen Vulcani.

Hepiolus, papilio, qui lucernarũ luminibus aduolat.

Hepta, apud nos ſeptem, et aſpiratur cum ſuis deriuatiuis.

Heptapachys, pen.cor. menſura ſeptem cubitorũ, vnde Achilles Heptapachus eſt adpellatus.

Heptaphonon, quod habet ſeptem voces.

Heptaphorus, nomen viri proprium.

Heptaporus, fluuius dictus, quia ſeptem locis vadari poteſt eadẽ via, propter quod et Polyporos (ut Strabo inquit) adpellatus eſt.

Heptaporus, id eſt, ſeptemfluus, ſiue ſeptẽuadus, quo nomine dictus eſt Rheſus fluuius Troianus.

Heptapylos, pen.correp. Latine dicitur ſeptem portas habens.

Heptememeris, cæſura eſt, quum ſyllaba naturaliter correpta producitur, quod ſolet fieri in principio quarti pedis, vel ſeptimæ ſyllabæ, ſi tres ſpondæi præcedãt, quaſi ſeptima dicaſ diuiſa pars ab ἑπτά, ſeptem. et μερίζω, diuido. vide in dictione Cæſura.

Hera, Iunonis nomen apud Græcos, id eſt aeris, nam ἀήρ apud Græcos ſæpius repetitum heram facit.

Heraclea, dicebatur quæ nunc Calpæ in finibus Europæ et olim Perintus vocabatur, ciuitas Boſphoriana, à qua Dionyſius philoſophus, Zenonis diſcipulus, heracleotes à Cicerone in Tuſcu. adpellatus eſt, vbi fuit amphitheatrum vnum, è ſeptẽ ſpectaculis. Fuit et alia heraclea in radicibus Oetæ montis, quã Aſaris fluuius alluit, alia in Ponto, alia iuxta oſtia Rhodani, alia in Campania, quæ et herculeanum dicta eſt.

Heracleæ, oppidum proximum Neapoli, incumbens mari.

Heracleon, herba ab hercule inuenta, quã alii Origanum Heracleuticum ſyluestre dicũt quoniã eſt origano ſimile, alii Timalũ dicunt. Naſcit in aquoſis, ſolis magnis, et in ſũma aqua flore lilio ſimili, et quũ defluxerit capiti papaueris. Eſt et alia herba heracleon ſyderion, caule tenui digitorum iiii. altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes et lacus naſcens, et omnia vulnera ferro illata efficaciſſime ſanans.

Heracleopolis, nomen trium ciuitatum. Vna eſt in Aegypto, ex qua Theophanes phyſicus, Altera non longè à Peluſio, Tertia ſecũdum Nili oſtium, quod Canopicum eſt.

Heracleotica nux, quære in dictione Iuglans.

Heraclides, pen.cor. nomẽ philoſophi qui Heracleotes fuit ex Ponto. Hic opulentus Athenas venit, dedit; ſe in diſciplinam Speuſippo. Pythagoræorum auditor fuit, Platonis ſtudioſus, Fuerunt ingenii illius monumenta præclara. nam dialogos et tragœdias ſcripſit. Fuerunt et alii multi heraclidæ, ingenio et doctrina inſignes.

Heraclitus, penultima producta nomen proprium philoſophi Epheſii, Græce ἡράκλειτος, ei diphthong. Lucretius,

Heraclitini, quorum dux agmina primus.

Hic ille eſt qui quoties domo egrediebatur, flebat,

ſicut Democritus ridebat, alteri omnia quæ agimus miſeriæ, alteri ineptiæ videbātur. Cognominatus eſt Scotinos, quaſi tenebricoſus. De induſtria enim obſcurabat ſtylum. Ideo quòd eius volumina philoſophi ſudantes uix intelligunt. Fuerunt alii quatuor Heracliti. Primus poeta Lyricus, Secundus Halicarnaſſeus, ſummæ elegantiæ, Tertius Lesbius, qui Macedonum ſcripſit hiſtoriam, Quartus vir ridiculus.

Heraclitus, Imperatoris proprium, ab Hercule deductum formatione Græca. Cc.

Herceus, dictus eſt Iupiter, quem etiam penetralem vocabant, qui intra conſeptum domus cuiuſq. colebatur. Græce enim hercos, ſeptem clauſtrumq́ nominatur. Ouidus,

Cui nil Hercei profuit ara Iouis.

Hercinia ſylua, eſt Germaniæ, cuius latitudo eſt itinere nouem dierum.

Hercinii, populi ſunt vetus Pelaſgorum colonia. Cc.

Herculanum, fuit Campaniæ oppidum.

Herculanus, na, num. nomen poſſeſſiuum. Eſt et Herculanus nomen proprium, ab Hercule deriuatum. Gellius libro primo adiectiuum poſuit. Comprehenſa, inquit, menſura Herculani pedis ſecundum debitam membrorum omnium inter ſe competentiam modificatus eſt.

Herculeius, fuit vir Romanus, qui Marianas partes fouit cum Sertorio.

Hercules, cognomen, uel fortaſſe potius agnomen Iouis et Alcmenæ filii, qui ob fortitudinem et gloriá creditus fuit, quòd inter Deos ſit relatus. Fuiſſe autem tres Hercules ſcribit Diodo. Alii ſex autumant. Primus qui certauit cum Apolline de tripode. Alter Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias literas conſcripſiſſe. Tertius ex Idæis dactylis, cui inferias afferunt. Quartus Iouis filius, ex Aſterie Latonæ ſorore, qui Tyri colitur, filiamq́ habet Carthaginē. Quintus in India, qui et Belus dicitur. Sextus Thebanus, ex Alcmena et Ioue tertio genitus, cui aliorū geſta adſignant. Herodotus ſcribit Herculem vnum eſſe ex duodecim Diis Aegyptiorum, Græcosq́ ab Aegyptiis hoc nomē mutuatos inditiſſe filio Amphitryonis. Varr. xliiii. Hercules nominat. Veruntamen omnes qui robore præſtiterūt hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio adpellatos fuiſſe affirmat. Macrobius aſſerit Herculem eſſe Solem, quaſi Heraclē, idq́ ex nomine clareſcere. Hercules enim nihil aliud eſt, quá heras, id eſt, Iunonis, id eſt, aeris, cleos, id eſt, gloria vel laus. Quæ porrò alia eſt aeris gloria, quàm Solis illuminatio? Item dictus eſt xii. labores confeciſſe, quia Sol annuo curſu xii. ſigna zodiaci luſtrat et eſficit. Ab Hercules, Herculè, et Herclè, Mehercules, et Mehercule; aduerbia iurandi.

Herculeum promontorium Locrenſe, de quo Strabo libro primo.

Herculeus, a, um, apud poetas dicitur, quoniam breue inter duas longas heroicus verſus non admittit, ut,

At ſinus Herculei ſi vera eſt fama Tarenti.

Et modo poſſeſſiuum eſt, modo accipitur pro forti, vt Herculea vis. Herculeus homo. Modo pro immenſo, ut Herculeum opus. Herculeus etiam morbus dicitur comitialis, quoniam hunc morbum paſſus ſit hercules, vnde et ſacer eſt adpellatus, et maior morbus propter grauitatem.

Herebus, penultima correpta. profunditas inferorū dicitur. vide in dictione Erebus.

Heri, ab hærendo quidam dici putant, quòd heſternus dies hodierno diei cohæreat, ſine diei alterius interpellatione. Dicitur etiá here, propter cognationem litterarum i, et e, vt veſpere et veſperi. Ab heri fit heſternus, a, um, ſicut à cras craſtinus. Et accipitur heſternus pro pridiano, Terentius; Iure heſterno panem atrum uorent.

Herleius, animal ſic dictum, quòd ſetis horreat. Hic et herix dicitur et herinaceus, in ſepibus dumoſis, et vineis per autumnum præcipue diuerſatur. Conditur in arboribus hyeme, et cibis per æſtatem paratis veſcitur. Vbi ſenſerit venatores, contractis ore et pedibus, conuoluitur in formam pilæ, ne quid comprehendi poſſit præter aculeos. Sunt è genere eorum maiores hiſtrices, quibus longiores aculei, de quibus infra.

Herillus, Calcedonius philoſophus, Zenonis diſcipulus fuit, qui quum audiſſet ſcientiam laudatam eſſe ab Ariſtotele et Theophraſto, ſummum bonum in ea poſuit.

Herimus, unus ex Centauris. Cc.

Herma, æ, etiam Mercurius dicitur, quáuis etiá quandoq; ſumatur pro ſtatuis et ſigillis, præcipueq́ iunctis, et quorum capita permutari poſſunt. Cicero ad Atticum lib. vi. Hermæ illi tui pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc admodum me delectant. Probus Aemilius in Alcibiade, Id quum adpareret priusquàm claſſis exiret, accidit vt vna nocte omnes hermæ q in oppido erant Athenis deiicerentur, præter unum qui ante ianuam erat. Suidas dicit hermas ſtatuas dictas, quòd plurimum Mercurii ſtatuæ dediníerentur. Hæ etiam hermæ viriles ſtatuæ ad propagandam defuncti memoriam ſepulchris erigebantur. Solebát autem Romani Mercurii, ac Mineruæ ſtatuas coniungere gymnaſiis, dicareq́, quas Hermathenas Cicero nominat. Quod ad me de hermathena (inquit) ſcribis, per mihi gratum eſt ornamentum academiæ, propriū meæ, quòd et hermes cōmunë omnium et minerua ſingulare inſigne eius gymnaſii. Quidam hermas accipiūt pro lapidibus quadratis, quos Athenienſes ſolebát ponere, tum in priuatarum, tum in ſacrarum ædium veſtibulis, vt ſignificaretur rationem et veritatem perinde vt formam quadratam rectá ſemper ſtare. Dicti hermæ à Mercurio, qui eſſet Deus rationis et veritatis.

Hermaphroditus, penulti. prod. Mercurii et Veneris filius, compoſitum nomen ab Hermete, et Aphrodite quod Venerem ſignificat, à quo hermophroditi, dicti ſunt vtrūq; ſexum habentes. Ii etiam Androgyni dicuntur, qui vtrunq; ſexum habent.

Hermenia, Latinè interpretatio. unde Perihermenias Ariſtotelis, liber de interpretatione.

Hermetii,populi Moſchorum ſunt propè Colchos. Cornucopiæ.

Hermes,is,et hermetis,dicitur Latine quaſi interpres, Mercurius dictus eſt,ab ἑρμηνεία. id eſt,ſermone. Præſtabat enim eloquentia, quem effingebant alas in capite et pedibus habentem, quòd ſermo hominum per aera uolitet.

Hermias,eunuchus,trapezitæ cuiuſdá famulus, Athenas profectus, Platonem, Ariſtotelemq́; audiuit,et domum reuerſus cum domino ſuo Acarnenſes,et Aſſenſes aggreſſus,eos ſubegit,et illis ſimul cum domino imperauit. Hermias,etiam puer fuit,quem delphinus in mare portabat.Cr.

Hermodorus,pen.prod.fuit philoſophus Epheſius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iureconſul. tradit autorem fuiſſe duodecim tab.ferendarum decemuiris.Plinius dicit hunc fuiſſe interpretem legũ decemuiralium,eiq́; ob,id ſtatuam publice dicatá. De hoc Strabo lib.xiiii.In Epheſo fuere viri memoratu digni,ex antiquis Heraclitus.Iſtē Hermodorus, de quo hic idē inquit.Dignos eſſe omnes Epheſios ſtrangulari,qui hermodorum uirum inter eos frugi eiecerunt,dicentes,Nemo noſtrum frugi eſto,alioq cum aliis eiiciatur.

Hermogenes,penultima correpta nomen proprium, Latine dicitur Mercurio genitus.Contra quem cauillatus Cratillus,eum hermogenem non recte dici, quia doctrinæ ſcilicet atq; eloquentiæ nihil ſapiat.

Hermoglyphus,marmorarius et ſtatuarius

Hermon,mons longè diſiunctus ab hieruſalem,tráſ Iordanem,nomen hebræum,quod interpretatur lignum exaltatum. Hermon,ſtatio piſcatorum in Peloponneſo.

Hermopolis,penult.correp.nomen vrbis quam hermes condidit.

Hermopolium,officina ubi officinatores ſtatuarum habitant.

Hermupoa,herba quam Mercurialem herbá vocant, quaſi Mercurii pabulum.Ce.

Hermus,fluuius qui Smirnæ campos interſecat, delapſus à monte Dorylao,Phrygiam ſcludit à Caria. Hic ſuperfuſus campis,gignit fertilitatem,vnde harenas aureas fingitur trahere.

Hernia,commune eſt nomen tribus morbis, ſcilicet Enterocelæ.Epiplocelæ,et Hygrocelæ.Enterocela enim dicitur,quum inteſtina dilabuntur in ſcrotum, Epiplocela,quum omentum,Hygrocela,quum in alterum è teſtibus humor conſiſtit.Has ſpecies noſtri vocant hernias (vt inqt Celſus)à duricie pellis,quæ fit poſt inteſtinorum deſcenſum. Hernium enim durum et aſperum dicitur.Tractum à Sabinorum lingua,qui Herna ſaxum vocant. Mart.Deriſor Fabianus hernîarum,omnes quem modo colei timebant dicentem tumidas in hygrocelas.Ramices vero has ſpecies ſub ſe continent.Parocelam, quæ eſt quaſi ex abſceſſu aliquo,circa ſcrotum materia ſubduruit. Sarcocelam,quū in ipſo ſcroto cōcreuit caro.Cirſocelen,quū venæ intumuerunt,tunicis teſtiū integris, vel in ipſo ſcroto,vel quum bubonocela dicitur in inguine.Eſt iā vbi Pli.Entrocelam dixerit ramicem, vt in medicinis cupreſſi.Differt ab his Brōchocela, quippe quæ in ceruice ſit,quaſi tumor magnus et rotundus inter cutem et aſperam arteriam qua modo caro hebes,modo humor aliqs includitur. Interdū etiam minutis oſſibus pili immiſti,vt in Celſo li.vii. perperam ſcribatur bronchocelæ. Sunt etiam qui Herniam interpretentur pro teſtium theca, ut illud Marti. Ingens iratis adparuit hernia ſacris.

Hernici,populi in Campania,ſaxa incolentes.Hos tū Hernicos adpellatos voluit Macrobius,q Herniū deducit à nomine Hernici Pelaſgi,qui eorum fuit dux.

Herniosus,pro eo qui herniam patitur Hieron.in Leuit.Si cæcus fuerit,vel hernioſus,non accedet offerre hoſtias domino.

Herodes, Antipatris Idumæi filius, anno.x. Auguſti, rex Iudæorum à Romanis declaratus eſt,regnauitq́; annis.xxxvii.Hic vir ſtrenuus Samasiam olim in cineres redactam,à fundamentis erexit, eamq́; in honorem Auguſti, Auguſtam,id eſt,Sebaſten adpellauit.Crudeliſſimus tamen fuit,qppe qui multos iniuſte occiderit.Nam oēs legis interpretes,præter alias multas neces,et paruulos Bethleemitas gladiis interemit.Quo facto,mox intercutis morbo percuſſus, ſcaturientibus toto corpore vermibus,extinctus eſt. Fuit alius Herodes Antipas,huius filius, præfectus Galileæ,poſt Archelaum,impiiſſimus fuit. Nam in ciues ſicarius,in nobiles latro, in ſocios populator habitus eſt vxorem Philippi fratris duxit, Ioannem Baptiſtam occidit,et dominum noſtrum illuſum Pilato remiſit.Tandem Lugdunum à Caio Cæſare relegatus, ibi vitam finiuit. Tertius Herodes dictus Agrippa,Ariſtoboli filius,q Iacobū occidit. Alius herodes fuit Atticus qui Græca oratione (inquit Gelli.)ferè vniuerſos grauitate, atq; copia,elegantiaq́; vocum longè præſtitit.

Herodius, et Herodion auis, falco vulgò dicta, ſiue ardea.

Heroidas,veteres fœminas clariores dixerunt, quales ſunt heroū vxores et filiæ. Papinius li.iii. Syluarū, Qua veteres Latias Gratiasq́; heroidas æquas.

Heros,à Iunone dicitur(inquit Augu.lib.x.Ciui.Dei) Nam Græce Iuno Hera adpellatur. Et ideo neſcio quis filius eius ſecundū Græcorū fabulas Heros fuerit adpellatus.Hoc videlicet velut myſticum ſignificante fabula,quòd aer Iunoni deputetur, vbi volūt, cū dæmonibus heroas habitare. Quo nomine adpellant alicuius meriti animas defunctorum. Et lib. vii.Inter Lunæ gyrum et nymborum ac ventorum cacumina,aerias eſſe animas,ſed eas animo nō oculis videri et vocari heroas,et lares,et genios. Mar. Capella in nuptiis philologiæ dicit Heroas, ab hera, q̄ terra dicit nuncupatos.Hinc Heroicus,a,um,et herois,idis. Michaius autē Etym. [illegible] Heros vir diuinus,eſt ſemideus,generoſus,dicitur ab amore virtutis,cuius cauſſa pericula et labores,ſupra mortales

ſer eleuatur eligit.

Herpes, animal ſic dictum, quòd eo præcipue ſanent ea quæ ſerpunt.

Herpeta, penultima correpta morbus qui ſerpit ſicut ſcabies. Macer.

Hanc fugit adpoſita ſacer ignis, et herpeta mordax.

Herpetæ, dicuntur hulcera quæ ſerpunt. Ce.

Herſilia, nomē vxoris Romuli, quæ in rorem verſa tēpla cum Quirino tenuit. Eſt autem Herſe apud Græcos, quod apud nos eſt ros.

Herus, dominus, aſpiratur vt differat à verbo futuri temporis Ero.

Heſaias, nomen prophetæ propriū qui nobili genere ortus, in Hieruſalem prophetauit, nihil ruſticitatis in ſermone habens. Qui non tam propheta, quàm euangeliſta fuit. Vniuerſi enim Chriſti, eccleſiæ que myſteria, ad liquidum proſecutus eſt, vt non putes eum de futuro, ſed de præterito hiſtoriam texere. Tandem ſub Manaſſe rege ſectus in duas partes, occubuit.

Heſione, nomen Laomedontis filiæ.

Heſperia, duæ ſunt, vna quæ Hiſpania dicitur, altera Italia, quæ ſic diſcernuntur. Aut enim Heſperiā ſolā dicimus, et ſignificat Italiam. Vergilius,

Eſt locus heſperiam Grai cognomine dicunt.

Aut addimus vltimā, et ſignificat Hiſpaniā quæ in Occidentis eſt fine. Hora. Qui nunc heſperia victor ab vltima. Et hæc ab heſpero Occidentali ſtella dicta eſt. Italia vero ab heſpero Athlantis fratre, qui à germano pulſus, Italiam tenuit, et ei nomē vel propriū, vel ſuæ priſtinæ regionis impoſuit. Macrobius tamen voluit heſperiam dictam eſſe Italiam, quòd Occaſui ſubiecta ſit.

Heſperides, penultima correpta adpellatæ ſunt Heſperi fratris Athlantis filiæ, Aegle, Arethuſa, et heſpertuſa. De his eſt fabula, quòd habuerint hortos, nemore aurifero precioſos, vbi erat draco cuſtos peruigil, mala aurea vigilanter obſeruans, quē interfecit Hercules, pomaque aurea retulit ad Euryſthea. Plinius et Solinus interpretātur fuiſſe æſtuarium maris, meatu flexuoſo, inſtar draconis, quod hortos Heſperidum amplectebatur, vbi præter oleaſtrum aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Varro per mala aurea, oues ſignificari dicit, quas hercules ex Aphrica in Græciam exportauerit. Ea enim ſua voce Græci adpellant mala, apud quos μῆλον, id eſt, malum, ſignificat ouem et pomum. Hinc Melotæ dictæ veſtes ex pellibus ouium confectæ. Aliter tradit Diodo. libr. v. bibliothecæ, quem videre potes.

Heſperum, promontorium in Aphrica eſt, nauigatione decem dierum ab Oenothema monte.

Heſperus, penultima correpta, Athlantis frater, à quo heſperia. Scribit Diod. hunc Heſperum conſcendiſſe cacumen mōtis Athlantis, ad curſus aſtrorum obſeruandos, et nunquam deinde comparuiſſe, cui vulgus honores diuinos exhibuit, aſtrumque lucidiſſimum eius nomine adpellauit, de quo Vergil.

Ite domum ſaturæ venit heſperus ite capellæ.

Hæc etiam ſerotina ſtella Veſper dicit, vt apud eundem lib. i. Georg. Quid Veſper ſerus vehat.

Similiter Veſperugo nominatur. Plaut. Nec Veſperugo, nec Vergiliæ occidunt. Rurſus et illa eadem excogitata ſtella à Pythagora primum fuit, quæ ante Solem oriri conſpicitur, tunc quoque Lucifer nominatur, quæ Græce φώσφορος dicitur. Vergil. in Damone, Naſcere præque diem veniens age lucifer almum. Quandoque etiam à nobis Iubar transfertur, eò quòd eius ſplendor in modum iubæ leonis diffundatur. Similiter et Venus adpellatur ſiue in die, ſiue in nocte.

Heſternus, na, num. vide in dictione heri.

Heſtræa, Theſſaliæ pars apud Strabonem et Ptolemæum, ſed apud Homerum oppidum eſt in Eubœa. Stephanus vrbem dicit in Acarnania.

Heterocliton, quaſi alternè declinatum. Nam cōponitur ab ἕτερος, & κλίνω.

Heterocraneas, vocant morbum capitis, quum caput inæqualiter dolet tumetque, et inter pilos rotunda et humida hulcuſcula ſurgunt, et pus mali odoris.

Heterogenus, na, num. pen. cor. quod eſt alterius generis. Dicitur et Heterogeneus.

Heteromaſchals, quæ ex altera tantum parte villoſa ſunt, et ſeruitiis dedicata, ſicut Amphimaſchala, et Amphimalla, quæ ab vtraque parte villoſa, et ingenuis delicata ſunt.

Heteron, Græcè Latinè alterum ſeu reliquum dicit.

Heteronyma, vide in dictione homonyma.

Hetruria, Hetruſcus, quære Aetruſci.

Heu interiectio dolentis, iungit accuſatiuo pronominis. Teren. Heu me miſerū. Nā per exprobrationē indigitur eſt nomine. Verg. Heu ſtirpem inuiſam. Et eſt nominatiuo. Idem, Heu pietas, heu priſca fides. Interdum geminatur, et nulli caſui ſeruit. Idem, Heu heu quid voluit. Aliquando etiā dicitur Eheu. Aſpiratur ſicut et hei eadem ratione. Interdum heu eſt duarum ſyllabarum, propter metrum, vt, heheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo. ſicut prændit, et prehændit.

Heuoe, interiectio metuentis. Ouidius,

Heuoe Bacche ſonat.

Heus, aduerbium vocantis. Vergilius,

At prior, heus inquit iuuenes monſtrate mearum

Vidiſtis ſi quam hic errantem forte ſororum.

Aliquando duplicatur. Heus heus, Nonnunquā interiectio dolentis eſt, ut, Heus etiā menſas conſumimus inquit Iulus. Aſpiratur que magis uſu, quum et Feſt. à Græco ai, trahere videatur, quæ uox doloris eſt, vnde et ægritudinem deductam eſſe tradit. Eu vero Græca dictio, quæ, multorum nominum cōpoſitionem init, aſpirationem nō habet, ut, Euſebius, Euſtathius, Eugenius.

Hexaclinum, vocatur ſtibadium, hoc eſt, cœnatio, ſex conuiuas capiens. Martialis,

Et teſtudinē menſus quater hexaclinon Ingemuit.

Hexagonum, penult. produ. ſex angulorum. Ambroſius libr. Hexam. Quis architectus eas docuit hexagona illa cellarum indiſcreta laterum æqualitate

componere, ... Hexacordon, penul. correp. apud nos ſex digitum. Cõponitur enim ab ἕξ, ſex, & δάκτυλος, digitum, vbi interponitur a, cauſſa euphoniæ.

Hexametrum, penul. correp. ſex pedum, μέτρον enim menſura.

Hexaplum, vel hexapla, orum, exemplaria, ab ἕξ, ſex, & πλόος, plica. Hieronymus in prologo libri Ioſue, Vt pro Græcorum hexaplis editionem noſtram habeant.

Hexaſticum hordeum, cuius ſpicæ ſex ordines habẽt, ſicut Diſtichum, quod duos.

Hexecontalithos, gemma quæ licet exigua, in parua tamen multicolor eſt, ſic dicta, quaſi ſexaginta colores habeat ἑξήκοντα enim ſexaginta, λίθος, lapis. Cornucopiæ.

H ANTE I.

Hiarbas, Iouis filius, ex Garamante Nympha, fuit Getulorum rex, quem Vergil. ſcribit in connubium petiiſſe Didonem.

Hiato, as, frequẽtatiuum verbi hio, as, ſignificat ſæpe aperior, ſcindor, &c. Plautus, Si qua forte contio eſt vbi cum hiatare nõdum in mentem venit. Laberius paſſiuo uſus eſt. Hiatãtur fores, inquit, pro eo quod eſt hiant, id eſt, patent.

Hiatus, tus, apertio. Claudianus de Rap.

Quod conata nephas aut cuius conſcia culpæ
Exul ad immanes erebi detrudor hiatus?

Eſt autem trium ſyllabarum ab hio factum.

Hibiſcus, herba nõ diſſimilis maluæ (vt inquit Theophraſtus) folio maiori quàm maluæ, pilloſiorí que caule. Vſus eius ad rupta & tuſſes. Plinius ſcribit hibiſcum à paſtinaca diſtare dãnatum in cibis, ſed medicinæ vtilem. Vergilius accipit pro iunci ſiue ulmi genere.

Hic, & Iſte, ſic differunt, quòd Hic circa perſonam loquentem, Iſte, circa perſonam audientem, ac ſi à prima perſona ad ſecundam haberetur oratio, vt, Huic amico meo cum iſto familiari tuo magna eſt cõtentio. Eodẽ modo, quũ tu in præſentia ſis Florentiæ, ego vero Bononiæ, quàm rectiſſime dicetur ſi ad te ita ſcripſero, Maturiorem ſanè futurũ ſuſpicor tuũ in hanc urbem aduentum, quàm in iſtam meum. Eadem quoque ratio eſt eorũ aduerbiorũ, quæ localia nominata, ab hiſdem pronominibus formantur, ut, Hic noui habemus nihil, quòd ſi qd iſtic uobis acciderit, ſcire cupio. Et regis Hiſpanorum oratores, qui diebus ſuperioribus hac iter habuerunt, ad quod tẽpus iſtuc peruenerint, facito me certiorem. Cicero Curioni, Putares'ne unquam accidere poſſe vt mihi verba deeſſent? neque ſolum iſta ueſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia? Idem Valerio, Ibi malis eſſe vbi aliquo numero ſis, quàm iſtic ubi ſolus ſapere videare. Iſtæc verò, & iſtanc, non oratorum ſed comicorum ſunt. Ille uero, cum aduerbiis ab eo formatis, ſignificat rem ſeu locum ab utroque remotum. Plaut. quis eſt quem uidemus uenientem pannoſum ac ſqualidum? ille'ne eſt noſter Syrus? Plinius, Hæc omnia ad nos ex illa prouincia comportantur. Illinc ſucci, illinc odores, illinc extremo orbe quæſitæ lautitiæ opes. Duobus autem modis conſtituuntur, demonſtratiue, & relatiue. Terent. Viden' tu illum Thaïs? Seneca, Et qui hoc facit, ſanè prudens adpellandus eſt. Et tunc Hic, eandem ſignificationem habet quam Is. Et in nominatiuo pluralis numeri ac maſculini, ac fœminini generis, ſola ſcriptura diſtinguitur. Hi enim, & hæ, cum aſpiratione & vna vocali, ab eo quod eſt Hic & Hæc deſcendunt. Ii vero, & Eæ, cum duabus uocalibus ſine aſpiratione, fiunt ab, Is, ea, id. Sciendum quoque eſt, quòd Hic quum pronomen eſt, corripitur, ut, Solus hic inflexit ſenſus. Et quandoque ſumitur pro talis, vt, Hic pietatis honos. Et, Hunc ego te Euryale aſpicio? Quando uero aduerbium producitur, vt, Hic illius arma. Et modo pro tunc. Vergilius, Hic regina grauem gemmis auroque popoſcit. Cicero Appio, Hic ego multa ſimul cogitaui. Modo pro tali loco. Plautus, Hic'ne eſſe oportuit qui frugi eſſent? hoc eſt, in tali loco et tam ſordido. Accipitur quando que Iſte pro hic. Cicero, Quum iſto tempore ſtent cum gladiis armati. Et ille pro is, ut apud Apoſtolum, Non enim qui ſe ipſum commendat ille probatus eſt. Hic & is, alio modo vſurpati ſolent ab auctoribus, ut, Alexander prauit copiis fractus ſuperauit Darium cum infinito exercitu, & id, vel hoc, in adoleſcentia. Ab Hic, tam pronomine quàm aduerbio, fiunt Hicce, & Hiccine. Illud eiuſdem ſignificationis cum Hic, hoc ſemper interrogatiue ponitur, quaſi Hic'ne? Dicitur & Hæcce, & Hocce. Vnde apud Terentium, Hiſce, plurali numero dicitur pro eo quod eſt Hi, quum ait, Hiſce arbitrantur nunc hoc munere ſuum eſſe Thaidem. Plautus in Capti. Hiſce autem inter ſe confinxerunt dolum.

Hiera, inſula inter Siciliam & Liparin, Vulcano ſacra, una ex Aeoliis. Fuit et via ſic dicta, quòd ea irẽt ſacerdotes ad Eleuſinam Cererem. Hoc nomine etiã adpellata eſt vxor Telephi regis Myſorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quum marito ferret opem, qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea (vt fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, vt etiam Helenã ſuperaret. Et Hiera, apud nos dicitur ſacra. Cum qua dictione fiunt multa compoſita, de quibus infra.

Hieracites, gẽma, à colore accipitris ſic uocata, ἱέραξ enim accipiter dicitur. Cc.

Hierãthemis, flos eſt chamæmeli herbæ vulgatiſſime, ἱερὸς enim ſacer, et ἄνθος flos. Cc.

Hierapicra, dicitur ſacra amara. Nam πικρὸς amarus dicitur, medicinæ genus quoddam ad ſoluendum aluum. vide in Picra.

Hierapolis pen. cor. Latinè ſacra ciuitas dicitur. Quo nomine dicta eſt ciuitas Aſiæ contra Laodiceam, vbi aquæ calidæ ſcaturiebant, quæ in tophũ admodum facile durabantur. Et os Plutonium in paruo quodam montis ſupercilio, ita commenſuratum, vt hominẽ ſuſcipere poſſet mira profunditate, cui valli propoſitũ erat quadratũ ambitu ſemiiugero, nebuloſa et craſſa caligine plenũ, ut vix ſolũ diſcerni poſſet.

poſſet. Exterius tranquillo cœlo aer innoxius, anima mal ſi quod ingrederetur ſtatim moriebatur, & tauri introducti mox cadebant, educebātur q̃ mortui. Strabo ſe paſſeres immiſiſſe ait, qui ſubito expirauerint. Apud Hierapolim aqua quædam adeò tingendis lanis idonea fuit, vt ex radicibus tincta, cum his decertarent quæ ex purpura tingebantur, à qua Hierapolitæ dicuntur.

Hierarchia, penulti. produ. Latinè ſacer principatus. Græci ἱερὸν ſacrum dicunt, ἀρχὴ principatus.

Hieratica, adpellatur papyrus ſubtilior, religioſis tantum voluminibus dicata. Cornucopiæ.

Hieri, populi ſunt ultra Sauromatas, calui & ſimi à natiuitate omnes, & promiſcue barbam habentes. Qui ideo ἱεροὶ, id eſt, ſacri dicuntur, quia nihil iniuſte agunt, nec bella norunt. Cc.

Hierico, ſeu Hiericus, contis, & Hiericus, rici, ciuitas magna fuit muralibus ſepta parietibus, quæ nō ferro peruia, nec arieti poſſit eſſe penetrabilis Hieron. ad Alga. Et in parabola de Hieruſalem deſcendētis Hiericum, Samaritanus loquitur.

Hiero, Syracuſanorum tyrannus, in quo pulchritudo corporis & uires fuerunt admirabiles, de quo multa apud Iuſtinum leguntur.

Hierobotane, ſacra herba. Cornuco.

Hieroceps, inſula in Cypro propè Paphū, qua voce ſignificatur ſacer ortus.

Hierocomitæ, populi ab Hieracome ciuitate Cariæ, autor Polybius.

Hierocomion, locus eſt in quo leproſi aluntur. Hiera enim Græcè, lepra Latinè, & κώμη, uilla.

Hieroduli, penul. produ. ſacrorum miniſtri. Iulius Firmicus lib. viii. matheſeos, ſcribit futuros æditutos, aut hierodulos, qui habuerint horoſcopum in uigeſima ſexta parte Geminorum, Græci νεωκόρους vocant æditutum.

Hieroglyphicæ, literæ ſacræ. Quo nomine dictæ ſunt Aegyptiæ literæ, quæ notis uolucrū, ferarum, aliarumq́ rerum prænotatæ erant. De quibus Cornel. Tacitus ſic ſcribit, Primi per figuras animaliū Aegyptii, ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur, & literarum inuentores perhibentur.

Hieronicas, vocamus victores ſacrorū certaminum. Quæ ſint ſacra certamina, vide in dictiōe Sacra certamina. Quæ aūt fierent in ſacris certaminibus, docet Quintil. lib. ii. quū ait, Quū palæſtricus ille curſorem faciat, aut pugilem, aut luctatorem, aliud'ue quid ex his quæ ſunt ſacrorum certaminum.

Hieronymus, proprium nomen Eccleſiaſtici diſertiſſimiq́ viri, cuius opera in precio habentur, & Latine dicitur ſacra lex, ſeu ſacrum nomē. Cōponitur enim ex ἱερὸν, & ὄνυμα, ſed o, mutatur in y. Fuit & hoc nomine philoſophus ex Rhodo inſula, qui finem ſummi boni poſuit in indolentia, quæ Græcè dicitur ἀναλγησία.

Hierophanta, Latinè ſacrorum demonſtrator. Hieronymus contra Iouinianum. Hierophantas quoque Athenienſium vſq; hodie cicutæ ſorbitione caſtrari, & poſtquam in pontificatum fuerint electi, uiros eſſe deſinere.

Hieroſolyma, mæ, & Hieroſolyma, orum, & Hieroſolymæ, marum, tantum plural. vrbs Iudææ ſeu Palæſtinæ, quæ & Hieruſalem vocabatur. Vnde legimus apud Ioannem, facta ſunt encænia Hieroſolymis. Dicuntur autem Hieroſolyma (vt ſcribit Egeſippus) q̃ primo Solyma dicebātur. Sed quum rex Cananeus, cognomento Iuſtus, qui fuit conditor Solymorum, templum addidiſſet, inde Hieroſolyma nuncupauit. Græci enim ἱερὸν templum uocant. Euſebius lib. ix. Euange. præp. ait. Hieroſolyma adpellari, quaſi hiero Solomonis, hoc eſt, ædem Solomonis, à templo quod Solomon Hieroſolymis pulcherrimū magnificentiſſimumq́ conſtruxit. Hinc Hieroſolymita, penultima prod. Hieroſolymitanus, & Hieroſolymus. Hieronymus lib. ii. Machabæorum, Et qui promiſerat Romanis ſe tributum reſtituere de captiuitate Hieroſolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos. Sueton. in Nero. Spoponderunt tamen quidam deſtituto ei gubernationē Orientis, nonnulli nominatim regnum Hieroſolymorum. Hæc etiam Hieruſalem adpellabatur, quæ vrbs per tria nomina à Hier. uocatur, Iebus, Salem, Hieruſalem, quæ ab Helio poſtea Hadriano de ruinis & cineribus ciuitatis in Heliam ſuſcitata eſt.

Hierotheus, nomen viri proprium, & interpretatur ſacer Deus.

Hila, inteſtinum tenue, ab hira, ſiue ab hilum (vt inquit Varro) quod eſt minimum. Vnde quandoq́ Hilæ, pro falſis inteſtinis uel fartis ſalſitiis, aut lucaniciis, accipi ſolent. Plautus, Atq; hilas eſt fumatas, & ſumen. Ab Hila, veteres diminutiuum protulerunt Hillā. Horatius, Perna magis ac magis hillis Flagitat immorſus refici. Quādoq; ponitur pro eo inteſtino quod in anum reſoluitur. Laberius, Ne'uc aliter hunc pædicabis quomodo uideo aduleſcenti noſtro cædis hilas.

Hilareſco, hilaris fio. Varro, In uotum amicorum domus fumat, hilareſco.

Hilaria, tantum pluraliter, & generis neutri, ſicut Saturnalia, antiqui diem æquinoctii uerni colētes adpellarunt, vt inquit Macrobius, nempè octauū Calend. Aprilis, quo fit æquinoctium uernum, quo primū tempore Sol diem longiorē nocte protendit. De his meminit Flauius Vopiſcus in Aureliano.

Hilaris, & Hilarus, penultima correpta, iucundus læturq́. Plautus in Aſina. Credam iſtuc, ſi eſſe te hilarum videro, hinc Hilaritas. & Hilaritudo. Cicero, Dolo. Sed tamen hilaritas illa noſtra, & ſuauitas, q̃ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis eſt.

Hilarius, nomen viri proprium, ab ἱλαρὸς, Latinè Hilaris. Sic Hilarion.

Hilaro, aras, lætitiam iucunditatemq́ do, lætifico. Cicero lib. ii. de Finibus bo. Omnem iucundum motum quo ſenſus hilaretur, ἡδονὴν Latinè voluptatem uocant. Palladius, Quæ manſiones hyemi parātur, ita ſunt conſtitutæ, vt poſſit eas hyberni Solis totus propèmodum curſus hilarare. Huius compo-

ſitum eſt Exhilaro. Colu. lib. vii. Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.

Hiladorus, penultima producta, laſciui & delicati carminis cantor, ab ἱλαρὸς, & ᾠδὴ, quod cantũ ſignificat.

Hilum, paruum illud nigrum quod in ſummitate fabæ adhæret, vnde & pro breui exiguoq; quandoq; ſumitur. Cicer. libro primo Tuſcul. Tum illud, quòd Siſyphus verſat ſaxum, ſudans nitendo, nec proficit hilum. id eſt, quicquam, tantillum, minimumq;. Ab hoc nomine fit nihilum, pro non aliquid, quaſi ne hilum quidem, & per apocopen Nihil, & per ſyncopen Nil. Lucanus,

Ex nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti.

Varro lib. vii. de Anal. Itaq; vt eum quem putamus eſſe non hili, dicimus nihili, ſic in quo putamus eſſe nequicquàm, dicimus nequam. Priſcianus lib. vi. Nihil, & Nihilum, à non & hilum eſt compoſitũ, quod ſine dubio eſt nomen. Hilum enim pro ullum, vetuſtiſſimi proferebant.

Himera, fluuius Siciliæ, qui in duas partes diuiditur, & in altera dulcem ſaporẽ, in altera ſalſum retinet.

Hinnus, & hinna, & hinnulus, & hinnula, vocantur q ex equo & aſina naſcuntur, quos quidam vocant burdones. Subuereor tamen, ne hini & hinuli legendũ ſit, vt in dictione hinuli.

Hin, genus menſuræ, duos choros Atticos continentis (inquit Hieronymus) duos ſcilicet ſextarios Italicos, vt Hin menſura ſit Iudaici ſextarii, noſtriq; caſtrenſis, cuius ſexta pars facit tertiam partem ſextarii Italici.

Hinnio, nis, niui, nitum. penulti. produ. proprium eſt vocis equorum. vnde Hinnitus, tus.

Hinuli, penul. cor. ſunt ceruorum, caprearum, capreolorum, damarum, & ſimilium filii. Hinuli etiã vocantur muli, ex equo & aſina geniti, quũ legitimus mulus ex equa & aſino naſcatur, vt inquit Varro. Hos Colu. lib. vii. etiam Hinos adpellat, quod eſt primitiuum. Nam hinus, diminutiuum facit hinulus, & adiectiuum poſſeſſiuum hinuleus.

Hio, hias. duarum ſylla. proprie os aperio, vnde hiatus, & hiatio. Scribitur per h, quia hiando maior fit ſpiritus. Nam ab oris ſono, quum aperitur os, tractum videtur. Vnde & pro ſponte, vel aliqua ui etiam terra aperiri ſiue ſcindi ponit̃ hiare, vt, ligna hiant ariditate, & tellus æſtu. Saluſti. lib. iiii. Atq; hiauit humus multa, uaſta, & profunda. Et hiare flores dicuntur, quum aperiuntur. Proper. lib. iiii.

Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter
Impoſitus fronti langueat antè meæ.

Per tranſlationẽ, hiare, ſignificat mirari. Verg. li. vi.
Incertus clamos fruſtratur hiantis.

Inde formantur Hiſco, ſcis, inchoatiuum, ſed Hiaſco facere debuit, & hiato iteratiuum, & compoſitum Inhio, de quo alibi.

Hippacen, uocant caſeum equinum. Hippocrates ſcribit inuectum Scytharum Hippacen, ex equino lacte. In lingua, inquit, caua infundunt, id deinde obturbant, innatãtem ſpumam butyrum uocant, id quod ſidit Hippacen, id quod in medio ſubſiſtit ſerum.

Hippaco, cas. penul. produ. ſignificat animam celeriter duco, vt inquit Feſtus. Ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus.

Hippagium, equorum vectio.

Hippago, ginis, genus nauigii, cõuehendis eqs aptũ, quod à Iulio Polluce Hippagon dicitur.

Hippagogeus, legitur pro inſtrumento quo lapides expoliuntur.

Hipparchus, magiſter equitum. Quo nomine dictus eſt quidam celebris aſtrologus, qui (vt Colu. autor eſt) prodidiſſe fertur, tempus fore, quo cardines mũdi loco mouerentur.

Hippaſos, vnus ex centauris. Cornucopiæ.

Hippe, Chironis centauri filia fuit, quæ quum in mõte Pelio ſeſe venando exerceret, grauida facta eſt, & ob id patris indignationem timens, Deorum miſeratione in equam conuerſa eſt, & in cœlum tranſlata. Nonnulli eam uatem eſſe dixerunt, ſed quia Deorũ conſilia hominibus patefeciſſet, in equam eſſe conuerſam. Cornucopiæ.

Hippeas, genus cancrorum dicunt. hoc eſt, equites, quũ tãtæ velocitatis ſunt, vt vix adprehẽdi poſſint.

Hippei, cometæ, qui iubas equinas habent, celerrimi motes, ab equis dicti. Ce.

Hippiades, ſtatuæ mulierum equeſtres adpellabantur, cuiuſmodi fuiſſe videntur Amazonum, quas mortalium primas equum ſcãdere auſas, Lyſiæ oratori creditur.

Hippias, philoſophus Græcus, qui audiente penè tota Græcia, gloriatus eſt, nihil eſſe vlla in arte rerum omniũ, quod ipſe neſciret. De quo Apul. At hippias de numero ſophiſtarũ eſt, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli ſecundus. Aetas illi cum Socrate, patria uel genus ignoratur.

Hippice, herba eſt, de qua Plinius lib. xxv. Scythicam herbam in ore habentes, famem ſitimq; non ſentiũt. Idem præſtat & hippice, dicta quòd in equis eundem effectum habeat.

Hippion, Argos, quod Achaicũ dicebatur. Peloponneſi vrbs, & ab equis deduci uidetur.

Hippo, oppidum Locrorum in Brutiis. Ce.

Hippo, generis maſcu. nomen duarum vrbium. Vnus aquis circũdatus, & madens paluſtri ſolo, alter baſilicus. Id eſt, regius. De quo Silius, Et vaga & antiquis dilectus regibus Hippo. Ab equo nomen vrbi datũ uidetur. Nam & ſtabuli Deam, hipponen vocari, tradit Apuleius lib. iii. Metamorphoſeos,

Hippobatos, equorum paſtor.

Hippocampæ, equi marini, effigie in piſcium caudas definentes, à flexu caudarum, quæ piſcoſæ ſunt. Plinius, Hippocampinus cinis alopecias tollit, καμπὴ enim flexura dicitur.

Hippocentaurus, equi ſtimulatos. Quidam uolunt hippocentauros filios eſſe centaurorum, quod & Diodorus ait, Fabula ex eo nata, quòd primi equitare auſi ſunt, veluti Hippos, id eſt, equus, & homo copulati eſſent. Claudius Cæſar ſcribit hippocentaurum in Theſſalia natum, eodem die interiſſe. Plinius

refert ſe uidiſſe hippocentaurum in melle allatum Claudio principi ex Aegypto. De hoc etiam in dictione Centauri.

Hippoconii, mangones, ab equis componendis, colore fuco, robur mani ſagina (vt ait Quintilianus) mentientes.

Hippocrates, penul. correp. nomen medici excellentiſſimi. hic vir diuina ſcientia dicebat coitum morbum eſſe comitialem leuiorem.

Hippocrene, penul. produ. fons in Bœotia, iuxta quē eſt Aganippe, dum Cadmus equeſtri exploratione inquirit, quænā loca inſediſſet, cauſſam dedit poetis, vt diuulgarent hippocrenen ungula uolātis equi natum fuiſſe. Nam hippi equi, crene fons dicitur. Et inde equus pegaſus, à fonte qui Græcè πηγὴ dicitur, uocatur.

Hippocrenides, Muſæ, dictæ ab hippocrene fonte. Cornucopiæ.

Hippodame, es, pen. cor. & hippodamia, miæ, penul. produ. nomen mulieris, de qua Ouidius lib. Herol.

Venit vt in Phrygios hippodamia ſinus.

Vergilius libro tertio Georgic.

Hippodameq́; humeroq́; Pelops inſignis eburno.

Hippodamus, pe. corr. bellicoſus equorum domitor.

Hippodion, Latini ſuppedaneū & ſcabellū adpellāt.

Hippodromus, pe. cor. uia lata, p quā etiā multi equi poſſunt unà currere. δρόμον Græci curſum dicunt.

Hippogloſſos, herba, quam alii Daphnen, alii Carpophilon & Alexandrinam vocant. Cc.

Hippolapatum, herba lapato ſatiuo maior, candidiorq́;, ac ſpiſſior.

Hippolytus, pen. corre. nomen viri, ἀπὸ τοῦ ἵππου, equus, & λύω, diſſoluo. Hic Theſei & hippolytæ Amazonis filius, Virbius dictus fuit. Qui dū cœlibem ducens vitam ſeſe venatu exerceret, & conſtāti animo ſperneret mulieres, à Phædra nouerca, abſente patre, amatus eſt. Cuius turpi deſyderio quū obtemperare noluiſſet, redeunte patre, adulterii ei crimen nouerca obiecit. Quamobrem Theſeus in furorem uerſus, de filii nece cogitauit. Quod metuens hippolytus, conſcenſo curru fugam arripuit. Sed dum phocæ, quæ tum fortè in littus exierant æquoris, equorum & rotarum ſtrepitu perterritæ, ſeſe in mare præcipitarēt, eum exterriti equi per ſcopulos ac ſaxa traxere, tanto impetu, vt compagibus diſſolutis, infelicem iuuenem locis implicitum diſcerpſerint. Hunc poſtea Aeſculapius reuocauit ab inferis, & priſtinæ incolumitati reſtituit. Hippolitus vero relicta terra Attica, in Italiam uenit, ne patris iram rurſus experiretur, & ſe Virbium adpellari iuſſit, quòd bis uir fuiſſet. Non longè à Roma oppidum ædificauit, quod à nomine acceptæ coniugis, Ariciam adpellauit. Sed hanc fabulam eſſe conſtat, vt inquit Plato in lib. qui Cratillus inſcribitur. Suidas, ἱππόλυτος, οὗτος ἔγραψεν εἰς τὰς ὁράσεις τοῦ Δανιὴλ ὑπόμνημα, καὶ εἰς τὰς παροιμίας σολομῶντος. id eſt, hippolytus, hic ſcripſit in viſiones Danielis cōmentum, & in Prouerbia Solomonis.

Hippomachia, penul. produ. pugna equeſtris.

Hippomanes, pen. cor. generis neutri, ſecundum Priſcianum. Componitur ab ἵππος equus, et μανία furia, vel inſania. Et à diuerſis diuerſe exponitur, Quidam enim dicunt eſſe fruticem, ſeu herbam, quam ſi equi comedunt, inſaniunt, & in furorem vertuntur. Seruius ſcribit eſſe virus, ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem, quod in humana uiſcera deſcendens, furorem facit.

Vergilius libro tertio Georgic.

Hinc demum hippomanes uero quod noīe dicunt Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus. Sic Colu. lib. vii. qui ſcribit, Maxime itaq́; curandū eſt, ut tam fœminis quàm admiſſariis deſyderantibus, coeundi fiat poteſtas, qm̄ id præcipue armentū ſi prohibeas, libidinis extimulatur furiis. Vnde etiā ueneno inditū eſt nomen ἱππομανὲς, quod equinæ cupidini ſimilem mortalibus amorem accendat. Plinius uero adſerit eſſe carunculā in frōte pulli equini, caricæ magnitudie colore nigro, quā ſtatim edito partu mater è fronte dentibus conuellit. Quod ſi prius abſtulerit, ipſum pullū mater non eſt amplius amatura, nec ad hubera eum admittit. Vergilius,

Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,
Et matri præreptus amor. Hac caſſicula mulieres medicamenta componentes, vertere homines feruntur in furorem.

Hippomarathron, herba eſt, foliis maratheo maioribus, & guſtu acriore. Succus auribus inſtillaſ, vermiculosq́; in iis necat. Alii Myrſineum uocant. Cc.

Hippona, Dea erat, quā ſtabularii maxime colebant, cuiusq́; effigies in ſtabulis locabatur. Apule. lib. ii. Meta. Reſpicio pilæ mediæ, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. in ipſo uero meditullio Hipponæ Deæ ſimulacrū reſidens ædiculæ, quod adcurate coroliis roſeis equidem recentibus fuerat ornatum.

Hipponomos, penulti. correp. equorum paſtor, quaſi lex equorum.

Hippophorbos, equorum paſtor.

Hippopodes, populi in Oceano Scythico, qui (teſte Solino) humanam uſq; ad ueſtigium formam tenēt, ſed in equinos pedes deſinunt.

Hippopotamus, penult. cor. quaſi equus fluuialis, ſeu aquaticus, animal in Nilo præcipue naſcens, binis ungulis, quales ſunt bobus, dorſo equi, et iuba et hinnitu, cauda obtorta. dentibus aprorum aduncis. Pli. lib. viii. cap. xxv. Maior altitudine in eodem Nilo belua hippopotamus editur.

Hippos, per duplex pp, Latinè dicitur equus, à quo multa deducuntur.

Hippoſelinū, apii herbæ ſpecies, in ſiccis naſcens, qua equi libenter ueſcuntur. Cc.

Hippotelæ, pulli aſinorū. vide in dictione Equuleus.

Hippotoxotæ, dicti ſunt equeſtres ſagittarii, ut eſt apud Cæſarem lib. Commentariorum tertio.

Hippuris, herba, à Latinis equiſetum dicta, et cauda equina interpretatur. vide Equiſetum. Cc.

Hippus, fluuius eſt Moſcorū, in Phaſim defluens. Cc.

Hir, hiris, ſecundum Chariſium; ſed indeclinabile ſecūdum Probum, ſignificat uolam manus. id eſt, palmā

ab hærco, quoniam palmis aliquid capientes, maxime illi rei inhæreamus.

Hira, inteſtinum, quod ieiunium vocant.

Hircipili, penultima correp. dicuntur homines qui pilos duros habent.

Hircoſus, ſa, ſum. quod hircinũ odorem olet. Perſius, Hic aliquis de gente hircoſa centurionum.

Hirquitali, pen. cor. pueri ad libidinem accedentes, à libidine hircorum dicti. Nã (autore Cenſorino) hoc fit ſecũda annorũ hebdomade, vel incipiente tertia, vox craſſior fit et inæquabilis, quod antiqui Latini dicunt Hirquitallire. Et inde ipſos putant Hirquitalos adpellari, quòd nunc corpus hircum olere incipiat. Hic fœtor etiã caper et tragos dicit̃. Catullus,

Valle ſub alarum trux habitare caper. Mart.
Inde tragos celeres q; pili mirandaq; matri Barba.

Fœtorem alarum, hircum vocamus, quæ omnium partiũ noſtri corporis maxime male olent, propterea quòd immobiles habent̃. Vnde Horatius,

Cubat hircus in alis. Hoc Ariſtoteles lib. vii. de animalibus adpellat τραγίζειν, quod in Latinum verſum caprire dicitur.

Hircquus, per c, et q, eſt angulus oculi. Vergil.
Nouimus et qui te tranſuerſa tuentibus hircquis.

Interdum ponitur pro eo qui in obliquum reſpicit, ab hircquis oculorum angulis propterea quòd libidinis adpetitu ſæpe aciem ad hircquos capri retorquěant. Interdum Hircquus ponitur pro fœtore qui ſub alis fit.

Hirculus, nardi ſpecies, ob odoris grauitatem ſic dicta. Cornucopiæ.

Hircus, per c, caper, caprarum admiſſarius. Et non dicitur Hircus, niſi poſtquam coire fœterec; cœperit, hinc Hircinus, ina, um, pen prod. nomen poſſeſſiuũ. Apuleius, Homo ſordidus, et hircina libidine fœtẽs.

Hirci, cyniphii dicuntur à flumine Aphricæ, quod Cyniphis ſiue Cyniphos vocatur.

Hirrire, proprium eſt vocis canis rabioſæ.

Hirſutus, penul. prod. ab horreo et ſeta dicitur, quaſi horrens ſetis.

Hirtus, idem quod hirſutus. Vergi. lib. iii. Georgi.
Hirtaſq; capellas.

Hirudo, pen. prod. ſanguiſuga, ab hærẽdo carni dicta. Hora. Non miſſura cutẽ niſi plena cruoris hirudo. Plin. Hirudinum, quas ſanguiſugas vocant, ad extrahendum ſanguinem vſus eſt.

Hirundo, auis notiſſima. Græcè χελιδών dicitur. Dicta Hirundo, quòd vere ad nos tranſeat.

Hiſciacus, qui nimium oſcitat. Cato de Re ruſti. Vinũ adhiſciacos ſic facito. De iunipero materiã ſemipedecraſſam concidito minutim, tum; ferueſacito cum congio vini veteris.

Hiſco, ſcis, inchoatiuũ ab hio, hias. Et eſt Hiſcere proprie oris humani, quum videlicet præ ſomno aut tædio os aperiũt hoies, qđ et oſcito dr̃. Sed inter Hiare et Hiſcere, hoc intereſſe puto, qđ Hiare ſit patentẽ eſſe, Hiſcere vero pateſcere, id eſt, patefieri. Ouid.

Hiſcere nanq; tibi terra neganda foret.

Quandoq; etiam Hiſcere, eſt ſubmiſſe loqui, ſiue os ad loquendũ aperire. Plau. Ne hiſcere qdem audet, id eſt, os aperire. Verg. lib. iii. Vix pauca furẽti Subiicio, et raris turbatus vocibus hiſco.

Id eſt, loquor. Quandoq; mirari, et dubitare. Næuius, Hiſcit, dubius eſt quid agat.

Vergilius libro ſecundo Georgicorum,
Hunc plauſus hiantem
Per cuneos geminatus enim plebiſq; patrumq;.

Huius compoſita ſunt Dehiſco, et Fatiſco.

Hiſcus, Rhetor Græcus, Demoſthenisq; præceptor.

Hiſmaelitæ, pen. prod. populi ſunt, qui nunc Saraceni dicunt̃, ab Hiſmaele ſic nominati. Hi per totã habitant ſolitudinem. De quibus puto et poetã dicere. Lateq; vagantes. Barchei.

Hiſpalis, penulti. correp. ciuitas Hiſpaniæ, quæ nunc Sibilia vocat̃. Ex hac ferunt Auicennam medicum originem traxiſſe.

Hiſpania, regio Europæ, quæ à montibus Pyreneis incipiens, per columnas Herculis circuiens, vſq; in Borealem Oceanum protenditur, ita ut omnia in eo circuitu ad Hiſpaniam ſpectent. Decem milibus ſtadiis (ut Aplanus ſcribit) eius latitudo commenſuratur. Longitudo prorſus eadem eſſe videtur. Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, metallorumq; ferax. Ex qua etiam bellicoſiſſimi viri ac velociſſimi equi procreantur. Refert Varro, in Hiſpaniis equas ex vento concipere, quòd curſu tam veloces exiſtãt, vt merito ex ventis concepti equi ferantur. Sunt qui Hiſpaniam diuidant in vlteriorem ſcilicet et citeriorem, Citerior eadem Taraconenſis ad Pyrena vſq; in ga protenditur. Vlterior in duas per longitudinem prouincias diuiditur, hoc eſt, Bethicam, et Luſitaniam. Alii dicunt, Hiſpaniam ex habere prouincias, Taraconenſem, Carthaginenſem, Luſitaniam, Galatiam. Bethicam, et Tingitanam. In ea quatuor magna flumina ſunt, Bethis, Mineus, Iberus, et Tagus qui aurum trahit. Hæc regio primo Iberia, ab Ibero fluuio, poſtea ab Heſpero Athlantis fratre, Heſperia, vltimo ab Hiſpali, quæ hodie Sibilla dicitur, Hiſpania dicta eſt. Ab Hiſpania, Hiſpanus, et Hiſpanienſis fiunt, ſicut à Sicilia, Siculus, et Sicilienſis, à Roma, Romanus, et Romanẽſis, à Sardis, Sardus, et Sardẽſis à Corinthus, Corinthius, et Corinthienſis. Sed Hiſpanus dicitur, qui in Hiſpania natus eſt, Hiſpaniẽſis, qui alibi ortus, in Hiſpania verſatur. hoc eſt, qui licet in Hiſpania ſit, non tamen ex Hiſpania eſt. Vnde Hiſpaniẽſes uocamus negociatores, qui in Hiſpania negociantur. Liuius exercitus Hiſpanienſes adpellat Romanos, qui erant in Hiſpania cũ prætoribus. Plin. lib. xiii. Cæſar Hiſpanienſi triumpho chiũ et falernum dedit, quum in Hiſpania bellum aduerſus Romanos, non Hiſpanos geſſerit.

Hiſpidus, penultima correpta ſetoſus, horridus.
Vergil. Cui laterum tenus hiſpida nantia
Frons hominem præfert.

Hiſter, Hetruſco vocabulo ludio vocabatur. Vnde Hiſtriones artifices ludionea, qui perſonati in ſcena, comœdias tragœdiaſq; voce et corporis geſtu agunt. Eſt et fluuii nomen. Euſtathius in Dionyſio

Libyco,

Libyco, ἔρχεται δὲ ἐκ κελτῶν. ῥέει δὲ διὰ πάσης εὐρώπης, καὶ ὁ αὐτὸς κατὰ τόμον τοῦτον ἱστορεῖ. Et Stephanus Bizantius multa.

Hiſtoria, Latinè narratio. Ab ἱστορεῖν, quod ſpectare vel cognoſcere ſignificat. vide in dictione Annales. Aliquando Hiſtoria dicitur expoſitio, Vnde Pli. de naturali hiſtoria. Id eſt, de expoſitione rerũ naturalium. Et Ariſtoteles de hiſtoria animalium ſcripſit. Quintilianus Hiſtoricum, id eſt, expoſitiuum dixit. Seneca in naturalibus dixit Hiſtoricam linguam, id eſt, expoſitiuam.

Hiſtricus, a, um, pen. cor. quod ex hiſtria eſt, ſicut et hiſtrio. Plau. in Penu. Pro imperio hiſtrico, idem, Imperator hiſtricus hiſtrio nominetur. Hinc formauit diminu. Hieronymus contra Ruffinum, Si hiſtriculæ et liuidæ mentis hominem à me ſubmoueo, et ad unũ ſtipitem cuncta iacula dirigo, qui vulnera ſua partiatur in multos.

Hiſtriones, ab hiſtria regione, ex qua primum veniſſe, indeq́ nomen ſortitos eſſe, adſerit Feſtus, Cui refragantur Liuius Valeriusq́, ſcribentes nomen Hiſtrionibus fuiſſe inditum, quia Hiſter Thuſco verbo ludio vocabatur.

Hiſtrionicus, ca, cum. quod eſt hiſtrionis, ſeu quod ad hiſtrionem pertinet, ut, ars hiſtrionica.

Hiſtrix, ſtricis, pen. cor. animal ex erinaceorum genere, ſicut docet Plin. lib. ix. Calphurnius,

Venit et hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba.

Habet tergus ſpinis hiſpidum, quas tenſa cute plerunq; laxatas voluntaria iaculatione iacit. Vulgò dicitur porcus ſpinoſus. Latet æſtate, et de cauernis prodit hyeme.

Hiulco, cas, aperio. Catullus, Aeſtus hiulcat agros.

Hiulcus, ſiſſus, fatiſcens. Vergilius,

Hoc ubi hiulca ſitu ſundit canis æſtifer arua.

Diomedes hiulcos verſus adpellat exiles, et quaſi in media parte hiantes. Hiulca oratio, diſſoluta, nec ſatis diligenter coagmentata.

H ANTE O

Hoc, quãdoq; pro hic ponitur. Cicero in Verr. Et ſi hoc neſcio quid eſt, nugatorem ſciebam. id eſt, hunc, Terentius in Phormione, Hoc nihil eſt Phædria ilicet, id eſt, hic. Quandoq; pro huc.

Vergilius libro quarto,

Hoc tunc omnipotens cœlo demittit ab alto.

Hodie, quaſi hoc die. à quo hodiernus. Cc.

Hododocus, latro, et viarum obſeſſor, ab ὁδὸς, quando uiam ſignificat, ὁδοδόκος δὲ χαίρων τὸ λυμαίνεσθαι.

Hodœporicum, liber aliquod iter deſcribens. Hieronymus in uita Paulæ, Hoc et Itinerarium Latinè dicitur.

Hodœporus, viator dicitur.

Holocauſtoſis, idem ſignificat quod holocautoma.

Holocauſtum, propriæ hoſtia, quæ detractis extis integra aræ imponebatur, quaſi ὅλον καυστὸν, id eſt, totum combuſtum, aut totum igne abſumptum. Cauſis enim incenſio. holon totum. Dicitur et Holocauſtoma, matis. Græce ὁλοκαύτωμα, et Holocauſtomatum, pro ſacrificio. Scribit Ioſephus libro tertio Antiquitatum, Quando tota victima quæ immolatur incenditur, id ſacrificium nomen Holocauſtomatis habet.

Holocautoma, id eſt, holocauſtum quod ignis conſumpſerit.

Holographum, penul. cor. totum ſcriptum, teſtamentum quod totum teſtatoris ſcriptum eſt. Hieron. cõtra Ruffi. Quæ epiſtola holographa tenetur ab iis ad quos perlata eſt.

Hololampus, totus flammeus.

Holopachion, integer cubitus. Græce ὁλοπάχιον.

Holor, quod quidam à Græco deducunt, quaſi ὅλον ἀργὸς, hoc eſt, totus candidus, auis eſt alba, anſere maior, vocem argutam habens. Hanc cygnum dicũt Græci, hinc holorinus, na, um, penul. prod. vnde uox holorina. De holoribus Vergilius,

Sed argutos inter ſtrepere anſer holores. Ouid.

Ad vada Mæandri concinit albus holor.

Scribitur etiam ſine h.

Holophuria, apud Græcos ſunt iumenta.

Holos, Græcè, Latinè totus dicitur. Hinc deducuntur multa.

Haloſathron, undiq; quaſſatum.

Holoſerica, penulti. correp. tota ſerica, vt veſtis holoſerica apud Lampridium, quæ à ſerica et ſubſerica diſtinguitur.

Holoſtheon, herba quæ dicitur tota oſſea, quum tamen careat omni duritia.

Holus, aliàs Homolus. pen. cor. mons Theſſaliæ.

Homeromaſtix, dicitur homeri flagellũ, cognomentũ, quo Zoilus quidam homeri obloquutor cognominatus eſt, qui ſcripta ſua contra Iliadem et Odyſſeam Homeri cõparata, in Alexãdriã veniens, Ptolemæo regi obtulit. Sic Vergiliomaſtix, Vergilii æmulus. Maſtix enim, Latinè flagellum dicit, vnde Comici, verberones maſtigas identidem adpellant. Quod planè nomenomnibus detractoribus accommodatum eſt. Plinius, Vt obiter caueam iſtos homeromaſtigas, ita enim carptores ſuos nominat. Et omnes obtrectatores maſtices dicũtur addito nomine eius cui obloquuntur, vt Ciceromaſtix.

Homerus, pen. prod. nomẽ poetæ Græci excellentiſſimi, qui fuit ante Romam conditam, annis circiter centũ ſexaginta, ut Cornelius Nepos in libris Chronicorũ tradit. Hic fuit cæcus, et ob id Homeri nomẽ ſortitus eſt, quũ prius Meleſigenes diceret. Cumæi nãq; et Iones, captos oculis Homeros adpellãt, q̃d homeris, id eſt, itineris ducibus egeant. Hinc cæcutiens Mæonius nuncupatur à Martiano libro .i. de Nupt. Philologiæ, Cæcutientis Mæonii ſuauiloqua ſenectus. Franciſcus Petrarcha in Bucolicis,

Cæcumq́ ſenem, ſed multa videntem.

Ab hoc homeridæ, familia apud Chios illuſtris fuit, vt inquit hellanicus.

Homicida, pen. prod. qui hominem necat. Quod interdũ cum laude dicit, pro uiro forti, qui multos in bello occiderit. Vnde Horatius dixit homicidã Hectorem laudabiliter, et aliter quàm vulgo dicatur.

Homicidium, hominis necatio.

Homilia, Græce ὁμιλία, dici poteſt colloquiũ, vt ſermo ad populum, ὁμιλέω ſermocinor, colloquor, conuerſor. Et habet penultimam correptam. Hiero. ad heraclium, Dum ſuppiere cupimus ea quæ ab origine operata ſunt, ſicut in homiliis vel oratiunculis in Geneſim, in Exodum fecimus.

Homiliaticus, ca, cum. Hierony. ad heraclium, Quem laborem idcirco ſuſcepimus, ne pulſatæ quæſtiones et relictæ (quod homiliatico dicendi genere ab illo ſæpe fieri adſolet) Latino lectori faſtidium generarent.

Homios, id eſt, ſimiliter.

Homo (ut Varro ait) ab humo deductus eſt, quòd humo natus ſit. Vel ab ὁμονοέω concordo, et conſentio. Eſt enim homo omnium animalium maxime ſociabilis, definituŕq́ ſic. Animal rationis capax, morti obnoxium. Ab eo fiunt diminutiua, homulus, homullus, homunculus, et homuncio. Cc.

Homo bulla, comparatio eſt ad naturæ humanæ fragilitatem oſtendendam adcommodatiſſima. Cc.

Homo trium literarum, adpellatur qui eſt fur.

Homocapni, qui ad eundem fumum, hoc eſt, ignem uitam ducunt.

Homœoptoton, ſimilium caſuũ, uel (ut inquit Cice.) ſimiliter cadens, ὁμοίως, ſimiliter, πτῶσις, caſus. Quod fit quum diuerſæ dictiones in ſimiles caſus exeunt. Dicitur et homoptoton, quaſi ſimiliũ caſuũ, uel ſimiliter cadens. Eſt enim oratio, uno ſimiliq́ caſu compacta, ut apud Salluſtiũ, Maximis ducibus, fortibus, ſtrenuiſq́ miniſtris. Ennius,

Mœrentes, flentes, lachrymantes, et miſerantes.

Homœoſis, tropus qui ſimilitudo interpretatur, quũ ex ſimilitudine alicuius cogniti deuenimus in ſimilitudinem incogniti. Huius tres ſunt ſpecies. Icon, Parabola, et Paragdima.

Homœoteleuton, et homoteleuton, ſimiliter deſinens τελευτὸν finitum, τελέω finio. Figura, quum pluſa uerba in eandem uocem finiunt. ut abiit, diſceſſit, euaſit, erupit.

Homogalactos, collactaneus.

Homogenes, pen. corr. conſanguineus, eiuſdem generis. Vnde homogenium.

Homogloſſus, eiuſdem linguæ.

Homographia, æqualis uel ſimilis ſcriptura uel pictura.

Homoleum, pilei genus, quo veteres utebantur.

Homologia, confeſſio, pactum aſſenſus.

Homomeria, ſimilitudo partium. Lucretius,

Hinc et Anaxagoræ ſcrutemur homomeriam.

Homonœa, proprium mulieris, quo ſignificatur concordia. De qua extat Epigramma.

Tu qui ſecura procedis mente, parumper
  Siſte gradum quæſo, verbaq́ pauca lege.
Illa ego quæ claris fueram prælata puellis,
  Hoc homonœa breui condita ſum tumulo.
Cui formam Paphiæ Charites tribuere decoram,
  Quam Pallas cunctis artibus erudiit.
Nondum biſdenos ætas mea viderat annos,
  Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc, morte eſt mihi triſtior ipſa
  Mœror Athimeti coniugis ille mei.
Sit tibi terra leuis mulier digniſſima vita,
  Quæq́ tuis olim perfruere bonis.
Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
  Et poſſet redimi morte aliena ſalus,
Quantulacunq́ meæ debentur tempora vitæ,
  Penſarem pro te chara Homonœa libens.
At nunc quod poſſum, fugiam lucemq́ Deosq́,
  Vt te matura per ſtyga morte ſequar.
Parce tuam coniunx fletu quaſſare iuuentam,
  Fataq́ mœrendo ſollicitare mea.
Nil proſunt lachrymæ, nec poſſunt fata moueri,
  Viximus, hic omnes exitus vnus habet.
Parce, ita nõ unquam ſimilem experiare dolorem,
  Et faueant uotis numina cuncta tuis.
Quod mihi præripuit mors immatura iuuentæ,
  Id tibi victuro proroget ulterius.

Homonymon, penultima correp. eiuſdem nominis, vt inquit Augu. Quod fit quum res quidem plures commune nomen accipiunt, interpretatione verò eiuſdem rei ſeparantur. ut homo pictus et verus. In hoc nanq́ idem nomen eſt. Sed ſi ad definitionem vel ad interpretationem hominis redeas, inueniuntur iſta diſparia. Quum enim dixeris, verum hominem animal eſſe, quod riſum capiat, et vim rationis admittat, quum depicto idem non poſſis dicere neceſſario inueniuntur diſparia. Regulariter autem accipere debemus omne nomen licet proprium, quod poſſit eſſe commune cum cæteris, Homonymon uocari. ut Cicero, non vnus, ſed plures. Alii homonyma dicũt æquiuoca, quæ vna voce multa ſignificãt. vt Taurus. Synonyma, ſunt res quæ et nomine et ſui interpretatione iunguntur, ut animal. Id enim et de homine, et de equo, et de fera, et de auibus dici poteſt. Animal eſt, quod cibũ capiat, quod mortale ſit, quod ſenſu moueatur. Polyonyma, ſunt quum multa nomina vnã rẽ ſigñant, neq; vlla differẽtiæ nominũ reddit ratio. vt enſis, mucro, gladi⁹. Hæc enim quum vnã rẽ tot ſignificẽt, nec diſcerni nec definiri põt. Heteronyma, à multis æque nominibus res ſingulas tenent, verum in his habet rationem diuerſitas nominum. vt, homo, terrenus, mortalis. homo, ab humanitate, terrenus, à terra in qua cuncta gignuntur, mortalis, à neceſſitate mortis. Diuiditur ubi Homonyma in duas partes. Aut enim fiũt fortuitu, aut hominum voluntate. Fortuitu fiunt, quum quedam caſu ſimile quis alteri nomen accepit. Voluntate, quũ ſimilitudo nominis ex induſtria imponentis affingi[illegible]

Homopathes, ſimul patiens,

Homophonos, pen. prod. Græcè ὁμόφωνος, concors eiuſdem linguæ.

Homophylus, pen. cor. eiuſdem generis vel tribus.

Homopſychus, pen. cor. vnanimis.

Homoſypini, dici poſſunt Latinè qui ſimul ſub eodẽ tecto dormiunt, quod familiarium proprium eſt.

Homothecnos, eiuſdem artis.

Homotopus, eiuſdem moris.

Homouſios, conſubſtantialis. ab ὁμοῦ, et οὐσία, quæ

ſignificat eſſentiam. Vnde Latini doctores Theologi Homouſion dicunt Chriſtum, quòd ſit vnius cum patre ſubſtantiæ.

Honeſtas, et Honeſtitudo, accipiſtur pro ipſa virtute. Eſt autem Honeſtas, honor perpetuus, ad aliquẽ populi rumore delatus.

Honeſtiſſimus, valde, honorabilis. Cic. Lentul. Poſt tuum deceſſum is dies nobis honeſtiſſimus fuit in ſenatu. id eſt, habebatur in magno honore.

Honeſto, ſtas, ſæpe vel quaſi continue honoro, honorifico'ue, Saluſt. Sed quòd indignos homines honore honeſtatos videbam. Huius cõpoſita ſunt Cohoneſto, quod eſt, ſimul vel oẽs honeſto. Cicer. Bruto, Quos cohoneſtatis, in primisq́; me, ſi Reſpublica municipum tuo ſtudio et diligẽtia bene adminiſtrata erit. Dehoneſto, quod eſt contrariũ ſuo ſimplici. Auguſt. lib. v. Confeſſionum, quid nocuerſit tibi, aut in quo imperium tuum dehoneſtauerunt.

Honeſtum, eſt quod virtutem probitatemq́; ſignificat, quo cauetur ne quid indecore effœminate, libidinoſe, turpiter fiat, cogitetur'ue. Iuuenalis,

Participem qui te ſecreti fecit honeſti. Salluſtius, Calumnia paucorũ, quibus omnia honeſta atq; inhoneſta vendere mos erat.

Honeſtus dicitur honoratus, qui onus Reipub. ſuſtinet. Item pulcher. Teren. in Eunuc. Ducit ſecum vná virginẽ dono huic, papè facie honeſta. Sic inhoneſtus, turpis. Idẽ in ead. Illum'ne obſecro inhoneſtũ, ſenem, et muliebrem?

Honor, et Honos, in nominatiuo, et adſpiratur (ſecundum Apuleium) vt differat ab Onos aſinus. Dictus honos ab honeſto onere, ut inquit Varro et Honeſtus, q̃ onus ſuſtineat Reſpub. Ex quibus verbis cõſtat, Honus et honuſtus, adſpirationem exigere, quũ tamen eruditorum vſus hodie non adſpiret. Eſt autem Honor reuerentia quá alicui exhibemus in virtutis teſtimonium. Aliquando etiam dicitur dignitas. Cicero lib. i. ad Cæſa. Iuni. Tu cum ea quæ es è ſenatu ſummo eũ honore tuo conſecutus. Et honor adminiſtratio magiſtratus. Vnde conſulatus et prætura honores dicuntur, et ius honorarium, ius prætoris. Ouidius lib. i. Faſtorum,

Verbaq́; honoratus libera prætor habet.

Reliqui tamen magiſtratus largo modo honores dicuntur. Et rurſus, honorum gradus, dicitur quum honor honori ſuccedit, vt, ædilitati prætura, conſulatui cenſura. Aliquando accipitur honor pro pulchritudine. Vergilius lib. i.

Et lætos oculis afflarat honores. Et alibi,

Frigidus et ſyluis aquilo decuſſit honorem.

Aliquando pro cultura obſeruantiaq́;. Idem lib. vi.

Semper honore meo, ſemper celebrabere donis.

Aliquando pro pudicitia. Idem,

Et rapti Ganymedis honores.

Aliquando pro hoſtia. vt,

Meritos aris imponet honores.

Aliquando pro præmio. ut apud eundem,

Ipſis præcipue doctoribus addit honores.

Aliquando pro ſepultura. ut,

Cernit ibi mœſtos, et mortis honore carentes.

Aliquando pro amore. Idem,

Si quis Amaræ Tangit honos animum.

Honorabile, quod eſt honore dignum.

Honoraria, ludi qui Romanis fiebãt in honorem Liberi patris, qui et Liberalia dicebantur.

Honorarius, a, um quod ad honorem pertinet. ut ius honorarium. id eſt, prætorium ab honore prætorũ. Honorarius arbiter dicit, quẽ honoris cauſſa vtraq; pars ſummum facit ſuæ cauſſæ et controuerſiæ iudicem. Cic. lib. v. Tuſc. Quorum controuerſiam ſolebat tanquá honorarius arbiter iudicare Carneades. Et ludi honorarii, quos antiqui liberalia dicebant, vt inquit Feſt. Dicti honorarii, ab honore videlicet eorũ, qui munera ea populo edebant. Honorarium quoq;, idem ferè eſt qđ munus præmii cuiuſdam loco datum. vt apud Vlpianum et Iuriſperit.

Honorificentia, tiæ, ab honorificens fit. Vnde et Honorificentiſſimus. Cicero Aulo Cecin. In quo admirari ſoleo grauitatem, et iuſtitiam, et ſapientiam Cæſaris, nunquam niſi honorificentiſſime Pompeium adpellat.

Honorifico, cas, honorem facio. Lactant. lib. vii. Vt adorent et honorificent regem magnum.

Honorificus, ca, cum. quod honorem confert. Cicero Cælio, Honorificus in me conſul fuit, et ſuauis amicus. Hierony. Schedulæ quas miſiſti, honorifica me adfecere contumelia, ſic ingenium prædicantes, ut fidei tollerent veritatem.

Honoro, ras, pen. prod. honore adficio. vnde Honoratus, qui in honore habetur. Cice. lib. i. Offi. Dicendum eſt etiam, qualem hominis honorati et principis domum placeat eſſe. Huius compoſita ſunt Exhonoro, et Inhonoro, quæ ſunt ſignificationis contrariæ ſuo ſimplici. Leo papa, Hic eſt qui in Abel occiſus eſt, in Dauid perſecutus, et in prophetis exhonoratus. id eſt, ſine honore habitus vituperatusq́;. Et in Euangel. Vos autem inhonoraſtis me. Sueto. in Claud. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac ſine grata mentione tranſmiſit.

Honorus, ra, rum. quod cum honore eſt. Vnde Inhonorus, ſine honore. Ambroſius lib. i. Offic. Loculos pecuniarum quas pauperibus erogabat commiſſos habebat, ne videatur quaſi inhonorus, aut quaſi egenus hominum prodidiſſe.

Honos præfandus eſt, et Honorem præfari quũ dicimus, eſt loqui cum reuerentia eius qui audit. Quod fieri ſolet, quũ eſt loquutio de aliqua re turpi.

Hopiſtocomæ, pen. cor. dicebant Euboici, qui comã per terga fuſam alerent, ſicut Acrocomæ Thraces, q antias in frontem muliebriter dimitterent.

Hopiſthocrepides, pen. corrcp. calciamentum quoddam fœmineum.

Hopiſthographi, pen. correp. ſed vertendo o, tenuem in adſpiratam. Nã ſine h, ſcribi debet, non ſpecie libellari, ſed voluminis habiles torqueri à tergo videnť adpellati, quoniá vtraq; pagina ſcripti eſſent aduerſa et auerſa, minutis literis et lituris pleni. A quo fortaſſe liturarios Auſonius poeta eos dixerit.

Plinius Iuni. Electorumq́; commentarios centum ſexaginta mihi reliquit opiſtographos. Alii accipiũt Opiſtographum, pro eo quod ita ſcriptum eſt vt legi poſtea non poſſit, niſi librariis deſcribendũ mandetur. Alii pro charta deletili, ſiue palimpſeſto poſſe capi exiſtimant, quia Vlpianus de bonorum, ſecundum tabulas, poſſeſſione diſſerens, Chartæ, inquit, adpellatio, etiam ad nouam chartam refertur, & ad deletitiã. Proinde ſi in hopiſthographo quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio.

Hopiſtophylaces, vocabantur, qui in prælijs terga cuſtodiebant.

Hopiſthotonus, dicitur, quum caput ſcapulis adnectitur.

Hora, tempus dicitur. Id eſt, quancũq; æternitatis partem, ſiue annuum, ſiue diurnũ, ſiue nocturnũ ſpaciũ ſignificet. Hinc Horæ Deæ, quæ quatuor anni tẽporibus præſunt, vt Homero placet, & aulæ cœleſtis cuſtodes, & ab Ouidio Deæ celeres adpellantur, Soliſq́; miniſtræ, quia ex Solis curſu horæ conſtant. Vnde & à Sole nomen acceperunt, qui apud Aegyptios Horus dicitur, autor Macrobius, Diomedes Horas ex Ioue genitas refert. Et quatuor anni tẽpora hyems, ver, æſtas, autumnus, Horæ dicuntur. Item partes ipſæ in quas diſtinctus eſt dies, Horæ uocantur. Hæ principio duodecim fuere. Dicta Hora, ab οὐρεῖν, quo uerbo vrina ſignificatur. Fertur enim quòd quodam tempore Hermes Triſmegiſtus quũ eſſet in Aegypto, ſacrum quoddã animal. Serapi dicatum, q̃ in toto die duodecies vrinam feciſſet, pari ſemper interpoſito tempore, per duodecim horas diem diuidi debere coniecit. Poſtea in viginti quatuor horas dies diuiſus eſt. Vel dicta eſt Hora, ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod eſt terminare. Nam extremitas cuiuſcũq; rei terminus eſt, & Horæ terminant tempora. Quidam ab horo, hoc eſt, ab Apolline, qui Aegyptiaca lingua Sol dicitur, quia Solem Iouis oculũ dicũt. Hora, etiam iuuentutis Dea dicta eſt. Ennius, Te Quirine pater ueneror, horamq́; Quirini.

Et Hora, Græcè ſignificat pulchritudinem. Vnde Horæos, adoleſcens formoſus.

Horæum, per ſimplex r, cũ diphth. dicitur mel æſtiuũ, ab hora. Nam Græci omnes fructus æſtiuos nominant Horæos, quoniam id tempus per excellentiam Horam vocant. Eſt & ſalſamentum ex piſce. Athenæus. Salſamentum autem horæum eſt, aut thunni ſ. In horæo macra pinguibus, in thunnio macria pinguia præferimus. Quæ cymbia dicuntur, inter macra ſunt, inter pinguia cordylæ.

Horarium, horæ ſpacium. Suetonius in Domitiano, Inter initia principatus quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat, nec quicquam amplius quàm muſcas captare, ac ſtilo præacuto configere. Eſt & Oſarium, ſine h, de quo alibi.

Horatius, poeta Venuſinus, Lyricorum ſcriptor, qui anno imperij Auguſti Cæſaris trigeſimotertio, ætatis verò ſuæ ſexageſimotertio moriẽs, Auguſtum reliquit heredem, maxima pompa apud Mecœnatẽ, in exquilijs ſepultus. Dictus ab orando, ſed conſuetudo inualuit vt adſpirationem admitteret. Ce.

Horctum, pro bono veteres vſurpauerunt. C.

Horda, vacca prægnans. Nam quæ ſterilis eſt, taura adpellatur. Ab Horda, Hordicalia dicta ſunt, dies in feſtis, quòd tunc boues hordæ immolarentur. Recẽtiores Fordus, a, um dixerunt. Ouidius, Forda ferens bos eſt fœcundaq́; dicta ferendo.

Hordeacea, dicta ſunt ab antiquis ſacra, in quibus hoſtiæ hordeæ, id eſt, prægnantes immolabantur.

Hordearius, ria, rium. quod ad hordeum ſpectat. Vnde æs hordearium veteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur.

Hordeis, genus piſcis.

Hordeum, ab horrore, quoniam licet calamus altior frumento quàm hordeo ſit, ariſta tamen mordacior eſt hordeo. Vel dicitur Hordeum, ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumenta ſit aridum. Vel dicitur à nomine fordus, a, um. ut loco f, fuerit adſpiratio addita. Priſci tamen illi dixerunt Hordeus, a, um, cum h, cuius loco poſteriores f, poſuerunt, atq; inde adſpiratio mãſit, vt ſit Hordeum, quaſi fordeũ, id eſt, grauidum eſt pregnans. Hinc Hordeaceus, a, um. qđ ex materia hordei eſt. vt panis hordeaceus.

Horeſtes, Agamemnonis & Clytemneſtræ filius fuit, qui matrem (quoniã necis paternæ conſcia fuerat) Aegyſto patruele eiuſdem Clytemneſtiæ matris cõcubitore cruci affixo trucidauit. Is poſtea in furorẽ verſus, à Pilade ſocio in Tauricam regionem perductus, ad aram Dianæ ab Iphigenia ſorore cognitus, liberatus eſt. Cornucop.

Horia, nauia piſcatoria. Plautus in Ru. Saluete horia mari fluctuoſo. Idem, Mea opera laboratur & rete & horia.

Horiola, diminutiuum eſt ab horia.

Horizon, pen. produc. finitio vel terminatio dicitur. Nam circulus eſt vel cœli terminus quodã circo deſignatus, qui ſuper terram uidetur, quem ſibi vnuſcuiuſq; circũſcribit adſpectus. Centũ & octoginta ſtadia non excedit acies contrà videntis. Vbicunq; terrarum ſteteris, videris tibi quandã cœli concluſionem videre, Horizontem vocauerunt. Fit autem ab horos, qui eſt terminus & finis. Contra tamen iſtas vulgi parabolas eſt Proclus Lycius Platonicus, qui ita ſcribit. Ὁρίζων δὲ ἐστὶ κύκλος ὁ περιορίζων ἡμῖν τό τε φανερὸν καὶ τὸ ἀφανὲς μέρος τοῦ κόσμου, καὶ διχοτομῶν τὴν ὅλην σφαῖραν τοῦ κόσμου ἄνω καὶ κάτω. id eſt, Horizon, id eſt, finitor, circulus eſt, definiẽs nobis ſpectatam cœli partem ab occulta, quæ ſpæram mundi ſurſum & deorſum in duas partes ſecat. Dicitur ergo Horizon, circulus diuidens hemiſphærium ſuperius ab hemiſphærio inferiori, in cõtactu cœli & terræ noſtri uiſus. Non autem Horizon terminans, quia Græcè neſciunt qui ſic loquuntur.

Hormeſion, gemma, ex igneo colore radians, auro portante ſecum in extremitate candidam lucem. Ce.

Horminodes, gemma, quæ ex argumento viriditatis adpellata eſt, ambiente circulo aurei coloris. Ce.

Hormum, genus quoddã eſt armatæ ſaltationis, adinuentum

uentum ab Lycurgo apud Lacedæmonios. Cc.

Horno, aduerbium, ſignificat hoc anno.

Hornus, na, num, adſpirať, vt differat ab arbore orno, vel quòd fiat ab eo quòd eſt hoc, & annus. Vnde Hornam frugem dixerunt, quæ hoc anno prouenit. Acron uerò Hornum, quod eſt vnius anni dixit. vt, res horna. id eſt, annua, uel noua. Et Horatius hornam frugem adpellat. Propertius libro quarto.

Illa dies hagnis cædem denunciat hornis.

Id eſt anniculis. At Porphyrio Hornum, huius anni expoſuit. Vnde ſuper illud Horatii in Epodo,

Et horna dulci vina promens dolio.

Ait. Horna uina, dicuntur huius anni. Nonius uerò, illius anni interpretatus eſt, & inducit Lucilium lib. xxviii. ita ſcribentem. Vtrum anno an horno te abſtuleris. Hinc Hornotinus. pen. corr. ſicut à diu, diutinus. Cato, Hornotinæ nuces virides. Columel. lib. iii. Plantas hornotinas ſcrobibus pedalibus factas antè Calendas Martii diſpoſitas habeas. Idem lib. vi. Præcipites palmites dicuntur, qui de hornotinis uirgis enati in duro adligantur. Id eſt, unius anni.

Horologium, Inſtrumentum quo horæ deſignantur, quod olim Solarium dicebatur, quoniã in Sole tantum horarum ratio cõſpiceretur. Sed excogitatum eſt, ut etiam ſine Sole uel ipſo ſonitu denuncientur horæ. Apud antiquos enim erat cõcha hemicyclea, lineis debita proportione diſtincta, cui prælongus ex ære aut ligno baculus Soli oppoſitus ſupereminebat, et eius umbra in lineas incidens horas oſtendebat. Quãquàm & alia habuerunt priſci horologia, uaſa ænea aquis plena, quantũq; in aliud uas cecidiſſet aquarum, quum ad inſtincta inſpexiſſent ſigna, quid temporis elapſum fuiſſet intelligebant, easq; à perforati uaſis ſimilitudine clepſydras adpellarunt. ut Plinium oratorem & Corne. Tacitum ſæpe uideamus ſcribere, tribus aut quatuor clepſydris dicendi tempus præfixum oratoribus fuiſſe. Et hæc duo horologiorum genera, Cicer. lib. ii. de Natura Deorum ſic indicat, Aut quum Solariũ uel deſcriptum, aut ex aqua cõtemplari, intelligere declarãri horas arte, non caſu aquæ ſalientes, quandoq; ex uiuo fonte, quandoq; ex uaſis, ſuperne pendentibus fiſtulis deductæ, quò magis coartantur, eo feruentius prouolant in ſublime.

Horomaſdes, apud Chaldæos bonus dæmon erat, q Iupiter putabatur. Cc.

Horos, à Græcis dicitur finis terminus cuiuſuis rei. Inde à Latinis oram dici quidam putant, cuiuſcũq; corporis extremum.

Horoſcopus, penultima correpta ab hora ſeu horos, & σκοπέω, perſpecto. ſignificat eam cœli partem, quæ hora qualibet ab inferiori hemiſphærio ſurgit ab Oriente. Aſtrologi aſcendens adpellant. Significat etiam inſtrumentum quoddam ad horas oſtendendas. Auguſt. lib. v. de Ciui. Dei, Ac per hoc ſi tam celeriter alter poſt alterum naſcitur, vt eadem pars horoſcopi maneat, paria cuncta quæro, quæ in nullis poſſunt geminis inueniri. Si autem ſequentis tarditas horoſcopum mutat parentes diuerſos quæro, quos gemini habere non poſſunt. Quãdo verò adiectiuum eſt, ſignificat omne id in quo horæ notantur. Plin. Vaſa horoſcopa nõ vbiq; eidem ſunt uſui, trecentis ſtadiis, aut longiſſime etiam quingentis ſtadiis mutantibus ſemet umbris.

Horrearius, dicit͏ͬ qui eſt cuſtos vel exercitor horrei.

Horreo, horres, horrui, horrorem habeo, ꝓprie quũ pili ſetæ'ue in animante eriguntur. Verum quando hoc ex frigore fit, dicimus Horrere, frigere. Iuue.

Et horrenti tunicam non reddere ſeruo. Et quia frigus in corpore perſæpe à timore eſt, dicimus Horrere, timere. Vergilius libro tertio Georgico.

Nec varios horret ſtrepitus. Et Horrere, eſt aſperũ eſſe, quoniam corpora quæ horrent aſpera redduntur. Idem, Tum late ferreus haſtis Horret ager. Columella libro. I. Sunt quædam loca quæ ſolſtitiis minus coaleſcunt, ſed hyeme intolerabiliter horrent, ſicut Thebas ferunt Bœotias. Similiter Horrere, eſt ſtupere, mirari. Vergilius lib. iii.

Horrendum ac dictu video mirabile monſtrum.

Conſtruitur hoc verbum modo abſolute. Terentius in Eunu. Totus horreo. Modo cum datiuo. Lactantius libro. v. Cui enim talia ſacrificia non horreant. Modo cũ ablatiuo mediãte præpoſitione. ut apud eundem libro. vi. Nam de mortis generibus horret animus recordari, quum immanium beſtiarum ultra ipſam mortem carnificina ſæuierit. Modo cum ablatiuo ſine præpoſitione. Hieronymus, Horrebant ſacco membra deformia. Modo cum accuſatiuo.

Vergilius libro tertio Georgico.

Nunquam cuſtodibus illis.
Nocturnum ſtabulis furem, incurſusq; luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis iberos.

Huius verbi compoſita ſunt Abhorreo, Cohorreo, Exhorreo, Inhorreo, & Perhorreo.

Horreſco, horridus fio, vt quum quis intrinſecus algorem ſeu tremorem in ſe citari & creſcere ſentit, pauore, ſtupore, aut febri incaleſcente, & huiuſmodi.

Vergilius libro ſexto.

Horreſcit uiſu ſubito, cauſſasq; requirit.

Paſſiue ſumitur ſimiliter. Plautus in Aſinar. Horreſcet ſaxo lena, leges quum audiet. id eſt, expaueſcet. Et Horreſcere, contremiſcere. Verg. lib. iii. Geor.

Tum ſegetes altæ campiq; natantes
Lenibus horreſcunt flabris.

Aliquando actiue capitur. Idem lib. iii. Aeneid.

Nec tu menſuram morſus horreſce futuros.

Id eſt, expaueſce. Sic eius compoſita, Obhorreſco, Exhorreſco, Inhorreſco, & perhorreſco, actiue & paſſiue ſumuntur.

Horreum, ab horrore, quaſi horridum, propter aſperitatem ariſtarum. quoniam priſci fruges in ſuis ſpicis cum ariſtis in granariis conderent. Vel quoniam in eminentiori parte uillæ ſiue domus eſſe debet, & oppoſitum Septẽtrioni. Septentrio verò, qui eſt frigidus, facit horrorẽ. Hinc Horrea, quia frigida eſſe debent & ſicca, ne fruges putreſcant. Varro ab hordeum tractum exiſtimat, quod antiqui farreum à farre dicebant, quòd in eo hordeum ſeruaretur, ſicut

à grano granarium. Non ſolū autem Horreum accipitur pro loco ad cuſtodiam frugum, ſed etiam rerum aliarum precioſarum repoſitarum à quotidiano vſu. vt apud Apuleium in Metamor. Demōſtrat horreum, vbi veſpera ſagaciter argentum copioſum recondi viderat. Et Iuriſconſulti Horrea frequenter vſurpant pro repoſitoriis mercium, & rerum precioſarum.

Horribilis, formidabilis. Cicero, Et qđ dictu quoq; horribile videtur, viuentis ſanguine hauſto. Iiē teter deformis. Varro, Fœda atq; horribili.

Horriditas, ipſe horror. Næuius, Omnia mihi horriditati erant maximæ.

Horridulus, diminutiuum. quo tremens ſignificatur. Perſi. Scis comitem horridulū trita donare lacerna.

Horridus, da, dum, hiſpidus, aſper. Verg. lib. iii.
Et glacie riget horrida barba.
Et Horridus, timendus. Idem, Horridus in iaculis.

Horrifico, cas, horrorem incutio. Vergilius,
Multaq; præterea vatum prædicta priorum,
Terribili monitu horrificant.

Horrificus, ca, cum. quod horrorem facit.

Horripilo, las, penul. corre. ſignifiest horridiore, aſperioreq; pilo fructificare. Apuleius lib. iii. Aures immodicis horripilant auctibus.

Horriſonus, na, num, penul. corre. quod cum horrore ſonat, ſiue quod horridum ſonum habet.

Horror, tremor, proprie quum totum corpus uel frigore uel pauore intremiſcit. Colu. li. iii. Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ à frigore. Frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgeſcunt, hororem, vbi totum corpus intremiſcit. Vergil.
Mihi frigidus horror Membra quatit.
Plautus, Quis hic horror eſt? Quid pauitas? Refertur etiam quandoq; ad toruitatem aſpectus. Apuleius, Quum quem aſpexiſſet, horrore hominis deterritus ſtatim retroceſſit. Quandoq; ad abominationem. Varro, Ira, odium, horror, eos ab incepto retrahit. Quandoq; ad venerationem. Vergil.
Arboribus ſuus horror ineſt.

Horſum, ſurſum, ſignificat infra ſurſum. Terentius in Hecyra, Tace trepidari ſentio & curſari horſum ſurſum.

Hortenſia, Hortenſii filia fuit eloquētiſſima, quæ quū matronarum ordo, graui tributo à Triūuiris, Octauio M. Anto. Lepido premeretur, nec virorū quiſquam ipſi adeſſe auderet, cauſſam conſtanter egit, repræſentataq; patris facūdia, impetrauit ut maior pecuniæ pars eius remitteret. Eius orationis elegantes ſenſus ab Apiano Alexandrino referuntur.

Hortenſius, Romanus Rhetor, qui in foro Romano cauſſarum rex ob eloquentiam dictus eſt, licet eius ſcripta infra famam fuerint. De quo Cicero in Bruto ſic refert. Primum memoria tanta, quantam in viro cognouiſſe me arbitror, vt quæ ſecum commētatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet quibus cogitauiſſet. De quo etiam fertur, quòd ſedens olim totum diem in auctione, omnes res uenales, & precia, & emptores, ordine ſuo recenſuit, argētariis res cognoſcentibus, ita vt in nullo falleretur.

Hortor, eſt quaſi ore perſuadeo, & conſilium ad erigendum animum præſto. Et aſpiratur ne frequentatiuum ab orior putetur. Et differt à moneo, quia monemus autoritate & conſilio, hortamur rationibus & precibus etiam plerunq; blandiendo. Terentius, Ego propterea te ſedulo & moneo & hortor, ne cuiuſquam te miſereat. Huius compoſita ſunt Adhortor. Terent. in Heau. Syrus eſt adprehendendus atq; adhortandus mihi. Cohortor. Lactantius lib. v. Et antiſtites religionum conuocent nos ad cōtentionem cohortentur, ad ſuſcipiēdos cultus Deorum perſuadeant. Dehortor, diſſuadeo. Terentius in Phormione, Hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem. Exhortor, valde hortor. Lactan. lib. vii. Supereſt vt exhortemur ad ſuſcipiendam cum uera religione ſapientiam.

Hortus, tus. vide infra in dictione Ortus.

Horula, penulti. corre. diminutiuum, hora parua. Hieronymus, Poſt aliquam horulam iuxta exigentiam temporis ad eccleſiam ſorores campanula uocet.

Horuncula, diminutiuū ab hora. Hieronymus ad Euſtochium, Poſt aliquam horunculam in qua legendum eſt poſt cibum, vel orandum licest uolentibus paulisper quiete potius quàm ſomno corpus reſocillare.

Horus, Iſidis filius, quem quum Iſis amiſiſſet, ueritus ne illi obueniret quod Oſyri patri acciderat, multū fleuit, ſed eo inuento, mœrorem in lætitiam conuertit.

Hoſpes generis cōmunis, ſecundum Priſcianū, dictus eſt, quòd hoſtium noſtrum petat, vel quòd ore, id eſt, oſculo aduenienis nos petat. Lucanus,
Hoſpes in externis audiuit curia tectis.
Alii volunt eſſe generis omnis. nam neutrum pluraie hsbet Hoſpita, quum tamē Hoſpitia dici deberet, ſicut diues diuitia. Ouidius lib. xv. Metamor.
Nec inhoſpita tecta Crotonis. Dicuntur autem hoſpites amici diuerſarum patriarum qui ſe mutuo recipiunt, quum alter in alterius patria peregrinus eſt. Ouidius, Non hoſpes ab hoſpite tutus.
Cicero, Per dextram iſtam quam hoſpes hoſpiti porrexiſti. Taliſq; amicitia hoſpitalitas dicitur, ſiue hoſpitium. Cicer. Fuit mihi cum illo uetus hoſpitium. Et eorum domus quæ gratis liberaliterq; uenienti hoſpiti patent, Hoſpitia dicuntur. Idem, Ex hac uita diſcedo tanquàm ex hoſpitio, non tanquā è domo. Quapropter & ædes quæ publice parantur ad egenos recipiendos, hoſpitia, & hoſpitalia adpellātur. Nam illa quæ uiatoribus peregrinisq; mercede patent, cauponæ, diuerſoriaq; vocantur. Hinc adpellamus locum Inhoſpitalem, quò ſine periculo non venimus aut moramur. Sunt tamē, qui nec hoſpes, nec hoſtium adſpirent.

Hoſpita, pitæ, & Hoſpita neutro genere, & numero plurali. quæ facile ſuſcipiunt. Terentius in Andria, Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ, ꝑpter huiuſce hoſpitæ conſuetudinem? Sic Hoſpita terra dicitur, in qua facile ſuſcipimur. Plautus in Mi. In uia hoſpita. Et hoſpita æquora, ſeu hoſpita flumi

ſta,per quæ nauigari aut tranſiri poteſt. Statius lib. iii. Thebai. Accipies feſſis& libens iterum hoſpita pandas Flumina. Vergilius lib. iii. Aeneidos.

Pauca tibi è multis, quò tutior hoſpita luſtres.

Aequora, Seruius, Hoſpita æquora, vicina. Nihil enim nobis hoſpitio uicinius eſſe conſtat. Legitur & Inhoſpita,neutro genere. ut, Inhoſpita tecta, quū tamen Inhoſpes non legatur. Ouidius primo Metamorphoſeos.

Arcados hinc ſedes, & Inhoſpita tecta tyranni Ingredior.

Hoſpitale,ſeu Hoſpitium,domus hoſpitum. Liuius libro ſecundo. Ibi benigne excepti, diuiſi& in hoſpitia, curatis vulneribus. Significat etiam Hoſpitium, amicitiam & familiaritatem,quam hoſpes erga hoſpitem habet.

Hoſpitale adiectiuum, quod eſt hoſpitis, ſiue quod ad hoſpitē pertinet. Liuius lib. i. Exceptus benigne ab ignaris conſilii, quum poſt cœnam in hoſpitale cubiculum deductus eſſet. Et lib. ii. Alii profecti domos nuncii hoſpitalium beneficiorum, multos Romæ Hoſpitium, vrbis& charitas tenuit.

Hoſpitalis, pro liberali & facili ad ſuſcipiendū hoſpites hoſpitio, apto& ad ſeruiendum hoſpiti.

Hoſpitalitas, ipſa facilitas, & ī recipiēdo benignitas.

Hoſpitor,taris, amice i hoſpitiū recipio, vel recipior.

Hoſſimi, penul. cor. dicti ſunt, qui ſine naribus naſcūtur, habentes tantum foramina pro naribus. Hi etiā Simones adpellantur, vt inquit Plinius lib. xi.

Hoſtia, ab hoſtis deducitur, ſignificat& ſacrificium quod ab iis fit qui in hoſtem pergunt ob victoriā. id eſt, pro uictis hoſtibus. Vnde etiam lares hoſtiolos dixerunt, quòd hoſtes ab eis pellerentur. Hæc & victima dicitur. Hiero. Hoſtia dicitur, quæ per partes diuiditur, & ſanguis circa altare effunditur, & ipſa hoſtia foris comburitur. Sacrificium, dicitur uinum & oleum, & medium animal. Holocauſtum, totum cōbuſtum. Et Victima, antè quàm occidatur. Feſt. Hoſtia, ſacrificium quod Laribus immolabāt, quòd ab illis hoſtes arceri putabant. Ouidius,

Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.

In qua ſignificatione etiam dicitur victima, à deuictis hoſtibus. vt apud eundem,

Victima quæ dextra cecidit victrice vocatur.

Alii Hoſtiam, ab hoſtio, ferio deriuāt. Placidus Grāmaticus ab hoſtimento. id eſt æquamento. Gellius ſcribit, Hoſtiam à quolibet ſacerdote, uictimam, eius qui vicerit manibus, debere immolari. Hoſtia etiam ciuitas, de qua in dictione Oſtia. Et Hoſtia nomen puellæ, quam à ſe amatam Propertius Cynthiam vocauit.

Hoſticapax, penul. correp. qui hoſtes capit.

Hoſticus, ſubſtantiuum nomen portæ fuit.

Hoſticus, ca, cum, penultima correpta, idem quod hoſtile. Horatius in Ser.

Hunc neq; dira venena, nec hoſticus auferet enſis.

Columella in Præfatione, Quanquam inter ferrum & ignes hoſticis incurſionibus uaſtatas fruges, largius tamen condidere quàm nos, quibus diuturna permittente pace, prolatare licuit rem ruſticam.

Hoſtile, penul. produ. quod eſt hoſtis. Vergil.

Indutos& iubet truncos hoſtilibus armis.

Hinc Hoſtiliter, aduerbium, ad modum hoſtium.

Hoſtimentum, æquamentum. vt quum quis pro beneficio compenſationem accipit. Plautus in Aſinaria, Par pari datum, hoſtimentum eſt, opera pecunia.

Hoſtio, ſtis, æqualiter eo, procedo, æquo, & uicē reddo. Plautus in Aſina. Quin promitto inquam hoſtire contrà vt merueris. id eſt, æqua reddere. Quandoq; comprimo, coherceo. dictum ab hoſtia. Pacuuius, Niſi cohercuero proteruitatem, atq; hoſtiero ferociam. Quandoq; offendo, cedo. Idem, Nunc id mihi moleſtum eſt, quòd hoſtit voluntatem tuā. Huius compoſitū eſt Rehoſtio, quod eſt vicem refero, vt inquit Feſtus.

Hoſtis, cōmunis gener. ab hoſtio, ſtis, quod eſt æquo, quòd in hoſtium cōflictu ſoleat fieri quædā æquatio ordinū, ſeu quòd ex æqua cauſſa pugnā adeāt. Vnde apud antiquos Hoſtis peregrinus dicebatur, quòd ſuis legibus viuens, nobis æquus videretur. Nunc dicunt eum, quem tunc dicebant perduellem, qui nobis, aut cui nos bellū publicè decreuimus. Inimicus, cum quo priuatas exercemus inimicitias.

Hoſtium, (inquit Varro) vocant, quod ex uno facto olei reficitur. Factum dicunt, quod uno tempore conficiunt, quem alii centum quadraginta aiunt eſſe modiorum.

Hoſtorium, lignum æquatoriū, baculus cum quo modius & exteræ menſuræ æquantur. Et alio nomine radius dicitur.

H ANTE V.

HVber, (ſecundum Apuleiū) cum h, ab ὕω pluo. Alii magis ab humeo, ſicut tuber à tumeo, m, in b, conuerſo. Lora enim acida infœcunda ſunt, cōtrà quæ humecta ſunt feracia. Et mulierum ubera ſi humore careāt, carebunt & lacte. Generis communis, vel omnis pro abundanti & fœcundo. Cato lib. ii. Orig. Ita res huber fuit. Ambroſius lib. Hexame. Quacunq; ex cauſſa ſoli huberis ſterilitate mulctatur. Palladius, Pratis recentia ſtercora proficiem ad huber herbarum. Huius contrarium eſt Inhuber. Gellius, Inhuberes & multæ quidē macræ& eſſent. Huber vero neut. generis, mãma eſt. Vergilius,

Binos alit hubere fœtus. Proprie tamen Hubera, videtur dici interiora mammarum, Mammæ verò, huberis eminentiæ. Verg. lib. iii. Georgico.

Læta magis preſſis manabunt hubera mammis.

Ab Huber, pro fœcundo, fit Hubertas, Hubertim, & Hubertime, aduerbia, pro fœcunde, copioſe.

Hubero, ras. huberē & fœcundū facio. Pallad. li. iiii. Hoc velut cultu ſteriles arbores huberantur.

Hubertus, ta, tum, abundans. Gellius, Sed ea ipſa genera dicēdi iam antiquitus tradita ab Homero ſunt, tria in tribus. Magnificum in Vlyſſe, & hubertum. Subtile in Menelao, & cohibitum. Mixtum moderatum& in Neſtore.

Huc, aduerbium, ad locum. Cornucopiæ.

Hudum, vide in dictione Vdum.

Hui,interiectio eſt dolentis,ironiam ſignificans.
Huic,datiuus pronominis,monoſyllabū eſt ut apud Verg. Huic coniunx Sichæus erat. Quandoq; per diæreſim biſyllabum efficitur. Statius lib.I.Theb. Lætus huic domino videas dare iura nepotes.
Huiuſmodi,et Huiuſcemodi,nomina adiectiua,ex pronomine et nomine cōpoſita,omnis generis. Vel ſecundum aliquos,obliqui caſus,omnibus generibus figurate adiuncti.Cc.
Hululo,las,pen.cor.proprium eſt vocis tum luporū, tum canum.hinc Hululatus.
Hulula,pen.cor.auis buboni ſimilis,quæ à cantu ſuo nomen accepit.
Humanæ res,dicuntur res hominū.ut argentū, numi, fundus,poſtremo etiam ipſa cogitatio.
Humanitas,proprie naturam humanā ſignificat. Vnde apud Apoſtolum, Vt humanitas ſubleuatur diuinitati. Deinde ſumitur pro eo quod Græci παιδείαν dicunt, nos eruditionem et inſtitutionem in bonas artes,quas qui ſinceriter cupiunt, atq; adſequuntur, ii ſunt vel maxime humani,Huius ſcientiæ cura et diſciplinæ ex vniuerſis animalibus vni homini data eſt,idcirco Humanitas adpellata. Var.Praxiteles, ait,propter artificium egregium nemini eſt paulum humaniori ignotus.Humaniori,dixit pro eruditiori.Hine ſtudia humanitatū,id eſt,eruditionis adpellantur,quibus artes liberales intelliguntur. Sed quia homo inter omnia animalia maxime mitis eſt,idcirco Humanus pro facili et miti ponit, et Humanitas pro facilitate,tractabilitate,manſuetudine, clementia,beneuolentiaq;,quam Græci φιλανθρωπίαν vocant,quaſi amorem in homines. φίλος amor, ἄνθρωπος homo. Cicero lib.I.Offic.Nō modo id virtutis non eſt,ſed eſt potius immanitatis,omnem humanitatem repellentis. Ambroſius lib.III.Offic. Conſydera homo,unde nomen ſumpſeris. Ab humo vtiq;, quæ nihil cuiquam eripit,ſed omnia largitur omnibus,et diuerſos in vſus omnium animantiū fructus miniſtrat. Inde adpellata Humanitas, ſpecialis et domeſtica virtus hominis,quæ conſortem adiuuat.
Humanitus,aduerbiū.ſignificat ab hominibus, ſicut diuinitus à Deo,et cœlitus à cœlo.
Humaniter,aduerbium ſignificat cum humanitate.
Humanus,na,num,ab homo, ſicut à fera ferinus, mutata o,in u,Veteres enim Homanus dixere. Et proprie dicitur q.đ eſt hominis, vel quod ad hominem ſpectat.Plautus in Amphitryon. Non minus quàm veſtrum quiuis formidat malum, humana matre natus,humano patre. Terentius,Homo ſum,humani nihil à me alienum puto.
Humarium,ſacrificii genus.
Humecto,as,frequent.ſæpe humidum facio.

Vergilius lib.IIII.Georgic.

Qui niger humectat flauentia culta galeſus.
Colum.lib.VIII. Agnus quum eſt editus erigi debet, atque uberibus admoueri, tum eius deductum os preſſis humectare papillis, vt condiſcat maternum trahere alimentum.
Humeo,mes,humui,humectum,madidus ſum. Colu. lib.IIII. Verū eſt in opere difficilior, quòd neq; humentem fodere poſſis,quòd ſit glutinoſa,nec nimiū ſiccam,quia vltra modum prædurarur. Augu.li.XIII. de Ciui.Erat enim puluis humectus.
Humerus,pen.corr.ab humo fieri quidā exiſtimāt q. inſtar humi ſufferendis oneribus apti ſunt humeri. Sunt autem Humeri, à quibus dependent brachia. Quorum quidem humerorum latitudo fortitudinē ac prudentiam indicat. Verg.lib.II.
Hæc fatus latos humeros ſubiectaq; colla.
Hi etiam armi dicūtur, à quibus arma,ut inquit Feſtus.Hine humeroſus, a,um. Colu.libr.IIII.Itaq; cuſtodiemus,vt à prædictis locis,quos humeroſus ruſtici vocant,ſemina legamus.
Humeſco,humectus fio. Verg.lib.II.Georgic.
Humeſcunt ſpumis flatuq; ſequentem.
Ambroſius per tranſlationem.Pulchrum eſt,inquit, vt diuinarum ſcripturarum humeſcamus eloquio,et quaſi ros,ſic in nos Dei verba deſcendant.
Humidus,a,um,penult.correp. quod extrinſecus humorem habet.
Humigatus,humore profuſus. Apu.li.I.Flo. Vel enim colliculus ſepimine conſecratus,vel truncus dolamine effigiatus,vel ceſpes libamine humigatus,vel lapis vnguine delibutus.
Humile,pen.cor.dicitur quod eſt humi decliue. vnde et pro paruo,abiecto,et ſubmiſſo ponitur. Verg.
Atq; humiles habitare caſas.
Columella lib.IIII.Bos humilis inquit.
Humilio, lias, humilem facio, et quaſi abiectum ac vilem.ut eſt illud,Humiliauit ſeipſum, formam ſerui accipiens.
Humilitas,breuitas,abiectio Cic.lib.I.Offi.Quorum autem prima ætas propter humilitatem et obſcuritatem in hominū ignoratione verſatur. Humilitas,vt oppon.ſ ſuperbiæ, ſic definitur à Speuſippo, quòd ſit facilitas animæ omnis expers iracundiæ.
Humo,mas,humo contego,ſepello. Cice.II. Tuſculanarum,Magorum eſt mos nō humare corpora ſuorum, niſi à feris ſint antè laniata. Idem in eodem.In terram enim cadentibus corporibus,hisq; humo tectis,à quo dictum eſt Humari. Humatus ergo,humo contectus,ſepultus,quoquo modo cōditus dicitur. Gelli.In ſui pueri ſepulchro humatus eſt. Huius cōpoſita ſunt Exhumo,quod eſt è terra extraho. Inhumo,terræ iniicio. Pli.lib.XVII. Non inhumare taleas aut ſiccare prius quàm ſerantur,vtilius compertum. Vnde Inhumatus,inſepultus.
Humor,ab humus fit,quia aquæ terris incluſæ ſunt.
Humus terra humefacta, dicta humus, q: humorem contineat,licet non cōueniat tempore. Prima enim ſyllaba huius dictionis humus,breuis eſt,prima huius dictionis.Humor,longa eſt. Ab humus, venit humeus,a,um,quod ex humo eſt.
Hunni,populi ſunt,qui quondam in Scythia Europæ ſuper Mæotida paludem incoluere, deinde mutatis ſedibus ingenti multitudine profecti in Pannoniam deuenerunt. De his Hieron.ad Oceanum. Ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim, et Maſſagetas

rum immanes populos, vbi Caucaſi rupibus feras gentes Alexandri clauſtra cohibent, erupiſſe Hunnorum examina, quæ pernicibus equis hucilluc q́ volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta compleuerunt.

H ANTE Y.

HYacinthina, ſubſtantiuum (ut autor eſt Hieron. contra Iouinianum) dicebantur quædam ſacra nocturna.

Hyacinthina, verò, adiectiuum, eſt ab Hyacinthus.

Hyacinthus, flos, viola, et gemma in qua fulgor violaceus dilutus eſt, vt inquit Plin. Vnde Hyacinthinus, na, num, pen. cor. color aerius. Hierony. in Exo. ſcribit pelles hyacinthinas adpellari à colore. Et velum ex hyacintho, cocco, byſſo, purpura q́ contextũ. in quo hyacinthus aeri deputabatur, ſicut coccus ætheri, byſſus terræ, purpura mari, vt idem cũ Ioſepho adſerit. Ouidius lib. x. Metamorphoſeos,

Annua præclara redeunt hyacinthina pompa.

Sunt autem hyacinthi albi, et cærulei, et rubri ſiue purpurei. Vnde et hyacinthina. Vergilius,

Et ſuaue rubens hyacinthus. Eſt autẽ hyacinthus, ruber flos, ex herba eiuſdem nominis naſcens. A' cuius ſimilitudine rubræ veſtes, hyacinthinæ veſtes, nominãtur. hoc eſt, hyacintho flori ſimiles. Perſius,

Hic aliquis cui circũ humeros hyacinthina læna eſt.

Vnde inter gemmas quæ berylli dicuntur, hyacinthizontes vocantur, quia rubore quodã ſuffuſi ſunt. Et hyacinthus per ſe gemma eſt, amethyſto ſimilis. Hyacinthinus color, hiſginus etiam dicitur, à genere herbæ quæ hiſge dicitur. De hyacintho autem flore duplex extat fabula. Nam et hyacinthum puerũ diſcum ab Apolline, quem imprudens interfecit, in hunc florem mutatum tradunt. Vnde in eo duæ primæ literæ inſcriptæ cernuntur αι, quæ vox dolentis eſt. Et Aiacem in eundem florem conuerſum aiunt, dum impatientia prælati ſibi Vlyſſis ſeipſum intercemit. Cuius nomen ſimiliter in principio αι. literas habet. Ouid. Litera cõis mediis q́ puero q́ viro q́ Inſcripta eſt foliis, hæc nominis, illa querelæ.

Sunt qui hyacinthos, vacinia interpretentur Latinè. Plinius, Italiæ, inquit, vacinia in aucupiis ſata, Galliæ verò etiam purpurea tingendi cauſſa ad ſeruorum veſtes.

Hyades, ſtellæ ſeptem, in cornibus et ore Tauri, quæ quoties naſcuntur vel occidunt, pluuias creant, ἀπὸ τοῦ ὕω pluo. Suidas ὑάδες αἱ ἐπὶ τῶν κεράτων τοῦ ταύρου ἀστέρες. id eſt. Hyades ſtellæ in cornibus tauri. Ouid. Et ſimul inducent obſcura crepuſcula noctẽ,

Pars hyadum toto de grege nulla latet.

Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis,

Nauita quas hyadas Graius ab imbre vocat.

Vel dictæ ſunt hyades, quòd in ſpeciẽ y, literæ poſitæ ſunt in cœlo. Alii dicunt quòd hæ Bacchi nutrices fuerunt, quæ Dodonides Nymphæ vocantur, à Dodona ciuitate Epiri, et quum Iunonis iram vererentur, fugerent q́ Lycurgi regis ſæuitiã, Iupiter eas in cœlorum intulerit, et ſtellas eſſe iuſſerit. Alii tradant Athlantem ex Aetra vxore hyam filium ſuſcepiſſe quem à leone deuoratum, quũ ſorores miſerabili lamentatione proſequerentur, et mœrore vitam finirent, Iupiter illas miſeratus, in ſtellas vertit, vt earum pietatis perpetuum hoc eſſet teſtimonium, quæ de fratris nomine hyades ab hominibus dictæ ſunt. Fuerunt autem ſeptem ſorores, quæ et Athlantides adpellantur. Latini eas Suculas vocant, quia ſues gaudent luto, quod fit ex pluuia aqua. Harum nomina Ambroſia, Eudora, Paſithoe, Coronis, Plexaura, Pytho, Tythe.

Hyæna, cum diph. et penultima producta animal ferum atq́ agreſte, quod alternis vicibus maſculum eſſe et fœminam tradit Plin. ſermonem quoq́ humanum adſimulare. In cuius ſpina articulus ſiue nodus eſt, ad medicamina efficax, Hieronym. Fel hyænæ oculorum reſtituit claritatem De animali.

Ouidius lib. xv. Metamorphoſeos,

Et quæ modo fœmina tergo

Paſſa marem, nunc eſſe marem miramur hyænam.

Hyalus, penultima correpta vitrum. Et pro viridi colore ſumitur. Vergilius libro quarto Georgic.

Mileſia vellera Nymphæ

Carpebant hyali ſaturo fucata colore, id eſt, vitri, quòd ſit naturaliter coloris viridis. Inde fit hyalinus, pro vitro.

Hyalurgus, pro vitreario.

Hyberes, populi ſunt Moſcorum, Colchis finitimi.

Hyberia. regio Aſiæ, cui ad Septentrionem Nomades adſtant, et Caucaſi montis adcolæ, ad Meridiem Armenia eſt, ad Occidentẽ Colchis. Tota regio Caucaſiis montibus circundatur.

Hyberna, numero plurali. dicuntur loca in quibus milites hyeme ſtationem faciunt, ſicut æſtiua, in quibus æſtiuo tempore commorãtur. Cæſar, Poſt hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus eſt. Varro adpellat hybernacula.

Hybernacula, loca ad hybernãdum parata. Liuius, In eo loco milites hybernacula ſibi conſtituerunt.

Hybernia, inſula inter Septentrionem et Occidentem Solem, dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua eſt. Ab hyberno tempore (vt quidam putant) ſic adpellata, propter hyemis magnitudinem. Hinc hybernicus, ca, cum, vt mare hybernicum.

Hyberno, nas, hyemo, ſeu in hyeme ſtationem facio. Liuius, Legiones q́ Placentiæ hybernabant.

Hybernus, na, num, quod eſt hyemis. ut hyberna glacies. q̃ nomẽ ab hymbre deduci aſpiratio indicio eſt. Quidã tamen magis per i latinum ſcribũt Hibernus ſicut et hiems, et himber. Fit autem Hybernus ab hymber, remota m, ſicut à patre, paternus. Sed vtcun q́ ſcripſerit, puto culpandus non eris.

Hyberus, fluuius Cãtabrorum in Hiſpania, iuxta quẽ eſt Tarraco. Cornucopiæ.

Hyble. vel Hymbles, ciuitas Siciliæ, in qua thymi & ſalicũ copia. ab hyblone rege dicta. Hanc Strabo à Dorienſibus conditã ſcribit. Eſt etiã huius nominis mons proximus thymo abundans, unde apes paſtæ mel optimũ cõficiunt. Hinc Hyblæus, blæa, blæum, vt apes hyblææ et mel hyblæum. Vergilius,

Hyblæis apibus florem depaſta ſaliĉti. Marti.
Quum dederis Siculis mediæ de collibus hyblæ.
Cecropios dicas tu licet eſſe fauos.
Hic mons etiam Megara uocatur.

Hybridæ, pen. cor. uocantur canes, qui imparibus parentibus nati ſunt (inquit Porphyrio) hoc eſt, ex uenatico et gregario. Plin. lib. viii. ſcribit, Hybridas uocari ſues ex fero et domeſtico ſue progenitos. Quæ adpellatio ad homines quoque tranſlata eſt, ut qui patre Romano et matre peregrina natus eſt, uel econtrario, hybrida adpellatur. ὕβρις enim contumelia. ὑβρίζω contumelior, contumelioſe. ut ſint hybridæ, quaſi per contumeliam nati. Suetonius in Auguſto, Thermaſini Epicadi ex gente Parthica hybridæ.

Horatius libro primo Sermonum,
Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus opinor.

Hybris, auis ex accipitrum genere, quæ die minus adparet, quia non clare uidet, ſed nocte uenatur more aquilæ. Pugnat etiam cũ aquila adeò acriter, ut ſæpius ambæ implexæ deferantur in terram.

Hydaſpes, fluuius Indiæ. de quo Lucanus lib. vi.
Qua rapidus Ganges, et qua Niſæus hydaſpes.
Dictus ab hydaſpe antiquiſſimo Medorum rege.

Hyderon, genus morbi eſt, ut inquit Columel. lib. vii. quum diſtenditur aqua cutis.

Hydor, Hydas, et Hydos, Latine aqua, unde fiunt quæ ſequuntur.

Hydragogus, pen. prod. adaquator dicitur. Ideſt, ductor riuorũ. ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ ἄγω συντίθεται. id eſt, ab aqua et duco componitur.

Hydraegyrium, pigmenti genus, in uicẽ argẽti uiui aliquando dilutum, quo argentum optime inauratur.

Hydraula dicitur qui peritus eſt organorum hydraulicorum.

Hydria, urna ad capiendam aquam.

Hydrocele, genus herniæ. de quo in dictione Hernia.

Hydrocephalea morbus capitis, ubi humor cutẽ inflat. Nam Cephalea, ſeutus ac peſtifer morbus eſt.

Hydrochous, ſignum cœleſte. id eſt, aquarius. Interpreta Nicophori. ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τὸ χέω λέγεται, καὶ υἱὸς Γανυμήδης τοῦ Πριάμου. id eſt, ab aqua et fundo dicitur, et erat Ganymedes filius Priami.

Hydrolapaton, lapatii genus, quod in aqua naſcitur. Eſt autem lapatium herba nota.

Hydromantia, penul. prod. diuinatio quæ fit in aqua. Auguſt. lib. vii. de Ciuit. Dei, ſcribit Numam Pompilium hydromantiá feciſſe, vt videret imagines Deorum, vel ludificationes dæmonũ, à quibus audiret, quid in ſacris conſtitueret atque obſeruare deberet. Quod genus diuinationis Varro à Perſis dixit illatũ, quo et ipſum Numam, et Pythagoram philoſophum fuiſſe vſum commemorat.

Hydromeli, aquæ mulſæ, ſeu aquæ mellitæ.

Hydrophobia, dicit ipſe morbus ex aqua proueniẽs. A' verbo Græco φοβέομαι, quod ſignificat timeo, et ὕδωρ aqua. hinc Hidrophobi, et Hydrophobici, qui expauent aquam. Pli. lib. xxviii. Eſt limus ſaliuæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur.

Hydrophobos, formido et pauor aquæ dicit, in his, quod canis in rabie percuſſerit.

Hydropotes, aquæ potator. Vnde ſcribitur de Cyro apud Xenophontem, quòd moneat ſuos vt conſueſcant aquam bibere, vt fiant hydropotæ. Id eſt, aquæ potatores.

Hydrops, generis maſculini, morbum denotat. et Latinè dicit aqua intercus. ſubcutaneus morbus, quoniam ſub cute aqua ſit, qua venter turgeſcit. Hora.
Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, et aquoſus albo Corpore languor.

Huius tria ſunt genera. Tympanites, ſpiritu inflante, à forma ventris atque ſono dicitur. vnde Tympanici. Aſcites, à figura vtris, quoniam in vnum aqua contrahitur. Leucophlegmatias, ſiue hypoſarca tertium, corpore inæquali tumoribus. Sed hydropicũ, Cato veternoſum adpellauit, quum inquit, Veternoſus quàm plurimum bibit. Horatius,
Fuſtro corpus arcere veterno.

Donatus, Veternoſus, morbo vetere confectus, quales ſunt qui hydropem patiuntur. Hydrops. gener. communis, qui vel quæ eo modo laborat, qui et hydropicus dicitur. Horatius.
Si noles, ſanus curres hydropicus et ni.

Hydruntum, oppidum quoddam.

Hydrus, et hydra, genus anguium, in aqua degentium. ἀπὸ τοῦ ὕδατος. id eſt, ab aqua. Sed hydrus mas, hydra fœmina. Hydram finxerunt poetæ eſſe multorum capitum in Lerna palude, quorum aliquot exciſis, totidem continuo renaſcebantur. Tandẽ ab hercule et ſagittis et igne interfecta eſt.

Hydrus, drontis, vrbs in litiore Adriatici maris.

Hydruſa, vna ex Cycladibus. ob aquarũ abundantiã.

Hyetos, Latinè pluuia. vnde Iupiter hyectus eſt adpellatus.

Hyella, Oenotriæ oppidum, à Phocenſibus conditũ.

Hyemo, as, ſignificat hyeme ſtationem facio, quod et hyberno dicitur. Hyematio, hyemis traductio.

Hyems, ἀπὸ τοῦ ὕω, pluo, quòd id tẽpus anni pluuioſum ſit. Varro ab hiando deriuat, quòd anima quæ à nobis flatur tum adpareat. Spiritus enim noſter quum ſpiramus hyeme quaſi in nebulam concretus cernitur. Dicta hyems quaſi hyans, quòd non ſolum anima noſtra, vt ait Varro, ſed et aer ipſe hiet. hinc hymber, quaſi hyember, detracta e, litera. Hyeme enim exiſtunt frequentiores hymbres. Ab ipſo autẽ hymbre fit hybernus, et ſignificat quandoq; quartam partem anni, quæ eſt inter autumnum et ver.
Verg. Atq; hyemes optate ſerenas
Agricolæ, Interdum vim venti. ut, Sæpe illos
aſpera ponti Interclusit hyems.
Hinc hyemalis, et hoc hyemale. vt hyemale tempus.

Hygremplaſtra, liqda emplaſtra, ſicut xeria, quæ ſunt arida ex Galeno.

Hygrotes, in arboribus, ab aliis ſuccus, ab aliis dacryon, id eſt, lachrima adpellatur.

Hylactor, dictus eſt canis, à latratu. Nam ὑλακτέω latro ſignificat.

Hylas, teſte Solino, lacus Bithyniæ, in quem hylã Herculis delitias cecidiſſe credunt.

Hylax, ctis. nomen proprium comitis Herculis, qui fingitur à poetis, fuiſſe raptus à Nymphis Aſcanii fluuii.

Hyle, les, ſylua magna. Ambroſius lib. Hexamerõ, Deũ non tanquàm creatorem materiæ, ſed tanquàm artificem ad exemplar, hoc eſt, ideam intendentem, feciſſe mundum, de materia quam vocant hylen, quæ gignendi cauſſas rebus omnibus dediſſe adſeratur. Eſt item hyle, centauri nomẽ. Eſt præterea hyle oppidũ inter Megaram et Thebas.

Hylæa, cum diphthongo regio eſt, à qua hylæum mare quo alluitur. Hieron. Traiecto Boryſthene à mari in primis eſt hylæa regio.

Hylenome, centaura fuit, Cyllari amatrix, forma præſtans.

Hylius, nomen proprium.

Hymber, uide in dictione Imber.

Hymen, tenuis virginalis pellis, quæ primo coitu abrumpitur.

Hymenæus, penultima producta, Deus nuptiarum putatus eſt, ἀπὸ τοῦ ὑμένος. id eſt, à membrana, quæ quum ſit clauſtrum virginitatis in nuptiis rũpitur. hic Veneris et Liberi filius dictus eſt, vel (vt quidã aiunt) ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias inſtituerit. Ideo per laudem cantatur virginalibus nuptiis, ob huiuſmodi meritum nuptialem vocem hanc factam apud Græcos, ſicut apud Romanos nuptiarum Deus Thalaſſio uocatur. Alii dicunt hymenæum fuiſſe quendam iuuenem, qui die nuptiarum ruina oppreſſus interiit. Vnde poſtea inſtitutum, vt expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Alii virum fortem Atticũ adſerũt, qui raptas à prædonibus virgines, oppreſſis latronibus, intactas patriæ reſtituerit. Alii qđ hymen dicaẽ membrana qua eſt munita virginitas, quæ primo diſrumpitur coitu. Alii hymnũ vocari nuptiarũ uirginaliũ exiſtimãt. ut apud Teren. in Adel. Verũ hoc mihi mora eſt tibicina et hymenæum qui canant. Ergo ſic accipe hymenæum in nuptiis, quemadmodum epitaphium in funere, et in ſacris hymnum.

Hymera, pen. cor. nomen fluuii, de quo Sili. lib. IIII.
Arma vere ſuos, quo mergitur hymera Ponto.

Hymettus, per duplex tt, mõs Atticæ clariſſimus ſemp florens, cuius mel Plin. ſcribit eſſe precioſum. Vnde Hymettius, a, um pro molli ponitur. Marti.
Hoc tibi Theſei populatrix miſit hymetti
Pallados à ſyluis nobile nectar apis.
Ex hoc monte marmora pulcherrima ſodiebantur. Pli. Lucius Craſſus orator primus, peregrini marmoris columnas habuit hymettias.

Hymnetes, cantor.

Hymnus, Græcè ὕμνος, Latinè laus canticum.

Hyo, ὕω, pluo, à quo quidam hymber deducunt.

Hyoſcyamos. genus herbæ eſt, quæ et hiuſquiamus dicitur, faba porcina. Col. lib. vii. Eſt ὑοσκύαμος, cuius ſemẽ detritum, et cum vino datũ, prædicto vitio medetur. Huius multa ſunt genera.

Hypacaris, Scythiæ fluuius.

Hypæpa, (vt inquit Strabo) vrbs quæ ocurrit à Tmolo monte ad Cayſtri campeſtria. nomen et eſt (vt inquit Stephan.) quoniam ſub Aepos montem ſita. Veneri ſacra eſt, eò quòd pulchræ fœminæ ibi viſantur. Ouidius de Arachne,
Orta domo parua paruis habitabat hypæpis.

Hypæthræ. ambulationes Latinè dicſitur ſubdiales, quæ ſubdiuo ſunt. xiſta dicunt Græci, paradromidas Victruuius.

Hypagogeus, inſtrumentum quo lapides expolluntẽ, Græcè ὑπαγωγεύς.

Hypallage. ſubalternatio, ſiue ſubmutatio. ὑπό, ſub. ἀλλαγή, mutatio. Vel, ἀπὸ τοῦ ὑπαλλάττειν. hoc eſt, à ſubalternando. Figura quum verba per aduerſum intelliguntur. vt, Trade raiſuentos, date claſſibus æquor.

Hypanis, pen. cor. fluuius Scythiæ, ex magna palude profluens. Huic miſcetur fonticulus, qui ſua amaritudine totum corrumpit hypanim. Propertius,
Quantum hypanis Veneto diſſidet Eridano.
Alter eſt in India, qui lustrat Indum fluuium.

Hyparchus, Latinè primas, nomen philoſophi, qui de ſyderibus, et de temporibus anni (ſicut Eudoxus et Meton.) ſcripſit.

Hypata, ciuitas Theſſaliæ, et quaſi metropolis eius regionis, à qua Hypatenſis ager.

Hypaticus, conſularis.

Hypatia, conſulatus.

Hypatus, pen. cor. Latinè conſul.

Hypelatos, herbæ ſpecies, quam alii daphnen, alii caryophylum vocant. Cc.

Hypenemium ouum, dicit ex quo nihil gignit. à Latinis ouum irritum, et ventoſum adpellatur. Cc.

Hyper, ὑπέρ, præpoſitio Græca, apud nos ſignificat ſuper, ſupra, vltra.

Hyperaſpites, Latinè protector. ab ὑπέρ, & ἀσπίς. Hiero. in Præfa. Penta. Quum Ariſteus eiuſdem Ptolomæi hyperaſpiſtes, et Ioſephus non multò pòſt nihil tale retulerit.

Hyperballo, extendo, ſupero.

Hyperbaſia, vel Hyperbaſis, tranſgreſſio.

Hyperbaſis, ſiue Hyperbaton, pen. corr. Latinè tranſgreſſio verbi (ſecundũ Quintilianũ lib. viii.) quã frequenter ratio cõparationis et decor poſcit. Fit enim frequẽtiſſime aſpera et dura et diſſoluta et hians oratio, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigantur. Longius ergo verbum proprie hyperbaton eſt. ut, Animaduerti iudices omnem accuſationis orationem in duas diuiſam eſſe partes. Nã in duas partes diuiſam eſſe rectum erat, ſed durum, et incomptum. Dictum hyperbaton, ab hyperbaíno, quod tranſcendo, vel tranſgredior denotat.

Hyperbole, penultima correpta dici poteſt eminẽtia, vel (ut ait Cicero) ſuperlatio, à Quintiliano ſuperiectio interpretatur, à quibuſdam uero exceſſus. Nam ὑπέρ, ſuper. βολή, iactus. Hierony. in Epiſt. contra Origeniſtas. Tollite amoris ὑπερβολήν. et nos tollimus odii magnitudinem. Eſt et figura quũ dictio

excedens fidem, ponitur augendi vel minuendi gratia. Augendi. vt, Niue candidior, & fulminis ocyor alis. Minuendi. vt, Volantis te folii ſonitus terret, &, uix oſſibus hærent. uel tardior teſtudine. Hinc Hyperbolicus, ca, cum, quod eſt exceſſiuum.

Hyperborei, penul. prod. montes, & populi Scythiæ, ſic dicti, ꝙ ſupra, id eſt, vltra eos flat Boreas. Feſtus docet Hyperboreos eſſe ſupra Aquilonis flatum habitantes, quoniam humanæ uitæ modum excedant uiuendo, vltra centeſimum annum. Ferunt magnam his de cœlo clementiam conceſſam eſſe. auras ſpirare ſalubres, nihil noxii flatus habere, domos eſſe nemora, uictum arbores miniſtrare, diſcordiam neſcire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale uotum eſſe, mortem acceſſere, & uoluntario interitu obeundi tarditaté caſtigare. Sed hæc fabuloſa ſunt. Diodorus oppoſitá Celtis iuxta Oceanum eſſe inſulam ſcribit, haud multò Sicilia minorem, habitariq́ ab iis, qui Hyperborei adpellantur, eò quòd vento Boreæ ſunt expoſiti, inſulam valde fertilem, in qua fructus anni bis naſcuntur.

Hipercatalecticum metrũ, dicitur cui una ſyllaba, uel duæ ſuperant. Vergilius,

Alloqtur Venus, O' qui res hominumq́ Deorumq́.

Et Horat. Syluæ laborantes geluq́. Illud dactilicum hypercatalecticum eſt, hoc vero iambicum hypercatalecticum.

Hyperiona, alii Solis patrem, alii ipſum Solem, ꝙ erat ſuper terras, adpellatum putant, Poetæ pro Sole vſurpant. Ouidius libro primo Faſto.

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum.

Diodorus ſcribit Hyperiona Saturni fratrem fuiſſe, Cœli, & Titheæ filiũ, qui Solis & Lunæ, aliorumq́ aſtrorum motus, horasq́ primũ ſumma cura obſeruationeq́ à ſe percepta cæteris noſcenda tradidit. Ideoq́ horum parens nominatur, veluti ipſorũ naturæ contemplator. Et declinatur hyperion, ionis, antepenul. producta. Cicero in Progno,

Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi.

Hypermeter, & Hypermetrus, abundans ſyllaba, ut, hominumq́ locorumq́. Et debet ſequens à uocali incipere, niſi fiat ſynæreſis. ut, cura peculi.

Hyphear, genus viſci in Arcadia abundans.

Hyphen, ſubunio interpretatur. ex hypo, et hen unum. Quod fit quum plures dictiones proferuntur ſub uno accentu. vt, quando quidem, ſimul ac.

Hypnales, aſpides dictæ ſunt à ſomno. Cleopatra (teſte Solino) hypnalem aſpide adhibuit ad morſum, vt ita ſomno extingueretur. Ptyadas vero adpellãt, quæ ſaliuas uenenatas in oculos hominũ expuunt.

Hypò, præpoſitio Græca, & modo ab, modo ſub ſignificat.

Hypobarus, Indiæ fluuius, iuxta quem arbores electrum producunt. Cornucop.

Hypobolimeus, Latinè ſubditiius dicitur.

Hypocauſtum, locus ad ſudandum, qui & uaporariũ dicitur, ἀπὸ τοῦ ὑποκαῦσθαι, id eſt, ſubtercalefacere. Nam uaporandis cubiculis, balneisq́ præparatur. Cicero ad Q. Fratrem, Propterea quòd ita erant poſita, vt eorum vaporariũ ex quo ignis erumpit, eſſet ſub tectũ cubiculi. Idem, In balnearis hypocauſta. In alterũ hypodyterii angulum promoui. Pap. in Syl. Intrat vbi languidus ignis.

Aedibus & tenuem voluunt hypocauſta vaporem.

Plini. ad Gallum, Adplicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitũ calorem, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. Vitruuius adpellat Hypocauſim, quum ſcribit facienda eſſe ahena ſupra hypocauſim tria, caldarium, tepidarium, frigidarium. hodie hypocauſtis vtuntur Germani, ipſi ſtuffas uocant ad uaporãda cubicula.

Hypochalcus, Latinè ſubæratus dicitur.

Hypochiſis, & Hypochimata, vide in dictione Glaucoma.

Hypocriſis, ſimulatio, quaſi ſubiectio iudicii. ab ὑπὸ & κρίνειν, iudicium.

Hypocrita, ſimulatus, qui in ſpectaculo perſonã ſubit alienam. vt ſeruus perſonam domini. Græci Hypocriten vocant ſimulatorem. vnde & mimus Hypocrita dictus, quia imitator eſt & ſimulator. Quintilia. lib. ii. ſcribit Aeſchinem hypocriten fuiſſe oratorẽ. Quæ ſpecies argumenti tranſlata eſt in his, qui falſo incedunt vultu, & ſimulant quod non ſunt. Sed hypocritarum maculam non habere (inquit Auguſtinus) aut paucorum, aut nullorum eſt. Nam quiſcunq́ vult ſe videri quod nõ eſt, Hypocrita eſt. Qui tuba canit faciens eleemoſynam, Hypocrita eſt. Qui in ſynagogis, & in platearum angulis orat, ut uideatur ab hominibus, Hypocrita eſt. Qui ieiunans demolitur faciem, vt ventris inanitatem demonſtret in vultu, et hic Hypocrita eſt. Ex quibus omnibus intelligitur Hypocritas eſſe qui faciunt quod libet, vt ab hominibus glorificentur. Mihi videtur ꝙ ille Hypocrita eſſe, qui dicit fratri ſuo, Dimitte vt tollã feſtucam de oculo tuo. propter gloriam hoc faciens, ut ipſe iuſtus eſſe videatur. Vnde ei à domino dicitur, Hyppocrita, eiice prius trabem de oculo tuo.

Hypocondrium, præcordia, alio nomine exta, nõnulli partem corporis ubi ilia dolent, Græci phrenas dicunt. in his vitalitas maxime conſiſtit. Dictũ à cartilagine, quaſi ſubcartilaginum, & eſt ſuper umbilicum. alii lagaron vocant.

Hypocoriſticos, apud Latinos diminutiuus dicitur.

Hypodeſis, ſiue Hypodema, atis, calceus, ſeu calceamẽtum dicitur.

Hypodiaſtole, ſubdiſtinctio.

Hypodidaſcalus, dici poteſt repetitor, ſubpræceptor. ab ὑπὸ, ſub, & διδάσκαλος, magiſter.

Hypodites, interior veſtis.

Hypodoche, ſuſceptio, receptaculum.

Hypogæa, loca ſubterranea dicuntur à Græcis, quæ dictio frequens eſt apud Ioſephum & Egeſippum.

Hypogeſon, herba quæ in ſubgrũdiis naſcitur. Græci nãq; partes tecti prominentes γεῖσα adpellãt. Ce.

Hypomnema, atis, & Hypomnematum, ſumitur pro interpretatione & commentariis. Ciceroni Tyroni, Multum mihi eripitur operę in exſcribendis hypomnematis.

Hypopodion,

Hypopodion, Latinè ſuppedaneum.

Hypoprophetæ, vaticinandi miniſtri, quibus ſcilicet prophetæ imperabant.

Hypopyrgium, locus ſub turri. ex ὑπὸ, & πύργος, turris.

Hypoſtaſis, ſubſiſtentia, ſiue ſubſtantia, à theologis pro perſona capitur. Vnde Hypoſtaſes, pſonæ ſubſiſtentes adpellantur. nam στάσις ſtatio dicitur. Hierony. ad Damа. Tota ſecularium literarũ ſchola nihil aliud hypoſtaſim, niſi vſiam nouit.

Hypotheca, penultima producta. Latinè pignus, ſuppoſitio, documentum.

Hypotheeus, ſuppoſititius.

Hypotheſis, penultima correpta, argumẽtum ſiue materia, cauſſa, thema, propoſitum.

Hypoilchos, ſubucula eſt, & proprie pontificum eſt, vt inquit Hierony.

Hypothyra, ſiue Hypothyrides, apud Vitruuium capitur pro valuarum cauitate & inanitate.

Hypotypoſeon, id eſt, diſputatio vel informatio.

Hypozeuxis, ſubconiũctio, figura quum ſingulis ſenſibus datur propria clauſula. vt, Regem adit, & regi memorat nomenq́; genusq́;.

Hypozygia, dicta ſunt animalia, quæ iugum ſubeunt, quaſi ſubiugalia. ὑποζύγιον iumentum dicitur.

Hypoſicratea, nomen Mitridatis regis vxoris, q̃ Perſico habitu induta, & in habitum virilem reformata, tonſis capillis victum à Cn. Pompeio Mitridatẽ per efferatas gentes fugientem animo pariter & corpore infatigabili ſecuta eſt.

Hypſipyle, filia fuit Thoátis, quæ Iaſona amauit, euntem in Colchon ad vellus aureum capiẽdum. fuit et alia Archemori nutrix. Cornucop.

Hyrcania, regio Aſiatica, magna ex parte plana, & ſpeciosiſſimis urbibus adornata, quarum celebrant Talebrotam, & Samariá, & Caetam, & Tapen. Et adeò opulenta, ut uitis uini metretam efferat, & ficus ſexaginta modios ficorum, frumentum ex ſemine naſcatur, quod cadit ex culmo, in arboribus mellificet, perfluat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana ſylua quæ Scythiæ ſubiacet. Habet ab Oriente mare Caſpium, à Meridie Armeniá, à Septentrione Albaniam, ab Occaſu Iberiam. In ea regione pãtheræ, pardi, & tigres abũdant, quum ſyluis aſpera ſit. Hinc Hyrcanus, a, um, ut mare Hyrcanum, homines Hyrcani. Hieronymus, Hyrcani volucribus & canibus ſemiuiuos proiiciunt.

Hyſge, genus herbæ coccinei coloris. Cc.

Hyſginum, color ſimilis coccineo, unde Græci veſtes ὑσγινοβαφῆ adpellant. hoc eſt, hyſgino tinctas. Plinius lib. xxii. Hyacinthus in Gallia maxime prouenit. Hoc tibi pro cocco hyſginum tingit.

Hyſopus, femi. gene. & Hyſopum. neu. cum y. ſecundũ Apule. herba pulmoni valde vtilis, cuius penultima pducitur, quũ apud Græcos ſcribatur per o mega, quamuis Macer corripuit. Eſt hyſopum ſiccum calidumq́;, & tertius illi Eſt in vtroq; gradus. Hierony. in Pſalm. interpre. Sicut enim hyſopum terrenum curandis pulmonibus aptum eſt, vt auertat inflationem, ita homo cœleſti quis reſperſus hyſopo, id eſt, humilitate cordis, ab omni ſupbiæ malignitate purgatur. Sũt autem qui hyſſopum per duplex ſſ ſcribant.

Hyſteria, Græcè, Latinè ſecundinæ, folliculi ſunt continentes fœtum in matris vtero cum menſtruis.

Hyſterologia, locutio præpoſtera figura eadem cum ea, quæ dicitur Hyſteronproteron.

Hyſteron, vltimũ uel nouiſſimũ, vnde Hyſteronproteron, eſt figura quũ ſententia ordine cõmutatur. vt,
Poſtquàm altos tetigit fluctus & ad æquora uenit.
Nam prius ad æquora venit quàm tãgeret fluctus.

DE LITERA I.

I Litera uocalis eſt, q̃ etiã conſonans fieri conſueuit, & modo pro ſimplici modo pro duplici accipitur. Pro ſimplici tunc habetur, quádo ab ea incipit ſyllaba in principio dictionis poſita, ſubſequente vocali in eadem ſyllaba. vt Iuno, Iupiter. Pro duplici autem, quando in medio dictionis, ab ea ſyllaba incipit poſt vocalẽ, antè ſe poſitam ſubſequente quaq; uocali, in eadem ſyllaba. ut maius, peius, maiis. Nõnunquàm tamen reperitur I, litera pro conſonante in medio dictionis poſita, ſed in cõpoſitis. ut reiicere, eiectus. Notandũ I, literam pro cõſonante adſpirari non poſſe, quum nulla conſonãs ante ſe adſpirationem accipere valeat. Vnde Hieroſolyma ſex ſyllabarum eſt, Hiulcus trium. Ac per deriuationes quidem tranſit I, in alias uocales. In a, ut genus, generis, generatim. paulus, pauli, paulatim. In e, fortis, forte. In o, pater, patris, patronus. Eſt etiam imperatiuus modus ab eo, is. Terẽtius, I præ, ſequar.

I ANTE A.

IA, fuit nomen minoris filiæ Athlantis, & Latine vox dicitur. Item Ia Græci vocãt violas, vnde ianthina ueſtis. id eſt, uiolacea. Rurſus Ia exultantis interiectio eſt.

Iacchus, nomen Bacchi, ἀπὸ τοῦ ἰαχῶ, clamo, canto, uociſero. nã qui Baccho ſacrificabãt, clamare ſolebant. Et duplici cc, ſcribi debet, quamuis in uerbo ἰαχῶ fit ſimplex c, quod ideo fit, vt in Iaccho ſecũda producatur, quæ in verbo iacho corripif. Verg. Gratiſſima vitis Iaccho. Ponitur q̃q; pro uino.

Iaceo, ces, iacui, ſecundũ notá ſignificationẽ. Verg. dixit,
Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma.
Plautus in Amphitrione, Quis hic eſt ſenex, q ante ædes noſtras ſic iacet. Dicimusq́;, iaceo in ſtrato, iaceo humi. Liui. lib. ii. de bello Punico, humi iacentẽ inter cuſtodias ſtationesq́; militũ circumſpexerunt. Quandoq; iacere, ſignificat extare, eſſe. Salluſtius, In medio campus iacet aquis undiq; ſeſtens. Quandoq; planum eſſe. Vergil. lib. iii. Geoegi.
Sed iacet aggeribus niueis informis et alto Terra gelu. Q̃q; per plurimum porrigi. Idẽ in eodẽ.

Tantū campi iacet Q ſi q ſqualere. Lucius lib. xxx. Et ſua præcipue retro relicta iacere. Quandoq mortuum eſſe, quòd iaceant nec amplius cadauera moueant. Lucan. Ille iacet paci quę prætulit orbis. Quandoq ſepultum eſſe. Martialis,

Non aliter cineres mando iacere meos. Huius verbi compoſita ſunt, Adiaceo. iuxta iaceo. Interiaceo, in medio iaceo. Liui. Deſcendunt in planiciem quæ inter Capuam. Tiphatamq interiacet. Subiaceo, ſubtus iaceo, & ſubditus ſum. Lactan. libro. iii. Q m igitur vtriſq ſubiacet fortitudo. Obiacet, de quo alibi. Et hæc habent pen. corrip. in triſyllabis.

Iacio, cis, ieci, iactū. ſignificat emitto. Apuleius, Multis in eum lapidibus iactis. Vnde iacere ad certū eſt dirigere, in id quod intendit Hieronymus in lib. Iudi. Sic fundis lapides ad certum iacientes, ut capillū quoq poſſent petere. Et iacere eſt ponere. Tráſlatio ſumpta ab ædificiis maxie, à cothonibus. Id eſt, portubus manu factis, quibus magna iaci fundamēta neceſſe eſt. Cicero in Philipp. In quo templo quátum in me fuit ieci fundamenta pacis. Huius compoſita ſunt Abiicio, Adiicio, Coniicio, Circumiicio, vñ Circumiecta impedimēta dicimus. Deiicio, Diſiicio, Eiicio, Iniicio, Interiacio, Obiicio, Præiacio, Proiicio, Reiicio, Subiicio, Traiicio, & Superiacio. Hieronymus in Ezech. Et ſi ſuperiacient puluerem capitibus ſuis, & cinere conſpergentur.

Iacob, Latinè athleta & exercens ſe dicitur. Quā appellationem primum habuit, quū practicis operationibus multos proprietate labores ferebat. Quū autem iam victor luctando euaſit, & ſpeculationibus fruebatur bonis, tunc Iſraelē ipſe Deus adpellauit, æterna præmia, beatitudinemq vltimā (quæ in viſione Dei cōſiſtit) ei largiens. Hominem enim qui Deum videat Iſrael nomen ſignificat.

Iacobus, pe. prod. nomen propriū, quatuor ſyllabarū. Claudi. Quid laceras verſus dux Iacobe meos. Nomina enim propria (ſicut Priſci. docet) quæ in fine acutū accentum habent, more Latino declinata, eundem retinent, & penul. producūt. vt Adam, Adamus, Ioſeph, Ioſephus.

Iactanter, aduerbium. à participio iactans formatur, & ſignificat cum iactantia. Hieron. Ne iactanter de ſe querere videretur.

Iactantia, quæ & Iactatio, à Cicerone definitur lib. iiii. Tuſcula. quòd ſit uoluptas geſtiens & ſe efferēs inſolentius.

Iactito, tas, frequentatiuum à iacto Hiero. ad Ctheſi. Vrbicum. Et hoc te iuxta ſcripturam facere iactitas. Et ad pammachium, Et quod vnus Romæ Anticus obiecerat, à multis in toto orbe inimicis dicerem iactitatum.

Iacto, as, frequenter iacio. Seneca, Dum lapillos iactaret in puteum. Vergil. lib. i. Georgico. Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. Aliquando iactare eſt ſæpe voluere. Idem, Atque illum tales iactantem pectore curas. Aliquando fatigare, vexare, concutere ut, Iactatos æquore toto Troas reliquias. Lactan. lib. v. Qui patrem regno expulit, bello perſecutus eſt, exulē toto orbe iactauit. Ex quo adparet non eſſe veram differentiam quam Seruius ponit dicens. Iactamur in mari, fatigamur in terris. Aliquando ſignificat plagis ſternere. Cicero in Verrē act. ii. Iactatur domi ſuæ uir primarius & homo honeſtiſſimus, pro ſe quiſq manus adfert. Aliquando temere laudare, ſiue ambitioſus gloriari. Vergil. Quem iuxta ſequitur iactantior Ancus. Hiero. ad Iulian. Diues ille omnia quæ in lege præcepta ſunt, ſe impleſſe iactabat. Hinc Iactantia. Aliquando inaniter loqui. Vergilius,

Talia iactanti ſtridens Aquilone procella.

Velū aduerſa ferit. Aliqñ frequenter emittere. Idem lib. ii. Georg. Et ſi non alium late iactaret odorē, Laurus erat. Et alibi,

Ipſi lætitia voces ad ſidera iactant. Id eſt, crebro emittūt. Aliqñ frequenter ducere. ut apud eundem. Haud vnquā manib᷒ iactata faciſcit. id eſt, ductata. Quidam etiam iactatū pro primitiuo & pro expulſo, alii pro dependenti accipiunt. vt lib. iiii. Georgi. Et dextro iactata recumbit in armo.

Iactuoſe, dicitur cum iactantia. Cicero, Quæ ſint multa iactuoſe dicta.

Iactura, pen. produ. dicitur proprie dānum de mari, quādo quis magnas in naui merces habet, & tēpeſtate cogitur eas in mare iacere ne nauis obruatur.

Iaculatio, Iaculamen, & Iaculamentum, pro eodem.

Iaculo, as, ſignificat in longū iacio. Claudia. Latis iaculatus in aruis. Augu. in Pſalm. interpretatione pro tráſlationem dixit. Iaculabant in ora interrogantiū ſe ſagittas Dei, Hinc Eiaculo, quod eſt extra iaculo, proiicio. Gell. Arionem cum fidibus & indumentis cum quibus ſe in Salum eiaculauerat extitiſſe.

Iaculor, pen. cor. deponens, eiuſdem ſignificationis. Iuuena. Quantas iaculetur Monychus ornos. Columel. lib. ii. Faba quæ lōgius emittetur pura, eò perueniet quò ventilator eam iaculabitur.

Iaculum, penulti. correp. dicitur quicquid iaci in longum poteſt. nam fit vt iaciatur.

Iaculus, penul. cor. ſerpentis genus, qui ſubit arbores, è quibus ui maxima uibrat, penetratq quodcunq animal obuium fecerit fortuna. Lucanus,

Et natrix uiolator aquæ iaculiq uolucres.

Iadia, ciuitas, quæ nunc vulgò Zara. Hanc Geor. Pontici Viruni pater Veneto ſubiecit imperio.

Ialon, Græci dicunt puberem, vnde Iulus dictus eſt Aſcanius.

Iam, aduerbiū tēporis, quod penè eſt idē quod tunc. Quitil. Quòd ſi ſatis prudēter ea uiderint, iam ppè cōſummata fuerit præcipientis opa. Interdū hortantis eſt, & veluti morā increpantis. Verg. Iam diua precor. Interdū feſtinantis. Teren. Ego iam proſpiciam mihi. Interdū ponitur pro nunc. Verg. lib. iii. Georg. Iamq hos curſu iam præterit illos. Interdum pro præterea, & quaſi modus eſt quidā coniungens, ſententias, vt apud eundem,

Iam maris immenſi prolem & genus omne natantū, Iam varias pelagi uolucres. Hoc idē efficit coniū

ctum eſt Vero. Cicero, Iam uero vrbibus cōſtitutis.

Iambus, pes cōſtans ex prima breui, vltima longa, ab inuentore (vt quidam putant) dictus. Quidam Iambū deducunt ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, quod eſt contumeliari, inuehi. Feſtus, Iambi dicebantur qui ſinguli ex proſcenio loquebantur. Triiambi, qui terni.

Iamiam, ſignificat repente. vt iamiam aderit. Et cum præſenti ponitur, licet ad futurū reſoluatur. Vergi. Iamiamq́ manu tenet & premit haſta. quaſi mox tenebit, & nunc videtur tenere. Plerunq́ figurate per indignationem accipitur. Idem,

Iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater adſpicit æquis.

Et per miſerationē. Salluſtius, Iamiam animo meo chariſſime frater, quāquàm tibi immaturo & unde minime decuit, uita erepta, tamen læ tandum magis, quàm dolendum puta, caſum tuum. Et per cahortationem. Quintilianus Iamiam commilito, quieſq́ caſus manet, etiam ſi imperator damnaturus eſt, habes ſolatium, ſatius eſt quàm à patre occidi.

Iamolim, ſignificat iamdudū. Cicero, Iamolim à principio illud ſtatuerā. Sumitur pro aliqñ. Vergilius,

At iamolim feras poſuit quum vinea frondes.

Olimiam, pro iampridem. Quintil. Olimiam imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locum quærit. id eſt, à longo tempore.

Iampridem, ſignifi. de paruo tempore. Sene. Iampridem te expectantes ibi ſedèramus. De longiori. Pli. Quod maiores noſtros iampridem feciſſe manifeſtum eſt, quod genus nuper et patrum ferè noſtrorū memoria inuentum eſt. Pro continuo. Lucanus,

Tollite iampridem victricia tollite ſigna.

Iamtum, ſignificat ex tempore. Plau. Iamtum occepit virginem amare. Veteres etiam Iamtum pro tantum vſi fuere. Etiam pro tam.

Iana, prius, & deinde Diana, d, literæ adpoſitione, ut Nigidius ait Cornucopiæ.

Ianaſſa, Nympha dicta eſt, à ſuauiter regendo. ἀπὸ τοῦ ἰαίνω dulcoro. καὶ ἀνάσσω, regno, impero. Ce.

Iandiu, ſignifi. olim, Iandiu quandoq́ pro longo tēpore ponitur.

Iandudum, ex iam & dudum componitur. & aliquando de paruo tempore dicitur. vt iamdudum te expecto. Aliquādo de longiori. Plin. lib. xix. Iandudum ex eadem Hiſpania Zœlicum venit in Italiam plagis vtiliſſimum. Macrobius, Iandudū hæc quæſtio ab Ariſto. & propoſita eſt & ſoluta. Ponitur etiam pro continuo vel quamprimum. Vergilius,

Iandudum ſumite pœnas.

Ianeus, à veteribus dicebatur ianitor. Ce.

Ianiculum, oppidū nō procul à Roma, dictum quia per eam populus Romanus trāſire cœperat in agrū Hetruſcū, ſeu quòd Ianus illud condiderit. Solinus, Quis dubitat Ianiculū à Iano non fuiſſe cōditum?

Ianira, penul. produ. fuit Oceani & Tethyos filia, ſic dicta à dulcorandis uiris, ἰαίνω, dulcoro. & ἀνήρ, ἀνέρος, vir. Cornucopiæ.

Ianitor, penul. cor. cui ianuæ cuſtodia eſt commiſſa.

Ianira, Nympha Oceani & Tethyos filia, vt autor eſt Heſiodus.

Ianthina, penulti. correp. ueſtis coloris purpurei. ἴον enim viola, καὶ τὸ ἄνθος τοῦ ἄνθους. id eſt, hic flos, huius floris, quaſi uiolaceus flos. Martialis,

Coccina formoſæ donas & ianthina mœchæ.

Plinius, Ex his uiolis quæ ſpōte apricis ac macris locis proueniunt, purpureæ, latiore folio ſtatim ab radice carnoſa exeūt, ſolæq́ Græco nomine à cæteris diſcernūtur, adpellatæ, ita ut ab his Ianthina veſtis.

Ianua, primus ingreſſus ad interiora domus, à Iano dicta, quòd huic Deo conſecratum erat omne principium. Et proprie domus eſt ianua, oſtium uero partium, vt cubiculorum, licet confundantur. Nam & Ianua à quo Ianitor, pro oſtio ponitur, & oſtiū à quo oſtiarius, pro ianua.

Ianual, libi genus, quod Iano tantummodo delibabatur. Cornucopiæ.

Ianualis porta, Romæ à Iano dicta, vbi & poſitum fuit eius ſignum. Hanc Numa inſtituit, ut eſſet clauſa ſemper niſi quum bellum foret.

Ianuarius, primus menſiū à principe Deo eſt adpellatus à Numa, qui primū anni eſſe uoluit tanquàm bicipitis Dei menſem, reſpicientem & proſpicientem tranſacti anni finem, futuriq́ principia.

Ianus, ab hiatu dictus eſt, detracta adſpiratione, quē qdā Solem putant, ideò geminū, qa utriuſq́ ianuæ cœleſtis potentem, q exoriens apiat, occidens claudat. Alii Ianū mundū. id eſt, cœlum intelligūt, quaſi Eanū ab eundo, vt inqt Cic. lib. ii. de Natu. qa mundus ſemp eadum in orbem uoluit, & ex ſe initium faciens in ſe refertur. Hinc & bifrons pingitur, duas enim facies antè & retrò habere dixerūt, quòd annus ex ſe initiū faciens fini occurrat. Vel quòd præterita ſciuerit, & futura præuiderit, ſeu q ſuperorū & inferorū ianitor extiterit. Huius templū erat Romæ quod tempore belli patebat, tēpore pacis claudebatur, vnde Petulcius & Cluſius cognominabat. Hunc etiā quadrifrontem fecerūt, ob quatuor orbis partes, & Ianū geminū vocitarunt. Et Iunoniū, quia calendarum princeps. Calendæ enim ſunt Iunoni dicatæ. Et Ianus erat locus Romæ vbi fœneratores cōſiſtebant in regione baſilicæ, quoniam in eo Iani ſimulachra collocata uiſebantur. Ouidius,

Qui puteal, Ianumq́ timet, celeresq́ calendas.

Iani quoq́ perui æ tranſitiones, foresq́ profanarum ædium Ianuæ vocabantur. Sueton. in Domi. Ianos (inquit) arcusq́ cum quadrigis & inſignibus triumphorum per regiones urbis extruxit.

Iapetus, penultima correp. cœli & terræ filius (vt inquit Heſiodus) Hunc quidā Promethei patrem fuiſſe adſerunt. de quo Ouidius,

Siue recens tellus, ſeductaq́ nuper ab alto
Aethere cognati retinebat ſemina cœli.
Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Iapis, idis, nomē pprium Aetoli, q qum ad regionē Venetiæ veniſſet, oppidum de ſuo noīe cōdidit, à quo ea ps ubi Timauus fluuius eſt, Iapidis nomē ſūpſit. Verg. Caſtella in tumulis & Iapidis arua Timaui.

Iapix, pigis, penul:ima correpta ventus ex Apulia proficiſcens, qui quaſi aduerſus Eurum flare videt. De hoc Lucanus lib. vi.
Excipit aduerſus zephyros et iapiga pindus.

Iapygia, Apulia dicta eſt ab Iapyge Dædali filio, ut Hierony. et Solinus ſcripſere.

Iapygium, Salentinorũ promontoriũ eſt. Verg. li. xi.
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Vnde Serui. Iapygiam partem eſſe Apuliæ dixit, in qua eſt mons Garganus, qui uſq; in Adriaticum pelagus tenditur. Huius metropolis eſt Brunduſium et Tarentum ciuitas. Hanc regionem Meſſapiam, et Iapygiam, et Calabriam, et Salentinam multi nominant.

Iapyx, nomen Dædali filii.

Iaſa, nomen ciuitatis, quæ imminet rubro mari, ubi eſt terminus Moabitarum prouinciæ.

Iaſie, dicta eſt Atalantis ab Iaſio patre. Ce.

Iaſius, unus fuit ex primis Argiuorum regibus. à quo Argiui Iaſidæ dicti ſunt.

Iaſon nomen propriũ Aeſonis filii fratris Peliæ Theſſaliæ regis, qui Colchos profectus uellus aureũ abſtulit. de hoc Iuſtinus et Diodo. Siculus latius ſcripſerunt. huius nominis prima vocalis eſt. Ouid.
Quem niſi crudelem non tangit Iaſonis ætas.

Iaſpis, lapis pretioſus, qui à Plin. de Græco in Latinũ uiridis gēma interpretatur. ἴας quippe uiride. πίνας, gēma. eſt enim uiridis ſicut ſmaragdus, ſed craſſi coloris. Sũt qui componant ex ἴον, uiola. et πᾶς, totus. quaſi totus ſit violaceus.

Iaſponyx, iaſpidis gēmæ ſpecies, à niuis colore dicta.

Iaſum, inſula Cariæ, quæ cōtinēti adiacet, cuius incolæ magna ex parte victum ex mari captabant, quum ſterilem regionem haberēt. à qua Iaſius ſinus, cuius municeps Cæcilius fuit. Ex Iaſo fuit Diodorus dialecticus, cognomento Chronus.

Iatraleptes, medicus vnguentarius, q huiuſmodi vnguenta facit. Colu. Sanus homo qui et bene valet, et ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neq; medico, neq; iatralepta egere.

Iatraleptice, medicine genus, quæ vnguentis et perfrictionibus curat, quaſi medicina vnguētaria. ἰατρικὴ enim medicina. ἀλείπτης, vnctor dicitur. ἀπὸ τοῦ ἀλείφω, quod eſt vngere.

Iatros Latinè medicus, vñ Archiatros, princeps medicorum quo nomine dictus eſt Aeſculapius tāquā præſes deusq; medicorum.

Iaxamatæ, populi circa Meotim (inqt Stepha.) quos Ephorus adpellat Sauromatas. Valerius Flaccus,
Mellichonos Torinos ditat ſua mulctra Satarchas
Iaxamatae venatur alit. De his Amia. lib. iiii. Circa hæc ſtagna gētes ſermonũ inſtitutorũq; varietate diſparce Iaxamatæ Meotæ, et cũ Gelonis Agathyrſi.

Iaxartes, fluuius q Tanais putabat, quē Demodamas dux tranſcendit, et aliũ eſſe perdocuit. oritur apud Sacas (ut ait Ptolemæus) in Septentrionem fluens.

Iaziges, Metanaſtæ populi in Europa, q (ſicut Ptolemæus lib. iii. ſcribit) ab Oriente habent Daciam, ab Occaſu et Auſtro Germaniæ partem, à Septentrione Sarmatiam.

I ANTE B

Iberia, regio. vide in dictiōe Iberus, de qua modo.

Iberus, pen. prod. fluuius Hiſpaniæ, qui apud Cantabros oriens, per. xl. paſſuum milia fluit, et in mare Balearicum exit. Euſtathius. Ἴβηρ δὲ ὁ ποταμὸς κατωνόμαστος ἀπὸ βασιλέως ὁμωνύμου, παρὰ τὴν ἐσχάτην λοχὺν, ἡ ἐστὶ γωνία τῆς Εὐρώπης ἀγχοῦ τῶν στηλῶν τῶν περὶ τὰ Γάδειρα. καὶ ἄλλα πολλὰ λέγει ὁ αὐτὸς Εὐστάθιος. id eſt, Iberus fluuius ſecũdum quoſdā à rege eiuſdem nominis dictus, in ultima Europæ propè columnas circa Gadir. et multa alia dicit idem Euſtathius. Luca. lib. iiii.
Qui præſtat terris aufert tibi nomen Iberus.
Quod et Iberum declinari poteſt, præſertim quādo ſequitur flumen. Et Iber, eri. vel eris. penul. produ. vt Priſci. ait. Horat. Iberi Rhodaniq; potor. Luca.
Occurrat Iberibus alter. Inde Iberia dicta eſt pars Hiſpaniæ, quæ inter Iberum continetur, quamuis generali vocabulo pro Hiſpania capiatur. Et Iberiam quidam partem vnam exteriorem, alteram interiorē dixerunt. Hanc regionē Celtæ Gallorum populi, relictis ſedibus ſuis habitauere. Vnde compoſito ex vtraq; gente nomine, Celtiberi adpellati ſunt, et regio eorũ Celtiberia. Ab Iberia vero Iberi et Iberes, vocati ſunt populi Hiſpani. Eſt et alia regio, hoc nomine iuxta Pontũ inter Colchida et Armeniam, venenorum ferax, quæ Caucaſiis montibus circundatur, cuius ſimiliter populi Iberi et Iberes dicti ſunt. à quibus (vt Varro ſcribit) venerũt q in hiſpania habitauerunt, et à qbus Hiſpania, Iberia, et fluuius Hiſpaniæ Iberus. Et Iberus, ra, rum. Vergilius lib. ix.
Pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Ibera.
Scribit Diony. Iberes populos à Pyreneis montibus profectos in Aſiā ſedes poſuiſſe. Vnde ea pars Aſiæ Iberia nuncupatur. Iberiam regionem mulier captiua, ſub Conſtantino Helenæ filio, conuertit ad Chriſtianam fidem, ea pudicam traducente vitam, et in oratione iugiter perſiſtente.

Ibernia, inſula in Oceano Septētrionali verſus Occaſum, proxima Britāniæ, ſed quā Britannia anguſtior, ab Aphrico in Boreā porrigitur, cuius partes priores Iberiam proſpectant, vnde et Ibernia dicta. In ea nullus anguis videtur, nulla apis.

Ibex, vel Ibis, cis, ſylueſtris capreæ genus pernicisſimũ, vt Pli. li. viii. ſcribit. De quo et apud Hiero. Iob cap. xxxviii. ſcribitur Nunquid noſti tēpus ibicũ partus? Quidam tamen hoc nomen adſpirant.

Ibi, aduerbiũ loci. ſignificat in eo loco, et pprie dicit quū ſemel locus monſtrat, Ibidē quū ſæpius. Verg.
Ter fluctus ibidem torquet agens.
Ab Ibi fiunt compoſita Inibi, et Alibi, ſeu Aliubi.

Ibicus, pen. corr. nomen poetæ Lyrici Rhegini apud Græcos præclari. à quo genus metri dictum eſt Ibicum, ſicut alterum ab Alcæo Alcaicum.

Ibis, auis Aegypti, quæ (ſicut Hierony. ſcribit) duplex eſt, altera nigra tota eſt, altera ciconiæ nō abſimilis, diuerſa tamē à ciconia. Hæc roſtri aduncitate per ſe partem perluit, qua reddi ciborum onera conſueuerunt,

ſunt, et ſerpentibus ueſcitur. De hac Cice. libr. ii. de Natu. Velut ibes maximam uim ſerpentium conficiunt, quũ ſint aues excelſæ, rigidis cruribus, corneo, proceroq; roſtro, auertunt peſtem ab Aegypto, quũ uolucres angues ex uaſtitate Libyæ uento Aphrico inuectas interficiũt atq; conſumunt. ex quo fit, ut illæ uiuæ nec morſu noceant, nec odore mortuæ. Ab huius auis ſimilitudine, Ibis pro inuido ponitur. unde Ouidius librum in Ibim ſcripſit.

I ANTE C.

ICaria, inſula in Icario mari, ab Icaro Dædali filio dicta, quæ trecentorum ſtadiorum ambitũ habet. Et in ea Dianæ templũ, Tauropolion adpellatũ. Hæc et Icaros dicta eſt, antè Doliche uocata. Eſt inter Sardum et Siculum mare.

Icarion, fuit nomen ſæuiſſimi Pyratæ.

Icarus, pen. cor. Oebali Laconum regis filius fuit, pater Penelopes, Propert. lib. ii.

Icare Cecropiis merito iugulate colonis.

Hic etiam Icariotus dictus eſt, unde Icariotis forma patronymica. Ouidius lib. iii. de Ponto,

Morte nihil opus eſt nihil Icariotide tela.

Icarus etiam dictus fuit Dædali filius, qui unà cũ patre è Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quum ultra patris iuſſa altius euolaſſet, Soliſq; ardore cæra qua pennæ cõtinebantur liquæfacta eſſet, ita ut ab alis defiueret, décidit in mare quod eſt inter Myconem et Gyarum. à quo poſtea Icarium mare dictum fuit, dicente Ouidio lib. iii. de Triſtib.

Icarus Icarias nomine fecit aquas.

Præterea Icarus (ut Plin. libr. iiii. autor eſt) mons eſt in Attica regione.

Ichneumon, animal eſt magnitudine felis, ſpecie muris, vulgò nunc murem Indicum uocant. Naſcitur in Aegypto, et cũ aſpide pugnant. Ichneumona Aegyptii adorant, quoniam oua crocodilorũ conterat, et luto conuolutus, quum os aperiunt, ita in uentres eorũ inſilire ſoleat, ut exeſis inteſtinis eos interimat. Pli. etiam ſcribit Ichneumones eſſe ueſpas maiores, quàm aliæ quæ unum genus perimunt ex aranela phalangium adpellatum.

Ichneutas, quandoq; Nicander uocat Ichneumones.

Ichnographia, eſt circini regulæ modicæ continens uſus ex qua capiuntur formarum in Solis arearum deſcriptiones. autor Victr. lib. i.

Ichnuſa, penultima produ. inſula Sardinia dicta eſt, quoniam ad ſimilitudinem veſtigii facta ſit, qđ Græcè ichnos dicitur. Syl. lib. xii.

Inde Ichnuſa piis Graiis memorata colonis.

Ichthicuſa, inſula, alias Icaros dicta, ſita ab exortu Solſtitiali, Delo ad quinquaginta milia paſſuum propinqua. Cornucopiæ.

Ichthybolus, piſcator.

Ichthyocolla, gluten ex piſcibus. Eſt etiam nomen piſcis. Celſus uero quoties vult glutinum intelligi, nõ piſcem, adiicere ſolet gluten.

Ichthyophagi, pen. cor. qui ex piſcibus uiuũt, quo nomine dicti ſunt quidam populi, de quibus Hiero. cõtra Iouin. Porrò Ichthyophagi genus errans in littore maris rubri, ſuper petras Solis calore feruentes aſſant piſces, et hoc ſolo alimento victitant.

Ichthyopola, qui vendit piſces.

Ichthyopolion, locus vbi venduntur piſces.

Ichthyotrophia, apud Colu. loca in quibus aluntur piſces, quæ et piſcinæ et viuaria Latinè dicuntur. nã lib. ix. ſic ait, ἰχθυοτροφεῖα ſedula cura exercentur. Ea ſunt omnia (vt Latinè potius loquamur) ſicut auium cohortalium ſtabula, nec minus earum quæ conclauibus ſeptæ ſaginãtur, vel aquatilium animalium receptacula.

Ichthys, cum y, pſilo, Latinè piſcis dicitur.

Ico, is, ici, ictum, percutio, et paſſiuum Icor. Plin. Arborum manu ſatorũ receptarumq; in domos fulmine laurus ſola non icitur. Liui. li. i. Ibi in turba ictus Remus cecidit. Hinc fit ictus, us, pro ꝑcuſſione. Cic. lib. iii. Offi. ictu fulminis deflagrauit. Prima huius verbi in præſenti (ut inquit Priſc.) corripitur, ſed ꝓducitur in præterito, et mutat o, finalem in i, Lucret. tamen produxit in præſenti, Exin corpus propellit et icit.

Icon, ſiue Ecõ, Latinè effigies, imago, et ſtatua ex mẽbris ipſis, à pictoribus ſeu ſtatuariis expreſſa. Plini. lib. xxiiii. Eorum vero, qui ter ibi ſuperauiſſent imagines ex membris ipſorũ ſimilitudine expreſſa, quas Econas vocant. Eſt et Icon (teſte Cice. ad Heren.) figura, quum ſcilicet formæ ad formam cum quadam ſimilitudine fit collatio, aut laudis aut vituperationis cauſſa, ut ſi diceretur, Ibat in prælium corpore tauri validiſſimi, impetu leonis acerrimi.

Icona, pen. prod. idem quod effigies et imago.

Iconcula, diminutiuum. parua icona.

Iconicus, ca, cum, et Iconius, nia, nium. quod eſt ita pictum ſiue formatum, vt ex eius membris ſit expreſſa ſimilitudo. Sueton. in Cali. Simulachrum ſtabat in templo aureũ, iconicum, amiciebaturq; quotidie veſte, quali ipſe vteretur. Plin. Adeò iam colorum uſus increbuerat, adeoq; ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur. Athenienſium, Melciadem, Callimachum, Cynegirum. Barbarorũ, Darium Tyſſaphernem.

Iconiſma, atis, idem quod icona.

Iconiſmos, Seneca lib. xv. Epiſtolarũ, adpellat deſcriptiones, aitq; id verbum eſſe publicanorum.

Iconium, oppidum Cappadociæ optime olim habitatum, fortunatiorem habens regionem. Alterum eſt in Aſia Pontica regione apud Trogetẽ lacum, ut inquit Strabo.

Icos, à Cicerõe in Rhetoricis ponit breuis cõplexio.

Icteros, pen. cor. morbus quũ per totum corpus bilis ſuffunditur, quæ interdum nigra, interdum flaua eſt. Et ictericus q eo morbo laborat, ab ictero aue, quã nos galbulam vocamus autore Plinio, qui ait. Auis icterus vocatur à colore, quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt et auem mori, hanc puto Latinè vocari galbulam. De hac aue ſic legimus,

Galbula decipitur calamis et retibus ales,

Turget adhuc viridi, cum rudis vua mero.

Hæc etiam ficedula dicitur, q eſt croceí coloris. Hẽc

morbum Plinius et Varro regium adpellant, quòd mulſo præcipue curaretur. Corn. et Apul. auriginem et aurig'nolum hominem dicunt. Marcel. arquatum à colore cœleſtis arquos.

Ictis, idis, inquit Ariſt. ſylueſtris muſtelæ genus eſt. magnitudine Melitenſis catelli, ſed pilo, facie, albedine partis inferioris, et morũ aſtutia muſtellæ ſimile eſt. Manſueſcit maiorem in modum, et officit aluearibus. Mellis enim auida eſt, aues etiam petit ut felis. Hanc martem ſpeciali uocabulo, et marturellũ, ſeu ſouinum vocant. Genitale ei oſſeum eſt, medicamento vrinæ ſtillationibus.

I ANTE D.

ID, uariis modis uſurpaſ ab autoribus. Quũ enim dicitur Id quod res eſt, idem ac ſi diceremus quod uerum eſt. Teren. in Adel. Verum cogito id, quod res eſt. Id ætatis ſum. id eſt, in ea ætate ſum. Aliquando ornatus tantum cauſſa dicitur. ut, Id quod, id eſt quod idipſum, id eſt hoc. Cicero Lentulo, Multi rogabantur, atq; idipſum conſulibus inuitis. Ab Id fit Idcirco coniunctio, et Ideo.

Ida, dæ, mons altiſſimus, qui ad Troadem ſpectat, habetq; multos pedes. Latus eius Septentrionale, ex anguſtiis Abydi uſq; ad Eſapũ et Cizycenum agrũ, ad Propontidem pertinet, Occidentale ad Helleſpõtum reſpicit, Auſtrale promontorium facit quod Lectum adpellatur. Orientalia Idæ ad Myſos declinant, abundatq; mons aquis, et multa flumina ex eo deſcendunt, in cuius ſummitate locus fuit Gargarus adpellatus, à quo Gargara Aeolica ciuitas dcã eſt. Ouidius libro quarto Faſt.

Dindymon et Cybalin et amœnam fontibus Idam.

Ida etiã adpellata fuit Dardani Scytharũ regis filia.

Idæi dactyli, filii fuerunt (ſecũdũ quoſdã) Mineruæ et Solis, uel (ut alii uolunt) Saturni et alciopes, et dicuntur aliàs Corybantes. Sunt etiã gemmæ quæ ferreo colore humanum pollicem exprimunt, &c.

Idæus, a, um, nomen ab Ida deductum. Propertius,

Cedite iam diuæ quas paſtor uiderat olim
Idæis tunicã ponere uerticibus. Eſt et nomen proprĩ uiri, quem Troianorũ preconẽ dixit Homerus.

Idalium, Cypri oppidum, quod ab euentu nomen accepit. Nam quando ditio Chalcenori data eſſet, ut illic urbem conderet, ubi primum orientem Solem cõſpicaretur, unus è comitibus qui fortè adſtabat, ad eum conuerſus, admonuit regẽ ut Solẽ cerneret. Arreptoq; Chalcenor omine ciuitatem ſtatuit, et ab ea uoce Idalium nominauit. Autor Stepha.

Idalus, mons eſt et nemus in Cypro, quõdam Veneri ſacer, ubi et breue oppidum fuiſſe traditur. unde et Venus idalia adpellata.

Idas, idæ, nomen proprium mariti Marpiſſæ, q omnium formoſiſſimus fuit.

Idaſpes, fluuius inſignis magnitudine, in quo aureæ harenæ, et gemmæ deprehẽdunſ. Fluit per Parthos et Indiam, et amplo profundoq; alueo, crebras facit inſulas. Poſtremo q̃tuor ſuſceptis fluminibus, Indo flumini admiſcetur. Dictus Idaſpes, ab Idaſpo Medorum rege.

Idcirco, propter hoc coniunctio eſt.

Idea, pen. prod. ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν Ideas (inquit Augu. lib lxx. Quæſtionum) Latinè poſſumus vel formas vel ſpecies dicere, vt verbum è verbo transferre videamur. Ideas primus Plato adpellaſſe perhibetur. Sunt autem ideæ exemplaria æterna corũ, quæ naturaliter fiunt immortales, immutabiles, inuiolabiles. Et vt res apertior fiat, opus eſt p̃ter omneis hoĩes, intelligere quendam hominem. Et præter omneis equos, equũ. Et præter animalia, animal ingenitum. Et quemadmodum ex vno ſigillo, complures fiunt impreſſiones, ſic ex vno homine ſexcenta milia hominum. Et hæc eſt Platonis Idea. à quo Ariſtoteles diſſentiẽs, nullas putat eſſe Ideas. Euſeb. lib. Præpar. Ideam ſic definit. Idea eſt perpetua ſubſtãtia, cauſſa et principium, vt ſingularia talia ſint, qualis eſt ipſa, et quemadmodum ſenſibilium exemplaria ad hæc corpora præcedũt, ſic quæ omnia in ſe ipſa continet pulcherrima atq; perfectiſſima huius mũdi exẽplar eſt, ad quam à creator Deo ab vniuerſa ſubſtãtia mũdus ſimillime formatus eſt.

Idem, componitur ex is et demum. id eſt, iterum is. Et tam in gen. maſc. quã neutro. Nominatiuus nec non accuſatiuus maſcul. et fœmi. generis, mutant m, in n, ante d, euphoniæ cauſſa. vt eundem, eandem. Cæteri vero caſus ex integro et corrupto, cõpoſiti inueniuntur. vt eadem, eiuſdem, eidem, eodem, iidem, eædem, eiſdem, eoſdem. Itaq; per duo ii, vel per e, et i, regula exigit ſcribi iam nominatiuum pluralem maſcu. quã datiuum et ablatiuum plurales. Solent tamen autores et per ſinæreſin, vnam pro duabus ponere. Et in neutro quidem geminatur compoſitio, et dicimus Identidem. Sed quum Idem eſt generis maſc. producitur I, in neutro vero corripitur. Verg. lib. iiii. Aen.

Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tuliſſet.

Iuue. Si feciſſet idem caderet ſub iudice morum.

Ponitur interdum Idem pro etiam. Cicero, Et huic coniuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem adpellare licet. id eſt, quam etiã. Quintilianus, Si cauſſam veneficii dicat adultera, non M. Catonis damnata iudicio videtur, qui nuſ iam adulteram non eandem eſſe maleficam dixit. Ab Idem fit Itidem, quod eſt quaſi item idem, quod ſignificat ſimiliter eodem modo.

Identidem, pe. cor. cõponitur ex idem et idẽ, ſed m, in n, mutatur, et t, interponiſ euphoniæ cauſſa. Cuius obliqui deficiunt, ſignificatq; frequenter et eodem modo, ſiue illud idem per eundem modum. Liuius lib. i. Vnam longè ante alias inſignem ſpecie, et pulchritudine à globo Thalaſſi cuiuſdam raptã ferunt, multisq; ſciſcitantibus, cuinam ferrent, identidem ne quis violaret Thalaſſo ferri clamitatum. Plinius, Centum milia nummorum, pro domo eius identidem promittens. Suet. in Cæſa. Quum M. Cato idẽtidem nec ſine iureiurando denuntiaret, delaturum ſe nomen eius ſimul ac primũ exercitum dimiſiſſet. id eſt, frequenter.

Ideo, coniunctio eſt, et ſignificat ob eam cauſſam.

Idicus, a, um, poſſeſſiuum ab Ida monte. Plin. lib. avle

Idicarum cedrorum. Veteres tamen Idicas pro montanis omnibus ſumunt, ut inquit Nicander.

Idiographum, penultima correpta, Latinè priuata ſcriptura.

Idioma, atis, proprietas ſermonis. ut ſunt quinq; idiomata, id eſt, dialecti Græcorum.

Idios, Græcè, proprius, unde Idiota.

Idiotes, ſiue idiota, indoctus, illiteratus, quo vocabulo Cic. in Piſonem, et alii frequenter vtuntur. Dicitur etiam inutilis, quaſi ſibi tantùmodo, et nõ pluribus vtilis, priuatus, plebeius. Lucil. Quid ni et tu idem illiteratum me atq; idiotam diceres?

Idolatra, vel Idolatres, ſeu Idololatra, uel Idololatres, idolorum cultor.

Idolatria, ſeu Idololatria, ſimulachrorum cultura. Nã λατρεύω, à quo latria deducitur, apud nos colo interpretatur. Eſt enim compoſita dictio, ex idolo et latria, cultura. Hieron. contra Iouinia. Nec mirum ſi omne quod in macello venditur Apoſtolus emi iubeat et comedi, quum idolatris et adhuc in templis idolorũ quaſi idolothyta veſcẽtibus pro ſumma abſtinentia fuerit cibis tantum abſtinere gentilium.

Idolium, diminutiuum eſt.

Idolothyſia, cum accentu in penulti. immolatio quæ fit idolis.

Idolothytum, penultima producta dici poteſt immolatum idolo. ut eſt apud Apoſtolũ, Non'ne conſciẽtia eius quum ſit infirma ædificabitur ad comedendum idolothyta.

Idolum, dicitur ſimulachrum. apud Græcos ſcribitur εἴδωλον. Notandum eſt quòd Idolum producit pen. contra conſuetudinem ignaui vulgi. nam Græce ſcribitur per ω mega, et ει diphthongon in principio. Si quis autem corripiat, ut ille, Idola dicta Dei. barbare loquitur, et fatue pronunciat. nam εἶδος forma dicitur.

Idomeneus, Deucalionis filius Cretenſium qui rex, cõtra Troianos ſtrenuue dimicauit.

Idoneus, a, um, quod eſt ad omnia aptum, tam mala quàm bona. Terent. In And. Adeon' videmur nobis eſſe idonei in quibus ſic illudatis? Interdum Idoneus opponiẽ latroni. Augu. Qui fuit latro, fit idoneus, qui fuit ſuperbus, fit humilis.

Idos, Latinè forma. à quo Idolum.

Idothea, nomẽ proprium filiæ Prœti Argiuorũ regis.

Idula, ouis q̃ omnibus Idibus Ioui immolabatur. Cc.

Idumæa, cũ diphthongo, regio Syriæ, quæ (teſte Pli. lib. v.) à Meridie Arabiã habet, à Septẽtrione Phœniciam. In qua eſt vrbs Idume, penult. prod. finitima Phœniciæ palmis abundans. Luc. lib. tertio,

Gazaq; et arbuſto palmarum diues Idume.

Inde fit Idumæus, a, um. Verg. lib. i. Georgic.

Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Hiero. ad dardã. Idumæos quoq; à meridiana plaga vix vigintiq; ab Hieroſolyma milibus ſeparatos.

Iduare, lingua Hetuſcorum diuidere eſt. Cc.

Idus, fœmini. generis, et tantum pluraliter, dici poteſt diuiſio. Vnde proprie exiſtimantur dies qui diuidũt menſem. Diuidũt enim menſes, præcipue nonas, à calendis. Sunt etiam qui dicant Idus quaſi vidus, u, litera detracta, quod tunc plena Luna videatur. Alii ἀπὸ τοῦ εἴδους. hoc eſt, à ſpecie deducunt, quòd ea die Luna pleniſſimam ſpeciem oſtendat. Alii ab Ioue, quaſi iduli, quoniã apud Thuſcos omnibus Idibus Ioui immolabatur à flamine.

I ANTE E.

Iebus, ciuitas metropolis, q̃ poſtea Salem, tertiò Hieroſolyma, et nũc Helia dicit. à Iebus dicti ſunt Iebuſei, de quibus Hierony. ad Dar. ſcribit, quòd à Iudæis expelli nequiuerint, ſed remanſerunt cũ eis in ſcandalum exemplumq; vicinorũ, in tantum, ut ubi templum conditum eſt areæ orne fuerunt Iebuſei.

Iecur, oris, et Iecinoris, qui genitiuus (ut inqt Priſcia.) videtur à nominatiuo iecinus, qđ non eſt in uſu. Pli. Sex victimarũ iecinora replicata intrinſecus reperta ſunt. Dicitur et iecinus, eris. ſicut munus, eris. et ſignificat hepar, unde et fibras iecinerum dicimus. In hoc iræ et inſaniæ cauſſam eſſe volunt, ſicut pauoris in corde, in ſplene lætitiæ. Iecur connectitur cordi per venas, quæ ſanguinis alimenta iecinori præſtant. Et hæc eadem ab ipſo iecore diſtribuũtur in venas, unde colorem accipit. Habet enim iecur ſanguinis cõcreti colorem, et in eo amoris eſt ſedes, vt tradunt ſapientes, diuiditurq; in quatuor fibras.

Iecuſculum, diminutiuum paruum iecur. Pli. Murium iecuſculis fibræ ad numerum Lunæ dierum in menſe congruere dicuntur.

Ieiunium, tempus quo à cibis abſtinemus.

Ieiuno, à cibis abſtineo.

Ieiunum, penultima producta, inteſtinum, ſic dictum quia nunquàm quod accipit continet, ſed protinus ad inferiora tranſmittit. Hoc maiores noſtri hiram, et per diminutionem hillam dixerunt (ut inquit Feſtus) et hilum neutro genere.

Ieiunus, qui à cibis abſtinet.

Ientaculum, cibus qui ante prandium ſumitur, q prãdiolum, ſeu prandiculum, et vulgo collatio dicitur. Sueto. In Vitel. Epulas trifariam ſemper interdum quadrifariam diſpartiebat, in ientacula, et prandia, et cœnas, commeſſationesq;. Martial.

Surgite iam uendit pueri ientacula piſtor,
Criſtatæq; ſonant vndiq; lucis aues.

Iento, tas, aliquid ante prandiũ guſto. Varro in Mar. Vt eant ac rempub. adminiſtrent, quòd populi ientent. Afra. Dum caco domum ientare nulla inuitat.

Iera, Nympha ſic ab impetu dicta. ἱέμαι enim impetũ facio ſignificat. Cc.

Ieſſen, oppidum heroũ vocant, quo Ioſeph in occurſu patris Iacob in Aegyptum proceſſit.

I ANTE G.

Igillum, inſula contra Coſſanum littus. Cc.

Igitur, collectiua, vel rationalis cõiunctio eſt. Colligit enim ſupradicta illatione. hoc eſt, ratione cõfirmat. Cic. pro Ligario, Habes igitur Tubero, quod accuſatori maxime optandũ confitentem reum. Dicitur et illatiua, quòd præpoſitis aliis informatur. Ponitur interdum pro deinde, ſiue poſtea. Terent. In Eunuc. Quid igitur faciam? Plaut. in Amphitry.

Si aliter erant animati, neq; dent quæ petant, ſeſe igitur ſummaui, a, mis q; oppidū corū oppugnaturos,

Igniarius lapis, dicitur ex quo ignis excutitur.

Ignauia, ab ignauus, & eſt contraria fortitudini, quū quod ratio aggredi fortiter ſuadet, id nos formido aggredi diſſuadet, et ab audendo retinet. Cic. in Lælio, Vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Idem Ignauiam puſillū et abiectum animū eſſe oſtēdit ad Cæliū ſcribens, Etenim etiam hoc genere gloriari ſolitum eſſe, familiarē noſtrum Hortenſium, quòd nunquàm bello ciuili interfuiſſet, hæc noſtra laus erit illuſtrior, quod illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id exiſtimari non poſſe arbitror. Nec me iſta terrerent, quæ mihi ad timorē fidiſſime atq; amantiſſime proponuntur. Quid autē ſit fortitudo. Idem libr. iiii. ad Herennium oſtendit. Iſta non eſt fortitudo (inquit) ſed temeritas, propterea quòd fortitudo cōtemptio eſt laboris, & periculi cum ratione vtilitatis & compenſatione commodorum. Temeritas eſt, quum incōſyderata dolorum perpetſione gladiatoria periculorū ſuſceptio. Saluſt. de ignauo & ignauia ſic ſcribit, Comperiū ego habeo milites, verba virtutem non addere, neq; ex ignauo ſtrenuū, nec fortem ex timido exercitum oratione Impatoris fieri. Et paulò pòſt, Scitis eqdem milites ſocordia atq; ignauia Lentuli quantam ſibi nobisq; cladem attulerit. Ex his colligi poteſt, quòd gnauus ſit is, qui īduſtrius eſt, & ſtrenuus, ſiue fortis. Cuius contrarium eſt Ignauus, qui non eſt induſtrius. id eſt, qui negligit aut formidat ſe exercere in aliqua arte propter laborem. Vergilius,

Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.

Aut qui formidat periculū aggredi, quod fortis et ſapiens formidare non debet. vt Cicero Hortēſio dicit tributum eſſe ignauiæ, quod nunquàm bello ciuili interfuiſſet. Differt tamen quātum intelligo inter Gnauū & Induſtrium, quòd Gnauus proprie ſit is, qui ad ſubeunda pericula ac labores tolerādos, ſapiens & fortis eſt. Induſtrius, qui ingenio quum multum valeat, vt artifex bonus aliquid ſtruere & negociari, non ociari ſtudet. Cicero pro Pomp. inter gnauos & induſtrios diſtare oſtendit, dicens, Cæteris ordinibus homines gnaui & induſtrii, partim in Aſia negociantur, quibus abſentibus, vos conſulere debetis, partim eorū in ea prouincia pecunias magnas collatas habent. Componiturq; ignauus, ex in & gnauus, ſiue ex in, & nauis, n, in g, mutata. A' Nauus enim & Gnauus dicitur, ſed ꝓprie Nauus, Gnauus verò per adſumptionem g, Dictus Nauus, celer & ſtrenuus, à nauium celeritate.

Ignauit, ignarum fecit. Afra. In parte inferiori hic implicabitur caput fateor, ſed ſæpe ignauit fortem in ſpe expectatio.

Ignefacio, ignem accendo, ſiue ignitum reddo, à quo Ignificus, ſator diſcordiæ.

Igneo, nes, à quo Igneſco, is, ēſt & Igneſcere, ignē fieri, quo Plinius vtitur non ignire.

Ignia, quædam vaſorum fictilium vitia, quæ coquendo contrahuntur.

Ignio, is, iui, itum, inflāmo. Hierony. Eloquium domini igniuit eum. Vnde ignitus pro candente. Idem, Vox homis mulieri ſagitta ignita diaboli. Et Apul. ignitam eſſe Martis ſtellam dixit.

Ignipotens, dictus eſt Vulcanus. quòd ignis poteſtatem habeat. habetq; accentum in antepenultima.

Ignis, à gignendo, id eſt, naſcendo dicitur, ꝙ in eo nihil naſcatur, & omne quod naſcitur eum amittit & frigeſcit, vel quòd ſeipſum pariat, & paruis ſcintillis creſcat in immenſum. Sumitur quādoq; pro meretrice, vel quia amatoc vritur. Vergilius,

At mihi ſeſe offert vltrò meus ignis Amyntas.

Vel quia meretrix auida eſt, vt ignis alimentorum.

Hinc Igneus, a, um. vt calor igneus.

Ignis ſacer, morbus eſt à Plinio dictus, qui à Dioſcoride vocatur Eryſipelas. Sunt & morbi quidam Eryſipelatodes uocati, quoties accenſio interna cū dolore vehementi, circū viſcera percipitur. Sed quum in cerebrum ſubit id malū, refrigerantur & impalleſcunt ora. Eryſipelas & in vulneribus quoq; dicitur, quū ſuper inflammationem rubor vlcus ambit, isq; cum dolore procedit, vt ait Celſus, Idem autor ignē ſacrū ab Eryſipelate, diuerſum facit libro quinto genera ignis ſacri duo reddens. Alterum in altitudine puſtulis continuis, alterum in ſummæ cutis exhulceratione latū inæquabile. Eryſipelas Galeno ꝓprie is tumor eſt, qui ex tenui ſanguine interim & cum bilis parte incenſo ac feruente conſiſtit.

Ignitabulum, ignis receptaculum.

Ignivomus, penul. correp. Ignem vomens. Lactan.

Altius ignivomum Solem cæli orbita ducit.

Ignobilis, dicitur ignotus. Vergil. lib. vii.

Solus ibi & ſyluis Italis ignobilis æuum Exiget.

Aliquando dicitur ſtultus. vt ignobile vulgus.

Ignomines, qui laude & gloria carent, quaſi inglorii, illaudati.

Ignominia, nominis nota. Cicero lib. iiii. de Republ. Itaq; quum omnis ea iudicatio, uerſetur tātūmodo in nomine, animaduerſio illa, ignominia dicta eſt. Componitur enim ex in, & nomen, g, interpoſito. quaſi contra nomen. Nam nomen & ignominia cōtraria ſunt, quamuis ſit & bonum nomen, & malum nomen, tamen nomē ſimpliciter, pro honore etiam ſumitur. vt Cicero indicare videt, ſic ſcribens Thermo, Oſtendi graues te ſuſcepturū inimicitias, ſi adoleſcens potens & nobilis ignominia adfectus eſſet. Et hercle ſine dubio, erit ignominia. Habes enim neminem gradu ſuperiorem.

Ignorabilis, qui non cognoſcitur. Plautus, Quis eſt hic qui oculis obuiam ignorabilis obiicitur?

Ignoro, as, pe. prod. neſcio, & ab Ignarus fit, quod ab in, & gnarus cōponitur. hoc eſt, neſcius. Gnarus uero idem eſt, quod ſcius ac peritus. Columel. in Præfa. Armorum ac militiæ gnaros. De Ignarus. Terent. In Eunu. Imprudēs harum rerum, ignarusq; omniū. Cicero, Neq; enim tantæ difficultatis eram ignarus. Vergilius pro immemor poſuit.

O' ſocii, neq; enim ignari ſumus, ante malorū. Et alibi pro eo, quod eſt aliter diſponens.

Aut

0

Aut quiſnam ignarum noſtris Deus adpulit oris?

Ab ignoro fit ignoratio, & ignorantia. Sed ignoratio ad actũ & rem ptinet, quæ penitus naſcit, nec ſciri poteſt niſi prodatur. vt Cice. lib. iii. Offi. Quotus enim quiſq; reperitur qui impunitate & ignoratione omniũ ppoſita abſtinere poſſit iniuria. ignorantia vero ad ingenii humani vitiũ pertinere poteſt, quãdo qs per ignorãtiã nõ ſatis intelligit qd faciat uel dicat. Aliqñ etiã ſine humani ingenii uitio, eſſe põt ignorãtia, vt, ſi qs neſciat ea, q̃ ad ſe nõ attinent, hic tum harũ rerũ ignorans erit, & ignorãtiam harum rerũ habere dicet, & per ignorantiã carũ dicet, aut faciet interdũ ea, quæ ſi ſciret, non diceret ne q; facere t. Quo quidẽ modo accepiſſe puto Ciceronem in Lælio, quum dixit, Vt in fabulis qui aliquãdiu per ignorantiã ſtirpis generis in famulatu fuerũt. Ignorantiã, non ignorationẽ dixiſſe reor, magis propter hoïes, qui ignorãtes erant ſtirpis illorũ, quàm propter ipſum genus ſtirpis, quod ignorabatur, quaſi ſi hoïes id reſciuiſſent nõ illos in famulatu eſſe paſſi fuiſſent. Hæc aũt dña fit, qm̃ ignoro uarie ſumitur. ut ſi dicam, hoc ignoro, & cauſſa ſit, quia id non proditur mihi, tunc qa huiuſmodi cauſſa, non ex me puenit, ſed ex re quæ non proditur mihi, recte ignoratio dicitur. Alio modo hoc ignoro, et cauſſa ſit, quia nolo, aut nequeo id adprehendere, etiam ſi prodatur mihi. Aut ideo ignoro, quod ad me id non attinet, ppterea id non quæro ſcire. Tunc hæc ignorantia dicenda eſt, non ignoratio, quoniam ad hominis perſonam, quæ id ignorauit, hoc magis pertinet, quàm ad rem quæ ſciri penitus non poſſet. Vnde Donatus, Imprudens per ſe, Ignarus per alios. Ita & Ignorantia per ſe, Ignoratio per alios.

Ignoſco, ſcis, ui, tum valde noſco, & diſco. auget enim hic In. Varro, Vos qui in theatrũ voluptatẽ auribus aucupatũ concurriſtis, domo adeſte, & à me quæ feram ignoſcite, domũ ut feratis à theatro literas. Aliquando Ignoſcere, eſt veniam dare, & excuſatum habere. Vbi In, priuatiua eſt, quaſi non agnoſco errorẽ. Cice. ad Cæſa. Iuni. Nam & præteritis ignoſcis, et concedis futura. Lactan. libr. v. poſuit pro non cognoſco, & non intelligo. Tum quid legerint ignouerunt. Gell. lib. i. Cõtra patriam (inquit Cicero) arma pro amico ſumenda non ſunt, hoc profecto nemo ignouit. id eſt, neſciuit, Habet hoc uerbũ participia Ignotus, & Ignoturus. Cice. in Cato. Ignoturum alteri quòd patrem, alteri quòd tutorem ſecutus eſſet. Cato lib. v. Origi. Quod eorum nemo mihi ignoturus eſt. Quidam tamen contra regulam à præſenti tempore hoc deriuatum protulerunt, Ignoſciturum. Piſo Fru. lib. ii. Annal. Quocunq; deliquiſſet ignoſciturum affirmabat.

Ignotus, incognitus, id eſt, qui ignoratur. Interdũ ponitur pro inſcio. hoc eſt, pro eo qui ignorat. Quintil. Ne quis tamen erret ignotus, non eſt filii mei nouerca, ſed mater. hoc eſt, ignorans.

I ANTE H, & L.

IHeſus, penul. produ. Sunt aũt tres ſyllabæ. Græce ἰησοῦς, Hebræum nomen eſt, quod apud nos Saluator noſter dicitur, quod conuenit regibus & ducibus, qui ſalutẽ ſequentibus ſe populis darent. Vnde legimus in libris Moſi, quòd Auſes Naue filius, quum delectus eſſet dux populi, cõmutato nomine de Auſe Iheſus cognominatus eſt, qui adductum de terra Aegypti populum, & de erroribus erẽmi liberatum, in terrã repromiſſionis induxit. Verius Ieſus ſcribetur. Hoc autem nomẽ datum eſt Chriſto, quia cunctis ſalutifer venit.

Ila, ab ima fit, quo nomine (vt eſt apud Feſtum) tenuiſſima pars rei, ſiue pellicula ſignificatur. Varro ſcribit hilam eſſe farciminis genus, ab hilo dictam. id eſt, re minima.

Ilba, vel Ilua, inſula in mari Thuſco, diſtans à continenti decem millibus paſſuum. de qua Plinius refert, hoc eſſe mirũ, quod in aliis regionibus effoſſis metallis terræ ſunt vacuæ, apud Ilbam ſublata renaſcũtur, & rurſum de eiſdem locis effodiuntur. de qua Vergilius libro decimo.

Inſula inexhauſtis chalybem generoſa metallis.

Ile, per ſimplex l, ſignificat id quod in ſumma parte colatũ eſt in homine, & colon Græce dicitur, vnde Colici dolores, in craſſioribus inteſtinis.

Ileos, Græce εἰλεός, morbus gracilioris inteſtini, vnde Ileoſi, qui laborant eo morbo.

Ilex, icis, p ſimplex l, & gen. fœ. arboris genus. Verg.

Talis erat ſpecies auri, frondentis opaca
Ilice, ſic leni crepitabat bractea vento.

Ilia, æ, dicta eſt Romuli & Remi mater.

Ilia, orum, ſumitur pro ea parte quã Græci ab inanitate κενεῶνα, et quòd flaccida ſit etiã λαγόνα vocãt. Celſus li. iiii. Ipſa ilia inter coxas & pubẽ in imo vẽtre poſita ſunt. Lactes ſunt gracilliora inteſtina, quæ tria ſunt, tenue, ieiunũ, pilurus, id qđ ieiunũ dr̃ Varro hilam, ſiue hirã uocauit, Sed hoc de iliibus iterioribus intelligit, q̃ ſunt arteriæ quædã. Pli. li. xi. Inter eas & aluum arteriæ ad pubem tendentes, q̃ ilia adpellantur. Sed exteriora ilia latius patent. Nam ea pars quæ maiore reſpiratione in lateribus cõcutitur, hoc nõie cõprehendit. Perſius, Ilia ſubter

Cæcum vulnus habes, ſed lato baltheus auro
Protegit.

Et eſt hoc nomẽ tam ſecũdæ quàm tertiæ declinationis. Celſus li. iiii. Deínde ſuper rectũ inteſtinũ progreſſa iliis fœminæ latera ſua conuertit. Iuuenalis, Vis frater ab ipſis Ilibus.

Ab Iliis Ilioſus dicitur, qui iliorum dolore laborat, qui à Græcis Lagonoponos, qui eſt alius quàm laterum, hoc eſt, pleuritis.

Iliacus, a, um, penul. corr. quod eſt ex ilio, & proprie Iliacus, qui in ilio natus eſt. Ilienſis, qui alibi ortus in Ilio negociat. Et Iliacus, qui ex iliis laborat, qui & Ilioſus vocatur.

Iliadæ, Troiani.

Ilias, adis. Homeri opus clariſſimum.

Iliberis, ciuitas puinciæ Narbonenſis, vt Plin. & Põpo. ſcribunt. Hanc quidã eſſe aiunt, quæ nunc Granata dr̃, longè clariſſima vrbiũ Occidentis, erepta nouiter Mauritanis regibus auſpitiis regum Hiſpaniæ, Dicta Iliberis (vt Straboni placet) à flumine.

Iliceus,a,um,quod eſt materiaꝫ ex ilice. Stat.lib.vi. Theb. Ornuſq́ ilicea q́ trabes metuendaq́ ſucco.

Iligneus,ſiue ilignus,a,um,idem quod iliceus. Teré. in Adel. Lectulos ilignis pedibus faciundos.

Ilione,nomen proprium filiæ Priami.

Ilioneus,nomē propriū viri Troiani apud Vergiliū.

Iliſſus,nomen amnis in Attica regione Muſis dicati, quas Iliſſidas vocant. Papinius,Diris & furiis cõſecrauit. An fractu riparū incuruos Iliſſos Sæuus honos fluuio ſtygias luſtrare ſeueris. Eumenides perhibetur aquis.

Ilitus,pueri proprium.Cornucopiæ.

Ilium,regia Priami fuit,quæ & Troia à nomine regionis minoris Aſiæ cognominata ab Ilo Trois regis filio.Dicta eſt etiam Ilios. Ouid.lib.iiii.Metamor. Poſtquàm alta cremata eſt Ilios & Danaas pauerunt Pergama flammas.

Illætabile,quod non eſt lætum. Verg.lib.iii. Aeneid. Et illætabilis ora.

Illatebro,as,pe.corr.quaſi intus abſcondo. Cecilius, Arma pleriq́ abiiciunt,atq́ inermes illatebrāt ſeſe.

Illaudatus,dicitur qui ne nominari quidē dignus eſt. hoc eſt,illaudabilis,nec vnquàm nominādus,quum ſit omniū peſſimus. Sicut quondā à cõmuni cõſilio Aſiæ decretū fuit,vti nomē eius qui templū Dianæ Epheſi incēderat,ne quis ullo tempore nominaret, ita hoc verbū illaudati idoneū eſt ad exprimendā ſceleratiſſimi hominis deteſtationem. Vergilius, Quis Euriſthea durū Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? Et eſt participium pro nomine,vt ſit illaudabilis,non qui laudatus non ſit,ſed qui laudari nō meruit.vt eſt lib.vii. Aenei. Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos Pro inacceſſibiles,non ad quos nullus acceſſit,ſed ad quos nullus accedere debeat.

Ille,cum emphaſi dicitur per eminētiā. Terē.in And. Hic ille eſt. Sic dicimus,Architas ille Tarētinus. Aliquando ponitur ad maiorem expreſſionē. Vergil. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen. Aliqñ ponitur pro is. vt apud Apoſtolū, Non qui ſeipſum cõmendat,ille probatus eſt. Aliqñ pro aduerbio loci. Verg. Illi mea triſtia fata Degeneremq́ Neoptolemum narrare memento. Id eſt,illic. Aliqñ pro ibi. Teren.in Phor. Dum ſedemus,ille interuenit. Vide etiam in dictione Is.

Illecebræ,penultima corrcríp.dictæ ſunt blanditiæ ab illiciendo,vt ſunt diuitiæ,voluptates, quæ animum attrahunt ad ea cõplectenda. Cice.de Senec. Stupra vero & adulteria, & omne tale flagitiū nullis aliis illecebris excitari,niſi voluptate. Sumuntur autem & in bonam & in malam partem. Cicero lib. vi. de Repub. Suis te oportet illecebris ipſa virtus trahat ad verum decus. Idem pro Milone, Quis ignorat maximā illecebram eſſe peccādi impunitatis ſpem? Hinc illecebroſus,a,um, quod blandimentis hominem allicit. Auguſtin.lib.ii. Confeſſ. Arbor erat pirus in vicinia vineæ noſtræ pomis onuſta, nec forma nec ſapore illecebroſis.

Illecto,as,frequenter illicio. Auguſt. Quos ad peccata allectant.

Illex,generis cõmunis.qui ſine lege,vel extra legē viuit. Plautus in Perſa. Impure,inhoneſte,iniure illex.

Illibatus,participium.ſignificat non tactus, quãuis illibo non legatur.

Illiberaliter,apud veteres dicebatur factum,ſi quis exceſſiſſet omne genus maleficii. Terentius in Adel. Factum à uobis duriter & immiſericorditer,ac etiā (ſi dicendum eſt magis aperte) illiberaliter.

Illicet,penulti.correp.per ſyncopen dictum eſt,quaſi ire licet,veluti iam finis rei ſit,ſicut actū eſt. Plautus, Illicet hoc curato Sanio. Quãdoq́ etiam ponitur pro ſtatim. Vergilius, Illicet ignis edax ſumma ad faſtigia tecti Voluitur.

Illicio,cis,penulti.correp.attraho, & quaſi inelco.ex in & lacio. Terent.in And. Tu'ne hic homines adoleſcentulos imperitos rerum,eductos libere, in fraudem illicis? Vnde illectus,attractus,inuitatus. Cice. lib.iiii. Tuſcul. Libido ad id quod videtur bonum, illecta & inflammata rapiatur. Aliàs illectum dicit non lectum. Ouidius, illectumq́ remittat.

Illicium,ab illiciendo dictum pro incitamento. Var. lib.iii. Sed ſi tranſituræ ſunt apes,apiaſtro perfricandum, quod illicium hoc illis.

Illico,penulti.corre. aduerbium eſt & proprie ſignificat in eo loco. Ennius,Et quia quò tient neſciebāt, illico manſerūt. Teren.in Adel. Ocioſe nunc iam illico conſiſte. Donatus, Illico modo locum,modo tempus ſignificat. Plerunq́ ponitur pro ſtatim. Plautus,Illico hic ante oſtium eramus.

Illido,dis,ſum.penultima produc.impello. Valerius Maxi.libr.i. Coactis Locrenſibus ex theſauro eius magnam illi pecuniam dare, quum onuſtus nefaria præda nauigaret,ui ſubitæ tempeſtatis tota cū claſſe vicinus Idæ littoribus illiſus eſt, id eſt, intus,vel valde fractus.

Illinio,is,valde ſuperlinio,iungo. Colu.lib.vii. Prædictoq́ medicamento deſiccatur & illinitur. Sed ſi ex toto propter ceruicis tumorem iugum recuſet,paucis diebus requies ab opere danda eſt, tum ceruix aqua frigida defricanda,& ſpuma argentea illinienda eſt.id eſt,inungenda.

Illino,nis,penul.cor. illeui,illitum,tertiæ cõiugationis.ſignificat intus,ſiue vehementer ungo,inſpergo, maculo.inde fit illitus,a,um,penul.cor. Vergil. Illita tela dolis nec Martem cominus uſquàm Auſa pati uirtus. Liuius lib.ii. Ita in uadis hæſitātes frumenti aceruos ſediſſe illitos limo ferunt.

Illix,icis,gene.omnis.ab illicito,idem quod illicium, vt illix animi Venus, & illices oculi apud Apule. quòd inciſent & attrahant.

Illucco,es,penulti.produc. & illuceſco,vide infra in dictio. Lucco,ces.

Illudo,dis,penulti.product.derideo. Et dicimus, illudo tibi,& illudo te,& illudo in te,id eſt, inſulto. Vergi. Aut quæ ſopitos ludunt inſomnia ſenſus. Idem. Certantq́ illudere capto. Terentius in And. Adeon' videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis. Significat interdum per ludum noceo. Vergilius, Neu variæ illudant peſtes.

Interdum vituperio, & grauem cõtumeliam infero. Lact. lib. vi. Quibus non ſufficit ſexus à Deo datus, niſi etiã ſuum ſexũ prophane ac petulãter laudant.

Illuminus, a, um, quod eſt ſine lumine. Apuleius lib. vi. Et illuminarum Proſerpinæ nuptiarum. Et lib. iii. Seruato noctis illumino tempore. id eſt, obſcuro, & ſine lumine.

Illunis, nox dicta eſt à Plinio in Epiſt. pro obſcura, quaſi ſine Luna, & lunari ſplendore uiduata. Apul. lib. ix. Illunæ caliginis impeditus dixit, ſicut Exanimis, & Exanimus.

Illuſtris, clarus, nobilis, notitiæ enim, non meriti nomen eſt. Vnde illuſtres viri, & illuſtres meretrices. Columella lib. i. Balnearia Occidenti æſtiuo aduertantur, vt ſint poſtea, & vſq; in veſperum illuſtria. Id eſt clara.

Illuſtro, as, illumino, cognitum reddo, ſeu famatum reddo. Cicero in Prolo. libri Tuſculanarũ, Hoc mihi Latinis literis illuſtrandum putaui. Idem Lentulo, Illuſtrabit mihi crede tuam amplitudinem, hominum iniuria. Columel. lib. i. Vinctis quàm ſaluberrimum ſubterraneum ergaſtulum plurimis & iis anguſtis illuſtratum feneſtris.

Illuuies, vide in dictione Alluo.

Illyrium, ſiue Illyris, Illyria'ue, regio, Epiri contermina, propinqua Italiæ, ab Illyrio (vt Apian. inqt) Polyphemi filio, ſiue vt Euſtachio placet, Cadmi filio, denominata. Huius fines ſunt latiſſimi, hinc Italiã, illinc Germaniã, inde Macedoniã, Thraciam & Epirum habens. Hinc Adriaticũ ſinum, qui Colphus ſinus Venetiæ adpellatur. Inde Danubium flumen. Properti. An tibi ſum gelida uilior Illyria. In ea ſunt ciuitates Iadera, Epidaurus nũc Raguſiũ, Salonia, & aliæ multæ. Hinc Illyricus, a, um. Horat. lib. Carm. Illyricis comes obruit undis.

Illurcis, Iberiæ urbs, quæ poſtea à Sẽpronio Gracco Gracuris dicta eſt. Cornucopiæ.

Ilus, Trois Troianorũ regis filius, q Iliũ ædificauit,

Ilys, Græcè, limus Latinè dicitur. Cc.

I ANTE M.

IMaginarii, dicti ſunt qui ferebãt ſigna militaria, in quibus imperatorum imagines erant.

Imaginarius, a, um, quod diſtinguitur à uero, & ſolum in imaginatione ſit, non inre. Sueto. in Claud. Inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quod uocatur ſuper numerum.

Imaginatus, a, um, quod eſt ad alicuius imaginem factum. Lactan. lib. xv. Sed terram digitis ſuis imaginatam metuant & adorent.

Imagino, nas, imagines facio, ſeu repræſento. Gellius lib. xv. Vt ſpeculum in loco certo poſitũ nihil imaginat, alioſum tranſlatum facit imagines.

Imaginor, ſignificat rei alicuius quæ facta ſit uel fieri poſſit, etiã quæ fieri non poſſit ſimilitudinẽ mente cõcipio. Plin. epiſt. lib. v. Mox imaginatus eſt veniſſe Neronem. Hinc Imaginatio pro huiuſmodi conceptu. Imaginabile, quod mente concipi poteſt.

Imaginoſus, noſa, noſum, in quo ſunt plures imagines, vnde ſpeculũ imaginoſum à Catullo dicitur ab imaginibus, quæ in ſpeculo numeroſæ videntur.

Imago, proprie dicitur, cuius generatio eſt per imitationẽ, vnde filius dicitur imago patris, quia eſt illi p omnia æqualis, & ſimilis, & ab illo, quæ tria requiruntur ad perfectam imaginis rationem. Ponitur tamen quãq; pro quacũq; ſimilitudine. Vergilius, O' mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. Etenim ſimilitudo dicit, quaſi imitatio. Nã (vt inqt Varro) ab imitatione deducitur, & per alluſionẽ ad aliud dr. Echo imago vocis. Hora. lib. i. Carmi. Iocoſa nomen imago. Aliqñ ponitur pro uagina, qđ ueluti imago ſit eius rei, quã claudit. Ver. li. viii. Curuam ſeruans ſed imagine falcem.

Rhetores imaginem uocant quandam orationis figurã quã res non ſolũ geſta indicatur, ſed ut geſta ſit oſtenditur. ut eſt illud, ipſe inflãmatus ſcelere, ac furore in forum uenit. ardebãt oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.

Imaguncula, diminutiuum parua imago.

Imantapodes, pe. cor. populi ĩ Aethiopia loripedes, quibus ſerpẽdo ingredi natura eſt. hoc eſt, quod Solinus interpretatur, flexis crurũ nexibus ingrediuntur. ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. Hoc nomine etiam dicũtur aues quædam ex argumento pedum, quaſi loripedes (vt ait Plinius) quoniam his crura præalta, & tenuis eas digitis inſiſtere dicit.

Imaus, mons Indiæ, q extendiť uſq; ad fontes Gãgis, vltra quem ſunt Schytarum gentes, Eſt & pars Caucaſi, & Tauri, vt Plinius & Ptolæmeus tradunt.

Imbecillis, & hoc imbecille, & imbecillus, a, um, ex in & bacillum, quaſi baculo indigens. ponitur pro debili, unde imbecillitas.

Imbellia, liæ, quaſi inertia, non habens belli ſcientiã. Macrobius libr. iii. Saturna. Tunc Pœnus eludens ignauiam imbelliamq; militũ eius prečioſe armatorum. Planè (inquit) ſatis eſſe credo Romanis hæc, etſi auariſſimi ſint.

Imbellis, & hoc imbelle, qđ nihil bellicum ſonat, Horat. lib. Car. Imbelli carmine diuidens. Proprie tamen imbelle capitur pro timido, ignauo, infirmo, quaſi bello minime apto. Ouid. lib. Her.

Tres ſumus imbelles numero ſine uiribus, uxor,
Laertesq; ſenex, Telemachusq; puer.

Imber, generis maſculi. In ablatiuo imbre uel imbri. Vergilius, Et ventis pulſatus & imbri. Eſt autem imber (vt Apul. lib. de Mundo inquit) agmen aquarum largius ex concretis effuſum nubibus, Nimbus uero repentinior, & vehementior pluuia. Et quanto eſt improuiſor, tantò eſt præcipitatior, & breuiore adſtringitur caſu. Et non ſolum cœleſtium agmen aquarũ, ſed etiam omnem humorem aqueũ ſignificat. Vergilius,

Accipiunt inimicum imbrem. Lucretius,

Ex igni terraq; animæ naſcuntur & imbri.

Sunt tamen qui hoc nomen cum h, & y, ĩ ſilo ſcribant. alii cum h, & i, Latino, ut ſupra in dictione Hyems. Sed eius cõpoſita per i, ſcribi debere facile demõſtrant. ut Septẽber, October, & cætera. Sed vt puto Græcè neſciunt, ὄμβρος enim ab illis dicit ε.

Nomina uero Greca in ρος, Latinè in rus, vel in er, conuertuntur. vt Alexander et Alexandrus, Leander. et Leandrus. Non ergo eſt Metatheſis quum vmbria dicitur.

Imberbis, et hoc imberbe, et imberbus, a, um, qđ non barbatū, vnde imberbes iuuenes dixit Cice. pro domo ſua, Quæ maior calumnia eſt, quā inuenire imberbem iuuenem.

Imbibo, is, pen. cor. inſumo. Intus concipio. Cicero in Verrem, Niſi de vobis malā opinionem imbibiſſet.

Imbræus, vnus ex centauris. Ce.

Imbrex, icis. pen. cor. canale curuum atq; obtortū, qđ in tecto ponit̃, vt per id defluat aqua. Dictus quòd imbrem recipiat. Ponitur tamen quandoq; pro toto tecto. Plautus, Fregiſti imbrices meas, dum te dignā ſectaris ſimiam. Quidam dicunt imbrices eſſe quadras fornaceis coctiles, ex acerato cretaceoq; cōfectas, ad tectum ſcandulare ſeriatim tegendum, munimentoq; accommodo imbribus arcendis, à quibus amoliendis Imbrices dici videntur.

Imbricium, idem quod imbrex. Martialis,

Quum ſint crura tibi, ſimilent q; cornua Lunæ,
Imbricio poteras Sexte leuare pedes.

Imbrico, pen. corr. in modum imbricis facio, et quaſi imbricibus tego. Plinius, Superne tātum imbricatis flexibilium vertebris. Sidonius, Tegulis imbricaret̃ tur. Imbricatum Vitruuius lib. ii. videtur intelligere mortarium vinculis denticulatis pectinatim deuinctum. Incerta verò cæmenta alia ſuper alia ſedētia inter ſe imbricata, non ſpecioſam, ſed firmiorem quam reticulata præſtant ſtructuram.

Imbricoſus, ſa, ſum, ſcaber ad modum imbricis.

Imbrifer, pen. corr. qui imbres, id eſt, aquas fert. unde Nilus à poetis imbrifer dicitur.

Imbrus inſula Thraciæ, Mercurio ſacra quem uocant Imbrāū, oppido quoq; in ea nomen eſt imbrus, ut inquit Stephanus.

Imbubinare, eſt menſtrui ſanguine fœdare Lucilius. Hæc (inquit) imbubinat, Ce.

Imbulbitare, eſt pueri ſtercore fœdare. tractū à fimo, quod Græci βόλβιτον nominat. Ce.

Imbuo, is, bui, butum, inficio ſeu immergo. Columella libro decimo, Quibus liquoribus mundam lanā imbuere oportebit, vt niſi ſtentes apes, quaſi per ſyphonem ſuccum euocent. Per tranſlationem imbuere ſumitur pro initiare, inſtituere, erudire. Et plerūq; cum ablatiuo poſt accuſatiuū conſtruitur, ſiue quid intingatur aut inficiatur, ſiue quocūq; modo inſpergatur. vnde imbutum literis, imbutum bonis moribus, dicimus præditum, et ornatum ac perfuſum, imbutum vitiis, hoc eſt, inquinatum. Salluſtius, Auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens cōcupiuit, ea quaſi malis venenis imbuta, corpus, animumq; virilem effœminat, Cicero libro primo Officiorum. Plerunq; autem parentum præceptis imbuti, ad eorum cōſuetudinem moresq; deducimur. Gellius. Farinam fermento imbutam, id eſt, conditam. Aliquando ſine ablatiuo. Cato de Re ruſtica. Dolia olearia noua ſic imbuito, amurca impleto. id eſt, inficito, uel illinito. Vergilius,

Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Id eſt, inſperget.

Imitor. pen. cor. per ſimplex m. ſignificat aliorum exēpla ſequor, ſed ad mores tantum dicta factaq; pertinet. Sequor et ad corpus, et ad mores ſpectat. Neq; enim recte dixeris, Tu præcedis, ego te imitor. Dicimus tamen, Tu ſequeris præcepta patris.

Immanis, et hoc Immane, pen. prod. ſignificat crudele ac minime bonum. Et immania ſaxa, aſpera, ſiue horrenda dicuntur. A' quo immanitas, ſæuitia. Cicero lib. i. Officiorum. Quò deteſtabilior illorum Immanitas, qui laceraverunt omni ſcelere patriā. Aliquādo immanis ponitur pro ingenti. Verg. lib. vi.

Poſuitq; immania templa.

Immineo, nes, pen. cor. ſign. ſirat iſto. Ouidius,

Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Immiſſum, differt à proiect. (ut Labienus de verborum ſignificatione inquit) quòd Proiectum eſſet id, quod ita prouehere t̃ ut nunquā requieſceret, qualia meniana ſuggrundia eſſent. Immiſſum autē, quod ita fuerit, vt aliquo loco requieſceret, ueluti tigna, trabea quæ immitterentur.

Immitto, tis, intromitto, vt, Immiſit in os meum canticum nouum. Aliquando Immittere, eſt ad prolixitatem dimittere. Vergilius,

Reſpicio, dira illuuies immiſſaq; barba.

Aliquando contramittere. Lactan. lib. iiii Hoc futurum eſſe dixerunt, ut poſt breue tempus immitteret Deus regem, qui expugnaret Iudæos. Salluſti. Alii Tarquinium à Cicerone immiſſum aiebant, ne Craſſus ſuſcepto malorum patrocinio rempub. turbaret.

Immò, p duplex mm. apud veteres ſignificabat, quaſi ex intimo, nūc vero ſignificat quin potius. Varro, Non humanitas, immò ſæuitia eſt lædere innocentem. Iungitur interdum quin cum Immò. vt eſt apud Euang. Quinimmò, beati qui audiunt verbum Dei, et cuſtodiunt illud.

Immola, pen. cor. vrbs in Aemilia, quæ olim Forum Cornelium dicebatur.

Immolo, as, penultima correpta ſacrifico. et quaſi mola inſpergo. ex in, et mola. Feſtus, Immolare eſt mola, id eſt, farre molito, et ſale hoſtiam ſutam ſacrificare. Verg. lib. xii. Pallas te hoc vulnere Pallas

Immolat, et pœnam ſcelerato ex ſanguine ſumit.

Immortalitas, eſt eſſentia viuens, et ſempiterna perſeueratio.

Immunis, penultima producta. qui eſt liber ab onere publico, qui nullo fungitur officio, qui vel ætate, vel alio priuilegio præſtare munia nō tenetur. vnde immunitas, exemptio et vacatio munerum et onerum.

Vergilius libro quarto Georgic.

Immunisq; ſedens aliena ad pabula fucus.

Id eſt, piger vitioſus, et ſine officio.

Immunitus, non munitus, quamuis Immunio non legatur. Hieronym. in Gene. Immunita terræ huius cōſyderare veniſtis.

Impago, impagis, et ĩpaginis, ſignificat id genus marginis ac regulæ, quo tympanum, id eſt, quadratum,

vel alterius figuræ ſpatium in valuis, alio'ue opere inteſtino per ambitum includitur, ut ferè fit quæ vulgò quoq; ſuppages adpellantur. Sunt etiam qui dicant Impages vocari, quæ à fabris in tabulis figuntur, quò firmios cohæreant. à pagendo, hoc eſt, figẽdo. Vnde agricolæ pagere plantas dicuntur.

Impácro, as, inuado. à Græco quaſi πάγκρεων, hoc eſt, omnem carnem conſumo.

Impeccabilis, qui non peccat. Gellius. Is erit plerunq; impeccabilis, vitamq; viuet tranquilliſſimam.

Impedimentum, dicitur quò quis impeditur, ut non perficiat quod cupit. Cic. Quum primum impedimẽta naturæ, diligentia, induſtria q; ſuperarit. Et in exercitu Impedimenta dicuntur res, quæ condocuntur, in expeditione neceſſariæ. Et non ſolum ſarcinæ, ſed etiam iumenta impedimenta dicuntur. vt docet Frõtinus in lib. Stratagematum, ſcribẽs fuiſſe interfecta à Petreio impedimẽta in magna aquarum et pabuli inopia. Curt. Magno conſilio iacturam ſarcinarum impedimentorumq; contempſit.

Impeditus, pen. prod. proprie dicitur qui ita pedes ligatos habet, ut pgredi nequeat. Impedire enim implicare eſt et inuoluere. Verg. lib. v.

Haud aliter Teucrum nati ueſtigia curſu Impediũt.

Transfert tamen ad negotia. Terentius. Viden' me tuis conſiliis impeditum eſſe? Quandoq; Impedire, eſt pedamentis firmare. Columella libro. v. Poſtea vinea quum menſem trigeſimum exceſſit, vehementioribus ſtaminibus ſtatim impedienda eſt. Eſt et impedire, ſordidare, et ad probrũ ducere. Plaut. In Amphitr. Imò hunc ego Thebani ciues, qui domi uxorem meam impudicitia impediuit.

Impedo, as, penultima correpta mitus, ſeu probe pes de aliquo firmo. Columella lib. vii. Poſtea uinea, id eſt, tertio autumno uehementioribus ſtaminibus ſtatim impedanda eſt.

Impello, is, inſtanter, perſuadeo, induco, commoueo. Sall. Aliter aut facile eos ad tantum negotiũ impelli poſſe. Teren. in Eun. Me impulſore hoc non facit. Idem, Dũ in dubio eſt animus, paulo momento huc uel illuc impellitur. Item impellere, eſt urgere. Verg. Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

Hinc impulſor, quod ferè in mala re uſurpatur, ſicut adiutor, in bona. Impulſo, as, frequentatiuum, et impulſus, us, pro impetu.

Impendeo, des, di, ſum, neutrum eſt, et ſignificat impẽdere ſupra caput aliqd ueluti caſurum pẽdere, quod vulgò dicitur ſpenzolare, ut gladius ſupra Dionyſii conuiuæ caput imminens, impendebat. Lactantius lib. vii. Sæuiet ferrum ignis, fames, morbus, et ſuper omnia metus ſuperimpendens. Dicimus quoq; impendent te mala. Terentius in Phorm. Subito tanta te impendẽt mala, id eſt, pendent in te, hoc eſt, extãt cõtra te. Cicero Plan. Agiturq; præclare ſi noſmetipſos regere poſſumus, vt ea quæ partim iam adſunt, partim impendent moderate feramus. hoc eſt, propè vel parata ſunt.

Impendiò, aduerbium. ſignificat valde vel magis. Terent. in Eun. Quare quam ſimilem iuſerat iam ille ludum, impendiò animus gaudebat mihi. Dona. Impendiò, id eſt, magis. Cic. Attico, At ille impendiò magis oderat ſenatum.

Impendium dicitur impenſa, ab impendendo ære. Plin. in epiſt. Ego mihi curam tantum et impendium ueridico. Idem in Paneg. An tantas uires habet frugalitas principis, ut tot impendiis, tot erogationibus ſola ſufficiat. Et impendium (inquit Varro) dicitur pecunia quæ in fœnore ſorti accredit. hoc eſt uſura ipſa, quòd inter ſe iungat, unumq; fiat, quaſi cõpendiũ. Cicero ad Atticum, Fœnus (inquit) et impendium.

Impendo, dis, di, ſum, actiuum. ſignificat in rem aliquã expendo, unde impenſa, et impendiũ. Et per tranſlationem, impendere operam, impendere laborem dicimus, quaſi exponere, et in totum expendere. Dicimusq;, impendio huius rei, et in hanc rem. Item impẽdere, eſt committere, imponereq; ad aliquid faciendum. Salluſtius, Poſt vbi eorum famam atq; pudorẽ attriuerat, maiora alia impendebat. hoc eſt, imponebat. Lanctant. lib. vi. Dedignãdum eſt de iis, qui populari leuitate ducti, vel magnis vrbibus ſuffectuſas opes exhibendis muneribus impendunt.

Impennatus, à penna, ſine pennis. Cc.

Impenſa, dicũtur beneficia. Mart. Impenſis uirũ principis annumerrs. Impenſa, ſæ, ponitur pro expenſa.

Impenſè, ualde uel nimis. Plaut. in Epid. Eſt impenſe improbus. Terent. in Adel. Sed ſi id uoltis quæ uos propter adoleſcentiam minus uidetis, magis impenſe cupitis, conſulitis parum. Inde impenſius, pro multò magis. Columel. Sed cuiuſq; diſciplinæ prudentẽ delectant impenſius ea quæ propriis generibus diſtinguuntur, quàm quæ paſſim uelut abiecta et quodam aceruo confuſa ſunt. Aliquando impenſius, ſignificat grauius, moleſtius, quin quod impenditur, graue eſt. Plau. in Bac. Nihil impenſius.

Impenſibilis, idem quod inconſyderabilis. Gell. Omniumq; rerum fidem uarietatemq; mixtis confuſisq; ſignis, ueri atq; falſi ita impenſibilem uideri aiunt, ut quiſquis homo eſt.

Imperator, à ſenato adpellari ſolitus eſt (ut Cicero in Philip. indicat) qui mille aut duo milia externorum hoſtium occidiſſet. Sed Zonaras hiſtoricus Græcus admirãdus Imperatorem adpellat αὐτοκράτορα. ὠνόμαζε τὸ αὐτὸς καὶ κρατέω. ... Id eſt, αὐτὸς, ipſe, & κρατέω, uinco. Appianus vero ſcribit nomen imperatoris uendicari ſolere ab his prætoris, qui in maximis belli operibus uerſati ſunt cum laude. Nunc autem (inquit) ſub quo decem milia in bello cecidiſſent hac adpellatione dignos haberi audio. Præterea ductores exercituum, et præfecti copiarum militarium, Imperatores uocantur apud hiſtoricos. Item q prouincias adminiſtrabant, Imperatores dicebãtur, quamuis poſtea in tyrannidem uerſus ſit hic magiſtratus. et imperatoris mitiſſimum nomen in eum tranſlatũ ſit, qui Romani imperii gubernacula tenet.

Imperioſus, qui imperium habet. Item qui nimis ſæue imperat, quaſi oſtentator imperii, qualis Torqua-

tos apud Liuium, qui filium ſicet victorem, quia cōtra imperium ſuū pugnauerat, ſecuri percuſſit. Hinc aduerbium Imperioſe, quod eſt ſæuere, et cum oſtentatione imperii.

Imperitabundus, idem quod Imperitans.

Imperito, tas, pen. cor. frequentatiuum eſt.

Imperium, ſignificat iuſſum. Vergilius,
Imperio læti parent.
Aliquādo dicit dominiū aut regnū vt apud eundē.
Imperium Oceano famam qui terminet aſtris.
Aliquādo eſt poteſtas. Vlpianus, Meriū eſt imperiū habere gladii poteſtatem ad animaduertendū in facinoroſos homines, quod etiā poteſtas adpellatur.

Impero, as, penult. cor. ex in, et paro. ſignificat iubeo. nam in, intentiuū eſt, quaſi ſtatim uel prorſus paro. Quintil. Nam quamuis infeſtum latronibus mare iuſſus intraui. neque diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſſas patri quur hoc mihi imperaret. Vnde imperatum, iuſſum. Idem, Mihi, quòd ſemel imperata non feci.

Impersonale verbum, dicitur quod non habet perſonas, cuius duæ ſunt ſpecies. Nam quedam ſunt impersonalia vocis actiuæ, quædam paſſiuæ. Impersonalium actiuæ vocis quinq; genera eſſe dicuntur, quæ in t, finiunt, et à tertia perſona quorundam neutrorum formantur, vt à placeo, fit placet Impersonale. Primæ ſpeciei ſunt, benefit, malefit, ſatisfit, quæ ſemper ſunt Impersonalia, et ante ſe exigunt ablatiuum, cum præpoſitione, et poſt, datiuum. vt à Deo bene fit bonis. Secūdæ ſpeciei ſunt Intereſt, et refert, quæ antè genitiuum, et pòſt infinitum habent, exceptis mei, tui, ſui, noſtri, et veſtri, loco quorum dicimus mea, tua, ſua, noſtra, et veſtra. et cuius, ia, um, in quo tam ablatiuo quàm genitiuo vti poſſumus, vt cuius, vel cuia intereſt orare. Tertiæ ſpeciei ſunt, libet, placet, liquet, patet, accidit, euenit, contingit, ſuppetit, conſtat, reſtat, et vacat, quæ habent antè datiuum, et poſt infinitum. vt, mihi libet mori. Et licet quædam ex his perſonalia ſint, tamen raro ſunt in vſu, niſi in tertiis perſonis. Non enim dicimus, accido tibi, et tu accidis mihi, ſed, hoc accidit, contigit, euenit tibi. Quartæ ſpeciei ſunt, decet, dedecet, iuuat, delectat, oportet, quæ habent antè accuſatiuum, et pòſt infinitum. ut, Religioſum decet caſtè viuere. Quintæ ſpeciei ſunt pœnitet, tædet, miſeret, piget, pudet, et ſemper ſunt Impersonalia niſi apud iuniores, et antè volunt accuſatiuum, et pòſt genitiuum, vel infinitum. vt, me tædet peccatorum, vel peccaſſe. Præter miſeret, quod vult poſt ſe genitiuum tantum. Impersonale paſſiuæ vocis, formatur à tertia perſona, iuncta tur, ut legit, legitur. Et tam ab actiuis omnibus, quàm à neutris, acquiſitiuis, tranſitiuis, et abſolutis, formatur, nec aliquem caſum exigit antè, ut itur, ſtatur. Nam proprium Impersonalis eſt, nullam certam perſonam ſignificare. Nec vllum caſum habet pòſt, niſi qui à neutris, acquiſitiuis, et abſolutis deſcendit, ut,
Itur in antiquam ſyluam.

Impes, tis, et Impetus, tus, idem ſignificāt, Lucre. lib. I.
Quamlibet in partem tradunt res antè ruuntq;
Impetibus crebris. Statius lib. vii. Thebaidos,
Tranſiliunt campos, aurigamq; impete vaſto.

Impetigo, penultima producta fœdatio cutis, ſerpēs cum prurit u, quam alii ſcabiem ſiccam, aſperam et prominentem intelligunt, alii morbum ſimilem ſcabiei ſquamoſum, corpusq; dehoneſtantem. Ab impetu nomen deductum. Serenus.
Si uero vitium eſt quod ducit ab impete nomen,
Hoc matutina poteris cohibere ſaliua.
Et apud Columellam lib. v. ſcribitur, quòd impetigines et ſcabies aceto et alumine deficcant in equis. Alii putāt eſſe volaticam. Verū huiuſmodi fœdationis cutis eſt impetiginis, Celſus ſcribit eſſe quatuor genera. Plinius, Vitis albæ viridis, tuſæ, ſucco et thure impetigines tolli ſitur. Dicebatur et impetix (ut ait Feſtus) et petigo, quòd vicina petat, ſeſe late ſumma cute diffundens.

Impeto, is, pen. correp. inuado. Apuleius, Iurgiis me oppidò impetea.

Impetrabilis, paſſiuè. ut res impetrabilis, quæ impetrari poteſt. Aliquando actiue. Plautus in Muſ. Magis ad me impetrabilis, id eſt, qui magis potuerit impetrare.

Impetraſſo, pro impetro, ueteres dixere. Plau. Et iſtuc confido à fratre me impetraſſere. Cc.

Impetritus, ta, tū, quod eſt ſtabile, quaſi in petra fixū. Plautus in Aſinaria, impetritum inauguratum eſt.

Impetro, tras, pen. corr. ex in et patro, ſignificat obtineo, et quaſi id quod cupio facio. Vnde et Perpetro, perficio. Teren. in Hecy. Videndum eſt ne nimis propter iram hanc impetrem quod poſſim, aut ne faciam plus, quod pòſt minus nec feciſſe ſatius ſit.

Impiger, penultima correpta non piger, ſed ſtrenuus et diligens. Tibull.
impiger Aeneam volitantis frater amoris.
Cicero, Quis eſt tam impiger in ſcribendo quā ego?

Impingo, gis, pegi, impactum, ex in, et pango. ſignificat impello, et illido. Cic. lib. iii. Tuſcu. Quid huic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare deſinat? Impingendus dixit, quaſi illidendus, et nolenti ingerendus. Denotat enim vim aliquam, vt apud Hieronym. Impegi nouiſſime in Danielem. Et apud Vergil.
Exammata ſequens impingeret agmina muris.
Et in Eſaia, Impegimus meridie quaſi in tenebris. Aliquando componitur ex in, et pingo. Plautus in Capti. pro impono uſurpauit. Iubete huic craſſas cōpedes impingere. Aliquando ponitur pro deſigno. Hiero. ad Euſto. Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus impingat crucē. Aliquādo pro inſcribo. Terent. in Phorm. Si tu illam attigeris ſecus quā dignum eſt liberam, dicam tibi impingam grandem, dixi Demipho. Lact. lib. vi. pro transfiguro poſuit. His vero qui ſapientiam quærunt, philoſophiam in oculos impingit, vti ſpecie lucis excæcet, ne quis cōprehendat ac teneat veritatem.

Impinguo, guas, pinguē facio, vñ impinguatus legit.

Impio, contamino. ex in, et pio componitur.

Impius, crudelis, à quo Impietas, et īpie aduerbiū, Cc.

Implano,nas,penultima producta, decipio. Cyprianus, Si quis (inquit) putat ſe aliquid eſſe quum non ſit, ſe ipſum implanat. Hinc Implanator, pro ſeductore, qui Græce planos.

Impleo,ples,conſtruiť cũ ablatiuo, uel genitiuo. Verg. Impleuitq́ mero pateram. Idem. Implentur veteris Bacchi, pinguisq́ farinæ. Quandoq́ additur præpoſitio, vt quum dicimus. Impleui nauem de omni genere frumenti. Lact. lib. iiii. Et inſuper duodecim cophini, de reſiduis fragminibus impleti. Huius compoſitum eſt Adimpleo.

Implexus, inuolutus, innexus, implicatus, quod Græci ἐμπεπλεγμένον, dicunt. Ambroſ. Requiratur id, verum ſit, non fabulam pro veris dicere, non obſcuris uera inuoluere, non ſuperfluis vel implexis atq́ ambiguis occupare animum.

Implico, cas, pen. cor. vide in dictione Plico.

Imploro, ras, penul. prod. auxilium poſco. Et proprie dicitur, quum quis in malis poſitus eſt, et cum miſeratione auxiliari poſtulat. Plaut. in Rud. Prò populares, uoſtram ego imploro fidem. Terent. in Adel. Illæc fidem nunc uoſtram implorat.

Impluo, vide in dictione Pluo.

Implutus, pluuia madefactus dicitur.

Impluuia, veſtis erat, qua ſacerdotes per imbrem utebantur. Pluuiale nunc vulgò adpellatur. Varro, Salium quoq́ ſereno tempore impluuia amictum fuiſſe criminabantur. Vel fortè dicta eſt à colore. Nam Impluuiatus color à Nonio dictus eſt, quaſi fumato ſtillicidio implutus.

Impluuium, locus ſub cœlo in mediis ædibus ubi pluuia accipitur. Feſtus, impluuium, quò aqua impluit collecta de tecto. Teren. in Phor. Monſtra euenerunt mihi. Introiit in ædes ater alienus canis, anguis per impluuium décidit de tegulis.

Impolitia, litiæ, quaſi incuria. Gellius lib. iiii. Si quis eqûes Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum uiſus erat, impolitiæ notabatur.

Impono, pen. prod. ſupra pono. Verg. Molemq́ et montes inſuper altos Impoſuit. Idem lib. iiii. Vidit thuricremis quum dona imponeret aris. Interdũ imponere, eſt dare. Idem li. vii. Finemq́ imponere curis. Interdum iniungere, vt, impono tibi hoc onus. Et his modis conſtruitur cum adcuſatiuo. Cum datiuo uero ſignificat decipere. Quintil. Fefellit me ingenitus honeſtis cauſſis gloriæ amor, ſpes tibi perpetuæ laudis impoſuit. Quum autem dicimus, Impono manũ, ſignificat perficio. Donat. Imponitur manus rebus, quum pe ficitur id quod cœperit. Relinquiť, quũ imperfecta dimittiť. Verg. Imponit regina manum. Et alibi. Atq́ opere in medio defeſſa reliquit.

Imporco, cas, porcas in agro facio. Colum. lib. ii. Et ſimiliter quũ ſemeľ crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcabimusq́ occabimus. Imporcator, qui porcas facit. Eſt autem Porca, quãtum ad hoc terra eminens inter duos ſulcos.

Importunus, na, num, penul. prod. quod caret portu, hoc eſt, quiete, vbi nullus portus eſt. Verg. lib. xi. Bellum importunum ciues cum gente Deorum Inuictisq́ uiris gerimus. Hinc importunitas, quæ (ut Donatus inquit) neq́ loci, neq́ temporis habet commoditatem.

Impos, uide in dictione Compos.

Impoſtores, dicuntur, qui alios verbis pollicentibus decipiunt, uel qui ſupponendo malas merces, homines fallunt. Et qui ita decipiunt, impoſturam facere dicunť. Vlp. ff. de Crimi. ſtellionat. Si quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius, ſtellionatus poteſt adpellari.

Impotens, pen. cor. qui ab adpetitibus uincitur. Cic. Lepi. Sin iſta pax perditorum hominũ in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtituta eſt, id eſt, ſuperbiſſimi, et incontinentiſſimi.

Impotentia, plerunq́ imbecillitatẽ ſignificat. Interdũ ualidã immoderatamq́ potentiã. Cic. lib. v. Tuſcul. quæſt. Qui nihil metuãt, nihil agant, nihil concupiſcant, nulla impotentia efferanť. Nã in, quandoq́ auget. Vnde tyrannus impotentiſſimus diciť à Quintiliano. Decẽmuiri, quorũ principatus erat immoderatus, à Liuio impotentes domini nuncupantur. Et à Seneca impotentia fortunæ adſcribiť. Suetonius ſcribit Cæſarẽ edere ſolitũ uoces impotẽtiæ. Siſenna, Lætitia nimia atq́ impotẽtia animi commotus.

Impræſentia, et impræſentiarum, aduerbia, ſignificant tempore præſenti. hoc eſt quod præſens eſt, uel præſens fuit, uel præſens erit. ut, impræſentia diſputandum non eſt. Cato de leg. oleæ leg. Extra quã ſi quẽ ſocium impræſentiarũ duxerit. Vlp. de tab. exhib. Quid enim ſi occultæ tabulæ poſtea prolatæ ſunt? cur noceat ei qui reſponderit quod impræſentiarũ uidebatur? Idem tempus enim ei dandum eſt, ſi non poteſt impræſentiarum exhibere.

Imprecor, pen. cor. et in bonum et in malum accipi ſolet. de quo in dictione Precor.

Imprimo, mis, penultima correpta premendo immitto, intus, calco, obſigno. undæ impreſſæ literæ, obſignatæ dicuntur. Cic. lib. i. Tuſcul. An imprimi quaſi ceram putamus animum?

Improbus, penult. corre. indignus. unde improbitas. Cice. ad Cæſarem lib. i. Debes odiſſe improbitatem eius qui impudentiſſimum nomẽ delegerit. Interdũ dicitur petulans, pertinax. Vergilius, Et plena cornix pluuias uocat improba uoce. Interdum turpis. Plautus. improbiorem non uidi faciem mulieris. Interdum laſciuus, proteruus, aſtutus. Pacuuius, Nemo hoc puero improbior, quæ cunq́ vult ſuadet. Item nimis auidus, nec contentus dicitur de re modica. Vnde lupus et anſer improbus, apud Vergilium.

Improlus, et improlis, pen. prod. qui nondum in ciuitatem adſcriptus eſt.

Improperium, criminis exprobratio.

Impropero, ras, penultima correpta. uide in dictione Propero.

Imprudens, non prudens. Aliquando etiã ualde prudens. Verg. Nocuit nunquã imprudẽtibus imber.

Impudens, pen. cor. qui nullo pudore ducitur.

Impudenter, temerè, petulanter, inuerecundè.

Impudicus, pen. produ. qui non eſt pudicus, id eſt, caſtus. A quo impudicitia. Ponitur quoque etiam pro temerario, & pro eo qui nullo pudore ducitur.

Impudoratus, qui eſt ſine pudore. Hieronymus ad Euſto. Facies meretricis facta eſt tibi, ĩpudorata es tu.

Impugno, gnonis, à veteribus impudens dicebatur. Lucilius, Homo impuratus, & impugno, & capax. Cornucopiæ.

Impune, penul. prod. aduerbium eſt, & ſignificat ſine pœna, uel ſine damno. Vergil. lib. III. Georg.
Et ſæpe alterius ramos impune uidemus
Vertere in alterius, mutatamque inſita mala
Ferre pirum. Aliquando refertur ad omnem effectum, & ſignificat ſine ui & effectu. hoc eſt, fruſtra. Apuleius, Impune Capitoliũ aſcendi quum nemo eſſet. Teren. in Hecy. Impune iſtud optare tibi licet. Horat.
Obturem patulas impune legentibus aures.

Impunitas, quaſi non punitio. Salluſt. Si quis indicaſſet de coniuratione, quæ contra Rempublicã facta erat, præmiũ decreuere, ſeruo libertatẽ, & libero impunitatẽ eius rei, & ſeſtertiorum ducenta millia.

Impurus, pen. produ. generaliter pro improbo poni ſolet. Terent. in Adelph. O hominem impurum. Et impurus, qui aliquo uitio notatus eſt. Cice. lib. IIII. de Repub. Sed iuuentuti noſtræ minime audiẽdus, quippe ſi ita ſenſit ut loquitur, eſt homo impurus. Item dicitur foedidus contaminatus. Idem, Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribus familiàs in illa tetra atque impura legatione uim attuliſſe exiſtimatis?

Imputatus, ta, tum, quod nõ eſt putatum. hoc eſt, amputatum, quàmuis imputo in hac ſignificatione nõ legatur. Plin. lib. XIIII. Eadem lege ex imputata uite libari uina Diis nefas ſtatuit, ratione excogitata, vt putare cogerentur.

Imputo, tas, pen. cor. vide in dictione Puto.

Imus, a, um, per ſimplex m, ſignificat infimũ. Sed quoniam in multis, vt in pectore, quæ infima ſunt etiã intima dicuntur, Imum plerũque pro intimo poni conſueuit.

I. ANTE N.

IN, præpoſitio eſt, quæ & ſeparari & componi ſolet. Separata, tã accuſatiuo quàm ablatiuo deſeruit. Sed quũ accuſatiuo iungitur, ſignificat pro, vel erga. ut, Bene ſentio in rẽ publicã. Cicero Lẽtulo, Nã hoc ſenatuſcõſulto in meã ſniam facto. Vergil.
Accipit in Teucros animum mentemque benignam.
Quandoque aduerſus, vel contra. vt, In parricidam dico. &, In tyrannum pugno. Plini. Quum mihi ſermo in adulterum eſſet. Vergilius,
Quid meus Aeneas in te committere tantum?
Quid Troes potuere? Quandoque intra. ut, In nauem ingreſſus es. &, In domum proficiſcor. Quandoque ad. Vergilius,
Impulit in latus.
Quandoque ſicut (ſicut Auguſtinus docet) ut, Sedet in amicum. id eſt, ſicut amicus. Quandoque uſque ad. Liuius, Bellum in trigeſimũ diem indixerant, id eſt, vſque ad triginta dies. Denotat quãdoque qualitatem or... atiuam. ut, Opus in dies creſcit. Vergilius,
Inque dies auidum caput altius effert.
Quandoque indicat ſpacium temporale. ut, à manè in noctem. Idem,
In lucemque tuliſſet.
Iungitur accuſatiuo pro ablatiuo. ut, Vereor te in os laudare. pro in ore. Teren. in Adelphis, In quem exempla fient, id eſt, in quo. Iũgitur etiam accuſatiuo cauſa ornatus, & verbum cũ quo componi deberet, remanet ſine præpoſitione. ut, Inuado hoſtem. &, Tu ingratitudinis crimen incurriſti. Cicero vero dixit, In odia hominum incurrunt. Quum autem iungitur ablatiuo, tunc habet eãdem uim quam apud Græcos ἐν. vt, In vrbe, in tempore. Et aliquando ſignificat inter. Vergil.
Penthesilea furens mediiſque in millibus ardet.
Aliquando ſignificat pro, vel ad. ut, hoc eſt in re tua. id eſt, pro vtilitate tua, uel ad utilitatem tuam. Vergilius,
In magno munere Cyſſeus
Eſſe ui dederat monumentum & pignus amoris.
Id eſt, pro magno munere. Aliquando ſignificat per. ut apud Apoſtolum, In quo gratificauit nos in dilecto filio ſuo. id eſt, per dilectum. Et illud, Locutus eſt nobis in filio. Compoſita quoque uariis capitur modis. Nam modo ponitur pro intra, vel intro. vt, Ingredior, Induco. Modo contra. ut Inclamo, Iniuiro, Impugno. Modo intentiua eſt. ut Increpuit, Inſonuit. Vergilius,
Turnus vt infractos aduerſo Marte Latinos.
Modo negatiua, ſeu priuatiua. ut Ignarus, Inutilis. Modo ſignificat ſupra. ut Immineo, Impendeo. Modo ſine. ut, Iniuſſu meo. Modo ſolennitatem quandam importat. ut indico, cis, quod ſignificat, ritu ſolẽni quicquàm promulgo, aut iubeo. Modo ſimplicis ſui ſignificationem ſeruat, & ſignificat in loco. ut Inſum, Impono. Modo ad locum. ut infero, Impoſito. Aliquãdo ponitur pro particula ſuperuacua. ut, noſco crines, incanaque menta. Habet nonnunquã qualitatem ad peius deteriuſque pendentem. vt, Quã ſemel informes uidiſſe Cyclopas. Non enim nullius formæ, ſed malæ formæ ſignificat. Componitur que in, cum omnibus literis, tam uocalibus quam conſonantibus. Sed quando iungitur uocalibus, uel c, d, f, g, h, n, q, ſ, t, ſemper remanet n, vt Inauris, Ineo, Iniicio, Inops, Inuoco, Incedo, Induco, Infero, Ingero, Inhibeo, Innuo, Inquieo, Inſiſto. Intueor. Quãdo vero cum b, m, & p, mutatur n, in m, ut Imbibo, Immunis, Impono. Cum l, & r, mutatur n, uel in r, ut Illudo, Irruo.

In diem addicere, eſt rem uenalem ita vendere, ut niſi alius ad certum præſcitumque diem maius precium obtulerit, illius ſit, qui primò obtulit.

In dies ſingulos, id eſt, per quoslibet dies. Cicero Metello, Me ex rationis atque eius mei conſilii, maiorem in dies ſingulos fructum uoluptatemque capio.

In diem, & in dies, hanc habent differentiam, quòd illud plerunque cum uerbo uiuit cõiungitur. Quintilianus, Non ut feræ uolucres, præſentis modo cibi memores in diem viuunt. Aliquando etiam cum alio uerbo. Salluſtius, Panem in diem mercari. quae ſi dicat præſentis diei rationem habere. Indies, aduerb. uide infra.

In domo,

In domo, et domi, eiuſdem planè ſignificationis ſunt. Quintili. In domo furtum factum, ab eo qui domi non fuit. Cornucopiæ.

In horam, & in horas, eandem habent differentiam, quam In diem & in dies. Illud plerunq; cum uerbo Viuo coniungitur. Cic. Neq; qui in horam uiuunt, non modo de fortunis & bonis ciuiũ, ſed ne de utilitate quidem ſua cogitauerunt. In horas verò, cum verbo incrementũ ſignificāte, ſicut in dies. Vergil.

Gallo cuius amor tantum mihi creſcit in horas,
Quantum vere nouo viridis ſe ſubiicit alnus. &c.

In manu, vel in manibus eſt, dicitur pro eo quod eſt, in poteſtate, vel in prōptu, & in facili. vt, Victoria in manibus eſt. id eſt, quaſi iam tenetur. Et, In manibus, pro inter manus. Cic. in Catone. Septimus mihi liber originum eſt in manibus. id eſt, operi nondũ ſumma impoſita eſt manus.

In manus aquas poſcimus, veteres autem aquas manibus pedibusq; dixerunt.

In manu datur ei, qui ſeparatim accipit ſine arbitris, aut interprete, aut ꝑuaricator, aut corruptus iudex. Teren. in Phormione. Soli ſumus nunc inquàm hic, ehò dic quid uelis tibi dari in manum.

In medium, id eſt, in uſum cōmunem. Cicero libro. I. Officiorum, In hoc naturam debemus ducem ſequi, & cōmunes vtilitates in medium adferre, mutatione officiorum.

In mentem venire, non tantum eſt reminiſci, ſed etiam recogitare & conſyderare. Cice. In mentem tibi nō venit, cauſſam publicam ſuſtinere.

In numerum, ſignificat in ordinem.

In numerum ludere, eſt ſaltare. Vergilius,

Tum verò in numerum faunosq; ferasq; videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

In ordinem redactus, & In ordinem coactus, id eſt, inter uiles & abiectos numeratus. Liuius li. xii. Tribuni plebis in ordinem redacti. id eſt, contemptui habiti. Sueto. in Claudio, In ordinē ſe coactũ conſcriberet. Hinc etiam extra ordinem, pro egregie dicitur.

In poſterum, penul. cor. vide in dictione Poſtremo.

In re tua, id eſt, pro vtilitate tua, ſicut Ab re, contra utilitatem.

In rem præſentem, non tempus, ſed locum ſignificat, quaſi in locum differentiæ. Cicer. Vt ſi conſtitueris te cuipiam in rem præſentem eſſe venturum, id eſt, ad locum de quo controuerſia eſt. &c.

In rem præſentem dicitur ire iudex, quum accedit ad locum de quo controuerſia. Cicero pro Cecina, Placuit Cecinæ de amicorum ſententia cōſtituere, quo die in rem præſentem veniretur. Liuius libro tertio. Scribit miſſuros ſe in Aphricam, qui inter populũ Carthaginēſem & regem Maſſiniſſam in re præſenti diſceptarent.

In ſpem venio ſperare incipio. Cice. lib. ii. de Oratore. Nonnullam in ſpem veneram, poſſe me aliquid ex iſtis diſcere.

In tempore, ſignificat opportunè. Saluſtius, Maxime ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. Teren. In An. Venit in tempore.

Inacceſſa, inſula Aegypti, à Græcis Abatos dicta, ad quam nulli eſt acceſſus.

Inachia, regio, quæ Io vocabatur.

Inachis, ipſa Io, Inachi filia, patronymicum fœminium eſt.

Inachus, penul. cor. Ionis ſeu Ius pater fuit, & primus qui apud Argiuos regnauit. A' quo inachius, a, um. Vergilius libro. ii. Georgicorum.

Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.

Eſt & Inachus nomē fluuii Achaiæ, ab Inacho rege dictus, qui per Argiuum agrum percurrit, vnde Inachidæ Argiui Græciq; nuncupati ſunt. Plinius libro. iiii. Inter Inachum & Eraſinum amnes, ſinum eſſe docet Argos. Hippium cognominatum.

Inaneſco, ſcis, inanis fio, quod ab inaneo, nes, fieri certum eſt. Auguſt. lib. x. Confeſſionum, Eſt aliud tentationis malum, quo inaneſcunt qui placent ſibi de ſe.

Inaniloquus, qui inania loquitur. Plautus. Profectò inaniloquus es.

Inanimus, a, um, quod non habet animam. Cic. lib. ii. Offic. Quæ ergo ad uitam hominũ tuendam pertinent, partim ſunt inanima. ut aurum argentum.

Inanio, nis, niui, nitum, vacuo, vnde Inanitus, penul. producta uacuus. Plinius lib. trigeſimo qnto. Cortex remanet, hoc inanitio medulla cadit. Huius compoſitum eſt Exinanio, vnde Exinanire, vt in Pſal. Exinanite vſq; ad fundamentum in ea.

Inanis, penultima produ. vacuus. Plaut. in Perſa, Non ego inimicitias omnes pluris æſtimo, quam menſa inanis ſi nunc apponatur mihi. Ponitur quandoq; Inane pro aere Luca. Longum per inane reſoluit. Quādoq; pro otioſo. Hora. in Serm. In medio qui

Scripta foro recitent ſunt multi, quiq; lauantes,
Suaue locus voci reſonat concluſus inanes.

Sic & vacuus pro otioſo dicitur à Vergilio.

Cætera quæ uacuas tenuiſſent carmina mentes.

Inanitas, & inanitio, pro uacuitate. Plautus In Ciſtellaria. Mihi inanitate iandudum inteſtina murmurant. Item pro uanitate. Siquidem & Inane pro leui quandoq; ſumitur. Vergilius,

Inſtabiles animos ludos prohibebis inani.

Inareſco, uide in dictione Areſco.

Inarime, penul. corre p. inſula eſt in mari Thuſco. Ab Arimis, ſiue populis ſiue beluis, ita Hetruſcorũ lingua dicente ſimias, quas Græci pithecos uocāt. Scribit Plinius, Inarimem montem fuiſſe, qui terræ motum paſſus, alteram fudit inſulam, quæ Prochyta ab effuſione dicta eſt. Ouidius,

Inarimem Prochytamq; legit. Silius.
Non Prochyte, non ardentem ſortita Typhœa
Inarime,

Et à ſtatione nauium Aeneæ, etiam Aenaria dicta eſt.

Inaudio, dis, uide ſupra in dictione Audio.

Inauris, ornamentũ quod ab aure pendet. Nam in Oriente decus exiſtimaſ, geſtare aurũ in auribus.

Inauro, as, ex in, & auro. Auro uero ab aurum fit, & ſignificat auro impleo, vel dito.

Inauſpicatò, aduerbium uſurpatum à ueteribus, quũ

aliquid euenifſet aliter quàm quis uellet. Et Inauſpicatò dicitur, non captatis auſpicijs. Terent. in And. Haud inauſpicatò hoc me adpoſui.

Incæduus, dua, duum, cum diphthongo, quod nõ cæditur. ex in, & cæduus. Cato de Re ruſt. Secundo loco hortus irriguus, tertio ſalictum, quarto oliuetũ, quinto pratum, ſexto campus frumentarius, ſeptimo ſylua cædua. Seruius, Intonſi montes, Intonſi, ſyluoſi, incædui.

Incæro, ras, aliquid cæra tego. Perſius,
Genua incærare Deorum.

Incaleſco, ſcis, incalui, ualde calidus fio. Hieronymus in libro Heſter, Itaq; die ſeptimo, quũ rex hilarior, & poſt nimiam potationem incaluiſſet mero.

Incallidus, per duplex ll, non aſtutus. Cice. in arte ueteri, Sed quum à ſummis uiris maximæ res adminiſtrarentur arbitror alios fuiſſe, non incallidos homines, qui ad paruas cõtrouerſias priuatorum accederẽt. Et li iii. Offi. In his tribus generibus quoquo modo poſſunt, non incallide tergiuerſentur.

Incandeſco, deſcis, incandui, uide ſuprà in dictione Candeo.

Incanto, tas, ſignificat uerbis ſolis, uel etiã rebus quibuſdam adiunctis, aliquid ſupra naturam molior. Plin. Qui mala carmina incantaſſet. Hinc Incãtatio, & Incantamentum. Idem libr. xviii. Valeant'ne aliquid uerba & incantamenta carminum. Poteſt etiã Incanto, frequẽtatiuum eſſe ab incino. Sed quod ad primam ſignificationem huic uerbo Incanto, contraria ſunt Excanto, & Recanto.

Incapiſtrare, illigare, à capiſtro formatum verbum.

Incaſſum, per duplex ſſ, ſignificat fruſtra, vide in dict. Caſſes.

Incaſum per ſimplex ſ. ſupinum eſt verbi Incido, quod à cado componitur. de quo paulò pòſt.

Incautus, vide ſuprà in dictione Cautus.

Incedo, cedis, ceſſi, ceſſum, penulti. produ. ingredior, ſubeo. vt, Scribendi libido inceſſit me. Interdum Incedere, eſt mature, more grauis uiri, ſiue magnifice more regum ire. Vergilius lib. i. Aeneid.
Aſt ego, quæ diuum incedo regina, Iouisq;
Et ſoror & coniunx. Liuius lib. ii. Ipſe en ille noſtris decoratus inſignibus magnifice incedit. Seneca, Tenero ac molli paſſu ſuſpendimus gradum, nec ambulamus, ſed incedimus. Aliquãdo ſignificat ſimpliciter ire. Columel. lib. vi. Trãſuerſos rurſus laxiora ſpacia faciam, per quæ uel foſſor uel arator incedat. Liuius de ſecũ. bello Punico, Quum ſignis prima luce motis, ſegniter agmen incederet. Hinc Inceſſus, ſus, quo ad poſteriora ſignificata.

Incendo, inflammo, à quo Incendium, inflãmatio, & Incendiaria, auis inauſpicata, propter quam luſtratam ſæpenumero vrbẽ legimus, & ſpinturnia à quibuſdam vocatur. Ce.

Incentio, onis, cantio, ſeu cantilena. Gellius docet, plurimis hominum morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum.

Incentiuus, ua, uum, ut tibia incentiua, apud Varronem, quæ à dextra canit, ſicut Succentiua, quæ à ſiniſtra ſuccinit.

Incepto, ptas, frequentatiuum ab incipio.

Incernicula, cribra quibus frumenta purgantur antequàm molantur. Plinius libr. viii. Decretum fecere, quo caueretur, ne frumẽtarii negociatores ab incerniculis eum arcerent. Cato, Cribrum totum, incerniculum unum, ſecurim unam, ſcamnum unum.

Incerno, nis, ſicut & cerno, ſignificat cribro, vnde Incerniculum.

Incerto, tas, incertum ſeu dubium reddo. Plau. in Epi. Longa dies meum incertat animum. Componitur enim ex in, & certo, quod eſt, in animo certo. Nam quum quis dubitat, ſecum animo certat.

Incertus, dubius. Plaut. in Pſeu. Certa amittimus, dum incerta petimus.

Inceſſo, is, ſſi, vel iui, à ſupi. verbi incedo formatũ, ſignificat adcuſo, moleſto, ad iram cõcito, quaſi laceſſo. & cõſtruitur cum adcuſatiuo. Lactantius lib. iii. Quid ergo te magiſtra illa uitæ docuit? An ut potentiſſimum conſulem maledictis inceſſeres? eumq; hoſtem patriæ venenatis orationibus faceres? Hieronymus, Aliquo modo vel aliquãdo expugnatur, quod vndiq; inceſſitur, id eſt, impetitur. Verum diſtinguẽdum de Inceſſit, quando ab Incedo, & quando ab Inceſſo fit. Nam ab incedo, Inceſſit me cupiditas, ſicut &, Mihi inceſſit cupiditas, dicere licet, & tunc ſignificat ingredior, ſiue inuado. Liuius lib. ii. Timor deinde patres inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio uis aliqua externa adoriretur. Et iterum, Perfectis patris mãdatis, cupido inceſſit animos iuuenum ſciſcitandi, ad quem eorum regnum Romanũ eſſet venturũ. Valerius Maximus datiuo iunxit. Nec mihi cunctã compiendi cupido inceſſit. Teren. in Adelphis, cum adcuſatiuo, mediante in. Noua (inquit) hæc religio in te iſthæc inceſſit. Aliquando ponitur ſine datiuo uel adcuſatiuo expreſſo, & ſignificat ingruo. Columella lib. ii. Si uerò procellæ uentorum aut turbines inceſſerint, maior pars ad terram defluit. Idẽ cum datiuo poſuit, quũ inquit, Famem, ſi ſterilitas annorum inceſſit hominibus, commode propulſat. interdum ſignificat ingredior. Idem lib. iii. Et quum autſinus inceſſerit, antè quàm frigus cacumina aduſſerat, omnia folia decerpere expediet.

Inceſto, ceſtas, polluo. Sueto. in Tib. Triplici ſerie cõnexi inuicem inceſtarent. Vergilius,
Totamq; inceſtat funere claſſem.

Inceſtuoſus, qui inceſtum commiſit.

Inceſtus, ſtus, & Inceſtum, ſti, dicitur flagitium in adfines admiſſum, ex in, & ceſtus, quaſi ſine ceſto, id eſt, vinculo, vt Lactant. Grammat. ſuper lib. Thebaid. teſtatur. Ceſtus autem, eſt cingulum Veneris, quo vtebatur ad honeſtas nuptias, quaſi cui ceſtos non fuerit adhibita. Ideo inceſtum dicitur, quod à ſacrato illo Veneris cingulo nõ fertur. Hac enim cinctura coniuges deuinciri putarunt, vti concordes in vita viuerent. Martialis,
Sume citheriaco medicatum nectare ceſton,
Vinxit amatorem baltheus iſte Iouem.
Seruius docet inceſtum eſſe quancunq; pollutionẽ.

Inceſtus,ſta,ſtum,idem eſt quod pollutus. Proper.
Scilicet inceſti meretrix regina Canopi.

Inchoatiua verba,vulgò dicta ſunt, quæ in ſco, deſinunt. Sed hæc (vt à Priſciano diſſentiam) augmentatiua magis adpellare libet,quoniã augmentum,non inchoationem ſignificent,ut caleſco,frigeſco,quorũ alterum ſignificat calidus fio,alterum frigidus. Aliquando tamen comparatiue,id eſt,maiori cum augmẽtatione ſumunt.ut, Qui ſordet,ſordeſcat adhuc. id eſt,ſordidior fiat. Vergilius,
Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus.
Vbi Seruius exponit,Crudeſcere,validior fieri.Idẽ, Aegreſcitq́ medendo. Exponitur,inter medendũ fit ægrior. Et illud Lactantii,Ne ſi noſtra inualuerint.id eſt, ualidiora fiant. Aliquando comparatio adponitur.Terentius in Heaut. Nam mihi quotidie augeſcit magis de filio ægritudo. Vergi.lib.vii.
Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.
Quòd autem ſignificent incrementum, interpretum autorumq́ idoneorũ autoritate ſimul & rõne probandũ duxi.Nonius in priſcis dictionibus. Albicatur,candidatur,ex albeſcit,purpuraſcit, purpureum fit.Cic.li.ii. Acade. Quid mare?non'ne cæruleũ?aut eius vnda,quũ ẽ remis pulſa,purpuraſcit.Nigidius, Dicemus q̃ vetuſtate deteriora fiunt vetuſteſcere,inueteraſcere quæ meliora. Donatus in Hecyræ prol. Nouas qui exactas feci,vt inueteraſcerent,ait.Inueteraſcerent,in conſuetudinem uenirent,ſpectarẽtur, amarentur.Et in Andria, Vah peri,hoc malum integraſcit.exponitur, Integratur,quod eſt,inſtauratur. Similiter apud Vergili.libr.ii.Georgicorum.
Aeraq́ diſſiliunt vulgò,veſteſq́ rigeſcunt. Seruius, Rigeſcunt,durantur. Feſtus, Remorbeſcat,in morbum recidat.Et Obherbeſcere, herbam increſcere. Cice.lib.iiii. Tuſculanarum,deferueſcere,pro decreſcere exponit. Aut rogandi (inquit)orandiq́ ſunt, vt ſi quam habent vlciſcendi vim differant in tẽpus dum deferueſcat ira. Deferueſcere autem decreſcere ſignificat ardorem animi inuita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytæ,qui quum vllico factus eſſet iratior,Quo te modo(inquit)accepiſſem niſi iratus eſſem? Idem pro Marcello, Nihil opere & manu factum,quod non aliquando conficiat & conſumat vetuſtas. At verò hæc tua iuſtitia & lenitas floreſcet quotidie magis. Quis id interpretetur, vt floreſcit, incipiat florida fieri? quum quotidie Cæſaris lenitas magis florida fieret. Et quotidie magis id fiebat,profectò iſta continuatio dierum,dum hoc fieret, iam ab initio rem inchoatam ſemel fuiſſe,non quotidie incipi,aperte demonſtrat. Similiter Teren.in Heauton.Nam mihi quotidie augeſcit magis de filio ægritudo. Cicero etiã in Catone,Ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit,nec ſubito frangitur,ſed diuturnitate extinguitur. Si ætas ſenſim ſeneſcit, an ſenſim incipit ſemper ſeneſcere. Si ita eſt, ergo plus millies iſta inchoatio fiet. Et ſic toties deſinet fieri ſenex,quoties ſenſim ſeneſcet. Sed quoniam ab initio quo cœpit ſenex fieri, nunquàm omnino deſiit fieri ſenex,patet quòd ſeneſco, ſignificat ſenex fio, non,incipio fieri ſenex. Simile eſt illud Lactantii libro.vii. Quos autem morbus interimit, ſpiritum diutius exhalant, vt paulatim frigeſcentibus membris anima effletur.Plinius quoq́ libro.xxi. de ortu roſæ.Paulatim(inquit)rubeſcens dehiſcit.Quo pacto rubeſcens ſignificare põt incipiens fieri,vel eſſe rubra,ſi paulatim rubeſcit? Nunquid toties incipit eſſe vel fieri rubra,quoties paulatim rubeſcit? Si ita eſt,quod tamen non eſt,toties quoq́ neceſſe erit eã deſinere fieri vel eſſe rubram,vt poſſit incipere fieri vel eſſe rubra. Sed non recte dicere poſſumus, Incipit eſſe vel fieri rubra,quum iam mediocriter uel parum rubra facta ſit. Quapropter in Bucolicis,
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
dicit Seruius. Nemo vnam & eandem rem ſæpe inchoat.hoc eſt,non dicitur inchoare,quando id proſequendo ſæpe facit. Quod idem Plinius libr.xxxi. oſtendit.in Sicilia quidem,circa Meſſanam & Mylas,hyeme in totum areſcit fontes,æſtate exundant. Si in totum hyeme areſcunt,certe non,partim ſiccãtur,vt inchoatio areſcendi ex parte intelligi poſſit. Præterea,ſi iſta verba inchoationem ſignificarent, quid opus eſſet poetas,oratores, hiſtoricoſq́ illis vel cœpi,vel incipio addere? Non enim putandũ eſt tam excellẽtes uiros,temere,ſed cõſultò id effeciſſe, nulla eos p̃ſertim urgente cauſſa. Iungimus autẽ hæc duo verba iſtis verbis in ſco,terminatis,ſicut et aliis, quum aliquid inchoari ſignificare uolumus,quæ ex hoc potiſſimũ inuenta eſſe intelligimus, ut prædictis verbis et omnibus aliis iungi poſſent, quum in eis inchoationem deſignari ineſſe foret, quod non fieret,ſi ex ſe inchoationẽ ſignificarẽt.Quare Verg. dixit, Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. Columella lib.vii.Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt,et ſupercilia nõnunquàm caneſcere, et dentes prominere. Et lib.vi. Cytiſum quum aridũ facere voles, circa menſem Septembrem, ubi ſemen eius grandeſcere incipiet, cædito,paucisq́ horis dũ fraceſcat in Sole habeto. Et lib.xii. Oleum fit optimum ex uaria oliua,quum incipit nigreſcere.Iterum ibidem, Atq́ vbi conualeſcere cœperit,adiecta humo incrementa eorum proſequenda ſunt. Et ruſus, Non antè legẽdum eſt,quàm quum mutreſcere cœperit.Cato.de Re ruſt.Et vbi primum incipiunt hiſcere,tum legi oportet. Plinius libro vndecimo, Et quum mella,cœperint mutreſcere,abigunt eos. Idẽ libro.vii. Samara colligenda eſt circa Martias calendas,quum flaueſcere,incipit.Cæſar in Commentra.Quum matureſcerẽ frumenta inciperent. Gellius, Iam enim fama virtuſq́ felicitatis Romanæ apud exteras gentes eniteſcere inceptabat. Cicero de Natura Deorum,In his animantibus quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Et alibi dixit, orationem ſuam caneſcere cœpiſſe. Salluſtius in Iugurt. Sed ubi dies clareſcere cœpit. Idem in Catil. Poſtquàm diuitiæ honori eſſe cœpere,et eas gloria,imperium, potentia ſequebatur,hebeſcere uirtus,paupertas ꝓbro haberi innocẽtia pro maliuolentia duci cœpit. Hæc extrema à me

poſita ſunt, propter nõnullos qui inter doctiſſimos habiti ſunt, ad eentes verba in ſco finita, raro et in licentia Latini ſermonis iungi cum verbo incipio, quũ et alia permulta reperiantur, quæ prætermittenda duxi, ne in maius quàm par ſit volumen excreſceret. Quieſcãt igitur omnes, qui ea verba Inchoatiua adpellari volunt, quando tot tãtorumq́ interpretũ atq́ autorum ſentẽtiis refragari non licet. Formãtur hæc verba vt plurimum à verbis neutris ſecundæ coniugationis à ſecũda perſona, iuncta eo ſyllaba. vt albeo, albes, albeſco, caleo, cales, caleſco. Quædã tamen ab actiuis, vel neutris tranſitiuis deducũtur, quæ paſſiuam nihilominus ſignificationem Innatã habent, ſicut illa quæ à neutris ſecundæ coniugationis ſunt. vt augeſco, ab augeo, integraſco, ab integro, ſaneſco, à ſano, a, in e, mutata. ſicceſco, curueſco, molleſco, marceſco, matureſco, hilareſco, graueſco, grandeſco. Quæ tametſi à nominibus venire poſſe videãtur, tamen à verbis eorum, vel actiuis vel neutris tãſitiuis fermè omnia venire magis credo. Quædam vero à nominibus formari conuenit. vt miteſco, dulceſco, crodeſco, et ſterileſco, lapideſco, rareſco, crebreſco. Sunt etiam quædam ambigua et varia, quæ ſignificationem paſſiuam habent innatã, et à neutris veniunt, et nihilo minus etiam actiuã habere reperiuntur. vt horreſco, perhorreſco. Vergilius,

Nec tu menſarum morſus horreſce futuros.

Alia ſunt, quæ primitiuorũ ſignificationem habẽt. vt labeſco, extimeſco, pertimeſco, abhorreſco, dormiſco, præſentiſco, cõtimeſco, præſciſco, reciſco, aſciſco, et conſciſco, et ſi qua ſunt alia. Alia terminantur in ſco, licet nõ ſint deriuatiua. vt poſco, diſco, gliſco, offeſco, ineſco. Sciendum etiam, quòd hæc verba de quibus agimus, habent preteritum perfectum, quãuis multi negent, ſed falluntur, quoniam cum primitiuis eorum aut ea communia habent, aut certe mutuo ab illis accipiũt. Quod Priſcianus in verbis aſciſco et deſciſco non diſſimulauit. Aſciſco (inquit) aſciui, aſcitum. Deſciſco, ſciui, deſcitum. Vbi Liuii exemplum ponit. Deſcitum ab Romanis. Poſtea vero ſubdit. Et notãdum, quòd ab inchoatiuo ſcio, aſciſco, et deſciſco, compoſita primitiui, ſcilicet ſcio, habuerunt præteritum. Secũdum vero rectam proportionem debent eorum quoque præterita aſcio et deſcio eſſe. Ecce Priſcianus dedit præteritum primitiui aſciſco et deſciſco, Inchoatiuum ſciſco adpellans quum tamẽ Inchoatiuum non ſit, neq́ habeat ſignificationem verborum in ſco deſinentium. Diomedes quoq́ præteritum oſtendit adoleſco. Adoleſco (inquit) adoleui facit. Vergilius,

Mox quum matura adoleuerit ætas. Colum. lib. ii. Sed hoc idẽ ſemen Ciliciæ Syriæq́ regionibus ipſe vidi menſe Iunio Iulioq́ conſeri, et per Autumnum quũ permaturuit colligi. A' permatureſco eſt. Significat enim, permaturum factum eſt. Et lib. x. At circa calendas Martias locis apricis, licet porrum, ſi iam ingrandiuit, transferre. Ab ingrandeſco, eſt non ab ingrandeo, quod neſcio ſi inueniatur, nec ſi inueniretur ab eo eſſet, quia ingranduit grandeq́ factum eſt ſignificat, non autem, grande fuit, quod ſignificaret ſi ab ingrandeo eſſet, ſed ſenſui non conueniret. Salluſtius, Hi poſtquàm conuenerunt in vna mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alii alio more viuentes, incredibile memoratu eſt, quàm facile coaluerunt. A' coaleſco, quod concreſco ſignificat, eſt, non à coalo, quòd ſignificatio actiua repugnaret ſenſui orationis. Lactantius lib. v. Quinimò ſi qua illis fiducia eſt vel in philoſophia, vel in eloquentia, armentſe ac refellant hæc noſtra ſi poſſunt, congrediantur cominus, et ſingula quæq́ diſcutiant. Decet eos ſuſcipere defenſionem Deorum ſuorũ, ne ſi noſtra inualuerint (vti quotidie inualeſcunt) cũ delubris ſuis ac ludibriis deſerantur. Inualuerint, validiora ſiant, ab inualeſco, quoniam ſubditur, Vt quotidie inualeſcunt. Quintilianus lib. v. Inſtitut. oratoriar. Iam illa flamma, quæ magna congeriæ cõualuerat, diductis quibus alebatur, ſignificat concreuerat, ſiue valida facta erat, non valida fuerat, à conualeſco eſt, non à conualeo. Peccauit interpres noſtri temporis, quum inquit, Surdaſter, qui paruum audit. Hinc obſurdeo. Cice. li. vi. de Re publica, Hoc ſonitu omnes ferè cõpletæ aures hominum obſurduerunt. Hic obſurduerunt, ſignificat ſurdæ factæ ſunt, ab obſurdeſco, non autẽ, ſurdæ fuerunt, ab obſurdeo, quaſi non amplius ſurdæ tunc forent. Hoc modo omnia præterita perfecta eiuſmodi interpretanda ſunt. Et ſi ambigua videbuntur, diſquirendum erit an à primitiuis an à deriuatiuis veniant, quod ſignificatio et res de qua tractabitur commonebunt. Poſſunt nihilominus ſic diſcerni, ut ſi dicam, canui, pro canus factus ſum, tunc à caneſco erit. Si vero dixero, Hæc veſtis canuit, pro cana fuit, quæ amplius cana non ſit, ut ſi eam pulitã feceris, tũc à caneo erit. Similiter hæc arbor floruit, ſi de tempore quo florida fuit loquar, tunc à floreo erit. Sin eam floridam factam eſſe intelligi voluero, à floreſco ſumetur. Hoc enim, florida facta eſt ſignificabat, illud vero, florida fuit. Namquòd ipſa primitiua quaſi rem perfectam in ſe habent, ut floreo, quòd floridus ſum, ſiue in flore ſum ſignificat, ideo in præterito eius florui, illa eiuſmodi perfectione careret quoniã præterita eſt, eò quòd tunc florui in flore ſui ſignificat, et non eſt amplius floridus. Deriuatiua vero, ut floreſco, rem imperfectam demõſtrant, quamuis augmentatiuam uim habeant. ideſt, floridus fio. Ideo illam in præterito perfecto perficiunt. vt florui, id eſt, floridus factus ſum, et eam tum perfectam in ſe habere declarant. ASCEN. Satis perſuaſum mihi eſt per Laurentium Val. (cuius autoritatibus præſens autor plerũq́ innitiť, licet eius nomen ferè ſupprimit, niſi ubi perperã præcepiſſe putat) uerba in ſco, aut pro primitiuis ſuis poniť, aut intrinſecam ſignificare paſſionem, neq́ præteritorum ſignificatione carere, ſed uoce propria, quã à perfectis mutuãtur. Verum argumentũ illud, quo uterq́ conuincere nititur, non cõnotare inceptionem, eò quòd uerbo inceptiuam uim habenti iungantur, non uidetur mihi ſatis ualidum, quum etiam uerbũ Incipio poſſit geminari, ut ſi quis ab hoſtibus aut

alioqui interpellatus ſæpe opus aliquod incœpit. Vt verbi gratia, vrbis ædificationem ſemel incœperit anno milleſimo, atq; iterum milleſimoquinto, et rurſum milleſimoſexto, &c. neq; perfecerit, dicã eũ incœpiſſe incipere vrbis ædificationem anno milleſimo, &c. Vnde etiam fieri poteſt, vt qui ſordeſcit, id eſt, incipit eſſe ſordidus, ſordeſcet adhuc. id eſt, incipiat eſſe ſordidior, non ſordidus. Veruntamen in Vallæ ſententiam nõ pedibus modo, ſed vel verbis eam. Si quis autem mihi auſcultare volet, omnia à verbis deducenda putabit. Sed quia primitiua ſæpe in vſu non ſunt, à nominibus deducta videntur. vt igneſco (nam igneo in vſu non eſt) ab igne nomine deductum putes, ſicut ſaneſco, ab inuſitato verbo ſaneo, quod eſſet ſanus ſum, factũ cenſeam, quaſi ſano, ſit ſanum facio, &c.

Inchoo, choas, à choum, quod mundum ſignificat, vnde ſubtractũ eſt inchoare, pro incipere. Verg.

Te ſine nil altum mens inchoat.

Quandoq; perficere. Idem lib. vi.

Tunc ſtygio regi nocturnas inchoat aras.

Martianus Capella neutrũ protulit, quum ait, India ab Emodis mõtibus inchoat. Ab inchoo fit Inchoatiuus, ua, uum, vnde Inchoatiua verba. Vel à chaos, quod rerũ aiunt principiũ. Vnde per ch, ſcribatur.

Incido, dis, pen. prod. incidi, ciſum, ex in et cædo, qđ eſt ferio, ſeu ſeco. Vergilius,

Atq; mala vites incidere falce nouellas.

Vnde inciſus, a, ſum, quod modo ſignificat per inciſionem ſcriptum. Et dicimus, inciſæ ſunt leges in ære, vel in æs, quod eſt contra Laurentium Vallã et eius ſequaces. Cicero in Oratione de Signis, Id non modo conſcripſerunt, verũ etiam in ære inciſum nobis tradiderunt. Plinius in Panegyrico, Quæ vos, patres conſcripti, ne qua interciperet obliuio, et in publica acta mittenda, et incidenda in ære cenſuiſtis. Suetonius in Cæſare cum accuſatiuo. Ac mox lege in æs inciſa. Modo inciſum ſignificat amiſſum. Liuius li. iii. Ita q; ſpe inciſa, prius quã prædicta dies adeſſet, Appius mortem ſibi conſciuit.

Incido, dis, incidi, incaſum, pen. correp. ex et in cado. Omnia enim à Cado compoſita, proferunt ſupinũ cum à, ſicut cado. Quæ vero à cædo pro ferio, mutant e, in i, vt inciſum, reciſum. Vnde ab incido, incaſum, incaſurus. Plinius lib. i. Sed ea accidiſſe nõ quia hæc facta ſunt arbitror, verum etiã hæc ideo facta, quia in caſura erant illa. Eſt autem incidere, quaſi caſu venire, aut de improuiſo labi, præſertim quando conſtruitur cum accuſatiuo mediante in. ut Incidi in latrones, incidi in errorem. Cic. Curioni, Quòd in id Reipublicæ temporis non incideris, ſed veneris. Incidere ergo, à caſu venire eſt. Venire vero, certo iudicio, et ſententia, et conſulto. Quod ipſe Cic. ſubſequens immediate declarat. Iudicio enim tuo, non caſu, in ipſum diſcrimen rerum contuliſti tribunatum tuum. Iungitur quandoq; cum datiuo. vt, Mihi incidit ſuſpicio. Quandoq; abſolute ponitur. vt, Incidunt ſæpe multæ cauſſæ, obiurgationes etiam nonnunquam incidunt neceſſariæ. et, Incidit de uxoribus mentio. Inde incidit quæſtio. Aliud ex alio incidit. In qbus tamen intelligitur datiuus, ſimiliter q; exponuntur ſicut ſi datiuum haberent. vt ſit, Incidit mentio, caſu venit, vel orta eſt. Ponitur interdũ hoc verbum incidere, pro inſidere. Columella libro. ii. Iugumq; melius aptum ceruicibus incidat. Liuius de ſecundo bello Punico. Sagunti ruinæ (vtinã falſus vates ſim) veſtris capitibus incident.

Inciens, dicitur propinqua partui, quòd fœtus eius ſit incitatus.

Inciles, pen. prod. foſſæ ad deducendã aquã de cõmuni riuo factæ. Sũt enim loca depreſſa ad littus fluminis, quæ et Incilia dicunt, eò qđ incidantur. Scinditur enim lapis vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit, quemadmodũ in piſtrinis frumẽtariis fieri videmus. Quod aũt ad incile opponitur aquæ deriuandæ cõpeſcẽdæ've ex flumine cauſſa, vulgò clauſa dicit, ſiue id lignẽũ ſit, ſiue lapideum, ſiue ex qualibet alia materia, ad cõtinendã trãſmittendãq; aquam excogitatũ. Et Latine (Vlpiano teſte) ſeptũ dicitur. Item Incile, dicitur locus per quem primum deducitur ex quocunq; riuo aqua, irrigandi cauſſa.

Incilo, las, penultima producta, increpo, vel improbo. Plautus, Melius tamen eſt ita viuere, ne quis noſtra incilet facta.

Incino, nis, penul. cor. ſignificat, ſuper, vel intra cano. Propertius, Seu varios incinit ore modos.

Gellius, Creditum eſt hoc à pleriſq;, iſchiadici quum maxime doleant, tum, ſi modulis leuibus tibicen incinat, minui dolores. Hinc fit frequentatiuum Incanto, tas, de quo ſuprà.

Incipio, incipis penul. cor. ex in et capio. ſignificat inchoo. Vnde Inceptũ, quod et Cœptum dicitur, vocaturq; verbum famuliarium, quia infinitis, cũ quibus iungitur, famulari videatur, ſeruat enim eorum conſtructionem. vt, Incipio timere Deũ, Tu incipis eſſe probus, Ille incipit doceri à præceptore, Illum incipit tædere laboris. Põt tamen eſſe ſine infinito. Plau. in Captiuis, Quãdiu id factũ eſt, hic annus incipit vigeſimus. Aliquando cum ablatiuo ponitur. Pli. lib. xiiii. Vnde autem potius incipiemus quàm à vitibus? Sunt et alia famulatia, ſcilicet deſino, volo, poſſum, debeo, queo, ſoleo, conſueſco, audeo, quæ etiam ſine infinito eſſe poſſunt. ut, Audeo magnũ facinus, Poſſum multa, et huiuſmodi. Iuuenalis.

Aude aliquid breuibus giaris et carcere dignum.

Si vis eſſe aliquid.

Inciſim, aduer. ſignificat per inciſiones. Cicero, Hæc quidẽ duo binis pedibus inciſim, dẽinde membratim dicere ſolebas.

Inciſio, quod inciſum eſt. Colu. lib. iii. Infra inciſionẽ et ad ligaturam, falce acuta, leuiter uitem vulnerato, ex vtra q; parte, vt his potius plagis humor defluat, quàm ex inciſione abundet.

Inciſum, oratores vocant ſenſum, non expleto numero concluſum, quod pleriſq; pars membri eſſe videtur. vt domus tibi deerat, at habebas, pecunia ſuperabat, at egebas. Fiunt aũt ſingulis verbis inciſa.

Inciſura, ipſa inciſio. Inſuræ etiã dicuntur in manibus,

quæ vulgò lineæ uocantur. Plin.lib.xi. Contrà longæ eſſe uitæ incuruos humeris, et in manu una duas inciſuras longas habentes.

Incitabulum, Incitamen, et Incitamentũ, idem ſignificant. Gellius, Fomes atq; incitabulum uirtutis.

Incitas, penultima correpta quaſi paupertas, et Indignitas. Plautus in Trinummo, Hic cuius eſt, vt ad incitas redactus eſt?

Incitega, penultima producta pro machinula in qua amphora uini conſtituebatur, vnde ſub'inde vina in conuiuia ſubminiſtrarent.

Incito, tas, pen.corr. frequentatiuum eſt verbi Incio, cis. Cio verò commoueo ſignificat. Incitaſe ergo, eſt frequenter, ſeu valde, intus'ue citare. Vnde et pro irritare, et pro vocare ſumitur.

Inciuilia uerba, adpellat Gellius petulantiora, nihil prorſus habentia ciuilis modeſtiæ.

Inclamo, clamas, pen.prod. contra clamo. Plautus in Aſinaria, Nimis ægre riſum continui, vbi hoſpitem inclamauit, qui ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet. Aliquando Inclamare, eſt maledictis et conuiciis inſectari, reprehendere. Idem in Sti. Tuos inclama, tui delinquunt. Ouid.lib. ſecundo Faſtorũ,
Fit ſonus, inclamat, comites, et lumina poſcit.
Aliquando Intrò vocare. Valerius Maximus lib.i. Preteritus deinde tã tetro viſo et nomine horrẽdo, ſeruos inclamauit, ſciſcitatusq; eſt, ſi quem talis habitus aut intrantẽ cubiculum, aut exeuntẽ vidiſſent.

Inclementer, dure, aſpere. Plautus in Amphitryone, Iterum hic iam in me inclementer dicit, atq; id ſine malo. Liui.li.3. Quæſo (inqt) Appi, primũ ignoſce patrio dolori, ſi qd inclementius in te ſum inuectus.

Inclementia, duritas. Vergilius, Verum inclemẽtia diuũ Has euertit opes. Huius cõtrariũ eſt clemẽtia.

Inclino, nas, pen.prod. inflecto. Iuuenalis,
Atq; ipſos etiam inclinare maritos.
Vnde Inclinatus, pro ſundo ponitur. Ambroſius, Dũ inclinatiſſimos aquarũ gurgites ſcrutor, aerios non reſpexi volatus.

Includo, dis, pen.prod. intus claudo. Vergilius,
Incluſos vtero Danaos.

Inclytus, pen.cor. cum y, pſilo, idem eſt quod glorioſus. Componitur enim ἐν, & κλυτός, quod clarũ ſignificat, et glorioſum.

Incoctile, pen.cor. æneum vas in quo ſtannum liquefactum delibutum eſt, vt edulis gratiorem ſaporem reddat. Plin. Album plumbum incoquitur æreis operibus. Galliarum inuẽtio, ita vt vix diſcerni queat ab argento, eaq; Incoctilia vocant.

Incœnatus, non cœnatus, quamuis Incœno, as, nõ legatur. Cato de Re ruſtica, Bibat aquam mulſam, cubet Incœnatus, poſtea bibat ſuccum. Plautus in pſeudulo, It incœnatus cubitum.

Incœnis, ſine cœna. Plautus, Cupiunt extrudere incœnem ex ædibus, vt ipſæ ſolæ diſtendant vẽtres ſuos. Cornucopiæ.

Incogitabilis, qui non ſolet cogitare, quum quid rerũ gerit. Plautus in Milite, Te obſecro per Deos atque homines. Et infra, Nunc demũ ſcio me fuiſſe excordem, cæcum, Incogitabilem. Lactãtius libro primo, Qui Deos colunt, interdum videri ſolent tam cæci, tam incogitabiles, iam excordes. Dicitur etiam paſſiue, de re quæ non cogitatur, ſicut actiue de homine qui non cogitat.

Incogitans, temeraſius, improbus, non cogitans. Terent. in Phormione. Quod niſi fuiſſem incogitans, ita expectarem vt par fuit. Et iterum, Adeon' te eſſe incogitantem atq; imprudẽtem Phædria, vt phaleratis dictis ſeducas me?

Incognitus, non cognitus. Salluſtius in Iugurthin. Ne quid de abſente incognita cauſa ſtatuatis.

Incolatus, tus, ipſa habitatio in aliena patria, ſeu tempus quo quis in aliquo loco habitat, ut inde diſceſſurus ſit. ut, Hei mihi qa icolatus meus ꝓlongatus eſt.

Incolo, colis, pen.cor. Intus habito. Cic.lib.1. Tuſculanarum quæſtionũ. Vbi ſunt ergo ii quos miſeros dicis, aut quem locum incolunt? Hinc Incola, læ, ſicut ab adcolo, adcola. Quæ ſic ab inuicem ſeparantur, quòd adcola ſit, qui ad aliquem locum, id eſt, iuxta aliquem locum habitat. Liuius li.1. Paſtor adcola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus. Apule. Et multi coloni, quiq; circunſecus verſantur, et adcolæ plurimi. Nec refert in ſuo an in alieno. vt, Adcola vulturni, adcola Padi. Vergilius lib.vii.
Amnisq; vadoſi Adcola vulturni. Incola vero, qui in aliena vel vrbe, vel Republica habitat, quaſi ciuis aut municeps. Plinius, Quod eorum montium incolæ facere conſueuerunt. Cice.libro.1. Offic. Peregrini et incolæ officium eſt, nihil præter negociũ ſuum agere, nec eſſe in aliena Republica curioſum. Pomponius iureconſultus ſcribit, Incolam eſſe, qui in aliqua regione domicilium conduxit, quem Græci paræcon adpellant. Nec tantum qui in oppido morantur Incolæ ſunt, ſed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt intra eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant. Inquilinus, quaſi aduena eſt et peregrinus, q in alienas ædes, alienaq; prædia ex conducto habitat, ſiue in vrbe, ſiue ruri. Cicero in Philip. At vero te inquilino non domino, perſonabant omnia uocibus ebriorum, Vnde Inquilinus probri vel odii cauſſa qs adpellatur, quaſi domũ propriã nõ habeat. Sall. M. Tullius inquilinus ciuis vrbis Romæ. Qui aũt inqilinis cœnacula locãt, à iuriſconſultis dicuntur facere cœnaculariam. Ponitur tamen quandoq; pro cohabitatore. Mart.
Vicinus Nouio vel inquilinus ſit,
Si quis Nouium uidere non vult.

Incolumis, pen.cor. vide in dictione Columis.

Incolumitas, eſt (vt Cice. inquit) ſalutis tuta atq; integra conſeruatio.

Incomitatus, participium compoſitum ex in, et comitatus, licet Incomitor non legatur. Ambroſius, Eſt itaq; fortitudo velut excelſior cæteris, ſed nunquàm incomitata virtus.

Incommodo, das, penult. correp. noceo, ſeu damnum infero. vide in dictione Commodo. Aliquando ponitur pro ſimplici commodo. Apuleius, Furatrinæ coniugalis commodaret rudimentum. id eſt, com

modaret præberetq́.

In cõmune, æqualiter. Terentius in Andria, Id te oro, in commune et cõſulas.

Incompactum, diſiunctum, male compoſitum. Cornucopiæ.

Incomprehenſus, non comprehenſus. Lactãtius li.iii. Intellexit nullo humano ſtudio poſſe ad ſapientiã perueniri, et ideo nõ oportere incomprehenſæ atq́ imperfectæ rei perfectum nomen imponi.

Inconciliari, adcuſari, in conciliũ vocari. Plautina dictio, quemadmodum inforari, id eſt, in forũ vocari.

Inconcinnus, per duplex nn, incõgruus. Cinnus enim plurimorum commixtio eſt.

Inconcuſſus, qui nõ concutitur. Lactãtius lib. de Ira Dei, Pronus eſt lapſus, et facilis ad ruinam, niſi pedes incõcuſſa ſtabilitate figãtur.

Incõditus, penul. corr. ex in et cõditus, quod à cõdo fit, idem eſt quod inordinatus, incompoſitus. Liu. li. iiii. Coſſus ſpolia opima regis interfecti gerens, in eum milites carmina incondita æquantes cum Romulo canere, ſpolia in æde Iouis Feretrii propè Romuli ſpolia (quæ prima opima adpellata, ſola ea tẽpeſtate erant) cum ſolenni dedicatione dono fixit. Cic. lib. iii. Offic. Dicam ut potero, incondite fortaſſe, ſed tamen ut res poſſit intelligi. Sius ſimplex protulit Plaut. in Amphit. Magis iã faxo dices, poſtquã in cunis cõditus eſt. Interdum inconditum etiam ponitur pro inconſcripto. Salluſt. in Iugurth. At illi quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas incondita tenere.

Incõditus, penul. produ. nõ cõditus, quod à condio fit, idem eſt quod inſipidus.

Incõgelabile, quod nõ poteſt cõgelari. Gellius. Quur fluuiorum et fontium aquæ gelu durẽtur, mare omne incõgelabile ſit.

Incõſultus, nomẽ ſumitur pro imprudẽti, et quaſi nullius cõſilii. Cicero pro Deiotaro, Homo incõſultus et temerarius hæc nõ videbat. Quintilianus, O incõſultam et muliebrem ſemper amentiam, id eſt, imprudẽtem et incõſyderatam. Salluſtius, incõſulte, ac ueluti per demẽtiam cuncta ſimul agebãt. Quãdoq́ uero participium eſt, et accipitur pro eo à quo cõſilium nõ eſt petitum. Varro, Etenim inſcio atq́ incõſulto domino, ſerui ſæpe ex agro diſcedunt. Sic dicimus, incõſultus medicus ad ægrotum uenit, id eſt, à quo cõſilium nemo petiit. Interdum accipit pro eo, qui quum quæreret cõſilium, nõ accepit, quaſi pro indigno habitus. Vergilius,

Incõſulti abeunt, ſedemq́ odere Sibyllæ.

Dicitur et Inconſultus, tus. Plautus in Trinum.

Quia rure dum ſum ego, unos ſex dies, me abſente atq́ inſciente incõſultu meo ædes uenales haſce inſcribit literis.

Inconſutilis, pen. cor. nõ cõſutilis, ut ueſtis inconſutilis, quæ ſimul ſui non poteſt. Euangel. Erat autem tunica incõſutilis.

Incẽſutus, penultima produc. non cõſutus. Hieronymus ad Euſtochium, Conſuant tunicas, qui incõſutam deſuper tunicam perdiderit, quorum uagitus delectat infantium.

Incõſyderatus, qui nõ cõſyderat. Lactãtius libro primo. Nemo eſt tam incõſyderatus, qui nõ intelligat fuiſſe mortales.

Incoxo, incoxas, in coxam ſedeo. Pacuuius, Adeò incoxanti mihi pes obſtruperat.

Increatus, nõ creatus. Lactãtius lib. i. Vnus Deus, qui ſolus principatur, isq́ ampliſſimus, increatus.

Incredibile, nõ credibile. Terẽtius in Phormione, Incredibile eſt, quãtum herum anteeo ſapientia. Et Incredibile, dicitur maximum, quod vix credi poſſit. Idem in eadem. Quia præter ſpem atq́ incredibile hoc mihi obtigit.

Incrementum, ab increſco. Quint. Quatuor tamẽ maximе generibus uideo cõſtare amplificationem, incremẽto, comparatione, ratiocinatione, cõgerie. Incremẽtum eſt potẽtiſſimum, quum magna etiam uidentur quæ inferiora ſunt.

Increpito, tas, penul. corr. frequẽtatiuum ab increpo. Verg. x. Hoſtis amore quid increpitas?

Increpo, pas, pui, pitum, penultima correpta. ſignificat ſono. Vergilius lib. octauo.

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro increpuit. Hiero. in ſi. Numeri ſine adcuſatiuo dixit. Quumq́ increpueris tubis cõgregabit ad te omnis turba. Idem ſine aliquo caſu à parte põſt. Si autem prolixior atq́ cõciſus clãgor increpuerit, mouebũt caſtra primi. Dicimus ergo. Tuba increpuit ſonum. Tuba ſiue ſonus increpuit. Et, Ego ĩcrepui tuba. Per trãſlationem, Increpare ponitur pro reprehẽdere, ſed cũ crepitu, et uerborum pedum'ue ſtrepitu. hoc eſt, cõtra aliquem crepãdo et ſtrepẽdo inſurgere, ſed tunc increpui, et increpaui præteritum facit. Hiero. in Geneſi, Et increpauit eum pater eius. Idem. Increpuerũt me renes mei. Item pro incitare. Turpilius, Age tu hymenæum increpa.

Increſco, cis, ualde, ſiue magis creſco. Liuius lib. primo. Carcer ad terrorem increſcẽtis audaciæ media urbe imminẽs foro ædificatur. Quintilianus libro octauo. Hoc genus ĩcreſcit ac fit manifeſtius, ſi ampliora uerba cũ ipſis nominibus, pro quibus ea poſituri ſumus, cõferãtur. ut Cicero in Verrẽ, Nõ enim furem, ſed raptorem, nõ adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ, nõ ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum religionumq́, nõ ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium ſociorumq́, in ueſtrum iudicium adduximus. Illo enim modo ut ſit multum, hoc etiam plus ut ſit, efficitur.

Incubi, pen. cor. dicti ſunt Syluani, et Fauni, quos improbos quãdoq́ fuiſſe mulieribus cõpertum eſt, ac earum adpetiiſſe peregiſſeq́ cõcubitum.

Incubo, cubas, pe. cor. et ĩcumbo, cumbis, ambo à cubo componũtur. Primum ſeruat analogiam ſui ſimplicis, ut ſit ſemper primæ cõiugationis. Alterum recipit m, et trãſit ad tertiã, ambo tamen præteritum Incubui, et ſupinum Icubitum faciũt, et ſignificatione cõueniunt. Eſt autem incubare, inſtare, inniti, inſidere, inhærere, et datiuo ſemper iungitur. Vergilius, Ponto nox incubat atra. Quintilianus

lib.x. Qui autem ſciuerit quo quæq́; ſint modo diſcenda, niſi tanquàm in procinctu paratam quidem ad omneis caſus habuerit eloquentiá, uelut theſauris clauſis incubabit. Cicero in Timæum Platonis, Qui omnes animantes complectitur, id non poteſt eſſe cum altero. Rurſus enim alius animãs qui eum cõtineat ſit neceſſe eſt. Incubamus cuñ, terræ, mari, pellibus, ſpõgiæ, cardini, & ſimilibus, quæ ſubiectæ aut obiectæ rei proportionem habent. Papinius,

Et feſtinantia ſiſtens
Fata ſalutifero mitis Deus incubat angui.

Incubare etiã quẽquàm Ioui dicimus, pro eo quod eſt, apud Iouem. Plautus in curcul. Nanq; te incubare ſatius fuerit Ioui, qui tibi auxilio in iureiurando fuit. Simile huic ferè verbũ videtur Incũbere, Inniti q́;. Plinius, Cœlum (inquit) cardini ſuo, id eſt, terræ incumbit. Alibi terræ ait omnia inniti. Quãq; Incubare, ex vi præpoſitionis In, ſignificat intus, ſiue ſup cubare. Cubare enim, dormire, ſiue quieſcere, ſtare, conſiſtere q́; ſignificat. Vnde Plautus in Caſſia, Eſt ei quidam ſeruus, qui in morbo ſuo, imò uero in lecto (ne quid mentiar) incubat. Et iterum, Quando ego eam mecum rus vxorem adduxero, ruri incubabo vſq; in præfectura mea. Cato de Re ruſtica, Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat. Colu. lib. viii. Vt ſemper quàm arididiſſimis filicibus vel culmis ſtabula conſtrata, quò purius & mollius incubent, id eſt, ſupercubent, dormiant aut quieſcant. Lactã. lib. de Opificio. Nidos aut luto ædificant, aut uirgultis, & frondibus cõſtruunt, & ciborũ expertes incubãt ouis. Plinius lib. x. Oua incubari infra decẽ dies edita, vtiliſſimũ, vetera aut recentiora infœcunda. Varro adcuſatiuo iunxit, Negant (inquit) plus viginti quinq; oua ĩcubare. Aliqñ ſignificat occupare, poſſidere, amplecti, fouere, obruere, habitare q́;. Apulo. lib. vii. Tabernulã quandã, ultatis maris fluctibus, incubabat. Macrobius quoq; de Dionyſio. Siculæ (inquit) incubator aulæ. Ab Incubo fit incubitus, tus, & Incubatio. Plini. Quædã aſit citra incubitum ſponte natura gignit. Idem. Rara incubatio ouis noxia. Interdũ ſignificat curam habere. Tranſlatio ab auibus, quæ incubatu fouent oua, & excludunt fœtus. Apul. lib. iii. Aureos folles incubabat.

Incubones, dicuntur qui theſauris inuigilãt, quum tamen mediocritas in rebus humanis ſit optima. vnde Theognis Megareus. μηδὲν ἄγαν σπεύδειν, πάντων μέσ᾽ ἄριστα, καὶ οὕτως ἕξεις ἀρετὴν ἥν τε λαβεῖν χαλεπόν. id eſt, Non ſupra modum ſtude alicui rei, media enim optima, ſic habebis virtutem, quam capere difficile eſt.

Incudo, donis, qui in incude ſiue ſuper incudẽ quicquàm fabrefacit. Hiero. contra Iouin. Et in nauibus piſcatorum caput eius ſtat, ſicut incudo infatigabilis, reputat ferrum vt paleas.

Inculco, as, eadem ſæpius iterando ingero, inſpiſſo. ex In, & calco.

Incultus, à cultus participio cõpoſitum eſt, & In, negatiue ſumitur. Liuius lib. ii. Caritas primum annonæ ex incultis per ſeceſſionẽ plebis agris. Et in hac tantum ſignificatione reperiri puto, hoc eſt, non cultus, non exercitatus, vel non ornatus, vel non habitatus adiectiuum. Et nõ ab Incolo eſt, vt ſit eius participium, ſed eius foret, ſi pro inhabitatus caperetur, quod nuſquàm legi.

Incumbo, bis, datiuo iungitur, & duo ſignificat, ſcilicet obnixe operam do alicui rei. ut, Incumbo ſtudiis. Et inhæreo. Vergilius,

Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.

Pli. lib. i. Nanq; in illo caua in ſe conuexitas vergit, & cardini ſuo, hoc eſt, vndiq; terræ incũbit. Frequenter etiã adcuſatiuo, mediante ad, vel in, vt à Cicerone ferè ſemp vſurpatur. Pergite (inquit) adoleſcentes, & in hæc ſtudia in qbus eſtis incumbite. Et alibi, Quare incũbamus ad illa pclara ſtudia. Nam quũ operi alicui faciundo incũbimus toto pectore, ſignificaẽ diligentia & conatus. Similiter quũ adcuratius quidmente agimus, Incumbere dicimus. Plus tñ meſſe uidetur adcuſatiuo cũ in. quàm datiuo, quaſi ſit inniti uel inſiſtere contrà, ſiue ſuper, in quo deſignatur qd arduũ, vel mirabile, vel oneroſum, & hoc ex ui præpoſitionis in, adcuſatiuo iunctæ, vt Cicero pro Cornelio Balbo mirabile à ſe factũ fuiſſe declarat, quũ ait, Hoc ſiue meũ ſiue Reipublicæ fatum, ut etiam in me unũ omnis illa inclinatio cõmunium temporum incumberet. Oneroſum, ſeu arduum. ut idem Cornificio. Te tamen hortor, ut omni cura in rem publicã incumbas. hoc eſt, ſuſtentandã, ſiue tuendam, quod difficillimũ erat. Quare ſi dixero, Incũbo in remos, maior nixus in illos deſignatur, quàm, Incumbo remis, ut ſit, in remos, quaſi totis uiribus, brachiis, innitor contrà, ſiue ſuper remos. Vnde Hierony. uſus eſt præpoſitione ſuper, ad Damaſum papam, Incubuit ſuper collũ. Aliqñ vero in huiuſmodi forma ſignificat irruo. Cicero pro Plancio, Potius quàm ab ipſis q in te ipſum incubuerunt, te depulſum putas. Quintilianus lib. v. Et fluctus eſſe, quum magna vis venti in mare incubuit. Vergilius tñ datiuo iunxit, qñ dixit, Incubuere mari. Quũ tamen in suo adcuſatiuũ poſcat, cum præpoſitione in. Terentius in Adelphis, Fores effregit, atque in ædeis irruit alienas. Incũbo autẽ ad ſtudia, ſignificat animo & opera intendo, ſiue innitor ad ſtudia. vt Cicero pro Põpeio, Quare videte ne dubitandũ nobis ſit omni ſtudio ad bellum incũbere. Aliquãdo poſt adcuſatiuũ adhibetur adiectiuum, ut effectus rei quæ deſignaẽ demonſtretur. vt idem pro L. Sylla, Neminem eſſe ex illo honoris gradu, qui non omni ſtudio, uirtute, autoritate incubuerit ad rem publicã conſeruandã. Si vero non ponitur adiectiuum, tunc ſubintelligiẽ, vt ſit, Incumbere ad bellum, ſcilicet ſuſcipiendũ incumbere. &, Ad eius perniciem incũbenti, hoc eſt, exequendam. Simile erit ſi dixero, Remiges incumbunt ad remos, ſubintelligitur emendos, ſi emere velint, vel habendos, ſi prohibeantur, aut detineãtur, vel obnixe tenendos, ne ſibi rapiantur, aut è manibus elabantur, & huiuſmodi. Licet Valla, In remos, uel ad remos incumbere, dici poſſe neget, ſed remis tantum. Eſt præterea quando Incumbere ſignificat

ſubire,

ſubire, ſiue ſuperuenire. Lact. lib. II. Si morborũ peſtifera vis incubuit. Ambroſius, Veſper incubuit, populi ſequebantur, ſtagnum occurrit, turba vrgebat. Item ſuperiacere. Verg. libro. 4.
Incubuitq́; toro, dixitq́; nouiſſima verba. Et lib. 7.
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnosq́; petiuit.
Incunabula, uide ſupra in dictione Cunæ.
Incuria, & Incurioſus, uide ſupra in dictiõe Curioſus.
Incurro, ris, cõtra aliquẽ curro, quod vernacula linguæ dr̃ correr adoſſo. Liuius lib. I. Eo prælio præcipua equitũ gloria fuit, vtrinq; à cornibus poſitos, quũ iam pelleretur media peditũ ſuorũ acies, ita incurriſſe à lateribus ferunt. Aliqñ Incurrere, eſt introcurrere, ſeu vltro ſe iniicere. Salluſt. Poſtquàm Catilina fuſas copias, ſeq́; cum paucis relictũ uidet, memor generis, atq; priſtinæ dignitatis, inter cõfertiſſimos hoſtes incurrit, ibiq́; pugnando cõfoditur. Lactãtius per tranſlationẽ dixit. Aut oblitus eſſe propoſiti videar, aut loquacitatis crimen incurram. Aliquãdo ſignificat Incurſiones (quas curraria vulgò dicunt) facere, quæ fiunt prædando loca. D. Brutus Ciceroni, Aut Apẽnino alpibusq́; ſe teneat, & decurſionibus per eqtes, quos habet multos, vaſtet ea loca quæ incurret. Hinc Incurſus, ſus, pro incurſione. Columella, Hoſticis incurſibus vaſtatas fruges.
Incurueſco, ſcis, incuruus fio. Cic. lib. I. Tuſcu. Hic aſit vbi habitamus, nõ intermittit cœlũ niteſcere, arbores frõdeſcere, ramos baccarũ vbertate icurueſcere.
Incuruo, uas, incuruum facio.
Incuruus, valde curuus. Terẽ. in Eunu. Continuò adcurrit ad me quàm longè quidem incuruus, tremulus, labiis demiſſis.
Incus, cudis, penul. produ. fœmi. gene. inſtrumentum in quo aliquid cudimus. Horatius,
Et male tornatos incudi reddere uerſus.
Incuſo, ſas. penul. prod. vide in dictione Adcuſo.
Incutio, cutis, pen. cor. cuſſi, cuſſum, ex in & quatio, q, in c, & a, in u, mutatis, vt cætera compoſita, Concutio, Diſcutio, Excutio, Percutio. Eſt autem Incutere, iniicere. Vergilius,
Incute vim ventis, ſubmerſasq́; obrue puppes.
A' quo Incuſſor, & Incuſſio, & lapis incuſſus, à Vergilio mola manual:s. Cornucopiæ.
Indago, gas, penul. produ. inquiro. Cicer. lib. I. Offic. Ineſt indagatio atq; inueſtigatio ueri. Et de Opti. gen. dicend. Aut reprehendet quòd inuſitatas uias indagemus, tritas relinquamus.
Indago, ginis, & Indages, ginis, pro inquiſitione. Verg. Saltusq́; indagine cingũt.
Inde, aduerbiũ, id eſt, ex eo loco. Liuius lib. I. Primo in Macedoniã ueniſſe, inde in Siciliã quærẽtem ſedes delatum. Aliqñ dr̃ nõ de loco, ſed de rebus. Idẽ in eodem, Omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri, inde tibi tuæq́; Reipublicæ quod imiteris capias. Aliquãdo ponitur pro deinde. ut apud eund. Crimini maxime dabant in Numitoris agros ab his impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu, hoſtilem in modum prædas agere. Hinc fiunt compoſ. Deinde, Exinde, Périnde, & Próinde, quæ habent accen. in antepe.
Indecor, decoris, pe. prod. ab in, & decor. Quãquam Verg. lib. 7. Indecores penultima correpta dixerit. Non erimus regno indecores.
Vbi Seruius ait. Aut Siſtole eſt, aut certe dicimus nominatiuũ nõ inueniri, vt in multis nominibus fit.
Indecorũ, penul. produ. turpe. Cornucopiæ.
Indefenſus, ſine defenſione. Liuius lib. 4. Suos increpans clara voce, hic præbituri (inquit) uos telis hoſtium eſtis indefenſi multi. Id eſt, ſine defenſione, ſine vindicta.
Indefinitum, dicimus, quod nullis rationibus circũſcriptũ eſt. Vnde Grammatici, indefinite nomen eſſe poſitum adfirmant, quando nec relatiue nec interrogatiue poſitum eſt. Cornucopiæ.
Indemnis, indemnatus, vide in dictione Damno.
Indeprecabilis, apud quem nõ valent preces. Gellius, Et pœna indeprecabilis ſubeũda eſſet.
Index, generis cõis, pro eo uel ea, qui vel quæ aliqđ indicat & adcuſat. Aſconius ſcribit, Indicem eſſe, q facinoris cuius ipſe eſt cõſcius, latebras indicit impunitate propoſita. Salluſt. Pleriq; Craſſo ex negociis priuatis obnoxii conclamabant indicẽ falſum eſſe. Martialis, Indice non opus eſt noſtris aut indice libris. Inde indicium dictũ, quod alio nõie indicina uocatur, pro detectione & adcuſatione. Apule. Ob indicinæ premiũ occupaſſe, domino tamẽ ſuo. Saluſ. Itaq; cõſulente Cicerone frequens ſenatus decreuit. Tarquinii indicium falſum uideri.
Index, maſcu. ge. accipiť pro digito propè pollicem, vel ꝓ lapide quo auri vel argẽti gradus cognoſciť.
India, regio Orientalis, Aſiæ terminus, quæ tam vaſta phibetur, ut eam tradãt eſſe tertiã partẽ omniũ terrarũ. Põponius ſcribit tantũ ſpaciũ littoris occupare, quantũ per ſexaginta dies noctesq́; uelificãtibus curſus eſt. Tradũt in ea fuiſſe quinq; millia oppidorum. Ab Indo flumine ſic adpellata, in quem ab Occidentali plaga definit, qui ſolus poſt Nilũ, crocodilos creat. Hæc à Meridiano mari incipiens, adusq; Solis occaſum porrigiť, & à Septentrionibus uſq; ad Caucaſũ mõtem prouenit. Gẽmis abũdat, Caspicanes & elẽphãtos procreat. Arbores habet ſemper frondenteis. Tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum, aromaticũ, & cynnama ad nos mittit. Indi propè gentiũ ſoli nũquàm emigrauere finibus ſuis. Illic binæ æſtates, leues auræ, temperies cœli, hubertas ſoli, aquarum abũdantia, quæ omnia faciunt, vt maiora in India quàm in cæteris regionibus naſcãtur animalia. Ab Indis, fiũt adiectiua Indus, & Indicus, Lib. v. de geſtis Alexandri Arrianus. ὁ δὲ ἰνδὸς ποταμὸς ἐστὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην, πλὴν γάγγου καὶ τούτου τοῦ ἰνδοῦ ποταμοῦ, καὶ ὅτι αἱ πηγαὶ εἰσὶν αὐτῷ ἐπιτάδε τοῦ ὄρους παραμίσου ἢ καυκάσου. Id eſt, Indus, fluuius eſt iuxta Aſiam & Europã, cuius fontes ſunt in iugo Caucaſi mõtis.
Indicatio, æſtimatio. Plau. in Perſa, Tua merx eſt, tua indicatio.
Indicatiuus, a, um, dicitur id quo aliquid indicatur.

Vnde Indicatiuus modus eſt, quia eo indicamus, id eſt, oſtendimus quid agatur.

Indicatura, æſtimatio. Pli. in Præfa. Hæc fiducia operis, hæc indicatura.

Indicatus, tus, idem quod indicatura. Idem lib. xviii. Eadem ex cauſſa cum lyenem vituli, quanti indicatus ſit iubent.

Indicina, næ, penultima correpta, idem quod indicium. Apuleius, Ob indicinæ præmiū occupaſſe domino tamen ſuo.

Indicium, vide in dictione Index.

Indico, cas, penul. cor. ſignificat manifeſto, & palam facio. Plau. in Aſin. Ego ne hæc patiar, aut taceam? Emori me malim, quàm hæc eius vxori non indicē. Aliquando demonſtro. Lactā. lib. vii. Ipſa ergo uirtutis perpetuitas indicat humanum animum, ſi virtutem cœperit, permanere, quia & virtus perpetua eſt & ſolus humanus animus uirtutem capit. Aliquando adcuſo. Vlpianus ſcribit, Indicaſſe reum, eſt detuliſſe, arguiſſe, adcuſaſſe, conuiciſſe. Sed hæ ſignificationes in idem recidunt. Aliquando adprecio, æſtimo, negotiationis uerbū, & rebus uenalibus adcōmodatum, quod in mercibus diſtrahendis vſurpat, quando ille cuius eſt merx, precium facit rei quam vendidat. Plautus in Mil. Venio ad marcellum, rogito piſces, indicat caros. Apul. lib. i. Et percontato precio, quòd cētum nummis indicaret, aſpernatus viginti denarios præſtimaui. id eſt, æſtimaret & precium faceret. Hinc Indicatio, & Indicatura. Aliquando Indicare ponitur pro addicere, hoc eſt, rem emptam liberare. Cice. lib. iii. Offic. Scæuola Publii filius, quū poſtulauiſſet, vt ſibi fundus, cuius emptor eſſet, ſemel indicaretur.

Indico, dicis, pe. prod. indixi, dictū, multa ſignificat. Nā indicere, eſt denūciare. Quāuis inter ſe differāt, quòd maiorē vim habeat indicere, quàm denūciare. Nā denūciare, ꝓprie eſt ſignificare, & ſimpliciter ſumi poteſt, vt, Venus denūciat pluuiā. &, Denūcio me tibi propédiem adfuturum. Cicero pro Planco, Denūciaſti homo adoleſcēs qd de Republica ſentires. Indicare vero, licet ſignificet denūciare, non tñ ꝓprie, qm̄ dico, aliud ſignificat quàm nūcio. & In, aliud quàm De. In, enim iūcta verbo dico, maius incrementū demōſtrat, & ſignificat maxime, quāuis et ſignificationē cōtrà nō omittat. Indico ergo, maxie dico. hoc eſt, ſolēniter dicendo denūcio, vt ſi dicam, Bellū tibi indico, nō eſt ſicut, Bellū tibi denūcio. id eſt, Bellū me tibi illaturum ſignifico, ſed, Bellū me tibi iure illaturū dico, aut, Bellum tibi à me inferendū eſſe indico. Quod Cice. lib. I. Offi. aperte docuit, qui vtrūq; uerbum ſic poſuit. Ac belli quidē æquitas fœciali populi Romani iure perſcripta eſt, ex quo intelligi poteſt, nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus petitis geratur, aut denunciatū antè ſit & indictū. In his uerbis duo genera belli gerēdi fuiſſe ſignificat. Primū rebus petitis, quæ ſi negabantur reddi, et bellū cum illis geſtum fuiſſet, iuſtum habebatur. Alterum honeſtius iuſtiuſq; erat, eò quòd petitis rebus, niſi redditæ fuiſſent, bellum gerēdum eſſe maturo decernebatur cōſilio. Tum ad fines hoſtium denūciatis belli ſuſcipiendi cauſſis, bellū indicebatur. Sed quo pacto indiceret, Liuius lib. i. declarat his verbis. Quiq; pars maior eorū qui aderāt, in eādem ſniam ibat, bellum erat cōſenſu fieri ſolitum, vt fœcialis haſtam ferratā, aut ſanguineā præuſtam ad fines eorū ferret, & non minus tribus puberibus præſentibus diceret, Quod populi priſcorū Latinorum, homines'ue priſci Latini, populo Romano Quiritium fecerūt, deliquerunt. Ob quod populus Romanus Quiritū bellum cum priſcis Latinis iuſſit eſſe, ſenatus'ue populi Romani Quiritiū cēſuit, conſenſit, conſciuit, vt bellum cum priſcis Latinis fieret. Ob eam rem ego populuſq; Romanus, populo priſcorū Latinorū, hominibuſq; priſcis Latinis, bellum indico, facioq;. Id vbi dixiſſet, haſtā in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellū indictum, moremq; eum poſteri acceperunt. Poteſt tñ In, ſignificare cōtra, vt ſi dicam, bellū indico uoluptatibus, tunc cōtra uoluptates bellum me geſturū dico, hoc eſt, ſolēniter profiteor. Nec ſolum indicere pertinet ad bellum gerendū, ſed etiā ad funus. Vnde Feſtus ait, Indictiuū funus, ad quod ꝑ præconē euocabātur. Suetonius in Cæſare, Funere indicto, rogus extructus eſt. Præterea ad cōcilium, tributum, ſpectaculum, & huiuſmodi, quæ nō niſi ritu ſolēni fieri conſueuerūt, ſimiliter ſacerdotes feſta, ieiuniaq;, popolo indicere ſolent. Aliquādo etiam Indicere, eſt quaſi ꝓcipere. ut apud Liuium lib. i. Longè à domo patribus excitis, ipſum qui concilium indixerat non adeſſe. Aliquādo imponere. Idem lib. 4. Vnde enim eam pecuniam confici poſſe, niſi tributo populo indicto. Cice. in Verrem act. v. Legem ſibi indicunt innocentiæ, continētiæ, virtutum omnium, qui ab altero rationem uitæ repoſcunt. Aliquādo ſignificare. Liuius lib. ii. Indicit deinde finitimis ſpectaculum iubet.

Indictio, ſpacium quindecim annorum, quod indicebatur, ut tribus luſtris tributa toto orbe Romanæ rei ſoluta eſſent.

Indictiuus, ua, uum, quod indictum eſt, vt, funus indictiuum. Et Indictiuæ feriæ, quas conſules uel prætores indicunt.

Indictum, dr̄ quod non eſt ſolēniter promulgatū, vt, Indictū bellum, denūciatū dr̄. Indictū funus, denunciatæ exequiæ. Et Indictum, non dictum. Terent. in Phor. Quod dictum, indictum eſt, quod modo erat ratum, id irritum eſt. At hoc modo non ab Indico, ſed à participio dictus, compoſitum eſſe cenſeo. Liuius lib. v. Itaq; quæ tum cecinerit diuino ſpiritu inſtructus, ea ſe nec ut dicta ſint reuocare poſſe. Sic etiam dicitur, indicta cauſſa, id eſt, non dicta, & nō defenſa. Cicero Q. Rabirio, Sed indicta cauſſa ciuē Romanum capitis condemnari coegit.

Indiculum, quaſi indicium. Augusti. in quodā ſermone, Ego vobis fratres hæc ſuggerendo, quaſi indicula quædā directa obſcura inſinuare curaui.

Indidem, penul. corre. aduerbium compoſitū ab inde & idem, quod eſt ex eodem loco. Plautus. Indidē vſ-

Britur facito, uti faciat fulcitiã ſepelibilem. Apud Catonem ponitur pro idem mox.

Indies, ſignificat quotidie, ſed ꝓprie eſt incremento. Ideo plerũq; iungitur comparatiuo. Cice. Quum id malũ ſerperet indies magis. Reperit̃ etiã ſine cõparatiuo, ſed tñ cum verbo ſignificante incrementum. Liui. Creſcente indies multitudine.

Indigena, penul. corre. dicitur inde genitus, nec aliũde proueniens. Opponitur enim aduenæ, quum non ſit aduentitius, ſed uernaculus proprius, & quaſi peculiaris. Omnes habitatores aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Aduenæ, de vno loco uenientes, conuenæ, de diuerſis. Græci aut ochthonas indigenas uocant.

Indigeo, diges, pen. corre. vide in dictione careo. Huius impersonale Plinius lib. x. poſuit. Nunquãm cõſpectis niſi quum præſidio earum indigetur. Ab indigens fit Indigentia, æ, pro inopia.

Indigeſtè, aduerbium, ſignificat inordinate.

Indigeſtio, quum cibus nõ digeritur. Hiero. ad Ruſto. Ad orationem tibi ſurgenti non indigeſtio ructum faciat, ſed inanitas.

Indigetes, penul. cor Dii ex hominibus facti. Quo nomine dictus eſt Aeneas, quũ pugnãs cum Mezētio, nuſquã adparuiſſet. Alii Indigetes, dicunt eſſe Deos tutelares, quorum nomina vulgari non licet.

Indigitamenta, libri põtificales, qui & nomina Deorum, & rationes ipſorum nominum continent.

Indigito, gitas, pe. corre. quaſi indicito, ab indico, vel à digitis deducitur, & ſignificat uoco, nomino, & quaſi per nomen oſtendo. Macrobius, Nam q; virgines Veſtales ita Apollinem indigitãt, Apollo medice, Apollo Pæan. Idem. Nam ita ab incolis indigitantur.

Indignor, et Indignitas, vide ſupra in dictione Dignor.

Indignus, non dignus. Terentius in Eunucho. Nam ſi ego digna cõtumelia hac ſum maxie, at tu indignus qui faceres tamen. Interdum pro miſerabili. Idem, Indignis quum egomet ſim acceptus modis. Interdũ pro magno, vnde Ennius, Indignas turres dixit, id eſt, magnas.

Indigus, a, um, penulti. correp. quod indiget. Auguſtinus, Sed ſicut quum uidimus infirmum iacentem, indignum opis alienæ.

Indipiſco, is, uſurpo, adſequor, adipiſcor quod & Indipiſcor, eris, indeptus dr. Plautus in Aulul. Neque partem tibi ab eo cui ſit indipiſces, neq; furem excipies. Gellius lib. i. Si enim Achæos Homerus pugnã indipiſci ait, nõ fidicularium tibiarumq; concentu cõſpiratã. Hinc indepto, ptas, frequentatiuum. Var. Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.

Indiſcriminatim, indifferenter.

Indiſertus, non eloquens. Gellius, Non indiſerti viri.

Indiuiduum, quod nõ poteſt ſeparari, vel quod non ſeparatur. A' philoſophis definitur ſic. Indiuiduum, quod de uno ſolo prædicat̃, ut Socrates de ſeipſo.

Indiuidue, aduerbium. Cc.

Indo, dis, didi, ditum, impono. Plaut. in Cap. Pægniũ vocitatus eſt, poſt uos indidiſtis Tindaro. Quãdoq; ſignificat intus do, immitto. Idem in Caſ. Dem me et te infelicem, ſi ego in os meum uini guttam indidi. Interdum imprimo. Idem in Aſinari. Qui ſæpe antè in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.

Indocilis, qui penitus non poteſt diſcere.

Indoctus, qui nondum didicit.

Indolentia, quaſi non dolor, quum nihil docet. Lact. lib. iii. Nam corporis bona, id eſt, incolumitas, indolentia, & ualetudo, nõ minus ſunt mutis quàm homini neceſſaria, ac neſcio an etiam magis, quia homo & medelis & miniſteriis ſubleuari poteſt muta non poſſunt. Hæc etiam Indoloria dicitur, ut Sidonius à Cicerone dictam perſcribit.

Indoles, penul. corr. ab inoleſco fit, per interpoſitionem d. Et in pueris quidem atq; adoleſcentibus eſt ſignificatio quædam futuræ probitatis. Cicero, Vt enim adoleſcentibus bona indole præditis ſapiẽtes ſenes delectantur. In uiris verò, ſignum eſt præſentis virtutis. Idem, Homines in quibus eſt uirtutis indoles commouentur. Vnde & pro præſtantia ſeu generoſitate quadam uirtutis atque animi ponitur. Liuius de Lauinia iam matre inquit, Tanta in eo virtutis indoles fuit. Lucanus,

Indole ſi dignum Latia, ſi ſanguine priſco
Robur ineſt animis. Aliquando etiam in malum dicitur, ut apud Liuiũ de Annibale, Cum hac indole uirtutum ac vitiorum ſub Aſdrubale meruit. Trãſfertur quoq; ad muta, atq; inanimata. idem, Sicut in frugibus pecudibusq; non tantum ſemina ad ſeruandam indolem valent, quãtum terræ proprietas, cœliq; ſub quo aluntur.

Indomabilis, indomitus, qui domari nõ poteſt. Ce.

Indomitus, penul. corre. qui domari nõ poteſt, unde dicimus equum indomitum. Aliquãdo ponitur pro feroci, vnde dicimus gentes indomitas, Aliquando pro magno. Vergilius,

Nate quis indomitas tãtus dolor excitat iras?

Indubitatus, nõ dubitatus. Lactan. lib. ii. Pro confeſſo & indubitato habitum eſt.

Induciæ, pax in paucos dies, ſic dictæ, quòd in diem dẽtur, vel quòd in dies ocium præbeãt. Cicero libr. Officiorum. Vt ille qui quum cẽtum triginta dierũ eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabat̃ agros, quòd dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ. Aurelius Opilius Inducias dici exiſtimat, ab initu & introitu, quoniam tempore induciarum, hoſtes inter ſeſe vtrinq; ultro citroq; alteri ad alteros, impunè inire ſolent, & introire. Aliter Gellius. Græci ἐκεχειρίαν, ab abſtinendis manibus adpellarunt. Nam per ceſſationem iſtam pugnæ pactitiam, non pugnatur, & manus cohibẽtur. Has Lycaon primus inuenit, fœdera Theſeus.

Induco, cis, penulti. produc. proprie introduco. Plautus, Induc eam in domum. Quandoque Inducere, eſt perſuadere, illicere, decipere, inclinare. Lucilius, Huius ego animum ſi induco, vt ab amore meretricis deſiſtat. Idem, Miſerum ſenem Sirenum cantu inductum. Quandoq; abolere, cancellare. Suetonius

in Cæſa. Ampliſſimis verbis collaudatum integrum reſtituit, inducto priori decreto. Et alibi, Multa (inquit) et deleta, et inducta, et ſuperſcripta inerant. Verbum ad incis eſt. Origo ea, quòd inducto chartis atramento, veluti tectorio, deleri q́ ſcripta prius erant, contingit. Quandoq; fingere. Cicero lib. iii. Officiorum, Hinc ille Gyges inducitur à Platone. Quandoque ingredi facere, vt, Vide quò me inducas. Quandoque obfirmare, vt, Sic animum induco meum. Quandoq; imponere, vt, Soleæ ligneæ pedibus inductæ ſunt. Quandoq; infigere, vt, Ita indaxi in animum.

Inductio, genus argumenti. Eſt enim oratio, per quã fit à particularibus ad vniuerſalia progreſſus. Vel Inductio, eſt oratio quæ rebus non dubiis captat aſſenſionem eius rei quæ inſtituta eſt.

Indulco, cas, dulcẽ facio. Auguſtinus lib. de Mirabil. Aquæ in momento ligni tactu protinus indulcant.

Indulcoro, ras, pen. prod. idẽ quod, indulco, vt apud Auguſtinum Aquæ indulcoratæ dicuntur.

Indulgeo, ges, dulſi, indulſum, et indultum ſecundum Priſcianum ſignificat obſequor, cõſentio, inſeruio, et facile concedo. Cic. in Lælio, Sed obſequiũ multò moleſtius, quod peccatis indulgẽs, id eſt, conſentiens, præcipitem amicum fieri ſinit. Idem Tyro. Indulge valetudini tuæ, id eſt, molliter vaca, et quod lingua vernacula dicimus, fa carecie. Terẽ. in Heau. Nimium illi indulgens. Vnde Indulgẽtia, mollis eſt permiſſio, quæ ſeueritati opponitur. Quint. Mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omneis et mentis et corporis frãgit. Et indulgere, eſt facilem et clemẽtem eſſe. Cic. li. iii. Offi. Magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem ſæueres in filium, id eſt, clemens ac facilis. Et Indulgentia, clementia. Statius,

Vultus et egregiæ tanta indulgentia formæ.

Indulgentiſſimi imperatores dicti, quòd ſint benefici propenſiq; ad gratificandum. Item indulgere, eſt delicate intendere, et ſpacium maius dare. Vergilius, Indulge hoſpitio, cauſſas q́; innecte morãdi. Idem,

Sin tumulis accliue ſolum, colleſq; ſupini

Indulge ordinibus. Item indulgere, parcere. Ambroſius, Vide quàm bonus Deus, et facilis indulgere peccatis. Idem, Nam dominus Ieſus Chriſtus etiã affligentibus ſe nõ maledixit, ſed potius vt eis indulgeretur orauit. Hieronymus cum accuſatiuo iunxit, Miſericordia (inquit) eſt, quia indulget noſtra peccata. Itẽ Indulgere, tribuere. Ambro. Laudabũt etiã Deũ qui tãta nobis remedia indulſerit vitãdæ mortis. Item augere. Lucil. lib. iii. Tu qui irã indulges nimis, manus abſtinere à muliere melius eſt.

Indulgitas, pro indulgentia. Siſen. Baſſus aſſidua indulgitate victus.

Indumentum, veſtimentum, ab induo. Cc.

Induo, induis, indui, indutũ, ex in, et duo, duis, cuius origo à Græco δύω, quod ingredior ſignificat, trahitur. Vnde ἐνδύω induo. Veteres dixerunt pro dare Duo, duis, et dio, dis. Plaut. in Caſ. Mea præda eſt illa, proinde tute in laqueum ne duas. De verbo autem dio, Ter. in Phor. Dii tibi omnes quod dignum eſt duint. Cõſtruitur autem induo variis modis. Nã quandoq; habet duos accuſatiuos, ſed in paſſiua tantũ ſignificatione, et hoc apud poetas et hiſtoricos, non apud oratores, quos imitandos in primis cenſeo. Plautus in Epidic. Quid erat induta? an regillã induculam? an mendiculam impluuiatam? Vergil. libro ſecũdo, Deinde comatem

Androgei galeã, clypeiq; inſigne decorũ Induitur. Curtius, Iamq; nox adparebat, quum thoracem indutus procedit ad milites. Aliquando vno tantum accuſatiuo conſtruitur, et tunc idem eſt quod adſumo. Quint. lib. vi. Orbum agimus, et naufragium, et periclitantem, quorum induere perſonas quid adtinet, niſi adfectus adſumimus? Vbi verbum difficile, facile declarauit. Sic Curtius, Loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus ſumpſit. Cic. lib. iii. Officiorum, Deponit enim perſonam amici, quũ induit iudicis. Hic ex contrario deponit, induit ſignificare oſtendit. Suetonius in Nerone, Nullam bis induit. Aliquando poſtulat, ut id quo quis induitur, in accuſatiuo ponatur, et is qui induitur in datiuo, ſignificatq; impono, immitto, adſumo. Plaut. in Caſſ. Ocyſſimus ſum omnium qui viuũt, Loricam induã mihi, optimum eſſe arbitror. Cic. lib. ii. de Fini. Ex eius ſpoliis ſibi et torquem et cognomen induit. Plinius lib. xxxiii. Peſſimum vitæ ſcelus fecit, qui anulũ primus induit digitis. Suetonius in Auguſto, Si mane ſibi calceus perperã, ac ſiniſter pro dextro induceretur. Per tranſlationem ad animum dixit Liuius lib. iii. Adeoq; nouum ſibi ingenium induerat, vt plebicola, repente omniſq; auræ popularis captator, euaderet. Aliquãdo vltra naturalem accuſatiuũ habet alium accuſatiuum cum in, et tũc pro conuerto, ſiue trãsformo ſumitur. Verg. lib. i. Georgicorum,

Contemplator item quum ſe nux plurima ſyluis

Induet in florem. Cicero de Diuinatio. loquens de anhelitibus terræ, Quũ autem (inquit) ſe in nubem induerint. Similiter cum huiuſmodi accuſatiuo, ſignificat inIicio, ſeu immitto. Cicero in Horten. Et vt docuit Antiochus in idipſum ſe induit quod timebat. Gellius, Aeſopus ille è Phrygia fabulator, haud immerito ſapiens exiſtimatus eſt, quum quæ vtilia monitu ſuaſuq; erant, nõ ſæuere, nõ imperioſe præcepit et cenſuit, vt philoſophis mos eſt, ſed feſtiuos delectabileſq; apologos commentus, res ſalubriter, ac proſpicienter animaduerſas, in mentes animoſq; hominum, cum audiendi quadam illecebra induit. Denique quum pro veſtio capitur, vltra accuſatiuũ conſtruitur cum ablatiuo ſine præpoſitione, eius rei qua quis induitur. Curtius, Depoſita veſte quam habebat, Arabica induitur. Cicero lib. 4. ad Heren. Palla inaurata indutus. Quandoq; etiam in hac cõſtructione pro illino ſumitur. Plau. in Muſ. id eis vitium nocet, atq; etiam niſi ſatis boni ſunt, ſi ſunt induti pice. Colum. ad vites tranſtulit pro onero, quum dixit. Nam ita ſe induunt vuis, vt nequeant perferre maturitatem. Sumitur etiam pro ferio cum ablatiuo inſtrumentali. Cæſar lib. vii. Quin ordines conſiſte

eri inter ſe, atq; implicitì, quo qui intrauerant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant, hos cippos adpellât. Reiterum, Aut ſe ſtimulis inopinâtes induebât, aut in ſcrobes deiſti transfodiebâtur.

Induperatorem, pro imperatorem poetæ vſurparūt. Iuuenalis, Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem. Ce.

Indus, fluuius, à quo India nomiata eſt, quem in iugo Caucaſi mōtis, quod vocaſ Paropanilus, aduerſus Solis ortū effuſum aiūt, in ſeq; xix. amnes recipere.

Induſiarii, dicūtur qui conficiunt induſia.

Induſium, genus veſtis, quaſi intuſiū, quod mox ſupra ſubuculā ſumebatur, ſicut et palla uocata ſunt quæ foris ſupea induſium, à quo Induſiatus, dicitur qui huiuſmodi veſte eſt indutus. Plautus, Induſiatam, patagiatam, caltulam, et crocotulam. Varro Intuſium dicit, quum ait, Vnum quod foris, ac palàm palla, alterum quod intus, à quo Intuſium.

Induſtria, eſt ingenium ſeu ars, qua aliquid ſtruere ſumus idonei, quamuis pro ingenii ſiue artis exercitatione quandoq; ſumatur. Vtrunque complexus eſt Cicero, quum inquit, Vt induſtria noſtra iux morem geramus volūtati.

Induſtrius, nō induſtrioſus, dicif, quod antiqui indoſtrius dicebât, pro ingenioſo, et pro eo qui multæ induſtriæ eſt, et aliquid ſtruere ſemp. nitif. Cic. ad Heren. Nimirum hæc cauſſa eſt huiuſmodi, quā nec induſtrius, nec miſericors, nec officioſus deſerere poteſt. Hæc autem duo noīa compoſita cenſeo, deriuata tamē ab inſtruo. Vnde Feſtus, Induſtrium antiqui dicebât indoſtriū, quaſi quicqd ageret intro ſtrueret domi. Ab Induſtrius fit aduerbiū Induſtriè. Col. Hyginus veterum autorum placita ſecretis diſperſa monumentis, induſtrie collegit.

Induuiæ, ab induendo, Indumenta quibus quis induitur, ſicut exuuiæ, ab exuendo.

Inebrior, aris, vide in dictione Ebrius.

Ineffigiatus, ta, tum, informe, quod non eſt factum ad aliquam effigiem. Gellius, Nanq; vt illa beſtia fœtū ederet ineffigiatum, informemq;, lambendoq; id poſtea quod ita edidiſſet cōformaret, et fingeret.

Ineo, is, iui, vel iìi, Initum, penultima correpta ex in et eo, ſignificat incipio. Salluſtius, Quapropter uos moneo, ut forti atq; parato animo ſitis, et prælium quum inibitis, memineritis vos diuitias, decus, gloriam, præterea libertatem atq; patriam in dexiris veſtris portare. Et Inire, eſt ingredi. Plautus in Caſ. Tu modo proſpicito, quid intus agant, ſi tu iubes, inibitur tecum. id eſt, intrabitur. Idem, Iniit te vnquā febris? Item mereri, aſſequi, lucrari, obtinere, comparare. Terent. Vt gratiam ineam ſine diſpendio. Hoc autem fit, quū nouis et ignotis fauorem et amicitiā alicuius adipiſcimur. Et dicimus, Ineo gratiam tecum, ineo gratiam tuam, et ineo gratiam à te. Teren. in Eunucho, Ab eo gratiam inibo. Quādoq; tractare ſe conciliare vt ineo pacem tecū, ineo bellum, ineo fœdus, ineo rationem, ineo viam. id eſt, inuenio. Cuius participium abſolute poſitū, maioribus rebus adhibetur, ut ineunte adoleſcentia, ineunte, vere, anno, menſe, ſeculo, luſtro, bello. id eſt, ingrediente. Rurſus Inire, eſt concumbere. Plinius, Sed aſini qui equas ineant optimi legendi ſunt. Hinc Initor, penultima correpta, pro concubitore, et Initum pro coitu poni conſueuit. Item capere. vt, ineo fugam. Vergilius,

Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.

Item facere. Plaut. in Cap. Qui conſilium iniere quo nos victu et vita prohibeât. Item conſyderare, intelligere. Teren. in Phor. Hæc cum ratione inear, quàm ſint ſuauia, et quàm chara ſint ea q præbeat. Donat. Ineas, intelligas, æſtimes. Ab Ineo fit Initium, Initio, as, et Initiarius.

Ineptio, is, iui, itum, ineptias facio. Lactan. de Opi. Vereor ne huiuſmodi portenta et ridicula refutare non minus ineptum eſſe videatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus, ne ſe ille nimis arg utum putet.

Ineptus, ex in et aptus. Cicero libro ſecundo de Ora. Ineptus nomen habere videtur, quòd non ſit aptus. Idq; ſermonis noſtri conſuetudine perlatè patet. Nam qui aut tempus quid poſtulet non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorū quibuſcum eſt vel dignitatis vel commodi rationem nō habet, aut deniq; in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. A' quo Ineptia, Ineptitudo, Ineptulus.

Inermis, modo qui armatus nō eſt modo qui ſupplex erat, quod ex hiſtoriis tractum eſt, quia qui ſe dedūt inerme ſupplicant. Ce.

Inerrantes, nō errantes. Lactāt. lib. ii. Stellarum, vel inerrantium, vel vagarum diſpares curſus orbis ille dum vertitur exhiberet.

Iners, ex in et ars, ſignificat eum qui ſine arte eſt. Cic. lib. 3. de Fini. Sed inſtruamus animo has maximas artes, quibus qui carebant, inertes à maioribus nominabantur. Quandoq; etiam iners capitur pro ocioſo et ignauo, q nihil artis operatur, vel quaſi neſciat operari. Verg. lib. 4. Georg.

In medium ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor.

Don. in Adel. intelligamus aliter dici nō inertem Socratem, aliter nō inertem ſeruū. Ab iners fit diminutiuum. Inertulus, Inertia, inertiæ vitium, quæ ſic ſumi poteſt in ſua ſignificatione, vt de inerte dictum eſt, licet proprie ſit artis ignoratio. Colu. in Præfa. lib. ſecundo, Nō ergo fatigatione quemadmodum pluſimi crediderūt, nec ſenio, ſed noſtra ſcilicet inertia minus benigne. Cic. lib. I. ad Q. Fratrem, Duo illa relinquamus inertiæ noſtræ.

Inerticula, genus vitis apud Colu. boni vini, et innoxiæ etiam, Nomen habet quòd iners habetur in tentandis neruis, quamuis in guſtu non ſit habilis. Sola etiam temulentiā nō facit vnde rectius ſobria dici deberet.

Ineſco, as, uide in dictione Obeſco.

Inexercitus, inexercitatus et torpens. Tertulian. Epicurei Deum ocioſum eſſe et inexercitum aſſeuerât.

Inexhauſtus, a, um, nūquam deſinens, vnde diuus Anaſtaſ. Pro Chriſti equidem amore à vobis membra

tū cēcidi optaueram. Verum ſi huius quem, et miniſtri, obitus me contristaret, gratias Deo meo in exhauſtas replico, qui me ſuorum martyrum participé gloriæ dignatus eſt facere tā paruo ſupplicio.

Inexplorato, aduerbium, ſignificat ſine exploratione et inquiſitione. Liuius lib. vi. Inexploratò pabulatum cohortes miſere.

Inexputabile, quod numerari nō poteſt. Colu. lib. x. Nam inexputabilis erat numerus.

Inextricabilis, inſolubilis. Vergilius,
Hic labor ille domus et inextricabilis error. &c.

Infabre, penul. prod. aduerbium, ſignificat fœdè, ſicut affabre, pulchrè.

Infamia, mala fama. Hiero. Quod illum teſtimonio martyris ab infamia vindicaret.

Infamis, et hoc Infame, penultima producta, quod habet malam famam. Hiero. ad Pammā. Quis per infame opus ſeipſum voluit infamari? Infamis dictus eſt ab antiqs digitus medius, propter ignauiā, quoniam indigere videat̄ aliorum defenſione. Perſius, Infami digito luſtralibus antè ſaliuis Expiat. Iuuenalis, Mediumq́ oſtenderet unguem.
Nam olim qui medio tāquàm per indicem mōſtrabatur, arguebatur infamiæ.

Infamo, as, penult. producta, infamia afficio. Quint. Deinde quum ſe iactaret eodemmodo dicere Senecam infamauit.

Infandum, à fando ſumitur, quod vix fari quis poſſit. Verg. Infandum regina iubes renouare dolorem. Ponitur nonnunquàm pro interiectione. Idem libro primo Georgicorum,
Infandum ſiſtunt amnes terræq́ dehiſcunt.

Infans ſubſtātiuum, dicitur puer, qui nōdum fari cœpit. Quod etiam de brutis et auibus dicitur. Plinius, Quadrupedes infantes ſuos cognoſcūt. Idē, Veſpertilio volucrum ſola lacte nutrit, ubera admouens geminos volitat amplexa infantes. Adiectiuum vero capitur quaſi pro paruo. Idem de Boleto, Nec tuniceæ minor gratia in cibo infantis boleti. Id eſt, parui et nondum adulti. Interdum dicitur infans, nō facundus. Cic. in Bru. Ipſum Scipionem accepimus nō infantem fuiſſe. Per tranſlationem ſumitur pro ſtulto et quaſi loqui neſciēte. Ex quo Infantior et Infantiſſimus. id eſt, ſtultior et ſtultiſſimus.

Infantia, æ, ætas infantilis, & quandoque ſtultitia dicitur.

Infantile, adiectiuum, quod eſt infantis. Auguſt. lib. i. Con. Imbecillitas membrorum infantilium innocēs eſt, nō animus infantium.

Infarcio, cis, impleo. Pli. li. xxxiii. Quid nō in Aphrica Hiſpaniaq́ ex terra parietes quos adpellāt formaceos quoniam formæ ū modo circūdati vtrinq́ duabus tabulis vernis infarciuntur, quàm inſtruūtur.

Infatuo, as, fatuum, ſine ſale, id eſt, ſapientia facio. Fit enim à fatuus, vbi in, vel auget, vel ſuperflua eſt. Cic. per L. Flac. Neminē quidem adeo īfatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. Infatuatæq́ mulieres dictæ ſunt quæ faunorum ludibriis attinguntur. Et ſimiliter infatuati viri, quos nunc vulgus ſpiritu plenos nominat quidam etiam demoniacos.

Infectores, qui alienum colorem in lanam coniiciūt. Plau. Incedūt infectores, crocotarii, offectores. Offectores ſunt, qui proprio colori nouum inficiūt.

Infectus, ab inficio, idem eſt quod intinctus, maculatus, venenatus. Sueto. in Cali. Inuenta et area ingens variorum venenorum plena, quibus mox à Claudio demerſis infecta maria traduntur, nō ſine piſcium exitio. Seneca, Diu in iſtis vitiis iacuimus, eiui difficile eſt. Nō enim inquinati ſumus, ſed infecti. Cic. li. v. Tuſcula. Sed nos vmbris, deliciis, otio, lāguore, deſidia animum infecimus. id eſt, polluimus, corrupimus. Quum autem ſignificat non factus, compon.̄ ex in et factus, vt infecta pace, infecto negocio. Plautus in Cap. quod male feci crucior modo, ſi infectū fieri poſſet.

Infectus, tus, accipitur pro tinctura. Pli. lib. viii. De lanarum infectu ſuo loco dicemus.

Infenſus, qui ira in alium elatus eſt, et odium gerit.

Inferiæ, ſacrificia, quæ inferis ſoluuntur. Verg. Viuentes rapit inferias quos immolet umbris.

Infernalis, et hoc infernale, ab infernus ſit quum eſt ſubſtantiuum, vnde infernales furiæ.

Infernus, pro infernorū loco, in ſingulari gen. maſcul. in plurali neutri. Hiero. in Para. Degluttiamus eum, ſicut infernus viuētem. Et in Iob, Ducūt in bonis dies ſuos, et in pūcto ad inferna deſcendunt. Eſt et infernus, na, num, quod eſt infra, ſicut ſupernus, na, num, quod eſt ſupra. A quo infernè, aduerb. et Infernas, natis, ſicut ſupernas, natis. Plin. Et ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur.

Infero, penultima correpta, intro pono, ſeu intro porto. Plaut. in Amphit. Neq́ meum pedem huc intuli. Lactā. lib. ii. Non placebat Perſio, quòd aurea vaſa templis inferātur. Interdū inferre ponitur pro iniicere. Idem lib. quarto, Nefandas manus Deo ſuo intulerunt. Liui. lib. ii. Adeò concitato impetu ſe intulerant Hetruſci, vt funderent ipſo incurſu Aricinos. Interdum pro facere, vt intuli damnum. Lact. lib. v. Patientia eſt malorum, quæ inferuntur, aut accidūt cū æquanimitate perlatio. Interdū ſubiicere, ſeu apponere, Idem lib. i. Quod clarū fiet exemplo quòd inferemus. Interdum pro īntroducere. Liu. lib. i. Lucus erat quem medium ex opaco ſpecu, fons perenne rigabat aqua, quo quia ſe perſæpe Numa ſine arbitris velut ad cōgreſſum Deæ inferebat, Camœnis eum lucum ſacrauit. Interdum pro ingerere. Cic. lib. i. Offi. Turpe eſt, et valde vitioſum in re ſeuera, cōuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre ſermonem. Interdum pro concludere. Seneca, Quum his argumētis quod propoſuerat intuliſſet. Interdum pro cōtra ferre. Cæſar lib. i. Romani conuerſa ſigna bipertito intulerunt. Inferre arma, eſt bellū gerere. Cic. Octa. Quibus cogitat arma inferre? Inferre crimen, eſt imputare ſeu obiicere. Idem in Læl. Addendum eodem eſt, vt ne in criminibus aut inferendis delectet̄ amicus, aut credat oblatis. Stuprū inferre, eſt immittere, ſeu infigere.

Inferus, a, um, penultima correpta, ab infra dictū eſt,

vnde Inferi,quibus nihil inferius eſt. Inferum, mare Tyrrhenum,ſicut Superũ,Hadriaticum, quòd ex vrbe Roma verſus Hadriaticum euntes ferè ſemper aſcẽdunt. Contrà ad vrbem ad mare Thuſcum venientes deſcendunt.

Infeſta,ſigna dicuntur quæ aduerſum tendũt,hoc eſt, vexilla in hoſtem euntia vt moleſtiam inferant.

Infeſtiuus, qui neſcit, vel non eſt idoneus ad dicendas vrbanitates. Gell.Homo ſubagreſti ingenio & infeſtiuo.

Infeſto,as,crebris curſibus moleſtiã infero, vnde infeſtatio,moleſtatio.

Infeſtũ mare habere,ſignificat latrocinãdo mare infeſtare. Cic.lib.iii.de Repu. Nã quũ quæreretur ex eo quo ſcelere ipulſus mare haberet iſeſtum vno myoparone,eodem inquit,quo tu orbem terræ.

Infeſtuminare,veteres dixerunt mare latrocinãdo infeſtare. Ce.

Infeſtus,qui alicui malum infert,et eſt plus quàm inimicus,iam& aduerſus eum fertur. Et infeſtus,dicit cui aliunde malum impendet. Cic. Dolebam iudices et acerbe ferebam,ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſſam eſſet,infeſtior, quòd is meam ſalutem atq; vitã ſua beneuolentia,præſidio,cuſtodia& texiſſet. Nigidius infeſtum, à feſtinando dici putat. Qui enim inſtat alicui, eum& properans vrget et opprimere eum ſtudet atq; feſtinat, vel contrà de alicuius periculo et exitio feſtinatus, is uter& infeſtus dicitur ab inſtantia fraudis, quàm vel facturus alicui, vel paſſurus eſt.

Infibulo,as,pen,cor.vide in dictione Fibula.

Inficias, tantum accuſatiui caſus, et pluralis numeri et ſolum cum eo,is,iſgitur, et ſine præpoſitione,vt, Hic inficias iturus eſt,ſeu ibit. Componitur enim ex in,et nõ,et facio.

Inficiator, qui negat ſe vel debere quod actor petit, vel commiſiſſe quod accuſator obiicit. Cic.lib.i.de Orat. Non'ne intelligebat, ut ſi inficiator probaſſet iudici antè petitam eſſe pecuniam,quàm eſſet deberi cœpta. Vnde ſtatus coniecturalis dicitur Inficialis,in quo ſemper reus inficiatur.

Inficio,is,pen.corre.ex in et facio, ſignificat intingo. Hiero. Quaſi ipſa ea denique lana,quũ inficitur ſanguine conchylii vel muricis vertitur in purpurã. Per tranſlationem ſumitur pro vitio ſeu maculo. Liui. Hoc luxu et peregrinis infecti moribus. Et inficere, venenare. Verg.lib.ii.Georg.

Quo non præſentius vllum,
Pocula ſiquando ſæuæ infecere nouercæ.

Plin.lib.xi. Nimio fumo inficiuntur apes. Hoc verbum Diomedes à fuco cõponi exiſtimat,dicit enim, facio,conficio,fuco,inficio. Sed aſpera nimis uidetur compoſitio licet à ſignificatione nõ abhorreat. Sed quur non à facio,quandoquidem inficio, quaſi intus facio ſignificare poteſt?

Inficior,aris,deponens,ſignificat nego, vnde Inficiationes, quæ ſunt debitæ rei negationes, quum per creditorem à debitore depoſcit. Ouid.lib.xi. Meta. Stabat opus pretium rex inficiatur. Et proprie

Inficiari,eſt verbo quicquam negare factum, quaſi infectum,vnde ad facta, nõ ad dicta pertinet. Nam ſi quis aliquid ſe dixiſſe fateatur,nõ ſic cõuenire uidetur,ut id,aduerſario inficior,uel inficias eo ita ut inquis eſſe,ſed nego.

Infidus,a,um, penultima producta. vide ſupra in dictione Fidelis.

Infimates,penulti.produ.dicti ſunt, ſicut ſummates, quæ ſunt oppoſita. Plaut.in Sti. Summates uiri atq; infimates.

Infimo,as,penul.correp. Infimum facio. Eſt enim cõtrarium ſublimo. Apul.libr.de dæmonio Socratis, Ingenia illa ad beatitudinẽ ſublimata ſint. Hæc ad miſerias infimata.

Infimus,a,um,pen.corr.ab infra ſeu ab inferus ſuperlatiuum eſt.

Infinitiuus modus,ſine alterius uerbi adminiculo poni ſolet,ubi ſubintelligit, Vere'ne ita eſt ut, Me'ne incepto deſiſtere victam? Plus enim poteſt infinitum tempus ad ſignificãdum,quàm finitum. Terẽ.in Eunu. Inuidere omnes mihi, pro inuidebãt. Ideo autem dicitur Infinitus, quia alii modi definiũt perſonas, primam, ſecundam, et tertiam. Hic autem ſine perſonis eſt, et habet ſolum præfinitum tempus, præſens, præteritum, et futurum, ut, amare, præſens, amaſſe,præteritum, amatum iſe,futurum. Ecce uides deſignare tantum tempora,non perſonas. Amare enim neſcitur perſona niſi velis iungere. Te amare debet ille. Tunc quaſi ſit finitum. Si autem non ſubiũgas ille uel iſte,uel ipſe, fit iſinitus modus. Nã et numero ſingulari uel plurali iſinitus eſt. Quum enim dico amare,nec finitum eſt utrum de uno an de pluribus dicam.

Infirmo,mas, nõ firmum facio, hoc eſt, inualidum, ut apud Eſaiam. Dominus exercituum decreuit, et quis poterit infirmare? Aliquãdo iſirmare, eſt ægrotum eſſe, ut in Euangelio, Cuius frater Lazarus infirmabatur.

Infirmus,nõ firmus, vnde Infirmitas, inualiditas,nõ ægrotatio,ſicut pleriq; male vſurpãt, quũ qs nõ dũ firmus uel ætate uel ægrotatione eſt. Cic. Vt enim infirmitas puerorum,et ferocitas iuuenũ. Aliqũ tamẽ Infirmus pro ægrotãte, et Infirmitas pro ægrotatione. vnde Aug. Infirmi aliquãdo dicunt ægrotãtes. Et in Euang. Infirmitas hæc nõ eſt ad mortem.

Inflammo,uide Flammo.

Infligo,gis,pe.produ. Infero,incutio. Augu.lib.ii.de Ciuita.Dei, Ita'ne tãdem Scipio laudas hãc poetis Romanis negatam eſſe licẽtiã, ut cuiquàm opprobrium iſligerẽt Romanorum,quum uideas eos nulli Deorum peperciſſe noſtrorum?

Informare,eſt in formam componere. Verg.lib.viii. His informatum manibus Per trãſlationem dixit Ambr. Quos bonus paſtor iformat. Et lib. Officio. Sicut Tullius ad erudiendum filium, ita ego quoq; ad uos informãdos filios meos.

Inforo,ras,pen.cor. à forum compoſitum, ſignificat dico,ſeu in forum diuulgo,ſeu in forum voco. Plau. in Cur. Licet'ne inforare, ſi incomitiare nõ licet? Nõ

Inforabis me quidem, nec mihi placet tuum profecto me forū, nec comitiū. Aliqū componitur ex in & foro, foras, quod eſt intus foro. Pli. lib. 7. Timebant priſci trūcū findere, mox inforare auſi medio, ipſiq; medullæ calamū imprimebant, vnum inſerentes.

Infortunium, malum fortunam dicimus. Cc.

Infra, ab in, naſci uidetur, cuius ſignificatio nota eſt. Et ſine caſualibus quidem aduerbium eſt, adiuncta verò præpoſitio, ut. Ego te eſſe infra oēs infimos puto. Factū ex ſe Inferus, ra, rum, Inferior, Infimus, Infernus. Nam aduerbia huiuſmodi localia, præpoſitionum loco ponuntur, & ediuerſo, vt, Intra uiſcera, pro in uiſcera. Abſq; læſione, pro extra læſionē, & in adulterium dixit, pro cōtra adulterium. Docet Laurentius Valla, infra ad dignitatem & locum referri, ut, Infra dignitatem meā eſt, & infra tectū. Intra ad numerum & ſpatium, ut, Intra viginti dies, & intra muros, nō autem infra. Sed hanc differentiam minus ſeruatā uideo, quod infra etiam ad numerū pertineat. Plin. lib. xi. Oua incubari infra decē dies edita utiliſſimum, vetera autem recentiora infœcunda. Auguſtinus de Petri Cathedra, Tāmen quum infra quadrageſimæ dies hæc ſolennitas uenerit, facere eam nobis debet ſanctorum dierum reuerentia gratiorem. Habet autem Infra relatiuū Supra, ſicut Intra, extra, ſuper, ſubter.

Infractio, nō modo pro nō fractione, ſed etiam pro torpore ponitur. Cicero, In quem cadit egritudo, cadere in eum timorem infractionemq; animi.

Infractus, valde fractus. Vergilius,

Turnus ut infractos aduerſo marte Latinos.

Et infractus, non fractus, vt vir infracti animi, id eſt, qui nullis rebus aduerſis frangitur.

Infrendere, proprie ſignificat dentes iraſcendo quatere.

Infrendes, dicuntur pueri ſine dentibus, qui frendere non poſſunt.

Infringo, is, valde frango, vnde Infractus. Interdum Infringere, eſt illidere & infligere. Terent. in Adel. Plus quingentos colaphos infregit mihi.

Infrio, as, vide in dictione Frio.

Infrunitus, vide Fruniſcor.

Infulæ, pen. corr. faſciæ ſunt in modum diadematum (vt inquit Seruius ſuper lib. xi. Aeneid.) à quibus dependent uittæ ab utraq; parte. Feſt. Infulas ſacerdotum filamentū uocabant. Alii ſcribunt Infulas filamenta alba eſſe, quibus templa ornabātur, & moris fuiſſe, ut nubentes priuſquàm mariti domū ingrederentur, infulis poſtes ornarent. Iuxta primū ſenſum Ambr. lib. ii. Offic. ſumpſiſſe uidetur, quū inqt, Ego raptus de tribunalibus atque adminiſtrationis infulis, ſacerdotiū docere uos cœpi, qđ ipſe nō didici. Hinc Infulatus, a, um, quod eſt infula ornatum.

Infumibulum, ſpiraculum per quod fumus exit.

Infumo, as, pe. pro. ad fumū ſicco, ſicut Inſolo, ad Solem ſicco. Plaut. Atq; hilas infumatas & ſumen.

Infundibulum, inſtrumentum quo in vaſa liquores infunditur. Cato, In cella olearia hæc opus ſunt. Dolia olearia, & opercula, ſeſtarium olearium unū, labellum unum, infundibula duo. Ruſtici noſtrates lurā uocitāt. Antiquiores autem os utris, luram dicebāt, vnde Lurcones, capacis gulæ homines, ut lemasq; nomen acceperūt.

Infundo, is, uide in dictione Fundo.

Infurnibulum, pala qua panes in furno diſponūt.

Ingemo, mis, penul. cor. ualde gemo. Verg.

Daphni tuū pœnos etiā īgemuiſſe leones Interitū.

Ingeniculari, ſignificat genu flectere.

Ingeniculus, ſignum in cœlo quod Græco uocabulo, engona ſin nomināt. Firmicus lib. vi. Ingeniculus q engonaſis, in extremis partibus piſcium oritur. Hoc ſidere nati, erunt mendaces, fugaces, callidi. Hic eſt Hercules (ut Higinus docet) qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede, capitis draconis dextram partem opprimere conatur.

Ingenium, à gignēdo propie natura dr, cui q; ingenita Saluſ. lib. iii. Hiſtor. Caſtriſq; collatis pugna tamen īgenio loci prohibebatur. Teren. Nam qui cū īgeniis cōflictatur eiuſmodi. id eſt, cum hominibus eiuſdem naturæ. Eſt etiam Ingenium uis quædā naturalis nobis inſita, ſuis uiribus præualens ad inueniendum quod ratione indicari poſſit. Cic. lib. v. de Fin. Vna ingenii adpellatur docilitas & memoria, easq; uirtutes qui habent ingenioſi uocātur. unde præclara īgenia, & obtuſa ingenia dicimus. id eſt, acuta, & rudia. Hinc ingenioſus, qui naturalem uim ad aliquid agendum adcommodatam habet.

Ingens, ſecūdū quoſdā à gēte deducitur, eſt enim magnus, & immenſus, & quaſi ſupra gentem. Plus enim eſt ingens, quàm magnus. Teren. Magnas uero agere gratias Thais mihi? Ingentes. Cc.

Ingenuatus, ingenue procreatus, ingenue ultam ducens. Plaut. in Mil. Ingenuatus eſſet.

Ingenuus, qui in libertate natus eſt, & ab ingenuorū antiquitate (ut Boetius in Top. īquit) gentilitas ducitur. Et eſt relatiuum libertini. Eſt enim libertinus, qui iuſta ſeruitute manumiſſus eſt. Vnde interrogare hoc modo ſolemus, Ingenuus ne an libertinus eſt? id eſt, liber natus, an ſeruitute liberatus, ſiue ex libertinorum genere ortus. Hinc Ingenuitas, quæ cōtraria eſt libertinitati. Hinc de Agatha martyre ſcribitur, Summa ingenuitas iſta eſt, in qua ſeruitus Chriſti comprobatur. Rurſus Ingenuum dicitur naturale. Iuuenalis,

Ingenium ulolarent marmora tophum.

Lucre. Vt mare īgenuſontes. Ingenuè aduerbium, liberè & ſimpliciter. Sic īgenuè loqui dicimus, quū quis ita loquitur, ut liberum hoīem decet, nihil timēdum, nihil hñs ſeruile. Quum liberi homines naturaliter fraudem oderūt, quod ſeruile nō eſt, ſed hominem ingenuum pertinet.

Ingero, is, penultima correp. Immiſceo, Intmitto, Ītra gero. Plaut. I Pſeud. Tu qui urnam habes aquam ingere, face plenum ahenum ſit cito. Terentius Ī Andria, Ingeram mala multa.

Ingitas, quaſi īdigitas, paupertas. Plaut. Profectò ad ingitatem lenonem redigxet, ſi eas adduxerit. Cc.

Ingloriuſ, ia, ium, quod eſt ſine gloria, cui cōtrarium eſt inclytum

eſt Inclytum & glorioſum. Vergilius.iiii.Georgico. Ille horridus alter Deſidia, latamq; trahens inglorius aluum. Tacitus, Nec ipſe inglorius militiæ. Syluius libr. xii. Inglorius auſi. Id eſt nequiens efficere quod tentabat.

Ingluuies, uentris rapacitas, & pro gula ſumit. Colu. lib.ix. pro cibo poſuit, Nam niſi uacua eſt ingluuies cruditatem ſignificat. Interdum accipitur pro gulonum heliuatione & voratrina. Gelli. Nomina generaq; eduliũ, & domicilia ciborum, profunda ingluuies inueſtigauit. Apul. accipit pro gurgulione, quũ ait, Reſtis ad ingluuiem adſtricta. Sumitur & pro ſinu gutturis, & capacitate in auibus potiſſimũ quo merguntur recentia cibaria, vt gallinæ, palumbes, perdices, cætera ferè carent eo ſinu, ſed gula patentiore utuntur, ut corui, cornices.

Ingrandeſco, is, dui, grandis fio. Colu. lib.x. At circa calendas Martias, locis apricis, licet porrum (ſi iam ingranduit) transferre.

Ingratis, ſignificat me nolẽte, & nobis nolẽtib'. Plau. in Amphi. Ingratis excitauit. Terẽ. in Heaton. Ea coacta ingratis poſt illa cœpit uictũ vulgo quærere.

Ingraueſco, is, ualde grauis. id eſt, moleſtus fio, & q̃ſi opprimo. Cic. de Senect. Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcũt, animi autem ſe exercendo leuantur.

Ingredior, eris, eſſus. uide in dictione Gradior.

Ingruo, is, non proprie, ſed per tranſlationem ſignificat inuado, inuenio, & impetum facio, à gruum proprietate duplici. Prima, quòd more agminis conuolant. Altera, quòd clamore ſimili utuntur, ut milites in prælio ineundo. Plaut. in Amphi. Noſtri contra ingruunt, uicimus ui feroces. Lactan. lib. ii. Si ſæua tempeſtas, ſi grando ingruat, ad Deum confugitur. Colu. libr. ii. Etiam ingruente hyeme frumenta iaciemus. Dicitur enim de bello, de pluuia, de tempeſtate, de morbo, & huiuſmodi.

Inguina, penul. corre. ſunt genitalia, tam fœminarum quàm uirorum. Mar. Acceſſi quoties ad opus, mixtisq; mouemur inguinibus. Suetonius in Nerone, Virorum ac fœminarum ad ſtipem deligatorum inguina inuaderet, ſcilicet ore.

Inguinaria, herba quæ ſedat dolores inguinis, hãc argemonem uocant.

Inguinum, urbs in Liguria, opibus ac uetuſtate nobilis, nunc Albinga Proculo imperatore Ro. alumno & ciue ornata. De quo Eutropius ſic ſcribit, Proculus patria Albingaũ in alpibus maritimis, idẽ fuit nobilis, ſed maioribus latrocinantibus.

Ingurgito, as, pen. corr. cũ vehementia glutio, gulam redimpleo. Plaut. in Cur. Vide vt ingurgitat impura in ſe merum auariter, plenis faucibus. Cice. in Ant. Idem quum ſe cibis ingurgitaſſet. Lactã. lib. iiii. aliter. Sicut ſus, quæ ſe ingurgitat cœno.

Inhæreo, es, inhærens vel fixus ſto. Col. li. iii. Cacumina deinde oliuæ ſicut matri inhærent utraq; parte adradito, & ita fiſſuræ fici aptato, cuneũq; eximito.

Inhæreſco, inhærens fio. Col. lib. ii. Perexigua cõſpergitur aqua gleba, manuq; ſubigitur, ac ſic glutinoſa eſt, quãuis leuiſſimo tactu inhæreſcit, & picis in morem ad digitos lentescit habendo. Cicero lib. iii. de Na. Deorum, Prouiſum eſt, ut ſi qua minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus aurium tanquã in uiſco inhæreſceret.

Inhalo, as, pe. prod. halitũ inſpiro. Cic. in Piſo. Quũ iſto ore fœtido teterrimã nobis popinã inhalaſſes.

Inhibeo, es, penul. correp. ex in, & habeo, uide in dictione Prohibeo.

Inhio, as, ꝓprie ſignificat ualde os aperio. Per tranſlationẽ uero ponitur pro uehementer cupio. Plau. in Aul. Credo illum iam audiſſe mihi eſſe theſaurũ domi, id inhiat. Gellius lib. i. Dum eius mortem inhio, egomet uiuo mortuus inter uiuos. Nam qui nimia cõcupiſcit, ore patulo incſibit rei expetitæ. Et modò cum datiuo, modò cũ adcuſ. cõſtruit. Apul. lib. xi. In quo roſæ uirgines matutino rore fluebant, his inhians propius acceſſi. Cornel. Taci. Pariter hortis inhians. Plaut. Hæreditatem inhiat quaſi eſuriens lupus. Statius, Fraternos inhiantem obitus.

Inhonores, qui ignobiles ſunt & ſine honore. Ambr. lib. i. Offic. Contrà autem iuſtos, inopes degere, inhonores, ſine liberis. Et Plinius lib. v. Inhonores ciuitates dixit.

Inhorreo, ualde horridus ſum, à quo Inhorreſco, valde horridus fio. Plinius libro decimo. Inhorreſcunt edito ouo, excutiuntq; ſeſe & circumactæ purificant. Aliquando Inhorreſcere, eſt intus horreſcere. Vergilius libro. i. Georgico.

Spicea iam campis quum meſſis inhorruit, & quum
Frumenta in uiridi ſtipula lactentia turgent. Id eſt, horrida facta eſt & intus formata.

Inhumanus, non humanus, ſed diuinus. Apule. lib. v. Lauacro pulcherrimo & inhumanæ mẽſæ lauticiis eas opipare reficit. Aliàs Inhumanus, dr crudelis.

Inibi, penul. correp. ex in & ibi. quaſi intus ibi, uel in hoc, ſiue in eodẽ loco. Apul. Multa inibi dicta ſunt quæ cõmemorare non eſt opus. Plaut. Nos domum properamus, uos inibi adeſte. Aliquando ſignificat mox. Cæcilius, Liber' ne es' non ſum. Verum inibi eſt. Aliquãdo ſignificat inter iſtos. Plaut. In Cap. Praeter captiuos commercatur alios, tantum ſtudens, ut natum recuperet, & inibi emit olim amiſſum filiũ. Aliàs ponitur pro ſic.

Inijcio, is, penulti. correp. proprie intro iacio, immitto, innecto. Plaut. Antequàm hæc in domum iniicias. Terent. in And. Quæ ſeſe in ignem iniicere uoluit, prohibui, Aliquando in aliquid iacio, ut apud eundem. Iniiciam in eum manum. Vnde manus iniectio, dicitur uendicatio rei nobis debitæ, nulla iudicum autoritate expectata. Quint. Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio. Paul. Si Titius ſeruum uendidit ea lege, ut ſi Romæ moratus eſſet, manus iniicere liceret. Emptor alii eadẽ lege uendidit, & ſeruus fugit à ſecundo emptore, & Romæ moratur. Quæro an ſit manus iniectio & cui. Vergi. Iniecere manum Parcæ. hoc eſt, traxerunt debitũ ſibi. Aliquando Iniicere, eſt cum impetu iacere, ſeu impetum facere. Ouidius,

Qua centum quiſque parabat
Iniicere anguipedum captiuo brachia cœlo.
Aliquando ſimpliciter iacere. Plautus, in Epi. Tragulam in te iniicere adornat. idem in Cap. Iniicite huic manicas maſtigiæ. id eſt, innectite. Et in Caſ. Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam meſſ. id eſt, immittam. Liui. lib. i. Iniectæ Turno catenæ. id eſt, impoſitæ. Huius cõpoſitum eſt ſuperiniicio. Verg. lib. 4. Georg. Et raras ſuperiniice frondes.

Inimicitia, ſingulari numero dixit Cic. lib. iii. Tuſcu. Inimicitia ira vlciſcendi tempus obſeruans. Cæſar lib. de Ana. plurali ſemper numero dicendas putat inimicitias.

Inimico, as, cum accuſatiuo, ſignificat inimicũ facio. Horatius, Et miſeras inimicat vrbes.

Inimicor, aris, deponens, inimicitias exerceo, datiuo iungitur.

Inimicus, qui non eſt amicus, et priuatus eſt, hoſtis publicus. Sueto. in Tibe. Scribit etiam ad ipſum hoc familiariter necdum planè inimicus aut hoſtis.

Inde, ſignificat, ex eo loco. Liuius, Ita exercitus inde domos abducti.

Iniquus, ab in, & æquus, æ, in i, productam conuerſa, & idem eſt quod non planus. Vnde loci iniqtatẽ dicimus. Per tranſlationẽ verò de hominibus impiis, ſeu improbis dr. Et iniqtas pro iniuſtitia ſumitur. Aliquando capitur pro magno. Verg. Iniquo põdere raſtri. Aliqñ pro anguſto. Idem, Verũ hæc ipſe quidem ſpatiis excluſus iniquis. Prætereo.

Initiarius, a, um, quod ad initium pertinet. Quintilia. libro primo. Neq; enim eſt ſanctius ſacris iiſdẽ ſtudiis initiariis.

Initio, as, ſacris imbuo. vnde Initiatus, ſacris ĩbutus. Hierony. in Exo. Poſtquàm initiaueris manus eorũ. Id eſt, conſecraueris & ſacris addicaueris. Cicc. ait myſteria adpellari initia, quibus ex agreſti uita exculti ad humanitatem ſumus, tanquàm ea ſint uitæ principia. Dies interiorum dicũtur à Liuio, quibus ſolennia ſacrificia celebrabantur, quibus nefas erat ineſſe nõ initiatos. Aliàs Initiari, eſt inchoare & auſpicari. Firmicus. Ver initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingreſſus. Et Initiari dicuntur pueri, quum à lacte & à cunis tranſeunt, vt cibo firmiori alantur. Nam apud Varronem, legitur initiari pueros Eduliæ & Potinæ & Cubæ, deabus edendi & potandi & cubandi. Reperitur etiã Initior deponens, vt in Pſal. Et initiati ſunt Beelphegor. Eſt et Initiare, incipere.

Initium, exordiũ, ab initio, is. Et Initia Cereris ſacra dicuntur. Varr. lib. ii. de Re ruſt. A' ſuillo pecore immolandi Initium primum ſumptũ videtur. Cuius veſtigia quòd initiis Cereris porci ĩmolantur, & quòd initiis pacis fœdus quũ feritur, porcus occidit. Alio noĩe Initiationes nuncupãtur. Quæ (vt ait Tertul.) ſemper arcent profanos, & arbitris carent.

Inito, as frequentatiuum ab Ineo. Diomed. Ineo, is, Inito dicimus, Pacuuius Loca arida initas.

Iniuges, hoſtiæ, vocabantur quæ nunquàm domitæ, aut iugo ſubditæ fuerant.

Iniungo, is, impono, demando, vt, Iniungo tibi hoc onus. Propriè tñ Iniungere, eſt intus vel ſupra iungere. Colu. lib. vii. Iugumq; quarto die accipiunt, cui ramus illigatus temonis vice traiicitur. Interdũ & pondus aliquod iniungitur, vt maiore niſu laboris exploretur patiẽtia. Idẽ lib. v. Ita q; pingui terra ſingulis brachiis licebit bina iniungere flagella.

Iniuria, ex eo dicta eſt, quòd nõ iure fiat. Omne enim quod non iure fit, Iniuria dr, ſiue verbis, ſiue re. Re quum manus inferuntur, verbis, quum fit conuitiũ. Specialiter verò Iniuria dr contumelia, quãuis (vt quidam volunt) ab inuicem differant, quòd Iniuria ſit in verbis, & ideo leuior, contumelia in factis. Pacuui. Patior facile iniuriam, ſi eſt vacua à contumelia. Quandoq; Iniuriam dicimus damnum, culpa datum. Quandoq; iniquitatem, vt quum quis inique ſententiam dixit, quòd iure & iuſtitia caret. quaſi non iuſtam. Nonnunquam Iniuria aduerbialiter ſumitur pro immeritò.

Iniurioſus, qui iniuriam facit, Iniurioſus, a, um, iniuria plenum.

Iniurius, a, um, quod eſt iniquum. Plautus in Au. Si mihi dat operam me illi iraſci iniurium eſt. Aliquãdo Iniurium aduerbium ponitur. Teren. in Hecy. Iniurium autem eſt, vlciſci aduerſarios. Vbi Don. Iniurium iniquum. Indignantis modo ſignificatio eſt, & vim aduerbii habet.

Iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris.

Innitor, penul. produ. vide in dictione Nitor.

Inno, nas, per duplex nn, ex in & no, quaſi intus no, à quo Innato, tas, frequentatiuum.

Innocuus, actiue accipitur pro eo qui nõ nocet. Pli. lib. viii. Eoſdẽ peſtiferos ferũt in Græcia, Innocuos eſſe in Sicilia. Paſſiue vero pro eo cui non nocetur. Verg. Et ſedere carinæ Omnes innocuæ. id eſt, ſine detrimento.

Innoteſco, is, notus fio. Lactan. lib. i. Deniq; à doctis huius ſeculi quibus fortè ſcripta eius innotuerunt, derideri ſolent.

Innoxius, dicitur qui non nouit nocere.

Innuo, is, ſigno aliquo capitis uoluntatem oſtendo, ſiue affirmo, ſiue negem.

Ino, nomẽ Cadmi, & Hermiones filiæ, vxoriſq; Athamantis Thebarum regis, & Liberi patris nutricis. Eadem (Cicerone teſte) eſt. quæ Leucothea, id eſt, alba Dea, à nobis vero Matuta, quæ & Aurora dicitur. onde Ouidius in Faſtis.
Leucothee Graiis, Matuta vocabere noſtris.
Fabulam Inonis Ouid. lib. iii. Meta. refert quemadmodum Inocum Melicerta filio propter timorẽ de ſcopulo ſe præcipitem miſit in mare, amboq; facti ſunt Dii marini. Illa Leucothea, Melicertes Palæmon, qui & Portunnus, uocati ſunt.

Inocco, as, ſignificat cooperio, quod fit quum ſemen in agro ſeminatum eſt, & glebas ſarculis, aut cratibus diſſoluimus, vt ſemen humo contegatur. Colu. lib. ii. Nam ſemen quod ſicco ſolo iniectum & ſimul inoccatum eſt, perinde ac ſi repoſitum in horreo nõ corrumpitur. Componitur autem ea in & occo, as,

quod eſt comminuo. Sed de Occo alibi.

Inoculo, as, pen. cor. ſignificat oculũ vnius arboris alteri adhibeo, ſeu oculũ in arbore aperio. Colu. lib. xii. His quidem diebus arbores ficorum inoculanť. Quod genus inſitionis, emplaſtratio uocatur. Plinius lib. xvii. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua.

Inodorus, ra, rum, quod eſt ſine odore.

Inofficioſum teſtamentum, (vt inquit Paulus) dicitur quod non ex officio pietatis paternæ confectũ eſt, filiis ſine legitima cauſſa exheredatis.

Inoleſco, ſcis, leui, lui, etum, & itum, ſignificat creſco, grãdis ſio. Auguſt. Miror apud quoſdam infideles, vnde tam pnicioſus error inoleuerit, ut ſuper tumulos defunctorum cibos & vina conferant.

Inopioſus, a, um, ſine ope. Plautus, Sæpe ego res multas tibi mandaui, dubias, egenas, inopioſas conſilii.

Inops, pauper, vnde Inopia, paupertas. Aliquãdo dr ſine ope, ſine auxiliõ. V ñ Inopem animi, Inopẽ prudentiæ dicimus. id eſt, ſine ope animi, ſine ope prudentiæ. Auguſt. lib. 4. Con. Ardor inops prudentiæ. Iſigitur enim cum genitiuis omnium rerum, Aliquãdo Inops dicitur inſepultus. Verg. lib. vi.
Hæc omnis quam cernis inops inhumataq́ turba.
Ex iure enim pontificio terra iniiciebatur, & circa cadauera & circa abſentium corpora quibuſdam ſolẽnibus ſacris additis. Inops igitur ſine terra quæ ops dicitur, qui nullius poſſeſſor eſt. Pauper, cui ſuæ res non ſufficiunt.

Inora, dicuntur animalia ſine ore, qualia ſunt Aſtomi Indiæ populi, halitu tantum viuentes & odore.

Inphronitus, pen. prod. dicitur inſolens & impudẽs. Græci ἄφρονα. imprudẽtem dicunt, vide ſupra in dictione Fruniſcor.

Inpoſterum, penultima correpta, vide in dictione Poſtremo.

In primis, penul. prod. duæ partes ſunt, & eſt aduerb. ſignificatq́ ante omneis, vel ante omnia, vel vnum ex primis. Saliu. Quæ quidem res in primis mihi videtur cauſſa fuiſſe facinoris maturandi. Imprimis cum m, ante p, ab imprimo uerbo eſt, habetq́ penultimam correptam.

Inquies, etis, pro inqetus, a, um, generis omnis, vel figuratè iſigitur neutro generi. Sall. li. i. Hiſto. Humanum genus inqes, atq; indomitũ. Hinc Inquieto, as, pen. prod. Colu. libr. ix. Ne incubantes matrices ab aliis auibus inqetentur. Liui. Iam ſibi ſatis gloriæ quæſitũ, ei potuiſſe ſe deſinere ni animus inquies paſceretur opere. Apul. lib. i. Qua cõtentione & inqetis procacitate præditus aſinus. Plin. ſubſtantiuum poſuit lib. xiiii. pro inquietudine quũ ait. Furiales ſomni & inquies nocturna. Gellius ſimiliter, Vt interea labor hic vigiliarum & inquies ſuauitate paulisper uocum atq; modulorum, acquieſceret.

Inquilino, as, habito, à quo Inquilinatus, us, pro incolatu. Aug. in Expoſitione Pſal. Quò migrandum eſt ex hoc inquilinatu.

Inquilinus, penultima prod. ex In & colo, pro habito, vide in Colo.

Inquino, as, pen. corr. maculo, deturpo. Horatius lib. i. Serm. Mẽtior, at ſi quid merdis caput inqnet albis Coruorum. Lact. libr. vi. Pecudum ſanguis effuſus, quo aras inquinãt. Cice. lib. i. Tuſcu. Quibus ex cali velut domeſticis vitiis, atque flagitiis ſeſe inquinaſſent. Fit autem à cunio, is (vt inquit Feſt.) Cunire vero eſt ſtercus facere. Huius compoſitum eſt Coinquino. Colu. lib. viii. Totam progeniem coinquinat, ſi quidem celeriter quum alia pecora, tum præcipue oues contagione uexentur.

Inquio, is, defectiuum eſt, & ſignificat dico. Cic. tamẽ libr. ii. de Ora. Attẽdere & aucupari uerba oportebit inquio, vt ea quæ ſunt frigidiora uitemus. Idem in eodem, Tu inquiſti moleſtus non eris. Et lib. iiii. ad Heren. Quid tibi vis aliquis inquiat.

Inquiro, is, pen. produ. quaſi intus quæro, unde ſit Inquiſitius, aduerb. comparandi, quod ſignificat, piu dentro cercando. Apud Gellium.

Inſanio, is, iui, itum, à ſanus cõpoſitũ & deriuatũ putatur, pro inſanias facio, ſiue inſanus ſum. Q. ſi q. & Inſanire, eſt carmen cõponere. Verg. Inſanire libet. Nam Inſani, enthei dicũtur. id eſt, Deo pleni.

Inſanus, penul. produ. non ſanus, qui non eſt ſani conſilii, & qui non habet mentem integram, unde inſania, ſtultitia, quæ & Inſanitas dicitur. Cice. Inſipientia autem quaſi inſanitas, eademq́ dementia. Item Inſanus, magnus dicitur. Vergilius,
Inſani feriant ſine littora fluctus. Perſius,
Inſani dicta Catonis. Inde inſanè, aduerb. ſi uehemẽter, ppterea quòd inſani oĩa uehementer faciũt (inqt Var.) Item ualde ſanus. id eſt, doctus. Perſius,
Et inſanum multum laudanda magiſtro.
Habet enim In, uim intentiuam. Sic Inclytus, Inſtactus, & multa alia. In hoc tamen loco accipi cõgrue poteſt, pro nimis cõcitato ad curã diſcipuli, à quo ſubuereretur reportare notam indiligentiæ. Nam præter notam ſignificationem, peruiuaces & intractabiles adpellabant Inſanos. Contentioſi quoq; qui nũquàm ſuccumbebãt. aliosq́ improbabant, inſani uocati ſunt. Plato in Sympoſio, Vnde vero inſani cognomen tibi exortum ſit neſcio, ſemper enim in loquendo te, & alios improbat.

Inſcitia, ignorãtia. ab inſcitus, ta, tum participio.

Inſcius, & Conſcius, cõtraria ſunt, & à ſcius compoſita. Inſciens, unde Inſcienter, & Inſcientia, quæ cõtraria ſunt ſcientiæ. Cicero lib. Acad. Sed inter ſcientiam & inſcientiam comprehenſionem illam collocabat. Aliquãdo Inſciens capitur pro ſtulto, & aliquãdo pro ignaro.

Inſcribo, penultima producta, intus, ſiue ſupra ſcribo. Cic. lib. i. Tuſcu. Quid noſtri philoſophi, nõ' ne in his ipſis libris quos ſcribũt de contemnẽda gloria, ſua nomĩa inſcribũt? idem Caſſio, In ſtatua quã poſuit in coſtris, inſcripſit, Parenti optime merito. Interdum Inſcribere, ſignificat nominare, ſiue intitulare. Lactant. libro primo. Minutius felix in eo lib. qui Octauius inſcribitur, ſic argumentatus eſt. Interdum dilacerare. Vergilius,
Et uerſa puluis inſcribitur haſta. Plautus, Corpus

tum virgis vlmeis inſcribam. id eſt, inſignibo.

Inſcriptus, quandoq; pro non ſcripto ſumit, ut apud Varronem lib. ii. Itaq; greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum, atq; ad publicanum profitentur ne ſi inſcriptũ pecus pauerit lege cenſoria committat mulctor.

Inſecta animalia ſunt partim terreſtria, vt ſcolopendræ, ſtelliones, partim volucria, ut apes, veſpæ, partim eã vtroq; participantia, vt formicæ, partim pennis et pedibus carentia, vt tineæ quæ in homine naſcuntur. Dicta inſecta ab inciſuris, quæ nũc ceruicũ loco, nũc pectorũ ſunt atq; alui. Hæc Albertus Magnus adpellat annulata, Ariſtot. et Græci ἔντομα.

Inſequor, pe. cor. ſequor, vel inſequendo ſequor. Ver. Inſequitur clamorq; virum ſtridorq; rudentum. Et inſequi, proſequi. Quint. Quum eum maledictis inſequeretur.

Inſero, is, pen. cor. inſerui, inſertũ, ſignificat immitto, ſiue vnio. Quando facit inſeui, inſitum, de arbore dicitur, quando ſcilicet ſciſſo trunco, ſurculus fœcundæ arboris inſeritur in ſterili, ſiue quũ oculus vnius arboris alteri adhibetur, quod quidam inoculationem vocant, vel quando ſeminatur aut plantatur. Verg. Inſere nũc Melibœe pyros, pone ordine vites. Col. lib. iii. Vitem quam inſiturus es reſecato et plagam leuato, atq; ita findito, et paratos ſurculos in fiſſuram dimittito, eatenus, quà adraſi ſunt. Idẽ, Inſita eſt fructuoſior, quàm quæ inſita non eſt. id eſt, quàm quæ cum ramis aut plantis ponitur. Per tràſlationem Lact. lib. v. Odium et inuidiam et dolũ hominibus inſeuit, ut tam eſſent quàm ſerpentes venenati, tam rapaces quà lupi. Leo Papa pro vnire exẽplum poſuit, Quoniam (inquit) filius Dei venit ſoluere opera diaboli, et ita ſe in nobis, nosq; inſeruit ſibi, ut Dei ad humanam naturam deſcenſio, fieret homini, ad diuinam prouectio. Hierony. ad Pamma. Quid neceſſe fuit me latentem inſerere quæſtioni, opponere inuidiæ plurimorũ. id eſt, immittere. Col. Nauſea diſcutitur ſi integrum gallinaceum crudum ouũ ieiuni faucibus inſeras. Diome. Inſeror, inſertus et inſitus facit. Et tradunt quidam Inſitus arborum eſſe, Inſertus hominis vel alicuius rei. Serui. Inſitas arbores dicimus, inſertas vero cauſſas aut fabulas. Pli. lib. x. Penna per tranſuerſas inſerta nares.

Inſerto, as, frequentatiuũ ab inſertum formatũ. Verg. Hic ferro accingor rurſus clypeoq; ſiniſtram Inſertabam, aptans meq; extra templa ferebam.

Inſeruio, is, vide in dictione Seruio. Dicimus autem Inſeruio tibi, et inſeruio te. Plautus, Non meretricũ eſt, vnum inſeruire amantem.

Inſideo, des, penultima correpta, ſedeo, ſeu ſupermaneo, ſto. Lactant. libr. v. Et iuſtus ille nactus fuerit aliquem ſaucium, equo inſidentem. Aliquando intus ſedeo, ſeu ſto. Cic. libr. iiii. Tuſcul. Quum autem hic feruor cõcitatioq; animi inueterauerit, et tàquã in venis medulliisq; inſederit. Aliquando doloſe quempiã expecto. unde Inſidiæ, et inſidior. Aliquãdo obſidere, et modo cum accuſatiuo conſtruitur. Liuius lib. de ſecundo bello Puni. Mago locũ mõſtrabit, quem inſidebatis. Modo datiuo. Verg. ll. xi. Arripuitq; locum et ſyluis inſedit iniquis. Liui. lib. ix Inſeſſis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio ſubuehebatur.

Inſidiæ, falaciæ. Cic. lib. iii. Offic. Sunt'ne igitur inſidiæ tendere plagas. Propriæ doloſa expectatio ad aliquem aggrediendum inſidiæ dicuntur, quæ clàm inſident, vt hoſtes fallantur.

Inſidior, aris, inſidias tendo. Salu. in Iugur. Adherbalem vitæ ſuæ dolis inſidiatum eſſe.

Inſidioſus, qui ſæpe inſidiatur, à quo Inſidioſè, quod eſt cum inſidiis. Cic. lib. iii. Offic. Ratio ergo poſtulat, ne qd inſidioſe, ne qd ſimulate, ne qd fallaciter.

Inſido, is, pen. correp. ſignificat ad intus habitandum, ingrediendum'ue uado. Lactan. lib. vi. Vitanda ergo ſpectacula omnia, non ſolum ne quid uitiorum pectoribus inſidat. id eſt, ingrediatur ad ſtandum. Stat. lib. The. paſſuum protulit, Summis inſiditur aſtris. Conſtruitur et cum accuſatiuo. Verg. libr. v. Viam inſidere.

Inſignia, dicuntur ea quæ in ueſtibus, uexillis, et huiuſmodi inſignita ſunt, aut ipſæ ueſtes, uexilla, et alia quæ fiunt aut feruntur, ita, ab aliis diſcreta, ut noſci poſſint cuius ſint, et ad quos pertineant, ut ueſtes militares, et inſignia militaria, regalia, conſularia'ue, quibus acies ab acie, eques ab equite, rex et conſul à uiro priuato cognoſci debet. Vergilius lib. ii. Danaumq; inſignia nobis Aptemus clypeos. Liui. libr. i. Ipſe en ille noſtris decoratus inſignibus magnifice incedit. Sal. Cum faſcibus atq; aliis imperii inſignibus ad Manliũ in caſtra tendit. Mos enim fuit antiquorum, ut benemeritis inſignia tribuerent magiſtratũ. Vñ ſcribit Tacitus decreta fuiſſe Narciſſo quæſtoria inſignia, à Claudio Cæſare. Ab eodem inſignia præturæ Criſpino decreta fuerunt. Et non ſolũ ſunt ſigna et ornamenta ob uirtutem adepta, unde inſignia laudis, et inſignia gloriæ dicimus, ut Cic. Appio, inſignia enim uirtutis, multi etiã ſine uirtute adſecuti ſunt. Verumetiam quicquid aliqd oſtendit, inſigne dicitur.

Inſignio, is, iui, itũ, ſignis noto, ſeu diſtinguo, ut apud Claud. lib. i. Hic elementorum ſeriem, ſedesq; paternas Inſignibat acu. Cicero lib. iiii. ad Heren. Si quã rem deformabimus turpem aut cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam, iudicemos quò magis inſignita ſit forma.

Inſignis, & hoc Inſigne, ex in & ſignum, ſiue ſignis componiť, ἑλληνικοὶ δὲ λέγουσι περίσημον ἐκ τοῦ περὶ καὶ σημαίνω. Id eſt, Græce dicunt περίσημον ex uerbo σημαίνω, & περὶ. Et proprie dicitur excellẽs, qui in aliquibus cernitur eſſe ſignis qbus noſciť vel noſci poteſt, ut in coloris et ueſtiũ, rerumq; uarietate noſcitur ſiue noſci poteſt, eſſe eum probum uel improbum. Seu quia ſigna quũ ſint indicia rerum, ſemper eminent. manifeſtaq; ſunt. Sic uiri uirtute excellentes, omnibus ſunt noti. Cicero lib. iii. ad Herenn. Idem fit in imaginibus, ut quæ nobis diligenter notæ ſunt, hæ parum uideantur inſignes aliis. Hic Cic. eo quòd prius dixit notæ, aperuit Inſignes ſignificare

care notæ ſiue notabiles. Verg. lib. III. Georgi.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis et albo.
Liuius lib. I. Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit, inſigniq́ eum veſte, et curuli regia ſella adornauit. Vergil. lib. IIII.
Oſtroq́ inſignis et auro Stat ſonipes.
Hoc loco inſignis, inſtratus, quaſi inſignitus. Ad facinus tranſtulit Terent. in Eun. Iandiu aliquam cauſſam quærebat ſenex, quamobrem aliquid inſigne faceret. Dona. Inſigne aliquid magnum, et nobile facinus, Ad virtutem. Vergilius,
Inſignem pietate virum id eſt, illuſtrem, magnum, ſiue nobilem, præclarumq́ ac præſtantẽ. Aliquãdo ad vitiũ. Et latrones inſignes uocamus, q maiore manu maioreq́ audacia graſſantur, vt in Euang. Habebant aũt vinctũ quendam inſignem, qui ſi de ſeditioſo et homicida dicatur. Et inſignia ſcelera, à Tacito dicuntur. Omne enim quod excellit, ſiue illud ſit vitium, ſeu virtus, Inſigne dicitur. Vnde etiã quandoq́ ſimpliciter pro magno ſumitur. Lucil. Cocus nõ curat caudam inſignem eſſe, modo pinguis ſiet. Ab inſignis, ſit inſignitas pro claritate.
Inſignitè, penult. produ. aduerbium, ſignificat cũ notæ indicio. Cic. Nec improbum notari aut vituperari inſignite poſſet.
Inſigniter, etiam aduerbium, ſignificat ſummè, clarè apertè. Apuleius, Homo inſigniter malus.
Inſilio, is, pen. cor. inſilui, inſiliui, vel inſilii, inſultũ. vnde Inſulto, ſignificat intro aut ſurſum ſalto. Statius lib. IX. Theb. Inſiliere vadis magnoq́ fragore ſolutus Agger. Luc. lib. III.
Inſiluitq́ ſolo nociturus pondere puppi.
Inſimul, ex in, et ſimul, ſignificat vnà.
Inſimulo, as, pe. cor. adcuſo, crimen ingero. Cic. Treb. Hic tu me etiam inſimulas nec ſatisfactionem accipis. Iungitur etiã quãdoq́ genitiuo. Terẽt. in Phor. Si herum inſimulabis auaritiæ, male audies. Vnde Inſimulatio, quæ (vt inquit Donatus) eſt falſi vel veri criminis incuſatio. Eſt et inſimulare, fingere. Cicero lib. III. Offic. Solus neglexit fidem, furere inſimulauit, ne coiret inſtitit.
Inſinuatus, inflexus, complicatus, compreſſus. Apul. lib. IX. Siccine vacuus, et ocioſus inſinuatis manibus ambulabis mihi. Tali enim habitu manus ocioſorũ complicantur. Liu. dixit compreſſis manibus, cuius hæc ſunt verba ex libro. VII. Quid aliud cauſſæ eſſe credamus, quur veteranus dux fortiſſimus bello cõpreſſis, quod aiunt, manibus ſedeas.
Inſinuo, as, vide in dictione Sinuo.
Inſipidus, et inſipide, vide Sapidus.
Inſipiens, id eſt, non ſapiens, qui nõ cogitat quæ agenda ſunt, vide infra in dictione Stultus.
Inſiſto, ſtis, quaſi inſirmo Vergilius lib. XI.
Vtq́ pedum primis infans veſtigia plantis
Inſtiterat, iaculo palmas armauit acuto.
Et Inſiſtere, eſt operã dare Hiero. in Prolo. Tob. Sed melius eſſe iudicãs phariſeorum diſplicere iudicio, et epiſcoporum iuſſionibus deſeruire, inſtiti vt potui. Item ſollicitare, urgere. Pli. Frequenſq́ vt id ageret, inſiſtebat. Cic. ad Herennium aliter. Nunc identidem noſmetipſi vobis inſiſtemus, res enim communis agitur. Id eſt, uim faciemus.
Inſitio, ipſe inſerendi actus. Colu. lib. III. Tria autẽ genera inſitionum antiqui tradiderunt.
Inſititium, dicitur illud in quo aliquid inſertum eſt.
Inſitium lignum, quod inſitum eſt. Colu. lib. III. Terrã circa arborem aggeratu, vſq́ ad ipſum inſitum. Et item, Paleato luto bene ſubacto oblinito totã plagam, et ſpatium quod eſt inter ſurculos vſquequo, vt duobus digitis inſitia extent.
Inſitium, ab inſectione, dictum pulmenti genus, ex inſectis et minutatim tritis carnibus confectũ. Apud Apitium ſæpe fit mentio de inſitiis.
Inſitiuus, a, um, quod inſeritur. Gelli. Corpusq́ et animam bene initiatis primordiis inſitiuo, degeneriq́ alimento lactis alieni corrumpere.
Inſolens, pen. cor. ex in et ſolẽs, ſiue ab inſoleo, licet nuſquàm legatur, et ſignificat inſuetum et inſolitũ, vnde inſolentia, arrogãtia. Cic. pro Deiota. Moueor et inſolentia loci. Sal. Inſolens vera audiendi. Gell. libro primo, Atq́ id quod à C. Cæſare excellentis ingenii ac prudẽtiæ viro, in primo de analogia ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atq́ in pectore, vt tanquam ſcopulum fugias inauditum atq́ inſolens verbum. Per tranſlationem ponitur pro ſuperbo et arrogante, qui præter legem agit humanã atq́ naturalem. Et quem audacem, vel præſumptuoſum dicere ſolemus. Quod eſt, quum quis audet facere, vel dicere, quod ipſe non ſolet, vel quod ab aliis modeſtis viris fieri aut dici non ſolet. Cic. pro Marcel. Et victoria quæ ſui natura inſolens eſt. Inſolenter, arroganter.
Inſolitus, nõ ſuetus. Aliquando præter ſolitum Gell. Intempeſtiue ac inſolite diſſerebat.
Inſolo, las, pen. prod. ad Solem ſicco, vnde Inſolatus, in Sole ſeu ad Solem ſiccatus, vel penitus tactus aut calefactus. Colu. lib. V. Super hoc materiæ quæ fructum habent, melius conualeſcunt, et uuæ commodius inſolatæ præcoquuntur. Inſolare quoq́ puellæ crines dicuntur, dum faciem tectæ paſſos ad Solem tenent candicandi gratia. Et ipſi crines inſolati dicũtur. Plin. Ceram viraceo crate ſub dio ſiccant, Sole Lunaq́. Hoc enim candorem facit, ſi ſic ſiccatur. Et ne liquefaciant, protegũt tenui linteo. Candidiſſima vero fit poſt inſolationem iterum recocta.
Inſolum, veteres pro inſolitum dixerunt. Afra. O ibi ſtatem ſenectuti tuæ maliſ metui, quod inſolum nõ venit cæco ac dementi.
Inſomnia, vigilia. Inſomnium, phantaſma, vide in dictione Somnus.
Inſomnioſus, q multũ ſomniat. Cato. Omnis qui inſomnioſus eſt, hac eadem curatione ſanum facies.
Inſonus, na um, pe. co. q eſt ſine ſono et ſtrepitu. Apu. Inſono ueſtigio me perducit. Sic abſonũ, ſine ſono.
Inſpectius, aduerbiũ ſignificat minus inconſyderate.
Inſpecto, as, continue ſeu attente intueor. Gelii. lib. I. Ibidem in ſtadio Inſpectante populo, in oſculis atq́ manibus filiorum animã efflauit. Vnde et inſpecta-

re, pro cuſtodire ponitur. Suetonius in Cæſ. Sunt qui putent conſilium eũ nouiſſimo illo ſenatus cõſulto, ac iureiurando etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladiis inſpectantium ſe remouiſſe

Inſpicio, is, penult. correp. intus ſpecio, ſeu valde intueor. Terentius in Adel. Deniq; inſpicere tanquàm in ſpeculum vitas hominũ iubeo, atq; ex aliis exẽplum ſumere ſibi.

Inſpico, as, penultima producta in modum ſpicæ vel ſpici acuo. Vergilius lib. i. Georgicorum,
Ferro q; faces inſpiciat acuto. Serui.
Acuto ferro, incidit ad ſpeciẽ & imaginem ariſtarũ.

Inſpiro, as, pen. prod. ſignificat diuino quodam ſpiritu in mentem iniicio, unde dicimus ſanctos Dei homines, inſpiratos fuiſſe locutos. Et Inſpirare, intus ſpirare, hoc eſt, ſpiritum ſeu ventum infundere. Colu. lib. i. Sed granaria ſcalis adeãtur, & modicis feneſtellis, aquilonibus inſpirentur.

Inſtans, nomen ſubſtantiuum, dicitur minimum temporis momentum quod imminet & præſens eſt. Vnde etiam apud Dialecticos tempus inſtans, dicitur quod eſt præſens. Cic. lib. iiii. Tuſcul. Quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem inſtantia. id eſt, præſentia vrgentiaq;.

Inſtanter, aduerbium, ſignificat ſedulò.

Inſtantia, ſedulitas. Hieron. Mirari non deſino exactionis veſtræ inſtantiam. Exigitis enim, vt librum Chaldæo ſermone conſcriptum, ad Latinum trahã.

Inſtar, indeclinabile: licet Probus inſtaris genitiuum dixerit, quod & ſine præpoſitione, & cum præpoſitione inuenit. Et modo ſignificat ad æquiparationem. Colu. lib. iii. Vineam nouellam gemmas agere ſinito ſimulq; atq; pampinus inſtar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato. Modo ad menſuram, vt apud eundem lib. i. In campo rarius, in colle ſpiſſius acerui ſtercoris inſtar quinq; modiorum diſponentur. Modo ad ſimilitudinẽ, ut illud Cic. accipi poteſt: Amaui autem quæ ſiunt non vici, ſed vrbis inſtar. Et in Piſonem: Vnus ille dies mihi quidẽ immortalitatis inſtar fuit, cum ſenatu egreſſum vidi populum Romanum vniuerſum. Suet. in Cæſare: Cuius etiam (ſcilicet equi) inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit. id eſt, effigiẽ conſimilem. Solinus cum præpoſitiõe, Meſopotamiam opimat annuæ inundationis exceſſibus, ad inſtar amnis Aegyptii terris ſuperfuſus, inuecta ſoli fœcunditate.

Inſtatio dicitur quaſi imminẽtia, ab inſto, as, Amb. li. de Reſur. Quomodo laudabis hominem priuſquàm inſtatio mortis ſucceſſerit?

Inſtauro, as, non ab inſtar deſcendit (ut quidã putauere) ſed compoſitũ eſt ab in, & ſtauro. Vnde & Reſtauro. Nam integro quod inſtauro ſimile eſt in ſignificatione, compoſitum quidem eſt quia a tegro habetur. Et vnde compoſitum eſt a tegro, inde & integro. Vnde & cõtamino, inde & attamino, & multa huiuſmodi. Sic vnde Inſtauro, inde et Reſtauro: quorum ſimplicia quum non ſint in vſu, compoſita habent, quod præpoſitiones cum quibus iunguntur, aperte declarant. Præterea quum integrare idem ſit quod inſtaurare, nimirum inſtaurare integrare eſt. In quo tantum ab inſtar diſtet, animaduertere licet. Terent. in And. Amantium iræ amoris integratio. Vbi Dona. Integratio, inſtauratio. Integrare verò (vt inquit Feſt.) eſt in ſtatum redigere, non ad ſimilitudinem prioris ſtatus dixit: ſed ſimpliciter in ſtatum redigere, vtcũq; ſit ſtatus. Similiter Inſtaurare, dicimus in ſtatum redigere: nõ ad ſimilitudinẽ prioris ſtatus facere. Vnde Verg. per tranſlationem dixit. Inſtaurati animi regis ſuccurrite tectis. Id eſt, quaſi recreati, ſiue validi facti. Super quod Seruius ait, Hinc oſtenditur eos ſuperius defeciſſe, & non dicit ad ſimilitudinem antiquam conualuiſſe. Et raro euenit, vt euerſa ædificia ad ſimilitudinem priſtinam inſtaurentur. Liuius lib. iiii. Nam Phaliſci perpelli ad inſtaurandũ bellum, neque clade Romanorum, neq; ſociorum precibus potuere. Inſtaurandum nõ ad ſimilitudinem priſtini gerendum, ſed integrandum & denuo inferendum. Sic Cic. de prouinciis conſularibus in Piſonem & Gabinium, Bellum affectum videmus, & ferè vt ita dicam, cõfectum, periculum ſit ne inſtauratas maxime belli reliquias ac renouatas audiamus. Verg. lib. iii. Ergo inſtauramus Polydoro funus. Id eſt, integramus, ſupplemus, et facimus funus: quod fieri pro loco & tempore concedebat. Idem lib. vii. Certatim inſtaurant epulas, id eſt, denuo imponunt. Quum ergo Inſtauro nihil in ſignificato conueniat cum inſtar, nullo pacto ab inſtar formari dicendum eſt: præſertim quum nec ad analogiam pertineat, quòd inſtaro non inſtauro facere deberet. Reſtauro autem, quamuis penè aboleuerit, & pro eo Inſtauro ſæpe poſitum ſit. Lactan. lib. vii. vſus eſt pro reduco ſeu reformo, renouo reficio &c. Verum ille quum deleuerit iniuſtitiã, iudiciumq; maximum fecerit, ac iuſtos qui à principio fuerunt ad vitã reſtaurauerit, mille annis inter homines verſabitur. Non enim ad antiquam ſimilitudinem reformauerit intelligendum eſt quum longè elegantiori forma ſint iuſtorum corpora reficiẽda, quàm ea quam prius habuerant.

Inſterno, is ſuper ſterno, operio, extendo vñ Inſtrata, equorũ ornamẽta dicunt. Et inſtratus, lectus dr, ve ſt: ſtragula ex cultus. Vlpi. Inſtratum ſignificat omnem veſtem ſtragulam inſternendi cauſſa paratam.

Inſtingo, is, xi, ctum, intus cõmoueo. Lact. lib. vi. Ergo vero eos qui vera imprudẽtes loquuntur, ſic habendos puto, tanquàm diuinet ſpiritu aliquo inſtincti. Val. Max. lib. i. Samii Prienenſibus auxiliũ aduerſus Caras implorãtibus, arrogãtia inſtincti pro claſſe & exercitu, lembulum eis deriſus gratia miſerunt. Hinc Inſtinctus, us, ipſa commotio, vnde dicimus aliquid ſpiritus ſancti inſtinctu factum eſſe.

Inſtigo, as, pen. prod. ex in, & ſtigo componi videt, vt ſit ſtigo, ſtimulo, & inſtigo, inſtimulo, & tã in bonum quàm in malum ſumitur. Terent. Age, ſi hic nõ inſanit ſatis, inſtiga. Hoc modo componuntur Caſtigo, quaſi ad id quod caſtum eſt ſtimulo. Fuſtigo, fuſte ſtimulo vel ferio.

Inſtita, pen. cor. tenuis faſciola (inqt Acron) quæ ſto

læ ſinam partem ambit. Horatius:
Nil medium eſt, ſunt qui volunt tetigiſſe, niſi illas,
Quarum ſubſuta talos tegit inſtita veſte,
Contrà alius nullã niſi olenti fornice ſtantẽ. Qui in
Arte, Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris,
Quæq́ tegis medios inſtita longa pedes.

Inſtito, as, penult. correp. ſæpe contra ſto, pugno. Cæſar lib. i. Id conſpicati Heluetii qui in mõtem ſeſe receperant, rurſus inſtitare & prælium redintegrare cœperunt.

Inſtitor, pe. cor. negociator, ex eo dictus eſt (ut Vlp. inquit) quòd negocio gerendo inſtet: nec multum refert tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alii negotiationi, quum interdũ etiam ad homines honeſtos afferant merces, & ibi vendant. Hier. ſuper lib. Prouerb. Inſtitor negociator, quòd ab eo ſ.c dr, quòd pro acquirendis multiplicandiſq́ mercibus ſedulus inſiſtat. Idem contra Iouī. Anus, et aurifices, & hariolos, & inſtitores gemmarum ſericarumq́ veſtium ſi intromiſeris periculum, pudicitiæ eſt. Hoc ſæ ferè ſemper accipiunt inſtitorem, pro eo qui venditor eſt mercium delicatarum: cuiq́ veſtiarii & lintearii dant veſtẽ circunferendam & diſtrahendam quem vulgò circitorem adpellamus. Ouid.
Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem.
Plautus ancillã pro domina negociantem Inſtitricem vocat. Vergiliarum quoq; ſidus, Inſtitor veſtis dicitur, quòd menſe Nouembri quum earum occaſus eſt, ex hoc ſidere coniecturam faciunt hyemis. Nã ſi nubilus fuerit earũ occaſus, pluuioſam hyemẽ denũciat. Ideoq́ negociatores ſtatim augent lacernarũ precia, qbus pluuio tẽpore vtimur. Si vero ſereno tempore occiderint, aſperitas hyemis denunciatur. Adcirco reliquarũ veſtiũ pretia accedunt.

Inſtitoria actio, dicit̃ qua dominus inſtitorẽ conuenit, vel per inſtitorem conuenit̃. Nam ſi libitinarius pollinctorẽ habuerit, iſq́ mortuũ ſpoliauerit: dandã in eũ inſtitoriam actionem, quãuis furti & iniuriarum actio competeret, inquit iureconſultus.

Inſtitorius, ria, um, quod ad inſtitorem pertinet: vt, ars inſtitoria. Hiero. contra Helui. Quæ inſtitorias exercet artes, neſcio an corpore, quod ſcio, ſpiritu virgo non permanet.

Inſtituo, ex in & ſtatuo ſignificat decerno. Apul. Solon aut Lycurgus inſtituit. Hinc inſtituta, & Inſtitutiones. Aliquando incipio. Plinius: Priuſquàm id opus inſtituerem. Aliquando doceo, inſtruo. Sene. Sunt enim non modo literis, ſed etiam bonis moribus inſtituẽdi adoleſcẽtes. Quod & de malis dicit̃. Iuue. Inſtituitq́ rudes melior locuſta propinquas. Id eſt, docet eas veneficia. Aliquando ordino. Et proprie de ludis, de orationibus, de moribus hominum dicitur. Terent. Optime vitam inſtituit. Sal. Ea familia ortum, ita ſe ab adoleſcentia uitam inſtituiſſe vt omnia bona in ſpe haberet.

Inſtitutiones, ſunt præcepta quibus inſtruuntur homines, atq; docentur, vt libri à Quintil. de Inſtitutione orat. editi. Quandoq; inſtitutio vocatur ipſa Inſtructio.

Inſtitutum, bonũ morem, conſilio & ratione ſumptũ ſignific. & domeſticam diſciplinam, quæ literis nõ mandantur: ſed obſeruantur communi opinione bonorum virorum per quandam conſuetudinem. Quintil. Nam is quanquàm nutricibus triennium dederit, tamen iam tum formari optimis inſtitutis mentem infantium iudicat. Vnde de inſtitutis apud Val. Max. id eſt, de moribus. Aliquando dicit̃ propoſitum, inceptum: vt, Faciam pro meo inſtituto. Plin. Hæc ſunt rerum principia & inſtituta naturæ. Aliquando dicitur decretum, & ſanctio. Vnde Iuſtinianus opus ſuũ Inſtituta inſcripſit, ſed barbare: quia dicuntur Inſtitutiones, & ita indocilis fuit, vt analphabetus diceretur, teſte Suida.

Inſto, as, quando datiuo iungitur, ſignificat inſtãtiã, & vim quandam facio ſollicito. Cic. pro Quintio: Verum quoniam tibi inſtat Hortenſius, & eas in cõſilium à me poſtulat, ne dicendo tempus abſumam. Interdum incumbo. Vergilius:
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat.
Per medios inſtans operi, regniſq́ futuris.
Idem in Bucolicis ſine caſu poſuit:
Deſine plura puer, et quod nunc inſtat agamus.
Interdum inſectationem facio quod vernacula lingua, dicimus dar la caza. Liu. lib. i. ita incurriſſe à lateribus ferunt, vt non ſiſterent modo Sabinas legiones ferociter inſtantes cedentibus: ſed ſubito in fugam auerterent. Quando verò adcuſati. habet ſignificat vrgeo, & quaſi contra ſto. Plaut. in Cur. Si magis me inſtabunt ad prætorem ſufferã. Idem in Aſi. Rectam inſtas viam, ea res eſt id eſt, ingreſſus es ſiue obtines ſtas'ue ſuper rectam viam. Inuenitur etiam ſine aliquo prædictorum caſuum; licet poſſit intelligi. Sall. Veterani virtutis priſtinæ memores cominus acriter inſtare: illi haud timidi reſiſtunt. Inſtare pro inſtabant, quaſi, contra ſtabant, id eſt, pugnabant. Terent. in An. Ego illud ſedulò negare factũ. Ille inſtat factum. id eſt, contendit factum. Aliquãdo inſequor, aduento. Sal. Optimum factu ratus noctẽ quæ inſtabat antecapere: ne quid eo ſpacio noceretur. id eſt, proxima erat vel ſequebatur. Cæſar. lib. i. Cæſar vbi ſe diutius duci intellexit, & diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret. Huius verbi frequentatiuum eſt Inſtito, tas.

Inſtratũ, ab inſternendo, equorum operimentum. Ce.

Inſtrumentum, ab inſtruo fit, cuius nomine ſignificatur omne illud quo quis ad operandũ vtitur. Sic dicimus arma inſtrumẽta belli eſſe. Ligones, marras, ſarcula, inſtrumenta agricolationis. Et inſtrumentũ dicit̃ id, quo qs docetur, vnde dicimus. Inſtrumẽtũ vetus, & inſtrumentum nouum: pro lege veteri, & lege noua. Ex his enim homo inſtruitur, quid agere aut vitare debeat. Aliquando ſumitur pro adparatu, quo fundus, taberna, & id genus alia inſtruũtur. Sueto. de Aug. Et Alexandria capta nihil ſibi præter calicẽ ex inſtrumento regio retinuerit. Sic apud Iureconſultos titulus eſt de fundo inſtructo, & inſtrumento legato. Aliquando inſtrumenti nomine intelligitur monumentũ ſcripturarum, ad res geſtas

pertinentium, quale fermè eſt repertoriū, quod vulgò inuentarium adpellatur. Suet. in Veſpa. Vndiq; inueſtigatis exemplaribus inſtrumētorum imperii pulcherrimum ac vetuſtiſſimum confecit.

Inſtruo, is, xi, ctum, ordino, & tam de malis quàm de bonis intelligi poteſt. Vergi. Dolis inſtructus & arte Pelaſga. Similiter dicitur de acie, de claſſe, de cauſa, ac etiā de mente alicuius. Plau. in Amp. Nos noſtras, more noſtro, & modo inſtruximus legiones. Lactā. lib. i. Quod malum à Græcis ortum eſt, quorū leuitas inſtructa dicendi facultate & copia, incredibile eſt, quantas mendaciorū nebulas excitauerit. Idem lib. iii. Adparet falſam & inanem eſſe omnem philoſophiā, quia nec inſtruit ad iuſtitiæ munera, nec officium hominis rationemq; cōſummat. Colu. lib. v. Nonnulli ſtrenue fabricant nauigia nec cōſummata, perinde inſtruūt armamentis miniſtrisq;. id eſt, armant vel muniunt. Gelli. lib. i. Verba Lælii hæc ſunt, quibus hœdum qui ad epulas fuit allegatus dimiſſum cœnamq; ita vt lex ſanxiſſet pomis holeribusq; inſtructam ad eſt, paratam.

Inſubres, populi Ciſalpinæ galliæ, cuius ciuitates ſunt Mediolanum, Papia, Lauda, Nouaria, Vercellæ, & Comum.

Inſucco, cas, imbuo, ſeu īficio, quaſi in ſucco balneo. Colu. lib. viii. Fracta pecudū nō aliter quàm hominum crura ſanantur, inuoluta lanis, oleo atq; uino inſuccatis, atq; mox circūdatis ferulis colligata.

Inſueſco, & Conſueſco, pro eodē accipiūtur. Plau. in Capt. Imperare inſueui. vide in dictione Sueſco.

Inſuetus, a, um, quod non eſt ſuetum, vt apud Vergilium.

Inſula, penul. correp. dicitur terra, quæ undiq; aquis clauditur, proprie aſit in mari. Vnde quidam à ſalo adpellatas Inſulas uolunt, quòd in ſalo, id eſt, mari ſitæ ſint. Hinc Peninſula, quæ quaſi inſula eſt, & vndiq; ferè aquis clauſa, tantum anguſtia, quæ dicitur Iſthmos, cōtinenti annectitur. Mediamnis uocatur, quam amnis circuit. Inſulæ etiam dicūtur domus, in vrbe ab aliis ſeparatæ, & vicos vndiq; hītes, quòd ſicut inſulæ ſunt in mari loca vndiq; ambita, vndiq; diſcreta à cōtinenti, ita domus nullis cōnexæ ædificiis cohærentibus inſulæ nominantur. Vnde Spartianus ſcribit. 335. inſulas olim Romæ incendio abſumptas fuiſſe. Vlpia. titu. de verbo. obli. Planè ſi inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit, non eſt expectādum vt inſula ruat.

Inſularis, & hoc inſulare, quod eſt inſulæ. Plini. Qui primus inſularem morbum in urbem inuexit. Marcellinus. Nec ſtrepente ullo, nec obſiſtente inſulari pœna mulctati ſunt.

Inſularius, a, um, ponitur pro uili, vnde iuriſconſulti uiles ſeruos inſularios adpellant, qui ſine ciuitate ſunt in opus publicum perpetuo dati, & in inſulam deportati, ſiue in inſulas ad effodienda metalla deſtinandantur.

Inſulatus, a, um, quod factū eſt inſula. Augu. lib. 4. de Ciui. Dei, Illas etiā quę prius fuerāt cōtinentes hoſpitibus atq; aduenis fluctibus inſultatas, aliasq; deſidia maris peruias factas, ac procellis euerſas eſſe ciuitates.

Inſulto, tas, frequentatiuum ab Inſilio, ex in & ſaltò compoſitum eſt, a, in u, mutata. Et conſtruitur cum datiuo, aliquādo cum adcuſatiuo. Et modo pro inſilio ponitur. Vergilius,

Inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuperbos.

Modo pro irrideo, et contumelioſius in aliquē aliquid vel dico uel facio. Salluſt. Multos tū ab adoleſcētia bonos inſultauit. Terent. in Eunu. Ne tu iſtas faxo calcibus inſultabis fruſtra. Suetoni. ſcribit Cæſarē dixiſſe ſe inſultaturū capitibus aduerſariorū.

Inſultura, pro inſultatione. Plautus. Nam ego iſtā inſulturam & deſulturam nihil hic moror.

Inſum, in aliqua re ſum. Lactan. lib. ii. Ineſt ergo ſyderibus ratio ad peragēdos meatus ſuos apta, ſed Dei eſt illa ratio.

In ſumma, cum Summatim eandem ferè habet ſignificationem. Quintilianus, In ſumma, non recedo, ſas eſt mihi inuitis etiam parētibus pie facere. Perinde enim eſt ac ſi diceremus, quod vt ſummatim cōprehendam. Cornucopiæ.

Inſummo, as, finio. Auguſt. Omnis opera inſummata eſt, dolor remanſit.

Inſumo, is, per ſimplex m. pe. prod. ſignificat impēdo. Gell. lib. ii. Lex Fania in ſingulos dies, cētenos æris inſumi conceſſit. Sumere enim impendere, & conſumere, vnde & Sumptum dicimus autore Don. pecuniam, quæ inſumenda eſt. Hier. ad Pamma. delitias ū quandam ſupellectilem uirtus inſumit.

Inſuper, penulti. correp. ſignificat præterea, à quo fit Deinſuper.

Inſuſurro, as, Macrobius libro. ii. Satur. Vale dicenti hoc tātum inſuſurrauit, Non putabam me tibi tam familiarem.

Intaliari, vide Taliari.

Integer, a, um, penul. corre. ſi de ætate dicitur, intelligitur ea quæ in flore conſiſtit, ſcilicet iuuentute, in qua robur uiuidum et ſanguis adhuc integer eſt, qui ætate in ſenium uergente minuitur. Terent. in And. Egregia forma, ætate integra. Integra res, quæ eſt perfecta, de qua nihil eſt imminutum, vt, integrum corpus, cui nihil deeſt. Integer uir, qui eſt caſtus, & qui omni virtute præditus eſt. Hinc fit aduerbium Abintegrò, quod ſignificat rurſus, quaſi res perfecta rurſus inchoetur.

Integer æui, dicitur adoleſcēs cui adhuc ætas integra ſupereſt, vnde Enni. Deos integros æui dicit, quibus multum æui ſupereſt.

Integraſco, is, idē quod Integror. Teren. Hoc malū integraſcit. Vbi Dona. Integraſcit, id eſt integraſ.

Integro, as, penul. correp. perficio, proprie tū ſignifice. rurſus inchoo, inſtauro, ſiue innouo. Vergilius,

Ramoq; ſedens miſerabile carmen Integrat. Liui. lib. v. Simul ut ab religione animos remiſerunt integrant ſeditionem tribuni plebis. Ab hoc fit Deintegro, & Reintegro.

Integrum, mihi eſt, ſignificat utile eſt, nam illa rēs dicitur integra, quæ intacta, & nondum tacta eſt. Rur

ſus integrum eſt, ſignificat in arbitrio eſt & poteſtate. Cicero libr. iii. de Orato. Sed quoniam hæc iam neque in integro eſſe poſſunt.

Intellectualis, pars animi rationalis, qua cuncta percipimus, à quo Intellectuale & Intellectiuum. Cornucopiæ.

Intelligibile, quod mente percipi poteſt. Cc.

Intelligo, is, penul. corre. ex inter & lego, quaſi in interioribus lego. vnde Intelligentia, ipſa mentis perceptio. Cice. lib. ii. Officio. Explica atq; excute intelligẽtiam tuam, vt videas quæ ſit in eis ſpecies & notio boni viri. Huius compoſitum eſt Subintelligo, quod eſt mediocriter intelligo. Hiero. ad Exuperan. Hoc autem dico, non quòd te auarum didicerim, ſed ſubintelligam idcircò adhuc militiæ operam dare, vt impleas ſacculum quem euacuare dominus præcepit.

Intemerata ſacra, dicuntur, quæ rite perfecta ſunt, & vt ratio ſacrificii exigebat. Cc.

Intemperiæ, erant quædam Deæ habentes vim nocendi, & per intemperantiam ſæuiendi, quas Cato in re ruſt. facto ſacrificio iubet propulſari. Plaut. Laruæ hunc atq; intemperiæ agitant ſenem.

Intemperies, intemperantia, ut, cœli intemperies.

Intempeſta nox, dicitur obſcuriſſima, tacita ac ſilens, vt eſt ferè media nox, quòd careat tempeſtatibus & tumultu, quum tempus agendi eſt nullum, quod alii concubitum dicunt, quòd ferè tunc omnes cubent. Cic. in Ver. Affertur nocte intẽpeſta grauis huiuſce mali nuncius.

Intempeſtiuus, a, um, quod præter tẽpus ſit. Boetius, intempeſtiui funduntur vertice cani.
Gell. intempeſtiue atq; inſolite diſſerebat.

Intendo, is, ſignificat extendo, tractum à venatoribus qui retia intendũt ad captandas feras, vel à ſagittariis. Cic. de Supplici. Tabernacula carbaſeis intenta velis collocabant. Idem in Catone, Intentum animũ tanquàm arcum habebat, nec languens ſuccumbebat ſenectuti. Et Intendere, eſt animaduertere, diligẽterq; intueri. Vergilius, Intenti expectãt ſignũ. Item dirigere. Salluſt. in Iugur. In regnũ Adherbalis animum intendit. Item innectere, illigare. Vergil. Et ſtupea uincula collo Intendunt. Cicero in Hortenſio per tranſlationem dixit. Quæro, non quibus intendam rebus animũ, ſed quibus relaxem. Item cõtra conari, contendere omni conatu. Cice. lib. ii. Tuſcula. Quid qui volunt exclamare maius num ſatis habent, latera, fauces, linguam intendere, è quibus elici vocem & fundi videmus?

Intentatus, inexpertus, ab intentor, aris. Cic. in Læl. Nemo eſt qui non quo cum conſueuit, libentius vtatur, quàm intentato & nouo.

Intentio, non accipitur pro voluntate aut propoſito ſed pro actu qui dirigitur & exercetur, ſeu ſit à voluntate hominis, vt ſit intentio volũtatis, ſeu propoſiti operatio, quæ more arcus, aut chordarum quum tenduntur aliquando recte, aliquando magis, aliqñ minus quàm oportet ſe exercet.

Intento, as, ab intendo, ſignificat minor. Vergilius, Præſentemq; viris intentant omnia mortem.

Intentus, a, um, participium & nomẽ eſſe poteſt, unde Intentior, Intentiſſimus.

Inter, præpoſitio eſt, ab in deducta, quæ ſeparatur & componitur. Separata ſignificat μεταξύ. Gell. Inter os & offam multa interuenire poſſunt. Aliquando in medio quorundam, Inter reges, inter vicinos. Aliquando in eum locum, vbi. Cice. Dico te priore nocte veniſſe inter falcarios, id eſt, illuc vbi ſunt falcarii. Aliquando propter, ſeu poſt. Vergilius. Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. Compoſita vero modo ſignificant de medio, aut è medio, ut Intercipio. Modo totũ, vt Interbibo. Modo facti priuationem, ſiue deſtructionẽ, vt Interficio, Interimo. Et in hac ſignificatione multitudinem totam ſimul peremptam, ſiue in totum ſimul complectitur, vt, Interneco. Modo ſignificat maxime, vt, Interdico, Interminor. Componitur autem ferè cum omnibus literis, & integra manet, a, ut Interareſco, b, ut Interbibo, c, vt Intercedo, d, vt Interdico, e, vt Intereo, f, ut Interficio, i, ut Interiacio, l, ut Interlinio. Notetur Intelligo, ubi r, mutatur in l. m, ut Interminor, n, ut Interneco, p, ut Interpello, r, ut Interregnum, ſ, ut Interſum, t, ut Intertuebo, u, ut Interuenio. Ab Inter fiunt Interea, & Interim.

Interamna, vrba Vmbriæ, quod inter duos amnes ſit conſtituta.

Interaneus, a, um, ab intra ſit, ſicut extraneus, ab extra, & ſignificat, inteſtinum. Plini. Medelæ ſunt innumeræ ad interanea. Columella libro decimo. Quidam exemptis interaneis occiſas uel intus includũt, quæ tempore hyberno pluuiis deliteſcentibus apibus præbent teporem.

Interareſcere, eſt penitus areſcere. hoc eſt, aridũ fieri, & languens, ſicut interbibere.

Interbibo, penul. cor. totum bibo. Plau. in Aulu. Præterea tibicinã quæ mihi interbibere ſola ſi uino ſcatet Corinthienſem fontem Pyrenæum poteſt.

Intercalaris, & hoc intercalare, ſeu intercalarius, a, um, quod interſeritur, vide in dictione intercalo, de qua modo.

Intercalo, as, penulti. correp. interſero, ſeu interuoco. Liui. lib. ix. Vt intercalatæ pœnæ uſuram habeant. Vnde intercalaris menſis dictus eſt, quo inſerebantur dies qui deerant ad complendum annum. Diuerſis quidem rationibus, diuerſo tempore. Is autẽ menſis erat Februarius, quoniam erat ultimus anni. Nõ tamen intercalabantur in fine menſis, ſed poſt vigeſimum & tertium terminabilibus iam peractis. dẽinde reliquos Februarii dies, qui erãt quinq; poſt intercalationem ſubiungebant, vetere religionis ſuæ more, vt Februarium omnino Martius ſequeretur. Intercalares calendæ, dicuntur calendæ menſis intercalaris. id eſt, Februarii. Alii intelligunt calendas Martias, non quòd eo menſe intercalarentur dies, ſed quòd eſſent proxime diebus intercalatis. id eſt, quòd ſtatim ſequerẽtur intercalationem, quinq; tantum diebus interpoſitis. Intercalares dies, Græci emboliſmos ſiue hyperbolicos nominant. Intercalaris

verſus, qui frequenter inter aliquos verſus interponitur: vt eſt apud Vergilium:

Incipe Menalios mecum mea tibia verſus.

Intercapedo, penulti. produc. interſtitium temporis, mora in medio alicuius rei poſita, ſiue tēpus de medio eius captum & diuiſio. Feſtus: Intercapedo, tēpus interceptum, quum ſcilicet mora eſt ad capiendum. Cice. Itaq; iam me non pœnitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe.

Intercedo, is, pen. produ. ſſi, ſſum, interuenio conciliādi gratia: vt, Interceſſi apud regem pro tua ſalute. Apul. Dum pro inope ac calamitoſo intercederem. Aliquando Intercedere, ſignifi. medium eſſe, ſiue de loco, ſiue de tempore dicatur. Cæſar lib. i. Non ſe hoſtem vereri: ſed anguſtias itineris, & magnitudinem ſyluarum quæ inter eos atq; Areouiſtum intercederent. Cice. lib. ii. de Ora. Vix annus interceſſerat. De verbis quoq; dicitur quaſi in medium opponere. vt, Tribuni interceſſerunt. hoc eſt, oppoſuerunt ſe, & rem impediuerunt, contradixerunt. Cæſar lib. viii. Q.d ſi ad Aricianos ſpectat, nihil intercedi quo minus Samniti populo pacis belliq; arbitriū ſit. Terē. in And. Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. Dicimus etiam, Intercedit mihi tecū amicitia, intercedit tibi cum illo affinitas: hoc eſt, media eſt, quæ me tibi & te illi conciliat. Gelli. pro inhibere ac coercere poſuit. Ne ſibi (inquit) intercedamus, quo minus ſuapte poteſtate vti liceat. Similiter Sueto. in Cæſ. Cæterum Cæcilio Metello Tribuno plebis turbulentiſſimas leges aduerſus collegarū interceſſionem ferenti, autorem propugnatoremq; ſe pertinaciſſimè præſtitit. Et proprie Interceſſio Tribunorū erat, qbus ius fuit intercedendi, hoc eſt, vetandi, prohibendiq;. Nam (vt Gell. docet) tribuni plebis antiquitus creati videntur, non iuri dicendo: ſed interceſſionibus faciendis, vt iniuria, quæ coràm fieret arceretur, & vt vim fieri vetarent.

Intercido, is, pe. prod. cidi, ciſum, ex inter & cædo, æ diphth. in i, productam mutata, ſignificat in medio ſeco. Cæſ. lib. ii. Vt ſi poſſent caſtellum cui præerat Titurius Quintus legatus expugnarent, pontemq; intercidērent. Hinc Intercæſa hoſtia dicitur & porrecta. Macro. lib. i. Satur. Interciſorū dierū quibuſdam horis fas eſt: quibuſdā fas non eſt. Intercæſa & porrecta fari licet. Quibus verbis ſignificatur poſt immolatā hoſtiā & ipſius exta in arā focumq; porrecta & data in die interciſo fas eſſe, prætori ius dicere, & fari verba illa: do, dico, & addico, Et ita dies interciſi, ex parte feſti, & ex parte profeſti, ſunt. Cice. ad Atti. Nequid interciſa & porrecta (vt aiunt) oneris mihi addatur aut temporis. Ex quo datur intelligi, vt tēpore finito ſtatim redire poſſit ſine ulla prorogatione: ſicut intercæſa & porrecta victima e veſtigio prætor poterat ius dicere & fari.

Intercido, is, penul. cor. à cado cōponitur, & præteritū intercidi, ſupinū intercaſum facit: ſignificatq; inter hæc, ſiue inter illa aut iſta, ſiue inter ea deficio ac pereo. Liui. li. ii. Credo quia nulla geſta res inſignē fecerit cōſulatum, memoriā intercidiſſe. Gel. Certe quidē maiore tunc copia populi oppreſſa intercidiſſem. Plin. lib. xxxv. Siue extant ſiue intercidere.

Intercino, is, pen. cor. in medio cano. Hor. in Epiſt. p trāſlationē dixit: Ne quid medios intercinat actus Quod non propoſito conducat.

Intercipio, cipis, pen. cor. de medio, vel inter hæc capio, vel aliquē inter aliquid agēdum occupo. Plau. in Aſin. Tunc protinus redimes me, ſi me hoſtes intercepeint. id eſt, de medio aliorū, vel interea quæ gerebantur, vel interim in medio, ſiue dum irem, & ſimilia. Quandoq; tamen ſignificare poteſt totum capio, ſicut exponit Donatus illud Teren. in Eunu. Quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Interciſi dies, erant Deorum hominumq; communes. Hi inter ſe non in alia diuidebantur. Illorum enim dierum quibuſdam horis fas nō erat ius dicere. Nā quum hoſtia cædebatur fari nefas erat: intercæſa & porrecta fari licebat.

Intercludo, is, penul. produ. iter claudo. In quo n, euphoniæ cauſſa interiectū eſt, quū ſit idem quod interſæpio. Varro: Sub terra quæ habent frumentum, in his quos vocant Syros, quod cum periculo introitur recenti apertione: ita vt in quibuſdam ſit interclufa anima. Pro impedio tamen ſumitur. Verg. Sæpe illos aſpera ponti Intercluſit hyems, & terruit auſter euntes. Cicero ad Herenni. Vt ille qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquæ intercluſiſſent.

Intercolumnium, vide in dictione Columna.

Intercus, utis, pen. prod. morbus intra cutem exiſtēs. Quando adiectiuum, ponitur pro inteſtinis, Cato: Intercutibus ſtupris obſtinatis. Gell. Intercutibus vitiis madentes.

Intercuneatus, a, um, quod intra cutem eſt.

Interdico, pen. prod. maxime prohibeo. Interdicitur autē locus, homo, res, Et conſtruitur cum ablatiuo. Cic. in Cato. Male rem gerentibus patriis bonis interdici ſolet. Aliquando tamen res quæ prohibetur, & is cui fit prohibitio, in nominatiuo paſſiue poni ſolent. Liui. lib. viii. Interdictumq; mare Antiati populo eſt. Metell. Illi vero omni iure atq; honeſtate interdicti ſunt, ego neq; aqua neq; igni careo. Cice. pro domo ſua: Vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur. Lactan. vero lib. vi. eū ablatiuo dixit: Nec tamen quiſquā interdictū ſibi putet, aut cōmunione eū amicis, aut charitate eū proximis. Sunt etiā qui per accuſatiuū proferāt. Suetonius de Nero. Et quū interdixiſſet vſum amethiſtini ac tyrii coloris, præcluſit cunctos negotiatores. Sene. lib. iii. de Ira: Si iubes Cæſar, ſtatim illi domū meam interdicā. Quod eſt contra Sipontinum, qui negat poſſe cōſtrui accuſatiuo. Sed frequentior vſus eſt, vt poſt datiuū iungatur ablatiuus. Significat tamen quidoq; obſtare, & tunc duntaxat cum datiuo conſtruitur. Cicer. in Verr. act. iiii. Nemo noſtrū poſſet ædes ſuas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere: ſi quum hæc à quopiam veſtrū petita ſunt, pater improbus cui nemo interdicere poſſit, det quem velit iudicem.

Interdictum, participium & nomen eſt. Nam interdi-

ctavt eſt nomen, ſunt formæ & cõceptiones verborum, quibus prætor aut iubebat aliqd fieri, aut prohibebat: quod tunc maxime faciebat, quum de poſſeſſione inter aliquos contendebatur.

Interdiu, aduerbiũ temporis, ſignificat per diem: cui contrarium eſt noctu. Cato de re Ruſt. Canes interdiu clauſos eſſe oportet. vt noctu acriores & vigilãtiores ſint. Plini lib. xviii. Malum patremfamilias quiſquis interdiu faceret, quod noctu poſſit, niſi in tẽpeſtate cœli. Dicit & Interdius. Plautus in Muſt. Sed quid hoc occluſa ianua eſt interdius. Et in Aul. Neſcio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenẽt, vel peruigilat noctes totas, tum autem interdius quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

Interdum, ex inter & dum, quod antiqui Interduatim dicebant. Vergilius lib. ii. Georgi.

Interdum aut hederæ pandunt veſtigia nigræ.

Interea, poteſt eſſe aduerbium temporis & loci, cõpoſitum ex integris duobus: inter & ea. Quod quũ ſit neutrũ plurale debuit corripi, ſed quia factũ eſt aduerbiũ, producit a, ſicut præterea, antea, poſtea. Poteſt tamen & ablatiuus ſingularis intelligi, qui in cõpoſitione ſolet huiuſmodi inueniri. vt, quapropter, quocirca. Significat aſit inter. Teren. in Hecy. Quid interea. Dona. Exultantis & geſtientis audire. Interdum ſignificat tamen. Vergilius:

Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

Interea loci duæ partes ſunt, quæ quum coniunctæ, vnam fecerint, mutant accentũ. Interea loci (inqt Terentius in Eunucho) ad macellum vbi aduentamus.

Intereo, is, interii, in totũ morior, deſtruor. id eſt, anima & corpore. Lact. lib. vii. Sed & genus omne impiorum radicitus interibit. Teren. Perii, interii. Hinc Interitus, us, pro morte, quum ſit ſeparatio quedam: ex eo dictus, quòd deat medius inter animam & corpus. Cic. lib. i. Tuſcul. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio, ac direptio earum partium, quæ ante interitũ iunctione aliqua tenebantur. Interitus vero participiũ reperitur in paſſiua ſignificatione, ut exẽplum Claudii demonſtrat. Pugna acriter commiſſa & multis vtrinque interitis.

Interequito, as, in medio equito. Cæſar lib. vi. Ordines interequitans.

Intereſt, componitur ex in, & re, & eſt: vt ſit quaſi in re eſt. Vnde mea intereſt, in re mea eſt. hoc eſt, in mea vtilitate. Ideoq́ cõſtruitur cum his ablatiuis, mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, & cuia: ſiue ſit perſonale, ſiue impersonale, quũ in aliis nominibus genitiuo iungatur: vt, Socratis intereſt. id eſt, In re Socratis eſt. Interdum ſeparatim iunguntur. Liui. Quid enim in re eſt aliud ſi plebeiam Patricius duxerit? quid iuris tãdem mutat? Plau. Si tuam eſt quippiam in rem. id eſt, ſi tua intereſt. Idem: Vtrum veniat necne, nihil in re eſt mea. Ponitur quãdoq́ ſine aliquo caſu. Pli. lib. ix. Seri etiam radices illita fimo intereſt. Sic dicimus: Intereſt vnde quis gaudeat. id eſt, multum facit vel differentia eſt. Vale. Maxi. Nihil intereſt an humi, an ſublime putreſcam. Cicero genitiuum iunxit quum ait. Permagni intereſt, quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit. Similiter Liui. Sic nihil intereſt regis, peto ut dum dico uinculis liberer. Nam hæc nomina, magni, parui, tanti, quanti. & aduerbia facile, multum, plus, plurimum, parum, paulum, paululum, pauxillum, nihil, nunquid, aliquis, magis, minus, maxime, minime, iunguntur cũ his verbis intereſt & refert. ut, minime intereſt, minime refert. Cõponitur etiã ex inter & eſt. Significatq́ interdum præſentem eſſe: & ſic conſtruitur cum datiuo. Vale. Maxi. Quòd facilius laboribus et periculis intereſſet. Interdum in medio eſſe. Liuius de ſecundo bello Puni. Id morari victoriam rati, quòd intereſſet amnis. Columel. Arbores quæ intereunt ablaqueabuntur. Interdum differentiam importat, & conſtruitur cũ duobus accuſatiuis, mediãte inter. Cicero: Inter hominem & beluam hoc maxime intereſt. Dicimus quoq́: Intereſt à ſtulto & ſtulto. Terentius: Homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens quid intereſt? Idem alio modo protulit in Adelph. Hoc pater, hoc dominus intereſt. Interdum importat diſtantiam & conſtruitur cum ablatiuo loci, vbi incipit diſtantia, vel aduerbia localia. vt, ex foro ad prætorium interſunt viginti paſſus, & decem milia interſunt hinc illuc. Fit tamen melius per diſto.

Interfæmineum, Apul. adpellat genitalia muliebria, eò quòd inter fæmina ſint collocata: quod & fæminal munditer adpellatur.

Interficio, icis, penultima correpta, ſignificat facti priuationem. Cicero Dolabellæ, ablatiuo iunxit: Eadẽ mulier, virum & filium eodem tempore, ueneris eſcam datis, vita interfecerat. Quod etiam de inanimatis dicitur. Vergilius:

Fer ſtabulis inimicum ignem, atq́ interfice meſſes.

Id eſt, perde & crema.

Interfluo, per medium fluo. Plinius. Flumine mediũ oppidum interfluente.

Interfundo, per medium fundo. Plinius libro. i. Idem Oceanus interfuſus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Aſiam diſpertit.

Intergerini parietes, adpellantur qui intergerunt, hoc eſt, ferunt & ſuſtinent onera: quos è Creta iubet Victruuius conſtituere. Dicti Intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamenta, pro fultura intergeruntur. Victru. Et cathenis colligatæ in eo loco qui finitus erat conſtituantur, & intergerinis è Creta Beronibusq́ ex ulua factis calcetur.

Interhæc, aduerbium eiuſdem ſignificationis cum Interea. Cornucopiæ.

Interi, ab antiquis dicebantur ab intra: ſicut nunc ab extra exteros dicimus. Ce.

Interiaceo, es, pe. cor. vide in dictione Iaceo.

Interiacio, is, penul. cor. inter aliquid iacio, interpono, intermitto, intermiſceo. Colu. libro. i. Vt ſi qua interiecta ſint ſtramentis aut paleis ſpinarum, vel genminum ſemina intereant. Liuius libro. i. Aliasq́ interiectas collibus valles. Idem ibi: aucis interiectis diebus. Cæſar li. vii. Galli inter eqtes raros, ſagittarios, expeditosq́ leuis armaturæ interiecerãt, q ſuis ſedẽtibus auxilio ſuccurrerẽt. Hinc Interiectio, pars

orationis, q̄ in oratione interponitur. De qua Auguſt. ſic loquitur Interiectio non pars orationis eſt, ſed ſignum affectionis, erumpentis animi vocem. Et ſignificat aut lætitiam, vt euax, aut amaritudinē, vt heu. Ergo quot ſunt perturbati animi motus, tot voces reddunt. Et vocantur Interiectiones quòd interrumpant orationem. vt illud, Hic inter denſas corylos. ubi in mediū orationis interiecta eſt a, litera.

Interibi, pen. cor. in medio eius loci. Gellius lib. ii. Cōſul interibi dum ea pugna ſe in locos ſubducit.

Interiectum tempus, hoc eſt, Interpoſitum. Cc.

Interiicio, teriicis, pen. cor. idem quod interiacio. Varro, Et inter ſingulas à præſepibus interiicere longurios, qui eas diſcernant.

Interim, pen. cor. aduerbiū temporis, ſignificat intra hoc tempus. Ponitur et pro aliquando. Quintil. Prima barbariſmi ac ſolœciſmi fœditas abſit. Sed quia interim excuſantur hæc vitia aut conſuetudine, aut autoritate, aut vetuſtate, aut deniq; vicinitate virtutum, ſcriteſ ſe in illud tenue diſcrimen Grāmaticus intendat. Aliquando pro repente. Terent. in Hecy. Primum dies compluſculos bene conueniebat ſanè inter eas Interim miris modis odiſſe cœpit Soſtratam. Donat. Interim, diſcretio eſt rei, quæ ad narrationem pertinet. vt apud Terent. in Andria, interim nonnunquàm collachrymabat.

Interimentum, vide in dictione Detrimentum.

Interimo, mis, pen. cor. interficio. Plau. in Ciſt. Adcurrite, ne ſe interimat. Interdum ponitur pro priuo. Idē ibidem, Nam dudum vt concurrimus Alcheſimarchus ne ſe vita interimeret.

Interior, et Interius, ab Interus antiquo poſitiuo. Cc.

Interiungo, ſubſiſto, tractum à curru, cuius rotæ interiecto ſæde iunguntur, vt quieſcat. Martialis,
Et quum currere debeas bouillas, Interiungere quæris ad camœnas.

Interlino, pen. cor. in medio, ſiue per medium maculo, Hiero. Quibus lamentis, quo dolore, quo gemitu ſe abeſſē proſequutus ſim, iſtæ quoq; teſtes ſunt, quas cernis interlitas. Cice. pro Cluentio, Qui tabulas publicas municipiis vi corripuiſſe iudicatus ſit, qui teſtamentum interleuerit.

Interloquor, pen. cor. in medio loquor, ſiue loquendo impedio. Terentius in Heautont. Siccine me interloquere. Quandoq; ſignificat, inter aliquid agendum definio. Vnde interlocutioria ſententia vocaſ, quæ non definit controuerſiam, ſed aliquid obiter ad cauſſam pertinēris decernit.

Interluceo, ces, pen. prod. in medio luceo.

Interluco, cas, pen. prod. à lucus fit vbi quum cæditur lux ingreditur. Plin. lib. xvii. Interlucatio arboribus prodeſt, ſed omnium ramorum trucidatio inutiliſſima. Eadem dicitur Collucatio apud Catonem.

Interlunium, dicitur in ſpatium temporis, in quo nec amplius Luna vetus adparet, nec adhuc noua videtur, quia radiis Solaribus operta ſit ſupra, nōn autē è regione.

Interluo, luis, interfluo. Claud. li. i. Trinacria quondā Italiæ pars vna fuit, ſed pontus et æſtus
Mutauere ſitum, rapuit confinia Nereus
Victor et abſciſſos interluit æquore montes.
Aliquādo interluere, lauare eſt. Cato de Re ruſtica, Manus interluito, poſtea vinum ſumito.

Intermeſtris Luna, dicitur interlunium, et coitus Lunæ. Plin. lib. xvi. Idemq; mox intermeſtri Luna atq; dimidiata, Intermeſtrium. Varro lib. i. de re Ruſtica, Quod à noua Luna creſcit ad plenam, et inde rurſus ad nouam Lunam decreſcit, quoad veniat ad Intermeſtrium, à quo die dicitur Luna eſſe extrema et prima.

Intermico. cas, pen. cor. in medio ſplēdeo. Claud. li. i. Rutilum ſquammis intermicat aurum.
Poteſt etiam intelligi, in ſquāmis vehementer micaſ.

Interminor, pen. cor. maxime minor. Plau. in Aſin. Mihi tibiq; interminatus eſt, nos futuros ulmeos, ni hodie Argyrippo eſſent viginti minæ. Teren. in An. interminatus ſum ne faceres.

Interminus, a, um, qđ non habet terminum. Sido. ad Fort. Dominis Simplicio et Apollinari intermina intercesſione vos comperi.

Intermitto, ad tempus omitto, ceſſo. Cic. Et ſi ego id tempus intermiſeram, potius quā omiſeram. Liuius, Quum iter non intermitteret.

Intermorior, penitus morior, ſeu intra hæc morior. Bithynicus. Peto à te, vt abſentem me, quibuſcunq; in rebus opus fuerit, tuearis, ſi nullum officium tuū apud me intermoriturum exiſtimas. Intermortuum vero, Latini dicunt eum, qui inter mortem vitamq; ea dolore procumbit, ſimilis expiranti. Pli. li. xxxii. Vituli marini adeps inſtillatur naribus intermortuarum vuluæ vitio. Sueton. de Nerone, Poſtquam déinde Galbam et Hiſpanias deſciuiſſe cognouit, collapſus, animoq; malefracto, diu et ſine voce et propè intermortuus iacuit.

Interneco, pen. cor. ſimul interficio, et multitudinem totam fermè complectitur. Plautus in Amphitr. Legiones reueniunt domū, duello extincto maximo, atq; internectis hoſtibus. hinc internecio, vitæ priuatio. Liuius libro nono, Lucerni ac Sannites ad internecionem cæſi.

Internectiuus, a, um, quod ad internectionē pertinet. Vnde internectiuum teſtamentum dicitur, propter quod dominus eius necatus eſt. Internectiuum bellum, quod ad deſtructionem fit. Liuius lib. ix. Nullus modus fuit cædibus, deletaq; Auſonū gens, vix certo defectionis crimine, périnde ac ſi internectiuo bello certaſſet. Plinius, Habet déinde internectiuum bellum cum Ichneumone, ſcilicet aſpis.

Internodium, ſpatium inter nodū et nodū. Col. li. iii. Virgam malleatem nō amplius quàm ſex gemmarū eſſe conuenit, ita tamen, ſi breuia internodia habet.

Internoſco, inter alios, ſiue alia noſco.

Internuncius, q̄ inter alios medius eſt, ad aliquid tractādum, et modo huic, modo illi per vices nunciat. Plaut. in Amphi. Seu per ſcriptas literas, ſiue qui ipſe ambiſſet ſibi, ſeu per internuncium. Huius fœmininum eſt Internuncia.

Internus, Interaneus, et Interne, ab Intra. Cc.

Inter opus, ſignificat dum operatur. Tibullus,
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

Interordinium, idem ſignificat quod interordo, ſpatium ſcilicet quod eſt intra ordines. Colu. Minimũ eſt quinq; pedum interordiniũ, ſeptem, maximum. Hinc Interordinarius, a, um, Idem, Conſitis pluribus interordinaria ſemina malleolis, quos poſtea quàm coaluerint crudo ſolo, quod emiſſum eſt tranſuerſis ſcrobibus propagent.

Interordo, ſpatium quod eſt inter ordines. Columella lib. vi. Vt iacens non excedat interordinis ſpatiũ. Idem, Macro ſolo quis pedibus interordines, omiſſis mediocri ſenis.

Interpellare, eſt loquentem, vel aliquid agentẽ interrumpere. Cice. lib. I. Tuſcul. Sed nihil te interpellabo, continentem orationẽ audire malo. Pli. in Epiſt. Interdũ laſſo mihi opportuna interpellatione ſubueniunt. Hinc Interpellatores dicti. Cicero, In literis ſine interpellatore verſor. Hircius in ſecun. Quum in Aſiam veniſſet, reperiebat Titum Apium, conatum eſſe tollere pecunias ex fano Dianæ, ſed interpellatum aduentu Cæſaris profugiſſe. Aliquãdo Interpellare, eſt dicere. Lucilius lib. xxx. Verũ tu quid agis, interpella me, vt ſciã. Aliquãdo rogare. Vale. Max. lib. I. Cato rogatus vt ſocios apud auunculum adiuuaret, conſtanti vultu, non facturum ſe reſpondit, Iterũ deinde ac ſæpius interpellatus, in propoſito perſtitit. Sciendum tamen (Auguſtino teſte) quòd aliud eſt Interpellare, aliud poſtulare. Non enim ſolemus dicere, Poſtulant interpellaturi, ſed, Interpellant poſtulaturi. Ex vicinitate tamen vſurpaſ interpellare pro poſtulare. vt, Ipſe interpellat pro nobis. Nunquid non interpellat, et nõ etiam poſtulat? Imò vero, quia poſtulat, pro eo poſitum eſt interpellat. Interpellare de negotio aliquem, eſt illi proponere an velit negotium agere. Senec. lib. decla. viii. Diues pauperem de nuptiis filiæ interpellauit.

Interpenſiua, (apud Vitruuium) peſticarum, tigillorum, aſſerum'ue genera ſunt, quæ ab angulis parietũ ad angulos tignorum, ad imbres colliquias deriuandos, vel aliũ quemuis uſum, interlocantur, quaſi ea quæ à pendendo Græci adpellant κρεμαστήρια.

Interpenſiui parietes, ſunt qui ſupra contignationem ſtruuntur, nec in ſolo fundamentum habent, ſed in pendenti ſurgunt.

Interpolla, noua inuẽta, et renouationes artiũ, et aliarum rerum. Plini. Mutatur ars quotidie, quoties interpollis et ingeniorũ Græciæ adflatu impellimur.

Interpollare, interrumpere, intermittere. Curt. in. v. Igitur cum intempeſtiuis cõuiuiis dies noctesq; cõſumeret, ſatietatem epularum ludis interpollabat, hoc eſt interpoſitis ludis interrumpebat. Caſ. li. iii. Siue error aliquis, ſiue fortunæ paratam iam, præſentemq; victoriam interpollaſſet, id eſt, interrupiſſet. Aliquando ſignificat nouare, mangonizare, et quaſi nouam formam à veteri fingere, quaſi interpolire. Tractũ ab arte fullonia, q polliendo vellera, quæq; in nouam ſpeciem mutant. Vnde veſtes interpollatæ, et mancipia interpollata, in iure ciuili, quæ quũ ſint veterata, lenocinio et arte faciem mutant, pro recentibus ac nouitiis venuntur. Plin. At hercle Alexandriæ vbi thura interpollantur, id eſt, rudia quum ſunt, poliuntur. Conuehebatur enim illuc thus rude, adſpectu ſimile cortici. Plau. in Amp. Illic me homo interpollabit, meumq; os finget denuo.

Interpollatorem vocamus, qui antiquas veſtes reſarcit, ac renouat, vt facilius vendat. Cc.

Interpollatrix, mulier quæ antiquas veſtes renouat, vt eas facilius vendat. Pom po. Interpollatricem accerſire oportet, quæ huic veſtem abducat. Et mulieres vitia deformitatis arte occultantes, Interpollæ dicũtur, veluti reformatæ.

Interpollis, et hoc interpolle, Plin. lib. xix. Eſt quidẽ eius natura interpollis.

Interpollus, la, lum, idem quod Interpollis. hoc eſt, renouatus. Labeo libr. poſteriorum. Si veſtimenta interpolla quis pro nouis emerit Trebatio placere, ita emptori præſtandum quod intereſt, ſi ignorans interpolla emerit.

Interpremo, pe. cor. Intercludo. Plau. in Rudẽt. Aedepol infortunio hominem prædicat donabilem, qui ſacerdotis ſceleſtus fauces interpreſſerit.

Interpres, ex inter et pres, quod non eſt in vſu, licet præs pro fideiuſſore inueniatur, et eſt qui in aliqua re agenda medius eſt. et veluti conciliator et autor.
Vergilius libro quarto Aeneid.
Tuq; harum interpres curarum et conſcia Iuno.
Interpretes ab Aſconio dicuntur, per quos iudicibus pactio Quoniã verò huiuſmodi homines, animos eorum quibus dati ſunt interpretes ſciſcitantur, et inuicem illis exponunt, factũ eſt vt Interpres pro eo accipiatur qui obſcura exponit. Vergilius,
Troiugena interpres diuum.
Vbi Seruí. Interpres vaticinator, qui mentem Deorum mortalibus publicat.

Interpretamentum, interpretatio. Gel. Ex quibus diuerſa Latinæ linguæ interpretamenta collegimus.

Interpretor, pen. cor. expono. Hieron. ad Heliodorũ, Interpretare vocabulũ monachi, hoc eſt nomẽ tuũ. Quid facis in turba qui ſolus?

Interpoto, tas, penult. correp. Interaliquid et aliquid decido. Colum. lib. iii Roſam fruticibus ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales conuenit, per idem tẽpus quo et viola, ſed omnibus annis fodiante calẽdas Martias et interputari oportet, hoc modo multis annis perennat.

Interraſile, pen. corr. quod eſt Interpollatũ cælatura ſeu ſculptura et plano Planũ enim inter cælaturas quaſi raſum videtur. Hiero. in Exo. Et ipſi laboro coronã interraſilem altam &c.

Interreges, propter dicti ſunt centum patres, qui mortuo Romulo donec alius rex crearet, Rempub. gubernabant. Ex his enim (autore Feſt.) decernebatur, cuius poteſtas quinq; dierum ſpatio finiretur, et ita per totum annũ omnes finiebant imperium.

Interregnum, regni interuallum, et ſpatium temporis, quouſq; in loco mortui alius ordinatur, uide in dictione Reges.

Interrogo, ex inter et rogo, peto. À quo Interrogatio, Interrogatiorum, & interrogatiuum deducuntur. Cornucopiæ.

Interrumpo, per mediũ, ſeu in medio rumpo. Plancus Ciceroni, Pontes quos feceram interrupi.

Interſcapilium, vallicula quæ à fine colli incipiẽs inter ſcapulas iacet. Hyg. in deſcrip. Vrſæ, In humero clarã vnã, in pede de poſterioribus nouiſſimo duas in ſummo interſcapilio vnam.

Interſcindo, in medio, ſiue per mediũ ſcindo. Liuius. Pontemq́ interſcinderent. Lactan. de Opificio Dei: Labra ipſa, quæ quaſi antea cohærebant, quàm decenter interſcindit.

Interſepio, ſepis, pen produ. intercludo, vel intermedio. Lactã. de Opi. At id velut pariete per medium ducto interſepſit.

Interſepta, pars naſi, q̃ cartilagine nares diſcriminat.

Interſero, ſeris, pen. corr interſeui, interſitum, in medio planto, ſemino, inſero'ue. Gellius lib. i. Eadem ratione qua ſecundi quatuor interſiti ſunt. Colum. lib. iiii Deinceps paſtinatæ malleolus ordinariis vitibus interſerendus.

Interſero, ris, ſerui, ſertum, interpono ſignificat. Hier. in prolo. Salamonis: Ea quæ minus habebantur interſerens.

Interſono, nas, pen. cor. ſignificat in medio ſono.

Interſpiro, ras, pen. prod. de medio, ſeu per mediũ ſpiro. Cato Manu comprimito acina, vt combibant aquam marinam, vbi impleueris dolium, operculo operito, relinquito qua interſpiret.

Interſterno, in medio ſterno. Iuſtinus lib. I. Hæc BabylonIam cõdidit, murumq́ vrbi cocto latere circumdedit: arena, pice, bitumine interſtrato.

Interſtinguo, guis, per interualla aliqua extinguo. Feſtus: Ignis Veſtæ ſi quando interſtinctus eſſet, virgines verberibus adficiebãtur à pontifice. Apuleius: Iamq́ protinus obliſis faucibus interſtinguere eam debuiſſet.

Interſtitium, ſpatium & diſtantia inter aliqua. Macrobius: Quum quatuor ſint elementa, ex quibus cõſtant corpora: Terra, Aer, Aqua & Ignis: tribus ſine dubio interſtitiis ſeparantur, quorum vnum eſt à terra vſq; ad aquam: ab aqua vſq; ad aera ſequens: tertium ab aere vſq; ad ignem. Hyginius: Quod ab eo ſidere paruo interſtitio differt.

Interſtitium Lunæ, dicitur interlunium. Apuleius: Difficultas itineris ac globoſi ſideris interſtitiũ. Cc.

Interſto, as, inter aliquid intercedo: vnde Interſtantia, & Interſtitium.

Interſum, præſens ſum, & quaſi in re ſum. Significat etiam differre, diſcrepare. Terent. Stulto intelligẽs quid intereſt. Cc.

Intertextum, quod in medio textum aliquid habet, vt chlamys intertexta auro: quæ vulgò brocata ex auro dicitur. Picturata, vel acu picta, vel Phrygiata, dicitur recamata.

Intertraho, de medio traho. Plaut. Ni ego ſi puteo ſi occepſo animam omnem intertraxero.

Intertrigo, pen. prod. nomen ab interterendo deductum. Et eſt id malum, quum ſimul membra interteruntur, & conſricantur adcedente ſudore. Vulgò dicitur traſiegatio. Tunc enim fœmina atteruntur adurunturq́. Paratrimma à Græcis adpellatur. Columella lib. vii. Intertrigo bis die ſoluit aqua calida: mox decocto agrico ſale, cum adipe fricatur.

Interturbo, valde turbo. Terent. In And. Dauus interturbat omnia. vbi: Donatus Hic inter, auctiua particula eſt, ideo vt nõ pro media ſignificatione ſit, ſed qua maiorem habere non poteſt. vt interfectus.

Interuaco, cas pen. cor. In medio vacuus maneo. Col. li. v. Bulbus tripedaneis interuacantibus ſpaciis obrutus, anno celerius maturam perticam præbet.

Interuallum, ſpatium quod eſt inter palos, vallum caſtrenſe conſtituentes: à quo omne ſpatium interuallum eſt nuncupatum. Ce.

Interuello, lis, de medio vello. quod fit quum malas herbas à bonis extirpamus. Palladius: Si ſpiſſa ſunt, interuelles aliqua, vt cætera roborent. Plaut. in Amphit. Vt ergo infelix homo fui qñ alas interuelli.

Interuenio, is, penultima correpta in medio negotio quaſi ex inſidiis ſuperuenio, & opprimo ipſo actu, qui rem celatam vellent. Terent. in Adelph. Interuenit homo de improuiſo. Et interuenire, eſt intereſſe. Cic. Quod non eſſet factum ſi ipſe interueniſſem. Et Intercedere: quod ab Eccleſiaſticis ſæpiſſime vſurpatur.

Interueniũ, quod inter venas. Vitruuius li. viii. Sed non per interuenia dilabantur & decreſcant.

Interuerto, callide ſurripio. quod plerunq; fit, quum rem commodatam aut creditã, dolo, ne domino reſtituatur efficimus. Cic. in Verrem: Cãdelabrũ quod rex Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat à Verre, qui illud commodato à rege acceperat, interuerſum eſſe conqueritur. Plau in Aſina. Hem iſtuc ago quomodo argentum interuertam.

Interuiſo, ſis, penul. prod. quaſi interim viſo. Cic. Mario: Teq; & iſtam rationem otii tui & laudo, & vehementer probo: quodq; minus interuiſis, hoc fero animo æquiore.

Interula, penultima correpta camiſia. Val. ad Rufinũ: Quem veſtire debuit interula, veſtiuit interitu. Hæc alio nomine ſuparum tunica linea, ſubucula, & indusium dicitur.

Inteſtabilis, qui iure teſtamentum facere non poteſt, & cuius teſtimonium non accipitur. Caius de teſtamentis: Inteſtabilis quum lege quis eſſe iubetur, eò pertinet, nec eius teſtimoniũ recipiat: & eò amplius (vt qdam putant) ne'ue ipſi dicat teſtimoniũ. Gell. pro deteſtabili poſuit. Eos tamẽ q ad Annibalẽ nõ rediiſſent, vſq; adeò inteſtabiles inuiſosq; fuiſſe, vt tedium vitæ ceperint, necemq; ſibi conſciuerint.

Inteſtatus, dicitur non ſolum qui mortuus eſt nullo confecto teſtamento, ſed etiam, cuius ex teſtamento adita non eſt hæreditas: vt inquit Paulus. Itẽ Inteſtatus eſt, cuius verbis non adhibetur fides, qui ue teſtis eſſe non poteſt. Pomponius: Ipſe cum vno ſeruo ſenex inteſtatus proficiſcitur.

Inteſtinus, a, um, penultima produ. quod eſt intimum:

vnde ſlia Inteſtina dicuntur, quæ in interiori corporis parte clauduntur. Inteſtinum odiũ, dicitur vel occultum, vel magnum. hoc eſt, cor & animum premẽs. Inteſtinum opus, quod factum eſt ex ligno fabrorũ. Varro lib. iii. de Re ruſti. Quum villã haberes opere tectorio & inteſtino, ac pauimẽtis nobilibus lithoſtrotis ſpectandam, parũ putaſſes eſſe, ni tuis quoq; literis exornati parietes eſſent. Sciendum quòd inteſtina corporis ſex eſſe perhibentur. Duodenũ ſcilicet: quod à longitudine duodecim digitorũ nomẽ accepit, ſicut Auicenna teſtatur. Ieiunum, ſic dictũ, quia nunquã quod accipit continet, ſed protinus in inferiores partes tranſmittit. Vocatur & hilla. inde farcimina hillæ dicuntur. Horatius:

Perna magis ac magis hilla.

Longum, & alio nomine tenuius: quod eſt in ſitus vehementer implicitum. Hoc Varro Longanonem adpellat: quia longius eſt inteſtinũ hoc quàm duo tenuia. Monocolũ, quod & cæcum nominatur: quia in dexteriorem partem peruium nõ eſt. Colon, à noſtris aluus dicitur: vbi magna dolorũ cauſſa eſt. Nouiſſimum eſt rectum: ita nominatũ, quia in ima parte dirigitur, qua excernitur. Hæc autem inteſtina ab omento conteguntur. Et dicitur neutro gen. & Inteſtinus maſc. Plini lib. xi. Inteſtinus quibuſdam ab ore incipiens, quadam via eodem inflectit, vt ſepiæ & polypo. In homine adnexus infimo ſtomacho, ſimilis canino. Differunt tamen Inteſtina à viſceribus. Illa enim inferiora ſunt: hæc ſuperiora. Celſus libro iiii. A' viſceribus ad inteſtina veniendum eſt. Alio nomine dicũtur interanea. Plinius, Medelæ ſunt innumeræ ad interanea.

Intingo, gis, ex in, & tingo. Tingere vero, inficere & madefacere: vnde intinctum, quod nos ſaporem in cibis dicimus, Græci embammata. Colum. Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneo, ſed etiã ſpecioſo vteris. ἐμβάπτειν enim tingere eſt. Pli. laudat intinctum ex myrto. Ouidius lib. ii. Faſtorum:

Nutriat intinctos miſſa patella cibos.

id eſt, aliquo ſapore reſperſos.

Intorqueo, ques. cõtra: ſeu intus torqueo, iacio. Ver.

Sacrum qui cuſpide robur
Læſerit, et tergo ſceleratam intorſerit haſtam.

Item intorqueo. circuntorqueo. Colu. lib. iii. Quum iam matura mala fuerint, antè quã rumpantur, peciolos quibus pendent intorqueto: eo modo ſeruabunt.

Intra, præpoſitio, ab in deriuatur. Lucanus:

Intra caſtrorum timuit tentoria ductor.

Intra cubiculũ, Intra oppidũ, ſignificat in tentoriis, in cubiculo, in oppido. Aliquando ſignificat citra. Cic. Sed tamen quoniam effugi eius occaſionem, q fortaſſe arbitraretur me hanc rempublicam nõ putare, ſi perpetuo tacerem: modice hoc faciã, aut etiã intra modum, vt & illius voluntati, & meis ſtudiis ſeruiam. Modice, id eſt. cum modo. Intra modũ, id eſt, citra modum, hoc eſt, minus quàm modice. Cuius contrarium eſt, vltra modum. Sic dicimus,

Intra famam, id eſt, citra opinionem. Vltra famam, quod eſt, per quàm multum. Quintil. Hortenſii ſcripta tamen intra famam ſunt. Quomodo autem ad ſpatium & numerum referatur: vide in dictione Infra. Ab intra, fit Interius: à quo interior, Intimus, Internus, Interaneus, Intrinſecus, Introrſum, Intrarius, Inteſtinus, Intro, tras.

Intrarius, qui intimus eſt. Plaut. Charos mihi atque intrarios amicos.

Intrico, cas, penult. prod. Implico: vnde Extrico, eius contrarium. Trico vero à tricis, quæ ſunt implicationes. Plautus:

Quod argentũ tu mihi, quas mihi tricas narras.

Intrinſecus, & extrinſecus, penulti. cor. aduerbia ſunt compoſita ab intra & extra, & ſecus quum ſignificat iuxta. Hiero. ad Iulian. ea complexus eſt. Calidiſſimus (vt inquit) aduerſarius, et inueteratus dierũ malorum nouit alia quæ extrinſecus ſunt, & à philoſophis quoq; mundi adiaphora, hoc eſt, indifferentia vocantur. in eorumq; amiſſione atq; cõtemptu perfectam non eſſe virtutem: alia quæ intrinſecus & de ſe data cogant dolere perdentem. Inueniũtur tamẽ hæc nomina apud recentiores.

Intritum, pen. prod. nomen à verbo intero deductũ, de quo paulò antè. cibus in mortario tritus. Mart.

Circumlata diu menſis intrita ſecundis.

Eſt & participium Intritus vide in dictione Intero.

Intrò aduerbium, proximũ eſt voce & ſignificatione inter. Et ſicut inter & intra ab in deſcendũt: ſic intus & intrò. Sed intus, in loco & de loco, Intrò, ad locũ ſignificat. Et componitur cum d, vt Introduco. e, vt Introeo. g, vt Introgredior. m, vt Intromitto. r, vt Introrumpo. ſ, vt Introſpicio. u, vt Introuoco.

Intro, tras, ingredior, intrò vado.

Introcludo, eſt in interioribus claudo. Seneca, Qui domi introcluſus otiabatur.

Introduco, cis, penultima producta, ſignificat intra aliquem locum duco. Salluſtius: Vulturtium cum legatis introducit. Per tranſlationẽ eſt inſtruo, doceo. Vnde Introductio, eruditionis principiũ: quã Græci ἀγωγὴν vocant.

Introeo, is, notum. Cic. in Læl. Fuerat æquius vt prius introieram, ſic prius de vita exirem. Inde fit Introitus, tus. pro ingreſſu.

Introgredior, deris, ſicut ſonat. Vergilius:

Poſtquàm introgreſſi, & coram data copia fandi.

Intromitto, tis. Terentius: Vereor ne illud grauius Phædria tulerit, ne ue aliorſum atq; ego feci acceperit, quòd heri intromiſſus non eſt. Et dicimus, Intromitto in ædibus. &, in ædes. Plaut. in Aulula. Intromiſiſti in ædibus. Licet enim ad locum ſit figurate, tamen dicitur ad locum cum ablatiuo. Non enim Grammatica verbis ſed ſenſibus, adligatur.

Introrſus, aduerb. qd ſignificet, declarat Cæſar li. iii. Ab eo flumine pari adcliuitate collis naſcebat, aduerſus huic & cõtrarius, paſſibus circiter ducẽtis infeprius apertus. à ſuperiori parte ſylueſtris, vt nõ facile introrſus perſpici poſſet. Quidam volunt intelligi introrſus, à læua parte: & interiorem, à ſiniſtra.

Introrumpo, pis, quaſi cum impetu introeo. Gellius: Ceruа emiſſa in cubiculum Sertorii introrupit.

Introſpicio, ſpicis, penul. correp. Ambroſius libro. i. Offic. introſpice hulcera & uibices animæ eius, & cordis mæſtitudinem.

Introuoco, penul. corre. Liui. lib. x. Fabius nihil precatus populum, quàm ut prius quàm introuocaren tur ad ſuffragiū tribus, Appii Claudii prætoris adlatas ex Hetruria literas audirent.

Intueor, tueris, vide in dictione tueor.

Intus, ab in fit, & ſignificat in loco. Plautus, Quis intus eſt? Quando præpoſitio eſt, accuſatiuo ſeruit. Plautus in Milit. domum veſtram intus.

Intuſium, veſtimentum quod corpori intra plurimas ueſtes adhæret, quaſi intuſtium, quòd intus ſtet. Varro. Vnum quod foris ac palàm palla, alterum quod intus. A' quo Intuſium, quod & Induſium ab aliquibus dicitur, de quo ſupra.

Intutus, ta, tum, penul. produ. non ſecurus. Liuius lib. v. Caſtra Gallorum intuta neglectaq́ ab omni parte nacti inuadunt.

Intybus, pe. cor. gene. fœmi. In plur. Intyba, neu. & Intybi maſcu. Verg. Et amaris intyba fibris. Plin. lib. xxvii. Intybi quoq́ nō extra remedia ſunt. Succus eorū cū roſaceo & aceto, capitis dolores lenit. Herba eſt capilloſa & amara, cuius tenues capilli ſegetes ambiunt & enecant. Intybum erraticū, antiqui cicoream vocant. Quidam endiuiam intelligunt.

Inuado, dis, penul. prod. inceſſo, & tam datiuo quàm accuſa. iungitur. Varro de Vita paſt. Tanta porrò inuaſit cupiditas honorum plerisq́. Et inuadere, eſt repente & cum impetu aliquem adgredi. Vergil. Inuadunt urbem ſomno vinoq́ ſepultam. Salluſt. Priuſquā hoſtes inuaderet. Item ingredi, ſiue incipere. Cice. Non potui magis in arcem illius cauſæ inuadere. Vergilius libro. vi.
Nunc inuade uiam, uaginaq́ eripe ferrum.

Inualeſco, leſcis, robur ac firmitatē adquiro, vñ Inualuiſſe cōſuetudinē, Inualuiſſe mores dicimus. Lactan. lib. v. Si noſtra inualuerint, ut quotidie inualeſcunt. id eſt, fiunt ualde ualida. Ex his oſtēditur, uerba in ſco terminata, habere præteritum.

Inualetudo, imbecillitas. Cic. in Læl. Quod abſit in his nonis in collegio noſtro non adfuiſſes, inualetudinem reſpōdeo cauſſam, non mœſtitiam fuiſſe.

Inuectiuæ orationes, ſunt aduerſus aliquem ſcriptæ, quòd in illius mores inuehamur.

Inueho, his, ſumitur modo pro ſimplici. Vergil.
Centauro inuehitur magna Quādoq́ intrò veho. Liui. lib. vi. Quantumq́ Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti.

Inuehor, deponens. ſignificat maledictis adgredior, & veluti quodam impetu ſermonis in aliquē feror. Cice. In eam itaque Panſa vehementer inuectus.

Inuenio, uenis, penul. corre. comperio, quaſi in aliqd venio, Vnde Auguſtinus lib. de Trinitate. capi. x. Si verbi originē retractemus, quid aliud reſonat, niſi quia inuenire, eſt in id uenire quod quæritur? Propterea quæ quaſi vltrò in mentem ueniunt, non uſitate dicuntur inuenta, quàuis cognita dici poſſunt, quia non in ea quærēdo tendebamus, ut in ea veniremur. hoc eſt, ea inueniremus. Vergilius,
Inueni germana viam. Hinc inuentio, es, & inuenta. Differunt (ſecūdum aliquos) inuenio, & reperio. quòd inuenire, ſit rem quæſitam offendere, reperire, à caſu. Ouid. Tu non inuenta, reperta es.

In verſum, ſignificat in numerum. Vergilius,
Ille etiam ſeras in uerſum diſtulit ulmos.

Inuerto, eſt quaſi in contrarium uerto, ut ueſtem, aut pellem. Seu etiam uerba præpoſtere pronuncio. ut lauo, uola.

Inueſtes, inermes dicimus, ſiue (vt quidam uolunt) impuberes. Cornucopiæ,

Inueſtigo, gas, pen. produ. ſignificat quærendo inuenio. Tractum à venatoribus, qui per veſtigia feras quærēdo inueniunt, Terē. Nihil tam difficile eſt, quin quærendo inueſtigari poſſit. Cicer. pro Liga. Sed quoniam diligentia amici inueſtigatum eſt quod latebat, cō fitendum eſt ut opinor. interdum tamen ſignificat veſtigo. id eſt, quæro. Teren. in Eunu. Vbi quæram? vbi inueſtigem, quem percunctor, quà inſiſtam uia incertus ſum. Cicer lib. I. Offi. In primisq́ eſt hominis propria ueri inquiſitio atq́ inueſtigatio. Sed quoniam In, quandoq́ negationem innuit, ſumitur etiam pro non inuenio, vt eſt illud Apoſtolicum, O' altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incōprehēſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius.

Inueſtire, eſt quaſi ornare. Plinius libr. xxxv. Publicas porticus inueſtiuit pictura.

Inueterati, dicuntur, qui in malis inſenuerunt, ut in ſacris literis. Inueterate dierum malorum.

Inueteraſco, ex in, & ueteraſco. Veteraſco abſt, à vetero, ras, fit. Vetero, à vetus. Vetero non reperi, ſed tātum veteraſco, quorum præterita nuſquàm legi, ſed ueteraui ambo facere oportet, ſi inueniantur. Nam uetero, & ueteraſco, eodem modo in ſignificatione ſua procedere puto, quo integro & integraſco. In formatione verò etiam ſimiliter, niſi quòd Inueteraſco mutat a, in e, ſicut conſano, cōſaneſco. reſano, reſaneſco. hilaro, hilareſco, incuruo, incurueſco. & alia huiuſmodi, ſic Inuetero, & Inueteraſco, inueteraui. Lact. lib. II. in actiua ſignificatiōe poſuit. Hæc uerſutia et his artibus notitiā Dei ueri ac ſingularis apud oēs gentes inueterauerūt. id eſt, in deſuetudinem poſuerunt. Inueteraſco paſſiuè. Teren. In Hecyræ prologo dixit, Nouas qui exactas feci ut inueteraſcerent, ne cū poeta ſcriptura euaneſceret. Donatus, Inueteraſcerent, in deſuetudinem venirent, ſpectarētur, amarentur. Columella præterito uſus lib. vii. In paſſiua ſignificatione, & proprie de morbo, dicens, Sed ſi iam inueterauit, vehemētioribus eſt opus remediis, Cicero quoq́ in Catone, Iam omnis conglutinatio recens ægre inueterata facillime diuellitur.

Inuicem, penultima correp. ex in, & vicem. proprie ſignificat mutuò. Quintilianus, Qui ſe ardentiſſimo amore inuicem dilexerunt. Aliquando ſumitur pro ſecundo loco. Plinius Iunior, Habet res urbanas, inuicem ruſticas ſcribe.

Inuide facere, dicitur, qui per inuidiam aliquid agit

Inuidentia,

Inuidentia, eſt ægritudo animi quæ propter res ſecundas alterius ſuſcipitur, quæ nullā iacturam adferāt inuidenti. Cicero in tertia Tuſcul. Ab inuidendo inuidētia recte dici poteſt, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ, quod verbū ductum eſt à nimis videndo fortunam alterius. Cadit enim in utrunq;, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur, vbi inuidentiam quàm inuidiam dicere maluit, tāquàm inuidentia inuidi ſit, inuidia eius cui inuidetur. Sed in frequenti uſu eſt inuidia magis quàm inuidentia, apud doctos indoctosq; indiſcriminatim. Inuidia diſtat ab odio, quòd inuidemus fortunato, odimus uitioſum, quòd inuidiā profiteri erubeſcimus, odiſſe palàm decorum eſt, quòd inuidia hominū tantū eſt, odium reliquarum etiā animantium, ut inqt Plutarchus in libro de inuidia & odio.

Inuideo, es; pen. cor. ex in, & video. ſignificat inuidiā habeo. hoc eſt, ex alicuius rebus ſecūdis dolore adficior. Tractum à nimis videndo, quòd oculos & animum in eos quibus inuidemus, continue iniectos teneamus. Vnde etiam cum accuſatiuo cōſtructum inuenitur. Ouidius, Troades inuideo. Vergilius, Inuidet imperium. Idem poſt accuſatiuum poſuit datiuum, dicēs, Liber pampineas inuidit collibus vuas. Sic enim decenter dicimus, Inuideo tibi doctrinas, Fortuna mihi inuidet diuitias. Plini. Neq; ego (vt multi) inuideo alijs bonum, quo ipſe careo. Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Cice. lib. iii. Tuſculanarum, Vt nobis optimam naturam inuidiſſe videātur. Priſcianus tamen in, negatiue exponit, dicens, Inuideo tibi, quaſi nō uidens tibi ſio. hoc eſt, nō ferens te bene agentem videre. Aliquādo inuidere, ſignificat interius vel penitus videre. Cice. lib. de Oratore, Itaq; ne hoc poſſum dicere, me omnino ignorare quid poſſideat, neq; planè noſſe atq; inuidiſſe. Hierony. de Vera circūciſione, Quis inuidet domini uerbum de corde patris eructatū? Sciendum, quòd licet inuideo actiuum ſit, tamen cōſuetudine datiuo iūgitur. Imò (ut Diomedes docet) vltra datiuū poteſt regere genitiuū, accuſatiuū, & ablatiuū. vt, Inuideo tibi gloriæ, gloriam, & gloria. Eius paſſiuum eſt inuideor. vt, Ego inuideo tibi. &, Tu inuideris à me. Horatius, Ego quur adquirere pauca Si poſſum inuideor? Plautus in Truculen. Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis. Nā inuidere alii bene eſſe, ubi male eſſe, miſerū eſt. Qui inuident egent, illi quibus inuidetur rem habēt. Eſt quando inuidere ponitur pro odiſſe, quod contra uotum nimium videmus. Ouidius,

Troia iacet certe Danais inuiſa puellis.

Cicero, Diis hominibusq; inuiſus.

Inuidia, ab inuideo fit, & ſignificat actū ipſum inuidēdi, q; eſt dolor alienæ felicitatis. Aliqñ pro odio & maleuolētia ſumit. Eſt enim vel dictio vel facto in alterū maleuolentiæ cōciliatio. Vt ſi quis calamitates ſuas referat oſtendatve, vt autori calamitatum cōcitet odium cæterorū, quod dr̃ inuidiā facere, vel vocare vel adducere ad inuidiā. Quintilianus, Nec ei tot ſcelerū cōmemoratione cōcitarem inuidiam, Terētius, Ita vt ſine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Inde inuidioſa res dicitur, quæ facti atrocitatem augens, inuiſum illud vel illius autorem faciet. Huius diminutiuum eſt inuidiola. Idem, Quum neſcio quid inter eos inuidiolæ exortum fuiſſet.

Inuidioſe, vel qui per inuidiam, vel qui in aliquem excitat odium, eumq; inuiſum facit.

Inuidioſus, qui morbo inuidentiæ laborat. Ouidi.

Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa vetuſtas,
Omnia deſtruitis.

Interdum ſumitur pro eo cui habetur inuidia. Idem,

Pactolumq; petis, quanquàm non aureus illo
Tempore, nec charis erat inuidioſus harenis.

Sic potentia et opes inuidioſæ dicuntur. Cicero Dolabellæ, Contingit enim tibi quod haud ſcio an nemini, ut ſumma ſeueritas animaduerſionis nō modo non inuidioſa, ſed etiam popularis. Et inuidioſus, odioſus, atq; inuiſus dicitur.

Inuidus, qui actu alicui inuidet. Horatius,

Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.

Inuigilo, las, penul. corr. ſupra, ſiue intus uigilo, ſollicitus ſum. Lactātius lib. iiii. Vel cuſtodiendis dominibus inuigilat.

Inuinius, abſtemius, quaſi ſine uino, ſicut inuius ſine uia. Qui enim uinū nō bibit, inuinius dicitur. Apu lib. uſt. Neq; ullum animal eſſem, & inuinius eſſet.

Inuiſus, non viſus. Cicero de Haruſpicum reſponſis, Occulta & maioribus nō inuiſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit. Aliàs inuiſus ponitur pro odioſo.

Inuitatus, tus, inuitamentū, & inuitatio, pro eodē ſumūtur. Cicero Cæſari, Mitto ad te Trebatium, atq; ita mitto, in initio mea ſponte, pòſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim. Idem in Hortenſio, Voluntas autem nulla ad res neceſſarias inuitamenta adferunt ſenibus.

Inuito, tas, penul. produ. manifeſtam habet ſignificationem, quam ponit Cicero, Ad quem fruendū non modo non retrahit, verumetiam inuitat atq; allectat ſenectus. id eſt, prouocat. Et inuitare, eſt delectari. Vergilius lib. i. Georgicorum,

Inuitat genialis hyems, curasq; reſoluit. Itē replere. Plau. in Amph. Mira ſunt, niſi inuitāt ſeſe plusculū.

Inuitus, ta, tum, quod non libenter fit. Teren. in An. Feci hodie vt fierent, inſperante atq; inuito Pāphilo. Cicero lib. ii. ad Herenniū, Sin eſt probus, quur talem inuitam inuitum cogis relinquere? Idem comparatiuum poſuit quum ait. Quem ego paulò ſciebam uel impudentius vel inuitius, nolo enim dicere de tam ſuaui homine, faſtidioſius.

In vniuerſum, vniuerſaliter. Quintilianus, In uniuerſum aſit præcipue, id eſt, generaliter. Ce.

Inuius, a, um, quod eſt ſine uia, & per quod iri non poteſt.

Inumbrare, eſt tegendo umbram facere, & quod dicitur opacare. Per metaphoram tamen ponitur pro tueri atque defendere, quæ tralatio ſumpta eſt ab arboribus. Cornucopiæ.

Inunco, cas, quaſi unco inuado, & adripio. Lucilius,

Aut qui nummos triſtis inuidat. Colu lib. viii. Tſi etiam quotidie minuitur lana:quæ quãto prolixior in pectore concreſcit,tanto magis obnoxium eſt ru bis:quibus velut hamis truncata,à paſcentium teſ gotibus auelhitur. Apu li. Flo. Vnde roſtro transfodiat,vnde vnguibus muncet.

Inundo,das,quãdo q; abſolute ponitur, & ſignificat creſco,& extra alueum verſor. Plin. Antè quàm Nilus inundaret. Quando q; actiue,& pro ambulo ponitur. Idem: Agros & ſata omnia inũdauit. Hinc fit Inundatio, pro diluuio: Licet quando q; ponatur pro copioſa multitudine. vt eſt illud: Inundatio camelorum operiet te.

In vnguem,&, Ad vnguem,ſignificat ad perfectionẽ. Vergi. lib. ii. Georg. Nec ſecius omnis in vnguem, Arboribus poſitis ſecto,via limite quadret. Translatio à lapicidis, qui vngue marmoris leuitatẽ experiuntur.

Inuoco,cas,penul.cor. ſignificat intro voco. Aliquando non voco. Plau in Capt. vtrã q; ſignificationem cõplexus eſt quum inquit: Nam ſcorta inuocantur, & nos paraſiti inuocamur. Aliquando ſignificat in auxilium vocare Plaut. in Aſina. Deam ſibi inuocet quam lubebit propitiam.

Inuolare, à vola fit: quæ eſt manus & pedis media pars, & ſignificat furari, quaſi aliqd furtim vola manus ſubtrahit: quaſi in volã dare. Inuolare etiã dr, quũ violẽter manus in aliquẽ dirigitur. Teren. Vix me cõtineo, qn inuolẽ in capillũ. Inuolare, etiã eſt euolare, à volo,as, Apul. lib. x. Diceres tu cupedines veros de cœlo vel mari commodum inuolaſſe.

Inuolucris, pen. corre. dicitur auis quæ adhuc volare non poteſt. Gellius: Pulli tunc inuolucres erant.

Inuolucrum, pen. produ. dr omne quod inuoluitur. Plautus poſuit Inuolucrẽ aduerbiũ, quũ amiculo re uoluit veſtem inuoluere. id eſt, inuolũtẽ in globũ. Ab inuoluo, uis, cuius ſupinũ eſt inuolutum: & mutata tum, in crum, fit Inuolucrũ. Sic fiunt multa alia, vt lauacrũ, ſimulacrũ, ambulacrum, aratrum, ſe pulchrum: quæ habent penultimam productam.

Inuoluolus, vide in dictione Conuoluolus, & in dictione Iulus.

I ANTE O.

IO, dolendi particula eſt. Tibullus:
V tor Io, remoue ſæua puella faces.
Quando q; exprimit geſtientis lætitiã affectum.
Ouid. Dicite io pæan, & io bis dicite pæan.
Io quo q; nomen Inachi filiæ: quæ poſtea Iſis adpellata fuit.

Iobacchus, Bacchi cognomen, ἀπὸ τῆς ἰῶς καὶ βάκχα. id eſt, à voce & clamo.

Iochabella, nomen matris Moſis, vt ex Ioſepho tradit Hier.

Iocus, in verbis eſt, vnde Iocor, quod modo ludo ſignificat, modo nõ ſerio loquor, ſed nugis ago. Aliquando iacere, & cum venuſtate quadam iocor. Iocus, in plurali numero Ioci & Ioca facit, quæ ſignificant dicteria. Inde Iocoſus, & Ioculare: quod modo luſorium ſignificat, modo inane, non ſerium, modo

am enum & yenuſtum. Cornucopiæ.

Iolaus, Iphicli filius fuit, à quo Sardinii Iolenſes dicti ſunt, quia illã miſeriam ad pacem reduxit. Cc.

Iole, Euryti Aetoliæ regis filia fuit, quã amauit Hercules. Cornucopiæ.

Ion, violaceæ gemmæ ſpecies: ſed raro ſaturo colore lucet. Apud Indos inuenitur. Item Ion Xuti filius fuit, à quo Ionia dicta eſt Athenienſium ciuitas, ſicut à Cecrope conditore Cecropia, & à Mopſo Mopſopia.

Ionia, regio minoris Aſiæ, me dia inter Cariã & Aeoliam ab Ionio Athenienſium duce cognominata, qui eam regionem ſubegit. Vel à Iano Iapheti filio, vt Ioſephus inquit. In ea Miletum ciuitas Priennis, Epheſus, & Clazomenæ.

Ionicus, ca, cum, pen. cor. quod eſt ex Ionia. vt Ionica lingua, inter quinq; Græcorũ linguas notiſſima.

Ionius, nia, nium, ſimiliter poſſeſſiuũ. vt Ionium mare quod eſt pars Adriatici, vt inquit Strabo. à Ionio dicti Dyrachii filio, quẽ imprudenter à ſe occiſum in mare proiecit Hercules, vt eius nominis memoriam propagaret. Alii ab Ius errore, vt Lycophron ait. Vel ab Ionio Illyrico. Vel quod in eo perierunt Iones. Alii ſic ſcribunt: Ion Italus, Adriæ pr fuit, à quo Ionius, q mox ab Adria dictus eſt Adriaticus. Ionthos, Græci dicere, quos Latini varos appellant.

Ioppe, cũ duplici pp, vrbs eſt in a itima Palæſtinæ quæ (vt quidã volunt) regia fuit Cephei Andromadæ patris. Hæc (referente Solino in Collectaneis, & Plinio lib. v. Natu. hiſto.) fuit antiquiſſima omnium vrbium in vniuerſo orbe, utpote ante diluuiũ vniuerſale cõdita. Quod & oſtẽdit ſaxũ, quod vinculorũ Andromadæ ueſtigia adhuc retinet, quã expoſitam beluæ (vt ait Solinus) non irritus animo circumtulit. Nõnulli verò alii, nõ Ioppen Palæſtinæ, ſed aliã Indiæ vrbẽ fuiſſe dicũt, vbi Andromada marinæ beluæ fuit expoſita: quũ dicat Ouid. li. i. de Arte amãdi.
Perſeus Andromaden nigris portauit ab Indis.
Et Sappho ad Phaonem.
Candida ſi non ſum, placuit Cephelã Perſeo,
Andromadæ patriæ fuſca colore ſuæ.
Sunt tamen qui credãt, & ſi Aethiopiæ Indicæ partibus illam fuiſſe conſiteãt, ad Ioppen tamen Palæſtinæ deductam, quum beluæ exponendã fuit.

Iordanis, fluuius in Iudæa exiniæ ſuauitatis. Oritur ad radices Libani. Duobus fontibus ſurgit, alteri nomen Ior, alteri Dan: qui ſimul iuncti, Iordanis nomen efficiunt.

Ios, inſula, in qua ſepultus eſt Homerus oraculo iubẽte: quoniam mater eius ex Io foret, ipſe certa matre, incerta eſſet patria.

Iotapata, vrbs in Syria à conditore ſic uocata.

Iouinianos, diuus Maximianus voluit vocari, qui ſe fortiter in Illyrio geſſiſſent. Cc.

Iouis gẽma, quæ vltra cãdorẽ & leuis eſt & tenera.

Iouiſte, compoſitum ex Ioue & iuſte, Cornucopiæ.

I ANTE P.

IPhianiſſa, Melãpodis vxor fuit, & Prœti filia, ob pulchritudinem à Iunone in furorem uerſa, ſed à

Melampo ſanata. Cornucopiæ.

Iphigenia, Agamemnonis & Clytemneſtræ filia fuit. Cornucopiæ.

Iphinous, vnus ex centauris. Cornucopiæ.

Iphitus, filius Praxonidis, ſiue Hemonis, qui primus Olympiada inſtituit. Cornucopiæ.

Ips, vermiculus eſt, q cornua viteſq; prærodit: vt Cis frumenta, Thrips ligna, Sic ueſtes, Is vitta, Midas fabam. Declinatio aũt huius nominis non facilis eſt. Vnde docet ſic Suidas. ἶψ ὁ σκώληξ, καὶ κλίνεται ἰπός, καὶ τὰ πληθυντικὰ ἶπες. id eſt, Ips, vermiculus: & declinatur Ips, ipis, & pluraliter ipes.

Ipſe, a, um, pronomen demonſtratiuum, quando ſcilicet cum aliis pronominibus iunctũ, eorũ accipit ſignificationẽ, vt ego ipſe, tu ipſe, ille ipſe. Inuenitur tamẽ ſæpe abſq; aliis per ecclipſim prolatum, & tamen eorum habens ſignificationẽ, quæ cum eo ſubaudiuntur. Vergilius: Quæq; ipſe miſerrima vidi. Aliquando relatiuum eſt. Idem, Ipſe arduus altaq; pulſat Sydera. Aliquando emphaſim. id eſt, expreſſionem alicuius rei latentis habet. vt ſi dicam, Ipſe pater: de quo minus credẽdum eſſet qui hoc fecit. Quod ſi addatur particula met, vt Ipſemet, diſcretio ſignatur. hoc eſt, Ipſe ſolus, & non cum aliis, vel ipſe per ſe, & non per alios. Aliquando ſignificat ſimilem. Vnde & comparatiuum habet ipſior, & ſuperlat. Ipſiſſimus. id eſt, ſimilior, ſimillimus. Apud veteres ipſus, pro ipſe dicebatur. Terentius: Ipſus eſt.

Ipſicius, Amphitryonis & Alcmenæ filius, vno partu cum Hercule editus.

Ipſippe, id eſt, ipſi, nec alii.

Ipſulces, bracteæ dicebantur in muliebrẽ viri ſem' ue ſpeciem expreſſæ.

I ANTE R.

IR, neutri generis, & indeclinabile, proprie manus concauitas. Licet quidã pro ipſa manu capiatur.

Ira, dicta eſt ab eo quod eſt ire. Nam à ſe it, qui iraſcitur & furit. Vnde & qui iram deponit, ad ſe redire dicitur. Terentius in Adelphis: Tãdem reperi me iracundiam, & ad te redi. Eſt autem ira, libido puniendi eius, à quo iniuria offenſi ſumus.

Iracundus qui ex parua uel nulla cauſſa, quiq; natura ad iram procliuis eſt, etiã ſi nunc nulla moueat ira. Hinc Iracundia dicta (autore Feſto) quod iram inceat. Differentia ira, de cauſſa eſt: iracundia de uitio multũ iraſcẽtis. Seneca lib. de ira, Ira quo diſtet ab iracundia, adparet: quo ebrius ab ebrioſo, & timẽs à timido. Iratus, poteſt eſſe, non iracundus: Iracundus, poteſt aliquando non iratus eſſe. Vſurpatiue tamen iracundia ponitur pro ira. Cice. lib. iiii. Tuſcu. Iracundia, eſt vlciſcendi libido.

Iraſcor, ſceris, iratus, cõſtruitur cum datiuo. Plautus: Noli amabo Amphitryo iraſci Soſiæ cauſſa mea. Huius cõpoſita ſunt Subiraſcor, quod eſt paulum iraſcor. Obiraſcor, cõtra iraſcor. Liui. lib. i. Fortunæ (ut fit) obirati, cultũ reliquerant Deum.

Iratè. aduerbium, per iram ſignificat.

Iratus, dicitur, qui aliqua re laceſſitus, excanduit, etiã ſi natura non ſit iracundus.

Irceus, genus eſt farciminis. Cornucopiæ.

Ircipes, pen. cor. genus raſtrorum ferreorum, ſeu regulæ cum pluribus dentibus, quos item vt plauſtra boues trahunt, vt proruant glebas, & extirpent herbas in agris.

Ire pedibus in ſententiam, quid ſignificat, uide ſupra in, Eo, Is.

Irenarches, ſiue irenarcha, dicitur, qui ad tollendas diſcordias, & pacandos ciuiũ animos, in ciuitate præficitur. Apud iuriſconſultos tamen dicitur, qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur. Græci enim εἰρήνην pacem vocant, ἀρχὴν præfectum, aut principem.

Iris, ris vel ridis, arcus cœleſtis, ab εἴρειν, quod eſt nũciare. Nã poetæ Deorũ nunciã fingunt. Vergil. Irim de cælo miſit Saturnia Iuno. Huius arcus cauſſa eſt radius Solis, cauæ nubi immiſſus, q repulſa acie in Solẽ refringitur. Nubes enim formã arcus diſcoloris efficit: qa aliæ partes earũ tumidiores ſunt, aliæ ſubmiſſiores & quædã craſſiores quàm vt Solẽ trãſmittant: aliæ imbecilliores quàm ut excludãt. Hæc inæqualitas alterius lucẽ vmbramq; cõmiſcet, & exprimit illã mirabilẽ arcus varietatẽ. Eſt & Iris herba ſuauiſſimi odoris, vt Pli. lib. xxi. teſtis eſt, cuius radicẽ dixit in vnguentis & medicinis cõmendari. Caulẽ habet cubitalẽ & rectũ, radicẽ raphano ſimilẽ: quæ ſternutamenta mouet. Floret diuerſorũ colorum ſpecie, quaſi arcus cœleſtis, à quo nomen habet. Vulgò dicitur lilium cæruleum.

Irinum oleum, eſt quod ex iride fit. Cornucopiæ.

Irmola, vaſis genus in ſacris.

Ironia, cũ accẽtu in pe. dicitur põt ſimulatio, uel illuſio. εἰρωνεία ab εἴρω dico: & inde εἰρωνεύομαι in voce paſſiui, q. d. eſt cauillor. Figura, quũ aliqd p contrariũ dr, et illuſionẽ. Et definitur quòd ſit oratio pnũtiationis grauitate negligẽs ſenſum uerborum. ut, Me duce Dardanius ſpartam expugnauit adulter. Niſi enim grauitas pronunciationis adiuuerit, confiteri videbitur, quod negare contendit.

Irraſus, pe. prod. participiũ ſine verbo, ſignificat non raſum. Plau. Dii te ament cum irraſo capite.

Irraucio, is, rauſi, ſum, ex in & raucio, quod à raucus deſcendit, & ſignificat raucus fio. Dicitur & Irrauceſco, ces, irraucui. Cice. lib. de Orato. At Aeſopum ſi paulum irraucuerit explodi.

Irremunerabile, quod ob magnitudinem remunerari non poteſt, nec par pari rependi.

Irrepo, pis, pen. produc. pſi, ptum, ſignificat paſſim & latenter more reptilium introeo. Cuius frequentatiuum eſt Irrepto. Hora. Verum opere in longo fas eſt irrepere ſomnum.

Irretio, retis, à rete fit, & ſignificat retineo rete, quaſi capio. Vnde

Irretitus dicitur, qui aliqua fraude, vel blandiciis, aut dolo, quaſi rete captus. Lactan. lib. iii. Eos autẽ qui Deum ſciunt, dolis & aſtu adgreditur, vt cupiditate aut libidine irretiat, aut peccatis blandientibus deprauatos, impellat ad mortem.

Irrigo, pen. corr. ex in et rigo, ſignificat quaſi riuos in agrum deduco. Rigo autem à riguus.

Irriguus, gua, guum, quod irrigatur, uel facile irrigari poteſt. Cato, Vinea eſt prima, vel ſi vino multo eſt. Secundo loco hortus irriguus. Accipi῾ et quādoq; in ſignificatione actiua. ut aqua irrigua, quę irrigat.

Vergil. lib. iiii. Georgicorum,

Irriguum q; bibant violaria fontem. Tibullus,

Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Ambroſius ſubſtantiuo uſus eſt. Magna eſt eleemoſyna, quæ ardentium criminum globos beneuolentiæ ſuæ fonte refrigerat, et quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum. Et libro Hexameron, Quòd ſi irriguis aquarum plerunq; et ſegetes lætiores ſunt.

Irripio, pis, pen. correp. intus rapio. Cic. Irripiunt in ædes ſubitò.

Irrito, as, penult. corrept. componitur ex in rato, quo veteres vtebantur pro ratum facio, adprobo, et ſignificat non ratum eſſe uolo, uel oſtendo, uel facio. Et Irritum, improbatum, non ratum, et per tranſlationem, in nihilum redactum. Vergilius,

Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Terentius in Phormione, Quod dictum, indictum eſt, quod erat ratum, id irritum eſt.

Irrito, as, pen. prod. ſignificat prouoco, iramq; incendo. Frequentatiuum, ab irruo, per mutationem u, in i, euphoniæ cauſſa. Tractum à canibus, qui quum prouocatur irruunt. Vel (vt Donatus ait) qui reſtrictis dentibus hanc literam r, imitantur. Verg. lib. x. Aeneidos, Irritatq; uirum telis, et uoce laceſſit. Ouidius lib. ii. Faſtorum, Tum ſicco primas irritat cortice flammas. id eſt, ſuſcitat. Plautus in Amphitryone. Irritabis crabrones. Eſt et [redacted]o, tas, pen. prod. Nam ſicut Irrito pro laceſſo, ab irruo eſt, ita Prorito à proruo. Nec multum in ſignificatione differunt. Nam Prorito idem eſt quod prouoco. Columel. lib. ii. Lini ſemen, niſi magnus eſt eius in ea regione quam colis prouentus, et precium proritat, ſerendum non eſt, agris enim præcipue noxium eſt. Hic in bonam partem ſumitur. Irrito uero magis frequentatiuum eſt, quā Prorito, et fermè ſemper acris maiæq; uehementiæ. Prorito non ſic, ſed in bonam et in malam partem, vti prouoco, capi poſſet. Irrito, ſemper in malam.

Irrogo, gas, pen. cor. Infero, Infligo. Plau. In Capt. Qui conſilium iniere quo nos uictu et uita prohibeant, iis diem dicā, irrogabo multā ut mihi cœnas decē meo arbitratu dent, quum chara annona ſit.

Irructo, ctas, uide in dictione Eructo.

Irrugio, gis, ualde rugio. Hieronymus in Geneſi, Auditis Eſau ſermonibus patris, irrugiit clamore.

Irrumo, as, penultima correpta, à ruma mamma. uide in dictione Fello.

Irrumpo, uiolenter et cum impetu ingredior. Plinius libro. xxxv. Hoſtilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat. Lactantius libro ſecundo, Nam quum ab Alexandro capta ciuitas eſſet, ac milites ad eam ſpoliandam irrupiſſent. Et fermè ſemper in hac ſignificatione hoc uerbo utuntur autores. Lact. proprie ſumpſit lib. vi. pro penitus frango. Summū inter ſe hominum uinculum eſt humanitas, quod qui irruperit, nefarius et parricida exiſtimandus eſt.

Irruo, cum impetu feror. Salluſtius. Quum fortè in eos irruerent, facile repulſi. Donatus, irruere, proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineunt. Quandoq; ratione præpoſitionis in, ſignificat introruo, intromitto, ingero. Auguſtinus, Vidiſtis mulierem in ciuitate famoſam, nō inuitatam irruiſſe cōuiuio.

I ANTE S

Is, ea, id, eandem ſignificationem habet quā Hic et eundem locum retinet. ut, Qui diuitias cupit, is, uel hic, uel ille, uel idem eſt auarus. Ab is, fit iſce, ſicut ab hic hicce.

Is, vrbs à Babylone itinere dierū octo diſtans. apud quā eſt Is fluuius, è quo bitumen totius Babylonis ſubminiſtrabatur.

Iſæus, cum æ, diphthongo, nomen rhetoris pariter et philoſophi, quem Philoſtratus in Vitis ſophiſtarū Aſſyrium tradit. Cuius hoc fuit inuentū, omnem materiam in breue colligere. Eſt et nomen fluminis.

Iſagoge, penultima producta, Latine introductio dicitur, ex εἰς, quod indicat, et ἄγω duco. Vnde ἀγωγὴ, ductio.

Iſagogicon, introductoriū. Gramaton iſagogus, literarum introductor uel inductor, quòd eas inducat, id eſt, introducat quodāmodo in corda diſcentiū.

Iſapis, pen. prod. fluuius ꝓpinquus Cæſennæ, ut Stra. lib. v ſcribit.

Iſara, pen. corr. fluuius Rhodano ſe iungens, ubi Cemenus mons Rhodano adplicat, uſq; huc, ad Druſtiam effertur in Hadriaticum ſinum.

Iſatia, inſula eſt è regione Veliæ, alio nomine Oenotris dicta. Co.

Iſaurum, ciuitas Pamphiliæ, à qua Iſauricus Seruilius Romanus dictus eſt, qui Iſaurum cepit. Ouid.

Aphrica uictorem de ſe uocat, alter Iſaurum.

Hic ideo pauper fuit, ut publico funere Romæ elatus fuerit. Ammianus Iſaura plurali numero dixit. Claudiopolis (inquit) quam deduxit Coloniā Claudius Cæſar, Iſaura antè. Alii Iſauriam fœminino genere protulerunt. Sunt qui dicant Iſauriam regionē minoris Aſiæ, dictam quòd vndiq; aurarū flatibus pateat, eius q; metropolim eſſe Seleuciam.

Iſchas, herbæ genus, radice cyperi, aliter leucacantha nominata.

Iſchia, ſcribit Iulius Pollux, carnoſas poſt lumbos utrinq; eminentias adpellari, quæ uero poſt hæc increſcunt, γλουτοὶ hoc eſt, Latine nates. Duo illa oſſa circa quæ uerſura fit, ita diſtinguunt, ut dicatur cōcauum illud ſuperius κοτύλη, Latine acceptabulū, inferius uero ἰσχίον, quod noſtri coxendicem dicunt. Quo etiam nomine et neruus ille nominatur, qui coxēdicem femori committit. Erit ergo coxendix uertebra cotylæ infixa, quam pixidem adpellāt, neruis quibuſdam ita adligata, ut facilius coxarum motus atq; flexus fiat. Vnde q coxendice laborant, Iſchiadici uel Iſchiaci dicūtur. Pli. Mox aquā bibere

catillo,

tatillo, mireid prodeſſe iſchiadicis. Recētiores medici Sciaticam dicunt.

Iſchnos, ἰσχνὸς, gracilis, macer. vnde Iſchnotis, gracilitas.

Iſchomache, penultima correpta nomen compoſitū ex ἰσχῶ habeo, et μάχη, pugna. Quo nomine dicta eſt Hyppodamia, quæ habuit in nuptiis ſuis pugnam Centaurorum. Hæc fuit Atracii filia, quæ nupſit Pirithoo.

Iſchyros, cum accentu in prima. Latine fortis dicitur. ἰσχὺς enim fortitudo eſt.

Iſiaci, dicti ſunt, Iſidis ſacerdotes.

Iſis, iſis, et iſidis accuſatiuum facit Iſim. Inachi filia, Io prius dicta. Quæ olim pererrans, quū ad Nili fines perueniſſet, Iouis amatoris ope formam vaccæ immutauit. eſtq; ab Aegyptiis pro Dea celebrata. De qua Lucanus lib. vi.

Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim.

Hoc etiam nomine dicta eſt inſula in ſinu Arabico. Suidas, Ἰοῦς αὕτη λέγεται ἡ Ἶσις ἣν ἥρπασεν ὁ Ζεὺς ἐξ Ἄργους, καὶ τὴν Ἥραν φοβούμενος, οὕτω μετέβαλε, ποτὲ μὲν εἰς λευκὴν βοῦν, ποτὲ δὲ εἰς μέλαιναν, ποτὲ δὲ εἰς ἰάζουσαν, μεθ' ἧς πλανώμενος ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον. Id eſt, Iſis dicitur Io, quam Iupiter ex Argo rapuit, et Iunonem timens mutauit, nunc in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam, cum qua oberrans in Aegyptum venit.

Iſmarus, pen. corr. generis maſcul. in plur. neut. mons Thraciæ, aſper et incultus ea vna parte, ex alia fertilis vinetis et oliuetis, quem Orpheus incoluit, vbi Iſmara vrbs Ciconum fuit. Vergilius,

Nec tantum Rhodope miratur, et Iſmarus Orphea.

Iſmenias, nomen Thebani viri, optimi tibicinis. Apuleius, Neſcio (inqt) vt Iſmenias tibiis canere, vt Apelles pingere, vt Liſippus fingere. De hoc Plutarchus in Pericle dicit. Quum audiſſet Antiſthenes, Iſmeniā optimū eſſe tibicinem, reſpondit. Malus igitur, Nā ſi probus eſſet, tibicen non eſſet.

Iſmenus, pen. pro. fluuius Bœotiæ, ab Iſmeno Pelaſgi filio cognominatus. Statius,

Horruit ingenti venientem Iſmenon aceruo.

Iſocolon, Latine dicitur compar. et id eſſe dicūt Rhetores, quod duabus aut pluribus ſentētiis breuibus, et inter ſe paribus exigitur. Ce.

Iſocrates, pen. cor. nomen maximi oratoris Græci, qui perfectus magiſter et ſcripſit multa præclare, et docuit alios. Cuius domus cūctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit, atq; officina dicēdi. Hic fuit auditor Platonis ſuauiſſimus orator, et in diuerſo dicendi genere nitidus et comptus. Omnes dicendi Venereas ſectatus eſt, inuentione facilis, honeſti ſtudioſus, in compoſitione diligens. Cui inuidens Ariſtoteles, adoleſcentes ei ipſe docere cœpit, vt ſapientiam cū eloquentia iungeret dicens, Turpe eſt tacere, quum Iſocrates loquatur. Et nonageſimoquarto anno ætatis eum librum compoſuit qui Panathenaicus inſcribitur. Centum et ſex annos vixit.

Iſodomon, vocabant genus ſtructuræ in ædificiis, quū æqualiter directum. Ce.

Iſoetes, Ambroſiæ genus, aliter Chryſoteles, quòd aureum florem producat. Ce.

Iſonymia, cum accentu in penul. Latine iuris æqualitas dicitur.

Iſopleurus, triangulus æquilaterus. Ce.

Iſpellum, ciuitas in Vmbria, ex altera montium parte qua Camertes.

Iſrael, interpretatur uir uidens Deum, quod nomē impoſitum fuit Iacob patriarchæ à quo Iſraelitæ pen. prod. qui de Iſraelis ſtirpe ſunt, qui prius Hebræi dicebantur. Sed poſtquàm in duo regna populus Hebræorum diuiſus eſt, tunc duæ tribus quæ de ſtirpe Iuda reges habebant, Iudæorum nomē ſortitæ ſunt, reliquæ decem tribus Iſraelis nomen tenuerunt. Et ab Iſraele filio Iſaachi, regio maioris Aſiæ, Samariæ contermina, dicta eſt Iſrael. Dicuntur et Iſraelitides, à nominatiuo ſing. Iſraelitis, tis, et tidis. Hieron. in lib. Nume. Arrepto pugione ingreſſus eſt poſt uirū Iſraelitidem. Sic Madian, madianitis, et madianitidis. Moab, moabitis, et moabitidis.

Iſſa, inſula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, vt Ptolemeus lib. ii. ſcribit, in qua fuit Iſſa non ignobilis ciuitas, à qua Iſſæus, Iſſæa, Iſſæum.

Iſſus, vrbs Ciliciæ. et Syriæ fluuius.

Iſter, Iſtri, fluuius Europæ permagnus, quod et Iſtrū dicitur quando ſcillicet flumen ſequitur, vt inquit Probus. Hoc et Abdubanum, et Danubium vocatur. vide in dictione Danubius.

Iſthmus, ea terræ ſtructura, q̄ in duo maria iter porrigit. Ouid. Qua duo porrectus lōgè freta detinet Iſthmos. Sunt autem duo Iſthmi, Achaius ſeu Corinthiacus, et Thracius. Iſthmus Corinthiacus, anguſta eſt et breuis terra. de quo Pomponius ſcribit, hoc ideo Iſthmo cognomē eſſe, quia quatuor miliū ſpacio Aegæum mare ab Ionio ſubmouēs, Anguſto tramite Heliadi Peloponneſum adnectit. Super hoc Iſthmo fuit vrbs Corinthi. Hic Iſthmus ludis quinquennalibus, et delubro Neptuni inclytus perhibetur, qui ludi inſtituti feruntur, quòd quinq; maria adlatrant oram Peloponnenſem. Plutarchus ſcribit, Iſthmia à Theſeo primitus inſtituta fuiſſe, in honorem Neptuni, Herculis æmulatione, qui Ioui Olympia primus inſtituit. Alii Iſthmia in honorē Palæmonis inſtituta fuiſſe dicunt. Thracius Iſthmus (inquit Solinus) in Thracia eſt, ſimilibus anguſtiis, et pari latitudine arcti maris, cuius littora vrbes vtrinq; ſecus oſtentant. Propontidis orā inſignit Pactiæ, Melana, Sinum, Cardia. Plini. lib. iiii. ſuper hoc Iſthmo ſcribit fuiſſe Cardiam ciuitatem.

Iſtria, Italiæ regio Illyrio contermina, quæ in latitudine. lx. paſſuum milia, in circuitu centum vigintiquinq; milia complectitur. à Formione, nunc Tiſano fluuio, ad Banaſicum ſinū in quo Arſia amnis decurrens, Iſtriam ab Illyrio dirimit. Iſtrorum gentē fama eſt originem à Colchis duxiſſe, miſſis ab Oeta rege ad Argonautas perſequendos, qui vt à Ponto intrauerunt Iſtrum, nec raptores inueniſſent, ſiue metu regis, ſiue tædio longæ nauigationis, iuxta Aquileiā cōſederunt, Iſtriq; examnis nomine quo à mari

cõſeſſerãt, ſunt adpellati. In ea eſt Iuſtinopolis vrbs; quam Iuſtinus Imperator extruxit.

I ANTE T

ITa, aduerbium ſimilitudinis, geminum ſuperlatiuum expoſcit, ſiue nominis, ſiue aduerbii. Cicero libro de Oratore: Vt quiſq; Græcè optime ſciret, ita eſſe nequiſſimum. Vel habet verbum vim ſuperlatiui habens. Idem in Catone: Vt quiſque ætate antecedit, ita ſententiæ principatum obtinet. Interdũ cum comparatiuo, ſignificatq; ſic. Quandoq; valde. Teren. in And. Non ita diſſimili ſunt oratione ac ſtylo. Quandoq; optantis. Pacu. Ita te Dii ament, ita tibi pro uoto ſecundent omnia. Quandoq; illatiua coniunctio eſt, pro igiẽ. Cic. Ita nobiliſſima ciuitas Græciæ, & olim potentiſſima, ſepulchrum eiuſ ſui ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet. Similiter quando componitur cum q;, ſemper eſt coniunctio cauſalis, & habet accentum in prima, & dicimus itaq;. Si autem duæ partes ſunt, habet accent. in pen. & dicimus itaq;. Terent. in And. Imò ita volo, itaq; poſtulo vt fiat. Plautus in Amph. Verum ita animatus fuiẽ, itaq; ſum nunc, vt ea te paterá donem.

Ita ſanè, adfirmatiua particula, quemadmodum & ſanè. Cornucopiæ.

Italia, Europæ, regio: prius Heſpria, ab Heſpero Athlãtis fratre, q à fratre pulſus, & Hiſpaniæ & Italiæ dedit nomen. Siue (vt Macro. inquit) ab Heſpero ſtella: quòd Occaſui ſubiecta ſit. Inde Oenotria, vel à bonitate vini quod in Italia naſciẽ, (nam Græci vinum dicunt) vel ab Oenotrio Sabinorum rege. Poſtea Italia, ab Italo Siculorum rege: qui agriculturã Italos docuit, & leges poſuit. Nam ad eam partem venit, in qua poſtea Turnus regnauit, & ſuo nomine adpellauit. Vergilius:

Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt.
Terra antiqua, potens armis atq; vbere glebæ.
Oenotrii coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine, gentem.

Timæus & Varro à bobus vocatam dixerunt, quoniam tauri Græca veteri lingua, Itali vocati ſunt: à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Latium vero, pars Italiæ eſt. Eſt etiã dicta Auſonia (vt Ariſtoph. inquit) pars ad Tyrrhenũ verſa. Eſtq; in forma cruris inter Adriaticum & Thuſcum mare, & à iugis Alpiũ dorſoq; Apennini porrecta, ſe paulatim attollens vſq; ad Rhegynum verticẽ, & littora Brutiorũ extendiẽ. In vltimo ſui ſcinditur in duo cornua: quorũ alterũ Ionium ſpectat mare, alterum Siculũ, in extremitate Rhegyũ oppidũ habens. Eius longitudo ab Auguſta prætoria, q̃ in Alpineo fine ſita eſt, & per Romã Capuamq; porrigitur, vſq; ad oppidũ Rhegyum, Solino teſte, decies centena & viginti milia paſſuum colligitur: latitudo verò quadringenta decẽ vbi maior latitudo, vbi vero minor, centum triginta ſex, habetq; umbilicũ in agro Reatino: quæ dudum ex latere maris ſuperi, Rubiconem fluuiũ pro finibus habuit. Diuiditur autẽ in ſedecim regiones, ſcilicet Liguriam, Hetruriam, Latiũ, Cãpaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium, ſiue Aprutium, Picenum, Flaminiam, & Aemiliã, ſeu Romandiolam, Vmbriam, nunc ducatum Spoletanum, Galliam Ciſalpinam, Venetiam, nunc Marchã Taruiſanam, Iapidiam, & Carniam, nunc forum Iulium, & Iſtria. Ab Italia fiunt Italus, la, lum, & Italicus, ca, cum.

Italica, vrbs, in Italia: quæ alio nomine Confinium dicitur, vt ait Strabo. Alia in Hiſpania, patria Silii Italici. Et inde Adrianus imperator ortum habuit.

Italicẽſes, dicti ſunt populi ab Italica Hiſpaniæ urbe.

Italicum, philoſophiæ genus quoddam nũcupatũ, ex ea parte Italiæ quæ quondam magna Græcia dicta eſt. Quod (vt docet Augu. lib. viii. de Ciui. Dei) autorem habuit Pythagoram Samium, à quo etiam ferunt ipſum philoſophiæ nomen exortum.

Item, aduerbium, ſignificat ſimiliter: quaſi iterũ idem.

Iter, Iteris, ſecundum Priſcia. Itiner. verò, itineris, pro actu eundi, licet Itiner non ſit in vſu: quũ obliqui nominis Iter ab vſu diſceſſerint. Plautus in Mercat. Ergo Itiner meum exequi me ſines. Varro:

Expectant itiner longo ſermone leuare. Lucre. li. v.
Concuſſus itere & labefactus itere multo.

Dictum iter, quòd vehendo ſit teritum. Vel ab eundo, cuius ſupinum eſt itum. Siue ab ito frequentatiuo. Significat quandoq; viã. Hieronymus in li. Numeri: Auertit ſe de itinere, & ibat per agrum. De mari etiam dicitur. Terentius: Ain' tu tibi incommodum euenitte iter? Non hercle Parmeno verbis dici poteſt, quantum re ipſa nauigare incommodum eſt. Iter facere, eſt ire: quod & Iter tenere dicimus. Verg. Quo'ue tenetis iter? Habere iter, idem quod iturũ eſſe. vt, Iter habeo ad Cæſarem id eſt, oportet me ire, vel iturus ſum ad Cæſarem. At viã facere, nõ eſt iter facere. ſed locum, vbi non erat via, aperire.

Itero, ras, pen. cor. ruſus aliquid ago, & quaſi per iter factum reuertor. Gellius li. i. poſuit pro eo. Sed eos ſenatores qui magiſtratum curulem nondum ceperant pedibus iterauiſſe in curiã. Sed hoc ab Iter fit. In alia ſignificatióne ab iterum. Liuius lib. i. Reſiſtere atq; iterare pugnam iubet.

Iterum, aduerbium. id eſt ruſus. vt,

Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Interdum ſignificat ſecundo. Cicero in Arte veteri: Primò quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertiò turpe.

Ithaca, inſula ante Epirum: in qua regnauit Vlyſſes. Itaca etiã vrbs eiuſdem nominis. vt inquit Ptolemæus libro tertio. Ibi etiam mons Neritos, à quo tota inſula quandoq; dicta Neritos fuit. Vergilius:

Neritos ardua ſaxis.

Ithome, oppidum in Peloponneſo: itemq; in Theſſalia. vnde Ithomeus Iupiter.

Ithonia, ciuitas in Bœotia. ab Ithonio Amphictyonis filio, quam alii Ithonem vocant. A qua & Pallas Ithonia eſt adpellata. Siue (vt Stra inquit) ciuitas Theſſaliæ, ad Amphriſum fluuium ſita.

Ithyphallus, proprie membrum virile erectum. Dicuntur & Ithyphalli curatores Bacchi: qui in Orcheſtra ſaltabant. Hoc nomine dictus eſt Priapus

Ithyra pen.corr. vrbs in Tauro monte Parthiam verſus. A qua Ithyreus,a,um. Eſt autem Ithyreus epitheton arcus: Vnde dicimus Ithyreos arcus,& Ithyreas ſagittas,id eſt,Parthicos arcus,& Parthicas ſagittas: eò quòd Parthi præcipuè arcubus & ſagittis vtebantur in prælio. Vergilius:

Ithyreos taxi torquentur in arcus. Lucanus:

Ithyreis curſus fuit inde ſagittis.

Itidem,pen.cor.ſignificat ſimiliter,eodẽ modo: quaſi iterum idem. Terent. Ibo ad eum, atq; hæc eadem quæ tibi dixi,dicam itidem illi. Suetonius de Augusto: Centuriones ſtatione deſerta,itidem vt manipulares,capitali animaduerſione puniuit.

Itinerarium,viatorium. Vnde itineraria,dicuntur cõmentarii earum rerum quæ in itinere acciderunt.

Itineror,aris,iter facio.

Ito,itas,frequentatiuũ eſt verbi eo,is,vnde iter dicitur.

Ituria,regio eſt: à qua Iturei populi. Iturei (vt ait Probus) in ano Scytharum. Strabo lib.xvii. ſcribit Montanam regionẽ Iturei & Arabes habent,malefici omnes. Plin.lib.v. In parte Syriæ,quæ Cœle dicitur ſcribit eſſe Itureorum gentem.

Itus,& itio ab eo verbo. Cic. Quid noſter itus & reditus? Cc.

Itys, Terei & Prognes filius fuit: qui (vt eſt in fabulis) in phaſianum mutatus eſt. Cc.

I ANTE V.

Iubæ,crines animalium à collo pendentes. Vnde iubati leones dicuntur,qui iubas habent: ad differentiam eorum qui iubas non habent.

Iubar proprie ſtella, quæ ante Solis ortum Lucifer, poſt Solis occaſum Veſper adpellatur, quòd iubata adpareat: vel quòd ſplẽdor eius diffundatur in modum iubæ leonis radios. Vergil.lib.iiii.

It portis iubare exorto.

Sæpe tamen pro ipſo ſplendore ponitur. Ouid.

Et tremulum ſumma ſpargit in æde iubar.

Et non tantum de Solis ſeu ſtellæ, ſed etiam de cuiuſcunq; rei ſplendore, vt auri,argenti,gemmarum, à Lucifero dici volunt. Vnde & ad maieſtatem hominis transfertur. Claudi. Per fratris regale iubar

Et aliquando ponitur pro aurora.

Iubeo,iubes,iuſſi,iuſſum,impero. Quintilianus, Nam quamuis infeſti latronibus mare iuſſus intraui, neq; diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſſas patri,quur hoc mihi imperaret. Interdum Iubere ponitur pro rogare. Vergilius lib.ii. Aeneidos:

Infandum regina iubes renouare dolorem.

Interdum pro apertè dicere, & quaſi exortari,optareq;.vt, Iubeo te ſaluere, Iubes me bene ſperare. Terent. Iubeo Chremetẽ ſaluere. Interdum pro decernere.vt, Populus iuſſit id eſt, decreuit. Inuenitur hoc verbum cum accuſatiuo. Quintilianus: Pater me iuſſit. A Iubeo fit iuſſio: ſimiliter iuſſus, us, & iuſſa. quanquàm & iuſſum legatur. Siſenna libro tertio, Tamen Tudertibus ſenatuſconſulto & populo iuſſo dat ciuitatem. A' iuſſus componitur iniuſſus. Terentius in Hecyra: Quamobrem incendor ira te eſſe auſum facere iniuſſu meo.

Iubilo,las,pen.cor. de quo Auguſtinus. Iubilare, propriè eſt, gaudium verbis non poſſe explicare, & tamen voce teſtari quod corde conceptum eſt, & verbis explicari non poteſt. Nõ enim verbis iubilatur: ſed ſolus gaudentium ſonitus redditur, quaſi parturientis & parientis, cordis lætitiã, in vocem re i cõceptæ, quæ verbis explicari non poſſit.

Iubilum, dicitur id quod ex gaudeo fit, voce, nec tamen verbis explicatur. Silius lib.xliii.

Et lætus ſcopulis audiuit iubila Cyclops.

Iucundor,daris. voluptatem, gaudium, & delectationem adfero. Lactantius lib.iiii. Quotidie autem iucundabar ante faciem eius, quũ lætaretur orbe perfecto. Sed hic ſumitur pro gaudio adfici, ſicut & apud Hieronymum quando ait: Nulli dubium eſt, omnem illam cœleſtem Hieruſalem, tunc exultaſſe in effabili lætitia, tunc iucundatam eſſe inæſtimabili charitate, tuncq; eſt omni gratulatione iubilaſſet quoniam feſtiuitas hæc, quæ nobis hodie reuoluitur annua, illis omnibus facta eſt continua. Inuenitur etiam iucundo, das. Auguſt.li.xvii. de Ciuita. Exaltaſti dexteram, iucundaſti omnes inimicos eius.

Iucundus, à iuuo, as, quòd mẽtem & ſenſum iuuet, & is dicitur, qui cauſſa extitit alteri vt ille gaudeat. Vnde Iucundæ literæ, Iucũda oratio, Iucũdus aſpectus. Cic. ad Attic.: Fuit mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua iucunda, & timoris conſolatio grata. Quandoq; iucundum dicitur, quod eſt lætitiæ plenum. vt apud eundem libro tertio, Inuecti. Eſt mihi iucunda in malis, & grata in dolore, veſtra erga me voluntas. id eſt lætitiæ plena & voluptuoſa, qualis eſt in proſperis. Grata, quaſi plena effectus & fructus. In iucundo enim quædã gratia eſt delectationis: in grato, etiam commodi. Quippe aſpectus roſarum iucundus, aſpectus plenæ meſſis gratus. Hinc iocunditas, quaſi amœnitas quædam, ex qua naſcitur voluptas. Poteſt etiam dici Iocundus, quum o, & u, affinitate iungantur.

Iudæa, dææ, Iudæorum regio dicta eſt, ſiue Iuda indeclinabile, à quo Iudaicus, ca, cum, pro Iudæus, a, um, ſicut Hebraicus, Achaicus, Euboicus: pro Hebræo, Achæo, Euboeo. Iuuenalis: Iudaicum edis ſcunt. Diuiditur autem Iudæa in duas partes, In citeriorem & vlteriorem. Hæc Peræa vocatur: quià (vt inquit Plinius) à cæteris Iudæis Iordane ſit amne diſſecta. Nam & regio quæ trans Euphratem eſt, Peræa nominatur, vt docet Stra. ſicut Transpadani, qui trans Padum habitant. Sic Plinius libro ſexto citeriorem Galliã vocat quaſi Peræa. hoc eſt, vlterior ſit aliqua. Et in ſacris literis. Secutæ ſunt eſi turbæ de Galilæa, Decapoli, Hieroſolymis, Iudæa, et trans Iordanem. Iudæa tamen tota Palæſtina dicta eſt: quæ prius Canaan, à filio Cam. Terra diues opũ, frugibus fertilis, opima balſamis. Vnde ob ſingularem aeris temperiem, & elementorum gratiam, exiſtimauerunt Iudæi eam promiſſam patribus terram lacte & melle manantem.

Iudæi, à Iuda filio Iacob dicti ſunt, qui fuit vnus ex

duodecim patriarchis. Nam licet fuerint duodecim tribus, quæ à duodecim filiis Iacob deſcenderant, à Iuda tamen Iudæi ſunt adpellati. quia (vt Auguſti. inquit) de ſtirpe eius regnum veniebat Iudæis. Prophetauerat enim Iacob dicẽs, Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de fœmoribus eius, donec veniat q promiſſus eſt. De tribu autem Iuda venit dominus noſter IESVS Chriſtus.

Iudex, dicitur quaſi ius dicens populo, ſiue quòd iure diſceptet. Iure autẽ diſceptare, eſt iuſte iudicare. Et Iudex, eſt qui ex iuriſdictione propria, aut ſibi delegata & cõmiſſa, ius habet ſuper cauſſas litigiorum cognoſcẽdi. Et qui ex ꝓpria iuriſdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius. Qui uero ex delegata, dicitur delegatus, extraordinarius.

Iudicialis, & hoc iudiciale, ſignificat quod eſt iudicis. vt Iudicialis ſententia.

Iudiciarius, a, um, quod ad iudicem pertinet, ſiue vt iudicetur. Gel. A' poetarum & rhetorũ epilogis ad iudicandas lites uocatus, rem iudiciariam, quoniã vocis (vt dicit) viuæ penuria erat, à mutis (quod aiũt) magiſtris cognoſcerem.

Iudicium, (vt Gellius inquit) diuinatio dicitur, quoniam diuinare quodãmodo iudicem oportet, quam ſententiã ſeſe ferre par ſit. Apud iureconſultos variis modis dicitur Iudicium. Sed illud in primis accipitur, quod pro ordinatione cauſſæ diſcutiẽdæ in iure ſit coram iudice. Et eſt actus legitimus trium perſonarum, ſcilicet iudicis, actionis, & rei.

Iudico, cas, quaſi ius dico, diſcerno. vt Recte iudicate filii hominum. Aliquando exiſtimo. vt illud, Recte iudicaſti. Aliquãdo alicuius cauſſam audio, & pro illo ſententiam fero. Et ſic cum datiuo conſtruitur. Aliquando condẽno, & tunc cum accuſatiuo iungitur. Auguſtinus, Iudicare alicui, eſt ferre ſententiã pro illo, ſiue audire eius cauſſam. ut, Iudica pupillæ & viduæ, Iudicare aliquem, eſt ipſum condẽnare. ut, Linguis ſuis doloſe agebant, iudica illos Deus. Conſtruitur etiam quandoq; cum geniti. vel abla. Gell. Quantæq; pecuniæ iudicatæ eſſent prædicabatur. Huius compoſita ſunt Abiudico, Adiudico, Diiudico, & Præiudico.

Iugale vinculum, copula matrimonii. Vergilius, Cui vincla iugalia curæ.

Iugalis, qui iugum habet. Hieronymus in libris Regũ, Et ſubneruauit iugales curruum.

Iugantinus Deus, dictus eſt, qui iugis præeſſe putabatur.

Iugarius, uicus Romæ. dictus quia ibi Iunonis Iugæ ara erat, quam putabant matrimonia coniungere. Liuius, Iugarium æquimelio & fortunæ templo vicinum ſtatuit.

Iugata uitis, à iugo, q ad ſimilitudinẽ militaris iugi fiebat, vt paulò pòſt videre licet in dictione Iugũ.

Iugeratim, per ſingula iugera. Colu. lib. iiii. Vt primæ vineæ centenas amphoras iugeratim præberent.

Iugere, dicuntur milui, quum vocem emittunt.

Iugerum, penul. correp. In plurali Iugera, & Iugeris. Var. lib. i. de Re ruſt. In Hiſpania vlteriore metiuntur iugeris, in Campania verſibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Priſcianus tamen, Iuges, iugeris, ab hoc Iugere, Iugera, horũ iugerum, his iugeribus. Pomponius Mela. Sed vltra quàm canalẽ habet, euehat plus iugeris ſpatio ſublimis. Tibullus,
Vt multo innumeram iugere paſcat ouem. Iuue. Iugeribus paucis lumbos domare clientis.
Eſt aũt menſura quam Hieron. Mathematicus ducẽtis pedibus contineri ſcribit. Quintil. Ducentis quadraginta pedibus in longitudinẽ, dimidii in latitudine, quòd tantum ſpatii arari uno die ab uno pari boum conſueuit. Plin. lib. viii. Iugerũ uocatur, quod uno iugo boum in die arari poſſit. Varro lib. i. Iugerũ, quòd quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus eſt pedes centũ uiginti, & lõgus totidem. Is modius, ac mina Latinè adpellatur. Iugeri pars minima dicitur ſcrupulũ. id eſt, decem pedes & lõgitudine & latitudine quadratum. Dictum Iugerum, ab eo quòd eſſet iũctum. Columel. lib. vi. Hoc duplicatum facit iugerum. & ab eo quòd erat iunctum nomen iugeri uſurpauit.

Iuges, dicuntur eiuſdem iugi pares. à quo Iniuges boues, qui nunquàm iugo adhibiti ſunt. Coniuges, vir & vxor. Biiuges, ſeu Biiugi. Quadriiuges, Quadriiugi, equi bigas vel quadrigas trahentes.

Iugis, aſſiduus, continuus, quaſi ſemper iugo adfixus. A' quo Iugiter, aduerbium continue.

Iuglans, eſt quæ cõmuni nomine nux adpellat, & inter nuces primum locũ obtinet. à iuuãdo & glande dicta, vel quaſi Iouis glãs, quaſi Ioui dicata, ob egregium fructũ. Hæc enim arbor nuces habet ſuauiorẽ ſapore quàm glandes, vnde Cloatius diuglandẽ primò vocatã ſcribit, quaſi Διὸς βάλανον poſtea detractione primæ literæ, iuglandem. Conſtat ſanè, apud antiquiſſimos maximo in honore fuiſſe glandem, antè quàm mortales ad delicias ſe conuerterent, ut quæ ſola ſimplici vitæ atq; innocuæ alimenta præbebat. Quapropter quũ hũc fructum, ſcilicet nucẽ, ueteres illi egregiũ exiſtimarent, decorare eũ digna appellatione uolentes, iuglandem, quaſi Iouis cibũ nuncupauere. Hanc nucem ob excellentiã, Græci baſilicã adpellant, quaſi inter nuces regalẽ. Plin. Et iuglandes è Perſide à regibus tranſlatas, indicio ſunt Græca nomina. Optima earum genera ſunt, q Perſica atq; Baſilica uocant. Perſica quidẽ intantum auegetier, vt putamen rũpant, ideoq; molluſcæ nuces, à putaminis mollicie vocitantur. Eſt & aliud nucis iuglandis genus, quæ Tarentina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, ut uix attrectata frangatur, & auium furto ſemper expoſitũ. Vnde quidam Tarentum adpellatũ putant, quòd nuces iuglandes. & pineas molles habeat, ac ſimiliter oues. Tarentũ autẽ Sabini uocant molle. Horatius, Et molle Tarentũ. A' iuglande, iuglam ueteres dixerũt ſtellã, quæ alio nomine adpellatur Orion, q amplior ſit cæteris, quaſi nux iuglans. Secundũ inter nuces locum obtinet pinea, exiles nucleos habens, quãuis totius corporis magnitudine alias ſuperet. Hæc ſylueſtris pinus dicitur, ad differentiam alterius quæ vrbana vocatur.

tatæ. Eſt & tertium genus, quæ pinus picea adpellatur, quòd piceæ potius quàm pino ſimilis. Idcirco & apinam uocant, quaſi minime pinum. Nucleum cutè uerius quàm putamè, adeò mollem habet, ut ſimul mandantur. Nuces quoq; eius apinæ à veteribus nominabantur. Quartũ genus apinaſtrum vocant. Tertio loco numerãtur auellanæ, quas antea abellinas patrio nomine conſtat uocitatas, ab Abellino Campaniæ oppido, vbi abundant, cæteris minores, vnde à Satyrico poeta Numæ nuces vocantur. Proprium arboris nomen eſt corylus. Eædẽ & Præneſtinæ vocantur, quòd his Præneſtini abundent. Et Ponticæ, quòd in Aſiam Græciamq; primo è Ponto venere, inq́t Plinius, Hinc illud Papinii ex Hendecaſyllabo. Quicquid nobile Põticis nucetis. Quidam per diminutionem nuculas Præneſtinas dictas exiſtimãt, vel quòd exiguæ ſint, vel quòd incluſi olim à Pœnis Præneſtini, famem nucibus tolerauerunt. Dehinc ſequitur amygdala, nucleum habens diſſimilẽ latitudine. Hæc & nux Græca vocatur, & Thaſia, à Thaſo inſula Thraciæ, olim Etria, cuius populi Thaſii vocantur. Poſtea nux caſtanea, armata echinato calice, quæ & Heracleotica. Sunt & caſtaneæ triangulari forma, quæ in aqua naſcuntur, & coctiuæ vocantur.

Iugo, gas, coniugo, à iugo, quaſi ad vnum iugum adligo. Cice. lib. iii. Tuſculanarũ quæſt. Hoc quidem eſt cõmune virtutum, omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. Huius cõpoſita ſunt Abiugo, Adiugo, Coniugo, Deiugo, deorſum iugo, diuido. Pacuuius, Per q; noſtrã vnanimitatem, quam memoria deiugat. Subiugo, & cuncta hæc habent penul. correptam.

Iugoſus, a, um, quod in iugum acuitur, & eſt pelliue.

Iugula, ſtella Orion, vel ſigni cœleſtis pars, de qua Varro, Iugula ſignũ eſt, quod Actius adpellat Oriona, quũ ait. Citius Orion patefit. Huius ſigni caput ducitur ex tribus ſtellis, quas infra duæ claræ, quas adpellãt humeros, inter quas quod videtur iugulũ, vnde iugula dicta. Plaut. in Amphitr. Neq; iugula, neq; Veſperugo, neq; Vergiliæ occidunt.

Iugulo, las, iugulum cædo, ſeu iugulum ſoluo. Lact. lib. iii. Qui quum timeãt ne ab hoſte iugulentur, ipſi ſe iugulãt, vt mortẽ morte deuitent. Et non ſolũ de gladio, ſed etiam de morbo dicitur. Celſus libr. iii. Quartana neminẽ iugulat. Transfertur interdũ ad inanimata. Martial. Scelus eſt iugulare falernũ, Iugulum diminu. eſt à iugum.

Iugulus, penul. corre. à iuge. anterior colli pars, vnde vox halitusq; ꝓcedit, quòd per eam pectori caput iungatur. Et duplicem eſſe conſtat. Plinius libro. xi. Vni homini ſunt duo iuguli, dextrum, & ſiniſtrum. Apuleius, Per iugulum ſiniſtrũ capulotenus gladiũ totũ ei demerget. Cornelius Celſus li. viii. A' dextro iugulo ſi id fractum eſt, ad alam ſiniſtram, à ſiniſtro ad dexteram. Et quia locus ille maxime letalis eſt & penetrabilis, inde iugulatio & iugulare deducuntur. Et iugulum ferire, dixerunt pro eo quod eſt, interficere. In agendis cauſis iugulum petere tunc dicitur orator, quando quod eſt potentiſſimum id inuadit, ac premit potentiſſime aduerſarium, videturq; illum iugulare argumentis, périnde ac vibratis telis.

Iugum, dictum eſt quòd iungatur, & in acutum arctetur. Eſt enim montis cacumen. Vergilius,

Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit.

Eſt & iugum ligneum inſtrumentum, quo iungãtur boues, & ad inuicem arctantur. Quãuis & ad homines transferatur, quòd eo colla iungantur. Item iugum dicitur lignum, quo textores telam conuolũt. Ouid. lib. vi. Meta. Tela iugo eſt iuncta. Et iugum dicebatur, ſub quo (ignominiæ gratia) victi hoſtes mittebantur. Nam fixis in terra duabus haſtis, ſuper eas ligabatur tertia, tunc victi hoſtes diſcingebãtur, & ſub illa tranſire cogebantur inermes. Hinc Subiugare, pro debellare ac ſubiicere. Item iugum in vinea dicitur, quũ duabus aut pluribus perticis fixis, aliæ ſuper alias adligantur, in quibus uites coniunguntur, & quaſi iugum, id eſt, ſummitatem quandam faciunt. à quo vites ipſe ſeu vineæ, iugatæ dicuntur. Quòd ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in vnam tantum partem ordinis adnectũtur, Vniiugæ vineæ dicuntur. Et genus ipſum iugi, canterium ruſtici vocant. Plinius, Salices quædã in proceritatem magnam emittunt iugis vinearũ perticas. Idem, Simplici iugo conſtat vniiuga, porrecto ordine canterium adpellant. Hinc iugari vineæ dicũtur, quæ in iugum conſtituuntur. Columel. Sequitur iam adminiculandæ iugandæq; vineæ cura. Item iugum (vt Varro inquit libro primo) vocatur, quod iuncti boues vno die exarare poſſunt. Item iugũ dr, vnde lances dependent. Rurſus iuga ſunt tabulæ nauiũ, in quibus ſedent, quæ tranſtra vocãtur. Verg.

Inde alias, quæ per iuga longa ſedebant,
Deturbat, laxatq; foros.

Iulea vox, ſuauis dicitur. Nam Iulis oppidũ fuit inſulæ Ceæ, Simonidis patria, qui Melicus, à ſuauitate cantus, dictus eſt, vt in Suida legitur. Idem primus cecini ſſe nenia fertur.

Iulia gens, dicta eſt ab Iulo Aſcanio, ſiue ab Iulo, Iulii Aſcanii filio, vt inquit Feſtus.

Iulia, oppidũ in Gadibus ciuium Romanorum. Ce.

Iulius, dictus eſt Cæſar, quòd hoc menſe ad quartum Idus Quintiles creatus ſit dictator, ſeu quòd eo mẽſe natus dicatur. Hinc Iulianus, na, num. unde Iuliani milites apud Suetonium dicti ſunt Cæſariani. Et Iuliani anni, quos idem ordinauit. Similiter Iuliana vectigalia, apud Ciceronem lib. xiii. Antonianarum. Eſt & Iulianus nomen proprium.

Iulus, cognomen Aſcanii, filii Aeneæ. Et Iulus, à Plauto dicitur inuoluolus, à Catone, conuoluolus, à Columella, uoluola. de quo in dictione Conuoluolus. vermiculus multipes, qui in vitibus & in quercubus gignitur. Item lanugo pomorum & arborum. Plin. libr. xvi. Ferunt & auellanæ iulos ſuos compactili callo ad nihil vtiles. Sunt autẽ iuli non flores proprie, ſed antecedunt, ut in fico groſſuli. Theophraſtus. Ferunt arbores nonnullæ iulos ſuos. id eſt, lanugines. Iuli enim ſunt lanugines gemarũ. Nam pri

æ lanuginis adoleſcentes dicuntur Iuli: à quo nomine Iulus Aſcanius dictus eſt. Item Iulus piſcis, qui balænis cetiſq; dux eſt itineris: qui ab Oppiano ob id vocatur hegeter. Eſt et genus cantus Dianæ grati.

Iumentum, à iuuando, id eſt, præbendo: cuius adpellatione continentur animalia quæ vel ſarcinas gerſit, vel currus trahunt, vel terram excolunt, vt equi, muli, aſini, cameli, boues. Columel. lib. vii. Nec tñ illa religio eſt (in qua modo frumenta gignantur) quæ non vt ouium, ita armentorum adiumento iuuetur: vnde etiam iumenta nomen à re traxere, quòd noſtrum laborem vel onera ſubuectando, vel arando iuuarent. Eſt & iumentum vehiculi genus, quoniam adiunctis pecoribus trahebatur: quod à iungendo quidam dictum exiſtimant.

Iunctim, aduerbiũ, id eſt, ſine interuallo. Suetonius: Magiſtratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percurrit.

Iunculi, cibus ex eo opere dulciario, qui ad ſimilitudinem iuncorũ figuratus erat: quales hodie in opere piſtorio venales conſpiciuntur. Vel dicitur opus lactarium, ſiue coagulatum, inſtar metæ formatum, fiſcis incluſum: quæ meta lactis à Martiale dicitur: vulgus Iuncatam, à iunciis nominat.

Iuncus, à iungendo: quoniam uſus eius ad iuncturas vtilis eſt. cuius multæ ſunt ſpecies. à quo Iunceus, a, um. quod eſt ex iunco.

Iungauni, Ligures: incolæ Alphigi oppidi. diſtant à Monœci portu ſtadiis quadringentis octoginta.

Iungo, gis, iunxi, iunctum, cumulo, & quaſi in vnum ago. Cuius compoſita ſunt Abiungo, Adiungo, Cõiungo, Diſiungo, Deiungo, quod eſt, ſeparo. Plautus in Aſinaria: Ne nos deiunge amãtes. Iniungo, Interiungo, Subiungo, et Seiungo.

Iunices, penultima correp. teneræ ætatis boues fœminæ, quæ iam ceſſarunt vitulæ eſſe, nec dum tamen ad ſummam magnitudinem peruenerunt. Dictæ quaſi iuuenicæ, à iuniore ætate. Perſius:
Tot tibi cum in flãmas iunicum omenta liqueſcant.
Nam maſculi iuuenci dicuntur. Huius nominatiuus ſingularis eſt Iunix. Plaut. in Milit. Quam mox ad ſtabulum iunix recipiat ſe pabulo.

Iunieulus, genus vitis: à iungendo, ex quo fiunt quæ maſculeta vocantur. Cornucopiæ.

Iuniperus, penultima correp. arbuſcula, quæ in arenoſis frequens naſcitur, coma virens perpetua: vnde & topiario operi idonea, & carioſam ſenectam non ſentit. Producit ex ſe vernicẽ, quo vtuntur ſcriptores pennarii, ad papyrum exaſperandam. Medici ſandaracam vocant.

Iunix, & hoc iune. quod eſt ætate viride: vnde Iunior comparatiuum fit, inquit Cornutus.

Iunius menſis, à Iunone putatur dictus: quem Iunonialem, & Iunonium dicebant. Sed poſtea detritis quibuſdã literis ex Iunonio Iunius eſt dictus. Sunt qui putant à Iunio Bruto dictũ Iunium: qui primus Romæ factus eſt conſul: quòd hoc menſe, ſcilicet calẽdis Iuniis, pulſo Tarquinio, ſacrum Carneæ Deæ in Cælio monte voti reus fecerit. Alii à iunioribus deriuãt: ſicut Maiũ à maioribus. Ouid. li. vi. Faſt. Sic ſtatuit menſes, q; nota ſecreuit eadem.

Iunius eſt iuuenum, qui fuit antè ſenum.

Iuno, (vt inqt Cicero de natura Deorũ) Aer vt Stoici diſputant interiectus inter mare & cœlũ. Iunonis nomine cõſecratus (quæ eſt ſoror & coniunx Iouis) quòd ſimilitudo eſt ætheris, & eũ eo ſumma coniũctio, eſſ œmulauerunt eũ, Iunoni q; tribuerſit, quòd nihil eſt mollius. Sed Iunonẽ à iuuando credo nominatam. Iunonis multa ſunt nomina. Eſt enim Curetis, quæ vtitur curru & haſta. Verg. Hic illius arma, Hic currus fuit. Eſt & Lucina quæ partubus præeſt. Terentius: Iuno Lucina fer opem. Eſt regina. Vergilius: Aſt ego quæ diuum incedo regina. Et quia præeſt nubentibus. Pronuba dicitur. Idem: Et pronuba Iuno. Ce.

Iunonia maior & minor, inſulæ ſunt ex fortunatis. Cornucopiæ.

Iupiter, Iupitris, vel teris, ſecundum Priſcianum, non Iouis: qui genitiuus non à Iupiter, ſed à nominatiuo Iouis. Nam à principio Iouis adpellatus eſt, à iuuando: poſtea adiuncto altero vocabulo dictus eſt Iupiter, quaſi Iouis pater: ſicut Neptunus pater, Saturnus pater dicere ſolemus. Ecõntrario veteres Veiouem ad, ellauerunt Deum, cui dempta eſſet iuuandi facultas. Celebrabant enim quoſdam Deos vt prodeſſent: quoſdam ne obeſſent placabant. Plautus in Caſina. Repentè vt emoriantur humani ſolues. Et à iuuando ſimiliter dicitur. Nam quum pro igne ponatur, nulla res ſic fouet omnia, quemadmodum calor. A poetis dicitur diuum atq; hominum rex: à maioribus autem Optimus Maximus. Et quidem antè optimus, id eſt, beneficentiſſimus, quàm maximus: quia maius, certe q; gratus, prodeſſe omnibus, quàm opes magnas habere. Cicero cõtra Clodium: Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus optimum, propter vim maximum adpellauit. Ponitur quandoq; pro aere. Horat. Ode. i. Manet ſub Ioue frigido Venator, teneræ coniugis immemor. Iuuenalis:
Fremeret ſæua cum grandine vernus Iuppiter.
Vnde & ſub dio dicimus, quum ſub Iouem docent Græci quẽ omnia eſſe voluerſit. vt Valer. Soranus:
Iuppiter omnipotens regum, rerum q;, Deum q;
Progenitor, genitrix q; Deum Deus vnus & omnes.
Alibi pro animam un li, alibi pro pluuia. Vergilius libro ſecundo Georgicorum.
Et iam maturis metuen lus Iuppiter vuis.
Eſt & Iupiter nomen ſtellæ illius ſalutaris, quæ in ordine ſecunda eſt. Aliquando per Iouem intelligimus ipſam vim duorum ſuperiorum elementorum quæ actiua eſt, dum agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem.

Iuramentum, eſt affirmatio vel negatio ſacræ rei, atteſtatione firmata.

Iuratus, participium. tam actiue quàm paſſiue accipitur. Cic. ad Heren. Ex eo. quòd ait ſe non potuiſſe adeſſe, ita vt iuratus fuerat. id eſt, vt iurauit. Sic Iniuratus, qui non iurauit. Idem in Vergi. Malo iiurare

to ſuam, quàm iniurato aliorum tabellas cõmitte re. Paſſiuè protulit Lucanus lib. viii.

Mihi per Latium iurata tonantem.

Idem lib. v. poſuit verbum in paſſiua ſignificatione,

Et iuratæ iurantur aues bubone ſiniſtro.

Iurgioſus, a, um, quod eſt contentioſum ſeu cõtumelioſum. Gell. Mulier moroſa admodum et iurgioſa.

Iurgium, diſſenſio. vide in dictione Iurgo.

Iurgo, as, quaſi iure contra aliquẽ ago, verba contentioſa facio. Teren. in Andr. Cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillã. Vnde et Iurgatio (vt Feſtus ait) iuris actio. Et differt iurgare à litigare, et iurgium à lite, quoniam iurgium leuior res eſt, ſiquidem inter beneuolos aut propinquos diſſenſio, vel concertatio iurgium dicitur, inter inimicos diſſenſio, lis adpellatur. Cicer. lib. iiii. de Repub. Si iurgant (inquit) beneuolorum cõcertatio eſt, lis inimicorum nõ iurgiũ dicitur. Idem, Ergo lex putat inter ſe vicinos nõ litigare. Eſt et iurgor deponẽs. Horatius in Sermo. Iurgatur verbis. Ab his fiunt compoſita Obiurgo, et Obiurgor, de quibus alibi.

Iuridicus, a, um, penul. corrcp. quod ſecundum ius eſt, vnde Iuridicus dies quo rite ius dici poteſt. Et Iuridica actio, quæ ſecundum ius eſt.

Iuriſdictio, facultas atq; poteſtas iuris dicendi, Nam ius dicere, eſt præeſſe iuridicendo et legibus gubernare, ac iuſtitiam miniſtrare. Seruius Sulp. Poſtero die quum ab eo digreſſus eſſem, eo conſilio vt ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamq; iuriſdictionem abſoluerem.

Iuro, as, à iure fit. nã iurare proprie eſt quempiã promittere, adhibitis etiam teſtibus ita ſeruaturũ, ac ſi ius eſſet. Huius compoſita ſunt Abiuro, Adiuro, Cõiuro, Deiuro, et Exiuro, quod eſt multũ vel valde iuro. Nonius de priſcis dictionibus, Exiurare, et Deiurare, id eſt, valde iurare. Plaut. in Amphit. Exiuraſti mihi te dicere per iocum. Deiero, et Peiero, de quibus alibi. Obiuro, Præiuro, ante alios iuro. Eiuro, quod ſignificat id quod deſyderatur, non poſſe præſtari. Plaut. Eiurauit militiam. Et hæc per u, habent penulti. productam.

Iurulentus, a, um, quod eſt iuris plenũ. Cornel. Celſus, Tum res eadẽ magis alit iurulẽta, quàm aſſa, magis aſſa, quàm friæ. Varro, Vbi pultem aut iurulẽti qd ponebant, à capiendo catinum nominarunt. Apul. vero in Magiæ apol. Iuſſulentum non Iurulentum formauit, ſic de Ennio dicens, Oſtẽdit qualiter q;q; piſcium aſſus aut iuſſulentus optime ſapiat.

Ius, iuris, quidã à iuſtitia deducunt, quidã à iuſſum p apocopen. Nihil enim aliud eſt ius, quàm qđ vel natura, vel ciuitas aut populus, vel gens, vel cõſuetudo iubet. Et differt à lege, quod ius generale eſt, lex iuris ſpecies. Et ius, ad non ſcripta etiã pertinet, lex ad ius ſcriptũ. Diuiditur ius in naturale, gentiũ, et ciuile. Naturale, quod ẽ cõe omni nationi, eò quòd vbiq; inſtinctu naturæ habetur, nõ aliqua cõſtitutione facta ab hoïe, ſed ab ipſo naturæ conditore. vt maris et fœminæ coniunctio, liberorũ ſucceſſio in bonis parentũ, puerorũ educatio, cõis omnium poſſeſſio, quia iure naturali oïa ſunt cõia. id eſt, cõicanda tempore neceſſitatis. Rei depoſitæ vel cõmodatæ reſtitutio. Violentiæ, per vim repulſio. Quod tibi vis fieri, alteri facias. et è contrario. Ius gentium, quo gentes humanæ vtuntur, quòd à naturali procedere facile intelligere licuit, quia illud oĩbus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe conuenit. vt Deo, religioni, patriæ, et parentibus pareamus, vt vim atque iniuriam propulſemus. Ius ciuile, quum aliquid cõmuni iure vel additur vel detrahitur. hoc eſt, quõ populus ſibi conſtituit quaſi proprium eius ciuitatis. Hoc aũt ſcripto cõſtat. vt ſunt leges, plebiſcita, ſenatuſcõſulta, principũ decreta. Aut ſine ſcripto. ut ea q̃ autoritate prudentiũ fiunt. Et hæc ꝓprie eſt interpretatio iuris, & eorũ omniũ quæ ſupra diximus. Vnde q hoc profitenť, interpretes iuris, & iuriſconſulti, & iuris prudentes dicũtur. Et qui inter eos excellunt, iuris antiſtites nominãtur. In ciuili iure Prætoriũ Ius cõtinetur, qđ prætores ſupplendi vel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerũt, ob publicã vtilitatẽ. Hoc à prætoris honore, honorariũ adpellatur. Eſt etiam ius ſingulare, quod cõtra tenorẽ rationis, ob aliquã vtilitatẽ autoritate conſtituentiũ introductũ eſt. Ius conſuetudinis, quod in morẽ vetuſtas vulgi adprobatione produxit. Ius militare, quo ſoli milites ſunt adſtricti. ut belli inferendi ſolẽnitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato egreſſio in hoſtes, & pugnæ cõmiſſio, ſigno dato receptio, ſtipendiorũ modus, dignitatũ gradus, præmiorum honor, prædæ diuiſio pro perſonarũ qualitatibus. Iuris præcepta tria ſunt, honeſte viuere, alterum nõ lædere, ius ſuum cuiq; tribuere. In noſtra etiam religione eſt ius diuinum, in quo diuina oracula cõprehenduntur. Et ius Pontificũ, quod Romani pontifices ſanxerunt. Aliquando ius ponitur pro autoritate ſiue libertate quadam atq; licentia. Cicer. Quare ſuo iure noſter ille Ennius, ſanctos adpellat poetas, id eſt, ſua licentia, qua ſummus erat poeta. Idẽ, pro meo iure dico quaſi cõfidenter. Aliquãdo pro merito. Quint. Quis eum id non meruiſſe, quis non iure paſſum affirmet? Aliquando pro neceſſitudine. ut, Eſt mihi cum illo ius cognationis vel amicitiæ. Aliquando pro loco, in quo ius redditur adpellatione collata, ab eo quod fit, in id in quo fit, quem locum definiunt, ubicunq; prætor ſalua maieſtate imperii ſui, ſaluoq; more maiorũ dicere ius cõſtituit. Et ius eſt liquor eorum, quæ coquuntur. Terent. in Eunu. Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam, quàm inhoneſtæ ſolæ ſunt domi, atq; auidæ cibi, quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent.

Iuſcum, ſiue iuſculum, eſt & quodlibet cibarium liquidius, quod conſtat vitellis ouorum, omphatio, iure pingui, croco, & cynnamo. Deriuatum nomen à ius. Apule. Offendo Photidem quæ ſuis dominis parabat iuſcum fartim conciſum.

Iuſiurandum, eſt affirmatio religioſa, vt inquit Cicer. lib. iii. Offi. Quod autem affirmatiue quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt.

Iuſſa ſenatus, ſunt ſenatus decreta. Ce.

Iuſſum, nomen, ſſlect raro dicatur, quum magis in vſu ſit plurare iuſſa. ſignificat iuſſionem. Siſen. libr. iiii. Tamen Tudertibus ſenatuſconſulto et populi iuſſo dat ciuitatem.

Iuſſus, ſa, ſum, vſurpatiue participiū, nam iubeor non dicimus, quanquàm ſic dicatur interdum, vt Luca. Cuius ſeruaueris vmbram Si quicquid iubeare velis.

Iuſta, ſacrificia quæ mortuis impenduntur, quòd iuſte fierent his, qui de nobis viuentes benemeriti fuerant. Salluſt. in Iugur. More regio iuſta magnifice fecerant. Ouidius,
Hanc quia iuſta ferunt dixere feralia lucem.
Columella li. vi. Hoc condimento, illectæ pecudes, fortius iuſta cibariorum conficient.

Iuſtitia, (vt inquit Cice.) eſt habitus animi communi vtilitate ſeruata, ſuam cuiq; tribuens dignitatem. Differt autem iuſtitia à iudicio, et ab æquitate, quia (vt docet Hieron.) iuſtitia, actio recta, iudicium, diſcretio boni et mali, Aequitas rectitudo mētis intelligitur. Iuſtitia eſt in his, qui ſecundū regulā veritatis bene operantur. Iudiciū in illis, quæ recta deſcriptione cum proximis agimus, æquitas in eo quum ſyncera intentione Deo ſoli in his quæ recte gerimus vel iudicamus, placere contendimus.

Iuſtitium, quaſi iuris, ſtatio dicitur, iuris dicendi intermiſſio, quod fieri ſolet publico luctu in reipub. calamitatibus. Liui. Dictator quum iuſtitium edixiſſet, omnes iuniores ſacramento adegit. Idem, iuſtitiū edicit, claudi tabernas tota vrbe iubet, vetat quempiam priuatæ quicquàm rei agere.

Iuſtus, à iure dicitur, et eſt is qui iura ſeruat. Interdū ponitur pro mediocri, quum et ius ipſum mediocritas quædam ſit, vnde iuſtam magnitudinem alicuius rei dicimus, quum nec debita minor eſt, nec modū excedit. Hinc iuſti dies dicebantur triginta dies, quū exercitus eſſet imperatus, et vexillum in arce poſitū. Interdum pro magno, vnde dicimus iuſtā rem. hoc eſt, magnam, quemadmodum vt bonam partem, & iuſtam partem, magnā partem. Plinius, Opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi. Sic iuſtū prælium, iuſtum exercitū, hiſtorici dicunt magnū. Aſco. iuſtas inimicitias, pro magnas, apud Ciceronē expoſuit. Interdum pro vero, vnde apud iuriſconſultos, qui filium adoptat, interrogatur an velit eum quem adoptat, iuſtum ſibi filium eſſe. id eſt, verum filium. A' iuſtus fit compoſitum Iniuſtus, qui contra ius facit, et qui iuſtam magnitudinem excedit. Vergilius,
Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.

Iuturna, Nympha fuit Tyberis amnis, et Turni ſoror. Cornucopiæ.

Iuuamen, iuuatio, et iuuamentum, idem ſignificant, ſcilicet auxilium.

Iuuenalia, erant ludi qui pro ſalute iuuenum celebrabantur. Sidonius, Iā vero iuuenalibus peractis, quē te præbueris ſequente in æuo chartis poſterioribus loquemur. Erant et ſolenne iuuenalia, quum Dianæ ſimulachra, et imagunculæ dicabantur.

Iuuenalis, adiectiuū, à iuuene. Plinius, Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principē popinarū potionis aucuparetur. Iuuenalem adpellauit diem. quaſi iuuenili ætate peculiariter celebrandum. Sueto. de Cali. Adiecit diem Saturnalibus, adpellauitq; iuuenalem. Eſt & iuuenalis nomen proprium Satyrici poetæ.

Iuuencus, et iuuenca, non tantum de boue, ſed de homine quoq; iuuene intelliguntur, vnde fit per diminutionem iuuenculus et iuuencula. Horatius, Te ſuis matres metuunt iuuencis. Te ſenes proci miſeræq; nuper Virgines nuptæ. Ouidius,
Graia iuuenca venit.

Iuueneſco, iuuenis fio. Lactantius lib. vii. Deniq; confirmatis viribus cœpiſſet iuueneſcere.

Iuuenile, adiectiuum ſignificat quod eſt iuuenis. vt ætas iuuenilis. à quo Iuueniliter aduerbium quod eſt more iuuenum. Cic. in Catone, Et Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat.

Iuuenis, à iuuando, quòd ea ætas maxime ſit apta ad laborem tolerandum. Et à iuriſconſultis iuuenes dicuntur qui adoleſcentiū exceſſerunt ætatem, quoad incipiant inter ſeniores numerari. Hinc formaſ cōparatiuum iunior. Columella tamen de apibus li. x. dixit. Iuueniori examini ſolet accidere.

Iuuentus, ætas iuuenilis, quæ et iuuenilitas, et iuuenta dicitur. Sallluſtius, ibiq; iuuentutē ſuā exercuit. Aliquando ſignificat multitudinem iuuenum. Seruius Sulpitius, Licitum eſt tibi credo pro tua dignitate ex hac iuuentute generum eligere. Aliquando ponitur pro Dea, quæ præeſſe putabatur huic ætati. Hæc eſt Hebe, Iunonis filia, et Herculis vxor, quæ etiam Iuuentas à nonnullis dicitur, quēadmodum libertas.

Iuuo, as, iuui, iutum, opem fero. Lactantius lib. v. Si eloquentiam, ſi virtutem ingenii, diuinarumq; rerū doctrina iuuaſſet. Hinc iuuencus, et iumentum. Interdum iuuare. eſt delectare. Vergilius,
Iuuat arua videre. Huius compoſitum eſt Adiuuo, quod eſt iuxta vel valde iuuo. Hieronymus, Orationum itaq; veſtrarum adiutus auxilio. Hinc fit aliud compoſitum Coadiuuo, Frequentatiuū eſt iuto, as, à quo Adiuto. Teren. in And. At te adiutare oportet adoleſcentuli cauſſa.

Iuxta, quando præpoſitio eſt, ſemper ſeparatur, et ſignū. apud, prope. Vergilius libro tertio,
Humilis volat æquora iuxta.
Plautus, iuxta te ſum, tu pie tuearis oportet. Aliquādo ſignificat ſimul, coniunctim. Varro de VI. pa. Quum interea leucubrando faceret iuxta ancillas lanam. id eſt, ſimul cum ancillis. Quando vero aduerbium, ſignificat æque, ſimiliter, eodem modo. Plaut. Dixi tibi mater, iuxtà mecum rem tenes. id eſt, æque mecum. Salluſt. in Iugur. Hyemem atq; æſtatē iuxtà pati.

Iuxtim, aduerbium ſignificat propè. Sueto. in Tibe. Magiſtratibus pro tribunali cognoſcētibus plerūq; ſe offerebat conſiliarium, aſſidebatq; iuxtim vel ex aduerſo in parte primori.

I ANTE X & Y

IXia, ſiue Ixium, genus viſci albi.

Ixion, nomen proprium fratris Phlegiæ.

Ixon, auis de vulturis genere alba, et minor vulture. Suidas, ἰξὸς ᾧ χρῶνται ἐν ἀγρεύσει πτηνῶν. id eſt, Ixos eſt viſcus, quo vtuntur ad venationem auicularum.

Iynx, iyngis, auis quæ verticilla à colli verſura vocatur. Hæc paulò maior eſt, quàm fringella, colore vario, linguam ſerpentibus ſimilem habet, quam longitudine menſura quatuor digitorum porrigit, rurſumq; contrahit intra roſtrum. Collum circumagit in auerſum, reliquo quieſcente corpore. De hac Ariſto. In iyngs vnũ vtrinq; bini ſũ ea quod corpus habet minus quã cæteræ aues propenſum in aduerſum. Hanc noſtri turbinem vocãt, infamem veneficiis, ad amorem apud nos quoq; Torquilla vocatur.

DE LITERA K

KYrie eleiſon, id eſt, domine miſerere. ſunt duæ dictiones. Nam κύριος, ὦ κύριε in vocatiuo. id eſt, o domine, ſed per K, ſonus Græcus eſt pronunciandus, quod propter c, Latini non potuerunt, ideo in abecedario K, inſeruerunt neceſſitate. Altera pars eſt verbum ἐλεέω καὶ κατανύξεται οὕτως, μέλλων ἐλεήσω, ἀόριστον, ἠλέησα, καὶ προστακτικὸν ἐλέησον ἐλεησάτω. id eſt, ἐλεέω regulatur ſic, futurũ ἐλεήσω. Indefinitum verò ἠλέησα. Imperatiue verò ἐλέησον. Sed ne tot vocaliũ fiat colliſio, excluditur ε, et per apoſtrophon dicitur κύριε ἐλέησον. Et ideo ſacerdotes ad miſſam debent pronunciare per κ, Græcum, & non per c, Latinum, ne maieſtati diuinæ derogent. quod ſi ante principem ſeculi facerẽt, quanto infinitius ante Deum, quem tangentes deberent vſq; ad vngues pedum contremiſcere.

DE LITERA L.

LAbaſco, is, labens ſio. Terent. in Eun. Labaſcit victus vno verbo quàm cito. Reperitur et Labaſcor deponens, pro primitiuo Varro lib. Rerũ di. Poſtquàm vidi minima labaſci mentem infirmam populi. Labefacio, rumpo, deſtruo. Terẽ. in Adelph. Omnes dentes labefecit mihi, præterea colaphis tuber eſt totum caput.

Labefacto, as, frequentatiuum. Columella libro ſecundo. Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quò ſpecioſius ingrediantur ſublimes et elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur. Cicero in Catone, Quod ſi legere vel audire velitis, externas maximas reſpub. ab adoleſcentibus labefactatas, à ſenibus ſuſtentatas et reſtitutas reperietis.

Labellum, diminutiuum à labrum. Plin. Cineremq; in labellis aqua addita confricant manu & conſidẽre patiuntur.

Labeo, nomen iuriſconſulti, à labiorum magnitudine ſic dicti. Quicunq; enim magna labia habent, Labeones, et Labrones cognominãtur. Hic Labeo (vt Gellius ait lib. xiii.) iuris ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, et conſulentibus de iure publicè reſponſitauit. Sed cæterarum quoq; bonarum artium non expers fuit, et in grammaticam atq; dialecticam, literasq; antiquiores, altioresq; penetrauit, Latinorumq; verborum origines, rationesq; percalluit, eaq; præcipue ſcientia ad enodandos iuris laqueos vtebatur.

Labes, Ruina, ſeu dedecus, à lapſu. Vergilius, Hinc mihi prima mali labes. Quandoque dicitur macula quæ caſu ſubito lenia inficit. Tractum ab oleo alio'ue liquore, quòd in veſtem lapſa eam fœdet. Transfertur in homines vituperatione dignos. Ouidius, Lætaq; ſit vitæ labe nouerca tuæ. Cice. ii. Offic. iiii. Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe, quæ vulnera? Huius diminutiuum eſt Labecula.

Labia, et Labra, pro eodem accipiuntur. Perſius, Nec fonte labra prolui Caballino. Terent. in Eunu. Labiis demiſſis. Hinc Labeones, et Labrones, qui labra maiora habent. Accipiſitur interdum pro marginibus et extremis oris, fluminis, lacus, fontis, et huiuſmodi, quæ leni aquæ motu perluuntur. Hinc Labra oris, vtarum et aliarum rerum extremitates vocamus. Hiero. in Exo. Faciesq; illi labrum aureũ per circuitum. Eſt et Labrum, ſeu labiũ genus vaſis, quòd vulgò tinaciolum dicimus, ad lauandũ aptũ, quaſi lauabrum. Cice. Terẽtiæ, Labrum ſi in balneo non eſt, fac vt ſit. Vergilius,
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis.
Sole repercuſſum aut radiantis imagine Lunæ.
Hiero. in Exo. Facies et labium æneum cum baſi ſua ad lauandum. Hinc Labra, ſeu Labia vinaria, lupinaria, et olearia, dicuntur in quibus lupini conduntur, et in qua vina è lacu, oleum è cortina transferſitur. Cato, Oleum in labrum primum indito. Preterea Labra plagarum, vulnerumq;, fiſtularũq; extremitates adpellantur. A' Labrũ in primo ſignificato fit Sublabro, de quo infra Græcè autem τὸ χεῖλος, labrũ. Dicimus et Labiæ, ſicut balnea, et balneas. Gellius, Labias ſenſim primores emouemus.

Labicanum, dicitur villa labicana. ſic ager Labicanus, dicitur qui eſt in Italia. Hinc populi Labici dicti ſunt de quibus Vergil. lib. vii.
Et picti ſcuta Labici. Liuius lib. ii. Labicos pedũui cœpit. Glaucus Minois filius Labicus dictus eſt, à ſcuto militari, quod oſtendit in Italia. ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam Latinè anſam vocamus et manubrium. à Sueto. in Cæſa. dictum eſt abſolute in Labicano, ſicuti in Formiano, in Tuſculano.

Labile, quod facile labitur.

Labina, pen. prod. lubricũ dicitur. Hiero. ad amicum ægrotũ. Sicuti aliquẽ ſecuris inceſſibus gradientẽ, repentino caſu, aut marmoris leuitas, aut labina pauimenti ſubuerſa pedũ tutela cõtorſit. Eſt etiã hoc noĩe uicus inter Cremonam et Veronã duabus cladibus Roma. notus qui antea Bebriacus dicebatur.

Labiolum, cum accentu in antepen. diminutiuum eſt à labium.

Labo, as, ruo, et repente cado. Tranſlatio ab arbore

ſuccisa, quæ multis ferri ictibus ſuccisa, tandem incipit caſum ruinamq́ minari. Ouid. lib. xi. Meta. Iamq́ labant cunei ſpoliataq́ tegmina caræ. Verg. Labat ariete crebro ianua.

Labor, eris, lapſus. ſignificat leniter ſenſimq́ deorſum eo, ruo, deficio, morior, fallor. Cice. Non quaſi vnum ex hac vrbe miſſum, ſed quaſi de cælo delapſum in hanc vrbem intuentur. Lact. li. vi. Aut hoſtili aliquo impetu diruuntur, aut certe vetuſtate ipſa diſſoluta labuntur. Hieron. Multi propter ignorantiam hiſtoriæ labuntur errore. Liui. li. i. Labente deinde paulatim diſciplina id eſt, deficiente. Labi etiam dicuntur ii, qui in lubrico figentes veſtigia in terrã ruunt, vnde Lapſus. Huius compoſita ſunt Allabor, Collabor. Delabor, deorſum labor. Elabor, Illabor, Introlabor. Colu. lib. ii. Ne præcludat humoris illapſus atq; exitus. Interlabor, in medio labor. Prælabor, ante labor. Idem lib. xii. Prælabentis verò temporis fuga, quam ſit irreparabilis quis dubitet? Prolabor, vltra labor. Lact. lib. vii. Hinc iam prolapſi ſunt ad deliramenta. Perlabor, per medium labor. Relabor, rurſus labor. Aug. lib. viii. Con. Nec relabebar tamẽ in priſtina. Sublabor, latenter, aut quaſi labor.

Vergilius lib. i. Georgi. Sic omnia fatis
In peius ruere ac retro ſublapſa referri.

Et hæc habent penultimam productam.

Labor, opera, defatigatio. Vergilius,
Nec me labor iſte grauabit.
Dicitur etiam Labos, ſicut lepos, arbos, honos.

Laboriæ, arum, Italiæ pars illa quæ vulgò terra laboris dicitur. Et

Laborinus, cãpus nobilis in Campania, in quo adeò pinguis terra eſt, vt ſtipulam tantæ craſſitudinis faciat, vt ea incolæ pro ligno vtãtur. Sic dictus, quòd ingens labor ſit in eo colendo: quippe ſolum habet arduum opere difficile cultu bonis ſuis. Pli. li. xviii. Quantum autem vniuerſas terras campus cãpanus antecedit, tantum ipſum pars eius quæ Laboriæ uocantur. Finitur Laboriæ via ab vtroq; latere cõſulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit.

Laborioſus homo, dicitur laboris multum ſuſtinẽs. Cic. pro Cælio, Vos laborioſos exiſtimet, quibus ocioſis nec in communi quidem ocio liceat eſſe. Laborioſus ager, in quo laboratur, quòd in eo laborem capiamus neceſſe eſt. Cæcil. Durum rus fugite laborioſum. Laborioſum opus, difficile, & quod nõ ſine labore perficitur. Hinc Laborioſior, ſiſſimus. Et aduerbium Laborioſiſſimè, quod eſt cum maximo labore. Hierony. Sic Plato Aegyptum laborioſiſſime peragrauit.

Laboro, as, pen. prod. fatigor, & cum labore ago. Senec. Iugiter fodiendo laborat. Vnde & per tranſlationem Laborare, pro male habere ſumit, propter quod laborare febre, laborare podagra dicimus. Plinius: Succus eius podagra laborantibus pdeſt. Aliquando pro angi, & ſollicitum eſſe. Cicé. D. Bru. Senatum populumq́ Rom. de te laborare non ſolum in ſalutis ſuæ cauſſa, ſed etiã dignitatis tuæ. Aliquãdo pro conari: ſicut eius cõpoſitũ Elaboro. Aliquãdo pro componere, colere. Verg. Arte laboratæ veſtes, id eſt, compoſitæ. Et Laboratus ager dicitur cultus. Huius verbi compoſita ſunt Elaboro, quod ſignificat conor. Cice. Nihil mihi ita elaborandum eſt, quàm vt cõſilia nemo intelligat. Illaboro, laborẽ va[...]o: vnde Illaboratum, quod ita ſecernitur ab Inelaborato: quòd Inelaboratum dicit, quod non ſatis artificio excultum eſt: Illaboratum uero, quod ſine labore factũ videtur. Illud vitio dari ſolet, hoc laudi. Quintius de Cice. Quũ interim hæc ẽt quæ vix ſingula quiſquã intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata, & illa qua nihil pulchrius auditu oratio eſt, præ ſe ferat tam feliciſſimã facilitatem.

Labruſca, genus vitis agreſtis, quæ erratica dicitur, quod in terræ marginibus & ſepibus naſcatur.

Labyrinthus, per y, & per th. Nã Græce λαβύρινθος dicitur locus uiarum ambagibus inflexus. Fuerunt autem quatuor labyrinthi, in quatuor mundi partibus. In Aegypto primus in Heliopoli: unde exẽplar ſumpſit eius, quem in Creta fecit Dædalus. Tertius in Lemno. Quartus in Italia, quẽ ſibi extruxit Porſenna rex Hetruriæ ſepulchri cauſſa, Formoſior, Creticus, perplexis parietibus, ubi Minotaurus incluſus fuit. Fuit ſtructura pro magna ſui parte ſubterranea, ambagibus adeò implexa, ut nemo, qui intraſſet, poſſe inde exire diceretur.

Lac, ſuccus maternus, quo animalia nutriuntur. dictũ à liciẽdo, quòd admotis mammis infantis alliciuntur. Vergilius, Et lac ſubducitur agnis.
uel quia γάλα, γάλακτος Græcè.

Lacæna, genus ueſtimenti.

Lacedæmon, cum diphth. in pen. Iouis filius, à quo hæc Lacedæmon uel Lacedæmonia ſecundum Latinos Peloponneſi urbs Menelai regia, cuius ciues Lacedæmones, & Lacedæmonii dicuntur, Vegetius li. iii. Athenienſes & Lacedæmones ac Macedonas rerum potitos. Vergilius lib. vii.
At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor.
Hæc alio nomine Sparta dicta eſt.

Lacer, & Lacerus, a, um, pen. corr. dilaniatus. Lacer à veteribus dicebatur qui auribus curtatus erat. Illacerum, quodcunq; corpore imminutum.

Lacerna, uirilis ueſtis fimbriata, & ferè militaris, quæ Græce chlamys nominatur: dicta quòd capitio minor ſit, à lacerando. Lacerum enim dicimus, quicquid corpore imminutum eſt. Hæc vtrinq; indui poterat, & ex utraq; parte reiici. Iuuenalis:
Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas.
Erant apud veteres lacernæ albæ, quibus vtebantur in ſpectaculis, erant coccinæ, erant militares. Et à Lacerna fit Lacernatus: ſicut à tunica tunicatus.

Lacero, as, dilanio, ſæpius vulnero, & quaſi per membra diſcindo. Tractum à laniis, qui diſcindẽdo corpora dilaniãt. Verg. Quid miſerũ Aenea laceras. Huius verbi cõpoſita ſunt Delacero quod eſt deorſum lacero. Plautus in Capt. Qui me meamq; rem quod in te vno fuit, tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis delacerauiſti. Dilacero, uariè lacero. Lactã. lib. i. In quibus ipſe poſtea dilaceratus & carptus eſt.

Lacerta, ſerpentis genus: cuius duo ſunt genera. Altera eſt maior, & Lacerta viridis dicitur. Altera minor eſt, hanc zygnida quidam, alii calcidem vocant. In vtroque genere maſculino Lacertus dicitur. Dictus quòd pedes habeat ad ſimilitudinem noſtrorum lacertorum. Vergilius:

Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

Plinius lib. viii. Lacerti Arabiæ cubitales.

Lacertus ſerpentis genus, de quo modo. Item genus piſcis idoneus ad ſalſamenta, de quo Martialis:

Quum ſaxetani feretur tibi cauda lacerti.

Et in homine brachium dicitur, à cubito ad manus vertebra. Ouidius lib. I. Metamorph.

Laudat digitosque manusque

Brachiaque & nudos media plus parte lacertos.

Et quoniam lacerti muſculoſi ſunt & compacti, pulpasque habent duras, ex ſe Lacertus formauit adiectiuum Lacertoſus, a, um, pro toroſo, robuſto, ac validö. Colu. lib. vii. Fœminibus lacertoſis, cruribus compactis, id eſt, dura carne & toroſa, neruorumque collecta catenis.

Laceſſo, is, laceſſiui, & laceſſi per ſyncopen, & laceſſiſſe, pro laceſſiuiſſe: & laceſſerunt, pro laceſſiuerunt. Cicero: Hos ego ſermones, qui & multi ſunt, & tuam exiſtimationem (vt ſentio) non offendunt, laceſſiui nunquàm. Lactan. lib. v. Omitto eos qui prioribus eam temporibus, nequicquã laceſſerunt. Significat autem Laceſſere lacerare, ſiue ad lacerandũ ire. Sal. Pridie legiones in monte poſitas laceſſiuit. Generatim tamen prouocare ad quicquàm faciendũ, uel ad irã, uel ad certamen ſignificat: ut fit quum quis laceſſatur, pulſatur, vel tangit, ſiue impellitur ſcripto, uoce, uerbo, facto. Cic. Corni. Sic igitur faciens, meque amabis & ſcripto aliquo laceſſes. Ego enim reſpondere facilius poſſem, quàm prouocare. Vergi.

Efficiam poſthac ne quenquàm uoce laceſſas.

Salluſtius: Poſtremo diſſimulandi cauſſa, & ſiue expurgandi, ſicut iurgio laceſſitus foret in ſenatum venit. Colu. lib. ii. Nonnunquàm ſtimulo laceſſat iuuencum, qui tamen recte tactum calcitroſum etiam reddit.

Lachanũ, pen. cor. dictio Græca λάχανον, qua omne genus holeris comprehenditur. Horatius:

Ad porri & ciceris refero lachanique catinum.

Lachanopoles, pen. prod. holerum uenditor.

Lachanopolion, locus ubi uenduntur holera. Laganum vero per g, aliud ſignificat. Sunt enim Lagana (vt inquit Acron) quædam quaſi membranulæ ex farina, & aqua, quæ e iure pingui coctæ ex caſeo, pipere, croco, cynnamomoque conditæ in cibis dantur.

Lacheſis penultima correp. vna ex parcis eſt, quæ de nobis ſortitur. Nam ſortiens Latinè interpretari poteſt. de hac in dictione Atrops dictum eſt. Michalus autem Grammaticus. λάχεσις δὲ λέγεται ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν. id eſt, Lacheſis dicitur ab eo quod eſt ſortiri.

Lachryma, à Græco quod illi δάκρυον vocant, d, in l, mutata: ſicut & l, in d, mutatur. vt, Medius fidius, id eſt, per Iouis filium, & meditor pro melitor. Sũt tamen quinegẽt hoc nomen Græcum eſſe, ſed Latinum tantũ, vt ſint Lacrimæ dictæ, quaſi lacerrimæ: quoniã ex animi laceratione lacrimæ citãtur. uſus tamen obtinuit, vt cum h, ſcribatur. Cuius diminutiuum eſt Lachrymula. Terentius in Eunu. Vna mehercule falſa lachrymula.

Lachrymo, lachrymas effundo. quod ad vites etiam transfertur. Lactantius:

Caudice deſecto lachrymat ſua gaudia palmes.

Huius compoſita ſunt Collachrymo. Terẽ. in Andr. Triſtis interim nonnunquàm collachrymabat. Delachrymo, deorſum lachrymo. Colu. lib. v. Vt in terram potius deuexa, quam in germine delachrymet.

Illachrymo, valde lachrymo. Vergi lib. i. Georg.

Et mœſtum illachrymat templis ebur.

Superlachrymo. Colu. lib. v. Optimum eſt igitur medio ferè internodio, ſubſidiarium tondére palmitẽ, deuexamque eſſectionem facere poſt gemmam: ne ſuperlachrymet, & germinantem cæcet oculum. Eſt & Lachrymor deponens, ſignificationis actiuæ. Hieronymus: Mihi narrare ante præſepiũ vbi plurimũ lachrymata es non debueras.

Laciniæ, ſunt in veſtimento partes extremæ, & cæſuræ particulatim conciſæ, decoris cauſſa vulgò ſtrope dicuntur: vnde Laciniata veſtis: & aduerbiũ Laciniatim, quod ſignificat particulatim, & per ſecturas. Apul. Non laciniatim diſperſo, ſed cumulatim ſtipato commeatu difficultates illas tranſabirem is. Columella libro. viii. Iubet pecus ægrotum diſtribui in lacinias, id eſt, in particulas ſeparari, vt facilius conualeſcant. Nam diſcreta animalia & in partes diuiſa, in lacinias ſegregata dicuntur. Item Lacinia genus fungorum, qui ſubrufi circa caſtanearum radices erumpunt.

Lacinioſus, a, um, accipitur pro flexuoſo, ſinuoſoque. Hiero. ad Theo, Lacinioſus cõtra nos ſermo protrãctus eſt. Ab eodẽ diſputatio Lacinioſa dr̃ pro tortuoſa & implicata. Ab Apuleio, Conuallis lacinioſa. Et Alexidria fuit lacinioſa, angulosa procurſu.

Lacinium promontorium Italiæ, inter Adriaticum & Ioniũ, à quodã latrone ibi ab Hercule interempto, qui Lacinius vocabatur, qa boues ſuerat prædatus.

Lacio, is, lacui, & lexi. ſecũdũ Priſcia. lacitũ & lectũ. ſignificat in fraudẽ duco: à lax, q̃ fraus dicit̃. Huius compoſita ſunt Allicio, Delicio, Elicio, Illicio, Oblicio, Pellicio. ex quibus fiunt frequẽtatiua Allecto, Delecto, Electo, Illecto, Oblecto, Pellecto. Et primitiua quidem habent duo præterita, & duo ſupina, quemadmodũ lacio, quãuis nõnulli ab Elicio, elicui ſolũ velint formatum eſſe. Nam Electo, as, ſupino electũ, quod ab elexi formatur, quũ aliàs à præterito elicui fiat ſupinum elicitũ. à quo Elicito, as. Plau. In Aſin. Ibo aduerſum atque electabo quicquid illud ſit. Teren. in Phorm. Is ſenem per epiſtolas pellexit, modo non mortem auri pollicens. Liuius in Laudania: Te illo Aſiatico ornatu ſlumus pellicuit.

Lacon, onis. penul. produ. qui ex Laconia eſt. Græce λάκων. Quo nomine etiam ſignificatur celer. Et Lacena fœmin generis.

Laconia, prouincia in Peloponeſo, quæ & Oebalia &

Lacedæmonia ab aliqbus dicitur. Hinc Lacon, maſculi generis, & Lacæna, fœminini. Nec inuenitur Lacenus pro Laconico, habetq́ Lacæna diphthon. in penultima. Vergilius,

Nec tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ. Sta. lib. vi. The. Tandē inſpiratus Mida de plebe Laconū. Hinc & Laconicus, a, um. vt ager Laconicus. Similiter Lacænus, a, um. Verg. lib. iiii. Virginibus bacchata Lacænis. Pauſanias aūt lib. iii. Σπάρτη δὲ θυγάτηρ τοῦ Εὐρώτου. ὅθεν ὄνομα πόλει Πελοποννήσου. Ἀμύκλας δὲ ἦν υἱὸς τοῦ Λακεδαίμονος. γενόμενοι δὲ Ἀμύκλα παῖδες ὑάκινθος μὲν νεώτατος τὸ εἶδος κάλλιστος. id eſt. Sparta filia Eurotæ. Inde nomen ciuitatis Peloponneſi. Amiclas vero fuit filius Lacedæmonis.

Laconicum, ſubſtantiuum, ponitur pro loco orbiculari, ambitu in ſe recuruo in balneis, in qbus ſudor elicitur ſicco calore (vt docet Celſus lib. ii.) Et Victru. lib. v. præcepit laconicum ſudationesq́ coniungi debere tepidario. Eſt enim fornacula ex terra & tegulis mămatis addito tomento concinnata, q̄ incluſo igne per ſpiracula parua calefit per præfurnium. hanc ſub nomine hypocauſti multi ſignauere. Nam hypocauſtū, vaporariū interpretamur. Frequētabatur laconicū à crudis, vt per deſudationem extruderetur quicquid excrementitii & ſudorifici humoris, vnde Colu. in Prolo. Mox deinde ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, et exuto ſudore ſitim quærimus. Dictū Laconicū q̄ eo Lacones peculiariter uterētur.

Laconiſmus, breuiloquiū. Ci. in Epi. Laconiſmo tuo non vtar.

Lactarius, a, um, quod ex lacte eſt confectum, vulgò lacticinium dicitur. vt opus lactarium. Quandoq́ Lactarium dicitur, quod ex ſe lac producit. Plinius, Tithymallum noſtri herbam lactariam uocant, alii lactucam caprinam. Varro, Dandum bubus lupinū & lactariis medica & cytiſum.

Lactarius, rii, qui cibos ex lacte conficit. Sparta. in Heliogabalo. Dulciarios & lactarios tales habuit, ut quæcunq́ coqui de diuerſis eduliis exhibuiſſent, vel ſtructores vel pomarii, illi modo de dulcibus, modo de lactariis exhiberent.

Lacteo, es, lac ſugo, quod proprie filiorum eſt. Hiero. in Deutero. Iuuenem ſimul ac uirginem, lactentē cum homine ſene. hinc Lacteſco, is.

Lactes, plurali nume. gene. fœmi. ſecundum Probum. Priſcianus vero hæc Lactis declinat. Titi. in ſerenilla craticula cerebellū lactis agnina. Sunt autē Lactes graciliora inteſtina, quæ tria ſunt, tenue, ieiunum, piluros, quæ inuoluuntur meſenterio, ut à ſplenæ contactu duro, munitiores, magisq́ ſeptos reddat. Dictæ Lactes, aut ꝑpter mollitiē, aut ꝑpter candorē pinguedinis. nā à lacte denominātur. Probus, Lactes ſunt loca in lateribus ſub umbilico puberenus, adeò delicata, vt plagā ferrē nō poſſint. Plinius videt ſentire Lactes tantū in ouibus & hominibus eſſe. Sic enim li. xv. ſcribit. Ab hoc vētriculo lactes in oue & homine per quas labitur cibus. Sunt etiā qui dicant eſſe mēbranas, quæ & omenta, quibus cōhærent inter ſe inteſtina. Et hi moti ſunt propter pinguedinem, quam omentum non ſine pinguedine fit. Plin. lib. xi. Ventriculi atq́ inteſtina pingui atq́ tenui omento integuntur. Quidam pro inteſtinis pinguibus accipiunt. vnde Perſius,

Emeris auriculas pulmone & lactibus vnctis.

Plautus in Cur. accepiſſe videtur pro inteſtinis gracilioribus, ꝑ quæ labitur cibus, quòd cibū alliciāt. Ita cibi (inquit) vacuitate venio laxis lactibus.

Lacteſcere, eſt in lac conuerti, ſeu lacte impleri. Cice. lib. iii. de Natura. Omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Plin. lib. xi. Aſinæ prægnantes cōtinuo lacteſcunt. Vergi. lib. i. Geor. frumenta lactentia dixit. id eſt, lacte plena.

Lacteus, a, um, quod ex lacte eſt. quandoq́ candidū, ſuaue, ſucculentumq́ ſignific. vt colla lactea. Et Lacteus qui lacte alitur.

Lacticinia, cibi ex lacte facti.

Lacticula, quamuis uideatur diminuti. à lactuca, tamen alia eſt herba habens lac.

Lactidiaci, ſunt qui circa vmbilicum calce percuſſi ſunt, quia ea pars delicata & mollis eſt, aut quia inteſtina circa vmbilicum eſſe noſcuntur.

Lactiphagi, quidam Scythiæ populi, qui & Galactophagi dicuntur.

Lacto, as, lac præbeo. quod proprie matrum eſt. Per tranſlationem ſignificat aliquem per blandicias allicio, atq́ decipio. Teren. in Andr. Niſi me lactaſſes amantem falſa ſpe producens. Hinc ablacto, quod eſt à lacte remouco.

Lactuca, à lactis copia dicta eſt, quòd abundantia lactis exuberet. Pli. lib. xix. Quæ myconis vocatur à copia lactis ſoporiferi, quanquàm omnes ſonū parere credantur. Apud antiquos Italiæ hoc ſolum genus clarū fuit, & ideo lactucæ nomen adeptæ. Lactucarū plura ſunt genera. Sunt enim Lactucæ, Cæciliæ, Cappadoces, Tharteſiacæ, Paphia, ſiue Cypria, & Seſſilis. Lactucarū criſpas Cappadocas vocant. Seſſiles, quæ late per terram diffunduntur.

Lactucinii, ſunt cognomina Romanorū procerum, à lactucis deducta.

Lacuna, pe. pro. à lacu fit, & eſt aquæ collectio, quā alii lamā, alii luſtrā nominăt. Verg. lib. i. Georg.

Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo,
Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ.

Vbi ſerui. Lacunæ ſunt foſſæ, in quibus collecta aqua ſtare conſueuit. Lacuna etiam dicitur foſſa ad ſiccandos agros parata. Idem,

Et totæ ſolidam in glaciem vertere lacunæ,

Itē vellecula ſuperioris labri, ꝑ ſimilitudinē Lacuna vocat̄ à Lactātio, Huius diminutiuū eſt Lacunula.

Lacunar, penul. produ. diminu. à lacus, & accipitur pro trabe. Sueto. in Nero. Lacunaria quæ noctu ſuper dormientem laxata machina deciderent, parauit. Hoc etiā laquear & laqueariū per antiſtichon. Vergil. Dependent lychni laquearibus aureis. Dicitur & Lacunariuū. Cornucopiæ.

Lacus,

Lacus, ſecundæ & quartæ declinationis. locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos & flumina. Stagnum temporalem ibi aquam ſtagnantem habet, quæ pleruq; hyeme colligi ſolet, æſtate ſiccari. Item Lacus dicitur locus, qui cõtinet muſtum prælo ex vinaceis expreſſum, & trãſmittit, vt in dolia condantur. Nam prælum propriè trabs eſt, qua calcantur vuæ. Columella, Antequàm prælo vinacea ſubijciantur, de lacu quàm recentiſſimũ addito muſtum in amphoram nouam, eamq; oblimito & implicato diligenter. Ouidius in Faſtis,

Præmia de lacubus proxima muſta tuis.

Plin. Ipſe uindemias colligo, ſi tñ colligere eſt nonnũquàm decerpere vuã, torculum inuiſere, guſtare de lacu muſtũ. Græcè λάκκος, Latinè lacus, unde Lenæus Bacchus, & Lenobates, vuæ calcator. Item Lacus in ædificiis plana trabs vel tabulatum, quo tectorium ac camerarum ſuperiora ornantur. Lucilius, Reſultantq; ædesq; lacusq;. Similiter Lacus, carcer. Hieronymus in Geneſi, Innocens in lacũ miſſus ſum. A' lacus fit diminutiuũ Lacuſculus. Columel. Oportet habere lacuſculos tã multos, quàm poſtulabit modus.

Ladanum, eſt quoddam pingue ladæ herbæ inſidẽs. Hæc autem herba naſcitur in Cypro.

Ladon, fluuius Arcadiæ, de quo Ouid. lib. I. Metã.

Donec arenoſi placidũ Ladonis ad amnẽ Venerat.

Aphthoni. in Rhetor. Δάφνην δὲ θυγατέρα φασὶ τοῦ λάδωνος ποταμοῦ καὶ καλλίστην. i. Daphnen filiã ait Ladonis pulcherrimam.

Lædo, is, ſi, ſum, cum æ, diphthon. ſignificat contumelia afficio. ſumptum à Græcis, qui lœdoriam cõtumeliam uocant, ſed per œ. Transfertur tamen ad omne genus offenſionis. Et conſtruitur modò cum adcuſatiuo. Ah ne te frigora lædant. Modò cum datiuo. Terent. Ille clemens, placidus, nulli lædere, arridere os omnibus. Huius compoſita ſunt Allido, Collido, Elido, Illido, Oblido, quæ habent penul. produ. de quibus locis ſuis.

Læmargia, cum accentu in penult. à noſtris ingluuies dicitur.

Læmargus, guloſus.

Læmuſchaton, præmium quod reportabant qui ex gladiatura victores extitiſſent. Græci λαιμουσχιστόν dicunt, λαῖμα, ſanguis, guttur. σχίζω, ceſſo, ſcindo, quaſi præmium illud gladiatoribus daretur ob iugulationem. Præmium autem Græcis erat ex Demoſthene & Suida, centum minæ.

Læna, veſtis lanea (vt Varro ait) habitus duplicis & auguralis amictus, quæ ſuper extera ueſtimenta imponebatur. Nonius docet eſſe veſtẽ militarẽ. Verg. Tyrioq; ardebat murice læna. Græci Chlænam dicunt, vbi ch. abiicitur apud Latinos.

Laerte, es, nomen vrbis Ciliciæ.

Laertes, nomen patris Vlyſſis. ſed tamẽ Laertius, nõ autẽ Laertes, æ, poſſem multos autores citare. Sed ſufficiat Sophocles ĩ tragœd. illa quæ Maſtigophoros inſcribitur. Ἀεὶ μέν ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε πεῖράν τιν᾽ ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον. i. Semper ò fili Laerti, vidi te peritiam quandam inimicorum rapere uenantem.

Laertius, nomen hiſtorici, qui de philoſophorũ uita ſcripſit.

Lætabilis, idem quod lætus. à quo Illætabilis, non lætus, triſtis.

Lætamen, fimus qui per agros iacitur, quòd lætas, hoc eſt, pingues ſegetes faciat.

Lætifico, as, lætum facio. Plautus, Ita meum cor hæc amus lætificauit modo.

Lætiſco, is, lætus fio. Siſen. lib. iiii. Vtrum'ne Dii cultu erga ſe mortalium lætiſcát, an ſuperiæ gentes humana negligant.

Lætitia, eſt exultatio animi, gaudio efferuẽtiore propter euentũ rerum expetitarum. Cicero, Lætitia, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectũ uideatur. Et propriæ Lætitia eſt, quum ita mouetur animus, vt etiam ad exteriora egrediatur, & maxime in vultu. Gaudiũ, quum animus exhilaratur aliqua re, neq; tamen ad exteriora diffunditur vltra modum, vt facile adpareat. Hinc dicunt Stoici, gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam non poſſe.

Lætitudo, idem quod lætitia. Accius, Quanta in verſando adfectus eſt lætitudine.

Læto, as, lætum facio. Accius, Et te vt triplici lætarem bono.

Lætor, gaudeo, delectationem capio, ſed extrinſecus, quum gaudere ſit intrinſecus, quáuis ſæpe confundantur. Terentius in Heaut. Ego non tam meapte cauſſa lætor, quàm illius quã ego ſcio honore quouis dignam. Cõſtruitur modò cum ablatiuo, modò cum genitiuo. Vergilius. lib. xi.

Nec veterum memini, lætor'ue malorum.

Modò cum datiuo. vt, Mihi gaudeo tibi lætor. Modò abſolute. Ambroſ. Fides dominica lætabatur. Hinc fit compoſitum Collætor, ſimul lætor.

Lætus homo, qui hilaritatem quã intus habet etiam vultu oſtendit, à latitudine mẽtis, vt quidam putãt. Nam qui gaudium aſpectu promunt, dilatare quodámodo faciem videntur. Vergilius, Imperio læti parent. Lætas oues, dicimus quæ bona ſunt corporis habitudĩe atq; pinguedine. Inanimata verò Læta dicũtur, quæ aſpectu homines lætificant, vel quæ pinguia ſunt. Vergi. Quid faciat lætas ſegetes.

Et Lætum legumen, hoc eſt, fertile. Idem,

Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.

Læta uero prata, Læta domus, quæ læta nos faciunt. Dicimus etiam Lætum, celerem, quoniam in his in quibus animus lætatur, celeritate vtimur. Item bene uolentem. ut,

Vobis ego hunc lætus candentem in littore taurũ.

Nam qui rem libenter facit, cum lætitia facit. Sic contrà triſtem, pro inuito dicimus. Terentius, Inhiat triſtis.

Læuigo as, penultima corrê. complano, polio, quaſi læue ago. Plinius, Sũt quidam in eo genere molliores, qui & cote læuigantur. Idem lib. alii. Scabricia charta læuigatur dente.

Læuis, & hoc Læue, cum diphthon. ſignificat quod

tactu aſperum non eſt: idq; autores dicunt inoffenſum, lubricũ, & tenerum, vt ſunt oua volucrũ. Perſi. Trofulus exultat tibi per ſubſellia læuis.

Læuitas, eſt aſperitati contraria, Martia. Lunarem circulum ingreſſa virgo, conſpicatur globoſum quidẽ, tenerumq; corpus, è ſuperni erroris læuitate compactum inſtar ſpeculi pendentis. Apul. de Socratis dæmonio læuorem ſiue læuitatem quum dixiſſet, adiecit lubricam.

Læuo, as, idem quod læuigo. Statius lib. i. Theba. Pars teretes læuare manu ac diſponere menſas.

Læuor, idem quod læuitas. hoc eſt, complanatio & terſitudo. Plin. Spectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, læuor.

Lagæos, uua quæ & leporaria dicitur. Vergil. lib. i. Georg. Et paſſo pſytia vtilior tenuisq; lagæos.

Laganonponos, iliorum dolor: qui ſanè alius eſt, q̃ laterum. hoc eſt, pleureſis. Ilia enim Græci vocant λαγόνας, & κενεῶνας.

Lagari verſus, dicuntur qui medio claudicant pede: ſicut myuri, qui poſtremo: & acephali, qui à breui ſyllaba incipiunt.

Lagia, vnum ex nominibus Deli inſulæ. Cc.

Lagæna, cum æ, diphthõ. genus vaſis teſtacei, non tã ad aquã, quàm ad vinum & alios vſus adcõmodatũ. Colu. Oĩs ſpurcitia cũ ſpumis eximatur, q̃ decocta quũ iam craſſa fuerit, quàm defrutũ refrigeretur, et bene picatis lagœnis cõdatur. Plau. in Curg. Quaſi tu lagænam dicas vbi vinum ſolet Chium eſſe.

Lagois. penultima producta, genus auis quæ leporinas habet carnes. nam λαγώς, apud Græcos lepus eſt. Eſt & genus piſcis. Horatius in Sermonibus: Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lagophthalmos, dicitur in oculis quum ſuperior palpebra non deſcendit. Cui uitio cõtrarium eſt ectropium, quũ inferior palpebra parum ſurſum attollitur, nec cum ſuperiore cõmittitur. Dictum à leporibus, qui apertis oculis dormire conſueuerunt.

Lagotrophia, leporaria: loca in quibus lepores aluntur. vt eſt apud Columellam.

Laguncula, diminutiuũ. parua lagœna. Plin. in Epiſt. Proinde quum venabere, licebit autore me, ut panariũ & lagunculam, ſic etiam pugillares feras.

Lagyges, populi ſunt Sarmatiæ. Cc.

Lagyra, autore Ptolemæo, vrbs eſt Tauricæ Cherroneſi. Cornucopiæ.

Laicus, a, um, penul. correp. quod cõmune eſt, & non ſanctum. Hiero. lib. i Reg. Non habeo laicos panes ad manum: ſed tantum panem ſanctum.

Lais, idis, nomen proprium famoſiſſimæ meretricis, quæ à ſcriptoribus Corinthia dicta eſt, quia Corinthi habitauit ad quam propter pulchritudinem, ditiores homines ex omni Græcia conueniebant: nec quiſpiam admittebatur, niſi qui dabat, quod popoſcerat. Ouidius: Multis Lais amata viris.

Laletania, Hiſpaniæ regio unde Laletanum vinũ, magis copia quàm bonitate laudatum. Cc.

Lalíſione pulli ſunt onagrorum. Martialis: Dum tener eſt onager ſolaq; laliſio matre

Paſcitur hoc infans, ſed breue nomen habet.

Laliare, quidam dicunt more infantium blandiuſculis vocibus loqui. Alii Lallare propriè dicuntur infantes, qui iráti matrum mammas ſugere renuunt.

Lamæ, ruptum fracturæ.

Lambo, bis, bi, bitum. ſecũdũ Priſcia. Lucil. lib. xiiii. Iucundasq; puer qui lamberat ore placentas.

Hieronymus præteritum lambui poſuit lib. Iudicũ: In trecentis uiris qui lãbuerunt aquas liberabo uos.

Eſt autem Lambere, lingere. hoc eſt, lingua aliquid ſuauiter tangere: ſicut canes bibentes. Vergilius pro tangere poſuit lib. iii. Aeneidos:

Attollitq; globos flammarum & ſidera lambit.

Interdum ſumitur pro leuiter fluere. Hora. lib. i. Vel quæ loca fabuloſus lambit Idaſpes.

Lambrus, fluuius in ciſalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum (vt ait Plinius) A quo Lãbrani, dicti ſunt eius accolæ. Suetonius in Caſa. Per Lambranos & Tranſpadonos duxit.

Lamentabile, quod eſt dignum multa lamentatione, Vergil. Troianas ut opes & lamentabile regnũ.

Lamentarius, a, um, quod ingerit lamentationẽ. Plau. in Cap. Quæ ædes lamentariæ mihi ſunt.

Lamentor, vocẽ querula, triſtiq; oratione damnũ ac dolorem teſtor. Teren. in And. Quæ tum mihi lamẽtari præter cæteras viſa eſt. Idẽ in Phor. Modo vidi quandã virginẽ huic viciniæ miſeram ſuam matrem lamentari mortuã. Cicero libro Tuſcu. pro lamentatione dignum aliquid monſtrare poſuit, quũ inqt. Nam hæc quidem vita mors eſt, quã lamentari poſſem, ſi liberet. Eſt & Lamento, as. Hiero. in Eſdra: Et qui præſidebant cum vxoribus lamentabant eum. Hinc Lamentatio, quæ eſt (vt Cice. lib. iiii. Tuſcula. docet) ægritudo cum eiulatu.

Lamiæ, mulieres quæ ſtrigum inſtar infantiũ ſanguinem ſugunt, ſiue ipſæ ſtryges. Horatius: Neu pranſæ lamiæ puerum viuum extrahat aluo. Apul. lib. i. de Aſi. At ille colore ſpurciſſimi humoris percuſſus, quo me lamiæ illæ infecerant aſpernatur. Idẽ Lamiæ dicebantur nobili familia ortæ. Erat enim Romæ quædam familia nobilis Aeliorũ, à Lamo Antiphatis patre, & Læſtrygonũ rege, qui Formiis regnauit, ortum habens. Philoſtratus in Apollonio ait, Lamias à quibuſdam laruas adpellari, & lemures, eſſeq; ad amorem & Venerẽ propenſas, & carnes humanas maximeq; formoſorum eſurienter adpetere, quæ libidinis cupiditate alliciãt eos, quos poſtea cupiant deuorare. A' quo Lamiacus, a, um, ut bellum lamiacum. ut apud Hieronymum lib. contra Iouini. Vnde & Lamiæ cognomẽ nobilibus inditũ eſt, quod vulgò Lamiũ genus vocabatur. Horatius: Aeli vetuſto nobilis ab Lamo. Iuuenalis: Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

Lamia etiam inſignis meretricis nomen fuit. Et Lamia, animal eſt faciem prætendẽs muliebrem, ab inferiori parte pedes equinos habens. Vnde apud Hieremiam prophetam: Sed & lamiæ nudauerunt mãmas, lactauerunt catulos ſuos. Et in Eſaia: Ibi cubauit lamia, & inuenit ſibi requiem.

Lamina,penul.cor.vide in dictione Bractea.

Lamirus,Herculis filius fuit, ex Iole Euryti regis filia.Cornucopiæ.

Lampas,Græca dictio eſt, cuius accuſatiuum protulit Verg. Princeps ardentẽ cõiecit lãpada Turnus. Ab hoc accuſatiuo formatur nominatiuus Lampada,æ.Hierõn.in Ezechie. Quaſi aſpectus lampadarum.Eſt autem Lampas ignis,aut Solis ſplendor:à λάμπω,ſplendeo. Frequenter tamen ſumitur pro inſtrumento,in quo ignis in oleo lucet.

Lampetra,genus piſcis:à lambendis petris nomẽ ſortiens. Hos piſces nonnulli murænas vocant Cornucopiæ.

Lampheus,mons eſt Arcadiæ.Cc.

Lampſacus,penul.correp.nomen vrbis in littore Helleſponti in ora Aſiatica.Hinc Lampſacenus, a, um: vnde Caron hiſtoricus,& Adimanthus, & Anaximenes,& Metrodorus Epicuri ſodalis, Lampſaceni fuere. Ipſum etiam Epicurum Lampſacenum dicunt diu Lampſaci uerſatum.

Lampyris,vermiculus noctu lucens:nonnulli noctilucam,alii nitedulam vocant.Cc.

Lana,quæ de ouibus deciditur,à laniculo. Laniare enim ſcindere eſt. Sciditur autem nunc lana, quæ velli ſolebat:vnde à vellendo vellus dicebat. Quidam à leuitate,id eſt,mollitudine lanam dici autumant. Hinc Lanugo,primi pili in barba: qa cæteris ſunt molliores.Et in cydoniis lanuginem dicimus. Eſtq́; in ſola oue lana,nam cæteræ quadrupedes pilos aut ſetas habent.Dicitur & Lanitiũ(vt inqt Seruius)ſicut fuga & effugium. Verg lib.iii.Georg.
Si tibi lanitium curæ,primum aſpera ſylua.
Hinc Laneus,a,um,& Lanitius,a,um, apud Martialem,quod,eſt ex lana,vt pannus laneus.

Lanaris,& hoc Lanare,quod habet lanam. Varro libro ſecundo de Re ruſtica:Nos qui pecus paſcimus lanare.

Lanarius qui lanam curat.Plautus in Aulularia: Stat fullo,phrygio,aurifex,lanarius.

Lanatus,ta,tum,quod habet lanam. Et Lanatus fuit cognomen Agrippæ, qui de Sabinis triumphauit. De hoc In Agrippa.

Lanatus lupus,ſiue Laneus,piſcis ſic dictus,à candore ac mollicie carnis. Martialis.
Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui.
Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas.Cc.

Lancea,à latitudine ferri dicta eſt:vel quia Græcè dicitur ἡ λόγχη, τῆς λόγχης, teli genus longiſſimũ. Hiſpanica dictio,non Latina (vt Gellius teſtatur:) Hanc olim Luculli luculleã adpellarũt. Huius diminutiuũ eſt Lanceola,cum accẽtu in antepenultima. Hiero.lib.iii.Regum : Prophetæ lucorum incidebãt ſe lanceolis,donec ſanguine perfunderentur.

Lancearius,qui lancem gerit.Græcè λογχόφορος.

Lanceatus,a,um,quod eſt lancea armatum. Hierony. lib.ii Regum: Si quis tangere eas voluerit, armabitur ferro & ligno lanceato. Lanceati etiam dicũtur, qui ictu lanceæ necantur.Iuli. Firmicus : Quicunq; habuerint horoſcopum in xxi .parte Tauri lanceati morientur.

Lances,vaſa lata & rotũda nimus excauata,quàm patinæ & rebus diuinis apta , vt docet Auſonius illo verſu: Turibula & pateræ q́; tertia vaſa Deũ lances. Iuuenalis ſumpſit pro vaſe eſcario , in quo caro tam coſta,quàm elixa conditur,menſæq́; infertur.
Aſpice quàm magno diſtendat pectore lancem.
Horatius in Ser. Illigna nutritus glande rotundas
Curuat aper lances. Et lances ſtateras dici nemo ignorat:vnde Bilances dictæ ſunt, quæ duas lances habent.

Lancino,as,penul.cor.ferio,lacero.Plinius:Eſt et volucre canibus peculiare malum,aures maxime lancinans,quæ defendi non queunt. Seneca: Alium inter leges celebris q́; ſpectaculum fori lancinauit.

Lanetum,ueſtimenti genus ex lana ſuccida cõfectũ.

Langa,genus beſtiæ , quam alii Languriam uocant, quam dicunt circa padum inueniri. Cc.

Langia,fons eſt, qui ab Archemoro illic à ſerpente vulnerato Archemorus dictus traditur.Cc.

Langueo,es gui,deficio,infirmus ſum,diſſoluor.Hierony. Animaduertimus pariter omnia uerba illius animæ languentis eſſe medicinam. Vergi lib.ix.
Purpureus veluti quum flos ſucciſus aratro
Langueſcit moriens. Interdũ Lãguere, eſt timidũ eſſe. Salu.Quãto vos attẽtius ea agetis:tanto illis infirmior erit animus. Si paulũ modo vos languere viderint,iam oẽs feroces aderũt. Interdũ ocioſum eſſe,Idem: Seq́; ſi pauci adiuuarẽt,lãguentibus aliis in curiã impetũ facturum. Huius verbi compoſita ſunt Elangueo, à quo Elãgueſco,quod eſt valde infirmus fio. Gellius libro.ii. Negotiis ſe plerunque vmbraticis & variis quæſtibus intentos habent, in quibus omnis eorum uigor animi corporiſq́; lãgueſcit,& quod Salluſtius ait,effœminatur. Relãgueo. à quo Relangueſco,rurſus ad valitudinem redeo.
Ouidius libro ſexto Metamorpho.
Impoſito fratri moribũda relãguit ore. Claud.li.i. Relãguere pro remiſſum eẽ poſuit: Vix ille pepcit,
Erubuitq́; preces animuſq́; relanguit atrox.

Langueſco,inualidus,tepidus , ſeu ocioſus fio. Cice. in Cato. Orator metuo ne langueſcat ſenectute.

Languidus,a,um,quod languet. Ouid.lib.v.Faſt.
Violas arere videres
Filaq́; purpurei languida facta croci.

Languor,proprie eſt defectio virium & ſucci naturalis. Hinc Languere dicuntur herbæ,quæ incipiunt areſcere. Sed ad animum quandoq; trãſfertur, & pro debilitate,defectu,corpore , ine tiaq́; vſurpari ſolet.Cicero lib.i.Offi.Nihil autem magis cauendũ eſt ſenectuti,quàm ne languori ſe deſidiæq́; dedat, Plautus in Aſi.pro laſſitudine poſuit, quum ait: Vbi ſæpe ad languorẽ tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis adfectos lentis virgis.

Langurium, electri ſpecies ex langis ſiue languriis factum.

Laniena,officina in qua fiunt ac vẽduntur carnes , & vulgò macellum dicitur.Plautus:Per myropolia & lanienas,circumq́; argẽtarias rogitando ſum raucus

factus. Accipitur etiam Laniena pro ipſa laceratione à laniando.

Lanificium, lanæ officium. Plinius de præclaris geſtis Romanorum, Eainde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt.

Lanificus, qui lanæ artem exercet.

Lanio, as, ſcindo. Vergil. lib. iii. Georgic.

Ipſiq; ſuos iam morte ſub ægra.
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.

Per tranſlationem ſumitur pro infamo. Hier. in Prolo. Eſdræ, Qui interpretem laniant. Huius compoſitum eſt Dilanio, pro diſcindo.

Lanionius, a, um, quod ad lanium pertinet, vnde Lanioniæ menſæ, in quibus ſcinditur caro. Sueton. in Claud. Carnificem ſtatim acciri cum machæra menſaq; lanionia flagitauit.

Laniſtæ, dicti ſunt qui laniandis præſunt gladiatoribus. Hi familias domi ad gladiaturam exercendam habebant inſtituere, et mox paratas vendere ſolebãt munerariis. Iuuenalis,

Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenisq; laniſtæ.

Hinc Laniſtæ auium dicti ſunt à Colu. qui aues certaminibus præparabant.

Lanium carnarium, eſt locus vbi carnes venduntur.

Lanius, ſeu Lanio, qui carnes in carnario vendit populo à laniandis pecoribus, quòd car concidat, laniet q;. Plaut. in Cap. Dii immortales, vt ego collos pertruncabo tergoribus, quãta pernis peſtis veniet, quanta labes larido, quanta ſumini abſumedo, quãta collo calamitas, quanta laniis laſſitudo, quanta porcinariis.

Lano, nas, intus lanam pono, ſeu lanam habeo, vnde Lanatus, a, um. Colu. lib. vii. Cannabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato, ſed laquei quibus copulantur lanatis pellibus inuoluti ſint, ne tenera fronte ſub cornua lædantur. Idem lib. viii. Ideo niſi lanatas oues emi non oportet. Et Lanatus dictus fuit Capitolinus magiſter equitum. Similiter Lanatæ vuæ, aminecæ dictæ ſunt, quod caneſcant lanugine.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium.

Lanugo, pen. prod. tenera pilatio, à lanæ ſimilitudine qualis in adoleſcentium genis, et in pomis quibuſdam cernitur. Colu. lib. iiii. Lanatam quoq; Amineam quidam maxime probant. qui hoc vocabulũ non ideo vſurpat, quòd ſola ex omnibus Amineis, verum quòd præcipue caneſcit lanugine.

Laodicea, vrbs celeberrima in Aſia, Lyco flumini impoſita, primò Dioſpolis adpellata, dein Rhos, poſtea vrbs Laodicea, à Lyco flumine. Hãc vrbem loci virtus, et ciues quidã fortunati valde magnificarũt. Primum Hiero, qui hæreditatẽ populo diuiſit ſupra duo millia talentorum, et multis donis ciuitatem exornauit. Poſtea Zeno orator, et Polemo eius filius, qui ob res fortiter geſtas, prius ab Antonio, poſtea ab Auguſto ad Regiæ dignitatis faſtigiũ euect' eſt.

Laodomia, cum accentu in penultima, nomen proprium Acaſti filiæ, et vxoris Protheſilai. de qua Hierony. Laodomia quoq; poetarum ore cantatus, occiſo apud Troiã Protheſilao, noluiſſe ſuperuiuere. Fuit et alia Laodomia Bellerophontis filia, mater Sarpedonis.

Laomedon, pen. cor. nomen proprium patris Priami Troiæ regis. à quo patronymicũ formatur Laomedontiades, vbi additur a, vt in multis aliis, ſicut Anchiſiades, Telamoniades. Aliquando ſubtrahitur ſyllaba. vt Athemides, pro Athemonides, Deucalides, pro Deucalionides. A' Laomedon fit poſſeſſiuum Laomedontæus, a, um, et Laomedontiacus, a, um.

Lapa, vide in dictione Lapathes.

Lapathes, pen. cor. genus holeris, à lapathio dictũ, fortè idem quod Lapathos. Serenus,

Sæpe chelidoniam cum ſucco lapathos addes.

Hæc et laps dicitur, cuius tria ſunt genera. Nã quædam dicitur canaria, quæ eſt exigua, canibus adhærens. Altera maior aliquãto eſt, et philantropos adpellatur, quòd veſtibus hominũ adhærens, eos amare videatur. Eadem vocatur aparine. Tertia adpellatur perſonata, et maxima eſt, naſciturq; iuxta riuos et flumina. Græci eã ἄρτιον vocant, folia habet ampliora cucurbitis, et propter foliorum amplitudinẽ ea vtebantur veteres ad perſonatus faciendos.

Lapathos, pen. cor. ſeu Lapathium. herba eſt. Colu.

Lubrica iam lapathos, iam ramni ſponte vireſcunt.

Plinius lib. xx. Nec lapathium diſſimiles effectus habet, Suid. λάπαθον ὄρυγμα εἰς θηρίων ἐνέδραν, καὶ λάχανον κενωτικὸν γαστρός. id eſt, Lapathũ foſſio eſt in ferarum inſidias, et holus ventris vacuatorium.

Lapicida, penultima producta, dicitur is qui lapides cædit.

Lapidarius, a, um, quod ad lapides pertinet. Plaut. in Cap. Tindarus in latomias lapidarias ab Egione damnatur.

Lapideſcere, apud Plinium legitur pro in lapidẽ cõuerti, quod vel à lapido vel lapis fit.

Lapidicina, pen. prod. locus vbi lapides excudũtur, Latomiæ à Græcis dictæ, vnde et carcerẽ latomias vocamus. ſiue quod damnati ad lapides excidendos mittebantur, ſiue quòd Sinueſſani Campaniæ populi, latomias habebant inſtar carceris excauatas, ex quibus exciſi lapides fuerant ad vrbem extruendam, hisq; pro carcere vtebantur.

Lapido, as, pen. cor. lapidibus cædo, vnde ſcribit Macrob. lapidatum à populo Romano fuiſſe Vatiniũ, ſignificare volẽs lapidibus iactis fuiſſe impetitum. Transfertur etiam ad inanimata et ſignificat percuſſio, pulſoq; etiã ſine lapidibus. Macrob. Notantes eius impotentia ac dicacitate lapidatam. Huius cõpoſita ſunt Delapido, quod eſt lapidibus ſterno. Vnde Delapidata loca, quæ lapidibus ſtrata ſunt. Dilapido, diſperdo, conſumo. Cice. Octauio, Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat.

Lapillus, dimin. paruus lapis. Et Lapilli, lapides precioſi, vt ſunt gemmæ, margaritæ. Curtius, Lapilli auribus pendent. Horatius,

Nec magis huic intra niueos viridesq; lapillos.

Lapio, is, iui, itum, durum efficio, et quaſi in lapidem conuerto.

conuerto. Pacuuius: Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.

Lapis, proprie eſt, quẽ Græci λίθον vocãt, & mitior, minorq́ ac tenacior eſt. Saxum maius, aſperius, durius q́: vnde gemmæ lapides, non ſaxa dicuntur. Pli. Nuſquàm hic vtilior quã in Italia gignitur, lapisq́ non ſaxum eſt. Idem: Eſt & viridis lapis vehementer igni reſiſtens: ſed nuſquã copioſus, & vbi inuenitur lapis non ſaxum eſt. Et quoniam apud veteres lapidibus miliaria ſignabãtur, ponitur quandoq́ lapis pro miliario: vnde legimus, ad tertium, ad quartum lapidem. De lapide emptos quoq́ dicimus. nã priſco more, præcones ex lapide facere præconium ſolebant. vbi mancipia quoq́ venalia præconis voce venalia proclamabantur. Colu. lib. iiii. Non tamen excedunt ſeptem iugera vnius operam vinitoris, quẽ vulgus quidem parui æris vel de lapide noxiſi poſſe comparari putat. id eſt, venalis de lapide emptus. Cicero in Piſo. Tribunos de lapide emptos eſſe, ait: quia mercede id faciebant. A' Lapis fit Lapideus, a, um. quod ex lapidis materia conſtat. Lapidoſus, a, um, quod lapidibus abundat.

Lapithæ, penultima corrept. populi fuerunt, quorum rex fuit Perithous. Hi Pindum & Othryn Theſſaliæ montes habitarunt. Vergilius:

Frena Pelethronii Lapithæ Gyrosq́ dedere.

A' Græcis ſcribitur λαπίθαι. ideo Lapithæ, nõ Laphithæ dici debent. Verg. lib. ii. Georg.

Et magno hilæum Lapithis cratere minantem.

Lapythos, vrbs in Cypro inſula.

Lapſana, pen. cor. holus ſylueſtre, trium foliorum: vnde apud plin. lib. xix. ſcribitur, milites Cæſari exprobraſſe, quòd lapſana vixiſſent apud Dyrrachium. Quidam accipiunt Lapſanã pro braſſica ſylueſtri. Eſt enim braſſica alio nomine caulis.

Lapſio, idem quod lapſus pro ruina. Ambroſius: Hierieho figura iſtius mundi, in quam de paradiſo, hoc eſt, Hieruſalem illa cœleſti, eiectus Adã, pro lapſione præuaricationis deſcendit.

Lapſo, as, frequentatiuum. Auguſt. lib. iiii. Cõf. Vidiſti de longinquo lapſantem in lubrico, & in multo fumo ſcintillantem fidem meam.

Lapſus, us, ruina. transfertur quoq́ ad eos qui nimia infirmitate vel imprudentia deliquerunt. Item lapſus ſerpentium, progreſſus dicitur. Vergilius:

At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt. Et Lapſus curruus vocatur. Idem:
Pedibusq́ rotarum Subiiciunt lapſus.

Lapſus, a, um, participium eſt.

Laqueare, & per apocopen Laquear, & Laquearium, dicitur camera, hoc eſt, pars ſuperior cubiculi & cœnationis parum conuexa: quæ variis adornari ſolet coloribus. Quidam etiam Laquearia accipiunt pro trabibus planis, quæ & lacus & lacunar dicuntur. Horat. Nec mea renidet in domo lacunar.

Laqueatus, a, um, quod eſt laqueis irretitum. Col. li. vii. Cæterum corpus laqueatum & diſtentũ temonibus obligatur, immotumq́ medentis arbitrio eſt expoſitum. Et Laqueatum, dicitur conuexum: vnde Laqueata tecta. Cic. libro primo. Legum Magnificas villas & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno.

Laqueus, vinculũ: vnde dicimus, Laqueo vitã finiuit.

Lara, Nympha fuit, quæ Iunoni furta Iouis cum Iuturna patefecit, quam Mercurius compreſſit, & inde geminos ſuſtulit, qui à matre Lares adpellati ſunt. Sũt qui credant Lares Geniosq́ eoſdem eſſe, exiſtimantes vnicuiq́ duos Deos eſſe: alterum bonum, alterũ malum. vt Chriſtiani etiam duos angelos, bonũ, malumq́ à Deo in cuſtodiam datos dicunt: ſed non natos nobiſcum, vt illi de Genio ſiue Lare dicunt. Colebãtur domi, focusq́ illis ſacer erat. Vnde vulgus focum Foculare adpellat: quaſi Laris focum. Hi putati ſunt Dii domeſtici, quòd ad vrbis commoda vigilare dicuntur, inter compita. Ouid. in Faſtis:

Lucifero ſubeunte Lares delubra tulerunt.

Ab aliquibus Dii agrorum vocati ſunt. Tibullus:

Vos quoq́ felices quondam nunc pauperis agri
Cuſtodes fertis munera veſtra Lares.

Quoniam autem Lares, ſiue Penates etiam priuatorum domibus præeſſe credebant, factũ eſt vt vtrũq́ vocabulum pro ipſis domibus vſurpetur. Mart.

O' mihi curarum pretium non vile mearum,
Flace Antenorei ſpes & alumne laris. Horat.
Qui patrium Numæ donat, fundumq́ Laremq́.

Quandoq́ pro Igne. Col. lib. xii. de Villico: Conſueſcat ruſticos circa Larem domini focum familiarem ſemper epulari.

Laranda, ciuitas Lycaoniæ: vnde Ptolomæus, municipium Larandam in Lycaoniæ parte Antiochiana dicta collocat.

Lararium, ſacrarium domeſticum, in quo Lares & Dii peculiares adorabantur. Scribit Lampridius Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitaſſe, ad effigies Deorũ: in quibus habebat Apollonium Orpheum, Habraamum & Chriſtum. In ſecundo larario ſimulachrum habuit Vergilii & Ciceronis.

Lardum, dictum quaſi late aridum: vnde & Laridum lectum eſt. Ouid. lib. vi. Faſt.

Pinguia quur illis guſtantur larda Calendis.

Eſt autem Lardum caro ſuilla quoquomodo ſalita: vnde Plin. dixit. Lardum pingue hoc vnctum, quaſi & macrum dici poſſit.

Larentia, nobiliſſima meretrix fuit quæ populum Roman. (vt pote quia ditiſſima eſſet) hæredem fecit: & poſtea pro Dea habita Flora adpellatur, cuius ſacra Floralia dicuntur. Cc.

Largior, pfuſe dono, cuius cõpoſita ſunt Dilargior, varie largior. Salu. li. I. Hiſto. Igitur vẽditis proſcriptorũ bonis aut Dilargitis. Elargior, valde largior.

Largitas, & Largitio, inter ſe differũt, q̇ Largitas (vt Agretius autor eſt) humanitatis ſit Largitio ambitionis. Eſt enim Largitas rationabilis & definitus liberalitatis effectus. Largitio expenſa, quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magiſtratuũ. Ponitur tamen quandoq́ Largitas pro largitione. Teren. in Adel. Quæ iſtæc ſubita eſt largitas.

Largus,a,um,quod non eſt ſtrictum. Et Largus, dicitur qui largitur. Cic. lib. ii. Offic. Omnino ſunt duo genera largorum. quorum alteri prodigi, alteri liberales. Hinc large aduerbium, liberaliter, abundanter. Horatius lib. Carm.

Ligna ſuper foco large reponens.

Dicitur & largiter, quamuis non ita in uſu ſit.

Larine, fons eſt Atticæ: ſicut Callithoe. Cc.

Lariſſa, nomen eſt multarum ciuitatũ. Vna eſt in plaga Theſſalica: à qua Achilles Lariſſæus dictus eſt. Alia penſilis in Creta. alia in Peloponneſo arx Argiuorum. alia in agro Attico. Ad Tralles etiam Aſiæ eſt Lariſſa (vt Stra. ſcribit) à qua Lariſſæus Iupiter eſt dictus. Lariſſa quoq; in Italia, quam (vt Diodorus lib. i. ſcribit) Pelaſgi condidere.

Larius, lacus Comenſis: ab Abdua fluuio qui in illũ cadit, augetur, qui fluuius poſtea in Padum non longè à Cremona influit. Dictus Larius à fulicarũ multitudine. Græci enim λάρος fulicã vocant, auis eſt nigra aquatica. Hinc fit Larius, a, um, Catul. Veronam veniat nomen relinquens Comum nœnium Lariumq; littus. Quod tamen negat Suidas: ait enim, λάρος κεχηνὼς ἐπὶ τῶν ἁρπακτικῶν καὶ κλεπτῶν ἐπεὶ καὶ ὁ λάρος ὄρνεον ἐστὶν ἁρπακτικὸν καὶ ἀδηφάγον. id eſt, Larus hians. prouerbium in rapaces & fures, quoniam & Larus rapax auis eſt.

Larix, arboris genus. Lucanus lib. ix.

Et larices fumoq; grauem ſerpentibus urunt.

Larodii, populi fuerunt in Scythia Aſiæ: vt li. illi. ſcribit Herodotus.

Larrius, filius fuit Lydi, Herculis filii. Cc.

Laruæ, dici putantur à lare. hoc eſt, à malo genio, quæ ſunt noxiæ inferorum umbræ. Vnde laruati, dicuntur furioſi, & mẽte moti, quaſi à laruis exterriti. quales ſunt quos vulgò Dæmoniacos adpellant. Plaut. Laruatus ædepol hominem miſerum mendicum quæritat. Hi etiam Ceriti dicunt à Cerere, quaſi Cereris ira animo vexati. Plau. Certe laruatus aut ceritus. Larua etiam perſona dicitur, & laruatum, perſonatum. Horat. in Serm.

Nil illi larua aut tragicis opus eſſe cothurnis.

De quibus Propertius lib. iiii.

Nocte vaga ferimur nox clauſas liberat vmbras.

Apuleius in Apol. Laruas adpellat noctium occurſacula, buſtorum formidamina, ſepulchrorum terriculamenta. Et Hierony. Laruarum natura eſt terrere paruulos, & in angulis occurrere tenebroſis. Augu. li. iiii. Ciuit. Dei, Laruæ dicuntur animæ hominũ deprauatæ, & in malis vitæ meritis maculoſæ, q̃ à corpore ſeparatæ, terriculamentũ ſunt mortalibus. Pli. fatuos vocat, qui paſſim fœminarum amaſii creduntur, quos folletos adpellant Hiero. O zellos à ruſticis nominari tradit, vulgus fatuellos nuncupat.

Laruale, ſimulachrum dicitur deformatum, pallens, emaciatũ, ac prorſus horrendum. Sidonius: Facies veluti vmbris mœſtificata laruualibus.

Larum, auis parua & nigra habitans iuxta aquas, & tam in aqua quàm in terra degit. vide in Larius.

Larunda, Nympha fuit, quam alii Laram vocant, ex qua lares dicti. Cc.

Laſanum, pen. cor. vaſculum ad euacuandum ventrẽ. Hora. Te pueri laſanum portantes œnophorumq;

Laſciuio, is, ſignificat qđ vernacula lingua dicimus ſmorbezare. Colu. lib. vii. Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiunt.

Laſciuus, a, um, pen. prod. eſt tum in vita, tũ in ſermone molliculus, ac plus teneri, quàm robuſti ac virilis habens. Vergilius in carmine Bucolico:

Malo me Galathea petit laſciua puella.

Laſciuia, mollites, petulantia, nequitia.

Laſer, ſuccus laſerpitii magnificus in vſu ciborũ, medicamẽtisq;. Laſeris in cõdituris meminit Apitius. Palladius lib. iii. laſer adpellat opon Cyrenaicum, quaſi laſerpitii. Plinius lib. xxii. dicit laſer eſſe inter eximia naturæ dona, quod pluribus compoſitionibus inſeritur, concoctioniq; plurimum conferre ſanibus, & fœminis traditur.

Laſerpitium, virgultũ herbidũ, quod Græci Silphiõ adpellant: ex cuius culmo exudat ſuccus roſcidus, quem vocãt Laſer. magnificũ in medicamẽtis, & in Cyrenaica prouincia laudatiſſimum. Hinc Catullus Laſerpiciferas vocat Cyrenas. Caulem laſerpitii maguderim vocant, q̃ tenerior eſt & minus vehemens. A' Laſerpitio Cato formauit Laſerpitiatus, a, um.

Laſſibus, pro laſibus protulerunt veteres. Cc.

Laſis, ſeu Laois apheſis, id eſt, populis miſſio. verba ſunt quæ dicuntur poſt expleta myſteria: & ſubintelligiť eſt, vel omnibus abire fas ſit, ſicut apud nos, Ite miſſa eſt.

Laſſeo, es, laſſus ſum. à quo Laſſeſco, is, laſſus fio, fatigor, vnde Hierony: ait militem laſſeſcere ſub lorica.

Laſſia, inſula, quæ & Andros, in mari Aegeo. Cc.

Laſſo, as, fatigo, à quo laſſatus. Iuuenalis:

Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit.

Huius compoſitum eſt Delaſſo, vehementer laſſo. Plautus in Aſin. Eum etiam hominem in ſenatu dare operam aut clientibus ibi labore delaſſatum, noctẽ totam ſtertere.

Laſſus, per duplex ſſ, dicitur tã animo, quàm corpore fatigatus. id eſt, labore affectus. Nomen eſt, non participium Hinc Laſſitudo, pro moleſtia, quam ex labore ſuſcipimus. Sallu. Non famem aut ſitim, neq; frigus, neq; laſſitudinem operiri.

Laſtauros, à Græcis dicitur vir égregie mutoniatus, quaſi laſius ſit. hoc eſt hirſutus circa tauros. id eſt, virilia: Nam (teſte Ariſto.) homines hirſuti iuxta femora & crura prærabidi ſunt ad venerem.

Latebra, bræ, pen. cor. & Latebræ, arum. locus vbi homines ſe occultant. Lucanus lib. i.

Cedendum eſt bellis quorum tibi tuta latebra.

Quintil. Et quamuis odio euerſoris noſtri euocatus ex latebris ſuis, populus ſubſellia non implet. Dicitur & de feris. Liui. lib. xlvi. Inter vepres & latebras ferarum, noctem vnam delituit. Ponitur interdum Latebra pro excuſatione. Cicero Videant ne quæratur latebra periurio. id eſt, excuſatio qua lateat. id eſt, non videatur periurium.

Latebro, bras, abſcondo: quamuis non ſit in vſu. A'

quo fit compoſitum Illatebro, de quo ſupra.

Latebroſus locus, in quo frequentes latebræ ſunt. Plautus: Nam huic ætati non conducit mulier latebroſus locus.

Lateo, es, latui, in occulto ſum. Et cōſtruitur cū accuſa. Verg. Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ. Quandoq; cum datiuo. Lucanus: Tu mihi cauſſa lates. Sed quum de loco dicitur, conſtruitur cū ablatiuo mediante præpoſitione. vt, Latet anguis in herba. Interdum latere, ſignificat latè patere. Vergilius: Et ſcuta latentia condunt.

Huius verbi compoſita ſunt Deliteo, de quo ſupra. Obliteo, quod eſt omnino vel circunquaq; lateo. Sene. Qui velut timidum atq; iners animal, metu oblituit, ille ſibi nō viuit: ſed quod eſt turpiſſimum, ventri, ſomno, libidini. Hinc Obliteſco. Varr. Ne æſtu per rimoſa in rimis eius grana obliteſcant & recipiant aquam.

Later, Laterem, Latere, & Lateres, tātū inuenitur pro terra cocta, & in lapidem durata. Victru. Siue ſilex, ſiue cæmentum, aut coctus later ſiue crudus, his erit vtendum. Plaut. Latere firmior. Laterum tria genera ſunt. Lydoron longum ſeſquipede, latū pede. Tetradoron è palmis quatuor. Pentadoron è quinq;. Doron enim Græci palmum dicunt.

Laterani, dicuntur ſatellites, qui principis alicuius latus tuentur: qui etiam latrones, quaſi laterones vocantur. Hi etiam à ſtipe, quam mercedis nomine accipiunt, ſtipatores adpellantur. Græci vocant Somatophylacas, quaſi corporis cuſtodes.

Lateranus, nomen proprium conſulis Romæ, à quo Lateranenſe palatium. Iuuenalis:
Egregias Lateranorum obſidet ædes Tota cohors.
Vnde etiam Lateranēſis baſilica ſancti Ioannis vocata eſt, quia in Lateranenſium nobiliſſimæ gentis ædibus extructa fuit Hieronymus ad Marcel. Quis credat mulierem nobilem & potentem in domo Laterani conſulis deſignati.

Laterculus, diminutiuum, paruus later. Plin. Crudis laterculis ad formam camini. Curtius ſcribit laterculo coctili ſtructos fuiſſe muros Babylonis.

Laterem lauas, magis eſt augere malum rei, cui dare remedium velles.

Lateritius, a, um, quod eſt materiatum ex latere. Plin. Lapide vero ac ſilice æquo conſtruunt, veluti lateritios parietes.

Laterna, à lateo: licet lateo habeat primam correptā, laterna verò productam. Martialis,
Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis,
Et tuta eſt gremio parua lacerna meo.
Dicta Laterna, quòd lumen habeat incluſum. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur: ne à vento extinguatur. Plau. in Amp. Quò ambulas tu qui Vulcanum incluſum in cornu geris.

Lateſco, is, latus fio, & in latum extendor. Col. lib. ii. Iugerum agri non amplius quatuor ſextariis raporum ſeminis obſerendum eſt: quarta parte amplius napis ſpargendum: qui non in ventrem lateſcūt: ſed tenuem radicem deorſum agunt.

Latex, omnis humor dicitur, ab eo quòd intra aliquid lateat. Vnde de aqua, vino, & cæteris dicitur. Hiero. ad Terentiam: Ratione digeſſit, ut terra hæc eſſet ſuper quam reliqua mouerentur immobilis, vt aquarum venæ altioribus montibus conderentur, à quibus orta flumina, dum per multa ſpatia decurrunt, late potandi vſum per omnem tractum curſus ſui animantibus exhiberent, vt ipſum mare aquis influentibus non excreſcat, ſed vt uelut uenter quidā, laticū aquas ſitire videatur: ne vel fontibus in æternū manantibus, vel fluminibus ſine fine currentibus vel pluuiis aſſidue ruentibus, perpetuo terra diluuio tegeretur. Aqua ergo ab eo quòd intra venas terræ lateat, latex dicit̄. Et vinum quòd intra uuam. Verg. Regales inter mēſas laticemq; lyæi. Oui. Palladios latices. Quum oleum dicere vellet. Et Lucretius Abſinthii laticem.

Latomiæ, lapidicinæ locus, vbi cæditur lapides. λᾶας enim lapis. τόμος, ſectio. Liuius lib. vi. de bello punico. Cōprehenſa poſtea priuata ædificia, cōprehenſæ latomiæ, forumq; piſcariū. Ad has latomias dānari ſolebant ii, qui in opus metalli damnabantur. Plaut. in Cap. Tindarus in latomias lapidarias ab Egione dānatur. Erat & Latomia locus Romæ in carcere propè Tullianum. Liui. lib. xxx. Triumuiri carceris latomiarum intentiorem cuſtodiam habere iuſſi. Latomiæ etiam carcer eſt Syracuſis lingua Siculorum, in qua (ſicuti ſcribit Cicero de Suppli.) ſi qui publicè cuſtodiendi erant, ex omnibus oppidis Siciliæ deduci imperabantur. In latomias Verres multos ciues Romanos coniecerat.

Latomus, pen. cor. lapicida qui lapides cædit, & quaſi fundamenta ædificiorum præparat. Hieron. in lib. Reg. Et erant latomorum ſeptuaginta milia.

Latialis. & hoc latiale, quod ex latio eſt. ut Iupiter latialis dicitur: non tamen ſermo latialis. Verg.
Et reſidens celſa Latialis Iuppiter alba.
Cicero in Milioniana: Si cui utiq; ferias non Latiales, Latiares'ue, ſed Latinas dixeris aut Latias.

Latiaris, & hoc latiare, idem quod Latialis.

Latibulo, las, neutrū. Et latibulor, deponēs, ſignificat lateo. Var. Vide ne ſeruus domini latibulet. Actium Progredere, & ne quis latibuletur proſpice.

Latibulum, proprie ferarum: quamuis etiam de hominibus dicatur.

Laticlauii, ſenatores adpellati ſunt, à lato clauo. Suetonius in Auguſt. Ac ne expers caſtrorū eſſet, binos plerumq; laticlauios præpoſuit ſingulis alis.

Latifolium, quod lata folia habet. vnde quercus genus ex argumento latifolia dicitur.

Latifundiū, quod habet latum fundū & magnū. Pli. lib. xvii. Latifundiis nō legitima naturæ feſtinatio. id eſt, nō poteſt una certa ratio præſcribi, putandæ vineæ in magnis prædiis: q: aliæ ſerius, id aliæ maturius deſyderāt. Idē lib. xviii. Latifundia prodidere, Italiā. Latifundium etiā dictum fuit Quintia prata vbi deinde naualia facta ſunt. Liui. Quintus trans Tyberim vbi nunc naualia ſunt, quatuor iugerū colebat agrum, quæ prata Quintia uocant.

Latinæ, arum, ſacrificia quædam Ioui conſtituta: ab Latinis populis dicta, quibus ex Albano monte ex ſacris carnem petere fuit ius, cum Romanis (vt inqt Var.) Cicer. pro Plan. Quibus municipiis uix iam qui carnem Latinis petant inueniuntur.

Latinè, aduerbium. unde Latinè loqui dicimus. Et Latinitas, locutio ipſa Latina. Cc.

Latinus, a, um, nomē deriuatiuū à Latio. Vergil. Genus vnde Latinū. Sallu. Primò Italiā tenuiſſe quoſdā qui adpellabātur Aborigenes: hos poſtea aduentu Aeneæ Phrygiis iūctos, Latinos uno noīe nūcupatos. Et Latina porta, quæ in Latiū ducit. Heſiodus in Theo. ſcribit Latinū fuiſſe filium Circes & Vlyſſis, qui tenuerit loca Italiæ: vnde ait.

Κίρκη δ' ἠελίου θυγάτηρ ὑπεριονίδαο
γείνατ' ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι,
ἄγριον ἠδὲ λατῖνον ἀμύμονά τε κρατερόν τε. Id eſt, Cyrce Solis filia, ex audaci Vlyſſe filium genuit in amore Latinum irreprehenſibilem, potentemq́.

Latinus, nomen proprium ſoceri Aeneæ: à quo Latium quidam deduci volunt.

Latinus Syluius, Aeneæ Syluii Albanorum regis filius fuit, qui & ipſe in Alba regnauit. Cc.

Latito, as, pen. cor. ſæpe aut ferè ſemper lateo. Lact. lib. iii. Latitantem atq; ignotam ſibi ueritatē diſſerendo eruere uoluerunt. Cato tamen latitauerūt dixit, pro frequenter tulerunt. Hinc fit compoſitum Illatito, quod eſt intus latito.

Latium, ea pars Italiæ eſt, vbi oſtia Tyberina, à latitudine (vt putat Priſci.) dictum. uel ut alii ſentiūt à latendo, quòd inter alpes latitet: ſeu quòd illic latuerit Saturnus, dū Iouē fugeret. Ouidi. lib. i. Faſto.

Dicta quoq; eſt latium terra latente Deo.

Verg. lib. viii. Latiumq; uocari Maluit his quoniam latuit Saturnus in oris. Varro Latium à Latino rege dici aſſerit. Eſt etiam duplex Latium (vt docet Serui.) Vnum à Tyberi uſq; ad Fūdos, aliud inde uſq; ad Vulturnum.

Latius, a, um, quod ex Latio eſt.

Latmius, mōs Ioniæ notus fama Endymionis: à quo & ipſe Endymion Latmius dictus eſt. Ouidius libro tertio de Arte:

Latmius Endymion non eſt tibi Luna rubori.

Lato, as, latum facio: quamuis non ſit in uſu, pro quo compoſitum Dilato vſurpamus. de quo ſuprà.

Latona, penul. produ., Apollinis & Dianæ mater. vñ & Latonia dicta eſt Diana. Vergilius:

Aſtrorum decus & nemorum Latonia cuſtos.

Similiter Delos inſula eſt dicta Latonia, quod inea Latonia enixa ſit Apollinem & Dianam, ut ſcribit Seruius:

Latres, Latinè ſeruus.

Latreus, vnus ex centauris. Cc.

Latria, penulti. produ. Latinè cultus, obſequium, ſeruitus. Auguſti. libr. x. Ciui. Dei: Latriam noſtri vbicūq; ſanctarum ſcripturarum poſitum eſt, interpretati ſunt ſeruitutem: ſed ea ſeruitus quæ debetur hominibus, ſecundum quam præcipit Apoſt. ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine Græcè nuncupari ſolet. Latria verò ſecundum conſuetudinem qua locuti ſunt, qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut frequenter, vt penè ſemper ea dicatur ſeruitus, quæ pertinet ad colendū Deum.

Latrina, locus priuatarum ſordium, & ad exonerandum uentrem accommodatus, à latendo Apule. de Aſi. lib. ix. Omnia prorſus in quandam cœnoſam latrinam in eius animum confluxerant vitia. Foricæ verò loca publica, in quibus licet omnibus ventrem exonerare. Cloaca, locus cauus nuncupatur, quo publicè ſordes eluuntur. Antiqui balneum domeſticū adpellare conſueuerunt: ſicuti docet Varro libr. ii. de analogia. Deinde quum breuitatis cauſſa nomina contraherent, quò eſſent aptiora, pro lauatrina Latrinam nominarunt: ſicut ex maxillis, axillis & vexillis, malæ, alæ, & vela diminuta ſunt. Plau. ī Cur. Latrinam pro balneo accepiſſe videtur, quum ait. Iſtas tuas magnas minas, non pluris facio, quàm ancillam meā quæ latrinā lauit. Hinc Latrinas quoq; vulgò Colluuiaria. hoc eſt, receptacula colluuionis ſtercoris & ſordiū. Videnturq; Latrinæ differre à cloacis, tanquam priuatæ à publicis. Columellas Immundis quacunq; uomit latrina cloacis.

Latro, as, proprium eſt canis quum uocē edit. Verg. Multum latrante lyciſca. Hinc Latratus, us, ipſa vox canum. Plaut. in Pæn. Etiam'ne meæ in me latrant canes. Huius uerbi compoſita ſunt Adlatro, quod eſt ualde uel ad aliquid latro. Columel. per tranſlationem dicit. Sed ne caninum quidem, ſicut dixere ueteres, ſtudium præſtantius locupletiſſimū quenq; adlatrandi. Oblatro, circum aut contrà latro. Lactan. libro quinto. Qua Demetrianum, ſicut ipſe ait, oblatrantem atq; obſtrepentem ueritati, redarguere conatur.

Latrocinium, ipſe latrocinandi actus. Columel. Et in ipſo facto latrocinium.

Latrocinor, penul. corre. latronum more prædor, & mercede milito. Plaut. in Cur. Latrocinatus annos decem mercedem accipio.

Latrones, Græca dictio eſt: qua ſignificantur viarum obſeſſores, qui publicè, uel per uim furantur, q̄ à latere adoriantur: vel à latendo, q̄ latenter inſidient. Vergi. lib. xii. Fixumq; latronis Impauidus frangit telum. Quum ſuperius dixiſſet. Saucius ille graui uenarum vulnere pectus. De hoc uide in dictione Fur. Apud antiquos etiam Latrones dicebantur conducti milites, à λατρεύω, id eſt ſeruio. Nam ſeruiebant mercede. Moris autem erat, ut hos imperator & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen. Dicti quaſi laterones (inquit Varro) quoniam circa latera eſſe ſoleant: quos nunc ſatellites uocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & ſtipatores, & ſomatophylaces uocantur. Plautus in Mili. Nam ego hodie ad Seleucum regem miſi paraſitum meum, ut latrones quos conduxi hinc ad Seleucum duceret: qui eius regem tutarentur. Inde Latrunculus dimīutiuum. paruus latro. Eſt etiam Latrunculus, ſiue Latro, calculus, quo ludimus ſedecim ſcrupis, gemina acie, vtrinq; directis: in quibus

duq

duo reges ſunt, inuicem contendentes: duæ reginæ, quatuor equites, ſedecim pedites, quatuor ſatellites, totidem centuriones. Martialis,

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum. Ce.

Latrunculator, qui rerum capitalium iudex, ſiue quæſtor adpellatur, & vulgò iudex maleficiorum. Vlpia. Latrunculator, de re pecuniaria iudicare non poteſt.

Laturarius, qui aliquid defert. à ſupino tuli, latū, formatum exiſtimo. Augu. in quodā Sermo. Quid ſunt pauperes qbus damus, niſi laturarii noſtri, per quos in cœlum de terra migramus. De tuo laturario das: ad cœlum portat quod das.

Latus, ſpatioſus. vt, Lata eſt via quæ ducit ad perditionem. Hinc aduerbium Late, quod ſignificat in multis locis. ut, Late patet detractionis vitiū. Hinc Latitudo, pro ſpatioſitate.

Latus, eris, quod eſt infra alam. Vergil. Laterique argutum accommodat enſem. Hinc lateris dolor, quem Græci pleureſim vocant. Et Latero, as, (vt inquit Priſcia.) ſicut ab holus, leris, Holero, as. Interdum Latus ponitur quaſi pro parte. vt eſt illud. Fūdatur exultatione vniuerſæ terræ mons Syon, latera Aquilonis ciuitas regis magni.

Latuſculauus, ueſtis ſenatoria, dictus à textura: de qua Martialis in Hendecaſyllabo: Et Lato uariata mappa clauo. Horatius lib. Serm. deſcribens ſenatorem, dixit: Et latum demiſit pectore clauum. Ab Ouidio Clauus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate, illo uerſu: Curia reſtabat claui menſura coacta eſt Latiore clauo. Tullus Hoſtilius primus è regibus Romanis uſus eſt, quem è purpura contextum fuiſſe docet Plini. Hac veſte ſacerdotes vtebantur. Silius:

Sacrificam lato ueſtem diſtinguere clauo.

Lauacrum, pen. corr. à lauo, as, balneum in quo quis lauari cōmode poteſt. Gell. Ludorum vmbra ingentium longis ambulacris, & mollibus ædium poſtis cum refrigerantibus lauacris.

Lauatrina, dicitur in quas lotura proiicitur, quæ & aquaria, & aquariola vocantur. Nec in culina tantum, ſed in tricliniis quoque & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Lauce, inſula in Ponto, Boriſtenis oſtio obiecta, dicta Achillea, quoniam Achilles ibi ſitus ſit.

Laudabile, quod merito laudari poteſt. ut, Laudabile nomen domini eſt, &c.

Laudatio, eſt ipſa laudantis oratio: quāuis quádoque Laus pro laudatione ponatur.

Laudatiuus, a, um quod laudat. vnde Laudatiuū genus, dicitur demonſtratiuum. Et Laudatiuus caſus dictus eſt a ccuſatiuus, quia per hunc videmur uel adcuſare, vel laudare. Ce.

Laudo, das, verbis extollo. Vergilius,

Laudato ingentia rura. Probare eſt re. Cicero, Et laudo, & probo. Aliquando laudare, eſt nominare. Plaut. in Cap. Id ſcias Iouem ſupremum teſtem laudo. Huius compoſita ſunt Elaudo, quòd veteres vſurparunt pro eo, quod eſt plus quàm uomino. Varro, Elaudat nomenque eius millies repetit. Collaudo, ſimul laudo. Cicero Lētulo, Si rem iſtam ex ſententia geſſeris, fore, vt abſens à multis, quum redieris ab omnibus collaudere. Perlaudo, ualde laudo. Lactantius lib. vi. Eas res quas etiā homo ſi contempſerit, iure perlaudatur.

Lauerna, Dea fuit, quā Romani coluere, à qua Lauerniones dicti ſunt fures, quòd ſub tutela Deæ Lauernæ eſſent, in cuius loco obſcuro ſoliti erant inter ſe furta diuidere. Hinc Lauernalis porta, Romæ dicta eſt, ab æde Lauernæ propinqua.

Lauinium, vrbs, quæ & Laurentum, à Lauino, Latini fratre (vt ſentit Serui.) Poſtea Laurentum à lauro inuenta à Latino dum adepto imperio poſt fratris mortem ciuitatem augeret. Poſtea Lauinium, à Lauinia Aeneæ uxore. Alii Lauinium à Lauro Laurentio. Strabo dirimit Lauinium à Laurento. Diony. Halicar. facit tres populos in Latio: Lauiniēſes, Laurentes, & Lauinium.

Lauo, as, lauaui, atum. Terentius in Eunu. Abeunt lauatum, perſtrepunt. Horatius in Serm.

Aſt ubi me feſſum Sol acrior ire lauatum Admonuit. Ouidius lib. iii. Faſto.

Sacra lauaturus mane petebat aquas.

Inde Lauatio, & Lauator. Cicero Varroni: Simulmus perſequar in Cumanum, & antè te certiorem faciam, ut lauatio parata ſit. id eſt, balneum. Declinatur autem, & magis in vſu eſt, Lauo, uis, lotum, vel lautum. Vergilius lib. x.

Viſceribus ſuperinfundens lauit improba teter
Ora cruor. Horatius in Sermon.

Ora manusque tua lauimus feronia lympha.

Quorum prima quum ſit breuis, poteſt eſſe præſentis temporis. Eſt autem Lauare, abluere, & aquaque ſordida purgare. Plautus: Sedimus, manus lauimus. Vergilius,

Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem.

Interdum ſignificat madefacere. humectare. Plaut. in Pſeud. Geſtas tabellas, eas lachrymis lauit. Vnde Lautum, ablutum, mundatum. Interdum auferre. Columella lib. iiii. Ea res ſeminio lauit acorem malorum. Huius compoſita Abluo, quod eſt lauo, mundo. Columel. lib. iii. Tum etiam cliuoſis locis, terra quæ in eum congeſta eſt, pluuiis nō abluitur. Lact. lib. iiii. Vnde adparet Iudæos nullā aliam ſpem habere, niſi ſe abluerint ſanguine. Alluo, Colluo, ſimul lauo purgoque. Plinius, Prodeſt etiam gingiuis, ſi eo ſæpius colluātur. Circūluo, circūfluo. Pomponius, Eum vndique ſtagnū circūluit, & militi inacceſſum facit. Deluo, Diluo, Eluo. Illuo, intus lauo. Interluo, Perluo, Proluo, Præluo, Reluo, rurſus lauo: & quandoque ſoluo, impignero. Plaut. Repignerat, reluit, uendit. Subluo, ſubtus lauo. Columella libro. vii. In tergo bis in die ſubluitur aqua calida, mox decocto agrico & ſale cum adipe detricatur, dum ſaniei uis emanat.

Laurea proprie (vt ſentit Plinius) lauri folium adpellatur, perpetuo virens, & topiario operi accedens. Aliquando ponitur pro lauro. Horat. Tum ſpiſſa

ramis laurea feruidis. Aliquando pro corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. Cato verò lib. de Re ruſtica, Lauream, & Laurum, & mutata diphthon. Loream, pro eadē accipit. Ab hac arbore nomen impoſitum eſt hominibus. Nam Laurea Tullii Ciceronis libertus dictus fuit. Laura etiam proprium nomen mulieris.

Laurens, tis, & hic & hæc laurentis, qui ex laurento ciuitate eſt. Vergil. Laurentis regia Pici.

Laurentalia, feſta, quæ à laurentiæ nomine fiebant.

Laurentius, laureolus, laura, & laurentia. Fauſtuli, Romuli, & Remi nutrix, nomina virorum ac mulierum propria, à lauro deducta.

Laurentum, nomē ciuitatis, quòd ibi ſepultus ſit Tatius rex, qui à Laurentibus occiſus fuit. Vel à ſylua laurea qua exciſa ædificatus eſt vicus. Vel (vt inquit Priſc.) à lauro ibi inuenta, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti ſunt.

Laureo, as, à laurea fit, & ſignificat lauream in capite pono. Hinc Laureati, qui laureis coronati ſunt. Vnde Cicero laureatos faſces dixit.

Laureola, cum accentu in antepe. diminu. à laurea. Et pro corona triumphali capitur. Et Laureolus, proprium nomen.

Laureus, a, um, quód eſt ex materia lauri, quomodo roſeus, myrteus.

Lauretum, locus in quo laurorū copia eſt, veluti roſetum, myrtetum, ſpinetum.

Lauriferi, & lauriferi, à poetis imperatores dicuntur Cornucopiæ.

Laurinum, oleum eſt ex lauro factum. Ce.

Laurion, locus in Attica regione, vbi argentum fodiebatur.

Laurolauinium, vrbs Latii, proxima laurento.

Laurus, ſecundæ & quartæ declina. ſed rectius iuxta ſecundam inflectitur, quia melius ſonat. Eſt autem genus arboris, quæ Græcè δάφνη, Daphne dicitur. Petronius in Satyris, Et bacis redimita Daphne. Hæc arbor Apollinis eſt, propter Daphnen quam amauit, in eam transformatam: ſiue quòd ſpectatiſſima naſcitur in Parnaſo. Euſebius ſcribit eam Soli dicatam, quoniam ignea eſt: vnde odio maximo à dæmonibus habetur, ſiue quòd plurimum ſonat ſi vratur, quod prædicēdi artem deſignat. Diuinationis autem Deus Apollo exiſtimatur. Ianitrix quoque Cæſarem & pontificum, triumphisque dicata. Sola arborum fulmine non tangitur. Duo eius genera tradit Cato: Delphicam & Cypriam. Delphica laurus, dicta quòd victores Delphis ea coronarētur, & eſt viridior laurus. Cypriam, folio breui, nigro ſuberiſpam. Quidam Muſtacem addiderunt: quoniam muſtaceis ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maximo cōſtat, flaccido que & albicante. Alii Cirium, quam ſylueſtrem laurum intelligunt: nonnulli ſeu generis arborē. Differt colore: eſt enim cærulea bacca. Alia ēt numerantur genera: quæ apud Sipontinū habent.

Laus, proprie virtus eſt, non aliunde proueniens, ſed ſuis nixa radicibus. Vergilius,
Primam merui qui laude coronam.

Dicta Laus ἀπὸ τοῦ λαῶν. hoc eſt, à populis, quòd à proprie laus ſit populi, de aliquo recta loquentis.

Lautia, munera dicebantur, quæ Romani per quæſtores legatis exterarum nationum mittebant, vt inquit Plutarchus in Problematibus. Vt ſcribit Plinius, Attalo fuiſſe decreta.

Lautitia, epularum magnificentia, à lauatione dicta: quia apud antiquos elegantiæ quæ nunc ſunt non erant, & raro quis lauabat. Et antiquitus dicebatur farina ex tritico aqua conſperſo.

Lautrices, dicuntur duorum fratrum vxores.

Lautulæ, à lauando dictæ ſunt, quas Græci thermas nominant.

Lautus, ta, tum, modo ſignificat lotum. Teren. Te'ne ad ſymbolum venire vnctum, atque lautū è balneis? Modo ſignificat mundum. Apul. Vir probus, purus, ſimplex. Vnde Lauta cœna. & Lautus homo, ab elegantia & nitore dicuntur. Modo elegans. Cicero: Comites illius atque amici homines lauti atque vrbani. Modo diuitem, nitidum in veſte, & victu delicato. Martialis,
Iſta quidem lauta eſt, dapibusque inſtructa ſuperbis.
Quod tractum eſt à lauatione. Huius diminutiuum eſt lautulus: à quo aduerbium lautulè.

Laxitas, & laxamentum. Idem quod remiſſio. Liuius. libr. Nihil laxamenti necveniæ habere, ſi modum exceſſerit. Cic. Et admittenda hominum cuiuſque modi multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis.

Laxo, xas, laxum facio, aperio, & quaſi libero. Verg. Laxat clauſtra Sinon. Cicero in Caton. Qui ſe à libidinum vinculis laxatos eſſe non moleſte ferūt. Hinc componitur Relaxo, quod eſt, rurſus laxo, recreo, remitto. Cicero lib. i. Officiorum: Atque etiam quum relaxare animos voluerint, caueant intemperantiam.

Laxus, xa, xum, largus, & ſpacii maioris. Vergil.
Et primum laxos tenui de vimine circlos.
Ceruici ſubiectæ. Columella libro primo. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quàm anguſtus eximiè. Aliquando ponitur pro molli, remiſſo, languido. Vergilius:
Et premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas.
Vnde Laxi funes, dicuntur languidi, ſemiconſumpti. Et uela laxa quando uenti non flant. Hinc Prolixum, quaſi porrò laxum. Inuenitur laxum, aduerbium, pro latè. Martialis,
Et adhuc ſuperet centies tibi laxum.

L ANTE E.

LEa, quæ & Leæna dicitur. Lucilius:
Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu. Vergil.
Torua leæna lupum ſequit, lupus ipſe capellā.

Lee; inſula eſt iuxta Cyrenaicæ Aphricæ regionem. Scribit Ariſtoteles li. de Animal. Leænā primo fœtu quinque parere ſecundo quatuor, ac per ſingulos vno minus. Poſtquam verò vnū tantū peperit, ſterileſcere, ac fœtus ipſo initio informes ac niſi bimeſtres mouere: ſemeſtres vix ingredi poſſe.

Leander, viri proprium Erus puellæ Amaſius ex Abydo vrbe.

Learchus, Athamantis & Inus filius, quē pater furore arreptus occidit. Quod videns Ino, accepto Melicerta, altero ex filiis, in mare ſe præcipitauit. Cc.

Lebada, vrbs Bœotiæ eſt, vbi Orchomenus & Cephyſus amnes arundinis tibialis fertilitate nobiles.

Lebedus, penul. produ. ciuitas, quæ à Colophone cētum & viginti ſtadijs diſtat. Hic ſcenicorum hiſtrionum collegium fuit, qui ludos & certamina libero patri quotannis celebrabant.

Lebes, betis, pen. prod. vas aneū, in quo res bulliūt, vt docet Porphir. ſuper .ix. lib. Iliad. Et eſt gene. maſcu. & fœmi. Ouid. Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes. Inuenitur etiam Lebeta, tæ, aut Lebetus, ti. Hierony. in lib. Paralipomenon: Pacificas hoſtias coxerunt in lebetis, & cacabis, & ollis.

Lebeſum, pro liberum veteres dixerunt.

Lecanum, pe. cor. λέκανον, Græci peluim dixerunt.

Lecanomantia, cum accentu in penul. diuinatio quæ fit per pelues. Vnde Strabo, Lecanomantas & Hydromantas, in Perſia frequentes tradit.

Lechæum, alterius maris portum adpellari, tradit Liuius in bello Macedonico. Græci λέχαιον portus ipſos vocant. Papinius: Curua Palæmonio ſecluditur vnda Lechæo.

Lectica, penultima product. cathedra & ſedes qua ferebantur diuites & potentes, in qua puluinar & lectulus ſtratus erat. Græcè hexaphorum, quòd à ſex ſeruis portaretur. Iuuenalis.
Nanq; facit ſomnum clauſa lectica feneſtra.
Huius diminutiuum eſt Lecticula. Sueto. A cœna in lecticulam ſe lucubratoriam recipiebat. Cicero Mario: Vt noſtras uillas obire, & mecum ſimul lecticulam concurſare poſſis.

Lecticarius, qui lecticā deferebat. Seruius Sulpitius: Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meiſq; lecticarii ſ in vrbem eum referre.

Lectio, ipſa verba quę colligimus. Quod etiā tacite fieri ſolet, quū quis legit literas. Aliqū ſumitur pro ipſo pronunciandi modo, quo legitur. Aliqū pro artificiali īterpretatione. Vnde Diomedes: Lectio eſt artificialis interpretatio, vel varia cuiuſque ſcripti pronunciatio, ſeruiens dignitati perſonarum, exprimens q; animi cuiuſq; habitum.

Lectipes, penul. corre. herba ſerpillo ſimilis, ſurculo ſu palmi altitudine.

Lectiſterniator, qui lectū ſternit. Plautus in Pſeud.
Tu eſto lectiſterniator, tu argentum eluito.

Lectiſterniū, quū ſacrorū gratia lecti in tēplis ſternebantur, ad diſcūbēdum ſiue pernoctandū. Propriè Iouis epulū dicebatur. In capitolio enim ſtratis tribus lectis cōuiuiū adponebatur tribus Diis: Ioui, Iunoni, & Mineruæ. Iupiter, id eſt, Iouis ſimulacrū ſtatuebatur in lectulo recubans. Iuno & Minerua in ſellis conſidebant. ſed adpoſitis epulis non ipſi Dii ſed ſeptem epulones celebrabant. De inuentione lectiſterniorum lege Liuium lib. v.

Lectito, penul. correp. frequenter lego. Cicero Peto: Pulchrè video libros lectitaſſe.

Lectrum, promontorium eſt in Aſia.

Lecturio, ris, deſydero legere.

Lectus, dictus eſt (vt Varro inquit) quòd lectis herbis & frōdibus ſtramenta facerent. Vel (vt alii putāt) ab alliciendo, q; fatigatos ad quieſcendum alliciat. Niſi ſit quod antiqui Græci λέκτρον lectum dicunt. Aliqū ſumitur pro menſa conuiuarū, q et diſcubitorius, & tricliniarius dicitur. Huius diminutiuum eſt lectulus. Legitur & lecticulus.

Lecythus, penul. corr. Græcè λήκυθος, ampulla olearia. Hiero. lib. iii. Reg. Hydria farinæ non deficiet, et lecythus olei non eſt imminutus. Pro lecytho Cypria. capſacen vſu pauit. Iuuenalis guttum.

Legæa, una ex Nymphis, à cantus ſuauitate dicta, Cc.

Legatarius, uel legataria, dicitur, cui ex teſtamēto aliquid legatum eſt.

Legatitius, a, um, quod ad legatū pertinet. Vñ Legatitiū uiaticum dicitur, quod interdū accipere legati ſolent, qui ad ſacrarium principis mittuntur.

Legator, qui aliquid legat. Suetonius in Tiber. Iterum eo cenſente, Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem uiæ transferre cōcederetur, obtinere non potuit, quin rata uoluntas legatoris eſſet.

Legatū, deliberatio quædam hæreditatis, qua teſtator ex eo quod uniuerſum hæredis foret, alicui qd collatū velit. Modeſti. Legatū, eſt donatio quædā, teſtamēto relicta. Et Legati adpellatione, fideicommiſſum, & mortis cauſſa donatio continentur.

Legatus, qui legatione fungitur. Vergilius: Legati reſponſa ferunt. Et Legatus, qui imperatoris uicem tenet.

Legem, dictam putant, quòd publicè legatur, vt omnibus nota ſit, & ab omnibus obſeruetur. Hanc quidam definiunt eſſe generale iuſſum populi aut plebis, rogante magiſtratu: & hoc duntaxat in libera ciuitate. Alioqui etiam regum & principum iuſſa Leges dicuntur, præſertim imperatoris, poſtquam in eum populi Romani maieſtas tranſlata fuit. Rogabat magiſtratus populum, quod conſtituendū eſſet populus uidebat: Id iuſſum ſi generale eſt, & ad omnes pertinens, Lex dicitur: Si ad ſingulos ciues ſpectat, priuilegium eſt. Cicero ſic legem definit, quòd ſit certa ratio, è mente diuina manās, quæ recta ſuadeat, prohibeatq; contraria. Legum adpellatione, leges duodecim tabularum, ſenatuſconſulta, plebiſcita, legitimæ actiones, interpretationes prudentium, & alia id genus continentur. Legis uirtus eſt imperare, vetare, permittere punire.

Legerda, vrbs eſt armeniæ maioris, in Eritetena regione, nō lōgè ab Euphrate fluuio, autor Ptolæ. lib. v.

Legirupio, pionis, qui rūpit leges. Plautus in rudentis: Illic modo accedat propè hunc legirupionem.

Legio, à delectu militum dicta eſt, quòd leguntur milites in delectu. Diuiditurq; Legio in decem cohortes. Cohors in quinquaginta manipulos. Manipulus in uigintiquinq; milites pro unoquoq;. Legiones Romanæ à numero atq; ordine dicuntur. Primani, ſecundani, decumani milites uocantur primæ, ſecundæ, & decimæ legionis.

Legionarius,a,um, quod eſt legionis, uel quod ad legionem pertinet. Aſinius Pollio Ciceroni: Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoq; miſi.

Legirupa, qui legem frangit. Plau. Impudicè, ſceleſte, verbero, buſtirape, furcifer, ſociſfraude, parricida, ſacrilege, periure, legirupa, pernicies adoleſcentum.

Legiſlator, qui legem tulit, qui & legifer dicitur, qualis apud Athenienſes Solon.

Legitimum, ſecundum legem factũ, à quo Legitimè aduerbium. Cuius contrarium eſt Illegitimũ. Vnde Legitimi filii, qui ſecundum legem nati ſunt. Ce.

Legiuncula, dimi. parua legio. Liuius lib. xxxvi. Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis.

Lego, gas, in legationem mitto. Plau. in Amphi. Eos legat Teleboïs. Hinc legati, legatio, legatorũ miſſio. Quandoq; legare, eſt legatum facere. vt, Cæſar Caſſium ſibi legauit. Quandoq; committere. Plautus in Caſſ. Quin tu tri es in præfectura tua, quin potius qđ legatum eſt tibi negocium id curas? Quandoq; decernere, deliberare, & teſtamento relinquere. vt, Teſtator liberto ſuo argenti pondo decem legauit. hoc eſt, decreuit ex hæreditate ſua decẽ argenti pondo liberto ſuo conferri. Liuius lib. i. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Syluiæ gentis legat. Huius verbi compoſita ſunt Ablego, Adlego, Delego, à quo Subdelego, Relego, Sublego, q; habent penultimam productam. Deriuata ſunt Collega, & Collegium.

Lego, gis, gi, ctum, proprie colligo. Columel. lib. ii. Optimã quanq; ſpicam legere oportet, ſeparatimq; ex ea ſemen reponere. Hinc tractũ eſt, ut legere etiã ſit oculis ſcripta percurrere, quoniam literæ oculis legi, id eſt, colligi videantur. Vergilius,

At ſimul heroum laudes & facta parentis.

Iam legere, Propter quod ea quoq; quæ dicta ſunt, Legere dicimus. Idem lib. vi.

Quin protinus omnem Perlegerent oculis.

Tractũ à Græcis, qui γράφειν ſcribere & pingere dicunt. Item, quia ad quod accedimus, melius oculis cernimus, factũ eſt, vt Legere pro adhærere & adcedere ponatur. Liuius, Ipſe compoſitis Siciliæ rebus, oram Italiæ legens, Ariminum peruenit. Item quoniam nautæ dum aſpera loca prætereunt, Legere, id eſt colligere vela conſueuerunt, quãdoq; præterire ſignificat. Verg. Littoraq; Epiri legimus.

Eſt quando pro eligere ponatur. vt,

Ipſe ego cana legi tenera lanugine mala. Aliquãdo pro ſurripere, quòd ea q̃ furamur colligimus. Idem,

Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper.

Hinc Sacrilegium. Quandoq; pro percutere. Plau. Quo te legam hoc ſcipione? Huius verbi compoſita ſunt Adlego, Colligo, Deligo, Diligo, Eligo, Intelligo, à quo Subintelligo, Negligo, Perlego, Relego, Sublego, Selego, & Trãſlego, quæ habent penultimam correptam.

Legulæ, ſunt vittæ paruæ, ſiue ligulæ fimbriatæ, reticulatis, cancellatis, plagulis orbicularibus, à legendo dictæ.

Leguleius, qui legum ſtudia ſectatur, ſeu verſatur in legibus. Cice. Ita & tibi iuriſconſultus per ſe nil niſi leguleius quidã cautus & acutus præco actionum, cantor formularum auceps ſyllabarum.

Legulus, pen. cor. qui vuas aut oleas colligit. Cato, Legulos quot opus erit pbeto. id eſt, collectores.

Legumen, pen. prod. dictum eſt quod manu legatur. Varro lib. i. de Re ruſt. de Cicere, Hoc enim quoq; legumen vt cætera quæ euelluntur è terra, non ſubſecantur vt fruges, quæ quòd ita leguntur Legumina dicta. Vergil. lib. i. Georgic.

Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.

Legumentum, idem quod legumen. Similiter & Legarium.

Legus, a, um, non niſi in compoſitione inuenitur, pro eo quod colligit. vt apes mellilegæ dicunt, quoniã mel legant. id eſt, colligant.

Leleges, ſiue lelegæ, penul. cor. populi errabundi, qui quondam Theſſaliam & diuerſa alia loca tenuerũt. Hiero. lib. i. ſcribit maritimos fuiſſe, q poſtea Cares dicti fuerunt. Alii tradunt Cares & leleges eſſe conterminos. Ouid. lib. ix. Metam.

Caras, & armiferos lelegas, Lyciamq; pererrat.

Scribit Plin. lib. v. Miletum Ioniæ caput, Lelegeidã fuiſſe nominatam. Euſtathius docet, leleges dictos quaſi λελεγμένους, id eſt, collectos, eò quòd prius errarent, & gens collectitia eſſet. Alii leleges à lelege duce adpellatos adſerunt.

Lema, æ, apud Græcos lachryma dr. Vnde Lemoſi.

Lemanus, penul. produc. lacus Gebennæ vicinus, qui in Rhodanum fluit.

Lembus, nauicula breuis & velociſſima. Plau. Dũ hæc aguntur, lembo aduehit pater tuus pauxillulo. Hinc & Lenunculus dicit. Græcè tamen dicitur τὸ λέμβον. Suid. πλοῖον μικρὸν καὶ τῷ λέμβῳ ἐν οὐδετέρῳ γένει κλίνεται. id eſt, Lembos nauigium paruũ, & neutro genere declinatur.

Lemniſci, faſciolæ coloriſæ dependentes ex coronis, Inde Lemniſcatæ coronæ dictæ quæ lemniſcis erant ornatæ. Plin. lib. xxi. ſcripſit, Lemniſcos adiici ſolitos coronis aureis.

Lemnos, inſula, quæ & Hypſipylea dicitur, ab Hypſipyla Thoantis filia, quæ in eã regnauit. Hæc eſt in Aegæo mari ab Oriente Troiam, ab Occaſu Athon ſpectans, à Borea Thraciam, ab Auſtro, ſed longo tractu Cretæ oppoſita eſt. Vrbes habet Myrinam maritimam, & Epheſtiam mediterraneam. In ea colebatur Vulcanus Deus ignis. Vnde & Lemnius ardor dicitur à poetis. Nam (ut in fabulis fertur) quũ Iuno eum peperiſſet, eumq; turpem conſpexiſſet, è cœlo in eam inſulam deiecit. A lemno, teterrima quæq; facinora apud Græcos Lemnia adpellant. Et Lemnia terra, exiccãdi vim habens, in eaq; caprinus ſanguis miſcetur, & idcirco rubrica adpellatur.

Lemures, pen. cor. laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginum.

Lemuſcatum, præmiũ quod reportabant, qui ex gladiatura victores extitiſſent.

Lenæus, ſcribitur cum diphth. quo nomine dictus eſt Bacchus. ἀπὸ τοῦ λανοῦ quod lacum ſignificat. hoc eſt, uas in quo vuæ exprimuntur.

Vergilius libro ſecundo Georgi.

Hic pater ò Lenæe tuis hic oĩa plena Muneribus.

Lenas, adpellat Vlpianus, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt. Item eas quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercent. Vt ſi qua cauponam exercens, in ea corpora quæſtuaria habeat, proſtituas mulieres habere dicendum eſt. Hanc quoque Lenæ adpellatione contineri.

Lendiginoſus, lendibus plenus. Cc.

Lenia, multitudinis nume. ſunt ornamenta tunicarum aurea.

Lenici, ſunt faſciolæ ex coronis dependentes, dictæ quaſi lanici. Cornuc. Ab aliis Lemniſci dicuntur.

Lenio, nis, niui, vel nii, nitũ, mulceo, placo, imminuo, polio'ue. Sall. In tali tempore tãta vis hominis magis leniunda quàm exagitanda videbat. Idem, Nõnulli ficta & hæc & multa præterea exiſtimabant ab iis, qui Ciceronis inuidiã, quæ poſtea oborta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris, qui pœnas dederant. Id eſt, imminui. Col. li. iii. Quũ deinde truncum reddideris, acuto ferramento plagam lenito. id eſt, polito. Interdum Lenire eſt conſolari. Cicero Treb. Tuam profectionem amore proſequar, reditũ ſpe expectabo, abſentem memoria colam, omne deſyderium literis mittendis accipiendiſq; leniã. Hoc verbum etiam lenibo in futuro facit. Proper.

Lenibunt tacito vulnera noſtra ſono.

Huius compoſitum eſt Delenio.

Lenis, & hoc lene, idem ferè ſignificat quod leue. hoc eſt, quod tactu nullam aſperitatem habet. Transfertur tamen ad animum, & pro miti modeſtoq; accipitur. Teren. in Hecyr. Ego ſum animo leni natus, non poſſum aduerſari meis. Hinc lenitas, lenitudo, & lenimentum, quæ idem ſignificãt, ſcilicet manſuetudinem, ſuauitatem, placationemq;. Cicero, Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

Leniter, aduerb. moderate, ſuauiter, quod & Lene dicitur.

Leno, generis commũ. quamuis habet fœmininũ Lena, vt inquit Priſcia. Quo nomine ſignificatur is qui ſcortorum productor eſt, etiam inuitarum perſonarum, qui legibus vindicat. Ab alliciendo, quòd adoleſcentulos alliciat, vel à leniendo dictus.

Lenobates, vuæ calcator.

Lenocinium, lenocinandi actus. Vlpianus, Lenocinium facere, non minus eſt quàm corpore quæſtum exercere. Quandoq; Lenociniũ ſumitur pro exquiſitiore elegantia. Sueto. de Auguſt. Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venuſtiſſima, quanquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo incurioſus.

Lenocinor, pẽn. cor. lenocinium facio. Per tranſlationem lenocinari, pro blandiri ponitur, ſiue allicere, quod lenones facere ſolent. Cice. Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquando contendet quàm poteſt. Amb. lib. de Cain, quaſi pro adulterari poſuit. Etenim quia verum decorem naturæ habere nõ poteſt, adulterinis fucis adfectatæ pulchritudinis lenocinatur ſpeciem, non veritatem.

Lenonius, nia, nium, quod ad lenonẽ pertinet. Plau. in Menechmis. Ab his locis lenoniis.

Lens, lendis, à lædo, capitis animal, ex quo formatur pediculus. Et eſt fœminini generis. Serenus,

Vnda maris capiti lendes deducit iniquas.

Hinc lendinoſi, dicti ſunt lendibus referti.

Lens, lentis, genus leguminis, à lenis nomẽ deductũ quod qui ea veſcitur, lenes ac moderati fiunt. Plini. Inuenio apud veteres autores æquanimitatem fieri veſcentibus lente.

Lenteo, tes, à quo lenteſco, teſcis, quod ſignificat lentum ſeu tenerum ac molle fieri. Verg. lib. ii. Geor.

Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.

Id eſt, coheret, vt exponit Seruius. Luci. Lẽtet opus, dixit. A' lenteſco, fit compoſitum Inlenteſco. Colu. lib. ii. Paulum aqua maceratur, dũ inlenteſcat. id eſt, intus tener fiat.

Lenticula, genus leguminis lẽti, ſimile, ſed diuerſum. Quin & cocta quoq; lens à Plinio cæteriſq; lẽticula vocatur. Lenticula etiam genus vaſis eſt à figura dictum, vt ait Plinius, & meminit Celſus, videturq; id eſſe quod diſcus adpellatur apud Dioſco. Vnde & Lenticularis figura. Quidam hoc nomen à liniẽdo deducũt, aiuntq; eſſe vas olearium, ex quo reges & ſacerdotes liniebantur. de quo libris Reg. fit mẽtio. Rurſus lenticulæ, maculæ ſunt in corpore, quæ Lentigines dici ſolent.

Lenticularis, & hoc lenticulare, adiectiuum à lenticula. vt, Lenticularis forma. Apuleius lib. ii. Flotum.

Lẽtigo, pen. prod. macula ſubrufa, & interdum in facie, ad lentis ſimilitudinem. Vnde & lentiginoſus. Pli. lib. xix. de Atriplice. Acniſi mutata ſæpe aqua coquendum, ſtomacho cõtrarium eſſe, lentigines & papulas gignere. Et lib. xx. Cũ ſeuo vitulino vel melle ſuggillatis illinitur, cum melle, & vua paſſa, & aceto, lentigini nigræ.

Lentini, ſeu lẽtuli. Romani quidã cognominati ſunt, à lente, vt Cicerones à cicere.

Lentiſcus, arbor, quæ maſtichen gummi modo ſudat, & eſt trifera. Plini. lib. xxiiii. Vſum lacte caprarum, quas lẽtiſco paſcebat.

Lento, tas. Vergilius lib. iii.

Antè & trinacria lentandus remus in vnda.

Vbi Ser. Lentandus aut lente tibi nauigandum eſt (nam totam Siciliam circuit) aut flectendus. Vnde lentum vimen dicimus. id eſt, flexibile.

Lentus, proprie tener, flexuoſuſq;. Vergilius,

Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ.

Sed tranſlatũ ad animũ, pro leni ac placido capit. Cice. in Hortẽ. Qui quũ publicas iniurias lẽtè tuliſſet, ſuã nõ tulit. Interdũ pro facili. Luci. Cotta ſenex Craſſi pater magnus trico fuit numarius, ſoluere nulli lentus. Interdum pro tardo, à quo lentitia, & lentitudo, tarditas. Interdũ pro ſecuro & ocioſo. Vergil.

Tu Tytire lentus in vmbra. Interdum pro tenaci. Plau. in Men. Quã lentũ eſt, & viſco ſimile. Interdũ

pro remiſſo & frigido. Verg. lib. i. Georgic. Noctis lentus non deficit humor. Cicero, Neq; enim eſt facile perficere vt iraſcatur ei, cui tu vel iudex, ſi tu ipſe id lente ferre videare. In compoſitione verò ſignificat plenum vt ſomnolentus, temulentus, opulentus, & huiuſmodi.

Lenulus, diminu. à leno. Plau. in Pen. Ita vt occœpi dicere lenule de illa pugna.

Lenunculus, aliud dimi. Plau. in Pe. Si de Deo militari tetigero lenunculum. Eſt & Lenunculus nauigiũ piſcatorium. Sall. lib. i. hiſt. Incidit fortè per noctẽ lenunculo piſcandum.

Leo, les, leui, non eſt in vſu, ſignificat imprimo & formo. Sed eius compoſita vſurpãtur, quæ ſunt Deleo, & Releo. Delere autem contrarium eſt ſuo ſimplici. Nam eſt, quod formatum iam & impreſſum eſt, remouere.

Leo, animal ferox, & omnium animalium generoſiſſimus, tũ præcipue quũ colla armosq; veſtiunt iubæ, quod ætate accidit. Leones tantũ ex feris clementia vtunť in ſupplices, proſtratis parcũt. Eorũ animi index eſt cauda, ſicut equorũ aures, vim ſummã in pectore habent, ſociati innoxii ſunt. Timẽt rotarũ orbes circũactos, & currus inanes, & criſtas cantusq; gallinaceorũ, ſed maxime ignes. A leo fit leoninus, a, um. Eſt & leo marinus ex cancrorũ genere. Itẽ leo, cœleſte ſignum. Ferunt hunc leonem Theumeſium ab hercule occiſum, in cœlũ ab Ioue tranſlatum. Dictus eſt Theumeſius, à Theumeſo Bœotiæ monte. Leones auerſi coeunt, quemadmodum & lynces, cameli, elephanti, rhinocerotes, & tigrides. Cc.

Leochares, Leocrates, Leocritus, Leoſtratus, Leodamus, Leonitus, Leogorus, omnia nomina propria à leo deducta.

Leocrates, nomen ſculptoris inſignis.

Leodamas, mantis, proprium nomen philoſophi mathematici.

Leon, philoſophus mathematicus, qui elementa cõpoſuit, determinationem inuenire docuit.

Leonides, nobilis Spartha, deinde Lacedæmoniorũ rex, qui aduerſus Xerxẽ penè incredibilia egit. Hic cõmilitonibus dicebat, Pergite animo forti, hodie apud inferos fortè cœnabimus. Cecidit ad Thermopylas, quum illas anguſtias cuſtodiret. Fuit & alius leonides, Alexandri pædagogus.

Leonina, herba eſt q̃ naſcitur in montibus, cuius flores quũ emittunť, ſimiles ſunt ori leonino aperto.

Leontopetalon, herba, folio braſſicæ, caule ſemipedali, leni, cuius ſemen in cacumine in ſiliqs, ciceris modo, radix rapæ ſimilis, grãdis, nigra. Naſciť in aruis. Radix aduerſatur omnium ſerpentiũ generibus, ex vino pota; nec alia res celerius proficit.

Leontophon, exiguus vermis eſſe dĩ, nec alibi naſciť quã vbi leo naſciť. Quo guſtato, ſtatim expirat leo.

Leontopodion, herba, quam & lithoron, & doripetron, & Toropetron, vocant, caulibus veluti roſæ capita ſuſtinens. Naſcitur in campeſtri, cuius ſemen lymphatica ſomnia facere dicitur.

Leopardus, animal, qui ex leone & panthera natus eſt, vel ex pardo & leæna, nigris maculis leoninam pellẽ diſtinguentibus, & iubis caret. Naſciť in Africa, vbi propter penuriam aquarũ ad paucos amnes multitudo ferarum conuenit, ideo multiformes ibi animalium partus, mutuò ſeſe miſcentibus diuerſorum generum animalibus. Vnde ortum eſt prouerbium, ſemper aliquid noui Afficam adferre.

Leoſthenes, penultima corre. nomen viri, qui quum ſponſus eſſet, & Lamiacum bellum concitaſſet, interfectus eſt. Ob cuius amorem ſponſa, Demotionis Areopagitarũ principis filia, ſe interfecit, ſicut Hieronymus contra Ioui. teſtatur. Suidas. Λεωσθένης στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων, ὃς ἐν τῷ πρὸς τοὺς Μακεδόνας πολέμῳ λίθῳ πληγεὶς πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀφυλάκτως, ἐπὶ τῆς παρατάξεως πίπτει. id eſt, Leoſthenes dux Athenienſium, hic in bello contra Macedones lapide percuſſus in caput improuiſe in prælio cecidit.

Lepaduſa, ſiue lopaduſa, Inſula Siciliæ, à patellis oſtreorum genere dicta, quaſi patellaria.

Lepidium, herba, quæ hulcera acuta tollit. Colum. lib. xiii. Sunt qui ſatiui, vel etiam ſyluestris lepidii herbam quum collegerunt, in vmbra ſiccent, deinde folia eius, abiecto caule, die & nocte muria macerata expreſſaq; lacti miſceant, ſine condimentis, & ſalis quantum arbitrantur adiiciant. Nonnulli recentia folia lepidii, cum dulci lacte in olla miſcent, &c. Scribit Dioſcorides, idem eſſe Lepidium quod gingidium. Fit autem à Græco verbo λεπίζω, hoc eſt, decortico.

Lepidotes, gemma, quæ ſquammas piſcium imitatur. Cornucopiæ.

Lepidus, a, um, pen. cor. in quo leporis eſt plurimũ, & tam de homine quã de oratione dicitur. vt, Lepidus homo, & lepida oratio. Teren. in And. O lepidum caput. Hinc lepiditas, & compoſitum Illepidus. Donatus dicit, lepidum dici politum, λεπίς, id eſt, lamina, ſiue ſquamma. Pli. lib. xxxiiii. Excutiuntur velut milii ſquammæ, quas vocant lepidas.

Lepiſta, vas, ampullæ ſimile. Varro, Aliqui venditãt oleum Sabinorum, lepiſtæ pauperibus pleniſq;, aut fictiles ſunt aut æneæ.

Lepor, & Lepos, vtroq; modo diciť, pro ſermone nitido & abſterſo, & quaſi lautitia quadam ſermonis, quòd ſicut lepus à leuitate pedum, ita lepor orationis à pediũ ſuorũ leuitate dici putatur. Eſt & lepos gratia, & voluptatis cuiuſcunq; amœnitas.

Leporarium, non tantum pro loco vbi lepores ſunt, ſed etiam pro omnibus ſeptis, & quæ ſunt villæ adfixa accipitur, & habent incluſa animalia q̃ paſcuntur. Gell. Viuaria veteres quandoq; Leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur animalia. Varro, leporaria te accipere volo, nõ ea quæ tritaui noſtri dicebant, vbi ſoli lepores ſint, ſed omnia ædificia, ſepta, & villas, quæ incluſa habent animalia quæ paſcuntur. Hæc antiquiores roboraria etiam adpellari voluerũt, à tabulis roboreis, quibus ſepta erãt, antè quàm mœnibus cingerentur.

Leporinus, a, um, penul. produc. qđ eſt ex lepore, vt,

pes leporinus.

Lepra, morbus, qui alio nomine dicitur elephantia. Et duplex eſt. Vna quæ incurabilis eſt, quam malam ſcabiem Hora. nominat.

Aut mala quam ſcabies, aut morbus regius vrget.

Alia quæ poteſt curari. Pli lib. xxxiiii. Lachryma vitium veluti gemma, lepras, & lichenas, & pſoras, nitro antè præparatas ſanat.

Leprium, ciuitas in Achaia, à leprio heroe, quem occidit Hercules, ſiue à lepra qua curabantur ibi, quodam ſe flumine mergentes. Hinc lepriatæ populi. Eſt & alterum in Arcadia Læprium, vt teſtis eſt Cicero ad Atticum.

Leptenacra, promontorium gracile. Solinus, A' promontorio Indiæ, quod alii leptenacra, alii Drepanũ vocitarunt.

Leptis, nomen vrbis, de qua Hierony. In lepti vrbe ſemi barbara, & poſita in ſolitudine, moris eſt, vt nurus altera die ſocrui ollam mutuo poſtulet.

Leptoludiæ, ficus ſunt quemadmodum Numidicæ, pullæ &c. Cc.

Leptophyllõ, herba eſt, à foliorũ tenuitate ſic dicta:

Leptorax, vuæ genus, habens acinos exiguos & ſubtiles, alioqui mira ſuauitate prædulcis. Cc.

Lepus, animal, à celeritate dictum, quòd leuipes ſit, quoniam ambulans non ſentitur. Ponitur quãdoq; pro infamia, quòd magis poſteriori parte, hoc eſt annis, pulpamentum de ſe præbeat, quum in conuiuio carpatur adpoſitus. Horatius,

Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos.

Aut quòd venãtur illum & proſectanť canes, quos pro amatoribus puerorũ intelligimus, vt apud Ter. Ceruũ videre, fugere, ſectari canes. Aut qđ à phyſicis dicať incerti ſexus. Tradũt enim vtrãq; vim ſingulis ineſſe, ac ſine maris coitu gignere, ſicut et hyæna. Teren. in Eun. Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Id eſt, qđ tu habes hoc quæris in altero.

Lepuſculus, diminutiuũ quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidam marinus. Ambroſius, Lepuſculus timidum animal in terris, in mari formidabile.

Lerne, Argiui & Mycenæi agri locus eſt, ſupra quem fuit Argos oppidũ. Vnde lernæus, a, um, vt palus lernæa, vbi fuit hydra quinquaginta capitũ, ab Hercule interfecta. Sunt qui ſcribant Lernam regiunculam eſſe Arcadiæ, à Lerno rege cognominatam.

Leros, quæ & leria, inſula eſt in Icario mari, vt inquit Strabo.

Lesbos, inſula in Aegæo, Aeolicarum vrbiũ metropolis, & vniuerſæ Troadis imperiũ obtinuit. Ambitus eius ſtadiorũ ſeptũ ſupra mille, à Borea in Auſtrum, protenſa, quingenta & ſexaginta ſtadia lõgitudinis habens, feraci agro, & multa materia ad claſſes conficiẽdas idonea. Vrbes in ea fuere memoratu dignæ Mitylene, & ab ea nunc inſula vocatur & Pyrrha in Occidẽtali littore ſita. Fuit & Creſſua, & Antiſſa cum portu & Methimna. Dicta lesbos ab vrbis nomine, quæ in ea potentiſſima fuit. Siue à lesbo lapithi filio, qui in eã inſulã nauigauit. Ex hac Pittacus vnus ex ſeptem ſapientibus, Accæus, Sappho, Theophraſtus philoſophus, & alii viri ſciẽtia clariſſimi, orti fuere. Hinc lesbius, a, um, & lesbous, a, um, pen. prod. Horatius, Lesboum refugit tendere barbiton.

Leſſus, us, lugubris eiulatio. Cic. in Legib. Mulieres genas ne radũto, ne'ue leſſum funeris ergo habẽto. His enim verbis ſignificatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

Leſtorum, regio Indiæ extra Gangem, cuius incolæ ſylueſtres eſſe dicuntur, & in ſpecubus habitare. Ferunt in ea eſſe coruos albos, & pſitacos.

Leſtrygones, penultima correpta populi in extremo Italiæ, quos Vlyſſes apud Alcinoum narrat humana carne veſci, vt Cyclopas. Et Homerus ſcribit Leſtrygones ſocios Vlyſſis, verubus transfixos atq; igni aſſos comediſſe. Acron, Leſtrygonia Formiana ſeu Sicula, in quibus Cyclopes fuerunt, qui Leſtrygones vocabantur. Plin. Caieta portus oppidum Formiæ dictum, vt exiſtimauerunt, Leſtrygonum ſedes. Verum ita adpellati fuere, quia latrones erant in eo ſitu, ἀπὸ τῆς λῃστείας, quod eſt latrocinium. Horum rex Antiphates fuiſſe ſcribitur.

Letalis, & hoc letale mortiferum. Plin. Letalis inedia homini, duraſſe & vltra vndecimum ſcilicet diẽ pleroſq; certum eſt.

Letania, ſeu litania, cum accentu in pen. Latinè ſupplicatio dicitur, λιτανεύω, ſupplico, rogo.

Lethargus, eſt marcor, & inexpugnabilis penè ſomni neceſſitas, cum alienatione mentis. Boetius lib. 1. de Conſol. Lethargum patitur communem illuſarum mentium morbum, ſui paulisper oblitus eſt. Plin. li. xiiii. Grauedinem enim morbumq; lethargicum patitur. Eſt & ſpecies phreneticidis, vt Celſus ait. Vnde Lethargicus ab horatio ſumitur pro furioſo. vt,

Lethargicus hic quum ſit pugil, & medicum vrget.

Dictus lethargicus (vt quidam putant) ἀπὸ τῆς λήθης, hoc eſt, ab obliuione. Nã in eo morbo accidit obliuio omnium rerum.

Lethes, fluuius, quem apud inferos eſſe poetæ tradiderunt, cuius latices ſi quis guſtauerit, omniũ præteritarum rerum obliuiſciť. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης, id eſt ab obliuione nomen habet. Datus eſt hinc fabulæ locus, quia morientibus omnium rerũ obliuio ſurrepit. Conſtat autem hunc amnem in Aphrica circa extremum Syrtium cornu, Berenicem vrbem adluere, ſed eum apud omnes fama eſt ad ea loca inferna inundatione prorumpere, Lucanus lib. viii.

Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis,
Infernis (ut fama) trahens obliuia venis.

Inde Letheus a, um. Idem: Non me letheæ, coniunx obliuia ripæ Immemorem fecere tui.

Letificus, ca, cum, pen. cor. quod mortem inducit.

Leto, tas, morte adficio. Vnde letata corpora, apud Ouid. Morte mulctata & interempta.

Letum, pro morte, ſecundum Priſci. à leo fit, quo veteres vſi ſunt pro deleo, quoniã mors omnia delet. Apul. à luo deducit, ideoq; per æ. ſcribi præcepit. Var. & Feſtus ab λήθη fieri putant, vnde & per th, adſpiratum ſine diph. ſcribunt Lethum. Quidã etiã Lætum per antiphraſim dici uolunt, quaſi minime

lætum. Nam epitheton mortis eſt, triſtis: quod eſt contrarium læto.

Leua, manus ſiniſtra, quam Græci σκαιὰν dicunt. Vñ tractum eſt cognomen Scæuola. Alii Læuam cum diphthon. ſcribunt, quod Græci λαιὰν dicũt, à quo fit Læuus.

Leuana, vocabatur Dea, quæ pueris præerat de terra leuandis, vt inquit Auguſtinus.

Leucacantha, herba eſt in cacumine aculeum habẽs.

Leucanthemis, ſeu Leucanthemũ: herba eſt, quã medici recentiores chamomillam vocant. Cc.

Leucargylion, genus argyllæ albæ.

Leucas, eſt inſula contra ſinum Ambraciũ ſita, iuxta Epirum, habens montem altiſſimum. Cc.

Laucaſmos, Latinè candor. Græce λευκασμός.

Leucates, pe. prod. mons, ſeu promontoriũ in Epyro mare intrans. Verg. Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis. Dictus Laucates, à petra eiuſdem nominis, coloris albi, in pelagus porrecta, in qua eſt Apollinis fanum. Vnde & Leucadius Apollo, quia illic habet templum. Ouidius.

Anquia Leucadio ſemper amata Deo. Eſt etiã Leucas inſula, quæ ſuperioribus annis (vt Strabo autor eſt) littus extitit: quæ inſula effecta eſt. De qua Laertem dixiſſe aiunt, Munitam ſolus ui cæpi Neritõn, littus erat terræ, hoc quidẽ in loco manu factæ exciſiones fuerunt. Et lib. x. legimus, Corinthii Cherroneſi terra iuxta effoſa, Leucadem in inſulæ formam redegerunt, & in eum locum tranſportata Nerito, qui fuerat Iſthmus, nunc fretum & Euripus eſt, ponte iugabilis, mutato nomine dixere Leucadem: ſumpto (vt reor) à Leucate uocabulo. Plin. Deinde Leucadia ipſa peninſula, quondam Neritus adpellata, opere adcolarum abſciſſa à continenti. Oppidũ in ea Leucas, quondam Neritum dictum.

Leuce, paruum oppidum, non longe à Smyrna. Leuce, Græce candor dicitur.

Leucoæthiopes, æthiopum natio. Cc.

Leucochryſos, gemma quæ fit chryſolitho interalbicante.

Leucocrota, beſtia in India: quæ velocitate cæteras feras ſuperat. Hæc aſini ferè magnitudine, voce loquẽtium hominum ſonos æmulatur.

Leucogabi, colles ſunt in agro Campano. Cc.

Leucogra, & Leucographia: gemma, quæ aliter galaxia, ſiue galatites dicitur. Cornucop.

Leucola, apud Plin. promontorium Pamphiliæ, Lyciæ cõterminæ. Eſt & inſula propè Cyprum, & quidem in mari lycio. Strabo quoq; portum in Cypro uocari tradit Leucola.

Leucoma, penul. produ. album dicitur. hoc eſt, tabula illa, in qua iudicum deſcripta erant nomina: & in qua ſingulorum annorum acta literis mandabãtur à pontifice maximo.

Leucon. Latinè album dicitur. Et Leucon auis eſt, quæ ardea uocatur.

Leuconium, tomentum, ſiue xylinum, quod & Leuconicum dicitur. Martialis,

Accipe leuconicis vellera miſſa ſagis. Idem:

Culcitra leuconio quam uiduata ſuo. Cc.

Leucopetalos, gemma, quæ candorem niuis ex auro diſtinguit.

Leucophæus, cum diphthon. nam Græce λευκόφαιος dicunt color natiuus, ex albo & nigro nomen trahens, λευκὸς album, φαιὸς medium inter album & nigrum. Id eſt, fuſcum, & penè nigrum. Plinius, Iecur rubetæ vel cor, adalligatur in panno leucophæo, & quartanis prodeſt. Victruuius de his coloribus ſcribens ait: Fontes & flumina ſunt, quorum potu pecora quamuis alba ſint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. Idem in campis Troianis, proxime flumen armẽta rufa, & pecora leucophæa naſcuntur. Quidã ſcribunt Leucopum, pro colore albo natiuo: à quo Leucopeatus, qui rudiori ac vili alba veſte indutus eſt. Quamuis & Leucophæatus legatur. Sũt & medicamenta certi generis hoc nomine: quaſi ſubfuſca, ſiue ſubcandida.

Leucophlegmantia, ſpecies aquæ intercutis. Cc.

Leucophorum glutinum auri, Cornucopiæ.

Leucophthalmoa gemma, quæ candidam nigramq; oculi ſpeciem continet, alias rutila. Cc.

Leucopus, dicitur natiuus color albus, vilis & vulgaris. Hinc Leucopeati dicuntur, qui rudiori alba veſte ac vili & natiui coloris induti ſunt. Martial.

Amator ille triſtium lacernarum, Et beticatus ſimul atq; leucopeatus. Cc.

Leucoſia, inſula contra Peſtanum ſinum, in mari Tyrrheno Leucaniæ adiacens (vt Strabo lib. vi. refert) paruum ad continentem habens curſum. Dicta Leucoſia, ab una Sirenum, quæ in hoc loco periit, quũ in profundum ſeſe abiecisset. Feſtus ab Aeneæ conſobrino loco datum nomen exiſtimat. Quin & Samothracia Leucoſia prius eſt adpellata, vt inqt Ariſtoteles de Republica.

Leucoſticos, lapis in Aegypto ruber, candidis interuenientibus punctis. Cc.

Leucoſyria prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia.

Leucothea, matuta dicta eſt, hoc eſt aurora, quaſi alba Dea, λευκὸς enim album.

Leuctra, per c, ante t, plurali numero, ſingulari Leuctrum: & genere fœminino Leuctra. Solinus etiam Leuctras videtur vſurpaſſe. Oppidum eſt Bœotiæ, de quo Hierony. contra Iouini. Quo ore laudandi ſunt Scedaſi filiæ in Leuctris Bœotiæ: quas traditum eſt abſente patre duos iuuenes prætereuntes iure hoſpitii ſuſcepiſſe: qui multum indigentes vino, vim per noctẽ intulere virginibus. Quæ amiſſa pudicitia, nolentes ſuperuiuere, mutuis conciderunt vulneribus. Apud Leuct[illegible]a Epaminundas Tebanus Lacedæmonios uicit, adeoq; attriuit, vt poſtea imperium nequiuerint habere.

Leue, ſignificat id quod eſt ſine pondere: vnde Leuis ſtipula. Vergilius libro. xii.

Corytiq; leues humeris, & letifer arcus.

Transfertur ad animum. Vnde Leues homines, uocantur inconſtantes, uiles, & nullo honore digni: quẽadmodum econtrario graues dicimus cõſtãtes,

ſeueros,

ſuctos, prudentes. Hinc Leuitas: quæ modo dr̃ de re non põderoſa, modo de inſtanti, vili'q́. Cic. Quũ in Antonio genus quoddã ſordidiſſimũ vitæ demõſtrare vellet, quòd in caupona deliteſceret, quòd ad veſperũ potaret, quòd ore inuoluto iter faceret, ne cognoſceretur. Videte, inquit, hominis leuitatem: tanquam prorſus iſta dedecora hoc vitio notarentur. Leuia vina quæ ſint, vide in dictione Lora.

Leui, nomen patriarchæ: à quo Leuita, ſeu Leuites, pen. prod. pro eo qui eſt de tribu Leui. Hierony. In Exod. Aaron frater tuus Leuites, ſcio quòd eloquẽs ſit: hinc Leuiticus, ca, um, poſſeſſiuum.

Leui, præteritum à leo: ſignificat aperui, protuli. Hora. lib. i. Car. Græca quod ego teſta conditũ leui. Cuius compoſitum. Releui, protulit Terentius: Releui omnia dolia.

Leuiathan, dictio Hebræa: qua ſignificatur draco, ſeu ſerpens. Nam (vt inquit Hiero.) Iudæi dicũt draconem quem fecit Deus, Leuiathan. Et eſt in mari, & aiunt: Quando recedit Oceanus, draco vertitur. De hoc apud Eſa. In die illa viſitauit dominus in gladio ſuo ſuper leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper leuiathan, ſerpentem tortuoſum: occidet cetum qui in mari eſt.

Leuiculus, diminutiuum à leuis. Cice lib. v. Tuſcu. Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat, aquam ferentis mulierculæ: vt mos in Græcia eſt.

Leuidenſe (autore Seruio) genus veſtis: ſic dictum, quoniam filo admodum raro, & leuiter denſato ac texto ſit, pertenui'q́. Cicero Dolabellæ: Sed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere volui leuidenſe, Craſſi filio.

Leuifidus, a, um, penul. corre. qui habet leuem fidem, cui ſecretum non poſſis tutò committere.

Leuir, leuiri, penulti. corr. dicitur mariti frater, quaſi leuis vir.

Leuita, penul. prod. interpretatur adſumptus.

Leuo, uas. pen. corr. in altum tollo, veluti leue quiddã. Liuius: Mox aqua leuata vento, quũ ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet. Interdũ Leuare, eſt auferre. Verg. Atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. Interdum exonerare, & quaſi releuare. Idem: Ego hoc te faſce leuabo. Interdum extenuare, & leue facere. Idem: Noſtrum'q́ leues quæcunq; laborem. Id eſt, leuem facias, vt exponit Seruius: Cõpoſita huius verbi ſunt Adleuo. Colleuo, ſimul leuo. Colu. lib. vii. Paſtinacæ'q́ agreſtis ſemina & ſuccus amotacæ cum melle colleuant, oculorũ ſedant dolorẽ. Deleuo, deorſum leuo. Idẽ lib. iii. Et ſi fieri poteſt iuxta aliquẽ nodũ, ferrula deſecato, & plagam acutiſſimo ferro deleuato. Eleuo, Releuo, rurſus leuo, & quaſi idẽ quod adleuo. Teren. in Adel. Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miſeria tabeſcit. Subleuo, adleuo. Et omnia habent penul. correp.

Leuus, a, um quum ad humanis loquimur, ſignificat contrarium. Vergilius: Si mens non leua fuiſſet. Quum vero de cæleſtibus, proſperum denotat. quia ſiniſtra numinum, dextra ſunt intuentibus. Idem libro quarto Georgicorum.

Numina leua ſinunt, audit'q́ vocatus Apollo.

Hetruſci cælum in ſedecim partes diuiſerunt: è quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem ècõtrario appellauere dextras. Hinc omnia fulmina leua exiſtimantur eſſe proſpera: quia à leua parte mundi ortus eſt, ſicut ſcribit Plinius. Et (vt autor eſt Cicer. lib. ii. de Diuina.) optimũ auſpicium habebatur apud Romanos, quod ſiniſtrum fuerat. Vnde Vergilius, antiquitatis cõſultiſſimus, dixit: Intonuit leuum. Quod felicitatem portendere credebatur.

Lex, à legendo dicta eſt: quod ex multorũ cõſenſu lecta ſit (vt ait Cicero) ſicut à Græcis nomos, à diſtribuendo. Vide ſupra in dictione Legem.

Lex Cornelia, quam Cornelius Sylla dictator tulit. Cornucopiæ.

Lex Lepidiana, quam Lepidus tulit: quæ & Sumptuaria dicta eſt. Cornucopiæ.

Lex Licinia, lata eſt à Publio Lucilio Craſſo diuite: cuius ferendæ tantũ ſtudiũ optimatibus conceſſum eſt, vt ſenatuſconſulto iuberet, & tantũmodo promulgata, ante q; trinundino confirmaretur, ita obſeruaret ab omnibus, quaſi iam populi ſententia comprobata eſſet. Huius legis ſumma erat, vt calendis, nonis, nundinis, liceret cuiq; in dies ſingulos duntaxat triginta aſſes edendi cauſſa conſumere: cæteris verò diebus ne amplius apponeretur q̃ carnis aridæ pondo tria, & ſalſamentorum libra, & quod ex terra, vite, arbore'ue natum eſſet.

Lex Municipalis, quam vnaquæq; vrbs ſibi priuatim conſtituit. Cornucopiæ.

Lex Orchia, prima omnium de cœnis lata ad populũ fuit, quam tulit Orchius Tribunus plebis de ſenatus ſententia, tertio pòſt anno quàm Cato Cenſor fuerat. Hæc numerum titum conuiuarũ præſcribebat, iubebat'q́ vt patẽribus ianuis cœnitaretur: quò obſeruatio eius videri poſſet.

Lex plagiaria, quæ & Fannia: quia quis plagis dictatus eſſet. Cornucopiæ.

Lex ſatyra, dicebatur, quæ vno rogatu multa ſimul comprobabat.

Lex tabellaria, ſuffragia ſcribere nõ permittebat ſed puncto notare faciebat. Horatius:

Oẽ tulit pũctũ, qui miſcuit vtile dulci. hoc eſt, ſolus ſuffragia iudicum tulit, qui & vtile & dulce ſcripſit.

L ANTE I.

Lia, ſunt foramina, quæ in ſummo mali recipiunt funes.

Liba, bæ, inſula in Mari Indico.

Libamen, Libamentũ, & Libatio pro eodẽ ſumuntũ ſignificant'q́ quicquid in ſacris libat, à Libero patre, qui primus Ioui libauit. Ouid. lib. iii. Faſto.

Nomine ab autoris ducunt libamina nomen.

Liber enim qui Bacchus dictus eſt, quum victor de Scythis extitiſſet, aliis'q́ nationibus, rerũ primitias magio Ioui obtulit.

Libanius, nomen autoris ſophiſtæ Antiocheni: q floruit Iulia: ſi tranſgreſſoris tẽporibus, vſq; ad Theo-

dictum ſeniorem. Hic multa ſcripſit: inter quæ eſt opus de modo dictandi epiſtolas. Vixit Conſtantinopoli.

Libanochrus, gemma quæ thuris ſimilitudinem oſtẽdit. Cornucopiæ.

Libanotis, penul. produ. Latinè thurea dici poteſt. Eſt enim herba odorem thuris habens, & roſmarinus adpellatur. Plin. Libanotis radicem habet oliſatri, nihil à thure differentem.

Libanotus, ventus flans, inter Liba, hoc eſt, Africum & Notum.

Libanus, pe. cor. mons inter Arabes & Phœnices excellas arbores habens, & interpretatur candidatio. Ex eo Orontes fluuius oritur. Libanus etiam arbor eſt quæ thus producit, tam maſculini quàm fœmi. gene. Hiero. in Eccle. Et quaſi libanus nõ inciſus vaporaui habitationẽ meã. Vnde pro thure accipitur, quod & Libanum dicitur. Libanicus, thureus.

Libella, diminutiuum à libra.

Libelliones, à veteribus tabelliones dicebantur. Varr. Tum ad me ferunt, quòd libellionem eſſe ſciebant.

Libellulus, diminutiuum, à libellus. Hieronymus: In præſenti libellulo edoceat.

Libellus, diminu. paruus liber. Aliquando etiam ponitur pro epiſtola, ſiue tabella: vnde Libelliones dicti ſunt. Libelli etiam dicuntur, quos vulgus ſupplicationes adpellat: quos Martialis ſupplices libellos nominauit, illo endecaſyllabo. Idem ſupplicibus vacat libellis. Tales enim principibus dari ſolent ad negocia explicanda à ſubditis, in quibus petitiones continentur. Sueto. in Cæſare: Iãtum Libellos dixit. Libellumq́ indicem inſidiarum, ab ouio quodam porrectum, libellis cæteris, quos ſiniſtra tenebat, quaſi mox lecturus, commiſcuit. Apud legum ſcios Libellus diuerſis modis dicitur. Nam & Libellus accuſationis, conuentionis, repudii, & huiuſmodi. Libellum vero genere neutro, diminutiuum eſt à librum, vt C. de Epiſc. audiend. l. Iudices, Incarceratis debet victualis ſubſtantia miniſtrari, uel tradi libellis duobus aut tribus diurnis.

Libens, volens, facilis: à quo Libentia, voluptas, gratia. Macrobius. Cui libentiæ gratiæq́ omnes conuiuiorum meorum ...nitæ.

Libenter, aduerbium, quod eſt, grato animo.

Libentina, Dea Venus, ſeu Proſerpina. Augu. lib. iiii. de Ciuita. Dei: Neq; enim audent aliquis partes ſub nomine Deorum vel Dearum Deæ Cloacinæ tribuere, aut Volupiæ, quæ à voluptate adpellata eſt, aut Libentinæ, cui nomen eſt à libidine.

Liber, beri. Dionyſius ſiue Bacchus, vini repertor. Multos autẽ fuiſſe Liberos ſiue Bacchos Dionyſios'ue, oſtendit Diodorus. Celebratior vero, qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quem tertium fuiſſe autumãt, & Thebis Bœotiis natũ: qui Liber adpellatus eſt, à liberando. Nam Liber talis Deus eſt, ſiue quòd Bœotiæ vrbes liberas fecerit (ipſe enim, vt inquit Plutarchus, pro Bœotiæ libertate pugnauit) vel quia vinum curas ſoluat, & mentem ab illis liberet: ſeu quòd vino vſi liberè loquantur. Fiunt autẽ pleriq; ebrietate petulantiores. Seneca lib. de Tranquillitate: Liberum dicit, non ob licentiam linguæ: ſed quia liberat ſeruitio curarum animum, & triſtitiæ medetur. Varro à labendo deducit: quod lubrica mens quò lubet prolabitur. Auguſtinus docet Liberum vocari, quòd mares in coeundo, per eius beneficium emiſſis ſeminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. Interdum Liber ponitur pro ipſo vino: ſicut Ceres pro frumento. Terent. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Liber dicitur Sol: quia liberè per aerem vagetur. Vergilius:

Vos ô clariſſimi mundi

Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.

Liber & alma Ceres.

Liber, adiect. dr, qui nullius habito reſpectu, quod ſentit, dicit & facit. Et Liber vocatur, qui nulli ſubiectus eſt: cuius relatiuum eſt ſeruus. Item qui curis ac negociis omnibus ſolutus eſt. Martial. vno diſticho duo eius comprehendit ſignificata. Liber homo es, nimium dicis mihi Cheryle ſemper. hoc eſt, nimium liberè loqueris.

In te qui dicat Cheryle, liber homo eſt. hoc eſt, uacuus negociis, & quid agat nõ habens. Liber etiã ponitur pro eminenti & extanti. Varro in Eume. Iterum tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. Item pro magno, ſeu valido. Ouidius Perſ uor infelix liberiore malo. Vnde campus liberior, dicitur maior ad dicẽdum ratio. Et in his ſignificationibus prima producitur.

Liber, bri, ſubſtantiuum, ꝓprie pars corticis interior, quæ ligno adhæret. Vnde & Delibrare, quod ẽ corticem detrahere. Habetq́ primam correptã. Verg. Hæc ſi tum moriens alta libraret in vlmo. Vnde & Liber dictus eſt, in quo ſcribimus: quia ante vſum chartæ, de libris, id eſt, corticibus arborum, volumina compaginabantur. Vnde & codex, ab arborum trunco adpellatus eſt. Ponitur quandoq; Liber pro ipſo opere integro, quàlibet ſit magnum, etiam ſi contineat Aeneida, Bucolica, & Georgica. Quandoq; pro certa parte operis vt, Vergilii Aeneis in duodecim libros diſtincta eſt.

Liberale iudicium, dicitur, in quo de alicuius agitur libertate. Paulus: Ordinato liberali iudicio interim pro libero habetur. Sic dicitur Liberalis cauſſa. Vnde titulus eſt, De liberali cauſſa, ad quem ſic idem ſcribit. Ordinata liberali cauſſa liberi loco habetur is, qui de ſtatu ſuo litigat.

Liberales artes, dicuntur, quæ ingenio coluntur: & propterea dignæ ſunt liberis hominibus. Illiberales uero, mechanicæ: quæ in manuum opera conſiſtunt. Habent enim ſeruile miniſterium.

Liberalia, orum, Liberi feſta: quæ apud Græcos dicũtur Dionyſia, Neuius: Libera lingua loquuntur ludis liberalibus.

Liberalis, benignus, munificus. Vnde Liberalitas, munificentia. Liberaliter, large, munifice. Cuius contrarium eſt Illiberaliter: quod veteres de eo dicebãt qui omne maleficii genus exceſſiſſet, Terẽ. in Adel.

Fa ſtum à nobis duriter, immiſericorditer atq; (ſi æquum eſt dicere magis aperte) illiberaliter. Donatus. Illiberaliter, inuſte, inclementer, non benequia Liberalis, bonus dicitur. Differt tamen Liberalis à munifico: quia Liberalis dicitur qui rogatus, munificus qui ſponte beneficium cōtulit. Cic. lib. de Orat. Quid tam porrò regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre ſupplicibus? Sunt etiam qui ſic diſtinguant, vt Liberalis ſit, qui paruis & priuatis hominibus beneficia præſtat: munificus, qui magnis, & in magnis rebus: vt qui magna pro dignitate muneret, ſit munificus, vel magnidecens, qui vero in paruis muneribus liberalem ſeſe præſtat, Liberalis. Sic Liberalitas, naturæ benignitas, quæ maxime in præſtanda opera amicis perſpicitur, & uerſatur, inter priuatos & paruos homines: munificentia inter magnos. Quod nomen à Libero patre (vt Valeri. Maxi. docet) deductū eſt. Habetq; Liberalitas duo extrema. Nam ſi deficias, nec tantum quantum oportet tribuas, auaritia oritur. Si autem excedas in dando, desq; plus quàm oportet, & cui non oportet, & qñ, & qua cauſſa nō oportet, in uitium laberis, quæ prodigalitas adpellatur. Accipitur quandoq; Liberalis, pro pulchro, & ingenuæ formæ homine. Liberalitas (vt inqt Speuſippus) eſt habitus, qui in quærendis erogandisq; pecuniis decorem ſeruat decēs adquiſitio, accumulatioq; pecuniæ.

Liberi, dicuntur filii: qui à (vt ait Donatus) liberalitate à parentibus regendi ſunt. Et Liberorum adpellatione etiam vnus filius, & vna filia intelligitur. Terētius: Oulu liberos committas tuos. Item Liberorū adpellatione continentur nepotes, & pronepotes, cæteriq; ex his deſcendentes.

Libero, ras, modo particulare eſt, & ſignificat manumitto. id eſt, libertatem do. Modo vniuerſale, & ſignificat abſoluo. Cic. Nihil antiquius fuit, quàm ut te à ſceleratorum hominum calumniis liberalē. Terent. in And. Obſecro te, quàm primum hoc me miſerum libera metu. Hinc Deliberatio, quæ dicitur, quaſi patefacta eſt ſecuritas. Huius verbi compoſita ſunt Delibero, Sublibero, quod eſt quaſi de ſubleuo. Colu. lib. iiii. Quum ſola ea res omnem impenſam terrem precio ſubliberet, ſi modo non prouincialis, ſed Italicus agerem.

Libertas, à liber fit: quæ ſeruituti oppoſita eſt. Item Libertas dicitur de eo, qui libere & ſine reſpectu loquitur, facitq; quælibet. Capiturq; in bonum, quum ſit potentia ingenua: quæ ſic à iureconſ. definitur, quòd ſit naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, niſi quod ui aut iure prohibetur. Licentia autē in malum, quum quis libertate abutitur, uſq; ad temeritatem & procacitatem. Eſt enim licentia, impunita quædam facultas agendi quicquid velis. Quintil. Quæ in aliis libertas eſt, in aliis licentia vocat. Teren. Deteriores omnes ſumus licentia. Ponit tamen quandoq; licētia pro libertate, vt apud Sallu. Romam legatos ire iubet, agendarum rerum, ac quo quo modo componendi belli licentiam ipſius permitte. Libertas etiam libertatis Dea dicebatur, cuius tēplum in Auentino conſtitutum fuiſſe narrāt hiſtoriæ.

Libertinus, relatiuum eſt ingenui, ſicut libertus patroni. Licet unum & idem ſit Libertinus & libertus. Per libertinum ſignificamus conditionem hominis, ſicut ingenuum: per libertum, priuatum quendam reſpectum, ſicut per patronum. Sunt autē Libertini, qui iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt: quemadmodū e contrario ingenui ſunt, qui libera matre nati, nec poſtea ſerui facti ſunt. Aliquando etiam Libertini (vt Sueto. in Claudio ſcribit) dicuntur, qui ex libertis creati ſunt. Ait enim. Ignarus temporibus Appii & deinceps aliquandiu, Libertinos dictos, non ipſos qui manu mitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos.

Libertus, à Libertate dicitur: & is eſt, qui quum eſſet ſeruus, factus eſt liber. Vlpianus eum eſſe libertum definit, quem quis ſeruitute ad ciuitatem Romanā perduxit.

Libet, placet: à labendo (vt Varro inquit) quòd quæ placent, in mente prolabantur. Hinc fit Collibet, penul. cor. Salluſt. Matresfamiliarum pati quæ victoribus collibuiſſent.

Libethra, ſpelunca in eodē loco ubi Libethros fons eſt: à quo Muſæ Libethrides dicuntur. Cc.

Libethrus, apud Lycophronem poetam, videt eſſe mons Macedoniæ, habens ad radicē Pimpleā fontem. Vnde Muſæ dicuntur Libethrides. Strabo ſcribit Libethrum eſſe locum Thraciæ, ex quo nōnulli in Boœtiæ partem migraſſent, vbi Parnaſſus eodem nomine Libethrum dicarunt.

Libidinarius, q libidini deſeruit. Auguſt. in Serm. de Natali Vtroſq; libidinarios hac Moyſes ſnia ferire voluit, ſimulq; adulteros perire mandauit.

Libidinoſus, qui in libidinem propenſus eſt. Cice. in Cati. Libidinoſa enim & intemperans adoleſcentia effœtū corpus tradit ſenectuti. Sallu. pro nimis ad appetenter poſuit: Pòſt ubi paulatim licentia creuit, iuxtà bonos & malos libidinoſe interficere.

Libido (Donato autore) quælibet uoluntas temerè ſuſcepta. Cice. lib. iiii. Tuſcu. Voluntas eſt, quæ qd cum rōne deſyderat: quæ autem aduerſus rationem incitata eſt uehementius, ea libido eſt, uel cupiditas effrenata; quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Plau. in Epid. Nequam homo es Epidice, cui libido eſt male loqui. Teren. in Hecy. Ego tamen patrio animo uictus, faciam ut tibi concedam, neq; tuæ libidini aduerſabor. Cic. Lateant libidines eius illæ tenebricoſæ, quas fronte & ſupercilio, non pudore & temperantia cōtegebat. Nonius uerò Marcellus ait, Libidinem & appetitum, & æmulationem, etiam honeſte rei poſſumus dicere. Salluſtius in Cati. Magisq; in decoris armis, & militaribus equis, quàm in ſcortis atq; conuiuiis libidinem habent. Idem ad Cæſarem. Quòd ſi tibi bona libido fuerit patriæ, & parētibus gratificandi &c.

Libitina, penultima produ. Dea, quam alii Proſerpinam, alii Venerem dicunt, in cuius templo uendebantur & locabantur ea quæ ad ſepulturam pertinent, ſicut docet Plutarc. in Proble. à libendo Libitina dicta, ut inqt Var. Vnde quandoq; ponitur pro

ipſa ſecunarum expenſa. Suet. in Ner. Qua triginta funerum milia in rationem libitinæ venerunt. Liui. lib. xl. In vrbe tanta fuit peſtilentia, vt vix nunc libitina ſufficeret ad ſuppeditanda, ſcilicet funeribus neceſſaria. Aliquando pro ipſa ſepeliendi arte, ſeu vendendi ea quæ ad ſepulturam pertinent. Valer. Max. Qui tunc libitinam exercebant, tum rerum ſuarum vſum, tum miniſterium ſuum gratuitũ polliciti ſunt: Sed quoniam in æde Libitinæ parabãtur neceſſaria ad funebrem adparatum, hinc factũ eſt, vt Libitina aliquando pro morte, ſeu pro lecto quo mortui ferebantur, caperetur. Hora. lib. Carm. Multaq; pars mei vitabit libitinam.

Libitinarius, qui libitinæ præeſt, & actionem libitinariam exercet quæ ſtui inſeruiens: & qui neceſſaria funeribus venditat, ſeu qui conducit funera: aut qui curam ſepeliendorum funerum habet. Vlpia. de inſti. act. Si libitinarius ſeruum polinctorem habuerit, iſq; mortuum ſpoliauerit, dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem. Ex quibus verbis patet Libitinarium eſſe curatorem funeris: polinctorem, qui cadauera tractat ac ſepelit. Hic & deſignator dicitur. Sen. de Ben. An tu Aruntium, & Ateium, & cæteros qui captandorum teſtamentorũ artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere quæ deſignatores & libitinarios vota?

Libo, bas, leuiter degusto, & quaſi primis labris attingo. Dictum Libare, quaſi labiare. Vergilius

Purpureosq; metunt flores, & flumina libant.

Eſt enim Græcum λείβω, λείψω. Hierony. de Paulo: Deniq; paululum aquæ prono in fonte ore libarſit. per tranſlationem quandoque Libare ponitur pro leuiter tangere. Vergilius

Oſcula libauit natæ. Quandoq; pro ſacrificare. Lactantius lib. v. Nihil enim ſancta & ſingularis illa maieſtas aliud ab homine deſyderat, quã ſolam innocentiam, quam ſi quis obtulerit Deo; ſatis pie, ſatis religioſe libabit. Tibull.

Et quodcunq; mihi pomum nouus educat annus
Libatum agricolæ ponitur ante Deum.

Q ñ q; recipere, ſumere, haurire. Cic. lib. iiii. ad Herẽ. Vide ne facias imprudenter, qui tuo noïe velis ex aliorum laboribus libare laudem. Huius verbi compoſita ſunt Delibo, prælibo, Prolibo. Plin. lib. xxxv. In ſacris quidem etiam inter has opes, non myrrhinis criſtallinis ue, ſed fictilibus prolibatur ſympuliis innocentius. Et habent pen. productam. Illibatus etiam dicitur, pro non libatus, non tactus.

Libra, quæ & As, & Mina, ſeu Mna, & pondo dicit. Duodecim conſtat vnciis. Libra tñ vnciarum varietatem accepit: pondo ſemper idem fuit. Proprie autem Libra inſtrumentum eſt quo res ponderantur, cum lancibus. Alio nomine bilancem vocant. Cic. Critolaus libram conſtituebat: in cuius alteram lancem animi bona ponebat, in alteram corporis externa, tantumq; pendere illam animi bonorum lancem putabat, ut terram & maria deprimet. Ambroſ. lib. i. Offi. Sermones proferat libra examinatos, vt ſit grauitas in ſenſu, in ſermone pondus, atq; in verbis modus. Statera vero, inſtrumentũ, quo res ſine lancibus ponderantur. Eſt & Libra cœleſte ſignũ, quod octauo Calẽdas Octobris, ſeu (vt quidã exiſtimãt) decimotertio, Sol per illud tranſiens, equinoctiũ facit.

Libralis, & hoc Librale, quod eſt vnius libræ.

Libramentum, æquamentum. Colu. li. i. Nam eiuſmodi poſitio medium libramentum temperamentumq; verborum hyemalium & æſtiuorum tenet.

Libraria, riæ, vbi reponuntur libri. Græcè bibliotheca. Gell. In libraria ego & L. Paulus conſederamus.

Librarius, a, um. quod ad libros pertinet. Plini. libr. xxxv. Omne autem atramentum Sole perficitur: librarium & tectorium glutino admixto. id eſt, quo libri exeribuntur, & materia aliqua tegitur. Librarius etiam à libris exeribendis vel concinnandis dicitur. Vlpia. Si librariũ rus mittat, & qualum & calcem portare cogat, vel hiſtrionem balneatorem faciat: vel de ſymphoniaco atrienſem: vel de palæſtra ſtercorandis latrinis præponat: abuti videbitur proprietatis. Et librarius, a, um, quod eſt libræ, à libra fit. Columel. lib. viii. Caro in librariã fruſtra conceditur. Item, qui & quæ præficitur partiendis penſis.

Librarius, rii, qui libros tranſcribit. Hieron. ad Nicham: Nã & rudes illi Italiæ homines, quos Caſcos Ennius adpellat, qui ſibi ritu ferino. victum requirebant, ante chartæ & membranarum vſum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuò epiſtolarum adloquia miſſitabant. Vnde & portitores eorũ tabellarios, & ſcriptores à libris arborum Librarios vocauere. Bibliopola vero qui libros vendit.

Librile, pen. prod. ſcapus libræ.

Librilla, aliàs Libella inſtrumenta bellica ſaxa, ſciliicet ad brachii groſſitudinem, in modum flagellorũ loris reuincta: quòd librari manu, id eſt, ponderari videantur.

Libripens, dis, à pendendo, ſecundum Priſcianũ, qui libram æneam tenet. Boetius in Topi. Mancipi res veteres adpellabant, quæ ita abalienabantur, vt ea ab alienatio per quandam nexus fieret ſolemnitatẽ. Nexus vero, eſt iuris ſolẽnitas, quæ fiebat eo modo quo in Inſtitutionibus Caius exponit, adhibitis nõ minus quinq; teſtibus Romanis ciuibus puberibus. Eſt præterea alius eiuſdem conditionis, qui libram æneam teneat. qui adpelletur Libripens, is: qui mancipium accipit, æs tenens, ita dicit: Hunc ego hominem qui mihi emptus eſt, hoc ære æneaq; libra, ex iure Quiritum, meum eſſe aio. Deinde ære percutit libram, idq; æs dat ei à quo mancipiũ accipit, quaſi loco precii. Poteſt etiam dici Libripens, ſtipis ponderandæ penſator.

Libro, as, pondero, tritino, æſtimo, examino. Apul. Omnia prius quàm aliquid ſtatuas libranda ſunt. Aliquãdo Librarẽ graue facere. Plinius: Apes, ſi o iatur procella, adprehẽſis peduſculo lapillis ſe librãt, id eſt, grauiores faciunt. Aliquando ſuſpendere, & leuiter ſua ui ſuſtinere: Ouidius:

Et iam finitima corpus librabat in herba.

Aliquando

Aliquando æquare. Col.lib.iiii. Sic permenſum & libratum opus in ſimilitudinē veruacti ſemper procedit. Inde Libramentum & Aequilibriū. Huius verbi comp. ſunt Delibro, quod eſt optime pondero. Gel. Quid relinquitur, niſi delibrari ſibi cœnas iubeant ne edēdo defatigentur. Perlibro, valde libro. Colu.lib.iiii. Pariter imæ foſſæ ſolum metitur atq; perlibrat. Et prod. pen.

Libs, ventus Aphricus, qui flat aduerſus Vulturnum:

Libum, genus dulciarii cibi, ex farre & melle, & oleo, ſic dictum, quòd libandi cauſa fiat. Vergi.lib.vii.
Et adorea liba per herbam Subiiciunt epulis.
Vel à libo verbo Greco. quod apud illos λείβω ſcribitur. Vel à Libero patre. Ouidius in libris
Liba Deo fiunt, ſucci quia dulcibus ille
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferſit. Et poſt,
Melle pater fruitur, liboq; infuſa calenti,
Iure repertori candida mella damus.
Huius diminut eſt libellum. Nā libellus à liber eſt. At in epulis libum ſic fieri conſueuiſſe, à Catone lib. de Agricultura ſcribitur his verbis, libum ſic facito. Caſeum bene diſtere in mortario, vbi bene triueris farinæ ſiligineæ librā, aut ſi voles tenerius eſſe, ſelibrā ſimilaginis ſolum eodem indito, permiſceto q; cum caſeo bene, ouum vnum addito, & permiſceto vnā bene. Inde panem facito, folia ſubdito, in foco calido ſub teſta ea coquito leniter.

Liburni, populi ex liburnia regione. Et Liburni, viatores dicti ſunt, quòd ex agris iuſſu magiſtratuum ſæpe vocarentur, ciues, frequensq; eorum via eſſet ab agris ad vrbem. Iuuenal.
Primus clamante liburno,
Currite iam ſedit, rapta properabat abolla.

Liburnia, regio inter Illyriam & Dalmatiam, ſeu (vt quidam aiunt) pars Dalmaciæ, in qua ſunt Salonæ vrbs inſignis, cuius populi liburni vocitati ſunt, de quibus Lucanus:
Pugnacesq; mari Graiorum claſſe liburnos.

Liburnum, & liburna, næ, & liburnica, cæ, genus nauis bellicæ velociſſimæ, à liburnis populis in Illyrico, qui olim nauibus velocibus vſi, Ionium mare, inſulasq; prædabantur. Qua ex cauſſa Romani ; naues leuitate celeritateq; præſtantes adpellauere Liburnicas, ſicut refert Appian. Ad cuius ſimilitudinē vehiculum quoq; conſtructum fuit, quo Ro. principes vehi ſolebant. Iuuenalis:
Diues & ingenti curret ſuper ora liburno.
Pro naui. Horatius in Epod. Ibis liburnis ſuper alta nauium Amice propugnacula.
Sueto. in Aug. Vtrobiq; parte liburnicarum demerſa, ſimulq; eius qua vehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diffracto. Lucanus:
Ordine contentæ gemino creuiſſe liburno.
Firmicus Liburnicū imperium vſurpat pro nauali.

Libya, byæ, & Libye, byes. Aphrica, quòd inde libs vētus flare ſoleat, ſeu quod pluuiā indigeat propter nimiam ſiccitatē, ἀπὸ τοῦ λείπειν, ὅ λιβύης ἐπώνυμον. id eſt, A deficiendo, vel ab libya Epaphi filia, Iouis filii: Auguſt.lib. de Paſtoribus, docet libyam duobus modis dici, vel iſtam quæ proprie Aphrica eſt, vel illam Orientalem partem, quæ cōtigua eſt Aphricæ, & omnino collimitanea. Eſt etiam hoc nomine fluuius in Mauritania, Libys homo, & libyſſa mulier, ex Libya orti. Vnde libyſſinus, et libyſtis, ſtidis. Verg. Et pelle libyſtidis vrſæ. Martianus, Graui ac libyſſino calore exuſtus, Libyæ autem libycis facit, à quo genitiuo fit libycus, ca, um. vnde libycum mare. Libycus campus, dictus quòd in eo primum fruges ex libya adlatæ ſunt. Vnde & Ceres ab Argiis Libyſſa vocata eſt, vt inquit Feſtus.

Libycis, bycidis, vrbs Iudææ ab Orientali parte Iordanis, quam Herodes extruxit.

Libycontes, carbunculi ſiue gemmæ, quæ languidius lucent.

Liceo, ces, cui, citum, ſecundum analogiam facere deberet, ſed non eſt in vſu. Ab impersonali vero licet, habemus licitum eſt. Verg. Et licito tandē ſermone fruſitur. Significatq; liceo paſſiue, id quod Lic. or actiue. Et ſicut veneo capitur pro vendor: ita liceo pro adprecior in auctione. Plau. in Mene. Die ſeptima auctio fiet Menechme, mane ſanè ſeptimi venibūt ſerui, ſuppellex, fundi, ædes, omnia quicquid licebunt præſenti pecunia. id eſt, numerata ſiue ſoluta in præſens.

Liceor, ceris, licitus, ſecundū analogiam facere debet, ſed nuſquam legi vt eius compoſitū Pollicitus. Deponens tranſitiuum eſt, qđ ultra adcuſatiuū, ſi precium exprimatur, illud in genit. vel ablati. ponitur, ſignificatq; precium defero: quod fit quū veſtis, vel domus, vel huiuſmodi venditur plus pollicenti. Perſius: Et centum Græcos curto centuſſe licetur. Semperq; huic verbo precium ſubintelligitur, ſi nō adponitur. Plautus in Sti. Locos ridiculos vendo age, licemini

Licenter, aduerbium : ſignificat per licentiam, à quo Gellius formauit Prælicenter, quod eſt quaſi nimis licenter. Quæ verba inquit, finxit prælicenter. Eſt eſt licenter, à licens participio.

Licentia, à licet deducitur quamuis in malam partem plerunq; capiatur, quum ſcilicet id nobis arrogamus quod non licet. Libertas vero, quum non deterremur, quin ea quæ honeſta, aperte agamus. vide in dictione libertas. Licentior epiſtola, in qua nimis libere ſcribimus. Pli. Licentiore epiſtola narrare conſtitui. Licentiora mancipia, dicſitur nequiora: quaſi per multam licentiam facientia.

Licentioſus, qui nimia vtitur licentia.

Licet, impersonale, modo ſignificat fas eſt. Cice. Neq; enim licebat locum numini conſecratum turpi flagitio contaminare. Vergilius:
Quandoquidem Auſonios cōiungi fœdere Teucris
Haud licitum, nec veſtra capit diſcordia finem.
Dicimus autem: Mihi licet eſſe bonum virum, & bono viro. Cicero lib.i. Tuſcul. Licuit enim eſſe otioſo Themiſtocli, licuit Epaminondæ. Modo ſignificat poſſibile eſt, ſiue conceditur, aut poteſtas datur. Martia. Piſcinam peto, non licet natare. Cicero lib.i. Tuſcul. idq; cum multis aliis rebus, tum è pe-

diſcio iure & ceremoniis ſepulchrorum intelligi licet. Et eſt ornatus dicendi modus. Nõ licet mihi per te hinc abire. id eſt, tu non vis ſeu pateris me hinc abire. Lucanus verò lib. vii.

Omnia maiorum vertantur buſta licebit.

Pro eo quod eſt, ſi licentia erit. Modo ſignificat facile eſt. Lactan. li. iii. Ipſe ille Romanæ linguæ ſummus autor quantum fallatur, licet ex ipſa ſententia peruidere. Cicero lib. i. Offi. Licet enim ora ipſa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aut metu commoti ſunt, aut voluptate nimia geſtiunt. Id eſt, facile eſt. Modo aduerbiũ cõcedentis eſt, ſicut eſto. Vergil. Licet ingens ianitor antro.

Aeternum latrans exangues terreat umbras.

Modo eſt coniunctio aduerſatiua pro quamuis.

Lichas, menſuræ genus, quæ digitos quatuor non excedit.

Lichen, quid ſit, quære in Aſino & Equo.

Lichenes, ſunt impetigines, & apud Celſum quatuor ſunt genera.

Lichenis, generis maſculini: morbi genus: quem Latini mentagram adpellauit, quoniam à mento incipit. Mart. Non hulcus acre puſtulæ'ue lucentes:

Nec triſte mentum, ſordidi'ue lichenes.

Licia, ſunt fila quibus in telis textrices implicant ſtamina. Vnde Trilicem dicimus veſtẽ, quæ ex tribus liciis conſtat. Et Teſtiuilicium, fila de tela decidentia. Plau. in Caſ. Non ego hoc verbum expreſſi teſtiuilicio, id eſt, te admodum viliſſima.

Licianus, poeta Martiali coætaneus & cõterraneus. Cornucopiæ.

Liciatorium, lignum circa quod licia inuoluuntur. Hiero. lib. Reg. Haſtile haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentium.

Licinia, genus olluæ. Ce.

Licitator, qui crebro licetur, qui pro re emenda cõducenda ue precium alio maius pollicetur, vel qui pugnando ſæpe contendit. Qui etiam pro proxeneta ponitur à Cicerone quum inquit libro. iii. Offic. Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mẽdacium non licitatorem venditor, nec contrà ſe qui liceatur emptor adponet. Vide in dictione Liceor. Quid enim eſt aliud proxenetarum, hoc eſt, licitatorum officium, quàm tum emptorem, tum venditorem, & contendendo & decipiendo inducere, vt & vendat ille, & hic emat, id q́ non minus minuendi, quàm augendi precii ratione? Siue igitur in rebus priuatis ſiue in publicis, vendendo, emendo, locando, conducendo, contrahendo q́ licitator interſit, aut ſuo doloſe aut alterius nomine: hunc eſſe eundẽ qui proxeneta à Græcis dicitur, manifeſtum eſt. Recte ergo præcepit Cicero, nec à venditore licitatorem, nec item ab emptore adponi debere: ſed ipſos potius ſi ad loquendum venerint, nõ plus quàm ſemel loqui oportere: vt nulli licitatoris mendacio, nulli dolo relinquatur locus.

Licitè, aduerbium, à Licitus formatũ ſignificat iuſte.

Licitor, quaſi frequentatiuum eſt. nam ſignificat ſæpe adprecio, ſiue ſæpe emo, vendo'ue per auctionẽ: ſicut dictum eſt in liceor. Tametſi ſecreto id fieri poſſit, vt apud Curtium. Quum habeatis arma, licitamini hoſtium capita. Pli. lib. iii. Ariſtidis Thebani pictoris vnam tabulã centum talentis rex Attalus licitatus eſt. Et licitari, congredi, & pugnare ſignificat. Cæcilius in Hymnide: Quin machæra licitari aduerſum eum cœpiſti ſciens. Ennius: Pars ludicre ſaxa iactant, & inter ſe licitantur. Feſtus docet, eum licitari, qui decipiendo inducit.

Lictor, qui carnificis officio fungebatur, miniſter cõſulis, proconſulis, & ſimilium. Sed duodeni lictores conſulis erant: aliorũ ſeni tantum portantes virgarum faſciculos cũ ſecuribus ligatos, magiſtratus q́ præibant, ac quoties iuſſi erant, faſciculos ſoluentes, primò virgis cædebant reum mox ſecuri feriebant. Liuius: Miſſiq́ lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædũt, ſecuri q́ feriunt. Hos primus inſtituit Romulus. Dicti à ligando lictores, quòd virgarum faſces ligatos gerebant. Gellius: Lictor, nomen verbale, quaſi ligator: à ligando. Tyro Ciceronis libertus, à licio quo cincti erant, dictos exiſtimat. Licio enim trãſuerſo qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant. At Plutarchus quaſi λειτὸς, id eſt, publicus: quaſi publicus miniſter. Et ſic abſq; c, ſcribendum eſt.

Lictorius, ria, rium, quod ad lictorem pertinet. Plini. Faſces lictorios ianuæ ſummiſit: cui ſe Oriens Occidens q́ ſummiſerat.

Lictus, ctus. vide in dictione lingo.

Lido, dis, verbum antiquum, ſignificat confringo, doleo. Cuius compoſita ſunt Allido, Collido, Illido.

Lidoron, later, longitudine ſeſquipedali, latitudine pedis. Cornucopiæ.

Lien, generis maſculini, Græcè ſplen. Dicitur & lienis in nominatiuo. Cæl. lib. iii. Sic iecur aut lienis eſt adfectus. Huius magnitudine incompetantiam riſus fieri, adfirmant phyſici. Perſius.

Sed ſum petulanti ſplene cachinno.

Intumeſcit quandoq; lien, vt ei ingere hominem videatur. Plaut. in Curc. Ni quaſi zona liene cinctus ambulo geminos in ventre habere videor filios: nihil metuo niſi medius diſrumpar miſer. Hinc lienoſi, qui liene laborant. Qui fiunt (vt inquit Ariſtoteles lib. iii. de partibus animalium) quoties excrementi plus in lienem diuertit, quàm calor eius viſceris poſſit conficere. Plinius lib. vii. De Pyrrho, cuius pedis pollex lienoſis medebatur.

Ligamen, Ligaculum, Ligamentum, Ligatura, ſignificant id quo aliquid ligatur.

Ligellum, breue domiciliũ & tuguriolum. Plaut. Tu in ligello fuiſti. Et ligellum diminutiuum à ligno.

Liger, geri, nomen viri propriũ, de quo Vergi. lib. x. Dicta vocant Ligeri, nec non & Troius heros.

Liger, eris, Galliæ fluuius, q & ligeris in nomina. dicitur. Vnde & Ligerim in adcuſatiuo lectum eſt. Hic delatus in Oceanũ influit, maximi curſus, & pari eſt Garumna interuallo à Pyrene diſtat, & duobus ſtadiorum milibus vtriuſq; nauigatio eſt.

Ligilium, genus herbæ, de qua apud rei ruſticæ ſcri

ptores fit mentio, quomodo ſeratur.

Ligilla, nomen eſt vetulæ apud Martialem:
Quid vellis vetulum ligilla cunnum.

Lignari, eſt ad capienda ligna ire. Liui. lib. x. Redeſidentibuſq; lignatum ſe ire hinc.

Lignarius, ria, rium, quod ad lignū pertinet: vt faber lignarius, qui ligna dolat.

Lignatores, dicti ſunt milites qui lignatum vadunt. Liui. li. x. Paucis citra milibus lignatores ei cū præſidio occurrunt.

Ligneolus, la, lum, diminutiuum à ligno. Auguſt. lib. xi. Confeſſ. Sed nec ego dixerim, circuitum illius ligneolæ rotæ diem eſſe: nec tamen ideo tempus non eſſe ille dixerit.

Lignile, penultima producta, dictum eſt, vbi ligna in domo ad comburēdum parata ſunt: ſicut fœnile, vbi eſt, vel eſſe ſolet fœnum. Sic bouile, equile, caprile, & huiuſmodi.

Lignoſus, ſa, ſum, quod inſtar ligni durum eſt.

Lignum, à legendo (inquit Varro) quòd ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum vterentur. Hinc ligneus, gnea, gneum; quod ex ligno eſt: vt, Ligneum ſimulachrum.

Ligo gas, quidā à lino deducūt: quaſi lino ago, qđ lino omnia ligentur, Propter quod Græci λίνον vocatum putant, ἀπὸ τοῦ λ...ειν, antiquo verbo quod eſt teneo: quia lino omnia tenentur. Huius compoſita ſunt Adligo, quod eſt, ad aliquid, vel iuxta ligo. Colligo, Circunligo. Pli. Id ſicut in pilo quadratum ſtupa circūligabāt. Deligo, valde vel pfecte ligo. Colu. lib. vii. Melius bimus quā anniculus caſtrat: idq; facere vel autumno Luna decreſcente præcipit, vituluma; ad machinā deligare, Illigo, intus ligo. Obligo, circūligo. Præligo, antè ligo. Liui. Faſceſq; virgarū atq; arida ſarmenta præligant cornibus boū. Religo, quod aliquādo eſt ſoluo quod eſt ligatū: ſicut refero. Aliquādo habet ſignificationē ſimplicis. Ouidius: Nox erat, & querno religant ſtipite funē. Columella li. iii. Diutiuſq; perennat, quæ firmis trūcorum & idoneis locis religata eſt. Aliquādo retro ligo. Cice. libro i. Tuſcul. quæſt. Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles. Aliquando iterum ligo. Lactantius lib. iiii. Hoc vinculo pietatis obſtricti Deo ac religati ſumus. Subligo, à quo Subligaculum. Et habent penultimam correptam.

Ligones, ruſtica, inſtrumenta. Sic dicta, quòd radicibus quæ ſub terra ſunt ligentur. Vel dicti ſunt quaſi legiones, qa per latitudinē ſub terra facilius legunt. Luca. Vomereq; antiquos curionū paſſa ligones.

Ligula, penultima correp. dimin. à lingua vide in dictione lingua.

Liguria, Italiæ regio pro maiore parte montuoſa, inter amnes Varum & Macrā: ab altero latere habēs Apenninum, ab altero padum, Tuſciam attingens: Cuius caput eſt Genua. A qua Liguſtica ora, & mare liguſticum. Dicta liguria, à Ligyſto Phaetontis filio, conuerſione y, in u.

Ligurio, guris, penultima correpta, riui, vel rii, ritum. ſignificat multa auide conſumo, & ſuauiora edulia carpo, & per helluationem patrimonium voro. Licet producat Horatius.
Tractauit calicem manibus dum furta ligurit.
Vnde Liguriones, dicuntur guloſi, & voratores eduliorum dulciorum, qui conſumptis dapibus catillos etiam lingunt: quos antiqui catillones adpellāt. Eſt etiā Ligurire, paulatim & cum quadam mora atque elegantia comedere: quaſi ſinendo vt per ſe cibus in ſtomacho liqueſiat. Teren. in Eun. Quæ cū amatore ſuo cœnam ligurriunt. Dictum Ligurire ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod Græci ſuaue dicunt, vt inquit Donatus. Vel (vt quidam volūt) à licho, vnde lingo, ſicut ancho, ango: à quo Ligurio eſt. Eſt autem licho, digitis leuando deguſto. Per tranſlationē Cicero D. Bruto ſcribens, ad ſuppilationem rerum vſus eſt. Quum quidam, inquit, de collegis noſtris agrariam ligurirent curationem, diſturbaui rem, totamq; nobis integram reſeruaui. Et ab Auſonio dictum eſt, Inguinum liguritor.

Ligus, guris, (ſecundum Priſcianum) poteſt eſſe proprium nomen: & tunc eſt generis maſculini. Et nomen gentile: & ſic eſt communis gen. Probus declinat hic & hæc Ligur: & hic. & hæc, & hoc Ligus, pro incola Liguriæ. Lucanus lib. i. Et nūc tonſe ligur quondā per colla decora. Verg lib. xi.
Vane Ligus fruſtraq; animis elate ſuperbis. Idem Adſuetumq; malis ligurem.

Liguſticū mare (ut refert Solinus) coralliū procreat, quod fulminibus reſiſtit.

Liguſticus, ca, cum, penultima correpta nomen poſſeſſiuum. Iuuenalis:
Nam ſi procubuit qui ſaxa liguſtica portat.

Liguſtrum, à lego, quaſi leguſtrum: arbor, ex cuius ligno teſſeræ fiunt aptiſſimæ, oliuæ ſimilis folio, ſemine coriandri, flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturq; quod poſtea cyprinum vocatur, à planta, quæ dicit cypros alio nomine, à cuius vbertate Cypro, Carpathii maris inſulæ, nomen inditum eſt. Liguſtra (inquit Plin.) non niſi in aquoſis prouenlunt: ſicut ſalices, ulmi, populi, ſiler. Eſt & genus herbæ quæ maior dicitur à medicis, per ſepes & macerias ſerpens. Colu. in hortis. Et nigro permixta liguſtro. Ergo & herba & arbos eſt: vt de loto, & nonnullis aliis.

Ligyes, populi Aſiatici, qui cum Xerxe contra Græcos militarunt.

Lilietum, locus in quo liliorum copia eſt. Palladius: Lilieta carmeta ponenda ſunt:

Lilinum, oleum ex lilio. Ce.

Lilium, genus herbæ, de qua apud rei ruſticæ ſcriptores fit mentio quomodo ſeratur.

Lilybæum, promontorium Siciliæ: & vrbs eiuſdem nominis. Scribitur cum diphthongo: Nam Græci λιλυβαῖον dicunt.

Lima, inſtrumentum fabrile, quo ferrum aut aliquid aliud teritur.

Limatulus, diminutiuū à limatus. Cice. Voluminis:
Opus eſt hoc delimatulo & polito tuo iudicio.

Limatura, ſcobs. hoc ē, puluiſculus limādo detract⁹.

Limax, dicitur qui exquirit, vt aliquid auferat. Plaut. in Bacchi. Limaces uiri, quòd atterant & cõſumãt. Et Limax, teſtudo, cochlea terreſtris: quæ & Limaca, à limo dicitur, in quo per hyemem deliteſcit et viuit, uere prodiens. Colu. lib. xi. Implicitus conchæ limax hirſutaq́; campe.

Limborarius, qui limbum ueſtem conſuit. Plautus, Textores limborarii.

Limbus, muliebre ueſtimentum erat, purpurã in imo conſutam habens, ſeu quodlibet aliud ornamẽtum veſtium extremitatem ambiens. Vergilius,
Sidoniam picto chlamidem circundata limbo.
Huius diminutiuum eſt limbulus, à quo limbellus.

Limen, dicitur, quod ex trãſuerſo in ianua eſt, à limo obliquo, quod ingredientibus exeuntibusq́; tranſuerſum ſit: vt eſt apud Donatum, Feſtumq́;: Nec ſolum inferiorem partem ſignificat, quæ ſub pedibus calcari ſolet in ingreſſu: ſed etiam ſuperiorem. Iuuenalis, Pendentia liquit
Vela domus, & adhuc virides in limine lauros.
Næuius vero Limen ſuperum & inferum dixit. Eciame limen ſuperum, quod mihi miſero ſæpe confregit caput: inferum quoq;, vbi ego omnes defregi digitos. Limen ſuperum, ſuperliminare etiã uocatur à Græcis Hyperthyron. Ponitur interdum pro ingreſſu. Vergilius,
Limen erat cæcæq́; fores & peruius uſus.
Interdum pro interiore parte domus. Idem,
Penetrans aulas & limina regum. Interdum pro loco ſtandi. Idem, Corripiunt ſpacio audito, limenq́; relinquũt. Interdum pro amicitia, vt teſtat Seruius, enarrans illud de Turno, Se limine pelli. Iuuenalis, Limine ſubmoueor. Id eſt, repellor ab amicitia. A' Limẽ fit Elimino, nas, Liminare, Poſtliminium, Liminaris, & hoc liminare, quod ad limen pertinet. vt lapis liminaris, qui eſt in domus ingreſſu. Auguſtinus ad Hieronymum poſuit pro principio, Non hoc codex ipſe (vt adſolet) in liminari pagina prætendebat, id eſt, in principio ſeu ingreſſu libri. Hinc Superliminare.

Limentinus, putabatur Deus qui liminibus præeſſet.

Limes, itis, modò tranſuerſam uiam ſignificat, modò terminum. Colu. lib. i. Semitas nouosq́; limites in agro fieri nõ patiatur. In agris limites duo maximi ſunt: cardo, & decumanus. Limes decumanus, eſt q ab oriente in Occidentẽ ſpectat. Cardo à Meridie ad Septentrionem. Reliqui limites anguſtiores, diſtantq́; inter ſe paribus interuallis.

Liminarchæ ſunt cuſtodes liminis, & famuli ad limina, qui ſunt præfecti liminis, cubiculiq́; cuſtodes. Apud Iuriſconſ. Liminarchæ ponuntur pro militibus qui imperii limitibus atq; cõfinio præficiunt. Quos Liminarchos dicere poſſis, quaſi liminũ pfectos, qui & Limitanei ab hiſtoricis adpellantur.

Limitanei milites & Limitanei agri, qui ſunt in limitibus. id eſt, in collimitio & confinio.

Limito, tas. pernotor. & Limitor, taris. ſignificat termino, ſeu reſtringo. ſicut à ſemitis, ſemito, tas, & ſemitor, taris. Vnde Limitatus ager, dicitur in centurias diuiſus. Pli. lib. xvii. Aut ſi maior modus ſit, totidẽ pedũ cardinẽ quo decumano limitari, ſemper vero quintanis ſemitari. hoc eſt, in quinto quoq; palo ſingulæ iugo paginæ includunt. Cicero Appio Pul. De tua prolixa benefica q́; natura limitabit aliquid poſterior annus; propter quandam triſtitiam.

Lemniora, Nympha à cura lacus dicta, [illegible] enim lacus, & [illegible], cura dicitur. Cornuco.

Limo, mas, polio, & ſuperflua detraho. Hieronymus ad Damaſ. Sæpe cauſſatus ſum excoli non poſſe ſermonẽ, niſi quem ppria manus limauerit. Aliquãdo Limare, eſt cõiungere. Plautus, Non pater tuus vnquam cum illa lima limabit caput. Huius compoſita ſunt Delimo, & Elimo, quæ habent penul. prod.

Limus, genus veſtis ab vmbilico ad pedes. Vergi. lib. xii. Velati limo, & verbena tempora vincti. Et Limus, lutum eſt, ſeu cænum illud mollius, quod ab aquis deferri ſolet. Vnde limoſus, ſa, ſum. Verg.
Limo ſoq́; lacu per noctem obſcurus in vlua
Delitui. Hinc Illimis, & hoc Illime. penulti. producta quod eſt ſine limo, defæcatum, ſyncerum. Sidon. ad Heron. Nuſquam aquæ ductuum liquor integer, vel ciſterna defæcabilis, vel ſons irriguus, vel puteus illimis. hinc & Oblimo, pro minuo, contemno, de quo alibi.

Limus, ma, mum. obliquus. id eſt, tranſuerſus, obortus, quod & Limis tertiæ declina. dicitur. Proprie tamen de oculis Venereis dicitur. Plaut. in Mil. Adſpice limis oculis. Solinus de Leonib. Nunquam limo vident minimeq́; volunt ita aſpici. id eſt, obliquis oculis. Vnde qui oblique aſpicit Limis oculis ſpectare dicitur. Teren. in Eun. Ego limis ſpecto ſic per flabellum clanculum. Poteſt eſſe nominatiui caſus, vt ſit, Limis ſpecto, uel ablatiui pluralis, et deeſt, oculis. Quum igitur diſſimulant ſe homines videre quod uident, & non recta facie, ſed tranſuerſa intuẽtur, Limi dicuntur adſpicere.

Linamentum, filum quod ex lino uoluendo trahitur. Plinius, Delphini linamenta accẽſa excitant vuluæ ſtrangulatu oppreſſas.

Linarius, qui lini artem exercet, à Græcis [illegible] linoplocis.

Linea, neæ, proprie ſignificat filum illud, quo fabri materiarii vtuntur ad ſignandam materiam: quòd ex lino fiat. Et quoniam ab hac (ſi rubrica uel alio colore intincta fuerit) figura deſignatur longa ſine latitudine atq; altitudine, ea quoq; figura Linea vocatur. Item ea quæ non colore, ſed animo imaginantur, Geometriæ Lineæ uocantur. Et Linea, dicitur filum omne ex lino, quicunq; tenuis funiculus. Colu. Ligato pede longa linea gallina cuſtoditur. Plini. Murenæ deuorant hamũ, admouentq́; dentibus lineas, atq; ita erodunt. Idem, Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Et Linea dicitur, quæ eſt in ſuperficie. Nam ſuperficies ex lineis eſt vt punctum, quod eſt principium in Geometria. Dicitur autem punctum, quod diuidi non poteſt. Linea, quæ ab vno puncto ad aliud deducitur.

Lineamentũ, à linea, & ipſa extremitas, & quaſi linea quædam

quædam corporis, per quam hominis forma dignoſcitur à lineari pictura tractâ: in qua p ſolas lineas effigies hominis cognoſcebatur. Iuſtinus lib.i. Lineamentorumq́ æqualitas matri & filio perſimilis. Plinius: Nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inuentus.

Linearis, & hoc Lineare: quod ad lineam pertinet: vnde Linearis pictura uocata eſt lineis circũ vmbrã hominis deductis. Primi hanc picturam exercuerũt Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius, ſine vllo colore: ſpargentes tñ lineas intus: vnde & Latini linearem picturam, graphidem adpellarunt.

Lingo, is, xi, ctum. Lingere, eſt aliquid lingua molliter tangere. Plaut. in Caſſ. Mel mihi uideor lingere. Hinc Linguã quidam deduci voluerũt. Rurſus Lingere dicimur, dum aliquid in ore tenentes, guttatim id defluere in ſtomachũ ſinimus. Quæ res Linctus dicitur. Quæ vero in hũc uſum fiunt elegmata Græci dicũtur. Pli. Telicos gemma eſt, quæ oleæ nucleo ſimilis uidetur, & ligamentũ calculos frangit. Idẽ: Multi tuſſim ueterem linctu ſalis diſcuſſere. Idem: E ſemine lini fiunt elegmata. Hinc fit compoſitum Elingo, quod eſt extra lingo. Plaut. in Curc. Hic hodie apud me nunquam elinges ſalem.

Lingones, ſunt populi Galliæ ſupra Heluetios & Sequanos in Occaſum vergentes.

Lingua, à lingendo uel à ligando dicta eſt, quod liget cibũ. nam cibos in ſua conglobat ac deprimit, in ventremq́ trãſmittit: ſeu quod ipſa dentium ſeptis quaſi muro vallata ac ligata ſit. Eſt & Lingua minor, quæ & Sublinguũ à quibuſdam dicitur, operculum cartilaginoſum, quod phyſtulã ſpiritalem in gutture claudit, quum phyſtula cibali cibus defert. Hæc quum ridemus attollitur, quia riſus omnia cõcutit. Quapropter periculoſum eſt ne nos riſus inuadat quum deglutimus. Hoc enim operculum natura inſtituit, ne quid eſculenti poculentiue ad pulmonem feratur. Quod ſi accideret, niſi reiiceretur, hominem ſtrangularet. Accipitur quandoq́ Lingua pro differentia ſermonum: vnde dicimus Linguam Latinam, linguam Græcam. Plau. in Pœnu. Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. Quin etiam in vna lingua ſermonis diuerſitas Lingua dicitur: vt in Græca lingua eſt Attica, Dorica, Ionica lingua. Scribit Strabo trecentas nationes quæ diſſimilibus linguis uterentur, deſcendiſſe in Dioſcuriadem urbem Colchorum clariſſimam. Rurſus lingua adpellatur genus promontorii non excellentis, ſed molliter in planum deuexi. Similiter inſtrumentum planum & oblongum in ſpeciem linguæ factum, Lingua dicitur: quale eſt illud quo utuntur aromatarii ad extrahenda è uaſis unguenta. Cuius diminutiuum ſecundum Priſcianum eſt Lingua eiuſdem ſignificationis, & per concĩſionem Lingla. Feſtus: Lingula per diminutionem dicta, aliàs à ſimilitudine exertæ linguæ, vt in calceis: aliàs inſertæ, id eſt, intra dentes coercitæ, vt in tibiis. Pro ea quæ calceorum eſt. Martialis,

Non extremã ſedet lunata lingula planta.

Iuuenalis abiecit n, li corripuit:

Et ligulam dimittere ſollicitus ne

Tota ſalutatrix iam turba peregerit orbẽ. Martial.

Quamuis me ligulam dicant equitesq́ patresq́,

Dicor ab indoctis lingula Grammaticis. Pro ea quæ inſtar linguæ facta eſt. Plin. Cæra Punica fit hoc modo. Ventilatur ſub dio ſæpius cæra fulua, deinde feruet in aqua marina ex alto petita, addito nitro. Inde lingulis eligunt florem. Colu. Ligulã uocat inſtrumentum ad purgandum è uaſe ſpumam. Deinde, inquit, vbi liquatum mel in ſubiectũ alueũ defluxit, transfer in vaſa fictilia, quæ paucis antè diebus aperta ſunt, dũ muſteus fructus efferueſcat, isq́ ſæpius ligula purgandus. Plin. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant Luna quarta, ſexta, ſeptima, linguæ menſura. id eſt, cochlearis. Veteres etiam gladiolum oblongum, in ſpeciem linguæ factũ, Ligulam uocitauere. Lingua item (vt Plin. teſtatur) herba eſt quæ circa fontes naſcitur, cuius radix combuſta & trita, alopecias emendat. Similiter Lingua bubula, genus herbæ quam Græci bugloſſon dicunt, boum linguæ ſimilis. Lingua canina, alia herba quæ cynogloſſos uocatur à Græcis. Lingua petrea, genus lapilli, quod inter gemmas cõnumeratur. A' Lingua fiunt Elinguis, ſine lingua, & qui loqui non poteſt: etiam ſi linguam habeat. Elingo, as. Bilinguis, Trilinguis, & huiuſmodi.

Linguax, ſiue Lingulas, Lingulaca ueteribus, multum loquens, qui nimiũ & ſtulte loquitur. Gell. li. i. Hoc genus hoĩes in verba prouectos locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Lingulaca, mulier multiloqua. Plau. in Caſſ. Lingulaca eſt. nam nunquam tacet. Accipitur quãdoq́ pro muliere auguratrice. Quandoq́ pro piſce qui ſolea aut ei ſimilis à nonnullis credit. De quo apud Varronem & Plautum.

Linio, is, liui, itum. proprie ſignificat ungo uel frico, aut quid ſimile quod digito aut aliquo inſtrumento alicui rei ſuperinducitur, fricatur, vel imprimitur: ſed tenuiter non craſſe. Colu. lib. viii. Ferè autẽ per æſtatem ſic muſcis aures canũ exulcerantur, ſæpe ut totas amittãt. Quod ne fiat amaris nucibus cõtritis liniendæ ſunt. Fateor tamen adeò interdũ hæc duo verba Lino & Linio in ſignificatione propinqua eſſe vt vix diſcerni poſſint. A' Linio componit Circũlinio Lact. lib. i. Circũliniatur modo poculũ cœleſti melle ſapientiæ, vt poſſint ab imprudentibus amara remedia ſine offenſione potari.

Lino, is, & Linio, is, & Lenio, is, diuerſa ſunt. nam Linio & Lenio quartæ coniugationis ſunt, Lino tertiæ. Et Lino, Linioq́ habẽt penultimam correptã, Lenio productam. Vergilius,

Seruataq́ mella Theſauris relines. Sedulius,

Illiniens hominem ueteri de ſemine ſupplet.

Eſt autem Linire craſſe aliquid aliquo inſtrumento ſuperinducere. Colu. lib. vii. Sed illinis ſanatur noxia fibula ahena, ſi locum laſum compungas, cretaq́ cymolia & aceto linas. Aliquando etiam non craſſe, ſed leniter aliquid inducere, & quaſi lineam

ducere. Vnde Interlinire dicimus, ſuperinducto atramento, aut alio liquore ſcripturam aliquam pictura'ue deſtruere. Sic literæ dicuntur interlitæ, et talis inductio Litura dicitur. Aliquando obturare. Vergilius libro. 4. Georgico.

Nec ille nequicquã in tectis certatim tenuia cæra
Spiramenta linunt.

Vt etiam à contraria ſignificatione eis compoſitum ſimul Relino indicat, vt ſupra. Habet hoc verbum Lino tria præterita: lini, liui, et leui. De primo, Quintilia. in Decla. Cæci: Et ne quid ſceleri impio deeſſet, mariti tui cruore parietẽ liniſti. De ſecundo, Colu. lib. ult. Multi quum ſemel noua dolia uel ſerias craſſa gummi liuerunt, una imperpetuum gummitione contenti ſunt. De tertio, Cato de Re ruſti. Poſtea dolium calefacito minus q̃; ſi picare velis, tepeat, ſatis eſt lignis lenibus facito caleſcat. Vbi temperata tepebit, cuminum indito, poſtea linito. Si recte leueris in dolium quinquagenarium pedum quatuor ſatis erit. Supinum unum tantum habet, litum: vnde Litus, a, um, pro obturato, maculato, inſperſo. Verg. lib. 4. Georgi.

Elucent aliæ & fulgore coruſcant.
Ardentes auro & paribus lita corpora guttis.

Id eſt, inſperſa ſeu diſtincta. Quale eſt illúd Hiero. ad Saluinam: Tu vero quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter uoluptates, quæ litam purpuriſſo & ceruſa faciem, ſuper feretrum eius lachrymis diluiſti. Eius compoſita ſunt Adlino, ad aliquid lino. Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, et hoc ſæpe adlinant dentem. Palladius: Si ſtercus primo geniti vituli adlinamus oribus uaſculorum. Collino. Gell. Poſtea tabulas cæra colleuiſſe. Circilino. Cice. lib. i. Tuſcu. Condiunt Aegyptii mortuos, & eos ſeruant domi. Perſæ etiam cæra circilitos condiunt, ut quàm maxime permaneãt diuturna corpora. Delino, Illino, Interlino. Oblino, vide alibi. Elino, extra lino, fœdo. Lucil. lib. vi. Si hæc ueſtimenta eleuit luto. Perlino, ualde lino. Colu. li. viii. Mox ulcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur. Relino, quod obturatum erat aperio. Terent. in Heaut. Releui omnia dolia omnes ſerias. Sublino, mediocriter fœdo, illudo, et pro ridiculo habeo. Plaut. in Epi. Senex tibi os ſublitũ eſt planè & probe. id eſt, deriſus es. Et in Cap. Quãtò in pectore hanc meam magis rem uoluto, tantò mihi ægritudo auctior eſt animo, ad illum modum ſublitum eſſe eos mihi. id eſt, ſubſtercoratũ uel maculatum.

Linoſtrophon, herba eſt quam nonnulli praſion, alii marrubium vocant. Ce.

Linozoſtis, dr̃ herba quã Latini Mercurialẽ vocãt.

Linquo, linquis, liqui, ſictum ſecundum Priſcianum ſignifi. relinquo, dimitto: habetq́; li, ſyllabam indifferentem in præterito. Vergilius,

Nec tamen indecorẽ tua te regina reliquit. Idem,
Nanq; ſua patriam liquerat, telluri ſepultam,

Huius cõpoſitũ eſt. Delinquo. ASCEN. Errat eñ Neſtore Nouarieñ ſi male citãti Ver. Aenei. 4. vbi legiſi

Nanq; ſua patria antiqua ciuis iter habebat.

Linteatius, qui lintea uendit.

Linteolũ, diminutiuũ. Plinius pro petiis parui linei. Vulteribus in linteolis imponitur, ſcilicet amurca.

Linteones, qui texunt linteamina pro cõficiendis ueſtibus (vt docet Seru. li vii. Aene.) Firmicus lib. ii. Math. ſcribit: ſi Luna in Veneris ſignis conſtituta ſeratur ad Martẽ, quòd iſta coniunctio faciet linteones aut tabernarios, atq. colorum tinctores.

Linternus, Campaniæ fluuius haud longè à Vulturno fluuio, & oppido.

Linteum, pãnus lineus, & ſudariũ quo in balneis vtimur. Mart. Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Itẽ Lintea ſunt vela quibus vtitur nautæ. Vergi. Certum eſt dare lintea retro. Item Lintea quæ ſunt idonea ad ſpectantium vmbracula. Vnde legimus Cæſarem totum forum linteis adumbraſſe. Itẽ Lintea, linei amictus. Inde Linteatus, linteis indutus. id eſt, lineis ueſtibus, quali habitu fertur fuiſſe Apollonius philoſophus, quoniam huiuſmodi habitus uidebatur mundior, quàm qui ab animalibus deglubebatur. Sidonius ad Leonem: Cupidum ſcientiæ, contemnẽtem pecuniæ, inter epulas abſtemium, inter purpuratos linteatum.

Lintres, ſunt naui culæ cauatis arboribus factæ, quibus utuntur Germani circa Danubium. Ce.

Linũ, ἀπὸ τοῦ λινέω, antiquo uerbo quod eſt teneo: quia lino omnia tenentur. hinc Lineus, a, um, quod ex lino eſt, vt veſtis linea.

Linus, nomen uiri ꝓprium, ex Mercurio ſeu (vt quidam putãt) ex Apolline & Vrania geniti. Alter Philoſophus Thebanus iunior. Eſt etiam Linus ſpecies hymni. Suidas autem: λῖνος χαλκιδεὺς ἀπόλλωνος καὶ τερψιχόρης, οἱ δὲ ἀμφιμάρου καὶ οὐρανίας, οἱ δὲ ἑρμοῦ καὶ οὐρανίας. λέγεται δὲ πρῶτος οὗτος ἀπὸ φοινίκων γράμματα ἐς ἕλληνας ἀγαγεῖν, γενέσθαι δὲ καὶ ἡρακλέους διδάσκαλος γραμμάτων καὶ τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος γενέσθαι ἡγεμών. Linus Chalcidenſis Apollinis & Terpſichores filius, aut Amphimari & Vraniæ. uel Mercurii et Vraniæ, dicitur is primus à Phœnicia ad Græcos literas duxiſſe, fuiſſeq; Herculis præceptor literarum, ac Lyricæ Muſæ primus fuiſſe dux.

Lipara, pen. cor. Inſula una ex Aeolis, à Liparo rege Auſonis regis filio, cui ſucceſſit Aeolus. Hierony. Quæ è Lipara Siciliam nauiganti ſiniſtra eſt. Quæ quanquam ſuo quæq; nomine ſeptem ſunt, omnium tamen incolæ in cõmuni Liparei dicuntur, adiecto ſolum loci uocabulo ut Lippareus ex Phœnicuſſa. Hinc Lipareus, rea, reum.

Liparis, Ciliciæ fluuius, ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ, quoniã ſcribit Vitru. natantes in hoc flumine, aut ſe lauantes, non aliter ungi ab ipſa aqua, quàm ſi oleo aut adipe lauarentur.

Lipopſychia, ſimiliter λιποψύχους, qui anima & ſpiritu deficiunt: quos Plinius uocat defectos & ſyntecticos.

Lipothymia, Latinè defectus animi ſiue animæ: quæ & ſyntexis dicitur.

Lippio, is, iui, itum, lippus fio. hoc eſt, marcorem in

oculis contraho. Plinius lib. xxviii. Oculorum uitia fieri negant, nec lippire eos, qui quum pedes lauant aqua, inde ter oculos tangãt. Plautus in Cur. ad fauces tranſtulit. Proſpicio parum, os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces famæ, ita cibi uacuitate venio laſſis lactibus. &c.

Lippus, qui oculos habet lachrymantes, quum putredo ab his defluat. Lippitudo, ipſum uitium. Corne. Celſus. Si frons prurit lippitudinis metus eſt.

Lipſana, penul. correp. tantum pluraliter declinatũ, nomen eſt quo apud nos reliquiæ ſignificantur.

Liquatum, ſiue Liquamen, pinguitudo animalis ad ignem liquefacta, & in uſum coquinariũ ſeruata ad cõdiendos cibos. licet & de aliis dici poſſit, quæ nõ comeduntur, vt eſt apud Colu. lib. viii. Succus excolati lupini ueteris uini fex & amurca pari menſura miſcētur, eoq́; liquamine tonſa ouis imbuitur.

Liquefacio, à quo Liquefio, eiuſdẽ cum Liqueſco ſignificationis, à Liquefacio cõpoſitũ Illiquefacio, quod eſt ualde ſeu intus liquefacio. Cice. lib. iiii. Tuſcu. Quæ ſunt omnes unius generis ad perfundendũ animum tanquam illiquefactæ uoluptates.

Liquẽtia, fluuius Galliæ ciſalpinæ ſeu Venetiæ, poſt Taruiſinum agrum. Oriturq́; in Opiterginis, & in mare Hadriaticum cadit.

Liqueo, es, liquim, li, ſyllaba correpta. Eſt autem Liquere, liquidum ſeu molle eſſe, quod inſtar olei diſcurrit. Vergil. Aut cum liquentia mella Stipãt. Huius compoſita ſunt Colliqueo, à quo Colliqueſco. Deliqueo, à quo Deliqueſco, quod eſt in totum reſoluor. Ouid. lib. vii. Metamorpho.

Protinus imbutum cœleſti nectare corpus
Deliquit, ſtagnumq́; ſuo de nomine fecit.

Liqueſco, is, liquidus fio. Perſius:
Tot tibi quum in flãmas iunicum omenta liqueſcãt.
Verg. Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cæra liq̃ſcit.

Liquet, impersonale: ſignificat conſtare, manifeſtum, & certum eſt: quoniam quæ reſoluuntur, certa, conſtantia, & manifeſta fiunt. Terentius in Eunu. Illum liquet mihi deierare his menſibus ſex non uidiſſe proximis.

Liquido, das, aperio, manifeſto.

Liqdus, da, dũ, pe. cor. molle, fluxũ. Plaut. Liquidius quàm vẽtus eſt fauonius. Aliqñ ponitur pro puro. Idem lib. iiii. Dulcia mella premes nec tantum dulcia quantũ Et liquida. Id eſt, defæcata, & ſine ſordibus. Aliqñ pro proſpero. Plautus in Pſeud. Ab ſiniſtra auſpicio liqdo atq; ex ſententia confidentia eſt inimicos meos ne poſſe perdere. Hinc fit aduerbiũ Liquidò, quod ſignificat purè & manifeſtè. Terẽ. in And. Vt liquidò poſſum iurare. Dicimus etiá Ad liquidum, quod eſt manifeſte.

Liquo, liquas, li, ſyllaba correpta. ſignificat liquidũ facio: quum ſcilicet aurum vel plumbũ diſſoluitur. Lucanus li. vii. Ereptaq́; tela liquauit. Cuius paſſiuum Liquor. Compoſita ſunt Eliquo, quod eſt extra ſeu ualde liquo. Lactan. lib. ii. Vnde autem vel quomodo Deus hæc duo principalia, ignẽ, & aquá, vel accenderint, uel eliquauerit, ſolus poteſt ſcire q fecit. Auguſtinus libro. ix. Confeſſio. per tranſlationem dixit. Voces igitur influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum. Relinquo, idem quod liquo.

Liquo, is, liqui, reſoluor, defluo, ſtillo: cuius paſſiuum eſt Liquor, liqueris, quorum li, ſyllaba producitur. Vergilius, Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur. Ideſt paulatim diſſoluitur. Idem libro. 4.

Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos
Vellitur huic atro liquuntur ſanguine guttæ.

Ideſt defluunt. Lucanus. lib. ix.

Liquitur & nigra diſtillãt inguina tabe. Hinc etiã fit Liqueſco, is, prima produ. Ouid. lib. i. de Pon.

Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis. A Liquo fit compoſitum Colliquo, Varro: Quod aurũ quum colliquiſſet in forma fuit infuſum.

Lira, prima ſyllaba producta: ſulcum ſignificat. Colu mel. lib. ii. Liras ruſtici uocant eaſdẽ porcas. quum ſic aratum eſt, vt inter duos latius diſtanteis ſulcos, medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat. Hinc Lirare, à quo Delirare, & Delirus, & Deliramẽtum. Lirare dicuntur agricolæ, quum crate dentata, vel tabula aratro annexa operiunt ſemina. Primò enim aratur terra: quod dicitur proſcindere, Deinde ſecunda aratione excitatæ grandiores glebæ franguntur: quod uocant offringere. Tertia aratione iacto ſemine, boues Lirare dicuntur: qui tabellis & uomere ſimul, & ſatum frumentum opperiunt in porcis, & ſulcant in foſſas quò pluuia aqua dilabatur. Hinc Delirare aliquem dicimus, quum non recto ſulco tegendo ſemen incedit. Deinde per metaphoram ad inſaniam hoc vocabulum tranſlatum eſt. Vnde & Deliri inſani dicuntur: & Delirare, inſanire. Horatius in Epiſto.

Quicquid delirant reges plectuntur Achiui.

Deliramentum, ipſa deliratio. Quidam tamen Delirare à Græco trahunt. Nam ληρεῖν ineptire eſt. Noſtri etiam Liras gerras & nugas uocitauere, Plaut. Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt, quod dici ſolet, gerræ, germanæ ædepol liræ.

Liratim, aduerbium: per liras. Colu. Ex q́; quum ſint liratim fieri debent.

Liris, fluuius Campaniæ, ortus in Apennino & Minturnas præterlabens. Martialis,

Cæruleus nos Liris amat quem ſylua Maricæ
Protegit. Vergilius,
Et umbroſæ Liris per regna Maricæ.

Liro, as, liras facio. Col. Liranſ iugera duo opera una.

Lis, cõtrouerſia: à limite. id eſt, termino dicta: quod primæ inter homines lites de limitibus fuerunt.

Litera, quamuis ſecundum ſuam analogiam per ſimplex t, ſcribi debeat, tamen quia prima ſyllaba eius producitur, per duplex tt, ſcribi ſolet. Dicta Litera, quaſi legitera, eò quòd legenti præbeat iter: vel quod in legendo iteretur (vt inquit Seruius) Vel à lituris, quòd ſcripta deleri poſſit, quia plerunq; in ceratis tabulis antiqui ſcribere ſolebant, & inde delebant. Vel à lino, nis, quòd in ſcribẽdo illinit

id eſt, leniter inducitur atramentū. Vel à linea: quoniam Græce γραμμή, linea dicitur, & inde grammina, litera: & grammatica, literatura. Et literæ quæ notæ quoq; adpellantur, ex lineis conſtant. Et ſignificat principaliter literas indiuiduas: vt a, b, c. Sicq; diffinitur, quòd ſit minima pars vocis compoſitæ ex literis, quæ ſcribi poteſt indiuidua. Huic accedit nomen ſcilicet quo adpellatur, figura qua pingitur poteſtas qua valet. Aliquando Litera capitur pro ſcribentis manu. Cic. ad Atti. Nam Alexidis manſi amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ. Plurali numero Literæ epiſtolam deſignant, niſi apud poetas, apud quos legiť litera pro epiſtola. Ouidius:

Quam legis ab rapta Briſeide litera venit.

Vocantur præterea Literæ, diſciplinæ quæ literarū monumentis continentur. Vnde dare literis operā dicimus. hoc eſt, incūbere artibus quæ ſcriptæ ſunt. A' litera fit diminutiuum Literula: quod Hierony. poſuit pro breui epiſtola quum inquit: Munuſcula omnia, & ſuſpectas literulas vobis iterdico ſub anathemate. Literatus, qui literis præditus eſt. Cuius contrarium eſt Illiteratus, pro rudi & indocto. Literatulus, diminut. eſt. Hieron. contra Ruffi. Videris tibi literatulus & rabi.

Literarius, ria, riū. quod ad literam, vel ad literas ptinet: vnde dicitur Ludus literarius.

Literator, qui literas noſcit, vel docet.

Literatura, ars, quæ de literis tractat: vt eſt Grammatica. Auguſt. lib. viii. Confeſſ. Imperatoris Iuliani tēporibus lege data prohibiti ſunt Chriſtiani docere literaturam & oratoriam.

Literoſus, idem quod literatus. Calſus: Homo mere literoſus.

Lithargyrium, ſpuma argenti quaſi quòd ſit in lapidem compacta argenteum.

Lithargyrus, lapis argenteus.

Lithiaſis, morbus calcularis.

Lithocolla, glutinum quo lapides coniunguntur. Fit enim ex lapide pario, aut marmore cum taurino glutino.

Lithoglyphus, pen. cor. ſculptor lapidum.

Lithologema, penultima correpta, lithologematis ſtrues lapidum.

Lithoron, herba quam doripetron, & torpetrum vocant. Cornucopiæ.

Lithos, Græcè, lapis Latinè dicitur.

Lithoſtrotos, pen. prod. maſcu. generis, & hoc Lithoſtrotum: dictio compoſita ex λίθος, lapis, & στρωτός, ſtratus adpellatur locus lapidibus ſtratus: ſi verbum Græcum proprie interpretari volumus. Verū Lithoſtrota ex Paruulis cruſtis conſtabant, quibus ſolum pauimenti incruſtabatur. Vnde legimus in Euangelio Ioannis: Et ſedit pro tribunali in loco qui dicit lithoſtratos. Varro lib. tertio de Re ruſt. Quum villā haberes opere tectorio atq; inteſtino, ac pauimentis nobilibus lithoſtrotis ſpectandum. Hoc à noſtris dicitur ſectile.

Lithotomia, penult. produ. lapidicina. Lithotomus, architectus.

Liticen, pen. cor. qui lituo canit.

Litigator, & Litigatrix, qui, & quæ litigat.

Litigioſum, dicitur de quo lis eſt.

Litigioſus, qui frequens in litibus verſatur.

Litigium, litis actio. Plautus in Caſſ. Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos.

Litigo, as pen. cor. quaſi litē ago, diſcepto, cōtendo. Mart. Ah miſer & demens viginti litigat annos
Quiſquam, cui vinci Gargaliane licet?
Plau. in Ruden. Qua de re nunc litigatis inter vos?

Lito, as, ſacrificio facto Deos placo, votūq; impetro. Sueto. in Cæſa. Deinde pluribus hoſtiis cæſis quum litare non poſſet, introiit curiam. Huius compoſitū eſt Perlito, quod eſt perfecte lito. Gell. Si hæ res diuinæ factæ, riteq; perlitatæ eſſent, aruſpices dixerūt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe.

Littus per duplex tt, terra quæ ab aquis tangitur: vel quòd alluit, vel quòd aqua ad id allidat, vel quòd id aqua elidat, ſeu quòd fluctibus oblinatur. Et proprie de mari dicitur, Ripa de fluminibus. Ouidius: Campoſq; recepti.
Liberioris aquæ pro ripis littora pulſant.
Sueton. in Nero. Diſpoſitæ per littora & ripas diuerſoriæ tabernæ. Quandoq; etiam Littus dicitur de fluminibus. Vergilius in Diris:
Littora quæ dulcis auras diffunditis agris.
Quum de Mincio loqueretur. Sumitur interdum pro terra mari vicina. Idem Cui littus arandū &c. Interdum pro ſpacio circa aram, à litando, quia ibi litabantur hoſtiæ. Nam ſicut docet Dona. Nauigantes eundo & redeundo, in littore ſacrificabant. Propter quod & vſus obtinuit, vt duplici tt, ſcribatur, quum lato primam corripiat. Cicero tamen in Topi. à lædo deducere videť. Quod quum primam producat, vnico t, ſcribendum erit. A' Littus fiunt Littoreus, rea, reum, & Littoralis adiectiuum, vt arena littorea, & plaga littoralis.

Litura, ræ, ſuperinductio, & complanatio, à lino, linis, vt fit quum ſuperinducto atramento alio'ue liquore ſcripturam, vel picturam deſtruimus.

Lituro, as, pe. prod. cāccello, expūgo. Sidonius Apol. Tunc vel certius te probaſſe reliqua gaudebo, ſi liturāſſe aliqua cognouero.

Litus, a, um, participiū à lino. vide in dictione Lino.

Lituus baculus incuruus, quo ſedētes augures auibus templa deſignabant. Gelli. Lituus eſt virga breuis in parte, qua robuſtior eſt incurua. Dicitur interdum regale ſceptrum, à litibus dirimendis. hoc eſt, ille Romuli baculus, qui poſt Romulum in medio incēdio integer manſit, vt apud Valer. Maxi. Nil in eo præter lituū Romuli integrū repertum eſt. Et Plutach. in Romulo: Lituus conſeruatus eſt in Palatino colle vſq; ad Gallorū tempora, à quibus capta vrbs incenſa fuit. Sed poſtea expulſis à Camillo hoſtibus inter altiſſimas fauillas illæſus, quum omnia ignis conſumpſiſſet, inuentus eſt. Feſtus ſcribit Lituū eſſe genus buccinæ curuæ, vñ vox gracilior exiret, qua qui cecinerit, Liticen dicitur. Vergil. lib. vi.

Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta.

Liueo, ues, ater ſum. Plin.xxii. Cortex vero ſcilicet helioſtrophi liuentibus colorem reddit. Et aliquando inuideo. Pompeius: Malignus homo, fortunis aliorum ſemper liuens.

Liueſco, liquidus fio. Claudianus lib. tertio.
Haud equidem inuideo, nec enim liueſcere fas eſt,
Vel nouiſſe Deos. Huius cõpoſitũ eſt Adliueſco.

Liuidus, proprie dicitur qui ex percuſſu carnẽ nigrã haber, fluxione cruoris, ad eum locũ qui percuſſus eſt. Plin. Tapſiæ ſuccus ſugillatis ac liuidis ꝓdeſt. Hinc Liuidus, pro nigro. Verg.
Quid'ue petunt animæ vel quo diſcrimine ripas
Hæ linquunt, illæ remis vada liuida verrunt.
Quoniam vero, qui inuidia laborant ex edentes ſe dolore, hunc colorem contrahũt, Liuidus ſæpe pro inuido ponitur. Martialis:
Omnibus inuideas liuide nemo tibi.
Huius diminutiuum eſt Liuidulus. Iuuena.
Quibus inuideas ſi liuidulus ſis.

Liuius, nomen hiſtorici Patauini, q res Romanas miro artificio, luculentoq́, ſermone perſcripſit. De hoc Hieron. ad Paulinum, At Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimis Hiſpaniæ Galliarumq́ finibus quoſdam veniſſe nobi'is legimus. Et quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſeculis celebrandumq́ miraculum, vt tantã vrbem ingreſſi, aliud extra vrbem quærerent. Fuit & alius Liuius poeta Comicus, cognominatus Andronicus de quo Diome. Conſtat, inquit, apud Romanos, primum Latino ſermone comœdiam Liuium Andronicum ſcripſiſſe. Gell. lib. xvii. Primus omnium L. Liuius poeta fabulas docere Romæ cœpit, poſt Sophoclis & Euripidis mortẽ annis plus ferè centum & ſexaginta.

Liuor, veſtigium & nota quæ fit ex flagella. Vnde in Eccleſiaſtico legimus, quòd flagelli plaga liuorem facit. Aliquando ſignificat colorem nigriorẽ. Var. Paulatim Liuor in candorem vertitur, & omnis macies è corpore abſcedit. Et quoniã talis eſt color inuidorum, ideo Liuor accipitur pro inuidia. Luca.
Liuor edax tibi cuncta negat. Claud. libro tertio:
Rabiem liuoris acerbi Nulla poteſt placare quies.

Lix dicitur cinis in quem materiæ rediguntur, quum fuerint exuſtæ. Pli lib. xxxvi allegat Varronem dicentem: Lix cinis eſt foci. Et Lix vocatur aqua cineri immixta, vnde Lixiniũ. Et Lix aqua, à lica qui ſecus eſt Herculem deflecti quidam aiunt.

Lixabundus, dicitur q exiguæ mercedis gratia villiſſimis ſeſe obſequiis immiſcet. Plau. Qui famam tuam lixabundus, & nomen fœdas. Cc.

Lixæ, dicti ſunt, qui vilioris quæſtus gratia exercitũ ſequuntur: vt puta lauandi aut coquendi gratia. Silius lib. v. Punicorum, inutile marti Lixarũ vulgus. Scipio apud Liuium Actum Vmbrum appellarſemilixam, quaſi ſemi mancipium, nomine ignominioſo. Varro Lixulas & ſemilixulas vocabulo Sabino ſcribit dici circulos ex farina, caſeo & aqua commixtos, & inter cibaria numerantur. Adpellatiq́; ſunt à cinere, quòd lix cinis foci ſit. Vnde Elixus, a, um, quod coctum eſt cinere ollæ ſuppoſito, & Aulicocium, quod olla coctum eſt. Nam veteres pro olla aula dicebant.

Lixam, aquam veteres dixerunt. Vnde lixæ, de quibus nunc.

Lixiuium, aqua in qua lauandi gratia decoctus eſt cinis, per n, ante i. Colu. lib. xiii. Sunt qui culmos fabæ exurãt, & ex eo quod cremauerint cinere, lixiniũ faciunt. Idem libro vltimo lixinia vſurpat, In olla, inquit, fictili ampla præparatã lixiniam cineris ſarmenti calefieri conuenit.

Lixo, lixas, lixum facio. & vernacula lingua dicimus liſſare. A' quo fiunt compoſita Elixo, & Prolixo, quod eſt lixum facio, ſeu in longum acuo. Columella lib. v. Quare magnopere monẽdus putator eſt, vt prolixet aciem ferramenti, & quantum poſſit nouaculæ ſimilem reddat.

Lixos, colonia in Aphrica, à Claudio Cæſare deducta. Cornucopiæ.

L ANTE O

Loba, æ, milii vel panici racemus, vt eſt apud Var. Locarium, à loco, vbi locare, hoc eſt, collocare te poſſis: ſignificat pretium quod datur in ſtabula & taberna.

Locatarius, qui domum aut fundũ aliud'ue ſimile in locutionem conducit.

Locellus, diminutiuum à loculus. Martialis:
Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli.
Eſt munus, nihil eſt, ipſe locellus erit.

Locito, as, pen. cor. frequentatiuũ formatũ à ſupino, a, in i, mutata Teren. in Adel. Agelli eſt hic ſub vrbe paululum quod locitas, huic demus qui fruatur.

Loco, cas pono, cõſtituo. Liuius lib. i. Caſtra ab vrbe haud plus quinq́ milia paſſuum locat. Verg.
Hic alia theatri Fundamenta locant.
Interdum locare, eſt reponere. Plautus: Dum aulã domi locatam perquirit, oblatam reperit. Interdũ nuptui tradere. Teren. in Phor. Quæſo quòd ſi filiam ſuam vnicam locaret. Hinc Illocabilis, quæ tradi viro non poteſt. Plau. Virginem habeo grandem, dote caſſam atq́ illocabilem. Interdũ affictare, ad adpenſionem dare, vel aduecturam, ſeu ad operam faciendam. Et tunc cui quid locatur, in datiuo ponit, & pretium in ablatiuo. vt, Sex numis aureis operã vel domum tibi meam locaui, vel equum annum totum. Aliquando etiam in adcuſatiuo cum prępoſitione ad, ſi rei non homini locatio fiat. Plautus in Trinum. Ego huic diei nomen trinummo faciam. Nã operam meam tribus numis ego locaui ad artes nugatorias. Sine pretio autem expreſſo, ſed cum datiuo homini. Cicero in Ver. Senonis Menoni nobiliſſimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. Sulpitius Cice. Poſtea quã curauimus vt iidem Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreũ faciendum locarent. i. de eſt, cõcederent pro loco. Huius verbi compoſita ſunt Abloco, q d eſt aliis loco, affitto. Suetoni. in Vitell. Satis conſtat exituro

viaticum defuiſſe tanta egeſtate rei familiaris, vt vxore ac liberis quos Roma relinquebat meritorio, cœnaculo abditis domum in reliquam partem anni abs locaret. Colloco, ſimul loco. Eloco, extra loco. vt quum iumentum vel boues extra locare ſolent agricolæ, & agrum frumentariũ inde male curãt. Quod Colu. lib. i. tangit, quum inquit. Et maxime vexant ſecundum qui boues elocant, eosq́; vt cætera male paſcunt nec induſtria terram vertunt. Et habent penultimam correptam.

Locrus, vrbs ab Aiace Oileo, & Naritiis qui eum ſecuti ſunt, condita apud Locrinũ montem: qui eſt in Brutiis ad extremũ Italiæ, oppoſitus Peloro. Verg. Illic Naritii poſuerunt mœnia Locri.

Inde Locrenſes, quorum rex fuit ipſe Aiax Oileus. hi Epizephirii cognominati ſunt à Zephirio promontorio cui imminent. Autor Plinius à Locris incipere Italiæ frontem, quæ magna Græcia adpellata eſt. Alii ſunt Locri in Græcia cognominati Ozolæ, à malo odore. Alii Opontii Bœotiis finitimi, qui & Epicnemidii dicti ſunt.

Loculamenta, loca diſtincta, ſiue capſulæ in quibus aues & ſimilia nidificare ſeu habitare ſolent, & à loculis deduci videtur. Colu. Vel ſi non ita competit paxillis adactis tabulæ ſupponantur, quæ vel loculamenta quibus nidificẽt aues, vel fictilia columbaria recipiant. Et libro decimo de Apibus dicit. Crepitaculis æreis aut teſtarum plerunque vulgò iacentium, terreatur fugiens iuuentus. eaq́; quæ vel pauida quum repetierit alueum maternum, & in eius aditu glomerata pependerit, vel ſtatim ſe ad proximam frondem contulerit, protinus cuſtos nouum loculamentum in hoc præparatum perliniat intrinſecus prædictis herbis. Deinde guttis mellis reſperſum admoueat, tum manibus aut etiam trulla congregatas apes recondat.

Loculatus, a, um, quod habet diuerſos locos. Varro: Nam vt Pauſanias & cæteri pictores eiuſdem generis loculatas magnas habent arcolas vbi diſcolores ſint ceras: ſic hi loculatas habent piſcinas, vbi diſpares diſcluſos habent piſces.

Loculus, diminu. à locus, ſignificat enim paruum locum. Varro lib. iii. de Re ruſt. Hortenſius familiaris noſter quum piſcinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita ſæpe cum eo ad villam iui. Ponitur etiam interdũ pro ſacculo in quo pecunia ſeruatur, qui alio nomine dicit vulga, & bulga, & marſupium, & capſula, ſiue ſit linea ſiue eborea. Mart. Hos niſi de flaua loculos implere moneta Nõ decet. Interdũ ꝓ feretro quo mortui efferunt, quod aliàs capulum & libitinam vocant. Et loculi pro vulua.

Locuples, pen. cor. generis omnis ſecundũ Priſcia. & tam in i, quàm in e, ablatiuum finit. Cicero in Frumentaria. In prouincia locupleti & referta. Horat. In locuplete domo. Dictus locuples à lata humo. hoc eſt, locorum plenus: qui plera q; loca. id eſt, qui multas poſſeſſiones habet quemadmodum pecunioſus à pecorũ copia. Aſſiduus, ab aſſe dando cognominatur. Pli. lib. xviii. Cognomina etiã prima inde Pilumni, qui pilum piſtrinis inuenerunt. Piſones à piſendo. Hinc & Locupletes dicebãt loci, hoc eſt, agri plenos, Et non modo pro diuite, & loca multa poſſidenti verumetiam pro firmo certoq́; ad quamlibet rem ponitur. Cicero lib. iii. Offic. Accedit eò teſtis locuples Poſſidonius. Poſſet tamen pro bono & magnæ autoritatis capi, & fortè rectius. quemadmodum & illud in eodem lib. comparatiue poſitũ. Quem enim locupletiorem quærimus, quàm principem Pop. Romani, qui retinendi officii cauſſa cruciatum ſubierit vltro?

Locupleto, as, pen. prod. locis & poſſeſſionibus quẽpiam diuitem facio, quamuis etiam ad omnia, ſicut dito, capi poſſit. vt quum quis opibus rebusq́; etiam incorporeis ditatur. Col. li. iii. Vt antè perpenſum & exploratum habeamus, vt locupletet patremfamiliæ vinea cultus. Plau. Viſus eſt paterna hæreditate locupletarier. Huius compoſitum eſt Collocupleto, quod ſignificat valde dito. Terent. in Heaut. Vbi nam eſt fides dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci collocupletaſti Antiphila te.

Locus, proprie dicitur quicquid aliquid continet. Vergilius: Hic locus vrbis erit.

Poniturq́; à Dialecticis inter accidentia ſubſtantiæ, & eſt vna de ſeptem circunſtantiis, quæ ita numerãtur: perſona, qualitas, negotium, facultas, cauſſa, modus, tempus, quæ hoc verſu continentur.

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, quur, quomodo, quã.

Quandoq; Locus dicitur genus. Sall. Natus haud obſcuro loco. Quãdoq; diſtributio temporũ, quæ cuique in ſpectaculum venturo tribuuntur ab ædilibus. Vnde motus loco dicitur, qui ſuas horas non obtinuerit, inter præcedentes & ſecutores. Et Cicero loco motus eſt, quum ex vrbe pulſus. Teren. Noſter grex per tumultum commotus eſt loco. Quum autẽ dicimus, Loco patris te habeo: ſignificamus ea eſſe charitate qua pater eſt, vel eſſe debet. Teren. Si te in germani fratris dilexi loco. Loco verò ſolatii, loco voluptatis, loco honoris: pro iucũdũ, voluptuoſum, & honorificum dicitur. In locum ſubſtitutus. id eſt, in alterius vicem. Quint. Et in locum iuuenis amiſſi ſubſtituit de vanitate ſolatium. In plurali loci & loca. Loci ſedes argumentorum ſunt, quæ intra ſe continent argumenta, & ex quibus ipſa argumenta petẽda ſunt. Ab Ariſtotele topica vocati ſunt. Loca, ſunt in quibus aliquid locatur: quãquam etiam locos in eodem ſignificato dicamus. Vergilius:

Deuenere locos vbi nunc ingentia cernis.

Similiter Locos pluraliter duntaxat, mulieris vuluã ſeu vterum, & vulgò matricem adpellamus. Varro in Orig. Sic loci muliebres in quibus naſcẽdi initia conſiſtunt. Pli. lib. xi. Fœminis eadem omnia præter veſicam & intus vtriculus: vnde dictus vterus, quod alio nomine locos adpellant, hoc in reliquis animalibus vuluam tantum dicimus.

Locuſtæ, ſunt animalia parua infirmas habentia alas (vt inquit Hiero.) quæ quidẽ de terra conſurgentia, altius non valent auolare: ut plus ſint quã reptilia,

& tamen auibus non æquentur. Dictæ Locuſtæ à locis vrendis, ob iacturam quam meſſibus adferunt, tactu multa vrentes, morſu verò omnia erodentes. Vel à loco, & ſto, ſtas. vel à longis haſtis tibiarum, & crurum quas Græci ἄσκελον vocant. Has Parthi in cibo ſumunt. Et diuus domini præcurſor Ioannes locuſtis vixiſſe ſcribitur: ſed contra obſtinatos (licet ſciam magnos viros aliter ſcribere) hoc non me fallit, quòd locuſtis pratorum veſceretur: audiant etiã Grammaticos. Nicolaus Perotus grandi vir autoritate longam facit diſputationem: ſed carptim dicit in India naſci longitudine trium pedum, quarũ cruribus quum aruerint, utuntur pro ſerris. In Cyrenaica lex eſt, vt ter in anno debellentur. In Syria quoq; eas necari militari imperio mos eſt. Nefas eſt credere diuum Ioannem, quem regis noſtri Dei præcurſorem merito vocat, huius cibi impuritate vſum in eremo fuiſſe, crudeli cibo & venenoſo. Sed de Græcis ſunt iſti autores celeberrimi. Eudemus rhetor, Helladius, Eugenius, Zoſimus, Cæcilius, Longinus, Lupercus, Iuſtinus, Pacatus, Pamphilus, Zopyrion tandem & Suidas omnium congregator ita ſcribit Græcè. ἀκρὶς ζῶον ... ἤσθιε δὲ ἀκρίδας ὁ πρόδρομος καὶ μέλι ἄγριον, ὅπερ ἀπὸ τῶν δένδρων συναγόμενον μάννα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται. id eſt, Locuſta animalis parui genus, veſcebatur autem præcurſor locuſtis & ſyluestri melle, quod ab arboribus coactum manna à multis adpellatur. Iſaacius etiam interpres profuſus Nicandri, dicit animal eſſe venenoſum. Plini. lib. ix. dicit locuſtas eſſe piſces: atque beatus Auguſt. libro decimo, Confeſſ. ait Ioannem animalibus, hoc eſt, locuſtis in eſcam cedentibus non fuiſſe pollutum. Sed quid reſpondebunt ſanctæ matri eccleſiæ? inſurgent ne tanquã corybantes, quæ cantat & publicè ſolemnizat.

Præbuit hirtum tegimen camelus
Artubus ſacris ſtrophium bidentes,
Cui latex hauſtum ſatiata paſtum Mella locuſtis.

Vbi illud Locuſtis intelligendum eſt, vt ait Suidas. Ideo concludẽdum eſt, non ſolummodo manna intelligi oportere: verum etiam ſummitates omnium germinantium, vt ſunt etiam corallia roſarum ſylueſtrium & ſpinarũ. Sed cauſſa iſtius erroris fuit, quòd iſta dictio ἀκρίς, ἀκρίδος, duo ſignificet: & locuſtã vermem venenoſum, quoniã ſummitates corrodat, quem Deus aliquã iratus mittit cõtra populos & nationes ſignificet. etiã corculũ germinantium. Id eſt, ipſa germina. An igitur fas dicere virũ tam ſanctum, tam gratũ Deo comedere vermes miſſos cõtra inimicos Dei? Et quare non comedit etiã muſcas & tabanos miſſos contra Pharaonẽ? ſed tẽpore hyemis, vbi erant locuſtæ? ſiliterum ne? Imò aliqui medici interpretantur eſſe rapunculos: & alii doctiſſimi poma ſyluestria: ſed tam ſancto homini pluſ eſt credere manna pro libito cælum fluere, vt tã pretioſum & tam diuinũ corpus ſuſtẽtaret, quiuis Pli. lib. xi. cap. xxix. ait: Parthis & hæ in cibo gratæ. Sed talia mõſtroſa ſunt. Quod etiã Indi comedant, non eſt mirũ: ſiquidem comedunt etiã homines, quos ex finitimis regionibus venantur. Locuſta quoq; venefica Neroni grata, ex Galliis euocata: de qua apud Iuuenalẽ. Dion Græcus hiſtoricus. λουκοῦσταν τινὰ φαρμακίδα περιβόητον ἀγριππῖνα μεταπεμψαμένη καὶ φάρμακόν τι ἄφυκτον προπαρασκευάσασα ἔς τινα τῶν καλουμένων μυκήτων ἀνέβαλε, καὶ μὲν αὐτὸς ἐκ τῶν ἄλλων ἤσθιεν, id eſt, Locuſtam quandã inſignem veneficã Agrippina accerſiuit, & venenũ aliquod ineuitabile in nominatos fungos iniecit, ipſa aũt ex aliis rebus comedebat. Locuſta etiã piſcis eſt ex genere cruſtaceorũ, corpore lõgo, cornua ante oculos bina lõga & aſpera habet: dictus à ſimilitudine terreſtris.

Locutor, ſeu Loquutor, qui nimiũ loquitur. Gellius: Qui ſunt leues & futiles & importuni loquutores.

Locutuleii, ſunt hoĩes in verba prouecti, & blaterones, & linguaces, quorum lingua tam prodigã infrenis q; eſt, ut teterrima quadam colluuione uerborũ fluat ſemper & æſtuet.

Lodex, dicis, penul. producta, lecti ueſtis & operimẽtum: ſiue linteolus quo in lecto vtimur, & frequenter lauatur. Vnde à polluendo Lodices nõnulli exiſtimant adpellatos. Iuuenalis:

Modo ſub lodice relictis Vteris in turba.

Huius diminut. eſt Lodicula. Sueton. in Aug. Ita vt in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret ſeſtertio, vel lodicula inuolutus.

Lodix, dicunt per i, non per c, doctiſſimi quiq;.

Lœdoria, cum accentu in pen. à Græcis dicitur vrbanitas amarulẽta hoc eſt, ioci mordaciores: alio nomine ſcomma adpellatur.

Lœmium, Apollinis cognomẽ quod ei Lydii impoſuerũt ob malorũ expulſionẽ finita peſtilentia. Cæ.

Logica, Latinè rationalis. nam Græci λογικὸν rationale dicunt. Hæc rõnalis philoſophia dicitur, quæ proprietas uerborum exigit, & ſtructuram, & argumentationes: ne pro vero falſum ſurrepat. Boeti. in com. Top. Hæc eſt, inquit, diſciplina quaſi differendi quædam magiſtra, quam Logicen veteres Peripatetici adpellarunt: continens in ſe inueniendi, iudicandi q; peritiam.

Logion, dicaſterium uocatur: hoc eſt, iudicum locus. Logia quoq; uocantur quæ de Deo dicuntur. Logion Chryſoſtomus in Homilia ad Corinthios uocat, collectionem.

Logiſtoricus, contexens rationes, computus & modos hiſtoriarum, ſiue hiſtorice ſermocinans de liberalibus ſcientiis. Quo nomine dictus eſt quidam liber Varronis. Vnde Sidonius ad Namatium, Varronem logiſtoricum ſicut popoſceras & Euſebium chronographum miſi.

Logodædalos, uocãt qui dolum colunt ſermonis ornatu. Cornucopiæ.

Logos, apud Græcos modò ſermonem ſignificat, modò uerbum, modò rationem. Hieronym. ad Paulinũ. Logos Græcè multa ſignificat. Nam & uerbum eſt, & ratio & ſupputatio & cauſſa uniuſcuiuſque rei, per quam ſunt ſingula que ſubſiſtunt. Auguſtinus libro contra Hæreſes: Hermes qui Latinè dicitur Mercurius, ſcripſit librum qui logos τέλειος

adpellitur.id eſt,verbũ perfectum. Apud nos quando q; pro dicto ridiculo ac contẽnendo ſumitur. Cice. pro Gallo: Ego te certò ſcio omnes logos qui ludi dicti ſunt animaduertiſſe. A' Logos fiunt Catalogus, Epilogus, Dialogus, Elogiũ, Analogia, & prope infinita alia, & Logica.

Loligo,pen.produ. genus piſcis quaſi voligo ſecundum Varr. Volitat enim hic piſcis extra aquam ſe efferens. Hic caput inter pedes & ventres habet, quem nunc vulgò calamarium uocant, à thecæ calamariæ ſimilitudine. Habet enim oſſicula duo quaſi cultrum & calamum, & cruorem nigrum atramenti modo, quum externe albus, & quum à uolo,as, habente penul.corre, deſcendat. Loligo autem productum habeat, in metro per duplex ll, ſcribendum puto. Horatius in Sermo. Hic nigræ ſuccus lolliginis. Huius diminutiuum eſt Lolliguncula. Plautus: Emitto ſepiolas lolliguncula.

Lolium, herbæ genus, alio nomine zizania. Hora. Eſſet odor lolium meliora relinquens. Hinc Loliarius,a,um, Colu.li.ix. Cribro uiciario uel loliario q iam fuerit in uſu pulli ſupponant. Verg. Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.

Lolius, genus piſcis admodum parui, & facie à loligine diffidens.

Lombardia, regio Italiæ à Longobardis dicta. quæ ciſalpina Gallia vocabatur. Eius fines ſunt Apennínus, & alpes, & quicquid intra alpeis Benacemq; atq; Mintium amnem continetur: cuius metropolis eſt Mediolanum, à populis qui Lingones Germaniæ & Bardi Galliarum ſunt ſimul mixti: non autem à longis barbis, vt ſolent viri docti ridere.

Lombricus, penul.produ. piſcis qui vulgò lampetra vocatur.

Lomentum, farina fabacea, qua ad eruganda corpora vſa eſt antiquitas. Martialis, Lomento rugas vteri quod condere tentas. Lomentũ Græci λέμμα vocant, quod tritũ ꝓprie ſignificat. Plini. lib. xxxiij. Subtiliſſimũ genus lomẽti quidã tritum uocant, quinis aſſibus æſtimatum.

Longaalba, vrbs in Latio, quam Aſcanius Aeneæ filius ædificauit. Cornucopiæ.

Longæuus,a,um, cũ diphth. quod eſt lõgi æui. Verg. Quem tibi longæuo ſerum Lauinia coniunx Educet in ſyluis. Cicero in Catone: O' miſerum ſenem qui mortem contẽnendam in tam longæua ætate non viderit. Hinc Longæuitas. ἰαλλωιτί δι' αἰών, ἄνερ λέγεται.

Longanimis, pen. corrꝑ. qui eſt perſeuerantis animi, æquanimiter tolerans, à quo Longanimitas, pro tolerantia. Hiero. Longanimitas quæ alibi ſuſtentatio dicit. videtur à patientia differre. Quia qui infirmitate magis, quàm propoſito delinquunt, ſuſtentari per longanimitatem dicuntur. Qui uerò pertinaci mente exultant in delictis ſuis, ferri patienter dicẽdi ſunt. Patientia ergo eſt, qua per ſuperbiã & procaci mente peccantem non ſtatim punit Deus. Longanimitas eſt, qua per infirmitatem & nõ deliberati animi malitiam peccante diu portat.

Longanon, rectum inteſtinum dicitur, quo aluũ purgamus: ſic dictum, quia in longum protẽditur, et nõ eſt ita orbibus implicitum, ſicut inteſtinum tenue. Apitius: Longanones porcinos ex iure Tarentino, farſos cunctos conciſos in cinere pullorum.

Longè, aduerbium, pro longitudine, tam temporis quàm loci. ut quum dicimus longè lateq; diſcurrit. Interdum ſignificat valde. Salluſt. Longè mihi aliena mens eſt. Interdum præcipue. Cice. Illud homini longè optimum eſſe. Huius compoſita ſunt Alonge & Delonge, quæ habent accentum in prima. Longe gentium, ſignificat longè: ſicut nuſquam gentium, nuſquam locorum.

Longinquus,a,um, quod eſt remotum, diſtãs. Cicero M. Catoni: Nõ dubito qd præſentes cenſeant, nos quidã lõginqui & à te ipſo miſſi in ultimas gentes. Aliqũ ſignificat quod in lõgũ tendit. Claudianus: Sic qui vecturus longinqua per æquora merces Mollitur tellure ratem. Aliquando ponitur pro externo & peregrino. ut illud. Si mea longinquus uiſcera piſcis edet.

Lõgiſco, longus fio. Ennius: Neq; corpora firma lõgiſcunt quicquam.

Longitudo, prolixitas. ut, Longitudo dierũ in dextera illius.

Longo, gas, quãuis non ſint in vſu, habet tamen compoſita in frequẽti vſurpatione habita quæ ſunt Elõgo, & Prolongo, quod eſt protraho. Plautus, Quæ mihi annus prolongat promiſſa.

Longobardi, populi Germaniæ, quos à lõgis barbis cognominatos ferũt, & ab Oceano Germaniæ & vltimis oris ueniſſe, nouas ſedes quærentes. Hi Albuino duce Italiam intrauere, breuiq; omnes penè citerioris Galliæ vrbes cœpere. Ibi quum ducẽtis annis regnaſſent, à Carolo magno ſuperati fuerunt: ſed tamen (vt diximus) vt Celtiberi ex Celtis & Iberis fuit una natio: ita Lingones populi Germaniæ, & Bardi Galliarũ populi, facta unione, gentem unam & unum nomen adoliſcuerũt. Et ideo Ponticus vir doctus noſtri temporis Lingobardos adpellat, nõ autẽ Longobardos: quantis autem probationibus prodeat ille vir ſcrupuloſus alii uiderint.

Longurio, idem quod longus. Varro: Hic qui ante me eſt, neſcio quis longurio.

Longurius, pertica longior apud Varronẽ, qui lib. i. de Re ruſti. ait: Secunda ſepes eſt ex agreſti ligno, ſed non viuit. Fit autem palis ſtatutis crebris ac uirgultis implicitis, aut latis perforatis: & per ea foramina traiectis longuriis ferreis binis aut ternis, aut ex arboribus truncis demiſſis in terram deincepſ cõſtitutis. Idem lib. ii. Itaq; in ſtabulis oportet clauſa habere oſtia ac feneſtras, & inter ſingulas à præſepibus interiicere longurios, qui ea diſcernant ne inter ſe pugnare poſſint.

Longus, proprie porrectus. Vergilius, Stant longis innixi haſtis et ſcuta tenentes. Per tranſlationẽ ponitur qñq; pro diuturno. Idẽ, Et longum Andromachæ teſtantur amorem. Qñq; pro magno. unde Longiores dies, maiores dicimus.

dicimus. Quandoq; pro pernicioſo. Idem, Infelix Dido longumq; bibebat amorem. Et Lõgum aduerbialiter, quod ſignificat longo tempore. Martialis, Vtq; tuis longum dominusq; puerq; fruantur Muneribus. A' Longus fiunt compoſita Oblongus & Prælongus.

Lopades, genus conchæ marinæ. Plautus in Paral. Medico addite lopades, echinos, oſtreas. Dictæ ab ollæ ſimilitudine, quæ à Græcis lopas dicitur. Eſt et Lopas veſtis genus, quæ & lope dicitur.

Loquacitas, naturalis loquendi abundantia. Cicer. Torquato, Facit autẽ non loquacitas mea, ſed beneuolentia longiores epiſtolas. Accipitur etiã pro ſtulta & inani loquendi copia.

Loquacito, as, multum loquor. Hiero. Si quando muliercul æ de diuitiis propriis, de filiis, de veſtibus, de mundi uanitatibus garrulando loquacitent, ut moris eſt eis, frangantur.

Loquax, verboſus, garrulus. unde corui & aliæ aues quæ humanam vocem imitantur, loquaces dicũtur. Hinc comparatiuum Loquacior, & ſuperlatiuum Loquaciſſimus.

Loquela, verbum quod in loquendo proferimus.

Loquentia, & Loquiũ, quãuis à loquor deducantur, non tamen eis utimur niſi in cõpoſitione. ut, Breuiloquentia, Breuiloquiũ: Multiloquentia, Multiloquium: Magniloquentia, Magniloquium. Similiter Magniloquus, Multiloquus, Stultiloquus, Blandiloquus, & huiuſmodi quæ habent penultimam correptam. Anteloquium, primus loquendi locus, ſeu principatus loquẽdi. Soliloquiũ, quod ſignificat illius qui contẽplando ſolus ipſe ſecum loquitur.

Loquere, penulti. produ. apud Plautum in Mili. pro loqueris legitur. Loquere lepide.

Loqtor, aris, frequẽtatiuũ. Apul. in Flor. uſurpauit.

Loquor, eris, locutus per c, ſecundum Priſcianũ proprie ſignificat uerba profero. Differunt autẽ ab inuicem Loqui & Dicere: quòd Loqui ſit à natura, Dicere eleganter & facunde. Compoſita uerbi loquor ſunt Alloquor, ad aliquẽ loquor. Cic. Quum pridie eius diei eum allocutus fuiſſem, Alloquimur etiam ea, quæ aut ſummo adfectu, aut extremo periculo narramus. Vergi. Extremum quod te alloquor. Ouid. Nec quia te noſtra ſperẽ prece poſſe moueri: Alloquor. Hinc Alloquium. Amb. lib. Hexa. Dixit Deus non vt per vocis organa quidam ſonus ſermonis exiret, nec vt linguæ motus cœleſte formaret alloquiũ. Colloquor, ſimul loquor, à quo Colloquiũ pro confabulatione, quum ueniunt in vnum locum loquendi cauſſa. Et Collocutores, qui ſimul loquũtur. Circũloquor, per circuitum quendam declaro, à quo Circumlocutio, quam Græci periodon vocant: vt ſi elephanti dentẽ pro ebore dicamus. Eloquor, à quo Eloquiũ. Deloquor, quod eſt de aliquo loco deputato loquor. Varr. Hinc in fanis Sabinis à cella Dei deloquuntur. Interloquor, Obloquor. Præloquor anteloquor. Lact. lib. iiii. Daniel quoq; ſimilia præloquutus eſt. Perloquor, pfecte loquor, & ſermonem perficio. Et habent penul. correp.

Lora, ſiue Lorea, genus potionis eſt, quã Græci deuteriam adpellant, quaſi ſecũdariam: veluti apud nos tertiaria per uini caritatẽ. nam δεύτερος apud Græcos ſecundum dicitur. Fit ex maceratis aqua uinaceis poſt muſtũ acinis expſſum. Non poteſt iure vocari uinum, quamuis inter uina operaria numeretur. Tria eorũ genera. Primum decima parte aquæ addita quàm muſti expreſſa ſit, & ita nocte & die madefactis uinaceis, rurſusq; prælo ſubiectis. Secundum tertia parte eius quod expſſum ſit, addita aquæ expreſſoq; decocto ad tertias partes. Tertiũ fæcibus vini expreſſum, quod fæcatum Cato adpellat. Varro de Vita paſt. Antique mulieres maiores natu bibebãt loram. Dicta Lora, quaſi lota acina. Hæc etiã lenia tenuia vina dicuntur. Plin. lib. xxxii. ait leuiſſimum vinũ celerrime inueterari. Idem ſcribit tenue vinum minus alere, magis ſtomachum nutrire. Cato fæcatum adpellat, quòd fæcibus uini expreſſum eſt. Vinum aqua miſceri Staphilus primus inuenit. Dilutum quoq; uinum dicitur aquatum.

Lorarii, Vide in dictione Lorum.

Lorarii ſerui, qui in ſcenicis fabulis loro vinciebant, aut cædebant quos erant iuſſi. Cato, id genus homines etiam Brutianos adpellat. Quoniã Brutii ignominiæ cauſſa iuſſi ſunt à Romanis, vt magiſtratibus in prouincias euntibus parerent, & præminiſtrarẽt ſeruorũ uice, quòd primi Italiæ ad Annibalem deſciuerint. Vide in Lorum.

Lorica, penul. prod. à loro fit, & eſt munimentũ corporis, quale in imperatorum antiquis ſtatuis videmus, quia loris alligata ſit. Quod ſi ſit in numine, Aegis, idis, dicitur, habetq; in medio caput Meduſæ. Nam (vt interpretatur Varro) è loris de corio crudo pectoralia antiqui faciebant. Proprie vulgariter dicuntur bardæ, ut ſunt equorũ, & ſcuta Græcorum. Non autem ſunt quas vulgò panzerias uocant: quoniam poſtea Galli ſuccuderunt è ferro, ſub id uocabulum, ex anulis ferream tunicam. Lorica in ædificiis eſt quoddam quaſi ſepimentum, & ueluti peribolus quæ nos tuetur à lapſu.

Lorico, as, loricam induo, unde Loricatus, lorica indutus. Pli. Mox ubi pluribus eodem modo ſe coriis loricauit, in dimicationem pergit. Loricatio, apud Iuriſcõſ. accipitur pro ornatu domus ſpecioſo, ac ueluti tectorio, quæ impenſæ ſunt uoluptuariæ. Huius verbi compoſitum eſt Dilorico, de quo alibi.

Loricula, diminutiuũ à lorica, quod etiam in re militari ſignificat munimentum, quod obſeſſores urbiũ conſtruunt. Nam vltra iactum teli foſſam faciunt, eamq; uallo, ſudibus, & turriculis inſtruunt, vt erumpẽtibus è ciuitate poſſint obſiſtere, autor Vegetius lib. iiii. Hirtius in Com. viii. ſic ſcribit: Hæc imperat uallo. xii. pedũ muniri loricamq; pro hac rõne eius altitudinis inædificari. Item pontium frontes, uiminea loricula muniren. Accipitur & pro muro tecti. unde in Deuter. legimus: Quum facies domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundat ſanguis in domo tua: & ſit reus labẽte alio & in præceps ruente. Hiero. contra Pelag. recitat hæc uerba:

Sed pro illo facies murum tecti, tanquã elegantius repoſuit. Facies loriculam tecti. Periodus etiam ſeptum dicitur & circuitus. Vnde & Hiero. capit pro lorica ſeu circuitu apud Ezechielem, & quaſi quadã corona quæ fit i domo, ne facilis in præceps lapſus ſit. Ioſephus quoq; li. vi. Belli Iudaici, ſcrib ẽquòd templum Salomonis, aramq; cingebat ex pulcherrimo ſaxo lorica gratiſſima uſq; ad cubitũ ſurgens.

Loripes, edis penul. corr. qui pedem in modum lori tortum habet. Iuuena. Loripedem rectus derideat Aethiopem albus. Id eſt qui quaſi loro pedẽ ligatum habet: claudus natura vel caſu factus.

Lorum, prima produ. nam Lora habet o, corr. pprie ſignific. corigiam ex corio: & Græcum eſt λῶρον. vñ ponitur pro cingulo. Poetæ Balrheum Veneris, qui Ceſtus dicitur, Lorum adpellant. Lora etiam habenas vocamus, & retinacula iumẽtorũ: zonas quoq; ac volumina ex corio bubulo quibus pugiles vtebantur. Præterea quæcunque ligamina Lora dici poſſunt. Et Loramenta ligamenta etiam quæ ex tabulis fiunt. Gelli. Poſtea videbamus Androdum & leonem loro tenui reuinctũ vrbe tota circum tabernas ire. Hiero. Loramento ligneo circundatum ædificii fundamentũ nõ diſſoluet. Ab hoc Lorũ etiam pro corrigia accipitur qua hoĩes verberantur. Don. Lora apud veteres laura dicebãtur, à laura triumphorũ, ſub qua mos erat captiuos vinctri duci q; p pompam. Ideo ſit ut conditionis reminiſcantur loris cædſitur. vnde Lorarii dicebantur, qui in ſcenicis fabulis parebant iis qui ludis erant præfecti, & vel uinciebant, uel cædebant quos iuſſi erant uincire uel cædere. Tortores quoq; lorarios uocatos inuenimus. Gell. Itaq; hi ſequebãtur magiſtratus, tã q; in ſcenicis fabulis, qui dicebantur lorarii. Itẽ Lora dicuntur corrigiæ quibus lecti & ſellæ inſtruuntur ſuper quibus tomenta vel culcitræ imponuntur. Mart. Nouis linteis loris q;. Hinc etiam funiculus aureus argenteus'ue, qui collo geſtari ſolet, Lorum adpellatur. Inuenitur etiam Lorus maſculini generis, ſicut & corius & collus. Apuleius: Lorũ quẽpiam ſinu ſuo depromit.

Lotophagi, populi in Aphrica apud Syrtes, à loto nomẽ ſortiti, qui ex loto arbore victitãt: cuius fructus ſunt magnitudine fabæ, colore croci. Quorũ cibus tã dulcis eſt, ut aduenis ſcutiat pãtriæ obliuionẽ. Vñ quũ Vlyſſis ſocii delati fuiſſent in Aphricã & guſtaſſent, vix inde abducti ſunt. Hom. li. ix. Odiſſ.

Οὐδ᾽ ἄρα λωτοφάγοι μήδοντ᾽ ἑτάροισιν ὄλεθρον
Ἡμετέροις, ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι.
Τῶν δ᾽ ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν,
Οὐκ ἔτ᾽ ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν οὐδὲ νέεσθαι
Ἀλλ᾽ αὐτοῦ βούλοντο μετ᾽ ἀνδράσι λωτοφάγοισι.
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν νόστου τε λαθέσθαι.

Id eſt, Neq; Lotophagi perniciem voluerunt, ſed ipſis dederunt lotum comẽdere. Horum verò quicunq; loti comediſſent dulcẽ fructum, non amplius renunciare curabant neq; redire, ſed cum ipſis volebant uiris lotophagis lotum comedentes manere, reditusq; immemores eſſe.

Lotium, vrina: à diluendis corporibus adpellatũ. Eſt enim totius corporis lotio: ſicut vrina ab vrinor verbo deſcendit. Suet. Reprehendenti filio Tito, q & vrinæ vectigal cõmentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admouit ad nares, ſciſcitans num odore offenderet. At illo negãte, atqui, inquit, è lotio eſt.

Lotos, & Lotis, idis, propriũ nomen Nymphæ, Neptuni filiæ, quæ Priapũ fugiens in arborẽ ſui nominis uerſa eſt. Ouid. lib. x. Metamorpho.

Amnicolæq; ſimul ſalices & aquatica lotos.

Hæc arbor (vt ſcribit Plin.) inſignis eſt in Aphrica, quã vocant celtim, in dulci cibo (nã myrti modò baccas fert) vt nomẽ etiã genti terræq; dederit, nimis hoſpitali aduenarum obliuione patriæ. Ligno color niger, ad tibiarum cantus expetitur. Quare & à poetis pro tibia ponitur. Quidã arbitrantur eam arborẽ quã Romani ſiciolũ dicunt. Eſt etiã eodẽ noĩe herba in Aegypto, quam Homerus inter herbas ſubnaſcẽtes Deorum uoluptati nominauit. Hæc recedentibus aquis Nili, prouenit ſimilis fabæ, in cuius capite fructus eſt papaueri ſimiliſsimus grana cu milium ex quo incolæ faciunt panem. vnde Pli. lib. xxii. Qui arborem tantum lotum putant, Homerus autore argui poſſunt. Ab hac ſata fit lotometra, ex cuius ſemine ſimillimo porri fiunt panes in Aegypto à paſtoribus, maxime aqua, vel lacte ſubacto. Eſt & alia Lotos, quam multi trifolium dicunt. Eſt & alia Lotos agreſtis in Libya, haſta duobus cubitis longa, ramos plurimos proferens. Quidam etiã Loton milium vocant.

Loxias, Apollo dictus eſt, quòd per obliquum circulum ab Oriente pergit ad Occaſum. Cc.

L ANTE V.

Lubentia, & Libentia, à lubeo & libeo, pro hilaritate & voluptate ſermonum & locorum. Plaut. in Aſina. Lubentiorem te faciam, quàm lubentia eſt.

Lubidinem, veteres dixere à lubeo pro libidine. Cc.

Lubrico, cas, lubricum facio. Iuuenalis,

Qui Lacedæmonio pitiſmate lubricat orbem.

Lubricus, a, um, pe. cor. quaſi labricus. proprie Lubricus locus dicitur, in quo quis nequit cõſiſtere, qualis eſt terra glaciata. Vergilius,

Lubrica conuoluit ſublato pectore terga,

Et ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens.

Inde figurate adoleſcentia lubrica dicitur, quæ facile labitur. Lubricos oculos dixit Cicero, id eſt, mobiles: ſicut dicitur per lubricus, qui eſt in lubrico. Piſcis lubricus, dicitur qui labitur dum tenetur.

Luca, ciuitas Thuſciæ, à qua Lucẽſes dicunt, qui in ea habitant, vel qui in ea orti ſunt. Dicta à Lucumone Ethruſcorũ rege. De hac Strabo: Luca urbs eſt, q; vnà cum regione virorũ probitate floret, & robor militare hinc magnum educitur & equitum multitudo, ex quibus ſenatus militares excipit ordines.

Lucæ boues, ſiue Lucanæ boues, dicti ſunt elephãti. Vide in dictione Elephas.

Lucani, populi dicti ſunt, quòd ea regio ſita eſt ad partem ſtellæ Luciferæ: vel quòd loca æthereã ſint.

id eſt, multæ lucis. Vel à Lucilio duce: vel quòd primitus in luco conſederint. Hi inter Calabros et Appulos ſiti ſunt, & à Sabinis orti. Eorũ regio Lucania, quæ nunc Principatus dicitur. In ea eſt Peſtum oppidũ, et Elea vrbs, Lucania & Petilia metropolis. Horat. Lucanus an Appulus anceps. Eſt & Lucanus, a, um, quod ad lucem pertinet, à quo Antelucanus, a, um. & Anteluco Antelucor.

Lucanica, genus farciminis ex porcinis carnibus à Lucanis populis primum inuenta. Martial.

Filia picenæ uenio Lucanica porcæ,
Puſtibus hic niueis grata corona datur.

Lucanus, nomen propriũ poetæ, Senecæ, uiri undecunq; doctiſſimi, & grauiſſimi tragœdiarũ ſcriptoris nepos.

Lucar, pretium quod ex lucis captatur, uel erogatio quæ in lucis fiebat.

Lucaria feſta, quæ in luco Romani faciebant, qui permagnus erat inter uiam Salariam & Tyberim: pro eo quòd victi à Gallis fugientes è prælio ibi ſeſe occultauerant.

Lucellum, diminutiuũ, paruũ lucrũ. Hora. in Serm. De ſene guſtat: it tecum partita lucellum.

Lucem, claritatem eſſe nemo eſt qui dubitet. Quoniã autem dies clara eſt, quemadmodũ nox obſcura, ponitur quandoq; Lux pro die, & nox pro tenebris: quamuis prima luce, & primis tenebris, non primã partem diei ac noctis ſignificat. prima verò die, pro tota, non pro diei parte. Gellius: Alia luce orta auis in paſtum profecta eſt. Inuenitur etiam Luci aduerbialiter poſitũ ſicut Veſperi. Cicero in Anto. Quis enim audeat luci & in militari uia. Græcum eſt. λύξ λύκος ἔνθεν καὶ λύκος λέγεται, ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ λύχνου οὐκ ἐνδέεται. id eſt, Lux lucis unde lycos lupos dicitur, quoniam noctu luce non egeat. A' Luce fit Lucanus, a, um, & Antelucanus, a, um, quod eſt ante lucis tempus: & Sublucanus, ſub lucis tempore. Plin. lib. xi. Nec omnino prius Vergiliarum exortu ſublucanis temporibus. Lux autem ἀπὸ τῶν λύκων dicta eſt. λύκων enim veteres Græci adpellant primã lucem, quæ præcedit Solis exortum.

Lucens, quod aliunde lucem habet. Vergilius Lucentemq; globum Lunæ.

Luceo, ces, xi, ſplẽdeo, cuius compoſita ſunt Alluceo, ad aliquid ſeu iuxta aliquid luceo. Colluceo, ſimul ſeu totus luceo. Plin. lib. x. Inuſitata genera alitum accepimus, quarum plumæ ignium modo colluceãt noctibus. Diluceo, diſtinctè luceo. Gel. lib. ii. Contrà uerò qui ſex horis poſterioribus naſcitur eo die uideri natum, qui poſt eam noctem diluxerit. Eluceo, extrà ſiue multum luceo. Lactan. lib. vii. Quis tam cæcus, vt exiſtimet ſine cauſſa eſſe facta, in quibus mira diſpoſitio prouidentiſſimæ rationis elucet? Illuceo, lucidus ſum: ſed ad diem pertinet. Liuius: Vbi illuxit recepere caſtra. Sed hic magis eſt ab illuceſco. Plau. in Cap. At pol te, ſi hic ſapiat ſenex atra pix agitet apud carnificem tuo quæ capiti illuceat. Idem in Amph. Nunc te, inquit, quæ manſiſti mitto ut cedas diei, ut mortalibus illuceſcat clara & candida. Interdum illuceſcere, eſt illuminare, et ſplendentem facere. Lactan. lib. vii. Qui Solem cæteris ſideribus illuxit. Interluceo, in medio luceo. Cice. li. iii. ad Heren. Præterea diſſimiles forma atq; natura loci comparandi ſunt vt diſtincti interlucere poſſint. Sed hic Interlucere quaſi internoſci eſt. Pelluceo, per medium transluceo. Quint. Sed ut inter ſe uincti atq; ita coeuntes, ne commiſſura pelluceat. Huius ſignificationis eſt Perluceo & Transluceo. Senec. de Tranquillitate: Quid perlucentes ad imum aquas & circũfluentes conuiuia? Cicero lib. ii. Offi. Quaſi perlucet ex his quas cõmemoraui virtutibus. Colu. li. v. Ve nullo loco transluceat. Polluceo, de quo alibi. Præluceo, antè luceo. Cicero: Ego meis maioribus uirtute præluxi. Reluceo. Vergi. libro. ii. Sigæa igni freta lata relucent.

Subluceo, aliquantum luceo. Ouid. de Meridie:
Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo,
Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies.

Luceres, ſiue Lucerenſes, tertia pars populi Romani diſtributa à Tatio & Romulo: ſic adpellati à Lacumone, ſiue à Lucerio, ſiue à Luco, quem Aſylum Romulus uocauerat.

Luceria, vrbs Apuliæ, quæ & Auſonũ colonia fuit.

Lucerius, Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo aduerſus Tatium.

Lucerna, à Luceo. Græcè lychnus vocat. Cuius priã corripit, quũ tñ in luceo producatur. Iuuenal.
Diſpoſitæ pinguem nebulam uomuere lucernæ.
Lucernarũ uſum primi Aegyptii monſtrauere, ut autor eſt Euſebius lib. x. Præpara. Euange.

Lucernarius, qui lucernam fert. Lucernula diminutiuum.

Luceſcere, eſt clarum fieri. Plautus in Amphyt. Tempus eſt exire ex urbe priuſquam luceſcat uolo.

Lucetius, dictus eſt Iupiter, à luce quã pſtare hoĩbus putabatur: ſic Iuno Lucetia, quòd lucis cauſſa ſit.

Lucibile, quod per ſe lucet.

Lucido, das, lucidum facio, illuſtro, à quo Dilucido, quod eſt declaro, ſeu diuerſis modis clarum facio. Cic. lib. iii. ad Heren. Nam quod in dicendo rei dilucidandæ & magnificandæ cauſſa dolum adpellauimus, id dicendo honeſtius conſilium adpellabimus. Elucido, extra ſeu multum lucido.

Lucidus, a, um, quod eſt clarum, perſpicuum, à quo Perlucidus, & Translucidus. Quintil. lib. viii. Similiter illa translucida & uerſicolor quorundam elocutio res ipſas effœminat.

Lucifer, pen. corr. ſtella. Veneris quum antegrad itur Solem, quam ſubſequitur Heſperus.

Lucifico, as, pen. cor. idem quod lucido, à quo Elucifico. Nonius: Elucificare, luci dare, dictum à luce. Laberius: Si cito fulgẽtis ſplendore pecuniæ uolo elucificare exitum ætatis meæ.

Lucifugus, & Lucifuga, penultima correp. qui fugitat lucem, & gaudet tenebris. Cicero lib. de Fin. Lucifugi, maledici, monſtroſi, etiam aliis amatoriis leuitatibus dediti. Seneca: Lucifugas homines adpellat qui contra naturam uiuunt, qui & lychnobii

dicuntur quaſi lucernaril.
Lucigena, luce genitus, Cc.
Lucilius nomen poetæ, à luce deductum. Hic Satyra tum primus inter Latinos promeruit laudē, & apud Neapolim anno ætatis ſuæ. xlvi. defunctus publico funere elatus fuit.
Lucina, penultima producta, quæ partui præeſt, quod partum ferat in lucem Plinius putat Lucinam dici, quòd oculis præſit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Iunoni facer erat in exquiliis.
Ouidius lib. ii. Faſtorum:
Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,
Aut quia principium tu Dea lucis habes.
Lucinos, dicimus quibus ſunt parui utrinq; ocelli & breuis viſus. Cc.
Luciosus, dicitur qui interdio parum aut nihil videt, veſperi autem ſatis, & huiuſmodi morbus lucio nſu cupatur. Cc.
Lucius, prænomen eius qui primus ita vocatus, quia oriente luce natus eſt. Sic lucia nomē mulieris, pen. cor. proferri debet, contra communem vſum.
Luco, as, licet non ſit in vſu, à luco ſiue à luce fieri puto, cuius compoſita ſunt Colluco, quod eſt ramos ſyluæ decido. Interluco, idem ſignificat. Subluco, ſuccidendo illumino.
Lucretilis, mons in Sabinis.
Lucrifuga, qui lucrum fugit. Plautus, Quum hos huc adii lucrifugas, damni cupidos. Cc.
Lucrinus, pen. prod. lacus Campaniæ in ſinu Baiano, contra Puteolos, propinquus Auerno lacui, adeo vt in maximis quando q; tēpeſtatibus coniungi ſoleat. Dictus à lucro propter multitudinem piſciū qui ibi capiebantur. De vtroq; Martialis:
Dum modo Lucrino modo ſe permittit Auerno.
Lucriones, dicti ſunt qui vndiq; lucrari cupiunt.
Lucrum, à luendo ſi amplius exſoluerent quàm quanti eſſet emptum. A' quo Lucroſus, ſa, ſum, plenum lucro. Plin. lib. xviii. Et auctionibus eam adhiberi locroſum putant.
Lucta conflictus.
Luctantius, Catulus: Romanus ciuis fuit, qui primo Punico bello trecentis nauibus aduerſum Pœnos profectus, ſexcentas eorum naues commeatibus & aliis oneribus impeditas apud Aegates inter Siciliā & Aphricam depreſſit, finemq; bello impoſuit, pacē petentibus hac conditione conceſſit, vt Sicilia, Sardinia, & cæteris inſulis intra Italiam Aphricāq; decederent: Hiſpania circa Iberum fluuiū abſtinerent.
Luctiferum, dicimus ferens luctum. Cc.
Luctificus, a, om, pen. cor. quod luctum inducit.
Luctitor, frequētatiuū. Vnde Priſcianus poſuit apud vetuſtiſſimos Luctito pro luctitor inueniri.
Lucto, as, apud antiquos, & luctor deponens, ſignificat contra aduerſariū, omni adhibita cura confligere: quia in huiuſmodi conatu membra ſoluuntur. Verg. Luctātes ventos. Seruius: Hoc eſt egredi laborantes. Aliqū Luctari, eſt lucta ludere. Lact. Ne qū in laqueos & fraudes illius aduerſarii noſtri cum quo nos Deus luctari voluit, incideremus. Teren. in Hecy. Dictitq; illi annulum ſeſe dum luctat detraxiſſe. Hinc luctatio, ludus quo alius alium nititur in terram proſternere. Cōpoſita ſunt Colluctor. Lact. de Opi. Nam & ille colluctator & aduerſarius noſter, ſcis quàm ſit aſtutus, & idem ipſe violentus. Obluctor, acrius contra aliquem nitor. Col. lib. vii. Sæpe enim vel grauitate lōgioris, vel quū in proſcindendo aut duriori ſolo, aut obuiæ radici obluctatus cōuellit armos. Reluctor, pro repugno. Idem li. i. Nā quū veteri adſtruitur, recens ædificium quaſi aſſurgenti, reluctans oneri cedit. Quint. Quum à me quidā familiariter poſtularent, vt aliquid de ratione dicendi componerem, diu ſum equidem reluctatus.
Luctuoſus, a, um, luctu plenū. Sall. Virorū more pugnantes cruentā atq; luctuoſam victoriā hoſtibus relinquerit. Et Luctuoſus, dicitur qui eſt in luctu.
Luctus, us, non ſolum ploratio dicitur, ſed etiam inſigne indiciumq; mœrentis, ſicut eſt veſtitus niger & pullus. Sæpe etiam ipſe habitus, vultusq;, & veſtis luctus dicitur. Nam in luctu atrati ſunt purpura auroq; depoſitis, quū eluxerunt nigram veſtem exuſſe purpuramq; reſumunt. Antiqui etiam declinabant, Luctus, cti. Accius: Ceſſo hinc ire & rapere lucti veſtem in lecto coniugis.
Lucubro, bras penultima correpta, vigilo, & ad lucernam aliquid compono. Vnde lucubratio, vigilia, & opus quod lucubrando fit. Varr. de Orig. Non ſolum ad Ariſtophanis lucernam, ſed etiam ad Cleātis lucubraui. Liui. lib. i. Sed nocte ſera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. Hierony. in Prolo. Iudith. Huic vnam lucubratiunculam dedi. Sunt & lucubrationes ruſticanæ, veſpertina & antelucana, quando à veſpere & ante lucem conficiunt intra villam opera rei villaticæ conducibilia. Columel. lib. xii. Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem, vel ridicas quinq; conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem.
Luculentus, ta, tum, quod eſt luce plenum, ſplendens. Plau. in Cur. Pulchrum & luculentū hoc nobis hodie euenit prælium. Salluſt. Tum M. Tullius orationem habuit luculentam & vtilem reipub. Hinc aduerbium luculenter, clare, & ſplendide. Hiero. De quorum vitiis moribusq; mirificis, quæ luculenter ipſe conſpexi, libellum ipſe compegi.
Lucullus, nomen viri clariſſimi Romani, qui præclaras res geſſit. hic nobilis diſertus & diues munus gladiatorium ampliſſimum dedit. Prætor Aphricā iuſtiſſime rexit. Aduerſus Mithridatem miſſus, collegam ſuū Cottā Chalcedone obſeſſum liberauit. Cyzicon obſidione ſoluit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eumq; regno ſuo Ponto expulit, qui mox ſuſum cum Tigrane rege Armeniæ ſubueniēte, magna felicitate ſuperauit. Nimius in habitu, maxime ſignorum & tabularum amore flagrauit. Pòſt quum alienamente deſipere cœpit, tutela eius M. Lucullo fratri permiſſa eſt.
Lucumo, proprium viri nomen à quo Lucumedi adpellati, qui poſtea Lucerenſes ſunt dicti. Hi fuerunt Thuſci.

Thuſci. Varro: Dimicantem Romulum cōtra T. Tatium à Lucumonibus. id eſt, Thuſcis auxilia petiſſe.

Lucunter, genus eſt panis piſtorii. Ce.

Lucus, nemus arboribus denſum, Deo ſacrum: à luceo per antiphraſim dictum, eò quòd non luceat, quoniam quum nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus & ſine luce erat. Sunt alii qui nō per contrarium deducāt: ſed propter lumina crebra ſacrificiorū quæ ibi nocturno tempore fiebāt. Dicif etiam Lucus, us pro luce. Teren. Quum primo lucu. Id eſt, prima luce, & quum primum Sol illuceſceret. Lucus Martis, dictus eſt in quo Mars Iliam veſtalē virginem compreſſit, vt eſt apud Iuſtinū & Plutarc. Luculus & Lucellus diminutiua ſunt.

Ludias, legimus fœminas adpellatas. Martia. Ludiā quandam Gaditanam ſaltantem vidimus ſemicinctam. Cornucopiæ.

Ludibrium, proprie vbi ludimus, deridemusq́; & qd ludendi cauſſa expetimus. Vergilius:

Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus. Id eſt, deriſui, & contemptui. Teren. in Hecy. Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. Ambro. de Agnete pro coitus peccato poſuit quum ait. Cum quibus libidinis ſuæ ſe poſſe credebat ludibrium exercere.

Ludibundus, dicitur ludens. Cc.

Ludicrum ſubſtantiuum, dici poteſt quodcunq; luſorium ac ioculare. Liui. lib. i. Et quum his creſcente in dies grege iuuenum ſerias ac iocos celebrare, iam tū in Palatino monte lupercal hoc fuiſſe ludicrū ferūt: & à Palāteo vrbe Arcadica Palantium, deinde Palatinum montem adpellatum. Ibi Euandrum ex eo genere Arcadum, qui multis antè tempeſtatibus ea tenuerat loca, ſolēne allatum ex Arcadia inſtituiſſe, ut nudi iuuenes Lycæū Pana venerantes, per luxū atq; laſciuiam currerent, quem Romani deinde vocauerunt Inuum. Huic deditis ludicro. &c.

Ludicrus, a, um, luſorius, iocularis, leuis. Vergil.

Neq; leuia aut ludicra petuntur præmia.

Vnde ars ludicra, ars hiſtrionica & ſcenica dr̄. Priſc. hic & hæc Ludicris, & hoc Ludicre declinat, quum tamen ſic in declinando ludicria nō ludicra faceret.

Ludifico, cas, derideo, ſeu per iocum & ludum fallo. Plaut. in Caſ. Iam hic eſt lepide ludificatus. Inuenif etiam Ludificor deponens. Teren. in Phor. Ergo ſic me ludificamini.

Ludius, & Ludio, pro ioculatore, hiſtrione: & Ludia, pro ioculatrice. Mart. Hermes cura laborq́; ludiarum. Liui. Acciti ex Hetruria Romam ludiones qui ad tibicinis modum ſaltabant. Ouidius:

Ludius æquatām ter pede pulſat humum.

Ludō, dis, ſi, ſum, ludū exerceo, & conſtruitur cū ablatiuo, interdū etiam cū adcuſat. Sueto. de Aug. Aliqū vt vincat ludit aſſidue aleam. Terent. In Adelph. Ita vita eſt hominū, quaſi quū ludas teſſeris. Interdū Ludere eſt deridere. Plaut. in Aſi. Nec me quur ludatis ſcire poſſum. Interdū decipere. Teren. in Adel. Quur nō ludo hunc aliquātiſper? melius eſt, quandoquidē hoc nunquā mihi voluit credere. Interdum iocari, vulgò ſcrizare, ſolazare. Pli. ad Fab. Ludere me putas, ſerio peto. ant. Iicexit enim ſe non ioco agere, ſed ſerio. Terent. in Adel. Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulisper. Interdum canere, pulſare. Gelli. Is optime ludere à magiſtro eius didicerat. Interdum verſibus ſcribere. Vergilius:

Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.

Interdum amittere. Teren. in Phorm. In illis fructus eſt, In illis opera luditur. Vbi notandum Ludo modo actiuum, modo neutrum eſſe, vt his quæ ſcripta ſunt intelligi licet. Cōpoſita ſunt Alludo, Colludo; vnde Colluſor, ſocius in ludo. Cic. Lenticulam de alea condemnatū colluſorem ſuum reſtituit. Vergi. lib. i. Georgic. poſuit pro ſimul mouere.

Sæpe leuem paleam & frondes volitare caducas,
Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas.

Iuriſconſulti Colludere dicunt aliquos, quum diuerſam partem adiuuant, prodita cauſſa ſua. Sic enim clientem ſuum ſimul cū aduerſario ludunt. id eſt, fallunt ac decipiunt. Deludo, derideo, decipeo. Plau. in Aſi. Furcifer etiam me deluſiſti. Idem: Quid me deluditis, & nocte excluditis foras? Eludo, Illudo. Præludo, antè ludo. Ambr. lib. i. Offic. Qui diſciplinam bellicam vult aſſequi, quotidie exercetur armis: & tanquàm in procinctu poſitus præludit prælium. Hinc Præludium, quod proprie ſignificat præcentionem. hoc eſt, quod ante inchoationem cantus præmitti ſolet, fauoris emerendi gratia. Et hæc habent penultimam productam.

Ludus, dicitur in factis, Iocus in verbis. Et Ludus in ſingulari de priuatis & de exercitatione gymnaſtica quum multorum conuentus ab vno eruditur præceptore. Vnde & pro ſchola & loco ſumitur, in quo exercentur docēturue. Sic dicimus ludū palæſtræ; ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum muſicum, ludum literarum. Sueton. in Cæſ. Formam qua ludū gladiatorium erat ædificaturus conſyderauit. Aſconius. Omnem ſcholam ludū dixere Romanī. Quint. Quia diuitem illis promiſeram patrem in ludum, vēdiderunt tanquàm decepti. hoc eſt, gladiatorū. Cic. de Orat. Tum hoc in ludo non præcipitur: Faciles enim cauſſæ ad pueros deferunt. Et ſtatim pōſt Hæc eſt in ludo cauſſarum ferè formula. Vbi de Grammatices ludo locutus eſt. Seneca: Dionyſius tyrānus de regno eiectus, ludi magiſter factus eſt. De ludo muſices intellexit. Luſus verò & Luſio ad voluptatem magis pertinent ſine ulla arte, & puerorum proprie dicitur. Quint. Nihil me luſus offenderit. Et pauiò pōſt. Sunt etiam nonnulli acuendis ingeniis nō tantum inutiles luſus. Cic. Ex multis luſionibus nobis ſenibus talos relinquant & teſſeras. Vbi de voluptate ſenili locutus eſt. Ponitur tamen quandoq; Luſus pro Ludo, & Ludus pro Luſu. ſimiliter Luſus pro ioco, opponiturq́; ſerio, quemadmodum & iocus. Plinius Iunior Ariſtoni: Quos quantoſq́; autores ſequar facile impetrari poſſe confido. ut errare me ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modo, verum luſus etiam exprimere laudabile eſt. Eodem modo Ludus. Horatius:

Sed tamen annoto quæramus ſeria ludo.

Ludi vero tãtum plurali numero, ſpectacula publica ſignificant. Cicero in Ver. Inter binos ludos. Fueruntq́ apud Græcos quatuor ludorum genera præcipua, ſcilicet Olympici, Pythii, Iſthmici, & Nemæi. de quibus dictum eſt in dictione Certamen. Ludi apud Romanos etiam quatuor erant: Megalenſes Funebres, Plebei, & Apollinares.

Lues, dicitur quũ in vrbe, aut in agro febris aliud'ue morbi genus homines, vel pecora, ſiue vtrunq; corripit. interdum arbores & ſata. Peſtis quæ aut citò occidit, aut citò abiit ab eo quem inuaſit.

Lugdunum, ciuitas Galliæ apud Aquitaniam, quam Plancus quum Galliam comatã regeret, traditur cõdidiſſet. In ea fluuii Liger & Garumna. Hæc vnà cũ tota regione, Senecæ temporibus fatali igne exuſta eſt. Hinc Plotius, qui primus Romæ Latinè Rhetoricam docuit, originem duxit.

Lugeo, es, luxi, luctum, quaſi luce egeo propter continuum luctum. Vel dicitur à luo, quòd luctus vitam hominis ſoluat. Eſt enim Lugere, ualde flere. Lactã. li. iiii. Quis tam facundus, & tam rerum verborũq; copia inſtructus exiſtet? quæ oratio tãta affluentiæ vbertate decurrens? vt illam crucem merito deploret, quam mundus ipſe & tota mundi elementa luxerunt? Eſt & Lugere in luctu. hoc eſt in lugubri habitu eſſe, ex obitu charæ neceſſariæq; perſonæ. Vnde Luctus (vt Cic. lib. iiii. Tuſc. inquit) eſt ægritudo ex eius, qui charus fuerat, interitu acerbo. Scribit Dionyſius Halic. lib. v. Romanas matronas Valerii Publicolam Brutumq; luxiſſe annuũ tempus depoſitione auri & purpuræ: vt eſt illis luctus conſuetudo in neceſſariorũ, cognatorumq; funeribus. Huius verbi compoſita Prolugeo, de quo alibi. Elugeo, quod eſt luctũ depono. Vnde Agretius. Eluxit qui luctũ depoſuit: Illuxit quum lumen aparuit. Liui. Quid aliud in luctu, quàm purpuram & aurum deponunt fœminæ? Quid aliud quum eluxerunt ſumunt? Aliquando Elugere, eſt lugendo deflere. Cicero: Patriã eluxi iam & grauius & diutius, quàm vlla mater vnicum filium.

Lugubris, & hoc Lugubre, penul. cor. quod ad luctũ pertinet: vt veſtis lugubris, quæ defertur pro morte alicuius chari.

Luma, genus ſpinæ quæ in pratis naſcitur, & locis vliginoſis: ſic dicta, quòd agricolæ eam è terra luunt. id eſt, ſoluunt. Hic Lumeta, loca lumis plena. & Lumaria falx, qua lumeta ſecantur.

Lumbago, vitium & debilitas lumborum.

Lumbare, tegmen quo pudẽda teguntur. vt apud Hiere. Sicut tu poſuiſti lumbare iſtud ad lumbos tuos.

Lumbrici, vermes terreni, à lubricitate dicti.

Lumbus, pars corporis qua libido deſignatur. Sunt enim Lumbi à cinctura ad nates, à quibus venereus liquor defluit. Vnde & apud poetas ſumitur quandoq; pro membro pudendo. Plau. Exporrigite lumbos & extollite. Et in Pria. Criſſabit tibi fluctuante lumbo. Dicitur etiã Lumbus de brutis. Hora. li. i. Ser. Curto ire licet mulo vel ſi libet vſq; Tarentum, Mantica cui lumbos onere vlceret ac eques armos. Hinc ſiunt Elumbus, vel Elumbis, & Delumbo.

Lumen, quaſi lucimen: à quo Luminoſus, a, um, quod eſt clarum. Cic. Quæ ſint maximè luminoſæ partes duæ, & quaſi actuoſæ. Hinc etiam Lumino, à quo Illumino, nas, & Relumino, quod eſt lumen reddo.

Luminare, quod lumen habet. Hieron. in Gene. Fecit Deus duo luminaria magna, vnum vt præeſſet diei, alterum vt præeſſet nocti.

Luna, à lucendo dicta, quòd noctu ſola luceat. Alii Lunam quaſi lucem alienam dicunt: quòd lumen à Sole recipiat. Cicero, Tum illa quæ luce lucet aliena. Vel Luna dicitur quòd ſit luminum vna, vtcũq; eſt per Græcorum imitationem eſt. ἄλλως γὰρ φασὶ λέγεσθαι ὅτι σέλας τὸ φῶς καὶ ἄνω, ὅτι ὑπὸ ἡλίου ἀεὶ λαμβάνει σελήνη. id eſt, Græci autẽ aiũt dici σέλας lumen à ſurſum: quoniam lumen à Sole ſumat Luna. Luna, Solis diſcipula, obſequitur curſibus ſupernis, & prout accedit ad Solẽ, vel recedit à Sole, creſcens aut ſeneſcens diſpenſat lumen, & ſic ſemper inſtabile. Ouidius:

Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Eſſe poteſt vſquam ſemper hodierna ſequente.
Si creſcit minor, maior ſi contrahit orbem.

Luna (vt inquit Macro.) diſpenſationibus ſeptenariis luminis ſui vices ſempiterna lege variãdo diſponit. Primis ſeptem diebus dimidiata ſemiorbem oſtẽdit, Græcoq; ſermone dichomene & dichotomos vocatur, quaſi dimidia. Secundis totum orbem cõplet, fitq; plenilunium, quod Græci πανσέληνον vocant. Tertiis rurſus dichotomos efficitur. Quartis fit coitus Lunæ cum Sole, quod Interlunium vocãt, & ſilentem Lunam, & intermenſtruam: Græce ſynodos dicitur. Hinc Plenilunium, quod eſt quũ Luna quintadecima & rotunda eſt. Vel Plenilunium, dicitur Lunæ oppoſitio. Pli. li. xviii. Quum vero occidente Sole orietur ſcilicet Luna ex aduerſo, ita vt pariter aſpiciantur, tunc erit Plenilunium. Interluniũ quum adparere deſierit, & noua fit, & coeſite vel ſilẽti Luna: vnde Lunæ coniunctio, dicitur dies ſilentis Lunæ. Diminutiuum à Luna, eſt Lunula.

Lunaris, & hoc Lunare, quod ad Lunam pertinet. vt, Lunaris ratio. Lunaris annus, qui menſe vno ſuum efficit curſum.

Lunaticus, morbus dictus eſt, quòd eum qui interlunio natus eſt, hunc morbum ferè pati compertũ eſt, qui & Comitialis à quibuſdã etiã adpellatur. Sed diuerſum eſſe oſtendit Firmicus lib. iiii. Math. qui inquit. Et ſi Luna male fuerit collocata, aut ſpaticos, aut lunaticos, aut caducos facit. Eſt autẽ proprie Lunaticus, qui aut ab inſania vexatur certis Lunæ tẽporibus, aut grauatur morbo.

Lunatus, a, um, quod eſt ad Lunæ ſimilitudinẽ factũ, vel quod habet ſpeciem Lunæ. Tres enim ſunt figuræ, creſcentis Lunæ. Nam modo curuatur in cornua, modo in orbem circumacta: vt quum eſt plena & Soli aduerſa. Modo dimidio orbi cæſa: hoc eſt, quum æqua proportione diuiditur. Et ob id à noſtris diuidua vocatur.

Lunenſis caſeus, dicebatur qui magnitudine conſpicuus habebatur, quum ad ſingula milia pondo premeretur. Martialis:
Caſeus Hetruſcæ ſignatus imagine Lunæ.
Præſtabat pueris prandia mille tuis. Cc.

Luo, is, lui, ſignificat perſoluo. Liuius: Vt tandem debito ſupplicio ſcelus lueret. id eſt, ſolueret, ſeu purgaret. Tractum à pecunia, quia apud antiquos pœnæ pecuniariæ fuerunt: ſed Græcum λύω, λύεις, λύει. id eſt, ſoluo, uis, ui. Interdum Luere, eſt ſuſtinere, pati. Iuſti. lib. I. Quicunq; capi potuerũt, ſupplicia crucibus luerunt. Dicimus etiã luo capite, ſicut mulcto & punio. Liuius li. ix. Obſides etiam ſexcenti imperati capite luerunt. Hinc componitur Reluo, pro ſoluo, ſeu repignero. Nam in alia ſignificatione cõponitur à lauo: ſicut Diluo, Proluo.

Lupa, quum ſit fœm. à lupus; ponitur tamẽ quãdoq; pro meretrice, quòd vt illa cibi, ita hæc vel libidinis vel quæſtus appetens ſit.

Lupanar, pen. prod. ſumitur pro turpi meretricum loco. Auguſt. lib. xviii. Ciui. Dei: Meretrices autem lupas vocabunt: vnde etiam nunc turpia loca earũ lupanaria nuncupantur.

Lupanaris, & hoc lupanare, vt ĩfamia lupanaris, apud Apul. pro ſpurca & fœda meretricia. Ambroſ. Cum meretricibus ſcortaberis in contubernio lupanari.

Lupanarium, idem quod lupanar. Vlpia. de Petitione hæreditatis. Licet à lupanario perceptæ ſunt. Nam & in multorum honeſtorum virorum prædiis lupanaria exercentur.

Lupari, ſcortari, meretricari. Acci. Qui cum meretrice per vias habitu noſtro lupantur.

Luparius, qui venatur lupos. Seruius in comment. Geor. Conſtat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare.

Lupatum, idem quod lupus, pro fræno aſperrimo. Vergilius: Preſſiq; negabunt
Verbera dura pati & duris parére lupatis.
Dicta Lupata (ut Seruius inqt) à lupinis dentibus, qui inæquales ſunt. Vnde & eorum morſus vehementer obeſt.

Lupercal, à lupa dicitur locus ſub Palatino monte, ſacratus ab Euandro Pani Deo Arcadiæ, qui Lycæus vocatur. Quamuis quidam ita adpellatum velint, quòd lupa ibi Remum & Romulum nutriuerit. Ouidius in Faſtis:
Illa loco nomen fecit, locus ille lupercal,
Magna dati nutrix præmia lactis habet.
Vel dicitur à luẽdo, quòd ibi per caprum luebatur. hoc eſt, ſacrificabaſ vt ſit dictio ex tribus orationis partibus compoſita: quaſi luere per caprum.

Lupercalia, etiam ſacra quæ in eo loco fiebant menſe Februario, Græci lycea vocant.

Luperci dicti ſunt quaſi ex illorũ myſteriorum ſemine exorti. ſiue (ut Varro putat) quòd lupercalibus in lupercali ſacra facerent nudi in honorem Panos. Cice. inſectatur M. Anto. quòd in lupercalibus, in quibus ſedebat Cæſar amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus ſe lupercum exhibuerit. Nam nudi ſacerdotes luperci currendo luſtrabant ciuitatem, & verberabant prægnantium manus mulierum (ut faciliores eſſent partus) zona ex corio capri. De his Ouidius:
Quis vetat Arcadico dictos à monte lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Lupinus, a, um, quod eſt lupi. Pli. Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit. Lupinus ſubſtantiuũ, genus leguminis, quòd non minus terram appetat, uoraxq; illius ſit, quàm lupus, & tellurem adeò amat, vt quamuis frutetoſo ſolo coniectũ inter folia vepreſq; ad terram tamẽ radice perueniat.

Lupus, Græce λύκος, animal rapax: cuius fœmi. eſt lupa. Et Lupus genus piſcis precioſi, qui variolus à quibuſdam ſturio dicitur. Et ſub oſtia fluuiorum captus, etiã laneus, lanatus ue adpellatur: Martialis:
Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui,
Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas.
Sunt illi cum mugili naturales inimicitiæ. Item Lupus genus eſt fræni aſperrimi, à lupinis dentibus dicti: quia inæquales ſunt. ſiue quia duritiam habent lupini dẽtes, & propterea morſus eorũ aſperrimus. His frænis vtebantur Galli. Ouid. de Triſ.
Et placido duros accipit ore lupos.
Item Lupus eſt inſtrumentũ aduncum, quo vaſa quæ in puteũ fortè ceciderunt extrahuntur, harpax Græco vocabulo, & harpago nominatur. Item Lupus aranei genus, quo nomine etiã dicta eſt herba quæ aſparagi vice mandi ſolet, quæ & Lupus ſalictarius, quòd ſalices ad ſimilitudinẽ vitis aſcendat. Item Lupus (vt Palladius autor eſt) ſerula manubriata vocatur. Lupus eſt in fabula, prouerbium natum eſt, quòd phyſici affirmãt eũ à uoce deſeri quem prior lupus viderit, quod eſſe fertur, quum ille ſuperuenit de quo loquimur, & nobis ſua præſentia amputat facultatem loquendi. Vergilius:
Vox quoq; mœrim
Iam fugit ipſa, lupi mœrim videre priores.
Lupum auribus tenere, prouerbiũ eſt quod in re ancipiti periculoſaq; dici ſolet. Nã q auribus lupũ tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere poteſt ſine periculo. Hieronym. contra Ioui. Origeniſtam. Nunc uero quaſi auribus lupum adprehenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere. Sueto. in Tib. Cunctandi cauſſa erat metus vndiq; imminentiũ diſcriminũ, ut ſæpe lupum ſe auribus tenere diceret.

Lura, os, culei, ſiue vtris ab antiquis dicta eſt.

Luridus, a, um, penultima correp. quod eſt ſupra modum pallidum, quaſi loridum, quaſi loro percuſſum, & liuidum tactum. Hora. lib. Car.
Doletq; partus fulmine luridum miſſos ad orcum.
Hiero. ad Oceanũ, Lurida ora, ſparſum crinẽ, ſqualidas manus, ſordida colla ſummittere.

Lurco, cas, cibum cum auiditate nimia ſumo. Pomponius, Lardum lurcabat lubens.

Lurcones, dicti ſũt guloſi, & bonorũ ſuorũ cõſũptores. Plau. in Perſa. Perẽnis herbæ lurco, edax, furax, fugax. Lucil. Edite lurcones comedones viuite vẽtres.

Luſcinia, auis dicta quòd lugens canat. Hanc philo-

noctuam Græci vocant, quæ peruigil cuſtos, quũ oua quodam ſinu corporis & gremio fouet, inſomnem longæ noctis laborem cantilenæ ſuauitate ſolatur. Hæc auis à poetis quandoq; dicitur Atthis, quaſi Attica. Martialis,

Sic vbi multiſona feruet ſacer Atthide lucus.

Luſcioſus, ſiue Luſcitioſus, & Nuſcitioſus, dicitur qui propter uitium oculorũ parum uidet: quod ſcilicet luſcos imitetur, qui clarius ueſperi quàm meridie cernunt, vt inquit Feſtus. Plaut. in Milite: Aedepol tu quidẽ cæcus, non luſcioſus es. Plinius ſanguine hirci ſanari luſcioſos putat. Hos Græci myopes & nictalopas uocant. Morbus ipſe Luſcio vocatur. Sunt qui ita diſcernant, vt Luſcioſi dicantur qui ad lucernam non uident: Myopes, qui minutius cernunt.

Luſcitus, pen. prod. qui hebeti uiſu eſt, & qui melius noctu quàm die uidet.

Luſcus, qui altero captus eſt oculo: qualis fuit Annibal. de quo Iuuenalis: Portaret belua luſcum. Qũq; tamen dicitur, qui eſt hebetioris uiſus. A' Luſcus, fit Luſco, ſcas, quod eſt, luſcum facio, & oculum eruo. Scribit Iulianus Iurecõſultus, Aquilia lege teneri eum, qui eluſcauerit diſcipulum in diſciplina.

Luſitania, pars ulterioris Hiſpaniæ, quã nunc Portugalliã adpellant. Scribit Plin. Luſum Liberi patris ac Lyſam cũ eo debacchantẽ, nomen dediſſe Luſitaniæ. Hæc Oceano occidentali adluitur: in qua eſt ciuitas Emerita, & Portugalliæ regnum. Luſitanũ littus pollet gemma ceraunio, quod Indicis præferſitt aduerſus uim fulgurum creditur opitulari.

Luſito, tas penacorre. frequentatiuum eſt verbi ludo. Plaut. in Capti. Nam ubi illò adueni, quaſi patriciis pueris, aut monedulæ, aut anates, aut cothurnices dantur, quibuſcum luſitent.

Luſorius, ria, rium, quod ad ludum ſpectat. vt tabula luſoria: qua teſſeris luditur.

Luſtralis, & hoc Luſtrale quod ad luſtrum pertinet. Liui. lib. I. Sacrificium luſtrale in diem poſterum părat. Luſtralia exta, ueteres dixerunt præpinguia: eò quòd Luſtralis. id eſt, quinquennalis bos, dicit eſſe perfectæ ætatis.

Luſtricus, ca, cum, Vnde Luſtrici dies Infantiũ adpellãtur puellarũ octauus, puerorũ nonus: quia his infantes luſtrãtur, & nõĩa eis imponuntur. Et qui eos lũſtrant, Luſtratores uocãtur, & fœminæ Luſtratrices: & qui luſtrãtur, Luſtrati nominantur.

Luſtro, ſtras, circũdo. Lact. lib. ii. Sed Luna, quæ orbem illum ſignijferum triginta dierũ ſpatio luſtrat. Interdum Luſtrare, ſignificat expiare. Liuius lib. iii. Ibi inſtructum exercitum oue, ſue, tauris tribus luſtrauit. Interdum adſpicere, agnoſcere. Cice. lib. iii. Officiorum: Sed quum omnia ratione atq; animo luſtraueris. Interdum ſequi. Vergilius:

At me cum raucis tua dum ueſtigia lũſtro. Interdum patefacere, clarificare. ut Idem:

Poſtera Phœbæa luſtrabat lampade terras.

Interdum inumbrare: vnde Luſtra ferarũ cubilia, & lupanaria per contrariũ dicimus: quia parũ illuſtrãtur. Interdum circunſpicere. Vergil. lib. iii.

Omnia colluſtrans hanc primum ab littore claſſem Conſpexit uenientem. Et luſtrare, quod vulgò dĩmonſtrã facere. Cuius ſententiæ duo ſunt verba: recognoſco ſcilicet, et recẽſeo. Huius uerbi cõpoſita ſunt Colluſtro, quod eſt circũſpicio. Cicero lib. v. Tuſcula. Ego a ſit quum oĩa colluſtrarẽ oculis, animaduerti columnellã. Illuſtro, Perluſtro, quod eſt, pſpecte circum reuideo. Liuiu: lib. i. Hercules adprimã aurorã excitus, quũ gregem perluſtraſſet oculis.

Luſtror, aris, depones. ſignificat ſcrutor, à luſtris abditis locis. Plautus in Pſeu. Luſtrantur, luxantur, comedunt quod habent.

Luſtrum, ferarum habitaculũ in ſyluis, à luto: quòd fit lutoſa lacuna. Vergilius,

Non abſunt illis ſaltus ac luſtra ferarum.

A' qua ſimilitudine ii qui in locis abditis ac ſordidis deſidiæ & ventri indulgent, in luſtris uitam agere dicuntur. Propter quod & Luſtra dicuntur popinæ, & lupanaria, vbi habitãt lupæ. id eſt, meretrices. Cicero lib. ii. Philippi. Quũ omnes impuritates impudica in domo quotidie ſuſceperis, uino luſtris q; confectus. Idem Caſſio. Quæ autem in luſtris & in vino cõmẽtatio potuit eſſe? Et Luſtrum dicitur ſpatiũ quinq; annorũ, à luendo, id eſt, ſoluendo, quòd quinto quoq; anno uectigalia & tributa ſoluebantur, & vrbs luſtrabatur, id eſt, ſacris purgabatur, quæ purgatio urbis etiam Luſtrum dicebatur. Liui. li. ii. Omnes centuriæ & equites in campum Martiũ conuocati, ſue, oue, tauro cæſis immolarunt, quod Luſtrum eſt dictum, ſic q; à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen Luſtri. Quia uero cenſus ipſe ſiue Luſtrum ſingulis quinq; anni habebatur, cenſorũ magiſtratus, inualuit conſuetudo, ut Luſtri adpellatione ſpatia quinq; annorum adpellentur.

Luteolus, diminutiuum à luteus. Vergilius,

Mollia luteola pingit vaccinia calta.

Luter, uas quo uinum diluitur. Id eſt, aquã miſcetur. Nam & Luto & Loto pro diluo à veteribus vſurpatum eſt.

Luteſcere, ſignificat lutum fieri.

Luteus color, rubeus, ſanguinolentus, nã eſt ſanguini cõſimilis, à λύθρον, q eſt cruor. Gellius Latinum putat, & à luce deduci, ait enim, Luteus quàm ruſfus color eſt dilucidior. Vnde nomen quoq; factũ uidetur. Alii à luo, quòd ſit quaſi dilutus. hoc eſt, ſolutus, & decoloratus ruſfus. Eſt enim Luteus color, dilutior rutilus, qualis eſt color auri. Vñ violæ eius coloris, Luteolæ dicitur. Et Lutea herba, quã chryſocolla tingitur, quæ naturã lini ſeu lanæ habet ad ſuccũ bibendũ. Et vitellum in Ouo, Ouiluteũ vocamus. Idẽ color cærinus vocatur, à ceræ colore. Idẽ & flammeus dicitur. Plin. Lutei video honorem antiquiſſimum, in nuptialibus flaminis totum fœminis conceſſum. Hinc flammea adpellabant veſtimẽta lutei coloris, quibus flaminica vtebatur. Lucanus,

Lutea demiſſos velarum flammea vultus.

Huius nominis prima producitur: Perſius,

Iam chlamydes regum, Iam lutea gauſapa captis,

Iuuenalis vero primam corripuit.

Iracundæ & luteo Vulcano ad Rhetora miſit.

Luto,tas,luto inficio:unde Lutatus,luto infectus. A' Luto,ſunt compoſita Deluto, & Eluto,de quibus ſupra in ſuo loco dict. De luo.

Lutræ,ſiue Lytræ,(vt docet Varro) ſunt fibrorum genere ſecundum,quia radices arborū in ripa ſuccidūt. Hodie in Boriſthenis ripa & Sarmatia tota plurimæ. Poſſunt eſſe & à luendo uideri nominatæ,quia in aquis ſe luteſcūt,unde enhydrides Græcè nominantur. Plin.lib. viii. Cauda piſcoſi fibro,cætera ſpecies lutræ:vtriſq; aquaticum,utriq; mollior pluma pilus.

Lutū,cœnū,ſiue ſordes. Habet primā corre. Iuuena. Compoſitiq; luto nullos habuere parentes.

Hinc Luteus,tea,teum,quod eſt ex luto. Tibul.

Sed nimius luteo corpora tingit amor.

Eſt autem Lutum à luo,luis, ἀλλὰ ἄπαντα ταῦτα ἀπὸ τοῦ λύειν, ὅ ἐστι λυμαίνεσθαι,id eſt, Sed omnia hæc à uerbo Græco λύειν,quod eſt ſoluere,ut ſupra diximus.

Luxo,xas,ſoluo. Plini.lib xvii. Aut circumfoſſor, vel etiam ſubarator imprudens luxault radices. Vnde Luxa ſiue Luxata membra,dicuntur locis ſuis mota & ſoluta. Et Luxati dicuntur quorum membra ſuis locis mota ſunt. Idem: Altheæ radix decocta luxatis prodeſt. Hinc Luxurioſi dicti ſunt,qui in re familiari profuſi atq; ſoluti ſunt.

Luxurio,ris, & Luxurior, riaris (ſi Diomedi credimus) hanc habet diſtantiam: quòd Luxurio fit in laude, Luxurior in crimine. Significat Luxurio, nō laſciuiam mentis:ſed habitudinem corporis. Vergilius libro tertio Georgicorum.

Luxuriatq; thoris animoſum pectus. Cor. Seuerus. Luxuriantur opes,atq; odia longa grauantur.

Vtrunq; tamen pro ſuperabundare, profundere, & laſciuire,ſine diſcrimine ponitur. Plin.lib.xviii. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni:in calidis ſerius, ne ante hyemem luxurient. Tibullus,

Luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis.

Liuius lib.1. Poſitis externorum periculorum curis, ne luxurientur otio animi,quos metus hoſtium diſciplinaq; militaris continuerat. Colu.lib.iii. Cacumina virgarum ne luxurietur dimutilato. A' Luxurior, fit cōpoſitum Eluxurior, quod eſt, extra luxurior. Idem in eodem: Quis ſi pingui agro validis uites depoſueris,pampinis magis eluxuriabuntur.

Luxurioſus,a um,ponitur pro nimium abundāti. Cic. de Orat. Gemmare uites,ſitire agros,lætas ſegetes,luxurioſa frumenta. Tunc enim in ſegetes ſolent immitti oues,vt eas paſcant.

Luxus,xus, Luxuria & Luxuries, nō ſolū pro re Venerea,ſed etiā & ferè ſemp, ꝑprieq; pro oī ſug ſluitate,& nimia profuſione,& ſumptuoſiore cibi,ueſtitus,& aliarū rerum cura dici ſolent. Cic.lib.i.Offic. Intelligimus quàm ſit turpe deffuere luxuria, delicate ac molliter uiuere. Idem in Verrē Act. pri. Quas res luxuries in flagitiis,crudelitas in ſuppliciis,auaritia in rapinis.&c. Vergil.lib.i.Georgico.

Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Idem

At domus interior regali ſplēdida luxu Inſtruitur.

Luxus etiā pro ſplēdore ponit. Claudianus. lib.ii. Sub tua purpurei uenient ueſtigia reges,

Depoſito luxu.

L ANTE Y.

LYæus,cum diphthōgo dictus eſt Bacchus, λύω, ſoluo.eò quòd mentem & membra vinum diſſoluat,vnde ſequitur paralyſis. Vergilius, Regale,inter menſas laticemq; lyæum.

Lycæus, vnus ex centauris.Cc.

Lycæum, fuit Athenis ſchola Ariſtotelis:ſicut Academia Platonis,in qua περιπατῶν, id eſt, deambulans philoſophabatur. Vnde Peripateticorū nomen eſſe fluxit. Fuit & Lycæum gymnaſiū Ciceronis in Tuſculano,à nomine ſcholæ Ariſtotelicæ. de quo libr.i. de Diuina.ſic refert: Nuper quum eſſem cū Q.fratre in Tuſculano diſputatum eſt. Nam quum ambulandi cauſſa in Lycæū veniſſemus. Id enim ſuperiori Gymnaſio nomen eſt. Huius nominis penultima producitur à Cicerone in illo verſu:

Inq; Academia umbrifera,nitidoq; Lycæo,

Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Lycæus,cū diphth.mons Arcadiæ, q Pani Deo ſacer eſt,& ubi tēplū bicornis Pauni. A quo Lycæa,ludicra illi ſacrata,à nobis lupcalia ſunt,dicta à lupis:q ad expiandos manes fiebant. Ouid.lib.ii.Faſto.

Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Dictus Lycæus ἀπὸ τῶν λύκων, id eſt, à lupis:qbus propter frequentiam pecudum abundabat.

Lycaon,Calliſtonis pf & Titani ac terræ filius, Arcadiæ rex:qui(vt in fabulis fertur)à Ioue in lupum cōuerſus fuit,quòd Iouē hoſpitem necare molitetur.

Lycaonia,regio Aſiæ:medium quodāmodo loci & arcem occupat. Sunt qui ſcribant Lycaoniā eſſe partem Arcadiæ, quæ in Peloponneſo ſita eſt, à Lycaone rege Arcadiæ cognominatā. A' Lycaonia,ſit Lycaonius,a,um. Ouidius de triſtibus:

Quæq; Lycaonio terra ſub axe iacet.

Lycaones,populi ſunt in Aſia minore propè Lyciā, vt Ptolemæus lib.iii.ſcribit.

Lycaſtus,urbs Cretæ,à luporū multitudine,quæ ibi eſſe perhibetur.

Lyce,lux Latinè,dicitur:vnde Lycigenes,id eſt, lucē generans Sol.

Lychen,grauiſſimi morbi genus, & à mento ferè incipit oriri,ideoq; à veteribus ioculari quadam laſciuia mētagra adpellatus. Occupat pleriſq; totos vultus,oculis duntaxat exceptis:& in colla, pectusq;, ac manus,fœdæ vitiū furfure deſcendit.Cc.

Lychnites,pen.produ marmor album, quod in Paro inſula effodiebatur,ſic cognominatum, quòd ad lucernam in cuniculis exæderetur,ſicut Plin. lib. xxxvi. teſtatur. Eſt etiam hoc nomine gēma ardens,à lucernarum accenſarum præcipua gratia.

Lychnobii,dicti ſunt,qui loco dierū noctibus vtuntur,et ad lucernas viuunt:quaſi lucernarii.vt Seneca in vltī.epiſt. Nihil cōſumebat niſi noctem. Ita q; crede dicēſibus illum quibuſdam auarum & ſordidū.

Vos (inquit) & lychnobium dicetis.

Lychnuchi, Græcè nominantur,quicquid lucernas ſu

ſtinet: quã Thucerniſtri. Differunt Lychnuchi & Lychni, ab elychniis. Lychnuchi, lychnos, id eſt lucernas amplectuntur. Lychni, ſiue quod idem eſt, Lychniæ, continent elychnia, id eſt, funiculos qui ſtant in oleo et peruruntur: quos Græci triallidas & phlomos adpellant.

Lychnus, Latinè lucerna. Varro, Lucerna à luce dicta eſt, aut ab eo quod vocant Græci λύχνον. Plaut. Lychnum emſige parſiper, vt videat anus vbi pedes ponat. Hinc Ellychniũ, quod lucernis adhibetur ad lumen præſtandum. Eſt enim funiculus ille, qui incẽſus flámam nutrit. Lychnus pẽſilis, eſt quam vulgò lampadem uocant. Vnde ſcribit Plin. lib. xxxiiii. Lychnos penſiles in delubris placuiſſe. Quamuis & de candelabris orichalceis dici poſſit lacunaribus adpenſis: ſicut veteres Lychnum penſilem dixerunt. Dicitur etiam hæc Lychnia. Seruius vero oſtendit Lychnius dici, & non Lychnus, quum primam corripi dicat: quod fieri non poſſet, niſi poſt ch, ſequeretur i, & triſſyllabon fieret. Vergilius,
Dependent lychnii laquearibus aureis.

Lycia, prouincia ſeu regio in minori Aſia, finis Pamphyliæ ex parte Oriẽtali, ſic cognominata à Lyco Pãdionis filio. Hæc Termile primum dicebatur, ſicut Herod. li. i. ſcribit. In ea Patara vrbs, Xãthus fluui?, et Chimæra mons. Ibi regnauit Rhadamantus, Iouis ex Europa filius. Hinc Lycius, cia, cium. Vergil.
Vnamque Lycios fidumq; vehebat Orontem.

Lycidas, eſt nomen centauri: & paſtoris proprium apud Vergilium. Cc.

Lyciſca, canis natus ex lupo & cane. Hunc Plinius Crocutam vocat.

Lyciſca, canis eſt nomẽ, à lyco lupo. Vel quaſi Laceſſa, id eſt, ex Laconia: qa inde veniunt optimi canes.

Lycius, Apollo dictus eſt. à lyco lupo: quòd ſicut lupi pecora rapiũt, ita ipſe humorẽ haurit radiis. Priſcianus: Græcorũ primã lucẽ quæ præcedit Solis ortũ, λύκην adpellarunt, ἀπὸ τῆς λύκης, id eſt, à luce: Idq; temporis hodie quoq; lycophos cognominãt. Et Lycii Apollinis oraculũ: quia in Lycia maximæ claritatis fuit, ob luporum interfectionem.

Lycoctonos, aconiti genus, quod lupos occidit.

Lycomedes, Creontis filius.

Lycon, nomen philoſophi Pythagorici. Fuit & alius Lycon Socraticus, ſiue Peripateticus, eloquens, et in dicẽdo ſuauis: adeo vt pro Lycon Glycon nominaretur, quod ſignificat dulcedinẽ. Hic fuit cultu & ueſtium mollitie nitidiſſimus. Lucta & pilari luſione exercebatur. Periit podagræ morbo, annos natus ſeptuaginta quatuor. Tertius Lycon fuit poeta. Quartus epigrammatum ſcriptor.

Lycophos, quod nos primum tempus lucis nominamus.

Lycophron, Periandri Corinthiorum tyranni filius. Eſt & nomen poetæ Græci. Suid. Λυκόφρων Χαλκιδεὺς ἀπὸ Εὐβοίας υἱὸς Σοφοκλέους θέσει δὲ λύκου τοῦ ῥηγίνου γραμματικοῦ, καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν. id eſt, Lycophron Chalcidenſis ex Eubœa, filius Sophoclis Grammatici tragædiarum poeta.

Lycopolis, vrbs Aegypti, à lupis dicta: quòd Aethiopes Aegyptum incurſantes, lupi facta acie uſq; ad urbem Elephantinam repulerunt. Ibi Aegyptii Lycopolim condiderunt: à beſtiis illis ei nomen imponentes.

Lycos. Latinè lupus: vnde hæc deducũtur. Lyciola, paſtoris nomen. Lycimnius, & Lycinius propria.

Lyctoria, vrbs Cretæ. Cc.

Lyctos, oppidum Cretæ, ſub Idomenei imperio. A quo Idomæneus Lyctius eſt adpellatus.

Lycurgus, nomen proprium Lacedæmonum regis: qui fuit philoſophus, & Lacedæmoniis leges ſanctiſſimas condidit. Adſtrictis ciuibus iuramento, quòd tandiu eas intemerate obſeruarẽt, donec ipſe rediret, è patria nũquàm rediturus emigrauit. Vide Plutarch. Fuit & alius Nemeæ regionis rex, & alius rex Thracum.

Lycus, nomẽ propriũ viri: quo nomine multi uocati ſunt. Vnus Troianus: de quo Vergilius: Fata Lyci. Alter Thebanus ignobilis, qui regnum Thebanum occupauit: Item alius Thebanus rex. Alius Pandionis filius, qui à ſe Lyciam nominauit. Alius Lycaon Calliſtoos pater, Arcadiæ rex: qui quũ ſolitus eſſet hoſpites necare, in lupum à Ioue conuerſus eſt. Fuit & alius Lycus, Priami filius. Item unus è centauris. Item Lycus fluuius Aſſyriorum, qui Tigri immiſcetur. Ouidius lib. iiii. de Ponto:
Huc lycus, huc ſagaris, peneusq;, hipanisq; cratisq;.
Et Lycus Græcè, lupus Latinè dicitur. ab λύκη, id eſt, à prima luce: quòd id tempus maxime aptum ſit rapiendo pecori.

Lydia, regio in maiori Aſia. à Lydo, Athyis Mæoniæ regis filio, & Tyrrheni fratre cognominata: q flexuoſis Mæãdri amnis recurſibus perfuſa, ſup Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis uicina, ad Septẽtrionẽ Miſiæ, Meridiana parte Cariam amplectẽs. Hæc antè Mæonia uocabatur. In hac ſunt vrbes Epheſus, Colophon, Clazomene, & Phara.

Lydo, dis, uerbũ antiquũ. ſignificat cõſtringo, deleo. Cuius cõpoſita ſunt Allido, Collido, & Illido, quæ habent penulti. produ.

Lydus, da, dum, poſſeſſiuum. quod eſt ex Lydia. Lydi (autore Herodoto lib. ii.) primi aurũ argentũq; percuſſerunt, primiq; cauponas inſtitoresq; fuerũt. Dicitur Lydus, a, um, & Lydius, dia, dium.

Lydus, Herculis filius ex Iole. Alter filius Athyis, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio ẽ adpellata. Nã quum propter terræ ſterilitatem fratres ſimul ferre non poſſet. Tyrrhenus ſorte iacta diſcedens, cũ ingenti multitudine ad Italiam veniẽs, eam tenuit partem quæ ad mare inferum uerſa eſt, & à ſe Tyrrheniam nominauit. Lydus vero remanens, Mæoniam de ſuo nomine uocitauit.

Lyenteria, inteſtinorum diſſolutio, λύω enim diſſoluo, ἔντερον inteſtinum. Hanc noſtri leuitatem inteſtinorum uocant, quum cibus non perficitur, ſed incoctus egeritur.

Lygæus, Latinè tenebricoſus. Vnde Homerus Lygæam noctem uocat.

Lygdamus, nomen eſt viri proprium. Cc.

Lygos, vrbs quæ nunc Conſtantinopolis dicitur. Cc.

Lympha, à noſtris aqua: per mutationé n, in l, quaſi Nympha. Nam proprie dicitur Nympha.

Lymphatici, furioſi, inſanientes: qui uitium ex aqua cótraxerunt, quod eſt huc atq; illuc diſcurrere. Plin. lib. xxv. ſcribit, hellebori mederi melancolicis, inſanientibus, lymphaticis, elephantiæ, & tetano. Nam creditū eſt ab antiqs, qui in fonte imaginem Nymphæ vidiſſet, furore pcipi, quos Græ. νυμφολήπτους Latini Lymphatos uocant. Tales ſunt ferè ii, qui cerriti & laruati dicuntur: quaſi Cereris ira, aut laruarum occurſatione uexati. Plaut. Laruatus certe es, aut cerritus. Et alibi. Iube hanc pro cerita circūferri. Horatius libro primo Carminum,

Mentemq; lymphatá Mareotico Redegit in ueros timores. A Vergilio dicitur Lymphata regina, pro mente cómota, furiata. A Lympha etiam (vt Priſcia. inquit) fit Lymphor, aris.

Lymphatum vinum, est quod plus ſatis habet aquæ: meracius, quod eſt ſine aqua. Cc.

Lympidus, da, dum, pen. cor. planus, politus, clarus. Hiero. in lib. Regum: Elegit ſibi quinq; lympidiſſimos lapides de torrente.

Lynceus, a, ceum, adiectiuū. à lynce. Vñ qui acute uidét, Lynceos oculos hře dicunť. Hora. in Sermo. Ne corporis optima lynceis Contéplere oculis.

Lynceus, nomen proprium eius, qui fuit vnus ex Argonautis, acutiſſima oculorum acie præditus: qui dicebatur uidere ultra parietem. & (vt hiſtorici tradunt) conſpexit nouiſſimam Lunam primamq; eodem die in ſigno Arietis: quod paucis mortalium contigit uidiſſe. Vnde Horatius: Solus nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia paſſuum proſpexiſſe ſcribit: ſolitumq; exeuntem à Carthagine claſſem Punicam, numerumq; nauiū, ex Lybycana ſpecula manifeſtiſſime notare. Solinus refert fuiſſe Strabonem.

Lyncuriū, gēma q̃ è lyncis urina coacta eſt. Ouid. E' quibus (vt memorant) quicquid veſica remiſit, Vertitur in lapides, & congelat acra tacta.

Lyndus, ciuitas Rhodi: vbi ſacra Herculis maledictis et execrationibus ſolebát celebrari, à qua Lyndii dicti ſunt. Fuit & altera Lyndus in Dorica regione.

Lynoſtrophon, herba quæ exulcerare ueſicá exiſtimatur, quam & marubium uocant. Cc.

Lynter, gener. Ex mi. genus paruæ nauiculæ è cauata arbore factæ. ab λουτήρ (teste Priſciano) prima diphthongo abiecta o, & n, interpoſita. Conſtant autem Lyntres ex ſingulis arboribus quæ vulgò cauæ dicuntur, ad traiiciendas flumine trabes. Vergilius lib. i. Georgi. Cauat arbore lyntres.

Hæ enim non in pelago, ſed in fluuiis ſtagniſq; palo aut conto aguntur. Ponitur etiá quandoq; pro quodam dolii genere, vt oſtendit Cato. Tibullus pro natia, quæ eſt lignum cauatum ut nanis, poſuit: quo in vindemiis ruſtici vti ſolent.

Aut mihi ſeruabit plenis in lyntribus vuas,
Preſſaq; veloci candida muſta pede.

Lynx, proprium nomen regis Scythiæ: qui quũ cogitaſſet occidere Triptolemum, à Cerere in lyncé animal conuerſus fuit. Eſt autem Lynx, ſeu Lynca, ex luporum ceruariorum genere, vario colore, & maculoſo tergore, & acutiſſimo uiſu. Vergil. Maculoſæ tegmine lyncis. Huius vrina in calculi duritié vertitur, & ea fit gemma. Lynx etiam auicula paulò maior quàm fringilla, colore vario, linguam ſerpentibus ſimilem habens, quippe quam in longitudinem menſura quatuor digitorum porrigat: collum circũ agit in auerſum: vnde torquilla à vulgo nominatur: quamquam turbo ab antiquis.

Lyparis, gemma: cuius ſuffitu omnes beſtiæ dicuntur euocari.

Lypote, dici poteſt apud nos defectiua. Nam ab λείπω, quod deficio eſt, deducitur. Figura eſt, quũ minus dicitur, & plus intelligitur: vt apud Vergilium, Quid prodeſt quòd me ipſe aio nō ſpernis Amyntha. id eſt, libentiſſime amas.

Lyra, inſtrumentum muſicum: vbi quot ſunt fides, tot reſonát voces ἀπὸ τοῦ λύρειν, quod eſt canere. Hinc poetæ Lyrici dicti, quod ad lyrá ſua carmina cantabant: ſtatuebaturq; eis chorus quinquaginta uirorum, ac tauro donabátur. Et carmen ipſum Lyricū. Hanc eandé poetæ chelym uocant. Et Lyra ſignum cœleſte eſt. Varro lib. ii. de Re ruſti. Hoc ſecundum aſtri exortum facio, quod Græci uocát Lyrá, fidem noſtri. Lyra cadit quarto nonas Februarii, uel (ſecundum aliquos) calendis Februariis, & noctu quando occidunt terga Leonis, ut Higin. ait. Ouidius,

Illa nocte aliquis tollens ad ſidera vultum
Dicet, vbi eſt hodie, quæ lyra fulſit heri?

Hanc lyram effecit Mercurius in Mityleno monte Arcadiæ. Inde Orpheo traditam dicunt. Alii autumant conceſſam Orpheo ab Apolline poſt repertā citharam. Interfecto Orpheo, Muſæ in cœlo lyram collocauere. Alii dicũt eſſe lyrá Arionis citharœdi, qui fuit tempore Cipſelli tyráni Corinthiaci: qui primus fuit omnium citharistarum. A' Lyra etiá, cuius prima corripitur, fit Delyrus, ra, rum, penul. cor.

Lyricen, pen. cor. qui lyra canit: cuius ſignificationis eſt etiam Lyriſtes. Sidonius, Alceo potior lyriſtes ipſo. Sic enim dicunt Lyriſtes, vt Pſaltes.

Lyſander, Lacedæmonum imperator, homo factioſus: qui odium totius Græciæ in Lacedæmonios cōcitauit, & à Thebanis occiſus fuit.

Lyſanias, orator Græcus. Alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit.

Lyſias, orator iucundiſſimus: de quo Quintilianus,

Lyſimachia, vrbs Helleſponti, quæ terræ motu corruit. Latinè dici poteſt diſſolutio pugnæ. λύσις enim diſſolutio, μάχη pugna.

Lyſimachus, Macedo clarus, Caliſthenis diſcipulus. Alter fuit unus ex Alexandri principibus. Eſt & Lyſimachus gemma, quæ Rhodio marmori ſimilis eſt, aureis uenis. Cornucopiæ.

Lyſipe, una eſt ex filiabus Prœti Argiuorum regis. Cornucopiæ.

Lyſippus, clariſſimus ſtatuarius: qui ad ſexcenta decē

opera feciſſe traditur, quæ ſingula arti claritatem dare potuiſſent. Hic (teſte Quintiliano) ad veritatem optime acceſſit. Propertius:

Gloria Lyſippo eſt animoſe fingere ſigna.

Lyſius, Areaſiæ fluuius, ad cuius radices eſt Aeſculapii tumulus.

Lytta, genus vermiculi qui naſcitur in linguis canum. Hic ſi infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt.

DE LITERA M.

M Tranſit per deriuationes in n, d, vel t, vel c, uel q, ſequentibus, ut, Tantum, tantundem, Idem, identidem, Eorum, eorundem, Num, nunc ubi, nunquam, nunquid, circunquaque, tanquam, nanque, quenque, quanque, quicunque. Similiter am; præpoſitio, ſequentibus ſ, vel c, vel q, mutat m, in n, ut, anfractus, & cætera vide in dictione Anfractus.

Macarius, nomen viri proprium, & latine dici poteſt beatus.

Macariſmos, beatitudo.

Macaros, nomen eſt Cretæ inſulæ, à temperie cœli. Ce.

Maccabæus, cum duplici cc. & diphth. nomen barbarum, quo vocati ſunt viri illi fortiſſimi, apud ſacras literas celebratiſſimi.

Macedo, pe. cor. qui Macedoniam habitat. Lucan. li. vi.
Quum tibi ſacrato Macedo ſeruetur in antro.

Macedonia, regio à Macedone Oſyridis Iouis filio dicta eſt. Habet Macedonia ab Oriente Thraciam limitem, ab Occaſu Ionium pelagus, à Meridie Epiro terminatur, à Septentrione habet Dalmatiæ partem. Hæc (teſte Plinio li. iiii.) olim centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, Philippo ſcilicet, & Alexandro, quondamque terrarum imperio.

Macedonicus, ca, um, poſſeſſiuum à Macedonia. Vnde mare Macedonicum, quod eſt Aegæi pars, & incipit à Pallene monte, qui Thraciæ finem facit. Extenditur vſque Megaram: quod Iſthmus interpoſitus, miſceri Aegæum Ionio non permittit. Cuius litora à ciuitatibus nomen accipiunt.

Macellarius, qui macellum exercet, non ſolum carniſi, ſed omnium obſoniorum, quinetiam panis & frumenti venditor, quippe hæc omnia in macello venundabitur. Varro, Duo ſunt ornithonis genera. Vnum delectationis, alterum fructus cauſſa, quo genere macellarii & in vrbe habent loca clauſa, & rure maxime conducta.

Macellum, locus quo venalia omnia quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. Plautus in Aulularia, Venio ad macellum, rogito piſces, indicant caros, agninam caram, caram bubulam, uitulinam, cetum, porcinam, cara omnia. Cice. Si Epicuri de Voluptate liber corroſus eſſet putarem annonam in macello cariorem fore dictum Macellum, à Macello quodam viro, qui in vrbe latrocinium exercebat, quo damnato cenſores Aemylius & Fuluius, ſtatuerint, vt in domo eius obſonia venderentur, redactis in fiſcum eius bonis. Alii Macellum dicunt, quod ibi fuerit hortus, quem macellum à Lacedæmoniis adpellatum ferunt. Et Iones, hoſtia hortorum Macellotas vocabant. Donatus à mactandis pecoribus deriuat. Sunt & qui à macerando dici exiſtiment, quod pecora dum eo deducuntur, ibique tenentur, macerantur. Vnde Macellum diminutiuum, pro macilento ponitur. Lucilius lib. vi. Si noſti, non magnus homo eſt, naſutus, macellus.

Maceo, ces, macui, idem quod macreo. A quo Maceſco, ceſcis, macer fio. Col. lib. ii. Conſtat arua ſegetibus eius ſcilicet hordei, maceſcere. Varro: Tum propter laborem aſperantur & maceſcunt.

Macer, cra, crum, à macrore fit, & exilem extenuatumque ſignificat. Vergilius,
Heu heu quam pingui macer eſt mihi taurus in aruo.
Columella libro ſecundo, Nam vel pinguiſſima vel maceriſſima humo iacitur. Macer, eſt etiam poetæ proprium, qui de herbarum viribus ſcripſit. Ce.

Macreſco, maceratus fio. Cato lib. de Re ruſt. Frumento curculio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearum paulum addito, finito macereſcant.

Maceria, & Maceries, paries, ſiue murus, vel congeries lapidum in vnum compactorum, ſine cemento, aut alio genere ferruminis, quo vineæ claudi ſolent. Teren. in Adelph. Iube hanc maceriam dirui. Varro tamen aliter lib. iii. Quis ignorat ſepta è maceriis ita eſſe oportere in leporario, vt tectorio tecta ſint, & ſit alta. Cato de Re ruſtica: Macerias ex calce, cementis, ſilice, vti dominus omnia ad opus præbeat. Quandoque Maceria dicitur membrana ſecundinarum, quam alio nomine ſteram adpellant. Hierony. in Geneſi: Quare diuiſa eſt propter te maceria? Et Maceries dicitur macilentia. Afranius: Si ille hoc non ſic ſentit, facere illi ſatis vis, quanta illius mors ſit maceries tibi.

Macero, ras, quum ad corpus refertur, ſignificat attenuo, contero, ab eo quod eſt macer. Horat. lib. Car. Quam penitus leuis macer ignibus. Plaut. in Capti. Multos iſte morbus homines macerat. Quum autem ad animum, ſignificat adfligo. Lactantius lib. vii. Nec ad oculos ſomnus accedet: ſed animas hominum ſollicitudo ac vigilia macerabit. Proprie tamen Macerare, eſt mollificare, vt fit quum quidpiam tandiu in aqua tenetur, donec teneреſcat. Terentius in Adelphis: Salſamenta hæc, ò Stephanio, fac vt macerentur pulchre. Colum. lib. i. Piſcinas duas, alteram quæ anſeribus pecoribusque ſeruiat, alteram in qua lupinum vlmi vimina, & virgas atque alia quæ ſunt vſibus noſtris apta maceremus.

Machæra, cum diphthongo. Nam Græce μάχαιρα, Latine ſica, gladius, culter, quod nomen impoſitum eſt à Græcis quia multo ſanguine commaculetur. Iuue. Ames nomen victumque machæræ. Inſtrumentum eſt ad ſcindendum ſimul & vulnerandum. Apule. lib. ix. de Aſino aureo: Comminabatur ſeſe conciſurum eum machæra fruſtatim. Quo ſermone eius commonefa

ctus hortulanus, eripit ei ſpatham.

Machærophorus, ſicarius, gladium ferens. Cicero ad Quint. fratrem: Machærophoris centũ ſequentibus, miros riſus nobis edidere.

Machæropios, faber gladiorum. Quo nomine dictus eſt Demoſthenis pater, ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multisq́; artificii ſeruis inſtructam habebat.

Machalaum, nomẽ Græcum, compoſitum ex mache, quod pugnam ſignificat, & ἀλαὸς cæcum & errantem. Oppidum in Brixiano agro, & Inſubrium clade nobile.

Machaon, Aeſculapii filius frater Podalyrii, medicus clariſ.

Machara, Cyprus antea dicta eſt. Cc.

Mache, Latine pugna.

Machina, penultima correpta. Græce μηχανὴ molitio, inuentio. Vnde Mechanicus, faber, ſeu opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul & manibus fiũt. Et Mechanica, ars fabrilis. Vnde artes diuiduntur in liberales & mechanicas. Aſconius: Machina dicitur, vbi non tam materiæ ratio, quàm manus atq́; ingenii ducitur. Machina etiam dicitur inſtrumẽtũ, quo moles aliqua facile quocunq́; volueris impelli poteſt. Et Machinas bellicas vocamus opera fabrilia, quibus in bello vtimur. Item ipſa conſilia quibus decipere hoſtem conamur, Machinæ vocantur.

Machinor, imaginor, cogito, ad reperiendum & fabricandum tam bonum quàm malum. Lactantius lib. ii. Nimirũ Deus vniuerſi artifex, ſic illa diſpoſuit, ſic machinatus eſt, vt per ſpacia cœli diuina & admirabili ratione decurrerent, ad efficiendas ſuccedentium ſibi temporum varietates. An Archimedes Siculus concauo ære ſimilitudinem mundi ac figuram potuit machinari, in quo ita Solem Lunamq́; compoſuit, vt inæquales motus, & cœleſtibus ſimiles cõuerſionibus, ſingulis quaſi diebus efficerent? Liuius lib. i. Confeſtim Turno necem machinatur. Salluſtius: Iã tum non conſulibus, ſed pleriſq́; ſenatoribus perniciem machinabantur. Dicitur autem Machinari ab μηχανᾶσθαι, quod eſt inuenire. Vnde μηχάνημα, inuẽtum & molimen dicitur.

Macies, Macritudo, & Macor, extenuationem ſignificant. Apuleius: Vnde iſta tam ſubita macies, & tantus pallor? Plautus: Oſſa atq́; pellis, vt miſer macritudine. Pacuuius: Corpuſq́; meum tali macrore, errore, macore ſenet.

Macilentus, plenus macie. Feſtus: Macilenti, macie extenuati.

Macidatus, liquoris infuſione madens. Apuleius libro octauo, Ille ſpongiis macidatis tumores comprimere.

Macio, cias, macrum facio. Cuius compoſitũ eſt Emacio, quod eſt, valde macio. Colum. lib. v. At certe in ordinariis vitibus vtiq́; obtinẽdum eſt, ne pluribus flagellis emacientur, niſi ſi futuris propaginibus proſpiciemus.

Macra, fluuius in Apennino, inter Ligurũ montes. Per Lunam ciuitatem in Tyrrhenum mare influit.

Macreo, cres, macer, ſum. A quo macreſco, macer fio. Col. lib. vi. Dabimusq́; operam ne penuria cibi macreſcat pecus. Varro: Qui earum adſpectus ad deſyderium, macreſcere facit volucres incluſas.

Macri, campi inter Bononiam & Rauennã, per quos Romam itur.

Macro, cras, cuius compoſitum eſt Emacro, quod eſt, valde macer fio. Plin. lib. xviii. Terram emacrari hoc ſatu, ſcilicet milii, exiſtimantes.

Macrobii, populi ſunt Aethiopiæ, vltra Meroen, vt inquit Solin. quibus dimidio protẽſior eſt vita quã noſtra. Iuſtitiam colunt, amant æquitatem, plurimũ valẽt robore, & forma pulcherrimi. Vltra hos populos deſertæ inhumanæq́; ſollicitudines ſunt. Apud eos lacus eſt, quo perfuſa corpora, quaſi vncta niteſcunt: adeoq́; liquidus, vt ne folia quidem ſuſtineat.

Macrobius, nomen viri proprium. Latine longæuus dicitur. Nam μακρὸς longus, & βίος vita dicitur.

Macrocatalectos, dictio in longum deſinens.

Macroceni, montes ab Iſtro flumine non longinqui.

Macrochera, tunica manicata. Lampridius: Macrocheras ex purpura ad uſum ſuum reuocauit. Has Romanis induere fuit indecorum. Auguſtinus lib. iii. de Doctrina Chriſtiana: Talares ac manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitium erat. Alio quoq́; vocabulo Græco chirodita appellãtur, quo & noſtri utuntur.

Macrochir, longimanus.

Macrochronius, diuturnus.

Macrocola, pen. prod. à longitudine dicuntur. Sunt enim eo nomine maiores & longiores chartæ, quas modo regias vocamus. Nam & Catullus regiã chartam vocat. Ex eadem origine ſunt protocola, quæ formularii conficiunt.

Macrocoſmus, longus mundus.

Microcoſmus, paruus mundus.

Macrologeo, multa loquor.

Macrologia, longus ſermo.

Macros, Græcè Latine longus, à quo multa ſunt compoſita.

Macrothymia, longanimitas.

Macrothymos, longanimis.

Mactea, dicitur precioſa eduſia. Sueto. de Caligula. Multis venenatas macteas miſit. Mart. Mactea neugen protulit. Sed te mactea ſola iuuant.

Macticus, pen. cor. qui habet magnas malas, & os patens, quaſi maluchicus.

Macto, ctas, interfico. Lactantius libro ſecundo, Mactantur greges hoſtiarum. Plautus in Amphitryone: At ego certe cruce excruciatum mactabo. Tractum eſt à ſacris, vbi mactari oues dicũtur quæ immolantur. Vergilius:

Et nigram mactabis ouem, lucumq́; reuiſes.

Dictum eſt autem Macto, quaſi magis aucto, hoc eſt, augeo. Nam priuſquàm victimam immolarent, thus aut vinum ſuper eam fundebant. Vnde Mactũ eſſe taurum, dicebant, thure vel vino cumulatam hoſtiam, & magis auctam. Hinc Mactare, pro magis augere, veteres vſurparunt. Cicero, Ferunt laudi

bus, mactant honoribus. Per tranſlationem quandoq; Mactare ponitur pro malo adficere, ſeu male tractare. Plau. in Aul. Dotatæ mactât malo & damno uiros. Quandoq. pro præcipitare. Accius: Aut illorum capias fundum in campo, aut naues veſtras mactabo in mare. Quandoq. pro honorare. Plaut. Tamen honeſte mactatum reducam domum. Quandoq. pro verberare. Vnde legimus de martyribus Primo & Feliciano. Extenderunt eos milites, & uirgis fortiter mactauerunt.

Mactra, arca panaria: q̃ & cardopos à Græcis dicit.

Mactus, cta, um, tam genitiuo quã ablatiuo conſtruitur, & vocatiuo ſemper. vt, Macte uirtutis, & uirtute. id eſt, magis aucte cumulateq́. Eſt autem dictio, quæ laudet ſimul & adhortetur puerum, quem probitate creſcere videat. Sanguinolentis etiam ex acie redeuntibus dicitur. Martialis:

Macte animi, quem rarus habet morumq́ tuorum.

Silius li. v. Lælius adſeſ macte ô venerande pudici. Ductor macte animi. Cic. Macte virtute eſto. Plin. in laudem Aſtrol. Macte (ait) ingenio & cæli interpretes, rerumq́ naturæ capaces. Statius li. vii Theb. Macte animo iuuenis. Id eſt, perfectæ indolis. vt exponit Lutacius interpres.

Macula, turpitudo ac ſordes. Pli. Fullones eas maculas è veſtibus tollunt. Quandoq; ponitur pro nota ſeu ſigno. vnde genitiuæ notæ in corpore, maculæ dicuntur. Plautus in captiu. Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Quandoq; pro infamia. Cic. Cuius vt adoleſcentiæ maculas ignominiasq́ præteream. Quãdoq. pro retis foramine ſeu plaga, quam uernaculo ſermone dicimus lamagia. Idem in Ver. act. vii. Reticulum ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino minutis maculis plenũ roſæ. Varro lib. ii. pro reti poſuit: Septum totum grandibus maculis integitur, ne eò inuolare aquila poſſit, ne'ue ex ea euolare aues. Quandoq. Maculæ dicuntur ſigna in marmore. Sene. Epiſt. cxvi. Delectât nos ingentium maculæ columnarum.

Maculo, las, id eſt, fœdo, turpo. Lactan. lib. v. Innocẽtium cruore maculantur. Hinc Commaculo, las. & Immaculatus, qui eſt ſine macula.

Maculoſus, ſordidus, immundus. Plautus: Sordida & maculoſa facie. Item dicitur varius, ac notis plenus. Vergilius:

Succinctam pharetra, ac maculoſæ tegmine lyncis.

Madaura, ciuitas in collimitio ſita Getuliæ & Numidiæ: à qua Apuleius Madaurenſis eſt adpellatus. Ad hanc vrbem ſcribit Auguſt. lib. Confeſ. ſe cõtuliſſe quum adoleſcens eſſet, diſcendarum ingenuarũ literarum gratia, florente ibi gymnaſio.

Madefacio, cis, balneo. Lactã. lib. vi. Si focos odorati, ac veteris vim perfuſione madefecerint.

Madefio, habet ſignificationem paſſiuam extrinſecus vt quum quis aqua alio'ue liquore balneatur. Suetonius: Quum cecidiſſet in mare per ducentos paſſus, enatauit ad proximã nauem elata læua, ne libelli quos tenebat madefierent.

Madeo, des, madidus ſum. Plinius lib. viii. Tergoris ad ſcuta galeasq́ impenetrabilis, præterquàm ſi humore madeat.

Madeſco, ſcis, habet ſignificationem paſſiuam internã, calore intrinſecus ſumpto, vt proprie Madeſcere ſit, quaſi quis febri, vel labore, ſeu potione præpotentis vini æſtuat, aut aliter ſudorem emittit. Licet etiã extrinſecus dici poſſit. Claud. lib. iii.

Largis tunc imbribus ora. Madeſcunt. Col. li. vii. Stabulẽtur ſicco loco, ne humore madeſcant vngulæ. Hinc componit Permadeſco, quod eſt, valde madidus ſio. Idẽ lib. ii. In idtempus conuenit inter peritos rei ruſticæ, non eſſe arandum, niſi ſi magnis (vt fit non nunquàm) ſubitaneis imbribus quaſi hybernis pluuiis, terra permaduerit.

Madian, vrbs quædam ab vno filiorum Habraã ex Cethura ſic vocata, quæ (teſte Hieronymo) eſt trãs Arabiam ad Meridiem in deſerto Sarracenorum, cõtra Orientem maris rubri. Vnde vocantur Madianei, & Madianea regio. Legimus & filias Ioab ſoceri Moſi, filias Madian. Sed hæc alia ciuitas homonyma eius, iuxta Arnonem & Ariopolim, cuius ruinæ nũc tantummodo demonſtrantur. Idem Hieronymus in Eſaiam, oſtendit Madian & Effa. eſſe regiones trans Arabiam fertiles camelorum. Illaq́ prouincia adpellatur Sabba.

Madido, das, madidum ſeu balneatum facio. Claud. lib. ii. Ille nouo madidantes nectare pennas Concutit, & glebas fecundo rore maritat.

Madidus, da, um, quod eſt aliquo liquore reſperſum. Hinc Semimadidus. Colu. lib. ii. Sed quandocunq; arabit, obſeruabimus ne lutoſus ager tractet, ne'ue exiguis nimbis ſemimadidus.

Madifico, idem quod madefacio. Plin. lib. xxviii. Et ſi contra epiphoras feruentes oculorum anguli ſubinde madificentur, efficacius ſi cibo vinoq́, ſi pridie ea abſtinuerit.

Madon, fructus eſt ſecum. Bœotios Heracleonis herbæ, ſiue nymphææ, cuius radix Sole deſiccata, genituram per quietem exeuntem, & alui fluxum reprimit. Cornucopiæ.

Mador, infuſo ipſa. Salluſt. lib. iii. Hiſtori. Quaſi par in oppido feſtinatio & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur. Nã omnia oppida ſtagnabant redundãtibus cloacis aduerſo æſtu maris.

Mados, vitis albæ genus quam Græci ampeloleucen vocant. Huius ſarmenta longis & exilibus internodiis geniculata ſcandit. Folia habet pampinoſa, ad ſimilitudinem hederæ.

Madulſa, ebrius, quia madidus ſatis vino ſit.

Mæander, cũ diphthongo, qui & Mæandrus, fluuius Phrigiæ ſiue Mæoniæ, ita ſinuoſis flexibus, vt ſæpe credatur ad fontem reuerti. Per Phrygiam currit, Lydiamq́ diſterminat à Caria. Vnde Oui. li. ix. Meta. eum Phrygium adpellat.

Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis.

Strabo ſcribit, quoniam multum accipiat limi, & vario impetu modo ad hanc, modo ad aliam adiiciat ripam. Vnde obliquitates omnes Mæandros vete

res adpellarunt. Cicero in Piſo. Scio quos tu Mæandros quæſiuiſti. Eſt etiã picturæ genus, quod Feſtus neut. gen. Mæandrũ declinat, à ſimilitudine amnis Mæandri. Vergilius: Quàm plurima circum
Purpura Mæandro duplici melibœo cucurrit.
Hoc etiam nomine dictus eſt mons Indiæ.

Mædia, ciuitas Thraciæ, ſcribit̃ cum æ diphthon. A qua mædi populi, vt differãt à medis populis Aſiæ. Hinc præfectura Medica Thraciæ, vicina Pæoniæ.

Mæe, genus cancrorum maximum.

Mæmacterion, menſis, q̃ à Latinis dicit̃ September.

Mænala, pen. cor. intellectu ſingulare, voce autẽ plurale, inquit Priſcianus. At Diomedes docet, in ſingulari eſſe gener. maſcul. in plurali neutri. mons Arcadiæ celſus. Vergilius:
Piniſer illũ etiã ſola ſub rupe iacentem Mænalus:
Luca. li. iii. Sicanias alpheus aquas tũc mænala liqt.
Eſt & nomen vrbis.

Mænalius, a, ũ, quod eſt ex Mænalo. Vnde Bacchus dictus eſt Mænalius ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, quod eſt furere, inſanire. Siue à mænalo Lycaonis filio. Et aper Menalius, quem Hercules Euriſteo detulit. Stephanus Byzantius. Μαίναλος πόλις ἀρκαδίας. ἀπὸ μαινάλου τοῦ λυκάονος, καὶ ὄρος ἐστὶ ἐν τῇ γαλατίᾳ κτίσμα. Id eſt, Mænalus ciuitas Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio. Et mons eſt in Galatia ædificium.

Mæna, cum diphthongo, genus piſcis. vide in dictione Mæna.

Mænas, nadis, furioſa ſiue inſana dicitur, ab μαίνεσθαι, quod eſt furere. Fuerunt autem Mænades mulieres, quæ Liberum patrem ſemper ſequutæ, Bacchi ſacra celebrabant paſſis capillis furentium more huc atq; illud curſitantes. Iuuenalis:
Crinemq̃; rotant vlulante Priapo. Mænades:

Mænoles, dictus eſt Dionyſius, quod Latinè totum furẽtem ſignificat, cui Bacchæ orgia celebrãt. Et crudas carnes comedentes ſacro furore initiantur, Eui, Euan, conclamantes, quæ uox aſpirata ſecũdum exquiſitam Hebræorum linguam fœminei ſexus ſerpentem ſignificat.

Mænomenon genus eſt mellis: quod ab inſania quã gignit ſic vocatur. Ce.

Mæonia, Lydia eſt regio minoris Aſiæ. Vnde Mæones, populi. Hæc vocatur regio exuſta. Nam (ſicut ſcribit Strabo) cinerulenta eſt in ſuperficie, & tota arboribus caret, præter vitem. Dionyſius ſcribit hãc regionem eſſe ſub altiſſima Tmoli montis rupe ſitam, ex qua Pactolus amnis effluit. Hinc Mæonius, a, um, vnde Homerus dictus eſt Mæonius. Martia.
Perlege Mæonio cantata carmine ranas.
Dictus & Mæonides à patre, qui Mæon adpellatur.

Mæotis, penultima producta, Græce μαιῶτις, palus Scythica in regione Septentrionali iuxta Phaſidis oſtium, frigore congelaſcens.
Ouidius libro tertio de Triſtibus:
Longior antiquis viſa Mæotis hyems.
Hinc piſces Mæotides, ſeu Mæotici dicti, q̃ in Mæoti capiuntur.

Mæreo, res, mæſtus. vide in dictione Mœreo, res. Casper. Mæſtus animo, ſed triſtis vultu.

Mæro, ras, mærẽtem & triſtem facio. Nam Mæraret. id eſt, mærentem faceret, vetus verbum.

Mæror (inqt Cic. li. iiii. Tuſc.) eſt ægritudo flebilis.

Mæſtitia, &, Mæſtitudo, idem quod mæror. Quint. Dolore atq; animi mæſtitia languens. Plaut. Quur tãta mæſtitudo obrigit?

Mæſto, ſtas, & Mæſtifico, cas, mæſtum facio. Ambro. lib. i. Offic. Quur nõ ego etiam dicam, in quibus eũ mæſtificare poſſum? Ab μάρπτω, ideo per œ.

Magar, Pœnorum lingua villã ſignificat. Vnde & magalia, villæ dicuntur. Quamuis Magaria (ſecundum Seruium) dici debeat, cuius prima producitur. Ver. Miratur molem Aeneas magalia quondam.

Magia, cum accentu in penul. nam apud Græcos μαγεία ſcribitur. eſt (ut Plato interpretatur) Deorũ cultura. Incantatio quoq; Latinè dici poteſt. Ait enim in Alcibiad. μαγεία ἐστὶν τῶν θεῶν θεραπεία. Eſt autem duplex Magia. Vna Platonica & philoſophica. hoc eſt, naturalis philoſophiæ abſoluta conſummatio, à qua Magus dictus eſt, q̃ eã colit. Nã Perſæ magũ dicunt, quẽ Latini ſacerdotẽ adpellãt. Altera dæmonũ potẽtia conſtat, quã noĩe deteſtabili γοητείαν goetian, vel Theurgian vocant. A legibus prohibita eſt, quã Pli. artem inteſtabilẽ, irritã, & inanem, adpellat. Eccleſiaſtici Magicas præſtigias vocat, quia rerum veritatẽ ementiantur hominũ mentes fallacia perſtringentes. Huius Magiæ plures ſpecies. Hydromantia, q̃ fit ex aqua. Axinomantia, quæ fit ex ſecuribus & aliis dolabris. Lecanomãtia, quæ fit ex peluibus, quas Græci λεκάνας lecanas vocãt. Et apud Perſas erant Magi Lecanomantici dicti, (vt lib. xv. docet Strabo) quaſi ex peluibus diuinantes. Nam vaticinantes peluim accipiebant aqua plenam, dæmonibus congruentem in profunda repentibus. Vbi autem dæmon illapſus eſt, aqua edit ſonum quendã fatidicum. Catoptromãtia, quæ fit per ſpecula. De qua Spartianus, in Iuliano intellexit, quũ ait: Carmina profana incantauerſit, & ea q̃ ad ſpeculũ dicũt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantãdo futura reſpicere dicuntur. Pyromantia, q̃ fit per ignem. Hanc Amphiaraus primus inuenit. Geomãtia, quæ fit per terram. Chiromantia per menſuras manuũ. Necromantia, ſiue Necyomantia, quæ fit per euocationes vmbrarũ, & per inferorum colloquia, à qua Necromantici, quorum incantamentis mortui reſuſcitari, diuinare ad interrogata reſpõdere videntur. Nec fit talis diuinatio ſine ſanguine. Quidam Necyomantiam Scyomantiamq̃; diſtinguunt, quòd in Necyomãtia ad erigẽdũ cadauer ſit ſanguis neceſſarius, in Scyomãtia ſola ſufficiat vmbræ euocatio. Capnomãtia, q̃ fit ex fumo aræ, ex cuius motu futura cognoſcebãt, à qua Capnomantæ dicunt̃. Ex hoc Magiæ fonte deriuati ſunt apud Romanos Ethruſci haruſpices, apud Indos Brachmanes & Gymnoſophiſtæ, apud Gallos Druydæ, & bardi, apud Siculos Galeotæ, apud cunctas nationes planetarii, qui Mathematici ſunt, & vulgò Aſtrologi dicunt̃. Eſt itẽ Magia fons Siciliæ, in agro Syracuſano.

Magicus, qui magicam uel exercet uel callet. Et Magicas artes. & Magicas herbas dicunt, quibus magorum uanitas gloriatur.

Magidæ, menſæ ſeu coquinarii inſtrumenti genus habetur, & panis ſeu offæ genus quod Magida quoq; adpellant.

Maginor, naris, quaſi tarde conor, & nugor, inquit Feſtus.

Magirus, penul. produ. Latine coquus dicitur. unde Archimagirus, princeps coquorum.

Magis, aduerbium, ſignificat plus, deducitur q; à magnus, & præter naturã aliorum habet neutrũ. Nam cõparatiua neutra vim aduerbii habent, ut ualidius, ſanctius. Maius vero non, loco cuius dicimus Magis. A' quo fit cõpoſitum Demagis, quod ſignificat valde magis, et pro nimis à ueteribus ponebatur.

Magiſterium, magiſtri dignitas ſeu officium. Nã Magiſteria ſic à magiſtro videtur deduci, quemodo à miniſtro miniſteria. Suetonius de Auguſto, Auus municipalibus magiſteriis contentus, abundante patrimonio tranquilliſſime ſenuit. id eſt, officiis municipii ſui.

Magiſtratus, tus, per deriuationẽ à magiſtris cognominantur, qui per iperia potentiores ſunt quàm priuati. Et modo ſignificat eos, qui in poteſtate aliqua ſunt conſtituti, ut ſunt conſules, proconſules, prætores, proprætores, et alii qui ciuitates et prouincias regunt. Modo ipſam poteſtatem ſeu officium. Cic. Nam iſtum in vrbe magiſtratum gerebat. Et Magiſtratuum alii maiores, vt conſules, cenſores, prætores. Alii præter hos dicebantur minores.

Magiſtri, à magis: & proprie artiſ præceptore. ſunt. Quãuis etiã ad omnes transferri poſſit, quibus præcipua cura rerum incũbit. Dicti Magiſtri, quòd magis cæteris poſſint: uel quòd magis quam cæteri diligentiã rerum quibus præſunt habere debent. Hinc Magiſtri pagorũ, ſocietatũ, uicorum, collegiorum dicuntur, qui pagis, ſocietatibus, uicis, collegiis præſunt. Magiſter equitũ dr, cui ſumma poteſtas erat in eqtes: addebatur q; ſemp dictatori, cui ſumma ptãs in populũ. à quo & Magiſter populi dicebatur. Ponitur quandoq; etiam Magiſter pro cuſtode. Terẽ. Me filii relinquſit, quaſi magiſtrum. Et Magiſter pecoris, cuſtos uocatur. Huius diminutiuum eſt Magiſtellus. id eſt, paruus magiſter.

Magiſtro, ſtras, moderor, guberno.

Magmata, pen. cor paſtilli & maſſæ factæ ex vnguẽtorũ ſæcibus odoris gratia. ἀπὸ τοῦ μάττειν, quod eſt terere & miſceri, vt inquit Plinius.

Magmentum, veteres dixerunt, quaſi malus augmẽtũ & auxilium: quoniam augebant numerũ hi qui accedebant alienigenæ, vt adiumento eſſent.

Magna Græcia, dicta eſt ea pars Italiæ, quæ à Tarento vſq; ad Cumas eſt: vel (vt Plinius lib.iii. refert) Locris Italiæ fronte, ad Tarentũ vſq; protenditur. Sic dicta, quòd multæ magnæq; ciuitates in ea fuerint à Græcis cõditæ. Autor Iuſtinus lib.xx. Verg. Effuge cuncta malis habitantur mœnia Graiis. In ea habitauerunt Archytas, Pythagoras, Parmenides, & Zeno Pythagorici philoſophi, & Ennius poeta. A' qui'uſdã tota Italia dicta eſt maior Græcia. Ouidius in Faſtis,

Itala nam tellus Græcia maior erat.

Magnalia, ſunt ingentia facta, & admiratione digna. Hiero. in Exo. State & uidete magnalia domini, q̃ facturus eſt hodie.

Magnanimitas, (vt ait Speuſippus) eſt moderatus cõtingentium uſus, urbana cum hominibus conuerſatio, magnificentia animi cum ratione.

Magnarius, apud Apuleium, pro magno negociatore ponitur ex negociorum magnitudine, tanquàm clarus in obeundis magnis mercaturis.

Magnas, atis, & Magnatus, ti. qui in populo magnus habetur.

Magnata, vrbs Hyberniæ: à qua Magnatæ populi uocati ſunt.

Magnes, gnetis generis maſculini, genus lapidis, ad ſe ferrum attrahentis. Dictus Magnes, ab inuentore in Ida primum repertus. de quo Plinius lib.xxxvi. Orpheus: Αὐτὰρ ἔγωγε σῆς ἀλόχου κέλομαι σε δαῆναι, ἢ ἴδει ἁγνὸν ἐὸν λέχος ἀπὸ ἀλλοτρίων λεχέων καὶ δῶμα φυλάσσειν. Id eſt, Sed ego à tua vxore iubeo te ſcire, ſi ob ſui integritatem uiri, ab alieno lectum & domum ſeruauerit.

Magneſia, Macedoniæ Regio, Theſſaliæ adnexa. Abeſt ab Epheſo (ſicut Pli. lib. v. ſcribit) ſedecim millia paſſuum. A' qua Magnetes, qui & Magneſii, populi vocati ſunt. Lucanus lib. vi.

Et Magnetis equis Minyæ gens condita remis.

Eſt & Magneſia vrbs i Aſia apud quã Scipio Aſiaticus Anthiochum regem magna clade affecit.

Magnifico, as, extollo. Plinius: Magnificat & vituli qui nondum herbam guſtauerit, fimum.

Magnificus, q magna facit. Scribit Ariſt. li. iiii. Ethi. Magnificũ dici illũ, qui in magnis pro dignitate ſũptũ facit: qui circa publicã magnificentiã impenſas facit honorificas: veluti in ludis, in rebus Diis ſacrificatis, in ædificiis, in epulo publico, nẽq; in ſeipſo ſumptuoſus eſt. Eſt & Magnificus, à quo Magnificentia: quæ eſt (vt Cicero inquit) rerũ magnarum & excelſarũ, cum animi amplitudine quadã & ſplendida propoſitione, cogitatio atq; adminiſtratio.

Magno, abſolute, pro magno precio. Apuleius: Me deniq; pauperculus quidam hortulanus comparat quinquaginta nũmis, ſed magno aiebat. Varro lib. iii. de Re Ruſtica: Piſcinæ edificantur magno.

Magnum ſocerum, & Magnam ſocrum, adpellabat uir uxoris ſuæ auum auiamq;. Maior q; ſocer, & Maior ſocrus, vxoris proauus proauiaq; adpellatur: & ſic per ſingulos gradus.

Magnus, grandis, cuius cõparatiuũ eſt Maior: ſuperlatiuum Maximus. A quo multa componuntur.

Magog, nomen uiri filii Iaphet proprium, à quo (vt ait Ioſephus lib. i.) Magogæ dicti ſunt: qui à Græcis Scythæ dicuntur.

Maguderis, (vt Priſcianus lib. v. inquit) frugis, id eſt, caulis genus, qui naſcitur ex ea parte, cuius radix ſirpis auellitur. Hãc caulem laſerpitii quidã exiſtimãt.

Plautus

Plautus in Ruden. Seu tibi confidis fore multam magudarim. Laſerpitium autem herbam eſſe nõnulli arbitrantur, vt Pli. lib. xix. teſtatur. Legitur & Magudaris. Columel. lib. vii. Facit & radix, quam Græci vocant μαγύδαρις: vulgus noſtra conſuetudine laſerpitium adpellat.

Magus, dictio Perſica, qua apud eos ſignificatur ſapiens. Sic enim Perſæ Magos uocant, vt Græci philoſophos, Latini ſapientes, Galli druydas, Aegyptii prophetas ſiue ſacerdotes, Indi gymnoſophiſtas, & Aſſyrii Chaldæos, à Chaldæa Aſiæ regione. Apud nos uero Magus, incantator ex officio uocari poteſt. Nam quum Magi apud Perſas potiſſimũ Deorum cultui uacare ſolerẽt, intantum poſtea aucta eſt eorum uanitas, ut non ſolum obſeruatione ſiderum futura prædicerent: ſed artibus quibuſdam & maleficiis, & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur. Hinc Magicus, ca, cum, quod ad magum pertinet, ut ars magica. Suidas, μαγεία καὶ ἀστρολογία ἀπὸ μαγουσαίων ἤρξατο. γὰρ τοὺς πέρσας μάγους ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζοντας καὶ μαγουσαίους αὐτούς. Id eſt, Magia & Aſtrologia, à Maguſæis incepit. Perſæ enim Magi à loco nominantur & ipſi Maguſæi.

Maia, Athlantis filia fuit, ex qua Iupiter Mercuriũ ſuſcepit. Significat & obſtetricem, vt autor eſt Suidas in Socratis uita. Eſt & Dea, Fauni filia: cui in mellario uaſe non mel, ſed vinum ſacrificabant.

Maiales, porci caſtrati. Varro: Verres cõmodiſſime anniculi uel ſi, nec minores quàm ſemeſtres. Quo facto, nomen mutãt, atq; è verribus dicunt Maiales.

Maieſtas, à magnitudine dicta eſt. Eſt enim decus, amplitudo, & dignitas, vel populi, vel ſenatus, vel principis, imperatoris'ue, aut etiã priuati magni uiri. Vnde Maieſtatis crimen iuriſconſulti definiunt, quod aduerſus populũ Romanum, vel ſecuritatem eius cõmittitur. Et Rei maieſtatis dicuntur, qui eiuſmodi crimen cõmittũt. Maieſtas quoq; Dea credita eſt, honoris & reuerentiæ filia. de qua Ouidius:

Donec honor, placidoq; decens reuerentia vultu,
 Corpora legitimis impoſuere toris.
Hinc ſata Maieſtas, quæ mundum tẽperat omnem
 Quaq; die partu eſt edita, magna fuit.
Nec mora, conſedit medio ſublimis Olympo,
 Aurea, purpureo conſpicienda ſinu.

Maiores, intelligi poſſunt quicunq; aui, abaui, proaui, attaui, tritaui, & ante hos in infinitum: ſicut minores, qui etiam poſt trinepotes futuri ſunt. Cicero: Ego meis maioribus uirtute præluxi, vt ſi prius noti non fuerint, à me incipiant habere initium memoriæ ſuæ. Vergilius:

Hunc lætum Tyriisq; diem Troiaq; profectis,
Eſſe uelis, noſtros huius meminiſſe minores.

Non ſolum minores hi dicuntur, ſed etiam poſteriores, & poſteri, & nepotes: ſicut ii qui ante nos fuerũt maiores, & ſuperiores, & patres, & aui adpellantur. Et tam maiores quàm minores in hac ſignificatione tantum pluraliter declinant. Maiores magiſtratus. ſunt cõſules, penes quos faſces ſunt. vel qui priores facti ſunt. Maior prætor, dicitur Vrbanus: minores cæteri. Maiores flamines, dicebantur patricii generis: minores plebeii. Maior auunculus, aui & auiæ auunculus. Sic Maior patruus, Maior amita.

Maius, menſis, è maioribus dictus eſt: quia (vt inquit Macro.) maioribus conſecratus erat, quorum conſilio reſpublica gerebatur: ſicut Iunius à iunioribus, qui rem armis gerebant. Poſtquàm enim Romulus, populum Romanum in maiores minoresq; diuiſit, vt altera pars conſilio, altera armis Rempublicam tueretur, in honorem utriuſq; partis, hunc Maium, ſequentem Iunium uocauit. Ouidius:

Hinc ſua maiores tribuere vocabula Maio.
 Iunius à iuuenum nomine dictus adeſt.

Sunt & qui Maium, à Maieſtate Dea denominatum uelint, quòd flamen Vulcanalis calendis Maiis huic Deæ rem diuinã facit. Alii à Maia Mercurii matre: propterea hoc menſe mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio ſacrificare ſoliti erant.

Mala, læ, faciei pars: quæ & gena, dicta quòd rotundam ſpeciem mali præ ſe ferat. Nam eſt quæ præeminet inter naſum oculos, & buccã, Plinius: Infra oculos malæ homini tãtum: quas priſci genas uocabãt. Ibi oſtẽditur pudor. Et primam ſyllabam producit. Vergilius tamen lib. iii. Georgicorum equino generi malas tribuit, quum ait. Quo tẽpore glauci Pothniades malis membra abſumpſere quadrigæ. Et Mala, Latinè dicitur ouis. Vnde & Malonomos. id eſt, paſtor ouium.

Malaca, ciuitas ĩ Hiſpania. Martianus. Siga oppidũ, è regione Malacam urbẽ Hiſpaniæ contemplatur.

Malache pen. corre. herba, quæ à Latinis dicitur malua: quòd habeat folia mollia, quæ Græci malacha dicũt. Nam Dioſcorides, quum vult folia mollia alicuius herbæ dicere, adpellat Malacha: vel Malache dicitur, quoniam eſt mollificatiua. Græci enim μαλακὸν molle uocant.

Malachites, gemma ſpiſſius uirens: à colore maluæ, quæ Græce μαλάχη dicitur. Ce.

Malachram, ſiue Maldacon arborum vocant, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Huius fructum Bolellium, quod eſt gummi genus, dicunt. Cornucopiæ.

Malacia, ciæ, mollicia, quum maris fluctus omnino quieſcunt & languent, neq; ulla aura cõmouentur: quod vulgus vitãdi mali ominis gratia, bonaciam vocat. Lucretius pellaciam, à pelliciendo adpellat, vbi dicit:

Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.

Similiter Malacia, eſt in grauidis ille lãguor & mollicies, diſſoluti & efficti faſtidientis ſtomachi. Pli. lib. xxiii. Malicorium expetitur in grauidarũ malacia. Et quoniã guſtatu moueat infantem, id Græci κισσᾶν adpellãt, & κισσᾶν: quod eſt (vt Theodorus Gaza uertit) picare, à pica dictum: quoniã eiuſmodi aues varia ſolent adpetere, quum ſint prægnantes.

Malaciſſo, ſas, mollio, ſubigo. Plautus: Ab nimium ſeuerus es, malaciſſandus es.

Malacoſtraca, id eſt, mollia: ſicut ſũt piſces ſine teſta.

Malacus, è μαλακός, Latinè mollis, delica-

tus.Plaut.in Bacchide:Pro lorica malacum cap iam
cap illum.

Malagma,gmatis,fomentum,quum res dura per alte
rius admiſtionem molleſcit,ſicut emplaſtrum. Nam
malagmatā confuſā et per cutem iniecta,abūde mol
liſicant. A' μαλάττω,mollio.His molliuntur apoſte
mata.& matura fiunt. Col.lib vii. Cuminum conte
ritur,eiq; adiicitur exiguum picis liquidæ, & axun
giæ.vt lentorem malagmatis habeat. Ambro. lib.i.
Officio. Adliga ſenſum tuum,non ſit remiſſus ac de
fluus,ne dicatur de te:Non eſt malagma adponere,
neq; oleum,neq; adligaturam. Differunt autem em
plaſtra à malagmatis & paſtillis. Emplaſtra impo
nuntur vulneribus: Malagmata in integram cutem
iniiciuntur.Paſtilli aut illinuntur,aut alicui mollio
ri cœrationi miſcentur.

Malaſſo,ſas,à quo Commalaſſo, quod eſt exerceo,
matureſacio. Varro: In dolore adiaphoron eſſe,
quòd philoſophia cōmalaſſaret eam partem, quæ
concuti cupiditatibus ſolet.

Male,aduerbium,modo ponitur pro valde,ſed ſemp
in malā partē.Cic. Addebat etiā,idq; ad rem perti
nere credebat, ſcriptores illos male mulctatos. id
eſt,magna pœna adfectos. Modò pro parū. Verg.
Heu male tum mites defendit pampinus vuas.
Modò pro incōmode: ſicut bene pro cōmode.ut,
Male habito,bene habito.In cōpoſitiōe habet uim
negationis.ut,Maleſanus,Malefortis.Oui.li.4.Fa.
Nondum tradiderat uictas uictoribus artes
Græcia,facundum ſed maleforte genus.

Malea,penul. indifferente, promōtorium Laconiæ:
quod per quinquaginta milia paſſuū in mare ptē
ditur:vbi periculoſa eſt nauigatio, ꝓpter aduerſos
uentorū flatus.Hinc eſt illud prouerbiū. Quum ad
maleā deflexeris,domeſticos obliuiſcere. Ver.li.v.
Ionioq; mari,maleæq; ſequacibus undis. Proper.
Præbeat hoſpitio ſæua malea ſuo.
Dicta Malea, à Maleo Argiuorum rege, qui in ea
templum pulchrum conſtruxit, quod Maleoticum
adpellauit. A' Malea,fit Maleacus, ca,cum.ut, Si
nus maleacus.

Maleaudio,ſignificat alicuius maledicta ſuſtineo,ſeu
infamor,uituperor,culpor:ſicut bene audio laudor.
Vt ſi quis de me maledixerit,tunc recte dixero.Ma
le de me audio.Cic.lib.ii.In quo ego,non quò libē
ter male audiā: ſed quia ego cauſſam non libenter
relinquo. Idem ad Atticum: Hanc nonnulli amici
Apii ridicule interpretantur:qui me idcirco putent
bene audire uelle,ut ille male audiat.

Male cogito de te,i eſt,male adfectus ſum erga te,et
malam habeo de te opinionem. Ouidius:
Non tamen Aeneam,quamuis male cogitet,odi.
Cælius:Et ipſe facile animaduerterem malè cum de
me cogitare.Huic contrarium eſt,bene cogito.

Maledico tibi,&,Maledico te, A' quo maledicus,ma
ledicētior,& maledicentiſſimus,qui maledicit quā
tum poteſt & ſcit.

Maleſacio tibi,Inde Maleficus,ca,cum,pro pernitio
ſo. Sic maleficæ mulieres, incantatrices dicuntur &
veneficæ. Maleficæ herbæ. Maleficæ ſerpentes, pro
venenoſis.

Maleficentia, &,Maleficium, damnum,iniuria,faci
nus.Cæſar:Finitimis imperauit,ut ab iniuria & ma
leficio ſe ſuosq; prohiberent.

Male iudico,male cenſeo,male opinor, declaratur er
ror meus.

Male mereor de te,male tracto te, Cuius contrarium
eſt bene mereor.

Male opto tibi,male precor, intelligitur uitium eius
de quo agitur.

Maleuentum,erat Campaniæ vrbs:quam nunc boni
ominis cauſſa Beneuentum dicimus.Cc.

Male vertere,eſt in perniciem vertere.

Male volo tibi,odi te.Hinc maliuolus, & maliuolen
tia, quæ eſt voluptas ex malo alterius ſine emolu
mento ſuo.

Maleus,per ſimplex l,mons eſt in India: iuxta quem
vmbræ æſtate in Auſtrū,hyeme ad Septentrionem.

Malfactio,animi defectio:quæ Græcis ſyncopis & li
pothymia dicitur.

Malicoriū,putamen mali granati.Plin.lib.xxiii.Hu
ius aridis foliis,ut malicorio,coria perficiuntur.

Malica,vrbs Theſſaliæ:à qua populi Malices, & ma
re vicinum Maliacum dicitur.

Maligno,gnas,& malignor deponens. Hieronymus
in Pſal. Super populū tuū malignauerunt conſiliū.
Et iterum:Qui malignantur exterminabuntur.

Malignus,à malus fit: & is eſt qui difficultatem ſui
oſtendit.hoc eſt,qui aſper,difficilis,inuidus, auarus
eſt. Plin.Homo malignus & inuidus. Hinc maligna
via,quæ anguſta & ardua eſt. Vergi. Aditusq;
maligni. Maligna lux,quæ ſuboſcura eſt. Idem:
Quale ſub incertam Lunam ſub luce maligna.
Malignꝰ ager,agricolis illiberalis,ac minime ferax.
Idem: Difficiles primum terræ collesq; maligni.
Et Malignus,cōſuetudine dicitur maliuolus,& ma
lus,à quo Malignitas.

Malimnus, Siciliæ mons eſt:malis,hoc eſt, pomis re
fertus.

Malitia,peruerſitas:quæ virtuti ſeu bonitati contra
ria eſt. Seneca:In hoc ſumma bonitas:in illo extre
ma malitia. Frequenter autem ſumitur pro uerſutia.
Cicero: Virtutis contraria eſt uitioſitas. Sic enim
malo quàm malitiam adpellare: quā Græci κακίαν
adpellant. Nam Malitia, certi cuiuſdam uitii nomē
eſt:uitioſitas omnium. Apud ueteres etiam in bonū
accipiebatur. Plautus: Te ciuem ſumma omni mali
cia. Eſt & alia Malicia ex natura prouenīēs. Plinius:
Quod modò cœli, modo terra malicia facit. Var
ro:Id ſæpe accidit malicia ſoli. Interdū Malicia di
citur labor,adflictio,& anguſtia ſeculi.ut eſt in Euā
gelio: Sufficit diei malicia ſua.

Malleatus,ta,tum,quod malleo factum eſt. Vñ Mal
leati libri,dicitur vulgò ſtampati. Vlpianus 32.ff.
Inquit, Sed perſcripti nondum malleati,uel ornati.
Vel quia paginæ malleantur repaginando.

Malleo,leas,quaſi malleo operor. Vnde Malleator.
Augu.lib.xv.Ciuitate Dei, Tubalcain erat ærarius

& malleator æramenti & ferri.

Malleolaris, & hoc malleolare, à malleolus fit. Colu mel. lib. iii. Virgam malleolarẽ non amplius quàm ſex gemmarum eſſe conuenit.

Malleolus, diminutiuũ à malleus. id eſt, paruus malleus. Et Malleolus (teſte Colu. li. iiii.) dr̃ nouus palmes uitis, enatus prioris anni flagello. Sic dictus ab ipſius mallei ſimilitudine. Vel quòd in ea parte q̃ deciditur, ex ueteri ſarmento prominẽs utrinq; mal leoli ſpeciem præbet, & plantationi aptus eſt. Vel quòd (vt ait Plin.) ſolebat capitulatus utrinq; et ſurculatus ſeri. Et Malleoli, ſunt ſarmenta illa quæ in aggeribus ponuntur. Sed & manipuli parte pice cõ tecti, qui incenſi aut in muros, aut in teſtudines, ad incendium faciendũ iaciuntur, Malleoli uocantur.

Malleus, fabrile inſtrumentum, quòd res duras molliat: quaſi molleus. Ea enim quæ dura ſunt molliuntur ad ignem, vt malleis flagellentur.

Mallotes, penul. produ. à populo Mallo. ut Ariſtophanes Mollotes.

Malluulum, uas in quo lauantur manus. Et fœmi. genere Malluuiæ: ſicut Pelluuiũ & pelluuiæ, quo lauantur pedes. Nonius etiam Trulleũ adpellat, cuius vrceolus aquæ manalis uocatur, quòd eò aqua manans in trulleũ effundatur. Seruius lebetem uaſculũ interpretatus eſt, in quod aqua cadit dum manus lauantur. Ab aliis pollubrum etiam nominatur.

Malobrata, vnguenta quæ ex Aſſyria adferebantur. Vñ Horat. Tinctos malobatro Aſſyrio capillos. Hinc Malobatratus, hoc eſt, malobatro capillos delibutus. vt eſt apud Sidonium Apollinarem ad Leonem. Cornucopiæ.

Malobatron Latinè folium unum inter odoramenta. Dioſcorid. Malobatron, eſt herba quæ naſcitur in India, & habet folia que extenduntᷣ ſuper faciem aquæ, & non habet radicem, & eſt boni odoris.

Maltha, calx cũ arena & aqua: uel pix cũ cera mixta, & hmõi. ἡ ἄλλη ἐστὶ μάλθη λέγεται, καὶ μαλθακίζω, τὸ μαλακὸν ποιῶ. Id eſt, Græcè μάλθη, id eſt, malta dicitur: & malthacizo, mollefacio.

Malua, herba, quam Græci μαλάχην vocant, ab emolliendo uentre. Martialis,

Vtere lactucis, & mollibus utere maluis.

Duo eius genera poſuit Plinius, quæ foliorum amplitudine diſcernuntur. In ſatiuis maiorẽ Græci malopem, alteram (ab emolliẽdo aluo) malachen dixere ſylueſtrem: cuius folium grandiuſculum eſt, & albæ radices, altheam, & ab excellẽtia effectus ariſtaltheam. ἄριστον Græci optimum dicunt, καὶ ἀλθαία, malua. Dicitur etiam Malua, maluacium, à Malua fit Maluaceus, ea, ceum.

Malus, fœmi. generis, arbor, cuius fructus eſt malum. id eſt, pomum. Tractum nomen à Græcis, qui malũ μῆλον dicũt. Vnde Melimela, & habent penultimã productam. Hinc Malinus, ina, inum, quod eſt materiatum ex malo. Colu. lib. viii. Eſt etiã non ingrati ſaporis muria, præduretus, atq; ita malinis lignis, vel culmi fumo coloratus.

Malus, maſculini generis, arbor nauis, q̃a inſtar mali ſit in ſummitate, uel quia cingitur quaſi quibuſdam malis, quorum volubilitate facilius leu itur uela. Et ſimiliter primam producit. Lucanus lib. ii.

Antennas, proram, malos, tonſaſq; natantes.

Malus, la, lum, prima correpta, dicitur quod opponitᷣ bono. Eſt enim generale nomẽ, turpia ſimul & detrimentoſa cõplectens. Vnde dicimus Malum culpæ, quod male agendo committitur, quale eſt homicidiũ, furtum, & huiuſmodi. Malũ pœnæ, quod Deus ob mala commiſſa immittit. ut eſt illud propheticum, Ego dominus creans malum. Dicimus etiã malum militem, qui eſt imbecillis: malum imperatorẽ, qui eſt imprudens: malum grammaticum, qui eſt rudis: malum iudicem, qui eſt iniquus: malam faciem, quæ eſt deformis. Præterea Malum ſumitur pro labore, adflictione, & anguſtia. Vergilius,

Adſuetumq; malo Ligurem. Item ſumituᷣ pro malignitate. Seneca: Imbecillum inſontemq; damnare, ſummum eſt malum. Item pro interiectione, perinde ac ſi diceremus, Proh nefas. Qui loquendi mos, per interrogationem & honeſtus & vſitatus eſt. Gellius, Quæ (malum) iſta ratio eſt? Plinius li. vii. Quæ (malum) iſta dementia eſt, iterari uitam morte? Terentius in Adelphis, Quod hoc malum infelicitatis? In eundem ſenſum Cicero ad Atticum dixit, Qui mali? Aliquando capitur Malum pro paruo: ſicut bonum pro magno.

Mambre, mons iuxta Hebron.

Mamers, lingua Oſcorum, dictus eſt Mars, detractione ſyllabæ: qui & Mauors etiam adpellabatur. Mamertus, prænomen Oſcum: ab eo quòd hi Martem, Mamertẽ adpellãt. Apud Liuium, Mamertus Aemylius dictator, ex gente Mamerta. Quidam dicunt Aemyliam gentem à Mamerto Adpellatã, cui propter humanitatem ciuicam, cognomen fuerit Aemylio. Græci enim Aemyliam vocant ſermonis lepiditatem atq; facundiam.

Mamertini, populi Campani. Hi quum Meſſanam colonos miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini potius quàm Meſſanenſes ſunt vocati. Et quum ager eorum vini feraciſſimus ſit, Mamertinum vinum, non Meſſanenſe adpellatum eſt. Martialis,

Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta,
Si detur quod uis nomen habere poteſt.

Dicti Mamertini, à ciuitate Mamertia, quæ à Lacedæmoniis ſubuerſa fuit, quòd Meſſenii qui nonaginta virgines Lacedæmones uiolare tentaſſent, & nõ cõſentientibus eas occidiſſent. Autor Hieronymus contra Iouinianum.

Mamilla, diminutiuum à mãma, licet per ſimplex m, ſcribatur. Iuuenalis,

Illa loqui recta facie ſtrictiſq; mamillis.

Mamma, papilla, quæ & uber dicitur. Iuuenalis,

Et nuda teneat venabula mamma. Mama quoq; Græca dictio eſt, quã ſignificatᷣ nutrix, ſeu (vt quidã aiunt) auia. id eſt, patris ſeu matris mater, ſicut tata pater. Martial. Mammas atq; tatas habet.

Mammare, eſt mammas ad ſuggendũ præbere. Auguſtinus in Pſalmorũ interpretatione, Væ prægnanti-

bus. & mammantibus illis diebus. Hinc Mammatus, ta, tũ. Vnde Mãmatæ tegulæ, à laxitate dictæ ſunt, quæ balneis adhibentur.

Mammeatus, ta, tum, idem quod mãmoſus. Plau. Cuius amicam mammeatam uidimus.

Mammilia, propriũ nomen mulieris, Telegoni filiæ, à qua Mamiliorum familia eſt uocata.

Mammillare, amiculi genus, quo mulieres mammas tegere conſueuerunt.

Mammona, non Hebræorum ſed Syrorum lingua (ut Hieronymus ait) diuitiæ nuncupantur, quæ de iniquitate collectæ ſunt. Idem in Pſalmorum expoſitione, Videris quòd iniquus mammona in iſto ſæculo deficit. Mammona ergo iniquitatis iſtæ diuitiæ vocantur, etiam quum iuſte adquiſitæ, & quæ iure parentũ ſuccedunt: quia cum labore adquiruntur, & cum magna ſollicitudine cuſtodiuntur, & ſine iniquitate uix aut raro haberi poſſunt. Auguſtinus vero ſic: Mammona verbũ Latinũ non eſt, ſed Hebræum, cognatũ linguæ Punicæ. Iſtæ enim linguæ ſibi ſignificationis quadam vicinitate ſociantur. Quod Punici dicunt Mammon, Latini lucrum vocant. Quod Hebræi dicunt Mammona, Latinè diuitiæ vocantur. Suidas tamen μαμμωνᾶς χρυσὸς γήϊνος πλοῦτος οὐχὶ ὁ ἐκ τοῦ σαθανᾶ, ἀλλ' ὁ περιττὸς, καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν. id eſt, Mammonas aurum & terrenæ diuitiæ nõ ex Sathana ſed ſuperuacue & præter neceſſitatem. Quare penultima longa eſt, quia eſt omega.

Mammoſus, ſa, ſum, quod habet magnas mammas. Mart. Mammoſis metuo, teneræ me trade puellæ.

Mammotreptus, qd ſignificet, Aug. in interpre. Pſal. declarat. Si eum (inquit) quæris imita, & ex illo pendere, adhuc lacte vis nutriri, & fies mammotreptus, quales dicuntur pueri, qui diu ſugunt, quod nõ decet. Et paulò pòſt. Faciũt hoc nutrices mãmotreptis vt aliqua amara ponãt in papillis ſuis: quibus offenſi paruuli ab vbere reſiliant, & ad menſam inhient.

Mammula, diminutiuum à mamma.

Mamphur, lignũ rotundũ, loro circumuolutũ, quod circumagunt fabri in operis tornandis.

Mamurius, faber ærarius laudatiſſimus.

Mammurræ, ſenatoria familia Ro. erat, ſed Formiis oriunda.

Manalis fons, dictus qa aqua ex eo perpetua manat.

Manalis vrceolus, ſiue guttumium, uas dicebatur, ex quo aqua in pollubrum dimittitur. Ce.

Manare, proprie dicitur, quũ aliquid ex integro, ſed non ſatis ſolido, per minutiſſimas partes ſtillat. Tractum à Græcis, qui μανὸν rarum & ſine denſitate adpellant. Hinc Manalem fontem dici exiſtimãt, quòd aqua ex eo perpetuò manet. Et Manalem lapidem, quòd ex eo manare aquæ videantur. Alii Manare à manè deducũt, & de Sole proprie dici uolunt, quũ orientes radii ſplendorem iactare incipiunt. Sed frequentius ad aquam & ad humores refertur. Per trãſlationem ponitur pro deſcendere, fluere, procedere. Et huiuſmodi res quæ manat quandoque in nominatiuo ponitur. Vergilius:
Tum gelidus toto manabat pectore ſudor.

Lactantius libro primo: Quid mirum ſi ab hac gente vniuerſa manauerunt: id eſt, proceſſerunt. Quandoq; in adcuſatiuo. Plinius libro decimoquar. Arborum ſucco manantium picem reſinamq; aliæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur. Quandoq; in ablatiuo. Liuius lib. I. Cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ ſe tenens. id eſt fluentem. Hieronymus libro Numeris: Tradet humum lacte & melle manantem. Huius compoſita ſunt Emano, & Permano.

Manceps, qui aliquid à populo emit conducitue: quia ſublata manu ſignificat ſe autorem emptionis eſſe. Quidem præs dicitur: quia tam debet præſtare populo quod promiſit, quã is qui pro eo præs factus eſt. Et emptio Mancupi, quæ ſolemnitate quadam fiebat, adhibitis non minus quinq; teſtibus Romanis ciuibus puberibus, & alio eiuſmodi cõditionis, qui librã æneã teneret. Emptor ita dicebat. Hoc ego ex iure Quiritiũ meũ eſſe aio: hoc quod emptũ eſt hoc ære æneaq; libra. Deinde libram ære percutiebat, idq; æs dabat ei à quo rẽ emptã accipiebat. Et hæc Mãcipatio vocat. Hinc ſeruus, equus, ouis, aliaq; huiuſmodi, Mãcipia dicunt, qd manu capiant, ſiue mãcupi emptione adquirantur. Mancupes Cice. adpellat Romanos publicanorũ principes, q q̃ſtus ſui cauſſa decimas redimunt à populo Romano. Vnde à Suetonio dictum eſt. Non negauerim iactatum à quibuſdam Petronium patrem è regione Tranſpadanæ fuiſſe Mancupem operarum, quæ ex Vmbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis cõmeare ſolent. id eſt, redemptorem, conductoremq; ſeruorum & operariorum. Sciendum eſt, quòd Mancipi ſiue Mancupi, indeclinabile eſt per omnes caſus, & genera: quanquàm alii figurate dici velint in caſu dandi. Et Mancipi dicitur ad nos pertinere, quod ex ſubhaſtatione emimus, eſtq; ius. Cic. pro Muræna: Qui ſi in his repetundis quæ mancipi ſunt, his periculũ iudicit, præſtare debet qui ſe nexu obligat.

Mancinus, nomẽ viri, à quo Mancinates, pro damnato, quòd Mancinus inſignem domũ habuit quæ eo interfecto publicata eſt.

Manciolæ, diminutiuũ à manu, quaſi paruæ manus. Neuius: Manciolis tene illis.

Mancipo, pas, penultima correpta, quaſi manu capio: vt modò dictum eſt, quod eſt obligo, ſummitto, & ſeruum facio, quamuis ſine libra & verbis ſupra poſitis. Lactantius libro ſecundo: Spiritibus immundis puras animas ſuas mancipant. Plaut. in Curculione: Alienos mancipatis, alienos manumittis, alienis imperatis: nec nobis autor ullus eſt, nec voſmet eſtis vili. Hieronimus in Prologo Thobiæ, Librum vtiq; Thobiæ, quoniam Hebræi de catalogo diuinarum ſcripturarum ſecantes, his quæ Hagiographa memorant manciparunt. id eſt, ſubdiderunt. Huius compoſitum eſt Emancipo.

Mancus, proprie manu eneruatus: quaſi manu carẽs. Licet quandoq; pro debili ponatur, & ad res etiam inanimatas transferatur. Cic. libro V de Finib. bonorum: Sed etiam alterius tribus, qui mancam fore putauerunt

tauerunt

tauerunt ſine aliqua acceſſione virtutem.

Mandatarius, cui dantur mandata peragenda.

Mandatum, & participium & nomen eſſe poteſt. Participium, vt Mandatum eſt, apud Plautum. Nomen vt apud Quintil. Mandata tamen tua fili perago. Et eſt proprie Mādatum, commiſſio, hoc eſt, quod cōmittitur. Sall. C. Manlius ex ſuo numero legatus ad Martium regem mittit, cum mandatis huiuſmodi.

Mandibula in qua dentes ſunt ſiti, quæ & maxilla dicitur. Sunt autem duæ mandibulæ, ſuperior ſcilicet & inferior, à mandendo. Quo etiam nomine vocatur gens in Gallia Aquitana, Auernis finitima, ſicut Strabo ſcribit.

Mando, das, committo, vt quū quid memoriæ mādatur, ſiue imponitur, committitur've, vt memoriter teneatur, ſiue ex propria memoria id fiat, quum quid repetitur aut auditur: ſiue ex ſcripto ex memoria propria. Cic. lib. iii. ad Herennium: Quoniā nuperrime dictum facile memoriæ mandatur, vtile eſt quum dicere deſignamus, recentem aliquā relinquere in animis auditorum firmam argumētationem. Ex ſcripto Gellius: Memoriæ mandatū, Platonem philoſophū tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. Et hoc modo Mando, ſignificat manu ſcribēdo memoriæ do, vt Cic. pro Sex. Hæc fama celebrantur, monumentis annaliū mandantur, proſperitati propagantur. Aliquando & literis & memoriæ ſimul quid mādatur: Idem li. xii. Philippi. Quid huic facias, qui hoc literis memoriæq́; mandauit. Lactan. lib. vi. O ingenia hominibus indigna, quæ has ineptias protulerunt: miſeros atq́; miſerabiles, qui ſtultitiam ſuam literis memoriæq́; mandauerunt. Literis & memoriæ capere licet, non ſolum ſcripto id mandatum eſſe, vt rem ordine geſtam ipſi ſcriptores haberent, ſed etiam vt memoriæ poſteritati darent. Nam non intelligi par eſſe cenſeo, accipi literis & memoriæ dicti ex abſudantia: ſed ex diuerſitate rei. Aliter etiam quid mandari poteſt. vt Colu. lib. iii. Semina quàm recentiſſima terræ mandare conuenit. Interdum Mandare, cōmittere. vt quum quid faciendum datur, quod iniungere, ſeu imponere, ſeu commendare dicitur. Plautus in Curculione: Mandatum eſt mihi, vt has tabellas ad eum ferrem. Terent. iii Adelph. Huic mandes, ſi quid recte curatum velis. Cōpoſita huius verbi ſunt Amando, Admando, Commādo, Demando, Præmādo, & Remando.

Mando, dis, mandi, ſecundum alios mandui, & ſecundum alios mandidi, manſum, ſignificat dentibus cōficio. Plaut. in Trinum. Calliotis ad villam aiebant ſerui depromptum cibum mādere potro. Verg. lib. iiii. non ad effectum, ſed ad actum retulit:

Stat ſonipes, & fræna ferox ſpumantia mandit.

Serenus vero ad effectum:

Purgatur cerebrum manſa radice piretri.

Dictum Mando, à manu dando, quòd manu cibus ori admouetur: quemadmodum à manu ducenda dicimus manuduco. Huius compoſitū eſt Remādo, quod eſt rurſus mando, rumino. Plin. lib. x. Pontici quoq́; mures ſimili modo remandunt.

Mando, nis, edax, qui aſſidue mandit. Lucilius: Atq́ omnes mandonum gulæ.

Mandra, ſpelunca, cubile, & receptaculum equi, bouis, aliorumq́; huiuſmodi. Iuuenalis.

Et ſtantis conuicia mandræ Eripiēt ſomnū Druſo.

Probus ſcribit Mandram eſſe vici oſtium, vel flexū, vel arrectum, aut breue & vile ædificium, quod anguſtet latitudinem vici: vel ingens vehiculum quo trahes portantur. κάνδραι λέγουσι ἕλληνες. id eſt, Mandram dicunt Græci.

Mandragoræ duo ſunt genera, cādidum quod mas, & nigrum quod fœmina exiſtimatᵛ. Fert mala auellanarum nucum magnitudine. Mandragoram foſſuri ab auerſante vento cauēt, & occaſum ſpectāt. Vis eius in poculo ſomnifera eſt, ac etiam olfactu. Colu. Mandragoræ pariat flores.

Manducatus cibus, & Commanducatus, non tam ſignificat comeſtus, quàm manſus, & dentibus comminutus, maſticatusq́;, qui deinde pro medicamento imponi ſolet.

Manduco, cas, idem quod mando, cuius compoſitum eſt Cōmanduco. Pli. lib. vigeſimo. Huius cucurbitæ commāducatæ ſuccus, ſtomacho admodū prodeſt.

Manduco, onis edacē ſignificat, hæc enim omnia ferè idē denotant: Mandones, Manducones, Manduel, Manſutii, Comedones, Comedi, Edones, Edaces, Epulones, Lurcones, Gurguliones, Gancones, Heluones, Scurræ, Paraſiti, Gulones, Phagones, Liguriones Nepotes, Catillones, Deglutitores.

Manducus, idem quod manduco. Plau. Quid ſi ad ludos me pro manduco locē? Māduci effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas & formidoloſas imagines ire ſolebat. Erant enim laruato capite humano, maxillas vaſta magnitudine, pariter vaſtis armatas dentibus, habentes. Qui ſuo oris hiatu, dentiumq́; crepitu, ſeſe in vtranq́; partē vltro dum flecterent, ridentem turbam vertebant in fugam.

Mane, diei principium, quum dies clarus eſt, ab omine boni hominis. Manum enim veteres bonum dicebant. Vnde Dii Manes, id eſt, boni: quemadmodum ecōtrario Immanes, crudeles dicimus, ac minime bonos. Vel (ſicut ait Macrobius) quòd ab inferioribus locis, id eſt, à Manibus, exordiū lucis emergat. Varro à manando deriuat, quòd cum Sole manet dies ab Oriente. Vnde Manii & Lucii, qui nati ſunt mane & luce. Vel quòd Dii Manes per omnia manare exiſtimabantur.

Maneo, nes, māſi, ſum, ſignificat me cōtineo loco inſiſto. Cic. lib. Officiorum: Cyrillum quendam ſuadētem vt in vrbe maneret. Quandoq́; Manere, ſignificat præſtare. Ver. illus: Manet imperterritus ille, Hoſtem magnanimum opperiens. Quandoq́; expectare. Plaut. Ego hic te manebo. Verg. lib. xi.

Te Turne nefas, te triſte manebit Supplicium.

Quādoq́. futurū eſſe. Cic. Cuius te fatū ſicut Curionē manet. hoc eſt, cuius fatū tibi futurū eſt, ſicut fuit Curioni. Quandoq́; inhærere, fixum eſſe. Verg.

Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis.

Quandoq́. durare, perſiſtere. Teren. in Hecy. Manes

re adfinitatem hāc inter nos volo, ſi ullo modo poſſit, quod ſpero fore. Huius compoſita ſunt Commaneo, ſimul habito. Hieronymus ad Damaſum, Monachorum circà commanentium antiqua in me ſurgit autoritas. Emaneo, extra maneo. à quo Emāſor. Emineo, à quo Promineo, & Præmineo, Immineo. Remaneo, retro maneo, perſiſto. Iuſtinus lib. ii. Interea rex velut ſpectator pugnæ, cum parte nauium in littore remanet. Cic. libro. i. Tuſculanarum, Sed fac (vt iſti voluit) animos nō remanere poſt mortem. Et in Catone: Tantum me manet, quod virtute & recte factis ſis conſequutus. Sed hoc per tranſlationem magis. Permaneo, perſeueranter maneo Obmaneo, diu maneo. Manſio à maneo. Scribit Plin. lib. vi. Manſiones eſſe diſpoſitas aquationum ratione, qua chamellis itur in Arabiam.

Manes ſunt præſules corpori humano attributi, qui parentum ſeminibus manauerūt. Inde Summanus. id eſt, ſummus inter manes dictus Pluto Verum Manes, quoniam corporibus illo tempore tribuuntur quo fit prima conceptio, poſt vitam hiſdem corporibus delectantur, atq; cum his manentes adpellantur Lemures. Qui ſi vitæ prioris adiuti fuerint honeſtate, in Lares domorum vrbiumq; vertuntur. Si animi deprauantur ex corpore, Laruæ perhibentur ac Manes. Manes igitur tam boni quàm truces ſunt conſtituti: quos agathos & cacos dæmonas memorat Græca deſcriptio. Manes item Dii boni dicūtur. Acron. Dii manes Dii boni, à manum, quod eſt, bonum. Antiqui animum à corpore ſeparatum, Manē Deum nuncupabant. Apuleius de Socratis dæmonio dicit. Manes animæ dicuntur meliori: meritiſq; in corpore noſtro genii dicuntur, corpori renunciātes lemures: quum domos incurſionibus infeſtarēt, laruæ adpellabātur. Cōtrà ſi bonæ fuerint, lares familiares. Seruius per antiphraſim ait, Manes eſſe Deos inferos qa nō ſint boni, idem dicit alibi, eſſe animas corporibus exutas, quæ nōdum in alia corpora migrauerint Quandoque Manes dicuntur pœnæ.
Vergilius: Quiſq; ſuos patimur manes.

Mangones, dicti ſunt quaſi manu agones. Erāt enim magiſtri formæ puerorum & mentiēdi coloris probe callentes, qui homines vendebant. Solebāt enim pueros puellaſq;, quò facilius vēdi poſſent, artificio quodā cōponere colorem (vt Quintilianus ait) fuco: ac verum robur inani ſagina mentientes. Ita mācipia vendibiliora & precioſiora efficiuntur. Mart.
Milia pro puero centum me mango popoſcit.
Suetonius in Domitia. Caſtrari mares vetuit ſpadonum qui reſidui apud mangones erant. precia moderatus eſt. Plini. Thynni ſanguine oblitos pueros pubeſcere negāt mēgones. Aliarum quoque rerum Mangones dicūtur, qui merces poliunt, atque interpollant, vt pluris vendant. Vnde Plinius: Decuſſi fraumenti paululum', quod in lamina ferrea teratur: efficaciſſimum experimentum excuſant mangones gemmarum. Nec mares tantum, ſed etiam fœminæ mangones vocantur. Plinius: Mango obſtetrix erat.

Māgonicus, ca, cum, quod ad māgonem pertinet. Pli. Radix iacynthi bulbacea, & in mangonicis venalitiis pulchre nota, quæ in vino dulci illita, pubertatem coercet, nec ſinit erumpere Suetonius, Neceſſarioq; ad mangonicos quæſtus ſuſtinēdæ dignitatis cauſſa deſcendit.

Mangonium, artificium quod ad res facilius vēdendas adhibetur. Plin. Nec tamen in hoc mangonio quicquàm totum placet: hic clune, alibi pectore tātum gallinarum laudans.

Mangonizo, nizas, orno, compono rem ad alliciendos emptores. Plin. lib. xxiii. Succus radicis vitis nigræ, cum eruo lætiore quodam colore & cutis teneritate māgonizata corpora. Trāſfertur etiā ad alia. Sic enim oratio Mangonizata, & forma, & domus, & reliqua dici poſſunt, vt lenociniis & fuco potius quàm veritate allectent. Hodie etiam māgonizitur panni, ſiue linei ſiue lanei. Quin & equos mangonizatos venire videmus. Hos Græci ab equis componendis hippocomos vocant.

Maniæ, deformes perſonæ. Et Manias Laruas, quas nutrices pueris minitari ſolēt, adpellāt. Medici Maniacos vocant, furoris, morbo laborantes, quoniam Mania dicitur inſania & furia. Latini melius, qui inſaniam à furore diſiungūt: quoniam aliud eſt furere, aliud inſanire. Item Mania Dea, lariſſimater, cui olim ſacrificabant. Et Maniæ dicebantur ficta quædā ex farina in hominū figuras, quòd deformes ſint, quas etiam Maniolas adpellabant.

Manibus pedibuſq;, prouerbiū eſt, hoc eſt, omnibus viribus. Terētius in And. Quem ſcio manibus pedibuſq; omnia facturum.

Manica, penultima correpta, pars veſtis quæ manus teguntur. Vergilius:
Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.
Hinc Manicata veſtis, quæ manicas habet quas veluti probroſas & fœmineas criminari dicit à poeta, quod priſci Romani breues & circa humerum deſinentes, primo portauerunt. Manicæ etiam dicuntur manuum vincula, vt apud eundem:
Manicas atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus.
Sic Cōpedes, vocantur qbus pedes colligātur. Hinc per tranſlationem, dicuntur vincula nauium. Luca.
Aſt alias manicæq; ligant teretes q; catenæ.
Item Manicæ, thecæ ſunt ex ferro, quibus brachia & manus contra hoſtium iniurias muniuntur. Iuue.
Quale decus rerum ſi coniugis auctio fiat.
Baltheus & manicæ criſtæ cruriſq; ſiniſtri.
Dimidium tegmen. Et Manicæ, dicuntur quibus aduerſum vim frigoris manus muniuntur. Pli. Iunior ad Macrum, Adlatus notarius cum lib. & pugillaribus cuius manus hyeme manicis muniebantur, vt ne cæli quidem aſperitas vllum ſtudii tempus eriperet.

Manichæi, hæretici quidam dicti ſunt à quodam Perſa, qui vocatur Manichen, quamuis & ipſum quum eius inſana doctrina cæpiſſet nomen prædicari, nam antehac Vrbicus vocabatur. Sed in Græcia diſcipuli eius vitantes nomen inſaniæ quaſi doctores, & eo ipſo mēdaciores geminata n, Mannichei,

quaſi manna fundentem pro Manicheo, id eſt, inſano adpellauerunt.

Manicon, genus herbæ, quam & furialem vocát, quá ſi quis drachmæ folio ſumpſerit, variæ ſpecies ac lætitia plene animo obuerſantur. Cc.

Manicula, diminutiuum. id eſt, parua manus. Plaut. in Rudente, Duæ cónixæ maniculæ & ſucula.

Manifeſtarius, a, um, quod eſt notoriú. id eſt, qđ manifeſtatur. Plau. Capio fuſté, obtrunco gallum, furem manifeſtarium.

Manifeſto, as, palàm facio.

Manifeſtum, dicitur quod eſt clarum, & apertū, quaſi ad manus foris ſtans.

Maniolæ, inſulæ ex aduerſo Indiæ, extra Gangem, in quibus tradunt nauigia quæ clauos ferreos habent detineri, nec vlterius progredi ſinunt, ne quando lapis Herculeus, qui circa ipſas gignit, illa ad ſe trahat. Eas tenét Antropophagi Manioli dicti: ſicuti ſcribit Ptolomæus libro ſeptimo.

Manipulatim, aduerbium ſignificat per manipulos.

Manipulus, à manu fit, & proprie ſignificat manualem herbarum faſciculum, quem manu quis adprehendit meté do, vt in Pſal. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Interdum ponitur pro exigua militum manu, quæ vnum ſequitur ſignum. Erat enim pars centuriæ ita dicta, quòd Romulo paupere, adhuc Romanus exercitus manipulos fœni haſtis alligatos, pro ſignis gerebat. & in legione quidem erát triginta manipuli. Dictus Manipulus (vt inquit Varro) ab eo quod plures militum manus iunguntur. Seruius docet Manipulos eſſe ſigniferos, quod imperante Romulo, quum Romani & Latini ſub vno centurione bellum aggreſſuri eſſent, manipulo herbæ haſtæ alligato pro ſigno vterentur. Vnde Manipularis, dicitur qui fert vexillum. Ouidius libro Faſtorum:

Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos,

Vnde Maniplaris nomina miles habet.

At Vegetius li. ii. ſcribit Maniplum vocari cōtubernium decem tantummodo militum ſub vno papilione degentium, ab eo quòd cōiunctis manibus dimicabant. Spartian. in Had. Ipſe inter manipula vitam militarem magiſtrans. Inde Cōmanipulones, qui in eodem manipulo ſunt. & Commanipulatio, quibus nominibus vtitur Spartianus.

Manius, prænomen eſt eius qui mane natus eſt: ſicut Lucius, qui luce.

Manliana imperia, crudelia vocitata ſunt. Sunt & Manliana, malorum genera ab inſitore ſic dicta. Cornucopiæ.

Manlius, proprium nomen viri Romani, quòd manu promptus eſſet. Neminé autem patriciæ familiæ hoc nomine vocari licuit poſt eum Manlium, qui Gallos à capitolio depulit, quòd is regnum occupare conatus, necatusq́; ſit. Fuit & cognomen eius qui Carthaginem vicit. Hunc Pli. maximis vtilem doctrinis nullo doctore fuiſſe prodidit.

Manna, ros, melleus matutinus.

Manni, & Aſturcones, equi gradarii ſunt.

Mannor, aris, furor. Mannatus veſtem amicæ.

Mannus, filius fuit Teutonis Dei, à quo Alemanni dici glorianttur. Cc.

Manobarbulus, teli genus ſimilis plumbeæ pilæ, quo vtentes milites ipſi Manobarbuli dicti ſunt. Cc.

Maſiſterna aquæ vrna. Id eſt, vrceus. Plau. in Bacchi. Effer maſiſternam cum aqua foras.

Manſues, veteres pro manſueto vſurpabant. Cc.

Manſueſco, is, manſuetus fio, miteſco. Col. lib. vii. Nā per hæc blandimenta triduo feræ manſueſcunt. Varro lib. i. de Re ruſt. pro māſuefacio poſuit quum inquit. Sic ex animalibus quum propter eandem vtilitatem quæ poſſunt ſylueſtria deprehenderēt, ac cōcluderent, & manſueſcerent.

Manſuetarii, qui feras manſuefaciunt. Lampridius in Helioga. Habuit leones & leopardos, quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam menſam iubebat accumbere. Iulius Firmicus libro octauo Matheſeos. Septentrione oriente, nati erunt manſuetarii ferarum.

Manſuetudo, (vt inquit Speuſippus) eſt conſtantia animæ aduerſus iræ impetum immobilis moderata temperies animæ.

Manſuetus, mitis, quaſi manu aſſuetus, quòd oīa quæ ſint natura fera, manuū præmulſione miteſcát. Ver. Ille manu patiens menſæ q; aſſuetus herili.

Feſtus: Māſuetus neq; miſericordia mœſtus, neque crudelitate ſæuus, ſed modeſtia tēperatus. Beſtiæ māſuetæ etiam placidæ & cicures dicſitur. Pli. trifariam diuidit animátes, in placida, fera, & intermedia. Nam hirundines, apes delphini nec placida ſunt nec feræ, ſed mediæ inter vtrunque naturæ.

Manſum, ſubſtantiuum, quod à nutricibus dari ſolet infantibus. Cic. lib. ii. de Ora. Atq; omnia tenuiſſima manſa (vt aiunt) nutrices infantibus pueris in os inſerát. Manſum, etiam dicitur quátitas terræ quæ ſufficit duobus bobus in anno ad laborandum, vt ſcribitur lib. iii. decretalium, de cenſib. & exactionib.

Manſus, ſa, ſum quod eſt dentibus cōtuſum, cōminutumq́;, proprie dicitur de cibo manducato. Serenus: Purgatur cerebrum manſa radice piretri.

Manſutius, à mandendo, edacem ſignificat, vt inquit Feſtus.

Mantælum, & Mantælium, & Mantæle, is, compoſita dictio ex manus & tela, quaſi mappa, à manibus tergendis. Eſt enim linteolum quo manus tergere ſolemus. Ouid. lib. iii. Faſto.

Dixerat ad dextram villis mantæle ſolutis.

Plautus: Nec his ſycophántiis nec fucis vllum mātælum obulam eſt. Dicitur & Mantile, & in plurali Mantilia. æ, diphthō. in i, productam mutata, ſicut quæro, inquiro. Vergilius:

Tonſiſq; ferunt mantilia villis. Nam (vt Seruius inquit) conſtat maiores mappas habuiſſe villoſas. Mantilia vero à manibus ante lotis dicta: quomodo thorale à thoro. Sunt etiam Mantilia quibus menſæ teguntur. Martialis:

Nobilibus villoſa tegunt tibi lintea citrum,

Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt.

Ruſſus Mantælia.ſeu Mantæla accipiuntur pro penulæ genere,quo ſe ut lorica muniunt. Græci hanc μανδύας uocant,vñ Suidas,μανδύας εἶδος ἱματίου ὅπερ καλεῖται λωρίκιον.

Mantare,ueteres pro manere uſurpabant.Ce.

Manteum,locus oraculis dicatus.Cicero lib.ii.de Finib. Vt quaſi de manteo promant medicamenta illa Epicurea:dolor ſi grauis,breuis:ſi longus,leuis.

Mãtia,ἑλληνικῶς λέγεται ἡ μαντεία, καὶ μαντεύομαι. diuinatio,uaticinium. A Mantia per compoſitionẽ fiunt Necromãtia,Hydromantia,Pyromãtia,& alia huiuſmodi,quorum penultima producitur.

Mantica,penultima correp.numerum receptaculum,quòd manu geratur.ponitur quandoq; pro penula uiatoria(vt Porphirius ait,)cuius diminutiuum eſt Manticula,cuius pars ante pectus,pars poſt tergũ dum geritur,pendet.

Manticinatus,vaticinatus,nam Mantis,Latine vates.

Manticora,beſtia in India quæ triplicem dentium ordinem,& hominis faciem vnà cum corpore leonino habet,humanas carnes maxime adfectans.

Manticularia,dicuntur ea quæ in frequenti vſu habentur,& quaſi manu tractantur. Frequens enim ad manus tergendas uſus fuit mantelorum, vnde hæc trahitur ſimilitudo.

Manticularius,qui manticulas adtrectat, ut furetur, Tertullia.in Apolog.Quis illic ſicarius? quis manticularius?quis ſacrilegus?aut corruptor?aut lauantium prædo?

Manticularius,dicitur fur,q inferens ſe confertæ multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificio dolo'ue aperit,& euacuat,ablata pecunia,dictum à manticulis.Nam(vt inquit Feſtus)manticulorum vſus in nummis recondendis fuit.

Manticulatio,aſtus,& fraus.

Manticulor,doloſe ago.Pacu. Ad manticulandum aſtu adgreditur.

Mantinea,vrbs quæ poſtea Antigonia dicta fuit,in adulationẽ Antigoni,eius qui Philippo Perſæ patri curator regni fuit. Sed poſtea Hadriani imperatoris iuſſu ruſus Mantinea fuit adpellata.

Mantis,diuinus vel vates,à Mãto Tyreſiæ vatis Thebani,quæ poſt Thebanorũ cladem & ſeruitutẽ,primò ſub Creo Lebedon & Clarii Apollinis templũ in Aſia ſtruxit.Inde in Italia Mantuam, quæ ex Tyberino rege Thuſciæ Ocnum peperit,qui & Bianor, qui oppidum muris circundedit.

Mantis agathos,id eſt,vaticinator bonus.

Mantiſcinor,ſignificat furor. Terentius in Eunucho: In re perdita quum de alio mantiſcinor atque imperando.

Mantiſſa,additamentum quod manu fit rei quæ venditur.i.eſt,pauxillum illud quod adiicitur põderi. Lucil.Mantiſſa obſonium vincit.

Manto,vide Mantua.

Mãtua,vrbs clariſſima ab Ocno filio Tyberis.et Mãtus Tireſiæ Thebani uatis filiæ,quæ poſt patris interitum ad Italiã uenit,cõdita fuit: & à matris noie Mantuam adpellauit. Vnde Vergilius lib.x.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus aboris,
Fatidicæ Mantus & Tuſci filius amnis.
Qui muros matriſq; dedit tibi Mantua nomen.

Sed an verum ſit, quòd vnquàm in Italiam venerit, nolo nunc citare Pauſaniam,Hellanicum,& Græcorum multitudinẽ magnam. Poetarũ clariſſimo,illuſtriſſimoq; principe Vergilio Marone, gloriatur Mãtua,cuius felix ingenium tam omnes efferre debent, quàm imitari nulli poſſunt.

Mantuanus,a,um,à Mantua deducitur. Vnde Mantuanus Homerus, Vergilius dictus eſt.Ce.

Manuariæ tunicæ,quæ manicas habent.

Manuarius,a,um,quod ad manum pertinet. Gellius: Hoc ære quaſi manuario collecto,cœnulã parabat.

Manubiæ,dictæ ſunt quòd manu capiãtur ab hoſtibus.Eſt enim præda ab hoſtibus capta. Aſcon. ſcribit Manubias prædas imperatorũ pro portione de hoſtibus capta. Spoliæ quoq; quæſita de hoſte nobili per deditionem manubias ueteres dicebant, de quibus quod vellent facerent.Nam præda dicit corpora ipſa rerum quæ capta ſunt. Manubiæ adpellatæ ſunt pecuniæ quæ à quæſtore ex vẽditione prædæ redactæ ſunt. Dici tamen quoſdam non ignobiles ſcriptores,aut temere,aut incurioſe prædam pro manubiis,& manubias pro præda poſuiſſe : ſed qui proprie locuti ſunt, ſicut Cicer. in oratione de lege Agraria,manubias pecuniã dixiſſe. Eſt quandoq; vt iactus fulminum Manubiæ dicantur. Vnde ait Seneca libro ſecundo Quæſtionũ,Ioui tres manubias dari:quarum prima monet,ſecunda prodeſt, tertia adhibitis conſilio Diis emittitur.

Manubrium,à manu,capulus adpellatur quod manu teneatur.

Manuleatus,a,um,idem quod manicatus. Plautus in Pſeu.Manuleatam tunicam,hominem habere addecet.Et Manuleatam tunicam,dicimus manicas prolixiores habentem. Manicatum hominem,indutum tunicis manicatis.

Manum conſerere, eſt præliũ incipere & contẽdere. Sed apud Iuriſconſul.quũ de aliqua re diſceptat in iure,præſente prætore,ſiue ager ſeu qd aliud ſit,Manum conſerere dicitur,quum manu adprehẽdit rem de qua agitur. Quod Manus correptio & uindicatio & vindicia adpellatur.Ad manus venire, ſimiliter eſt prælium ſeu contentionem incipere. Plautus: Itur ad manus,arma ſumuntur.

Manum,bonum,clarum : Ideo poſt noctis tenebras, prima diei pars,mane, & Deos Manes dicimus bonos & proſperos.

Manumitto,de ſeruo liberum facio. Manumiſſus, liberatus à poteſtate. Nam quandiu quis in ſeruitute eſt,manui,hoc eſt poteſtati ſubditus eſt. Erat autem mos in manumiſſione, ut dominus caput aut aliud membrũ ſerui tenens,diceret:Hunc hominem liberũ eſſe volo,& mittebat eum à manu.

Manus,à manãdo dicta eſt,quòd ex brachiis manet, vel quòd ex ea manent digiti.Et Manus,inſtrumentum & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus raptæ tenentur:à manus humanæ ſimilitudine,

quam

quam Pericles Athenienſis (vt fertur) inuenit Hiero. Ferreas manus & uncos præparát. Luc. lib. primo.
In manibus veſtris quantus ſit Cæſar habetis.
Item Manus multitudo uocatur. Vergil.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.
Item poteſtas, ut quum dicimus: Res in manu eſt: quæ non modò ſignificat in promptu eſt: ſed etiã in poteſtate. Inde Vlpiano teſte, Manumiſſio, dicta eſt datio libertatis. Nam quãdiu quis in ſeruitute eſt, manui, hoc eſt, poteſtati ſubditus eſt, & Manumiſſus, à poteſtate liberatus. Item Manus capitur pro proboſcide elephanti. Nam hanc Manum uocant Latini, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu utatur elephantus. Curtius lib. iiii. de elephanto loquitur: Præcipuè terribilis illa facies erat, quũ manu arma virosꝗ corriperent, & ſuper ſe regentibus traderẽt. Idem in eodem: Copidas uocabant gladios leuiter curuatos, falcibus ſimiles, quibus adpetebant beluarum manus. Nõnunquàm pro ſcriptura manuum. Quintil. lib. i. Cauſſas Caſſius Cicero & Vergilius ſcripſerunt, ſic manus eorum docent.

Manus iniectio, dicitur quoties nulla iudicis autoritate expectata, rem nobis debitam vindicamus.

Mapalia, Punica lingua, agreſtes caſæ & furnorũ ſimiles (vt inquit Hiero.) in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet id vocabulum ſolute uiuentibus obiici. Sunt enim quaſi rotundæ cortes, vt inquit Feſtus.

Mappa, quæ ſuper menſam ſternitur, quòd manibus pendeat dum ſumus in menſa. Plin. lib. xix. Ardẽtes in focis conuiuorũ vidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis quàm poſſent aquis. Villoſæ autẽ apud ueteres fuerunt in precio. unde Martialis: Nobilius uilloſa tegunt tibi lintea citrũ. Legitur etiam mappũ neutro genere. A' Mappa uerò fit diminutiuum Mappula.

Marathon, campus Atticæ, ſeu ciuitas, diſtãs ab Athenis circiter decẽ milia. Et morte Icari regis interfecti inſignis, necnon & uictoria Theſei ex tauro ſuperato: ſimiliter & Miltiadis gloria, qui centũ milia ex Daril Perſarum regis exercitu profligauit. Hinc Marathonius, nia, um, vnde taurus Marathonius dictus eſt, qui apud Marathonẽ à Theſeo interfectus eſt, hic eſt taurus amatus à Paſiphae, quem Hercules ex Creta eò abegit. Eſt & oppidum hoc nomine iuxta Tricorythũ & Rhamnem vrbẽ, in qua clarũ Nemeſis templum fuiſſe memoratur.

Marathron, σὺν τῷ θ, ὅτι τὸ μάραθρον λέγομεν τὸν πίαν λατῖνοι φινίκυλον, id eſt, cum th, quoniam marathron dicimus herbã Latini fœniculum. à noſtris fœniculus adpellatur.

Marathuſa, inſula quædã à copia fœniculi ſic dicta, quæ & Clazomenia dicitur.

Marcella, nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata eſſet, gauderet'ne ſe nupſiſſe. Ita ualde reſpondit, ut amplius nolim.

Marcellus, nomen uiri clariſſimi Romani proprium, cuius geſta & à Plutarcho & aliis ſcripta ſunt. Hic Gallorum ducem ſingulari certamine fudit, ſpolia legit, Annibalem primus vinci docuit, Syracuſas per tres annos expugnauit, quinquies conſul. Inſidiis Annibalis deceptus, magnifice ſepultus fuit.

Marceo, ces, cui, putreo, à quo Marceſco, putreſco, à macie: quoniã quæ macie attenuata ſunt, facile putreſcũt. Huius cõpoſitum eſt Emarceo, quod eſt valde marceo: à quo Emarceſco. Hiero. in Gene. Tetigit neruum eius & ſtatim emarcuit.

Marcipor, Marci puer, hoc ẽ, famulus. Sic Publipor, Lucipor, & alia huiuſmodi.

Marcomanni, populi Germaniæ quos Cæſar cum Arioiuiſto Germanorum rege ſuperauit.

Marcor, Putredo. Plinius: Si ferri uel chalybis aliqua rubigo uel panni marcor adfuerit.

Mare, aquarũ cõgregatio generaliter dicitur. Et multæ collectiones aquarũ uocantur maria: vt Ambroſius lib. Hexam. inquit: Sicut enim multæ terræ, ut Aphrica, Hiſpania, Thracia, Macedonia, Syria, ægyptus, Gallia, atq; Italia pro regionum adpellantur vocabulis, & una eſt terra: ita multa dicuntur pro locorum adpellationibus maria, & unum eſt mare: ſicut ait Propheta, dicens: Tui ſunt cœli & tua eſt terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundaſti, aquilonem & mare tu creaſti. Nam & Oceanum mare dicimus, & Tyrrhenum, & Adriaticum, & Indicum, & Aegyptium, & Ponticum, & Propõtidem, & Helleſpontum, & Euxinum, Aegeum, Ionicum, Atlanticum. vide in dictione Oceanus. Vna igitur generalis collectio dicitur Mare, eò quòd iugis unda atque continua ab Indico mari uſq. ad Gaditani oram littoris, & in mare rubrum extrema circunfuſo orbe terrarum includit Oceano. Et multæ collectiones Maria nuncupantur: quoniam in diuerſis locis diuerſa ſunt nomina, quia uocabula aquis ex regionum uocabulis adhæſerunt. Phacellus autem in Epigrammate.

Φεῦγε θαλάσσια ἔργα, βοῶν δ' ἐπιβάλλου ἐχέτλῃ
  Εἴ τί τοι ἡδὺ μακρῆς πείρατ' ἰδεῖν βιοτῆς,
Ἠπείρῳ γάρ ἔνεστι μακρὸς βίος, οὐ ἐνὶ δ' οὔπως
  Εὐμαρὲς ἐν πολιὸν ἀνδρὸς ἰδεῖν κεφαλήν.

id eſt. Fuge marina opera, boum verò extẽde ſtiuã, ſi quid tibi dulce longe fines uidere uitæ, continenti (id eſt, terræ) enim eſt longa uita, in mari uerò non facile ad canum uiri uidendum caput.

Mareotis, otidis, lacus in Aegypto (vt autor eſt Strabo) Plinius etiam aſſerit Mareotida partem Libyæ Aegypto conterminam adpellari, & Mareotas populos in ea habitãtes. Et Mareotis pars Epiri, ĩ qua vinũ optimũ naſcitur. unde Marcotides vuæ dictæ ſunt. Vergil. Sunt & marcotides albæ.

Margæa, nomen fontis apud Plinium: quo nomine dicta eſt vrbs in Helide.

Margaridæ, palmæ ſunt à margaritis nomen trahentes, quũ & breues & candidæ & rotũdæ ſunt, acinis, quàm balanis ſimiliores. Cc.

Margarita, tæ, & Margarites, & Margaritum in nominatiuo declinari poteſt. Hierony. in Parabolis: In auris aurea, & margaritum fulgens. Seruius declinat Margaris, idis, & idos, à cuius genitiuo Græco Latine formatur Margarida, Plinius libro nono ſcri

bit margaritas naſci in Britannia, paruas & decolores. Tacitus de uita Iulii agricolæ. Ferè Britannia aurum & argentum & alia metalla gignit, & Oceanus margarita, ſed ſuffuſca & liuentia. Romani Margaritas adpellauerunt uniones, ab eo quòd nulli duo indiſcreti reperiantur. Margaritá & lapillū generali nomine uocamus. Nam lapillus gemmarum & margaritarum cómune eſt nomen, ſubintelligiturq́; precioſus. Quod ſi maiuſculi fuerint, precioſi lapides dicentur.

Margaritarii, negociatores, mangonesq́; margaritarum.

Margaritifera, quæ fert margaritas. Plinius: Concharum genera, & quæ margaritiferæ cochleæ.

Margiana, regio Aſiæ maioris, inclytæ apricitatis (vt inquit Solinus) ambitu ſtadiorum mille quingentorum: difficilis aditu propter arenoſas ſolitudines, in qua Antiochus Antiochiá extruxit: vt libro. xi. ſcribit Strabo.

Margo, labii extremitas: quibus etiam pro cuiuſlibet rei extremitate dicatur: vt pro ripa agri nō culti, & eſt generis maſculini, apud Ouid. lib. i. Metamor. Longo margine dicentem. Fœminini apud Iuuenalem: Plena iam margine libri. Hinc Margineus, a, um, quod eſt in margine.

Margus, fluuius Aſiæ minoris quē Ptolemæus duobus fontibus ex montibus Seraphiis deſcēdere tradit, & per Maſſagetes qui Margianis vicini ſunt, ac Derbicas in Oxum amnem deferri.

Maria, fœmininum eſt à nomine Marius, & accentū in antepenultima habet, nam penultimá habet correptam, quēadmodum & Marius. Claudianus:
Præparat & pulchros maria, ſed luce minores
Eligit ornatus. &c. Pro Deipara virgine vult Valla Mariam nominatiuo caſu legi. Quemadmodum Abraham indeclinabile, & accentu in ultima. Inuenitur nihilo ſecius & Mariæ in genitiuo, ſed tunc Latina dictio à nominatiuo Maria, pro eadē Deipara.

Mariaba, metropolis Sabeorum eſt. Strabo: Iuncta ſunt his Sabæis, eorum q́; metropolis Mariaba.

Mariandinorum, regio in Aſia ſita eſt, Bithyniæ conterminia: vbi Hercules Cerberum canem tricipitem deiicit, quem ferunt virus euomuiſſe, eamq́; regionem infeciſſe.

Marinus, a, um, quod mare incolit, vel quod eſt in mari, vt, piſcis marinus. Tranſmarinū autem dicimus, quod trans mare eſt: ut, tranſmarinæ merces, & tráſmarinus triumphus.

Maris, fluuius Agathyrſorum in Iſtrum fluens. Marus, mons Thraciæ.

Mariſcæ, ficus inſipidæ. Martialis,
Infanti melimela dato fatuasq́; mariſcas,
Nam mihi quæ nouit pungere chia ſapit.
Plin. lib. xvii. Cato de ficis ſerendis ita meminit: Ficos mariſcas in loco cretoſo & aperto ſerito. Quidam dicunt Mariſcas eſſe ficus, quæ præ pinguedine aperiantur, ſemenq́; oſtendant. Columel.
Purpureæq́; celidoniæ pinguesq́; mariſcæ.
Martia. Donaſti lupercus Subinde nobis legitur nec boletus hiare, nec mariſca ridere. Vnde pro obſcœnæ libidinis morbo quandoq; ponit. Mariſcæ enim tubercula dicuntur, quæ cum hulcere ex turpi confricatione circa ſedem naſcuntur: quòd ſint morbo ſimilia quem Celſus ſycoſen, Iulius ſycon Græce vocant, & Latinè ficus dicitur. Iuuenalis:
Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

Mariſcus, genus iunci, quem holoſchœnon Græci uocant, hoc eſt, totum iunceum. Ex eo fiunt tegetes & marinæ naſſæ.

Maritæ, dicuntur mulieres nuptæ. Ouid. lib. ii. Faſt. Dura cum forte maritæ Reddebant uteri pignora rara ſui. Similiter & de arboribus dicitur. Plinius libro. xiiii. Iam in Campano agro populis nubunt uites, maritasq́; complexæ, atq; per ramos earū procacibus brachiis geniculato curſu ſcandentes cacumina æquant.

Maritimus, a, um, pe. corre. quod ad mare incolit, uel quod ad mare eſt, vel ad mare fit, vt ora maritima, gens maritima, bellū maritimū. Etiam dicitur quod ex mari, ſiue quod maris eſt. Plautus in Ru. Fluctus maritimos. Et Amb. piſces maritimos dixit.

Maritus, vxoris vir, ab eo quòd ſit mas. Marito, as, uiro trado, ſeu aſſocio. Nam nō ſolum de hominibus, ſed etiam de aliis dicitur. Colu. lib. iii. Sexto anno ſi iam videbitur firma maritabitur hoc modo, ſcilicet ipſa arbor. Et libr. v. Et ideo maritandis arboribus neno minorem pedanei ſcrobem uitibus cōparat.

Marius, qui ſepties apud Romanos conſul fuit. Hunc Arpinatem fuiſſe aiunt, humili loco natum, nouum hominem aratorem, qui in uilla Cireriate (vt inquit Plutar.) vitam diu vixit ruſticam planè & agreſtem procul ab vrbanis mundiciis. Hic per ordinem primis honoribus functus, legatus, Metello in Numidia criminando conſulatum adeptus, Iugurtham captum ante currum egit, in proximum annum conſul iterū factus, Cimbros in gallia apud aquas Sextias, Teutonas in Italia vicit, deq́; his triumphauit. Victus à Sylla Minturnis in palude latuit: inuentus & in carcerem coniectus, immiſſum percuſſorē, Gallum, vultus autoritate deterruit. Acceptaq́; nauicula in Aphricam traiecit: vbi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, cæſis inimicis, ſeptimo conſulatu (vt quidam ferunt) voluntaria morte deceſſit. Hic quum in cruribus varices haberet, præbuit varicoſum crus medico ſecandū. Et dum ſecaretur, neq; ſuſpirans, neq; ſupercilia contrahens, pertulit ſectionem, fixisq́; oculis ſpectauit cruciabilem curationem. Quumq́; medicus alterū crus ſecare vellet, minime aſſenſum præbuit, dicens. Curationem tanto dolore dignam eſſe non arbitror. Habuit filium Marium nomine, qui quum eſſet. xxvii. annorum, conſulatum inuaſit, quem honorem mater tam immaturum fleuit. Hic patri ſæuitia ſimilis, curiam armatus obſedit, & inimicos trucidauit, tandem ſe iugulandum præbuit.

Marmarica, regio Aphricæ, quæ (vt Ptol. lib. iiii. ſcribit) ab Occaſu terminatur Cyrenaico, à Septētrione Aegyptiaco pelago, ab Oriente Aegypto, à Me-

ridie parte Libies. In ea Naſamones & Libiarchæ populi.

Marmor, genus lapidis, cuius diuerſa ſunt genera. Quoddam enim album, Pariũ dicitur à Paro inſula. Simile ex Liguria vehitur, quod à loco Cararien ſe uocitatur. Tale Liguſticum olim Iunenſium lapicidinæ dederūt. Aliud Laconicum, quod eſt viride, & cunctis hilarius. Aliud Lucullẽ, quoď ferè atrū erat, quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. Aliud Ophites, à maculis ſerpentium quibus diſtinguitur nomen accepit. Aliud Porphyrites, quod eſt rubeũ, candidis interuenientibus punctis leucoſtictos vocatur. Baſaltem, ferrei coloris & duritiei, vnde nomen mutuatur. Onychites, ex Arabia montibus eſt, ex quo vaſa potoria in Germaniam perducũtur. Alabaſtritẽ, quoq; candidũ cauare ſolent ad myrothecia: quoniam unguenta incorrupta ſeruare creditur. Sunt & alia marmoris genera quæ breuitatis cauſſa omitto. μαρμάρος ὁ λίθος.

Marmorario, à marmoro, as, quod eſt ex marmore cõſtruo. Apul. lib. iii. Flor. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorẽ pauimẽti marmoratio, nec profectò contabulatio, nec ſcenæ coſinatio, ſed nec culminis æris precii & artificis miniſteriũ, quæ mihi ne in mediocribus quidẽ ciuitatibus inique defuere.

Marmoratus, a, um quod ſuperficiẽ tantũ ex marmore habet. Auguſti. in Pſal. interpre. Nam plerunq; audis dicentẽ: Habeo marmoratam domũ quã feliciturus ſum. Varr. libro. iii. de Re ruſti. ſubſtantiuum vſurpauit. Intrinſecus quaſi leuiſſimo marmorato toti parietes ac cameræ oblinuntur, & extrinſecus circum feneſtras, ne mus aut lacerta adrepere ad columbaria poſſit.

Marmoreus, a, um, qď ex marmore eſt, ut ſepulchrum marmoreum.

Marpeſus, pe. prod. mons in Paro inſula, à quo Marpeſius, a, um.

Marplacidæ, nauigiorum genera quibus Medi utebãtur. Cornucopiæ.

Marra, ferreum inſtrumentũ quod vulgò Marracius dr. Colu. lib. xi. Confodiat marræ vel ſracti dente ligonis. Iuue. Ne marræ & ſarcula deſint.

Marrubiũ, herba ſatis nota quæ exhulcerare veſicam putatur, Græci praſion, alii lynoſtrophon, quidam philopeda, nonnulli philocharen adpellant.

Marrucini, populi in regione Marſorũ. Silius li. 8. Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes,

Mars, apud Gẽtiles Deus creditus, dictus quòd maribus in bello præſit, ſiue quòd à Sabinis acceptus ẽ, apud quos Mamers vocatur: à poetis Mauors dr per epenthesim, quòd magna uertat. Vel à Græco quod eſt ἄρης, ares Ponitur interdũ pro bello. Liu. Aliquãdiu ibi marte incerto varia victoria pugnatum fuit. Eſt & Mars nomen ſtellæ, Deum dicũt aliqui: quid autem eſſet Deus, ita ſcribit Iulius Pollux, θεὸν δὲ εἶναι φασὶ ζῶον ἀθάνατον ... ζῶον ... λογικὸν ... ἀγαθοῦ παντὸς ... id eſt, Deũ eſſe arbitrantur Græci animal, immortale, rationale, perfectum, intelligens in felicitate, mali vniuerſi incapacem, prouiſorem mundi & eorum quæ in mundo ſunt. Marte noſtro dicitur quicquã fieri, id eſt, proprio ingenio, & ſine alicuius auxilio.

Marſia, regiuncula Italiæ vltra Picenũ, Samnites verſus: à Marſo Circes filio, à quo originem duxerat, dicta, cuius populi Marſi ſunt uocati non longè ab vrbe: vnde Marſica vina, nam Marſica ſunt à Marſicis montibus. Sunt & Marſi alii populi in Scythia, ut ait Herodotus.

Marſpiter, pen. correp. quaſi Martis pater: ſicut Dieſpiter, diei pater.

Marſupiũ, ſacculus nummorũ. Græce μαρσύπιον. Cato de liberis: Et quod perſpicuum eſt maiorem curam habere marſupii quàm uitæ noſtræ.

Martia, Catonis filia minor fuit. Quæ quum quæreretur ab ea, quur poſt amiſſum maritũ denuò nõ nuberet. Reſpondit non ſe inuenire uirum qui ſe magis vellet quàm ſua. Quo dicto oſtẽdit diuitias magis in uxoribus eligi ſolere, quàm pudicitiam.

Martiacus, a, um, quo ad Martem pertinet, hoc eſt, ad bellum, unde ſtipendia militum Martiaca dicitur.

Martialis, & hoc Martiale, quod eſt natum ſub Marte ſtella. Martialis verò ſubſtantiuum eſt nomẽ uiri proprium: qui epigrammatum feſtiuitate, epigrãmatici nomen promeruit.

Martius, a, um, quod ad Martem pertinet, ut Martia auis. Interdum bellicum, vt Martia arma Auguſtinus libro tertio de Ciuitate Dei: Nullo martio impetu territi ſedarentur inimici. Interdum bellicoſum, ut Martius populus. Eſt & Martius nomen ꝓprium, ut in Q. Martio, qui iuſſus à ſenatu aquarum ductus Anienis reficere, nouam à nomine ſuo aquam, Martiam adpellatam, cuniculis per montẽ actis adduxit.

Martius campus, Romæ dictus eſt, quod Marti conſecratus eſſet. Liuius. Ager Tarquiniorum qui inter vrbem & Tyberim erat conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit.

Martius mẽſis, dictus eſt primus anni mẽſis: qđ Romulus primũ anni mẽſem genitori ſuo dicauit. Oui.

A te principium Romano dicimus anno

Primus de patrio nomine menſis erit.

Martius, qui Ancus cognominatus eſt, quartus Romæ rex, æquitate & religione auo ſimilis. Latinos bello domuit, Auentinũ & Martiũ montes urbi addidit, noua mœnia oppido circũdedit, ſyluas ad uſum nauiũ publicauit, Salinarũ vectigal inſtituit, carcerem ædificauit, Oſtiã Coloniam maritimis cõmeatibus opportunã in oſtio Tyberis deduxit.

Martyr, Latine teſtis dicitur.

Martyrium, teſtimonium.

Mas, dicitur qui non eſt fœmina quiuis pro forti & magnanimo quandoque dicatur. Cuius diminu. eſt Maſculus. Varro: Si non plus teſticulorum offenderis, quàm in caſtrato pecore in Apulia, vincor nõ eſſe maſculũ ad rem. Aliquando ponitur pro ſapiente, ut maſcula meretrix apud Plautum in meretricẽ

maſculá.id eſt,habentẽ ſenſum ſicut maſculi habent. Aliquando pro ingenti. Perſius:
Calido ſub pectore maſcula bilis
Intumuit,quam non extinxerit vrna cicutæ.
A' Maſculus fit Maſculinus, a, um, vt maſculinum genus.

Maſculeſcere,eſt maſculum fieri. Plinius libro xviii. Denſiore enim ſatu maſculeſcere,hoc eſt,de rapis napos fieri.

Maſculo,as,idem quod roboro, firmo,à quo Cõmaſculo. Apuleius lib.ii.de Aſin. His cognitis animum meũ commaſculaui. Emaſculo,vide alibi.

Maſdoranus,mons qui Parthos ab Aria ſeparat.

Maſpetum,foliũ eſt laſerpitii, apio maxime ſimile.Ce.

Maſſagetes,penul.cor. Maſſagetæ populi Scythici in Aſia,vltra mare Caſpium. Lucanus lib.iii.
Maſſagetes quò fugit equo volucresq; Geloni.
Qui quum per deſerta diſcurrunt, equorum ſuorum ſanguinem cum lacte bibunt. Apud hos ſenio confecti.iii ſruſtra cædituR, qui verò morbo intereũt, feris deuorandi abiiciuntur.

Maſſiniſſa,& Maſiniſſa,vtroq; modo dicitur. Numidarum regis nomen,qui primò Romanis hoſtis fuit, deinde amiciſſimus,de quo Ouid.vi.lib.Faſt.
Poſtera lux melior,ſupra maſſiniſſa Siphacem,
Et cecidit telis Haſdrubal ipſe ſuis.

Maſſica, regio Bæthicæ, Tartheſiis adpoſita. Hanc Victruuius Maxiam adpellat.

Maſſicus,pen.cor.mons Campaniæ, optimi vini ferax, quod etiam Maſſicum dicitur. Silius lib.vii.
Maſſica vuiferis addebat nomina glebis.
Hora.li.i.Carm. Eſt qui nec veteris pocula maſſici. Docet Serui.Maſſicos in plurali facere Maſſica. Verg.lib.vii. Vertunt fœlicia Baccho Maſſica.

Maſſilia,vrbs in Narbonenſi prouincia. Conſtat imperante Macedonibus Aſtyage,Hebræis vero Sedechia,circa ſecundam & quadrageſimã Olympiadem, hanc fuiſſe conditã annis antequàm virgo pareret. 613.poſt obitum Dauid regis annis.484. Diruta deinceps à Phocenſibus inſtaurata eſt, qui Cyri tyrãnidem fugientes,deſtituta Græcia in hunc ſinum nauigarunt. Olim Maſſiliæ ſtudia ingenuarum doctrinarum ideo floruerunt,vt Romani pro Attica peregrinatione Maſſilioticũ peterent gymnaſium ad diſciplinas capeſſendas. Plautus in Caſi. Maſſilienſes mores, tãquã optimos & probatiſſimos dixit. Vbi tu es, qui colere mores Maſſilienſes poſtulas. Hæc vini optimi ferax fuit.vnde Mart. Tu me maſſiliæ ponere vina putes. A' Maſſilia, fiunt Maſſilienſis, Maſſilitanus, Maſſilioticus, vnde Maſſilienſes viri, Maſſilitana vina,& Maſſilioticum oſtium.

Maſſylia,cum y, Græco, apud Græcos per ſimplex ſ, ſcribitur. Sed quia à Latinis prima producitur, non abſurde per duplex ſſ,exarari poteſt. In hac ſyllaba ſy,producitur,in ſuperiori corripitur.
Lucilius libro quarto:
Et gens quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo
Vergilius libro quarto:
Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos.

Prouincia eſt quam quidam Getuliæ & Numidiæ Mauris vicinam dicunt, nec longè abeſſe ab hortis Heſperidum. Huius gens neque ephippiis vtitur nec frænis:ſed ſola virga contenta eſt, qua agitet equos & moderetur. Ab hac Maſſyli,& Maſſyles populi dicti ſunt,qui à poetis modo pro Mauris, modo pro Gætulis ponitur. Mart. Audit quantũ Maſſyla per auia murmur. Idem: Et Maſſyleum virga gubernat equum. Sunt etiam qui eos Maſſulos vocitent.

Maſticeos,pro venerabili ponitur à Plauto in Tru.

Maſtiche,es,pen.cor. teſte Plinio lib.xii.lachryma eſt quam lentiſcus arbor gummi modo ſudat. Serenus: Rugarum ſulcos lentiſci maſtiche tendens. Idem: Pulleium abrotanum nitide cum maſtiche coctum.

Maſtigia,dici poteſt verbero, hoc eſt, verberibus dignus. Plautus:Crucior lapidẽ non habere,vt illi maſtigiæ cerebrum excutiam.

Maſtigophorus,flagellifer,ſeruus ab aliis ſæpius cæſus,vel cædi dignus.

Maſtix,ſticis,pen.cor.generis fœminini flagellũ, ſcutica,μάστιγι, flagello. Vnde Homeromaſtix, Vergiliomaſtix: Διαμαστίγωσις, diſflagellatio.

Maſtos,ἀνθρώπων μαστὸν, ἀλλὰ κυρίως τῶν ζώων. id eſt,Græce μαστὸς,ſed proprie animalium. Latine mãma. Vnde Bumaſtos,vua, de quo ſuprà: hinc tubuli, mammati,ſeu mãmæ in balneis & fontibus intelliguntur. Quas Victru.lib.vii.maſtos Græca voce nominauit Athenis(inquit)ex huiuſmodi locis & fontibus maſti vſq; ad portum Pyrrheum ducti ſunt ſallẽtes. Eas Varro lib.de Re ruſtica papillas conuertit: Caſſiodorus: vbera, Quanto(inquit)pulchrius eſt Claudiam aquam per tot ſicca montiũ iuga lauacris & domibus liquores puriſſimos fiſtularũ vberibus immiſiſſe. Erat & Maſtos genus poculi.

Maſtrucæ,veſtes quibus Sardi vtebantur. Plaut. Maſtrucatus & plenus puluere. Cicero:Pro Scauro:Quẽ purpura regalis non commouit,eũ Sardorũ maſtruca mutauit. Et de prouinciis conſularibus res in Sardinia eũ maſtrucatis latrunculis à prætore vna cõhorte auxiliari geſtæ.

Maſtuprari,eſt manu tractando virilia, rem Venereã peragere. inde maſtupratores dicti,quo verbo vtitur Mart. Maſtuprabantur Phrygii poſt oſtia ſerui. Hoc eſt, preputia ducebant. Nam à manu & ſtupro deriuatur. Hi alio nomine ab Apoſtolo molles vocantur.

Maſurius,nomen legum interpretis, eques Romanus fuit tempore Tiberii, iuriſconſultus non incelebris, qui publ.ſcripſit.

Matæotechnia,ματαιοτεχνία, Latine ſuperuacua artis imitatio, & vanitas artis dicitur. μάταιον, vanum, τέχνη, ars.

Matella, à matula fit,et eſt aquarũ vel vrinæ vas. Plautus in Amph. Nec tu poſtules matellã vnã tibi aquam infundi in caput. Martialis:
Diſperiam ſi tu Pyladi præſtare matellam
Dignus es. Græci ſcaphium quamuis etiã ad ventris excrementa accipi potiſſit.

Matellio, diminutiuũ à matula, ſiue matella. Var.de

Vl. patrum, Poſtularet trulleũ matellionem peluim.

Mateola, apud Pli. & Catonem genus eſt marculi.

Mater, à materia dici videtur, quòd in fœtu materiã præbeat. Nam ſemen patris pro artifice eſt, & formã præbet, mater ſanguinem ex ſe præſtat ex quo fœtus formatur. Aliqñ tamen Mater pro nutrice ponitur. Plaut. vtranq; complexus eſt: Ita forma ſimili pueri, vt mater ſuam non internoſſe poſſet quæ mammam dabat, neq; ádeo mater ipſa quæ pepererat.

Mater magna, terra dicitur, & ſus prægnans ei mactabatur. quæ hoſtia eſt propria terræ, aliter Mater alma dicitur, quòd omnia alat, aliàs Mater Deum, quòd omnia generat. Vocatur item Mater Phrygia, à monte Phrygiæ quem plurali numero Dyndima vocant.

Materfamiliàs, genitiuus Græcus ad imitationé Græcorum, qui fœmininorum in a, purum deſinentium, genitiuos in as, mittunt. Dicimus tamen materfamiliæ, & materfamiliarum. Eſt autem materfamiliàs (vt docet Gellius) ea ſola q̃ in mariti manu mancipioq́; eſt, quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoq; mariti & in ſui hæredis locum venerit. Feſtus ſcribit non antè matrẽ familiæ dici, quàm vir, eius paterfamilias adpelletur. Nec poſſe hoc nomine plures in vna familia adpellari, ſed vnam tantũ matremfamilias dici. At Iuriſconſultus, Matremfamilias (inquit) accipere debemus eam quæ non inhoneſte vixit. Matrem enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant, proinde nihil intereſt nupta ſit an vidua, ingenua an libertina. Nã neque nuptiæ neq; natales faciunt matremfamilias, ſed boni mores.

Mater matrima, illa dicitur quæ quum mater ſit adhuc habet matrem viuẽtẽ, ſicut patrimi, & patrimes, quorum patres viuunt.

Matercula, diminutiuum à mater. Hora. in Epiſt. Dum pueris omnis pater & matercula pallet.

Materia, ſeu Materies, eſt qua aliquid ſit, vt materia libri membrana & attramentum. Item materia libri eſt hypotheſis ipſa. Horat. Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam Viribus. Materia domus, calx, lapides, ligna, tegulæ. Quapropter nõ immeritò materiæ adpellatione ligna omnia comprehenduntur quòd Græci ὕλην pariter & ſyluam & materiam vocent, quum tigna dicantur ſolum ea materia quæ ædificiis apta eſt, Liuius: Multam materiam ceciderat miles. Colum. lib. tertio vocat materiam lignũ quod eſt intra corticem: Quaſi cuneum ferreum (inquit) vel oſſeum inter corticem & materiem lente dimittito, ne lædas aut rumpas corticem. Idem libro ſexto materiã vocat palmitem qui de nouello naſcitur, & in tenero adligatus dependet. Item Materia fabrica, lignaria dicitur.

Materiale, quod eſt materiæ, à quo Materialiter, aduerbiũ. vnde Materialiter aliquid ſumi dicitur, quũ non forma rei, ſed materia ſignificatur.

Materiarius, faber lignarius, vel qui materiã præſtat, à materia cuius nomine ligna ad fulciendum, ædificãdũq; neceſſaria, idonea'ue ſignificãtur. Plaut. in Mil. Si non nos materiarius remoratur ad opus. Materiari, ſignificat lignari, à quo Materiatio.

Mateis, teli genus poſt lanceã longius. Siſenna: Gallia materibus, Sueui lanceibus configunt. Cc.

Matertera, matris ſoror, quaſi mater altera.

Mathematicus, a, um, quod eſt diſciplinabile. Mathematici dicuntur qui Mathemata ſiue Mathematicas diſciplinas norunt. Ad diſciplinã enim ſpectãt Geometria, Muſica, Arithmetica, Aſtrologia. Et hæ Mathematicæ ſcientiæ, diſciplinæ dicſitur, eò quòd diſcantur planè, & per demonſtrationem quandã percipiantur. Philoſophia verò, Logica cum aliis non dicuntur diſciplinæ, quia non firmiſſima demonſtratione vt illæ, ſed ratione quadã, & ſtudii inueſtigatione percipiſitur. Aliàs Mathematici vocãtur Genethliaci, Aſtrologiq́; & qui Chaldæi vocãtur, quorum ars eſt, vt naturas hominum ex vultus inſpectione pronuncient.

Matheſis, vel Mathema, atis, penultima produ. Ὅτι τὸ μανθάνω ῥῆμα αὐτῆς ἐστὶ, οὗ ἄλλοτε τὸ δείκνυμι ὡς Ἀπολλώνιος καὶ Σουΐδας, ὅθεν καὶ Μαθηματικοὶ λέγονται. Id eſt, Quod manthano verbũ huius eſt quod aliquãdo demonſtro ſignificat, vt Apollonius & Suidas, vnde & Mathematicæ dicuntur. Latine diſciplina dicitur.

Matthæus, Græce ματθαῖος, nomen uiri proprium.

Matralia, matris Maturæ feſta.

Matreſcere, eſt matri ſimilem fieri. Pacu. Vtinam nũc matreſcam ingenio, vt meum patrem ulciſci queam.

Matricida, qui matrem occidit, vnde Matricidium, & dicitur de eo qui matrem occiderit. Cc.

Matrimonium, eſt maris & fœminæ cõiugatio. Hinc Matrimoniale eſt adiectiuum, quòd ad matrimoniũ pertinet. Auguſtinus libro. xiii. de Ciuit. Dei, Quid concubitus coniugalis, qui ſecundum matrimonialium præſcripta tabularum, procreandorum ſit cauſa liberorum?

Matrix, fœmina quæ fœtus gratia tenetur. Colu. Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus. Medici tamen accipiũt Matricem pro utriculo qui in fœminis iunctus eſt veſicæ, quæ ad progenerandum apta eſt.

Matrona, dicitur, quæ in matrimoniũ cũ viro conuenit, ut in eo maneat: etiam ſi liberi adhuc nõ ſunt ſuſcepti. Quippe adpellationem habet à matris noĩe, non iam adepto, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcẽdi. Vnde ipſum quoq; matrimoniũ uocatũ eſt, quoniam ea ſpe uir & uxor cõiungunt' ut illa mater fiat. Hinc Matronalia, qui erant dies matronis feſti.

Matruelis, idem quod matertera. Et Matrueles dicũtur filii & filiæ materteræ.

Matta, ſtoria & teges, quæ ſit de cannabi, lino, iunco, palma, ſcripto, aut ſparto. Ouidius:

Plauſtroq; morantes
Suſtulit in plauſtro ſcirpea matta fuit.

Mattiacum, oppidum in Germania. Vnde Mattiacæ pilæ, quas Martialis pro ſapone poſuit.

Accipe mattiacas quo tibi calua pilas.

Alibi tamen ſaponem ſpumam cauſticam, & bota

nam nominat.

Matura ætas, ſenilis, quaſi omnino perfecta, & tẽpus debitum aſſecuta. Quandoq; pro graui ac conſtanti. Et hoc modo non componitur. In aliis ſignificationibus habet compoſita, Immaturus, nõ maturus, Auguſtinus lib. ii. de Ciuitate Dei, Quis paleæ dedit tam ſecundam uim, ut poma immatura maturentur. Præmaturus de quo alibi.

Maturè aduerbium, celeriter ſiue tẽpeſtiue. Cic. pro Aul. Cecin. Sed hunc fructum maturè fortuna ademit: nam breui tempore M. Fulcinius adoleſcens mortuus eſt. Vnde Salluſtius in Catilina. Priuſq̃ quàm incipias conſulto, at ubi conſulueris maturè opus eſt facto.

Matureſco, à maturo eſſe conuenit. Matureſcere autem eſt maturum fieri. Plinius lib. xi. Quũ mella cœperint matureſcere, abigunt fucos. Columella libro quarto, Nam & quæ matureſcere incipiunt tempeſtiue leguntur, & quæ nondum maturitatem cœperunt vuæ, ſine diſpendio differuntur. Hinc fiunt cõpoſita Ematureſco, & Permatureſco, quæ perfectionem actus indicant. Gellius lib. ii. Dominus poſtea ſegetum illarum filium adoleſcentem uocat. Et uides ne (inquit) hæc maturuiſſe & manus iam poſtulare. Columella lib. ii. Et hoc idem ſemen Ciliciæ Syriæq; regionibus ipſe uidi menſe Iunio, Iulioq; conſeri, & per autumnum quum permaturauerit colligi. Matureſcere dicitur homo, quum nondum grauis eſt, ſed iam incipit eſſe grauis. Et apoſtema matureſcere dicitur, quum non diſcutitur, ſed perducitur ad maturitatem, ut uel frangi per ſe, vel ferramento aperiri poſſit.

Maturitas, modò fructuũ coctionẽ ſignificat. Columella: Nos quoq; medicatam fabã ſic compe imus quum ad maturitatem perducta ſit, minus à gurguſtione infeſtari Cicero Sulpitio: Tamen hoc ſtudiũ quotidie ingraueſcit maturitate credo ætatis ac prudentia. Modò grauitatem, moderationem, que Idẽ: Iam conſtantis ætatis & ſenectutis maturitas.

Maturo, as, maturum facio, perficio. Quintil. Nã ipſe vos nondũ opinabar ſatis maturauiſſe, quibus componendis vt ſcis paulò plus quàm biennium impendi. Sed hic per tranſlationem proprie. Cicero in Catone: Primò eſt peracerba guſtatu deinde maturata dulceſcit. Interdum Maturare, eſt accelerare, ita vt adhibeat induſtriæ celeritas, & diligentiæ tarditas, ex quibus duobus contrariis fit maturitas, vt neque aliquid citius neque ſerius fiat. Hoc verbum diuus Auguſtus duobus Græcis vocabulis exprimere ſolebat, σπεῦδε βραδέως, quæ ſignificãt accelera tarde. Vnde Vergilius quaſi contraria ſeparauit maturare & properare, quum ait:

Frigidus agricolam ſi quando detinet imber,
Multa forent quæ mox cœlo properanda ſereno
Maturare datur.

Vnde Maturè fit quod tempeſtiuè fit. Idem, Maturate fugam. quod eſt quaſi cum maturitate. id eſt, cum tranquillitate, & lentitudine diſcedite. Quo modo dicimus. Matura iracundiã. id eſt, mitiga. Salluſt. videtur ſimpliciter poſuiſſe pro properare, quum ait: Antonius Catilinam cum exercitu perſequi maturet. Sic Liuius lib. x. Inde comitiorũ cauſſa Romam profecturus maturauit.

Maturus, a, um, penultima producta, proprie de frugibus dicitur, quòd neq; crudum, neq; mite, neq; caducum, neq; nimium coctum, ſed in tempore temperatum prouenit, vt poma matura. Per tranſlationem ponitur quãdoq; pro ſene, vt maturus homo. id eſt, ſenex, & perfectam ætatem habens. Vergilius:

Æui maturus Aceſtes.

Matuta, pen. prod. à noſtris aurora, Leucothea à Græcis dicitur, hoc eſt, alba Dea marina, dicta quòd matutino tempori præſit. Hæc fuit filia Cadmi, nomine Ino, Athamantis vxor. Hinc Matutinus, a, um, vnde Matutinum tempus, quòd mane fit. Et tunc Matuta auroram ſignificat.

Mauors, qui & Mars, quòd magna vertat. vnde Mauortius, Mauortia, Mauortium.

Mauritania, Aphricæ regio extrema, verſus Gaditanũ fretum & Occidẽtalem Oceanũ. In ea Antheus gigas regnaſſe dicitur, ab Hercule victus eſt autẽ duplex, Cæſarienſis à Cæſarea, & Tingitana à ciuitate Tingi. Dictaq; eſt Mauritania, à μαῦρος, quod eſt nigrũ, vel quòd nigros habeat colonos. Gignit ſimias dracones, ſtruthiones, & elephantes. Eius incolæ Mauri dicuntur. Maurus, nomen gentile eſt, vt Gallus qui è Gallia originem habet. Mauritanus vero poſſeſſiuum, vt Gallicus. Dicimus ergo virum Maurum, & bellum Mauritanum.

Mauſolus, penultima producta, dictio triſyllaba, nomen proprium. Cariæ regis, à quo Mauſolum dictũ eſt: ſicut in Cicerone Plinio, & Gellio reperitur.

Martialis libro decimo:

Marmora parua quidem ſed non ceſſura viator
Mauſoli ſaxis, Pyramidumq; lege.

Et, Mauſoleum tetraſyllabũ, nõ Mauſeolũ. Proper.

Nec Mauſolei diues fortuna ſepulchri.

Hoc ſepulchrum Arthemiſia Mauſoli vxor ædificauit, ita egregiis operibus, vt inter ſeptem orbis miracula numeretur. Attollitur in altitudinem vigintiquinq; cubitis, cingitur columnis triginta & ſex. Ab hoc ſepulchro omnia precioſa ſepulchra, ex nomine eius Mauſolea dicuntur. Vnde Suetonius ſepulchrũ Cæſarum appellauit Mauſoleum, quod extruxit Auguſtus. Suidas autem Μαύσωλος ἄρχων, κάρων φησὶ δὲ αὐτὸν Θεόπομπος: μηδενὸς ἀπέχεσθαι πράγματος, χρημάτων ἕνεκα. id eſt, Mauſolus princeps Careſium, de quo Theopompus ait: nulla re abſtinuiſſe, pecuniæ cauſſa. O auaritia ſi tunc vnius principis nunc domina noſtri ſeculi.

Maxilla, nõ eſt diminutiuũ à mala (vt putauit Priſcianus) ſed mala à maxilla fit, per detractionẽ mediæ literæ, vel potius ſyllabæ, ſicut docet Cicero libr. de Ora. ad Brutum. Eſt autem Maxilla in qua fixi ſunt dentes, quamuis etiam de parte exteriore quandoq; dicatur, quæ barbam emittit. Perſius:

Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas
Inguinibus quare detonſis gurgulio extat.

Hinc Maxillaris, & hoc Maxillare vt dens maxillaris

ris, qui eſt molaris. Plin. lib. trigeſimo ſecundo. Maxillares q; ita ſanari dentes præcipue putant.

Maxima mulcta, erat trium milliũ aſſiũ & viginti.

Maxima hoſtia, ouilis pecoris, non ab amplitudine corporis, ſed ab animo placidiore.

Maxima veſtalis, ea dicebatur, quæ dignitate reliquas anteibat: quales nunc vulgò abbatiſſas adpellamus.

Maximates, dicuntur primarii ciuitatis, qui & ſummates, & primates, & optimates vocantur.

Maximi annales, quòd eos pontifex maximus conſecraret.

Maximitatẽ, veteres pro magnitudine dixerũt. Luci. Neq; ad hoc me rogas inani maximitate.

Maximus, ſuperlatiuũ à magnus, à quo fit aduerbiũ Maxime, quod quandoq; etiã præcipue, quandoq; ſæpe ſiue ſignificat. Cicero Lentulo: Vel etiam id quod mihi maxime libet.

Maximus pontifex, qui rerũ quæ ad ſacra & religionem pertinent, curam habebat, vindexq; erat contumaciæ priuatorum magiſtratuum.

Maximus curio, cuius autoritate curiæ omnes, curionesq; regebantur.

Maza, panis, fit ex amygdalis, ſaccharo, farina, latice roſaceo. Eſt autẽ Maza apud Græcos panis offa, q; aut vinum, aut oleum, aut omnino liquidũ accepit.

Mazaca, ciuitas Cappadociæ ſub monte Argeo, quæ nunc Cæſarea. Euſeb. in Chronicis: Tyberius Archelao pulſo, & Cappadocia in prouinciæ formam redacta, nominauit Cæſaream. Hinc Mazacenius, & Mazaces. Suetonius in Nero. Turba Mazacum.

Mazeras, fluuius in ora maris Hyrcani.

Mazonomum, pen. cor. Græca dictio qua lanx ſignificatur ad ferenda obſonia in menſam. Varro lib. iii. de Re ruſt. Alios videres turdos in mazonomo poſitos coctos, alios volitare circa feneſtras captos. Græce μαζόνομον λέγεται.

M ANTE E

Meapte. id eſt, mea propria. Terent. in Heauton. Ita me Dii ament, vt ego nunc non tam meapte cauſſa lætor, quàm illius quam ego ſcio eſſe honore quouis dignam.

Meatus, atus, vide in dictione Meo, meas.

Mecaſtor, iuſiurandum quaſi ita me Caſtor adiuuet.

Mechanicus, penultima corrept. faber, opifex eorum operũ, quæ ingenio ſimul ac manibus fiunt. ἀπὸ τῆς μηχανῆς, quod inuentionem ſignificat. Et Mechanica, ars fabrilis: vnde artes diuiduntur in liberales, & mechanicas.

Mecænas, cum æ, diphthon. proprium nomen Tuſci equitis clariſſimi, & apud Auguſtum potẽtiſſimi, ad quem Vergilius & Horatius opera ſcripſerunt. Ab hoc & alii bonarum artium promotores, Mecænates à quibuſdam adpellantur.

Meconis, lactucæ genus à copia lactis ſoporiferi. μήκωνα enim Græcè papauer dicunt. Cc.

Mecum, id eſt, cum me, vbi præpoſitio euphoniæ cauſſa poſtponitur. Mecum viuit, id eſt, familiaris meus eſt. Interdum Mecum ſignificat intra me. Terentius in Hecy. Haud propterea te rogo vt hæc proferam, ſed vt tacita mecum gaudeam. Sic ſecum, tecum, nobiſcum & vobiſcum.

Meda, vrbs & Theſſaliæ. Cc.

Medea, nomen Colchorum reginæ, crudelitate inſignis, Oetæ regis filiæ, & Iaſonis vxoris. Horatius: Ne pueros coram populo Medea trucidet.

Medeor, eris, à medius fieri videtur, nam mediis quibuſdam hoc eſt, temperatis rebus hoc fieri oportet. Et conſtruitur quandoq; cum genitiuo. Hieron. in Hier. Quis medebitur tui? Quandoq; cum datiuo quod eſt in frequentiore vſu. Lactantius lib. vi. Circumſpice conſcientiam tuam & iniquitatum medere vulneribus. Quandoq; cum accuſatiuo. Terentius in Phorm. Quas quũ res aduerſæ ſint minus mederi poſſis. Inuenitur etiã Medetur imperſonale. Pli. lib. xxvii. Ex eo medetur oris vlceribus perunctis, hoc ſucco foliis puſillis. Huius verbi cõpoſita ſunt Immedeor, quod eſt intus medeor. Colu. lib. vi. Si oportebit palorum capita & imas partes mixto fimo cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi. Remedior, eris, remedium præbeo. Priſci. Medeor, eris, Remedior, aris, teſte Capro.

Media, regio in Aſia à medo, Medeæ & Aegeni Athenienſiũ regis filio ſic nominata (vt Solinus refert,) à qua Medi populi dicti ſunt. Hos tñ Ioſephus ſcribit à Medeo Iaphet filio dictos fuiſſe. Hæc regio (vt Ptolomeus inquit) à Septentrione Hyrcano mari terminatur, ab Occaſu maiori Armenia & Aſſyria à Meridie Perſide, ab Oriente Hyrcania ac Parthia, quæ montibus excluditur. Sunt qui Mediam in duas partes diuidant, quarum alteram maiorem vocauere, alteram Antropatiam. Maioris Ecbatana fuere metropolis magna ciuitas. In Media ſunt montes Caſpii, maiori Armeniæ contermini. Media magna, ex parte alta & frigida paſcendis equis apta, vnde pratum quoddam Hippobotos vocatur, per quod iter faciunt, qui ex Perſide & Babylone in Caſpias portas eunt. In eo paſci dicuntur equorum quinquaginta milia, regium id armentum eſt. Eſt & Mædia cum diphthon. de qua ſupra.

Media vocabula, dicuntur quæ & in bonam & in malã partem accipi poſſunt; Meſa à Græcis dicta. Qualia ſunt tẽpeſtas, valetudo, facinus, dolus, gratia, induſtria, periculum, venenum, contagium. Et apud veteres honor, quo ſignificabatur iniuria.

Medianus, a, um, quod in medio eſt, vnde Medianas columnas Vitruuius dixit: vt ab angularibus quæ craſſiores ſunt diſtingueret.

Mediaſtinus, pen. prod. qui in medio lauantium ſtat in balneis, inquit Priſcian. Nonius Mediaſtinos pro balneatoribus item pro miniſtris & curatoribus ædium accipit, quòd in medio ſtent, vt omnibus miniſtrent. Sed viliſſima quæq; mancipia, in agro maxime Mediaſtinos eos accipere debemus, q; abiectiſſima quæq; inter ſeruos officia obeſſit. Cuiuſmodi ſunt hodie in principũ domibus cognomine lignarii baculariiq;, quorum vna illa functio eſt, vt omnibus,

pateant, nec vlſius imperiũ detrectent, in medio ſemper & pro patulo ad nutus omnes excubent. Cic. in Cati. Magnopere contemno exercitum collectũ ex ſenibus deſperatis, ex agreſt. luxuria, ex ruſticis mediaſtinis decoctoribus, ex iis qui uadimonia deſerere quàm illũ exercitũ maluerunt. Col. lib. i. Mediaſtinus qualiſcũq; ſtatu poſſit eſſe, modo perpetiẽdo labori ſit idoneus. Idẽ: Separandi ſunt aratores à uinitoribus atq; à mediaſtinis. Horat. in Epi.
Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Lucil. Villicum Ariſtocratem mediaſtinũ atq; bubulcũ. Vlpianus: Qui mediaſtina opera fungitur non continetur, ut, purpurarii, atriarii, & focarii, & his ſimiles.

Medibile, idem quod medicabile. Feſtus: Medibile, medicabile.

Medica herba, quæ præcipuæ nutrit equos, eò quòd in Media abundet. Seruius ſcribit medicam à Medis in Græciã tranſlatam, quo tempore eam Romani inuaſerunt, quæ ſemel ſata decem annis durat. Huius plena Venetia eſt trium foliorum, & ſemper uirens eſt ſecundum Dioniſi. Cuius natura eſt, ut uno anno frequenter ſeratur, & poſtea aliquot annis ſpõte procreetur. Et vulgò dicitur Sylla. Columella libro ſeptimo: Ad maciem nulla res tantum quantum medica poteſt.

Medicabile, cui adhiberi medicina poteſt. Ouid.
Hei mihi quòd nullis amor eſt medicabilis herbis.

Medicamentarius, qui medetur. Plin. lib. xix. Sectiui duo genera, hoc herbaceum, folio inciſuris eius euidentibus, quo utuntur medicamentarii.

Medicamentarius, a, um, quod ad medicamentũ pertinet. Idem lib. xvii. Herbariam & medicamentariã, ſcilicet artem.

Medicina, Medicamen, Medicamentum, & Medela, idem ſignificant, ſcilicet id quo quis curatur. Mirũ autem eſt quod ſcribit Theophilus de pulſibus & urinis. Ὅτι ὁ Ἱπποκράτης θεῖος ἰατρὸς οὐκ ἔσχε γνῶσιν περὶ τῶν σφυγμῶν, ἀλλὰ τὰ πλευρὰ καὶ μέτωπον χερὶ σύναπτε. Id eſt, Quòd Hippocrates diuinus medicus pulſuum notitiã non habuit, ſed latera & frontem manu contingebat. Sumitur tamen quãdoq; Medicamentũ pro veneno, ſicut venenum pro medicamento: quoniam Græci utrumq; pharmacon vocant. Caius iuriſconſul. Qui uenenum dicit, adiicere debet bonum uel malum. Nam et medicamenta & venena ſunt, quia eo nomine omne continetur quod adhibitum naturam eius cui adhibitum eſt, mutat. Quum id quod nos uenenum adpellemus, Græci pharmacum dicunt, & apud illos quoq; tam medicamenta, quàm quæ nocent hoc nomine continentur. Galenus autem medicinam ampliauit, qui quanta ſcripſerit, ſi memorarem eſſet incredibile: ſed inter alia miranda ſuper. xxii. libros Περὶ τῶν ἀνατομικῶν, quorum magnam partem habet illuſtris Antonius uicecomes, Muſarum amantiſſimus. Galenus autem quo tempore fuerit, ita ſcribit libro. i. magnæ Anatomiæ. Ἀνατομικὰς ἐγχειρήσεις ἔγραψα μὲν καὶ πρόσθεν ἡνίκα τὸ πρῶτον ἐς Ῥώμην ἀνῆλθον ἄρχειν ἀρξαμένου τοῦ νῦν ἡμῖν ἄρχοντος Ἀντωνίνου. id eſt, Anatomicos tractatus ſcripſimus primum quum Romam veni, incipiente regnare, & nunc adhuc regnante Antonino, & multa alia quæ ſcribit de ſeipſo ibidem Galenus, non autem Galienus. Medicinæ inuentorem Chironem Centaurum perhibent, hic inuenit herbarum uires. Nonnulli Aeſculapio hoc tribuunt. Medicinæ tria genera ueteres fecere. Empiricem, quæ nullis rationibus, ſed ſolis experimentis conſtabat. Iatralepticen, quæ unguentis & frictionibus curabat. Pharmaceúticen, quæ medicamentis. Cornucopiæ.

Medicinale, adiectiuum, quod ad medicinam pertinet. ut herba medicinalis. Medicinalis uero digitus, dictus eſt minimo proximus (vt inquit Macrobius.) Quoniam neruus quidã de corde natus pergit uſq; ad digitũ manus ſiniſtræ. Ob quam cauſſam nouus nuptus huic digito tanquàm cordis ulcario, ſuæ ſpõſæ imponit anulum.

Medico, cas, & Medicor idem ſignificant quod medeor. Vergil. lib. i. Georgico.
Semina uidi equidem multos medicare ſerentes.
Sed Medicari frequentiſſime dr. Et modò cum datiuo iungitur. Idem: Senibus medicantur anhelis.
Modò cum accuſatiuo. Idem lib. vi. Aeneidos.
Sed nõ Dardaniæ medicari cuſpidis ictũ Eualuit.

Medicum velum, quod in pꝛora ponitur.

Medicus, qui mederi ſolet. Officiũ medici (vt inquit Aſclepiades) eſt vt tutò, vt celeriter, vt iucũdè curet.

Medicus, ca, cum, quod eſt medici. Ver. li. iii. Geor.
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor Abnegat.

Medimnus, genus menſuræ ſex modios continentis. Methimna uerò Aetoliæ oppidum.

Mediocris, & hoc Mediocre, mediũ tenẽs, modeſtus. Lucilius li. xxxvii. Paulò hoc melius quàm mediocre hoc minus, malumq; & peſſimum: ſed tamen oĩa hæc mediocriter. Hinc Mediocritas. Cic. lib. i. Offi. Eadem ratio eſt habenda veſtitus, in quo ſicut in pleriſq; rebus mediocritas optima eſt: Columel. li. iiii. Mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniã in confinio boni maliq; poſita eſt.

Mediolanum, vrbs eſt ciſalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertiſſima: dicta à ſui mediatim lanata, nam apud Ambroſium legitur in quadam epiſtola. Quum à Gallicanis populis initum conſilium foret, pro conſtituenda urbe, effoſo ſolo inueniſſe ſuem dimidiatim lanatam, à quo portento Mediolanum eſſe nuncupatũ, ab eo ſcilicet apro ex media parte lanato. Ferunt hanc urbem à Gallis Senonenſibus ante Chriſti aduentum annis. 359. inſtauratam ſeu conditam fuiſſe. Hinc Statius Cæcilius comicus ortus fuit. Stephanus Byzantius excellẽtiſſimus chronographus. Μεδιολᾶνον πόλις Ἀκυιτανίας καὶ οἱ οἰκοῦντες Μεδιολᾶνοι καὶ πόλις ἄλλη τῆς Ἰταλίας λαμπροτάτη. Id eſt, Mediolanũ ciuitas Aquitaniæ, & incolæ Mediolanenſes, & ciuitas alia Italiæ clariſſima.

Medioximus, vel Medioxumus, penultima corr. mediocrem ſiue mediũ ſignificat. vnde Medioximi Dii

vocantur

vocatur poteſtatis mediæ. Seruius lib. viii. Aene. dicit Herculem cõmunem Deum, utriuſq; naturæ medium, & inter mortalitatem & diuinitatem. Sunt numina aliqua tantum terreſtria, aliqua tantum cæleſtia, aliqua media, quos Deos Apuleius Medioxumos uocat. Plau. in Caſſ. At ita me Dii Deæq; ſuperi, Inferi & medioximi.

Medipoutus, inſtrumentum ſumarium apud Catonẽ.

Mediſcuticus, nomen eſt magiſtratus magni apud Cãpanos.

Meditabundus, cogitabundus, & aduerbium Meditabunde, cogitabundẽ. Ce.

Meditatorius, a, um, quod meditari ſolet. Hierony. Quale illud ieiuniũ eſt, aut qualis illa refectio poſt ieiuniũ, cum pridianis epulis diſtendimur, & guttur noſtrum meditatorium fit latrinarum.

Mediterraneus, nea, um, quod eſt à mari remotum, quaſi in media terra. Mediterraneum mare, quod per medias funditur terras, quum in ambitu terræ circumfluat. Oceanus ab Abila Mauritaniæ et Calpe Hiſpaniæ promontoriis.

Meditor, pen. cor. quaſi medio animo verſo, hoc eſt, cogito. Hiero. Et hoc intelligimus nõ ſolũ Herodẽ, ſed ſacerdotes, & ſcribas eodẽ tempore necẽ domini fuiſſe meditatos. Interdum Meditari, eſt cogitando inuenire. Terent. in Andr. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Interdum exercere. Vergi. Agreſtem tenui meditabor harundine Muſam.
Inde Meditationes Romanorum, dictæ ſunt conflictus ſine ſanguine, & oẽs artes (autore Vegetio) in meditatione conſiſtunt. Interdum tendere. Verg. Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis Vlla dolum meditantur, amat bonus ocia Daphnis. Dicitur & Meditor, quaſi melitor. Græci μελετῶ, meditor dicunt, l, enim pro d, inuicem ſibi cedunt, ut ſella pro ſeda. Idem,
Syluestrem tenui Muſam meditaris auena,
Quod eſt quaſi melitaris, quaſi dulce canis. Reperitur etiã hoc verbum in paſſiua ſignificatione. Teren. in Phor. Meditata ſunt mihi oĩa mea incõmoda. Huius compoſita ſunt Præmeditor. Inde Immeditatus, participium ſine verbo, non meditatus. Cic. lib. i. Offic. Id ſe in foro optime iam immeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

Meditrina penul. produ. medicamentorum Dea, cuius ſacra etiam Medicinalia dicebantur, de quibus paulò ſupra.

Meditrinalia, ſacra quæ poturi muſtum faciebãt hoc præfamine: Vetus nouum vinum bibo, veteri nouo morbo medeor.

Meditullium, non medium terræ: ſed procul à mari, quaſi meditellium, ab eo quod eſt tellus. Hieron. Et quomodo diuitiæ & honores & corporũ ſanitates, & cætera q̃ indifferentia nominamus nec bona nec mala ſunt: ſed velut in meditullio poſita, uſu & euentu vel bona vel mala fiunt. Sũt qui hoc nomẽ à meditor deducãt, vt ſit locus meditationis & exercitii.

Meditullium, locus meditationis & exercitii. Ce.

Medius, dia, um, quod menſuratũ, æqualiter diſtat ab extremis: quãuis et Mediũ dicatur quicqd inter duo extrema eſt, etiã ſi non æqualiter diſtet. Vergil. Iam mediũ tenuere rates. Quãq; Medium dr̃ commune: vt, In mediũ veni. id eſt, in medio ſunt. Et E medio diſceſſerunt. Quãq; manifeſtum. Vergilius, Medioq; ex hoſte recepi. Quãq; intercedẽs. Idem: Ne quis ſcire dolos medius'ue occurrere poſſit. Et dicitur Medius ſecundum Priſ. à modo, hoc eſt, à menſura: vnde & Modius, & differentiæ cauſſa Medius mutauit o, in e. Vel dicitur à Græco μέσος, medius. Hinc Dimidius, a, um, quaſi per medium diuiſus. Medietas, media pars.

Mediusfidius, compoſitum eſt, & ſignificare videt̃ Iouis filius, id eſt, Hercules, quia Δία Græce, nos Iouẽ dicimus, & fidiũ pro filiũ: quia ſæpè pro litera l, litera d, vtebant̃. Quidã exiſtimant iuſiurandũ eſſe, ut pro Dii fidẽ, quaſi pro diuini tẽporis. id eſt, diei fidem. Alii ſic exponunt. Sanctus Fidius & Semi pater Dii fuerunt Sabinorũ, quos domo demigrantes in collem Quirinalẽ cum cætera ſupellectile detulerunt: idq; numen uerbis trinum, re vnicum eſſe dixerunt. Vnde licet tribus ipſis templum eſſet in Quirinali colle dicatum, unius tamen ſancti vocabulo adpellabatur, obtinuitq; huius nominis opinio ſanctitatis magnam uim habere iuſiurandũ, quo in trino & vnico numine medium eſſe quis fidiũ adfirmaret.

Medod, unus ex Centauris. Ce.

Meduacus, Venetorum fluuius, qui nunc vulgò Brenta dicit̃. Nam oſtia Padi Plinius ſcribẽs, ait: Proximum portũ facit Brondulũ, ſicut Edronẽ Meduaci duo & foſſa Clodia. Strabo ſcribit Meduacum uocari & portũ & fluuium. Idem: Supra Venetos Carnorum & Meduacorum fuiſſe gentem tradit, uide Plinium in initio primi voluminis.

Medulla, dicta eſt quòd in oſſibus media ſit. Hinc Emedullo, as, quod eſt medullã extraho. Plinius de limonio: Item graueolentiam alarum emendat radicis emedullatæ uncia; in uini falerni heminis tribus decocta. Per tranſlationẽ ſignificat declaro. Plaut. Narra iam rem nobis omnem atq; emedulla.

Medullitus, pen. produ. aduerbium eſt, ſignificat ex intimo, vel intime. Varro: Medullitus aquilonium ſeruat frigedinem.

Medusa, fuit filia Phorci ex Cetho coniuge, quæ vna cũ duobus ſororibus Euriale & Stenone, & Gorgades inſulas in Oceano Aethiopico tenuiſſe feruntur. Vnde & Gorgonides adpellãtur. Eius capilli in angues à minerua immutati ſunt, & qui illã aſpiciebãt, in lapides vertebantur. Quam Perſeus peremit, ex cuius cruore natus eſt Pegaſus. Noſter autem Suidas. Μέδουσα ἡ καὶ γοργόνη κληθεῖσα, Περσεὺς ὁ Δανάης καὶ Πίκου υἱὸς διδαχθεὶς πάσας τὰς μυστικὰς φαντασίας, ἴδιον βουλόμενος ἑαυτῷ καταστήσασθαι βασιλείαν, κατεστρέψατο τοὺς τῶν Μήδων, & ſubdit, ἐκάλεσε δὲ γοργόνην διὰ τὸ ὀξύτατα τὰς ἐνεργείας. id eſt, Meduſa, quæ & Gorgone vocata. Perſeus Danaes, & Peci filius omnes myſticas phantaſias callens, proprium ſibi volens conſtituere regnum deſpexit Medos. Et ſubdit: Vocauit Gorgon propter

celeritatem efficaciæ. Qui autem uelit audire res nouas, & inſolitas hominibus Latinis, legat reliqua in Suida, & aliis ſcriptoribus Græcis.

Mega, Græcè, Latinè magnum. vnde Megaron, domus ampla.

Megabyzi, ſiue Megalobyzi, dicebantur Epheſiæ Dianæ ſacerdotes, quos eunuchos eſſe oportebat. Vnde & pro imbellibus ac mollibus poni conſueuerunt, quales ſunt ſpadones. Quintil. lib. i. Artifices clariſſimi quum corpora quàm ſpecioſiſſime pingendo fingendoúe effingere cuperent, nunquam tamen in hunc ceciderunt errorem, ut Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis adſumerent ſibi: ſed Doryphorum illum aptum uel militiæ uel palæſtræ, allorum quoq; iuuenum bellicorum & athletarum corpora decorare exiſtimarint.

Megæra, cum d phthōgo in pen. furia infernalis. Nã Megæro, odi ſiue inuideo Latine denotat. Claudia.

Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra.

Megaleſia, dies qui dicatus erat magnæ matri Deorum, cerimoniis dictus: Ludi quoq; qui celebrātur ante templum in ipſo magnæ matris conſpectu, etiã Megaleſia dicebantur & ludi Megalenſes. Liui. M. Iunius Brutus ædem magnæ matris Deum in palatio dedicauit, & ludos ob eam dedicationẽ factos, Megaleſia adpellauit, μέγα enim magnum dicitur.

Megalophron, magna ſapiens, magnanimus.

Megaloprepeia, magnidecentia, uel munificẽtia: quæ inter magnos uiros uerſatur, magniſq; in rebus, ab indoctis magnificentia quæ ſpecies eſt fortitudinis.

Megaloprepes, qui magna pro dignitate munerat.

Megalopſychia, magnanimitas.

Megalopſychus, magnanimus.

Megara, penulti. correp. oppidum eſt Atticæ: cuius meminit Vergil.

Pantagiam, Megaroſq; ſinus, Tapſumq; iacentem.

Eſt & nomẽ mulieris Creontis filiæ, & Herculis vxoris: Quo etiam noĩe dictus eſt mons in Sicilia, vbi apes multæ, licet & Megara, rorum, legatur.

Megaris, idis, regio in Achaia, à qua bulbi Megarici, quos celebrat Cato. Columella:

Iam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi.

Megiſtanes, dicſitur proceres primateſq;: nam μέγιστος Latinè dicitur maximus. Corn. Tacitus: Simul conſilio terrorẽ adducere & megiſtanas Armenios, qui primi à nobis defecerant pepulit ſedibus.

Mehercle, iuſiurandum ſignificat per Herculem. Cicero in Ora. magis probat Mehercule, quàm Mehercules.

Meio, is, tertiæ coniugationis, in quo i, ponitur loco conſonantis ſignificat urinam emitto. Iuuena.

Cuius ad effigiem non tantum meiere fas eſt.

Mel, à Græco fit μέλι. Sunt qui dicant Mel eſſe cœli ſudorem, alii ſyderum ſaliuã, alii purgantis ſe aeris ſucci. Cõſtat ſanè ex aere decidere ſyderũ maximè exortu ſublucanis tẽporibus: Itaq; quum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur. Mel vernum, dicitur anthinum. Mel æſtiuum uocatur hōræum. Mel quod per ſe fluxit, acitũ. Mel ſylueſtre, ericeum, ab erica frutice quam & ſiſarum nominat: folia habet tamarici ſimilia. Acraton, mel purũ atq; integrum, quod neq. aceſcere cœpit, nec vllum paſſum eſt vitium.

Melænæ, opidũ in Arcadia, à Melænæo Lycaonis filio, inter Heream & Megalopolim.

Mellamphyllis, inſula in Samothracia: & Samos ipſa dicta eſt Melamphyllos.

Melamphyllon, herba vrbana & topiaria, crepidines marginum veſtiens.

Melampillus, Theſſaliæ monticulus. Cc.

Melampodion, genus nigri hellebori, à melampode quodam, qui eo uti in diuinationibus ſolebat. Vel à paſtore eiuſdem nominis qui primus hanc herbam inueniſſe dicitur, dum capras eo purgari animaduertit.

Melampus, eſt in tertio Europæ ſinu. Et eſt nomen viri proprium.

Melan, Latinè nigrum: quo in compoſitione vtimur.

Melancholia, cum accentu in penul. Latinè dicit nigra cholera. hoc eſt, atra bilis, quæ ſæpe in furorem agit homines. Græci μελαγχολία. Hinc Melancholicus, qui nigram bilem habet.

Melancoryphus, auis quæ & ficedula, ſed ficedula dicitur tantum in autũno ab edendis ficis: aliis tẽporibus Melãcoryphus, quod κορυφὴν μέλαιν, hoc eſt, verticem nigrũ habeat. Latinè atricapillam dicere poſſumus: mutat enim formam & colorem.

Melanthion, nigella herba.

Melanthius, nomen viri, qui quum Gorgiæ mimicus eſſet, dixit: Hic nobis de concordia præcepit, q trës in vna domo concordare non potuit.

Melanurus, penultima correpta, piſcis ex eo dictus quòd nigricantem habeat caudam, & inter ſaxatiles numeratur. Ennius:

Melanurum turdum, merulam, timbramq; marinã.

Melappia mala, ſunt maiora appiis vulgò apiona vocata. Cornucopiæ.

Melas, fluuius Mygdoniæ, alius Siciliæ, quidam Ciliciæ, item Thraciæ, & adhuc quidam Bœotiæ. Item mons felicis Arabiæ Melas dicitur.

Melculum, diminutiuũ quo vtimur blãdiendo. Plau.

Meum corculum, meum melculum.

Meleager, & Meleagrus, fuit Oenei Aetoliæ regis filius.

Meleagræa, Calydon vrbs dicitur, quoniã Meleager in ea imperauit. Cc.

Meleagrides, gallinæ Aphricanæ. Plinius lib. x. Simili modo pugnãt Meleagrides in Bœotia Aphricæ, hoc eſt, gallinarum genus gibberum variis conſperſum plumis. Alii autem Meleagrides à Numidicis ſeparant.

Melegina, inſula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ: Ptolemæus lib. ii. refert.

Meles, is, & etis, fluuius propè Smyrnam.

Melgemella, mala ſunt, quæ & capuncula vocant. Cornucopiæ.

Meli, Latinè mel, à quo per cõpoſitionem deſcẽdit.

Melia, arbor quæ fructum ſuauiſſimum producit.

Melibœa, littoralis vrbs Magneſiæ, vel ſecundum aliquos Theſſaliæ, patria Philoctetæ Pœantis filii: à qua Melibœus, a, um. Eſt etiam hoc nomine uicus in mari Laconico.

Melibœus, cum diphthongo œ, nomen paſtoris dictus quod boum curam habeat.

Melicæris, idis, & Melicæria, à cæra & melle nomen accepit, tuberculum mellis craſſitudine in cubitis & genibus, interdum aliis quoque partibus, & in ore ipſo, & in capite quod ita nominatur: quia humor in eo melli ſimilis includitur: nec preſſum remittitur, vt id quod gangilion ſiue ganglion adpellãt, in eadem parte, ſed molle cedensque. Plinius: Melilotus deferuefactus in vino dulci peculiariter contra melicæridas efficax. Hoc nomine fauus eſt adpellatus.

Melicerta, Iunonis & Athamantis Thebarũ regis filius, qui ſe in pelagus ſubmerſit, & miſeratione Deorum in Portunum cõuerſus eſt: qui Palæmon etiam dicitur, pro Deoque à gentibus habitus eſt.

Melichros, lapis modo niger, modo flauus: à mellis colore vocatus. Cc.

Melichryſis, gemma quæ ex India mittitur, quaſi per aurum ſyncero melle tranſlucens. Cc.

Melicraton, penul. corre. mulſum vinum, coctũ cum melle. μέλι enim mel, κρᾶτον, potens: quaſi potens uinum dicitur.

Melicus, penul. cor. à melos, idem quod muſicus. Vñ poetæ lyrici, Melici dicti ſunt. Auſonius:

Tu melicos lyricosque modos. Cenſorinus de natali die poeticam cognominat melicam, quum poetica veluti legitimæ muſica licentior, magisque modulata inualuerit. Vnde omnes poetas generali epitheto Melicos adpellare poſſumus.

Melilotos, pen. produ. Græcè enim μελίλωτος, quaſi dulcis & mellea lotos. Eſt autem Lotos herba in Aegypto ſiue arbor, de qua ſupra. Ouidius:

Pars thyma, pars, rores, pars meliloton amant.

Sunt qui dicunt Meliloton eſſe florem plantæ, in quo eſt lunaris figura.

Melimela, utrobique per ſimplex l, dicuntur poma muſtea, ſiue dulcia, quaſi mel & pomum. Nam μέλι, mel: & μῆλον, malum, quòd mellis ſaporem habeãt: ſeu à celeritate naſcendi denominata ſunt. Varr. Quæ antea muſtea vocabant, nunc melimela adpellant. Eadem vulgò nana vocantur, à paruitate arborum in quibus producuntur. Plin. lib. xiiii. Quæ nunc melimela dicuntur, à ſapore melleo orbiculata ex figura orbis. Martialis,

Infanti melimela dato fatuasque mariſcas:

Nam mihi quæ nouit pungere chia ſapit.

Melina, vt Feſtus ait, genus tibiæ acutiſſimi ſoni. Eſt & genus veſtis apud Plautum in Epidi. à colore qui medius eſt inter album & fuſcum: vel à Melo inſula, vnde afferebatur. Iulius Pollux: Candicantia in primis habebant veſtimenta peregre venientes, vel Phea, vel Melina, vel Glaucina.

Melinus color, in floribus luteum ſignifi. Nam à Melo inſula Melinum pro candido accipitur, quod eſt pigmentũ candidũ, quod ibi fiebat laudatiſſimum. Plaut. in Muſt. Neque ceruſam, neque melinum oportet attingere. Quidam tamen Melinum colorem volunt eſſe medium inter album & fuſcum qui dicitur giluus.

Melioreſco, melior fio. Colu. lib. ii. Napus deuexam amat & ſiccam tenuique propiorem terram, atque glareoſis ſabuloſisque aruis melioreſcit.

Melipecta, cibaria mellita: qualia ſunt & bellaria.

Melis, ſeu Melius, animal quod & taxus, ſiue taxo, quod ſit mellis auidiſſimũ, & aluearibus ſemper infeſtũ. In cauernis uiuens, aſperum, mordaxque: magnitudine uulpis, colore felis, ex cuius pelle pharetras & canum collaria obtegunt. Varr. Ne vulnerentur canes à beſtiis imponuntur collaria, quæ uocantur meliſſi, id eſt, cingulum circa collum ex corio firmo cũ clauis capitatis. Plin. Hanc eſſe melibus in metu ſolertiã, ut ſufflata cute diſtincte ictus hominum & morſus canum arceant.

Meliſphyllon, herba quam vulgus baracum vocat, de qua Vergilius lib. iiii. Georgico.

Trita Meliſphylla & cerinthe ignobile gramen.

Quædam apiaſtrum dicunt.

Meliſſa, filia Meliſſi, quæ cum Amalthæa ſorore Iouem lacte caprino ac melle nutriuit. Colu. li. x. Nec ſanè ruſtico dignũ eſt ſciſcitare: fuit ne mulier pulcherrima ſpecie Meliſſa, quam Iupiter in apem conuertit. Aelianus lib. ii. de proprietatibus animaliũ. τὸν βασιλέα αὐτῶν αἱ μέλιτται πρᾶον ὄντα καὶ ἥμερον καὶ ὁμοῦ τι καὶ ἄκεντρον, ὅταν αὐτὰς ἀπολείπῃ, μεταθέουσί τε καὶ διώκουσι φυγάδα τῆς ἀρχῆς ὄντα. id eſt, Regẽ earũ apes mitem exiſtentẽ & manſuetum & ſimul ſine aculeo, quum ipſas dereliquerit tranſcurrunt & fugant.

Melite, es, ſiue Melita, æ, penul. corre. Inſula inter Italiam Epirũque poſita. Et (vt ſcribit Strab.) ante Pachynũ ſita. Vnde Melitæi canes, paruuli olim in delitiis fœminarum. De hac Ouid. in Faſt. Fertilis eſt Melite. Eſt & urbs hoc nomine, Carthaginenſiũ colonia. Diod. refert in Melita inſula precioſam tenuitate ac mollicie telam fieri. Cice. in Verr. act. iiii. ueſtem & textrinum Melitenſe nominauit. Igitur à Melite fit Melitæus, a, um, & Melitenſis. ut canes Melitæi, & Melitenſes.

Melites, gemma ſic dicta à colore mali aurei, quod melum proprie dicitur. Cc.

Melitites, pen. produ. genus potionis dulcis ex melle & muſto, diſtans à mulſo. Fit enim ex melle & muſto, hoc eſt, ex congio mellis & quinque congiis auſteri muſti, & cyatho ſalis feruefactis. Quo noĩe etiã dictus eſt lapis qui ſuccũ remittit dulcem mellitũque, tuſus & ceræ mixtusque eruptionibus pituitæ, maculis corporis medetur.

Melittones, penul. prod. vbi apes nutriuntur. Varro: Melittones ita facere oportet. quos alii Melitrophia adpellant. Eadem quidam Mellaria.

Melitus, penultima produ cta, nomen fuit accuſatoris Socratis.

Melium, collare, canum. hoc eſt, cingulum circum collum ex corio firmo.

Melizomum, pen. produ. conditum vocat Apitius ex mellis deſpumati mixtura confecta.

Mellarius, qui mellis opus exercet. Varro: Ad extrema qua mellarii fauũ eximere poſſint opercula imponunt alueis.

Mellarius, a, um, quod ad mel pertinet. Pli. Vaſa mellaria aut fauos lauari aqua præcipiunt. Hæc etiam apiaria dicuntur.

Mellatio, mellis vindemia, quum vel eximitur. Plini. Hæc ergo mellatio ſine vindemiæ & Vergiliarum. Idem: Aeſtiua mellatione decimam partem apibus relinqui placet.

Mellatium, muſtum, quam ſapam adpellamus, vt inquit Nonius.

Mellealotos, herba eſt notiſſima, & vbique naſcens, apum cibus. Cc.

Melleus, a, um, quod ex melle eſt, vt melleus ſapor. Aliquando ſumitur pro dulci. vt vox mellea.

Mellica, genus leguminis, ſicut vulgò adpellatur quæ panniculas ſiue lobas ad ſpeciem milii producit colore rubido.

Mellifico, mel facio, à quo mellificus, et Mellificatio. Colu. lib. x. Vt ab opere mellifico euocatæ apes ſaccitibus expleant.

Mellificum, mellis factio. Varro: Sed vt aptiſſimum ad ſanitatem apium ſic ad mellificum thymũ. Idem: Quod ad mellificum bonum vehementer prodeſt.

Melliflnus, a, um, ex quo fluit mel, vel fluere videtur, hoc eſt, dulce, iucundum vt melliflua oratio.

Melligo, penultima prod. ſuccus è lachrymis arborũ, ſiue florum quem apes deuorant, poſtea ad alueos regreſſæ euomunt, operaq; componunt. Plin. Primũ itaq; fauos conſtruunt, ceram fingſit, deinde ſobolem poſtea mella. Ceram ex floribus, melliginem è lachrymis arborum quæ glutinum pariunt ſalicis, vlmi, harundinis, ſucco gummi, reſina. Ponitur & pro quocunq; ſucco floreſcentis fructus adhuc atq; immaturi.

Melliloquus, pen. cor. qui dulce loquitur. Cicero: Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.

Melliſones, qui & Mellarii, & Meliturgi opus mellis exercentes.

Melliſſus, proprium nomen regis Cretenſis antiquiſſimi, qui primus Diis ſacrificauit. Cuius filiæ Meliſſa & Amalthæa fuerunt. Eſt etiam Meliſſus antiqui philoſophi nomen.

Melliturgus, idem quod mellarius, qui mellaria exercet. Sic enim interpretatur Varro lib. iii. de Re ruſt.

Mellitus, a, um, penultima producta. quod eſt melle conditum. Varr. Et faui melliti intus ponendi à fauciꝰ longè

Mellonia, vel Melona, mellis Dea à Romanis putabatur.

Mellum, cotoreum malum à veteribus dicitur.

Melo, nomen fluuii, qui & Nilus, & Geon adpellatus eſt.

Melobosis, Nympha eſt ſic dicta ab ouibus paſcẽdis. Cornucopiæ.

Melodes, accipitur pro melico dulcia carmina cantãte. Sid. Proculus melodes inſonare pulſibus. Aug. ?. lib. Meditationum Melodem orationem dixit, pro harmoniacis concentibus.

Melodia, cum accentu in penultĩ. dulcis cantus, ſiue melleus.

Meloeſſa, inſula ex Syrenis vna non tam à pomorũ, quàm à pecoris abundatia dicta.

Melolantha, ſcharabei genus eſt, colore viridi naſcẽs.

Melomeli, vt Colu. lib. vlti. inquit, vocatur quum mala maturiſſima integra ſine macula in lagœna in melle ſubmerguntur.

Melon, ouis, dicitur.

Melonomus, pen. cor. ouium paſtor. Nã μῆλα & poma, & oues ſignificat.

Melos, generis neutri, & tamen indeclinabile, dicitur cantus ſuauitas, vel dulciſ modulatio. Perſius: Cantare credas pegaſeum melos. Hinc multa deriuantur, de quibus mox. Melos, gen. fœm. inſula eſt Cretæ adiacens, necnon & vrbs in eadẽ inſula. Stra. Melos inſula inter Cretã Peloponneſumq; interuallo æquali ſita, à Peloponneſo promontorium Scylleum, à Creta Dyctineum habens.

Melota, tæ, & Melote, es, pen. prod. dici poteſt pellis ouina. μῆλον enim ouis dicitur. ut eſt apud Apoſtolũ: Circuierunt in melotis & pellibus caprinis.

Melpomene, pen. cor. vna ex Muſis.

Membrana, æ, pellis ſuperior, quæ & pergamena charta dicta, quòd tracta ſit de membris animalium, in quorum tergoribus primum ab vno latere ſcribi cœptum, deinde ab vtroq;, deraſis pilis. Earũ vſus Pergami regnante Eumene inchoauit, poſtea Pergamena vocatæ, vbi Pergami rex Attalus Romam miſit multitudinem membranarum, vt penuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde Pergamenarũ nomen ad hãc vſq; diem tradente ſibiinuicem poſteritate ſeruatum eſt. Differt autem charta à membrana. Nam (vt inquit Victorinus) foliorũ alia de chartis ſunt, alia de mẽbranis. Ergo Membranæ pelliceæ ſunt, & Pergami primum inuentæ pergamenæ. Chartæ autem ex papyro olim in Aegypto fiebant, vt Plinius oſtendit. Apud nos de centonibus certo quodam modo maceratis, & glutino concretis formantur. Chartam ex papyro in victoria Magni Alexandri inuentam ſcribit Varro: Antea palmarum foliis ſcriptitatũ fuiſſe, deinde quarundam arborum libris, poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus mox & priuata linteis, & ſchedis confici cœpta. Ptolomæus autem chartas, Eumanes verò membranas, quũ vterq; eorum maximas haberent bibliothecas inuenerſit, qui fuerunt reges Pergami. Sed contra Varronis ſententiam de chartis ait Caſſius Hemina. Martia. Terentium ſcribam, agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantẽ, inueniſſe ait arcam, in qua Numa rex ſitus eſſet, & in ea libros eius è charta ſcriptos. Sed Numã pluribus ætatibus ante Alexandrum fuiſſe conſtat.

Membraneus, a, um, quod ex mẽbranis eſt. Vlpianus de Lega. Quod ſi in codicibus ſint membraneis vel carthaceis vel etiam eboreis.

Membranulum, diminutiuum à membris. Apuleius lib. vi.

lib. vi. Verum coriorum aſini craſſum, ſed hirundinis tenuem circundebit membratulam.

Membrare, ſignificat per membra formari, quo verbo vtitur Cenſorinus.

Membratum, aduerbium ſignificat per membrana ſingula.

Membratura, eſt membrorum poſitura.

Membroſus, qui magnum habet membrum. vt illud in Priapea. Si Ruber hortorum cuſtos membroſior equo.

Membrum, proprie dicitur caro artus tegens. vnde Membrana, ſuperior mẽbri pars. hoc eſt, pellis ipſa, quamuis & pro ſingulis corporis partibus ponatur. vt manus, pes, auris, membrum dicitur, Membrũ, ſi abſolute ponitur, pro virili mẽbro. Apul. Steterunt membra quæ iacebant antea. Membra principalia ſunt, cor, cerebrum, iecur. Sumitur etiam pro parte quum ad inanimata transfertur. Vnde quæ Græci cola, Latini membra dicunt. Quomodo autem differat Membrum ab artu, vide in dictione Artus. A' Membrum fiunt adiectiua Bimembris, Trimembris, Quadrimembris, hoc eſt, duarum, trium, quatuor partium.

Memerylus, arbor eſt à noſtris alio nomine arbutus appellata.

Memini, à meno antiquo verbo fit, quo veteres vſi ſunt pro recordor, & in mentem reuoco. à quo prima ſyllaba geminata fit præteritum memini; ſicut à pingo pupingi, requirit genitiuũ vel accuſatiuũ. Terent. Faciã vt mei & huius diei ac loci ſemper memineris. Cice. Omnia quæ curant ſenes meminerunt. Sed quũ ſignificat mentionẽ facio, recuſat, accuſatiuũ, poſtulatq; ablatiuũ cũ præpoſitione de, vel genitiuũ. Quintil. De quibus multi meminerunt. Idem. Neque omnino huius rei meminit poeta ipſe. Iungiturq; tam cum præterito infinitiui, quàm cum præſenti. Vergilius:

Namq; ſub Oebaliæ memini me turribus altis
Coricium vidiſſe ſenem. Idem:
Cantando puerum memini me condere Soles.

Cicero Appio: ad me adire quoſdam memini. Huius compoſitũ eſt Cõmemini Gellius libro. ii. Sic multo antè Pacuuius aquam flauam dixit, & fuluũ puluerem, cuius verſus quoniã ſunt iucundiſſimi, libens commemini.

Memor, gener. omnis ſecundum Priſcia. & à memini fit, cuius contrarium eſt Immemor. dicimus Memorem, qui recordatur. vt, Memor ſum tui in me officii. Quum autem de aliis rebus dicitur, vt quũ dicimus rem memorẽ, ſignificat cuius nos memores ſumus. Vergil. Sæuæ memorẽ Iunonis ob iram. Horatius lib. Carm. Siue puer furiens. Impreſſit memorem dente labris notam. Hoc eſt, tã vehementẽ, vt nõ facile excidat memoria.

Memorabile, quod eſt dignũ memoria. Colu. in Præfat. Quum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces. Cicero: Quũ accepiſſemus à patribus maxime memorabilẽ C. Lælii, & Pub. Scipionis familiaritatem fuiſſe.

Memoratus, idem quod memoratio. Salluſtius: Incredibile memoratu eſt.

Memoria, (vt inquit Cicero lib. i. ad Herennium) eſt firma animi rerũ & verborũ diſpoſitiõis perceptio. Terent. in And. In memoria habeo. Vbi Donat. Plus eſt quam ſi dixiſſet ſcio. Nam quæ ſcimus, poſſumus obliuiſci. Quæ verò memoriæ cõmendamus, nũquã amittimus. Aliquando memoria pro antiquitate ponitur. Pacuuius: Perq; noſtram egregiam humanitatem quam memoria firmauit.

Memoriale, quod in memoria haberi debet.

Memorioſus, a, um, quod eſt multæ memoriæ.

Memoriter, aduerbiũ, ſignificat quod imperiti dicunt mente tenus. Cice. Q. Mutius augur Scæuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucunde ſolebat.

Memoro, as, penultima correpta, ad memoriã reduco, quod & memoror deponens ſignificat. vt eſt illud, Memorare nouiſſima tua, & in æternũ non peccabis. Aug. genitiuo iunxit: Sed memoraberis domini Dei tui, quia ipſe tibi dat fortitudinem. Interdum Memorare, eſt dicere, narrare, ſeu exponere, recitare. Liuius libro primo. Herculemq; in ea loca Geryone interempto, boues mira ſpecie abegiſſe memorãt. Id eſt, dicunt. Vergilius:

Muſa mihi cauſſas memora. id eſt, dic, expone. Interdum numerare. Plaut. in Amp. Ibi nunc meus pater legiones hoſtiũ memorat. Huius cõpoſita ſunt Cõmemoror, & Rememoror, quod eſt in memoriã reduco. Hiero. Rememoror vſus eſt apud Apoſtolũ. Rememoramini priſtinos dies.

Memphe, populi Memphim habitantes. Vide in Taphnis.

Memphis, vrbs Aegypti regia, magna & populoſa, ſecunda poſt Alexandriam, vbi fuerũt pyramides, regum ſepulturæ ab Ogdoo rege ædificata, ambitus ſtadi. 150. Cuius filia Memphis ei nomen dedit, cũ qua Nilus cõcubuit ſub imagine tauri. Hæc portuoſiſſima eſt vbi Nilus ſcindit in plures partes, & Δ formam facit. Hinc Memphitis, & hoc memphite, pen. prod. quaſi patronymicum. Tibullus:

Barbara Memphitim plangere docta bouem.

Inuenitur etiam Memphitides. Iuuenalis

An'ne aliam terra Memphitide ſicca
Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo?

Inde etiam Memphiticus, ca, cum. Martialis:

Dat chartis agiles calamos Memphitica tellus.

Mena apud Romanos fuit Dea, quæ menſtruis fluoribus præeſſe putabatur. Quo etiã nomine dictus eſt piſcis quidam breuis, qui hyeme candidus, æſtate nigrior fit. Cicero de Finibus bono. Qui voluptatem contemnunt, eis licet dicere, ſe acipenſerem menæ anteponere. Martialis:

Et caudam cibii breuesq; menas.

Hunc piſcem etiam alecem dici poſſe quidam putauerunt. Nonnulli tamen hoc nomen cũ diphthon. ſcribi debere præceperunt.

Menæchmi, apud Plautũ comœdia in qua Menæchmus introducitur.

Menæchmus, philoſophus Eudoxi auditor, qui Platonis temporibus uixit.

Menalippa, Amazonum regina, quã vicit Hercules, eiq́; ablato baltheo ſalutem dedit. Eſt & Menalippa fabula Græca: à Menalippa deductum nomen. De qua Iuuenalis:
Syrma vel Antigones, ſeu perſonam Menalippes.

Menalippus, Tidei fuit īterfector: cui caput ante obitum corroſit Tideus ex rabie, qui apud Statium ita vociferatur. Caput ô mihi ſi quis
Adportet Menalippe tuum.
Fuit & alter Menalippus Tidei frater: quẽ Tideus in uenatu ferē peremiſſe, obq́; id fratricidiũ exulaſſe. Fuit & alter Menalippus Troianus, q quòd virtute præſtaret, à Priamo filii loco amatus fuit.

Menapii, populi qui ad vtranq; Rheni ripã habitant, iuxta Neruios, ſed ad mare proximi, qui hodie uocãtur Geldrenſes.

Menander, poeta comicus, Theophraſti diſcipulus. de quo Quintilianus lib. viii. Meo quidem iudicio diligenter ad cuncta quæ præcipimus efficienda ſufficiat: Ita omnem vitæ imaginem expreſſit, tanta in eo inueniendi copia, eloquendi facultas: ita eſt omnibus rebus, perſonis, adfectibus accommodatus. Ouidius in eo libro qui ſine titulo eſt:
Dum fallax ſeruus, durus pater improba lena
Vixerit, & meretrix blanda Menandrus erit.
Fuit & alter Menander hæreticus, diſcipulus Simonis magi, à quo Menandriani hæretici, qui adſerebant mundum non à Deo, ſed ab angelis factum.

Menaria, inſula eſt contra Magonem, ſic dicta à piſcium multitudine, qui menæ dicuntur. Ce.

Menceps, mente captus.

Menda, & Mendum, pro errore. Cice. Ceci. Nam quaſi mendum ſcripturæ litura tollatur. Ouidius:
Menda æ nocte latent. Hinc Mendoſus, ſa, doſum, quod eſt erroribus plenum. Hinc & Emendo, das, de quo ſupra. Et Remendo, das, quod eſt, rurſus mendã tollo. Columel. libr. iiii. Quidam flagellum totum, ſicut erat matri detractum, crediderunt ſationi conuenire, idq́; per gemmas quinas, vel etiam per ſenas pariti, compluris tale oleaſter remandauerunt, quod ego minime probo.

Mendaciloquus, penultima correpta; qui loquitur mendacium. Auguſt. lib. ii. ad Inquiſit. Ianuarii. Intẽdentes doctrinæ dæmoniorum in hypocriſi mendaciloquorum.

Mendacium, (vt inquit Auguſtinus) eſt falſa ſignificatio cum voluntate fallendi.

Mendaculum, diminutiuum, paruus error. Cice. libro de Orato. Quod tamen eſt mendaculis adſpergendum.

Mendax, qui frequenter dicit mendacium. Quod nomen Augu. lib. ii. Soliloqui. à metiendo deriuat. Illud autem, inquit, quod mendax voco, à mentientibus fit, qui hoc differunt à fallacibus, quòd omnis fallax adpetit fallere, non autem omnis vult fallere qui mentit. Nã & mimi, & comœdiæ, & multa poemata mendaciorum plena ſunt, delectandi potius quàm fallendi voluntate. Et omnes ferè qui iocant mentiuntur. Sed fallax, fallens is recte dicitur, cuius negocium eſt vt quiſq; fallatur. Illi autẽ qui non id agunt vt decipiant, ſed tamen aliquid fingunt, vel mendaces tantum, vel ſine hoc quidem: mentientes tamẽ vocari nemo ambigit. Et vt dicã quod ſentio, Mẽdax eſt mala dictio, peſſima verò fallacis. Quod his verbis amplectitur Phalaris in epiſtolis. οὕτως ἔιδα καὶ Λυκῖνον, πόρνον μὲν ἐν παισί, λάγνον δὲ ἐν νέοις, μοιχὸν δὲ ἐν γυναιξί, ἀκόλαστον δὲ ἐν νόμοις, ἀσελγῆ δὲ ἐν ἡδοναῖς, ἀργὸν δὲ ἐν εἰρήνῃ, λιποτάκτην δὲ ἐν πολέμοις. Id eſt. Sic noui Lycinum pedicionem inter pueros, laſciuum inter iuuenes, adulterum inter fœminas, effrenem inter temperatos, petulantem inter voluptates, ſubdolum in pace, deſerentem ſocios inter hoſtes. A' Mendax fit comparatiuum Mendacior, ſuperlatiuum Mendaciſſimus, & aduerbium Mendaciter.

Mendeſium, vnguentum dictum à mendeſo Aegyptii vrbe.

Mendicabulum, mendicatio ipſa, ſiue ipſe mendicus. Plau. Memorare nolo hominũ mendicabula.

Mendicitas, & Mendicimoniũ. Laberius pro inopia, & Mendiciter, per inopiam poſuit.

Mendico, cas, pen. prod. vitæ alimenta poſtulo. Iuue.
Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.

Mendicula, veſtis, à mendico, qui magiſtratus nomẽ eſt, vt inquit Feſtus.

Mendicus, pen. pro. à mente, quòd mentẽ eius feſellerit fortuna. Vel à medendo: quia precetur omnes, vt vitæ ſuæ medeantur cibo. Vel quòd manu indicet.

Mendix, apud Oſcos, nomen eſt magiſtratus.

Menecina, vrbs in Oenotria, à qua Menecinei & Menecinii populi.

Menecis, penul. produ. vrbs Phocenſium vltima quæ ad occaſum uergit.

Menedemus, philoſophus ex Eretria ciuitate, à quo philoſophi Eretriaci dicti ſunt. Eretria verò in Eubœa eſt, vt inqt Strabo li. ix. Hic militiã primò exercuit, poſtea ad Platonẽ cõceſſit. Fuit honeſtate et grauitate inſignis. Status corporis in eo ſene vt in iuuene fuit firmus & validus. Et quũ primũ ab omnibus ludibrio haberetur, poſtea in tanta admiratione habitus eſt, vt ciuitatis gubernacula ei traderentur. Obiit vitæ ſuæ anno ſeptuageſimotertio. Fuit & alius Menedemus Lampſacenus.

Menelætus, auis ex aquilarũ genere, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans, quæ ſola fœtus ſuos alit, frequens q́; verſatur in montibus.

Meneleus, vnus ex centauris. Ce.

Meneſtho, nomen Nymphæ, à memorando dicta. vũ
Meneſtheus, propriũ nomen aurigæ Diomedis. Ce.

Meniana, ædificia ſunt porrecta exterius, ſic dicta quòd à Menio inuẽta ſint, qui primus in foro vltra columnas proiecit tigna, quò ampliarentur ſuperiora ſpectacula. Vulgò nunc podioli & lobiæ dicuntur. Scribit Porphyrio, meniũ ſcurrilitate notiſſimũ, poſt abroſum patrimonium vendidiſſe domũ quam habuerat ad forũ ſpectantem, vna ſibi excepta colũ-

na, vnde gladiatores ſpectaret, quæ ex eo Menii columna nominabatur. Hierony. verò in Pſalmorum interpretatione ſic habet. In Palæſtino & Aegypto non habent in tectis culmina, ſed domata: quæ Romæ vel Solaria vel Meniana vocant: plana tecta, quæ tranſuerſis trabibus ſuſtentantur. Fortaſsis ab hoc Menio dicta ſunt Solaria illa, quæ Græci domata nuncupant. Nam Menius ſuper columna, cuius ius ſibi exceperat, tectum proiecit & tabulata, vnde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent. Suetonius: Pauci è proximis Menianis ſpectabant.

Menix nomen inſulæ, ex aduerſo minoris Aphricæ (vt lib. v. capi. ſeptimo docet Plinius) quæ in longitudine patet triginta quinq; milia paſſuum: in latitudine viginti quinq;.

Mennonia, gemma, de qua niſi quòd candida eſt, nihil aliud commemoratur.

Meno, Vide in dictione Memini.

Menoles, dictus eſt Dionyſius, quod Latinè totū furentem ſignificat. Cui Bacchæ Orgia celebrabant, & crudas carnes comedentes, ſacro furore initiantur, Euan Euan conclamantes. Quæ vox adſpirata ſecūdum exquiſitā Hebræorum linguam, fœminei ſexus ſerpentem ſignificat.

Mens, dicta eſt quaſi eminens. Eſt enim Mens altior animi pars, qua etiam diuina percipimus. Ouidius:

Mente Deos adiit, & quod natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Vel quòd Mene dicatur Luna. Nam vt Luna augetur & minuitur, ita mens expeditior aut impeditior ab hac corporis mole. Vel quoniam mens etiamſi dormimus nunquam quieſcit. Vnde Amentes & Dementes. Quid ſit Mens, Lactantius lib. vii. docet hoc modo. Primum, non idem eſt Mens & anima. Aliud eſt enim quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima ſopitur, & in furioſis mens extinguitur, anima manet. Et ideo non excordes, ſed dementes adpellantur. Mens ergo, id eſt intelligentia, vel augetur, vel minuitur, pro ætate, anima in ſtatu ſuo ſemper eſt. Et ex quo tempore ſpirandi accepit facultatem, eodem vſq; ad vltimum durat, donec emiſſa corporis clauſtro, ad ſuā ſedem reuolet. Thales Mileſius. Velociſſimum, inquit, omnium quæ ſunt, eſt mens. Nam tantæ celeritatis eſt, vt vno temporis puncto cœlum omne colluſtret, maria peruolet, terras & vrbes peragret. Qui igitur Mentem & animum idem eſſe dicunt, falluntur, quum Mens ſit cogitationis & conſilii ſubtilitas quædam certe rationi conſentanea. Ideo Amentes & dementes dicuntur, qui nullo conſilio vtunt. Animus verò, eſt vitæ voluntatis fundamentū. Hinc Examimes, & Exanimari. Plau. in Ciſtellaria. Exanimor, feror, diſtrahor, diripior, ita nullam mentē animi habeo, & vbi ſum, ibi nō ſum, vbi nō ſum, ibi animus eſt. Idē in Epidic. Pauor territat mentem animi, neq; eſt vbi meas collocem ſpes. Vergilius:

Accipit in Teucros animum mentemq; benignam.

Cicero lib. iiii. Tuſculanarum quæſtionum: Humanus autem animus decerptus eſt ex mēte diuina, cum alio nullo niſi cum ipſo Deo (ſi hoc eſt fas dictu) cōparari poteſt. Hic igitur ſi eſt excultus, & ſi eius acies ita curata vt nec cæcet erroribus, fit perfecta mens, id eſt abſoluta ratio, quod eſt idem quod virtus. Terentius: Mala mens malus animus. Ex quibus declaratur, animum ac mentem differrem. Ponitur tamen quandoq; mens pro conſilio. Vergilius:

Noſtrā nunc accipe mentem.

Huius compoſita ſunt Amens, Demens, Vehemens. Amens, quòd à mente abierit. Demens, quòd à ſua mente diſceſſerit.

Menſa, eſt ſuper quam edere ſolemus, ſiue ligneū, ſiue lapideum. Vergilius:

Pars epulis onerāt mēſas, & plena reponſit Pocula.

Duo autē fuerunt apud Romanos precioſiſſima mēſarum genera, citrea ſcilicet, & acerna. Quādoq; Mēſa ponitur pro prandio, vel cœna. Iuuenalis:

Quum de tot præclaris orbibus & tam
Antiquis, vna comedunt patrimonia menſa.

Vnde & primæ & ſecundæ menſæ. id eſt, primi & ſecundi cibi. Vergilius:

Non ego te Diis & menſis accepta ſecundis
Tranſierim Rhodia.

Menſa etiam trapeza dicitur, id eſt, tabula qua argentarii vtuntur. Antiqui menſam vaſorum quadratam habuerunt, vocaueruntq; vinarium. Fuit & menſa vinaria rotunda, nomine cilibantum, à cilice poculo, Græcè calice. Altera erat vinaria menſa, quadrata vna columella ſubnixa, cartibulum uocabatur.

Menſarius, campſor pecuniarum, argentarius à Latinis dicitur, à Græcis trapezita. Sed numularii & menſarii ſunt minutiores non tenentes libros, in quibus data acceptaq; ſcribuntur, quos Græci collybiſtas dicunt.

Menſio, à menſum fit, & ſignificat menſuram. Cicero de Orat. Aures, vel animus aurium nuncio, naturalē quandam in ſe continet vocum omnium menſionē.

Menſis, à metior deducitur quaſi res numero dierum menſa. Cic. lib. ii. de Natura Deorum. Qui quia ſpacia cōficiunt, Menſes nominatur. Macrobius à Græco μήνη, id eſt, à Luna trahit. Nam Lunæ curriculo Menſis conficitur. Hinc Trimeſtris, trium menſium. Auguſtinus libro decimotertio de Ciuitate Dei, Arcades, quorum anni trimeſtres fuerunt. Bimeſtris, duorum menſium.

Menſtrualis, idem quod menſtruus. Plautus in Capti. Quibus ſolebant menſtruales epulas antè adipiſcere.

Menſtruatus, ta, tum, quod menſtruum patitur. Vnde dicimus, Menſtruatam mulierem.

Menſtruum, ſubſtantiuū mulierū profluuiū eſt, quod non multi, ſed vitioſi humoris indicium eſt. Indigeſtum eſt enim & crudum quod egeritur, & quaſi infirmū effluit. Nec habet ſedem, ſed natura quaſi noxiū & magis frigidū pellit. Quod maxime probatur, quia mulieribus quū purgantur algere contingit. Vnde intelligitur frigidū eſſe quod effluit, & ideo in viuo corpore non manere, quaſi inopia caloris extinctū. Menſtrui virus deſcribit Plini. lib. vii.

cap. decimoquinto, his verbis: Sed nihil facile reperitur mulierum profluuio magis monſtriferum. Aceſcunt ſuperuentu muſta, ſterileſcunt tactæ fruges, moriuntur inſita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum, quibus inſedere decidunt, ſpeculorum fulgor ipſo adſpectu hebetatur, acies ferri præſtringitur, eboriſq; nitor, alui apium moriuntur, æs etiam ac ferrum rubigo protinus corrumpit, odorq; dirus aëra. Et in rabiem aguntur guſtato eo canes, atq; inſanabili veneno morſus inficitur.

Menſtruus, trua, truum, quod fit ſingulo menſe. Vt Menſtruus fluor, qui mulieribus ſingulis menſibus accidere ſolet. Hiero. in Leuit. Quæ poſt menſtruum ſanguinem fluere non ceſſat. Lucan. lib. i. Menſtruus iuſſi bos diſtinguit ſecula conſul.

Menſula, inſtrumentum quo metimur, quam quidam à membris humanis dictam putant. Hinc Menſoras, deſcendit. Menſura (vt inquit Ariſtot. libro x. Metaphiſicorum) eſt illud per quod certificamur de quantitate rei.

Menſurnus, na, num, à menſe, ſicut diurnus à die. Cicero ad Heren. Pars quædam æternitatis, cum alicuius anni menſurni, diurni, nocturni, veſpertini, certa ſignificatio habetur.

Menta, genitale membrum, cuius diminutiuum eſt Mentula. A quo Mentulatus. vt in Priapo. Deus priapo mentulatior non eſt. Dicitur & membrum per excellentiam quoniam ipſum ſolum generat. Vocatur præterea Muto. Horatius libro. i. Sermo.

Huic ſi mutonis verbis mala tanta videnti,

Diceret hæc animus. Hinc Mutoniatus. ut illud:

Donnis cum pueris mutoniatis. Et apud veteres Mutinus quoq; & Tutunus dicitur Priapus: qui membri Deus, membrum quoq; ſignificat. Lactan. libr. i. Et Tutunus, in cuius ſinu pudendo nubentes præſidet, vt illarum pudicitiam prior Deus delibaſſe uideatur. Adpellatur & Verpa, ab inuerſa pellicula.

Mentagra, morbus dictus à mento, à quo incipit, & faciem quidem, collum, pectus, manusq; fœdo quodam furfure occupat. Alio nomine dicitur lichena.

Mente captus, pro amente accipitur: quemadmodum Oculis captus, pro cæco. Feſtus: Mente captus dicitur, quum mens ex hominum poteſtate abiit.

Mentha, cum h, herba vulgò nota. Dicta quòd grato odore menſas percurrat. Apud Græcos Mintha dicebatur à nomine Minthes: quam ferunt pellicem Plutonis à Proſerpina deprehenſam in Mentham deformatam fuiſſe.

Menthaſtrum, ſyluëſtre holus dictum: quòd mentham imitetur.

Mentigo, pen. prod. genus morbi. Columel. lib. viii. Eſt autem Mentigo, quam paſtores oſtigenem uocant, mortifera lactentibus. Et plerunq; fit, ſi per imprudentiam paſtoris immiſſi agni, vel etiam hœdi, roſcidas herbas depauerunt. Sed quum infectum eſt os atq; labra fœdis hulceribus obſidet.

Mentior, contra id quod in mente eſt loquor. Qui enim mentitur, nõ ipſe fallitur: ſed alterum fallere conatur in eius detrimentum: Qui vero mendaciũ dicit, tum etiam fallitur quum credit ſe verũ dicere. Vnde Nigidius: Vir bonus præſtare debet ne mentiatur, prudens ne mendacium dicat. Aliquando tamẽ Mentiri, eſt per impudentiam dicere: ſicut & mendaciũ dicere. Cice. lib. iiii. Tuſcul. quæſt. Nunc ad philoſophos ueniam, qui negant amorem ſtuprum eſſe: atq; in eo litigant cum Epicuro, non multum mentiente. Priſcianus vult hoc verbum eſſe cõmune. Vnde Cicero in Anto. in paſſiua ſignificatione dixit: Quem ipſe ementitis auſpitiis uitioſum fecerat. Statius libro. i. Theb. Mentitis ignoſco thoris. Interdum Mentiri eſt fingere, & monſtrare id quod non eſt. Lactan. lib. ii. Nec poteſt vnquam veri nomen adſumere, quod ueritatem fuco & imitatione mentitur. Et lib. vii. Hic eſt qui adpellatur Antichriſtus: ſed ſe ipſe Chriſtum mentietur, & uerum dimicabit. Huius compoſitum eſt Ementior, quod eſt, aperte ſeu publice oſtendo quod non eſt. Hieron. mus ad Damaſ. Quia & nos facile potuimus aliqua ementiri, quod ex una uoce ſolueret quæſtionem, ſicut & cæteros feciſſe monſtrauimus: ſed magis condecet ob ueritatem laborem paulisper & peregrino aurem adcommodare ſermoni, quàm de aliena lingua factam alibi falſam referre ſententiam.

Μεντέας ποταμὸς, de quo Euſtathius ita ſcribit in Dionyſio Libyco. Ἰστέον ὅτι ὁ Ἴστρος ποτὲ Μεντέας ἐλέγετο, κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶσσαν, νῦν δὲ Δανούβιος λέγεται ποταμὸς μέγιστος Παιονίας. id eſt, Sciendum quòd Iſter aliquando Mentoas dicebatur lingua eorum, nunc Danubius dicitur, Pannoniæ maximus fluuius.

Mentor, toris, pen. corr. artifex in uaſis cælandis mirus fuit. Mart. Sine Mentore menſæ. De hoc Plinius lib. xxxiii. Hinc Mentoreus, a, um. Proper. Lesbia mentoreo uina bibas opere.

Mentum, ab eminẽdo, à gula enim eminet. Et quãuis Plini. dicat, Mentum nulli præter hominem eſſe: tamen Hiero. lib. Reg. ſcribit, Dauid adprehendiſſe mentum leonis, & urſi, & eos ſuffocaſſe. Et Plaut. in Menec. Glandionicam, ſuillam, lardum, pernam. Item autem ſynciput aut menta porcina.

Menus, Germaniæ fluuius: vbi Silurus equum tranantem demergit.

Meo, meas, vado. Lactantius lib. iii. Videbant ſiderũ curſus in occaſum meantium. Et Meare, fluere, manare. unde Meatus: quos Græci poros uocant. Plinius: Succus maliæ decoctæ. poros, hoc eſt, meatus ſuaues facit. Huius compoſita ſunt Cõmeo, Permeo, Remeo, & Tranſmeo.

Mephiticus, tica, cum apud Sidoniũ. pro fœtulento.

Mephitis, penul. prod. terræ putor, ex aquis maxime ſulphuratis atq; corruptis proueniẽs. Verg. lib. vii. Sæuamq; exhalat opaca mephitim. Alii Mephitim Deum eſſe uolunt, Leucotheæ cõnexum: ſicut eſt Veneri Adonis, Dianæ Virbios. Alii Iunonẽ intelligunt, quam non niſi ex corruptione aëris naſci, ſicut bonum odorẽ de aere incorrupto: vt ſit Mephitis, Dea odoris grauiſſimi.

Meracus, ca, cum, ſed (vt puto) falluntur nonnulli. Nã

Vergil.

Vergil. Conſtitui meracas, edi dici quae notas.
Vbi penultima breuis eſt: nec rationem uideo, quæ producere penultimā debeat. vide in dictione Merus. ASCEN. Vbi Vergilius id dicit. Viderit autoralii certe producunt. Horatius,
Expulit helleboro bilē, morbūq; meraco. Proper.
Ah pereat quicunq; meracas repperit vuas:
Corrupitq; bonas nectare primus aquas.
Quod licet videatur à mero fieri, aliter tamen ſignificat. Hiero. ſuper Hieiem. Quod autem dicit contra fratrem ſuum. ſubauditur dedit meracam potionē, vt omnes iurrent, vomerent, & multis inter ſe præliis dimicarent.
Merax, & Meracus, a, um. penul. produ. eò quod eſt ſolum & purū. Propertius,
Ah pereat quicūq; meracas repperit vuas.
Vnde vinum Meracū dicimus, quod merum eſt, nulla aqua admixta. Hinc fit cōparatiuū Meracior, & ſuperlatiuum Meraciſſimus. Vnde Meracius bibere dicunt, qui minus aquæ vino miſcēt: ſicut ecōtrario lymphatius dilutius'ue, qui plus aquæ adhibent. Celſus præcipit, hyeme meracius bibendū eſſe, æſtate dilutius. Hierony. in Deuterono. Et ſanguinem vuæ biberunt meraciſſimum.
Mercalis, quaſi vendibilis. Columel. libro. viii. Ex his ſingula capita, quæ videntur eſſe robuſtiora, in ſupplementū gregis, reſeruantur, cætera mercalibus tradantur. Id eſt, vendibilibus. Hinc componitur Promercalis de quo infra.
Mercator, qui emit, ſiue ut teneat, ſeu ut alteri uendat, & qui mercaturam exercet.
Mercatura, ars ſeu actus mercandi. Cicero lib. i. Offi. Mercatura autem ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna & copioſa, multa undiq; adportans, multis ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda.
Mercatus, tus, idē quod mercandi actus. Liui. lib. i. Tullus ad Feroniæ fanū mercatu frequenti negociatores Romanos comprehenſos querebatur.
Mercatus, ti, locus in quo res vēduntur: qui & emporiū dr. Cice. lib. i. Offi. Quò quū tanquā ad mercatum bonarū artium profectus ſis, inanē redire turpiſſimū eſt. Teren. in Adel. Emptæ mulieres cōplures, & itē hinc alia quæ porto in Cyprū: niſi eò ad mercatū uenio, dānum maximum eſt. Donatus: Mercatus locū tempusq; ſignat.
Mercatus, cata, catum, participiū. vt apud Terentiū: Agrum in proximo mercatus eſt.
Mercenarius, qui mercedis gratia operā præſtat. Colu. Siue medias ū facultatum dominus, ex mercenariis aliquē recuſantē tam quotidianū illud tributū, qui vectigalis eſſe non poſſit, ignarum rei cui præfuturus eſt magiſtrum fieri iubet.
Mercenarius, ria, rium, quod ad mercedem pertinet. Lactan. lib. vi. Ipſe pluribus locis clamas, mercenariā non eſſe virtutem.
Merces, cis, quidquid emitur venditur'ue lucri cauſſa. Auguſt. Inuenit viles merces terrenas, & terreſtribus attulit peregrinas & cœleſtes. Et Mercis nomine continentur res tantum mobiles: non tamen homines, quum ob eam rem mangones non mercatores, ſed venalitiarios adpellarit, vt mella. Hinc Commercium deriuatur.
Merces, cedis, à merēdo ære, inquit Varro. Iuuena.
Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.
Eſt enim Merces, præmium quod datur pro labore ſeu ſtipendio.
Mercimonium, & Cōmercium, eſt contrectatio quædam mercium: ſicut à patre patrimonium. Plaut. Vt vos in voſtris mercimoniis emundis vendundisq; volcis me lætum lucris efficere. Idem, Sed quid agit meum mercimonium apud te?
Mercor, caris, lucri cauſſā mercaturā exerceo: vel etiā ſimpliciter emo. Et quando q; adcuſatiuo ſolo contentū eſt. Terē. in Heauto. Agrum in proximo hic mercatus eſt. Quandoq; cū ablatiuo preciū denotante iungitur: ſicut fit in Emo. Gellius: Libros tres reliquos mercatur nihilo minori precio. Quando q; ablatiuo a, vel ab, mediante, ſine precio expreſſo. Cic. libro Offic. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus quod ſtatim uendāt. Quandoq; datiuo. Terentius: Quidam eunuchus, quē mercatus fuerat frater Thaidi. Quandoq; cum datiuo & ablatiuo conſtruitur. Plautus in Perſa: Domitos boues vti ſibi mercarer. Ex his colligitur, non ſolum Mercor, ſed & alia uerba emptionem vel adquiſitionem ſignificantia, vti poſſe huiuſmodi conſtructione: ſi eum à quo, vel vnde, vel cui id emimus, exprimere voluerimus. Cōpoſita ſunt Cōmercor. Plaut. in Cap. Pater ego captiuos commercatur alios. Præmercor, ante alios mercor.
Mercurialis, herba quam Græci linozoſtin uocant: cuius duo genera, maſculus & fœmina.
Mercurius, quaſi medius inter homines currēs: quòd ſermo currat inter hoīes medius. Ideo Hermes Græcè: quòd ſermo uel interpretatio (quæ vti q; ad ſermonem pertinet) Hermenia dicitur. Vnde & mercibus præeſt: quia inter vendentes & ementes ſermo fit medius. Modò Ligius, modò Argiphontes, modò Ilomius, modo Cyllenius. Quatuor fuiſſe Mercurios tradunt. Vnum Iouis & Maiæ filium. Alterum Cœli. Tertium Liberi & Proſerpinæ. Quārtum Iouis & Cyllenes: quem fama eſt ob Argi cædē profugum, literas Aegyptiis oſtendiſſe. Verum omnes ad Maiæ filium referuntur. Ideo & alas in capite & pedibus ponunt: uolentes ſignare, velocem ferri per aera ſermonem. Ideo nuncium dictum, quoniā per ſermonem omnia cogitata enunciantur. Dictus eſt Deus facſidiæ: nam hominibus loqui præſtare dicebatur. Dictus eſt Deus mercatorum, palæſtræ, furū, nunciusq; & interpres Deorum. Lyram inuenit: Hermaphroditum ex ſorore Venere genuit: Martem è duris carceribus liberauit: Argum interemit: Prometheum in Caucaſo religauit. Iouis filius ex Maia Atlantis filia. Hic dictus eſt Hermes Triſmegiſtus, hoc eſt, ter maximus. Eſt eius corpus cunctorum ſyderum minimum, ferè ſemper ſub radiis Solaribus, à quibus non recedit longius quàm ducentos tri-

gints gradus. Ideo ab Aſtronomis Stilbon dicitur: quod eſt, radiás. Vnde Solanus & peruſtus fingitur quia nimis eſt vicinus Soli, præter cæteras ſtellas.

Merda, à meros, quod eſt pars, & edo & comedo. Eſt enim cibi excrementum, hoc eſt, pars eorum quæ comedimus. Horatius lib. i. Sermo.

Mentior, at ſi quis merdis caput inquinet albis.
Coruorum, & in me ueniant mictum atq; cacatum.

Hinc fit Merdo, das, à quo Permerdo. id eſt, fœdo, et conſpurco. Albius, Vt faciunt pueri, qui omnia perminguunt atq; permerdant.

Merenda, cibus qui datur poſt meridiem. Vnde & Merendo, das. Calphurnius in Bucol. Seræq; videbitur hora merendæ. Plautus in Muſtel. Viſis ne fortè ad merendam quopiã diuorteris, atq; ibi melius quàm ſatis fuerit biberis.

Mereo, res, & Mereor, reris, deponens: à mercede ſiunt: & ambo merui, meritum faciunt. Et tria ſignificant. Primò aliquid mercedis, pro labore paro, vel ſumo, ſeu dignus ſum. Vernaculo ſermone dicimus meritare. Ouid. lib. iiii. Metamor.

Quam meruit pœnam ſolus, digeſſit in omnes.

In bonum: vt, Meruit qui laude coronam. Et quum dicimus, Nihil meretur: ſignificat, nihil mercedis dignus eſt accipere. Terent. Ego Charine neutiquam officium liberi hominis eſſe puto, quum is nihil promereatur, poſtulare id gratiæ adponi ſibi. Plautus in Capti. Vale atq; ſalue, & ſimiliter vt dicam meres. Quandoq; etiam de turpi lucro dicitur, vt ſit Merere: ſordidum quæſtum facere. Varro in Eu. Primum iſte qui meret ſeſtertio uicenos. Vnde & Meretrix & Meretricia taberna, & Meritorii pueri dicuntur. Secũdo ſignificat confero, inſeruio, ſeu tracto: & tunc conſtruitur cum ablatiuo mediante de: vt, Mereor de te id eſt, aliquid in te confero. Et in ambiguum: Si de beneficio intelligimus, Bene de te mereor dicimus. Vergilius lib. iiii. Si bene quid de te merui Id eſt, ſi in aliquo tibi beneficium contuli. Si autem de offenſione, Male mereor de te. Cicero: Nanq; in quo hominem petulantem & male de nobis meritum eſſe debuimus? In bonum tamẽ ſiut bene vſus eſt Vergilius lib. vi.

Quiq; ſui memores alios fecere merendo.

Nonnunquam per ambiguum ſenſum ſine vtroq; dicimus: ut, Quid de te ſum meritus? Et aliquando per negationẽ: vt, Homines nihil de me meriti ſunt, hoc eſt, nec bene mihi nec male fecerunt. Tertio ſignificat ſtipendia facio in militia, hoc eſt, ſtipendii gratia milito & dimico: & ſic datiuum aut ablatiuum requirit: vel abſolute ponitur. Lucanus,

Aere merent paruo. Statius lib. iiii. Thebaid.
Non hi tibi ſolũ Amphiarae merẽt. Luca. li. vi.
Sæua viro nomen, caſtrorum in plebe merebat.
Ouidius in Faſtis, Totidem pilanus habebat
Corpora, legitimo quoq; merebat equo.

Aliquando etiam adcuſatiuo iungitur, vt apud Suetonium, Prima ſtipendia meruit. Et in hac ſignificatione fit Meret Imperſonale, ut autor eſt Seruius in librum quartum Aeneidos: Hinc etiam Emeriti milites, & Emeriti ſtipendia dicuntur qui militia perfuncti ſunt. Id eſt, qui perfectè meriti, & exempti ſenio à labore efficiuntur. Plinius libro. xi. Nouiſſimeq; feſſis, & iam emeritis inchoatæ. Nõnunquam etiam paſſiue ſumitur, vt apud Quintilianum: Emeritis huic bello ſtipendiis. Et per trãſlationem, Emeriti boues dicuntur, & quædã alia. Emeriti vero ſenes, ſolent habere eos qui pro ſe laborent: qui dicũtur pro alio opus agere. Cõpoſita ſunt, Cõmereor, Demereor, Emereor, Promereor: ſiue Cõmereo, Demereo, Emereo, & Promereo.

Meretricium, ipſa meretricandi ars.

Meretricius, cia, cium. quod eſt meretricis, vel quod ad meretricẽ pertinet, vt ars meretricia. Terẽtius in Heauton. Ignaram artis meretriciæ.

Meretricor, penulti. produ. ſcortor. Aulus Gellius, Thais meretricando magnam pecuniã demerebat.

Meretrix, à merendo. nam mercede ſuã exercet militiã: quæ copiam ſui tantũmodo facit. Ideoq; honeſtioris loci eſt & quæſtus. Proſtibulũ, quod pro ſtabulo, id eſt, ante ſtabulum ſtet. Vnde & Plautus in Ciſtellaria, Intro ad bonam meretricem, in via ſola proſtibula ſanè eſt.

Mergæ, furculæ quibus acerui frugum fiunt, dictæ à mergis volucribus. Quia ut illi in ſe aquam mergũt, dum piſces perſequuntur: ſic meſſores eas in fruges mergunt, vt eleuare poſſint manipulos.

Mergi, genus eſt, vbi ſupra terram iuncta ſuũ adminiculũ vitis curuatur, atq; ex alto ſcrobæ ſubmerſus, producitur ad uacantẽ palũ. Pallad. Mergum dicimus, quoties uelut arcus ſupra terram relinquitur, alia parte vitis infoſſa.

Mergites, penul corre. ſpicarum manipuli à mergendo dicti. Vergil. lib. i. Georgicorum,

Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi,
Prouentuq; oneret.

Mergo, gis, ſi, ſum, ſub aqua pono. Cuius compoſita ſunt Demergo. quod eſt, deorſum mergo: quod fit, quum aliquid ſub aqua, vel ſub terra, & huiuſmodi figitur. Lact. lib. iiii. Non ut poetæ Arionẽ mẽtiuntur in pelago incedentẽ: qui demerſa corporis parte, humeris ſupereminet undas. Columel. lib. ii. Neq; pecora maiora, niſi quum ſicci ſimum eſt: quoniam demergunt vngulas & atterunt, ſcinduntq; radices herbarum. Demergo, diuerſe mergo. Lactan. lib. vi. Quæ autem ab illo altero id habent officium, vt cœleſtibus auocatum, terrenisq; demerſum, ad pœnam interficiant ſempiternã, quod eſt ſummum malum. Emergo, extra mergo, & quaſi ex loco ubi ſubmerſus fueram exeo, & in lucem prodeo. Liuius libro primo. Primum ex profunda emerſus palude. Terentius per translationem in Andria dixit, facile ex illis ſeſe emerſurum malis. Immergo, intus mergo. Vergilius lib. iii. Aeneidos,

Vaſtoq; immergite ponto. Submergo, ſubtus mergo.

Mergulus, inſtrumentum quo lampadis lychnus continetur.

Mergus, goris, genus uaſis, quam nonnulli ſitulam

adpellant.

Mergus,gi, auis. dicta quòd ſe in aquam cibum capturus aſſidue immergat: quem alii mergonem adpellant. Vergil.lib.1.Georgi.

Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi.

Huius auis natura eſt, vt ſæpe mergens auratum ſigna colligat,& præuidens tempeſtatem futurá,prope re medio reuolat ex æquore,& ad littorum tuta cum clamore contendit. Eſt & Mergus in uite,ut docet Colu.lib.v.vide in dict. Mergi.

Meribibulus, qui vinum ſine aqua bibit. Auguſtin. Quum temeti auidior eſſet,quadam die,ab irata ancilla per conuicium adpellata eſt meribibula: quæ res tantum ei pudorem iniecit,vt poſtmodū ſobria prorſus fuerit.

Meridies,medius dies:quaſi medidies. Nam(vt inqt Var.)d,antiqui,non r,in hoc loco dicebant. Et ſem per maſculinum eſt:quia certum diei tempus ſignificat. Hinc Meridianus,na,num,quod ad meridiē ſpectat,& Pomeridianus,de quo infra.

Meridio,dias,& Meridior,diaris,deponens. ſignificat cibum meridianū capio. Plautus:lentando, meridiando,comeſſando,pergræcando, vitam ducere. Hinc Merenda dicta eſt. Aliquando ſignificat ſomnum meridianū capio. Cornel.Celſus: Longis diebus meridiari debet,potius ante cibum,vtile eſt:ſin minus,poſt eum: per hyemem totis noctibus conquieſcere. Suet.de Nerone: Miſſos à Meſſalina vxore Claudii,qui eum meridiantē quaſi Britānici æmulum ſtrangularent. Hinc Meridiatio,quiea meridiana. Cicero lib.ii. de Diuinatione: Tum & lucubrationes detraxi,& meridiationes addidi:quibus antea uti non conſueueram.

Meriſmos, à Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini diſtributionem vocant. Cc.

Meritò,aduerbiū,id eſt,digne, vt in Geneſi Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum.

Merito,as, à ſupino uerbi mereo: ſignificat dignus ſum,& milito.

Meritorius,ria,ium. quod queſtū facit corpore ſuo. Vnde equi Meritorii, & Meritoriæ rhedæ, quæ quæſtus gratia locantur aut conducuntur. Et ſcorta maſculi,pueri meritorii:qui lucri cauſſa proſtituuntur. Nam puellæ non vocantur Meritoriæ,ſed meretrices. Meritorii nanque, vt meretrices, precio merent. Cicer.in Anton. Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta cum matribus famil'iàs uerſabantur. Taberna meritoria,diuerſorium atq; hoſpicium Mercenarium,ubi cuiq; introire licet dans mercedem. Ratio vero meritoria,quaſi vilis & male coempta. Aliquādo Meritoria abſolute dicitur pro tabernis merce de conductis. Iuuenalis,

Nam quæ meritoria ſomnum Admittunt.

Meritum præſtitum dicitur. Et quomā tam de malo quàm de bono dici poteſt,pro loco intelligendum eſt. De Bono, Plancus Quid enim tibi pro maximis tuis, ac pene immortalibus in me meritis, præſtare amplius poſſim? De malo. Vatinius: Scis meā ſortunam,neſcio quomodo,facile obtrectatorem inuenire,non meo me hercle merito.id eſt,culpa.

Meritus,ta,tum, quod eſt congruum & conueniens. Vergilius, Meritos aris imponet honores.

Huius contrarium eſt Immeritus:à quibus Meritiſſimus,& Immeritiſſimus. Teren.in Phor. Iamdudum te omnes nos adcuſare audio immerito, & me omnium ho um immeritiſſimum.

Meritus,ſubſtāriuū:mons eſt in tertio Europæ ſinu.

Mermores,vnus ex centauris. Cc.

Mero,dictus eſt Nero, quòd impendio uinoſior eſſet. Cornucopiæ.

Meroctes,lapillus porracei coloris,quæ lacte ſudat. Cornucopiæ.

Meroe,roes, dictio triſyllaba:inſulæ Nili metropolis:à qua & tota inſula Meroe dicitur. Hanc Cambyſes condidit,à nomine ſororis Meroe. Quū enim Aegyptum omnem occupaſſet, Meroen ſecum uſq; ad Aegyptios ducens proceſſit:quæ quū ibi mortē obiiſſet, urbi nomen indidit. Forma inſulæ ſcuto perſimilis,de qua Luca. libro.x. Gurgite rupto Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis. Patet longitudine ſtadiorū tribus millibus:latitudine mille. Effodiunt in ea aurum,argentum,æs,ferrum, ebenum. Præterea fert & lapidum multiplex genus. Diſtatq; à Syene quinque millibus ſtadiis,vltra quam eſt ad torridam zonam. Exuperat omnes alias Nili inſulas: quas circiter ſeptingentas eſſe ſcribit Diodorus.

Merope,penul.prod.inſula,dicta eſt(vt quidam exiſtimant) à Merope terrigena, Triopæ filio.

Merops,apiaſtra,auis quæ apes comedit. Vergi.lib. iiii.Georgic. Meropes,aliæq; volucres.

Vnde Plinius Naturalis hiſtoriæ lib.x. Nec uero iis minor ſolertia,quæ cunabula in terra faciunt, corporis grauitate prohibitæ ſublime petere, Merops vocatur,genitores ſuos reconditos paſcens,pallido intus colore pennarū,ſuperne cyaneo,priori ſubrutilo. Nidificat in ſpecu, ſex pedum defoſſa altitudine. Et Meropes, diuerſarum linguarum homines dicuntur ab μείζω,quod eſt diuido,& ὤψ per o,breue,quod uocem ſignificat.

Meropus,penul.cor.mons Græciæ,iuxta Theſſaliā, uariis præruptus anfractibus.

Meros, mons Indiæ:ſub cuius radicibus eſt Niſa ciuitas conſtituta. Græce autem Meros ſignificat partem. Vnde μερικοὶ ἐπὶ λόγοι particulares perorationes dicuntur.

Merſo,ſas,ſæpe mergo. Columella libro.viii. Quarto die ſi eſt uicina maris, ad littus deducta merſatur ouis. Auguſtinus libro ſecundo Confeſſionum, per tranſlationem uſus eſt,dicens, Aeſtuebat imbecillam ætatem abrupta cupiditatum, atq; merſabat gurgite flagitiorum.

Merto,as.idem quod merſo. Accius: Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia præſentem præſens dictis mertare inſtituit.

Merula,auis ſic dicta, quòd ſola uolet, & ſolitaria paſcatur,quaſi mera uolans. Quo noīe etiā dictus eſt fluuius, qui Albingæ ciuitatis latus adluit,alio

nomine Centa dictus, qui centenis annibus augeat.

Merum, ſubſtantiuũ. ponit pro vino ſolo, ſine aqua.

Merus, ra, rum. quod eſt ſolum. Terentius in Phorm. nihil habet niſi ſpem merã. Vnde Merula auis. Per tranſlationem ponitur pro puro. Cic. lib. ii. de Oratore: Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorũ omnium: cuius è ludo: tanquam ex equo Troiano, meri principes exierunt.

Merx, mercatura. Differũt tamen inter ſe, quod Merx eſt ſpecies ipſa quæ emit vendit ur've, de mercatura, vide ſupra.

Meſa, fluuius notus, per Leodium fluens, & per Brabantiam ac Geldriam. Vulgò tamen Mosa dicitur. Et coniungit ſe cum Rheno. Eſt & Meſa, pars in domo apum. Victruuius Latinè dici media nam autor eſt.

Meſapia, Apulia, à Meſapo rege ſic adpellata.

Meſauli, ædium itinera dicuntur, quòd inter duas aulas, id eſt, duo atria ſint interpoſita. Noſtri Andronas vocant. Cornucopiæ.

Meſen, ventũ dicunt inter Boreã & Ceciam. Cc.

Meſia, prouincia quæ Pannoniæ iungitur, ad pontũ vſq; cum Danubio decurrens. Sueton. de Tiberio, Armeniam à Parthis occupari, Meſiam à Dacis Sarmatisq;, Gallias à Germanis vaſtari neglexit. Sunt q; hoc nomen cum æ, ſcribant, Mæſia.

Meſochorus. pen. cor. fiſtulator, cythariſta in medio ſaltationum. Sidonius: Nullus ibi lyriſtes, Choraules meſochorus, tympaniſtria, pſaltria canit.

Meſoleucos, gemma, quam nigram linea alba diſtinguit. Cornucopiæ.

Meſomelos, gemma, quam albam linea nigra diſtinguit. Cornucopiæ.

Meſon, moderatum.

Meſonyction, media nox.

Meſopherũ, vocant nardũ minoribus foliis. Cc.

Meſopotamia, regio inter Euphratem & Tygrim, in maiori Aſia. Nam μέσος medius, ποταμὸς fluuius. Ambroſ. lib. de Parad. Meſopotamia dicitur, quòd Tigris & Euphrates incluſerint eã, quòd inter duo flumina conſtituta ſit. Quod, etiam longè poſitis, nomen ipſum & opinio cõmunis expreſſit. Habet enim Tigrim ab Oriẽte, & Euphraten ad Occidẽtẽ, à Meridie Babyloniam, Meſopotamiam impinguat Euphrates (vt inqt Solinus) annuæ inundationis exceſſibus terris ſuperfuſus. Hæc regio etiã dicta eſt Seleucia vt lib. vi. refert Pli.

Meſos, Græcè, medius Latinè.

Meſpanenſe, vnum ex oſtiis Rhodani fluuii. Cc.

Meſpilus, pen. corr. genus arboris, cuius fructus Meſpilum dicitur. Palladius:

Meſpilus admiſſo germine tuta ſobit. Idem,
Meſpilaq; exarmat pugnacibus horrida membris.

Meſſala, dictus eſt Valerius Coruinus: quia Meſſanam in Sicilia vicit, & vrbis captæ in ſe tranſlato nomine Meſſana primò adpellatus eſt, paulatimq; vulgò permutante literas, Meſſala dictus eſt. Vnde & Meſſalarũ familia Romæ florentiſſima, ex qua Meſſala Coruinus, orator nobilis ortum habuit.

Meſſalina, nomen filiæ Barbati Meſſalæ, conſobrinæ Claudii imperatoris. Quæ quũ adoleſcentula eſſet, ipſi Claudio ſeninupta fuit, ſummæ libidinis mulier, ita vt innumeris adulteriis ſe ſubmiſerit, & mutata veſte, lupanaria celebrauerit. Quinetiam cum ſcorto famoſo aliquando certauit, & ſuperatam à ſe meretricem gloriata eſt, & ſe inter diem & noctem viginti quinq; paſſam concubitus adſirmauit: præterea ſeſe labore potius ſeſſam, quàm concubitu ſatiatã deſtitiſſe. Tandem ab ipſo Claudio ſupplicio adſecta eſt, quum C. Silio nupſiſſet.

Meſſana, pen. produ. ciuitas Siciliæ, à qua Meſſanenſes dicti ſunt. Silios lib. xv.

Incumbens Meſſana freto, niuibusq; reuulſa.
Hanc vrbẽ condidere Meſſenii in Pelori ſinu, vbi ad Orientẽ maxime flectitur. Poſtea quum Mamertini, natio cãpana, eò colonos miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini potius quàm Meſſanenſes ſunt vocati.

Meſſene, ciuitas Græciæ Meſſeniæ in Peloponneſo, à qua Meſſenii. De qua Hierony. contra Iouinianum: Spartiatæ & Meſſenii diu inter ſe habuere amicitias, intantum, vt ob quædã ſacra, etiam virgines ad ſe mutuò mitterent.

Meſſias, Hebraicè, Græcè Chriſtus, Χριστός Latinè vnctus dicitur.

Meſſio, ipſa metendi, id eſt, ſecandi actio.

Meſſis, duo ſignificat, tempus ſcilicet metendi, & rem pro tempore: ſcilicet quando fruges metunt. Verg.

Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis in umbra.
Pro re, hoc eſt, pro ſegete ipſa iam matura. Idem in Georg. Atq; interfice meſſes.
Nec ſolum de frugibus, ſed etiam de vua dicitur. Dicta Meſſis à metendo, vel à medio, vt inquit Varro lib. I. de Re ruſt. Metitur enim, vt ſtramentũ medium ſubſecetur. Nam qui metunt manu ſiniſtra, ſummum prehẽdunt infra manũ ſtramentũ quòd terræ hæret, poſtea ſubſecatur.

Meſſor, dicitur qui metit.

Meſſorius, a, um. quod ad meſſorem pertinet. Cice. Meſſoria ſe corbe contexit. Et operam Meſſoriã dicimus, qua quis metit.

Met, ſyllaba Piam, Pte, ornatus cauſſa ponitur, & adverbia ſunt, vt, Egomet, Quiſpiam, Tute. Sed met, iũgitur caſibus omnibus pronominum primæ perſonæ, tam pluralis quàm ſingularis numeri, abſq; genitiuo plurali: vt, Egomet, Memet, Noſmet, & reliqua. Secundæ vero perſonæ obliquis tantũ caſibus, vt, Tuimet, Tibimet. Nominatiuo non addũt, ne verbũ putetur. Tumet à tumeo, ſed Tute, tutemet profertur. Et quidem ſic iuncta diſcretionem ſignificat: vt, Ipſemet, id eſt, ipſe ſolus, & non cum aliis, vel ipſe per ſe, & non per alios. Pte quãdoq; ablat. iungitur: vt, Meapte, tuapte, ſuapte, noſtrapte, veſtrapte. Te, ſimiliter cum pronomine ſecundæ perſonæ idem efficit: vt, Tute id feciſti, id eſt, tu ipſe per te, & non per alium. Tete vtraq; producta, vt, meme, ſeſe. Compoſita oſtenduntur accentu acuto. Ce, vero additur ferè his quæ in c, deſinũt, hic, hæc, hoc, apud antiquos caſus: vt Hocce, hoccine. Vnde hoc quaſi duobus cõ

ſonantibus producitur. Vergilius,

Hoc erat alma parens quod me per tela per hoſtes.
Eripis? Terentius: Hoccine eſt credibile aut memorabile factũ. Hicce, ſeu hiccine, ſicce, ſiue ſiccine, hæccine, hanccine: illiece, iſticce, illancine. Terentius Illancine mulierem dixit, pro illam'ne. Apud iuniores verò per eos caſus tantum qui in s, deſinunt, euphoniæ cauſſa: vt, huiuſce, hiſce, hoſce,

Meta, congeries ſeu ſtrues in acutum tendens, ſeu turbo inuerſus, conos à Græcis adpellata, quia eſſet poſita in dimenſo ſpacio. vel quia eá metiantur quadrigæ circũcurrentes. Moris enim erat ſepties metam luſtrare. Propertius,

Aut prius effracto depoſcit præmia curſu,
Septima quàm metam triuerat antè rota.

Quum enim iam carceribus emiſſæ ad metam veniſſent quadrigæ, erat opus vt circum ipſam flecterentur. Vergilius,

Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Conſtituit, ſignum nautis pater vnde reuerti
Scirent & longos vbi circunflectere curſus.

Per tranſlationem verò, quoniam auriga quandocunq; primam metam ſuperauerat, iam ad finem certaminis perueniſſe videbatur, nõ ſolum pro agrorũ termino ponitur, quem pyramidali forma effigiari mos fuit. Vnde & Meta fœni, vernaculo ſermone la meda. Columella lib. i. Certe quicquid ad eum modum quo debet, ſiccatum erit, in meta extrui conueniet, eaſq; ipſas in anguſtiſſimos vertices exacui, ſic enim commodiſſime fœnum defenditur à pluuiis. Sed pro quocunq; termino ac fine. Verg.

His ego nec metas rerum nec tempora pono. Silius:
Tormentis finem metamq; laboribus orat.

Hinc perueniſſe ad metã dicimus, qui iter aut aliud opus perfecerint. Accipitur quandoq; pro inferiori parte molæ, ſicut Catillus pro ſuperiori. Eſt & Metá præpoſitio Græca, & in fine acuitur, & modò cũ, modò trans, modò poſt ſignificat, à qua multa componuntur.

Meta lactis, dicitur caſeus, qui factus eſt ad formã metæ. Martialis, Fert ille ceris cana cum ſuis mella, metamq; lactis Saſſinate de ſylua.

Metabaſis, Latinè tranſitus.

Metabole, mutatio.

Metagonium, promontorium Aphricam à Numidia diuidens.

Metagram, veteres vocauerunt faucium morbum. Ce.

Metalepſis, figura, quam modo tranſlatiuam, modo tranſſumptiuam modo tranſpoſitiuam dicimus: μετὰ trans, λῆψις acceptio. Fit autem quum aliqua dictio aliud à propria ſua ſignificatione, ex iis quæ præceſſerũt, denotat, vt apud Vergiliũ, Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas Id eſt, ſegetes.

Metalli, dicti ſunt in re militari quaſi mercenarii. Accius: Calores, famuliq;, metalli, caulæq;. A quo nõe Ceciliæ familiæ Metelli cognomen datũ putatur.

Metallum, dici poteſt perſcrutatum, à μεταλλᾶν, quod perſcrutor ſignif. quòd metalla itra terræ venas ſcrutentur homines.

Metallum minarium, uocatur argentum cũ quo effoditur minium.

Metamorphoſis, penult. producta: transfiguratio, ſeu transformatio Latinè dicitur, μόρφωσις enim mutatio transfertur.

Metaphyſica, eorum, tantum plural. ſupernaturalia dicuntur.

Metaphora, penultima correpta tranſlatio à Cicerone dicitur, fitq; quũ nomen aut verbum ex proprio loco in eum transfertur, in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio melius eſt: vt,

Claſſiq; immittit habenas.

Metaplaſmus, dici poteſt transformatio. Eſt autem tranſlatio recti ſolitiq; ſermonis in alterã ſpeciẽ, vel metri, vel ornatus, vel neceſſitatis gratia, μετὰ trans, πλάσμα figmentum.

Metapnium, unum ex oſtiis Rhodani. Ce.

Metapontum, trans pontum, quo nomine dictum eſt oppidum Italiæ in ſinu Tarentino, à quo Metapontini populi.

Metapſychoſis, pen. prod. (ſcribitur enim μεταψύχωσις) ſubitus tranſitus ad diuerſa corpora.

Metatheſis, penult. cor. Latinè tranſpoſitio, quũ vna litera neceſſitatis cauſſa, ex vno dictionis loco in alium tranſponitur, vt Tymbre, pro Tymber, θέσις poſitio dicitur.

Metaurus, & Metaurum. Vmbriæ fluuius in Flaminiam decurrens, quæ regio Gallia dicebatur, vbi Claudius Nero conſul, cum Salinatore Aſdrubalem interfecit.

Metellus, pontifex Romanus, quem adeò impeditæ ac balbutientis linguæ fuiſſe tradunt, vt multis menſibus fatigatus tortusq; fuerit, dũ meditatur in æde Opiferæ dicere. Multis diebus in pontificatu vixiſſe perhibetur.

Metempſychoſis, penult. produ. Latinè tranſanimatio, quum ſcilicet de aliis corporibus in alia corpora tranſeunt animæ. Vnde Ouidius Pythagoreorum dogma lib. xv. explicans ait,

Morte carent animæ, ſemperq; priore relicta
Sede, nouis domibus uiuunt, habitantq; receptæ.

Ex hoc Pythagoræ dogmate inducta eſt ab eſu animalium abſtinẽtia, ne fortè (vt feſtiuiter ait Tertullianus) bubulã quis de aliquo proauo ſuo obſonet. Hieronymus probabo nõ Empedoclis & Pythagoræ uos dogma ſectari, qui propter μετεμψύχωσιν, id eſt, tranſanimationem omne quod mouetur & uiuit edendum non putant.

Meteoria ſublimitas ſpeculatioq; ſublimium. Aliquando etiam dicitur ſoliditas.

Meteorologus, qui ſublimia tractat habet pen. corr.

Meteoros, pen. prod. ſuſpenſus, ſublimis, ſubleuatus ad aliquã rem. Græce μετέωρος. Inde Meteora Ariſtotel. quæ corrupto uocabulo dicuntur Metaura. In his enim de rebus ſublimibus tractatur. Aliquando Meteoros dicitur ſtolidus.

Meteoroſcopus, pen. cor. qui ſublimia reſpicit.

Methodus, pen. cor. ex μετὰ & ὁδὸς adſpirato componitur, & accipitur pro uia breui & diſciplina, dñ

pro ratione capitur. Vergil.lib.i.Georg.

Ignaroſq; viæ mecum miſeratus agreſtes.

Id eſt, rationis.

Methodici, à methodo, dicti ſunt, qui rationem artis & diſcendi compendia ſequuntur. Amethodi uero, à via & ratione docendi diſcendiq; abhorrentes, quaſi q; auii.

Metonymia, cum accentu in pen. Latinè träſnominatio, ſiue denominatio, ut Bacchus pro uino. Similiter quum dicimus pigrum frigus.

Methymna, uel Methymne, urbs Lesbi, apud quã naſcitur bonum uinum. Ouidius,

Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos. Hinc Methymneus, mnea, mneũ. Idem lib.xi. Metamor. Et Methymnei potiuntur littore Lesbi. Ab hac urbe ortum habuit Arion citharœdus nobilis, quem Herodotus à prædonibus in mari obrutum, & à delphine incolumem deuectum in portum ad Tænarum fabulatur, quem cytharœdum fuiſſe conſtat.

Meticuloſus, à meticulo diminutiuo, ſignif. timidum. Plaut. in Muſtellaria, Neſcis quàm meticuloſa res ſit ire ad iudicem.

Metior, tiris, menſus: ſignificat menſuro, taxo: vnde Menſores adpellantur agrorum finitores. Et Demẽſum, æſtimatum, vel æquatum, menſuratum ue. Hinc Menſura, & Menſuro, ras. Curtius li.iii. Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus ſexcenti denarii tributi, peregrinus eques quingenos accepit: ducenis pedeſtrium ſtipendium menſum eſt. Similiter Cicero in Catone, Neque enim ipſorum conuiuiorum delectationes corporis voluptatibus magis quàm cœtu amicorum & ſermonibus metiebar, id eſt, æſtimabam. Quandoq; Metiri ponitur pro tranſmeare. Vergilius,

Et iuncto bipedum curſu metitur equorum.

Quandoq; pro vagari. Hierony. ad Heliodorum. Filius hominis non habet vbi caput reclinet: & tu amplas porticus & ingentia tectorũ ſpacia metiris. Reperitur etiam in ſignificatione paſſiua. Idem in Hieremia, Sicut enumerari non poſſunt ſtellæ cœli, & metiri arena maris, ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei. Et apud Amos prophetã: Humus tua funiculo metiet̃. Futurũ indicatiui eſt Metiar, & Metibor. Sup. inũ Menſum & Metiẽ. A' Mẽſum fit Mẽſio, quæ eſt menſura. Cicero de Orat. Aures enim vel animus aurium nuncio naturalem quandã in ſe continet vocum omnium menſionem. Vergilius,

Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor.

Id eſt, euecti, vt inquit Seruius. Remetior, rurſus metior. Idem,

Arma Deoſq; parant comites, pelagoq; remenſo

Improuiſa aderunt.

Metis, Nympha, ſic dicta à conſulendo, μῆτις enim conſilium ſignificat.

Meto, tis, meſſui, meſſum. Id eſt, ſeco, & tam de vua & aliis rebus, quàm de ſegetibus dicitur. Vergil.

Poſtremus metito. Id eſt, vindemiato. Lactant. lib.v. Qui vir'ia ſua ferro metant. Huius compoſita ſunt Demeto, quod eſt, deorſum meto. Columella lib.vii. Illud deinceps præcipiendum habeto, vt demeſſis ſegetibus, iam in area futuro ſemini conſulamus. Catul. Sole ſub ardenti flauentia demetit arua. Emeto, extra vel valde meto. Hora. in Epiſt. Emetit orcus Grandia cum paruis, non exorabilis auro. Præmeto, antè ſeco. Feſtus: Præmetium, quod prælibationis cauſſa præmetitur. Et habent pen. corr.

Metona, pen. prod. vrbs Peloponneſi littoralis.

Metor, taris, propriè ſignificat metas in agris, terminandi gratia, diſpono & menſuro, quò ad locum. Liuius lib.i. Hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumq; his regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico. Gell. libro.i. Nam quum ferè cõſtaret curriculum ſtadii, quod eſt Piſis, apud Iouem Olympium Herculem pedibus ſuis metatum, idq; feciſſe longum pedes ſexcentos, hinc vſus inualuit, vt Metari ſimpliciter pro diſponere ac parare vſurpetur. Verg. lib.ii. Georg.

Si pinguis agros metabere campi,

Dẽſa ſere. Vnde dicimus, Caſtra propè Tyberim metatus eſt. Hinc Metator. Lucanus: Audax Heſperios veniam metator in agros. Pli. lib.xviii. Hunc Oliueti metator vergiliarum quatriduo, hunc caueat inſitor calamis gemmiſq; inoculator. Dicit̃ autem Metor actiue & paſſiue. Horatius lib.ii. Carm.

Nulla decempedis metata priuatis

Opacam porticus excipiebat arcton. Inuenitur etiã Meto, tas. Verg. in Culice. Metabat ſeſe circũ loca Compoſitum à Metor, eſt Emetor, pen. prod. quod eſt perfecte menſuro. Lactan. lib. de Opif. Dei: Nam ſi peritus architectus quum magnum aliquod ædificium facere conſtituit, primò omnium cogitat quæ ſumma perfecti ædificii futura ſit, & antè emetatur, quem locum leue pondus expetat.

Metopion, arborem vocant, quæ in Aethiopia ſubiecta Aphricæ naſcitur, ſtillans in harenis ſuis lachrymam veluti reſinans. Cc.

Metopoſcopus, qui frontem conſyderat. id eſt, qui diuinat ex facie hominum, quidq; priuatum ex inſpectione frontis, quid cui euenturum ſit prædicit, μέτωπον frons, σκοπὸς inſpector. Plin. Alexander imaginum ſimilitudines adeo indiſcrete pinxit, vt incredibile dictu Apion Grammaticus ſcriptũ reliquerit quendam ex facie hominum addiuinantem, quos Metopoſcopos vocat, ex his dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.

Metopum, oleum ex amygdalo factũ, quod & amygdalinum dicitur. Cc.

Metreta, penult. prod. genus vaſis, quod conficitur ex duobus batis.

Metricus, ca, cum. pen. cor. quod ad metrum pertinet, vt, ars, metrica.

Metrodorus, penultima producta menſuræ donum, vel menſuratum donum. Quo nomine dictus eſt pictor, & philoſophus Athenienſis. Fuit & Metrodorus quidam Chius, qui vniuerſum ſempiternum eſſe dicebat. Nam ſi factum eſſet à non ente, infinitum etiam. Quoniam ſempiternum quum non habeat

principium vnde incipiat, nec exitum quo terminetur. Immobile quoque adſerit, quoniam moueri non poſſit quod non tranſeat. Tranſire autem neceſſe eſt aut in plenum, aut in vacuum. in quorum alterum tranſitus fieri non poteſt. Ex æthere autem nubes fieri, denſatione aquæ, quæ ad Solem decurrent extinguit ipſum quibus rareſactis, rurſum accenditur. Solem ſiccitate conſtipatam ex aqua ſplendida ſtellam efficere. Dicit etiam, diem ac noctem inde fieri, quòd Sol extinguatur atque accendatur. Eclipſim quoque extinctione fieri.

Metropolis, penultima correpta. quaſi mater ciuitas. Nam μήτηρ mater, πόλις ciuitas, hoc eſt, cæterarum vrbium caput.

Metropolitani, qui ex metropoli ciuitate oriundi ſunt.

Metropolites, penult. prod. metropolitanæ ciuitatis pontifex.

Metrum, menſura. Et quoniam menſurantur verſus, à noſtris dicuntur metra. Definitur Metrum, quòd ſit connexio quædam atque ordinatio pedum, ad delectationem aurium inuenta. Hinc fiunt per compoſitionem: Monometrum, quod duobus pedibus cõſtat. Dimetrum, quod quatuor. Trimetrũ, quod ſex. Tetrametrũ, quod octo. Pentametrũ, quod decem. Hexametrum, quod duodecim.

Metuo, tuis, tui à quodam motu animi dicitur, vt inquit Varro, quum id quod malum caſurum putat, mens refugit. Quumque vehementius in mouendo vt à ſe abeat foras fertur, formido adpellatur. Si autem ex horrore venturæ rei vehementer tundatur pectus, à pauendo pauor dicitur. Pauere enim tundere eſt. inde pauimentum, quòd pedibus paueatur, id eſt, tundatur. Et quia in hac perturbatione frigeſcimus, à tremendo dicitur timor. Et proprie Metuere ſeruorum eſt, vereri liberorum. Cicero in Catone: Metuebant eum ſerui, verebantur liberi, charum omnes habebant. Quærit Ariſtoteles in Problematibus, Quur tremunt qui metuunt? An propter refrigerationem? Deficit enim calor atque contrahitur. Hinc Vergilius,

Gelidusque per ima cucurrit Oſſa tremor.

Metuentibus aluus funditur, algor & ſitis prouocatur, teſticuli contrahuntur, dentes crepitant & arietantur.

Metus, tus. timor, & eſt (ſicut Vlpianus ſcribit) de inſtanti vel futuro periculo mentis trepidatio. Et tam actiue quàm paſſiue ſumitur. Nam metus hoſtium, recte dicitur, & quum timent hoſtes, & quum timentur. Capitur interdum Metus pro religione quoniã (vt docet Seruius) nata eſt ex timore. Verg. lib. vii.

Multoque metu ſeruata per annos.

Huius diminutiuum eſt Meticulus.

Metys, purgamentum ceræ, ex quo partem aluei priorem apes illinunt.

Meuania, ciuitas vmbriæ inclyta, Propertio alumno. A' qua Meuanates populi.

Meus, a, um, pron. poſſeſſiuum, vt, Meus ager. Quum verò dico, Meus ſum perinde eſt ac ſi dicerẽ, Meæ poteſtatis ſum. Perſius,

Poſtquam meus à prætore receſſit. Aliquando enim Meus, tuus, ſubſtantiua ſunt. Verg. lib. iiii.

Dulceſque meorum Reliquias. Et lib. i.

Cape dona extrema tuorum. Terent. in Phorm. Ego meorum ſolus ſum meus. Meus carnifex, id eſt, qui me torſit. Idem in Andria, Meus carnifex. Meũ eſt, hoc eſt, mei officii eſt. Sic, tuum, ſuum, noſtrum, & veſtrum officium eſt.

M ANTE I

Midandi, caſus, à genitiuo mis. Vergilius,

Et mi genus ab Ioue ſummo. Ce.

Mica, puluiſculus ille, qui in arena quaſi argenteũ fulget. A' quo & panis, & omnium rerum ſ ...ula, quæ tractantibus nobis aliquam rem inde emicant. Ergo minutias rerũ micas dicimus, quaſi minutim cadentes. Vnde eſt illud. Nam & catelli comedunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

Micare, proprie eſt ſubinde & per interualla, vt micæ faciunt, fulgere. Vergilius,

Micat ignibus æther, Et quoniam talis quædam variatio dum digitis ſortimur adparet per tranſlationem Micare capitur pro digitis ſortiri. Varro, Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. Et Cicero eum virum bonum adpellat, qui cum poſſis in tenebris micare. Et quia ſplendor tremulus eſt, & crebro ſalit, factum eſt vt quandoque pro ſalire ponatur. Vergilius,

Emicat Euryalus. Quia vero hoc per vices fit, Micare capitur pro eo quod eſt per vices mouere, & ſine ordine. Idem lib. iii. Georgicorum.

Et linguis micat ore triſulcis.

Huius compoſita ſunt Dimico, Emico, extra ſplendeo. Plaut. Ex oculis quaſi radii emicant Solis. Aliquando extra ſalio: vt, Emicat Euryalus. Intermico, inter vel in mediũ mico. Auguſt. li. ix. Ciui. Id quoque vel in altiſſimis tenebris rapidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicaret. Promico, extendo, vel longè iacio, ſplendeoque. Neuius: Si quid loqui vis non perdocere, multa longè promicanda oratio eſt. Et habent penul. cor.

Miconium, Græcè, Latinè papauer. Macer,

Candida miconii ſpecies, ſic nempe vocari

Græcorum lingua dicunt quodcunque papauer.

Microcoſmus, paruus mundus: κόσμος enim mundus dicitur.

Micrologia, ſeduiitas quouis modo adquirẽdi, & cura rerum vilium.

Micrologus, pen. cor. paruus ſermo, vel parua ratio. Vtrunque enim λόγος ſignificat.

Micropſychia, puſillanimitas.

Micropſychos. penult. corr. puſillanimus. Nam ψυχὴ anima.

Micros, Latinè paruus dicitur: à quo multa fiunt compoſita.

Micturio, cturis. pen. corr. Similiter & Mictito, tas. vide in dictione Mingo.

Mida, vermis in fabis naſcens, vt inquit Theophraſtus lib. iiii. de Plantarum cauſis.

Midas, nomẽ regis Phrygũ: qui cunctorũ penè regũ opes pecuniæ abundãtia antecellit.

Mieza, oppidũ Macedoniæ: quod olim Strymoniũ vocabãt: à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatũ. Autor Steph.

Migale, genus animalis rapacis & ingluuioſi, de quo in Leuit.

Migro, gras. ad habitandũ eo. Liui. libro. i. Et Romam inde frequenter migratũ eſt à parentibus maxime & propinquis raptarũ. Interdum ſine adpoſito. Cicero libro. vi. de Re publica: Ante quàm ex hac vita migro, conſpicio in meo regno & his tectis Publium Cornelium Scipionem. Huius compoſita ſunt Commigro, quod eſt, in totum migro. Terent. In Andr. Interea mulier quædam ab hinc triennium ex Andro commigrauit huc viciniæ. Demigro, de loco diſcedo. Liuius libro. i. Quũ hoſtes adeſſent, pro ſe quiſq; in vrbem ex agris demigrant, vrbem ipſam ſepiunt præſidiis. Emigro, exeo. Cæſar. Vt domo emigrent, aliud auxilium, alias ſedes remotas à Germanis petant. Immigro, eo ad intus habitandũ. Cic. libro. i. Tuſcu. Neq; ea plenè uidet animus, quũ tam repente, in tam inſolutum tamq; perturbatum domiciliũ immigrauit. Remigro, in priſtinum domiciliũ reuertor. Idem ibidem: In noſtrã domũ remigremus. Tranſmigro, vltra ad habitandum eo, hoc eſt, in longioris loci habitationẽ muto. Sueto. In Cæſ. E Carinis ac Pompeiana domo, Eſquilias in ortos Mecœnianos commigrauit. Et habent penulti. correptam.

Mihipte, pro mihiipſi poſuit Cato. In quo ſignificato ſolemus hæc duo pronomina geminare: vt, Meme. tete Cornucopiæ.

Miles. gene. cõmunis: propriè qui pedes militat, à milita, id eſt, à duritia quã pro Republica ſuſtinet, dictus: aut à multitudine: aut à malo quod arcet: aut à mollitie per contrarium ideò quòd nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. Vel à mille, quaſi milleſimus quiſq;: quòd trium milliũ prius legio fiebat, & ſingulæ tribus, Tacientium, Ramnium, Lucerum, mille milites mittebant. Tria aũt ſunt (vt inquit Seruius) militũ genera. Euocati, qui nõ milites, ſed pro milite erant. Vnde conſul ſolebat dicere, Qui vult Rempublicã ſaluã, me ſequatur. Nã diuerſi ad diuerſa loca ꝓpter cogẽdos exercitus mittebãtur. Verg.

Mittitur ad magni Venulus Diomedis ad vrbem.

Salluſtius: Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarii, qui neceſſitate aliqua electi, ad unum dũtaxat bellum militant: quando uicinum eſt periculum vrbis, & ſingulos iurare non patitur. Vergil.

Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium.

Sacramento religati, qui poſt electionem in Rempublicam iurabant, ſe non recedere à præcepto conſulis poſt completa ſtipendia: quod militare ſacramentum dicebatur. Hi plenam militiam habebant: erantq; quinque & uiginti annis obligati, ut apud eundem:

Fas mihi Graiorũ ſacrata reſoluere iura.

Miletus, pen. produ. vrbs fuit in finibus Ioniæ & Cariæ (autore Herodoto) à Neleo ædificata. Hanc generoſa uellera nobilitarunt. Vnde prouerbiũ manſit, Miletia ſtragula. Martialis,

Nec Miletos erat vellere digna tuo.

Hæc autẽ Anactoria noĩata, ſuper octoginta vrbiũ per cũcta maria genitrix: vbi oraculũ fuit antiquus Branchidarũ adpellatũ, poſtea Apollinis Didymei. Ab hac Milesii populi dicti ſunt: qui quũ prius potẽtes eſſent & opulẽti, deliciis dediti, & opes & potentiã amiſerunt. Ex Mileto fuere uiri memoratu digni, Thales vnus ex ſeptẽ ſapiẽtibus: qui primus phylologiæ ac Mathematicæ autor inter Græcos eſt habitus. Et Anaximãder eius diſcipulus. Anaximenes Hecateus, qui ſcripſit hiſtoriã. Et Aeſchines orator, non ille q cum Demoſthene contẽdit: ſed alter, qui adſumpta nimia erga Pompeium licentia, pariter in exiliũ miſſus eſt. Hinc & Timotheum muſicum ortum ferunt & Pittacum philoſophum.

Miliaria, auis dicta eſt, quòd milio pingueſcat.

Militaris, & hoc Militare, quod ad milites pertinet: ut, Militaria dona, Res militaris. Militaris ars. Salluſtius: Præmittit illis homines militares.

Militaris via, quæ vulgò communis dicitur: alio nomine regia, ſeu conſularis, prætoria, platea' ue. vide in dictione Publica via. Dicta eſt autem Militaris, quòd à militibus ſterneretur: quales fuerunt Flaminia, Apia, Aemilia.

Militariter, aduerbium ſignifi. more militum, ſeu more militiæ.

Militia, quandoq; bellũ, quãdoq; rem militarẽ ſignificat: à quo Cõmilitia. Apuleius: Quũ primus cõmemorauit ter uos iura amicitiæ ac cõmilitiæ ſtudiorũ eiſdem magiſtris inchoata.

Milito, tonis. idem quod miles. Vnde & Cõmilito, qui ſimul militat, hoc eſt, qui ſocius eſt in bello. Hinc Cõmilitiũ, ipſi belli ſocietas.

Milito, tas, militiam exerceo: neutrum eſt: vt, Hic ſub Cæſare militauit. Et ablatiuo tantum conſtituitur, quum precium exprimitur. Curtius: Græcis mercede apud Perſas militantibus. Inuenitur & Militor deponens.

Milium genus frugis, à mille dictum, propter multitudinẽ acinorum. Martialis,

Frumentum, miliũ, ptiſanamq;, fabamq; ſolebas.

At Milliũ, ſiue Milliariũ, milliare dicitur. Liuius libro. x. Alio itinere ad ſtationẽ nauiũ: millia autem quatuordecim ab oppido aberant.

Milium Indicum, eſt quod indocti Milicham uocãt, quod conſtat ex India aduectum. Huius culmos Lobas vocant.

Mille, ſubſtãtiuũ, & neutri generis. Declinaturq; hoc Mille, huius mille: hæc millia, horum milliũ. Ideoq; genitiuo iũgitur. Cicero in Anton. Quis unquam in illo inuẽtus eſt, qui L. Antonio mille numum ferret expenſum? Quadrigarius libro tertio Annalium: Ibi occiditur mille hominum. Varro lib. vii. Rerum humanarum. Plus mille & centum annorum eſt. Reperitur apud Lucilium. lib. ix.

Tum milli numum potes vno quærere centum.

Vno

Vno milli, pro mille: Ac ſi diceret, Potes mille nummis adquirere centū millia. Plautus in milit. Qui mille annorū perpetuò uiuunt. Hoc eſt quod Græci χιλιάδας vocant. Aliquando Mille adiectiuū eſt: & tunc dicimus, Mille homines, & Mille propugnacula. Nec licet dicere, Millia homines: quia ſubſtantiua non cohærent ſine copula. Dicimus tamen, Decē millia, & ducenti homines: quod ita intelligitur. Decē millia hominū, & ducenti homines.

Millepeda, vel Millepedia: genus uermiculi, qui multo pedum agmine ſcatet. Hiero. contra Iouinianum: Coge Syrum, Aphricum, & Arabē, ut uermes ponticos glutiat: ita eos adſpiciet, ut muſcas millepedas & lacertos.

Milliarium, mille paſſuū ſpaciū: quod & Milliū dicitur. Huius octaua pars ſtadium uocatur. Paſſus, ex quinque pedibus: & ſinguli pedes ex ſedecim uncijs conſtant. Milliariū etiā dicitur uas ad coquendum adcōmodatū. Cato de Re ruſti. Inter orbē & milliarium unū digitū intereſſe oportet. Pallad. libro .i. Vas æneum milliario ſimile. id eſt, altū & anguſtū: ueſpere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accenſum. Et Milliariū, columna aurea in capite fori Romani, in qua inciſæ omnes uiæ Italiæ terminabantur. Et hoc milliarium Plinij, Tranquilli, Plutarchi, atq; Taciti monumentis celebratur. In alio ſignificato accipitur Milliarēſis porticus, & porticus Milliarie.

Milliarius, a, rium, mille librarū. Vnde apri milliarij apud Columellā, dicebātur mille librarū, qui adponebantur in cœnis Romanorū. Seneca lib. xxi. Epiſto. Non magnam rem facis, quòd uiuere ſine recto adparatu potes, quòd non deſyderas milliarios apros, nec linguas phœnicopterorū, & alia portenta luxuriæ, iam tota animalia faſtidientis.

Millies, aduerbium eſt: vt, Millies te uidi. Sic decies, centies, & huiuſmodi.

Millus, collare canum uenaticorū, factum ex corio, multis clauis ferreis eminentibus, aduerſus impetum luporū. Scypio Aemylianus ad populū. Nobis, inquit, rei q; publicæ præſidio eritis, quaſi millus canibus. Dictus Millus, à multitudine clauorum, hoc eſt, à mille clauis: uel quaſi Melinus, quòd ex pelle animalis mellis ferè hæc collaria fiant. Varro: Ne Vulnerentur canes à beſtiis, imponuntur his collaria, quæ vocantur mellium. Id eſt, cingulum circa collum ex clauis capitatis.

Milo, propriū nomen viri Romani, à quo Milonianus na, num ut, Oratio Miloniana. Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniēſis: qui taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occidiſſe dicitur, et ſine fatigatione per ſtadij ſpacium ſupra humeros portaſſe, totumq; eo die comediſſe. Eſt & Milo nomen montis Indiæ: in quo homines aduerſis plantis naſcuntur, octonos digitos in ſingulis pedibus habentes.

Miluinus, adiectiuū: fit à nomine miluus. Miluinæ tibiæ dicſitue, quæ in accentus exeūt acutiſſimos. Cc.

Miluus, & Miluius, vtroq; modo dr, auis rapaciſſima. à mōlli volatu (vt quibuſdā placet) vel factum nōie à voce quā facit. Ouid. lib. iii. Faſto.

Iuppiter alitibus rapere imperat, attulit illa.
Miluius, & meritis venit in aſtra ſuis.

Ab huius auis ſimilitudine piſcis Miluius dicitur, ſubiens in ſumma maris, & uadando aliorū piſcium prædam agens. Ponitur & pro ſtella in quam cōuerſus dicitur. Vnde Ouid. eodem lib.

Stella Lycaoniam uergit decliuis ad arcton
Miluius, hæc illa nocte uidenda uenit.

Mimallis, à Callimacho inſula dicitur: quæ ab aliis melos, à nonnullis Zephyria. Cc.

Mimallones, Bacchæ mulieres. à Mima Ioniæ monte: vel μιμεῖσθαι, verbo Græco, quod imitor ſignificat: quòd Liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. Hinc Mimalloneus, nea, neum. Perſius,

Torua Mimalloneis impleruut cornua bombis.

Hæ quoq; Baſſarides, & Thyades, & Ogygides uocatæ ſunt.

Mimas, mons minoris Aſiæ, vbi ſacra & certamina quotannis fieri Baccho conſueuerunt. Suidas: Μίμας ὄρος Θρᾴκης, καὶ κλίνεται μίμαντος, περὶ τοῦ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ὕμνοις. id eſt. Mimas mons Thraciæ, & declinatur Mimantos, de quo Callimachus in hymnis.

Mimiſis, μίμησις, Latinè imitatio morum alienorū. Alio nomine à Græcis dicitur ὁ Θεωρὸς.

Mimus, effictor Latinè: qui uel intra uel extra ſcenā geſticulatiōes exercet, Imitaturq; dicta, factaq., moresue hominum, & naturas: quaſi ſolus imitetur. A' μιμεῖσθαι (ut Diomedes inquit) quod ſignificat imitor. Hiſtrio uero per ſonatus in ſcena comœdias & tragœdias uoce & corporis geſtu agit. Mimi etiam dicuntur poemata, ſine reuerentia laſciuiam imitantia. Namquū & alia poemata idem faciant, ſolus tamen Laberius poeta, quaſi quodā priuilegio, quod fuit cōmune poſſedit. Hanc fabularum ſpeciem Latini uocant Planipediam. Ouidius,

Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos.

Huius poematis ſcriptores dicuntur Mimographi, vt Philiſtio, ut Publius, ut Laberius. Sueto. in Cæſare: Decius Laberius eques Romanus, mimum ſuum egit. A' Mimus fit Mimicus, ca, cum. ſicut à Satyrus, Satyricus. Plin. in Epiſt. Maxime tamen hic me titulus admonuit, quàm eſſent mimica & inepta, quæ interdum in hoc cœnum, in has ſordes abiicerentur. Huius fœmininum eſt Mima. Cc.

Mina, Græcè Mna, libra, genus pōderis, ſiclos habēs ſexaginta: qui faciunt obolos mille ducentos. Et habet Mina libram unam & ſemiunciam, & ſunt ſolidi ſeptuagintaquinq;. Priſcianus: Libra uel Mna Graia, drachmas habet ſeptuagintaqnq;.

Accipe præterea patrio quam nomine Graii
Mnam uocitant, noſtriq; minam dixere priores.

Item Mina dicitur ouis, quæ habet uentrem glabrū.

Minabiliter, veteres dixerunt pro minaciter. Cc.

Minæ, narum, comminationes, & metus incuſſiones, per uerba aut ſigna. Et primā corripit. Sed pro pon

dere primam producit. Quandoq; etiam dicuntur eminentiæ, quas pinnas uocant. Vergil. Pendẽt opera interrupta, minæq; Murorum ingẽtes. Minæ etiam dicuntur oues glabræ. Varro lib. de Re ruſti. Et luſcam, ſuedam, minam. id eſt, uentre glabro.

Minaciæ, Plauto, quæ nunc Minæ dicuntur in Truculent. Melius te munere certare mecum, quàm minaciis. Idem in Mil. Non mihi poſſunt minaciis tuis hicce oculi fodiri. Idem in Rud. Minacias ego iſtas flocci non facio tuas.

Minax, qui frequenter minatur. Verg. lib. iii. Geor.
Primus & ire uiam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe cõmittere ponto. Hinc Minaciter, aduerbium. Liui. lib. ii. Minaciter fremunt.

Mincius, Venetorũ fluuius: qui ex Benaco lacu defluens, alium prope Mantuã lacum efficit. Inde effluit in Padum, torrentibus maximus efficitur.

Minei, populi ſunt in regione arabiæ, mari rubro adiacentes qui primi cõmercium thuris fecere: nec præter hos Arabes alii thuris arborem uident. Vnde ab ipſis thus ipſum Minæum dictum eſt.

Minerua, diſciplinarum Dea: quæ Græce Pallas dicitur. Et à minando dicitur, quaſi uim minetur. Aut à minuẽdo, vt inquit Cicero: Vel quòd bene moneat. Hanc Pagani pro ſapientia ponebant, Cornificius, quòd fingatur pinguatur q; militaribus armis. Hæc Ogygii tẽporibus ad locum qui Tritonis dicitur (vt ſcribit Auguſtinus) virginali fertur adparuiſſe ætate. De hac etiam in dictione Pallas. Hanc filiam Iouis ac virginem putauerunt, quòd & incorruptibilem aiunt eſſe natura, & extremum locum uniuerſi obtinere contendunt. Tritoniam uero adpellatam, quoniam ter in annuo ſpacio, vere, æſtate, hyeme commutatur. Glaucopin id eſt, glauculam vocari dicunt: non quia glaucos habeat oculos, quod uocabulum ipſum denotat: ſed quoniam aer uiſum animalibus præbeat. Et quum lanificium, & texturam, & alia multa artificioſa cõperiſſet, celebris Dea adpellata eſt. Et quia omnia eius inuenta ex ui ingenii atq; ſapientiæ procedere uidebantur, locus fabulæ datus eſt, ut ex cerebro Iouis genita dicatur.

Minerual, ſeu Mineruale, à Minerua deductum nomen. Et erat præmium quod dabatur præceptori. Hieronymus in Epiſtol ad Epheſios: Legant epiſcopi atque presbyteri, qui filios ſuos ſecularibus erudiunt literis, & faciunt illos comœdias legere, & mimorum turpia ſcripta cantare: de eccleſiarum ſumptibus forſitan eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel quilibet pauper obtulerat, hoc in literarum ſtrenam, & Saturnalium ſportulam, & Mineruale munus Grammaticus & Rhetor abſumunt.

Mingo, gis, xi, ctum. vrinam facio. Vnde & Permingo. Horatius:
Hunc perminxerunt calones atq; caballi. Martial.
Incipit in medios meiere verba pedes. Hinc Micturio, & Mictito, tas. quod eſt, ſæpe mingo. Priſcianus: Mictum, Micturio, & Mictito.

Miniacius, ia, cium. quod eſt ex minio. Victruuius libro. vii. Parietes paſſim expolitione miniacia expoliebantur.

Minilus, mons Theſſaliæ: qui poſtea Orchomenus dictus eſt.

Minime gẽtium, aduerbium: pro eo quod eſt, omniũ gẽtium iudicio minime eſſe faciendum. Aliàs ponitur pro minime, ut ſit ſuperuacua adiectio gentium: ſicut Vbiq; gẽtium: qđ eſt, vbiq. Nuſquam gentiũ, hoc eſt, nuſquam, ſiue nequaquam.

Minimum, ſuperlatiuũ aduerbiũ eſt. Minimè uero negatio eſt, quaſi nequaquam: vt, Minimum doctus, qui pauxillum eſt doctus: at Minimè doctus, qui proſus eſt indoctus. Cice. lib. i. Officio. Minime q; artes hæ probandæ, quæ miniſtræ ſunt voluptatum. Aliquando habet uim ſuperlationis, nõ negationis. Cicero lib. i. Officio. Omnis adhibenda erit cura, ut ea &c. Minimum etiam pro aduerbio ponitur, ut ſit quaſi ad minus. Varro: Harum ſingula genera minimum in binas ſpecies diuidi poſſunt. Sic Minimè ſumitur. Columella libro. i. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, vel minime nouem, quæ menſura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat.

Minio, nias, minio tingo. Plinius: A' cẽſoribus in primis Iouem miniãdum locari. Vnde & Miniati libri dicuntur, quũ literæ maiores verſicoloribus fiunt.

Miniſter, q ſeruit, à quo Miniſterium fit.

Miniſterium, proprie miniſtri opera eſt. Quamuis & pro omni operatione poni conſueuerit, ut de rege Latino. Vergilius:
Mœſtus q; refugit Fœda miniſteria. Aliquando ponitur pro miniſtris: ſicut ſeruitia pro ſeruis. Paulus Iureconſultus ait: Vrbica miniſteria dicimus, etiam quæ extra urbem nobis miniſtrare conſueuerunt.

Miniſtro, ſtras. ſeruio, porrigo, præparo. Plautus in Curcul. Tu tabellas conſignato: hic miniſtrabit. id eſt, ſeruiet: ego edam. Gellius lib. ii. Id q; facile factu dixit: quoniam filii ſui pocula in conuiuio regi miniſtrarent. Huius cõpoſita ſunt Adminiſtro: quod vario modo ponitur. Columella in præfatione: Vt his tantummodo diebus vrbanæ res agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſticè. id eſt, curarentur. Idẽ libro. iiii. Quia maior pars putationis per id tempus adminiſtratur. id eſt, agitur, quo uitis neque foliũ notabile gerit. Auguſtinus libr. vii. Confeſſionum: Sapientia mentes indigentes illuminans, nullo indigens lumine: qua mundus adminiſtratur uſq; ad arborum uolatica folia. id eſt, gubernatur. Hieronymus: Ad minores artes ueniam, & quæ non tam lingua quàm manu adminiſtrantur. id eſt, exercentur. Subminiſtro, ſubſeruio, ſubporrigo. Lactantius libro. v. Victum ſubminiſtrat, quietem ſomni dulciſſimam tribuit.

Minitor, ſæpe vel impetuoſe minor. Plautus in Aſina.
Quur ergo minitaris te tibi vitam eſſe amiſſurum?

Minium, dicitur id quod à multis cinnabaris uocatur: quum proprie cinnabaris ſit ſanies draconis, morientium elephantium pondere eliſi, utriuſq; animas

lii ſanguine permixto. Noſtri rubricam dicunt Minium. Cice. ad Atticum: Cæra, inquit, & minio, ſiue (quod idem eſt) cæra miniatula notare. Foditur Minium ex glæba ſubruſo colore, & uitiatur admixta calce.

Minius, fluuius Hiſpaniæ: à colore pigmenti, quo plurimum exundat.

Mino, nas. duco. Feſtus: Agaſones equos agentes. id eſt, bene minantes. Hierony. Minauit gregem in interiora deſerti. Apud antiquos etiam pro minor ponitur, A quo Minito, tas, ut docet Priſcianus.

Minoa. vrbs in Amorgo inſula Cycladum. Eſt & altera in Sicilia. Item Megarēſium emporium fuit, duo de uiginti ſtadiis diſtans ab urbe: quod & Nyſea appellatur. Cornucopiæ.

Minor, naris, minas infero: & plerunq; accuſatiuo iūgitur. Cice. in Tuſcula. quæſtio. Cui quum Liſymachus rex crucem minaretur. Et Minari, eminere eſt. Vergilius, Geminiq; minantur In cœlū ſcopuli. Compoſita huius verbi ſunt Comminor, & Interminor: quæ habent penul. correptam.

Minos, Cretenſis rex: qui primus Cretenſibus legem dedit. Hic quum haberet vxorem Paſiphaen, & illa ex tauro genuiſſet Minotaurū, Dædalum quòd bouem ligneam fabricaſſet, ſub qua latens cum tauro vxor concubuerat, perſecutus in Siciliam peruenit: vbi à Cocali regis filiabus interfectus fuit (vt Ariſtoteles refert) iuxta Camerinam urbem, & apud inferos iudex animarum factus eſt. Vergilius: Quæſitor Minos urnam mouet. A' Minos, fit Minoius, noia, um. poſſeſſiuum: vt Minoia regna. Quo pacto autem iudex habeatur inferorum propter iuſtitiam non video, quum uiolator fuerit hoſpitii, & raptor Ganymedis, & multa alia cōmiſiſſe dicatur, à uera iuſtitia non parum abhorrentia. Vnde Suidas: καὶ τὸν Γανυμήδην θεασάμενος, ἔρωτι αὐτοῦ ἑάλω, ἐγκελευσάμενος δὲ τοῖς κρησὶν ἁρπάσας τὸν παῖδα ἐνέθετο ἐν τῇ νηΐ. id eſt, Ganymedem ſpeculatus, amore eius captus eſt, iubens Cretenſibus, rapiens puerum impoſuit in nauem.

Minotaurus, ex Minoe & tauro dictio compoſita monſtrum biforme, de quo Vergilius lib. vi. Aenei. ad principium.

Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaq; furta
Paſiphae, mixtumq; genus, prolesq; biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem
Dædalus, ipſe dolos tecti ambagesq; reſoluit,
Cæca regens filo veſtigia. Tu quoq; magnam
Partam opere in tanto (ſineret dolor) Icare haberes.
Bis conatus erat caſus effingere in auro,
Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia
Perlegerent oculis, &c. Vide illic Seruium.

Minthe, mons (vt ſcribit Strabo) dictus à Plutonis pellice: quam Proſerpina in herbam mentham mutauit. Huic Pluto donum amoris petenti, virile membrum tradidit, quòd à ſe mentulam nominauit. Sed (vt Plinius inquit) Menthæ nomen ſuauitatis odoris dedit. Græci Mintham nominauerunt.

Minthos, ſtercus, fimumq; ſignificat.

Minturnæ, opiddum in Campania, habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiēs perſecutionem Syllæ.

Minuatim, aduerbium, à minus: quomodo à paulum paulatim. Augu. in interpretatione Pſalmi, Deus ultionū. Minuatim ponas, ſed cumulum inuenies.

Minuo, nuis, nui, nutum. minorem reddo. Plini. Radix commanducata dentium dolorem minuit. Huius compoſita ſunt. Cōminuo, quod eſt, ſimul in fruſta diuido. Lactan. Frangebat ipſe panem minutatim, carnemq; piſcium cōminuebat: & vtraq; in manibus eius augebantur. Diminuo, diuerſe minuo. Teren. in Eunu. Diminuam ego hodie caput tuum niſi abis. Imminuo &c.

Minurizo, idem quod parua voce ſuccino: μινυρίζω enim cantillo ſignificat, & modulate cōcino. Latini vero vertunt v, in u, & dicunt Minurizo. Sido. lib. i. Epiſt. Diluculo autem philomela inter frutices ſilentem prognem, inter aceres minurizantem.

Minus, quandoq; cōparatiuum eſt a paruum, neutri generis: ſicut minor maſculini & fœminini, vt plus Minus'ue. Aliqñ a parum fit, nō à paruū, ut, Habeo minus pecuniæ. Quādoq; aduerbiū eſt: quod ſi poſitiuo iungatur contrariæ ſignificationis comparatiuum demonſtrat: vt, Minus ſtultus. id eſt, prudentior. Minus prudens. id eſt, ſtultior. Teren. in Eunu. Hoc nemo fuit minus ineptus. id eſt, aptior. Frequēter etiam accipitur pro nō, præſertim coniunctum cum ſin, & cum quo. Quandoq; ſignificat ut: ut, Sin minus. id eſt, ſi non. Quo minus: ut non. A' Minus nomine, fit ſuperlatiuum Minimum. A' Minus aduerbio, fit ſuperlatiuum Minime.

Minuſculum, diminutiuum à minus. Varro, Ex hoc auiario ut ſumantur idoneæ, excludantur in minuſculum auiarium.

Minutal, genus edulii, quod ex conciſis minutatim oleribus fit.

Minutatim, ſignificat in minutiſſimas partes. Lactā. Panē minutatim frāgebat. Hoc aūt Varro pro paulatim dixit lib. i. de Re ruſt. Tum ita ad ſubigēdū vt minutatim adſuefaciant, & ut tyronē cum ueterano adiungāt. Imitando enim facilius domantur.

Minutia, cōtēptibilis, paruitas cuiuſcūq; rei. Lactan. de ira Dei, Hæc, inquit, per inane reqetis motibus volitant, & huc atq; illuc feruntur, ſicut pulueris minutias uidemus in Sole, quum per feneſtram radios ac lumē immiſerit. Minutia etiā dicta porta Romæ, à Minutio, quòd Minutii ſacello proxima eſſet. Et Minutia, virgo Veſtalis, quæ propter ſuſpicionem ſtupri viua defoſſa eſt.

Minutim, aduerbiū: in minutas partes ſignificat. Colu. lib. v. Inſeqtur deinde foſſor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim ſoli terga cōminuat.

Minutum, participiū & nomen eſſe poteſt. Participiū ſignificat cōminutū, hoc eſt, minus factum. Nomen idē eſt quod breui. Cicero, Reticulū ad nares admouebat, tenuiſſimo lino minutis maculis, plenū roſæ.

Aliquando ponitur pro obſcuro.

Minyæ, vrbs Theſſaliæ, quæ prius Almonia dicebaẽ. Inde Minyates, populi. Eſt & altera Phrygia. Cc.

Minyariæ, loca è quibus foditur minyiũ: ſicut aurariæ & argentariæ. Et Minyaria dicuntur metalla, venæ ꝗ̃ in quibus conficitur minyium.

Mira, dicuntur miratione digna. Plaut. in Amphitr. Enimuero illud præter alia mira miror maxime, ſi hæc habet pateram illam. Hinc Permirus, ra, um, penultima producta, Cice. Apro Pulc. Illud verò mihi permirum accedit, tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente. Apud veteres Mira pro monſtris atque hortendis ſumuntur. Plaut. in Amphit. Nimia memoras mira. Vergilius autem miracula dixit Georg. iiii. de Proteo canens:

Omnia commutat ſeſe in miracula rerum.

Hinc Mirius, antiqui dixerunt pro magis mirũ. Varro: Nunquid hoc mirius?

Mirabile, quod eſt admiratione dignum. Cicero lib. iii. Offic. Quare ex multis mirabilibus exẽplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius aut præſtantius. Hinc mirabilitas, pro ſtupore. Idem in eodem: Ea ergo & hæc animi deſpicientia mirabilitatem magnam facit.

Miraculum, dicitur quicquid admirationem adferre poteſt, quaſi ſit contra naturam. Propter quod veteres Miracula pro monſtris poſuere. Liuius libro. ii. Adiiciunt miracula huic pugnæ, ſilentio proximæ noctis ex ſylua Arſia ingentem auditã vocẽ. Hinc Actius perſonas diſtortas oribus deformes, Miriones adpellat. Miracula ſeptẽ mundi ſunt hæc, Tẽpli Dianæ Epheſiæ, quod ſummæ magnificentiæ fuit & admirationis apud priſcos. Ducentis viginti annis conſtat factum eſſe à tota Aſia. Columnæ centum viginti ſeptẽ à ſingulis regibus factæ, ſexaginta pedũ altitudine. Ex his triginta ſex cælatæ. Simulachrũ ipſius Deæ Cereris ex hebeno eſſe tradũt. Mauſoleũ. Coloſſus Solis apud Rhodios. Iouis Olympiaci ſimulachrum, quod Phidias fecit ex ebore. Muri Babylonis, quos Semiramis regina conſtituit. Pyramides in Aegypto. Domus Cyri Medorum regis, quã Menon arte prodiga, illigatis auro lapidibus fabricauit.

Mirifico, cas, mirabilem facio. Plautus in Amphit. Quanquam adeò Thebani ciues modo miro mirificant probaui.

Mirificus, ca, cum quod eſt mirabile. Cicero in Catone, Mirificos fructus adferunt. Hinc ſuperlatiuũ Mirificiſſimus. Terent. in Phor. Quidnã arbitraris, neſcio: atqui Mirificiſſimũ, ſcilicet facinus.

Miritus, Theſſaliæ monticulus. Cc.

Mirmillones, erant pugiles ſe ad duellũ prouocantes. Nã id gladiantiũ alter Retiarius, alter Mirmillo adpellabatur. Feſtus: Retiario, inquit, pugnanti aduerſus mirmillonẽ cantatur: Non te peto, piſcẽ peto, quid me fugis Galle? Quia Mirmillonicũ genus armaturæ Gallicũ eſt: ipſiꝗ; Mirmillones antè Galli adpellabantur, vt quorum galeis piſcis effigies inerat. Quod genus pugnæ inſtitutũ eſt à Pittaco, vno ex ſeptem ſapientibus: qui aduerſus Phrinonem dimicaturus, propter cõtrouerſias finiũ, quæ erant inter Atticos & Mytileneos, rete occulte adlato, impediuit Phrinonem.

Miro, ras, eiuſdem ſignificationis cuius miror. Varro in Eumeni. Hoſpes quid miras? Ambroſius ſuper Lucam: Non vocabulo ſectę deſpicias, quem verbi interpretatione miraueris.

Miror, raris, propriè ſignificat re aliqua tanquã noua obſtupeſio. Vergilius:

Artificumꝗ; manus inter ſe operũꝗ; laborẽ Miratur.

Et Mirari, eſt cũ voluptate intueri. Idem:

Seu quis Olympiacæ miratus præmia pugnæ.

Item Mirari, eſt neſcire, quia (ut Donatus inquit) admiratio ab ignorantia deſcendit. Plautus: Ne quis miretur qui ſim, paucis eloquar. Terentius in Andr. Miror vnde ſit. Sed quum dicimus, Ego Miror me, Miraris te, Miratur ſe, tunc Mirari ſignificat placere, & de ſe magnificè ſentire. Martialis:

Qui ſe mirantur in illos.

Conſtruitur hoc verbũ cũ adcuſatiuo, cũ datiuo, & cum genitiuo. Verg. lib. xi. Aeneid.

Iuſtitiæ'ne prius mirer belli'ne laborũ. Quãdoꝗ; abſolutè ponitur. Ouid. lib. xiii. Meta.

Dumꝗ; moror mirorꝗ; ſimul fugit omnis in vndas.

Huius compoſita ſunt Admiror, quod eſt ſtupore afficior, ſeu fixe adſpicio. Lactan. lib. vi. Qui ad alienã felicitatem non attollat oculos, opes non admiretur. Aliquando Admirari, eſt venerari. Verg.

Ille operum cuſtos, illum admirantur & omnes Circunſtant. Demiror, Emiror, valde miror. Terent. in Heaut. Id mirari te ſimulato. Immiror, inſpecto, ſeu vehementer miror, vel magnifacio. Cicero lib. i. Offic. Quum perſuaſum ſit nihil hominem niſi honeſtum decorumꝗ; ſit, aut immirari, aut optare, aut expetere oportere.

Mirum in modum, & Mirandum in modum, id eſt, in maiorem modum quaſi infra rationem. Plautus in Amphit. Vterꝗ; deluditur dolis mirum in modum. Cicero Metello Marcellum tuum conſulem factum, teꝗ; ea lætitia eſſe adfectum mirandum in modum gaudeo.

Miſach, vnus ex tribus pueris, de quibus Daniel in prophetia ait: εἰσὶν οὖν ἄνδρες Ἰουδαῖοι οὓς κατέστησας ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς χώρας Βαβυλῶνος, Σεδράχ, Μισάχ, Ἀβδεναγώ. id eſt, Sunt igitur viri Iudæi, quos conſtituiſti in opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Miſach, Abdenago.

Miſanthropos, penul. prod. oſor hominum qui hoĩes odit, qui fugit hominũ congreſſus, μῖσος enim odiũ ſignif. καὶ ἄνθρωπος homo eſt.

Miſcellanea, à mixtura indiſcreta rerum dici ſignificare videtur Gellius lib. vlti. quum ait, Quia variam & miſcellaneam & quaſi confuſaneam doctrinam cõquiſiuerunt, eo titulo quoque ad eam ſententiam exquiſitores indiderunt. Apule. tamen in Meta. Miſcellaneam turbam confuſam velut ex colluuione omnium gentium his verbis accipit, Nec mora cum magna irruptione patefactis ædibus, magiſtratuum eorumꝗ;

coirumq́ miniſtris turbæ miſcellaneæ cuncta compleca. Hinc quidam opera ſua miſcellanea inſcripſerunt, in quibus variis de rebus tractatur. Varro Miſcellum, vocat columbarum genus, quod nec agreſte eſt, nec domeſticum: ſed ex vtroq; temperatũ. Et has columbas Bergomates noſtri Cornarolos adpellāt. Itē Miſcellæ vites, quæ in omni agro conueniunt, quòd cæteris vbiq; vtiliter miſceantur.

Miſceo, ees, miſcui, miſtũ per ſ, non autē per x, cõfundo, & ſine ratione, perturbateq́ facio. Vergil.
Interea magno miſceri murmure pontũ.
Quandoq; Miſcere, eſt potũ miniſtrare: tractũ à cõmixtione calidi & frigidi. Iuuenalis,
Neſcit tot milibus emptus Pauperibus miſcere puer.
Huius cõpſita ſunt Admiſceo, quod eſt ad aliquid miſceo. Lactant. lib. vi. Idem etiam mares maribus admiſcuit, & nefandos coitus contra naturam contraq́ inſtitutum Dei machinatus eſt. Commiſceo, ſimul miſceo. Hiero. Quo aperto dum in mutuos cõmiſcentur amplexus, propriis ſe ſalutauere nominibus. Emiſceo. Colu. lib. viii. Nã facillime porci euaſerint haram, emiſcent ſe Immiſceo, intus miſceo Idē lib. ii. Secundum deinde quod homines faciunt, ſi & aliis vitæ purgamentis immiſceatur, quum per ſe naturæ eſt feruentioris, & Ideo terram perurit. Intermiſceo, in medio miſceo. Auguſtinus, Nulla porrò doctrina falſa eſt, quæ non aliqua vera intermiſceat. Permiſceo, valde miſceo Idem, Vera erga falſis inordinate permixta, in vna diſputatiõe hominis tanquã in vnius colore corporis adparētia ſignificãt leprã. Promiſceo, vnde Promiſcuus, a, um. Salluſt. Diuina atq; humana habere promiſcua, nihil penſi atq; moderati habere.

Miſellus, diminutiuum eſt à miſer. Plautus: Cenſen' miſello mali aliquid facturum?

Miſer, flebilis, calamitoſus. Cicero: O' miſerũ atq; infelicem hunc diem. Interdum dicitur ægrotus: nam ægritudo genus eſt infelicitatis. Plaut. Miſeram eſſe prædicat buccam, ſibi fortaſſe medicos non eſſe putat. Interdum innocens. Cicero pro Milone, Miſeros interdum ciues optime de Repub meritos. Inuenitur etiam pro interiectione dolentis poſitũ, ac ſi diceremus nefas. Vergilius,
Cecropidæ iuſſi (miſerum) ſeptena quotannis
Corpora natorum.

Miſerabilis, miſeratione dignus. Id eſt, per quem alii miſericordia cõmouentur. Ouidius in Ibim,
Siſq; miſer ſemper, nec ſis miſerabilis vlli.
Aliquando dicitur flebilis, lamentabilis. Liuius lib. I. Euentus tamen belli minus miſerabilem dimicationem fecit: quod nec acie certatum eſt & tectis modo diruptis, alterius vrbis duo populi in vnum confuſi ſunt Idem: Voces etiam miſerabiles exaudiebantur mulierum præcipue.

Miſerabiliter, idem ſignificat quod miſere. Hierony. ad Auguſtin & Alepium: Neptis veſtra Paula miſerabiliter precatur, vt memores eius ſitis, & multum vos ſalutat.

Miſerandus, miſeratione dignus.

Miſerator, qui opus aliquod miſericordiæ exhibet in eum, cuius miſeretur. Miſericors, qui ex alicuius calamitate, dolorem animo ſuſcipit. Vnde eſt illud: Miſericors & miſerator dominus, eſcã dedit timentibus ſe. Miſericordia, ipſa cordis ægritudo ex miſeria alicuius iniuſte laborantis ſuſcepta.

Miſerè, aduerbiũ, infeliciter. Cic. Neq; moueri eius deſyderio nõ poſſum, q tã miſere periit. Quandoq; ſignificat valde. Terentius, Eã miſere amat.

Miſereor, miſereris, miſertus, conſtruitur cũ genitiuo. Et eſt Miſereri, ex alicuius miſeria corde anxiũ eſſe. Habet enim paſſiuũ affectũ. Lactant. lib. vi. Si miſertus laborantiũ fueris. Veteres etiã Miſereo vſurpabant. Ennius in Hecuba: Miſerete manus, date ferrũ, vt me anima priuem.

Miſereſco, miſereſcis, moueor miſericordia: & tã adcuſatiuo, quã genitiuo iungitur. Apuleius, Cõmodum omnes miſereſcimus. Statius lib. i. Theba.
Et generis miſereſce tui Vergilius,
Et miſereſcimus vltrò. Huius compoſitum eſt Commiſereſco. Terent. in Hecy. Demum tam ægre tulit, vt ipſam Bacchidem ſi adeſſet, credo commiſereſceret. Hinc Miſereſcit, impersonale, cũ ſignificato ſui verbi. Terentius in Heauton. Atq; inopis miſereſcat mei.

Miſeret, impersonale, ſimili modo paſſiuũ adfectũ habet, ſicut miſereor. Idē eſt enim, Miſeret me illius, & Miſereor illius: quia vtrumq; ſignificat ex illius miſeria angorem ſuſcipere. Cicero: Miſeret me infelicis familiæ. Vergilius,
Si te lapſorũ miſeret q̃ munera Nyſo Digna dabis.

Miſeret, impersonale: moueor miſericordia. Cic. pro Liga. Cauete fratrũ pro fratris ſalute precantiũ vos miſereat. Lucius Craſſum in legis Si. ſuaſione, Neq; minus veſtri quã mei miſerebitur.

Miſeria, infelicitas. Auguſtinus libro tertio Conſeſſ. Miſeria dicitur quum quis patitur vel egeſtatem vel damnum. Quum aliis compatitur, miſericordia dici ſolet.

Miſericordia, (inquit Auguſtin.) quid eſt niſi alienæ miſeriæ quædã in noſtro corde cõpaſſio, qua (ſi vtiq; poſſumus) ſubuenire cõpellimur. Stoici Miſericordiã inter vitia animæ cõputant. Vnde Seneca, qui ſe Stoicorũ ſectæ addixit. Vitiũ inqt, animi eſt miſericordia, nec miſerebitur ſapiens, ſed ſuccurret. Auguſtin. libro ix. Ciuit. Dei, Stoicorũ eſt miſericordiã ſolere culpare. Vnde Cic. in iii. Tuſcul. tanquã Stoicus dixit: Si ſapiens in ægritudinē cadere poſſet, poſſet & in miſericordiã, poſſet & in inuidentiã. Verũ in oratione pro Ligario in laudē Cæſaris tanquã Peripateticus dixit: Nulla de tuis virtutibus pluribus nec gratior, nec admirabilior miſericordia eſt.

Miſericorditer, aduerbiũ ſignificat eũ miſericordia.

Miſeriter, idē quod miſerabiliter. Laberius: Menſis corrupta miſeriter corripitur.

Miſeritudo, idē quod miſeria. Actius: Qui felix miſeritudine factus eſt aliena.

Miſeror, miſeraris, & Miſero, miſeras, apud antiquos

adſectū actiuum habent, ſignificantq́; verbis aut lachrymis aut opere dolorem quem ex alicuius miſeria habemus, oſtendere, & conſtruitur cum accuſatiuo. Salluſtius in Iugur. Eos multa pollicendo ac miſerando caſum ſuum confirmat, id eſt, lamentando. Cæſari Abditi in tabernaculis aut ſuum factum querebantur, aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur. id eſt, deplorabant. Hinc Cōmiſereor, à quo Cōmiſeratio, quæ eſt ſignificatio miſericordiæ, qua ex alicuius infelicitate mouemur, quum ſcilicet vel aſpectu alicuius, vel oratione, vel etiā cogitatione adducimur, vt eius miſereamur. Liui. lib. I. Agmen migrantiū īpleuerat vias, & cōſpectus aliorum mutuo, miſeratione integrabat lachrymas. Cic. lib. II. ad Heren. Cōmiſeratione brevē eſſe oportet. Miſero autē pro miſeror dicebāt veteres, vt Actius in Athamante: Atque ita de illis merui, vt iure hæc nunquam miſerarent mala.

Miſogynea, odiū mulierum: quale fuit in Euripide Tragœdiarum ſcriptore, qui mulieres ferè omnes maiorem in modū exoſus fuiſſe dicitur.

Miſſenus, penult. produ. mons Campaniæ, à Miſſeno Aeneæ comite ibi ſepulto. Vergilius,

Qui nunc Miſſenus ab illo Dicitur.

Miſſiculo, as. ſignificat mitto, iteratiuum enim eſt, & rei vtilitatem indicat. Plautus in Epidice, Empta eſt ancilla quod tu te ad me literas miſſiculabas.

Miſſile, pen. cor. telū quod manu mittitur. Vnde & lapides Miſſilia dicuntur. Et Miſſilia dicebantur munera, quæ à principibus populo ſpargebantur, vt puta velaria linea, odores, vnguenta. Suetonius in Caligu. Spargit & miſſilia variarum rerū, & panaria cū opſonio viritim diuiſit.

Miſſio, nō ſolū ſignificat ipſum mittēdi actū, ſed etiā dimittendi. Sueto. in Cæſ. Miſſionē continuo efflagitauit. Huiuſmodi miſſionū in re militari multa ſūt genera. Eſt enim honeſta, quæ emeritis ſtipendiis ab imperatore indulgetur. Eſt cauſaria, q̄ propter valetudines à laboribus militiæ ſoluitur: unde Cauſarii milites dicuntur à Liuio. Eſt ignominioſa, quū quis propter delictū ſacramento ſoluitur.

Miſſito, as pen. cor. frequentatiuū, ſæpe mitto.

Miſſus, miſſa, miſſum, participiū, eas ſignificationes habet quas mitto. Miſſus verò nomen quarti ordinis, immiſſionē ferarū, ſiue ludorū, aut gladiatorum in arenā ſignificat. Suetonius in Domit. In his Circenſium die quo facilius centū miſſus peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit. Idem: Circenſes frequenter etiam in Vaticano cōmiſit, nōnunquam interiecta per quos miſſus venatione. Aliquando ſumitur pro immiſſione ferculorum. Vnde Lampridius ſcribit Heliogabalum celebraſſe tale cōuiuium, vt apud amicos ſingulos, ſinguli miſſus apparentur, & aliquando omnes miſſus ſola carne phaſianorum ſtruxiſſe.

Mitella, diminutiuum, parua mitra. Vergil.

Copia Syriſca caput Graia redimita mitella.

Mites, (teſte Auguſti.) dicuntur qui improbitatibus cedunt, & non reſiſtunt malo: ſed vincunt in bono malum. Vnde & pro leni, clemente, ac manſueto accipitur Mitis. Cuius contrarium eſt Immittis. id eſt, aſper ſæuus crudelis. Vergilius,

Immittis Achilli. Quādoq; ponitur pro tranquillo, & Immittis pro procelloſo & inquieto. Idē lib. IX.

Mitis vt in morem ſtagni placidæq; paludis. Apule. Erat enim turbidum atq; immitte pelagus. Quandoq; pro maturo. Vergilius,

Sunt nobis mitia poma Caſtaneæ molles.

Plinius Immitia adhuc & cruda poma.

Miteſco, manſueſco. Plinius: Vt ferè domi educatæ, miteſcunt. Aliquando tranquillor. Apule. Conflaceſcunt fluctus, mare miteſcit. Aliquādo matureſco. Plinius: Reliquorum pomorum velocitas cito miteſcentium tranſuolat.

Mithra, cum h, à Perſis dicitur Sol. Strabo lib. XV. Perſæ cœlum Iouem putant, colunt Solem quem mithram vocant. Stat. lib. I. Theba.

Indignata ſequi torquentem cornua mithram.

Vbi Lutatius ait, Sol apud Adianenios Titan, apud Aſſyrios Oſyris, apud Perſas vbi in antro colitur, Mithra vocatur. Ponitur aliquando pro primario ſacerdote. Apul. lib. vltimo, Ipſumq; mithram illum ſuum ſacerdotem præcipuum ſacrorum miniſtrum decernit.

Mithrax, gemma roſeo colore, quamuis Solis radiis oppoſita verſicolor ſit.

Mithriaca, ſacra Solis, ſiue Oſyridis ſacrificia. De quibus Lampridius in Commodo ſic ſcribit: Sacra mithriaca homicidio verò polluit, quū illi aliquid ad ſpeciem timoris vel dici, vel fingi ſoleat.

Mithridates, pen. cor. rex Ponti fuit ui magna & animi & corporis, vt ſex iuges equos regeret, quinquaginta gentium ore loqueretur. Hic diffidentibus Romanis, ſociali bello Nicomedē Bithynia, Ariobarzanum Cappadocia expulit, Græciā inſulasq; omnes (excepta Rhodo) occupauit, ſed poſtea à Sylla apud Dardanū fuſus, & à Pompeio victus, tandē à Pharnace filio in turre obſeſſus, venenū ſumpſit. Quodq; id tardius biberet (quia aduerſum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat) immiſſum percuſſorem Gallum, cito eum autoritate vultus territum reuocauit, & in cædem ſuam manum trepidantis adiuuit. Alius etiā Mithridates qui regi Mithridati Bruti epiſtolas collegit. Vnde ait, τὰς Βρούτου ἐπιστολὰς ἐθαύμασε πολλάκις οὐ μόνον δεινότητος καὶ συντομίας χάριν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἡ γενναίου φρονήματος ἐχούσας χαρακτῆρα. id eſt, Bruti epiſtolas miratus ſæpe non modò grauitatis & breuitatis gratia, ſed & habētes ſublimis ſapiētiæ charactere.

Mithridaticum vnguentum, antidotum, qđ ex rebus 54. conficitur, & nunc vulgò autoris nomine vocant Mithridatum.

Mithylene, nes. pen. prod. & Mithyleneæ, arum, vrbs in Lesbo iuxta Methymnam: à cuius nomine nunc omnis inſula Mithylene adpellatur, in qua fuere olim duæ nobiliſſimæ ciuitates, hæc videlicet & Methymna. Hanc eandem inſulam pridem Lesbum dictam volunt, ab vrbis nomine, quæ in ea potentiſſi-

ma fuit. Martial. Quum tibi non Epheſos, nec ſit Rhodos aut Mithylene. Dicta Mithylene, vt Diod. lib. vi. ſcribit, à Mithylene Machari filia. Hæc nunc Mitallinum dicitur vrbs clara Pyttaco, ex ſeptem ſapientibus vno, & Alceo poeta, & Antimenide fratre eius, & Diophane oratore, & Theophane rerū ſcriptore, qui magno Pompeio admodū familiaris fuit. De hac ſcribit Victruuius lib. i. quòd magnificenter & eleganter ædificata fuerit, ſed non prudenter poſita, in qua Auſter quum flat, homines ægrotant, quum Corus tuſſiunt, quum Septentrio, reſtituuntur in ſalubritatem.

Mitifico, cas, mitem ac placidum facio.

Mitigo, as, pen. cor. placo, quaſi mitem ago. Lactant. lib. iiii. Donec rurſus pœnitentia populi mitigatus, liberaret eos ſeruitute. Et Mitigare, maturare eſt. Cicero lib. iiii. de Repub. Quumq; autumno terras ad concipiendas fruges relaxarit à fiſtula maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Huius cōpoſitum eſt Cōmitigo, de quo ſupra.

Mitra, dictio barbara, qua ſignificatur quoddam capitis ornamenti genus, primò apud Mæonios, deīn de Aegyptii. Syrii, Phrigii, & Lidii eo vſi ſunt. Erat enim pileus incuruus, quāuis & pro mulieribus corona ad ornatum capitis adoleſcentularum accipiatur, ex qua pendebant faſciolæ, quæ phyluræ dicebant, quoniā florum inſtar dependerent. Hieron. in Eſaiā: In die illa aufert dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras & diſcriminalia, & periſcelides, &c. Noſtri quoq; pontifices mitris vtuntur, quum rei diuinæ operam dant. Et apud Græcos non ſolum pro ornatu capitis, ſed etiam pro faſcia in loricæ modum contexta, ad latera defendenda ſumitur.

Mitterin, inſula vltra Britanniam ſex dierum nauigatione, vt lib. iiii. Pli. ſcribit in ea candidum plumbum prouenit.

Mitti ſanguis dicitur quum fit phlebotomia. Similiter ſanguinis miſſio fit, quādo qs iugulatur. Corn. l. Celſ. lib. ii. Mitti ſanguis debet ex brachio. Idē: Sanguinem inciſa vena mitti nouum non eſt.

Mittiſis, pulmentaria dicebatur, capiebaturq; pro pauperculа.

Mitto, mittis, miſi, miſſum, ſecundum notam ſignificationem. Græci πέμπειν mittere dicunt. Cic. in Cato. Hunc librum ad te de ſenectute miſimus. Interdum Mittere ſignificat excludere. Vergilius,

Mœſtumq; timorem Mitte. Interdum omittere, deponere. Terent. in Adel. Hera lachrymas mitte. Item donare. Verg. Hos illi quod nec bene vertat

Mittimus hœdos. Huius compoſita ſunt Admitto, Amitto, Cōmitto, Circummitto, Demitto, Dimitto, Immitto, Intromitto, Omitto, Permitto, Præmitto, Prætermitto, Promitto, Remitto, Manumitto, Summitto, & tranſmitto.

Mictarius, uas quo vinum aqua miſcemus. Lucil. Vrceus aut gemina longus mixtarius aqua.

M ANTE N & O

MNA, Græcè, Latinè mina. vide in dictiōe Mina.

Mnemoſyne, pen. cor. memoriā ſignificat. Catullus: Mnemoſynon mei ſodalis. id eſt, monumentum.

Mneſteras, pen. prod. Græci procos vocant.

Mneſtheus, proprium viri Troiani. Ce.

Mneſtius, item viri proprium. Ce.

Moab, Arabiæ ciuitas, quæ & Areopolis nominatur. Quo etiam nomine vocatus eſt filius Loth, à quo Moabitæ. Vocatur autem Moab ex nomine vrbis, & regio. Porrò ipſa ciuitas, quaſi proprium vocabulum poſſidet, Rabbat Moab. id eſt, grandis Moab. In hac regione fuit Balaac filius Sefor, qui conduxit mulum Balaam de Meſopotamia, vt malediceret Iſrael: vbi & tantum eſt populus Beelphagor. Huius monopolis ciuitas Arabe, hodie ex Græco ſermone compoſita Neopolis eſt nuncupata. Nā plerique exiſtimant quòd Veos, id eſt Martis, ſeu potius Iouis ciuitas interpretatur.

Mobilis, qui facile mouetur, à quo Mobilitas. Verg. Quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget. Quorū contraria ſunt Immobilis, & Immobilitas.

Moderator, rector, gubernator. Cice. lib. i. Tuſcul. Si hæc nata ſunt vt Platoni videt, vel ſi ſemper fuerunt vt Ariſtoteli placet, moderatoe tanti operis & muneris, ſicut mentem hominis, quāuis eā non videas, vt Deum non vides: tamen & Deum cognoſcis ex operibus eius.

Moderor, aris, rego, modum pono, & tā accuſatiuo, quàm datiuo, iungitur. Salluſtius: Fortuna cuius libido gentibus moderatur. Plaut. in Curcu. Linguæ moderandum eſt. Huius compoſitum eſt Præmoderor, antemoderor. Dicitur & Modero, ras, in eadem ſignificatione. Salluſtius: Vbi hoc exemplo per ſenatuſdecretum cōſul gladium adduxerit, quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit?

Modeſtia, & Moderatio, hunc habent ordinē, quòd Modeſtia, fundamentum, ſoliditas, & baſis ipſa virtutis eſt, ex qua gignitur Moderatio, quæ temperat, aurigaturq; modos in factis, & dictis, & cæteris talibus, quæ agendi officio vtuntur. Cic. lib. i. ad Heren. ſic Modeſtiam definit, quòd ſit in animo continens moderatio cupiditatum.

Modeſtus, à modico. id eſt, temperato: vnde Modeſte, cum modo & temperatè. Terentius in Phorm. Animus qui modeſte iſthæc ferat? Varro: Non eos optime vixiſſe, qui diutiſſime vixerunt: ſed qui modeſtiſſimè.

Modialis, à modio, vt vas modiale, quod modium continet.

Modicum, paruum ac puſillum. Apul. Modico labore fatigat. Sic Immodicum pro maximo ponit. Coiu. C. Licinius damnatus eſt, quòd in magiſtratu rogatione tribunitia quā promulgauerat imodica poſſidēdi libidine tranſcendiſſet. Et Modici, pauci. Plaut. in angiportu turba eſt, domum modici introierunt. Sic Immodicos, dicimus plures. Martial.

Atriaq; immodicis arctat imaginibus. Proprie tamen Modicum, dicitur non cui aliqd ſit imminutum: ſed quod nō excedat modum, & modeſtum eſt & tēperatum. Plaut. Cui animus modicus, cōmens

expers ambitionis. Hinc Modicum, aduerbiũ ſignificat parum. Idem, Aedepol id modicum curat. Modicè uero tẽperate. Idẽ, Modice ſapis. Immodice, nimis vel intemperate. Colu. lib. i. Magisq; cõducere agricolæ frequẽter id potius quàm imodice facere.

Modificor, menſurã & modificatio. Gellius lib. i. Cõprehenſa autem menſura Herculani pedis, ſecũdum naturalẽ membrorũ omnium inter ſe cõpetentiam, modificatus eſt, atque ita id collegit quod erat conſequens, tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem quàm cæteros alios, quantũ Olympicũ ſtadiũ cæteris pari numero factis anteiret. Hinc Modificatio, pro tẽperantia.

Modiolus, cum accentu in antepenul. diminutiuum: eſt quarta pars modii. quo etiã nomine dictum eſt paruſſiuas quadratũ ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquã. Horũ autem modiorũ (ut eſt apud Frontinũ de aquæductibus) alius eſt Erogatorius, alius Acceptorius, ut multis in locis intueri licet. Vitruuius, Ita cum rota à calcantibus verſabitur modioli pleni ad ſummum elati, & rurſus ad imum reuertentes, infundent in caſtellum ipſi per ſe quod extulerunt.

Modiperatores, dicũtur qui modificãdi aliquid autoritatẽ habẽt, quaſi modũ imperantes. Var. In cõuiuiis inſtituti ſunt modiperatores atq; magiſtri. Cornucopiæ.

Modius, menſuræ genus duo & uiginti ſeſtertia cõtinens. Hinc Semodius, Bimodius, Trimodius, & huiuſmodi. Columella libro ii. Eadẽ quatuor, modiis nonnunquam tribus, etiam duobus ac ſemodio iugerum occupat.

Modo, quãdo habet o, finalẽ correp. ſignificat tẽpus præſens, vel mox præteritũ, vel nõdũ præteritũ, vel ſtatim futurũ, ut, modò id ago. Terẽ. Modò ait, modò negat, modò dicebã, modò veni, modò faciam. Aliquã ponitur pro longo tẽpore antè. Idem in Eunu. Quàm dudum? modò. Vbi Donatus notat, Modò apte pro tẽpore præterito dictũ eſſe. id eſt, iam dudum. Nam qui vitiauerat virginẽ, nõ modò, ſed longè antè, veſtẽ mutauit cum eunucho Phædriæ. Hinc fit Quomodo, Amodò, Poſtmodo. Ponitur itẽ pro dũtaxat, tãtũmodo. Liuius, Euẽtus belli minus miſerabilẽ dimicationẽ fecit, quòd nec acie certatũ eſt, & tectis modo dirutis alterius vrbis duo populi in vnũ confuſi ſunt. id eſt, ſolũ. Item ſignificat quod lingua vernacula dicimus Perche. Teren. in Phorm.

Si des modò vt tacere poſſis. Verg. lib. iiii.

Si modò quod memoras factum fortuna ſequatur.

Hinc & Solummodo, Tantummodo, & Amodo, quod ſignificat poſthac. Apuleius, Vt nemo me amodo tam mane egrediẽtem ſolum videbit. Quòd ſi producta vltima ſyllaba proferatur, datiuus vel ablatiuus caſus eſt à Modus.

Modulor, penul. correp. menſuro, ſiue cũ menſura & numerorum ratione compono. Gellius. Scitè ſubtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philoſophum dicit in reperiẽda modulidaq; ſtatus longitudiniſq; eius præſtantia. Vergilius,

Carmina deſcripſi & modulans alterna notaui.

Modulus, diminutiuum à modus, & ponitur pro ipſa compoſitione & cantu, qui etiam Modulamen dicitur.

Modus, propriè rationem ſignificat. id eſt, menſuram, ſiue formam. Ratio verò iubet ne quid nimis, ſed omnia cum moderamine fiant. Vnde Quomodo & Quemadmodum dicimus, id eſt, qua ratione. Et Admodum pro ſatis, quaſi ſecundum rationem: & Propemodum, ferè, quaſi parum abſit à modo, hoc eſt, à ratione. Et Mirum in modũ, Maiorem in modũ, quaſi vltra rationem. Cõmodum, aptum, conueniẽs, quaſi cum modó & ratione. Columel. lib. ii. Eſt autem modus in ſiccando fœno, ut neq; paridum, neq; rurſus viride colligatur, id eſt, forma. Idem lib. iii. In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere, terram minutam in modum ſemipedis ponito. id eſt, menſuram. Et Modus, dicitur quantitas, vt apud eundem lib. ii. Atq; rurſus in Sole ſiccata, & mox refrigerata tex conditur: ſi maior eſt modus in horreo, ſi minor in vaſis oleariis, ſalſamentariiſq;. Interdum Modus, dicitur finis ſeu euentus. Iuuenalis,

Imponitq; modum ſapiens & rebus agendis.

Vergilius libro iiii. Aeneid.

Sed quis erit modus. Interdum dicitur tonus, qui à Græcis φθόγγος, phthongus dicitur.

Mœchor, aris, inhoneſtè per libidinem pecco, adulterium cõmitto.

Mœchus, adulter. Græci enim μοιχὸν mœcham, hoc eſt, adulteram dicunt. Plau. in Amphi. Illa illũ cenſet virum ſuũ eſſe, quæ cum mœcho eſt. Ponitur tamen pro quocũq; inhoneſte per libidinẽ peccante, à quo formatum eſt verbum Mœchor, aris.

Mœnia, à muniendo dicta. Veteres enim œ, & u, indifferenter ponebant. Et proprie dicuntur quæ vrbem cingunt. Vergilius,

Et mœnia pandimus vrbis. Nec vrbis tantum ſunt: ſed etiam munitionum, caſtrorum, & aliorum ædificiorum. Plaut. Prohibentq; mœnia alia unde ego fungar mea. Hinc fit Submœnium, quod eſt ſub mœnibus.

Mœreo, res, mœſtus, per œ, diphthon. ab μύρω. Varro tamen per æ, ab mareeo deducit: quòd corpus marceſcere facit mœror. Eſt autem Mœrere, triſtari, & dolore adfici. Vnde & cum adcuſatiuo quãdoq; conſtruitur. Cicer. Terentiæ, A te quidem omnia fieri fortiſſime & amiciſſime uideo: nec miror, ſed mœreó caſum eiuſmodi, ut tantis tuis miſeriis meæ miſeriæ ſubleuentur. Id eſt, doleo. Item deplorare. ut apud eundẽ lib. i. Tuſcu. At illa ſicut acerbiſſimam rem mœreret. Et iterum, Quum grauiter filii mortem mœreret. Inuenitur etiam Mœret impersonale cum ſignificato ſui uerbi. A' Mœreo fit Mœror, Mœſtitia, Mœſtitudo, Mœſto, mœſtas.

Mœro, ras, mœrentem & triſtem facio. Nam Mœraret. id eſt, mœrentem faceret, vetus verbum.

Mœſia, prouincia: ſcribitur cum œ, diphthon. In ea ſunt Dardani, Mœſi, & Triballi. Pontoq; cõtermini Scythæ. De hac ſupra in dictione Meſia. Hæc tamen

à multis

Mœſto,as,& Mœſtifico,as,mœſtum facio.Amb.lib.ii.Offi.:Quur non etiam,dicam,in quibus eum mœſtificare poſſem?

Moga,primum dicebatur,quæ poſtea Cappadocia,nunc autẽ Cæſarea à Cæſare,ut refert Ioſephus.

Moguntia,oppidum tranſalpinæ Galliæ.

Mola,læ,dicta eſt qua uiſ ut mole quadam frumentum,legumina,aliaq́; res terunt,quod earum moiu eò cõiecta molunt. Vnde molæ frumẽtariæ,molæ fabariæ,molæ oleariæ dicunt. Præcipuus eius uſus eſt in moletrina. Molas antiqui ab aliis aſinarias,alias à manu manuarias,à uerſãdo truſatiles adpellabant. Et Latinè quidem Mola,Græcè μύλος.vñ Amylum ſine mola factum ex tritico. In molẽdinis ſuperiorem metam,inferiorem catillum uocant. Et Mola mandibula dicitur,ſiue maxilla. Hierony. in Pſal. Molas leonum cõfringet dominus. Itẽ Mola caro informis & inanima in utero mulieris,ferri ictum & aciem reſpuens,quæ ſiſtit menſtrua ui partus. Et licet his quoq; accidat,quæ coitu utuntur quoties menſtrua uitioſa ſunt,aut ſemen uiri ad formandũ fœtum debile eſt atq; ineptũ,frequentius tamen his accidit quæ à coitu abſtinent,ſolitæ aliàs coire,quales viduæ ſunt.Fit enim quãdoq; in mulieribus tumor præter naturã,& ſemen cum ſanguine mixtum indureſcit in carnẽ:quãuis aliquando ex ſolo ſpiritu fit mola quæ mouetur natura tẽtante eam expellere. De hoc Ariſto.lib.iiii.de generatione animalium:Quum ex humore crudo conceptus ſtetit,tunc mola gignitur,idq́; in mulieribus merito aut ſolis aut maxime.Præterea Mola à molito farre,dicitur far toſtum,& ſale ſparſum,quòd eo molito hoſtiæ adſperguntur. Apud antiquos poſt glandes & arbuta uſus farris in honore fuit,ſeruatus in tantum vt ſacrificium non fieret ſine ſale & farre. Vergil.

Sparge molam. Hinc Immolo,las.

Molaris,ſubſtantiuũ,generis maſcu. dens maxillaris eſt.à mola pro maxilla deductũ nomen,quòd cibũ à cæteris dentibus cõfractũ,ipſi molũt.Et Molaris,eſt molæ fragmen. Ouid.lib.iiii.Metamor.

Aut comes inquit ero dixit,dextraq́; molarem

Suſtulit. Statius lib.iii.Theb.

Vaſteq́; ſudes fractiq́; molares.

Molaris,verò adiectiuũ,vt lapis molaris,ex quo mola fit:hunc quidam pyritem uocãt,quòd ei inſit plurimus ignis,quem pyr Græci dicunt. Vel à frumento quod pyron nominant. Eſt & aliud pyritarũ genus, ἀπὸ τοῦ πυρός.hoc eſt,ab igne:noſtri viuum vel ignarium lapidem adpellant,quoniam clauo vel altero lapide percuſſum,ſcintillas edit quæ ſulphure exceptæ,aut foliis mira celeritate ignem trahunt.

Molarius,a,um,quod ad molam pertinet. vt aſinus molarius,quo vtimur ad molam. Cato: Molarium aſinum vnum.

Molendinarius,molendini opifex.

Molendinarius,a,um,quod ad molendinũ pertinet. vt mola molẽdinaria.Paulus Iuriſcõſultus negat aſinam molendinariã ea adpellatione contineri.

Moles,res magna & magni ponderis. Vergilius,

Totamq́; infuſa per artus Mens agitat molem.

Id eſt magnitudinẽ mundi.Colu.lib.iii.India perhibetur molibus ferarũ mirabilis. Quoniã verò quæ magna ſunt,difficilia eſſe cõſueuerunt,capitur quandoq; Moles pro difficultate. Vergilius,

Tantæ molis erat Romanã condere gentem.

Et in mari Moles dicitur quoties excluditur aqua.

Accipitur & pro motu. Idem,

Inde Gyan ipſamq́; ingenti mole Chimæreã Conſequitur. Et à mouendo dicitur Moles.

Moleſta tunica,dicebatur alimentis ignũ illita et intexta qua reos in pœnã induebant. Iuuena.

Auſ. quod liceat tunica punire moleſta.

Moleſtia ſollicitudo & grauitas. inde fit cõpoſitum Præmoleſtia.Cicero li.iiii.Tuſcu.Alii metũ præmoleſtiã adpellabant.id eſt,anticipationem moleſtiæ,quaſi metus ſit præuius,duxq́; moleſtiæ futuræ.

Moleſto,as,moleſtia afficio,& quaſi molem adfero. Modeſti.Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari uolo.

Moleſtus,dicitur qui alicui grauis eſt,nec ſinit eum quieſcere.Terentius in Andria:Multum moleſtus certe fuero,atq; animo morem geſſero.

Moletrina,penul.produ.à molendo,piſtrinum olim dicebatur,quo tempore tundebantur frumenta,non molebantur.

Molimen,penul.prod. quod & Molimentũ dicitur,id eſt,quod molimur,& conatus.Hieron.contra Iouinia.:Vigilaturus ſum cuncta molimina eius quaſi inſtructam aciem contra me proponere. Siſenna:Magno tam molimẽto ac perpetuo ſono ꝓcedunt. Hinc Emolumentũ,pro vtilitate.

Molior,iris,à mouendo vel à molibus,ſignificat moueo. Liuius lib.ix.Num montes moliri ſua ſede paramus.Et Moliri,eſt vel ingenio,vel corpore ad aliquid agendum moueri. Et pro varietate adpoſiti exponi ſolet. nam Moliri claſſem,eſt parare. Vergilius, Claſſemq́; ſub ipſa

Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Moliri iter,eſt peragere. Idem, Inde datũ molitur iter. Moliri habenas,eſt gubernare. Idem,

Et manibus molitur habenas.

Moliri inſidias,eſt meditari aut tẽdere. vt li.i. Geor.

Inſidias auibus moliri,incendere vepres.

Apul.Dii mihi moliſitur inſidias.Moliri arcẽ,eſt extruere.vt,Moliriq́; arcẽ. Cuius cõtrariũ eſt Emoliri. Moliri morã,eſt moram facere. ut Vergilius,

Moliri'ue moræ aut veniendi poſcere cauſſas,

Moliri iacula,eſt iaculari. Idem,

Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca

Fulmina molitur dextra. Moliri bellũ,eſt belligerare Colu.in præfa.Qui bella molitur,armorum & militiæ gnaros adhibeat. Moliri etiam ſimpliciter poſitum,ſignificat inuenire. Plautus,Aliquid moliar quò me hoc diſcrimine liberem. Quod etiam machinari dicitur. Aliquando conari. Auguſt.lib.i. Ciuita Dei,Vir optimus,caueam theatri ſenatum cõſtruere molientem ab hac diſpoſitione & cupiditate

compeſcuit. Aliquando operari, vel facere. Cicero libro primo Tuſcula. Quarum altera quam nos incolimus ſub expoſita ad ſtellas ſeptem, vnde horriſer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Columel. lib. ii. Et ideo minoribus aratris moliuntur. id eſt, operantur. Aliquando paſſiuè Moliri, pro retardari. Lucilius libro. vii. Mutilamur, molimur, ſubiicimur. Huius compoſita ſunt Amolior, recedo. Admolior, ſuprà molior, ſiue ſuprapono. Plaut. in Aſi.

Vbi ſaxo manus iis admolitus. Demolior, deſtruo. Remolior, remoueo, & à conatu reuoco. Suetonius de Augu. Quidam confeſſus eò ſe inhibitum ac remolitum quo minus vt deſtinauerat in præcipitium propelleret.

Molitor penul. correp. qui molit, vulgò molendinarius dicitur. Molitura, apud Plinium lib. xv. ſumitur pro ipſo molendi actu.

Molleſco, is, mollis aut placatus fio. Claudia. lib. i. Dirisq́; ſeueri Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis. Hinc cõponitur remolleſco. Ouid. lib. i. Metamor. Precibus ſi numina iuſtis

Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira Deorum.

Cæſar: Vinum ad ſe omnino importari nõ ſinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remolleſcere atq; effœminari arbitrantur.

Molleſtra, pellis ouina.

Mollicies, quæ & Mollicia. Idem quod mollitudo: quamuis & in malum pro effœminatione quãq; capiatur. Salluſti. Sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes cunctamini.

Mollicina, tenuiter pducta, veſtis à mollicie.

Molliculus diminutiuũ. Ambr. li. i. Offi. Sed ut molliculum & infractum aut uocis ſonum, aut geſticorporis nõ probo: ita neque agreſtem aut ruſticam naturam imitemur. Plaut. pro tenello & delicato poſuit, quum inquit: Mollicula es.

Mollifico, & Mollefacio, is, idem quod Mollio.

Mollio, is, molliui, vel Mollio, mollitum, placo, molle reddo. Gellius, Sed poſtea quum Brundiſium aduentaremus, mollitiq́; eſſent venti maris, percunctatus ego eũ ſum quæ nam illa ratio eſſet pauoris ſui. Salluſt. Loca amœna voluptuoſa facile in ocio feroces militum animos molliuerant. id eſt, effœminauerant. Huius cõpoſitum eſt Emollio, quod eſt valde mollio. Plin. Quæcunq; emolliri opus ſit, anſerino adipe curantur.

Mollis, tener, non durus, à mouendo, quaſi mobilis, quòd in quancunq; partem facile trahi ac moueri poſſit. Quintilia. de ſignis loquens. Illius opera duta, molliora huius. Vergilius,

Quid memorem Aethiopum molli canentia lana.

Inde fit quòd cum homine iunctum modo vituperationem, modo laudem denotet. vt molle ingeniũ, quod facile diſcit. Mollis homo, id eſt, effœminatus, nõ ſeuerus, non fortis, nõ conſtantis animi. Per trãſlationem vero, quoniam ea quæ tenera ſunt pro voluntate noſtra facile tractamus, & quocũq; lubet ducimus. Mollis quãq; pro domito ſumit. Vergil.

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

Quandoq; pro facili. Idem,

Iuuat ire iugis quà nulla priorum,

Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Quandoq; pro maturo. Idem,

Sunt nobis mitia poma Caſtaneæ molles.

Vnde mollia vina, dicuntur. id eſt, defæcata, & aſperitate carentia. Quandoq; pro opportuno ac tempeſtiuo. Idem,

Sola uiri molles aditus & tempora noris.

Quandoq; pro remiſſo & eclemnendo. Idem,

Tua Mecænas haud mollia iuſſa.

Quandoq; pro ſuaui ac iucundo. Idem,

Mollesq́; ſub arbore ſomni. Quãdoq; pro placido. vnde & Mollio, Mollitudo, & Mollicies. Compoſitum eſt Præmollis, quod eſt valde mollis. Terẽ. in Adel. Paulatim plebem præmollem facio meam. Id eſt, mihi fauentem.

Molliter, placide, equo animo. Cice. Quod ferendum eſt moliter ſapienti. Aliquã ſignificat delicate. Teren. in Adel. Aedepol Syriſce te curaſti molliter.

Mollitudo, placiditas. Cicero: Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

Molluſca, nux à mollicie dicta eſt, quòd cæteris oĩbus nucibus mollior ſit. Plin. Molluſcæ putamẽ rũpẽtes. Fertur molluſcam nucem è Perſide iuiſſe trãſlatam. Fallitur Macro. exiſtimans pomũ eſſe quòd vulgò perſicum nominatur.

Molluſcum, tuber eſt arborũ quemadmodum & bruſcum. Eſt bruſcũ intortius criſpum: Molluſcũ uerò ſimplicius ſparſum, & ſi magnitudinẽ mẽſarũ caperet, haud dubiè plaſũ à ueteribus citro fuiſſet. Ce.

Molo, lis, moli, multum. & molitum, ſignificat mola tero. Cæſar lib. i. Cõmentario. Trium menſium molita cibaria ſibi vnumquenq; domo efferre iubent. Molere etiã ſubagitare eſt. vt in lib. Iudicum: Samſonem clauſum in carcere molere fecerunt. id eſt. ut tradunt Hebræi, cum robuſtis mulieribus eum coire fecerunt, vt ex illo robuſtam prolem ſuſciperent. Ambroſi. lib. Hexa. Diſcite ò viri qui alienã permolere quæritis uxorem, cuius ſerpentis ſibi aſciſcere cupiat cõtubernium, cui etiam comparandus ipſe ſerpenti ſit. Horatius in Sermo. Permolere vxorem nollem laudarier inquit. Tranſlatio ſumpta à mola. Nã qui frumentum demolitur, molaq́; ſuper catillũ eſt, circũuoluitur: ſic in patranda re venerea vir mulieri incũbit. Huius cõpoſita ſunt Cõmolo, ſimul molo. Lactantius de Opi. Cõtritos & commolitos dentibus cibos colligit, & cõglobatos vi ſua deprimit & tranſmittit ad uentrem. Emolo, perfecte molo. Ambroſius: Cogitationes exquirere & quaſi emolere muneris habẽt. Permolo, de quo paulò antè. Et hæc penultimã correptã habent.

Molochinus, color qui in purpuram inclinat. quòd maluæ flori ſimilis ſit, quaſi malachinus. Græci enĩ μολόχην, maluam dicunt. Hinc Molochinarius, molochini coloris infector, vt eſt apud Plautum. Cecilius, Carcaſina molochina.

Molorchus, dictus fuit ſeniculus Arcadicus, qui ad expugnationẽ leonis Nemæi proficiſcentem Hercu

lem ſuſcepit comiter hoſpitio: vnde leo Molorcheus adpellatur. Et huic ſeni ſacra ſolennia inſtituta quæ Molorchæa dicebantur.

Molorthus, perpendiculum, dictio Græca cōpoſita, qua ſignificatur rectū plumbū. μόλυβδος, plumbū. ὀρθός, rectus. Euphoniæ cauſſa pars dictionis primæ abiicitur, & fit molorthus.

Moloſſia, regio, pars Epiri, à Moloſſo Pyrrhi & Andromaches filio nominata. Hinc Moloſſus, a, um. Scribit Theopompus fuiſſe.xiiii. Epirotarū gentes, è quibus celeberrimi fuerunt Chaones & Moloſſi. Ouidius lib. 1. Metamorpho.

Nec cōtentus eo eſt miſſū de gente moloſſa.

In eo naſcebantur boni canes. Vergilius,

Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed vna

Velocis Sparthæ catulos, acremq́ Moloſſum

Paſce ſero pingui.

Moloſſus, pes, dictus eſt ab eius patriæ ſaltatione. Vel quòd eo metri genere odas, in templo Iouis, ad laudem canere conſueuerunt, in memoriā Moloſſi filii Pyrrhi & Andromaches, à quo poſtea feſta Moloſſia ſunt dicta.

Molothros, genus vitis albæ, quā nōnulli ampeloleucen adpellant. Cc.

Molucrum, penulti. cor. lignum quadratum, quo ueteres immolabant. Et Molucrum, quo molæ uertuntur, quod Græci μύλακον dicunt. Item tumor vētris qui etiam virginibus accidere ſolet, Molucrum uocaſ. Afranius: Virgini tam creſcit uterus, quàm grauidæ mulieri molucrum.

Molybdena, penul. ꝓdu. genus herbæ ſic dictæ, quæ plumbum (quod eſt uitium oculis) tollit, alio noíe plumbago dicitur.

Molybditis, plumbi ſpuma: ſicut argyritis, argenti. Cornucopiæ.

Momētaneus, nea, neum, quod eſt caducum, & quod facile mutatur ac deficit.

Momentarius, a, um, quod in momento fit. Ambro. Syros verò Heliſeus quos obſidentes in ciuitatē induxerat, momentaria cæcitate percuſſos, cū quo ingrederentur, videre nō poterant.

Momentum, ꝓprie ſignificat exiguam quandā mutationē, & penè indiuiſibilē, quod Græci atomon uocant. Var. Momento temporis uterq; diſceſſit. Hoc apud veteres etiā Momē dicebatur. Lucretius,

Mominc ſi à paruo poſſunt impulſa moueri.

Hinc quodcunq; minimū, poteſt momentū adpellari. Plinius, Proſunt & cōbuſtæ vt cinis earū bibatur in uino addito reſinæ momento.

Monachus, Latinè ſolitarius.

Monacris, Arcadiæ mons, quaſi ſolus vertex, ſiue ſola ſummitas.

Monarcha, vel Monarches, vnicus omniū princeps.

Monarchia, cū accētu in antepe. vnius principatus.

Monaſterium, ſolitudo.

Monaulos, tibia ſimplex. μόνος enim ſolos: & αὐλός, tibia.

Monedula, auis ex graculorū genere: quaſi monetula, quòd monetas ſurripiat. Huic enim aui furacitas argenti atq; auri præcipue eſt.

Moneo, es, monui, itum, ſignificat ſcientē, ſeu memorem facio. Plaut. in Pleu. Ad hoc volo monere te, monēdus ne me moneat. inde Monitor, qui monet quid ſit agendū, vt debet bona & vera amicitia. vñ Xenophon de miſeria tyrrannorū. Οὐ μὴν δὲ λέληθεν οὐδὲ τὰς πόλεις, ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν & ἥδιστον ἀνθρώποις ἐστίν. id eſt, Neq; ciuitates latuit, quòd amicitia maximum bonum & ſuauiſſimum hominibus eſt.

Moneta, dicta eſt quòd nos ſigni impreſſiōe, vel autoris uel precii moneat. Quo etiā nomine dicta eſt Iuno. Cice. lib. i. de Diui. Poſt cladē illā maximam à Senonibus Gallis factā, audita vox ex arce Iunonis fuit, ex quo Iuno illa adpellata Moneta eſt.

Monetalis, & hoc Monetale, qđ ad monetam pertinet. Apule. de Aſi. Plotina precioſiſſimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta. Et Monetales triumuiri dicti ſunt (ſicut ſcribit Pōpo. iuriſcōſultus) æris, argenti, auri flatores.

Monetarius, qui monetā cudit. Firmicus, Habentes horoſcopum ſub ſigno erunt monetarii.

Monile, penulti. ꝓduct. ornamentum gutturis, quod ſolet de collo uirginum pendere, & Græcè ὅρμισκος nuncupatur, inquit Hieronymus: Dictum quòd virtutes admoneat. Nam primò ob aliquod egregium factum dari ſolebat. Ouidius in faſtis,

Dat digitis gēmas dat lōga monilia collo.

Sed nō ſolum hominū, verū etiā equorū pendens à collo Monile vocatur. Vergilius de eqs Latinis

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.

Gellius: Equitatū ſi enis Ephippiis, monilibus, phalerisq; præfulgentē. Monile etiam ſegmentū diciſ, qđ quibuſdā bracteolis quaſi præſegminibus conſtet. Hier. tamē in Eſaiam vult eſſe Monile genus ad omnia ornamenta mulierum, qui inquit: Monilia vno ſermone omnia ornamenta ſignificant.

Monitio, quæ fit ante commiſſum: obiurgatio poſt turpe factū. Cice. lib. iii. Offi. Habēda rō & diligentia eſt: primū, ut monitio acerbitate, deinde obiurgatio cōtumelia careat. Interdū monere & inuitare eſt: ſicut inuitantur amici ad cœnam. Teren. Sed ut diei tempus eſt, monere oportet me hunc uicinum Phaniam ad cœnam vt veniat. Interdum attendere, ſeu inſpicere. Auguſt. Admone diligenter iudex crudelis ſepulchrū, adiice cuſtodias militū, manda vigilias: vt ꝓbes mortuum, quem noluiſti cognoſcere viuum. Cōſtruitur nōnunquam cum duobus adcuſatiuis. ut, Moneo te hoc. Modò cum ablatiuo. Teren. in Andr. Habeo pro illa re, illum quo moneam ꝓbe. Modò cū genitiuo. Vale. Maxi. Ab eo quòd ꝓximæ ſolutæ à ſe legis ſuæ admonitus. Cōpoſita ſunt. Admoneo, Cōmoneo, Præmoneo, & Submoneo, qđ eſt latenter moneo. Terentius in Eunu. Tſic ad eam ſubmonuit me Parmeno.

Monitorius, a, um, qđ monet. vt liber monitorius.

Monitus, us, pe. cor. & Monitio, idem ſignificant.

Mōna, inſula Angliæ, ſeu Britāniæ, quæ (teſte Corn. Tac.) incolis eſt valida, & receptaculum prefuga

num. Eſt & eiuſdē nominis inſula in Rheno fluuio, Friſiæ proxima, Dion hiſtoricus. Ἐτύχον γὰρ ἄναρχοι ὄντες διὰ τὸ Παυλῖνον τὸν ἡγεμόνα σφῶν ἐς νῆσόν τινα Μόναν τῆς ἀγχοῦ Βρεττανίας κειμένην ἐπιστρατεῦσαι· διὰ τοῦτο πόλεις δύο Ῥωμαϊκὰς ἐξεπόρθησαν καὶ διήρπασαν. id eſt, Principe carebant, propter quòd Paulinus eorum dux in inſulā Monnā, quæ propè Britanniā ſita eſt, exercitum duxiſſet. Itaque vrbes Romanæ ditionis duas vaſtauit, diripuit.

Monobeli, dictio Græca, qua ſignificantur hi q longum habent obelum, hoc eſt, veru. Apud Lampridiū in vita Heliogabali, legimus monobeles vocari q ſolo obelo, hoc eſt, longitudine conſpiciendi ſunt.

Monoceros, otis, & Monoceron, ontis, ce, ſyllaba correp. animal vnicum cornu gerens, qui & vnicornis adpellatur, habet equinum corpus, caput ceruinum mugitu horrido.

Monochordium, vnius chordæ, non quòd vnā chordā, ſed quòd omnes chordas vnius vocis habeat, niſi panniculi nexu diſtinguantur. Cc.

Monocoros, Græci dicunt ſemel tinctas veſtes ſaturatasq; purpura.

Monoculus, qui vnum tantum habet oculum. Monoculos in India naſci tradunt, ſingulis cruribus: qui ſe à calore defendunt plantarum magnitudine.

Monodia, cū accentu in pen. lugubris cantus q fit à præfica in defunctorum funeribus, quaſi vnius cantus. Nam ceteris flentibus ſola præfica canit. huiuſmodi cantus etiam nenia dicitur.

Monodos, pen. cor. Pruſiæ filius, qui dentiū loco os vnū continuū habuit. ὀδοὺς enim dens. vnde Monodos, qua ſi vnicus dens, quemadmodum Pyrrhum Epirotarum regem habuiſſe. Plin. refert.

Monœchus, cum œ, diphthon. portus et ſtatio quædā Liguriæ ab Albinga oppido diſtans ſtadiis quadringentis & octoginta. A Monœci portu uſq; in Thuſciam vniuerſum littus continuum omnino ſine portu eſt, exceptis quibuſdam paruis ſtationibus ad iactandas anchoras, nec eſt multarum aut magnarū capax nauiū. Cōponitur ex μόνος & οἶκος, domus, quaſi ſolo domus. Et dicit̃ portus Herculis, qa teſte Seruio pulſis aliis, illic Hercules ſolus habitauit, vel quòd in eius templo alius Deorum non colitur.

Monogamus, penultima correpta, vnius vxoris vir. Vnde & Monogamia. Hiero. Quàm ſancta ſit monogamia, hinc oſtenditur quòd digamus in clerum eligi non poteſt.

Monogrāmi, dictus ſunt homines macri, ꝑtenues, ac decolores. Tractū à pictura q̄ priuſquā coloribus corporetur, fingitur lineis. Proprie Monogrāmos dicitur pictura linearis.

Monologion, ſermo vnius rei.

Monomachia, ſingulare certamen. μόνος, ſolus, μάχη pugna.

Monomachus, gladiator, qui ſolus cum ſolo pugnat.

Monophagia, victus ex vna re.

Monophthalmus, luſcus q vnū habet oculū. Græcè, μονόφθαλμος.

Monopodium, dicitur menſa vnico tantum pede ſubnixa.

Monopolium, dicitur quū penes vnum aliquem, vendendi poteſtas eſt. ἀπὸ τοῦ μόνου καὶ πωλέομαι, vendo. hoc fit quum vnus ſolus aliquod genus mercaturæ vniuerſum emit, vt ſolus vendat, precium ſuo modo ſtatuens. Quod genus hodie in multis rebus ſeruatur: vt in corallis Aphricæ apud Hipponē, alumine in Sicilia, & Hetruria, vuis paſſis in Achaia, bitumine in Iudæa, quod quia Græci aſphalton vocant, omne monopolium vulgò aſphaltum dicitur. Plau. Habes murrham & calamum, potes monopoliū inſtituere. Legimus apud Iuſtinianum monopolia nō eſſe intromittenda, quoniam non ad cōmodū reipublicæ, ſed ad labem detrimentaq; pertinent.

Monoptoton, pen. corr. vnius caſus. Habet enim vnā vocē per omnes caſus. Aptoſis, ſine caſu, habet enim ſolum rectum.

Monas nadis. Latinè vnitas. Ambr. ad Iuſtum: Vnde nec numerum monada, ſed elementum numeri quibus cura eſt adpellauerunt.

Monoſceli, homines Indici ſingulis cruribus. σκέλος enim crus dicitur, qui & ſciapodes vocantur, quòd in maiori æſtu humi iacentes σκιᾷ ποδῶν, hoc eſt, vmbra pedis ſe protegant.

Monoſtylon, pen. cor. vnius columnæ, στῦλον enim columnam Græci dicunt.

Monotropos, ſolitarius, vnius moris, ſolus.

Nonoxylon, nauigium ex ligno integro Græcè μονόξυλον.

Mons, terræ tumor altiſſimus, ab eminendo quaſi eminens dictus: propter quòd omne qd eminet, mons dici poteſt. Vergilius,
Præruptus aquæ mons. Sumit̃ quoq; pro ſaxo. Idē:
Prenſentemq; vncis manibus capita aſpera montis.
Ferro inuaſiſſet. Sic aliquando ſaxum pro mōte, vt apud eundem: Saxi de vertice paſtor.
Hinc Septimontium, locus qui habet ſeptē montes.

Monsferratus, regio Italiæ, cuius fines ſunt, hinc Padus, inde Apenninus. Et Tartarus amnis ex ſuperiori parte, montes proximi Moncauerio, vbi Pedemontium incipit.

Monſtrificus, qui monſtra dicendo vel faciendo demonſtrat. Plinius: Inuenta in his & ratio inſerendi, monſtrificis hominum ingeniis.

Monſtro, as, oſtendo, declaro, quaſi pro monſtro do. Teren in Adel. Scio vbi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. Huius compoſita ſunt Cōmonſtro, Demonſtro, & Præmonſtro.

Monſtrum, à monſtrando dictum eſt, quòd aliquid ſignificando demonſtret. Cicero de Natura Deorū: Monſtra prædictiones & præſentiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea quæ futura ſunt portēdi, prædici. Ex quo illa oſtēta mōſtra, portenta, prodigia dicuntur. Vergil tamen Polyphemum vnoculum monſtrum horrendum ingens adpellauit. Et ſic quicquid eſt natura deforme, hoc eſt, præter naturam, aut, deficit, aut excedit, monſtrū & res monſtroſa eſt. Teren. in Eunu. Quid iſtuc nā monſtri fuit? Donat. Monſtrum, eſt omne contra na

turam, ſi igitur eunuchus eſt, & viſiauit virginē. contra rerum naturam factum eſt. Oſtentū, quod oſtendat, Et in corpore quandoq;, ſicut martyres, quandoq; in animo: ſicut Solomon, qui infatuatus eſt ob amarem fœminarum, quandoq; etiā in rebus. Et hi omnes vt oſtēdāt & exemplo eſſent aliis. Salu. in Iugur. Sed quoniā eò natus ſum vt Iugurthæ ſcelerū oſtētui eſſem. Quandoq; Monſtrum ponitur pro monſtratione. vt apud Vergiliū, Monſtra Deum refero.

Monſtruoſus, a, um, & Monſtroſus, a, um. Luci. lib. i. Monſtroſiq; hominum partus.

Montanus, a, um, quod eſt ex monte. vt montani, imbres.

Monticulus, diminu. paruus mons. Dicitur & Monticellus.

Montigena, in monte genitus.

Montiuagus, pen. cor. qui per montes vagatur.

Monto, as, idem eſt quod aſcēdo. Augu. lib. ii. de Miſ. ſacræ ſcripturæ: Moles quæ de fontibus augebatur, ſurſum in aere montabat. Et infra. Sed & hoc non ne humana diligentia ſæpe efficit, vt ab oppoſitis vallibus aquas in excelſum montare, & ad fontes redire offenſas compellit.

Montoſus, a, um, vbi ſunt multi montes. vt montoſa regio non montuoſa. Plin. Naſcitur in montoſis & aſperis aliquando & herboſis. Vergil. lib. vii. Et te montoſæ miſere in prælia Nurſæ.

Monumentum, dicitur quicquid nos monet, ſiue monere poteſt, quid ſit illud in quod intēdimus. vt titu li, ſepulchra, ſtatuæ, faſta, porticus, carmina, hiſtoria, documenta doctrina, libri, cæteraq; quæ nos alicuius rei præteritæ moneant. Vnde Cicero ad Cæſarē: Sed ego quæ monumenti ratio ſit nomine ipſo admoneor, ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quàm ad præſentis temporis gratiam. Florētinus iuriſconſultus ſic ſcribit: Monumentum generaliter eſt res memoriæ cauſſa in poſterum prodita, in quam ſi corpus vel reliquiæ inferantur, fiet ſepulchrum. Si uerò nihil eorum inferantur, erit monumētum, memoriæ cauſſa factū quod Græci cenotaphiū adpellant. Varro: Monumenta à monendo, quæ ſunt in ſepulchris. Et ideò ſecundū uiam, quo prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. Ab eo cætera quoque ſcripta ac facta memoriæ cauſſa, Monumenta dicta. Vergilius,

Quem candida Dido
Eſſe ſui dederat monumentū & pignus amoris.

Monycus, penultima correpta, unus fuit centaurorum, de quo Iuuenalis,

Quantas iaculetur Monycus ornos. Componitur ex μόνος ⁊ ὄνυξ, hoc eſt ſolus & unguis, quòd pedē inſtar equi habuerit. Eſt enim epitheton equorum, qui ſolidas ungulas habent.

Monyma, pen. cor. Mithridatis uxor, quæ in deſperatione rerum profligatarum detractum è capite diadema, illud collo circunligaſſe traditur, ſeſeq; ſuſpendiſſe. Et quum corporis pondere laqueus ille diruptus eſſet, dixiſſe, Execrandum diadema, neque in tam triſti miniſterio mihi profuiſti, mox q; quum ſuper illud humi à dictum inſputaſſet, eunucho regio iugulandam ſeſe obtuliſſe.

Mopſopia Attica, regio, à Mopſopo rege ſic dicta, ut autor eſt Strabo.

Mopſus, nomen proprium uiri uatis, qui (ut Pomponius Mela refert) in finibus Pamphiliæ Phaſelim vrbem condidit. Fuit & alter Mopſus Lapita. id eſt, Theſſalus (ut Strabo ſcribit lib. ix) qui fuit Ampicis & Chloridis filiæ Orchomeni filius. Alius fuit cum quo certauit Calchas, de peritia diuinādi, Apollinis filius.

Mora, expectatio, temporis dilatio. Plautus: Cui mora ſemper obfuit, diligentia profuit.

Moracea, nux dura dicitur. unde Moracillū, hoc eſt, dumuſculum. Cc.

Moralis, ad morem pertinens. Vnde ſciētia moralis, quæ de moribus tractat.

Moramentum, idē quod mora. Apuleius in Floridis: Hiſce igitur moramentis omnibus, qui volunt equitari aduectorem ſibimet equum deligunt.

Moratus, qui bonis moribus præditus eſt. Plautus in Aulu. Dum mihi morata veniat dotata eſt ſatis. Terētius in Hecy. Sed quid mulieris vxorem habes, aut quibus moratam moribus. Eſt & participium ſine uerbo.

Morbidus, a, um, quod eſt morbo infectum, idem ſignificat Morboſus.

Morbificus a, um, quod morbum infert.

Morbus, eſt habitus cuiuſq; corporis contra naturā, qui uſum eius faciat deteriorem, aliàs in toto corpore, aliàs in parte accidere ſolet. Totius corporis morbus eſt, veluti phthiſis & febris, partis autem, ueluti cæcitas, aut pedis debilitas. Et apud Iuriſcōſultos ſcriptum eſt, Morbum & uitium diſtare, quòd Morbus temporalis ſit imbecillitas & ſanari queat: Vitium, perpetuum impedimentum. Cicero lib. iiii. Tuſcul. ait morbum eſſe totius corporis corruptionem, ueluti febris eſt uitium, quum partes corporis inter ſe diſſident. Ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. Morbi in anima, dicuntur vitia inueterata, & dura, ut eſt auaritia, ambitio.

Mordax, qui mordendo lædit, uel qui aliis detrahit, à quo Mordacitas.

Mordeo, des, momordi, & morſi, ſum. Luca.

Exhibuit primus chalibem frænosq; momordit.

Plautus in Trinu. Ni fugiſſem, inquit, medium credo præmorſiſſet. Eſt autem Mordere dentibus lædere. Per tranſlationem uerò ſignificat detrahere, pungere. Cicero Appio: Neq; non me tamen mordet aliquid quomodo ea tuear quæ mihi tuenda ſunt. Cōpoſita ſunt Admordeo, ualde mordeo. Vergilius lib. ii. Georgicorum: Duriq; uenenum
Dentis & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.

Commordeo, ſimul mordeo. Demordeo, morſu decerpo. Immordeo, morſu infigo. Obmordeo, circūmordeo. Præmordeo, antemordeo. Remordeo, crucio, ſollicito. Vergilius,

Quando hæc te cura remordet.

Proprie tamen Remordere, eſt illum à quo quis eſt

morſus,mordere. Lact.lib.vi. Sed quia ipſe caninā facundiam(ſicut Salluſt.ab Appio dictum refert) exercuit,voluit hominē canino modo viuere, ut remordeat laceſſitus.

Mordicibus,pro morſibus.Plautus Aſini me mordicibus ſcindant.

Mordico,cas,pen.cor.dolorem adfero, périnde ac ſi morſu lederem.

Mordicus,pen.cor.aduerbium ſignificat mordendo. Plautus in Curcu. Manum arripuit mordicus. Idem: Iandudum oportuit naſum ademptū mordicus. Aliquando ſignificat ſtrictim, & quaſi morſu ac dente. Sueton.in Cæſa. Ne libelli quos tenebat madefierent,paludamētum mordicus trahens ne ſpolio poriretur hoſtis.

Moribundus,moriens.Cc.

Moriger,penult.correp.obediens.

Morigeror,morem gero,obſequor, & quaſi ad alterius uoluntatem mores trāſformo. Teren.in Adel. Si aduleſcēti eſſet morigeratus. Inde Morigeratio, & Morigere,aduerbium,dicitur,& Morigerus.

Morini,populi ſunt in finibus Ambianorum,& eorū vrbs Morinum,quam vulgari verbo Terram vanam adpellant. Verg. Extremiq́. hominum Morini.

Moriones,ſtulti. Auguſtinus ad Hieronym. Quidam tantæ ſunt fatuitatis, vt nō multū à pecoribus differant,quos moriones vulgò vocant.

Morior,eris,& iris,quarti ordinis. Oui.li.iiii.Meta. At ſtrepitum mortemq́; timens,cupidusq́; moriri. Significat mori, vita decedere. Cuius præteritum eſt mortuus. Vnde Auguſtinus lib.xiii.Ciui.Dei,Nō importune neque incongrue arbitror dicere,& ſi nō humana induſtria,iudicio fortaſſe diuino,ut hoc verbum quod eſt moritur,in Latina lingua, nec Grammatici declinare potuerint, ea regula qua cætera talia declinantur. Nanque ab eo quod eſt oritur,fit verbum præteriti temporis ortus eſt, & ſi qua ſimilia ſunt,quæ per præteriti temporis participia declinantur,ab eo verò quod eſt moritur, ſi quæramus præteriti temporis verbum reſponderi ſolet, mortuus eſt,u,litera geminata. Sic enim dicitur Mortuus quomodo fatuus,arduus,carduus, conſpicuus, & ſi qua ſimilia,quæ non ſunt præteriti temporis. Sed quoniam nomina ſunt,ſine tempore declinantur. Illud verò quaſi vt declinetur,quod declinari non poteſt, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Conuenienter ergo factum eſt, vt quemadmodum id quod ſignificat,non poteſt agendo,ita ipſum verbum non poſſet loquendo declinari. Cōpoſita huius verbi ſunt Commorior,ſimul morior. vt illud: Et ſi oportuerit me commori tecum,nō te negabo. Demorior,Emorior,Intermorior,& Præmorior.

Morologus,pen.corr.qui in ſermone moroſus.id eſt, moleſtus eſt. Vnde & ſermones huiuſmodi dicuntur Morologi. Plautus: Nec moleſtum eſſe ſermonibus morologis vti. μωρὸς enim ſtultus, λόγος, ſermo. Plautus in Perſa, Morologus fio. ſcilicet ſermone ſtultus fio.

Moror,raris,expecto. Plautus: Nihil moror iſtas magnas dotes dapſiles. hoc eſt, nihil curo, nō expecto. Et Morari,eſt detinere, retardare. Quint. Quid me adhuc pater retines,quid moraris abeuntem? Plaut. in Epid. Nihil ego te moror. id eſt,differo, vel expectare facio. Item Morari,manere. Hier. Quanto ſtudio & amore contenderim, vt pariter in eremo moraremur. Item hærere,dubitare. Vergilius, Quid ue moror ſi omnes vno ordine habetis Achiuos. Et in aliis ſignificationibus habet primā correptā. Morari vero prima produ. ſignificat inſanire, quod oſtendit Suet. ſcribens ſolitum eſſe dicere Neronē, deſiſſe. Claudium inter homines morari. nam Græci μωρὸν,ſtultum vocant & fatuum. Videbatur dicere Claudium deſiiſſe manere & viuere inter homines, quum intelligi vellet eum deſiiſſe per mortem delirare & deſipere, q viuus delirauerat. Sic Plau. in Trin. Amor mores hominū moros & moroſos efficit. Cōpoſita à Moror ſunt Cōmoror, quod eſt maneo, & firmam habitationem habeo. Lact. li. vii. Cuius poſteri quū diutius in Aegypto cōmorantes in magnā frequentiam creuiſſent. Ambroſius verò de ſanctis Geruaſio & Prothaſio poſuit pro abſtinere, ceſſare, vt inquit. Hortor vos & moneo, vt à Deorū noſtrorum iniuriis cōmorantes,ad immolandum eis deuote ſtudeatis īſiſtere. Demoror, Immoror, morā traho. Lactan. lib. ii. Sed vereor ne ſi fuero in propoſito ſine reium cōtrariarū diutius immoratus. Remoror. Et habent penulti. corruptam.

Moros,Græcè, Latinè ſtultus. Plaut. in Trin. Amor mores hominū,mores & moroſos efficit. Vnde per annominationem mores mori dicuntur ſtulti, fatui. vnde Moriones nominantur.

Moroſus,curioſus,diligēsq́; qui nimis exacte omnia fieri expoſcit. Porphyrio: Ille eſt Moroſus,qui multorum morum inter ſe cōtrariorum eſt. Vnde ſenectus moroſa. Autor Seneca eſt, moroſum genus iracundiæ eſſe delicatum. Nam quando res penè nulla animo hominis cuncta faſtidientis ſatisfacit, ea proprie Moroſitas eſt. Cicero libr. i. de Orato. Vſque adeò moroſi ſumus, vt nobis nō ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. Suetonius de Cæſare: Circa corporis curam moroſior, vt nō ſolum tonderetur diligenter, ſed etiam velleretur. Et à more deſcendit, cuius prima producitur.

Morotis,& Moroſis perdelirium & inſania, quotieſcunq; ex ſomnifico grauamine reſipiſcentia nō datur ad mentem, hæc enim nō modo memoriā; ſed vſum quoq; rationis intercipit.

Morphnus,aquilæ genus, ab Homero percnum vocatum: quidam etiam plancum vocant. Cc.

Morphoſis,pen.produ. Latinè dicitur mutatio. Inde Morphera. infirmitas quæ colorem mutat. Et Metamorphoſis,tranſmutatio.

Mors,ab emerita iam vita, hoc eſt, iam acta & abſoluta nominata, & Mortui quaſi emeriti adpellantur quòd ad mortali hac malitia abſoluti, quaſi veterani quietiorem iam ſtatum ſint adepti. Alii à Græca trahunt, hoc eſt, ab μέρος, quod ſortem, partem, mortemq́; ſignificat, moros autē à μόρον deſcendit, quo

verbo partiri ac ſeparari ſignificatur. Nã quid aliud eſt Mors, quàm animæ à corpore ſeparatio? Cic. li. i. Tuſcul. Sunt enim qui diſceſſum animæ à corpore putent eſſe mortem? Plato definit mortem ſic. θάνατ⁹ ἐστι ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. hoc eſt, Mors eſt animæ corporiſq; diſſolutio. Mors etiam Dea à gentibus putata eſt quæ mortuus poteris eſt. Hãc Cicero noctis & Erebi filiam fuiſſe ſcribit. Salluſtius, In ſcopulis mors ſæua ſedet. Repetitur & in pluralii plinius epiſtola. 169. Confecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam, & quidem iuuenum. Plinius de natu. hi. lib. xili. cap. xxi. Qua in domũ illata, diſficiles partus fieri produnt, morteſq; miſeras.

Morſicatim, ſignificat mordendo. Varro: Sicut pulli incedunt, & in bellis morſicatim ludunt.

Morſiuncula diminutiuum, paruus morſus. Plautus in Milite: Cõpreſſione arctæ amantium cõparatæ teneris labellis molles morſiunculæ.

Morſus, a, um, participium. Plinius: Datur morſis a rabioſo, ne rabidi fiant.

Morſus, us, nomen modo pro dentiũ læſione, modo pro maledicentia ponitur : & Morſus eſt qui Græce dicitur ſcõma, quoniã figuratus eſt. Sæpe enim fraus de vel vrbanitate tegitur vt aliud ſonet, aliud intelligat. Idem ſignificat Morſio.

Mortalis, qui morti ſubiectus eſt. cuius cõtrarium eſt Immortalis. vt Deus immortalis.

Mortam, vnam eſſe ex parcis dicunt, quòd qui naſcũtur ante tempus, vel poſt tempus, quaſi mõſtra habeantur. Parcas autem Latini Nonam, Decimam, & Mortam vocitarunt. Cc.

Mortarium, vas in quo res quæ reſoluendæ ſunt, piſtillo teruntur. Plaut. in Aulu. Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Cuius diminutiuum eſt Mortariolum. Hieronymus in Numeris: Ponent cum eo turibula mortariola, cyatho. & cæteres ad vina fundenda. Eſt & Mortarium, lacus & conceptaculum, in quo calx ſiue intrita ſubigitur, ſeruatur'ue : quæ loca etiam plebi hodie Mortaria adpellantur, vt eſt apud Plinium lib. xxxvi.

Morticinam, carnem, dicimus animaliũ, quæ nõ ſunt mactata: ſed per ſe mortua. plin. Sola hæc auis in eo genere morticinam carnem nõ attingit. Varro, Morticinæ ouis nõ patiuntur veſci carne.

Morticini, claui dicuntur pedum, q; veluti morticina caro ſit.

Morticinum. pen. prod. exangue, corruptum.

Mortiferus, a, um. penultima correpta. quod mortem adfert. Columella libr. vii. Et etiam mortiferus ſerpentis ictus.

Mortuale, quod ad mortuos pertinet. Plautus in Aſi. Hæc ſunt nõ nugæ nõ enim mortualia. Vnde Emortualis dies, in quo quis eſt mortuus : ſicut natalis, in quo quis natus eſt. Idem, Certũ eſt enim hunc emortualem facere ex natali die. Mortualia etiam dicunt quæ mortua ſunt.

Mortuum mare, dicitur quia nihil viuum gignit. Lacus eſſe Syrie in prouincia Pentapoli, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo graue ſubmergitur. Ideo Aſphaltus vocatur, quòd omnia in eo tuta ſint. Græcè ἄσφαλος. tutamen dicitur.

Morula, diminutiuum. Auguſtinus libro. xi. Cõfeſſ. Quero quoniam dies dicitur non tantum morula Solis ſuper terram, ſecundum quod aliud eſt dies, aliud nox.

Morus, arbor, Morum fructus à mora. id eſt, tarditate, vt quidam putant. Nam poſtrema omnium arborum morus floret propter quod prudẽtiſſima arbor dicitur, quæ lædi ſe à frigore nõ ſinit. Sunt tñ qui à Græco id nominis deriuent. μαῦρον enim nigrũ dicitur. Mora quoq; in rubis ſunt, ſed multũ ab his differentia. Colu. lib. iii. De primo, morum ab idibus Februariis, vſq; in æquinoctium vernale recte feres.

Mos, moris, eſt vitæ inſtitutum, cõſuetudine firmatũ. Varr. ait Morem eſſe inſtitutũ animi, quod ſequi debeat cõſuetudo. Interdum ſumitur pro cõſuetudine adprobata, quæ habetur pro lege. Interdũ in malũ. Nam & boni & mali mores dicuntur. Plaut. in Trinum. Nam hic nimiũ morbus mores inuaſit bonos, ita plerunq; omnes iam ſunt intermortui. Sed dum illi ægrotãt, interim mores mali quaſi herba irrigua ſuccreuerunt vberrimè. Hinc fit Moratus, Moralis, Morigeratus, & diminutiuũ Moſillus, paruus mos, quo Cato vſus eſt.

Moſchatula, pira dicebãtur à moſchi odore, eſt enim Moſchum ſanies animalis, quã eodem nomine Arabes adpellant. Cc.

Moſculus, vitulum & ſtirpem ſignificat.

Moſcus, regio eſt Aſiatica ppè Phaſim fluuiũ, & ea regio eſt tripartita, vnam Colchi, alteram Hiberes, & tertiam Hermenii inhabitant.

Moſes, ſis, & Moſi, ſicut & Achilles, lis, Achilli, nomẽ inclyti Iudæorum ducis. Iuuenalis,

Tradidit arcano quæcũq; volumine Moſes. Arator, Nõ hec ieiunia Moſes Cõdidit. Et interpoſito ypſilo, Moyſes dicitur, quod habetur in frequentiori vſu. Sedulius, Quid quòd & Heliam & clariũ videre Moyſem. Scribit Ioſephus ex euentu rerum nomen ei impoſitum fuiſſe. id eſt. ex aqua ſaluatus, eò quòd de flumine ſit ſaluatus. Moy Aegyptii aquam dicunt, ſes uerò ſaluatus. Dicitur & Moſeus, Moyſeus q;.

Moſini, populi Aſiæ uerſus Septentrionem, qui (ut Põponius libr. i. refert) turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant, ppatulò veſcuntur, promiſcue cõcumbunt, & palàm reges deligunt, vincuiſq; arctiſſima cuſtodia tenent.

Motabilis, qui frequenter mouetur. Hieronymus in Gene. Creauit Deus omnem animam viuentem atq; motabilem.

Motacilla, auis quæ ſemper mouet caudã: uulgò canda tremula dicitur.

Motiuus, a, um, quod mouetur & nõ permanet. Donatus in expoſitione Andriæ : A re nihil eſt pprĩũ, à perſona cuiquam pprium, perpetuum, nõ temporale, ac motiuum.

Moto, motas frequentatiuum. Vergilius,

Siue ſub incertas zephyris motantibus vmbras,
Siue antro potius.

Motus,ta,tum,participium. Vergilius,
Sed motos præſtat componere fluctus. Motus, tus,ipſa motio.vnde fit terræ motus.

Moueo,ues,moui,motum, notæ ſignificationis. Cæſar,Poſtero die caſtra ex eo loco mouent.Per tráſlationem Mouere ponitur pro excludere. Cicero lib. iii. Offic.Quid ergo,non'ne nocet,qui quodá quaſi veneno perficiat,vt veros hæredes moueat, In eorũ locum ſuccedat. Mouere animum, eſt inducere, allicere. Vergil.lib.iii.Georgico.
Non umbræ altorũ nemorũ,non mollia poſſunt
Prata mouere animũ. Seruius, Mouere animum, in ſuum deſyderium illicere. Mouere tragœdias, ſignificat verbis rem atrocẽ & indignã efficere:quale eſt opus Tragicorũ,de rebus atrocibus ſemper mœſtisq́; loquentium. Sicut econtrariò Comœdias agere,pro ridicule,ac dicaciter loqui. Compoſita huius verbi ſunt Amoueo, Admoueo, quæ ſunt contraria. Vide in dictione Amoueo. Commoueo,Dimoueo, diuerſe ſiue diuiſim moueo. Terentius in Adel. Caue nunc oculos à meis oculis quoquam dimoueas tuus. Lactan.lib.vii. Quum diſcuſſis fluctibus,& in vtranq; partẽ dimotis,per ſiccum populus graderetur. Emoueo,extra moueo.Idem lib.iiii. Hominũq́; mentes emotas & malis incurſibus furiatas, in ſenſus priſtinos reponebat. Promoueo,vehementer vltra moueo,prolongo,vltra eo. Terent.in And. Ehò tu impudens non ſat habes quòd tibi diecula addo quantum huic promoueo nuptias.id eſt,prolongo. Permoueo,valde moueo. Salluſtius in Iugurtha. Exiſtimans Adherbalẽ dolore permotum, iniurias ſuas vindicaturũ manu. Demoueo, deorſum moueo. Liuius libro ſexto, Quátum Romana ſe inuexit acies, tantũ hoſtes gradu demoti. Remoueo,alieno,de ſecedo tollo. Lactã.lib.iii. Ab eiuſmodi quæſtionibus ſe remouit. Liui.libr.ii. Hunc tu(inquit) Luci Tarquini remoue metum.id eſt,aufer. Cicero Catoni: Si quiſquàm fuit vnquàm remotus ab inani laude & ſermonibus vulgi,ego profecto is ſum.id eſt,alienatus. Idem Tyroni: Accepimus conditiones:ſed ita,vt remoueat præſidia ex his locis quæ occupauit. id eſt,aliò mittat. Semoueo,ſeorſum moueo. Plaut. in Aſi.Culpa tua iſtæc,quæ diſcipulum ſemidoctũ abs te ſemoues. Terent.in Andr. Iam fermè moriens me vocat:acceſſi,vos ſemotæ,nos ſoli. Summoueo,clàm, ſiue ſubtus,vel à longe moueo.Columel lib.primo. Quum liceat vel cauere ne talis perficiatur negotiatio,aut iam præpoſitus ut ſummoueatur curare. Idẽ lib.v. Fructusq́; ſummotos à terra minus putreſcit. id eſt,de longè poſitus.

Mox,aduerbium ſignificat ſtatim. Terentius in Phormio Expecto quàm mox ueniat. Idẽ ſignificat paulopòſt uel poſtea.Cicero lib.i. de Oratore, Verum illa mox, nunc de ipſa exercitatione quid ſentias quærimus.

M ANTE V.

MVceo,ces,mucui,mucidus ſum.à quo Muceſco, mucidus fio.Pli.lib.xviii.Iterumq́; exporrigi in Sole ſuper lintea,quod niſi æſtiuato peragatur, ſurdo colore muceſcere.Cato de Re Ruſtica, Vini ſingulæ vrnæ dabuntur:quod neq; aceat,neq; muceat.

Mucidus,a,um,penul.cor.quod mucorẽ. hoc eſt,muſam habet. Iuuenalis,
Neque enim omnia ſuſtinet vnquàm
Mucida cærulei panis conſumere fruſtra.

Mucor,lanugo,quæ diutino ſitu contrahitur:quem admodum in pane, carne, aliisq́; huiuſmodi fieri videmus.

Mucro,proprie cuſpis & acumen enſis, ac telorum. Apul.Circulatorem aſpexi equeſtrem,ſpatham præacutã infeſto mucrone deuoraſſe. Seneca ad Lucil. Gladium bonum dices non cui deauratus eſt baltheus,nec cui vagina gẽmis diſtinguitur :ſed cui ad ſecandum ſubtilis eſt acies, & mucro munimentum omne rupturus. Improprie ponitur pro enſe. Sicut tectum pro domo dicitur, & de aliis rebus pro illo ſummo acumine. Vnde apud Plinium herbarũ mucrones dicuntur.

Mucronatus,a,um quod eſt acutum, & ad mucronis ſpeciẽ formatũ Plinius lib.xxxii.ſcribit inter piſces xiphii id eſt,gladium roſtro mucronato eſſe, à quo naues perfoſſæ merguntur in Oceano.

Muccus,narium humiditas,& craſſior pituita. Catullus, Muccus & mala pituita naſi.Hinc Muccoſus, q eſt mucidus,mucco plenus,vel à muco læſus.

Mugil,& Mugilis,pen.correp. genus piſcis capitoſi. Græci à capite cephalon adpellant,qui omnium piſcium ſquamis intectorum uelociſſimus eſt,adeò ut tranſuerſo nauigia interim ſupernatet.Huius natura eſſe fertur quòd abſcondito in metu capite, totum ſe occultari exiſtimat.

Muginor,pen. cor.murmuro. Lucilius, Muginamur, molimur,ſubducimur.

Mugio,mugis,mugiui,vel mugii,itum. factitium verbum à voce boum vnde Mugitus.penul prod. ipſa vox. Liui.lib.i.Inde quum actæ boues quædam ad deſyderiũ(vt fit)relictarum mugiſſent. Vergilius,
Mugitusq́; boum. A' mugitus ſimilitudine venti quoq; aliquando Mugire dicuntur. Lactan.lib.vii. Quur emicent fulgura,tonitrua mugiant. Huius cõpoſita ſunt, Admugio, quod eſt iuxta,vel pòſt mugio.Claud. lib. iii. Omnibus admugit quocunq; it. Immugio,Intus vel valde mugio. Verg lib.iii.
Curuisq́; immugiit Aetna cauernis.
Remugio,reſono. Idem lib iii.Georgico.
Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

Mugius,cognomen Romani cuiuſdã, à frequẽti mußatione, à quo Mugiola,porta,cui ipſe aliquãdo præfuit,nominata eſt.

Mugonia.porta Romæ, à mugitu, quòd per eam venale pecus intraret, hæc & Trigonia adpellata eſt, hoc eſt,trium angulorum.

Mularis,& hoc Mulare.adiectiuũ à mulo. Colu.lib. vii. Eſt generoſa materies,quæ circo,ſacris certaminibus equos præbet. Eſt Mularis, quæ precio fœtus ſui cõparatur generoſo.

Mulceo,

Mulceo, ces, ſi, ſum, et ctum. Priſcianus, mulſi, mulſum, & mulctum. Vnde Cicero in contentione Metelli: Permulſa atq; recreata. Varro in Sat. Capite permulſo. Salluſt. lib. iiii. Hiſto. Dein lenita iam ira poſtera die liberalibus verbis permulcta ſunt. Eſt autẽ Mulcere, lenire mollire, blandire, mitigare, dulcem facere, yngere, delectare, polire. Vergilius,
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.
Hierony. Et ſermone cõpoſito aurem populi mulſerint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant. id eſt, delectauerint. Huius cõpoſita ſunt Demulceo. Permulceo, perfecte mulceo Cicero lib. iii. ad Herẽniũ: Nam læduntur arteriæ; ſi antequàm uox bene permulſa eſt, acri labore compelleetur. id eſt, mollificata. Gell. lib. ii. Nihil ideo in cõgrediendis hoſtibus, atq; in principils præliorum ad ſalutem virtutemq; aptius rati, quàm ſi permulcti ſonis mitioribus, nõ immodice ferocirent.

Mulciber, pe. cor. mulciberis, & per ſyncopam mulcibris. Eſt enim tertij ordinis nõ ſecũdi, à mulcendo, dictus eſt Vulcanus, id eſt, molliẽdo ferro. Mulcere enim mollire, ſiue lenire eſt, quòd ignis oĩa mulceat. id eſt, molliat, vincat, ac domat. Cicer. lib. ii. Tuſcul. Iouis q; numen Mulciberis adſciuit manus. Ouid.
Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.
Sunt qui, Mulciber à mutilando dici putant, quòd ob claudicatem ſit mutilatus ac debilis.

Mulctor, aris, deponens. Suetonius de Augu. Neque aut crebrius aut perfidioſius rebellantes grauiori vnquam mulctatus eſt pœna, quàm vt captiuos ſub lege venundaret.

Mulctra, ctræ, ipſum lac mulctum, ſeu emunctio, aut uas in quo mulgetur. Vergi. lib. iii. Georg.
Hinc largi copia lactis,
Quam magis exhauſto ſpumauerit ubere mulctra,
Læta magis preſſis manabunt vbera mammis.
Columel. lib. viii. Sed mulctra quum eſt repleta lacte, non ſine tepore aliquo, debet eſſe.

Mulctrale, ſimiliter vas in quod mulgent animalia. Verg. in Geor. Implebunt mulctralia vaccæ.

Mulctrũ, idem quod mulctra. Horatius in Epod. Illic iniuſſæ veniunt ad mulctra capellæ.

Mulgeo, ges, mulſi, uel xi, ſum, & mulctũ. Priſcianus: Mulgeo quoq; mulſi facit: quiuis differentiæ cauſſa quidam mulxi protulerũt, quia mulceo quoq; mulſi facit. Eſt autẽ Mulgere lac è mammis exprimere. Vergilius lib. iii. Georgicorum.
Quod ſurgente die mulſere, horisq; diurnis Nocte premunt.
Transfertur tamen ad alia. Eius compoſita ſunt Emulgeo. Colu lib. viii. Sed priuſquàm hoc fiat exiguum emulgendum eſt. Terent. in Phor. per tranſlationem dixit: Emulſi argẽto ſenem, quod eſt, ſine labore ſuſtuli. Immulgeo, intus mulgeo. Plini. Fabuloſum arbitror de ſtigibus vbera eius infantiũ labris immulgere.

Mulgo, gas, palàm facio. Plautus in Ciſt. Pro puella ſeruulus nequam, qui dominum mulgat atque villicum. Huius compoſita ſunt Diuulgo, & Promulgo, de quibus alibi.

Muli Mariani, ſunt furculæ quibus relligatas ſarcinas viatores gerunt: quarum vſum quia Marius retulit, Muli Mariani poſtea adpellati. Fronti. libro. iiii. Stratage. C. Marius recidendorum impedimentorũ gratia quibus maxime exercitus agmen oneratur uaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit: ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet.

Mulier, à mollicie (vt inquit Varro) dicta eſt, ſi mutata & detracta litera, quaſi mollier. Vlp. Mulier dicitur quæ virgo nõ eſt. Quòd ſi (inquit) ego me virginẽ emere putarẽ, quũ eſſet mulier, emptio non valebit. Cic. obiurgantibus quòd ſexagenarius Pompiliã virginẽ duxiſſet: Cras mulier erit, inquit. Caius ſcribit mulieris nomine etiã virginẽ viripotentẽ contineri. Vlpianus vno in loco vtroq; ſignificato vſus eſt. Mulierẽ ità arctam, vt mulier fieri non poſſit, ſanam nõ uideri conſtat. Eandẽ dicit mulierem & nõ mulierẽ. Primum pro ea quæ fœmina eſt. Secũdum pro ea quæ eſt corrupta. Auguſt. lib. ii. de conſenſu Euangeliſtarũ, In multis ſcripturarum locis hoc inuenitur, non eas tantũ quæ uirum paſſæ fuerant ſed omnino fœminas etiã intactas atq; integras mulieres adpellari, ſicut de ipſa Heua ſcriptum eſt, Formauit eam in mulierẽ. Qua locutione etiam Paulus ait Christum factũ ex muliere.

Muliebrẽ folliculũ, dicebant quem vuluã ſiue vterũ adpellare conſueuerunt. Cornucopiæ.

Muliebria, tantũ plurali numero dicitur menſtrua. Hiero. in Gene. Et deſierant Saræ fieri muliebria. Interdum ſumuntur pro muliebri natura: ſicut virilia pro pudendis viri. Interdum pro libidine. Quintil. Nobilis adoleſcens à centurione muliebria paſſus. Sic Salluſtius, Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

Muliebris, & hoc Muliebre, quod ad mulieres pertinet, ſeu quod eſt aut fuit mulieris, aut muliebris ſexus, muliebre veſtimentum. Aliqñ dicitur quod eſt molle & effœminatũ, vt muliebris animus.

Muliebritas, mollicies.

Muliebriter, aduer. quod ſignificat molle, effœminate, ſeu more mulierũ. Iuſt. Quæ non muliebriter hoſtium aduentu territa.

Mulierarius, idem quod mulieroſus. Iulius Capitolinus mulierariis fuit inter primos amatores.

Muliero, ras, effœmino. Varro, Et rex miſellus ille pauper amat. Habet ignẽ intus acrem, hic ephebum mulierauit, hic ad medica adoleſcentẽ traxit.

Mulieroſus, qui nimiũ adpetit mulieres, à quo Mulieroſitas. Cicero libro tertio Tuſculan. Similiterq; cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas, vt ita adpellem eam quæ Græce φιλογυνία, id eſt, amor mulierum.

Mulio & Mulius, qui mulos clitellarios, ſiue quadrigarios ducit. Horatius in Sermo.
Audit quũ magno blateras clamore furisq; Muli'.
Iuuena. Nã mihi cõmota iam dudũ mulio uirga.

Mullei, calcei regum Albanorũ erant, purpurei coloris: poſtea patriciorum, à mullando id eſt, ſuendo.

vnde Millus collare. Vopiſcus in Aureliano: Calceos mulleos & hederacios & albos, viris omnibus abſtulit, mulieribus reliquit.

Mullus, per duplex ll, genus piſcis marini, maximæ nobilitatis & gratiæ, qui binas libras ponderis raro exuperat. Horatius,

Laudas inſane trilibrem Mullum. Martialis,

Nolo mihi ponas rhombū mullumq́ bilibrē.

Hic à Græcis Trigla dicitur: vulgus barbonē uocat, quoniā (autore Plinio) barba gemina inſignitur inferiori labro. Hinc à Cicerone in Paradox. & à Varrone libro tertio de Re ruſtica, barbatuli & barbati mulli dicti ſunt. Nomen illi datum eſt (ut Feneſtella docet) à colore mulleorum calciamentorum. ſcribit Plin. lib. ix. mullū expirantē verſicolori quadā, & numeroſa varietate ſpectari.

Mulſum, à mulco, quaſi melle delinitū. Mulcere enim delinire eſt, quaſi mollicere. Eſt autē Mulſum, potio ex vino melleq́ cōfecta. Plinius lib. xxi ſcribit mulſum ex vetere vino vtiliſſimū fieri, quod faciliime cū melle concorporatur. de hoc Martial.

Attica nectareum turbatis mella falernū,

Miſceri decet hoc à Ganymede merum.

Hoc ſi calidū bibatur, vocē permulcet: ſi frigidum, exaſperat. Cice. lib. ii. de Ora. Suadebat grauius, vt mulſum frigidum biberet, ſimul ac domum rediſſet. Perdam (inquit) uocē ſi id effecero. Græci Mulſum vocant οἰνόμελι & μελίκρατον. Vlpianus vini adpellatione ait Mulſum non cōtineri, oinomeli contineri. Interpretaturq́ oinomeli vinū dulciſſimū. Quod ſi Vlpiani ſententia vera eſt, mulſum non erit idem quod oinomeli. Vſurpatur etiā pro adiectiuo, Mulſus, a, um. Plinius, Lac mulſum, acetū mulſum, aqua mulſa quæ melle concinnentur. Hæc etiā hydromeli, quæ fit deſpumato in ea melle. Confert ægrotis. Apud Plautum ex amantis & blandientis adfectu dicitur, Mea mulſa. At muſtum ad tertiam partē decoctū, ſapa dicitur, vt Varro, Cato, Columella, Palladius accuratiſſime ſcripſerunt. Martialis,

Et Laletanæ nigra lagena ſapæ.

Sed ſi ad duas partes ſit decoctū Defrutū adpellat.

Multa tæ, ſolutionis pœna: quod olim (vt Varro inquit) ſingula ob peccatum exigebantur, vt ouis, aut bos. Poſtea multa ſimul exigi cœperunt, et vinū atq; oleū addi. In hoc autē Multa differt à pœna: quòd pœna generali noīe dř omniū delictorū correctio. Multa uero, ſpecialis eſt peccati: cuius animaduerſio pecuniaria eſt. Pœna autē non tantū pecuniaria, ſed capitis & exiſtimationis irrogari ſolet. Et Multa quidē ex arbitrio eius venit qui multā dicit. Pœna non irrogatur niſi quæ lege, vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. Suprema multa, apud priſcos erat in ſingulos dies triginta boum, & duarū ouiū: minima ouis vnius. Varro lib. ix. Rerū humanarū dicit hoc vocabulū non Latinum, ſed Sabinū eſſe. Dicimus autē: Multam dicit, & Multa dicta eſt. Multā irrogauit, & Multa irrogata eſt, & ſignificat multā imponere dānato, quaſi per rogationem ad populum.

Multatitius, a, um, quod ex multa fit, vel quod ad multam pertinet, ſiue quod nomine multæ exigitur. Liuius libro decimo, Ex multatitia item pecunia, quā exegerunt pecuariis dānatis ſudit acti. Et lib. xxvii. Aediles plebis ex multatitio argento ſigna ænea ad ædem Cereris dedere.

Multeſima, pars pro quantitate infinita. Lucilius,

Quam paruula pars quāmi multeſima conſtet.

Multibarbus, qui habet multā barbā. Apul. in Flori. Multibarbus ſpinis obſitus & pilis.

Multibibus, dicitur qui multi eſt potus, & eſt epithetum Herculis.

Multicolorius, ria, um, quod habet multos colores. vnde veſtimenta multicoloria apud Ezechielem legimus.

Multifacio, magni æſtimo.

Multifariam, aduer. & ſignificat quod multis modis fari poteſt.

Multifidus, qui multis modis ſidit.

Multiforatilis, qui habet multa foramina, vt tibia multiforatilis, apud Apuleiū in Floridis.

Multigeneris, & hoc Multigenere, ſicut degeneris, & hoc degenere, ſignificat quod eſt multorū generū. Plautus in Capti. Multigeneribus.

Multiiugus, a, um, penult. corrEp. quod eſt multiplex & varium. Nam multiiuga dicimus multa & numeroſa. Vbi iugus nihil ſignificat ſicut in poſtliminiū, meditullium, & huiuſmodi prima pars in multiiugum, multum ſignificat, reliqua pars protractionē ſolam eſſe demonſtrat. Apuleius in Apolo. Legiſti Ariſtotelis multiiuga volumina. Cicero ad Atticum ait ſe multiiugas literas accepiſſe.

Multiloquus, qui multa loquitur.

Multipes, multorū pedum.

Multiplex, varius, inuolutus, multas plicationes habēs. Hinc Multiplico, multiplicas.

Multiſcius, qui multa ſcit, & multas ſcientias habet.

Multitia, Indumenta dicebantur minutiſſimis filis cōtexta. vnde à multis filis, & ppterea ſubtilibus nomen inditum. Vel à mulcendo: quoniam carnē demulceant. Et tantū pluraliter declinatur. Iuuena.

Quarto ait deceant multitia teſtem.

Multiuiſus, multa uidens.

Multiuolus, qui multarū rerū deſyderio tenetur.

Multo, as, punio, condemno, laxo, diminuo: quia omnis punitio diminutionem habet. Et conſtruitur cū ablatiuo, vel genitiuo. Vergilius,

Multatam triſti morte Camillam.

Curtius lib. ii. Is quoq; inſolas præſidiis occupat, pecunia multat. Aliquando cum duobus accuſatiuis. Hierony. in Eſdra: Et multauit gentem argenti talenta centum, auri talentum unum. Interdum Multare, ſignificat priuare. Vergilius,

Quod ſi perdiderim patria multabor. Interdum lacerare, mutilare, verberare, diſſoluere. Terentius in Adelp. Ipſum dominum atq; omnē familiā multauit vſq; ad mortē. Columel. lib. ii. Quo euenit vt in iteratione quoque ſcamna fiant, & boues iniquitate operis maxime multantur. Interdum augere, & voti

compotem facere. Nonius, Et vobis quidem gratias ago, quũ votis me multatis meis. Interdũ male tractare. Columel. libr. i. Nam illud vetus eſt Catonis, agrũ peſſime multari, cuius dominus quid in eo faciendum ſit, non docet: ſed audit villicum. Multare matrimonio, eſt diuortiũ facere. Plautus, Nunquid cauſſam dicis quin te multem matrimonio.

Multus, a, um, à quo fit Multitudo, quæ eſt frequẽtia & copia.

Mulus, per ſimplex l, animal quod ex aſino & equa generatur, qui autẽ ex equo & aſina genitus pullus hinnulus dicitur.

Mundanus, na, num, quod mundi eſt. Vnde interrogatus philoſophus cuias eſſet: mundanum ſe eſſe reſpondit.

Mundicies, & Mundicia, pro lautitia qua quis ſe mũdum ac politum tenet. Cicero libro. i. Officiorum, Adhibenda præterea mundicia eſt, non odioſa, nec exquiſita nimis.

Mundifico, mundũ facio. Cornucopiæ.

Mundo, as, detergo, depuro. Hieronymus ad Heliog. Cornelius centurio adhuc ethnicus, dono ſancti ſpiritus mundatur. Hinc cõponitur Emundo, extra mũdo. Colu lib. ii. Quædam pluuiis diebus vt bubilia & ouilia debent emundari.

Mundus, ſubſtantiuũ, dicitur ornatus muliebris, quo ſcilicet mulier mundior fit. In cuius nominis adpellatione continetur ſpeculum, matulæ, inaures, armillæ, anuli, gemmæ, & ſimilia quibus mulier ornatur. Cato pro lege Oppia, Mundiciæ, ornatus, & cultus, fœminarum inſignia ſunt, his gaudent & gloriantur. Hunc mundum muliebrem adpellarunt noſtri maiores. Dicitur & mundũ neutro genere. Lucilius, Legauit quidã uxori mũdum omne penumq́. Hinc deducitur Mundus, qui conſtat ex Sole & Luna, & Terra, & Stellis, & omnibus elementis, & quicquid cœli ambitu continetur. Nam ſicut Græci κόσμον, quod apud eos ornatum ſignificat, ita nos à perfecta abſolutaq́ elegantia uocamus mundum, quòd nihil eo ſit mundius & pulchrius & ornatius. Et à Græcis ab ornatu coſmos dicitur. In ſacris uerò literis Mundi nomine quandoq́ homines, quandoq́ inimici Dei intelliguntur.

Mũdus, da, dum, quod eſt purum, terſum, politumq́, cuius contrarium eſt Immundus.

Muneralis, adiectiuũ, quod ad munus pertinet. unde muneralis lex, qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere. Plautus, Nec muneralẽ legẽ, neq́ lenoniam rogo. furit necne flocci æſtimo.

Munerarius, ſpectaculi exhibitor: à Græcis agonotheta vocaſ, qui ludos gladiatorios exhibet populo: vnum q́ vel plura paria gladiatorũ ad ſpectacula pugnatura ꝑducit. Et qui familiã gladiatorum habet, gladiatoresq́ domi inſtituit, ac poſtea uendit, à laniãdo dicitur laniſta. Vnde apud hiſtoricos frequenter legimus laniſtas uẽdidiſſe gladiatores munerariis. Accipitur etiã Munerarius, pro eo qui pauperibus elargitur. Hiero. Munerarius pauperum & egentium candidatus, ſic feſtinat ad cœlum.

Munero, ras, & Muneror, raris, in eadẽ ſignificatione qua dono. Macrobi. Ianus quum Saturnum claſſe puectum excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiã iuris, ſeſum illum & rudẽ ante fruges cognitas victum in melius redegiſſet, regni eum ſocietate munerauit. Hinc Remunero. Liuius libro ſecundo, Tum Mutius quaſi remunerans meritum.

Mungo, gis, xi, ctum, quaſi mucum ago. Id enim mungere eſt, quum è naribus mucus trahitur. Vnde Emũgo fit: de quo ſuprà. Inuenitur etiam Mungor deponens Cato de liberis educandis: Neque emungentur libertatem.

Munia, niæ, genus aromatis.

Municipale ius, dicitur priuatum ius uniuſcuiuſque ciuitatis.

Municipalia magiſteria, uocantur adminiſtrationes & officia ſui municipii.

Municipatim, ſignif. per municipia: ſicut oppidatim, per oppida.

Municipia, dicebãtur quæ aliunde ueniebãt in ciuitatem: & quum ſuo iure uiuerent, muneribus tñ populi Romani honoribusq́ fungebãtur. Capiebãt enim munera, ſed non dãnoſa, ut eſt collatio tributorum, & huiuſmodi: ſed quæ ad honorẽ pertinerẽt: à quo munere capeſſendo nomẽ ſibi vendicauere, nulla populi Romani lege adſtricta. Et Municipia ſunt ciuitates, ſuo iure, & legibus ſuis utentes: quæ meliore cõditione ſunt quàm coloniæ: quorum incolæ Municipes vocati ſunt. Municipiorũ iura iam penitus obliterata ſunt. Municipẽ (vt inquit Vlpianus) facit aut ciuitas, aut manumiſſio, aut adoptio: quoniã Municeps & qui liber in municipio natus eſt, & qui in municipio à ſeruitute ſe liberauit, & qui ciuitatẽ quancunq́ adſecutus eſt. Proprie tamen Municipes dicuntur, qui in ciuitatẽ Romanã recepti, munerum participes fiunt. Sed abuſiuè nunc Municipes dicimus, ſuæ cuiuſq́ ciuitatis ciues. Quo nomine tã oratores quàm poetæ utuntur. Iuuenalis,

Iam princeps equitum magna qui uoce ſolebat
Vendere municipes fracta de merce ſiluros.

Cicero in Bruto: Non dubito quin ſcias non ſolum cuius municipii ſim: ſed etiã quàm diligenter ſoleã municipes Arpinates tueri. Hinc Municipalis.

Munifici, apud antiquos nõ à largitione (quæ nulla erat) ſed conſentientes adpellabantur ad ea q̃ amici vellent: nunc autẽ pro liberali ponitur: quaſi ſit munera large præbẽs, de quo in dictione Liberalis. A' Munificus, fit Munificẽtior, & Munificentiſſimus. Cato tñ Munificior, & Munificiſſimus dixit.

Munimen, penul. produ. ſiue Munimentum, idem eſt quod munitio: quæ proprie caſtrorum eſt, cæterarumq́ rerum quæ cõtra aduentũ hoſtium muniunt, ſiue uallo, ſiue foſſa, ſiue alio quouis modo, quo ſunt milites ab hoſtium aduentu muniti.

Munio, is, niui, uel munii, nitum, ſignificat fulcio fortifico, reficio, reparo, præparo, defendo. Cicer. lib. i. Tuſculana. Abiit ad Deos Hercules, Nunq̃ abiiſſet, niſi quum inter homines eſſet, eam ſibi viã muniiſſet. Sic dicimus Munire ripam, Munire aluum, Munire

aditum: quū illa vel reficimus, vel reparamus. Huius cōpoſita ſunt cōmunio. Cæſar. Præſidia diſponit, caſtella cōmunit, quò facilius ſi ſe inuito tranſire conarentur, prohibere poſſit. Circūmunio, pro circumfulcio. Colu. lib. iii. Priuſquā pomariū conſtituas, quē magnū habere voles circūmunito macerie aut foſſa. Emunio, extrà munio. Idē libro primo: Sed & hanc curā pauimentorū & parietū probamus, quū (vt retuli) ſic emunita ſola & latera horreatū prohibent curgulionē. Præmunio, antemunio. Leo papa: Ad roborandā hanc fidem, qua contra omnes præmuniebamur errores & magno factū eſt diuinæ pietatis conſilio.

Munis, officioſus, & qui onera populo ſoluit. Vndè Munia dicūtur obſequia lege debita, & officia quæ publicè præſtantur. Col. lib. i. Sic enim & magiſtri ſingulorū officiorū ſeduló munia ſua exequuntur. Vnde Immunis, q ab huiuſmodi onere liber eſt. A Munis, fiunt Cōmunis, & Immunis, de quibus alibi. Munico, cas, quo vtebantur ſicut à Cōmunis Cōmunico. Nec habet Munia aliā terminationem.

Munus quatuor modis dicitur. Primò pro dono. Vnde Munera dari ac mitti dicuntur. Dictum Munus (vt inquit Varro) ab eo quòd qui mutuo animo ſunt, id dant officii gratia. Altero pro onere, quod quum remittitur, vocationē militiæ præſtat. Nā Munera, id eſt, officia ſine labore atq; onere exerceri non poſſunt. Vnde Immunitas adpellatur, & Immunis. Et hoc etiam dicitur publicū munus, qui in adminiſtranda Republica cōſumptus, ſine titulo dignitatis ſubimus. Grāmatici, oratores, medici & philoſophi vacationē habent munerū ciuiliū. Gellius pro onere poſuit quū dicit, adhibendas pueto murices, ne ad dolores quos enitendo tuliſſet, munus quoq; nutricationis graue ac difficile accederet. Tertiò pro officio. vnde Munera militaria vocantur. Et milites quidam Municipes dicuntur, qui in ciuitatem recepti, munera cum ciuibus faciunt. id eſt, officia. Quartò pro ſpectaculis ſeu ludis, qui à principe populis quaſi muneris loco exhibentur. Nanq; id genus obiectamēti antiqui Munera nominarūt: quòd populus tali ſpectaculo, pērinde ac munere quodā capiebatur. Scribit Lact. lib. vi venationes ferarūq; ſpectacula attributa eſſe Saturno, & Munera vocari. Populus enim ſpectaculis talibus veluti muneribus capitur. Suetonius in Cæſare: Beſtias quoq; ad munus populi comparatas trucidarant. Mart.

Priſca fides taceat, nam poſt tua munera Cæſar,
Hæc iam fœminea vidimus acta manu.

Munus gladiatoriū, dicebat, quū in ſpectaculis multa gladiatorum paria exhibebantur.

Munus amico præſtitit, id eſt, functus eſt officio erga amicum.

Munus in republica obire, dicimur, quum præſtamus debita officia, vt pēdere vectigal, preſtare cuſtodiā, & huiuſmodi.

Munus exhiberi populo, dicemus, quum ludi ad illū oblectandum exhibentur.

Munychia, orū, feſta Palladis erant. Inde Munychiū portus extra Athenas. Suidas: Μουνυχία τόπος ἐστὶ θαλάσσιος τῆς Ἀττικῆς. Ἑλλάνικος δὲ ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος, ὀνομάζεσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς βασιλέως τοῦ πολυτιμηθέντος. id eſt, Munychia locus eſt maritimus in Attica. Hellanicus vero in ſecundo Atthidos, ait nominari à quodam Munycho rege inclytiſſimo. De quo Ouid. lib. i. Meta.

Munychiosq; volans agros, gratamq; Mineruæ.
Deſpiciebat humum.

Muræna, cum æ, diphth. nam Græce ſcribitur μύραινα, piſcis eſt, longitudine non diſſimilis anguillæ. Parit quocunq; tempore: cuius oua citiſſime creſcunt. Macrobius: Acceſſebantur ad piſcinam vrbis ab vſq; freto Siculo (illic enim optimæ eſſe creduntur) tā murænæ quā anguillæ, & vtræq; ex illo loco plotæ à Latinis flutæ vocantur, quòd in ſummo ſupernatātes, Sole torrefactæ, curuare ſe poſſe, & in aqua mergere deſinunt, atq; ita facile capiuntur. Martialis,

Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo,
Non valet exuſtam mergere Sole cutem.

Eſt & Muræna cognomen viri Romani ab eo piſce deductum. Vnde Ciceronis extat oratio pro Muræna. Solet hic piſcis alio nomine Lampetra adpellari, à lambendis petris.

Murænulæ, ſunt ornamenta colli, flexuoſa inſtar murenarum, & catenæ ex auro, quibus matronæ cons decorantur, ſicut ſcribit Hierony. ad Marcel. his verbis: Aurum colli ſui, quod Murænulam vulgus vocat (quòd ſcilicet metallo in virgulas lateſcēte quædam ordinis flexuoſi catena contexitur) abſq; parētibus vendidit. Poteſt tamen Murænula eſſe diminutiuum à Muræna.

Muralis, & hoc Murale quod ad murū pertinet. Ambroſius ſuper Lucā: Meminimus quòd Hiericho magna ciuitas fuerit, muralibus ſepta parietibus, quæ non ferro peruia, non arieti poſſet eſſe penetrabilis. Hinc Antemurale, & Proximuriū pontificale, pomeriū proximi muri.

Muralis corona, qui donari ſolebat ab imperatore qui primus murū ſubiiſſet, & in hoſtiū oppidū per vim aſcendiſſet.

Muralis herba quæ vulgò vitriolū dicitur, quòd vaſa mirū in modū confricata purificet: ideoq; urceolaris à veteribus dicta. Eadē parietaria vocat, quòd in muris frequenter naſcatur. Et perdiciū, quoniam perdices ea præcipue paſcantur.

Murani dicti ſunt reges Latinorum, vt autor eſt Seruius Cornucopiæ.

Muratus, a, um, quod muros habet. vnde vrbes muratæ dictæ ſunt.

Murcea, Dea, quā ita adpellarunt, quòd præter modū faceret hominem murcidū. id eſt, nimis deſidioſum. Cui contraria erat Dea Strenua, quæ faciebat homines ſtrenuos.

Murcidus, a, um, ignauus, ſtultus Feſto interpte Plau. in Epid. Væ tibi murcide homo.

Murcos, adpellant ignauos. Et Murci dicūtur homines, qui munus Martiū pertimeſcentes, pollicem ſibi præciderūt.

Murex, piſces marinus ex concharum genere, à purpura diuerſo. Idem & conchylium per excellentiam dicitur. Plinius: Conchylia & purpuras omneis ore atterit. Ex Muricis humore fit color purpureus. Ver. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice, Vnde veſtis tincta murice conchyliata dicitur. Interdum accipitur pro purpura, quam Sydon vrbs Syriæ gignit. Idem libro quarto:

Tyrioq́; ardebat murice læna.

Interdum pro acumine ſeu aſperitate ſaxi. Idẽ lib. v. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere.

Et Murex, eſt ferreus triãgulus per cuſpidem vulgò tribulum vocamus: Item Murex herba eſt, quæ naſcitur ubi nunquàm radiat Sol: ut in puteis. Item accipitur pro fræno equi.

Murgenor, pen. cor. tardo.

Murgis, ſinus Bethicæ: à quo Murgitana regio.

Murgiſo, penul. prod. iners, deſidioſus, à mora & deridendo dictus.

Muria, genus liquaminis, quod ex thynno piſce conficiebatur. Perſius,

Tingit holus ſiccum muria vafer in calice empta.

Apud Col. Muria capitur pro ſale cum aqua medicato & indurato.

Muricatus, a, um, quod eſt muricis modo factum. Pli. de Carduo, Muricatis (inqt) cacuminibus. Hinc

Muricatim, aduerbium.

Muries, riei, ſal in pila tuſum, & in ollam fictilem cõiectum, & in furno percoctum. Quidam tamen exiſtimant idem eſſe Muriem & Muriam, ſignificareq́; ſalſamentorum aquam, à mari nomen deductum.

Murmillonica, ſcuta cum quibus de muro pugnabant. Erant enim ad hoc ipſum apta.

Murmur, tam maſcul: quã neutri generis, lenis aquæ ſtrepitus. Licet & pro alio quocunq; ſtrepitu poni conſueuerit.

Murmurabũdus, Murmurator, Murmuratrix, & Murmuratio, à Murmuro. Cc.

Murmurillo, las. murmuro. Plautus: Quid murmurillas tecum, & te diſcrucias?

Murmurillum, murmuratio. Plautus: Nolo ego murmurillum neq; ſuſurrum fieri.

Murmuro, ras, & murmuror deponens. Plaut. in Caſ. Mihi manitate iamdudũ inteſtina murmurant. Hinc etiam poetæ Murmurantia littora. Quãuis pleriq; pro ſecreto maledico capiatur: quòd is qui murmurat ita leniter loquitur, vt magis videatur id facere ſono, quàm vt intelligatur. Huius cõpoſita ſunt Cõmurmuro. Plin. lib. x. Vbi congregatæ inter ſe commurmurant. Submurmuro. Auguſt. lib. vi. Confeſſ. Sono autem ſecuris audito, ſubmurmurauerunt argentarii qui ſubter erant.

Murrha, gemma, vide in dictione Murrhinum.

Murrheus, a, um, quod ex murrha eſt, ſicut murrhinũ, Iabolemus iureconſultus ſcribit, Murrhea vaſa, quæ ad vſum edendi & bibendi cauſſa reperta ſunt, eſſe in ſuppellectili.

Murrhinum, pen. corr. à murrha fieri puto. Vnde vaſa Murrhina, ex murrha, gemma, quã quidam eandẽ eſſe putant quã nunc vulgò Agatẽ dicũt. qualia ſunt vaſa q̃ in diui Marci theſauris apud Venetos poſita ſunt. Exiſtimãt Murrhã eſſe humorẽ, qui in Oriente, maxime in Parthico regno, ſub terra cõdenſatur. Columel. lib. vii. Murrhinus quũ fit in aſino vulgaris, tamen non optime reſpondetur in mulã. Hic pro colore ponitur. Martialis,

Surrentina bibis, nec murrhina picta, nec aurum.
Sume dabunt calices hæc tibi vina ſuos.

Plinius libro trigeſimotertio. Murrhina & Cryſtallina ex eadem terra effodimus, quibus precium faceret ipſa ſ. agilitas, Oriẽs mittit. Nitor eſt his & varietas colorum, circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremq́;. Martialis,

Si calidum potas ardenti murrha falerno,
Conuenit, & melior fit ſapor inde mero.

Fiebant ex murrhino abaci eſcaria vaſa, & potoria, & trullæ. Suetonius in Auguſt. Item lautitiarum inuidiam, quum & Alexandria capta nihil ſibi præter vnum murrhinum calicem ex inſtrumento regio retinuerit. Murina, ſeu Myrina, vinum myro, id eſt, odore conditum: Græci enim myrum dicunt, quod nos odoramentum vnguentum'ue. Huiuſmodi enim vina apud priſcos laudatiſſima erant, vtpote aromatibus condita, iunco, ſcilicet myrrha, calamo, & huiuſmodi. Plaut. in Perſa, Ecquid habet? Tum Charinus. Rogas? Murrinam, paſſum, defrutum, mella. Quint. Mittebãt uinum pulchrum murinum. Idem dicebatur uinum Muratum, vel Murata potio, & Murrhiola.

Murinus, na, um, pen. prod. quod ex mure eſt. Plinius: Præterea murinũ fimũ, qđ itẽ muſcerdas adpellat.

Murtius, Auentinus mons: quòd è lapidibus & uelut muro conſtaret. A quo Murtia Dea Venus: quam priſci Myrtea nuncuparſit, à Myrto arbuſcula, quæ Veneri dicata eſt. De qua Plinius lib. xv. Ara fuit Romæ vetus, Veneris Myrteæ, quã nunc Murtiam uocant. Huic erat ſacellum ſub Auentino monte, qui antè Mureus vocabatur.

Murus, à muniendo dictus eſt: quòd ſepiebant æquo munere oppidum muris. vnde proprie vrbis eſt lapideus ambitus, paries domorũ. Maceria verò ſiue maceries, quæ conſtat ex lapidibus, ſine calce, aut alio genere ferruginis. Sed confunditur quandoq;.

Mus, μῦς, exiguũ aĩal eſt, nobiſcũ in domo habitans: à corroſionis ſono quẽ facit, dictus. Latinè etiã ſorex adpellat. In genitiuo plurali Muriũ, & p̃ ſyncopen Murũ. Quidã tamen Murẽ à ſorice diſtinguũt: quòd Mus domeſticus ſit, ſorex ſylueſtris. Colu. Si ſerpẽs, aut mus ſorex'q́; in muſtũ ceciderit. Murẽ certe nec ferã iure dixeris, nec placidũ: qa nunquã manſueſcit, vt inqt Plin. Mus etiã araneus eſt, quẽ Græci mygalen adpellãt qa muris magnitudine, ſit muſtelinæ ſpecie, ore oblongo, cauda gracili, uerſu dentiũ quadruplici, ut inqt Aetius. Abũdãt his inſula Britãnia. de hoc Plinius libro uigeſimo; Contra araneorũ murium uenenatum morſum, μυγάλη.

Mus araneus, exiguum animal eſt, muſtellæ ſimilitudine, per tenuiſſimum filum, ſiue gladii aciem, impu

de ambulans: Cornucopiæ.

Mus Indicus, animal eſt magnitudine felis, ſpecie muris. Græci ichneumon vocant. Naſcitur in Aegypto; & cum aſpide pugnat.

Muſa, Latine ſignificat cantum. vnde Muſica adpellata eſt ſcientia, quæ tractat de ratione canẽdi, Et Muſicus, muſicæ peritus. Muſam pro cantu poſuit Vergilius, quum inquit:

Paſtorum muſam Damonis & Alpheſibœi.

Hinc poetæ Muſas finxerunt Deas eſſe, Iouis & Memoriæ filias: q̃ poetis & Muſicæ præeſſent. Oportet enim virum eruditum ac doctum, intelligentia memoriaq́; vigere. Has dixerunt in Helicone habitare, q̃ mons Bœotiæ eſt, Phocydi adfinis: à quo Heliconiades adpellantur: nec procul diſtat à Parnaſo Phocydis monte, æmulus illi & altitudine & ambitu & rupes amborum ſaxea eſt. Parnaſum quoq; habitare Muſæ dicuntur. Vnde Parnaſides. Et quoniã Phocydi confinis Aonia eſt, etiam Aonides adpellãtur. Etiam dicuntur Cytheriades, à ſaltu qui Cytheron dicitur, in quo ſimiliter Muſæ habitare dicunť. Initium habet à Megaricis & Atticis mõtibus, finiť propè Thebas. Pierides, à pieria, quæ regio eſt Macedoniæ, Aemathia antè dicta. Hæc Muſarum patens domusq́; eſt: à memore item adpellata, cui nomen eſt Pieris. Et Pieres populi dicti ſunt, qbus extinctis Macedones ea loca incoluere. Item dicuntur Theſpiades, à Theſpia oppido Heliconi ꝓpinquo. Item Pegaſides, & Hippocrenides, ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui à Græcis Hippocrene diciť, hoc eſt, equi fons, ἵππον equũ vocant, κρήνη fons, à noſtris adpellatur caballinus. Itẽ Pegaſeus: quòd Pegaſus eo loco ſaxum vngula feriens, fontem adperuit. Perſius,

Nec fonte labra prolui caballino.

Hunc equum putant eſſe, qui inter ſidera collocatus eſt. Quamuis alii Bellerophontis equum eſſe dicũt. Rurſus Muſæ Libethrides vocatæ ſunt, à fonte Macedoniæ, in ea regione q̃ Magneſia dicitur. Hic fons Libethros Muſis eſt ſacer, & ſpelunca eodem in loco, quæ Libethra adpellatur. Item Pympliades, ſiue Pympleæ, à Pympleo Macedoniæ fonte, ſeu vico, vel à Pympleo monte Orchomenorũ, vel à pymplo veſtis genere. Item Caſtalides, à fonte Caſtalio, in radicibus Parnaſi, Muſis ſacro, qui à Caſtalia Nympha nomen adſumpſit. Nouem autem Muſæ finguntur, quibus hæc nomina impoſita fuere. Primam enim à bonitate vocis dixere Calliopen, καλὸν enim bonum dicitur, ὄψ vox. Secundam Clio, à gloria & celebritate rerum geſtarum quas canit, κλέειν enim celebrare eſt. vnde hiſtorica dicitur. Tertiam ἐρατὼ Erato, vel à canendis amoribus, vel quòd cantus ab omnibus deſyderetur. Ouidius,

Nunc Erato, nam tu nomen amantis habes.

Ἐράω enim amo, etiam deſydero, eligo. Quartam à voluptate ac laſciuia cantus θαλίαν Thaliã. θάλλειν enim virere, germinare, florere eſt. Quintã μελπομένην Melpomenen, à canendo, μέλπομαι enim canto, modulor ſignificat, ἀπὸ τοῦ μέλπειν, hoc eſt, à concentu faciendo meditationem faciens, quæ tragica. Sextam τερψιχόρην ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χορούς, hoc eſt, delectandis choris exultans, quæ cithariſta. Septimam Euterpen, à ſuauitate cõcentus, delectãs, tibicinaria dicitur, εὖ enim bene ſignificat, τέρπειν delectare. Octauam πολύμνιαν, à multitudine carminum, ſiue laudationum, πολὺ enim multum ſignificat, ὑμνέω canto, laudo. Nam ὕμνος canticum eſt, quem nos hymnũ dicimus. Vel polymnia, multæ memoriæ, μνήμη enim memoria dicitur. Nonã οὐρανίαν, quaſi cœleſtem: vel à cœleſtium rerum cantu, vel à cantus diuinitate, οὐρανὸς enim Græci vocant cœlũ. Diciť enim Muſa (Herodiano teſte) inquiſitio. Quærendo enim diſciplinas adipiſcimur. Alii Muſas denominatas, perinde atq; ὁμοίως homuſas. Præſunt enim orationi. Vna enim vtentes conuenientia (quã ἁρμονίαν vocant) & ſimul canunt, & ſimul tripudia exercentur, nec vnquàm ab inuicem ſeparantur. Nã tametſi earum quæque ſuam vim habeat, & alia in Aſtronomia, alia in Geometria, & alia in aliis diſciplinis, in vtraquaque tamen earum Muſas omnes inuenias. In Aſtronomia enim atque Geometria facile reperias & carminum & hiſtoriæ pulchritudinem atque dignitatem. Et eodem modo in cæteris ſcientiis.

Muſæ, Iouis, Cœli; & Terræ filiæ dictæ, quoniã μυεῖν Græcè, honeſta bonaq́; doctrina inſtituere ſignĩat.

Muſæa, dicuntur, quæ in ædificiis ex pumicibus dependentia fiunt, ad imaginem ſpecus arte reddendã. Vnde Muſæaca opera dicuntur, quæ vulgò Muſaica vocantur. Pumices enim, id eſt, leues lapides mire eroſos in ædificiis, Muſæa vocant, quæ & vermiculata dicuntur. Hæc etiam Muſiua adpellantur à Spartiano: Auguſtinus lib. xvi. de ciuitate Dei: Quoſdam ſine ceruice oculos habere in humeris, & cætera hominum, vel quaſi hominum genera, quæ in maritima platea Carthaginis, muſiuo opere picta ſunt, ex libris deprompta, velut curioſioris hiſtoriæ Muſæum etiam dicitur domicilium Muſis dicatum. Accipiturq́; pro diuerſorio eruditorum. Plinius in Epiſtolis, O mare, ò littus, verum ſecretumq́; muſæon, quã multa inuenitis, quàm multa dictatis? Scribit Strabo libro vltimo, apud Alexandriam fuiſſe Muſæum celebratiſſimum.

Muſæus, poeta inſignis, Orphei tempore, vnus ex Argonautis, de quo extant verſus:

Ancus erat Romæ, quo Martius optimus æuo,
Muſæus Græcis floruit in partibus.

Orpheus in hym. Ὀρφεὺς τέλεσεν πρὸς Μουσαῖον αὑτοῦ υἱὸν, μάνθανε τί ὦ Μουσαῖε θυηπολίην περισεμνὴν εὐχὴν. id eſt, Orphei ſtudium ad Muſæũ ipſius filium, diſce iam Muſæe &c.

Si epigramma illud, Ancus erat &c. verum eſt Muſæus non fuit vnus ex Argonautis, quia expeditionẽ fecerunt in Colchon ante tempora Troiana.

Muſca, paruũ animal volatile. Cuius diminutiuũ eſt Muſcula. Boetius: Quid imbecillius homine? quod morſus muſcularum necat.

Muſcari, eſt muſco tegi. Col. lib. xi. Muſcantur oleæ.

Muſcarium, flabellum quo muſcæ abiguntur. Hiero.

ad Marcellam. Quòd autem à matronis offertis muſcaria, paruis animalibus ventilandis, elegans ſignificatio eſt, debere luxuriam cito reſtringere, quia muſcæ moritura oleum ſuauitatis exterminant. Ab huius ſimilitudine Muſcarium etiam adpellatur coma illa quarundam herbarum, in qua ſemina depēdent, qualis eſt fœniculi, aneti, & ſimilium. Plinius: Semine in muſcariis depēdentes vt ferulæ in papauere, & ſimilibus, ſcapus in glandibus, auellanis, pannicula adpellatur.

Muſcarius, ria, riū, quod ad muſcas pertinet. Plinius, Araneæ muſcarii tela.

Muſcenton, roſæ genus. Funditur ex caule malleolaceo, folia oleacea habens. Cc.

Muſcerda, murinum ſtercus. Plinius: Murinum fimū, quod item muſcerdas adpellant.

Muſchus, cum h, eſt animal ſimile muri, duos dentes ſuperiores, & duos inferiores habens, iuxta cuius vmbilicum naſcitur ſanguineum apoſtema, inter carnem & corium, quod cum pelle ablatum, muſchum precioſum conficit.

Muſcinus, à muſca, ſicut à formica formicinus. Cc.

Muſcio, catus, murilegus, quòd ſit infeſtus muribus. μῦς enim Græcè, pro quo ipſi Mus dicimus.

Muſcipula, machina ad capiendos mures, nō autem catus. Auguſtinus in Pſal. expoſitione, Muſcipulam ſuam diabolus tetēdit vſq; in finem, & uæ illi qui in illam muſcipulam cadit.

Muſculus, modò diminutiuum eſt, et ſignificat paruū murem. Plin. De turgente Nilo muſculi reperiuntur. Modò ſignificat articulum in quo neruorum capita ſunt. Muſculos etiā dixerunt minores machinas, quibus protecti bellatores, foſſatū ciuitatis, adportatis lapidibus, lignis, & terra, non ſolū cōplent, ſed etiam ſolidant, vt turres ambulatoriæ ſine impedimento uehantur ad murū. Sunt minores uineis ſubdititioresq;, & maiores firmioresq; pluteis. Itē Muſculus, genus piſcis parui, q paruo moderamine caudæ temperat balænam, ne in ſcopulū impingat. Eſt enim balæna luſcioſa, & penè exoculata, quæ quum fortè ſe direxerit profectura aliorſum maris, indiget hoc piſciculo præuio, qui eā deducit & reducit. De hoc Claud. lib. ii in Eutropium:

Sicruit in rupes amiſſo piſce ſodali

Belua, ſulcandas cui præuius edocet undas.

Immenſumq; pecus paruo moderamine caudæ

Temperat, & tanto coniungit fœdera monſtro.

Hinc piſcem quidam aiunt etiam vocari Iulum.

Muſcus, viridis herba, in corticibus fontium & locis humidis naſcens. Vergilius,

Muſco circumdat amaræ Corticis.

Hinc fit Muſcoſus, ſa, ſum, quod muſco opertum eſt. Vnde dicuntur Muſcoſi fontes. Hæc alio nomine bryon dicitur.

Muſeum, & Serapheum, & Iſeum, publica Alexādriæ auditoria & ædes, à Muſis, & Serapi & Iſide dicta. Spartianus in Adria. apud Alexandriam in Muſeo multas quæſtiones profeſſoribus propoſuit, & propoſitas ipſe diſſoluit.

Muſica, cæ, & Muſice, ſices, ſcientia eſt, quæ modum canendi demonſtrat. Hæc apud Græcos antiquitus tantæ venerationis fuit, ut idem muſici, & uates, & ſapientes iudicarentur. Cuius ſcientiæ quum ſe imperitum Themiſtocles confeſſus eſſet (ut inquit Cicero) indoctior habitus eſt. Sed (ut puto) cum aliis multis virtutibus interiit. Scribit enim iſta verba miranda magnus Baſilius de Timotheo. ἀλλὰ τοσοῦτον περὶ τὴν τέχνην, ὥστε καὶ θυμὸν ἐγείρειν διὰ τῆς συντόνου καὶ αὐστηρᾶς ἁρμονίας καὶ μέντοι καὶ χαλᾶν καὶ μαλάττειν πάλιν διὰ τῆς ἀνειμένης ὁπότε βούλοιτο. Id eſt, Cui tantum aderat artis, vt & animū propter breuem & auſteram harmoniam excitaret.

Muſice, aduerbiū ſignificat integre, vt nihil deſit. Nā Muſicam veteres Encyclopediam dixere: in qua omnes ſunt comprehenſæ diſciplinæ.

Muſmones, ſunt arietes. Plinius libro octauo: Eſt in Hiſpania, ſed maxime Corſica, non diſſimile pecoris genus muſmonū, caprino villo quàm pecoris velleri propius.

Muſſitabundus, tacens, taciturnus. Cc.

Muſſito, ſitas, frequentatiuum. Liuius lib. i. In abſentem Tarquinium erat inuectus, haud mirum eſſe Superbo Romæ cognomen. Iam enim ita clāmquidam muſſitantes, vulgo tum eum adpellabant.

Muſſo, ſas, ſubmiſſa voce loquor, & ſecrete occulteq;, quod celatum velim, quaſi murmuro. Plautus in Aulularia: Neq; id occultum haberi, neq; per metū muſſari: quin participem pariter ego te, & tu me facias. Aliquādo Muſſare ponitur pro tacere, & quaſi obmuteſcere. Terētius: Sile, cela, occulta, tege, tace, muſſa. Aliquando pro dubitare. Verg. lib. xi.

Muſſat rex ipſe Latinus Quos generos vocet.

Vulgò autem ponitur pro citare.

Muſtace, lauri ſpecies, quæ maximo folio cōſtat, flaccidoq; & albicante. Cc.

Muſtaceus, & Muſtaceum, legitur (ſecundum Probū) libigenus, quod datur ad conciliandum ſtomachū, à muſto, ſeu à muſtace lauro (ut quidam putant) nomen deductum. Iuuenalis,

Cauſſa nec eſt quare cœnam & muſtacea perdas.

Cato de Re ruſtica: Muſtaceos ſic facito. Farinæ ſiligineæ modiū vnum muſto cōſpergito, anyſum, cyminum, adipis pondo duo, caſei libram, & de uirga lauri deradito, eodem addito, & vbi defrixeris lauri folia, ſubtus addito, dum concoques. Pli. ſcribit eſſe genus lauri, quam Lenæus Grammaticus Muſtacem adpellat, quòd muſtaceis ſubiiceretur.

Muſtacula, eſt machinula ex regulis, ex qua calceus nouus ſuitur.

Muſtela, quaſi longior mus, mures perſequitur & ſerpētes. Eſt etiam hoc nomine genus piſcis, murenæ ferè ſimilis. Neoterici lampredam dixere.

Muſtellinus, adiectiuum, fit à muſtella. Terentius, Colore muſtellino. Cc.

Muſteus, ſtea, ſteum, quod muſtum, hoc eſt, dulcedinē in ſe habet. Vnde Poma Muſtea. Plinius: Eſt tanta muſteis pomis ſuauitas, vt finis mandendi non niſi periculo fiat. Dicitur etiā Muſteus, recens. Idem lib.

duodecimo. Amaritudo grano eademq; piperi muſteo. Colu.lib.x. Transfertur in uaſa fictilia mel, dũ muſteus fructus deferueſcat.

Muſtum, nõ ſolũ vinũ nouum dicitur (vt apud Ouid. Præmia de lacubus proxima muſta tuis,) ſed quicquid nouum.

Muſtus, ſta, ſtum, idẽ quod recẽs. Vnde Plautus, Muſtam iuuencam dixit Næuius, Vtrum ſit melius: virginem, an viduam: virginem, ſi muſta eſt.

Mutabile, à muto, quod facile mutatur. Verg. Varium & mutabile ſemper Fœmina: A quo Immutabile, quod nullo modo mutatur. Ce.

Mutæ, literæ dicuntur, quòd poſitæ in vltimis partibus orationis, obmuteſcere cogant loquentes. Vel quia paruæ exiguæq; ſint uocis, ut quũ Mutum oratorem dicimus, aut tragœdum.

Mutæ cicadæ, dicuntur cicadæ minores: non quòd nihil canant, ſed quòd parum canant. Ce.

Muteo, tes, mutui, à quo Muteſco, mutus fio, vel mutorum more taceo. Lact.lib.vii. Quum in exitu lingua muteſcat. Hinc Obmuteſco, de quo infrà.

Mutili, dicti ſunt boues ſine cornibus, aut capri. Oui. Turpe pecus mutilum. Colu.lib.viii. ſcribit, meliorẽ eſſe arietẽ mutilũ quàm cornutum, Et Mutili dicuntur hi, quibus ferro, vel alia re aliquod membrum exectum ſit. Manci uero, quibus membrum naturæ vitio deſit. Iuuenalis, Exeo tanquàm Mancus & extinctæ corpus non vtile dextræ. Debiles eos nuncupant, quibus membrum vel vulnere vel morbo inutile ſit redditũ. Mutili quadranguli dicuntur, qui aliqua ex parte comminuti ſunt. Cornucopiæ.

Mutilo, las, pe.cor. trunco aliquid detraho, diminuo. Teren. in Hecyr. Ego propterea te ſedulò & moneo & hortor, ne cuiuſquàm te miſereat, quin ſpolies, lacere, mutiles, quæcunque nacta ſis.

Mutinenſis color, dr̃ natiuus, à Mutinẽſibus lanis, ex quibus natiuo colore pãni fiunt. Varro, Nam & ludere alacrem uidimus Mutinenſi tunica. Ce.

Mutio, tis, tiui, uel tii, titum. Et eſt Mutire. tanquàm mutum ſignũ facere, ſeu ſtrepitũ: ſiue ſubmiſſa & imperfecta uoce fabulari, aut vnum verbum tantũ dicere. Teren. in And. Itaq; hercle nihil iam mutire audeo. id eſt, verbum ſonare. Hiero. in Exo. Apud omneis filios Iſrael non mutiet canis, ab homine uſque ad pecus. id eſt, querulam vocem emittet. Plautus in Cur. Viden' vt aperiuntur ædes feſtiuiſſimæ? nõ mutit cardo. id eſt, non crepitat.

Mutito, tas, pen.cor. ſæpe facio, aut ſæpe exercito, modo unum, modo aliud. Gellius lib.ii. Principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent. id eſt, mutua inter ſe conuiuia agitarent.

Muto, tas, transfero. Var. Fac vt te aliquò cũ omni familia mutes, Q. ſiq; Mutare, ſignificat uariare. unde Mutare animum, Mutare ſententiã dicimus. Quandoq; aliquid pro alio accipere: quod uernacula lingua dicimus barata. Columel. lib.x. Quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conſeruat, ære mutandi ſunt. Salluſtius in Iugur. Statuit tamẽ Metellus pecoris & mancipiorum prædas certatim agere, eaq; mutare cũ mercatoribus vino aduectitio, & aliis talibus. Aliqñ ſine ablatiuo precii. Vergil. Nec nautica pinus Mutabit merces, oĩs feret omnia tellus. Salluſtius aliter, Nemo niſi victor pro pace bellum mutauit. Huius compoſita ſunt Commuto, Demuto. Plautus, Hic meo hero amicus ſolus firmus reſtitit, neq; demutauit animũ firma fide. Immuto, intus, ſeu ualde muto, & nouo. Idem in Amphit. Ita nunc homines immutantur, poſtquàm peregre aduenimus. Salluſtius, Quibus rebus permota ciuitas atque immutata uerbis facies erat. Permuto Plinius libr. xxxv. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quòd ea nullo ſatis dignò precio permutari poſſe diceret. Mutare factum, eſt factũ pœnitere. Et non Mutare factum, eſt non pœnitere facti. Terentius in And. Haud muto factum.

Muto, membrum uirile, uide in dictione Menta.

Mutoniatus, uide in dictione Menta.

Mutuatitius, a, um, quod mutuatur, ut pecunia Mutuatitia Gell. Maximeq; in pecuniæ mutuatitiæ uſu atq; commercio.

Mutuli, uno modelo de ſpaldo vulgò dicitur. Varr. Sed pro colſibariis in pariete mutulos aut palos in ordine: ſupra quos tegeticulæ cannabinæ fiunt impoſitæ. Idem, Eas aluos ita collocant in mutulis paxilletis, ut ne agitentur, ne'ue inter ſe contingant.

Mutunus, Deus, qui & Priapus dicitur.

Mutuò, aduerbiũ, modò ſignificat inuicẽ. Cice. Mutuò ſe amabãt. id eſt, alter alterum amabat. Modò, e diuerſò, uiciſſim. Idẽ, Fac me mutuò diligas. id eſt, fac mihi in amore reſpõdeas, & me uiciſſim ames.

Mutuo, tuas, mutuũ do. Plau. in Trinũmo: Si quis mutuum dederit, fit pro proprio perditũ. Nam ego talentum mutuo quod dederi, talento inimicum mihi emi, amicũ vendidi. Significat etiam mutuum accipio. Cæcilius: Ad amicos curat mutuatum, mutuet cauſſa mea. Quomodo autem differant Mutuare, & cõmodare, vide in dictione Commodo.

Mutuor, mutuũ, vel mutuo accipio. Cicero libro de Fato: Orator ab Academicis ſubtilitatẽ ingenii mutuatur. Plau. Decem minas à patre mutuatus. Quod etiam dici poteſt: Sumpſit mutuum, uel mutuo.

Mutus, à mugiendo quidã deduci putant, quũ is qui loqui non poſſit, prorũpit tamen in uocẽ, quæ mugitus potius quàm ſermo videt. Vel dr̃ Mutus, quaſi minutus, quòd eo ſenſu minutus ſit. Vel dicitur à muſſando: quòd hic non amplius quàm mus dicat.

Mutuum, dicitur ab eo, quòd de meo tuum fit: uel quia res quæ redduntur, mutantur, & proprie ſine vſura: fœnus cum uſura. Plautus, Nam ſi mutuo non potero, certum eſt ſumam fœnore. Paulus Iureconſ. Mutuum damus, recepturi non eandem ſpeciem quam dedimus: alioqui aut commodatum erit, aut repoſitum: ſed idem genus. Nam ſi aliud genus, veluti pro tritico uinum recipiamus, nõ erit mutuum. Mutuus amor dicitur, quum par uoluntas accipitur & redditur. id eſt, ut ab eo ameris quem ames. Dicimus: Hic amat amicũ ſuum mutuo amore. id eſt, reſpondente

& mutuo

& mutuo amore tenetur. Terentius, Meretrix adoleſcentē, cuius mutuo amore tenebatur, exclu[illegible] Aemilianus, Acne tanquam [illegible] quæ mercede acciperet ſed mutua beneuolentia uteretur. Id eſt, ſtudente. Aliquā Mutuum pro vicario accipitur. Apul. Mutuā tibi operam [illegible] id eſt, vicariam.

M ANTE Y.

MYa, genus cōchæ in ſ[illegible] circa boſphorū Thraciū, uniones rufos ac paruos gignens. Cc.

Myagrus, nomen uiri proprium: cuius meminit Plinius lib. 34. Quo etiam nomine dictus muſcarū Deus.

Mycenæ, narum, & Mycena, næ, pen. produ. vrbs Peloponneſi, quam Perſeus Danaes filius extruxit: regiuncula in qua regnauit Agamemnon, à Mycena Nympha ſic adpellata.

Mycon, nomen pictoris egregii. Fuerunt autem duo Mycones. Vnus Atheniensis: Sycionius alter.

Myconē, nes, & Myconos, coni, penul. correp. inſula vna ex cycladibus. Statius libro Achill.

Cycladas hinc ſpretæ Myconos humilisq; Seriphos.

Scribit Seruius, hanc inſulam terræ motu diu laboraſſe: quo ceſſante, è Mycone Gyaroq; uicinis inſulis populos ueniſſe, qui eam tenerent & incolerent.

Myconius, a, um, nomē poſſeſſiuum, à Mycono.

Mydis, inſula, quæ etiam Delos dicitur: una ex cycladibus.

Mydriaſis, vocatur morbus oculorū: quum pupilla quidē ipſa colorem non mutat, ſed videtur vltra naturalē ſitum multò latior interim vt viſum omnem adimat, interim ut partem. Res uerò ipſæ minores quàm ſint adpareant, ecōtrario in phthiſi maiores. Nam & pupilla cōtrahitur, corrugaturq;.

Mygale, pen. cor mus araneus: quia muris magnitudine ſit, muſtellina ſpecie ore oblongo, cauda gracili, verſu dentium quadruplici, ut inquit Aetius. Abundat inſula Britannia hoc genere.

Mygdonia, regio littoralis Macedoniæ: in qua Niobe, Tantali filia, vxorq; Amphionis, in ſaxum uerſa eſt, à Mygdone rege ſic dicta. Iuxta hanc eſt inſula Mygdon. Ariſtoteles ſcribit, Mygdoniam eſſe Phrygiam, Lydiæ contenninam. Solinus uerò dicit hanc antè Bebryciam dictam: & mox à Bithyno rege Bithyniam dictam.

Mya, Latine muſca. Vnde Cynomyia, muſca canina.

Mylacris, blattæ genus. Quanquàm (autore Polluce) gallinā ſignificat in Comœdia Ariſtophanis.

Mylas, oppidum, de quo Seneca libro quarto Naturalium quæſtionū: Circa Meſſanam & Mylas fimo quiddam ſimile mare profert, feruetq; & æſtuat non ſine colore fœdo. Vnde illic ſtabulari Solis boues fabula eſt.

Mylochos, genus eſt vermiculi ex blattis: quòd circa molas ferè ſoleat naſci, μύλη enim molā ſignificat, ſed ſuperiorem: μύλος verò molendinum, ſiue piſtrinum. Cornucopiæ.

Mylos, Latinè mola. vnde Chiromilos, mola manualis. Amylum, ſine mola.

Mymphur, lignum mediocris longitudinis, rotundū quod loro circumuolutum circūagunt fabri in operibus tornandis.

Myoctonos, radix aconiti: quòd è lōginquo mures interficiat.

Myoparo, genus nauigii Tyrrheni pyratici, ex duobus diſſimilibus formatum. Nam & Medion, & Paron, pe ſe ſunt. Paro quoq; genus nauigii eſt. Varro: lamq; duos parones habebant inſtructos. Cice. lib. iii. de Oratore, Nam quū quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone: eodem (inquit) quo tu orbem terræ.

Myopes, Græci vocant in die parum videntes, μύω claudo, ὤψ oculus. quaſi Myopes, propter viſus hebetationē, clauſis oculis intueri videantur. Hos Latini luſcioſos vocant. Alio nomine Græci Myotilopas uocant, à nocturno aſpectu. Autor eſt Nonius, Myopes, qui Latine luſcioſi vocantur, ad lucernam non videre.

Myophanos, murium interfector.

Myopia, vitium myoporum. Sunt & Myopiæ murium cauernulæ. μῦς mus, ὄπτω video.

Myra, vrbs Lyciæ: cui diuus Nicolaus epiſcopus præfuit.

Myriades, plura dena milia.

Myriarches, qui præeſt decem milibus. Mille uero χίλια dicuntur.

Myrias, riadis, numerus continens decem milia.

Myrica, penul. produ. genus humilis uirgulti in Italia ferè: quas alio noīe tamaricas dicimus. Vergil.

Non omnes arbuſta iuuant, humilesq; myricæ.

Scribitur cum y, pſylo: quū Græci μυρίκη ſcribunt.

Hinc Myricinus, na, num, penul. produ.

Myrinum, penul. produ. Ariſtoteles uocat marē murænam, qui dentem extra os habet.

Myrinus, penul. cor. nomen propriū. Martialis,

Nuper quum Myrino peteretur Myſia læſo.

Myrinus, dictus Apollo: à Myrina urbe, ubi colebatur. Inde Myrini campi. Cc.

Myriophyllum, herba, quam Achillea Chironis diſcipulus fertur inueniſſe, à Latinis mille folium dicitur. Cornucopiæ.

Myriſtica, nux, dicitur vnguentaria glans: quā vulgò muſcatam uocant. Hæc bonum oris odorem facit: hepati, lyeni, & oculis confert.

Myrlea, oppidum Bithyniæ, quod Apamea dicitur: à Myrlo Colophoniorum duce: vel à Myrlea Amazone. Nicomedes autem Epiphanes, Pruſiæ regis filius, de matris nomine Apames, Apameam uocari uoluit.

Myrmeciæ, verrucæ ſunt, lupini amplitudine: ſicut acrocordones fabæ noſtratis. Sic dictæ, quia formicæ modo pungant.

Myrmecidea, nomen viri proprium, de quo Cicero in Academic. Vt etiam inter Deos Myrmecides minutorū opuſculorū fabricator fuiſſe videatur. Suidas: μυρμηκίδης ἀντιπερ[illegible] τῆς [illegible] τέχνης.

Myrmecites, gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet.

Myrmeciūm, phalangii genus, formicæ ſimile capite, aluo nigra guttis albis diſtinguentibus. Cc.

Myrmecoleo, paruum valde animal, formicis aduerſum: quod ſe ſub puluere abſcondit, & formicas frumenta geſtantes interficit, & interfectas conſumit. Latine autẽ dicitur vel formicarum leo, vel certe expreſſius formica pariter & leo. Recte autem formica & leo nominatur, quia ſiue uolatilibus, ſeu quibuſlibet aliis minutis animalibus, formica eſt: ipſis autẽ formicis leo eſt. Vnde in Iob legitur, ſecundum ſeptuaginta interpretes. Myrmicoleo periit, eò quòd non habet prædam.

Myrmecia, gẽma, quæ nigerrimo colore tranſlucet, & eminentias quaſdam habet ſimiles uerrucis. Aliter morion vocata eſt.

Myrobalanum, quaſi vnguentaria glans. βάλανον Græci glandem dicunt. Eſt autem arbor heliotropii foliis, fructus glandi ſimilis, ad magnitudinem auellanæ.

Myrobaptarii, dicſitur tinctores murrhei coloris.

Myrobrechi, quaſi vnguento ſtillantes, μύρον Græci vnguentũ uocant, βρέχω proluo, & irrigo. Plau. In Aulul. Myrobrecharios pro unguentorũ confectoribus accipit, ad capillos irrorandos. Ait enim: Aut manulearii, aut myrobrecharii.

Myron, propriũ nomen ſtatuarii. Hic fecit ex ære buculam celebratis verſibus laudatam. Propertius,

Atque aram circũſteterant armẽta Myronis
Quatuor artificis uiuida ſigna boues.

Myron etiã ſignificat vnguẽtum, & oleũ recõditũ, hoc eſt antiquũ, quod ad edẽdum inſuaue eſt.

Myronides, nomen viri proprium.

Myropola, penul. produ. vnguẽtorũ venditor: quem noſtri vnguentarium dicunt.

Myropolium, locus vbi vnguenta vẽduntur. Plautus, Quem ſum defeſſus quærere per medicinas, tonſtrinas, in gymnaſio, atq; in foro per myropolia. Latine vnguẽtaria taberna dicitur. Suetonius de Auguſto: Et modo vnguẽtariam tabernam, modo piſtrinum Ariciæ exercuiſſe obiicit.

Myrothecium, vnguẽtorum repoſitoriũ. Vnde Cicero ſcribit ſe myrothecium Iſocratis totum conſumpſiſſe, In cõmentario conſulatus ſui ſcribendo, hoc eſt, pigmenta oratoria.

Myrra, arbuſcula eſt In Arabia præcipue naſcens: altitudo ei ad quinq; cubita, nec ſine ſpina, cortice duro & intorto: cuius gutta (quæ ſponte ſtillat) viridis eſt & amara, quæ eodẽ nomine vocatur Myrrha Arabica, ſiue Stacte. id eſt, gutta ſiue ſtilla Myrrhæ. Eius virtus eſt, vt corpora imputribilia reddat. Fuit & Myrrha Cyranę Cypriorum regis filia: quæ in arborem ſui nominis fertur conuerſa.

Myrrhapia, genus pyrorum, quod odorem gratiſſimum reddit.

Myrrheus, rhea, rheum, quod ex myrrha eſt. Proper.
Myrrheaq; in Parthis pocula cocta focis.

Myrrhina vina, dicunt quæ myrrha cõdita ſunt. Ce.

Myrrhites, gẽma quæ myrrhæ colorem habet. Ce.

Myrſineũ, genus marathri, foliis magnis, guſtu acriore. Aliter dicitur hippomarathrum. Ce.

Myrſinites, fruticis genus, quod cariotę vocãt, foliis myrti acutis compũgentibus, ſed mollioribus. Item, Myrſinites gemma eſt, quæ melicum colorẽ nigricantem habet, & myrrhæ odorem.

Myrſum, Peloponneſi oppidum fuit.

Myrſus, proprium nomen viri. Sic enim uocatus fuit Candaulis pater, qui & Myrſilus dictus fuit.

Myrtetum, locus myrtis conſitus. Dicitur & Myrtetos: Plautus in Aulularia: Neſcio qui ſeruus è myrteto proſiluit.

Myrteus, a, um, quod ex myrto eſt. Tibullus,
Et gerit inſigni myrtea ſerta coma.

Hinc Myrteam Venerem priſci adpellarunt. Plinius lib. v. Ara fuit Romæ uetus Veneris myrteæ, quam nunc Murtiam vocant.

Myrtinus, na, num, penultima producta, eiuſdem ſignificationis. Plinius, Oleo myrtino illitum ſtatim reſoluitur.

Myrtopetalum, herba eſt, quam multi ſanguinariam vocant.

Myrtoum, pelagus, pars maris Aegæi: ſeu quæ eſt inter Aegæum & Ionium, nomen accipiens à Myrtilo Mercurii filio: qui in id proiectus fertur.

Myrtus, arbor, bacchas ſaporis præcipui producens: ex quibus vinum fit quod Myrtidanũ uocant. Item generoſum ob ſonium quod dicitur Myrtatum.

Mys, myos, nomen fuit cælatoris, qui claruit argẽto cælãdo. Matt. Quis labor in phiala docti Myos? an ne Myronis? Et Mys in mari teſtudo, mus aquatilis: qui & mus marinus, & lutaria teſtudo dicitur. Item piſcis genus ex oſtrea eſt.

Myſia, regio Helleſponti, à Myſis dicta: qui è Thracia illuc migrauerunt: quæ ſubdita fuit Telepho. Eſt & alia Myſia poſt Macedoniã, quæ adfinis Hadriatici, vſq; ad Ponticũ extendit mare. Ptolemæus duplicem Myſiam facit, maiorẽ & minorem: & vtrãq; extra Bithyniam in Aſia poſuit, non procul ab Ida. Myſos alii Thraces, alii Lydos fuiſſe dixerunt. Et quoniam Lydi phagũ acetoſam (quæ multa naſcitur in Olympo) Myſam vocauere, ab eo Myſos dictos putarunt: quibus ſermo fuit ex Lydo Phrygyoq; permiſtus.

Myſteria. à Græcis dicſitur, quæ Latini ſacra arcana, ſecluſa vocant: quæ niſi ſacerdoti ſcire nefas eſt. Vñ occæcatus eſt poeta, qui auſus fuit ea patefacere. Dicta Myſteria (vt lib. ſecũdo Præparationis Euangelicæ teſtatur Euſebius) à μύσος. quod Latine ſcelus dicitur. Hinc non ſine myſterio fieri dicimus, quod occulta aliqua ſacrorum ratione perficitur. Vnde Myſtæ dicti ſacerdotes: vt apud Auſonium, Senecam, & Papinium, & Symmyſtæ, conſacerdotes, eiſdem ſacris initiati. Qua dictione Apuleius, Sidonius, & Hiero. vtuntur. In myſteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in vulgus enſicanda nõ ſunt: quum (autore Tertulliano) omnibus myſteriis ſilentii fides debeatur. Scribit Euſebius in Præparatione Euangelica, in ſacris Iſidis & Seraphidis fuiſſe ſimulacrum, quod digito labiis impreſſo admonere uideretur ut ſilentium fieret.

Myſticus, ca, cum, proprie quod in arcanis Deorũ ſu

ſtris fiebat: qualia erant Bacchi orgia, quæ noctu clàm à ſolis mulieribus celebrabantur. Vergilius,

Et myſtica vannus Iacchi. Ipſa ſacrorum ſignificatio occulta (vt ait Strabo) myſteria dicitur. A' noſtris tamen Myſticum, dicitur figuratum.

Myſtris, genus piſcis, qui ab Athenæo Mya, ab Theodoro muſculus, ab ariſtotele myſtocetus, vulgò mus marinus: cui & caprifico nomen ſit. iulius, Piſciculus, qui balænis oculorum vice fungitur, muſculi nomen habet.

Mythologia, ſermo ſeu ratiocinatio fabularum.

Mythos, Lati. fabula. vnde Mythicus, fabularis, ſeu fabuloſus.

Myxa, apud Græcos, propriè pituita è naribus fluens, quæ & mucus dicitur. vnde Myxon mucoſus adpellatur, hoc eſt, nares muco ſordidas habens. Myxetis uero, naris adpellatur. Ex hoc Myxa, & Myxos, prominens pars lucernæ vocatur, ex qua profertur elychnium: quaſi ex naribus mucus. Hinc Græci, quoties uolfit elychnium produci ut luceat clarius, προσῦξαι τὸν λύχνον dicunt: noſtri uero, emungere lucernam. A' Myxos fit Dimixus, quæ eſt lucerna duo elychnia habens: Trimixos, tria: Polymyxos, multa. Martialis.

Totáque geram myxos una lucerna uocor.

DE LITERA N.

N LITERA, ſi principalis fuerit ſyllabæ, aliquando ſumit ante ſe g, ut Narus, Gnarus, unde Ignarus. Nauus, Gnauus, unde Ignauus. Et ſi habuerit poſt ſe c, ſæpe c, in g, mutatur: vt, quadringenti, pro quadrincenti: quingenti, pro quincenti. Sed in quibus n, non fuerit, ſeruatur c, vt ducenti.

Nabatha, ciuitatis cuiuſdam nomen eſt.

Nabathea, regio eſt ab Arabia incipiens, eamque intra ſe continens: quæ uſque ad mare rubrũ ex latere dextro, Perſicum ex ſiniſtro, Iudiciſque ex ſuperiori parte protenditur. Nomen habet à Nabath Hiſmaelis primogenito. Huic metropolis eſt Petra. Hinc Nabatheus, a, um, penul. producta. Iuuenalis, Et quos depoſuit Nabatheo belua ſaltu.

Nabis, lingua Aethiopum, camelopardalem ſignificat: camelo ſimilis capite, collo equo, pedibus & cruribus boui. Cc.

Nablium, diminutiuũ à nablum, inſtrumentum muſicum: quod & naulum, à quo naulium. Ouidius,

Diſce etiam duplici genitalia nablia palma,
Vertere conueniunt dulcibus illa modis.

Suidas, Nabla, organi ſpecies eſt. Et alibi. Pſalteriũ, organũ eſt muſicum, quod Nabla etiam uocatur.

Nacæ, adpellantur fullones: quòd rauci non ſint. Cc.

Næ, cum diphthongo, vide in dictione Ne.

Næx, fullones: quòd à ueteribus Græcis omnia ferè opera ex lana, Nææ dicebantur. Feſtus Pompeius vero ſcribit Nacæ.

Næera, nomen mulieris proprium: quo ſignificatur ſemper recens.

Nænia, niæ, & Nænia, niorum, (vt eſt apud Ouid. lib. vi. Faſto.) Græcũ nomẽ eſt: ab eo deductũ quod eſt νέατον. id eſt, vltimũ. Erat enim vltimum quod defunctis canereť carmẽ: quod in funere laudandi gratia cãtatur ad tibiã, ante cadauer ſepultũ. Alio noĩe epicediũ, ſiue monodia à Græcis dicitur. Diomedes. Apud Romanos id carmẽ quod cum lamentatione extremũ atque ultimum mortuo adcanitur, Nænia dicitur. Acron uero docet eſſe factitiũ nomen, à ſimilitudine uocis eorũ qui queruntur & dolent. Quintilianus libro. vii. Tertius eſt diuerſus tranſlationis modus, quum res cõmunis pluribus in vno aliquo habet nomen eximium: vt carmen funebre, proprie Nænia dicitur. Improprie tamen accipitur pro ineptia cuiuſlibet cantus aut ſermonis. Sic Hierony. contra Ruffinum. Niſi fortè non fuit in præſentiarum, qui tuas emendaret nænias. Hoc carmen Simonides poeta lyricus, primus inſtituiſſe diciť. Sidonius pro epitaphio poſuit, quum ait: Nænia marmori inciſa, per hendecaſyllabon.

Næuia, nomẽ mulieris, à næuo ſic adpellata.

Næuus, corporis inſigne, ſeu genitiua macula. Vnde Næuoſus, qui næuis plenus eſt.

Naiades, Nymphæ fluminum, & fontium, ἀπὸ τοῦ νάω, fluo.

Nain, ciuitas Galileæ, duobus milibus diſtans à monte Tabor. Quo nomine ſignificatur fluctus, ſiue commotio.

Nais, fluuius, qui ex Tauro monte naſcẽs in pontum mergitur.

Nam, coniunctio cauſalis, quam frequenter uſurpant autores: & primũ tantum locũ ſortitur. Nanque uero, ſecundũ, uel alium. Accipitur etiã pro ideo. Terent. nam in prologis ſcribundis operã abutitur. Aliquando pro autem. Cicero in Salluſt. Nam quòd in vxorem atque filiam meam tam petulanter inuectus es. Solet autem hæc particula Nam poſtponi, vt quiſnam. Antea præponebať. Teren. Nam quæ eſt anus à fratre egreſſa meo.

Nanciſcor, ſceris, nactus, à nancio, cis, fit, ſecũdũ Priſcianũ: & ſignificat adquiro. Teren. Nõ triũpho ex nuptiis tuis, ſi nihil nãciſcor mali. Salluſt. Homines adoleſcentes ſummã poteſtatẽ nacti. Cic. Aplo Pul. Pluribus uerbis ad te ſcribam, quũ plus ocii nactus ero. Et Nanciſci, ſignificat inuenire. Lactant. libro ſexto. Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem. Hinc Renanciſcor, quod à ueteribus poſitum eſt pro reprehendo.

Nanim, nomen fictum à Comicis, pro muliere parua, ſed pulchra per diminutionem blandiendi cauſſa: ſicut Glycerium, & huiuſmodi.

Nanum, uas, breue & latum, quod vulgò ſitulum barbatum adpellant.

Nanus, (teſte Gellio libro decimooctauo) Græcum uocabulũ eſt, quo uocauerſit breui corpore hoĩem, paululũ ſupra terrã extantẽ, quem Latinè Pomilionẽ dicimus. Nec de hominibus tantum, ſed de aliis

quoque rebus dicitur. Vndè etiam mala nana: quæ alio nomine melunela vocantur.

Napææ, ſyluarum ſeu collium & florum Deæ, ſicuti Dryades arborum. Vergilius,
Faciles venerare Napæas.

Napæi, populi in Lesbo. Et Apollo Napæus, ſub vrbe Napa.

Napatæi, populi in Aethiopia.

Naphtha, à Lat. ſeu Nauphta dicitur, picis genus, vt eſt apud Danielem prophetam. Plinius libro ſecundo ait, eſſe genus ueneni, ex bitumine, cuius vis ardens, ignium naturæ cognata, tranſilienti ſi protinus in eã vndecunq; viſam. Hieronymus allegat Salluſtiũ dicentem, Naphtha eſſe genus fomẽti apud Perſas, quo vel maxime nutriantur incendia. Quidã oſſa oliuarum, quæ proiiciuntur eſt amurca, putant adpellari.

Napinæ, vbi ſeminantur napi. Columella libro ſeptimo, Napinæ, item rapinæ, ſicaneis locis per hos dies fiunt.

Napitæ, populi in Scythia, quorũ caput uicus Napis, qui & Napatæ nominantur.

Napus, genus rapæ, quæ longior. Colu. lib. ii. Napus deuexam terram amat & ſiccam. Huius diminutiuũ eſt Napunculus.

Nar, fluuius, qui per vrbem Narniam effluens, Tyberi immiſcetur. Eſt & alius hoc nomine, qui à Danubio videtur deriuari. Verg. Sulphurea Nar albus aqua. Strabo hunc Naronem vocat.

Narane, fluuius Dalmatiæ, ab Epidauro non diſtans amplius centum milibus paſſuum.

Narbaſia, vrbs æſtuaria in Hiſpania.

Narbonenſis Gallia, à Narbone ciuitate dicta eſt. Hæc olim Braccata Gallia dicebatur. Scribit Strabo libro quarto, Narbonem fuiſſe ampliſſimum eius regionis emporium.

Narciſſinum vnguentum, quod ex flore Narciſſi fieri ſolebat, ſed ſtatim obliteratum fuit. Cc.

Narciſſites, pen. prod. gemma adpellata eſt, quæ narciſſi colorem habet.

Narciſſus, lilii genus, radice carnoſa atque odora, flore purpureo: folia in radice habens ad ſimilitudinem foliorum arundinis, ſed aliquanto craſſiora. Dictus à νάρκη, narce (ut Plinius inquit) quod ſtuporem Latinè ſignificat. Nam odor eius caput adgrauat. Eius duo ſunt genera. Vnum purpureo flore: alterum herbaceo. Narciſſi verò pueri monumentum in ora Bœotiæ: per quod tranſeuntes ſilebant. vnde taciturnum vocabant. Fertur Narciſſus puer, filius fuiſſe Cephiſi amnis, & Lyriopes Nymphæ, quum pulchritudine præſtaret, à multis Nymphis amatus eſt. Et quũ nimio deſyderio potiundæ Nymphæ contabuiſſet, mutatus eſt in florem ſui nominis. Eſt & Narciſſus nomen fluuii: & nomen liberti potentiſſimi Claudii.

Narcotica, medici neoterici adpellant medicamẽta, quibus ſtupor cõciliatur ac torpor, aduerſus ſenſum doloris & cruciatum.

Nardina pira, dicuntur ab odore. Cc.

Nardinum, pen. prod. vnguentũ ex nardo factũ, quod alio nomine dicitur foliatum, vt ait Plinius.

Nardoſphærum, vocant nardũ maioribus foliis. Cc.

Nardus, fœmin. gene. & nardum, neutri, frutex graui & craſſa radice, ſed breui ac nigra, aſpero ſapore, folio paruo denſoq;. Tibullus,
Illius puro diſtillent tempora nardo.

Nares, pprie naſi latiores partes, in quibus ſunt ſpiracula, à naritate (vt inqt Donatus) quæ nos odoratu doceant præſtò ac propè eſſe quod adhuc oculi nõ vident. Siue (ut alii volunt) quòd p eas odor uel ſpiritus nare non deſinat. Vel à Græco, per inuerſionẽ literarũ, ut ῥῖνες nares, τέρην tener. Verg. in Georg.
Collectumq; premens voluit ſub naribus ignem.
Ouidius vſus eſt ſingulari pro naſo dicens,
Pandaq; naris erat. Hæ partes naſi Nares, imus, naſus dici ſolẽt. Suetonius de Auguſto: Mediocres aures, naſum à ſummo eminentiorem, ab imo deductiorem.

Narica, genus piſcis minuti, à nando, vt quidam exiſtimant.

Naricium, quod & Narix, & Narice dicitur, oppidum Locrorum vetuſtiſſimum fuit, vnde Aiax fuit, & Naricii populi de quibus Vergilius,
Hic & Naricii poſuerunt mœnia Locri.
Hinc dicta ex pix Naricia. Similiter Naricia inſula in mari Aegæo vel Ionio, quæ fuit Vlyſſis.

Narnia, Vmbriæ ciuitas, per quam Nar labitur, à quo & nomen accepit. Liui. lib. x. A Nare flumine Narnia adpellata.

Narnienſes, Narniæ populi. Ce.

Narratiuncula, parua narratio. Quint. Narratiunculas à poeris celebratas, notitiæ cauſſa, non eloquentiæ, tractandas puto.

Narro, ras, dico, recito. A quo Narratio, quæ eſt rerũ geſtarum, aut périnde vt geſtarum expoſitio. Huius compoſita ſunt Denarro, Enarro, quod eſt, extrà & largè narro. Et proprie (vt Diomedes inquit) Enarratio, eſt obſcurorum ſenſuum quæſtionumq; explanatio, vel exquiſitio, per quam vniuſcuiuſq; rei qualitatẽ poeticis gloſſulis exoluimus. Lact. li. vi. Quis ſacramentum Dei ſciens, tam ſignificanter enarrare legem Dei potuiſſet, quàm illam homo longè à veritatis notitia remotus expreſſit? Prænarro, primò & ante alia narro. Teren. in Eu. Oportuit rem prænarraſſe me. Obnarro, peruerto, declaroq;.

Narthecium, diminutiuum eſt. Græci Narthecа vocãt ferulam adſurgentem in altitudinem: humilem vero & depreſſam, Narthecion dicunt. Quum autem ſemẽ ferulæ morbis quibuſdam auxiliari dicant medici, Narthecion pro repoſitorio medicamentorum vſurpatur, etiam ſi fuerit ex alia materia factũ. Vel quia id genus ligni adcommodatum eſt ad ſeruanda medicamenta. Cicero de Finibus bonorum: Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tãquàm de narthecio promant. Hinc Narthecophori, quaſi feruligeri, dicti ſunt Bacchi miniſtri.

Naſamones, penul. prod. ſunt populi Libyæ, nauium Syrtibus inuolutarum ſpoliatores. Lucanus,
Hoc tam ſegne ſolum, raras tamen exerit herbas,

Quas Naſamon gens dirá legit, quæ proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit, nam littoreis populator arenis
Imminet & nullos portus tangente carina
Nouit opes, ſic cum toto commercia mundo
Naufragiis Naſamones habent.

Suidas: Νασαμὼν, ἀφ' οὗ Νασαμῶνες, ἔθνος Λιβύης, καὶ Νασάμωνος ὄνομα κύριον. id eſt, Naſamon, ex quo Naſamones, gens eſt Libyæ: & Naſamonis proprium nomen.

Naſamonites, gemma, quæ quum ſanguinea ſit, ſcatet nigricantibus venis. Ce.

Naſcor, ſceris, natus, notæ ſignificationis. Salluſtius: L. Catilina nobili genere natus fuit: magna vi animi & corporis. Et dicimus. Natus ſum laudi & ad laudem. Cicero pro Sextio: Qui ſe patriæ, qui ciuibus ſuis, qui laudi, qui gloriæ, non ſomno nec conuiuiis, non delectationi natos arbitrantur. Idem ibidem: Nam quid ageret vir ad dignitatem & gloriam natus? Huius verbi compoſita ſunt Agnaſcor, Cognaſcor. vnde Cognatus, a, um, Leo papa, Epiphaniæ dilectiſſimi veneranda feſtiuitas dat nobis perſeuerantiam gaudiorum, vt inter cognatarum ſolennitatum vicina ſacramenta, exultationis vigor, & feruor fidei nõ tepeſceret. Enaſcor, extra naſcor. Iuſtin. lib. i. Hic per ſomnum videt ex naturalibus filiæ (quam vnicã habebat) vitem enatam, cuius palmite omnis Aſia obumbrabatur. Denaſcor, decreſco, deficio, morior. Caſ. Hemina lib. ii. animalium: Quæ nata ſunt, omnia denaſci aiunt. Innaſcor, intus naſcor. Cicero libro. I. Officiorum, Sed illud odioſum, quòd in hac elatione & magnitudine animi, facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Internaſcor, in medio naſcor. Columella lib. v. Ne autem pampinarius palmes internatus. Obnaſcor, circunnaſcor. Renaſcor, rurſus naſcor. Lactantius libro ſeptimo: Itaque renaſci eas putauerunt. Pronaſcor, ortum habeo. Terentius in Phormione: Aiunt illam ciuem Atticã bonam, bonis prognatam.

Naſica, pen. prod. Scipio dictus eſt. Ouidius,
Naſica excepit templi non extitit autor.
Auguſtus nunc eſt, antè Metellus erat.

Naſiterna, vas aquarium anſatum ac patens. Varro lib. I. de Re ruſtica: Vt ex ære ahena, vrceos, naſiternam faceret.

Naſſa, genus vaſis piſcatorii, quo quum intrauerit piſcis, exire non poteſt. Plaut. Nunquàm ex iſta naſſa hodie eſcam petam.

Naſturtium, nomen accepit (vt Pli. docet) à naris tortione. Hinc factum eſt prouerbium, ad excitandum torporem. Ede naſturtium, quaſi diceremus, Expergiſcere. Eſt autem herba hortenſis, prodeſt contra ſuſpiria & tuſſim. Græci Cardamon appellant. Strabo lib. xv. de Perſarum victu loquẽs ſic refert: Quotidianus eorum cibus poſt exercitiũ eſt panis duriſſimus, & cardamon, & Salis granum, & carnes aſſæ, ſiue elixæ: potus eſt aqua.

Naſus, dicitur ea pars capitis, quæ à ſuperciliorum cõfinio oriens, & quaſi æquali porrecta iugo vtramque aciem ſimul & diſcernit & munit. Duo autem eius ſpiramina, geminiq; hiatus, quos veluti quidam paries per medium ductus interſepit, nares vocantur. Aliquando Naſus ponitur pro acrimonia, & dicacitate. Vnde habere naſum eum dicimus, qui vemuſta quadam & ſubdola irriſione alium deridet. Apuleius in Meta. Contorta & vituperanti nare diſceſſit, Plinius: Primus Lucilius condidit ſtyli naſum. id eſt, ſcripſit ſatyram; quæ acerbitatem quandam & acrimoniam ſtyli habet in vitiis inſectandis. Martialis,
Non cuicunq; datum eſt habere naſum. Id eſt, acrimoniam ad deridendũ, & dicacitatem. Hinc Naſuti dicuntur dicaces, reprehenſores, & deriſores. Idem,
Naſutus ſis vſq; licet, ſis deniq; naſus.
Idem formauit comparatiuum. Nil naſutius hac, malignius q; eſt. Et per dimin. Naſutulus Apuleius; Naſutula mulier ac dicacula. Naſus enim ſagacem ſapientiam repræſentat, ſumpta metaphora ab animalibus. Canes enim & vultures olfactu inquirunt. Sapiens igitur & cautus eſt, q odoratu abſtruſa quoq; intelligit. Horatius in Sermonibus:
Vt plerique ſolent, naſo ſuſpendis adunco
Ignotos, vt me libertino patre natum. A' Naſus, fit verbum Denaſo, ſas.

Natabula, ab Apuleio dicuntur loca natationis.

Natalis, generis maſculini. Natale neutri, & hoc Natalicium, ſumitur pro die quo quis natus eſt. In quo etiam ſignificato capitur, hic & hæc Natalis, & hoc Natale Similiter Natalitius, tia, tium, in quibus additur dies. Terentius in Phormione, Porrò autem alio vbi erit puero natalis dies. Leo papa: Natalem igitur diem domini celebremus. Subſtantiuum. Vergilius, Meus eſt natalis Iola. Plinius, Dum natales ſuos celebraret. Dicitur & Natalis de rebus inanimatis, pro naſcens. Idem libro trigeſimoſeptimo, Similis eſt huic quidem Arabicus, minor tantũ ſimiliter & naſcens, cæteris pallor gentis, & in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Natales, plurali tanto numero, ſignificat conditionem ſanguinis ac familiæ, vt Generoſi natales, Natales obſcuri. Cornelius Tacitus: Aderat Cornelius fuſcus, vigens ætate, claris natalibus. Plinius in Epiſtola, ad Mellium, pro ignobilitate poſuit & ſordibus generis. Nõnunquàm (inquit) candidatus, aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Titulus eſt apud Iureconſultos de Natalibus reſtituendis, quo oſtenditur, dum qui natalibus reſtitutus ſit, vti iure, tanquàm nomine Natalium ingenuitas ipſa ſignificetur. Iuuenalis etiam pro celebritate diei natalis ſumpſit:
Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.
id eſt. Non aliter à victoria exhilaratur, quàm dies natales celebrantur. Et natales, pro annis accipiunt. Sapphò Sex mihi natales ierant.
Tot enim dies celebrantur natales, quot aguntur anni.

Natalis ſacrorum, dicitur dies quo quis conſecratur, fitq; ſacris initiatus.

Natatilis,penult.correp.qui natat, vel natare poteſt, ſicut uolatilis,qui volat,vel volare poteſt. Auguſtinus libro duodecimo de Ciuitate Dei: Talẽ illi creauit animam qua per rationem & intelligentiam omnibus eſſet præſtantior animalibus, terreſtribus, & natatilibus,& uolatilibus, quæ mentem huiuſmodi non haberent.

Natatitius,tia,tium,quod natat. Auguſtinus libro de Trinitate,capite octauo, Vnde iubente creatore producit aqua prima natatitia,& uolatilia.

Natatorium,& Natatio à natãdo dicuntur, & à Græcis baptiſteria dicuntur.Ce.

Natatus,tus,ipſe natãdi actus. Claudianus lib.iii.
Lucus erat prope flumẽ Athim, quod cãdida ṗcrt
Sæpe mari,pulchroq́; ſecat Galathea natatu.

Nates,à nitendo,vt quidam exiſtimãt.ibi enim eſt caro firmior quàm in cæteris membris, ne premente corporis mole oſſibus cogatur. Horatius in Serm.
Diffiſſa nate ficus.
Harum tumor clunis dicitur. Iuuenalis,
Ad terram tremulo deſcendit clune puellæ.

Natinatores, negocioſi vocabãtur, & Natinatio,negociatio.

Natio,genus hominum(inquit Feſtus)qui non aliunde venerit,ſed ibi nati ſunt. Et Natio principalis,eſt in qua poſſunt eſſe multæ gẽtes : ideo plus in ſe cõtinet quàm gens.In pecoribus quoq; bonus prouẽtus fœturæ,bona natio dicitur.

Natiuitas, idem quod ortus, quod nomẽ vſurpatur ab eccleſiaſticis.

Natiuus,ua,uum,in quo aliquid naſcitur.Plinius libro trigeſimoprimo : Sunt & mõtes natiui ſalis.Et Natiuus,qui natus eſt,paſſiuæ ſignificationis. Gellius: Propterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis. Natiuus color, dicitur naturalis: qui nulla arte, ſed natura producitur,modo in albedinem tendens,modo in nigredinem,nõ tamẽ perfecte, vt albus,niger. Natiuus color niger,leucopo,cõtrarius,proprie pullus vocatur. Plin.Iecur rubetæ, vel cor,alligatur in pãno leucopo,nam quartanis prodeſt. Hinc Leucopeati,q rudiori alba veſte ac vili & natiui coloris,induti ſunt,vt Maria, Amator ille triſtiſ lacernarũ,& bethyeatus ſimul & leucopeatus. Si vero huic colori ars addita ſit,cãdidæ veſtes dicuntur.& niueæ, & caltulæ,à caltula viola coloris albi. Et galbinæ. Nam Galbana,albæ,veſtes ſunt. Et olorinæ. Nam olorinus color eſt cãdidus,qui & cygneus.

Nato,tas,frequẽtatiuum eſt verbi No,nas. Nare autẽ, ſeu Natare proprium eſt piſcium. Columel. per trãſlationem libro tertio pro vltra ire poſuit: Alioqui etiam nouellam vineã ex reſectione natam vini,inutilẽ habebis prima parte terræ natãtibus radicibus. Quandoq; pro trepidare. Ouid.lib.vi Faſt.
Nox erat,& vinis,oculiq́; animiq́; natabãt.
Quãdoq; pro nauigare.Huius compoſita ſunt Adnato,iuxta nato,ſiue ad aliquem locum nauigo. Verg.
Huc pauci veſtris adnauimus oris.
Cõnato,ſimul nato. Plautus, Cõnatat nobi ſcum.id eſt,riualis eſt. Et eſt à Conno.Idem Connationi ſtræ cõſcius,hoc eſt,eandem adiremus mulierẽ. Sed hæc per metaphorã.Enato,extra nato: ab Enno:vt,
Inſuetum periter gelidas enauit ad arctos.
Innato,intus nato,ab inno. Verg.lib.ii.Georg.
Nec nõ & torrẽtem vndam leuis innatat Alnus.
Idem libro tertio Georgicorum,de inno:
Plumoſq́; innare rapaces. Denato,deorſum nato, à deno,vide alibi. Obnato contrà ſeu citrà nato,ab obno:vt, In æquore fuluis Obnatat vmbra, fretis. Prænato, antè nato,à præno. Plini. Prænatante piſciculo frontem ſuam ſpargit. Renato, ruſus nato,vel natãdo reuertor:à reno. Supnato, ſuper vndas ſto, nõ mergor,à superno. Pli.libro vigeſimoquarto,Poſtea ſupernatans aqua tollitur ſpongiis. Trãſnato, vltra nato:à trano. Liuius Magonem cum equitatu flumen tranſnataſſe. Vergilius lib.iii.Georgico.
Superant montes,& flumina tranãt
Et omnia habent penultimam correptam, & à naue dicta ſunt.

Natrix, generis maſculini & fœminini, genus ſerpentis,à nando, quòd in aqua quoq; uenenum ſpargit. Priſcianus lib v. Natrix,quum ſpeciem anguis ſignificat,maſculinum quoque inuenitur. Cicero: Quur omnia noſtri cauſſa quum faceret, tantam vim natricum viperarumq́;. Lucanus, Et natrix violator aquæ.Itẽ Natrix,herba eſt, cuius radix euulſa,virus hircire dolet. Natrix quoque mulier dici poteſt natãs,ſicut natatrix.

Natura,dicta eſt ab eo quod aliquid naſci faciat.Hãc quidam Deum eſſe dixerunt,à quo omnia ſunt creata. Seneca libro quarto de Benefi. Natura hoc mihi præſtat. Nõ intelligis te,quum hoc dicis mutare nomẽ Deo. Quid enim aliud eſt natura quàm Deus, & diuina ratio,toti mũdo & partibus eius inſerta? Plinius: Vbiq; naturã parẽtem rerumq́; opificem adpellat. Auguſtinus de moribus Manicheorũ,ſic diffinit,Natura nihil eſt aliud,quàm quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe Ponitur interdum pro vi,vt de arborum atque herbarum naturas dicimus.Interdum pro more. Vergilius,
Nunc age naturas apibus,quas Iuppiter ipſe
Addidit expediam. Interdum pro genitalibus,tã virilibus quàm fœmineis,quæ à Græcis dicitur phyſis. Hieronymus de Circunciſione, Videamus quæ cauſſa eſt, ut eam partem corporis quæ ſecretior & occultior eſt (quæ à Græcis phyſis à noſtris dicitur natura)ad circuncidendum dominus elegerit. Pli. Si quadrupedes fœtum nõ admittãt, vrtica naturam fricãdam mõſtrat. Dicta Natura,quia in eo membro naſcendi uis ſit. Et Natura eſt, quæ vnicuiq; rei formam dat ſpecifica differentia, diffinitur q; à philoſophis ſic Natura eſt motus principium, ſecũdum ſe & nõ per accidens,quoniam vniuerſa corpora propriũ habent motũ per ſe:vt,Ignis per ſe ſurſum fertur, terra deorſum,& nõ per accidens,quoniam id nõ naturale,ſed artificiale dicitur.

Naturalia,plurali tantum numero,dicuntur pudenda. Colu. Si equa marem nõ patitur,detrita ſcylla,naturalia eius linuntur,quæ res accendit libidinem. Idem

lib.iii.de Pullicenis, Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinata dureſcant, & naturalia præcludant.

Naturalis, & hoc Naturale, quod ſecundum naturam eſt. Vnde Naturales filii, dicuntur legitimi: qui ſola natura coniugali lege ſunt orti, non ex concubinæ. Suetonius Tyberio: Filiorum neque naturalem Druſum, neque adoptiuum Germanicum, patria charitate dilexit.

Natus, ta, tum, participium à naſcor. Teren in Heaut, annus ſexaginta natus es, aut plus eo, vt cõiicio.

Natus, ti, nomẽ pro filio: ſicut Nata, tæ, pro filia. Ver. Nate meæ vires, mea, magna potentia ſolus.

Natorum adpellatio (inquit Modeſtinus) ad nepotes extenditur. Addimus quãdoq; g, & dicimus Gnatus, ta, quæ ſemper ſunt ſubſtantiua.

Natus, tus, nõ legi, niſi in ablatiuo tãtum. Cicero in Catilinar. Quanquàm eũ colere cœpi non admodũ grandem natu, ſed tamen iam ætate prouectum.

Nauale, adiectiuũ, quod ad naues pertinet. Vnde Naualis corona, qua donari ſolebat, qui primus in hoſtium nauem armatus tranſiliſſet. Hieronym. Qui nauali prælio dimicaturi ſunt.

Naualia in quibus ſtant vel fieri ſolẽt naues. Verg. Deripiuntq; rates alii naualibus ire. Oui. li. iii. Meta. Haud aliter quàm ſi ſiccum nauale tenerent.

Nauarchus, chidis, nauis prætoria, in qua eſt prætor.

Nauarchis, nauis, princeps, qui in naui nautis imperat quæcunq; ad faciendam nauigationem: Nec abſurde in triremibus idem eſſe itelligitur, qui comes vel comites dicitur. Cice. in Verr. Sumptum omnem in claſſem frumẽto, ſtipẽdio, cæteriſq; rebus nauarcho ſuo, quæq; ciuitas ſemper dare ſolebat.

Nauaria pars Hiſpaniæ Septẽtrionalis, uerſus Arctõ Vaſconibus adiacet, ad Meridiem verò Taraconiã habet regionem.

Nauci, putamen nucis, ſiue oliuæ nucleus, ſeu membranula quæ in nucis inglãdis medio eſt. Ponitur etiã pro eo quod eſt nihili. Plautus, Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci nõ erit. Dictum Nauci, quaſi nuci, à nuce.

Naucifacio, nõ magis quàm nauci adprecior.

Naucleriacus, a, um, eiuſdem ſignificationis cuius eſt naucleriùs. Plau. in Milite, Facito vt venias huc ornatu naucleriaco.

Nauclerius, a, um, quod ad nauclerum pertinet. Plaut. in Aſi. Volo mei patris me ſimilem, qui cauſſa mea nauclerio ipſe ornatu, per fallaciam, quam amabam, abduxit ab lenone mulierem.

Nauclerus, qui nauem regit. Latine Nauicularius. Dicitur quaſi nauis cleros, id eſt, ſors.

Naucratis, ciuitas in Aegypto. à Mileſiis adpellatione indita, autore Strabone.

Naufragium, nauis fractio. Licet quandoq; pro nauigandi periculo, & quandoq; pro nauigationis damno, & infortunio, & iactura ſumatur.

Naufragor, pen. cor. deponens, & Naufrago, gas, naufragium facio. Hieronymus: Quam quidem repellentes, circa fidem naufragauerunt.

Naufragus, qui naui fracta bona amiſit. Propert.
Tetra venena bibens, & naufragus ebibat vndas.
Dicitur & vnda naufraga, quæ naues frangit.

Nauia, lignum cauatum vt nauis, quo in vindemiis uti ſolent.

Nauiculor, laris, proprieocioſa nauicula vehor. Mart. Piget lucrino nauiculatur in ſtagno.

Nauiger, pen. cor. qui nauem ducit.

Nauigium, nauis ductio, quod & Nauagium dicitur. Et Nauigium, omne genus nauis quo nauigamus adpellatur: nauis uero ſpecies eſt. Columella: Iamq; qui ædificare uelint, fabros & architectos aduocent: qui nauigia mari congredere, gubernandi peritos.

Nauigo, gas, pen. cor. naui iter facio. Et dicimus, Nauigo mare. Vergilius,
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.
Nauigo in naui. Ambroſius, Hæc ergo non turbatur nauis, in qua prudentia nauigat. Nauigo in mari. Terentius in Andria: Ego in portu nauigio. Huius compoſitum eſt Enauigo, quod eſt extra nauigo. Hieronymus ad Heliodorum. Sed quoniam ſcopuloſis locis enauigauit oratio. Dicimuſq;, Hic fluuius enauigatus eſt. Plinius lib. ix. Huius oblectu vaſtus efficitur ſinus duodecim dierum & noctium remigio enauigatus.

Nauis, à Græco ναῦς. cuius diminutiuum eſt Nauicula, à quo fit Nauicella.

Nauithalmus, nauis pompatica, qua potẽtiores oblectandi animi cauſſa vtuntur: quòd in ea thalamus ad quieſcendum, & menſa ad edendum poſita ſint. Hanc vulgus bucentaurum vocat. Suetonius in Cæſare: Et eadẽ naue thalamoq; penè Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit, niſi exercitus ſequi recuſaſſet. Hæc à Græcis thalamiphora vocat, & thalamegos, à Seneca nauis beue cubiculata.

Naulium, ciuitas in Liguria, à portu ac turribus inclyta. Et vadorum Sabatiorum portus, à quo decem milibus diſtat Sabatia.

Naulum, preciũ quod ſoluitur pro uectura in naui. Iuue. Furor eſt poſt omnia perdere naulum.

Naumachia, nauale bellum, ſeu naualis pugna. Interdũ accipit pro loco vbi fit pugna. Sueto. in Tiber. Semel triremi vſq; ad proximos naumachiæ hortos ſubuectus eſt.

Naumachiarii, ſunt qui prælium nauale committunt. Sueton. in Claudio: Proclamantibus naumachiariis. Hi etiam Epibatæ dicuntur Græca voce.

Nauo, uas, ſtudioſe impleo, do, confero, cum effectu demonſtro. id eſt, adiumento ſum. Cic. lib. ii. de Oratore: Iam mihi uideor nauaſſe operam quòd huc venerim. Idem Appi. Pul. Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur, vt quum hic tibi ſatisfecerimus, iſthic quoque noſtram in te beneuolentiam nauare poſſimus. id eſt, conferre, vel oſtendere. Tractum verbum à nautis, quum ſunt auxilio aliis in gubernandis nauibus. Naues enim quum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indiget.

Naupegus,penul.produ. ὅτι ἑλληνικῶς λέγεται ναυπηγός, ἀπὸ τοῦ ναῦ καὶ πήγνυμι ῥῆμα: id eſt, Quòd Græce dicitur Naupegus, ναῦς nauis, πήγνυμι verbum.id eſt,figo,conglutino. Significat enim fabricatorem nauium.

Naupontus,amnis,qui & Pambortus etiã à Strabone vocatur. Amnis(inquit)Pambortus,ex Illyrio nauigabilis defertur in Sauũ. Et alibi:Iuxta Nauportum amnis eſt Carcora , excipiens cõmerciorũ onera:hic in Sauum,ille in Dravum delabitur.

Nauſea,ſtomachi ad vomitũ ex graui odore perturbatio. A naui d. ductũ nomen,ex cuius ſentina mouetur vomitus. Hierony. ad Fur. V ſq; ad nauſeã ſaturata es. Hinc Nauſeoſus,ſa,um , quod nauſeam inducit.Plin.Radice craſſa,mad.da,nauſeoſa.

Nauſeo,ſeas.Nauſeã habeo,& vomitu moleſtor. Plau. in Am. Laſſus ſum hercle,è naui ut vectus ſum huc, etiã nunc nauſeo.Cice Fabio Gallo,Vidit me nauſeantẽ:nõ modo mitiẽdi cauſſam habuiſti,ſed etiam uiſendi.Eſt & Nauſ.or deponens. Hierony. Ex hac comuice ſatiatus iſrael nauſeatur.

Nauſicaa,Alcinoi Phæacum regis filia. Martial.
Si mihi Nauſicaa patrios concederet hortos,
Alcinoo poſſem dicere malo meos.

Nauſio,is,de grano fabæ dicitur, quum naſcendi gratia ſe aperit quòd non ſit diſſimile nauis figuræ.

Nauſithous,Neptuni filius,& pater Alcinoi.

Nauſtibulũ,alueũ ad nauis ſimilitudinẽ factum.

Nauta,& Nauita,qui ſe in naui agẽda exercet:& quicunq; in naui eſt,nauis ducendæ gratia.

Nautea,herba,granis nigris,qua utuntur coriarii:uel aqua coriariorum:uel(ut Noni.inquit) aqua ex nauis ſentina ueniens.Plau in Aſin. Nauteã bibere malim,ſi neceſſe ſit,quàm illam oſculari.ter. Idem, Omnium unguẽtorũ odor præ tuo nautea eſt.

Nautella,nauis parua. Auguſt.de Verbis domini, Audiuimus nautellam periclitantem.

Nauticus,qui nauem gubernat. Plinius libro nono. Quod vbi videre nautici , ſtatim pluribus anchoris nauigia infrænant.

Nauticus,ca,cum,quod eſt nau̇arũ. Verg.lib.iii.
Nauticus exoritur vario certamine clamor.

Nautillia,nauigatio.id eſt,ars nauigandi.

Nautilus,piſcis,dictus quòd nauigantis effigiem habeat. ναυτίλλομαι enim apud Græcos ſignificat nauigo. Ab aliis pompilius vocatur. Eſt & Nautilus,nauta.

Nauus,celer,ſtrenuus,à nauium celeritate dictus: qui & Gnauus dicitur,cuius contrarium eſt Ignauus. Nauia,Nauitas. Gnauia'ue , celeritas,ſtrenuitas. Vnde Ignauia,tarditas, deſidia. Interdum Nauus , dicitur quaſi ſcius, & optime pernoſcens. Columella libro viii. Sit autem uigilans,impiger, induſtrius,nauus omnium quæ paſcit.

Naxos,inſula in Aegeo,vna ex cycladibus, cæteras ſuperans:ante à Strongile dicta. Hæc Dia poſt adpellata fuit. Verſũ quum Cares ex Lamia profecti, duce Naxo ea m occuparunt, à duce Naxon adpellarunt. Hanc Dionyſiam à vinearũ fertilitate dici ſcribit Plinius, Vel quia (vt alii volu.t)ſola Naxiæ mulieres octauo meſe pariãt:quoto & Liber pater natus ere dit. Siue quòd fons : ea uino fluat. Diſtat à Delo ſeptẽ millibus. Hinc Naxius,a, um, Vnde Naxius ardor apud Columel. quo ſignificatur Bacchi coronæ ſidus. Nam (vt ferunt Poetæ)in inſula Naxo relicta Ariadne à Theſeo,nuptias cum Baccho fecit:dotalisq; corona,inter ſidera relata ſuit.

Nazaræus,cõſ ciatus dĩ, & à Nazareth Nazarenus Chriſtus filius Mariæ : de qua Athanaſius ſequẽti oratione dicebat. Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὅτι σὺ ἔχεις βασιλέως καθέδρα, Χαῖρε ὅτι βαστάζεις τὸν βαστάζοντα πάντα. Id eſt,Salue Maria,quoniã es regis cathedra. Salue,quoniam geris geſtantem omnia. Nazaræi autem dicebãtur,qui votu.a ad tempus habebãt in lege,ut inquit Augu. Vnde Samſoni iuſſum eſt,ut ferrum non aſcenderet in caput eius.

N ANTE E.

NE,dehortatiuũ ſeu prohibitiuũ aduerb.eſt. Verg. Tu ne cede malis,ſed contra audentior ito. Quãq; eſt coniunctio copulatiua,& ponitur pro neq;. Cicero,Ne dici quidẽ opus eſt quanta dimicatione ciuium. Quando q; adiunctiua. Martialis,
Lex hæc carminibus data eſt iocoſis,
Ne poſſint niſi pruriant iuuare.

Quãq; rationalis,pro ergo. Vergil. Me'ne incœpto deſiſtere victam? Quando q; cauſalis. Idem, Ne recipi portis,aut duci in mœnia poſſit. id eſt, vt nõ. Qñq; ponitur pro ut. Cicero Curioni,Vt nõ vereremur ne nimis cito mitteremus. Idem:Nimis eis nihil tribuamus epulanur.id eſt, etiam ut amicis aliqd tribuamus epulamur. Qñq; ſignificat nõ. Terẽ.in Andria,Ego id agam,mihi qui ne detur,Quãdo q; Nedũ.Idem in eadẽ,Ne vacuum eſſe nunc me ad narrandũ credas.Plerũq; dubitatiua. Vergil. Iuſtitiæ ne prius mirer belli'ne laborum.

Apud Oratores plerũq; vna ſola eſt,& ſemper in prima parte locatur,vt, Bonus'ne an malus. Aliquando etiã ſic.Eundẽ mihi nec ne ſit ignoro.Et per interrogationem. Cicero, Verũ vultis prætori Flacco nec ne.id eſt,an non. Quidam ſuperuacuum addunt alterum an,hoc modo. Neſcio an bene faciam nec ne. Quando q; confirmatiua. Vergilius,
Tanta'ne me tenuit viuendi nate uoluptas,
Vt pro me hoſtili paterer ſuccedere dextræ.

Quo tamẽ in loco quidã (quos quãtitas reprobat) nã ne illic corripitur,vt nõrũ eſt) exponunt Ne pro vtiq;,cum diphthõ.ſcribẽtes. Quãdo q; interrogatiua eſt. Terentius,Ego ne? Tu ergo. Quando q; vim interrogãdi & dubitandi ſimul.Idem,Datur'ne illa hodie Pamphilo nuptũ, Quando q; uim diminutiuam habet,& pro ſaltẽ ponitur. Salluſtius, Secundæ res ſapientum animos fatigãt,ne illi corruptis moribus victoriæ temperẽt. At Næ,cum diphthon. Græca dictio eſt,quæ per ai,ſcribitur & ſignificat valde , vehementer,nimis. Teren. Faciunt næ intelligendo vt nihil intelligant,qua ſi qui magis quàm opus ſit aliquid vel inquirunt vel ſi eculdtur,in eorum numero ſunt habẽdi qui nihil intelligũt. Aliquãdo ſignificat certe,

certe, vel vtiq;, profectò, vel ita, vel etiam, & hoc per ironiã. Cicero Curioni: Incredibile quàm turpiter mihi facere videar, qui his rebus interſim: næ tu vi‑deris multò antè prouidiſſe q̃d impenderet. Idem Trebatio: Næ ego multò libentius emerim diuerſoriũ Tarracinæ. Idem, Næ illi vehemẽter errãt. Adfirmat enim illos vehementer errare. Horatius, Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens ne etiam rex.

Cõpoſita à Ne, aduerbia negãdi ſunt, Nec, Neq;, Nequàm, cum eius deriuatiuis; Nequicquàm, Neutiquàm, Neutiq;, Nequaquàm, Necubi, Nedũ, & alia. Sciendũ quòd rectè dicitur, Vereor ne hic moriať. vel, vt moriatur. Vt moriatur, vel ut ne moriať pro, vt non moriať. Cicero, Metuo vt ne pereat. Terent. Adprime in vita vtile, vt ne quid nimis. prout non quid. Præterea inter Ne & quidẽ ſemper aliquid interponendum eſt: & tunc ſignificat nec.

Ne viuam, iurantis eſt. id eſt, moriar. Cicero, Sed ne viuam, ſi tibi concedo.

Nea, inſula. Plinius libro. ii. de inſulis innatis. Inter Lemnum & Helleſpontum Nea.

Neapolis, ciuitas, quam Chalcidenſes condiderunt: quaſi noua ciuitas. Parthenope, à tumulo Syrenis appellata. Suidas. Νεάπολις πόλις Ἰταλίας ἀοίδιμος, ἐν ᾗ Παρθενόπης ἐδρύνθη Σειρῆνος ἄγαλμα. Πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι Νεαπόλεις. Id eſt, Neapolis ciuitas illuſtris Italiæ, in qua Parthenopes extructa eſt Sirenis ſtatua. Sunt & aliæ multæ Neapoles.

Neapolitanus, tana, tanum, qui ex Neapoli eſt.

Nebrides, penul. cor. damarum ſeu ceruorum pelles, quibus uti ueteres in Bacchi ſacris ſolebant. νεβρὸς enim dama ſeu ceruus eſt. Nebrides etiam, eſt gemmæ ſpecies (ſed tunc ſingularis eſt numeri) Libero patri ſacra. à Nebridũ pellium ſimilitudine. Cc.

Nebrodes, mons in Sicilia: cui damarum copia nomen dedit.

Nebula, ſic differt à nube, quòd nebula vapor ſit è terra atq; aquis ſurgens: quæ ſiue ſtatim euaneſcit, ſiue in altum ſublata conuertitur in nubem. Nubes quocunq; tempore fieri poſſunt. Nebulæ nec æſtate calida, nec nimio frigore exiſtunt.

Nebularium, ædificium à ſubiicienda meſſe per nubilum tempus.

Nebulones, & Tenebriones, dicti ſunt nugatores, uani, nullius precii homines, qui mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obiiciunt: uel quòd ad fugam fugitiuis nebulæ ſunt adcommodatæ. Lucilius,

Nugator quidam ac nebulo ſit maximus multo.

Nec, & Neq;, coniunctiones diſiunctæ. ut, Nec, uel Neq; lego nec ſcribo. Nõnunquàm ſignificat non. ut, Nec video quorſum res euadat. Sed differunt: quòd Non, negat ſolum: Nec & Neq; negant & copulant. Aliquando ſaltem. ut, Nec quidem punctum temporis. Reſoluitur interdũ in copulatiuam &. ut, Non feci hoc, nec facerẽ. id eſt, & non facerem. Sed ſi ſequatur enim, vim ſimplicis negationis habet. ut, Nec enim id facerem. id eſt, non enim id facerem. Quandoq; ſignificat etiam. Quintilianus, Perſolui gratia non poteſt, nec malo patri. Id eſt, etiam malo patri. Factum eſt autem Nec, à Neq;, per apocopen extremarum uocalium. Et quia in fine ſyllabæ q, ſcribi non poterat, tranſiuit in c. Nam c, & q, adfines literæ ſunt.

Necdum, non adhuc. Cornucopiæ.

Necepſo, nomen autoris. de quo Firmicus lib. viii. ſic inquit. Hunc locum diuinus ille Necepſo, ut remedia ualetudinum inueniret, diligentiſſime quidẽ (ut diuinum tanti uiri potuit ingenium) manifeſtis tractatibus explicatus eſt.

Neceſſarii, dicuntur cognati, vel adfines, vel amici, & hi quibus vti familiariter ſolemus: quòd nulla inter eos ceſſatio, id eſt, ſeparatio ſit: vel quòd neceſſaria inter eos officia conferantur.

Neceſſarius, a, um, dicitur illud ſine quo fieri non poteſt. ut, Neceſſarius eſt mihi aduentus tuus. Hinc fit Neceſſario, aduerb.

Neceſſe, ſiue Neceſſum, dicitur, quod ui aliqua cogente fieri opus eſt, à ceſſo verbo deductũ: quia non ſit in eo ceſſandum. Et declinantur hic & hæc Neceſſis, & hoc Neceſſe, & Neceſſus, ſa, ſum. A' quo Neceſſitas, Neceſſitudo, Neceſſarius.

Neceſſitas, uis ipſa quæ cogit. ut, Neceſſitas mihi incumbit eundi Mutinã. Aliquando adpellatione Neceſſitatis ius quoddã & uinculum religioſæ coniunctionis familiaritatis ue ſignificatur. Cæſar. Equidẽ mihi videor pro noſtra neceſſitate, non labore, non opera, non induſtria defuiſſe. Significat enim hic cõiunctionẽ ſanguinis, uel amoris. hoc eſt, adfinitatẽ, vel ſtrictam amicitiã. Idem ſignificat Neceſſitudo. Salluſtius in Iugurth. Coactus rerum neceſſitudine, ſtatuit armis certare. Cicero uero ait, ſibi cũ equitibus Romanis neceſſitudinẽ eſſe. Aliquando Neceſſitudo ponitur pro neceſſario. id eſt, cognato, uel adfine. Suetonius in Auguſto. Remiſit tamen hoſtis iudicato neceſſitudines amicosq; omnes.

Necim, veteres dixere pro, nec eum, & Necunquẽ, pro nec vnquàm quenquàm. Cc.

Necne, negandi aduerbium eſt. Cornucopiæ.

Neco, cas, caui, catum, ferro interimo. Liuius li. i. Obrutã armis necauere. Neco, cas, cui, ctum alia ui. Diomed. Neco, cui, verſitamẽ & Necaui legimus: vt Nectus, & Necatus. Et hoc differre uoluit: Necui, quaſi ſuffocaui: Necaui, quaſi ferro occidi. vnde Necẽ cædem adpellamus. Sic & Priſcianus ſentit: Sed ambo falluntur. Quãdoquidẽ oſtẽdere licet, Necaui, & Necatus, de quacũq; morte dici. Augu. lib. i. de ciuitate Dei; Oẽs enim quos fames necauit, malis uitæ huius, ſicut morbus corporis eripuit. Quos a ſit non necauit, docuit parcius uiuere, docuit productius ieiunare. Quintil. lib. iii. Hinc adulter loris cæſus, aut fame necatus. Cic. lib. iii. ad Herenniũ: Si adcuſator dixerit ab reo hominem ueneno necatũ. Nec de homine tantũ dicitur: ſed de aliis quoq;. Columel. lib. ii. Sic oẽs radices herbarũ præruptæ necantur. Nectus tamen ſemper ſine ferro dicitur. Liui. lib. xxi. Fame, frigore, illuuie, ſquallore enecta. Huius uerbi cõpoſita ſunt, Eneco, ſuffoco. Plautus in Amph. Puer ambos

angues enecat. Horatius lib.i. Epiſtolarum:
Spem mentita ſeges, bos eſt enectus arando.
Interneco, & Perneco. Et habent penultimam correptam.

Necromantes, diuinator ex mortuorum inſpectione. Cornucopiæ.

Necromantia, penultima acuta, diuinatio quæ fit per cadauera. ut apud Lucanum, quum mortuus ſuſcitatus euentum belli Pharſalici Sexto Pompeio prædixit. νεκρὸς enim mortuus dicitur. Necron, cadauer. Necroſis, mortificatio. μαντεία diuinatio. Vñ Strabo, ſigna fictilia, quæ Corintho euerſa Romã implevere. Necrocorinthios, id eſt, Corinthiorum defunctos, vocata ſcribit.

Necromantici, ſunt, quorum incantamentis uidentur reſuſcitari mortui. Horum ſacrorũ duo ſunt genera, Necyomantia, & Sciomãtia. Necyomantia ad eleuãdum cadauer, ſanguis eſt neceſſarius. In Sciomãtia, vmbræ tantum eſt euocatio.

Nectar, Græcum eſt, & Deorũ potio dici poteſt. Quo etiã nomine immortalitas deſignatur. Ab νε, quod priuationẽ ſignificat, & κτείνω occido. Inde fit Nectareus, rea, reum, pro diuino & immortali.

Necto, ctis, xui, & xi, xum, ligo, iungo. Verg. li.v.
Et paribus palmas amborũ innexuit armis. Proper.
At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto. Huius compoſita ſunt Adnecto, quod eſt, aliquid necto, ſiue iuxta necto, ſubiungo. Hieronymus ad Damaſum. Quod mihi videtur adnexui. id eſt, ſubiunxi. Colu. lib.v. At ſi regionis conditio permittat de vteribus haſtilia, quibus adnectantur ſingula, tranſuerſæ perticæ adligentur. Connecto, ſimul necto. Idem in eodem: Eaq; vel ſaligneis perticis, vel compluribus quaſi faſciculis arundinum connectuntur. Innecto, intus necto, cateno. Claud. libro ſecundo.
Mutuaq; alternis innectite colla lacertis. Id eſt, complectimini. Internecto. Vergil. lib. vii.
Vt fibula crinem
Auro internectat: Lyciam ut gerat ipſe pharetram.
Obnecto, obligo. Subnecto, ſubiungo. Vergil.
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ.

Necubi, pro ne, alicubi. id eſt, vt non in aliquo loco, & ſemper duo uerba poſtulat. ut, Iuſſi necubi mihi præſtò ſis. id eſt, ne in ullo loco ſis.

Necunde, id eſt, ne ex aliquo loco.

Necya, quaſi mortuaria, resq; funebris, et ad mortuos pertinens. Eſt enim euocatio manium, quæ & Necyomantia quaſi diuinatio per mortuum dicitur. Apud Homerum in Odyſſ. ab Vlyſſe euocatio manium ſacro magico in ſcrobe procurato. νεκύς, Græce, Latine mortuus.

Necydalus, bombicis genus. Ce.

Nedum, ſignificat non ſolũ & duobus modis accipi ſolet. vno, quũ utrãq; ſniam eodem, claudimus uerbo. vt, Fũderẽ pro te ſanguinẽ, nedum tibi pecuniã. Altero, quũ ſuũ vtriq; ſniæ uerbũ adcõmodam, us. ut, Funderem pro te ſanguinẽ, nedũ tibi pecuniam crederẽ. Negatiue ſic: Non funderem pro te obolũ, nedum pro te ſanguinem non funderem.

Nefandus, a, um, & Nefans, tis, quod non eſt fandũ, & nefas, quod nefari quidem liceat. Lucil. lib. vii.
Tantalus qui pœnas ob facta nefanda luit.

Nefarii, ſceleſti, ſacrilegi: à farre deductum nomẽ, quo ſcelerati quaſi uita uti nõ debent. Et inde q indigni ſunt ut uiuant, Nefarii uocantur. Quidam etiam à faris uerbo deriuant. Aſconius ſcribit Nefariũ, quod ſacra polluit farre pio ſolita celebrari. ergo Nefarii, ſacrilegi.

Nefas, impiũ & execrabile: quaſi non fas. Ce.

Nefaſti dies, quibus non licet ius fari. Ouidius,
Ille nefaſtus erit per quem tria uerba ſilentur.

Nefrendes, dicuntur à Varrone porci, qui nomine lactentis amiſſo, nondum fabam frendere poſſunt. id eſt, frangere. Nefrendes arietes, dicuntur qui dentibus fremere non poſſunt. Ce.

Nefrendo, non frendo. Cornucopiæ.

Nefrondines, à ueteribus renes dicebantur. Ce.

Negabundus, negans. Cornucopiæ.

Negatio, poſtpoſita negationi, non ſemper habet uim adfirmandi: ſed magis negandi. quũ altera pro vniuerſali ponitur, & particulares ſequuntur, hoc modo: Nullas accepi à te literas, nec breues, nec prolixas. Vergilius, Nulla neq; amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Item una ſola negatio poſtpoſita negationi, negat: ita tamen ut ſequens iungatur cum quidem. Cicero. Lentulo: Neq; errarent ne aduerſarii quidẽ. Et ſi dixero: Non tibi hoc perſuaderet ne Deus quidẽ. Subauditur enim alia negationis pars ſic: Non tibi hoc perſuaderet aliquis. Deinde ad maius ſignificatum ſubiungo: Ne Deus quidem, cui omnino eſt credendum. Interdum etiã ſine quidẽ, duæ negationes negant quum una particularis omittitur. Terentius, Agrum in his regionibus meliorẽ, neq; pretii maioris nemo habet. ſubauditur enim neq; meliorẽ. Varro lib. iii. de Vi. pa. oſtẽdit duas negatiuas pro una accipiendas quum dixit. Qua abſtinentia uiri mulieresq; Romanæ fuerint, quòd à rege munera cõſi noluerit nemo accipere. Si autẽ duobus uerbis aut poſitis aut intellectis addantur duæ negatiuæ, non dubium eſt quin negent. ut, Nec me amas, nec mihi credis. Intellectis ſic: Nec uirtuti ſtudes, neq; literis. id eſt, ſtudes. Tres negationes pro una ponunt. Terentius, Nec haud dicas tibi non prædictum. Aliqñ etiã præpoſitiones negant, etiam Græcè. vnde Ariſtophanes comicus. ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου: id eſt, Quàm difficilis res eſt, ò Iuppiter & Dii, ſeruire imprudenti domino.

Negatiuus, a, um, quod negat. ut dictio negatiua.

Negligo, gis, penul. cor. glexi, ctum, contemno, nõ curo: quaſi ne legere quidem nec uidere dignor. Terẽ. in Adel. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum: Hinc Negligentia. & Neglectus, us, pro cõtemptu. Idem in Heautun. Hæc res neutiquàm neglectui eſt mihi.

Nego, gas, ex non & ago, pro dico cõpoſitũ eſt: licet etiam de factis dicatur. ut apud Apoſtolum: Confi-

teſtur ſe noſſe Deum, factis autẽ negant. Huius compoſita ſunt, Abnego, Denego. Pernego, quod eſt pfecte nego. Plautus in Aſina. Vbi creditum quod tibi ſit datum eſſe pernegaris. Subnego, aliquãtũ nego. Cicero Treba: Verſitamen quod præſenti tibi ꝓpè ſubnegarent. Et habent penul. correp.

Negotialis, ad negotium pertinens. Cicero, Hæc conſtitutio partes duas videtur habere, iuridicialem & negotialem.

Negotior, aris, negotia exerceo, & mercaturæ operam do. Cice. ii. iii. Offi. Quũ ſe Syracuſas otiãdi cauſſa, non negotiandi contuliſſet. Idem Ser. Sulpi. M. Curius qui Patras negotiatur. id eſt, mercaturæ operã dat. Hinc Negotiator, qui maiorũ negotiis ſe exercet. Vnde Labeo: Negotiatores ſerui uidentur qui præpoſiti ſunt negotii exercendi cauſſa: veluti qui ad emendum aut locandum & cõducendum præpoſiti ſunt. Negotiationem pro mercatura poſuit Columella libro primo. Hæc enim negotiatio curam villici auocat.

Negotioſus, a, um, quod eſt negotiis plenũ. Saluſt. Prudentiſſimus quiſq; quaſi maxime negotioſus erat.

Negotium, à nec, & otiũ fit: quaſi non otium, hoc eſt, opus, ſicut à nec & lego, negligo: & c, uertitur in g, ſicut in quingenti, quãuis à centum cõponatur. Et accipitur pro occupatione. ut, Et ſi negotiis familiaribus impediti. Aliquando pro eo quod uernacula lingua dicimus, la impreſſa. Cæſar lib. ii. Commen. Ipſe quũ primũ pabuli copia eſſe inciperet, ad exercitum uenit, dat negotiũ Senonibus, reliquisq; Gallis, qui finitimi Belgis erant, vti ea quæ apud eos gerantur, cognoſcant. Aliquando pro labore, opere. Cicero Cornifi. Et ſi periniquo patiebar animo te à me digredi, tñ eo tẽpore me cõſolabar, quod & in ſummum etiã otiũ te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis diſcedere. Idẽ Fabio: Adhibui diligentiam quoties ſenatus fuit, ut adeſſem, pluri mumq; in eo negotii habui. Aliqñ pro cura, moleſtia, ſollicitudine. Teren. Poeta quũ primũ animum ad ſcribendũ adpulit, id ſibi negotii credidit ſolum dari, populo ut placerẽt quas feciſſet fabulas. Donatus: Modò pro moleſtia & cura, non labore. Cicer. Quum eſt allatum ad nos de temeritate eorũ qui ibi negotium faceſſerent. Item Negotiũ, dicitur factum, de quo q̃ſtio. Et Negotiũ remediũ eſt. Plau. in Cap. Neq; de hac re negotiũ eſt, quin male occidam.

Neleides, patronymicum à Neleio, & Neleius poſſeſſiuum.

Neleus, proprium nomen patris Neſtoris.

Nem, pro nempe aliquando ſcripſerunt veteres, quod & pro nili etiam ſcripſere. Cc.

Nemæus, a, um, dr̃ à Nemæa ſylua. ut Nemæus leo.

Nemee, ſylua inter Cleonas & Phliuntem, in qua Argiui ob Herculis memoriam Nemæa ſacra celebrare conſueuerunt. Hinc omnis regio Nemea dicitur. Nemea etiam fons & mons. Vergilius,

Et vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem.

Nemertes, Nympha Marina, dicta quaſi incorruptibilis.

Nemeſis, pen. cor. nomẽ cuiuſdam Deæ, quæ facinoroſos & delinquentes punire putabatur: vt ex Catullo et Auſonio licet intelligi insuper eadem fertur remuneratrix benefactorũ. vnde apud Statium lib. xiii.

Eſt Dea quã Nemeſim dicunt Dea magna potensq;,
Quæ bona cæleſtũ cõnceſſu cũcta Deorũ Poſſidet.

Hanc quidã fortunã dixerũt, cui primus Adraſtus rex templũ edificauit. Romani quoq; huic Deæ templa dicauere ſtulti, qui ſubſtantiã aliquam fortunam putarũt regnorũ atq; opum diſpenſatricem, quæ ſolius Dei nutu huc atq; illuc transferuntur. Hoc etiã nomine dicta fuit Tibulli amica. Suidas: Νέμεσις· ἡ δίκη, μέμψις, ὕβρις, φθόνος, τύχη. Βάβριος φησὶ ἐν μυθικοῖς καὶ Αἰλιανὸς Νέμεσιν ἔφορον τῶν ὑπερφρονούντων καὶ ὑπερηφάνων κολάζουσαν ἐναργῆ μαρτύριον. Id eſt, Nemeſis iuſtitia, querela, contumelia, inuidia, fortuna. Babrius dicit in fabulis, & Aelianus Nemeſis præſidis mores deſpectores & ſuperbos punientis manifeſta teſtimonia.

Nemo, tantũ ad homines refertur: nullus generaliter ad omnia. ut, nullus homo, nullus lapis. Nemo proprie dicitur nec homo. Et quum ſit generis cõis, ponitur quandoq; pro nullus. Caduceatori nemo homo nocet. Cic. Hominẽ quidẽ ſcire arbitror neminẽ. Saliu. Quo nemo uir melior nec præſtantior. Non ergò Nemo, idẽ eſt quod nullus homo: ſic enim fruſtra iungeretur homo. Nonnũquàm tamen à poetis Nemo diuum dicitur, per acyrologiam. Vergilius,

Turne quod optãti diuũ ꝓmittere nemo Auderet.

Nõnunquàm etiam de fœminis dicitur. Teren. Hoc ſcio unum ego, neminem peperiſſe hic.

Nempe, aduerbiũ cõfirmantis: quod aliqñ eũ interrogatione ponitur, aliqñ ſine interrogatione. Cicer. Apud quẽ hæc dico? Nempe apud eũ, qui quũ hoc ſciret, me tamen antequàm uidit Reipub. reddidit. Quint. Nempe enim in hoc plurimũ laboris exhauſimus, ut Rhetoricã oſtenderemus bene dicẽdi ſcientiam, & utilem, & artem, & uirtutem eſſe.

Nemus, proprie dicitur quod voluptatis cauſſa cõparatum eſt, & plenum amœnitatis. ἀπὸ τοῦ νέμω, paſco: quòd in eo greges atq; armenta depaſci ſolent. Hinc Nemorale adiectiuum, ut umbra nemoralis. Nemorenſe, idẽ quod nemorale. ut nemorẽſis ager, & nemorenſis rex, qui Dianæ Aricinæ ſacrificiis præerat. Suetonius: Nemorenſi regi quòd multos iam annos potiretur ſacerdotio, & ualidiorem aduerſarium ſubornauit.

Neo, es, eui, etum, nui, diceremus: ſed à nuo, is, eſſe uideretur, ſignificat filum torqueo. Iuſti. lib. i. Inuenit eum inter ſcortorum greges purpuram colo nentẽ. Plin. Superq; omnia netur ac texitur lanæ modo, & ſine lana. Hinc Perneo compoſitum.

Neogamus, penul. cor. nouus nuptus.

Neomenia, pen. acuta. Latine nouilunium, vel prima dies Lunæ aut menſis. νέος, nouus, μήνη, mẽſtrua. hoc eſt, Luna ab μήνη, qui menſis dicitur, quòd ſingulis mẽſibus à mulieribus defluant.

Neophytus, pen. corr. nouellus: quaſi nouum germẽ, noua planta. φυτὸν enim planta dicitur. Hierony.

contra Luciferianum. Neſcis laicos & clericos vnum habere Chriſtum, nec alium neophytis, alium epiſcopis eſſe Deum.

Neoptolemus, pe. cor. nouus miles, neos enim nouus, ptolemus miles. Quo nomine dictus eſt Pyrrhus Achillis filius.

Neos, Græce, Latine nouus, à quo multa deducuntur.

Neoſtrophus, nuper tortus.

Neotericoteron, nouum vocabulum.

Neotericus, recentior. νεώτερον recentiorem dicunt.

Nepa, vel Nepes, more Græco, ſcorpium ſignificat. Plaut. Dabo me ad parietem imitabor nepã. Cic. lib. iii. de Finib. Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videas boues, nepas aculeis, ſuam cuiq; naturam eſſe ad viuendum ducẽ. Huius nominis prima corripitur. Manilius lib. ii. Pietate ad ſidera ductam.
Erigonem ictuq; nepam ſpolioq; leonem.
Natura huius eſt, vt in parietum latibulis deliteſcat, qui quum aliquid ſenſerit retrocedit.

Nepenthes, quidam exiſtimant id pharmacum herbã eſſe, quam bugloſſam nõnulli vocant à νη, priuatiua particula, & πένθος, quod triſtitiam ſignificat. Item poculum quod obliuionem triſtitiæ affert, ſignificat enim ſine luctu.

Nepeta, ciuitas Ethruriæ, à qua Nepeſini. Sylius, Hos iuxta Nepeſina cohors, equiq; Phaliſci. hodie tamen vulgò Nepa dicitur.

Nephalia, feſta erant in quibus non vinum, ſed aqua mulſa libabatur, & ſobrioſorum feſtiuitas erãt. Græci enim νηφαλίους, ſobrioſorum feſtiuitates vocant. Apud Athenienſes fiebat νηφάλια θυσία. Id eſt, ſobrium ſacrificium, Soli, Lunæ, Memoriæ, Nymphis, Auroræ, & Veneri, in quo ξύλα νηφάλια, id eſt, ligna ſobria cremabantur.

Nephele, Latine ſonat nubem. nomen proprium vxoris Athamãtis, & matris Phrixi & Helles. vnde Oui. Helles Nepheleidos dixit.

Nephritis, renum paſſio, ſeu morbus qui inter acutos numeratur. νεφρὸς enim ren dicitur. Vnde Nephretici, qui renum morbo laborant. vt eſt apud Hippocratem, & Galenum.

Nepita, penult. correp. herba quæ Græcè calamentũ dicitur, ſicca & calida in tertio gradu, ſtomacho ac præcordiis vtilis, pituitas capitis thoracisq; ſoluit, ac purgat, iecori medetur, duritiã lienis reſoluit, calculum pellit, vrinamq; ciet tam ſimplex, quàm cum aliis herbis.

Nepos, qui ex filio, filia'ue natus eſt: quòd natus poſt ſit patri quàm filius. Cuius relatiuum eſt auus: ſicut, proauus eſt aui paterni vel materni pater. Idem auiæ paternæ vel maternæ pater. Item eius relatiuum eſt Pronepos, à quo fœmininum Proneptis: vt à Nepos Neptis. Et à proauo fœmininũ proauia. Et abauus proaui paterni vel materni pater. Item proauiæ, paternæ, vel maternæ pater, à quo abauia, relatiuumq; eius Abnepos. à quo Abneptis. Et atauus abaui pater dictus, quaſi tertius pater à quo Tritauia & relatiuum Atnepos, & Trinepos: à quo Atneptis & Trineptis. Aliquando Nepos dicitur fratris vel ſororis filius. Ad cuius differentiam dicimus, Hic eſt mihi ex fratre ſeu ex ſorore nepos. Qui verò poſt trinepotẽ ſunt, minores dicuntur: ſicut poſt tritauos, maiores. Quandoq; Nepotes poſteri vocantur. Verg.
Fortè recenſebat numerum charosq; nepotes.
Id eſt, poſteros ac deſcendentes. Item Nepotes appellantur conſumptores, à nepã, qui (vt Plinius inquit) deuorat omnes filios vno ſolum ſaluo. Siue dicuntur luxurioſæ vitæ homines, quòd nõ aliter his rei ſuæ familiaris cura ſit, quàm iis quibus pater, & auus viuunt. Horatius,
Vincit enim ſtultus ratio inſanire nepotes.

Nepotulus diminutiuum. Suidas tamen εἰ τῷ νέπως ... ὁ ἄσωτος καὶ ὄρους δὲ ἀνύδρου ἐστιν, παρὰ τὸ νη στερητικὸν καὶ κατὰ πᾶσι πίνω καὶ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἐξ οὗ δηλαδὴ οὐκ ἔστι πιεῖν. Id eſt, Nepos, otis, gentile nomẽ & mons dictus, à νη priuatiua particula, & poto, quoniam ſecundũ antiquos ex eo videlicet non eſt bibere.

Nepotor, luxurioſe & prodigioſe viuo. Tertull. in Apologetico. Ariſtippus in purpura nepotaſ. Hinc Nepotatus, tus, vitæ luxuries. Afranius: Scurrillitate ac nepotatu nobilis.

Neptis, quæ ex filio filia'ue nata eſt. Eſt enim fœminin. à nepos.

Neptunus, Saturni & Opis filius, maris Deus dictus eſt à nando mutatis literis primis (ut inquit Cic. lib. de Natu. Deorum) Vel (vt Varroni placet) à nubendo, quòd vt cœlũ nubes, ita mare terras tegat. Hinc Neptunius, a, um, poſſeſſiuum. Neptunalia, Neptuni ſacra, quæ & Salatia à Salo dicuntur.

Nepus, dicitur impurus. vnde & Nepa quòd impurum ſit animal.

Nequa, aduerbium, ſignificat ne per aliquem locum.

Nequalia, ſunt detrimenta.

Nequam, nomen indeclinabile, quod apud veteres ſignificabat hominem nullius pretii: quòd ne tanti quidem ſit, quãti quod habetur minimi. Cyprianus: Nequam homo, de nequam theſauro emittit nequã. Vnde & à quibuſdam contrarium ponitur frugi, vt in ea dictione dictum eſt. Poſtea inualuit vſus, vt denotaret hominem laſciuum ac libidinoſum. Varro Nequã ex ne, & quicquàm media ſyllaba extrita cõponi oſtendit lib. de ling. Latina: Quidã à nequeo: quòd nihil queat nulliq; rei ſit aptus. Caper docet Nequam ſignare non malũ, ſed inutile. Feſtus verò peiorem quàm creditur eſſe. A' Nequã fit Nequior, & Nequiſſimus. Colum. Nulla eſt vel nequiſſimi hominis amplior cuſtodia, quã quotidiana operis exactio. Nam illud verum M. Catonis oraculum, Nihil agẽdo homines male agere diſcunt.

Nequando, ne nullo tempore ſicut Siquãdo, ſi aliquo tempore.

Nequaquam, aduerbium negandi, ſignificat enim nõ.

Nequicquàm, aduerbium, ſignificat non. Verg.
Ne quicquàm pinguis paleæ teret area culmos.
Item capitur pro, fruſtra. Idem Aeneid. ii.
Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo

Circundat

Circundat nequicquàm humeris.

Ne quid nimis, ſententia peruulgata. Terent. in And. Nam id arbitror in vita adprimè eſſe vtile, vt ne qd nimis. id eſt, ne quid agas nimis. Sententia eſt admodum frugifera, quam ſi humanum genus præ oculis ſæpius haberet, cuncta perſpicaciter, probeq; agerentur.

Nequino, as, modo laſciuio, modo nego.

Nequinum, oppidum quod nunc Narnia dicitur, ob incolarum libidinoſam inertiam. A' quo Nequinates, qui nunc Narnienſes.

Nequinunt, pro nequeunt. id eſt, nō poſſunt, dixerūt antiqui.

Nequis, ex ne & qs, pro ne aliquis. hoc eſt, vt nullus.

Nequitia, vitium eſt quod cætera omnia complectitur. Eſt enim frugalitati oppoſita, quæ omnes in ſe continet virtutes. Vt enim frugi à fruge. id eſt, à fructu per quandam animorum fœcunditatem: ita nequitia à ſterilitate. hoc eſt, à nihilo nominata eſt. Nihil eſt enim omne quod fluit, quod ſoluitur, quod liqueſcit, & quod ſemper perit. Ideo tales homines etiam perditos dicimus. Eſt etiam aliquid, ſi manet, ſi conſtat, ſi ſemper tale eſt, vt eſt virtus cuius magna pars eſt atq; pulcherrima, quæ temperantia & frugalitas dicitur. Sæpe tñ pro laſciuia & libidinoſa illecebra, & pro luxu vitæ prodigo atq; effuſo. Aphricanus ſcripſit mala probra flagitia quæ homines faciunt in duabus rebus eſſe, malitia & nequitia: ubi nequitiam intelligi vult luxum vitæ prodigum, & effuſionem immodicam pecuniarum. Cic. in Ver. Ex mulierem morſa vestigia libidinis atque nequitiæ. Hinc Nequiter aduerbium, cum nequitia.

Nequitus, pro nequiter antiqui dixere. Ce.

Nereides, pen. cor. patronymicū à Nereo. fuerunt maris Nymphæ, humanam effigiem habentes: quarum nomina ſunt Niſæ & Cimothoe.

Nereus, Deus maris eſt Oceani, & Tethyos filius, & p mari ponitur. Inde Nereides.

Nerio, enis, Martis vxor. Plaut. in Tru. Mars peregre adueniens ſalutat Nerienem vxorem ſuam.

Nerite, ſunt ex concharū genere, quæ per maria nauigant, præbentes concauam ſibi partem. Alterā vero flanti auræ inſtar veli adponentes. Ce.

Neritum, ſiue Neritos, pen. cor. inſula eſt, ſeu oppidū in ea quod Leucas vocabatur, vt Strabo & Plin. ſcribunt. Verg. Et Neritos ardua ſaxis.

Nerium, frutex eſt foliis amygdalæ, ſed maioribus & pinguioribus. Folia eius quadrupedibus ſunt venenum. Cornucopiæ.

Nero, (vt Gellius lib. xiii.) verbum Sabinum eſt, quo ſignificatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac præſtanti fortitudine Nero adpellatus eſt. Sabini autem id nomen à Græcis accepiſſe videntur, qui vincula & firmamentum membrorum νεῦρα dicunt, noſtri neruos. Hoc nomine fuit imperator Romanorum, qui omnium quos terra ſuſtulit crudeliſſimus fuit. Hinc propriū nomen in appellatiuum cōmutatum eſt. ut Nerones nunc crudeles, & Neroniores, crudeliores dicamus.

Neruiæ, ſunt fidiculæ tanquàm ex neruis cōcinnatæ. id eſt, chordæ citharæ. Hinc apud autores legimus neruias in fidibus brumali die, alias digitis pelli, alias ſonare.

Neruiceus, a, um, quod eſt ex neruo. Hiero. in lib. Iudicum: Si ſeptem neruiceis funibus needum ſiccis ligatus fuero, infirmus, ero.

Neruicus, dicitur qui neruis laborat. Vitru. lib. iiii. Aquæ neruicos & podagricos efficiunt, ſulphu. oſ fontes neruorum labores reficiunt.

Neruii, fuerunt populi inter Belgas maxime feri, magnæ virtutis homines, de quibus Cæſar lib. ii. Comment. meminit. Hi nunc Magduuenſes dicuntur.

Nerulani, populi in Latio iuxta Romam, quorū meminit Plin. lib. iii.

Nerulum, oppidum in Lucanis, quod vi captum fuiſſe repentino aduentu Aemilii protulit Liuius li. ix. ſiue de Nerulonenſes dicti ſunt. Suetoni. in Augu. Manibus colybo decoloratis Nerulonenſis menſarii.

Neruoſus, a, um, qd multos habet neruos. Cic. lib. iii. Offi. per tranſlationē dixit. Neruoſius qui iſta diſſerunt, ſolum audent malum dicere id quod turpe ſit.

Neruus, notæ ſignificationis, quale eſt illud in Iob. Oſſibus & neruis compegiſti me. Hi à corde originē habēt (vt docet Ariſtot.) Alii è cerebro oriri dicūt. Inde Subneruo, as, quod eſt neruos incido. Hiero. in Ioſue: Equos eorum ſubneruabis. Ponitur quandoq; Neruus pro robore & viribus. In neruis enim robur peculiariter exiſtit. Vnde dicimus rem eſſe ſine neruis, quæ debilis eſt. Horat. Sine neruis altera quicquid Compoſui, pars eſſe putat. Terentius. Vbi tu neruos intendas. Hinc Cice. Neruos reipub. adpellat milites, claſſes, & vectigalia. Neruus etiam vinculi genus eſt, quo pedes aut ceruices impediuntur. Ex quo eſt illud Catonis. Fures priuatorū furtorum, in neruo atq; in compedibus ætatem agunt, fures publici, in auro atq; in purpura. Plaut. in Aulula. Neruos, catenas, numellas, pedicas, boias. Dicitur & Neruum, neut. gene. Hiero. in Hiere. Et miſit eum in neruum quod erat in porta Beniamin ſuperiori. Item Nerui dicuntur chordæ citharæ. Cic. lib. i. Tuſcula. Summā eruditionē Græci ſitā cenſebant in neruorū vociſq; cantibus. Propt. Hæc carmina neruis Aptat. Hæ ſimiliter dicuntur Neruiæ, quoniam neruis fiāt. Et Neruus membrum virile. Iuuenalis. Menſura incognita nerui.

Neſa, regio montana iuxta Aetnām.

Neſcio, is, ignoro, nō cognoſco, ex ne, & ſcio. Augu. Phariſæus qui inuitauerat dominum Ieſum, putauit dominum neſciſſe mulierem.

Neſcius, qui ignorat, & qui ignoratur.

Neſea, Nympha eſt à natando ſic dicta. νεῖν enim nato ſignificat. Ce.

Neſium, inſula in Campano littore inter Panſilypū & Puteolos, quæ alio nomine dicitur Neſis. Lucanus Tali ſpiramine Neſis.

Huius nominis obliquos producit Pap.

Syluaq; quæ fixam pelago Neſida coronat.

Neſſeus, & Neſſus, cētauri Ixionis & nubis filii. Ce.
Neſſotrophion, locus vbi anates clauſæ paſcuntur. Neſſi enim anates Græcis dicuntur. Colu. lib. ix. Media deinde parte neſſotrophii lacus defodit in duos pedes altitudinis.
Neſtor, Nelei ex Chlori vxore filius fuit, vir bello p̄clarus. Inde Neſtorides patronymicū, & Neſtoreus poſſeſſiuum. Ce.
Neſtus, Thraciæ fluuius iuxta Abderam fluens, Pangæum montem ambiens. Ce.
Neſus, Thraciæ fluuius.
Neu, apocopatum eſt à neue, idemq́; ſignificat quod neue. id eſt, ne etiam. Vergilius,
Neu ſegnes iaceāt terræ.
Neuceria, vrbs eſt Vmbriæ. Ce.
Neue, modò ſignificat ne etiam, modò vel nō. Cice. Neue vaſtius ſyllabæ deducātur. hoc eſt, vel vt nō vaſtius deducātur.
Neuñquàm ſignificat nullo modo.
Neuola, flumen eſt in Sentinati agro. Ce.
Neuolo, neuis, neuult, quaſi nō volo. Plau. Filiā meā tibi deſponſatam eſſe audio, niſi tu neuis.
Neuri populi Scythiæ Europæ.
Neuris, herba, quam alii ſolanum, alii veſicariam adpellant.
Neurobatæ, pen. cor. qui omnifariam prorepunt, qui ambulant ſuper neruos & funes neruiceos. νεῦρα enim Græci neruos dicūt. Iulius Firmicus lib. vii. Matheſeos. Cum teſtimonio vero Martis & Lunæ erſitbianābuli, ohbatæ, neurobatæ occident. Hos Iul. maternus olibatas, Capitolinus vero eu:ibatas adpellat, tāquàm late aſcendētes.
Neuter, a, um: neutri, træ, neutri: ſic vter nullus, ſolus, alter, & huiuſmodi. Terent. in And. Nam inepta tam nulli conſilii. pro nullius. Et eſt Neuter vtriq; cōtrarium, ſignificatq́; nec hic nec ille. In quo aduertēdū eſt, q̄d dicimus Neuter alterū nō aūt Neuter neutrū, nā ſi ita dicamus Neuter alterū diligit, hoc ſignificamus, neq; ille hūc diligit, neq; hic illū. Quod ſi Neuter neutrum diceremus, ſignificaremus ne ſe quidem ipſum vtrūq; diligere.
Neutiquàm, nō minus, vel nō valde, vel nullo modo: habet enim aliquid affectionis. Terē. in Hecy. In hac vſq; illud viſum eſt Pamphilo neutiquàm graue.
Neutiq;, vna pars orationis, & ſignificat nequaquàm. Terēt. in And. Ego Charine, neutiq; officium liberi eſſe hominis puto, quum is nil mereatur, poſtulare id gratiæ poni ſibi.
Neutralis, & hoc neutrale, quod eſt neutrius partis. vnde Neutralia verba dicta ſunt, quæ neq; agūt aliqd, neque patiūtur. vt ſto, iaceo, cubo, ſedeo. Hæc in nulla actione, in nulla Paſſione ſunt. Alia Neutralia ab vſu dicta, quæ habēt actionem: ſed paſſionem nullā. vt certo habet actionem, ſed nō dicimus certor, pugno & eo. Alia ſunt quæ patiūtur, ſed nō agūt, vt vapulo, pendeo, algeo, langueo, & huiuſmodi.
Neutrò, aduerbium, ſignificat nec ad vnā partē nec ad aliam. Liuius: Et neutrò inclinata ſpe torpebat.
Neutropaſton, vocāt nōnulli cynoſbodon, id eſt, roſam caninam, quòd contra canis rabidi morſum vim maximam habeat. Fert & vnam nigrā, in cuius acie neruum habet. Ce.
Neuus, caruncula eminens paulùlum, in quo ſæpe ſunt pili, & naturalis eſt. Nā cum homine naſcitur, & plerūq; ſucceſcit. Hora. lib. i. Serm.
Egregio inſperſos reprehendas corpore neuos.
Nex, necis, propriè mors quæ ferro fit aut alia vi: vnde Necdatus, dicitur qui interfectus eſt. Feſtus tamē Neci datum intelligi vult, qui ſine vulnere interfectus eſt. vt Auſonius:
Sera venenato potu abſtulit Hannibalem nex.
Siſenna, Quoniam neque mea nex neque interceſſio poſſe videtur illorum demētem reprimere audaciā. Cice. Inſidiatori verò & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex?
Nexilis, & hoc Nexile, pen. cor. quod nectitur: ſicut textile, quod texitur. Lucanus:
Nexilis ante fuit veſtis qua textile tegmen.
Nexo, nexas, & nexis, nexui, nexum: ſecundum Priſcianum frequentatiuum eſt à necto. Verg. lib. v.
Nexantem nodis ſeq; in ſua membra plicantem.
Nexus, nexa, nexum, participium. Verg. lib. v.
Vincula linea rupit,
Qua innexa pedem malo pendebat ab alto.
Nexus, us, vel nexus, a, um obligatione dicitur. Cic. Cuius quidē proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexo. Idem pro Muræna. Quòd ſi in repetūdis quæ mācipi ſunt, is periculum iudicii præſtare debet, qui ſe nexu obligabit. Nam (vt teſtis eſt Liui.) mos erat Romæ, vt qui ſoluendo non fuiſſent, addicerentur fœneratori cui ſeruirent quò ad debitum perſoluerēt. Et hi Nexi adpellabātur, ducebāturq; in ergaſtula ad perſoluendum. Varro: Nexi ſunt liberi homines qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia quā debebāt domino præſtabāt.

N ANTE I.

Ni, pro niſi, ſubiunctiuo iungitur. Eſt enim à niſi per apocopen factum. Quandoq; etiam indicatiuo. vt, ni fallor. Vbi ſciēdum eſt, quòd Ni, niſi, quā & præterquàm, ſemper repetunt eoſdem caſus quos præceſſerunt. vt: Quid eſt animal, niſi corpus cū anima cōcretum? Quid aliud quæris, quàm voluptatē? Nulli placet, præterquàm mihi. Præter vero ſemper exigit accuſatiuum. vt nulli places præter me. Ponitur interdum Ni pro ne. Verg. Ni teneāt curſus. Plautus: Ni ſtulta ſis. Niſi in principio ſententiæ indicatiuum deſyderat, aliàs etiā ſubiunctiuum. vt Vapulabis niſi caues, vel caueas. Eſt autē compoſitum Niſi ex nō & ſi, & ſignificat ſi nō, vel præterquàm. Eſt enim cōiunctio exceptiua, licet quādoq; pro cōtinuatiua vſurpetur.
Nicāder, nomē proprium, quaſi victor vir.
Nicanor, penultima producta, nicanoris, genitiuum facit penultima correpta, nomen proprium, quaſi victor. Hoc nomine dictus fuit apud Græcos, qui de medicinis multa ſcripſit.
Nicarchus, quaſi victor princeps.
Nicator, victorioſus: quo cognominat' eſt Seleucus

quí (vt Appianus ſquit in Syriacis) in bello ſemper inuictus extitit.

Nice, Græcè, Latinè victoria dicitur: unde Nicephorus victorioſus, quaſi ferens victoriam.

Nicerotianum, delicatius odoramétum & vnguétum dictum ab artifice probo Nicerote. Mart. Laudes pinguia Nicerotiana.

Nicia, & Nicea, vtroque modo dicitur ſecundum Priſcianum: eſt nomé duarum vrbium, quarum vna eſt Galliæ, alia Aſiæ, & Bithyniæ metropolis. Niceam primus Antigonus Philippi filius cōdidit, & Antigoniam nominauit. Poſtea Lyſimachus à nomine uxoris Antipatri filiæ, Niceam adpellauit. Vrbis ambitus ſtadiorum. xvi. fuit in figura quadrata, in campo ſita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos, eximio lapide, q circa medium gymnaſium poſitus erat, omnes quatuor portæ cernebantur. Hic iubente Cōſtantino famoſa illa ſynodus celebrata eſt, trecentorum & decē & octo epiſcoporū, & perfidum Arrhii dogma reciſum. Fuit etiam Nicias nomē viri de quo Theocritus, & Zenobius ita ſcribit. ἤ τοι τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα τῶν μετὰ Νικίου στρατευσαμένων ὁ μὲν ἀπώλετο, id eſt, Vel interiit uel docuit literas militantibus cum Nicia in Sicilià mul ti interierſit.

Niciteria, ſunt præmia relata ex victoria: ut torques. Iuuenalis, Et ceromatico fert niciteria collo. νικητήριον enim præmium uictoriæ dicitur, à νικάω quod eſt vinco.

Nicolaus, nomen proprium, quaſi victor populi.

Nicomachus, pen. cor. victor pugnæ. Quo nomine dictus fuit pater Ariſtotelis philoſophi.

Nicomedes, penult. produ. nomen proprium regis Bithyniæ, Romanorū amici: qui olim raſo capite ſumpſit pileum, & ſe Romanorum libertum uocauit. à quo Nicomedia.

Nicomedia, ciuitas Bithyniæ, à Nicomede rege qui eam condidit adpellata. Multi enim eodem nomine ſunt vocati, quemadmodum Ptolomæi propter prioris claritatem. In huius ciuitatis uilla Magnus Cōſtantinus obiit. Qui, quum uellet in Iordane fluuio baptizari, atq; idcircò Hieroſolymá peteret, morte præuentus ab Euſebio Nicomedienſi epiſcopo, Arrhianæ perfidiæ ſectatore, baptizatus eſt. Quæ res Chriſtiani principis fidem apud pleroſq; in dubium uertit. Sed nō eſt ueriſimilé eum principem, qui per omnem uitá ſuam Arrhiani dogmatis hoſtis fuerat, in extremo ſpiritu ei dementiæ conſenſiſſe, quá ſummo ſtudio de ſuo imperio prius eliminauerat.

Nicophanes, pe. co. nomē pictoris, quaſi uir illuſtris.

Nicopolis, ciuitas Epiri à uictoria Auguſti ſic adpellata, quia Cleopatram, & M. Antonium apud Actiū prælio ſuperauit.

Nicoſtrata, quaſi uictorioſa exercitu, στρατός, exercitus. Quo nomine dicta Euádri mater.

Nicrocreon, ontis. Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philoſophum malleis ferreis cædi iuſſit.

Nictó, is, ad canes pertinet, quum ſentiunt odorem leporum ſeu perdicum. Feſtus: Nictit canis ad odorandum ſerarum ueſtigiis leniter ingániens. Ennius: Nare ſagaci ſenſit uoce ſua nictit ultraq;.

Nicto, as, frequentatiuum eſt uerbi niueo, es. Eſt & Nictare oculorum, & aliorū mēbrorum uſu ſæpe aliſquid conari. Pli. li. xi. Pleriſq; uerò naturale eſt, ut nictare nō ceſſent, quos pauidiores accipimus. Idem ibi: Grauiores alitū inferiore gena cōniuét, eadem nictantur ab angulis mēbrana obeunte. Inde ſiunt Nictatio, & Nictus. Cōpoſitum eſt, Adnicto, quod eſt iuxta nicto. Feſtus: Adnictat ſæpe leuiter oculo adnuit.

Nideo, des, dui, cuius cōpoſitū eſt Renideo, in frequētiori uſu. Et modò ſignificat ſplēdeo. Statius lib. x. The. Emicat effigies & ſparſa orichalca renidert. Pli. lib. vii. Neq; in receſſu gemmæ aut in deiectu renidēte. Modo redoleo. Horatius,

Nec mea renidet in domo lacunar.

Nidifico, cas, nidum facio. Vergilius,

Sic uos nō vobis nidificatis aues.

Nidor, odor, & putor uſtrinæ, & rei uſtulatæ, ut apud Verg. lib. iii. Illi ingens barba reluxit

Nidore ambuſta dedit. Proprie tamen de carnibus aſſis in culina & cæteris epulis coctis dicitur, à nitore ignis. Martialis,

Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ.

Dicitur & de ſtercore. Apul. li. iii. Alios putore nidoris Extidi à meis ſcapulis abegiſſem. Interdū pro riſu. Hora. in Serm. Naſum nidore ſupino. Sic enim Porphirio interpretatur. Interdum pro ſplendore.

Nidulor, pen. cor. Idem quod nidifico. Plinius lib. xi. Aliud rurſus eorum genus qui è fimo ingentes pilas auerſi pedibus uolutat, paruosq; in his contra rigorem hyemis uermiculos fœtus ſui nidulātur. Aliquādo Nidulari. eſt ouis īcubare. Varro: Prima dies dé inde illos quibus halcyones hyeme in aqua nidulātur, eos quoq; ſeptem eſſe dixit.

Nidulus, dimi. paruus nidus. Gell. De auicula nidulo.

Nidus, auium domicilium, à nitore (ut putatur) quòd maliis odorata ſint auiū cubilia. Quoq; tū Nidus accipitur pro ipſa aue, quaſi cōtinens pro cōtēto. Verg. Ipſæq; uolátes. Ore ferūt dulcé nidis īmitibus eſcā. Quandoq; pro quodam uaſis genere, à nidorum ſimilitudine. Varro: Nympha è lacuna fontium allata nidos implent. Et Nidi, dicūtur in quibus merces in tabernis ſeparatim tenent. Mart. De primo dabit altero' ue nido raſum pumice purpuraq; cultum.

Nigella, herba quæ (ut autor eſt Marcell.) alio nomine dicitur lolium, inter frumenta naſcens.

Nigellus, a, um, diminu. quod eſt parum nigrum.

Niger, proprie fuſcus dicitur: eſt enim contrarius albo. Per tranſlationem tamen ponitur quandoque pro mortuo. Iuuenalis,

Inſtituntq; rudes melior locuſta propinquas

Per famam & populum nigros efferre maritos.

Quandoq; pro noxio. Vergilius,

Et nigris exeſa chelidris Creta. Quádoq; pro malo. Iuuenalis, Nigrum in candida uertunt. Solebant enim priſci quod bonum & laudabile erat, creta uel alba linea notare. Contrà quod turpe fuiſſet, ni

gro ſignabant. Vnde Perſius,

Quæq; ſequenda forent, & quæ vitanda viciſſim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti.

Nigidius figulus, philoſophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæſaris tempore. Hic doctiſſimus in Grammatica; multa ſcripſiſſe fertur, quæ in vulgus non prodierunt.

Nigredo, Nigrities, & Nigritia, ipſe color fuſcus: vt Plinius capillorum nigritiam dixit.

Nigreſcio, is, & Nigreſio, notæ ſignificationis.

Nigreo, es, à quo Nigreſco, niger fio. Claud. lib. iii. Non ſic ſibi mutatas liceat nigreſcere veſtes. Columel. Oliuæ quam nigruerint ſereno cœlo diſtringere manu conuenit.

Nigrico, cas, pen. cor. aliquantū niger ſum. Plin. lib. x. Viribus præcipua, colore nigricans, ſola aquilarum fœtus ſuos alit. id eſt, aliqua nigredine tincta.

Nigris, fluuius eſt, à quo Nigretes populi cognominati ſunt. Dictus Nigris ꝓpter ſolitudines nigri pulueris, eminentibus interdum uelut exuſtis cautibus. Item Nigris, fons eſt in Aethiopia, quem nonnulli caput Nili eſſe autumauerunt. Ce.

Nigro, grās, nigrum facio: vnde Denigro, as. Hierony. Denigrata eſt facies. Interdū Nigrare, eſt nigrū eſſe. Colu. lib. vii. Parandi ſunt boues nouelli quadrati magnis mēbris, cornibus proceris & nigrantibus & robuſtis, naribus ſimis, patulis, ceruice longa & toroſa, palearibus amplis, & penè ad genua promiſſis, pectore magno, armis vaſtis, capaci & tanquàm implente vtero, lateribus porrectis, lumbis latis, dorſo recto plano q;, clunibus rotundis, cruribus compactis ac rectis: ſed breuioribus potius quàm longis, nec genibus improbis, ungulis magnis, caudis longiſſimis & ſetoſis piloſis q;, corpore denſo breui q;, coloris rubei fuſci ue, tactu corporis molliſſimo. Plinius lib. ix. Rubeus color nigrante deterior.

Nigror, ipſa nigredo. Cice. lib. I. de Diuinatione: Noctis q; & nimborum occæcat nigror.

Nihildum, id eſt, nondum. Cicero Caſ. Et quanquàm nihildū audieramus nec ubi eſſes.

Nihili facio, nihil exiſtimo. Cc.

Nihilominus, non minus. Cicero Figulo: Tamen nihilominus eis conficior curis, vt ipſum quod viuam peccare me exiſtimem.

Nihilum, ex non & hilum cōponitur, quod ſignificat vllū. Cice. lib. I. Tuſcul. Illud ſaxum quod Siſyphus ſudās nitādo nec proficit hilum. Sūt qui putēt hilū ſignificare illud quod grano fabæ adhæret. Alii pēnæ modulum intelligi volunt: ex quo Nihilum, & Nihil per apocopen, quod ſignificat quantitatem: vt, Nihil vini habeo. Inuenitur etiam pro aduerbio negandi poſitum. Teren. Nihil circuitione vſus eſt. Id eſt, non. Inuenitur etiam Nihili indeclinabile, & trium generum, quaſi quū nihili quidem eſt. hoc eſt, nullius pretii aut vtilitatis.

Nil, ſyncopatum eſt à nihil. Et modò nomen eſt, ut, Nil bonitatis habes. Modò aduerbium. Terent. in And. Nil me fallis.

Nilion, gemma eſt colorem habens fumide topazii, aut aliquādo melleæ. Ce.

Nilus, Aegypti fluuius, à Nileo rege ſic dictus, vel à nouo inferēdo luto: quòd ſua inūdatione tutam ferracē reddat Aegyptū. Vnde Seruius Nilū dici exiſtimat quaſi [illegible], hoc eſt, nouum trahentē limū, quo oblinet, hoc eſt, limo obturet Aegyptum & oppleat. Euſtathius interpres Homeri pariter & Dionyſii Libyci, in Dionyſio ſic ſcribit. [illegible] id eſt, Herodotus quidē dicit Nili fontes, non cognoſci. Quapropter neq; ipſe ſcit ait, huius fontes, videor dicit, neq; ego neq; quiſquàm Græcorum dixiſſe huius fontes. Alii aiunt Nilum ex lunæ montibus duci. Vnus eſt ex maioribus totius orbis fluuiis, à quibuſdam Geon dicitur quaſi terra, qui antea Melo vocabatur. Habet ſeptem oſtia. Verg.

Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

Nomina oſtiorū hæc ſunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebennyticum, Phœneticum, Mendeſicū, Taniticum, & Peluſiacū. Naſcitur in monte inferioris Mauritaniæ, non lōgè ab Oceano, ſtagnante ibi lacu quem uocant Nilidem. Deinde condit ſe itinere aliquot dierum, rurſum q; erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæſarienſi. Iterum q; arenis receptus per deſerta uiginti dierum ſpatio fertur ad proximos Aethiopas, & denuo proſilit fonte qui Niger dicitur. Inde Aphricam ab Aethiopia diſterminans, medios ſecās Aethiopas, ſic pleras q; inſulas facit, quarum clariſſima eſt Meroe, cuius metropolis etiam Meroe vocatur. Poſtquàm ſe aquis omnibus auxit, Nilus adpellatur. Deni q; multis oſtiis fertur in mare Aegyptiū, Aegypti q; inferiorem partem dextra læua q; diuiſus amplexu ſuo determinat. Canopico oſtio ab Aphrica, ab Aſia Peluſiaco, propter quod aliqui Aegyptū inter inſulas poſuere ita ſe diuidēte Nilo, ut triquetram terræ figuram faciat. Idcirco multi Aegyptum Δ. Græcæ literæ ſimilitudine Delta uocauerunt. Augetur Nilus certis diebus mirum in modum, & per totum ſpatiatus Aegyptum fœcundiſſimus innatat. A Nilus fiūt adiectiua, Niloticus, a, um, vt Nilotici piſces, & Niliacus, a, um, penult. correp. Martial.

Niliacis primum puer hic ſit natus in oris.

Nili quoq; apud veteres capiūtur pro foſſis in ſummis circūdatis, pro ſeptis ſiue pro canalibus aquarū aliūde deductarū: quos Romani intra domos deducebāt: vide in dict. Euripi. Eſt & Nilus vrbs ibidem.

Nimbifer, hoc eſt ferens nimbos. Cc.

Nimbilis, inſula nō lōgè à Gyaro, quam Callimachus Agathuſam vocat. Cc.

Nimbus, repentina & præceps pluuia. Ponitur & pro vento. Vergilius.

Nimborum in patriā loca fœta furentibus auſtris
Aeoliam venit. Interdum pro nube, qua Dii ſolēt in terras deſcēdere. Lucilius,

Cum nimbo cœlitus deſcendit Iuppiter. Eſt Nimbus vaſis genus quo vina, vnguēta, & alii liquores fundūtur.

fundũtur. Martialis,
A' Ioue qui venit miſcenda ad pocula largas
Fundet nimbus aquas, hic tibi uina dabit.
Hinc Nimboſus, a, um. Vergilius, Fluctu nimboſus Orion. id eſt, pluuioſus, uẽtoſus ue.

Nimirum, aduerbiũ cõfirmandi, hoc eſt, ſine dubio, certe. Poteſt etiã ſolui, vt dicatur nimirũ, nõ eſt mirum. Nã ni ſignificat ne, & ne ſignificat nõ: vt Plaut. Neuult pro nõ uult. Aliquãdo ad reſpõſionẽ adhibetur. Quintil. Demus id quod nullo modo fieri poteſt, idem ingenii doctrinæ ſtudii peſſimo atq; optimo viro, vter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoq; melior.

Nimis, & Nimium, nomẽ loco aduerbii augendi, & pro vitio dicitur, ſignificantq; plus ſatis. Terẽ. Ne quid nimis. Dicit & Nimius, a, um. ut Nimius labor exhaurit uires. Et Nimietas.

Ningo, is, uel Ninguo, is, xi. Priſcia. Ninguo quoque ninxi, vnde & nix ſicut à duxi dux, à rexi rex.
Vergilius lib. iii. Georgicorum.
Interea toto nõ ſecius æquore ningit.
Sunt etiã q Ninguo dicũt à ningue, cuius nõĩatiuus eſt Ninguis, quod antiq pro niue vſurpabãt. Lucre. Albas effundere ningues. Apuleius in. 1. Herma. Aſpera hyems erat, omnia ningue canebãt. Nunc dicimus Nix.

Ninguidus, a, um, idẽ qđ niuale, qđ ninguib9 abſidat.

Ningulũ, veteres dixere quaſi nec vllum. Martial. Nec ningulis mederi queat. Cc.

Niniue, pe correp. vrbs Aſſyriorum, quàm ædificauit Aſſur, egrediẽs de terra Sennaar, à Nino rege ſic dicta, ut ſcribit Auguſtinus. Eſt & alia ciuitas Iudæorum in angulo Arabiæ, quã nũc corrupte Niniuem vocãt, & in genitiuo Niniues facit: vnde Augu. lib. xv. de Ciui. Dei: Niniues ciuitatis magnæ, Ninus Beli filius cõditor, nomẽ ex illius noĩe deriuatum eſt, ut à Nino Niniue vocaretur. Et populi in ea habitantes, Niniuitæ, pe. produ. dicũtur.

Niobe, nomẽ filiæ Tantali, ſororis Pelopis, vxoriſq; Amphionis, q̃ in ſaxũ verſa eſt ex dolore (vt poetæ fingũt) quum ex fæcũdiſſima matre ad orbitatẽ redacta extinctos vidiſſet filios, filiaſq; omnes quos Apollo & Diana ſagittis cõfixerãt. Quæ in ſaxum verſa dr̃: qm̃ ex nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapideſcẽs malis diriguit. A' Statio in Syluis mater dicta Niobe: qm̃ facta ſaxea turbine uẽti in Sipyleia patriã rapta eſt, vbi fixa cacumine montis Liquitur, & lachrymis etiã nunc marmora manant.

Niphates, penulti. produ. Scythiæ fluuius. quo etiam nomine dictus mons Armeniæ, ex quo Tigris naſci ſurit vt refert Strabo. Vergilius,
Addam vrbes Aſiæ domitas pulſumq; Niphaten.
Dictus Niphates à niuibus, ἀπὸ τῶν νιφάδων, uel ἀπὸ τοῦ νίφειν.

Niptra, dicuntur lauacra, à νίπτω, quod ſignificat lauo: quo nomine dicta eſt tragœdia Pacuuii, quã allegat Cice. lib. ii. Tuſculanarum.

Nis, pro nobis veteres ſcripſere: ſicut Tis pro eis. Cc.

Niſæe, nomẽ Nymphæ. Vergilius,
Niſæe, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;.

Niſæus, locus in Media in quo pulcherrimi equi naſcebantur.

Niſi, dictio exceptiua: vide ſupra dictione Ni.

Niſſa, vrbs quæ ad Mediterraneã iacuit ſupra Trallis ad Oriẽtem, & maxima ex parte monti adcubuit: torrẽte quodam diuiſa, qui cõuallem efficit. Ex hac fuerunt Apollonius philoſophus ſtoicus Panætii familiaris, & Menecrates Ariſtarchi diſcipulus, & Ariſtodemus eius filius: quem ualde ſenem iuuenis admodum audiuit Strabo. Item Soſtratus Ariſtodemi frater, & alius Ariſtodemus eius cõſobrinus, qui magnanimum Pompeium erudiuit.

Niſus, nomẽ regis Megarẽſiũ, qui (ut in fabulis fert) in auem ſui noĩs cõuerſus fuit. Verg. lib. i. Georg. Apparet liquido ſublimis in aere niſus. Hic alio nomine halietus dicitur.

Niſus, a, um, participium eſt à nitor, eris.

Niſyrus, pe. cor. parua inſula nõ longè à Coo, in qua optima vina fiunt.

Nitedula, animal, muris exigui genus, ſicut docet Seruius. Cic. pro Sex. Vt illa ex uepreculis extracta nitedula rempub. conaretur arrodere. Eſt & Nitedula, cicindela quæ noctu lucet.

Nitella, dr̃ res q̃ leuigat ſordem, & expolit: vñ Apul. utitur pro dẽtifricio, os ipſum & dẽtes honeſtãte. Lucius: Miſi ut petiſti munditias dentium, nitelias oris, ex arabicis frugibus tenuẽ, cãdificum nobilem, puluiſculum, cõplanatorẽ tumidæ gingiuolæ, conuerritorẽ pridianæ reliquiæ: ne qua uideatur terra labes ſordium, reſtrictis fortè ſi labellis riſeris. Sumitur interdum pro nitore, & elegantia ſermonis.

Niteo, es, nitui, ſplẽdidus, cultus, politus ſum. hinc Niteſco, nitidus fio. Cõpoſita ſunt Eniteo, quod eſt extra, ſeu ualde niteo. Per trãſlationẽ uero Enitere ſignificat celebrẽ eſſe. Cice. lib. iiii. ad Herẽ. Nã hoc ſigni eſt, ipſos artis ſcriptores nõ putaſſe unum potuiſſe in oĩbus elocutionis partibus enitere. Hinc Eniteſco. Sallu. Poſtremò Cæſar bellum exoptabat vbi virtus eniteſcere poſſet. Interniteo, in medio niteo. Plinius, Tunc enim tellure Internitẽt, qa his uentis maxime arenæ mouẽtur. Et habent penul. correp.

Nitido, as, nitidum facio. Colu. libro. xii. Ferramenta deterſa nitidentur atq; rubigine liberentur.

Nitidus, a, um, ſplendidus. Colu. lib. ii. Far quod adpellatur cluſinum cãdidioris & nitidi coloris. Hinc Nitiditas. Accius, Formæ nitiditate præclarus regi.

Nitor, teris, nixus, & niſus. Eſt & Niti, conari: quod uernacula lingua dicimus pontare. Vergil.
Poſt ualido nitẽs ſub põdere faginus axis Increpat.
Interdum firmare, ſuſtentare. Idem,
Hic uides pura iuuenis qui nititur haſta. Per trãſlationem. Cic. Tu eris unus in quo nitatur ciuitatis ſalus. id eſt, ſuſtineat. Interdum ambulare. Pacuuius, Ardua per loca agreſti ac trepidante gradu nititur. Interdum uolare. Verg. lib. iii. Hic primũ paribus nitẽs Cyllenius alis Conſtitit. Interdum fulciri. Cice. lib. i. Offic. Eſt igitur adoleſcentis maiores natu uereri, ex hiſq; deligere optimos ac probatiſſimos,

quorum conſilio atq; autoritate nitatur, id eſt, ſub cuſ, gubernet, inſtituatur. Huius cõpoſita ſunt Annitor, Cõnitor, quod eſt totis viribus nitor. Cic. lib. iii. Offi. Quare quantũ cõniti animo potes, quãtum labore cõtendere (ſi diſcẽdi labor eſt potius quàm voluntas) tãtum fac vt efficias. Enitor, pario. Plau. in Amphi. Geminos Alcmena enititur. Varr. lib. ii. de re Ruſt. Faciẽdumq; ſepta ſecreta ab alijs quò enitẽtes ſecludere poſſis, itẽ quæ corpore ægro. Aliqñ eſt cũ conamine abſoluor. Vnde Enixæ dicuntur mulieres, q partus dolore leuatæ ſunt. Itẽ Eniti, eſt extra vel pfecte o pari, perficere. Sallu. in Iug. Ab adoleſcẽtia ita ſe enixũ, vt ab optimo quoq; pbaret. id eſt, perfecte exercitũ, vel operatũ. Colu. lib. ii. Sed nec in media parte ueſuræ cõſiſtat, deĩq; requiẽ in ſumma vt ſpe ceſſandi totũ ſpatiũ bos agilius enitatur. id eſt, exatet, perficiat. Hinc Enixe, aduerbium, qd & Enixi df. Cice. Ego illos malos & audaces ſemper enixum cõtra fortunas atq; honores huius ordinis pia feciſſe ſentio. Innitor, inhæreo, firmor. Colu. lib. vi. Quò plus ſolit mediæ arbores quibus vitis adplicata & religata innititur, accipiat. Hiero. ad Iul. Viſdit ſcalã de terra vſq; ad cælũ, & deſuper innitẽtem dñm, vt laſſis manus porrigeret. Obnitor, contrà nitor, obluctor, induror, obfirmor. Verg. li. iii. Geor. Verſaq; in obnoxios vrgentur cornua vaſto Cum gemitu cõtra obluctãtes. Auguſt. lib. ii. Ciui. Dei, Quorũ dicta cõtraria ſi toties velimus refellere, quoties obnixa frõte ſtatuerint, nẽ cogitare quod dicãt, dum quoquo modo noſtris diſputationibus cõtradicãt. Hinc aduerbiũ Obnixe, quod ſignificat cũ conatu, inſtanter, quãtum poſſibile eſt cõtra conãte. Terẽ. in And. Pedibus manibusq; obnixe oĩa facturum. Pernitor, valde nitor. Serui. Pernix, perſeuerans à pernitẽdo tractum eſt. Renitor, cõtra nitor. Hiero. ad Iul. Si hunc cõſilio noſtro vel amicus, vel affecla, vel propinquus renititur, & te ad delitias reuocat: intellígito eum nõ de tua anima, ſed de ſuo uẽtre cogitare. Subnitor, ſuffultio. Verg. lib. iii. Parua phyloctetæ ſubnixa petilia muro. Aliqñ eſt ſurſum nitor. Cæcil. li. Anna. Et Latini ſubnixo aio ex victoria cõſilũ ineunt. Et habẽt penul. produ.

Nitor, ſplendor in quacũq; re dicitur. Cice. in Cato. Tum Lyſandrum intuẽtem purpuram eius & nitorem corporis. ſcilicet Cyri. Colu. lib. ii. Verſi ex his maxime ferẽdum quod eobus dicitur, quum & pondere & nitore præſtat.

Nitria Aegypti regio, & nomen duarum vrbium ſupra Nemphim.

Nitrum, vt quidam putant à Nitria vbi naſci ſolet, dicitur. Hoc nõ multum diſtat à ſalis Hamoniaci ſpecie, quod nõnulli exiſtimant eſſe ſalis genus. Sicut enim ſalem in littore maris feruor cõficit ſolis, durando in petrã aquas marinas: ita in Nitria vbi æſtate pluuiæ prohibitores tellurem infundunt, ardor nimius aquas excoquit in petram ſali ſimillimam, ſed nihil geli ſi rigoris nihil ſalſi ſaporis habẽtem: quæ tamẽ iuxta naturam ſalis durace in caliditate, & nubiloſo aere fluere ac liqueſcere ſolet. Sunt qui dicãt nitrum apud Medos caneſcẽtibus ſiccitate cõuallibus fieri. Pli. lib. xxxi. Sal & nitrũ ſulphuri cõcoctũ in lapidẽ vertitur. Et item liquatũ coquentes, ex eo vaſa faciunt. Ex nitro medicinæ fiunt, & ſordes veſtiũ, corporum q; lauatur. Vnde apud Eſaiam, Si lauueris te nitro, et multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua coram me.

Niualis, & hoc Niuale, quod ex niue eſt: vt aqua niualis. Gellius, Qui aquã niualem frugibus ſanè & arboribus fecũdam diceret, ſed hominibus potu nimio inſalubrẽ eſſe. Colu. lib. iii. niuale cælum dixit, quod ſæpe niues iducit. ait enim: Cælũ porrò neq; niuale vinea, neq; rurſus æſtiuoſum deſyderat.

Niuatus, a, um, quod eſt niue refrigeratũ. Sueto. in Nero. Rel otus ſæpius calidis piſcinis, ac tempore æſtiuo niuatis.

Niueo, niues, xi, ctum, à quo Cõniueo: vide in dictione Nicto.

Niueus, a, um, quod eſt ex niue: vt maſſa niuea: licet quãdoq; pro candido ponatur.

Niuoſus, a, um, locus in quo ſunt frequẽtes niues.

Nixidos, appellabãt quos putabant præſidere pariẽtum nixibus. Cornucopiæ.

Nixurio, nixuris, pe. corr. nixuriẽ niti volo, ſeu cupio aut conor facere. Nigidius: Nixurit qui niti vult, & in conatu ſæpius aliqua re perpellitur.

Nixus, a, um, participiũ. Nixus, us, nomẽ, & ſignificat partum. Verg. Haud lætus paribus edunt.

N ANTE O.

NO, nas, aui, atum, cum compoſi. vide in dictione Nato, as.

Nobilis, quaſi noſcibilis, à noſco: vnde & pro noto ponitur. Vergilius,
Eſt locus Italiæ medio ſub mõtibus altis Nobilis,
Sic illuſtris, egregius, inſignis, conſpicuus, ſingularis, cognitionis non meriti & laucis nomina ſunt, quia tam de flagitioſis, quàm de claris dici nauemitur. Vnde & pro digno & excellẽti in quacũq; re ponitur ſiue bona, ſiue mala. De bona: vt quũ ad generis dignitatem refertur. Sallu. Nobili genere natus fuit. De mala: Liui. Nobilis ille clade Romana locus. Martialis, Nobilis hæc eſſet pietatis rixa duobus. Id eſt, excellẽs et digna notitia. Hinc Nobilitas, quæ eſt generis vel alterius rei excellẽtia & dignitas. Colu. lib. iii. Depẽhẽdi poteſt nobilitas in guſtu. His cõtraria ſunt. Ignobilis & Ignobilitas.

Nobilito, as, nobilẽ facio, dignitatem addo, decoroq. Apul. Quem nõ excellẽtia generis, ſed mores, virtuteſq; nobilitauerſit. Aliqñ notum facio. Cice. lib. ii. Offi. Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt præter cæteras nobilitata crudelitas. Huius cõpoſitũ eſt Denobilito, quod eſt uitupero. Terẽ. in Eunu. Tu iam pẽdebis q ſtultiũ iſtũ adoleſcẽtulum denobilitas flagitiis.

Noceo, es, cui, citum. Nocere ſignificat obeſſe. Colu. lib. ii. Nõ nocebitur ei nocturnis roribus alijs ue ex cauſis, dũ à pecore & autibus vindicetur. Significat etiã maleficio nõ abſtinere. Vnde Nocẽtes, dicũtur qui iniuriã aut maleficiũ cõmiſerit. Innocẽtes, q ab omni iniuria maleficio ue abſtinent. Innocentia,

integritas. Sallu. Vbi quæ Metellus agebat ex nuncijs accepit ſimul & de innocētia ſua certior Romæ factus diffidere, ac tum demum ueram deditionē facere conatus eſt.

Noctes Atticæ Gellii, opus quod noctu, quæ diu cū alijs cōuerſando diſcuſſerat, ſcripſit. Cc.

Noctēſcere, eſt obtenebrari. Furius,
Omnia noctēſcunt tenebris caliginis atræ.

Nocticorax, ſeu Nycticorax, coruus nocturnus interpretatur. Nigra auis ac ſola clamās, & nocte uolat. νύξ, νυκτός, nox Latinè dicitur. Hiero. in Deuter. tā quàm diuerſa inter ſe ponit, noctuam, nycticoracē, & veſpertilionem, ſed corruptè ſic dicitur: nā Suidas, νυκτικόραξ ... id eſt, Nycticorax ſuis genus quæ habitatas domos fugiens deſertas incolit.

Noctifuga, qui noctem fugit. Cc.

Noctiluca, pen. produ. dicitur Luna quæ noctu lucet. Quo noīe dictum eſt animal paruum quod æſtate dum uolitat, lucet. Alio nomine nitedula adpellatur.

Noctipugæ, Lucilius uocauit obſcœnas quod noctu pugnant atq; excitēt Venerem. Cc.

Noctiuagus, pen. produ. qui nocte vagatur.

Noctu, pro nocte nominaliter utebātur antiq. Quadrigarius: Cōuenit ſenatum noctu multa domū dimitti. Plau. in Menæ. Haud falſum euenit ſomnium, quod noctu hac ſomniaui. Noctu uero aduerbium, ſignificat per noctem. Salluſt. Diu noctuq; laborare feſtinare. Aliquando nox pro noctu: et eſt in xii. tabulis: Si nox furtum factū ſit, ſi im aliquis occiſit, iure cæſus eſto. Vbi im adcuſatiuum dixerunt ab is, & occiſit pro occidit.

Noctua, auis à tēpore noctis dicta, quo canit vel volat. Prouerbiū eſt, Noctuas Athenas portas: ac ſi diceretur. Aquam mari iungis. Ferunt enim noctuarū maximā copiā Athenis eſſe. Nocturnæ aues ſunt: noctua, bubo, ulula, & ueſpertiliones, quibus à veſpertino tempore inditum eſt nomen. Ouidius,
Nocte volāt ſeroq; trahūt à tēpore nomē. Græci quoq; à nocte. hoc eſt, ἀπὸ τῆς νυκτὸς, νυκτερίδας vocant.

Nocturnus, a, um, quod eſt noctis, vt nocturna lux, ſic à die diurnus. Claud.
Omnia quæ ſenſu voluūtur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.

Nocuus, qui nocet. Innocuus, qui nō nocet. Q hq; tamen pſiſſiuè ſumitur.

Nodo, as, nodos facio, ligo in nodos. Lactan. de Opifi. Deus igitur ſolidamēta corporis quæ oſſa dicūtur nodata, & adiuncta inuicem neruis, alligauit atque conſtruxit. Vergilius libro quarto.
Crines nodant in aurum. Huius compoſita ſunt Enodo, uel nodatū erat ſoluo. Per trāſlationem ſignificat declaro, expono. Gellius lib. i. Ad hunc modum Iulianus enodabat, diiudicabatq; veterum ſcriptorū ſentētias quas apud eum adoleſcentes lectitabāt. Cice. lib. ii. ad Herēnium, Deinde cōtrariæ legis enodabimus uoluntatem, & eam trahemus ad noſtræ cauſſæ commodum. Interdum Enodare eſt ſine nodis qui in arboribus ſunt, facere. Colu. libro. vi. Quæ vlmus adpoſitione vnde prouenerint leuiſſimæ virgæ falce debent enodari. Connodo, & Innodo, ſunt eiuſdem ſignificationis cum ſimplici. Et habent penultimam productam.

Nodus, ppriè ligatura quæ nō facile ſoluitur: vñ Nodo, das, A cuius ſimilitudine Nodus in arbore dicitur groſſior ille quaſi callus, vbi veluti colligati ſimul rami eſſe adparebāt. Colu. lib. iii. Eius imam partem quam in terram dimiſſurus es acutiſſima falce iuxta nodum rotūda plaga amputato. Hinc eſt vetus illud pūerbium: Nodum in ſcripto quæris. Per tranſlationem vero Nodus accipitur pro ænigmate, ſeu quæſtione aliqua difficili. Et Nodus in exercitu dicitur denſa peditum multitudo, quòd nō facile poſſit reſolui. Nodus Herculis, dicitur in quo neq; principiū neq; finis cōſpicitur: quaſi indiſſolubilis ſit. A' Nodus fiunt Enodis, Inenodabile, Internodium, Nodulus diminutiuum, à quo aliud Nodellus, Nodoſus, a, um, quod multos habet nodos.

Noegæum, amiculi genus candidi, vnde etiā pro candido quandoq; ponitur. Liuius: Lachrymas de ore noegæo terſit.

Noema, dici poteſt omnis ſentētia, vt apud Quintil. eſt lib. iiii.

Noenon, veteres p nō dixere. Var. Si hodie noenon venis, cras quidē ſi veneris dies eſt natalis ſortis fortunæ. Lucilius: Sed tamen hoc dicas ſi noenon quidem moleſtum eſt. Co.

Noeolæ, papillæ quæ ex faucibus caprarum dependent barbaſirilium vocatur.

Noes, fluuius Thraciæ in iſtrum fluens.

Nolo, ex nō & uolo: pro quo veteres neuolo, neuis, neuult, dicebant. Plau. Filiam meam tibi deſponſatā eſſe audio niſi tu neuis Cornucopiæ.

Nomades, pen. cor. populi in Scythia Europæ, quorū vita oīs in paſcēdis gregibus habetur. Sunt etiā populi in Aethiopia, ut Plinius lib. vi. ſcribit. Hiero. Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunnorū noua feritas, ſemi crudis ueſcuntur carnibus. Dicti Nomades à uerbo Græco νέμω, quod eſt paſco.

Nomæ, hulcera quæ depaſcunt, uocantq; ſecundò corpus.

Nomen, quaſi nouimē, à nōſco, qa notitiā faciat nam per id quicqd nominamus agnoſcitur. Vel Nomen dicitur notamen. Aut à Græco quod eſt ὄνομα, abiecta o. Et habet multas ſignificationes, quarum una talis eſt quæ ineſt adpellationi rerū oīum. Eſt enim nomē pprium vocabulū ſingulorum. Vergil.
Cui nomina mille, Mille nocendi artes. Idem.
Nomen aui referens Priamus.
Verba aūt noſtra rerum nomīa ſunt. vt ſalio, curro. Vtiq; his omnibus nominibus res ſignificatur. Vñ is ſapientiſſimus iudicatus eſt, qui rebus nomina impoſuit. Vñ omne quod loquimur. id eſt, oēs partes orationis rerū nomina ſunt. Alia nominis ſignificātia eſt, qua unā partē oratiōis ex octo uidemus eſſe ſignatā: vt nomen, pronomen, verbum. Tertia noīs

proprii: vt hominis & Deorum. Quarta quadripartita eſt, qua vna quæq; perſona ſine alterius communione ſignificatur. Quod Cice. li. Rheto. ſic definit: Nomen eſt quod vnicuiq; perſonæ attribuitur quo quæq; ſuo proprio & certo vocabulo adpelletur. Ergo vt proprium perſonæ hoc nomẽ & certum ſit, per quatuor tenditur. Prænomen, Nomẽ, Cognomẽ, & Agnomẽ. Prænomen interdum vna, interdũ duabus, interdum tribus literis continetur. C. vt Caius. Gn. vt Gneus. Sex. vt Sextus. Fuitq; nõnulla ratio prænominis: nam & Quintum ideo dixerunt, quòd quinto fortaſſis loco natus eſſet. Lucium, quòd initio lucis exortus. Gneum, à corporis effigie. Cognomen maiorum eſt tractum ex familia vel ſanguine: vt Cornelius, ex Corneliis. Nomen autem propriũ perſonæ, eſt quod propriũ gentilitiũ. hoc eſt quod originem gentis vel familiæ declarat. vt Cicero, Scipio. Agnomen extrinſecus venit. Et hoc tribus modis. Aut ex animo: vt Superbus, Pius. Aut ex corpore: vt Craſſus, Pulcher. Aut ex fortuna: vt Africanus, Gothicus, Aſianus. Numãtianus, à deuictis gentibus: ſed hoc raro vſurpatur. Cognomen nanq;, ſiue cognomentum potiuſquàm agnomen dicitur. Cicero: Scipio ille cui Aphricano fuit cognomen. Idem: Teq; non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo. His quatuor partibus perſonæ proprium & certũ nomen includitur. vt Publius prænomen, nomen Scipio: Cornelius cognomẽ, Africanus agnomẽ. Qui a ſit pnomẽ, nomẽ, & cognomẽ tãtum ponſit, dicẽt Publius prænomẽ eſſe, Cornelius nomen, Scipio cognomen. Et Nomẽ quidem atq; cognomen omniũ eiuſdem familiæ cõmune erat, prænomen verò tantum ſingulorum. Et ideo proprium nomen quo ſe inuicem gentiles vocabant. vt, Pater adpellabat ex duobus filiis alterũ Publium, alterum Lucium: nec aliter inter ſe fratres ipſi vocabant. Quidam etiam à veſtimento cognomen ſortiti ſunt. vt, Antonius Caracalla. Quidã à pecore minori. Porcius, Scropha. Quidã à pecore maiori. vt, Equitius, Taurus. Quidam à piſcibus. vt, Sergius Orata, Muræna. Quidam ab arboribus. vt, Frõditius. Quidam ab ea re quam optime ſererẽt. vt, Fabius, Lentulus, Cic. à pinſendo Piſinus, qui primus pilum inuenit, & multa huiuſmodi. Eſt quando Nomen pro decore, cognatione, & dignitate ponatur. Ver. Auulſumq; humeris caput & ſine noĩe corpus. Interdum pro generoſitate. Idem libro ſecundo Georgic. Aut pomis ſua nomina ſeruant. Interdum pro nobilitate generis, ex qua fit nomen quod famam ſignificat. Idem: Et nos aliquod nomẽq; decuſq; Geſſimus. Et illud. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Interdum pro gente. Vergilius, Noſtrumq; in nomen ituras. Interdũ pro debitore, ſeu debito aut credito quod fœnerauimus, quoniam nomina eorum qui vſuras ſoluturi erant in calendario fœneratoris ſcribebantur. Et ſimili modo quicunque aliquid debebat. Cicero Lentulo: Vt bonum nomen èxiſtimet adeptus. id eſt, bonus debitor. Sueto. Et quæ in ſingulos annos ſtipẽdii nomina impoſuit. Aſconius: Tituli debitorũ nomina dicuntur præſertim in his debitis, in quibus hominum nomina ſcripta ſunt, quibus pecuniæ commẽdatæ ſunt. Nomen & aduerbium plerunq; tranſeunt in ſe. vt, Toruumq;. id eſt, torue. Item aduerbium in nomen. vt, Dum mane nouum: accepta declinatione factum eſt nomẽ. Sic Perſius.

Iam cras heſternum conſumpſimus ecce aliud cras.

Sed Nomen quum aduerbium cœpit eſſe, fit indeclinabile. Aduerbium quum nomen eſſe cœperit, declinatur. Quum enim in alienum ius tranſeunt. Hæ partes nõ ſuis, ſed earum ad quas tranſeunt vtuntur poteſtatibus dũtaxat in declinatione: nam temporũ rationem ſuam reſeruant. vt apud Verg. lib. iii.

Muta tranſuerſa fremunt. Nam tranſuerſa quum aduerbium ſit, a, tamen breuis eſt, quia venit ex nomine, licet duæ conſonantes ſequantur; quum ſciamus in a, terminata aduerbia longa eſſe. Nomina per diuerſos caſus loco aduerbiorum ponuntur per nominatiuum. vt fors, pro fortè: recens, pro recẽter. per genitiuum: militiæ, pro militia: per datiuũ: vt veſperi, ruri, forti, per fortem.

Nomenclator, à nomine calando. id eſt, vocando, qui memoriter unũquenque nominatim vocare didicit: vtputa, in foro reos, in conuiuio conuiuas. Apul. Et ad nomenclatorẽ mox citati venerſit. Horum opera vtebantur potiſſimum candidati, vt ſibi in prenſando ſuffragatores nomina ciuium ſuggererent. Vnde laudatur Cato, quòd legem ſeruauerit, quæ cãdidato nomenclatores adeſſe uetat, vt per ſeipſum ſine nomẽclatore nominatim ſalutaret ciues Romanos. Hi & fartores quoq; dicebantur, quia ſalutatorũ nomina (ut ait Feſtus) uelut infarcirent petitorum auribus. Hinc Nomenclatio, & Nomenclatura, pro nũcupatione & nominatione. Col. lib. iiii. Quare prudentis magiſtri eſt eiuſdem nomenclationis aucupio quo potiri nequeat, ſtudioſos non demorari. Pli. lib. ii. Iouem quidem aut Mercuriũ aliter' ue alios inter ſe uocari & eſſe cœleſtis nomenclaturæ.

Nomentum, oppidum in Latio non procul ab vrbe Roma. Mart. Si vicina tibi nomento rura coluntur. Hinc Nomentana, uia Romæ qua itur Nomẽtum, & Nomentani, qui Nomentum habitant. Dictum Nomentum à Nomento conditore.

Nominatim per ſingulorum nomina. Plin. Quum illico omnes nominatim aſſignati eſſent. Dicitur tamẽ & de uno. vt, Tenens cruentum pugionem Brutus, nominatim Ciceronem inclamauit. Cicero libro. iii. Offic. Quicquid enim eſt in prædio uitii, id ſtatuerunt ſi uenditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet præſtari oportere.

Nomino, as, adpello, nomen impono. Lactã. lib. iiii. Si autem diuinus non ſit, ne Deus quidem ſit unde ipſa diuinitas nominaẽ. Hinc Denomino, quod idẽ eſt quod nomino, ſeu nomen alicuius habeo. Colu. lib. iiii. Quippe vniuerſæ regiones, regionumq; ſingulæ penè partes habent propria vitiũ genera, quæ conſuetudine ſua denominant.

Nomiſma, vide Numus.

Nomius,dictus,eſt Apollo. hoc eſt, paſtor, non ex officio paſtorali:ſed quia Sol paſcit omnia quæ in terris gignuntur. Cc.
Nomodidactes,qui legem docet.
Nomophylaces,legũ cuſtodes & ſeruatores, ἀπὸ τοῦ νόμου, à lege,& φύλαξ, cuſtos. Colu.lib.xii. Nõ ſatis viſum eſt bonas leges habere, niſi cuſtodes earũ diligentiſſimos ciues creaſſent, quos Græci nomophylacas adpellant.
Nomos, Latinè lex dicitur.
Nomothetæ, Latinè legiferi dicũtur:vnde Solon nomothetes dictus.
Non,negatiua dictio adcõmodari poteſt indicatiuo. vt, Non tulit Antigenes. Optatiuo.ut,
Non mihi ſi centum linguæ ſint ora q; centum.
Subiũctiuo.vt, Nõ illa quiſquàm me naue per altũ. Ire neq; à terra moneat conuellere funem.
Quæ ſi negationi præponaẽ, affirmat.vt, Non nihil tibi debeo.id eſt,aliquid tibi debeo. Quũ uero poſt ponitur, magis affirmat, quàm ſi præponereẽ. ut ſi dixero: Nihil non tibi debeo. Significat enim omne tibi debeo. Ouid.lib.iii.Faſt.
Multa tibi memores nil non debemus Eliſæ.
Id eſt,debemus multa tibi quum fueris de nobis merita,ſed Eliſæ debemus omnia.
Non autem,recte dicimus: at non dicimus Nẽ uerò. ut, Amicus Cæſaris ſum,non autẽ aſſentator, uel aſſentator verò non. Cc.
Non ita pridem,hoc eſt, non multo tẽpore antè. Cc.
Non modo,ſignificat non ſolum.ut, Nõ modò te diligo,ſed etiam amo. Quandoq; ponitur pro nedum. Trebonius Ciceroni: Non enim neſcis quanti te faciam, & quàm pro ueterimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis non modò tanto bono gaudeam.
Nõnullus,aliquis. Cc.
Nõnunquàm ſignificat aliquando.
Non ſobrius,pro ebrio accipitur. Martialis,
Et nõ ſobria verba ſubnotaſti. Cc.
Non tacenda,pro laudanda capitur eleganter. Cc.
Nona,vna ex Parcis: Latini Nonam,Decimã,& Mortam. Parcas dixere. de quibus Gell.lib.iii.cap.xvi.
Nonacris,locus in Arcadia. Victruuius: Eſt in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus ſtillantes ex ſaxo frigidiſſimos humores. Hæc autem aqua Stygos hydor adpellatur, qua neq; argenteũ, neq; æneum, neq; ferreum uas poteſt ſubſiſtere, ſed diſſilit ac diſſipatur. Conſeruare autem eam & continere,niſi ungula mulina nil poteſt. Hinc fit Nonacrius,a,um, Ouid.in Faſt.
Et matri & uati paret Nonacrius heros.
Nonæ,quaſi nouæ, propter initiũ obſeruationis. Vel quòd ab eo die ſemper ad idus nouẽ dies putentur. Sicut apud Tuſcos, q hi nono quoq; die regẽ ſuum ſalutabãt,& de ꝓpriis negotiis cõſulebãt. Vel ideo Nonæ dictæ ſunt, quòd ante diem nonum ſint. Siue à noua Luna, quum pontifex eo die nouam Lunam obſeruaret, & uiſam regi ſacrificulorum indicabat.
Nõgeni,pro nongeni. Cc.

Noricum,penul.cor. regio in Europa,(ut lib.ii.ſcribit Ptol.) limites habet ab Occaſu Enum fluuiũ,qui medius eſt inter Vindelicos & Noricos. A' Septentrione Danubium,ab Ortu Solis montem Cecium, qui Pãnoniã ſuperiorem determinat à Norico: à Meridie montem Carnacam, qui eſt ſuper Iſtriam. Eam nunc regionem pleriq; Bauariam adpellant. Vnde fit Noricus,a,um, Horatius lib.i.Carminum,
Quas neq; Noricus deterreret enſis.
Norma, fabrorũ inſtrumẽtum habẽs duo latera,quo omnia dirigunt,metiunturq;, quæ & regula dicitur. Vnde quæ recta dimenſaq; ſunt, normam habere dicuntur. Cice.in Len. Nunquàm ego dicam C. Fabritium, M. Curium, Tullium Coruncanum, quos ſapiẽtes maiores noſtri iudicabant, ad iſtorum normam fuiſſe ſapientes. Per tranſlationem uero ponitur pro recta uitæ uia. Hieronymus diminutiuo uſus eſt. Si homo in hac normula apoſtolicæ vitæ & religionis diſpẽſatione, correctione, uel mutatione indiget, epiſcopo ueſtro committo. A' Norma fiunt adiectiua Abnorme & Enorme.
Normandia,regio Galliæ ultra Sequanam flumẽ, q̃ à Carolo Magno deuicta fidem Chriſtianã ſuſcepit.
Normatus,a,um,quod eſt regulatum & directum. Colum.lib.iiii. Antiquam illam ciconiam infiximus, ut tanquàm ſuppoſito uaſi ad perpendiculum normata inſiſteret.
Noruegia, regio in Europa, Septẽtrionalis, uerſus Oceanum Germanicum ſita,
Noſcentia,tiæ,idem eſt quod notio: unde Dinoſcẽtia. Auguſt.lib.de arbore boni,& mali: Scriptum eſt in illa arbore fuiſſe dignoſcẽtiam boni & mali.
Noſcito,tas,pen.cor. frequẽtatiuum à noſco. Plautus in Ciſ. Nunc ueſtigia ſi qua ſunt noſcitabo. Liui.lib. iii. Circũſpectare omnibus fori partibus ſenatorem, raroq; uſquàm noſcitare.
Noſco,is,noui,notum,quod & Gnoſco dicitur: unde Agnoſco,& Cognoſco,& Ignoſco. Significat autem Noſcere,ultra notam ſignificationem, charum habere. Vergil.lib.iiii.Georgic.
Et patriam ſolæ & certos nouere penates.
Habet & alia cõpoſita, ut Dignoſco. Internoſco, inter alios noſco. Cicero in Læl. Secerni autem blandus amicus à uero, & internoſci iam poteſt adhibita diligẽtia. Pernoſco, perfecte noſco. Colu lib.vii. Itaq; ſicut ueteres Romani præceperunt, ipſe quoq; cenſeo tam pecorum quàm agrorum cultum pernoſcere. Fit autẽ Noſco à Græco. nã Græci γινώσκειν dicũt cognoſcere. γνωτόν, cognitũ. γνῶσιν, notitiã. προγνωστικά, ſigna. Hinc Latini ueteres nõ noſco, ſed Gnoſco dicebãt: & Gnotũ, cognitũ, & Gnoro, pro ſcio.
Noſocomion,hoſpitale lãguẽtiũ, villa & domiciliũ ad quod diuertũt ægrotantes pauperes. Hiero. ad Ocean. Cẽſum quem habere poterat diſtribuit, dilapidauit, ac uendidit,& in pecuniam cõgregatũ, uſibus pauperum præparauit. Et primò omnium Noſocomion, id eſt, lãguentium uillam inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & conſumpta languoribus atq; inedia miſerorum membra refoueret.

Noſos, Græcè, Latinè morbus. Noſema, atis, morbus, ægritudo. Noſeo, ægroto. Noſemos, ægrotus. Noſematicus, valetudinarius.

Notabilis, qui noſci poteſt. Col. lib. iiii. Nec folium notabile gerit, id eſt, per quod noſci crebro poſſit. Quint. Macie notabilis pallor deformis.

Notæ, vocantur vulgò zipheræ, quas (teſte Euſebio) primus Tyro Ciceronis libertus inuenit. Sueton. de Cæſa. Extant ad Ciceronem, item ad familiares domeſticos de rebus in quibus ſi qua occultius perferenda erant per notas ſcripſit. hoc eſt ſic ſtructo literarum ordine, vt nullum verbum effici poſſet: quæ ſi quis inueſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum literam id eſt, d. pro a, & perinde reliquas cõmutet. Gellius de notis Cæſaris ſic ſcribit. In epiſtolis Cæſaris inueniuntur literæ ſingulariæ ſine coagmentis ſyllabarum: ex quibus verba cõfici nulla poſſunt. Cuius Cice. pro ſcriptura poſuit: Quare mi Cicero, perſeuera cõſtanter nos conſeruare, & Sulpitio ſucceſſori nos de meliori nota commenda. Quandoq; Nota dicitur ſignum, ſeu macula qua res ipſa notatur. & ſtiq; tam in animo quàm in corpore. Vergil. lib iii. Georgicorum.

Continuo notas & nomina gentis inurunt.

Vnde genitiuæ notæ, dicuntur ſigna cum quibus ex vtero materno infantes egrediuntur. Quum ad animum referſ, & in bonum & in malum ſumi poteſt. Ad laudem Ouid. retulit, quum ait:

Ille Numantina traxit ab vrbe notam.

Ad ignominiam ſiue probrũ. Sueto. Variis affectum notis. Cicero lib. iii. Offic. O' turpem notam temporum, Inde Notare, ignominia afficere. Horatius,

Multa cum libertate notabant. Huius diminutiuum eſt Notula, à quo fit aliud diminutiuum Notella.

Notarius, à notis dictus eſt. id eſt, literis vel zipheris, qui per notas quaſdam multarum literarum vim habentes dicta colligunt.

Noteo, tes, tui à quo Noteſco, notus fio. Lactan. li. i. Quod quia fieri nõ potuit vt huiuſmodi per ſeipſum ratio diuina noteſceret, nõ eſt paſſus hominem diutius errare. Propertius,

Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulchri.

Hinc fit Innoteſco. Lact i. lib. v. Deniq; à doctis huius ſeculi quibus fortè ſcripta eius innotuerũt, irrideri ſolent. id eſt, nota & manifeſta facta fuerunt. Cyprianus verò in epiſtola ad præsbyteros Innoteſcere pro notum facere poſuit, quum ait: Vos curare vt ſcripta noſtra, & illorum reſcripta, fratribus noſtris innoteſcatis.

Nothrotes, pen. cor. Latinè torpida ſegnities dicitur. νωθρός languidus.

Nothus, cum adſpiratione, is apud Græcos dicitur, q ex vxore nõ legitima natus eſt. Verg. lib. vii.

Suppoſita de matre nothos furata creauit.

Notia, venimæ ſpecies quam nonnulli Ombriam vocant. Cornucopiæ.

Notifico, cas, notum facio. Ouid. lib. i. de Pon.

Atq; modum nomæ notificare velis.

Notio, cognitio, demõſtratio manifeſtatio. Cic. li. iii. Offic. Explica atq; excute intelligentiam tuam, vt videas quæ ſit in ea ſpecies, forma & notio boni viri. Proprie autem Boetius Comment. iii. Topi. Notio intellectus eſt quidam, & ſimplex mentis cõceptio, quæ ad res plures pertineat à ſe inuicem differentes.

Notitia cognitio, à notus, quæ & Notio dicitur.

Notius, ſiue Notus, vnus ex piſcibus ſigni cœleſti. Cc.

Noto, notas, eſt frequentatiuum à noſco. Priſcianus, In quo ſimiliter eſt notãdum, quòd quum à notu ſit deriuatum corripuit tamẽ penultimam: nec mirum. Compoſita enim à notus mutant o, in i, correpta vt Agnitus, Cognitus, quũ Ignotus ſeruauerit o. Eſt autem Notare, animaduertere. Lactan. lib. ii. Curſus ſyderum & defectus notauerũt. Per tranſlationem ſcripſit Cicero Aulo Cecin. Deinde vt eam in ciuitatem boni viri & boni ciues, nulla ignominia notati, non reuertantur in qua tot ſcelerum condemnati reuerteriſit. Sumitur quãdoq; pro intitulare, l. ſcribere. Hieronymus in prologo ſuper Salomo: in puerbiis notantur prouerbia Salomonis. Quãdoq; pro facere. Lactant. lib. iiii. Qui ſignum hoc veri & diuini ſanguinis in ſummo corporis ſui notauerint. Poteſt etiã dici à nota deriuatiuum, vt ſit Notare, ſignum notam'ue adponere. Iuuenalis,

Sed quæ Fabritius cenſor notet. Lact. lib. iiii. propriet Cuius rei figurã etiam Iudæi nũc exhibent, quũ limina ſua cruore agni notant. Et Notare, eſt ab alio dictata conſcribere. Vnde qui dictat, ſcriptor, qui vero ſcribit, Notarius adpellatur. Item Notare, ignominia afficere. Cicero: Sed notandam putaui libidinẽ nimiam. Compoſita huius verbi ſunt Annoto, Connoto, Denoto, Prænoto, ante noto, ſeu ante ſigno. Subnoto. Martialis, Et trõ ſobria verba ſubnotaſti. Habentq; penultimam correptam.

Notus, ta, tũ, cognitus, amicus, & charus dicit. Verg. lib. vii. Et notis compellat vocibus vltro. Idem. Hic inter flumina nota: id eſt, chara, vt inqt Seruius.

Notus noti, ventus Meridionalis Auſter dictus. νοτὶς enim Latinè humor dicitur.

Nouacula, culter raſorius, à nouo, as; quòd nouare id eſt, nouum facere videatur. Auguſtin Matth. Sed inſidiator contrà potens acuit nouaculam, vnde capillos, nõ vnde caput inclinet. Colu lib. vltimo poſuit pro cultro, licet non raſorio: Raporum (inquit) quã rotundiſſima ſumito, eaq; ſi ſunt lutoſa detergito, & ſummam cutem nouacula decerpito.

Noualis, genere fœmi. & Nouale, genere neut. dici poteſt ſecundum Seruium, & diuerſis modis exponi ſolet. Paul. Iuriſcõſ. dicit eſſe in terram proſciſſam quæ anno ceſſat. Sic Varro: Qui intermittitur à nouando noualis ager. Sic Plinius: Nouale eſt (inqt) quod alternis annis ſeritur. Idem ſentire videtur Feſtus, quũ ait: Noualis ager nouæ relictus ſementi. At Seruius vult noualem eſſe aruum tũc primum ad ſementem proſciſſum, vnde Vergilius,

Impius hæc tam culta noualia miles habebit.

Deplorabat enim agrum in quo inſtruendo magno pere laboraſſet. Sic Hieronymus diffinit. Nouale eſt ager nunc primum proſciſſus. Et Quintil. in militie

Mariano: Mox ingentibus lacertis humum fodere ſegnem, futuris noualibus eruere ſyluam. Sed Verg. in ſenſum priorem accipit, quum inquit.

Alternis idem tonſas ceſſare nouales,
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.

Ideoq; Seruius alibi ait: Noualia, id eſt, noua terra quæ per ſingulos annos renouatur per ſemina.

Nouelletum, ſumitur pro vinea ex nouellis vitibus conſita. Paul. iuriſcon. Veluti ſi nouelletum in fundo factum ſit.

Nouellius, Mediolanenſis quidam fuit temporibus Tyberii Cæſaris, qui geſtis honoribus à prætura ad conſulatum vſq; peruenit, & Tricongius cognominatus eſt, quòd tres cõgios vini vno impetu epotauerit. Cornucopiæ.

Nouello, as, nouum agrum colo, ſeu nouas vites pango. Suet. Edixit ne quis in Italia nouellaret. Aug. in expoſitiõe Pſal. Leuaui oculos. In diebus Noah mãducabant, bibebant, nubebant, vxores ducebant, nouellabant, ædificabant, donec introiit Noah in arcã. Huius cõpoſitum eſt, Renouello, quod eſt ruſus nouellum fieri. Col. lib. iiii. Eiuſmodi vinea ſi nõ aridos in opera habet trũcos, & flecti poteſt factis ſulcis, optimè ſternitur atq; ita renouellatur.

Nouellus, a, um, diminutiuum, à nouus. Ambroſ. nouellam oliuam dixit.

Nouem, genus numeri. à quo fit Nouenus, na, num, & Nouenarius, a, um. Varro: Quo pacto erſit in mulis & paſtoribus nouenæ partes, vbi, nec admiſſuræ, nec fæturæ obſeruantur. Sed do in hominibus poſſe nouenarium retinere numerum.

Nouendium, nouem dierum ſpatium. à quo Nouendiale ſacrificium, quod mortuo fieri ſolebat nono die, poſtquam erat ſepultus. Liuius, Nouẽdiale ſacrum publice ſuſceptum eſt.

Nouenniæ, ciuitas Thraciæ, quæ & Amphipolis dicitur. Ouidius in Arte;

Noua tecchatur miſeræ uia uiderit inquit,
Et ſpectat zonam pallida facta ſuam.

Nouerca dicitur quam quis liberis ſublatis, nouã vxorem ducit arcẽdæ familiæ gratia. dicta quaſi νέα ἄρχα. id eſt, noua princeps.

Nouercari, eſt nouercarum more agere. hoc eſt, malignè, & inimiciter.

Nouitius, a, um, quod eſt nouum ut. nouitium opus, quod eſt nuperrime factum. Vlpia. lib. xi. Pleriq; ſolent mancipia quæ nouitia nõ ſunt, quaſi nouitia diſtrahere, ad hoc vt pluris uẽdant. Præſumptum eſt enim ea mãcipia quæ rudia ſunt ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora & dociliora, & ad omne miniſterium habiliora. Trita uerò & veterana mãcipia difficile eſt reformare. Cuius cõtrariũ eſt veteranus. Martianus: Si tamẽ nouitia mãcipia fuerſit nõ etiã veterana. Mãcipia autem nouitia intelligũtur, quæ anno nõdum ſeruierũt. Plinius: Nouitium uinum reſinatum cõducit.

Nouo, as, nouum facio. Salluſt. Cõſul optimum factu ratus noctem quæ inſtabat antè capere, ne quid eo ſpacio nouaretur. Huius compoſita ſunt, Innouo, & Renouo. Liuius lib. i. Fœdus inter Romam Lauinium q; urbes renouatum eſt. Et in ſacris literis. Innoua ſigna immuta mirabilia.

Nouocomenſes, dicti ſunt quos Comum diuus Cæſar inquilinos ad habitandum deduxit. Fuerſit enim quinq; millia, è quibus quingenti illuſtriſſimi Græci fuerſit, qui oppido nomẽ relinquẽtes, & Nouum comum appellantes Nouocomẽſes oppidanos vocauere. Hos ciuitate donatos, in habitatorum numero deſcripſit. Eſt autem Comum, quod & Nouum comum dicitur, oppidum Italiæ Trãſpadanæ, à Plinio in noua regione collocatum: à quo Comẽſes, & Nouocomenſes dicti ſunt.

Nouncium dicitur quod eſt nouem unciarum.

Nouus, a, um, propriè dicitur recens, & quod nuper fuit. Ouid. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. νέος, nouum. Accipitur quãdoque pro magno & mirãdo. Vergil. Pollio & ipſe facit noua carmina. Quãdoq; pro inopinato. Idem Quis furor iſte nouus. Noui quoq; homines dicũtur, quorũ nulli maiores clari fuere: ſed ipſi per ſeipſos clari eſſe incipiũt, & magiſtratus in ciuitate aſſequi. Cicero: Noui homines plurimi eoſdẽ honores cõſecuti ſunt. A Nouus fit aduerbia, Nouè, & Nouiter: & ſuperlatiuum Nouiſſimus, quod pro ultimo poni cõſueuit: quia quæ recenter fiũt, ultimum locũ habent. Cicero lib. i. de Orat. Quæ duo ſunt ad iudicãdum nouiſſima.

Nox, à noceo, quòd oculis noceat. vel à Græco quod eſt νύξ. Vnde & Nyctileus dictus eſt Bacchus, quòd eius ſacra noctu celebrarẽtur. Eſt autem Nox terræ umbra: uel (ut Speuſip. ait) Nox eſt umbra diei cõtraria, Solis priuatio. Noctis partes ſunt ueſpera, crepuſculum, cõticinium intempeſtiuum, gallicinium, lucifer, & matutinum. Diuidũt etiam milites noctem in uigilias quatuor quæ ſingulæ trium horarum ſpatio ſupputãtur, quoniam ſeruãt caſtra uiciſſim per uigilias. Et dicebatur prima uigilia, ſecunda, tertia, & quarta. Et (ut ſcribit Hiero.) uigiles ſecũdi primis, & ſecũdis tertii, tertiis q; nouiſſimi in ſtatione ſuccedebãt, dato ſigno à tubicine: Vnde Lucanus,

Tertia iam uigiles commouerat hora ſecũdos.

A Nox fiũt, Pernox, Noctua, Nocticorax, Nocturnus, Noctesco, Pernocto, Noctiuagus, Noctiluca, Binoctiũ, Trinoctium, Quadrinoctiũ, & huiuſmodi.

Noxa, pœna dicitur. nã noxæ dedere dicimus aliquẽ, hoc eſt pœnæ tradere: ob noxam quæ ſignificat culpã. Vnde Noxales actiones (vt Plaut. inqt) appellãtur, quæ nõ ex cõtractu, ſed ex noxa atq; maleficio ſeruorũ aduerſus nos inſtituũtur. Quarum actionũ vis & poteſtas hæc eſt, ut ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditiõe ipſius corporis quod deliquerit euitare litis æſtimationem, dãdo ſcilicet corpus uiuũ. Oui. Verba fides ſequitur noxæ tibi deditus hoſtis

Spargitur effuſo cornua Bacche mero.

Aliquando Noxa dicitur culpa, unde Iuriſcõſultus de verb. ſigni. ſcribit noxæ appellatione omne delictũ cõtineri. Liui. Ob quã me in noxã. Terẽ. in Eunu. Vnam hanc noxam mitte, ſi aliã admiſero unquàm,

occi ſito. Aliquando dicitur læſio, damnum.

Ouidius libro.xv. Metamorpho.

Nocte nocēt potæ ſine noxa luce bibuntur.

Columel.libro.iii. Ba res à noxa curculionum videatur cõditas fruges defendere. Sueto. Spurinamq; irridens, & vt falſum arguēs quòd ſi ne vlla noxa ſua idus Martiæ adeſſent. Noxitudo etiam apud veteres pro noxa dicitur.

Noxia, culpa. Plautus in Merca. Nihil magis manifeſte teneo, in noxia es. Qua noxia?

Noxius, xia, xium, quod nocet. Cuius cõtrarium eſt Innoxius, qui nõ nocet.

N ANTE V.

Nubecula, diminutiuum, parua nubes. Plinius libro.xviii. Nubecula quamuis parua, uẽtũ procelloſum dabit.

Nubes, eſt vapor humidus, in ſublime egreſſus: ſiue aer in liquorẽ coactus, cuius dẽſitas haud dubie Solem obũbrat. Sũt qui hoc nomẽ à νέφος deriuent, quod apud Græcos à priuatione lucis nomen accepit. Quẽadmodũ κνέφας quod nubilũ ſignificat, à quo noſtri gnephoſum dixere obſcurum, quaſi nebuloſum. Varro, Gnephoſus locus & ſine vlla luce.

Nubilariũ, locus quo ꝓpter nubes cõferſitur frumẽta ſemitrita. Colu.lib.i. Huic areæ nubilariũ adplicari debet maxime in Italia propter incõſtantiam cœli, quo collata ſemitrita frumẽta protegãtur ſi ſubitaneus imber acceſſerit. Dicitur & Nubilar. Idem li.ii. Qui ſi ſalcibus ſegetes cum parte culmi demeſſa ſit, protinus in aceruum uel nubilar cõgeritur.

Nubilis, quæ eſt apta, vt viro in matrimoniũ iũgatur.

Nubilo, as, nubilum ſeu obſcurum facio. Cato de re Ruſti. Vbi nubilat & noctu ſub tecto ponito, quotidie quũ Sol erit, in Sole ponito. Hinc componit, Obnubilo, quod eſt totum obſcurum facio, & quaſi nubibus impleo. Gellius libr.i. Ac ne oris quoq; & vultus ſerenitatẽ Stoici hominis vnquàm vlla poſſe ægritudine obnubilari.

Nubiloſus, a, um, quod eſt nubibus plenum.

Nubilus, a, um, pe.cor. fuſcũ nubibus tectũ. Nubilus verò ſubſtãtiuum, ſignificat ipſam nubem.

Nubo, bis, pſi, ptum, & nuptus ſum præteritum facit, ſignificatq; operio, velo: à nube quæ cœlum operit. Quoniam verò ſpõſæ apud veteres dum viro tradebãtur Nubere, hoc eſt, velare capita ſolebãt, factum eſt vt Nubere vſurpetur pro viro tradere, ſeu viro tradi. Nam & actiue dicimus, nupſit filiam Cæſari. & paſſiue, cuius filia nupſit Cæſari. Eſt autem propriũ mulieris. Terẽtius in Andria. Aiebant hodie filiam meã nubere tuo nato. Nõ enim uir, ſed mulier proprie nubit. Licet quãdoq; figurate uel peruerſo naturæ ordine præpoſtere dicatur. Pomponi. in Pãnuceatis: Sed meus frater maior, poſtquàm vidit me domo eiectũ, nupſit poſterius dotatæ vetulæ, uariò coſæ Aphræ. Sueto. de Nero. Cui etiã ſicut ipſi Sporus ita denupſit. Iuue. Quid quæris nubit amicus. Cõſtruitur cum datiuo, & aliquãdo cum ablatiuo mediãte præpoſitione cum, vt, Mulier nupſit mihi, & tecum. Cice. Mar. Catoni: Regis Parthorũ filium quo quum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror. Huius paſſiuũ lectũ eſt. Nẽ nubent neq; nubẽtur. Vbi Hiero. Nubũt viri, nubũtur fortaſſe vxores: quãuis & mulieres nubere dicitur. & quidem frequentius quàm nubi. Idẽ cõtra Heluid. Nubebãt oẽs & nubebãtur. Vnde hic Nuptus, & hæc Nupta maritus, & marita. Huius verbi compoſita ſunt, Cõnubo, quod eſt matrimonio iũgor: quaſi ſimul nubo. Apuleius: Neſciẽtibusq; parẽtibus puellari ætate cõnupſeramus. Hinc Cõnubium, ius legitimi matrimonii. Denubo, Innubo, quod proprie ſignificat, ad domum viri trãſire. Vnde & pro trãſire ſimpliciter ſumitur. Lucil. lib. vi. Saty. Suã enim inuadere atq; innubere cẽſent. Hinc Innubus, qui vxorẽ ducit: & Innuba, q̃ viro traditur. Obnubo, abſcondo, tego. Statius, Obnubitq; comas & temperat aſtra galero.

Pronubo, nuptiis præſum. à quo Pronubus, & Pronuba, penultima correp. Sed cætera omnia habẽt penultimam productam.

Nucamenta, à nuce inclinari videtur. Plin. lib. xvi. nucamẽta adpellat pãniculas, quaſi quaſdam dependẽtes ex ramis abietis, & piceæ.

Nuceria, ciuitas Campaniæ. de qua Sylius.

Illic Nuceriæ & Garus natalibus.

Lucerina uero oppidum Apuliæ, à qua Lucerini dicti ſunt.

Nuces, à nocẽdo dictæ, quòd ſatis noceant. Ouid.

Quoniam ſata lædere credor,

Cultus in extremo margine fundus habet.

Siue quòd lingue noceãt. Vel quòd vt nox aerem: ita nux ſucco ſuo corpus atrũ faciat. Cõſtat nucis nucleum eſſe difficilem cõcoctu, dolorem capitis inferẽtem, tuſſientibus inimicum. Græci eam κάρυον vocãt à grauedine capitis, κάρα enim caput ſignificat. Eſt autem Nux generale omnibus quæ duro operimẽto teguntur: vt ſunt caſtaneæ, amygdalæ, auellanæ, & huiuſmodi. Vergilius, Caſtaneæq; nuces.

Pomum generale nomẽ omnium fructuũ quæ ex arboribus eſui apta proueniũt, ſiue mollium, ſiue durorũ. Mala uerò nõ quodcũq; pomi genus tenerioris atq; carnoſi: ſed ea tãtũ dici quæ ſui nominis arboribus producuntur: his ſcilicet quas malos uocamus: quẽadmodum pyra quæ pyrus producit. hoc modo mala citrea, ſiue medica dicimus, mala cotonea, mala punica, & q̃ vulgò generali vocabulo adpellitur mala. De nucibus vide in dict. Iuglans.

Nuceus, a, um, quod eſt ex nuce. Hieronymus ad Pauli. de Daniele, Secũdus uirgam nuceam & ollam ſuccenſam à facie Aquilonis.

Nucleus, quod tenerũm in nuce includitur. Plautus in Curc. Qui è nuce nucleum eſſe vult, frangit nucem. Inde Enucleo, as. Non ſolum autem Nucleus dicitur de nuce: ſed etiam de teſta & ferro (vt ex Victruuio lib. vi. & Plinio patet) vt ea vox ſtamen ferè id ſignificet, quod Græci nunc chondron, nunc pyrena vocãt materiam quãcunq; pro duriorẽ, intus ac reſiſtẽtem intelligi uolentes. Plin. Fornacũ maxima differẽtia eſt. In his quidem nucleus ferri excoquitur, ad indurãdã aciem. Aliquæ modo ſunt ad dẽſandas incudes,

das incudes,malleorumq́; roſtra.

Nucula,diminutiuum,minuta nux. Vnde & Præneſtini nuculæ adpellati ſunt. A' Nucula fit aliud diminuti. Nucella.

Nudipedalia,ſacra erāt Hieroſolymis (vt ſcribit Hierony.contra Ioui.)de his meminit Egeſippus libro ſecūdo belli Iudaici.

Nuditas,ſimplicitas,& quādoq; ſumitur pro inopia.

Nudiuſtertius, & Nudiuſquartus, compoſita ſunt à nūc & die tertio & quarto.id eſt, nūc eſt tertius, & nūc eſt dies quartus, ſemperq́; de præterito dicſitur. Dicitur & Nudiuſquintus,& Nudiuſſextus. Plautus in Moſtellar. Nam heri & nudiuſtertius & quartus & tertius ſextus, vſque poſtquàm hinc peregre eius pater abiit.

Nudo,as,nudum facio,detego. Apul. Tum vulgus nudare iuſſus eſt. Inter nudum & nudatum ſic diſtinguitur:quòd Nudum ſit,quòd nunquàm tectū fuit. Nudatum,quod tectum eſſe cōſueuit, ſed nūc tectū nō eſt. Aliquādo Nudo ſignificat indico. Verg. Traiectaq́; pectora ferro Nudauit.

A' Nudo fit compoſitum Denudo penul. produ. ut, denuda crura tua.

Nudus,a,um,quod eſt ſine tegmine. Verg. Nuda ſinu. Ponitur quādoq; pro inſepulto,quòd ſcilicet cadauer ſaxo tectum non ſit. Idem,

Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Nugæ,arum,à nō & ago componi videtur: quòd nihil agāt. Sūt enim ſermones leuiū rerum, ac nullius pōderis, & plerūq; ſcurriles ioculatoriiq́;. Vn̄ Catullus & Martialis poemata ſua uocāt Nugas, ut de inanibus uel rebus uel uerbis loquētia. Scribit Hiero. hoc uocabulum ex Hebræo fonte ad Græcos Latinosq́; deriuatum.

Nugalis,& hoc nugale,quod eſt nugis plenū, ſeu quod eſt nugarum. Gelli.lib.i. Sed toreumatibus tātū nugalibus delatrātes obnugatione iuſta inceſſuit.

Nugamēta,idem quod nugæ. Apul.lib.i. A' quo iſtorum nugamēta hæc comparaſti?

Nugatorius,ria,rium,idē quod nugale. Cice.lib.ii.ad Herēnium, Duo ſunt genera vitioſarum argumētationum. Vnum,quod ab aduerſario reprehēdi ſolet, idq́; pertinet ad cauſam. Alterum,quod tametſi nugatoriū eſt,tñ nō indiget reprehēſione.

Nugax,trium generum:ſimiliter & Nugas, trium generum.& indeclinabile.idem ſignificāt, ſcilicet nugatorem,et eum qui vana loquitur. Hiero.in Sophonia: Nugas, quia à lege receſſerāt congregabo. Et in libro Sapiētiæ: Tanquàm nugaces æſtimati ſumus ab illo.

Nugigerulus,penul.cor.qui vana nunciat.

Nugiuēdus,ab antiquis dicebatur,qui aliquid mulieribus uēderet. Nam oīa quibus mulieres utūtur,pro rebus vanis atq; inutilibus habentur. Plau.in Aulularia: Nugiuēdis res ſoluta eſt omnibus.

Nugor,garis, uana & nugas ago. Plautus in Epidico: Num mihi nugari potes,quin fidicinam tu huc producis Cropoliſtidem? Vernacula lingua dicimus, dar zanzi. Hinc Nugator,nugis turbator. Idem in Captiuis: Euge pol talentū talēto nō emam Mileſiū nam ad ſapiētiam huius nimius nugator.

Nullatenus,penul.cor.aduerbium. ſignificat nulla ex parte,nullo modo.

Nullibi,ſignificat in nullo loco.

Nullus,la,lum,compoſitum eſt ab ullus.quaſi nō aliquis,vel ne vnus quidem. Quod quum ſit nomē,ponitur tamē quādoq; pro non & ullus. Terentius in Andr. Nullus ſum.id eſt,nō ſum. Et plus eſt dicere Nullus ſum,quàm perii. Nam qui periit, corpus eſt reliquum:qui uero nullus eſt, ita eſt,ac ſi natus non ſit. Interdum Nullus,ponitur pro non, vel minime. Terētius in Andria Liberatus ſum hodie Daue tua opera,ac nullus quidem. Plautus in Trinummo: Nullus credas:nulla eſt mihi vita expetenda ſine te. Tale eſt ac ſi diceretur: Ne duorum quidem uita mihi dulcis eſt ſine te.

Num,ſoli indicatiuo iūgitur.ad quod pertinet interrogatio:& penè idem ſignificat quod an, ſubintelligitq́; uti q; negationem. ut, Num ego te ſpoliaui? quaſi diceret. Ego te non ſpoliaui. Sed quoties per negationē interrogamus, ſubintelligitur adfirmatio.ut, Num ego te ſpoliaui? quaſi, Ego te ſpoliaui. Quum autē Num poſtponitur uerbo finito,ſubiunctiuū poſtulat. Cicero: Interrogaui num dubitaret.

Numa Pompilius, uir Sabinus, & à Romulo ſecundus rex,iuſtitia & pietate inſignis: qui pacatis finitimorum odiis,gemini Iani templum edidit: quod apertum bella,clauſum pacem indicaret. Mox ad religionem cōuerſus,in Deorum timorem (quò ad mitiora truces flecteret animos) ſacra inſtituit, ſacerdotes creauit, uirgines Veſtales ſacrauit,pontificem maximum primus declarauit: dies faſtos nefaſtosq́; condidit. Annum in duodecim menſes diuiſit. Poſtremò vbi maxima cum reuerentia & ſuorū & finitimorum creuiſſet, quadragintaq́; annis regnaſſet, diem ſuum obiit. Suidas: Τοῦτον οἱ Ῥωμαῖοι καὶ μὴ ἐπιδήμιον ὄντα προσεδέξαντο μετὰ τὸν ... βασιλέας καὶ φλαμίνους ἱδρύσατο σαλίους τε καὶ Βεστάδας παρθένους Id eſt, Hunc Romani aduenam admiſerunt,poſt autem reges & flamines edidit, ſalios & Veſtales virgines.

Numellæ genus vinculi lignei,ad diſcutiēdos noxios paratum,quo collū & pedes immittuntur. Plaut in Aſinar. Qui aduerſum ſtimulos, laminas, cruceſq́;, compedeſq́;,neruos,catenas,carceres, numellas,pedicas,boias. Varro lib.ii.de re Ruſtica, canibus dedit,quum ait: Conſuefaciunt quoq;, vt adligari primum poſſint leuibus numellis:quas ſi abrodere conātur,ne id cōſueſcāt facere verberibus eos deterrere ſolēt. Colu.li vii.bobus,cæteriſq́; magnis animalibus. Vbi (inquit) poſſunt etiam numellæ fabricari, vt inſerto capite deſcendentibus per foramina regulis ceruix teneatur. Idem dedit ouibus & capris lib. viii. Nonnulli antequàm pecus numellis inducāt,uiſides pineas nuces in mulctram dimittunt.

Numē,propriè volūtas Dei eſt,à nuo,nuis, quod veteres pro volo vſurpabant. Vergilius,

Non hæc ſine numine diuum Eueniunt,

Aliquando per tranſlationē ponitur pro poteſtate Dei. Vnde diuerſa numina, id eſt, diuerſæ poteſtates, in vno Deo eſſe pñt. Sicut de Iunone ſcribitur quòd fuerit Curetis, quia vteretur curru & haſta. Quia partubus præeſſet, Lucina dicta eſt. Quia præeſſet nuptiis, Pronuba dicitur. Aliquando Numen ſumitur pro ipſo Deo. Vergilius,

Spero equidem mediis (ſi quid pia numina poſſunt) Supplicia hauſurum ſcopulis.

Aliquãdo pro habitu atq; ornatu. Vergilius,

Vadimus immixti Danais haud numine noſtro.

Numerabile, quod numerari poteſt. Cuius contrariū eſt Innumerabile, quod numerari nõ poteſt.

Numerale, qđ ad numerum pertinet: vnde Numeralis ſciẽtia, quæ tractat de numeris. Græcè Arithmetice dicitur. Et apud Grammaticos nomina. Numeralia, quibus utimur in numerãdo. ut, unus, duo, tres. Et aduerbia Numeralia. ut bis, ter, &c.

Numerarius, ... numerator, dicitur, qui ſummè atq; mirabiliter computat. Autor Auguſt. lib. ii. de Libero arbitrio.

Numerarius, ria, rium, quod ex numero eſt, à quo Supernumerariū, quod ſupra numerum additum eſt.

Numeratim, aduerbium. ſignificat per numeros.

Numerius, à numero prænomē deductum eſt.

Numero, ras, quaſi numos computo. Vergil.

Biſq; die numerãt ambo pecus, alter & hædos.

Huius cõpoſita ſunt Adnumero, quod eſt alicui numero. Plaut. in Aſina. Etiam nunc dico Periphanes, Rhodo mercator diues abſente hero ſolus mihi talentum argenti ſoli adnumerauit, & mihi credidit. Quãq; Adnumerare ſignificat adiũgere. Martial. Impenſis uitam principis adnumeres. Connumero, ſimul uel cum aliis numero. Et Cõnumerari, eſt de alicuius numero, id eſt ſocietate eſſe. Dinumero, clare & diſtincte numero. ut, Dinumerauerunt oĩa oſſa mea. Plautus in Aſinar. Verum iſtuc argentum tu mihi ſiuis dinumerare. Poteſt etiam ſignificare diuerſe numero. Enumero, perfecte numero. Terẽtius in Adelphis, Iam'ne enumeraſti id quod ad te rediturum putes. id eſt, calculaſti, & rationem ſeu computum feciſti. Pernumero, perfecte numero. Plaut. in Epid. Age age abſolue. atq; argẽtum numera, ne comites morer. Pernumeratum eſt. Renumero, rurſus numero, ſeu reſtituo. Terẽtius in Hecyra, Si eſt vt velit te ducere vxorem, licet: ſin alio eſt animo, renumeret dotem.

Numeroſus, a, um, quod magno. cõſtat numero. ut, Numeroſus populus, Numeroſa multitudo. Numeroſa uerò oratio, quæ numeris cõſtat.

Numerus, eſt collectio unitatum. Vnde unitatem dicũt nõ eſſe numerum, ſed principium numeri. Et licet numerus dicatur de iis quæ numerãtur: interdũ tamẽ etiam refertur ad ea quæ mẽſurãtur. Cicer. lib. iii. Officio. Si, exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodũ magnum frumẽti numerum adduxerit. Interdum ad ordinem. Idem lib. ii. de natura Deorum, Nihil eſt enim ut orationem numero mouere poſſit, ſine cõſilio, in quo nihil eſt numerarium. Verg. Digerit in numerum. Et quoniam omnis cõcentus & omnis harmonia numeris cõſtat, frequẽter etiam nõ ſolum pro ratione harmonica ponitur (quam Græco vocabulo rythmos appellamus. Verg. Numeros memini, ſi verba tenerem. Hinc oratio quæ numeris caret, ſoluta dicitur: quæ verò numeris cõſtat, numeroſa) ſed etiam abſolutè pro quacũq; ratione. Idem libro vndecimo. Hetruſciq; duces equitumq; exercitus omnis Compoſiti numero in turmas. id eſt, rationabiliter. Et Numerus dicitur, quaſi ſocietas, & grex, ſeu pars. Vnde dicimus aliquem eſſe ex eorum numero, qui eſt eorum partis ceps. Salluſtius, Dum hæc Romæ geritur, C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regē mittit. id eſt, ex iis qui partis ſuæ erant. A' Numerus fit adiectiuum Innumerus, ra, rum. quod eſt ſine numero. hoc eſt, infinitũ. In numerato eſſe dicitur, quum pecunia eſt in promptu. ut, Habeo pecuniã in numerato. hoc eſt, non valorē, ſed pecuniam ipſam promptam, paratamq;. Vnde de actore dicente extempore, dictum eſt, Ingenium eum in numerato habere. hoc eſt, ſemper promptũ, paratumq; ad omnia. Sicut de Pollione Aſinio, ſeriis lociſq; pariter adcommodato, dictum eſt, Eſſe eum horarũ omnium. Sciẽdum eſt in numeris, ut maximus quiſq;, ita primo loco ponitur, vt uigintiquinq;, trigintaſex. Sed ſi copula intercedat, is numerus præponitur qui minor eſt; quoties infra centum & ſupra viginti loquimur. ut unus & uiginti, duo & uiginti. Cicer. Plato uno & octogeſimo anno ſcribẽs mortuus eſt. Iſocrates quarto & vigeſimo, cum librum qui Panegyricus inſcribitur, ſcripſiſſe dicitur, uixitq; quinquennium poſtea cuius magiſter Leontinus Gorgias centum & ſeptẽ compleuit annos. Ex quibus verbis colligitur, ante cẽtum præponi numerum minorem: poſt centum verò poſtponi. Eodem modo loquimur ſupra uiginti milia, vſq; ad cẽtum milia. vt, Milites noſtri ſex & uiginti milia erãt. uel, Milites noſtri erãt uicies & ſexies mille. uel, Militum nobis erãt uiginti ſex milia. Etenim hæc nomina dum copula carẽt, compoſita uidẽtur. ut undecim, duodecim, ſeptẽdecim, uiginti duo, vigintitria. Quemadmodum illa, vndeuiginti duodeuiginti: eodem modo undeuigeſimus, duodeuigeſimus: undecẽteſimus, duodecẽteſimus: undemilleſimus, duodemilleſimus, & reliqua ſimiliter. Hæc enim nomina, ſecũdus, tertius, cẽteſimus, & reliqua huiuſmodi, ſignificãt vltimum ex eo numero. ut ſecũdus, id eſt, vltimus ex duobus: tertius, ultimus ex tribus: centeſimus, vltimus ex cẽtum. Licet primus, non ſignificet vltimum ex vno: ſed ipſum vnum, in ordine tamẽ ad multos ſubſequẽtes. Aliquãdo tamen nõ pro vltimo ex eo numero vſurpãtur. ut, Cẽteſimam partem honorum patris adſecutus ſum. hoc eſt, vnam ex centum. Aliquãdo pro his tantum, ter tãtum. vt, Hic ager cẽteſimum fructum attulit. hoc eſt, cẽties tãtum quãtum ſemẽtis acceperat. Plinius, Admiſcetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius: & tamẽ ſic quoq; ingratiſſimum ventri eſt. Naſcitur qualicũq; ſolo ex centeſimo grano: ipſumq; pro ...

tamine eſt.id eſt,cum centum granis, ſiue centuplo grano.Hoc modo adpellata ē quadrageſima, quòd quadraginta dies cōtineat. Hinc ſignificatū habent nomina illa numeralia, ſimplus,duplus,decuplus,& ſimilia.hoc eſt,ſemel tātum,bis tātum,decies tātum. Sunt præterea Numeralia, vnarius,binarius,ternarius,tricenarius,cētenarius,& ſimilia:quæ denotāt nō multiplicationem, ſed numerum aliarum rerum quæ nō nominātur. vt, Lapis cētenarius. nō quòd cētuplus ſit,ſed cētum librarum.Homo centenarius, quòd habeat cētum annos. Grex cētenarius,centum capitum grex.Dicimus etiam binarium, ternariū,cētenarium numerum: quia numerus omnia complectitur.Propter quod recte dicimus:Cētenarium numerum annorum ingreſſus eſt.non autem, Centenarium annum.&, Millenariū numerum pondo uehit nauis.nō autem, Millenaria pondo. Item ſingulum, binum,trinum,ſiue ternum, quaternum,quinum,ſenum,ſeptenum,octonum, nouenū,denum, undenū, duodenum, ternumdenum,quaternumdenum, quinūdenum,ſen'idenumuel den ūquaternum, denum quinū,denumſenum,denumſeptenum, denſioctenū, denūnouenū,vicenū:vicenſiſingulum, vicenūbinū, vicenumternum:ſiue ſingulum & vicenum,binum et vicenum,& ita deinceps. Tum tricenum,quadragenum,quinquagenum,ſexagenum,ſeptuagenū, octogenum, nonagenum, centenum. quibus oratores vtroq; numero vtūtur, ſed frequētius plurali: præſertim vbi ſubiectum nomē cui additur,tātum pluraliter declinatur.vt Binæ literæ,binæ nuptiæ, bina arma.Poetæ vero frequētius ſingulari vtuntur. Sed oratores ferè propriam vſurpāt ſignificationem horum nominum.Binus enim, ſiue bini, ſignificat ſingulis duo:ternus,ſiue terni,ſingulis tres. ut,Creabātur olim bini cōſules,id eſt,per ſingulos ānos duo. &, Accepimus omnes à Cæſare bina talenta. id eſt, ſingulis nobis data ſunt à Cæſare duo talenta. At poetæ aliiq; ſcriptores,pro ſuis ferè primitiuis hæc nomina accipiſit. Vergilius,

Gurgite ſepteno rapidus mare ſubmouet amnis.

id eſt, ſeptem gurgitibus. Idem,

Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.

Plinius, Prodigoſa ſunt quæ circa hoc tradit Theophraſtus.autor alioqui grauis,ſeptuageno coitu durare libidinē cōtactu eius.id eſt, ſeptuaginta coitibus.Sed in his omnibus notādum eſt, quòd à triginta tricenū dicimus,g.in c.mutata: ſicut pro vigeno vicenum. Tricenum verò à trecētum, quia hæc nomina ſupra cētum quidem ſyncopātur:infra vero nō ſyncopātur.Quippe duceni dicimus,pro ducētini:treceni,pro trecētini:quadringeni,quingeni,ſexeni,ſeptingeni,octigeni,nongeni,vel noningeni:pro quadringenteni,quingenteni,ſexcenteni, ſeptingenteni,octingenteni,nongēteni. Centeni autem & milleni,propter dictionum breuitatem nō ſyncopātur. Sunt item nomina numeralia, ſimplex, duplex, triplex,quadruplex,cētuplex,& ſimilia. à quibus ſimplicitas,duplicitas, & reliqua. Et aduerbia ſimpliciter,dupliciter,cum reliquis. Item aduerbia numeralia,bis,ter,quater,decies,cēties, millies. In quibus notādum,ſicut ſuperiora illa quæ diximus ſupra cētum ſyncopātur,ita & cētum min meſita hæc aduerſo infra cētum ſyncopari,vltra vero non. vt vicies, pro vigenties:tricies,pro trigenties:quadragies, quinquagies,ſexagies, ſeptuagies, octogies,nonagies cætera verò nō ſyncopātur. Quinquies,ſexies, ſepties, octies,nouies,decies centies, ducenties, trecenties, quadringenties,quingēties, ſexcēties, ſeptingēties, octingēties,nongēties:millies,biſmillies, termillies,quatermillies, quinquieſmillies, decieſmillies, vicieſmillies,& deinceps.

Numidia,pars Aphricæ,inter Tingitanā & Carthaginēſem regionem, ἀπὸ τῶν νομῶν, id eſt, à paſcuis literis verſa o,litera in u.Plinius libro. v.ſcribit Numidas Nomades dici, à permutādis pabulis mapalia ſua,id eſt,domos plauſtris circūferētes. Ea regio(vt Pompo.ſcribit) ſpatio anguſtior eſt quàm Mauritania: ſed magis culta, & ditior: ubi Numidicum marmor effoditur.Hinc Numidicus,ca,cum.ut lapis Numidicus:qui inter generoſa marmora adnumeratur. A Papirio Lybicus ſilex adpellatur. Et pauimēta Punica à ueteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico ſtrata erant.

Numidiana pyra,dicuntur à regione Numidia.Cc.

Numitius,amnis eſt,nō lōgè à Lauinio.Cc.

Numitor,uiri proprium, Romuli & Remi auus maternus.Cc.

Nummarius,a,um,quod ad nummos pertinet. ut res nummaria.

Nummarius,rii,qui nūmis deditus eſt.Hiero.ad Marcel. Volo in nūmarios iudici ſacerdotes.

Nummatus,qui nummis abūdat.apud Plautum.

Nummoſus,ſa,ſum,nummis plenus diues.

Nummularius, cāpſor pecuniarum, qui nummos ad mēſam tenet,uel qui officio menſæ nummorum inſeruit.Hieronym.ad Ruffinum:Et nummulariorum æra diſſoluit. Item Nummularius, qui nummos cudit:qui & monetarius dicitur. Nummularium argentario uiliorē eſſe,docet Vlpian.Sed proprie campſor pecuniarum, à noſtris argēntarius,à Græcis trapezita.Nummularii & menſarii ſunt minutiores,nō tenētes libros,in quibus data accepta q; ſcribūt, quos Græci colybiſtas adpellāt.

Nummulus,dimin.paruus nummus.

Nummus, à numiſmate adpellatus eſt. Græci enim Nummum νόμισμα uocāt.Quo uerbo & Latini eodem modo utuntur. Horatius.

Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.Mart.

Quur data ſunt equiti biſquinq; numiſmata quare.

Numiſma uerò ἀπὸ τοῦ νόμου quod eſt lex: quaſi permutatione uti homines ſolerēt,lege numari uſus introductus eſt. Quapropter noſtri Nummum, monetā adpellauere, quòd ſigno numiſmatis moneretur,cuius pretii eſſet. Fuitq; Nummus decima pars aurei denarii. Nūmus adulterinus,moneta falſa. Cicero lib iii. Offi. Quærit etiā ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudēs pro bonis, quū id reſcierit,ſoluturus ne ſit eos ſi cui debeat pro bonis.

Nunc, aduerbiũ temporis. & eſt hoc quod Græci νῦν Nanyn, ινυ, vertitur. προ ... c. ſignific. hoc præſenti tempore. Quamuis quandoq; pro nomine ponatur. Cic. Nunc temporis numero. quaſi tẽporis præſentis: & quaſi Nuncius (ſi Latinitas pateretur) ſicut eratim. Interdum ponitur pro ſero. Vergilius, Nunc ſcio quid ſit amor. Interdum nullum tempus denotat, & pro ſed accipitur. Cicero: Quæ quidem multò plura euenient, ſi ad quietem integri iremus: nũc omuſti cibo & vino, cõfuſa & perturbata cernimus. Dicitur & Nunc nuper. Terentius in Eunucho. Idem Menandri phaſma nũc nuper dedit. Eſt enim ex illis verbis, quæ veteres propter ambiguitatẽ cũ adiectione proferebant.

Nuncio, cias, moneo, ſignifico. Terent. in Hecyra. At iſtos inuidos Dii perdant, qui hæc libenter nunciant. Huius compoſita ſunt Adnuncio, quod eſt, alicui nuncium porto. Hiero. lib. i. Reg. Neq; enim fieri poteſt, vt ſi certe cognouero, completã eſſe patris mei maliciam contra te, nõ adnũciem tibi. Denuncio, manifeſtè nũcio. Columel. Sin autem cœli ſtatus frigidus & pruinoſus hyemis violentiã denũciat, in idus Februarias hanc curã differemus. Enũcio, extra nũcio, manifeſto. Salluſtius: Propere per Fuluiam dolum Ciceroni qui parabatur enũciat. Prænũcio, antè nũcio. Terent. in Phorm. Abi prænũcia hãc venturam. Pronuncio, profero. vñ Pronũciatio, prolatio. de qua Cic. lib. i ad Her. Pronũciatio, eſt uocis, vultus, geſtus moderatio cum venuſtate. Et pronũciare, eſt decernere. à quo Pronũciatum, ſtatutum. Obnũcio contra aliorum voluntatem, ſeu malum nũcio. Terent. in Adelphis: Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco, omnia primus porrò obnũcio: ægrè ſolus ſi quid fit fero. Donat. Qui malam rem nũciat, obnũciat. Obnũciare enim dicuntur augures, qui aliquid mali ominis ſæuumq; viderint. Cicero pro Sext. Quũ q; auſpiciis religionis parens obnũciaret quod ſenſerat. Vnde & pro reſiſtere reluctariq; ponitur. Sueto. in Cæſare. Lege autem agraria promulgata, obnũciantem collegã armis foro expulit. Renũcio, de quo alibi.

Nuncius, qui nũciat, & quod nũciatur. Vergil. Et nũcius ibis Pelidæ genitori. Plau. in Sti. Præcucurri, vt nunciarem nũciũ exoptabilem. Hiero. li. ii. Regũ. Si ſolus eſt, bonus nũcius eſt in ore eius. Nũcia, quæ aliquid nũciat. Nuncium, res quæ nũciatur. A' Nũcius fit Internũcius, qui inter duos medius eſt ad aliquid tractandum.

Nuncupo, pas, penultima correpta nomino. Liuius libro .i. Quem Iulium eundem Iulia gens autorem ſui nominis nũcupat. Nũcupata vota dicuntur, quæ conſules & prætores, quando in prouinciam proficiſcuntur, faciunt.

Nundina, æ. Romanorum Dea: à nono die naſcentiũ dicta: qui & luſtricus dicit. Erat autẽ luſtricus dies, quo infantes luſtrabantur.

Nundinæ, narum. pe. cor. à nono die dictæ ſunt, quaſi nouendinæ. Inſtitutæ perhibentur, vt ruſtici octo diebus in agris eſſent, & nono die repeterent vrbem ad mercatum pro legibus accipiendis & vt ſcita atq; cõſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinũdino die ꝓpoſita, à ſingulis atq; vniuerſis facile noſcebantur. Vnde etiam mos tractus, vt leges trinũdino die promulgarẽtur. Dicitur & Nundinum neutro genere. Liui. Poſtquàm vero comitia decẽ viris creãdis, in trinundinum indicta ſunt. Trinũdinus autem dies, vel Trinundinum, ſiue Trinumnundinum, dicebatur dies tertiarum nundinarum: qui prædici antè ſolebat, vt notior eſſet vniuerſis. Idem eſt enim dicere, Trinundino, & tertiis nundinis, & in Trinũdinũ. hoc eſt, in tertias nundinas. Sunt qui putent, Trinũdinũ eſſe trium dierum ſpatiũ, ad habenda comitia, creandorum magiſtratuum cauſſa. Sed Feſtus ſcribit nefas eſſe Nundinis agi cum populo, quod eſt, populum ad concilium aut comitia vocare. Alii nõ pro trium dierum ſpatio, ſed pro loco accipiũt: quòd tribus in locis vno die fierẽt comitia, aut tribus diebus vno in loco celebrarentur.

Nundinarius, ria, rium, quod ad nũdinas pertinet, vel quod nũdinis deputatum eſt. Pli. libro. xii. His commerciis Caracem oppidum aperuere, quod eſt illis nundinarium.

Nundinator, qui nundinis mercatur. Feſtus: Nundinis ruſtici conuenie'bãt mercãdi & vendendi cauſſa tum q; nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

Nundinor, aris, palàm vẽdo, ſicut in nũdinis fit. quod & Nũdino nas, dicitur. Iulius lib. vi. Mathematices. Quæſtus & libidinis cauſſa pudorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitum fratrem inuitabit & filium. Apuleius: Toti nũc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur.

Nunquàm, nullo tempore. à quo Nõnunquàm, quod ſignificat aliquando.

Nunquàm non, ſignificat ſemper. Sueto. in Tiberio: Turbatiore cœlo nunquàm nõ coronam lauream ceruice geſtauit: quòd fulmine adflari negetur id genus frondis.

Nunquãdo, pro eo quod eſt, num aliquando? Et habet accentum in penult. ſicut aliquando.

Nunquid, interrogãtis particula, qua nõ tã interrogamus, quàm exactius inſtamus plerunq;. Componit autem ex num & quid, ſed m, mutatur in n. Et modò aduerbium. vt, Nũquid ego ſum rabbi? Modò nomẽ. vt, Nũquid criminis habes quod mihi obiicias? Sed apertius in nõ neutro genere: vt, Nũquis omniũ noſtrum te offendit? hoc eſt, an aliquis.

Nuo, nuis. cũ ſuis cõpoſitis vide in dictione Abnuo.

Nuper, aduerbiũ ſignificat nõ longo tempore à nũc. Boetius: Hoc autẽ quod nuper diximus. Quãdoq; de lõgiore dicitur. Cic. de Diuin. Nam ante diſciplinam patefactam, quæ nuperinuenta eſt. Hinc Nuperum: id eſt, recens, nouum. Plaũ. Recẽs captum hominem, nuperum, nouitium. Nuperrimus, recẽtiſſimus.

Nuptialis, & hoc Nuptiale, quod ad nuptias ꝑtinet. vt Nuptialis thalamus. Hinc fit Nuptialiter, aduerbium quod ſignificat more nuptiarum.

Nuptiator, qui nuptias adpetit. Hiero. contra Ioui. Di

cam &

tam & ego nuptatoribus meis: qui poſt caſtitatẽ & diuturnam continentiam ſudant ad coitum, & pecudum more laſciuiunt. Si ſic inſipientes eſtis, vt quum cœperitis ſpiritu, nunc carne conſumemini.

Nuptiæ, coniunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis vitæ: diuini & humani iuris communicatio. Proprie tamen dicuntur ceremoniæ & hilaritates in ducendis vxoribus. Dictæ Nuptiæ (ut inqt Ambroſ. lib. de Patriarchis) quòd pudoris gratia ſe obnuberent puellæ. Vnde in Geneſi ſcribitur, quòd quum veniret Rebecca, vidit Iſaac deambulantẽ: & cognito quòd ille erat cui duceretur vxor, deſcendit, & caput ſuum obnubere cœpit: docẽs uerecundiã nuptiis præire debere.

Nupturio, ris, penult. correp. nubere cupio. Apuleius in Apolo. Ea ſi claro nupſiſſet homini ruſticano, in decrepito, ſeni, ſponte eam diceres ſine ulla magia iam olim nupturiſſe.

Nuptus, pta, um, participium. Lactan. Eamq; Zephyro nuptam. Vnde Nupta verba dicebant, quæ nõ licebat virgini dicere. Plaut. Virgo ſum, nondum didici verba nupta dicere. Huius contrapoſitum eſt Innupta, quæ nõdum accepit virũ. vt, Innuptæq; puellæ.

Nuptus, nuptæ maritus. Quamuis raro ſit in vſu niſi apud veteres. vt apud Plautum in Caſ. Charinum libet ſcire quid agat nouum nuptum. id eſt, maritum. vt exponit Priſcianus.

Nuptus, ptus, pro ipſo nubendi actu. Nam dicimus, Hæc data eſt nuptui, & ad nuptum. Cæſar: Et ſorores ſuas nuptui in alias ciuitates collocaſſe. Auguſt. lib. vi. de Ciuitat. Dei: Sacra ſunt Iunonis, & hæc dilecta in eius inſula Samo celebrantur: vbi ad nuptum data eſt Ioui.

Nurſia, vrbs antiqua in Vmbria, ex qua Q. Sertorius, vir rei bellicæ ſcientiſſimus, ortus eſt. Suidas: Νουρσία ναὶ Νουκρία, πόλις Τυῤῥηνικὴ καὶ Νακρία, διὰ τοῦ ἄλφα. Id eſt, Nucria, & Nurcia, vrbs Thyrrheniæ: quæ & Nacria per a, dicitur.

Nuſquàm, locum negat, & ſignificat nullibi: ſicut Vſquàm alicubi, quaſi vno quouis loco.

Nuſquàm non, ſignificat vbiq;. Nõ nuſquàm alicubi.

Nutrico, cas, pen. cor. idẽ ſignificat quod nutrio. Cic. lib. ii. de Natura Deorũ: Omnia quæ ſunt, ſic ſua membra & ſuas partes nutricant & continent. Col li. viii. paſſiuum protulit. Nam ſuburbanus lactens porcus acere nutricandus eſt.

Nutrio, tris, triui, vel trii, ſecundum Priſcianum, proprie paruulorum eſt, vt creſcant. Inuenitur etiam Nutrior, tã deponẽs, quàm paſſiuũ. Verg. lib. ii. Geor. Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam. Id eſt, nutrito. Huius compoſitum eſt Enutrio.

Nutritius, qui nutrit, ſiue qui curam habet infantium & adultorum, vt viuant. Hiero. Non dixit, accepit filium ſuum & vxorem ſuam: ſed, puerũ & matrẽ eius: quaſi nutritius, non maritus. Hic accipitur quaſi cuſtos & nutritor Mariæ in neceſſitatibus: niſi dicamus quaſi nutritius pueri, non maritus Mariæ. Eſt & Nutritius, a, um, Colum. lib. iii. Ne incrementa dulcia ſua reuerberet, ſed tenero velut nutritio ſinu recipiat, & cœleſtes admittat imbres.

Nutrix, quæ nutrit. Cuius diminutiuum eſt Nutricula. Iuue. Gallia vel potius nutricula cauſidicorum.

Nutus, & Nuto, tas. vide in dictione abnuo.

N ANTE Y

Nycteris, ridis, veſpertilio, tam minutis pedibus, vt eis carere videatur.

Nycticorax, coruus nocturnus: qui & Nocticorax.

Nyctileia, ſacrificia quæ Baccho fiebãt à nocturno tempore dicta. Vnde & Bacchus Nyctileus dictus eſt.

Nyctileus, dictus eſt Bacchus: quòd eius ſacra noctu celebrarentur. Nam νύξ, Latine nox dicitur.

Nyctilopes, qui vident interdiu: occidente autẽ Sole cernũt exiliter, noctu nihil. Hi etiam luſcioſi dicuntur à Latinis. Plin. lib. viii. Caprinum iecur ſi veſcatur, reſtituit priſtinã aciem his quos nyctilopas uocant. Myopes vero, qui iam ab initio ortus ſui niſi admota contueri nequeunt: quod genus curam nõ recipit vt Vlpianus in Edilitio edicto inquit.

Nyctimene, filia Nyctei, quo etiam nomine dicta eſt auis quædam, in quam conuerſa Nyctimene fertur. Quæ quoniam cum patre concubuerat, facinus recognoſcens, in ſyluas aufugit: & in noctuam conuerſa, lucem odit, nocte tantũ volitans à Græcis adpellatur γλαύξ.

Nympha, Latine ſponſa. Sed putauerũt antiqui Nymphas aquarum Deas eſſe, quaſi lympharum numina. Nymphæ verò ab aquis Deæ ſunt, quales ſunt Dryades, Hamadryades, & Oreades. Quippe veteres Græci Nympham dicebãt, quam nos mutatione vnius literæ lymphã. hoc eſt, aquã. Aliquando Nymphæ dicuntur Muſæ: quòd aqua currendo muſicos ſonos efficiat. Hinc ſæpenumero à poetis inuocãtur. Ver. Nymphæ noſter amor libethrides. Dicuntur & nymphæ apes, quum primum formam cœperint habere. Pli. lib. xi. Apes aliæ in vermiculo, aliæ in Nympha eſſe perhibentur. In vermiculo ſunt, quum primũ ab incubatu excluduntur: excepto rege, qui non vermiculus, ſed ſtatim penniger exiſtit. Cætera turba quũ formam capere cœpit, Nymphæ nominantur.

Nymphea, nume. plur. & gen. neut. dicitur lauacra & balnea. Iulius Capitol. Opera Gordiani Romæ nulla extant præter quædam nymphea & balneas. Ioſephus ſcribit, Herodem apud Aſcalonam conſtituiſſe nymphea. id eſt, lacus & balneas.

Nympheus, locus in Lydia.

Nymphus, dicit ſponſus, à quo Paranymphus, & Neonymphus, nouus ſponſus.

Nyſa, proprium nomen. Verg. Mopſo Nyſa datur. Et item Nyſa, vrbs Arabiæ, apud quã (vt Diodorus ait) Bacchus educatus à Nymphis fuit. Vnde & Nyſeus dictus eſt. ac cognominatus Dionyſius, à Ioue ſcilicet & Nyſa nomen accipiens. Nyſa etiã non tam mons, quã ciuitas in India eſt, à Libero patre (ut refert Strabo cõdita, carminibus poetarũ celebratiſſima: ſita ſub radicibus mõtis quẽ Merõ incolæ adpellant. Propert. Indica Niſæis arma fugata choris. Alia eſt Nyſa in Bœotia, apud Homerum: apud Pli

nium in Caria: apud Strabonem uicus in Helicone, ubi ſimili modo colitur Bacchus: apud Ptolemæum in Ionia ac Lycia: apud Stephanũ in Thracia: Multi tamen Nyſæ, ſanum, declinant.

Nyſia, hederæ genus maximis inter nigras corymbis. Cornucopiæ.

Nyſirus, pen. cor. inſula, in qua eſt vrbs eiuſdem nominis. Homer. Qui Nyſiron habitant celſam Crapostanq; Caſonq;. Hæc longè diſtat à Coo. In ea ſiſit optima uina.

Nyſſa, per, geminum ſſ, repagulum unde curſores mouentur, ab νύω inclino, quòd quum metá attigerint, inclinentur.

Nyſus, nomen proprium uiri. Vergilius, Nyſus & Euryalus.

DE LITERA O

O Variis modis poſitum inuenitur. Nam nomen eſt vocalis. Aliquàdo aduerbium uocandi. Verg. O regina nouam cui cõdere Iuppiter vrbem. Aliqñ admirandi. Iuuen. O qualis facies, & quali digna tabella. Aliquando indignandi. Cicero in Catil. O tempora, o mores, ò paterni generis oblite, materni uix memor. Aliquando optati aduentus aut repentè percuſſi. Terent O ſalue, ò Pamphile. Vergilius, Adſis ò placidusq; ueni.

Inuenitur quandoq; cum utinam. Ouidius,
O utinam tunc quum Lacedemona claſſe petebat.

Interdum eſt interiectio dolentis. Cicero: O me miſerum, ò infelicem. Exprimit nonnunquàm exultantis adfectum. Vergilius,
O mihi ſola mei ſuper Aſtianactis imago. Et,
O felix ſi te tua Roma videret.

Tacetur quandoq; ò, cum accuſatiuo iungitur. Nã & nominatiuo & vocatiuo iunctũ legimus. vt apud Plinium iuniorem, Hominem te patiẽtem, ac potius durum, ac penè crudelem. Et (ſicut docet Donatus) maioris ſtuporis eſt hoc modo pronũciatũ, & quãdoq; melius ſonat. Terẽtius in Eunucho: Hominem perditum miſerumq;, & illum ſacrilegum.

Oataricha, dicuntur mugilum oua, ſale condito. ὠὰ enim ouã ĩterpoſita u, euphoniæ cauſſa. ταρίχος ſalſum dicitur. ταριχεύω, ſeruo, cõdio, liquefacio, ſicco. Suidas: ... [illegible] ... Id eſt, ſignificat & ſiccare, & quale in Garũ ſeparare. Dicitur & ταρίχος ſalſamẽtũ & tarichos neutro genere, vt Ariſtophanes in Ranis: Eſt autem, caro ſale conſperſa à garum ſeparata.

Oaxis, fluuius Cretæ: licet Seruius Meſopotamiæ fluuium dixerit.

Oaxus, ciuitas Cretæ, ab Oaxo Acallidis Nymphæ Minoidis filio, vel à ſitu loci: quòd crepidines Græci axos vocent Herodotus quoq; Oaxum vrbem Cretæ facit: in qua Etearchus pater Phronimæ matris Bacchi regnauit, q Cyrenẽ Lybiæ vrbem edificauit.

O ANTE B

OB, præpoſitio, ſeparari & componi poteſt. Separata cauſſalis cõiunctionis locum tenet. Verg. li. xi. Cuius ob auſpiciũ infauſtũ, moresq; ſiniſtros. Apud veteres etiam pro ad, ponebatur. Ennius: Perdet ob Romam noctu legiones ducere. Cicero Papirio Pæto: In eo igitur cõuiuio Cicero ille, quem ſpectabant, cuius ob os Graii ora aduertebant ſua. Sic dicebãt Obire, pro adire: Obmoueo, pro admoueo: Obiacent, pro adiacent, & complura id genus. Compoſita quãdoq; ſignificat cõtra. ut Oppugno, Obiicio. Quãdoq; circũ. vt Obambulo, Obſideo, Quandoq; ſuper, ſiue corãm, ſiue obuiã. vt Obuenio. Quãdoq; ad, vt Obeo. Dicimus enim: Iſte obiuit mortẽ, hoc eſt, iuit ad mortem. Cõponitur autem cum a, ut Obaudio. cũ c, vt Occũbo. d, vt Obduco. e, vt Obeo. f, vt Offero. g, vt Oggannio. h, vt Obhebeſco. i, vt Obiicio. l, vt Oblitero. m, vt Obmuteſco. n, vt Obnitor. o, vt Oborior. p, ut Oppugno. q, vt Obquiniſcor. r, vt Obruo. ſ, ut Obſto, t, vt Obtineo, u, vt Obũbro. Sed quoties vocalibus iungitur, vel d, l, n, r, ſeruatur b, integra. Cum c, mutat b, in c: præterquàm in Obcæco, Obſcurus, & Obſcœnus: in quibus duobus ultimis b, ſeruatur, & ſ, additur poſt b, cum aliis literis, mutatur b, in ſequentem literam: niſi in his quæ modo excipiam. In ſ, mutatur. ut Offendo, Offella: vbi cauſſa metri adiicitur b, quum tamen in Offa, in ſ, mutetur. In m, vt Omitto: niſi apud poetas: vbi o, breuiatur, & b, abiicitur. In Obmuteſco b, ſeruandum puto, ſed non proferendum, quamuis mutari in m, debere videatur: vt de Omitto Priſcianus ſentire videtur. In p, Oppono. In Oportet tamen, neq; b, neq; p, ſicut in Opportunus, geminamus. In Operio ſimiliter, Adoperio, & Cooperio: in qbus b, abiicit. In q, verò abiici puto b, ut Oquiniſco, In t, varie ſentitur: ſed per b, viſus ea ſcribit. ut Obtineo. In Obſtrudo verò, addit ſ, præpoſitioni: ſicut in Obſcurus. Et aliud eſt Obtrudo, aliud Obſtrudo.

Obacero, as, pen. cor. vide in dictione Acero.

Obæratus, cum æ, diphthongo dicitur miles, ſeu quis alius qui ære dato iam obligatus eſt: quaſi ære alieno aſtrictus, & debitor ad aliquid operandum. Cæſar lib. i. Com. Omnes obæratos, quorum magnum numerum habebat, conduxit. Varr. Res maiores, vt vindemias & feniſecia, adminiſtrant ii, quos obæratos noſtri vocitarunt.

Obambulo, aduerſus alios ambulo, vel ambulanti me oppono: ſiue circumeo, aut obuiam eo. Plaut. in Captiuis: Item alii paraſiti fruſtra obambulant in foro. Verg. lib. iii. Georgicorum datiuo iunxit,
Non lupus inſidias explorat ouilia circum:
Nec gregibus nocturnus obambulat. quod Seruius exponit, inſidiatur. Sed figurate dictum puto: vt It clamor cælo. Aliquando Obambulare, accipitur pro vnà iunctimq; ambulare. Suetonius in Tiberio: Et ſecretum petenti nõ niſi adhibito Druſo filio

dedit: dextramq́ obambulantis, veluti incumbens quoad perageretur ſermo cõtinuit. Oui. de Polyphemo dixit: Nocturnus obambulat. Pro eo quòd eſt, vltrò citroq́ ambulando diſcurſat.

Obareſco, circumquaq́ areſco.

Obaudio, auditum poſtergo. Et in eadem compoſitione au, mutat in e, & dicimus Obedio. & fit contrariæ ſignificationis: quaſi dictu obediens ſum. Inuenitur Obedire dici de turpi obſequio. Cic. Dum autem ipſe dedecori ac turpitudini obedierit, nonmodo imperator omnino habẽdus non erit. Ponitur interdũ Obaudire, pro audire, ſeu obedire. Auguſti. lib. xvii. de Ciui. Dei: Pro eo quòd obaudiuit Habraam pater tuus uocem meam, & cuſtodiuit præcepta mea. Alibi datiuo iunxit: Et præcepto utrique obaudire cupientis.

Obba, poculi genus, dicta quaſi ob bibere ſit facta. ἡ ἑλλαμμὲν τάχα ὄβᾳ πλῆθους μέρος, ὅτι ἐν τῇ τύρβῃ πίνειν ἐν συμποσίοις ἐξεδίδοτο. Id eſt, Vel Græcum forſitan multitudinis pars, quòd hæc in turba & conuiuiis datur bibere.

Obcæcco, cas, non plus ſignificat quàm Cæco. in quo b, remanet, contra aliorum regulam. Colu. li. iiii. Veluti Ignorantiæ tenebris obcæcata, luce veritatis caruit. Idem li. ii. Vbi ſolutior eſt humus, aliquæ ſiunt patentes, quædam etiam obcæcantur: ita ut in eas ora hiantium foſſarum competant, id eſt, deſuper teguntur.

Obdo, dis, ex ob & do, ſignificat oppono, ſiue adpono. Et pro claudo poni conſueuit. Teren. in Eun. Peſſulum oſtio obdo.

Obduco, cis, pen. prod. ſuperduco, tego. Hieron. in Geneſi, Quum q́ obduxero nubibus cœlum. Verg. Et cinis obductæ celabat lumina prunæ.

Aliquando ponitur pro detego, aperio. Lucil. Vos interea lumen auferte, atq; aulam obducite, Aliquando pro circunduco, ſiue cõtra duco. Plau. in Pſeudolo: Si hos expugno, facile ego hac rem meis ciuibus faciam: pòſt ad oppidum hoc vetus continuo meum exercitum protinus obducam. Aliquando pro facio contraho. Plinius: Iam callum obduxerat.

Obdulceſco, ceſcis, circum dulcis fio. Auguſtinus lib. vii. Confeſſionum. Nam ſi primò ſanctis tuis literis formatus, & in earum familiaritate obdulcuiſſes mihi, poſtea in illa volumina incidiſſem: fortaſſe abripuiſſent me ab ſolidamento pietatis.

Obdureo, res, rui, à quo Obdureſco, durus fio. Cic. Cornific. Equidẽ ſic iam obdurui, vt ludos Cæſaris noſtri æquiſſimo animo viderẽ. quod eſt, quaſi callum feci.

Obduro, ras, pen. prod. durum facio. Hierony. contra Ruffinum: Vſq; adeo'ne obduraſti frontẽ, vt in mẽdacio ponas ſpem tuam?

Obedio, dis, diui, ditum, obtempero, vide in dictione Obaudio.

Obedo, dis, penult. corr. conſumo: quaſi circumedo, à quo Obeſus, a, um. pro gracili, & exili, & circumroſo, macilento q́. Næuius: Corpore pectoreq́ vndiq; obeſo, tardi ingenio ſenis. Aliquãdo ſignificat compedo. Vnde Obeſus, pro vberi & craſſo: vt ſit Obeſus, quaſi ob edendum factus. Verg. lib. iii. Georg. Argutumq́ caput, breuis aluus, obeſaq́ terga. Hiero. Minus ſolertes ſunt, quibus obeſiſſimus venter eſt. Obeſitas, pinguedo. Plinius: In magna obeſitate.

Obeliſcolychnium, inſtrumentum militare, ab vſu gemino, ſcilicet veruculi & lucernæ dictum.

Obeliſcus, diminutiuũ ab obelus, magis nomine quã re. dum magnæ res Obeliſci dicantur. Eſt autẽ lapis aſperrimus, in figura metæ cuiuſdã, ſenſim à ꝑ ceritate in excelſum conſurgens, paulũ gracileſcens, ſpecie quadrata, in uerticem productus anguſtum, manu leuigatus artificis. Qui multi Romæ fuiſſe referuntur. Et ſunt pyramides longè minores, Solis numini ſacrati: propter quod ad radiorum ſimilitudinem fiebant.

Obelus, pen. prod. Latine dicitur veru. A' cuius ſimilitudine virgula quædã inter puncta etiam veru dicitur, iacẽs ſic ÷— Hac vſi ſunt eccleſiaſtici interpretes: qua denotatur aliquid additi in tranſlatione, quod in prototypis non habetur. Hieronymus ad Paulinum: Origenis ſtudium me prouocauit, qui editioni antiquæ tranſlationẽ Theodotionis admiſcuit, aſteriſco & obelo opus omne diſtinguens. Sic dictus, quòd obelo, id eſt, ueru ſit ſimilis, vel quia tanquàm veru ſuperflua iugulat, & confodit. Suidas: Ὀβελός, ἡ Σούβλα. Ξενοφῶν ἐπὶ ταξεῖν ἐλθὼν βουπόρῳ τῷ ὀβελίσκῳ διαπαρεὶς τὸν μηρὸν τοῦ ἐγγυτάτω. καὶ παροιμία, τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ, ἐπὶ τῶν τὰ χείρονα ἀντὶ τῶν κρειττόνων αἱρουμένων. Id eſt, Obelus, Subla. Xenophon percuſſit in tranſitu obeliſco traiectũ femur propiſſime. Et parœmia calor obeli ad peiora pro melioribus detentis.

Obeo, obis, obiui, vel obii, obitum. Eſt autem Obire, adire. Nam ob, pro ad quãdoq; ponitur. Vnde Obire mortem, eſt ire ad mortem. Plautus in Aulularia: Vbi is obiit mortem qui mihi id aurum credidit. Similiter Obire diem dicimus, pro eo quod eſt mori: quaſi ire ad diem fati. Seruius Sulpit. Ciceroni Nunciatum eſt mihi Marcellũ diem ſuũ obiiſſe. Et Obire vadimoniũ, eſt ire ad uadimoniũ. Sic dicimus Obire rus, pro ire ad rus. Cicero Mario: Tu modo iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ ſuſtenta & tuere: ut noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticula cõcurſare poſſis. Aliquando ſignificat præſtò eſſe. Suetonius in Cæſare: Tanuſius adiicit Craſſum diem cædi deſtinatũ nõ obiiſſe. Aliquando exequi. ut, Obeo legationem. id eſt, exequor munus ſiue officiũ legationis. Obeo prouinciam, exequor officium prouinciale. Obeo uitam, perficio vitam. Liuius lib. i. Eum iura redditurum, obiturumq́ alia regis munia eſſe. Ponitur quandoque ſine accuſatiuo, & ſignificat morior. Iuuenalis, Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni. Et Obire, eſt circuire. Vergilius, Magnas obeuntia terras. Liuius lib. i. Tum ſacerdotibus creandis animum adiecit: quanquàm ipſe plurima ſacra obibat. id eſt, circuibat viſitando. Idem Obire, obuiam ſe præbere. Terent. in Hecyra: Adeò tuam antiquam venuſtatem obtinens, vt voluptati

obitus ſermo, aduentus tuus quocunq; adueneris ſemper ſiet. Donat. Obitus, occurſus.

Obequito, circſequito. Liui. lib. ii. Veiens hoſtis Hetruſci q; eò magis propere agere, laceſſere ad pugnã primò, obequitando caſtris, prouocando q;.

Oberro, ras, circũerro. Perſius per tranſlationem pro circumuolo poſuit, quum dixit:

Diues arat Curibus quantũ nõ miluus oberrat.

Obeſco, ſcas, ab eſca cõpoſitionem habere conuenit: quaſi eſca facio. Colum. lib. ix. Nõnulli tribus aquæ partibus vnà boni vini miſcẽt, madefacto q; triticeo pane obeſcant aues: quæ prima Luna (quoniam id quoq; cuſtodiendũ eſt) ſaginari cœpta, uigeſima pragliſcit. Ineſco, idem fermè ſignificat, ſed per tranſlationem ponitur pro decipio. Teren. in Adel. Neſcis ineſcare homines. Donatus: Metaphora ab aucupibus, qui auibus capiendis effundunt cibum.

Obex, generis maſculini, vel fœ. ab obiicio, ſignificat cuiuſcũq; rei obiectionẽ ſiue obſtaculũ. Verg. li. x.

Ecce maris magna claudit nos obice pontus.

Hiero. Sagitta quæ cõtento neruo dirigitur, difficile vitatur: antè enim ad eum ad quẽ iacta eſt peruenit, quàm obice clypei fruſtretur. Vnde & peſſulum ſeram q; oſtiorum, Obices adpellamus.

Obgannio, vide Gannio.

Obherbeſco, ſcis, ex ob & herbeſco. Herbeſcere verò, eſt herbam fieri. Cicero in Catone: Et elicit herbeſcẽtem ex eo viriditatem, quæ nixis fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit. Feſtus: Obherbeſcere, herbam increſcere.

Obiaceo, iaces, penul. correp. circum, aut contrà, ſiue obuiã iaceo, Colu. lib. ii. Sed vaſtos ceſpites conuelli: quibus obiacentibus, impeditum aruum minus rectè poteſt iterari. Liui. lib. ix. Quum ad alias anguſtias protinus pergerent, ſeptas deiectu arborum, ſaxorum q; ingentium, obiacente mole inuenere. id eſt, contra iacente.

Obiecto, ctas, frequenter obiicio, oppono, imputo. Lactantius lib. iii. Et ſtultitiã, quam nobis iſti Deorum cultores obiectare non deſinunt. Interdum ponitur pro expono. Vergilius lib. iiii.

Et corpora bello Obiectant.

Obiectum, philoſophi vſurpabãt pro omni eo quod cerni poteſt. id eſt, quicquid oculis obiicitur.

Obiectus, cta, ctum, participium.

Obiectus, ctus, nomen, ſignificat oppoſitionem.

Obiicio, cis, pen. cor. anteiacio, antepono, porrigo, offero. Colu. lib. vii. Tenerrimã quãq; frõdem, aut pãpinos vitis obiici, ſcilicet poni. Plautus in Curcul. Flos veteris vini meis naribus obiectus. id eſt, porrectus. Teren. in Heautontimorumeno: Vt hanc notitiam nec opinanti primus obiicerẽ ei domi. id eſt, offerrem, vel darẽ. Aliquãdo contrà iacio, oppono. Aliquando infero. Plautus in Amphytrione: Qui multa Thebano populo acerba obiecit funera. Aliquãdo repentè oſtendo. Claudianus,

Extemplò ſeſe mediis obiecit in aruis.

Obiter, pe. cor. ex ob, circũ, & iter cõpoſitum, aduerbium, ſignificat incidẽter. hoc eſt, præter propoſitũ quaſi in itinere occurrẽs: aut quaſi per iter, & in tranſitu. Plin. in prolog. Vt obiter caueã iſtos Homeromaſtyas. Et lib. viii. Maior pars Italiæ ruido vtitur piloſtrotis etiam, quas aqua verſet obiter & molat. Idem lib. xi. Cuius anguſtiæ nõ ſinunt vagari incertam aciẽ: & velut canali dirigunt, obiter q; incidẽtia facile declinãt. Iuue. Aut obiter leget, aut ſcribet, uel dormiet intus. id eſt, interim. Sunt qui exponant Obiter, præciſe tali cauſſa.

Obitus, ta, tum, pe. corre. participium. ut,

Morte obita, quales fama eſt volitare figuras.

Eiuſdem ſignificationis eſt cum obeo, obis.

Obitus, tus, nomen, quod modo mortis executionem ſignificat. Cicer. Quum de obitu fratris literas accepiſſem. Modò occaſum. Verg. lib. i. Georg.

Nec fruſtra ſignorũ obitus ſpeculamur & ortus.

Modò aduentum. Turpilius, Et quis eſt qui interrũpit ſermonem meum obitu ſuo?

Obiurgo, gas, valde arguo, reprehẽdo, vel contra aliquem clamo. Terẽ. in And. Nã ſi obiurges illum vitæ qui auxilium tulit: quid facies illi, qui dederit dãnum aut malum.

Obiuro, ras, pen. produ. iurando adſtringo. Cice. pro Cælio: Fuit in hac cauſſa pertriſtis quidam patruus cẽſor, magiſter obiurauit M. Cælium, ſicut neminẽ vnquàm parens.

Oblationes, propriè dicſitur quæ Diis offeruntur. Veteres Offerrumenta dicebãt. Cc.

Oblecto, ctas, & Oblector, ctaris. vide in dictione Delecto.

Oblido, dis, pen. produ. ex ob & lido, ſeu lædo, ſignificat circuncirca uſq; ad mortem percutio, ſuffoco, neco. Lactan. lib. vi. Ne illud quidem concedi aliquis exiſtimet, ut recentes natos liceat oblidere: quæ vel maxima eſt impietas. Ad uitam enim Deus inſpirauit animas, nõ ad mortem. Colu. lib. viii. Ne anguſtiæ fœtus oblidant.

Obligo, gas, pen. corre. circumligo: Columel. lib. viii. Vt admiſſarii dexter, vel etiã ſiniſter vinculo teſticulus obligetur. Curtius: Ne obligato quidem vulnere haud ſegnius deſtinata exequitur. Per tranſlationem Obligare, eſt deuincere, ſeu debere. Cicero Aulo Trebonio: Dolabellam antea tantũmodo diligebã, obligatus nihil eram. Differunt tñ (ſecũdum Aſconium) Obligatus & diſtrictus: quia Obligatus in bonis & in vinculis dicitur: diſtrictus, ſine vinculis.

Oblimo, mas, pen. produ. ex ob & limus componi videtur, quaſi circumlimo, ſeu ſuperlimo, repleo. Cicero lib. ii. de Natura Deorum, Nilus Aegyptum irrigat: & quum tota æſtate obrutã oppletam q; tenuerit, tum recedit, mollitos q; & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. Vergilius lib. iii. Georgico.

Et ſulcos oblimet inertes. Per tranſlationẽ Claud. lib. iii. pro obcæcare, & quaſi limo meatus claudere, ſeu obtundere, vel inquinare poſuit. Sed quòd diſſuaſor honeſti

Luxus & humanas oblimat corpora mentes.

Eſt & Oblimo, à limo, mas, cõpoſitũ. Hora. in Ser.

Rem patris oblimare malum eſt vbicunq;.

Oblino,

Oblino,pen.corre.circunfœdo. Lactan.lib.iiii. Luto ſe oblinunt qui Deos. id eſt, terram, lutumq́ venerátur. Salluſtius in Iugurthi. Simul gladium ſanguine oblitum oſtentans.

Oblitero,ras,obliuiſci facio,caſſo,deleo,vel ī obliuionē duco,& quaſi è literarū monumētis deleo. Cice. ad Senatū: Publici in me beneficii memoria priuatā offenſionē obliterauit. Lactan.lib.vi. Ergo idē dominus ac parens indulgentiſſimus,remiſſurum ſe pœnitētibus peccata promittit, & obliteraturum omnes iniquitates eius,qui iuſtitiā denuò cœperit operari. Fit autem Oblitero (vt quidā putant) à littus: quòd ibi notata à fluctibus æquari & tolli ſoleāt. Alii ab obliuione. id eſt, à ſupino oblitum. Vel dici poteſt ab Oblino: ſicut à lino litera.

Oblitus,ta,um,penul.produ. participium ab obliuiſcor. ut, Nunc oblita mihi tot carmina.

Oblitus,penul.corre.ab oblino eſt: quaſi circunlitus & circunfœdatus. Tibullus,

Oblitus & muſto feriet pede ruſticus vuas.

Obliuioſus,dicitur is qui citò obliuiſcitur.

Obliuiſcor, cōpoſitū videtur ab oblino. Quia vero accentu differunt: poteſt eſſe ſimplex dictio. Eſt & verbū deponēs quāuis aliqñ paſſiue ſumat. Verg. Nunc oblita mihi tot carmina pro à me. Et cōſtruitur cum accuſatiuo. Lactantius libro.vi. Spero (inquit) te Cæſar, qui obliuiſci ſoles nihil niſi iniurias. Modò cum genitiuo. Hieronymus ad Auguſtinū: Penè epiſtolæ tuæ, vel eius qui nomine tuo ſcripſerat, obliti ſumus.

Obliuium,idem quod obliuio. Horatius in Sermo. Ducere ſollicitæ iucunda obliuia vitæ.

Obloquor,penul.corre.contra loquentem,vel cōtrarium loquor. Liuius: Notatos quoq́ qui ferociſſimi obloquuti erant, ſingulos manu corripuit. Ponitur etiam pro maledico. unde Obloquutores, maledici, detractores.

Obnitor,penulti.produ.contra nitor. vide in dictione Nitor.

Obnoxius,ex ob,& noxius cōponitur. Noxius autē à noxia aut noxa deriuatur, quæ à nox originē habuiſſe debēt. quòd nox à nocēdo eſt. ut inquit Varro, uel nyx. Et hæc vocabula eandē ſapiunt nocendi ſignificationē, quam nox habet. Apud antiquos Noxia (vt Feſtus ait) pro damno capiebatur: apud poetas pro culpa: Noxa verò pro peccato, aut peccati pœna: quæ omnia cōplectitur Noxius. Nam qui noxius eſt, dānum ſibi plerūq; & aliis, culpā uero ſibi infert, poſtremoq́ peccati pœnā. Vnde Obnoxius. Id eſt, circūnoxius: quaſi noxia ſiue noxa circundatus: vel quaſi ob noxiam ſiue noxam notatus, & pœnæ addictus. Propter quod vtcūq; capiatur, breuiter ſignificat, ſubiectus, vel obligatus: quòd alterū ab altero dependet. Qui enim ſubiectus eſt alicui, etiam illi quodāmodo eſt obligatus. Proprie tamē (vt inquit Feſtus) is eſt, qui pœnæ obligatus eſt ob delictum. vtputa ſi quis morbis obnoxius, ob nimiam cibi intēperantiam: aut ſi mulier, ob ſtupri cū aliquo viro cōſuetudinem, illi obnoxia ſit. vt apud Salluſtium: Erat q́ ei cum Fuluia nobili muliere vetus cōſuetudo: cui quū minus gratus eſſet, quia præ inopia minus largiri poterat, repentè glorians maria monteſq́ polliceri cœpit, & minari interdū ferro, niſi ſibi obnoxia foret. id eſt, morem gereret. Improprie aūt quia dicitur Obnoxius, quaſi uel damni vel culpæ quicquàm admiſerit. ut, Multi ſancti viri fuerunt prauis hominibus obnoxii, ac ſi aliqd mali metuiſſent: quum tamē innocentes eſſent. Vnde ad multa alia ſimiliter tranſlatū eſt ipſum vocabulum. quale eſt illud apud Col.li.iiii. Sin aūt regiones ꝑdictis uentis fuerint obnoxiæ. Et lib.v. Maturum fructum proſternit, & canibus feriſq́ reddit obnoxiū. Ecce hæc nihil deliquerunt, ſed tamen quaſi deliquerint obnoxia dicuntur, quòd illis ventis obiectæ ſint, hic quòd maturus fructus proſtratus & obiectus canibus & feris eſt. Quinetiā ad eos qui beneficiis deuicti ſunt transfertur, quaſi dānum beneficiis eorum aliquod ex hoc intulerint: quòd tamen plerūq; illatū fuit ſiue culpæ, ſiue gratiæ, ſiue liberalitatis cauſſa. Hierony. in prol.3.lib. Salomonis: Quaſi aut æquum ſit me vobis eſurientibus aliis laborare, aut in ratione dati & accepti cuiquàm præter vos obnoxius ſim. id eſt, debitor, ſeu deuinctus, obligatus'ue. Plautus in Captiuis: Obnoxii vobis ſumus ob hanc rem, quum quæ volumus copia eſt, atq́ ea facitis nos cōpotes. Vnde apud Liuium, Obnoxiè dicere ſententiam, accipitur pro ſeruiliter. Interdum Obnoxius, ponitur pro noxio: & ſic Obnoxius & Innoxius ſunt contraria. Ennius, Sed virum vera virtute viuere animatum adiecit fortiter, eumq́ innoxium vocare aduerſus aduerſarios, ea libertas eſt, qui pectus purum & firmum geſtitat, aliæ res obnoxiæ nocte in obſcura latent. Interdū pro obſcuro. Nox enim pro obſcuritate ponitur. Plaut. Nunc ego hercle perii planè, non obnoxiè.

Obnubilare,eſt quaſi caligine quadam & nubilo obtenebrare. Apuleius, Obnubilauit animam. Innubilare vſurpauit Firmicus: quod accidere ſolet interMorientibus.

Obnubo,bis,pen.produ. vide in dictione Nubo.

Obolus,pen.corrt. genus ponderis, quod ſex ſiliquas continet. Terent.in Andr. Obolo empto. Suidas: Ὀβολός· ὁ τόκος, εἶδος νομίσματος. Ὀβολὸς δὲ παρ' Ἀθηναίοις ἕξ ἐστι χαλκοῖ· ὁ δὲ χαλκὸς λεπτῶν ἑπτά. τὸ δὲ τάλαντον τοῦ ἀργυρίου τὰς νῦν τέσσαρας, καὶ νομίσματος ἑπτὰ καὶ ὀκτώ. ἡ μνᾶ ἑξηκοστόν ἐστι τοῦ ταλάντου τοῦ χρυσίου ἐξαπλάσιον ἐστί. Id eſt, Obolus, vſura, numiſmatis ſpecies. Obolus vero apud Athenienſes, ſex eſt chalcorum. id eſt, nummorum æreorum. Chalcus autē tenuium ſeptem, talentum argenti, nunc quatuor, & numiſmatis ſeptem & octo. Mna vero ſexageſima eſt pars talenti, aurei eſt multiplicata.

Oborior,antenaſcor, ſubnaſcor'ue. Liui.li.i. Aduētu ſuorū lachrymæ obortæ. Hiero. Hic verò oborta cōtētio, q̄ frāgeret panē, penè diē duxit in veſperam.

Obrepo,pis.penul produ. latenter & tacite aduenio: ſicut & Surrepo. Tractū ab animalibus pedibus ca

rentibus, quæ greſſu tacito gradiſitur. Iuuenalis per tranſlationem. Obrepit non intellecta ſenectus. Eſt & Obripio, de quo in dictione Rapio.

Obrigeo, riges, pen. cor. uide in dictione Rigeo.

Obris, nomen fluuii. Pomponius. Secundū bliteros Obris fluit. Hunc Ptholomæus Obrium uocat.

Obrizum, aurum dicitur, quaſi ὀβρίζον, hoc eſt, ſyncerum, delicatumq́, quod ſæpe igne candefactum & exuſtū eſt, & quod in coactione non minuitur. Hieron. in Dani. Ecce uir unus ueſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo. Hebr. dicitur ophir.

Obrodo, dis, penul. produ. circumrodo. Plau. in Amphitryone, Prægnanti malum dari oportet, ut ſiet quod obrodat.

Obrogo, as, pe. cor. quaſi obloquor. Feſtus, Obrogare, obloqui, atq; alterius ſermonem moleſte impedire. Obrogare legem, eſt legis prioris infirmandæ cauſſa, legem aliā ferre. Cice. ad Atti. Abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat.

Obruo, is ſubſterno, ſeu circumruo, operio. Ouidius lib. 1. de Reme. Obrue uerſata cercalia ſemina terra. Transfertur etiā ad animum. Quintilianus, Tot voluptatibus obruere poſſunt vnum dolorem. Hinc Adobruo, ſubtus obruo, & in terra defodio. Colu. lib. 11. Nam ſi plus quatuor digitis adobrutum eſt ſemen eius, non facile prodit. Idem in eodem. Atq; ita ieciunt ſemina & ſarculis adobruunt.

Obſaturo, ras, pen. corre. ſignificat ſaturitatē uſq; ad faſtidium, vel contra animum capio. Terentius in Heautontimorumeno: Næ tu propédiem, ut iſtanc rem video, iſtius obſaturabere.

Obſcœno, as, ſigñat, obſcœnū & malū omen adfero. Plau. Sed qd illuc quòd exanimatus currit huc Leonida? metuo ne illic obſcœnauit meæ falſæ fallaciæ.

Obſcœnus, a, um, quidam ab ops & canendo componunt. Alii ab obs, & κοινῶ inquino. vnde cœnū quidam dici exiſtimant. Intelligendum eſt ergo, quòd Obſcœnum ſicut duo ſignificat: Ita duplicem habet compoſitionem, & duplicem orthographiam. Nam aliquando ſignificat abominabile augurium. Vergilius libro primo Georgicorum.

Obſcœni q; canes, opportunæ q; volucres.

Et tunc à canendo contraria & mala dicitur, & ſine diphthongo ſcribitur. Aliquando dicitur quod turpe immundumq́: & tunc ſimiliter ex obs & cœnum componitur, quod ab κοινῶ inquino deducitur. Ex eo ſcilicet, quòd quæ multum communia ſunt, turpia & immunda vtplurimum fiunt: nam id proprie communicare eſt: & ſic cum œ, ſcribitur. Varro autem lib. vi. de lingua Latina, docet Obſcœnum cum æ, ſcribendum: idq́ abſcæna deducit, ex ob & ſcæna: quaſi ad ſcænam: quòd ſcænis id daretur quod obſcænum foret. Priſcianus, ab ob & κοινὸν, quod nos cœnum dicimus ſ, interpoſita. Feſtus ab Oſcis deriuat, quorum frequentiſſimus fuit vſus libidinum ſpurcarum. Vnde & verba impudentia adpellantur Obſcena. Quod ſi verū eſſet, ſine h, & abſq; diphth. Oſcenum ſcribi oporteret. Obſcœnum etiam quandoq; ponitur pro pernicioſo & vitabili. Vergil.

Obſcœnamq; famem, quæ prima pericula viſo.

Obſcurus, latens, abſconditus, & ſine lumine. Verg. Vidimus obſcuris primam ſub mœnibus vrbem. Vnde Obſcura oratio, difficilis, & cuius ſentētia latet. Cōponitur ex ob & cura, ſiue curo, interpoſita ſ, quòd ea quæ obſcura ſunt, nobis curam obiiciant. Vnde ab Obſcurus Obſcuro fit, quod ſignificat non curo, ſiue ſupprimo: ſicut fit in obſtrudo, quod eſt occludo. In qua ſignificatione capitur & Obſcuro. Cic. pro Archia: Neq; enim eſt diſſimulādum quod obſcurari non poteſt, ſed præ nobis ferendū. Si vero volumus vt Obſcuro magis ab obſcurus deriuetur, non cōtendo. Verſitamen quum ſit verbū curo, cuius cōpoſita adcuro & procuro: non mirum videri debet, ſi et Obſcuro à curo ſimiliter cōponatur: quēadmodū obſtrudo à trudo, à quo etiam obtrudo, tametſi in alia ſignificatione: & detrudo, contrudo, intrudo, retrudo, & ſimilia. Capitur quādoq; Obſcurum pro ignobili. Cice. lib. 1. Offic. Qui magna ſibi propoſuit obſcuris orti. Nā qui obſcurus eſt, fermè deſpicitur, & nō eſt quaſi qui eum curet vel æſtimet. Ab Obſcurus fit Obſcuritas: quod modo opacitatē, modo ignobilitatē, modo difficultatē ſignificat. Cice. lib. ii. Offi. Quorū autem prima ætas, propter humilitatē & obſcuritatem, in hominum ignoratione uerſatur. Sic Obſcuro, as. Sallu. Sed profectò fortuna in omni re dominatur, ea res cunctas, ex libidine magis quàm ex vero, celebrat, obſcuratq́.

Obſecro, as, ex ob & ſacro, ſignificat per ſacra rogo, vel opē à ſacris rogo, obteſtor, deprecor, & quaſi ſacra vt te exorē facio. Terē. Obſecro te, quàm primū hoc me miſerum libera metu. Ponitur etiam aliquādo pro aduerbio obſecrandi.

Obſecundo, das, ſignificat felicito, proſperū facio, ex ob & ſecūdo, quod ſignificat proſperū facio. Verg. Dii cœpta ſecūdent. Fit aūt ſecunda à ſecūdus: ſecūdus verò à ſequor. Eſt autē Obſecundare, omnia ad alterius nutum facere, vel in melius cōuertere. Teren. in Adel. Sed ſi vultis potius quæ vos ꝓpter adoleſcentiā minus videtis magis impenſe cupitis, conſulitis parum, hæc reprehendere, & corrigere me, & obſecūdare in loco. Vbi Donatus: Nam qui reprehendit nō cōtinuo corrigit, qui corrigit, non illicò obſecūdat. id eſt, lætiſſimum reddit & fideliſſimū. Cicero pro Pompeio, vſus eſt pro obſequi: Non modo omnes (inquit) ciues adſenſerint, ſocii obtemperarint: ſed etiam uenti tempeſtatesq; obſecundauerint. Inuenitur & Obſecundor depōnens.

Obſequela, morigeratio. Plau. Oēs parentes Libane liberis ſuis, qui mihi auſcultabunt, faciēt obſequelā.

Obſequibilis, qui obſequitur. Gellius, Cognatos affinesq́ illos fermè tam obſequibiles eſſe ait.

Obſequioſus, qui facile obſequitur. Plau. in Cap. Nā ſi ſeruus meus eſſes, nihilo ſecius mihi obſequioſus ſemper fuiſti.

Obſequium, officium. Terentius, Obſequium amicos, veritas odium parit.

Obſequor. pen. corr. alterius voluntati morem gero, inſeruio. Plautus, Ego ſane cupio obſequi gnato.

Obſerô,ris,pen.cor.circûſemino,ſeu circûplanto.Colu.lib.ii.Vtatur præceptis eorû qui vberem campû in ſingula iugera tritici, quinq́; & adorei octo modiis obſerere præcipiunt. Idem lib.iii. Agrum antequàm vineis obſeras,explorato qualis ſapor is ſit.

Obſero,ras.pen.cor.ſignificat occludo. Teren.in Eunucho,Tu abi atq; obſera intus.

Obſeruabilis,qui idoneus eſt ut obſeruetur uel ueneretur.Cuius cõtrarium eſt Inobſeruabilis. Plini. In Martis ſidere, cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus,nſiquàm id ſtationem facere.

Obſeruantia,(vt inquit Cicero)eſt per quã homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignãtur. Liuius lib.i. Obſequio & obſeruantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipſo certaſſe. Aliquando Obſeruantia dicitur cuſtoditio,licet Valla neget. Leo papa: Scitis ad æternum vobis gaudium profuturam diuinorû obſeruantiam mandatorum.

Oſeruatio,idem quod obſeruantia. Nam quãdoq; dicitur adnotatio,& cuſtoditio præceptorum. Quandoque & honor & reuerentia. Valerius Maximus, Haud Marcello adiectio impenſæ impedimẽto fuit, quò minus, religionibus ſuus tenor ſuaq́; obſeruatio redderetur.

Obſeruo, uas,circû oculis mentis & corporis ſeruo, ſpeculor,cuſtodio,noto:ne me prætereat,ne me decipiat. Teren.in Andr. Obſerues filium quid agat. Et Obſeruare,eſt venerari & admirari homines,tantum dignitatis uel uirtutis cultu. Verg.lib.iii.Georg.

Præterea regem non ſic Aegyptus,& ingens
Lydia,nec populi Parthorû,aut Medus Hydaſpes,
Obſeruant.

Cicero, Octauio: M.Atuilius Auianus ab ſeſite adoleſcẽtia me obſeruauit,ſemp; q́; dilexit.

Obſes,qui traditur imperio alicuius:ea cõditione,ut ſi dator obſidis à fide recedat,recipienti ſit poteſtas in corpus & vitã eius ſæuiendi, qui datus eſt obſes. Hic qm̃ obſidionis cauſſa dari cõſueuit, inde nomẽ adſumpſit. Quàuis aliqui ex ob & fides cõpoſitû velint,per mutationẽ literæ: ꝙ ſit ob fidem datus.

Obſeſſi,ſunt qui aliquem locum egredi nõ poſſunt.

Obſidiæ,dicuntur ſicut & inſidiæ. Columel. Dum tamen anus ſedula uel puer adhibeatur cuſtos vagantium, ne obſidiis hominum inſidiatorum animalû decipiantur.

Obſidiana,gemma dicta eſt à ſimilitudine obſidiani lapidis:vel quòd ex ea fiat obſidianus lapis. In India naſcitur,& in Sannio Italiæ, & ad Oceanum in Hiſpania:maxime autem in Aethiopia. Vnde is qui primò inuenit.Obſidius vocatus eſt: à quo Obſidianus adpellatus eſt. Nigerrimi coloris eſt, & aliquando tranſlucidi. Dicitur etiam vitrum obſidianû &c. Cornucopiæ.

Obſidionalis,& Obſidionale, ab obſidio fit. Vnde corona obſidionalis,quæ ei debebatur qui obſeſſos ab hoſtibus liberaſſet. Hæc fiebat ex gramine viridi, ex eo loco decerpto in quo erant incluſi.

Obſidior,deponens,ſignificat circà inſidias facio.Colu.lib.x. Sed inter Caniculæ & Arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipiantur violentia Crabronum, qui ante aluearia plerunque obſidiantur prodeuntibus.

Obſidium,& Obſidio,& Obſeſſio , idem ſignificant, & ab obſido ſiue obſiddeo fiunt. Colu.lib.x. Atque vtiliſſimû eſt pro frequentia domicilii, duos vel tres aditus in eodem operculo diſtantes inter ſe fieri,cõtra fallaciam Lacerti:qui velut cuſtos veſtibuli prodeuntibus inhians apibus,adfert exitium : ex q́; pauentiores exeunt,quû licet uitare peſtis obſidia, per aliud uadentibus effugium. Cicero pro Rabi. Quû innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet,atq; obſidione Rempublicam liberaſſet. Sæpius tamen Obſidio ab autoribus vſurpatur.

Obſido,& Obſideo,actiua,qbus addunt Circûſido, & Circûſedeo. Idẽ enim ſignificãt, eodemq́; modo ſumũtur & cõſtruuntur. Sed differunt inter ſe, quomodo Adſido et Adſideo , de quibus ſupra dictum eſt:quòd in Obſido motus quidã eſt,vt ſit quaſi obſiſto:in Obſideo vero quies,quaſi obſto. Sallu. Præmittit illis hoĩes militares ſine tumultu,preſidiis collocatis ſicuti præceptû erat,occulte põtem obſidſit. De Obſidio. Idẽ in Iugur. Armis obſeſſus teneor. Significant Obſido,et Circûſido,quaſi obſepio et circûſepio,aut ad obſidendû ſiue circûſedendû eo, vel ad obſidendû me loco. Obſideo vero , et Circunſedeo,obſeſſum teneo. Quamquàm ſimpliciter pro circûſedeo põnatur.ut apud Curtium:Per hos pellices introducebantur alio aditu:quàm quem armati obſidebant. Et Obſidere,eſt cõtra ſedere.

Obſigno,gnas,ſigni impreſſione occludo:& ad litteras,cæteraq́; quæ ſigno quouis notantur aut imprimũtur,pertinet. Plautus in Curc. Scribit et obſignat literas. Idẽ in Amphi. Eloquere vbi nſic patera eſt? In ciſtula Amphitryonis obſignata ſigno eſt. Quandoq; ſumitur pro ſigno notariorum,ſeu ſubſcriptione eorû,aut teſtium. Cic.pro Cluen. Clinia teſtamentum faciente,quû tabulas prehendiſſet, Opimas,qui gener eius fuiſſet,digito legata deleuit. Et quam id multis locis feciſſet,poſt mortem eius, ne lituris coargui poſſet,teſtamentum in alias tabulas tranſſcriptum,ſignis adulterinis obſignauit.

Obſipo,pas,pen.prod.ſignificat obiicio.vt quum ruſtici dicunt:Obſipa pullis eſcam.

Obſiſto,contra ſiſto.

Obſitus, pen corre.inuolutus,incultus, horridus,ab agrò ſumpta metaphora. Teren.in Eunu. Video ſentum,ſqualidû,ægrum,pannis annisq́; obſitum. Obſitus etiam ab obſero dici poteſt circumſemmatus, vel circumplantatus.

Obſoleſco,leſcis,leui,letum,ex ob,id eſt cõtra,et oleſco,addita ſ, præpoſitioni quæ aduerſatur oleſco. Nã Obſoleſco,et oleſco,in ſignificatione contraria ſunt. Oleſco,creſco. Obſoleſco,deficio,reiicio,inueteraſco,deſueſco,dimitto ſignificat. Cicer. de imperio Pompeii: Obſoleuit iam iſta oratio, re multò magis quàm verbis refutata. id eſt,deſueuit , ſiue ab vſu receſſit. Itẽ pro Cælio:Charte quoq; quæ illã priſcam ſeueritatẽ obtinebant,obſoluerſit.id eſt,inuete

rauerũt, ſiue defecerunt. Et hæc præterita ab Obſoleſco, non ab obſoleo ſunt. Similiter Obſoletus, participium eſt ab obſoleſco. Cicero pro Quintio: Audacem, cupidum, perfidioſum, vulgaria & obſoleta ſunt. id eſt, inueterata. Interdum Obſoleſcere, eſt quaſi ſordeſcere, ſiue in nihilum recidere. Nam quod ueteraſcit, ſordeſcit. Hieron. Viri uox obſolentior. Interdum obſcurari. Lactan lib. de Opifi. Acies enim, id eſt, membrana illa perlucens, quã ſiccari & obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa pure niteat, obſoleſcit. id eſt, obſcurat̃, & deficit. Pro obſcuro ſeu ſordido accip. Obſoletus. Liu. li. iii. Filiã ſecũ obſoleta veſte comitantibus aliquot matronis, cum ingenti admiratione in forũ deducit. Cicero in Rul. Veſtitu obſoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior quàm antea, barbaq; maiore, vt oculis & aſpectu denunciare omnibus uim tribunitiam, minitari Reipub. videretur. Colu. lib. iii. Sapore certe nihilo differt à cicercula, colore tamen diſcernitur. Nã eſt obſoletior, & nigro colori propior.

Obſtaculum, impedimentum, ab obſto, ſtas.

Obſtetrico, cas, pen. prod. ad pariendum adiuuo, ſiue obſtetricis officium ago. Hiero. in lib. Exod. Quando obſtetricabitis Hebræas, & partus aduenerit, ſi maſculus fuerit interficite eum.

Obſtetrix, ab obſtando, vel obſiſtendo. Eſt enim illa quæ parturientium curam habet. Ambroſi. ad Iuſti. Ad parturientes ingrediebantur obſtetrices, non ad virgines: vt partus ſuſciperent, non vt pudorem examinarent. Vnde & Obſtetrices dictæ, eò quòd obſiſtant dolori, vel certe pignori, ne laxatis vteri genitalibus clauſtris, in terram defluat. Terent. in Andria. Obſtetricem acceſſo.

Obſtino, nas, penultima corre. obfirmo. Liui. lib. ii. Quoniam id certum (inquit) atq; obſtinatũ eſt, neq; ego obtundã. inde Obſtinatio, firmitas animi. Obſtinatè, firmiter. Terent. in And. Ita'ne obſtinate dat operam, ut me à Glycerio miſerum abſtrahat? Vnde etiam in bonũ accipitur illud, quod de Thebis martyribus legitur. Quum hæc & alia Maximanus audiſſet, & in fide Chriſti obſtinatos cerneret animos virorum.

Obſtipare, obiicere. Plau. ĩ Ciſtellaria. Obſtipat aqlã.

Obſtipi, pen. prod. dicuntur, quibus colla rigẽt, & in humerum capita ſunt inclinata. Perſius, Aerumnoſiq; Solones Obſtipo capite, & figentes lumine terrã. Col. li. viii. Febricitantiũ ſigna ſunt, quũ obſtipæ ſues tráſuerſa capita ferũt, & paſcua ſubitò quũ paulum procurrerint, conſiſtunt. Pli. obliquum caput dicit. Index (inquit) ſuis inualidæ, caput eſt obliquum in inceſſu. Sic hypocritæ incedunt.

Obſtitũ, ueteres modo pro violatũ, modo pro obliquum dixerunt.

Obſto, ſtas, ſtiti, obſtatum, ſignificat contra ſto. Statius li. Theb. Quæ ſic orſa prior, ſpes ne obſtatura Pelaſgis. Curtius: Obſtãt oppido gemini colles. Aliqñ Obſtare, ſignificat reſiſtere, aduerſari, ĩpedire. Terent. Quid igitur obſtat quur non vere fiant?

Obſtrigilo, gilas, penul. cor. obſto, detraho, repugno. Varro lib. iiii. de Vita paſtor. Curio quũ id feciſſet, diecbat amicis, vt illi renunciaretur ſe obſtrigilaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret conſul.

Obſtringo, is, deuincio, & obligo, quaſi circũſtringo. Cice. Plancio, Cur non ſim obſtrictus memoria beneficii ſempiterna. Plau. in Amphitryone ꝓprie, Amphitryonem collo hinc obſtricto traham. Colu. li. v. Alii viminibus obſtringunt.

Obſtrudo, dis, di, ſum, pen. prod. ex ob & trudo, interpoſita ſ, ſignificat occludo, ſeu occulto. Plau. in Cur. Obſecro parẽtes ne meos mihi ꝓhibeas. Quid? ſub gemma obſtruſos (aliàs abſtruſos) habeo tuam matrem & patrem? Inuenitur & Obtrudo, quod eſt cõtra trudo, quaſi per uim do, aut pro fortitudine pono. Idem in eodẽ, Aliquid prius obtrudamus, pernã, ſumen glandium, hæc ſunt ventri ſtabilimenta. id eſt, pro fortitudine ponamus. Terẽt. in Hecyra, Nunquã auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater. id eſt, vi dedit.

Obſtruo, occludo. Hiero. in lib Regũ, Qui ſi etiam in terram ſe obſtruxerit, perſcrutabor eum.

Obſtupefacio, ſignificat animo conſterno. Terent. in Phormi. Poſtquàm ad iudices ventum eſt, non potuit cogitata loqui, ita eum tum timidum obſtupefecit pauor.

Obſtupeſco ſignificat ſtupore percutior. Auguſt. Reſurrexit vnus mortuus, obſtupuere omnes. Aliquando inſenſibilis fio Hierony. in Gene. Tetigit neruũ femoris, & obſtupuit. Et illud Propheticum, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt.

Obſum, obes, obfui. mutatur enim b, in f, ſignificat noceo, quaſi contra te ſum. Cuius cõtrariũ eſt Proſum, quod eſt iuuo: quaſi pro te ſum.

Obſurdeſco, totus ſurdus fio. Lactan. lib. vii. Non eſt animæ vitium, ſi viſus euanuit, ſi lingua torpuit, ſi auditus obſurduit. id eſt ſurdus factus eſt.

Obtempero, ras, morem gero. Cice. Sic mihi ſemper obtemperauit, tanquàm filius patri. Item ſignificat cõſulo, prouideo. Teren. Ex qua re minus aut famæ foret aut rei obtemperans.

Obtendo, contra tendo, ſiue pro excuſatione adlego. Hierony. ad Damaſum: Nec poſſum obtendere paupertatem, quum audiam in Euangel. quòd anum uiduam, duo (quæ ſola ſibi ſupererant) æra mittentem laudauerit dominus. Hinc Obtendiculum, quo aliquid tegitur.

Obtero, ris, pen. cor. contero, ſuffoco. Liuius, Ab elephantis obtriti ſunt. Aliquando ſignificat circũ ſeu ab omni parte tero, tundo. Colu. li. vii. Nonnulli pellem ſerpentis obtritam cum uino miſcent.

Obteſtor, precor. Hoc verbo vtimur in maximis angoribus, fermè ſemper cum adiuratione. Terent. in Andria, Per hanc dextrã oro & ingenium tuum, per tuã fidem, perq; eius ſolitudinem te obteſtor. Aliquando etiam ſine adiuratione. Salluſtius, Te atq; ſenatũ obteſtamur, vt miſeris ciuibus legis præſidiũ, quod iniquitas prætoris eripuit, reſtituatis. Cicero pro

Placco, Quum ego te Flacce, cœlum noctemq́ conteſtans, flens flentem obteſtabar, tum tuæ fidei optimæ & ſpectatiſſimæ, ſalutem urbis & ciuium commendabam. Cæſar libro. vii. Commentar. Matresfamiliæ paſſis manibus obteſtabantur Romanos, vt ſibi parcerent.

Obtexo, xis, circuntexo. Plini. lib xi. Filis etiam araneus quacunque inceſſerit, alarum maxime lanugines obtexit.

Obthuro, ras, penulti. produ. & th aſpirato ſignificat occludo. Horatius,

Obthurem patulas impune legentibus aures.

Obtineo, tines, pen. cor. ſignificat vinco, quaſi contra teneo. Pli. Obtinui quidem quod poſtulabā. Et obtinere, eſt fortiter tenere. Plaut. in Aſina. Si iſtam fortitudinem animi obtines ſalui ſumus. Interdum ſignificat ſimpliciter tenere. Colu. lib. ii. Tertium locum obtinet pecudum ſtercus.

Obtingit, obuenit. Terent. in And. Neſcis quid mihi obtigerit.

Obtorpeſco, ab obtorpeo. valde torpidus fio. Liuius, Quis crederet ſæuam paulò antè concionem obtorpuiſſe ſubito metu?

Obtrecto, ctas, ex ob & tracto. a, in e, mutata. Tracto vero, frequentatiuum eſt verbi traho. Eſt autem Obtrectare, contra alienam ſententiam tractare, ſeu maledicere, & ob id obſiſtere, & (ut ueteres dixerunt) obſtrigilare, ſicut eſt quum alicuius dicta aut facta deprauantur Cicero Dolabellæ, Nō tam id laboro, vt ſi qui mihi obtrectent à te refutentur, quàm intelligi cupio me à te amari. Obtrectatio definitur à Cic lib. iiii. Tuſculanarum, quòd ſit ea quá intelligi zelotypiam volo ægritudo, ex eo quòd alter quoq́ potiatur eo quod ipſe concupierit.

Obtrigo, gas, pe. prod. ex ob & trigo. ſignificat iureiurando adſtringo. Trigare enim ſtringere eſt.

Obtrudo, dis, ſi, ſum, vide in dictione Obſtrudo.

Obtrunco, cas, capite cædo & occido, quomodocūq́ id fiat. Liuius lib. j. Ita regem obtruncant.

Obtundo, dis, di, tuſum, ſine n, ſicut fit in aliis à tundo cōpoſitis. quãuis tundo tonſum n, retineat. Eſt autē proprie Obtundere, totū ſeu circum percutere, rumpere, & groſſum hebetē q́ facere. Plau. in Amph. Nā ſum obtuſus pugnis peſſime id eſt, percuſſus vel pſractus. Col. li. v. Obtuſa, hebes q́ & mollis falx, putatorē moratˋ, eo q́ minus operis efficit, & plus laboris adfert vinitori. Transfertur quo q́ ad ingeniū, & ad oculos, & dicimus, Obtuſum ingenium, & Obtuſa acies. id eſt, hebes, & ſine acumine, Lactan. lib. iii. Si ergo philoſophia vitæ magiſtra eſt, quur tibi ipſe cæcus, hebes, & obtuſus videbaris? Cic. lib. i. Tuſculan. Multa enim è corpore exiſtūt quæ acuunt mētem, multa quæ obtundant. Aliquando ſignificat ſæpius repetendo eadem dicere, vel uerbis aliquem ledere, & quodammodo ferire. Tractum à fabris, qui repetunt tundendo aliquid malleo. Terent. in And. Obtundis, tametſi intelligo. Et illud, Ne me de hac re obtundas. Cicero, Quid nunc ego de propriis meis meritis prædicem? Si meminiſtis obtundā. id eſt, faſtidio uos adficiam.

Obtutus, penultima producta, quaſi obtuitus. id eſt, aſpectus. ab obtueor. Vergilius,

Obtutu q́ hæret defixus in uno.

Obuagio, uagis, pen. produ. contrà ſeu circum vagio. Plau. in Pœnulo, Nutrices pueros infantes, anniculos, domi ut procurent, ne q́ ſpectatum adferant, ne & ipſæ ſitiant, & pueri pereant fame, ne ue eſurientes hic quaſi hœdi obuagiant.

Obuallo, circumuallo. Cicero pro lege Agraria, Me longo interuallo, propè memoriæ temporum q́ noſtrorum primum nouū hominem conſulem feciſtis & eum locum quem nobilitas præſidiis firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce reſcidiſtis.

Obuaricatores, dicebantur illi qui cuipiam occurrebant, quò minus is rectum iter conficeret.

Obuaro, ras pen. produ. deprauo, peruerto. Tractū à varis, qui introrſum pedes intortos habent.

Obuenio, obuiam, vel contra, ſiue coràm uenio. Plau. in Aſin. Sed ſi occaſionem opprimere hanc quæ obuenit ſtudes. Et Obuenire, eſt cōtingere. Ambroſius lib. i. Officiorum, Vt poetarum loquuntur fabulæ, q mundum ferunt in partes in tres eſſe diuiſum, ut alii cœlum, alii mare, alii inferna cohereēdi imperio ſorte obuenerint.

Obuerſo, ſas, frequentatiuū eſt ab obuerto. Et Obuerſor, aris, deponēs. ſignificat circumuerſo. Cicero pro Sext. Sed mihi ante oculos òbuerſatur reipublicæ dignitas, quæ me ad ſe rapit.

Obuerto, contra uerto. Colum. lib. viii. Plurimū refert ut paſcentium capita ſint obuerſa Soli, qui plerun q́ nocet animalibus. Liuius, Tū totam aciem in Samnites obuertit.

Obuiam aduerbiū loci, quaſi ad uiā. Terent. in Phor.

At ego obuiam conabor tibi Daue.

Obuio, uias, ex ob & uio, quaſi ad uiam eo. Vnde & Deuio, quaſi contra uio. Salluſt. in Iug. Tum primū ſuperbiæ nobilitatis obuiatum.

Obuius, a, um, quod alicui occurrit. Sall. in Iug. Déinde omnes puberes Numidas atq́ negociatores promiſcue, uti quiſq́ armatus fuerat, obuius interfecit. Dicimus autē, Obuius tibi fio, Obuius ſum tibi, Obuium me tibi fero, & Obuio tibi.

Obumbro, umbris undiq́ obſcuro. Vergilius,

Obumbrant æthera telis Per tranſlationem ponit Obumbrare, pro tueri. Idem lib. xi. Et magnum tegitæ nomen obumbrat.

O ANTE C

OCca, inſtrumentum, quo tracto reptante q́ ſuper terram ferreis dentibus, quibus inſtructū eſt, glebæ conteruntur, & agri ſuperficies coæquatur, & ſemina cooperiuntur. Quamuis & cratibus in ſæpe fiat. Ab occido, ſeu occæco. Vergilius libro primo Georgico.

Multum adeo raſtris glebas qui frangit inertes,
Vimineas q́ trahit crates. Col. li. ii. Déinde uiciam permixtam ſeminibus fœnī ſeremus, tum glebas ſarculis reſoluemus, & inducta occa coæquabimus.

Occalleo, totus calloſus ſum, A quo Occalleſco, quod eſt callū obduco. Plautus, Coſtæ occalluere plagis. Hieron. ad Marcel. Durities de genibus camelorū in illo ſancto corpuſculo, per orandi frequentiam occalluiſſe reſpecta eſt. Fauces gulonum, à Seneca dicuntur occalloſæ, tanquàm callum obduxerint ex cibis ardentibus, aduerſus ſenſum feruoris cibalis, qui vix ſuffrænat gulam heluonum, magis ardenté quã ardeat feruens obſonium.

Occano, & Occino, penultima correp. occinui, & occini, & occanui, ſecundum Probum, quum Cano cecini faciat. Et ſignificat conuitium facio, & quaſi contrà cano. Sall. li. i. Hiſtor. Iuſſu Metelli cerui ces occanuerunt. Supinum occentum. Valer. Maxim. li. i. Occentusq́ ſoricis auditus, Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſſam præbuit.

Occare, eſt operire. Palladius, Arbores quæ ablaqueatæ fuerant occare, hoc eſt, operire iam conuenit.

Occaſio, (inquit Feſtus) eſt opportunitas tẽporis caſu proueniens. Cic. li. Rhet. Occaſio, eſt pars tẽporis, habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Hæc naſcitur per actus humanos non impedienies. Puer dormiens facit furãtibus occaſionẽ. Cauſſa uero eſt, ex qua aliquid fit. ut ex pluuiis fiunt cœnoſæ uiæ.

Occaſus, us, modo interitus dicitur, & de homine & de rebus maioribus dici ſolet. Cic. lib. Acad. Ac poſt Lelii noſtri occaſum. Vergilius,

Teſtor in occaſu Troiæ nec tela, nec ullas.
Vitauiſſe vices Danaum.

Modò dicitur Solis merſio in Oceanum: quo (ut Strabo inquit) Europa & Aphrica terminatur. Apud Ennium tamen Occaſus pro occaſione ponitur.

Occatorius, a, um, quod ad occationem pertinet. Colum. lib. ii. Bubulcorum operas tres exigunt, occatoriam unam.

Occedo, dis, ceſſi, ceſſum, ex ob & cedo: ſicut accedo, et recedo, & huiuſmodi. Plaut. in Aſin. Næ tu hercle cũ magno malo mihi obuiam occeſſiſti.

Occento, tas, frequentatiuum ab occino. Feſtus: Occentare, conuicium facere. vt apud antiquos, quũ id clare & quum quodam canore fieret, ut procul exaudiri poſſet: quod turpe habetur, quia nõ ſine cauſſa fieri putatur. Plautus in Perſa: Hac enim illi noctu occẽtabunt oſtium, exurent foses.

Occepſo, veteres pro inccepero poſuerunt. Plaut. in Amphit. Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnẽ intertraxero.

Occidens, ſubſtantiuum. pen. cor. dicitur plaga in qua Sol occidit: vnde & Occidentalis plaga vocatur.

Occidio, onis, idem quod occiſio. Colu. Sola ea fomẽta nõ aſpernatur lactis caprini: quod infuſum tantũ valet, vt & blandiatur, igneam ſæuitiam differens magnamq́ occidionem gregis prohibens.

Occido, cidis, pe. pro. ex ob & cædo, qđ ferio ſiue percutio, interficio, & ad exitum laboro ſignificat. Vñ Occiſus, quaſi interfectus, quaſi cæſus dicit. Nã apud Terentiũ occiſus Syrus in Adelphis loquitur. Donatus: Occidit, vehemẽter cæcidit. Nã occidere, & Præoccidere, ad cædẽ referebãtur. Sed Occiſum, hoc eſt, interemptũ (vt Vlpia. inquit) accipere debemus ſiue gladio, ſiue fuſte, vel alio telo, vel manibus ſi fortè ſtrãgulauit eũ, vel calce petiit, vel capite, vel qualitercũq. Secundũ eſt, quòd Occido, pro interficio, nõ ſolũ de homine & cæteris animalibus dicit, ſed etiam de plantis & herbis: quæ licet non ſentiant, tamen viuere dicuntur. Vnde Apoſt. quòd ſeminas nõ viuificatur, niſi prius moriatur. Hier. in Pſal. Occidit vites eorũ in grandine. Differuntq́ inter ſe Occiſus & necatus: quòd occiſus vulnere, necatus etiam ſine ictu dicatur. Vnde veneno necatos, non occiſos dicimus. Occiſa etiã res dicit, deſperata & perdita. Plau. Occiſa iam eſt hæc res. hæret hoc negociũ. Vnde & Occiſiorem, & Occiſiſſimũ veteres dixere. Idem: Occiſiſſimus omnium qui viuunt. Hinc Occiſito, tas, frequenta. ab occido.

Occido, dis, pen. corr. occidi. occaſum. ex ob & cado. Lactant. lib. v. Euanituras breui religiones falſas, & occaſuram omnem philoſophiã, nemo dubitauerit. Significat obuenio. Vnde Occaſio. Aliquando intérimo. à quo Occaſus, pro interitu. Vnde & de herbis, & de arboribus quoq́ dicitur. Vergilius,

Et fallax herba veneni Occidit.

Aliquando cado, ſiue deſcendo. Vnde per metaphoram Occidere Sol, id eſt, mori dicitur, quia cadere videt dum mergitur, quemadmodum ecõtrario oriri, dum videtur ſurgere. Lactantius lib. iii. Videbant ſiderum curſus in occaſum meantium, Solem atq́ Lunam in eandẽ partem ſemper occidere. Hic pro deſcendere ſumit. Vnde & Præoccido, antè occido. Plini. libr. xviii. In quarto calend. Maii Canis occidit ſidus, & per ſe vehemens, & cui præ occidere caniculum neceſſe ſit. Cice. lib. i. Tuſc. Occidere, pro mori ſumpſit. Sunt enim quidam qui diſceſſum animæ à corpose putant eſſe mortem. Sunt qui nullum cenſent fieri diſceſſum: ſed vnà animum & corpus occidere.

Occiduũ, qđ occidit: vel vbi fit Solis vel alterius rei occaſus. Claudianus,

Solus Amozonio cinctus Stymphalides arcu
Adpetis, occiduo ducis ab orbe greges.

Occilare, contundere. Plautus in Amphitryone: Qui mihi aduenienti occilet os. Quidam tamen legunt oſcillare, pro inclinare.

Occipio, cipis, pen. cor. ex ob & capio, ſignificat incipio. Liuius lib. i. Agere porrò occepit.

Occiput, ex ob & caput. ſignificat poſteriorẽ capitis partẽ, quæ fronti opponitur. Dicitur & Occipitium. Hierony. Comæ in occipitium frontemq́ tornãtur.

Occludo, claudo. Plautus, Occludit oſtiũ ancillæ. Cc.

Occo, cas, glebã occido et cõminuo, & ſupra ſemẽ terram apto. Cic. in Cato. Quanquàm me quidem non fructus modo, ſed etiã ipſius terræ uis & natura delectat, quæ quum gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excepit, primũ id occæcatũ cohibet: ex quo Occæcatio, quæ hoc efficit. cognominata eſt. Colu. lib. ii. Proſcindemus terram, proſciſſamq́ in liram reuocabimus, occabimus quò altius longiore humo

cōtegatur. Cornutus: Occare, eſt quſi ruſtici ſatione facta, bobus dimiſſis, grandes glebas occidunt, ac ligonibus frangſit. Dicta Occatio, quòd quaſi cooperiat ſemina. Hæc etiam Occæcatio dicitur, quoniam ſemen ſparſum operit terra. Huius cōpoſita ſunt Inoco & Deocco, prò bene occo. Col. li. ii. Semen quod ſicco ſolo ingeſtum & inoccatū eſt, périnde ac ſi repoſitum in horreo, nō corrumpitur. Pli. li. xviii. Nec ipſa agricolis operoſa uno ſulco ſata, nō ſeritur, non ſtercoratur, nec aliud quàm deoccatur.

Occulo, lis, pen. cor. cului, cultum. ex ob & colo: o, in u, mutata. Licet quidam à cœlo compoſitum velint. Et ſignificat abſcondo, ſiue ſub terra conſtituo. Nam ſenſus in id concordat, & declinatio. Qui enim circum vel contra colit, occulit. Lactantius lib. de Ira: Plurimi ſunt quorum peccata occuluntur. Verg. lib. ii. Georg. Et multa memor occule terra.

Occulto, tas, frequētatiuum eſt ab occulo, lis. Verg. Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

Occultum, ſic differt à cælato: q Occultum ſit, quod per ſe occultum eſt. Celatum, dicitur de re quæ abſcōditur ne videatur.

Occumbo, bis, ex ob & cubo, bas. & ſignificat morior, ſeu necor. Hieronym. ad Euſtochium: Hæc ſola digna retributio, quum ſanguis ſanguine compēſatur, & redēpti cruore Chriſti libenter occumbimus. Refertur etiam ad Solem quum occidit. vt eſt in Deuteronomio: Poſt uiam quæ vergit ad occubitū Solis. Interdum ponitur pro ferior, ſeu adficior, eò quòd additur morte. Cic. lib. i. Tuſculan. Vt eſſet qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. Liuius li. i. Quem quum vadentem ad ſpeluncam Cacus ui prohibere conatus eſſet, ictus claua fidem paſtorum nequicquàm inuocans, morte occubuit.

Occupatus ager, dicit, qui deſertus à cultoribus propriis, ab aliis occupatur.

Occupo, pas, pen. cor. ex ob & capio. ſignificat quod in commune ſiue in medium poſitum erat, ante alios capio. Cic. lib. i. Officiorum: Sunt autem nulla priuata natura: ſed aut veteri occupatiōe, ut ii, qui quōdam in uacua venerunt. Quintilianus: Multa quæ nihilominus libera fuerunt, tranſeunt in ius occupantis, ſicut venatio, & aucupatio. Hinc Occupatus homo dicitur, qui antè negocio aliquo detentus, non poteſt alteri operam dare. Cicero: Nemo me conuenire uoluit cui eſſem occupatus. hoc eſt, cui excuſarē me, quòd quibuſdam aliis negociis eſſem præuētus. Interdum Occupare, eſt locum tenere, ſeu vi capere. Liuius lib. xxxiii. Nam & ipſis vocātibus urbē hāc accepi, non occupaui. id eſt, non vi cæpi. Ab Occupo fit Præoccupo. quod eſt, antè capio, vel antè poſſideo. Lactantius lib. v. Præoccupabit enim aduerſarius non reſiſtentem. Hinc Præoccupatio, vel Occupatio, apud Rhetores ſchema quoddam, quum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. quod fit, vel quum rem notam eſſe putamus auditoribus: vel quum ſuſpicionem excitare maiorē reticendo volumus. A' Græcis Apoſiopeſis uocat. Quale eſt illud. Cogis me iniuriæ tuæ cauſſam proferre. Nihil agis, non dicam: ſed ipſum tempus eam patefaciet.

Occurro, ris, ſi, ſum, obuius fio: vnde Occurſus, obuiatio. Iuue. Occurrit matrona potēs, q̄ molle calœnū. Cicero pro Cluentio per trāſlationem: Sed ego occurram expectationi veſtræ iudices. Quandoq. Occurrere, eſt in mentem venire. Idem Sed mihi, quū de ſenectute aliquid vellē ſcribere tu occurrebas. Quādoq. offerri: ut apud eundem. Occurrebat tibi oratio. id eſt, offerebat ſe. Quandoq. obſtare. Perſius, Venienti occurrite morbo. Huius frequentatiuum eſt Occurſo, ſas. Vergilius.

Et inter agendum Occurſare capro, cornu ferit ille caueto.

Oceanus, pen. cor. & per ſimplex c, proprium fuit uiri, Thetios coniugis. Item eius de quo Martialis:

Et quæreris ſi te ſuſcitat Oceanus. Et Oceanus, mare dicitur, quod uniuerſam circuit terram Auguſtinus, Mari magno cingit terra, qui uocat Oceanus: de quo influit quoddā exiguum in medio terrarum, & facit iſta maria nota nobis, quæ nauigiis frequentātur. Dictus Oceanus ab ὠκύς, quod eſt velox, teſtibus Solino & Seruio. Quod & neutro genere Oceanum dicitur, præſertim ſi mare ſequitur: vt Caper & Probus teſtantur, Vndarum vero illarum illa proruptio interfluentis Oceani, leua Europam facit, Lybiam dextra: et montibus vtrinque concluditur. Nam Europa Calpo, Aphrica Abyla monte deſpicitur: qui vtrique quòd eminentes eſſent, dici columnæ Herculis meruerunt: quòd (teſtimonio vetuſtatis) laboris Herculei limes in illis ſit conſecratus. Falſam tamen hanc opinionem Luſitani, id eſt, Portugaleſii hac noſtra ætate deprehenderunt. Nam Columbus Nauarchus, vltra Gades Oceanum ingreſſus, vltra torridam zonam penetrauit per Oceanum ad Indos, vſq; ad beatorum inſulas. Non tamen iſtā velocitatem deprehendit, et ideo videre propriis oculis credo ſit octaua ſcientia. Suidas ergo noſter multò melius ſcribit his verbis. Ὠκεανὸς ὁ κύκλῳ τῆς γῆς πᾶσα θάλασσα, παρὰ τὸ κέω, τὸ σχίζω. Ὠκεανὸς δὲ μετὰ τοῦ στερητικοῦ ω, καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς ω. Ὠκεανὸς ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πηγαί. id eſt Oceanus mare in circulo vniuerſæ terræ. à uerbo κέω, quod eſt Diuido. Oceanus à priuatiua particula ω. et mutatione τοῦ α, in ω. Oceanus, ex quo omnes fluuii, et vniuerſum mare, et fontes. Et quamuis ſit proprium Oceanus, aliquando tamen pro adpellatiuo ponitur, quando partes eius ſignificat. Quo modo mare, quum totum ſignificat, proprium eſt: quum partem, adpellatiuum. Nam à littoribus plerumq; accipit nomen. Ad dextram ſiquidem, ubi primum terram intrat, Atlanticus dicit, Ad ſiniſtram Gaditanus. Illinc Arabicus, Perſicus Indicus: hinc Britānicus. Germanicus, Scythicus Poſtquàm uero terras intrauit, primò ab Iberia, hoc eſt, Hiſpania, dicitur Ibericum mare. Tum à Balearibus Inſulis Balearicū. Poſthac Narbonenſiū prouinciā contingens. Gallicum. Déinde à Liguria, Liguſticum. Mox vſq; in Siciliam à Thuſcis Thuſcum, ſiue

Tyrrhenum à Tyrrhenis: ſiue à differentia ſuperi, Inferum. Superũ enim Hadriaticũ vocamus: quòd ad id, ab vrbe veniẽtes, Apẽninũ conſcẽdamus. Inde ab Ionibus Ionium: à Sicilia Siculũ: à Creta Creticum: ab Aſia Aſiaticum: à Pamphilia Pamphiliciũ. & multa alia noĩa, quæ enumerare longũ eſſet. Poetæ tũ Oceanũ pro quocũq; mari vſurpant. Vergilius, Et ruit Oceano nox. Eſt & Oceanus ſolium vaſtũ in balneis, & omnino lacus alueusq; maior: vel ab eo nomine, vel ab amplitudine vocatus, & à lauantiũ quoq; ſtrepitu, & marino quaſi æſtu. Lãpridius: Oceani (inquit) ſolium primus inter principes Alexander adpellauit: quum Traianus id non feciſſet, ſed diebus ſolia deputaſſet. Nam thermarũ magnitudo Romæ quanta fuerit, Amianus docet libro. xvi. quum inquit: Lauacra in vrbe in modum prouinciarũ extructa. Ab Oceanus fit Oceanitis, oceanitidis, pro filia Oceani. Vergilius lib. iiii. Georgico. Oceanitides ambæ. Oceanus, a, um. Oceanides, patronymicum fœmininum Oceanis.

Ocellatus, a, um, quod ocellos habet: ab ocello diminutiuo. Vnde Suetonius in Auguſt. ocellatas nuces dixit, pro multis foraminibus diſtinctas.

Ocha, cum h, anſer. Compoſita dictio ex Græcorum maſculino articulo qui eſt ὁ, & χὴν, anſer. Sic enim noſtri componentes ὁ cum χὴν, & in recto ν, abiicientes, Ocha dixerunt. Quidam o, in au, uertentes, dicunt Aucha pro Ocha. Eſt & Ocha mons in inſula Eubœa, à quo inſula quoque ipſa quandoq; dicta eſt Oche.

Ochra, cretæ ſiue lapidis ſpecies, que fit exuſta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Cc.

Ochus, fluuius, qui in Indiæ mõtibus ortus, per Acarnaniam fluit.

Ocior, aris, in ocio & quiete ſum. Cuius contrarium eſt Negocior. Cicero libro tertio Officiorum: Cæſius Canius eques Romanus neque infacetus & ſatis literatus, quum ſe Syracuſas ociandi cauſſa, non negociandi contuliſſet, dictitabat ſe hortulos aliquos emere velle.

Ocioſum uerbũ, dicitur quod ſine utilitate & loquentis & audientis dicitur, quaſi ſuperfluum. Si omiſſis ſeriis (inquit Hieronymus) de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterũ qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid profert turpitudinis: hic non ocioſi uerbi, ſed criminoſi tenebitur reus.

Ocioſus uacuus, tranquillus, ſecurus Auguſt. lib. viii. Confeſ. Mecum erat Alipius ocioſus ab opere iuriſperitorum. Teren. in And. Ocioſo iam nunc eſſe impero. id eſt, ſecuro. Nam niſi qui ſecurus eſt, non eſt ocioſus (ut inquit Dona.) Hinc Ocioſe aduerbium, quod eſt cũ ocio. Terent. in Adel. Ocioſe nunc iam ilico hic cõſiſto. Aliquando ocioſus dr ſine cauſſa, ſine fructu, ſiue ſuperfluus. Ambroſius, Non ocioſa huius paralytici nec anguſta medicina eſt.

Ocium, proprie uacatio à labore: cuius cõtrarium eſt Negocium. Colu libr. ii. Sed quum tam ocii quàm negotii rationẽ reddere maiores noſtri cẽſuerint, nos quoq; monẽdos eſſe agricolas æſtimamus, quæ feriis facere, quæ nõ facere debeant. Cicero, Et id ipſum qđ datur ocii, id eſt, temporis in quo poſſimus aliquid operari. Sed quia hi qui ſtudiis literarum operã dãt, neceſſe eſt, ut cæteris negociis uacui ſint: factum eſt, ut ocium pro literario ſtudio accipiatur. Quintilianus, In quærendo, ſcribendo talia, ſolemus ocium noſtrum. Cicero, Quid dulcius eſt ocio literario. id eſt, ſtudio, et (ut ita dicam) negocioſo ocio? Eſt ergo duplex ocium, aliud philoſophicum, aliud uulgare. Philoſophicum bonum & honeſtum. Vulgare ſeruile, quum deſidia & inertia ab honeſta exercitatione deſiſtimus.

Ocnus, Mantus filius, qui Mantuam urbem cõdidit. Quo nomine non tam ſignificatur ignauus, quàm laborioſus & induſtrius, ſed cuius vxor ſit pdiga. Sed de Ocno iſto alii uiderint, dicere nolo. bonum enim eſt quãdoq; declinare ab omnium odio.

Ocrea, dicta eſt quæ crus tuetur, quòd (Cicerone autore) opponatur cruri, uel quòd ſit inæqualiter tuberata, ut inquit Feſtus. Apul. Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Hinc

Ocreatus, qui ocreis calciatus incedit. Plin. lib. xviii. Ad reliquos uſus laborioſe euellitur ocreatis cruribus manibusq; tectis manicis, conuolutum oſſeis, ligneis'ue conamentis.

Octangulus, res, vel figura dicitur octo angulos habens Cornucopiæ.

Octingeni, pro octingenti, per ſyncopen. Cc.

October, menſis dictus eſt, quòd octauum locum teneat. Cornucopiæ.

Octonus, a, um, ab octo numero. Varro, Nutricare octonos porcos paruulos primò poſſunt, incremẽto facto à peritis dimidia pars remoueri ſolet.

Octopes piſcis polypus, à numero pedum.

Octophorum, penul. corr. e. uehiculũ octo rotas hñs. Suetonius de Cali. Interdum ideo ſegniter & delicate inceſſit, ut octophoro ueheretur. Martial. Octophoro ſanus portatur amice Philippus. Id eſt, octo ſeruis in lectica.

Oculatus, modò dicitur qui per totũ corpus oculos habet. Hierony. ad Paulinum, Per totum corpus oculati ſunt. Modò dicitur qui oculos habet uigilãtes, & qui cuncta perſpiciat, & callidus ſiue præſens eſt. Plautus in Tru. Ipſe pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem. id eſt, qui præſens fuerit, uideritq;. Plinius locum oculatiſſimum adpellat occultiſſimum, ſecretiſſimumq;: quamuis per contrarium Oculatiſſimus dici poſſit manifeſtiſſimus. Et tũc ab Oculato uocabulo, non ab occulo uerbo deriuatur: ſicut & Oculiſſimus pro clariſſimo. Plautus, Oculiſſimum oſtium amicæ.

Oculeus, plenus oculis Plautus in Aulu. Quos ſi Argus ſeruet, qui totus oculeus fuit, quem quondam Ioui Iuno cuſtodem addidit, is nunquàm ſeruet. Per trãſlationẽ ponitur pro perſpicaci, quaſi qui ex oculis conſtet. Apule. Perſpicaciorem ipſo Lynceo uel Argo, & oculeum totum.

Oculus captus, cæcus dicitur. Cc.

Oculitus,

Oculitus, penultima correpta, aduerbium. ſicut medullitus, animitus fingitur: quo ſignificat tam charum eſſe quàm oculum. Plautus, Qui amant ancillam meam oculitus.

Oculo, as, ab oculis fieri puto. Tertullianus in Apologe. Sed quia iam expolitos & ipſa vrbanitate deceptos in agnitionē veritatis oculare. Hinc Inoculo, & Exoculo, à quo Exoculaſſo, ſſis, quod eſt oculum eruo. Plaut. in Ru. Si hercle illic illas hodie digito tetigerit, inuitas niſi tūc illū exoculaſſitis uſq; adeo donec quā domum abeat neſciat, Periſtis ambo. Et hæc oīa ab oculis deducuntur, quāuis per duplex cc, ſcribitur. Lact. li. de Opifi. Vt igitur oculi munitiores eſſent ab iniuria, ciliorū tegminibus occuluit. Vnde Oculos dictos Varro placet.

Oculus, dictus eſt ab occulēdo, q̧ ciliorū tegminibus occuletur. Latent enim oculi ſub ciliis & genis. Sunt aūt Oculi pars corporis precioſiſſima, in quibus (vt Albertus Magnus inquit) maxima indicia amoris & odii exiſtūt. Sunt enim ueri cordis nūcii, in quibus animus inhabitat. Plautus in Milit. Nam ego quidē meos oculos habeo, nec rogo vtēdos foris. Per trāſlationē ponit pro indicio. Cice. in Læli. Nec vero ille in luce modò atq; ī oculis magnus, ſed intus domiq; præſtātior. Dicitur etiā Oculi in arborum ſurculis vnde germināt. Ab Oculus fiunt Monoculus. Vnoculus, Lanoculus. Et diminutiuum Ocellus. Perſius: Patranti fractus ocello.

Rufus autem domeſticus in Epigrammatis:

Πάντα σε τὸν φιλέω, μοῦνον δὲ σὸν ἄκριτον ὄμμα

Ἐχθαίρω στυγεροῖς ἀνδράσι τερπόμενον. id eſt, Omnino te amo ſolum, uerum tuum ſine diſcrimine oculum odi. odioſis viris oblectatum.

Ocymum, penultima correpta, herba ad boum pabulum ſata, qua ciebant aluum bobus. id erat huiuſmodi. Fabæ modios decem, viciæ duos tantūdem & eruiliæ in iugero autumno miſcebant ac ſerebāt, admixta etiam auena Græca, cui non cadit ſemen. Deductum nomen à celeritate naſcendi. hoc eſt, ab ocys, quod ualet cito: ut inquit Varro libro primo de Re ruſtica. Et ideo his datur ut purgentur. id eſt, pabuli ſegetes virides ſectæ antequàm ſiliquas gererent: bobusq; datur ut citam aluum faciat, unde nomen accipit.

Ocyor, & Ocyſſimus, Latina nomina, pro celerior, celerrimus: fiunt à poſitiuo Græco ὠκύς, quo Latini carent. Plin libro. ii. Mercurii ſidus inferiori circulo fertur nouem diebus ocyore ambitu, modò ante Solis exortum, modò poſt Occaſum ſplendens. Idē lib. xvi. Quidā breuitate radicū ſeneſcere celerius arbores putant quod coarguunt fici, quarū radices lōgiſſimæ & ſenectus ocyſſima eſt. Hinc fiunt aduerbia Ocyus, & Ocyſſime: quāquàm & Ocyter dicatur pro cito & perquàm prompte.

Ocypete, vna ex harpyiis: ſic dicta quòd alarum velocitate polleat. ὠκὺς enim celer & citus dicitur. & πέτομαι, uolo. Cc.

Ocyrhoe, Nympha dicitur à celeriter fluendo. ὠκὺς, celer, & ῥέω, fluo. Cc.

O ANTE D.

Odea, loca ſunt in domo vbi cātilenæ ſolēt exerceri. ἀπὸ τῆς ᾠδῆς.

Ode, Græce, cantus Latinè dicitur. Hodos vero via.

Odfacio, veteres pro olfacio dixerunt. Cc.

Odi, verbum defectiuum (vt Priſcia. inquit) neq; præſens neq; futurū neq; participiū habet: ſed tam præſentis quàm præteriti temporis ſignificationem tenet. Inuenitur tū Odio, dis, odioſum. futur o odiam & odibo. Hiero. in lib. Prouerbiorum, Et imprudentes odibunt ſcientiam. Significat autem Odi, odio habeo. à quo Oſus. Vū Exoſus, & Peroſus, & Oſor. De quibus alibi.

Odinolyontes, à nōnullis Græcorum dicitur remora piſcis: ſic appellatus ἀπὸ τοῦ λύειν τὰς ὠδῖνας id eſt, à ſoluendo dolores partus. Quippe ſale aſſeruatum & alligatum grauidis partum ſoluere prodiderunt. Cornucopiæ.

Odioſus, qui odio habetur. Cicer. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrātium. Aliqū capitur pro moleſto. Teren. in Phormi. Si porrò eſſe odioſi pergitis. Odioſe, aduerbium, cum odio.

Odites, vnus ex Cētauris Ixionis & nubis filius. Cc.

Odiū, ira inueterata (vt inquit Cic. lib. iiii. Tuſcu.) Interdū capitur pro inſtātia, aſſiduitate, moleſtia, faſtidio. Plau. i Aſi. Iam hic me abegerit ſuo odio. id eſt, faſtidio. Teren. in Eunu. Neq; agri neq; urbis odiū vnquàm me percipit. id eſt, moleſtia, faſtidiū uel ſatietas præoccupat. Odium etiam ſiue quod idē eſt, Odion, nomen loci à cantu nomen hūs. In eo enim muſica certamina ſpectabanſ. Græcè ᾠδεῖον, Victr. Sic Pericles Athenienſis inter cætera opera q̄ Athenis extruxit, fecit & Odion, in quo certamina muſica ſpectabantur: quod multis ſedibus & columnis exornatum fuiſſe hiſtorici ſcripſerunt.

Odœporicon, ὁδοιπορικόν, vulgò dicitur itinerariū. Hierony. ad Paulam: Neq; enim odœporicon eius diſpoſui ſcribere. Eſt enim liber in quo annotantur profectiones, fluuii, vrbes, loca, nationes.

Odontotrimma, à Græcis dicitur dentifricium: medicamentū quo dentes fricantur vt albeſcant, ἀπὸ τοῦ ὀδόντος. id eſt, dentis, & τρίβειν. Cc.

Odor, literæ cōmutatione, dicitur pro olor. hinc notum eſt quid ſignificet oleo. Dicitur & Odos pro odor: ſiue honos, lepos.

Odoramentum, odoratio ipſa, ſiue quod odoris gratia tenemus. Plinius, Omnium odoramentum atque adeò herbarum differentia eſt in colore, & odore, & ſucco.

Odorarius, qui odores conficit, vēditq;: à Græcis aromatopola dicitur.

Odorator, qui odorem ſequitur. vt canis: qui & Odoriſequus dicitur.

Odoratus. a. um, quod aliunde accepit odorem, vt tēplum odoratum. Interdum ſumitur pro odorifero. id eſt, quod ex ſe odorem habet. Plini. lib. xxi. Quibuſdam annis minus odorata prouenit. ſcilicet roſa. cæteræ magis omnibus locis ſiccis quàm humidis odoratior. Vergil. lib. iii. Georgico.

Dilce & odoratam ſtabulis accendere cedrum.
Seruius, Odoratam pro odoriferam.

Odoro, as, & Odoror, deponens. Colu. li. vii. Deinde nares præfricato, vt homines diſcant odorari.

Odorus, a, um, pen. produ. quod ex ſe odorem mittit. vt odora pinus. Aliquãdo Odorus ponitur pro indagatore & ſagaci. Verg. lib. 4. Aeneid.
Et odora canum uis.

O ANTE E.

Oeagrus, fluuius Thraciæ, pater Orphei vatis: vñ & Hebrus, quòd ex eo fluat Oeagrius, dr. Verg.
Tu quoq; marmorea caput à ceruice reuulſum.
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus. Cc.

Oeanthe, nomen ciuitatis, quæ à quibuſdã etiã Oeanthea vocatur. Eſt etiã flos vuæ. nam οἶνος dr vinum, τὸ ἄνθος, dicitur flos. oi, in œ, diphth. Latinam.

Oebades, Darii ſtabularius, cuius ĩduſtria ipſe Darius Perſarum regnum adeptus eſt.

Oebalia, regio in Peloponneſo. quæ & Laconia dicitur, ab Oebalo Arguli filio, qui rex Laconum fuit. Statius libro primo Achil.
Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor Dardanus: Quod autẽ Vergil. lib. iiii. Georg. dixit:
Namq; ſub Oebaliæ memini me turribus altis. &c.
Ideo poſuit, vt oſtenderet Tarentum à Laconibus fuiſſe conditum, quorum pars eſt Oebalia.

Oebalus, penul. corre. rex Laconũ: à quo regio Oebalia. Alius fuit Thelonis capreæ filius, qui multos in Campania ſubegit. de quo Vergilius lib. vii.

Oechalia, urbs Laconiæ, ab Oechalio fluuio eã præterfluẽte ita dicta: ſed poſtea ab Hercule euerſa. Vñ & ea pars Laconiæ quæ Theſſaliæ propinqua eſt. Oechalia adpellatur. Verg. Vt bello egregias idẽ diſierit vrbes, Troiamq;, Oechaliãq;. Aliæ etiã fuerunt Oechaliæ, vt in Theſſalia, & Eubœa.

Oeconomia, rei domeſticæ adminiſtratio. Transfertur tamen ad alia. Nam apud Quintilianũ lib. i. accipitur pro diſpoſitione, quæ oratoribus & poetis maxime neceſſaria eſt, vt quid quo loco ſit dicendũ non ignorent.

Oeconomica, quæ ad rem domeſticam ac familiarem pertinent. Vnde & Oeconomicus, Xenophõtis pulcherrimus liber eſt, qui non gubernationem villæ, ſed diſpenſationem vniuerſæ domus (Tullio interpretante) ſignificat. Componitur enim ex οἶκος, quæ eſt domus, & νόμος, lex. docet enim diſpenſatorem legem domus eſſe.

Oeconomo, villicor.

Oeconomus, penul. corr. tam pecuniæ quàm frugum & omnium quæ dominus poſſidet, diſpẽſator, & rei familiaris adminiſtrator eſt.

Oecos, Græcè, domus ſiue familia Latinè dicitur. à quo Oeconomus.

Oecumenicus, Latinè vniuerſalis, & ad totũ orbem pertinẽs: vnde Oecumenicum concilium dicimus:

Oedipodionius, ab Oedipus deducitur. Lucanus, Oedipodionias infelix fabula Thebas. Cc.

Oedipus, podis, œdipi, tertiæ & ſecũdæ declinationis, vt docet Priſcianus lib. vi. Statius lib. i. Theb.
Limes mihi carminis eſto Oedipodæ confuſa domus. Plaut. in Penu. Oedipo eſt cõiectore opus, qui ſphyngi interpres fuit. Dictus Oedipus ἀπὸ τοῦ οἰδεῖν τοὺς πόδας, id eſt, à tumore pedũ, quos habuit perforatos. Fuit aũt nomẽ filii Laii regis Thebarum: etiã Iocaſte. Nã iuſſu patris, à matris vtero in ſyluas abiiciendũ feris delatus dr. Quẽ quũ deferrẽt ſerui, adiecerunt cõpatientes ei, ſed perforatis pedibus arbori vimine alligarunt. Ad vagitũ cuius paſtor quidam Polibio Corinthiorũ regi detulit, quem & pro ſuo nutriuit. tandem ad patriam rediens, occidit patrem incognitum, & Thebis regnauit.

Oenanthe, vitis labruſcæ, florens vua. Colligitur quũ optime olet, ſiccatur in vmbra ſubſtrato linteo, atq; in cados cõditur. Dicta quaſi οἴνου ἄνθος, hoc eſt, vini flos. Hiero. cõtra Iouĩ. poſuit pro quodã odoramenti genere, quũ dixit: Amomũ, cyphi œnanthe, muſcus, & peregrini muris pellicula.

Oenanthinum, penult. product. vnguentum quod ex œnanthe. hoc eſt, flore labruſcæ fit.

Oeneus, Aetoliæ rex, & Deianiræ pater, quam Hercules duxit vxorem. Cc.

Oenigena, vino genitus. Cc.

Oenochema, mons in finibus Africæ. Cc.

Oenomaus, Hippodamiæ pater, Elidis rex: qui victus à Pelope, regnum amiſit, totaq; poſtea regio Peloponneſus à Pelope dicta eſt.

Oenon, Græci vinum dicunt.

Oenone, nomen ciuitatis, & Nymphæ;

Oenophorum, pen. corr. vas vinariũ ad ferenda vina aptũ, οἶνος, vinum. ἀπὸ τοῦ φέρειν, quod eſt imaginor: quòd qui copioſius biberint, multa imaginãtur quæ non ſunt. φέρω, porto. Martial.
Reddidit œnophori pondera parua ſui. Apul. in Meta. lib. viii. Oenophoro quod immixtũ vino gerebat venenum.

Oenophorus, miniſter, quòd vinũ in mẽſa miniſtret.

Oenopides, nomen viri Mathematici ex Chio inſula; Anaxagora aliquantò minor.

Oenopola, penul. produ. venditor vini.

Oenopoliũ, taberna vinaria. Plau. in Aſina. Quum à piſtore panem petimus, vinum ex œnopolio.

Oenotria, regio Italiæ, ſeu ipſa Italia: cuiꝰ populi Oenotrii dicunt, quòd ibi optĩa vina naſcant, ab οἶνος, vel (vt Varro putat) ab Oenotrio Sabinorũ rege.

Oenotrides, dictæ ſunt duæ inſulæ quæ ſunt contra Veliam, Pontia ſcilicet & Iſacia.

Oeſtrum, Græcè, furor dicitur. οἶστρος. Vnde Statius vocat Oeſtrum poeticum furorem.
Tẽpus erit quũ laurigero tua fortior œſtro Facta canã. Oeſtrũ etiã Latinè aſilus, volatile paruũ, vulgò tabanus, ex ſoni ſimilitudĩe dictus: vel à tabe. Verg.
Eſt lucos ſilari circa ilicibusq; virentem
Pluribus Alburnum volitans, cui nomen aſilo
Romanum eſt, œſtrum Graii vertere vocantes,
Aſper acerba ſonans quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta. Colu. lib. x. ſcribit naſci in extremis partibus fauorũ, amplioris magnitudinis quàm ſunt apes cæteræ, eosq; nonnulli putant eſſe reges.

Verum Græcorum autores οἶστρον adpellant, ab eo quòd exagitēt, nec patiātur examina conquieſcere.

Oeſypum, ab oue dictum eſt, quam Græci οἶν vocant quaſi οἶων ῥύπον. id eſt, ouium ſordes.

Oeta, mons inter Theſſaliam & Macedoniam, clarus morte & ſepulchro Herculis: in quo (vt Seruius inquit) ſtellæ uidentur occidere, ſicut de Ida naſci. Et ibi elleborum optimū naſcebatur. A Parnaſo uſq; Pindum, pars in Thermopylas uergēs, ꝓprie Oeta vocatur. Hinc Oetæus, a, um. vnde Hercules Oetæus dictus eſt.

Oeteus, frater fuit Ephialtis, & Aloei filius: pugnauitq; in Creta (vt Salluſtius refert.) Vnde Oetei campi dicti ſunt. Cornucopiæ.

Oethini, populi ſunt iuxta Pontum. Cc.

Oetoſcyros, lingua Scythica Apollo dicebatur.

O ANTE F.

Offa, per duplex ff, conſtabat ex carne ferè porcina. Lucanica, quam facere ex mediocri inteſtino Romanæ mulieres à Lucanis didicere. Vnde Offam porcinā cum cauda, Offam penitam dicebant: vnde eſt illud Iuuenal. Et patmo ſimiles effunderet offas. Offa etiam cibarium ex fruſtis panis, in iure, pingui caſeo uetere, pipere & cynamomo conditis, quæ inſulata & caſeata dicitur. Vergili. Melle ſoporatam & medicatam frugibus offam. Poteſt etiā fieri offa ex aliis rebus. Varro libro .iii. de Re ruſtic. Cibatui offas poſitas, hæ maxime glomerantur ex ficis & farre mixto. Ab Offa fit

Offarius, rii, coquus qui conficit offas.

Offatim, aduerbium, particulatim.

Offectores, vide ſupra in dictione Infectores.

Ofella, diminutiuū, fruſtulū carnis erit: puta librale in quod caro cōciditur. Porcina, à porco, quā in ſartagine craticula & prunis coquimus. Vitulina, à uitulo, quā ad ignē verubus verſantes ad eſcam paramus. Et apud poetas per ſimplex f ſcribit. Martial. Parua tibi curua craticula ſudet ofella. Iuuenalis, At rudis omni Tempore & exiguæ fruſtis imbutus ofellæ.

Offendiculum, impedimentum, obſtaculum.

Offendimentum, ligaturæ nodus quo apex retinebatur, quum perueniſſet ad mentum. Cc.

Offendix, idem quod offendimentum ſignificat.

Offendo, dis, di, ſum, ex ob & fendo, quod non eſt in uſu ſicut & Defendo, ſignificat incurro, incido: & eſt proprie animi & corporis. Terentius, Adueniens offendi quendā mei loci hinc atq; ordinis hominem haud impurū. Et non ſolū de animatis, ſed de inanimatis quoq; dicitur. Sed quoniam qui incidunt in aliqd, lædere ſæpe ſolent id, in quod incidūt: factum eſt vt Offendere pro lædere vſurpetur. Lactan. libro .iiii. Quo peccato ac ſcelere offenſus Deus. Et Offendere, eſt inuenire, ſed præter opinionē. Cicero de Repub. Sed imitor Architam illū Tarentinū, qui quum ad villam veniſſet, & omnia aliter offendiſſet. Item ponitur pro percutere, & verbis iniuriam facere.

Offenſa, Offenſio, Offendo, dinis, & offenſus, us, in vno ſignificatu accipiuntur. Lucretius, Non igitur multis offenſibus in temerando. Offenſa tamen actiue ſumitur. Cicero: Quum totius offenſas pati non poſſem, dulcetū. Offenſio plerunque paſſiue. Idem: in corpore ægro odioſa eſt omnis offenſio. id eſt, omnis moleſtia & paſſio.

Offenſaculū, eſt id quod ponitur, vt aliquis in ipſum incidat, vel impingat: ab offenſa nomen deductum.

Offenſatio, obſtatio ſeu obuiatio: ab offenſo, ſas, frequētatiuo verbo, quāuis id nō legerim. Nā eius formatio legitima eſt, ſicut ab occurſo, occurſatio. Defenſito tū frequētatiuum eſt verbi defendo: vt apud Ciceronē: Si igitur nō poterit, ſiue cauſſas defenſitare. Sed nō mirū, ſi Defenſito & Offenſo frequētatiua duplicia variis uocibus reperiri poſſint: quoniam & curſo, & curſito ſimiliter inueniuntur.

Offenſiuncula, parua offenſio.

Offercio, impleo. à quo Offertiſſimum, pinguiſſimū. Plautus: Sine ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſſimam. Cornucopiæ.

Offero, propriè exhibeo, ſiue præſento. Terentius in Heaut. Opportunè te mihi offers. Interdum Offerre, eſt ſponte dare. Hinc Oblationes dicuntur, quæ Diis offeruntur. Interdum inferre. Cicero libro .iii. Officiorum: Reginæ ſtuprum obtulit. Interdum immittere. Idem ad pontifices: Domus ardebat in palatio non fortuito, ſed oblato incendio. Interdum obiicere. ut apud eundem in Lælio: Addendum eodem eſt, vt ne in criminibus aut inferēdis delectetur amicus, aut credat oblatis. Interdum polliceri. Iuſti. Quum ei auxilium obtuliſſet.

Offerumenta, veteres dicebant oblationes quæ Diis offerebantur.

Officialis, & hoc Officiale, quod ad officiū pertinet, vel quod de officio tractat. Lactā. lib. vi. Quid M. Tullius in ſuis officialibus, non ne hoc idē perſuadet non eſſe omnino largiendum. Officialis etiā miniſter, magiſtratus vocatur. Apuleius: Sed iuſſit poteſtas officialem ſuum magna ſeueritudine coerceri. Idem etiam Officiū vocatur, vt apud Hiſtorias quorundam ſanctorum martyrum legitur.

Officina, pen. produc. locus vbi aliquid fit, hoc eſt, in quo artifices opera ſua faciunt. Hiero. de Paulo eremita: Hunc locum Aegyptiorū literæ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuiſſe, ea tempeſtate qua Cleopatræ iunctus eſt Antonius. Ab efficiendo dicta. Taberna verò vbi aliquid venditur, quum alibi factum ſit: licet quandoq; Officina pro taberna ponatur.

Officio, cis, ex ob, cōtra & facio: quaſi noceo dicitur. Cice. lib. Officiorū: Demoliri ea quorū altitudo officeret auſpiciis. Vnde per antiphraſim Officiū quidam dici volūt. Aliquando Officere idem eſt quod efficere. Vnde etiam ſecūdum alios, Officiū quaſi efficiū. eſt etiā quando Officere ſignificat Inficere: vñ Offectores, colorum infectores dicuntur.

Officioſus, qui libenter vel probe officium ſeu beneficium alicui exhibet, ſiue qui obſequi alteri multum ſtudet. Cicero Octauio: Hominē prudētē & officioſum cognoſces. Quidā Officioſum dicit qui cōtinet pietatem, & nulli nocet, alicui prodeſt. Auguſti. ad

Hiero. Si ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint vel officioſa mendacia, quid in eis remanebit? Capitur aliquando in malam partem. Nam quum olim Q. Atherius defenderet reum libertinum, cui obiiciebatur quòd patroni concubinus fuiſſet, hac defenſione uſus eſſe fertur. Impudicitia in ingenuo crimẽ eſt, in ſeruo neceſſitas, in libero officium. Ex eo impudici & obſcœni aliquandiu officioſi uocati ſunt. Officioſus dolor, à Cicerone lib. iii. Tuſcul. dicitur qui ex iuſta cauſſa ſuſcipitur, & cuius probabilis ratio reddi poteſt.

Officium, ab efficiẽdo, uel ab officiẽdo, dicitur quod quiſq; efficere debet pro ſuæ conditione perſona. In quo animaduertere oportet, quid loco cõueniat, quid tempori, quid rerum aut perſonarũ dignitati. Vnde in familia bene inſtituta, dicimus omnes in officio eſſe oportere. id eſt, omnes oportere agere quæ debent. Terent. in Andria: Hoccine eſt officium patris? Ambroſius lib. i. Officiorum, Legimus officiũ dici à nobis poſſe, nec ratio ipſa abhorret, quandoquidẽ officium ab efficiendo dictum putamus, quaſi efficium. Sed propter decorẽ ſermonis vna immutata litera. Officium nuncupari. Vel certe vt ea agas quæ nulli officiãt, proſint omnibus. Poteſt etiam dici & recte, ut ab officio, is. Officium deriuetur, ita ut ob, non contra, ſed circum ſignificet, ut circa quod faciendum eſt innitamur. Nec quenquàm moueat, quòd officio officis aduerſetur nomini officiũ. Sic enim ob ſignificat contra, vt ſit quaſi contra facio. Ideo ſignificat obſum. Sed quòd ſignificat etiã circum, ſeruit nomini officium. Huiuſmodi enim uarietas ex præpoſitionum multiplici ſignificatione pleruncq; exiſtit, quam quum ignoramus, non uerã uocabuli interpretationem conſequi valemus. Officiũ autem generatim loquendo, quum ad omnes homines pertineat (ſiquidem Cicero de Officiis ſcripſit, item & Ambroſius) quãtum intelligo, eſt congruus actus vniuſcuiuſq; perſonæ. Vel id eſt in quod quiſq; incumbere debet, ut ipſum ſicut charitas poſtulauerit, quoad potuerit effectum reddat. Vnde quum facimus quod debeamus, quia bene facimus, inde Officiũ etiam beneficium dictum eſt. Cicero lib. ii. ad Herennium: Si plura aut maiora officia quàm maleficia uidebuntur cõſtare. Et quia benefacere cuipiã, eſt obſequi illi, cui bene fit, idcirco Officium etiã obſequiũ dicitur. Idem, Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. Capitur interdum Officium pro honore. ut, Circumſta͂ ãt Cæſarem ſenatores ſedẽtem in aurea ſella officii gratia. Magiſtratus quoq; Officium dicitur, uel quia honoris gratia inſtitutus eſt, vel quia opem populo fert: uel quia ius quod cuique debetur, reddit. Quandoq; accipitur pro alicuius artis ratione. ut, Officium Grammatici, Officium medici. Et quum ad uirtutem pertineat. vt hominis officium eſt pietatẽ colere. dicimus tamen interdum: Lenonis eſt officium inſidiari pudicitiæ. Accuſatoris eſt officium crimina inferre. Et eſt Officium duplex. Alterũm perfectum, quod Græci catorthoma uocant, quod & omnes numeros virtutis continet. Alterum mediũ, pertinens ad inſtitutionem vitæ communis. Cicero lib. iii. de Finibus: quod ratione actum ſit, id officiũ adpellamus.

Offirmo, as, firmum propoſitum in animo habeo, & quaſi obſtinate. Terentius in Heauton. Age quæſo ne tam offirmes te Chremes. Proprie autem Offirmare eſt ualde, ſeu perfecte, cõtra aliquem firmare. Hieronymus: Beatus Paulus, oſtium quod patebat recludens, ſera offirmauit.

Offlecto, circum vel contrà flecto. Plaut. in Aſin. At ego hunc offlectam nauem.

Offoco, as, pen. cor. circumfoco, ſiue ſuffoco. Auguſt. lib. v. Confeſſ. Sed me maxime captum & offocatũ quodam modo deprimebant corporalia cogitantẽ moles illæ ſub quibus anhelans in auram tuæ veritatis reſpirare non poteram.

Offoco, as, penultima produc. aquam in fauces do ad ſorbendum.

Offringo, ex ob & frango, eius quod fractum eſt contrariũ frango. Feſt. Offringi terra dicitur, quãdo iterum tranſuerſo ſulco aratur. Varro lib. I. de Re ruſt. Quum proſcinderis offringi oportet. id eſt, iterare vt frangantur glebæ. Prima enim aratione grandes glebæ ex terra ſcinduntur.

Offuciæ, dicuntur fallaciæ ſimulationes rerum. Plaut. in Moſtel. Neq; aliam ullam offuciam.

Offula, diminutiuum ab offa. Suetonius in Claud. Rogo uos, quis poteſt ſine offula viuere? Col. ſcribẽs de ſalſura carnis ſuillæ, ait: Deín offulæ carnis ſpiſſæ cõponuntur, & alternis ſal ingeritur.

Offundo, is, circumfundo, obſcuro, obcæco, ſiue operio, maculo' ue, Lactantius lib. vii. Luna iam nõ tribus deficiet diebus aut horis, ſed perpetuo ſanguine offuſa, meatus extraordinarios peraget. Cicero pro Roſcio: Erant interea qui ſuis vulneribus mederentur, qui tãquàm ſi offuſa Republica ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaq; miſcebant. Aliquando Offunderi, eſt iniicere, Cicero: Hic error & hæc doctorum animis offuſa caligo eſt.

O ANTE G

Ogdoas, adis, numerus octonarius.

Ogdolapis, fluulus nauigabilis, ex Alpibus fluens ad urbem erumpit.

Ogdous, Aegypti rex Vohæus cognominatus, q MEphim condidit à nomine filiæ. Hic prius Venereus cognominatus fuit, ut autor eſt Diodorus Siculus.

Oggannio, multum dico, inculco. Plaut. in Aſinaria: Cui nunquàm vnam rem me licet ſemel præcipere furi, quin centies eandem imperem atq; oggãniã. Id eſt, inclamitem, uel ſuperclamitem.

Oggero, geris, pen. cor. vide in dictione Gero.

Oggraſſari, pro gradi uſurpatur. Plau. Niſi cum pedibus didiciſtis oggraſſari gradu. Cc.

Ogyges, Thebanorum rex, qui Thebas Bœotias ædificauit, circiter mille & quingentos annos ante vrbẽ conditam. Hinc Ogygius, a, um. vnde Ogygia mœnia, Thebana dicta ſunt. Sub hoc rege fuit diluuium magnum.

Ogygia, inſula, inter Phœnicam & Syrium mare ab Ogyge Thebanorum rege.

Ogyris, inſula, quòd in ea Erythræ regis monumentũ fuit, magis clara quàm cæteræ, ut inqt Pomponius.

Ohe, interiectio exclamantis, & ſatietatem vſq; ad faſtidium deſignat, & iubet modum imponere.

Oinomeli, vide in dictione Mulſum.

Ois, ὄϊς, ὄϊος Græcè, Latinè ouis. Cc.

O ANTE L

OLea, & Oliua, pro arbore. Verg. li. ii. Geor.
Sed truncis oleæ melius propagine uites
Reſpondent. Vergilius,
Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.
Similiter pro fructu Olea, & Oliua dicitur. Vnde & pro liquore Oleum & Oliuum dicimus. Oleum ab olea, oliuum ab oliua. Horat. in Sermon.
Quali perfundat piſces ſecutus oliuo.
Colu. lib. vi. Oleum optimum Licinia, dat plurimũ Sergia. Olearum quædã dicuntur Licinianæ, q̃dam Pauſiæ, quædam Sergiæ, quædã Orchis, quædã Regiæ, & quædam Radii.

Oleaceus, a, um, quod eſt materiatum ex oleo. ut lignũ oleaceum, liquor oleaceus.

Oleaginus, na, num, pen. cor. quod ex olea arbore eſt: ſicut faginus à fago. Vergilius,
Truditur, è ſicco radix oleagina ligno.
Dicitur & Oleagineus, a, um. Varro lib. I. de Re ruſt. Demum in oleagines ſeminibus arbores, uidendum vt ſit de tenero ramo ex vtraq; parte æquabiliter p̃ciſum: quas alii ſclauolas, alii talles adpellant.

Olearis, & hoc Oleare, quod ad oleum pertinet. Plin. lib. xxiiii. Quippe quum in excauendo oleares coſtes, & aquariæ æque differant oleo delicacior fiet acies. Sic Oliuaris, & hoc Oliuare. Seruius: Trapetis autem molis oliuaribus.

Olearius, a, um, & Oliuarius, a, um, quod ad oleum pertinet. ut olearia, & oliuaria cella. Colum. libr. ii. In Sole ſiccata & mox refrigerata reconditur, ſi maior eſt modus in horreo: ſi minor in vaſis oleariis ſalſamentariiſq;.

Olearius, rii, qui oleum facit, vel vendit. Colu. lib. vltimo. Peritiſſimi olearii uix patiuntur ad unam lucernam opus fieri.

Olearus, inſula una ex Cycladibus. Cc.

Oleaſter, olea ſylueſtris. Vergilius,
Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem,
Plurimus & ſtrati baccis ſylueſtribus agri.
Huius diminutiuum eſt Oleaſtellus.

Oleaſtrinum. dicitur oleum quod ex oleaſtro fit. Cc.

Oleatus, a, um, quod eſt factum cum olea. Hierony. in lib. Nume. Quaſi panis oleati faciens ex eo tortulas ſaporis.

Olenius, poſſeſſiuum eſt ab oleno: vnde capella olenia vocitata eſt. Ouidius,
Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale capellæ. Cc.

Olentica, dicuntur mali odoris.

Olenus, Bœotiæ vrbs, ſic dicta ab Oleno Vulcani filio. Fuit & alia vrbs in Aetolia, iuxta quam fuit aper Calydonius. Cc.

Oleo, oles, olebi, & olui olitum, & oletum, odorẽ ſpiro, & conſtruitur frequenter cum adcuſatiuo, ferè cũ omnibus ſuis compoſitis. In quo ſignificationẽ eorum neutralem tranſitiuam eſſe deprehendere licet. Hora. Vina ferè dulces oluerunt mane camœnæ.
Aliquando cum ablatiuo. Ouidius,
Perq; locos ſacros & olentia ſuphure fertur. Propt.
Quur nardo flammæ non oluere meæ. Aliquãdo ſine caſu. Plinius: Roſa recens à longinquo olet. Inuenitur etiam Olo, olis. Plautus: Olſit ædes Arabicas. Idem in Muſtell. Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica, ſicut tu oles. Eſt enim Iambus. Eius naturæ ſunt compoſita, videlicet Redoleo. quod idem eſt quod oleo. Hieronymus, Nunquàm vinum redoleas, ne audias illud philoſophi. Hoc non eſt oſculũ porrigere, ſed vinum propinare. Vergilius,
Feruet opus, redolentq; thimo fragrantia mella.

Aboleo, Adoleo, Exoleo, Inoleo, de quibus ſuprà.

Oboleo, graueolentiam, odoremq; tetrum reddo. Suetonius in Cali. Ille antidotũ oboluiſſet quaſi ad præcauenda venena ſua ſumptum. Plaut. in Muſtell. At te Iupiter Diiq; omnes perdant oboluiſti allium germana illuuies. Peroleo, valde oleo. Luci. li. xxx.
Quis totum ſic corpus iam perolеſſe biſulcis.
Suboleo, quaſi oleo, & odorem ſentio. Per trãſlationem Subolere, ponitur pro demõſtrare, & de aliquare ſentire, quaſi quæ male ſentiat. Terentius, Ne paululum quidẽ ſuboleat eſſe amicã hanc Cliniæ. Plau. in Caſina: Subolet iam vxori quod ego machinor. Dicitur & bene oleo, & male oleo, graue oleo, ſuaue oleo. Plinius, Succus hederæ, tædia narium, graueolentiamq; emendat. Auguſtinus lib. viii. Confeſſionum, Inde ſermo deuolutus eſt ad monaſteriorũ reges & mores ſuaueolentiæ tuæ, Ab Oleo fit Oleſco, quæ inter ſe differunt, quòd Oleo habet ſignificationem naturalem tranſitiuam: Oleſco paſſiuam innatam.

Oleoſus, ſa, ſum, quod eſt plenum oleo. Plinius, Semen oleoſum, quod & fit ex eo, medetur oris ulceribus perunctis.

Oletum, idem quod oliuetum, ab olea (vt eſt apud Catonem lib. de Re ruſt.) Eſt autem ſumptum ab oleo. Item ſtercus humanum. Veranius, Sacerdotula in ſacrario fecit oletum. Propriè tamen capitur pro loco in quo meiimus atq; excernimus. Taci in Nerone: Gymnaſiũ eo anno dedicatũ à Nerone præbitumq; oletum equiti ac ſenatui.

Olfacio, olfacis, olfeci olfactũ, quod & Olefacio dicitur. ſignificat odoro. Pli. li. xi. Quoniam modo olfaciant delphini, mirum. Idem, Nec olfaſtus veſtigia habent quum olfaciant ſagaciſſime.

Olfacto, ctas, frequentatiuum ab olfacio. Plin. lib. xx. Xenocrates pulegii ramũ lana inuolutũ, in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari tradit.

Olfactus, a, um, participiũ, & Olfactus, us. Pli. li. xxix. Baſilici quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt, alios olfactu necantem.

Olfo, as, idem quod olfacio. Auguſtinus: Quia non ſecum ferebat niſi amantem memoriã, & quaſi olfata

quæ comedere nondum poſſem.

Olibantum, menſura uinaria rotunda nominabatur.

Olidus, da, dum, pen. cor. quod tam bonum quàm malum odorem habet. Martialis,
Olidæq́; veſtes muriæ. Hora. li. Epiſ. in malū dixit,
Sed minus arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Olim, aduerbium, non ſolū præteritum tempus, ſed etiam præſens & futurum denotat. De præſenti. Vergilius, Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.
De futuro. Idem,
Hic tu olim cœlo ſpoliis oriētis honuſtū Accipies.
Quintilianus: Qui olim nominabunt. Ponitur etiā pro aliquando. Curtius, Olim enimuerò mero ſenſibus uictis ex lecto ſæpe conſurgit. Et pro iamdudum. Vergil. lib ii. Georgic.
Ac iam olim ſeras poſuit cum uinea frondes.

Olimiam, iam longo tempore. Quintilianus, Olimiā imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quærit.

Oliſippo, oppidū in Luſitania ad Oceanū apud mōtem Tagrum, vbi quædam è vento, tēpore certo cōcipiunt equæ, quarū pulli non plus triennio uiuunt.

Olitor, penultima correpta. qui olerum hortum exercet, qui et hortulanus dicitur. Similiter olitor qui olera uendit.

Olitorius, a, um, quòd ad olera pertinet, vt forum olitorium, vbi venduntur olera. Horti olitorii, & oſtia olitoria, quæ dicuntur oſtia hortorum. Plinius: Et lactucæ genus ideo lati caulis vt oſtiola olitoria ex his factitari prodiderint.

Oliueta, æ, ab oliuo dicebatur: ſicut à vino vindemia.

Oliuetum, locus in quo oleæ conſitæ ſunt. Colum. li. iii. Melius autem truncis quàm plantis oliuetum conſtituitur.

Oliuitas, oleæ fructus. Var. Tum deniq; omnis eū lucerna combuſta eſt in lucubrando oliuitasq; cōſumpta eſt. Dicitur Oliuitas etiā ſiue oleitas, oleata, ſiue tempus legendarum oliuarum.

Oliuo, as, oliuarum vindemiam ago, ſiue oliuas colligo. Plini. Quippe oliuantibus lex antiquiſſima fuit, oleam ne ſtringito, ne'ue verberato.

Olla, genus vaſis, pro quo antiq dicebāt aula. ab olla fit diminutiuū Ollula. Varro, Cato ait vnā Amineā in ollis commodiſſime condi. Idem, Electa in ſecretam corbulam, inde in ollulas addatur.

Ollares, dicuntur vuæ quæ in ollis fictilibus optime conduntur.

Olli, & Ollic pro illi, & illic ſcripſerunt ueteres.

Ololygones, pen. cor. mares ranæ, quo tempore vocē mittentes, cient ad coitū fœminas. Fit à uerbo Græco ὀλολύζω, quod ſignificat ululo.

Olor, vide in dictione Holor.

Olus, oleris, dicitur omnis herba ſatiua quæ in uſu cibario eſt: ab alēdo, quòd oleribus alerētur homines antequàm fruges vel carnes eſſent. Varr. ab olla deducit. Nonius & Feſt. inter aſpirata connumerāt. Huius diminutiuum eſt Oluſculum. Horat.
Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo.

Olus atrum, ſiue in compoſitione Olyſatrum. alio nomine hypoſelinum dictum quòd folia habeat ſubnigriora, propter quod Columella pullum olus adpellat. Atq; oleris pulli radix. Quidā petroſelinon uocant, quòd inter petras, & iuxta maceriam ſeri à veteribus conſueuerit.

Olympia, æ, vrbs erat inter Oſſam & Olympum montem mercatu famigerata, & celebritate illa quinquennali ludorum inclyta.

Olympia, orum, ludi qui in honorem Iouis Olympici apud Piſam & Helidē Græciæ oppida celebrabant. hoc eſt, gymnicum certamen, quod quinto quoq; anno fieri ſolebat: vnde Olympiacus, a, um. vt Olympiacum certamen, victoria Olympiaca.

Olympias, adis, quinque annorum ſpatium, quod à Romanis Luſtrum dicitur. Exinde Græci tempora per olympiadas ſupputare cœperunt, ita numerantes, Olympiadis primæ, aut ſecundæ, aut centeſimæ, anno primo, vel ſecundo, vel tertio, uel quarto. Atq; vt conſules, ita & Olympiæ victores iterum & tertiū dicimus. Plautus in Men. Iterum (inquit) Pythia & tertium Olympia. Eſt & Olympias nomen mulieris proprium.

Olympicus, Olympica, Olympicum, quod eſt Olympi, vel quod ad Olympum pertinet. vt iupiter Olympicus. Dictus eſt autem Iupiter Olympicus, ab Olympo, à quo eruditus & ad virtutem inſtitutus ſit. Alii vero à cœlo, quem Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur.

Olympiodorus, pen. prod. nomen viri proprium, eius qui docuit Epaminundam cantare tibiis.

Olympionices, ſiue Olympionicus, qui in Olympiaco certamine victor euaſit. νίκη quippe victoria dicit. Aelianus de varia hiſtoria li. x. Duxit ad Olympicū certamen filium ſuum Pherenice fœmina, prohibentibus eam ſpectare qui præſidebant. Licere id ſibi perſuaſit, quæ patrem & fratres tris haberet Olympionicas. Cicero pro L. Flac. refert, quòd apud Græcos eſſe Olympionicem iudicatur, propè eſſe maius & glorioſius quàm Romæ triumphaſſe.

Olympi⁹, a, um. id eſt, cœleſtis poſſeſſiuū ab olympo.

Olympus, mons cuius vertex uſq; adeo attollitur, ut ſumma eius accolæ cœlū uocent. Propter quod poetæ cœlum Olympum vocant. Dictus Olympus, quaſi ὅλον λαμπρός, hoc eſt, totus fulgens, quia Solem clarum habet, nulliſq; unquàm nubibus fuſcatur. Lucr. Nubes excedit Olympos. Sunt autem quatuor mōtes hoc nomine. Primus mons altiſſimus inter Theſſaliam, & Macedoniam, qui tamen Theſſaliæ adſcribit. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Myſos, ad cuius radices Pruſa ab Annibale condita. Quartus, ad mare rubrum in Aethiopia, haud longè ab Heliopoli oppido, qui oriente Sole uſq; ad quintam diei horam flammas emittit.

Olynthos, Thraciæ vrbs, quam à Chalcide quæ in Eubœa fuit coloni condidere.

Olyras, fluuius eſt propè Thermopylas, quē fabulātur conatum eſſe Herculis rogum extinguere. Cc.

Olyſippum, Luſitaniæ vrbs, quæ noſtris temporibus Vlysbona adpellatur.

O ANTE M

Omaſum, penultima produc. eſt pinguius atq; craſſius inteſtinum. quod nonnulli bubulum eſſe credunt. Horatius in Sermo.

Seu pingui tentus omaſo.

Ombria gemmæ ſpecies, quã nonnulli notitiã vocãt.

Ombris, una & prima ex fortunatis inſulis, habens in montibus ſtagnum, & arbores ferulæ ſimiles. Cc.

Omen, augurium, quod fit ore, quaſi oremen. Eſt enim futuræ rei pronunciatio ori hominis incidẽs diuino tamen furore. Et tam de malo quàm de bono dicit. Liuio. lib. I. Dextra Herculis data eſt accipe ſe omen, impleturum'q; fata ara condita ac dicata air. Verg. Quod Dii prius omen in ipſum Conuertant. Hinc Ominoſus, qui omen facit.

Omentum, membrana tenuis & pinguis, qua integun tur ventriculi, & uniuſcuiusque membri interioris ve ſtitus. Perſius,

Quum tibi tot iunicii in flammas omenta liqueſcãt. Vnde & pro membrana quæ totũ inuoluit cerebrũ ponitur. Macrobius: Et cerebrũ quod tactu ſui hominem vel torquet, vel frequenter interimit: non ſuo ſenſu, ſed veſtitus ſui. id eſt, omenti hſic importat dolorem. Hinc Omẽtatus, ta, tum quod eſt pingui omẽ to fartum. Apitius: Iſicia omentata pulpam concisam teras.

Omiomeria, Ariſto. refert Anaxagoram dixiſſe, Omiomeria eſſe elementa. hoc eſt, ex ſingularibus partibus cõſtantia oſſa: videlicet è pauxillis atq; minutis oſſibus. Sic de pauxillis atq; minutis viſceribus viſcus gigni, ſanguinem'q; creari, ſanguinis inter ſe multis coeuntibus guttis.

Ominor, penult. correpta. auſpicor, omen capio. Plinius lib. xxviii. Quur enim primum anni incipientis diem lætis præcationibus inuicem fauſtum ominamur? Curtius: In illo periculo Macedones ominati eſſe videbantur. Hinc Abominor, de quo ſuprà. Anti qui Omino, as, dicebãt. Pomponius, Ita ſit & tibi bene qui recte ominas.

Omitto, ex ob & mitto, ſed b, abiicitur contra regulã. Quidam tamẽ per b, ſcribendũ putant, ſed non proferendũ. Et eſt Omittere, rem aliquam penitus dimittere. Remittere verò, & Intermittere, aliquo certo tẽpore dimittere. Vergilius,

Omiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.

Vnde etiã pro negligere ponit, Terẽt. in Heaut. Vbi te vidi animo eſſe omiſſo. Huic cõtrariũ eſt Attẽdo. vt apud eundem. Attentiores ad rem ſumus omnes.

Ommaneo, diu maneo Cc.

Omnicreator, Deus dictus eſt qui omnia creauit.

Omnifactor, qui omnia fecit. Cc.

Omnifariam, aduerb. id eſt, omnibus modis, ſiue omnis generis.

Omnifarius, dicitur ſicut plurifarius, quo Sueton. utitur. Cornucopiæ.

Omnigenus, a, um, pen. cor. ex omni genere. Verg. li. viii. Omnigenum'q; Deum monſtra.

Omnimodus, a, um, pen. cor. omnium modorum.

Omnimorbus, a, um, quod omnibus morbis ſubueniat, vnde Omnimorbiam herbam quidam maluam adpellant.

Omniparens, pen. cor. qui omnia genuit.

Omnipotens, pen. cor. omnia potẽs. compoſitum eſt (vt docet Priſcianus) ex tribus corruptis. ſcilicet omni, potis, & ens. qui omnium potis eſt. Hierony. Omnipotens ab eo dicitur, quod omnium teneat potentatum. Per ipſum enim creata ſunt omnia uiſibilia & inuiſibilia. Auguſt. lib. v. Ciuit. Dei, Recte Deus dicitur Omnipotens, qui tamen mori & falli non poteſt. Dicitur enim Omnipotens, faciendo quod vult, & non patiendo quod non vult. Quod ſi ei accideret, nequaquàm eſſet omnipotens. Hinc Omnipotentia, rerum omnium facultas.

Omnipudens, pen. cor. quem omnia pudet.

Omnino, aduerbium ſignificat prorſus, vnde apud iuriſcõſult. omnino receſiſſe dicitur Is, qui receſſit animo permutandi domicilium.

Omnis diſtributiua dictio, eandẽ uim habet in ſingulari, quã in plurali. omnis enim homo, ſignificat omnes homines. Differt tamen Omnis à toto, q; Omnis ad numerum refertur, Totus ad quantitatem. Totum dicimus corpus aliquod integrum. ut tota domus. Omne, de uniuerſis numero diſtinctis. ut oſs grex. Confunduntur tamen plerunq;.

Omnitenens, pen. cor. qui omnia complectitur.

Omniuagus, a, um, pen. cor. per omnia uagus.

Omniualens, pen. cor. omnia valens.

Omoplate, Celſus oſtendit eſſe duo oſſa lata, quæ vtrinque ad ſcapulas tendunt, quæ noſtri ſcoptura Operta dicunt.

Omphacinum vinum, ex immatura vua factum.

Omphacinum oleum, quod fit ex immatura oliua, cuius medicinæ. Plinius lib. xxiiii. meminit: Et lib. xii. eius confecturam docet Græcè enim ... dicitur uuæ, & fructus immaturi. Ipſa uero oliua nominatur drupa.

Omphagi, pen prod. qui cruda carne ueſcuntur: quales perhibentur eſſe Aetoli, vt ait Thucydides.

Omphale, nomen proprium reginæ Lydiæ, quæ Herculem multis muneribus ornauit: quòd anguem, iuxta Sagarim, fluuium, multos homines interficientẽ, interemit.

Omphalon, Græci dicũt vmbilicum: unde Omphalocarpon, herba cuius ſemẽ umbilico ſimile deſcribit.

Omuteſco, ſine b, & ſimplici m, quãuis ex ob & muteſco componatur, & ſignificat mutus fio. Verg. li. iiii. At verò Aeneas adſpectu omutuit amens.

Id eſt, mutus factus eſt, ſiue terrore ita percuſſus eſt, vt loqui non poſſet. Eſt enim præteritum ab omuteſco, nõ ab omuteo, quod reperiri nõ puto, qa nemo exprimere vere poteſt, mutus ſum. Multò minus, mutus ſui, niſi à Deo liberatus fuerit. Quum enim in autoribus reperimus, omutuit ab omuteſco præteritũ eſt. Narratur enim actus q tũc accidit, hoc eſt, quod tunc ille mutus effectus eſt. Qui actus tunc nõ præterierat, ſed extabat, Si vero q's mutus à Deo liberatus dicat: Omutui, nunc autem loquor, tunc omutui ab omuteo fiet, & ſignificat mutus fui.

O ANTE N.

ONæ, ficus ſunt prædulcea, quæ Tarenti tantum naſcitur. ſic dictæ, quòd ꝓpter bonitatem iure emi queant. ὠνὴ enim Græcè dicitur emptio, à verbo ὠνέομαι, id eſt, emo. Ce.

Onager, pen. correp. aſinus agreſtis. Componitur enim ex ὄνος, aſinus. ἄγριος, ſylueſter. Nam in ros Græca deſinẽtia quũ ad Latinam tranſeũt declinationem, mutant ros in er, vt Alexandros, Alexander. Onagros, onager. Varro, Aſinorũ duo ſunt genera. Vnũ ferum, quos vocant onagros: in Phrygia & Lycaonia ſunt greges multi. Alterũ manſuetum: vt ſunt in Italia omnes. Ad ſeminationes onagrus idoneus, quòd è fero fit manſuetus facile: ex manſueto ferus nũquàm. Albertus libro de Animalibus ſcribit medullam onagri curare podagram, ſi ea inungatur, & eius ſtercus ſiccatum, & cum uino bibitũ, ualere cõtra ſcorpionis puncturam.

Onelinus, pen. cor. ꝓprium nomen uiri, & Latinè dicitur vtilis. ὄνεαρ, iuuamen, vtilitas.

Onerarius, a, um, quod oneratur, vel onerari poteſt. Vnde naues onerariæ, quæ à geſtandis oneribus dictæ ſunt, & ob id tardæ: quemadmodum actuaria nauicula, celeritate præſtans dicta eſt, quòd facile agi poſſit.

Onero, as, onus impono. Transfert etiã ad animũ. vt onerasti me curis. id eſt, impleſti. Hinc Oneratus, & onuſtus, pro pleno frequẽter accipiunt. Vergil.

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes.

Huius verbi compoſitũ & cõtrarium eſt Exonero, quod eſt onus detraho. Terent. Vos quoq; amicos eius exonerastis metu. Idem, Ego nunc mihi ceſſo, quin hunc humerum exonerem pallio.

Oneroſus, plus eſt quàm oneratus.

Oneſicritus, penulti produ. philoſophus Aeginenſis, uel (ut quidam uolunt) Aſtiphalenſis, qui cum Alexandro militauit. vt Xenophon cum Cyro. & Alexãdri vitia & laudes ſcripſit. Fuit etiam medicus.

Onixes, genus marmoris, de quo Plinius, Onixes in Arabiæ montibus, & in Germania, ex quo potoria vaſa primum facta põſt pedes lectorum ſellarumq;.

Onixus, genus vermiculi arcuatim incedentis, pluribus pedibus. Nam Plinius multipedæ duo genera eſſe ait. Vnum arcuatim repens, Græce oniſton vocari. Alterum ſcolopendram minorem & ſepa quæ non arcuatur.

Onoba, ciuitas inter ſacrum promõtorium & Herculeas columnas.

Onocentaurus, animal monſtruoſum, quòd à parte ſuperiori hominis ſpeciẽ habet: à parte inferiori aſini præfert imaginem. De quo habetur apud Eſaiam prophetã: Et occurrent dæmonia Onocentauris.

Onochelos, penul. correp. Latinè dicitur labrũ aſini: genus herbæ.

Onochila, & Onochilon, anchuſæ herbæ ſpecies, vt Galenus aſſerit. Ce.

Onocratulus, penul. corr. auis eſt cygno ſimilis. dicta quòd collum in aqua mergens, ſpirans q; ueluti ruditum aſini. ὄνος, aſinus, κρόταλος, crepitus. Hierony. contra Vigil. Centauros & Syrenas, ululas, & Onocrotalos in Eſaia legimus.

Onoma, penul. corre. Latinè dicitur nomen, quum à ſono aliquo ſeu uoce nomina finguntur.

Onomatopœia, cum œ, diphthongo. id eſt, nominis fictio. ut balatus ouiũ, mugitus boum. ab ὀνόματος, nominis, & ποιέω, fingo. A' quibuſdam nominatio dicitur, qua cuiq; rei nomen, aut nõ ſit, aut ſatis idoneũ nõ ſit, eam noſmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut ſignificationis gratia. Inde ſunt rudere, uagire, murmurare, ſibilare.

Ononium, vrticæ genus multò cæteris mitius, & ſoliis ferè nihil mordẽtibus cõſtat.

Onus, oneris, põdus. Videtur ratio exigere vt aſpiret, quum Varro dicat, honos ab honeſto onere, & honeſtus, quòd onus ſuſtineat reipub. Quum autem honor & honoro aſpirationem habeant, & ab onere deducãtur, videtur etiam onus aſpirandum: vt quod in deriuatiuis ſeruatur, in primitiuis ſeruari debeat. verum vſus hodiernus refragatur.

Onuſtus, dicitur cui onus ipſum honori eſt. vt ſi quis ſpolia de hoſtibus ferat.

Onycipuncta, gemma quæ & Iaſponyx dicitur, niues imitata.

Onyx, onycis, generis maſculi. vnguis ſeu gemma candorem habens vnguis humani. Martialis,

Calcatusq; tuo ſub pede lucet onyx.

Acron dicit eſſe metallũ, gẽmæ ſimile, de quo parua vaſa ad vnguenta faciebãt: quæ à Porphyrione ampullæ marmoreæ dicũtur. Nam Onychiten lapidem quidam dicunt eſſe marmoreum, naſciq; in Arabiæ montibus, ex quo vaſaria facta fuiſſe ſcribit Cornelius Nepos. Hunc quidam alabaſtritem lapidem vocãt ad vaſa vnguentaria: quoniã ea incorrupta, optime ſeruare dicitur, vt ait Plinius. Propertius,

Quum dabitur Syrio munere plenus onyx.

Apud Lucanũ & Papi. ſumit pro ipſo marmore. Et pro vaſe tã fœmi. quàm maſcu. generis eſt. Martia.

Vnguentũ fuerat quòd onyx modo parua gerebat.

Onyx etiã vngula quædã aromatica. Propertius,

Et crocino nares Murrheus vngat onyx.

A' cuius accuſatiuo Græco, noſtri hæc Onycha declinauerunt. Hieronymus in Exodo: Sume tibi aromata ſtacten & onycham. Ab Onyx fit adiectiuum Onychinus, na, num, penultima correpta. Eſt & Onychis, ſiue Onyche, piſcis genus: aliàs oſtreacius dictus. Cornucopiæ.

O ANTE O, & P.

OOnæ, Inſulæ in Oceano Septẽtrionali, in qbus (vt Plinius refert lib. iii.) ouis auium, & auenia incolæ viuunt.

Opaco, cas, penulti. produ. obumbro, cooperio, obſcuro. Vergil. lib. iii. Georgicorum.

Nunc aliæ frondes & rami matris opacant.

Colu. libr. vi. Quum plerunq; dicti ſideris tempore quædam partes eius regionis ſic infeſtentur Euro, vt niſi teguminibus vites opacẽtur, veluti halitu flãmeo fructus vratur.

Opacus, a, um, pen. prod. qđ eſt vmbroſum. Verg.

Et fontes

Et fontes ſacros frigus captabis opacum.

Opali, gemmæ ſunt i india, ſmaragdis tantũ cedẽtes. Ce.

Opalia, dies feſtus, Opi Deæ dicatus, & erant poſt Saturnalia, uel eodem die quo Saturnalia: quoniam Opem Saturni coniugem eſſe crediderunt.

Opera, ræ, actio eſt, & labor & induſtria operantis, ſeu operatio pro mercede ſumpta. Cice lib. officio. Non male præcipiunt qui ſeruis uti iubent, ut mercẽnariis iuſta præbẽda operã exigendã.i. id eſt, laborẽ & operationẽ corporis. Operas quoq; perſonas dicimus, quæ aliquid faciunt: ſicut cuſtodia, quæ cuſtodit. Cice. pro Flac. Operæ faceſſant, ſeruitia ſileant. Opus vero finis, fructus q; operæ, quod fabricando factũ relinquitur. Teren. in Heauton. vtrũq; complexus eſt, quũ ait: Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ: Vnde Opera autorum dicuntur. Et Opera tam publica quàm priuata ædificia dicuntur. Aliquando tñ Opus capitur pro opera. Vergilius,

Mobilibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.

Quaſi ad operas. Vbi notandum eſt, quòd quoties nõ ad laborẽ corporis. ſed ad laborẽ animi, & ad artem, induſtriã q; reſpicimus, magis Opus quàm Operam dicimus. vt, in opere fabrili, in opere ruſtico, in opere faciundo. Interdũ Opus ponitur pro mercede vel neceſſario. ut, Opus eſt ægrotanti medico. id eſt, neceſſarius eſt medic⁹ ægrotanti. Et, nihil mihi opus eſt. id eſt, nihil mihi eſt neceſſariũ. Dicimusq;, opus eſt mihi res, huius rei, hanc rem. Apuleius: Cui eam rem factam opus fuerat. Similiter, opus eſt mihi hac re, quod frequentius vſurpatur. Dicimus quoq;, operam do, operam impẽdo; operam nauo: quod eſt ad aliquam rem agendam incumbo, & ſtudium, laborem q; impendo. Cicero: Da operam vt valeas. Hinc dedita opera, dicimus de induſtria: quaſi cura adhibita. & labore impenſo.

Operarius, qui laborẽ operando fert. Vnde Caſſiodorus ſcribit operarios parãdos eſſe, qui laborẽ ferre poſſint, ne minores annorũ duorum & viginti, & ad agriculturã dociles. Græcè ergaſtes dicitur.

Operarius, a, um, quod induſtria atq; opera fit. Plin. Quæ inter vina opa ria numerant. Et fit ab opera.

Operatorius, ria, rium, quod operatur. Ambro. lib. de Paradiſo: Si aſſumptio de ligno ſciẽtiæ boni & mali ita operatoria erat, vt bonũ & malum cognoſceret, ſine dubio vbi guſtauit de ligno præcauit.

Operculo, as, operculo operio. Colu. libr. vlti. Ab eo tempore quo primum dolia operculaueris, uſq; ad æquinoctium vernum, ſemel in diebus triginta ſex vinum curare ſatis eſt.

Operculum, inſtrumentum quo aliquid tegitur. Columel. lib. ix. Sunt qui à ſuperiore parte foramina ipſis operculis imponant, quod fieri non oportet. Nã ſuperſiliens auis, proluuie uentris, cibos & aquam conſpurcat.

Operæprecium, ab opera deducitur, & ſignificat fructuoſum, & ad rem pertinens: vel quia decens, vel quia vtile, quia glorioſum, vel quia iucundum. Cicero: Operæprecium erat ludentes intueri. Plinius, Id vero audire precium operæ ſit. Iuuenalis,

Eſt operæprecium penitus cognoſcere toto
Quid iaceant agitantq; die.

Operimentum, dicitur quod aliquid tegit.

Operio, ris, operui, opertũ. ex ob & pario, ſed b, abijcit: vnde & per ſimplex p, ſcribit, ſignificat q; tego, claudo: quaſi in oppoſitũ pario. Propertius,

Atque hirculi pellis totos operibat amantes.

Plautus in Capti. Operta quæ fuere aperta ſunt, patent præſtigiæ, omnis res palàm eſt.

Operior, riris, opertus, deponens. vt experior, expertus: quanquàm experior cõmune habeatur. Teren. in Phormio. Si tñ non dedero unam præterea horam ne opertus ſies. Donatus tamẽ docet non habere, ſed vſurpare poteſtatẽ. & per duplex pp, ſcribi debere, ait Tortellius: ad differentiã operior paſſiui ab operio, quorũ prima breuis eſt, & per unum p, ſcribitur. Eſt autem Operiri, expectare. Terẽtius in Phormio. Hic ego interea uirum operibor. Fitq; Operior à pario, ſicut ſentire videtur Priſcianus, qui ſic inquit: Sunt alia ex hoc compoſita deponentia, experior, operior: quorũ participia expertus & opertus, oſtẽdunt à pario eſſe compoſita, cuius participium partus eſt. Nã pario & tertiæ eſſe, & quartæ fuiſſe, manifeſtũ eſt ex eius cõpoſitis, quæ in ſupino tertiæ coniugationi tantum accedunt: in aliis omnibus fermè quartæ. Quinetiam ipſum perior: vnde peritus, à pario, ſecundum quartam cõiugationem, & ſignificationem quam imitatur, eſſe videtur. Peritus tamen à Græco dicitur eſſe, ab πεῖρα, experientia.

Operor, raris, ab opera. ſignificat in opere aliquo faciundo laboro. Hieron. in Gene. Et homo non erat qui operaretur terram. Interdum Operari, eſt facere ſeu perpetrare. vt, Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Item operam dare. Colu. lib. xiii. Si rebus venereis fuerit operatus, vel vir, vel fœmina. Itẽ rem diuinam facere ſacrificare, Vnde & Operatio pro ſacrificio. Iuuenalis,

Vt matutinis operatur feſta lucernis.

Plautus, Vt iſtæc operatio crimẽ expiet. Recẽtiores philoſophi Oꝑationẽ pro eo accipiũt, quod Græci energiã vocãt. Huius verbi cõpoſitũ eſt Cooperor.

Operoſus, qui rebus gerẽdis operam dat. Cice. Videtis vt ſenectus nõ modo languida nõ ſit, verũetiam operoſa. id eſt, quæ agit de rebus agendis, operam dat. Quandoq; paſſiue dicitur. Ouidius, Moles operoſa laboret. Id eſt, ab aliquo operata eſt. Item Operoſum dicitur quod eſt multæ operæ, vel vehementis operis, Plini. lib. xviii. Et vina pingueſcunt arua, nec ipſa agricolis operoſa: imò ſulcoſata non ſarriuntur nec ſtercoratur.

Opertanea, ſacrificia quæ in operto fiebant, quæ & ſeclusa dicebantur: ne prophanorum oculis polluerentur. Hæc à Græcis myſteria adpellantur.

Operto, as, frequentatiuum eſt ab operio, vt inquit Feſtus.

Opertoriũ, idẽ quod operimentũ. ut illud Pſalmi. Et velut opertorium mutabis eos, & mutabuntur.

Operula, diminutiuũ ab opera. Apuleius, Operulas etiã in eam cõtuli, quas adhuc vigenis ſacrariã faciẽs.

merebam. Opuſculum, diminutiuum ab opus.

Opharus, fluuius apud Cantabros.

Ophicardelus, gemma eſt in qua nigri coloꝛem binæ liſteæ albæ includunt.

Ophiogenæ, genus hominum in Helleſponto: quos Crates Pergamenus ſcripſit ſerpentum ictus tactu ſolitos leuare: & manu impoſita uenena extrahere corporibus.

Ophiogenes, penul. corre. Latinè dicitur ſerpentibus generatus.

Ophiomachus, penulti. corre. genus uolucris contra ſerpentes pugnãtis. de hoc habetur in Leuit. Quidã accipiunt pro lacerta, quæ cum ſerpẽtibus pugnat.

Ophiophagi, dicti ſunt qui ſerpentes comedunt.

Ophyoſtaphyle, frutex eſt de genere ruborum, quẽ Latini ſerpentis uuam nominant: quoniam in Arabia peſtilens eſt. Cornucopiæ.

Ophis, Græcè, ſerpens Latinè dicitur: vnde Ophiophagus.

Ophitæ, à ſerpente dicti ſunt quidã hæretici. Hi ſic autem Chriſtũ arbitrabant: ſed habebant etiã verum ſerpentem, quem venerabantur & nutriebant.

Ophites, penul. produ. marmoris genus ſerpentis maculas habentis. Lucanus libro nono.

Quàm paruis tinctus maculis Thebanus ophites.

Scribit Plinius ex ophite colũnas eſſe paruas, quod marmor ſit nigricans, varium, dicatur q́ capitis doloꝛes ſedare, alligare ſerpentum ictus.

Ophiuchus, ſerpentarius, ſiue anguitenens. quo nomine dictus eſt Hercules, quòd anguem manu tenens, à Ioue in cœlũ tranſlatus ſit, ab ὄφις, & ἔχω, teneo: quaſi ὀφιοῦχος, & per ſynærcſim mutatis ο, & ι, in ου, ὀφιοῦχος. nec Ophiulcos dicendum eſt. Sunt tamen qui Ophiuchum Aeſculapium eſſe velint. Alii Carnobonta Getarum regem. Alii Phorbantem Triopæ Theſſalorum regis filium.

Ophiuſa, inſula quæ & Rhodus, propter ſerpentium multitudinem ibi exiſtentem: quaſi ſerpentaria.

Ophryx, ſupercilium ſignificat quo nomine dicta eſt quędam herba.

Ophthalmos, Latinè oculus dicitur. Vnde Ophthalmia, oculorũ ægritudo, quã Celſus lippitudinẽ adpellat. Negat tamen Iulius Pollux eſſe proprium alii quod oculorum vitiũ, ſed in eo verbo ſignificari tradit ciuitatẽ oculorum ex corporis ægritudine. Hinc Triophthalmus, lapis q hominis tres oculos ſimul exprimit. Aegophthalmus, qui oculũ capræ habet. Monophthalmus, monoculus. Hoc etiam nomine dictus eſt piſcis, qui à Plinio uocatur oculata. Plautus, Pernam ophthalmon, horræum, ſcombrũ, & trygonem, & cetum.

Ophyon, pen. prod. nomẽ propriũ viri, qui ante Saturnũ rerũ potitus eſt, quẽ Saturnus fugauit. Claud.

Hos onerat ramos exutus ophyon.

Opicus, ca, cum. penulti. correp. quod eſt ſordidum, immundum & obſcœnum. Nam (vt inquit Feſtus) Opicum pro oſco ponit. Oſcis enim frequentatiſſimus fuit vſus libidinum ſpurcarum. Vnde & verba impudentia dicuntur obſcœna. Titi. Oſce, & volſce fabulãtur: nam Latinè neſciunt, Plinius libro. xxix. ſub Catonis perſona ait. Barbaros nos vocant, & opici adpellatione dedecorãt. Iuuenalis Opicos mures, fœdos, putidos dixit. Idem, Opicæ caſtigat amicæ. id eſt, quæ nõ Latinè loqueretur, ſed opicè. Fuerunt autem Opici Campaniæ populi quidam, à linguarum colluuie dicti, ſiue à ſerpentibus, quaſi ophici, in quibus numerabantur Baiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani. hæ nanque vrbes Opicorum fuiſſe dicuntur.

Opifex, penulti. corre. ab opera deduci videtur, & artificem atq; operatorem ſignificat non modo rerũ, ſed etiam verborum. Cice. lib. v. Tuſculanarum, Adueна quidam ignobilis uerborum artifex inſinuaſſe in antiqua philoſophia uidetur. Vnde etiam coqui & blandarum artium ſectatores, Opifices adpellantur. Idem, Omnes autem opifices in turpi ſunt exercitio. Hinc Deum opificem. id eſt, imperatorem omniũ rerum dicimus. Ouidius. Ille opifex rerum.

Cuius opus dicitur Opificium. Vnde Lactantius opus de Opificio hominis uel Dei inſcripſit. hoc eſt, de formatione hominis. Poteſt etiam dici Opifex, quaſi opem ferens.

Opigena, ab ope dicta eſt Iuno, quam matronæ colebant, quòd ea ferre opem in partu laborantibus credebatur.

Opilio, quaſi ouilio, qui oues cuſtodit. Plaut. in Aſin. Etiam opilio, qui paſcit alienas oues, aliquam habet peculiarem, quæ ſpem ſoletur ſuam. Sunt tamen qui Vpilio non Opilio ſcribant, autoritate Priſcia. qui dicit o, breuem in hoc nomine eſſe conuerſam in u, longam ex literarum affinitate.

Opilo, (inquit Feſtus) genus auis eſt.

Opima, propriè ſpolia. id eſt, ampla & magnifica, quæ dux duci detrahit. Dicta, (vt Varro inquit) ab ope. Vel (ut Plutar. ait) ab opere, quum ſit opus egregium ac clariſſimum, ducem belli, parem ſibi ductorem ſuperare.

Opimas, atis, opibus refertus. ab opimus, a, um.

Opimo, mas, penul. prod. pingue facio. Colu. Hyeme tamen offæ panis vino madefactæ, ſicut etiam palſibos celerius opimant quàm cæteri cibi.

Opimus, a, um, pen. prod. idem eſt quod diues & pinguis. ut, hoſtia opima, & menſa opima. Vergil.

Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis.

Gellius formauit comparatiuum. Nam quas verrebatur feras membra opimiora ad ſpeciẽ mihi ſuggerebat, quaſi pinguiora. Inde Opime, abundanter.

Opinabile, quod opinione concipi poteſt.

Opinio, eſt quæ idoneis firmatur autoribus. Quãq; Opinio dicitur ſpes. Cic. lib. iii. Offic. Opinionẽ adferũt populo eorũ ſimiles fore quos ſibi delegerint. Quandoq; fama. Idẽ ad Cæſa. Iuniorem: Erat opinio bona de Lepido. Quandoq; ſuſpicio, exiſtimatio, iudiciũ. Plau. in Amphy. Prius tua opinione hic adero. Diſtinguunt philoſophi Opinionem à ſcientia: quòd Opinio incerti ſit, ſcientia verò certi.

Opinioſiſſimos adpellat Cic. in Hortẽ. philoſophos, quoniam ſcilicet opinantur tanquàm nihil compre

bendi poſſit. Et de ſe quoque loquens ait: Magnus quidem ſum opinator. Et hoc. Beata Socrates quicquid ſibi videretur, & quid ipſe ſentiret tegebat, affirmans nihil ſciri poſſe. cuius eſt illud: Hoc vnum ſcio quod neſcio.

Opinor, penultima producta, puto, ſuſpicor, opinionem habeo. Lactantius libro tertio. Id enim opinatur quiſq; quod neſcit. Illi autem de rebus naturalibus diſputant, opinant ita eſſe ut diſputant. Neſciſit igitur veritatem: quoniam ſcientia certi eſt, opinatio incerti. Hinc inopinatum dicitur, quod præter opinionem accidit.

Opipare, id eſt, abundanter, & copioſe. Cic. libr. iii. Offi. Opipare à Pythio adparatum conuiuium.

Opiparus, a, um, & Opiparis, & hoc Opipare. vtroq; modo dr̃ magnarũ opũ adparatus. Opipares lecti ab Apul. lib. ii. dicſitur magnificæ ac præcioſæ men ſæ utpote ex citro & ebore confectæ. Plaut. in Perſ. Satin' Athenæ tibi uiſæ fortunatæ atque opiparæ. Apule. Piſcatũ opiparẽ expoſitũ uideo. id eſt, copioſum: vnde Opiparum conuiuium dicimus.

Opis, huius opis. Nympha. Dianæ comes. de qua Vergil. lib. xi. Velocem interea ſuperis in ſedibus Opim Compellabat. Vbi prima ꝓducitur, quum in opis ab ops, corripiatur.

Opis, nomen ciuitatis, iuxta quã Tigris influit in mare rubrum.

Opiſthocomæ, vide in dictione Hopiſthocomæ.

Opiſthographus. pen. corr. volumen quod in tergo ſcriptũ eſt. Fit enim ab ὄπισθεν, id eſt retro, & γράφω, ſcribo vide in dictione Hopiſtographus.

Opiſthotonici, dicuntur qui rigore ceruicis inflexibili laborant. Emproſthotonos, quando mentum pectori annectitur.

Opiſthotonos, rigor quo caput ſcapulis annectitur. τόνος enim rigor dicitur.

Opiſthophylaces, vide in dictiõe Hopiſthophylaces.

Opiter, opiteris, vel opitris. dr̃ cuius pater auo uiuo mortuus eſt. Sic dictus, quòd obitu pr̃is genitus ſit: aut quòd auũ pòſt patrẽ habeat. id eſt, pro patre.

Opitulor, pen. cor. adiuuo, ſubuenio, ab ope pro auxilio, & tollendo, id eſt, ferẽdo. Salluſt. Sæpe maiores noſtri miſerti plebis Romanæ, decretis ſuis inopiæ eius opitulati ſunt. Hinc Opitulator.

Opitulus, dictus eſt Iupiter, quaſi opis lator: & proprie in rebus dubiis & malis dicitur.

Opium, ſuccus ex papauere; habens per ſomnum vim (ſi copioſius ſumatur) mortiferam.

Oplomachus, pen. corr. quaſi cũ armis militaribus & ſcuto depugnãs dr̃. Græci enim ὅπλον dicunt ſcutũ. τὰ ὅπλα, arma. μάχομαι, pugno. Martialis, Oplomachus nunc es, fueras Ophthalmicus antè.

Opobalſamum, ſuccus balſami, ab ὀπὸς, οῦ, ſuccus: qui præfertur omnibus odoribus, vni Iudeæ terrarũ conceſſum (vt ait Plin.) Arbor ipſa balſamum dicit, quæ inciſa uitro lapide, oſſeis'ue cultellis, ſuccũ mittit, quem opobalſamum uocant, eximiæ ſuauitatis. Xilobalſamum, lignum balſami. Carpobalſamũ, fructum balſami dicunt.

Opocarpathon, ſuccus carpathi. Dicitur et Opocarpaſon. & numerantur inter venena.

Opon, ꝓmontoriũ Cretæ, in Occidentẽ vergens.

Opoponax, ſuccus panacis herbæ, quæ omnes morbos ſanare dicitur.

Oporice, genus quoddã medicamenti, ἀπὸ τῆς ὀπώρας, hoc eſt, à pomis, arborumq; fructibus.

Oporophylacion, cuſtodia pomorum uel fructuum.

Oporotheca, locus ubi fructus Autumnales habentur. Nam Opora, fructus Autumnales, & theca, repoſitorium. Var. In oporotheca mala manere putant ſatis commode. Idem, Et ideo oporothecas qui faciunt, ad Aquilonem ut feneſtras habeant, atque ut perflentur, curant.

Oportet, quidam cõpoſitum eſſe putant ab opus ſiue opis & portet: ſignificat q; expedit, vel utile aut neceſſe eſt. Imperſonale verbum. ut, Oportet legere libros. Per paſſiuum, Oportet legi libros. In præterito. ut, Oportuit feciſſe hoc. Et factũ hoc oportuit. Sine verbo aliquo. Cicero, Tamen id factum non oportuit. Idem, Totam rem illi integram ſeruatam oportuit. Non diſſimilis huic oratio fit per uolo. Idem, Liberis conſultum volumus, etiam ſi poſthumi futuri ſint.

Oppedo, is, pen. prod. vide in dictione Pedo.

Oppeto, is, penul. correp. ex ob & peto. Non autem ex os & peto (ſicut putauit Seruius) vt ſit quaſi ore terram peto, quum ii qui moriuntur non omnes ore terram petant. Significat tamen morior, ſiue necor. & licet plerũq; ſine accuſatiuo ponatur quum plenum ſit. Plinius lib. x. Oppetunt non ſenio, non ægritudine, ſed fame. Vergil. Contingit oppetere. Cicero cũ accuſatiuo iunxit lib. de Diuina. Aequius eſſe cenſuit maturam oppetere mortem. Idem libr. i. Tuſcul. Veſtras manus peto, priuſquàm oppeto malam peſtem hoſtili manu. Et tunc ſignificat incido, ſiue incurro. Plautus, Atque illa uiua uirtus ut peſtẽ oppetas. Proprie tamen Oppetere, ſignificat ſubire, ſeu adſectare.

Oppianus, poeta fuit tẽporibus Antonini Pii. vñ ait: Ἔθνεα πουλυπόροιο πολυσπερέας τε φάλαγγας παντοίων νηπόδων πλωτὸν γένος ἀμφιτρίτης ἐξερέω, γαίης ὕπατον κράτος Ἀντωνῖνε. Id eſt, Gentes uti q; ponti diuerſigenasq; phalangas omnimodorũ pedum non habentiũ. ideſt piſcium nauigabile genus maris indago, terræ eximium robur Antonine.

Oppidanus, qui oppidum incolit. Cæſar lib. iii. Cõm. Sub veſperum Cæſar portas claudi, milites ex oppido exire iuſſit, ne quã noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent.

Oppidatim, aduerbium. id eſt, per varia oppida.

Oppidicus, eius ſignificationis eſſe arbitror, cuius oppidanus. Gelli. lib. ii. Hic ego ad noſtros iuuenes cõuertor. Quid inquam uos oppidici dicitis mihi?

Oppidò, aduerbium, ſignificat valde multũ. Tractus ſermo à colentibus agros: qui quum interrogarent quantum meſſium collecturi eſſent, volentes ad ſufficientiã & multũ dicere, reſpõdebant, oppidò. id eſt, ad ſe & ad oppidũ ſuffecturas. Hinc venit in cõſue-

tudinem, ut de quacunq; re loquentes, oppidò pro, valde mul um ſumatur. ut, Oppidò laſſus ſum. Quãdo q; ponitur pro uero uel ſtatim. Plautus, Reddidi omne aurum oppidò. Iungitur aliquãdo cũ quàm, ſicut præpoſitio per. Gelli. Oppidò quàm libens feci. Cæſar: Quibus rebus oppidò quàm pauci ſub pellibus acquieſcebant.

Oppidulum, diminutiuum, paruum oppidum. Leo papa, Infantia mediatoris Dei & hominum iam uniuerſo declarabatur mundo, quum adhuc exiguo detineretur oppidulo.

Oppidum, quãuis ab ope danda dicatur, quòd opis cauſſa mœnibus cingatur. Vel ab opere, quòd opus ſit ad uitam gerẽdam, ſeu ab opibus. Huius enim rei cauſſam mœnia cõſtituta ſunt, ut homines opes ſuas eò conferrent, vbi nullum eſſet hoſtium periculum. In uerſu tamen per duplex pp, ſcribi cõſueuit, quum & ab opponendo ſe hoſtibus oppidum quidã dici exiſtiment. Eſt autem oppidum omnis urbs, præter Romam, quæ peculiari nomine urbs dicta fuit, ut cæteræ nominentur oppida. unde apud Plaut. oppidum & urbem indifferẽter legimus, quum in Perſa inquit. Eleuſipolim Perſæ cæpere, in Arabia plenã bonarũ rerũ antiquũ oppidum. Seruius Sulpi. quũ numeraſſet urbes multas, poſtea dixit. Quæ oppida quondã tẽpore florẽtiſſima fuere. Dicebatur etiam oppidum locus in circo, unde quadrigæ emittebantur.

Oppignero, ex ob & pignero. Pignero vero à pignus fit, & eſt Oppignerare, aliquid pignori dare. Martianus: Oppignerauit ad Claudii modo menſam uix octo nummis annulo, unde extaret. Teren. Num oppignerare filiam meam opportuit? Repignerare, eſt ſoluto debito pignus recipere.

Oppilo, as, pen. prod. ſignificat occludo. Lucre. li. vi. Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra. Cicero in Philip. Tabernis oppilatis. Hinc medici vitium præcluſi fractiq; iecinoris, aliorumq; intus viſcerum, Oppilationẽ vocant. Fit autẽ à pila quod columnam ſignificat.

Oppleo, circunquaq; ſiue maxime impleo. Plautus in Rud. Sed ad prãdium vxor me vocat, redeo domũ, iam meas opplebit aures ſua vaniloquentia. Itẽ Opplere eſt quaſi occupare. Varro, Alienus odor nares opplet. Cicero ait mentes oppletas tenebris. Varro contra mures & talpas oppleri locum muſcipulis dixit.

Opploro, contra ploro. Cicero lib. iiii. ad Herenn. At ille qui mihi illũ datis, ac uos auribus meis opplorare non deſinitis.

Oppono, nis, cõtra põno, ſeu ex aduerſo pono. unde Oppoſitio, contrarietas. Oppoſitum, contrarium.

Opportunus, per duplex pp, ab ob & portus, ſeu Portunus compoſitum eſt. Portunus autem qui & Palæmon, inter Deos colebatur, quia portubus præeſſe dicebaſ. Dicturq; Opportunus, qui omnibus adcommodatur veluti portus ab eo quòd nauigãtibus maxime vtiles optatiq; ſint portus. vñ Opportune accidere, quod pro deſyderio noſtro accidit. A quo etiam Opportunitas, pro commoditate, quemadmodum è diuerſo Importunum eſſe, & importunum fieri dicimus, quæ ſunt, fiunt ue præter rationẽ loci, ſiue temporis, aut perſonarum. Vergilius de auibus, quæ quum nocturnum volare ſoleant, die adparerent.

Importunæq; volucres. Signa dabant.

Propterea Importunum hominem, dicimus procacẽ atq; moleſtum, inquietum, & quaſi portu carentem. vide loco ſuo.

Opprimo, is, penult. correp. eneco, ſiue perturbo, & habet q; in ſe maiorem vim, quàm extinguo. Cicero in Læli. Quamobrem primum danda eſt opera, ne qua amicorum diſſidia fiant. Sin aliquid tale euenerit, ut extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ uideantur, quaſi quod extinguitur poſſit renouari, quod opprimitur non queat. Interdum Opprimere ponitur pro continere, ſeu claudere. Plautus in Aſi. Os opprime. Interdum pro comminere, ſeu comprehendere. Idem ibi, Iam taxo ipſum hominem manifeſtò opprimas. Interdum pro uiolare. ut, Oppreſſit virginẽ. Interdũ pro grauare. Cic. Qui hominem tot miſeriis calamitatibusq; oppreſſo ſubueniret. Interdũ pro præuenire, occupare. Cic. Caſ. puto te iam ſuppudere, quum hæc tertia iã epiſtola antè te oppreſſit, quàm tu ſchedam aut literam. Interdũ pro conſtringere. unde Cõpreſſio conſtructio, cuius diminutiuum eſt Oppreſſiuncula Plautus, Molles morſiunculæ, papillarum horridularum oppreſſiunculæ.

Opprobramentum, Plau. in Mer. Litigare ego nolo uos. Quàm tuã autem accuſari fidẽ, multò ædepol, ſi quid faciundum eſt facere damni mauolo, quàm opprobramentum aut flagitium muliebre te pati.

Opprobrium, ex ob & probrum, ſignificat infamiam, dedecus: quaſi obiectum probrum, quod proueniat ob probrum. id eſt, propter ſcelus cõmiſſum, ut quũ quis cuipiam maledicit.

Opprobro, as, opprobrio do, abiicio. Gellius li. i. Idẽ Cato M. Cælio tribuno plebis vtilitatẽ opprobrãs nõ loquẽdi tantũ uerũ etiam tacẽdi. Fruſto (inquit) panis conduci poteſt, uel ut taceat, uel uti loquatur.

Oppugno, contra, ſeu circa pugno: nocendi cauſſa. Cic. pro Sex. Domus eſt oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano.

Oppuuire, percutere eſt. vnde Oppuuia, uerbera dicuntur. Afranius, Oppuuiis pueri coercentur. Vide in dictione Pauio Co

Ops, opis, gen. fœmi. eſt Dea filia cœli ex Veſta, & ſoror & coniunx Saturni, quæ & Rhæa Græco vocabulo. Hinc putant terrã eſſe ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo: quòd terra affluens ſit omnium rerum. Eadem Cybele adpellatur, vel à monte atq; oppido Phrygiæ Cybelo, vbi ſacra eius primò inſtituta ſunt. Vel ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν. & ea Dea in cunctis caſibus eſſe perhibetur, cuius ope humanæ vitæ alimẽta quæruntur. Vel dicitur Ops ab opere, per quod fructus frugesq; naſcitur. Ab hac Opes, hoc eſt, diuitiæ dictæ: quia diuitias omnes in agris eſſe ueteres exiſtimabant. uel quia omnes opes humano generi terra tribuit. Hæc mater Deum dicitur, quia omnia gignit, uel quia in ea fiat

omne opus, uel quia opus eſt ea ad uiuendum. Ops vero generis omnis, ſignificat opulentiā, à quo Inops, pro inopulento. Antiquiſſimi tamen (teſte Capro) hic & hæc Ops, pro eo qui eſt opulentus & copioſus. Præterea Ops, opem ferens dicitur Accius, Quorum genitor fertur eſſe ops gentibus. Vnde Inops, & Inopioſus; quaſi ſine ope. Vnde animi inopē, inopē conſilii dicimus. hoc eſt, ſine ope animi, ſine ope cōſilii. Vergilius, Sæuit inops animi. Plautus: Sæpe ego multas tibi mandaui dubias, egenas inopioſas conſilii. Obliqui ſingulares ſignificant auxilium. Ouidius de Remed.

Carminis & medicæ phœbe repertor opis.

Cicero li.iii. Tuſc. Opis egens dixit. id eſt, auxilii indiga. Aliquando ſignificant poſſibilitatem. Verg. Non opis eſt noſtræ. In plurali diuitiæ dicuntur. Idem, Auxilio tutos dimittam, opibusq; iuuabo. Sed & Opem veteres dixerunt pro opulentia. Cic. li. iii. Tuſc. O Priami domus ſeptum altiſono cardine templum, uidi ego te adſtātem ope barbarica. id eſt, opulentia ſiue opulentitate luxurioſa. Quandoq; etiam auxilium. Idem ad Q. Fratrem: Nunc ita accidit, ut neq; prætores ſuis opibus, neq; ſtudio noſtro quicquàm proficere poſſimus. Quandoq; poſſibilitas ſeu potentia. Ouidius lib. iii. Faſtorum:

Sed timuit magnas Pygmalionis opes.

Opſimathes, æ, qui iam grandis natu diſcit.

Opſonator, qui emit opſonia, & coquo ad coquendū tradit. Seneca ad Lucil. Adiice opſonatores, quibus dominici palati noticia ſubtilis eſt qui ſciunt, cuius illum ſapor excitet.

Obſonatus, us, ipſa opſonatio. Plau. in Tru. Dedi eqdem hodie quinq; argēti deferri minas præterea unā in opſonatum.

Opſonito, as, frequentatiuum, ſæpe opſono. Neuius, Multi mecum eo die opſonitauere.

Opſonium, dicitur quicquid vltra panem & vinum in cibo adiicitur.

Opſono, as pen. prod. Nam Græce ὀψωνεῖν per ω, ſcribitur. Similiter Opſonor, deponēs, quod idem ſignificat. id eſt, emo ſeu præparo res neceſſarias ad opſonandum. hoc eſt, aliquid cum pane comedendū, ſiue conuiuādum. Plau. in Caſi. Argento parciolo opſonato ampliter. Idē: Cœnæ opſonaui. id eſt, opſonia emi. Terēt. in And. Vix drachmis opſonatus ē decē.

Opſopæus, concinnator opſoniorum. ὀψοποιός, id eſt coquus.

Opſopolis pen. prod. obſoniorum uenditrix.

Optabilis, Cicero Luccio: Quæ etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ.

Optalea, fruſtum carnis aſſæ. ὀπτάλεον aſſatus dicit.

Optati. dicuntur qui in honeſtum gradum aliquem ſunt electi.

Optatò, aduerbium, quaſi cum deſyderio. Terentius in Andria: Optatò aduenis.

Opticus, a um. pen. ul. corre idem quod viſiuus. ſiue perſpectiuus. vt, uirtus optica id eſt, viſiua. vnde pars Geometricæ diſciplinæ vna dicitur Optice. id eſt, perſpectiua, quæ ad oculos pertinet, quæ cauſſas reddit quur viſiones ſubinde fallant, ut quæ in aqua conſpiciuntur, maiora ad oculos fiant, quæ procul ab oculis ſunt minora.

Optimates, pen. prod. ſunt qui primum in ciuitate locum tenent, vel quòd opulentiores ſunt, & in maiori cenſu: vel quòd in primis opē ferre poſſunt oppreſſis. Cic. pro Sext. dicit Optimates eos eſſe, qui ita in Repub. ſe gerunt, ut ſua conſilia optimo cuiq; probentur. Populares verò, qui ea faciebant & dicebāt, quæ multitudini iucunda eſſe volebant. Idem ibi, Optimates ſunt omnes, qui neq; nocentes, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti. Priſcianus lib. v. Optimates ſunt qui defendunt ſenatores: Populares, qui defendunt populum.

Optimitas, utilitas, commodum. Plautus, Maximas optimitates gaudio effertiſſimas ſuis heris ille unà mecum pariet.

Optimus, ſuperlatiuum eſt à bonus.

Optio, pro optatio, electio, dicitur ab optando, (ut Verg. ait) quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, ii tanquàm adoptati eorum atque vicarii ſolent vniuerſa curare: ut nihil aliud ſit Optio in re militari, quàm adoptatio. Quoniam centurio aut decurio optabat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius publica obiret negocia. Plautus in Aſi. Optionē tibi ſumito Leonidam. Vnde à Iuriſconſulto titulo de Pœnis damnatorum, dictum eſt. Ita neq; ſpiculatores ultrò ſibi vendicent, nec optiones ea ſibi deſyderent. Is autem dabatur adiutor centurioni à Trino militum. Optio etiā electio ſimpliciter. ut apud Hieronymum in uita Pauli.

Opto, as. deſydero. unde Optatiuus modus apud Grammaticos, Quandoq; eligo. Cic. libro. i. Offici. Quæ q; maiori parte pulcherrima uideantur, ea maxima optant. Verg. lib. i. Optatq; locum tectis. Hinc Optio. Interdum Optare eſt precibus poſtulare. Verg. Et reor, & ſi qd veri mens augurat opto. Interdum adiungere adſcire. Varro li. iiii. de Vi. pa. Adoptatos quotquot adſcitos exiſtimauit adpellatos, qui referentibus centurionibus in cohortes adoptati ſubeant, vt ſemper plenæ eſſent legiones. Huius compoſita ſunt, Adopto, quod eſt ualde deſydero. Plautus in Ciſ. Sociam te mihi adopto ad meam ſalutem. Vatinius: Ego autem quem potius adoptē, quàm illum quo defendēte uincere didici? Et Adoptare, eſt filium adoptiuum facere. Terent. in Adelphis. Ego hunc maiorē optaui mihi. Adoptio (ſicut ſcribit Caius) duobus modis fit. aut principis autoritate, aut magiſtratus imperio. Principis autoritate adoptamus eos, qui ſui iuris ſunt, quæ ſpecies adoptionis dicitur Arrogatio, quia & is qui adoptatur rogatur. id eſt, interrogatur an id fieri patiatur. Imperio magiſtratus adoptamus eos, qui in poteſtate parentis ſunt, ſiue primum gradum liberorū obtineāt, qualis eſt filius, filia, ſiue inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis. Coopto, eligo. Cicero in Bruto: A quo in collegium augurum fueram cooptatus. Exopto, ualde deſydero, uel ualde pre-

cor. Salluſti. Nam gloriam & honorem imperitiq; boni & ignaui ſibi æque exoptant. Præopto, antè opto. Terentius in Hecy. Adeò peruicaci es animo, vt puerum præoptares perire?

Opulens, idem quod opulentus. Ambr. lib. Hexa. Fugienda ſunt tentamenta mundi, ne pauper deſperet, ne opulens inſoleſcat.

Opulento as, dito ſeu abundãtem facio, fœcundo'ue. Colu. li. ix. Quippe villaticæ paſtiones ſicut pecuariæ non minimam colono ſtipem conferunt, quum & ſuium ſtercore macerrimis vineis, & omni ſurculo atq; aruo medeantur, & eiſdem familiarem, focũ, mẽſamq; precioſis dapibus opulentent.

Opulentus, diues, & opibus abũdans, quia rebus abũdat terræ quaſi diuitiarum plenus. Plaut. in Amphitry. Opulento homini hæc ſeruitus dura eſt. Hinc Opulentia, & Opulentitas. Idem, Quaſiq; eius opulentitatem reuereris.

Opuleſco, diteſco. Furius,
Quò magis in tantis poſſint opuleſcere campis.

Opulus, pe. cor. genus vineæ ubi traduces poſſunt fieri vitium: vt Mediolanenſes faciunt in arboribus, quas vocant opulos.

Opus, opuntis, ciuitas in Locris. Ouid. de Pon.
Facta ex de puer Patroclus opunta reliquit.
Hinc Opuntius, a, um, vt ſinus Opuntius in Aegeo, Opuntii, populi Phocẽſibus Bœotiis finitimi fuere.

O ANTE Q & R

Oquiniſco, is, ex ob & quiniſco, quãuis quiniſco non legerim: vnde & Conquiniſco. ſed b, abiicitur, ſignificat inclino. Pomp. in piſtore: Niſi quũ aliquis ſubito obuiam occurrat mihi, qui oquiniſcat. Conquiniſco verò (vt Priſcianus inquit) caput inclino. Sed Plautus in Ciſ. pro indignor poſuit. Faciendum eſt pueri le officium, cõquiniſcam ad ciſtulam. Feſtus vero Conquinere, deputare. vnde Conqniſco videtur eſſe formatum.

Ora extremitas cuiuſque rei. Vergilius,
Et mecum ingentis oras euoluere belli.
Hinc veſtimẽtorũ extrema, Oræ dicunt. Et regionũ, terrarũq; fines, inſuper maritimæ ipſæ regiones. ut,
Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris,
Italiam fato profugus, Lauinaq; venit Littora.
Sciendum eſt quòd Plinius quũ oram dicit, ferè ſemper regionem littoralem adpellat, apud quem ueluti peculiaris eſt talis locutio. In ora ſunt ciuitates, & oppida oræ proxima. Quæ verò remota ſunt ab ora, eleganter in Mediterraneo eſſe dicuntur. Hinc Soluere oram vſurpatum eſt pro eo quod eſt enauigare, & ab ora, hoc eſt, littorali regione ſoluere retinacula nauium, & diſcedere. Sunt qui dicant Oram etiam ſignificare nauticum funem, quo nauis ad terrã ligatur, allegantq; Quintilianum dicentem, Permittamus vela ventis, & oram ſoluentibus bene precemur. Liuius lib. xxviii. In ipſis quoq; trepidatum nauibus, dum ne hoſtes cum ſuis irrumperent trahũt ſcalas, oras q; & anchoras, ne in molientibus mora eſſet præcidunt. Vnde etiam uulgariter dicitur, in lora de la aqua. Ceterum eruditi negant Oram inueniri pro ſune nautico apud idoneos autores, quum & in Liuio quidem oras, ſed lora (vt ex uetuſto codice liquet) ſcriptum reperiatur.

Oracephesias, Attica regio eſt. Ce.

Oraculum, ab ore dictum eſt (ut inquit Priſciã.) Cice. lib. Top. Oracula ex eo ipſo adpellata ſunt, quòd ineſt his Deorum oratio. Vnde & pro reſponſo accipitur. Seneca. Vnũ illud optimum oraculum eſt, pugnandum eſſe pro patria. Vergilius,
Scitatum oracula Phœbi. Martialis,
Quandoque ponitur pro templo in quo reſponſa dantur. Item pro dicto alicuius. vnde dicimus, Oraculum Catonis eſt. Quãdoq; dicitur unũ ex quinq;, quæ videre uidemur dũ dormimus, de quibus in dictione Somnus.

Oram maritimam, Græci vocant Acten. vt Gellius oſtendit.

Orarium, dici poteſt quod ori & genis & capiti ſupponunt dormituri. Et ſic ab os, oris deducitur. Hierony. ad Nepo. Quod ſudarium orariumq; non habeas. Orarium etiam ſumitur pro ueſte qua ſacerdotes vtuntur ſtola vulgò dicta, dum orant. id eſt, prædicant. Ambro. de Obitu Satyri. Etenim ligari fecit in orario, & orarium inuoluit in collo. Vnde diſtin. xxiii. ſcribitur, vt omnis ſacerdos quum ordinatur, orario vtroq; humero ambiat.

Orata, genus piſcis, à colori auri. vide in dictione Aurata.

Oratio, duobus modis accipitur. Primo ut conſyderatur à Grammaticis, quæ eſt (ut Hieronymus inquit) omnis ſermo loquentium. Cuius etymologiam ſic explicat, Oratio, eſt oris ratio. Secundò, ut in ſacris ſcripturis accipitur, in quibus difficile Orationem iuxta hunc ſenſum inuenias: ſed eam quæ ad preces & obſecrationes pertinet. ut, Exaudi Deus orationẽ meam, intende deprecationi meæ. Huius diminutiuũ eſt Oratiuncula.

Orator, eſt vir bonus, dicẽdi peritus, qui in cauſſis publicis & priuatis, plena & perfecta utitur eloquẽtia.

Oratoria, riæ, ſciẽtia qua quis orator effici poteſt. Auguſti. li. ii. Confeſſionũ: In qua vrbe iam cœperam literaturæ atq; oratoriæ percipiendæ gratia peregrinari. Oratoriam artem quantum exornauerit pater patriæ Marcus Tullius Cicero, ſatis conſtat.

Oratorie, aduerbium, ſignificat more oratorio.

Oratorius, ria, riũ, quod oratoris eſt, vel quod ad oratorem pertinet. ut, Ars oratoria.

Orbefacio, orbitatem alicui induco, & orbum liberis facio. Vnde Orbificor ex quo Orbificus. Ce.

Orbella, regio ab Orbelo monte dicta.

Orbiculatus, ta, tum, quod in orbem & circuitum factum eſt, à figura orbis in rotunditatem circumacti. vt, Poma orbiculata.

Orbio, bis, biui, bitum, circumeo. Nonius de Priſcis dictionibus. Orbitum, per orbem dictum, ſeu circularem. Varro, Vt ſidera cœli circa terram atque axem voluuntur motu orbito.

Orbis, circulus, cuius diminutiuum eſt Orbiculus Auguſtinus li. xiii. de Ciuitate, Neq; ei continuò conces

dendum eſt, globos iſtos luminum, ſiue orbiculos, lucę corporea ſuper terras ſeu die ſeu nocte fulgentes. Hinc mundus, à rotũditate, dicitur Orbis terrarum. Alias Orbis ponitur pro ſphæra ut, Nouem orbes ſphærarum, autor Macrobius. Orbes etiã quãdoq; dicuntur frontis foramina, inter quæ latent oculi. Statius, Tum uacuos orbes. Prudent. Illic utriſq; obtutibus orbes cauatos præferens, baculo regebat primo errore nutantem gradum. Sed & ipſa lumina ſic adpellantur. Lactant. Orbes ipſos humoris puri ac liquoris plenos eſſe uoluit.

Orbita, tæ, penultima correpta, rota, ſiue currus. Vergilius libro tertio Georgicorum:
Iuuat ire iugis, quà nulla priorum,
Caſtaliam, molli diuertitur orbita cliuo.
Et Orbita, veſtigium decurrentis in uiis rotæ ex curſu. Plinius libro octauo. Iidem vbicunq; fuit, orbitam ſi tranſiere, moriuntur, ſcilicet mures. Hinc Exorbito, tas, de quo alibi. Item Orbitas, rotunditas. Vergilius in Aetna:
Scire modum, & quanto minor orbita Lunæ eſt.

Orbo, as, idem eſt quod priuo. Lactan. li. iii. Et orbat hominem ſuo proprio ac ſingulari bono. Hierony. ad Aletam, Et marito ſimul orbaberis & filiis.

Orbus, propriè dicitur oculorum luce priuatus. Iuuenalis, Dudum vigilantibus orbis.
Per tranſlationem Orbi dicuntur, quicunq; aliqua re chara priuati ſunt. Hinc patres, amiſſis liberis, quaſi amiſſa oculorum luce, Orbi vocantur. Hinc Orbitas, illa patrum qualitas, poſt amiſſos liberos: & uxoris vidulitas, poſt amiſſum maritum. Quintilianus: Non habet orbitas veſtras lachrymas ſuper ardentes rogos. Similiter Orbi dicuntur orphani. Teren. Orbæ qui proximi ſunt, uxorem ducant. Hinc Orbitas, orphanitas. Plau. in Capt. Quid hoc eſt ſceleris! quaſi in orbitatem filios produxerim.

Orca, genus beluæ marinæ balænis infeſtũ. Horat. in Serm. Non alia quàm quæ Byzantia putruit orca. Ad huius ſimilitudinẽ genus quoddã uaſis dictũ eſt Orca. Perſi. Redderet anguſtæ collo nõ fallier orcæ. Vbi Probus interpretatur amphoræ ſpeciẽ. Omnino apud veteres & vinariũ & olearium uas erat. Itẽ Salgamarium, vt in quo ſeci quoq; adſeruabantur. Plin. lib. xv. At ubi copia ficorũ abundat, implentur orcæ, in Aſia cadi. Item Salmentariũ, hoc eſt ſalſamentarium. Quidã etiã Orcam accipiunt pro vaſculo luſorio, quo coniecti tali agitatiq; emittuntur in tabulam aleatoriam. Et à Martiale dicitur turricula, ex imitatione Græcæ dictionis, quam Latini uſurpant pyrgon. Plin. lib. xxxv. pro capſa pigmentorum moſ hebriũm poſuit, quum ait, Vſta caſu reperta, incẽdio pyræ ceruſa in orcis cremata.

Orchades, pen. cor. inſulæ Oceani Septentrionalis, ultra Britanniam & Hiberniam, numero triginta, ſecũdum Pomponium parum inter ſe diſtãtes. Eſt & hoc nomine oliuæ genus. Vergilius,
Orchades & radii, & amara pauſia bacca.

Orcheſtra, ſpacium in theatro, in quo ſenatorũ & honorificentiſſimorum erant loca deſignata. Et ſcænici artifices ſuas per Orcheſtram præſtant actiones, ut ſcribit Victruuius lib. v. Cuius pulpiti altitudo non erat quinq; pedibus altior, vt ſedentes ſpectare poſſent omnium agẽtium geſtus. Dicta Orcheſtra, quòd in ea ſaltationes fieri conſueuiſſent. Nam apud Græcos ὀρχέομαι tripudio, ſalto. Suetonius, Deinde in orcheſtram ſenatum q; deſcendit, & orationis quidẽ carminisq;. Latini coronam, de qua honeſtiſſimus quiſq; contenderat, ſumpſit. Iuuen. poſuit pro ſeſſione ſenatus & primorum, quum ait:
Similemq; videbis Orcheſtram & populum.

Orchia lex, uide in dictione Lex Orchia.

Orchis, herba, q̃ & cynoſorchis quaſi caninus teſtis.

Orchites, pen. cor. genus oliuarũ, quæ à teſticulis nomen ſumpſerunt. ut inquit Seruius lib. iii. Georgico. Nam ὄρχεις teſtes dicuntur. unde etiam uocantur teſticulares oliuæ.

Orchomenon, fluuius quidam. ut Plinius & Strabo teſtantur.

Orchomenus, pe. cor. Theſſaliæ mons. A' quo Orchomeniũ, oppidum, quondam ditiſſimum ac potentiſſimũ: cui Thebanos olim tributa ſoluiſſe cõſtat. Hinc adiectiuũ Orchomenius, nia, nium, Orchomeniorũ rex Etheocles fuit, qui primus Gratiarum templum extruxit. Et Ariſtoclides eius tyrannus fuit, qui Stymphalidem uirginem quãdã adamauit, vt ſcribit. Hieronymus. uide in dictione Stymphalus. Hiſtorici alteram Orchomenũ tradiderunt, quæ Euboicæ urbs eſt, & inſula una ex cycladibus In Euboico mari, in qua Titani regnaſſe dicuntur.

Orci familia, pro defuncto ponitur.

Orcomana, pro lecto funebri apud Martialẽ ponitur.

Orcula, diminutiuum ab orca. Cato de Re ruſtica: Cyminum, fœniculum, rutam, mentham, in orculam condito. Hinc quidam Vrceum, & per diminutionem Vrceolum deducunt.

Orcus, fluuius infernalis, ab urgendo dictus, quòd in mortem vrgeat (ut inqt Feſtus,) quia antiqui e, pro g, ponebant. Quidam ab ὅρκος, quod eſt iuramentũ, deducunt, quòd per illum, id eſt, Stygem paludem (à qua profluit) iurabant Dii, nec peierare licebat. Propriè autem Orcus, obſcuritas inferorum. Et Orcus apud Homerũ Theſſaliæ fluuius ſcribitur, qui Peneũ olei inſtar ſupernatat. Et Orcus Pluto.

Ordeſſus, fluuius maximus Scythiæ, qui ab Oriente profluit, miſcetur cum Iſtro.

Ordinarius, ria, um, ab ordo in quo ſeruatur ordo. Et ordinator. Ordinarius, dicitur homo ſcurra & improbus, qui q; aſſidue in litibus moratur, ob eam q; cauſſam in ordine ſtat prætorem adeuntiũ. Sic per contrarietatẽ, quia minime ordinatè uiuit. Extraordinarium, quod fit extra ordinem.

Ordino, nas, diſpono, qui cuiq; locus eſſe debeat. A' quo fit Præordino, antè ordino.

Ordior, diris, orſus, & orditus (teſte Priſciano) præteritum facit, ſed quum facit orſus, ſignificat fari incipio. Vergilius, Veneris contrà ſic filius orſus. Liuius libro primo. Vnus rem ex compoſito orditur, id eſt, narrare incipit. Vnde exordiũ, p incipium

orationis. Ponitur etiã ſimpliciter pro incipio. Cic. lib. v. Tuſcu. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus, quàm à cõi parẽte natura? quæ quicquid genuit, nõ modo animal, ſed etiã quod ita ortũ eſſet e terra, vt ſtirpibus ſuis niteretur, in ſuo genere perfectum eſſe voluit. Orſum, aliquãdo poetæ pro eo qui finit, abuſiue poſuerunt. Vergilius, Sic orſus Apollo, Mortalis viſus, medio ſermone reliquit. Hinc Aborſus. Quum autem facit Orditus, ad telæ vel alterius huiuſmodi compoſitionem ſpectat. Hieronymus in Eſaia, Et telam quam orditus eſt. Vergilius tamen in Culice:

Atq; ut araneoli tenuem formauimus orſum.

Veteres etiam Ordio protulerũt. Aſinius, Expecta tamen animo me ordire oportet. Compoſita huius verbi ſunt Abordior, Exordior, & Reordior.

Ordo, eſt digeſtio, & in ſuo cuiuſq; loco collocatio, veluti in acie fit, vbi pedites, vbi alæ, ubi cætera. Vel in ciuitatibus, vt Ordo ſenatorius, Ordo equeſtris. Accipitur quandoq; pro ipſis hominibus. Cicero: Qui apud oẽs ordines eſſet gratioſus. id eſt, apud omnium ordinum homines. Salluſti. Sæpenumero patres conſcripti, multa uerba in hoc ordine feci. id eſt, in ſenatu. Aliquando refertur ad fortunas. Vnde Donatus, exponens illud Terentii in Eunu. Quendã mei ordinis. dicit: Ordinis, pro paupere. Sic honeſti ordinis homines, dici poſſunt opulenti. Inde fiunt Interordo, & Interordium, de quibus ſupra.

Ordolucæ populi fuerũt in Anglia, arduis montibus proximi: apud quos (vt Tacitus ſcribit) Hoſtorius dux Romanus, Carataccum in Anglia imperantem proſtrauit.

Orea, æ, ab ore fit, & ſignificat frænũ, dictumq; quòd ori inſeratur. Nam Aurea, eſt quæ ad equorum aures religatur.

Oreades, Nymphæ montium, ἀπὸ τοῦ ὄρους, quod montem ſignificat.

Oreges, unus ex colliculis Imai montis.

Oreni, populi Celtiberis proximi ab Auſtro.

Oreon, herba eſt, ſic dicta, quòd in montibus naſcat.

Oreoſelinum, montanum apiũ, cicutæ foliis, radice tenui, ſemine anethi, minutiori tamen. Cc.

Oreſtes, nomẽ viri, ſic dictus, ob ferinam, agreſtemq; & montanam naturam.

Oretæ, gens Indica (ſecundũ Strabonem) poſt Arbim amnem Arianorum: quos Pli. lib. vi. ait, nõ Indorũ, ſed propria uti lingua.

Ore tenus, duæ partes ſunt. Gellius, Guttum Samium ore tenus imprudens inane, tanquàm ſi ineſſet oleũ adfert.

Oretus, Siciliæ fluuius, apud Panormum.

Oreus. dictus eſt Liber pater: à mõtibus in quibus ei fieri ſacrificia ſolebant.

Orexis, Græcè, Latinè adpetitus ſeu eſuritio dicitur, ab ὀρέγεσθαι, quod eſt adpeto. Quidã etiam pro uomitu accipiunt. Iuuenalis,

Rabidam facturus orexim. Idem, Hinc ſurgit orexis, Hinc ſtomacho bilis. Hanc ueteres ut excitarent, bibere largius ſolebant, deinde euomere.

Organa, per excellẽtiam dicuntur omnia muſicorum inſtrumenta, ſicuti docet Auguſtinus: Nõ ſolum Organum illud, quod grande eſt, & inflatur follibus, quod multis meatibus, quaſi cicutis imparibus, unde uox erumpat, & concentum cum bombulo emittat, ſed quicquid aptatur ad cantilenam & corporeũ eſt, Organum dicitur. Iuuenalis pro cithara poſuit,

Prætoribus organa ſemper

In manibus denſi radiant, teſtudine tota.

Sardoniches criſpo numerantur pectine chordæ.

Eſt & Organum, inſtrumentũ quoddam ædificii. Vitruuius lib. x. Inter machinas & organa id uidetur eſſe diſcrimen, quòd machinæ pluribus operibus in maiores cogunt effectus. vt baliſtæ torculariumq; prala: organa autem unius operæ propoſitum, uti ſcorpionis. Apud Col. li. iiii. ſumitur pro inſtrumento ad metiendum apto, ubi ait, Sic compoſitum organum quũ in ſulcum dimiſſum eſt, litem domini & conductoris ſine iniuria deducit.

Organarii, organorum fabricatores. Iulius Firmicus libr. ii. ſcribit. Mercurium cum Venere in ſexto, ab horoſcopo facere organarios & myropolas.

Orgia, ſacra fuerunt quæ Diis immortalibus fieri ſolebant, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, ut inquit Euſebius lib. Præparat. hoc eſt, à furore, quia ſacrificãtes diuino quodam furore corripi uidentur. Hinc abuſiue ſacra Liberi patris dicta ſunt Orgia.

Oria, vide in Horia.

Orichalcum, æs aurei coloris, quod in magno pretio apud veteres fuit. Græci ὀρείχαλκον ab ὄρος quod eſt mons, quia in montibus foditur.

Oricos, ciuitas Epiri, à Colchis cõdita, à qua terebynthus Oricia dicitur.

Oriens, & participium eſſe poteſt, & nomen ſubſtantiuũ, generis maſculini, ut quum per ſe dicit Oriens. vt, Ab Oriente in Occidentem pergit Sol.

Orificium, dicitur quod in quacunq; re patet.

Origanũ, pen. corr. herba, cuius diuerſæ ſunt ſpecies. Nam quoddã dicitur heracleoticum, agreſte, & othimin. Plin. ſcribit, Origanum eſſe, quod in ſapore cunilam æmulat: plurimaq; eius eſſe genera, othimin uel praſion adpellari, non diſſimile hyſſopo: tragoriganon, ſimilius eſſe ſerpillo ſylueſtri.

Origenes, pen. cor. nomen proprium autoris eccleſiaſtici. Cuius dogmata damnata ſunt, quum in uarios errores inciderit: quos Auguſtinus lib. de Hæreticis commemorat. A quo Origeniani dicti ſunt, qui eos imitantur. Fuit & alius Origenes.

Originarii, qui ex adſcriptitiis nati ſunt in ipſo ſolo. Diſt. 54.

Origo, pen. prod. genus eſt. Vnde Originale, adiectiuum ut, Culpa originalis.

Orion, quaſi Vrion, dictus eſt filius Enopionis, putatus ex urina trium Deorum, Iouis, Neptuni, & Mercurii natus. Hic apud Meſſanam portum, ſtructo aggere, in Bœotiam conceſſit, inde inter aſtra receptus eſt, ante Tauri ueſtigia. Sunt tamen qui Græcè ab aquarũ inundatione ſic dictũ velint: quòd eius tẽpore habet ortum hyems, & mare ac terras tempeſtatibus turbat.

turbat, ὄρινω enim turbo & côcito ſignificat. Plautus iugulam uocat, quòd ſit armatorum gladius ſtellarum fulgore terribilis. Hic ſi fulget, ſerenitatem: ſi obſcurat, tempeſtatem denotat. Vergilius,
Fluctu nymboſus Orion.
Orior, oreris, & oriris, participium fũ Oriturus & Ortus habet Ouid. lib. x. Metamorphoſeos.
Tu quoties oreris, viridiq; in ceſpite flores.
Significat naſcor: quandoq; ſurgo, prodeo. vñ Oriri Solem dicimus. Huius compoſita ſunt Aborior, Adorior, Coorior. Liuius, Tum vero eborto tumultu terga vertere, ſimulãtes paululũ ceſſere. Oborior, & Suborior, eiuſdem ſignificationis. hoc eſt, ſubnaſcor, ut, Obortæ ſunt lachrymæ, Subortus ẽ rumor. Exorior quoq;, & Perorior. Cice. libro. iii Officio. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. id eſt, adparet, vel adſciſcitur.
Orites, gemma eſt, globoſa ſpecie: à quibuſdam ſyderites adpellata. Ce.
Orithea, Nympha eſt: quaſi hortãs ad curſum dicta.
Orithos, vrbs fuit inter Macedoniam & Epirum.
Orithya, Boreæ cõiunx, filia Erichthei Athenarũ regis: quam in uentũ cõuerſam ferunt. Hoc etiam nomine dicta eſt Amazonũ regina: quæ Marpeſiæ matri ſucceſſit in regno.
Oriundus, qui originẽ ducit: quòd ex eo loco parentes eius fuerunt. Ortus uero, ex loco perſona ue præſenti. Liui. Nati Carthagine, ſed oriũdi à Syracuſanis. Inuenitur tamẽ Oriundus pro orto. Colu. lib. i. Nam quẽadmodum ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere: ita dementis eſt, ipſam ſibi malam facere fortunã, quod facit, qui nequam vicinum ſuis nummis parat: quum à primis cunabulis (ſi modo liberis parentibus eſt oriundus) audiſſe potuerit.
Oryza, ſpecies frumenti, folio carnoſo, altitudine cubitali, flore purpureo: ex qua Italici ptiſanam faciũt. Horatius in Sermonib. Sume hoc ptiſanarium oryzæ. Candore grana cõmendantur in cibo ad iuſcula teſtuacia. Seritur menſe Martio, & aquis clauſis irrigatur. Vulgò Rizum adpellant. Inde Orizicum oleum. Cornucopiæ.
Ormao, impetum facio.
Orme, impetus, perturbatio. Inde Ormum canticum, dictum impetuoſum, & alacritati bellicæ adcommodatum.
Ornamentum, ornatus, adparatus. Et quandoq; honor dicitur. Cicero Licinio: Suſcepiq; mihi perpetuam ꝓpugnationem pro omnibus ornamentis tuis. id eſt, honoribus.
Ornatus, ta, tum, qui bonis artibus inſtructus eſt: ſiue qui honores adeptus eſt.
Ornatus, tus, accipitur pro cultu quo quis ornatur. vñ dicimus Ornatum regium.
Orneus, Ixionis & nubis filius, vnus ex cẽtauris. Ce.
Ornithoboſcion, locus ad paſcendum gallinas & aues. Varro, De his qui ornithoboſcion inſtituere volunt.
Ornithon, auiarium. Nam Ornithas Græci aues vocant. Varro: Ornithones, auiaria ſunt, in quibus ſtabulantur turdi, pauones, & omnes alites quæ intra parietes villæ ſolent paſci. Apud Græcos ὄρνις, ὄρνιθος, ſcribitur.
Ornithotrophium, idem eſt quod ornithon.
Ornix, Græcè, Latinè ales, gallina.
Orno, nas, pulchrum facio. Cice. lib. I. Tuſculanarum quæſtio. Nocturnamq; cœli formam vndiq; ſideribus ornatã. Et Ornare, præparare, aptare: quod lingua vernacula dicimus, metter en poincto. Plautus in Captiuis, Ego ibo vt cõueniam ſenem: dicam vt ſibi penum aliud ornet. Idem in eadem: Nõ ornatis uos iſtic apud uos nuptias. Item honorare. Cicero Cæſari, Neq; vllius officii certum nomen peto: beneuolẽtiam tuam & liberalitatem peto: neq; impedio quò minus (ſi tibi ita placuerit) etiã hiſce eum ornes gloriæ inſignibus. Huius cõpoſita, Adorno, quod eſt deſuper orno. Liui. lib. i. Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit, inſigniq; veſte & curuli regia ſella adornauit. Eſt etiam Adornare, bene adparare. Plautus in Caſina, Intrò abi vxor, atq; adorna nuptias. Exorno, & Suborno, de quibus alibi.
Oro, ras, precor: & hoc quãdo iungitur cum Deo, vel cum homine. Teren. In Andr. Quod ego te per hanc dextrã oro & ingeniũ tuum, per tuam fidem te obteſtor: ne abs te hanc ſegreges. Quando uerò cum re, ſignificat peto. Idem in Eunucho, Vnum vos oro, vt me in veſtrum gregem recipiatis. Interdũ Orare, eſt agere, dicere, & tunc ſolo adcuſatiuo cõtentum eſt. Terentius in Phormio. Seruum hominem cauſſam orare, leges non ſinunt. Vnde Oratores, cauſſarum actores dicti: quos Græci ῥήτορας vocant. Quamuis Orator à rhetore ſeparetur. quod Orator ſit, qui in iudiciis vel concionibus cauſſas agit: Rhetor, qui Rhetoricen profitetur. Item Oratores, legati vocantur, quòd principis aut Reipublicæ mandata peragant. Vergilius lib. xi. Aeneidos,
Centum oratores prima de gẽte Latina Ire placet.
Item quiſquis aliquid rogat, Orator dici poteſt. Cõpoſita huius verbi ſunt Adoro. Exoro, qđ eſt orando impetro. Vnde Orator dicitur dum orat: Exorator, quum impetrauerit. Terentius in Hec. Orator ad vos venio, ſinite exorator ſiem. Exoratus, dicitur à quo quid impetratum eſt. Deoro. & Peroro, ſignificant orationem concludo.
Oroandes, mons nõ longè ab Imao mõte, imò vnus ex colliculis eiuſdem. Ce.
Oroatis, fluuius eſt in ſinu Perſico, meridiem verſus, iuxta Ptolemæum lib. vi.
Oroba, urbs eſt Aſſyriæ, in mediterraneis, Ptole. li. vi.
Orobatis, vrbs Perſidis in mediterraneis. Ptol. lib. vi.
Orobia, thuris ſpecies, à viciæ ſimilitudine. Græci enim ὄροβον viciam dicunt. Ce.
Orobitis, coloris ſpecies, ex luthea herba cõfecta. Ce.
Orontes, nomen viri. Et nomen fluuii qui diuidit Syriam ab Antiochia. Eſt et nomen montis, inter quẽ et Orontem fluuium vrbs Antiochia poſita eſt. Hinc Oronteus, a, um. Propertius, Aut quod Orontea crines perfundere myrrha.
Oropygium, vide in dictione Vropygium.

Orphanitas, ab orphano. Cornucopiæ.

Orphanus, qui caret patre, præſidioq́ paterno: quiq́ ſummopere illius opem deſyderat. Græcum eſt. Pupillus, qui caret patre, ſed non præſidio paterno, quum tutore iuuetur.

Orphæus, poeta, ſeu uates, Calliopes & Apollinis filius, Thrax. Hic lyræ ſtudioſiſſimus extitit: quam dono à Mercurio habuit. Fuit et alius Orpheus, Oeagri filius, vnus ex Argonautis, Ciconum rex.

Orpheus, phea, pheum, idē quod Thracius. Martial.
Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro
Dicitur, exhibuit Cæſar arena tibi.

Orſus ſa, ſum, in ſignificatione actiua. Vergil.
Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto.
Liuius in ſignificatione paſſiua poſuit pro Incepto, quum lib. i. ait: Vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

Orthæ, dicuntur à Græcis Meneniana edificia.

Orthia, carmen Palladis, bellici ardoris incentiuum. Suidas docet ὄρθιον eſſe νόμον κιθαρῳδικόν. id eſt, legem citharædicam. Itaq. Orthiam & Orthriam, pro cantico & lege citharædicæ harmoniæ.

Orthocorybantii, populi quidam Scythiæ.

Orthodoxia, recta opinio.

Orthodoxus, homo rectæ opinionis, ſiue ſententiæ, aut fidei. δόξα enim gloriam, & exiſtimationē, ſiue opinionem, & ſententiam ſignificat.

Orthogonius, rectus angulus, qui ex vtraque parte æqualis eſt.

Orthographia, recta ſcriptura, vel recta pictura.

Orthomaſtica, poma dicitur, ab effigie mammarum. Cornucopiæ.

Orthominum, genus lini, quod fit panicula paluſtris harundinis.

Orthoo, dirigo.

Orthopeia, emendata cum ſuauitate expoſitio.

Orthopnoici, aſthmatici dicuntur: qui eam anhelitus difficultatem habent, vt niſi recta ceruice ſtent, ſpirare nō poſſint. Orthopnæa, ipſa paſſio. Orthon enim rectum, πνέω ſpiro. Eſt enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atq; aliud nomen habet, prout ſe magis minusq́. intendit: omne tamen in ſpirandi difficultate conſiſtit. Sic difficultas hæc dum modica eſt, δύσπνοια Græcè dicitur. Quum vehementior, & ſpirare æger ſine anhelatione non poteſt, ἄσθμα vocatur. Quum acceſſit id quoq; vt ſpirare non poſſit, niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, ὀρθόπνοια adpellatur. Ab his Dyſpnoici, Aſthmatici, Orthopnoici: à Latinis verò vno vocabulo, ſuſpirioſi dicuntur.

Orthos, ὀρθὸς Græcè, Latinè rectus dicitur, ſed in compoſitione tantum.

Orthragoriſcus, Latinè aper, ſiue porcus, piſcis in Auro fluuio Laconiæ, qui vocalis eſſe perhibetur. Sed & porcelli lactētes, & adhuc ſubgrunii, ita nominantur apud Lacedæmones (inquit Athenæus) ἀπὸ τοῦ ὄρθρου καὶ ἀγοράζεσθαι. quoniam matutinis temporibus venales circunferantur.

Orti Heſperidum, memorabiles habentur, in quibus olea ſtri tantum uiruerunt.

Orti penſiles, qui ſupra edificia facti, vel ſupra columnas erecti pendent.

Ortus, a, um, participium modò natus. ut, Ego ortus ſum Bergomi. Modò qui reſurrexit, vel prodiit. ut, Ortus eſt Sol.

Ortus, tus, nomen ſignificat natiuitatem. Cicero, Non nobis ſolum nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria vendicat, partem amici. Interdum ſurrectionem. vt Solis ortus, Interdum locum in quo ſurgit. ut, Ab ortu Solis vſq; ad occaſum.

Ortus, ti, locus in vrbe vel in villa, in quo arbores, herbæ, & olera oriuntur. Vnde & ab oriendo ducitur: quòd in hac agri ſpecie plures quàm alibi herbæ per totum annum oriantur. Et omnia quæ in ortis oriſcuntur, ab oriendo olera dicuntur. Apud antiquos omnis villa Ortus dicebatur: quòd ibi arma qui capere poſſent orirentur. Sunt qui ita ſeparent, ut Ortus tā ſingul. quàm plura. nume. Ortum olitorium, id eſt, herbarum ſignificet. In plur. dſita. al arborarii: qui à noſtris pomarium, Græcis παράδεισον paradiſus vocatur. ut Orti Salluſtiani: Quidam tamen adſpirant, ut differat à participio & nomine Ortus. Alii in medio adſpirandum cenſent, ab orthos, quod eſt rectum, deducentes: quoniam in rectas quaſdam lineas diſtinguatur. Ab Ortus, fiunt diminutiua Ortulus, & Orticellus. Epicurus primus orti magiſter exiſtimatus eſt.

Ortygia, inſula in mari Aegeo quæ etiam Delos dicitur. Dicta Ortygia (Solino teſte) quia in ea primò viſæ ſunt coturnices, quas Græci ortygas vocāt: nos à ſono vocis qualeas dicimus. Fuit & alia hoc nomē inſula circa Siciliā, quæ ponte iungitur Syracuſis, et fontem habet Aretuſam. Hæc ex oppoſito Plemmyrii Siciliæ amnis. de qua Vergilius lib. iii.
Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra
Plemmyrium vndoſum nomen dixere priores
Ortygiam Alphæum fama eſt huc Helidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare, quæ nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis cōfunditur vndis.

Ortygometra penultima correpta, rex coturnicū, maior aliquantò ac nigror auis. Dicta quòd dux ſit ac moderatrix coturnicum. Cōponitur enim ex ὄρτυξ, & μέτρον menſura. Non tamen coturnix idem quod querquedula.

Ortyx, tygis, auis quæ coturnix, & vulgò qualea dicitur.

Orum, vulgò pro aurum dicunt. Cc.

Oryx, orygis, animal, quod præcipue in Getulia naſcitur. Fertur contrà ſtare ac cōtueri Solis radios, Caniculamq; adorare. Eſt ex caprarum genere: de quo habetur in Deuteronomio, quòd ſit immundum. A quibuſdam Solus vocatur. Contrario veſtitur pilo, & ad caput verſo. Colu. libro. x. Feræ pecudes, vt capreoli, damæq́, nec minus origum, ceruorumq; genera, & aprorū, modo lautitiis & uoluptatibus dominorum ſeruiunt, modo quæſtui ac redditibus.

O ANTE S.

OS, oris, propriè cōcauum illud, intra quod ſunt

ſingua & dentes. Plinius, Cõtinui dentes aut vtraq; parte oris ſunt, vt equo: aut ſuperiore primores non ſunt, vt bobus, ouibus. Quandoq; Os, ponitur pro facie. Vergil. Os humerosq; Deo ſimilis.

Et de brutis etiam dicitur. Idem,

Ora citatorum dextra detorſit equorum.

Neq; ſolum de facie dicitur, ſed etiam de tota ſpecie quæ cernitur, & quicquid in aliqua re patet, Os dici poteſt. Idem, Qui ſi quis ferro potuit reſcindere ſummo Hulceris os. Ouidius,

Pronaq; quum ſpectent animalia cætera terram,

Os homini ſublime dedit. Sciendum quòd Os, producitur: & habet omnes caſus plurales: præter genitiuum Orium. Vergilius libro octauo,

Componens manibusq; manus, atq; oribus ora.

Huius nominis deriuatiua ſunt Oſculor, Oſtium, Oro, Oraculum, Orarium, Oſculum, Orior, Ordior, Ordino, Orea, Omen, Orficium, & (ſecundum aliquos) Oſtendo.

Os, oſſis, quod & Oſſum dici poteſt. Pacuuius, Oſſum inhumatum, ſolidamentum corporis vocatur, quod nodatum & adiunctum inuicem neruis alligauit natura. Hinc cõponitur Exos, quod eſt ſine oſſe. Lucil.

Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus.

Inde Exoſſo, ſas.

Os leonis, genus herbæ, florem faciens purpureum. Columel. Narciſſiq; comas, & hiantis ſæua leonis Ora feri.

Oſanna, componitur ex oſi, quod ſignificat ſaluifica, ſiue ſaluũ fac: & anna, domine: quæ vox (inquit Hieronymus) interiectio eſt deprecãtis. Nam ſicut nos in lingua Latina habemus interiectiones quaſdam: vt in inſultando dicamus Vah, in admirando Papè, in dolendo Hei, & quando ſilentium volumus imperare, ſtrictis dentibus ſpiritum coartamus & cogimus, & tantum ſibilum inſonando ſ, z, ita Hebræi inter reliquas proprietates linguæ ſuæ habent interiectionem, vt quando volunt dominum deprecari, ponãt verbum petentis adfectu, & dicant: Anna, domine. Oſi, ſaluifica interpretatur: anna, interiectio deprecantis eſt. Si ergo ex duobus his velis cõpoſitum uerbum facere, dices Oſianna: ſiue ut nos loquimur Oſanna, media uocali litera eliſa: ſicuti facere ſolemus in verſibus quando ſcandimus. Aleph namq; litera prima uerbi ſequentis, extremam uerbi prioris Ioth inueniens, excludit.

Obſcedo, vitium quo quis tenetur, vt ſæpius oſcitet. Gell. lib. iiii. Deliberatum de nota eius qui ad cenſores ab amico aduocatus eſt, & in iure ſtans, clare nimis & ſonore oſcitauit: atq; inibi propè vt plecteretur fuit, tanquàm illud indicium vagi animi foret, & hallucinãtis & fluxæ atq. apertæ ſecuritatis. Sed quum ille deieraſſet, inuitiſſimum ſeſe & repugnantem oſcitatione victum, teneriq; eo uitio, quod Oſcedo adpellatur: tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt. Quidam dicunt Oſcedinem ſignificare graueolentiam. Serenus,

Hinc oſcedo fugit, linguæ quoq; vulnera cedunt.

Oſcheon, ὄσχεον Latini ſcrotum dicunt, id eſt, teſtium receptaculum. Nam celſus, vbi de moribus tractat, qui in naturalibus circa teſticulos oriri ſolent, ſinus & tunicas his adpellationibus diuidit. Sinus qui cõſpicitur à nobis, Oſcheon à Græcis dicitur: noſtri ſcrotum vocant.

Oſci, Italiæ populi: ab oris fœditate dicti. Vnde Oſcena verba.

Oſcillo, las, ab oſcillum fit. & ſignifi. inclino. Feſtus, Oſcilla dicta dicitur, quòd oſcillent, id eſt, inclinẽt, præcipitesq; efferant oſcillantes. Seruus putat eſſe compoſitum ab os & cilleo, les; quòd in hoc cillerentur, id eſt, mouerentur ora. Nam cillere mouere eſt. Plau. in Amphy. Ne illi ædepol, ſi merito meo referre ſtudeant gratiam, allegent qui mihi aduenienti oſcillet. probè enim os moueas, probe ipſum pugnis percutiendo.

Oſcillum, cum c, diminu. à diminutiuo oſculum, pro paruo ore: ſicut à tantulo tantillum. Colu. lib. ii. Reliquum quod ſupereſt ſeminis, in tabulatum quo fumus prouenit, optime reponas: quoniam ſi humor inuaſerit, uermes gignit: qui ſimulatq; oſcilla lupillorũ adederint, reliqua pars enaſci nõ poteſt. Oſcilla etiã ſigilla ſunt, & paruæ imagiculæ: quæ arte fictili fingebãtur, & venales proponebantur: quibus homines pro ſe atq; ſuis Saturno piacula faciebant. ut inquit Macrobius; Vergilius lib. ii. Georgico.

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Et ſic ab oſculum fit, quum ſignificat faciem paruã, vel totam ſpeciem.

Oſcines, penul. correp. ab ore & canendo. aues auſpicium ore facientes.

Oſcinum, augurium auium. Horatius,

Oſcinem coruum prece ſuſcitabo Solis ab ortu.

Oſcito, tas, penul. corre. ex os & cito, ꝓprie ſignificat os cõmoueo, & os totũ aperio: vt fit præ ſomno aut tædio. Quæ quum toto corpore fit, pãdiculatio vocatur. Cice. lib. ii. de Orat. Et iſtam oſcitantẽ & dormitantem ſapientiam Scæuolarum & cæterorũ beatorum ocio concedamus. Ponitur etiam Oſcitatio, pro ocio, & animi ſecuritate. Terentius in Andria,

Sperans iam amoto metu inter oſcitantes opprimi.

Dicitur & Oſcitor deponens. Cicer. lib. iiii. ad Her. Quum etiam maiores calamitates impendere videãtur, ſedetis & oſcitamini.

Oſculum, diminutiuũ, paruũ os. Quod eſt contra Priſcianũ, qui nõ vult Oſculũ tenere ſignificatũ primitiui. Ouid. lib. i. Metamor. Videt igne micantes Syderibus ſimiles oculos videt oſcula. Idem de Daphne. Videt oſcula, quæ nõ Eſt uidiſſe ſatis. Et Oſculum quod datur amicis. ut eſt illud: Oſculo filium hominis tradis? Nam in baſiando labia conſtringuntur, & os paruum fieri uidetur: & exporrigitur in oſculum. Differunt autẽ hæc inter ſe: Oſculũ, baſium, & ſuauium. quòd Oſculum officii ſit: ut quũ è longinquo redeuntes ſalutamus atq; oſculamur, Baſium pudicorum: ut patris in filium. Suauiũ voluptatis: à ſuauitate dictum.

Oſi, aduerbium optandi. ut, Oſi uideam apoſtolum Dei antequàm moriar.

Oſiris, penultima producta, ris, vel ridis. genitiuum facit. fuit Iouis filius, ex Niobe Phoronei filia, ſucceſsitq; Phoroneo in regnum Argiuorum. Aegiali fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad Aegyptios tranſfretauit gloriæ deſyderio. Quos quum ſubegiſſet, Iſidem (quæ & Io vocabatur) Inachi, primi regis Argiuorum filiam, duxit vxorem. Vbi quum illa literas, Oſiris varias artes Aegyptios docuiſſet, vterq; diuinos honores meruerunt. Tandem à Typhone Aegyptio (vel vt Seruius ait à Typhone fratre) clàm occiſus, ab Iſide diu quæſitus eſt. Tandem apud Phialá iuxta Syenem laceratus compertus eſt. in Inſula Abaton, in palude iuxta Memphim, ſepeliri eum Iſis curauit, et paludem Stygem, id eſt, mœrorem adpellauit, nec niſi certis diebus mitratos eò accedere voluit. Sed quum adparuiſſet Aegyptiis déinde bos quidá, Oſirim putarunt, adorauerúntq; vt Deum & vocauerunt Apim, id eſt bouem, eorum lingua. Déinde dictus eſt Serapis. Tibullus,

Te canit atq; ſuum pubes miratur Oſirim

Barbara Memphitem plangere docta bouem.

Mart. Non illam mille cataſtæ

Vincebant, nec quæ turba Serapin amat.

De Oſiride ſic habet Euſebius libro de Præparatione Euang. Diodorum Siculum inducens. Aegyptios ferunt primos omnium motum ordinemq; cœleſtiũ corporum admiratos, Solem & Lunam Deos putaſſe, ac Solem quidem Oſirim, Lunam Iſim nũcupaſſe, à proprietate quadam inditis ipſis nominibus. Ná ſi quis ad Latinam linguam verba transferat, multi oculus Oſiris dici poteſt. Neq; id abs re. Radiis enim ſuis quaſi multos rebus immittit oculos, quibus omnia perſpicit: vt etiam poeta dicit,

Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras.

Quamuis nonnulli Græcorũ poetæ, Dionyſium eſſe Oſirim confingant. Iſim verò priſcam, Latinè dicere poſſumus: Lunæ hoc nomine indito, quoniã ſempiterna priſcaq; ſit. Cui cornua depingunt, vel quia quum minor eſt cornuta videatur, vel quòd bos ei apud Aegyptios ſit dedicata. Ferunt Oſirim apud Aegyptios hauſtum vini q; uſum comperiſſe.

Oſirites ab Aegyptiis dicitur herba, quá cynocephaliam, hoc eſt, canis caput vocant: quòd canino capiti ſit ſimilis. Tradunt ſi quis eam totam eruat, ſtatim mori. Cornucopiæ.

Oſſa, ſæ, mons in finibus Theſſaliæ, centaurorum ſtabulum, quem Seneca dicit Olympo olim cõiunctũ. Luca Quitus piniferæ boreas quũ Thracius Oſſæ. Hinc Oſſæus, ſea, ſæum. Idem lib. vi.

Attollet Titan rupes Oſſæa coheret.

Oſſa, verò plurali numero, ab os oſſis. Macrobius, oſſa dentes cum unguibus & capillis nimia ſiccitate ita denſata ſunt, vt penetrabilia non ſint effectui animæ quæ ſenſum miniſtrat.

Oſſeus, ſea, ſeum, quod ex oſſibus eſt. Vnde Plin. ſcribit inueniri lapides oſſeos.

Oſſiculum, diminutiuum ab os, oſſis. Gell. lib. vi. Ratio ſubtilior & utilitas ipſa operis, poſtulauit vt tenuiſſimis, minutiſſimis q; oſſiculis caput cõpingeret. Plini. lib. xi. Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua. Hinc fit aduerbium Oſſiculatim, quod ſignificat minutatim.

Oſſifraga, penultima produ. genus aquilæ, ab oſſibus frangendis.

Oſſilegium, oſſium collectio.

Oſſilegus, pen. cor. oſſium collector.

Oſſuaria, adpellantur loculi in quibus defunctorum oſſa reponuntur.

Oſtendo, dis, di, ſum, & oſtentum, ex os & tendo, ſicut fit in oſcito & oſcillo. Os enim pro facie ſæpe ponitur: quæ pro toto corpore non ſolum hominis, ſed etiam cuiuſlibet rei ſpecie ſumitur. vt Donatus in illud Terẽtii in Eunucho, O faciem pulchrá, exponit. Faciem, modo non partem corporis dici: ſed totam ſpeciẽ quæ adparet & cernitur. Merito ergo Oſtendo ſignificat demonſtro, quia Oſtendo, eſt ſpeciem ſeu faciem rei monſtro quia tendere os, hoc eſt, extẽdere ſolemus in id quod volumus demonſtrare.

Oſtentiferum, ferens oſtenta. Cc.

Oſtento, ſtentas, frequentatiuum ab oſtentum ſupino formatum, quod ſignificat ſæpe oſtendo. Plautus in Aulula. Altera manu fert lapidem, pané oſtentat altera. Aliquando cum iactantia oſtendo. Vnde Oſtẽtatio, iactantia.

Oſtentum, ab oſtendo, quòd ſtatim futurum aliquid oſtendat: vt cometæ, tonitrua die ſereno. Mõſtrum, quod contra naturam fit, ut quum naſcitur aliquid membris alterius generis, quod & Promonſtrũ quãdoq; dicitur, quaſi porrò aliquid mõſtrans ſiue monens. Portentum, quod licet naturale ſit, raro tamen ſe oſtendit, & futurum aliquid eũ temporis interuallo denunciat: quod aliquid importari ac imminere denunciat. Prodigium, quod etſi naturaliter fit, ac ſæpe euenit, ſemper tamen aliquid præſagit mali, quaſi Porrò agendum. Confunduntur tamen hæc, & pro eodem ſignificato accipi ſitur: omniaq; ab eo quòd futurum aliquid oſtendunt. dicta ſunt. Labeo diffinit. Oſtentum eſſe contra naturam cuiuſcunq; rei genitum, factumq;. Duo ſunt genera oſtentorum. Vnũ, quoties quid contra naturam naſcitur. Alterum, quũ quid prodigioſum videtur. Sueton. in Cæſare, Cunctanti oſtentum tale factum eſt. Quidam eximia magnitudine & forma in proximo ſedens, repente adparuit, arundine canens. Accipiuntur etiam Oſtenta in bonam partem. Suetonius in Veſpaſiano, lampridem ſibi per hæc oſtenta conceptam in ſpem imperii venit. Pli. li. xvi. ſcribit, factũ eſſe oſtentũ arboris, à quo déinde tempore maieſtas populi Romani reſurrexit. Aliàs Oſtentum participialiter poni ſolet. Pacuuius, In ipſo tempore oſtentum ſenem. id eſt, demõſtratũ, eſt enim Oſtentus, ta, tum. Cato, Ager oleto conſerundo, qui in ventum Fauoniũ ſpectabit, & Soli oſtentus erit, alius bonus, nullus erit. Varro li. i. de re Ruſtica, Qui locus optimus vino ſit, & oſtentus Soli Amineum ſeri oportere.

Oſtentuoſus, a, um, quod oſtentum facit, ut à prodigium prodigioſus.

Oſtentus, tus, nomen. irriſio dicitur. Sall. in Iugurth.

Sed

Sed quoniam eò natus ſum, vt Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem.

Oſtia, orum, tantum plur. fluuiorum patentes aditus ſunt. Vergilius,

Italiam contra Tyberinaq; longe. Oſtia.

Dicimusq; Nili oſtia, & Tyberina oſtia, quæ mare intrant non aditus. &, Facilis eſt ad rem aditus, non facile oſtium. &, Hæc ſylua nullos habet aditus, non oſtia, Aliquando Oſtia ponitur pro portu. Verg.

Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

Oſtia, ſtiæ, urbs in oſtiis Tiberinis ſita, ab Anco Martio condita (ut inquit Liuius) in ipſo maris fluminis q; confinio, ut totius mundi opes illo, veluti maritimo vrbis hoſpitio, reciperentur. Ab hac Oſtienſes dicti.

Oſtiarius, oſtii cuſtos. Cuius fœmininum eſt Oſtiaria, vt, Ancilla oſtiaria. In Euangelio.

Oſtiatim, per ſingula oſtia. Quintilianus: Nec ſectanda ſingula, & velut oſtiatim pulſanda.

Oſtienſis, porta Romæ: eò quòd Oſtiã verſus ducat. Ea nunc ſancti Pauli porta adpellatur.

Oſtium, ab oſtando quidam deducunt: quòd eo arcemur ingreſſu. Quidam ab os oris, quòd ſit id per quod ingredimur, vel domum, vel quencunq; alium locum. Alii à Græco ὠσᾶν, quod eſt repellere. Vnde ratio exigit, vt ſine adſpiratione ſcribatur: licet eruditorum uſus cum ſuis deriuatis adſpiret. Oſtia Græci thyras uocant. Vnde thyridion, Oſtiolum. Oſtiorum latera antas uocamus: à quibus antipagamẽta, valuarum ornamenta.

Oſphys, Græcè iſibus Latinè, ſeu pars poſterior quã lumbi præcingunt, pari ſtructura. Alii accipiunt pro cingulo, ſeu procinctu.

Oſtraceus, piſcis quem alii onychem uocant. Ce.

Oſtraci, ſiue Oſtracites, gẽma eſt quæ teſtacea eſt achatæ ſimilis. Ce.

Oſtracina ſuffragia, Athenienſium dicebantur, quòd ea in figulinis vaſis dare conſueuerunt. Ce.

Oſtraciſmus, relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus, quæ populari ſtatu regebantur eos qui excellere videbãtur: vel propter diuitias, vel propter amicos, alienam'ue potentiam, extra ciuitatem relegare ſolebant ad tempus: ſicut docet Ariſtoteles libr. iii. Politic. Athenienſes verò, exilio decennali multare conſueuerant, potentes nimis & excellentes gloria viros. Et hoc exilii genus Oſtraciſmon adpellauerunt, qui repertus eſt non ad caſtigandum improbitatem, ſed ad potentiam moderandam. Oſtraciſmus autem ab oſtraco, id eſt, calculo ſiue teſtula nomen ſortitus eſt qui in hunc modum Athenis peragebatur. Oſtraci viritim in conſilio dabantur, in quibus quiſque nomen illius perſcribebat, quem vrbe cedere voluiſſet. Magiſtratus uero q̃ huic negotio præerant, uniuerſos ſimul calculos recenſebant, qui niſi ſex millium numerum exceſſiſſent, nil conſequutum eſſe iudicabãt. Vbi vero ultimus numerus repertus fuiſſet, eum decem annos exilio adficiebant. Hoc oſtraciſmo Themiſtocles, Cymon, & Ariſtides multati fuere. De Ariſtide legimus, quum iuxta eum quidam ruſticus illiteratus ſederet, ipſi Ariſtidi teſtã dediſſe, ut nomen ſuum ſcriberet. Admiratus id Ariſtides, interrogauit, nunquid iſtum cognoſceret? Minime inquit, ſed quia cæteri ita ſentiunt, ego quoq; ita cenſeo, eum eſſe damnandum. Hoc Latini teſtularũ exilium vocant.

Oſtracium, Latinè teſta, Græce ὀστράκιον. Vnde teſtacem pauimentum, vulgò nunc Oſtracum uocant.

Oſtrea, quæ aſperam ſcabramq; teſtam habent. Quãuis generaliter Oſtrea quoq; conchæ dicantur. Item quæ ex vno tantum latere teſtam habent altero ſcopulis, aut lapidibus, alteri'ue materiæ adhærente. Nã teſtæ ipſæ duriores proprie conchæ dicuntur, quales ſunt cochlearum. Seneca: Quid oſtreum ſapiat, q̃d mullus, optime noſti. Dicta oſtrea à Græco. Nã ſicut nos à teſta teſtudinẽ vocamus, ſiue animal q̃d veluti teſta tectum eſt, ſiue id genus ædificii quod ex teſta eſt compoſitum, vel ad teſtudinis ſimilitudinem eſt factum, ſic Græci ὄστρεα ἀπὸ τῶν ὀστράκων, id eſt, Oſtreas à teſtis nominauerunt. Dicitur etiam Oſtreæ fœmin. generis. Gellius: Oſtreæ ſeneſcẽte Luna, inuberes, macræ, tenues, exuſtæ ſunt, creſcente Luna pingueſcunt. Spondylus, dicitur calloſum illud rotundum albicans, quod intus habet in medio, à ſimilitudine ſpõdyli, quod nos uerriculum dicimus. Nam reliqua caro circumſperſa, lacinia dicitur.

Oſtreatus, ta, tum, ponit̃ pro duro atq; aſpero. Plaut. Ita ꝗ iam quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtat.

Oſtrinæ veſtes, dicuntur purpureæ. Turpilius: Interea inſpexit virginem vectari in capite riculam, indutam oſtrinam, hic indutus ſuparum. Ce.

Oſtrineus, nea, neum, quod ex oſtro eſt.

Oſtrum, muricis, ſiue conchylii ac purpuræ color. Cõchylium enim, Murex, & Oſtrum, in eadem ſignificatione ſumuntur. Vergilius,

Tyrioq; ardebat murice læna. Idem,

Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro. Iuue.

Horum ego non fugiam conchylia. id eſt murice infecta. Excipitur tamen Oſtrum à conchylio marino, ex quo purpura inficit: cuius (vt Victruuius inquit) non minores ſunt quàm cæterarum rerum, naturam conſyderantibus, admirationes, quòd habeat non in omnibus locis q̃bus naſcitur, vnius generis colorẽ, ſed Solis curſu naturaliter temperetur. Itaq; quod legitur in Ponto & Gallia, quia hæ regiones ſunt proximæ ad Septentrionem & Occidentem, inuenitur liuidum. Quod autem legitur ad Aequinoctialem, Orientem, & Occidentẽ, inuenitur uiolaceo colore. Quod vero Meridianis regionibus excipit̃, rubra procreatur poteſtate. Ea conchylia quum ſint lecta, ferramento circa ſcinduntur, è q̃bus plagis purpurea ſanies, vt lachryma profluens, excuſſa in mortariis terendo comparatur. Et quia ex concharũ marinarũ teſtis eximitur, ideo Oſtrum eſt uocitatũ. Igitur muricis ſiue conchylii liquor, qui & Oſtrum dicitur tẽperatura artificis adhibita, ferè purpureus fit, hoc eſt in uiolaceũ tendens. Sed hæc apud autores confunduntur. Sciendum quoq; eſt, quòd conchæ & Oſtrea, dicũtur firmioris teſtæ piſces, Cõchæ quæ

teſtam leuem habent, ac politam, uniformiter rugatam ſiue denticulatam.

Oſtrya, vel Oſtris, uocatur arbor quæ ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa, ſimilis fraxino, cortice, & ramis, & folio, pilis, tamé paulò longioribus craſſioribusq́, ac rugoſis inciſuris, materia dura atq; firma, qua in domum illata, difficiles partus fieri, morteſq́ miſeras, ueterum ſuperſtitio exiſtimauit.

Oſtum, dixere ſit antiqui id, quod ex uno facto olei purum purgatumq́ relinquitur. Factum uero, dicebãt quod vno tempore conficerent, quem alii centum ſexaginta modiorum, alii centum uiginti faciebant.

Oſus, cum ſuis compoſitis Exoſus, & Peroſus, participia ſunt, ſiue participiorum modo capiũtur. de quibus in dictione Peroſus. Iungitur autem Oſus cum accuſatiuo, & actiue ſumitur. ut, Oſus ſum, Oſus es, Oſus eſt. pro odi, odiſti, odit. Participium quoque futuri temporis Oſurus, & Oſor verbale, ab Oſum ſupino fiunt, quæ Feſtus ab odio ſumit, licet non ſit in vſu. Plautus in Amphitryone. Inimicos ſemper oſa ſum obtueri. id eſt, odi. Oſurus. Cice. in Lel. Negabat vllam vocem inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri, quàm eius qui dixiſſet: Ita amari oportere, vt aliquando eſſet oſurus. Oſor. Plaut. in Aſin. Madidum, nihili, incontinentem, atque oſorem vxoris ſuæ. id eſt, qui odit uxorem ſuam. Sciendum, quòd in oſus terminata, quædam ſignificant habitudinem, ſiue vehementiam, copiam'ue, aut adfectionẽ, ut animoſus, ingenioſus, neruoſus, ſaxoſus, aquoſus, qui habet copiam ſaxorum, neruorum, ingenii, animi. Vinoſus, libidinoſus, mulieroſus, ſeditioſus, factioſus, qui amat uinum, libidines, mulieres, ſeditiones, factiones. Quædam actionem, ut ſtudioſus, ſtomachoſus, contumelioſus, qui operam dat ſtudio, q ſtomachatur qui contumeliam facit. Quædam paſſionem, ut odioſus, inuidioſus, qui habetur odio, & cui inuidetur. Quædam actiue & paſſiue accipi poſſunt, ut formidoloſus, laborioſus, operoſus, uoluptuoſus, religioſus.

O ANTE T.

OThimis, herba, origani ſpecies, quam & praſion dicunt, & non diſſimilis eſt hyſſopo. Cornucopiæ.

Othryades, nomen Lacedæmonii viri. Tam primæ quàm tertiæ declinationis eſt.

Othrys, mons Theſſaliæ.

Otia, ſunt marinæ aures. genus oſtrei, ὦτια Græcè.

Otides auiculæ perdicibus ſimiles, quæ breui uolatu cito laſſantur.

Otus, auis noctuæ ſimilis, plumulis circiter aures eminentibus præditus: vnde nomẽ accepit, quaſi auritã dicas. Nonnulli vlulã adpellant alii Aſionem. de quo Dionyſiuss Aelius. Auis hæc (inquit) laudata & ſaltans capitur, velut nycticorax. Vnde Otos item dicimus gloriæ adfectantes. id eſt, κενοδόξους.

O ANTE V

OValis, & hoc Ouale. quod ad ouationem pertinet, ut, Oualis corona, quæ ex myrto fiebat. Erant & pleraq́ aliæ coronæ, quibus uictores apud antiquos illuſtrabantur, ut ciuica obſidionalis, &c.

Ouatio, vt eſt ab ouo, as, ſignif. paruum triumphũ quẽ faciebant ouantes, qui non in curru, ſed, edites. ouali corona redeuntes ex pugna, quum bellum nõ erat indictũ, vel ſine ſanguine cõfectum. Ab ohe, gaudẽtium interiectione: ut ſit Ouatio, quaſi ohatio. Iuue. Satur eſt quum dicit Horatius ohe. Bacche. Vel à uoce militum, quæ fiebat geminata oo, litera, per interpoſitionem u, euphoniæ cauſſa. Vt autẽ ab ouum fit, ſignificat tempus quo gallinæ oua faciũt. vt vernatio, mellatio, pullatio. Plí. Certa Luna capiẽdum cenſent, tanquàm congruere ouationem etiam ſerpentium humani ſit arbitrii.

Ouatus, ta, tum, quod eſt ſimilitudinem oui factum. Plinius, Aliis turbinatio pyri, aliis ouata ſpecies, ceu malorum aliquibus. Hinc ouatum aurum, ouo auratum, quoniam oui albo antea illinita æra ac marmora, auri & argenti laminis decorentur. Nec obſtat quòd Ouum habeat primam longam. Pleraq; enim deriuatiua primitiuorum naturam non ſeruant. Perſius, Hinc illud ſubit auro ſacras quod ouato. Perducis facies. Hoc Plin. li. xxxv. de marmoribus loquens, innuere videtur, quum inquit. Vt ouatus eſſet Numidicus, ut purpura diſtingueretur, Synnadicus. Nonnulli Ouatum aurum, dici aiunt ouatione, victoriaq́ quæſitum, vel ingens, vel copioſum, quantum ouationibus comparatur.

Ouiaria, riæ, ouium multitudo. Varro in Prologo libri ſecundi de re Ruſt. Quod eò facilius faciã, quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, & reatino equarias.

Ouiaricus, ca, cum. poſſeſſiuum ab oua deriuatum. Colu. li. viii. Et quoniã de ouiarico ſatis dictum eſt, ad caprinum pecus nunc reuertar.

Ouicula, diminutiuum. ſignificat paruam ouem.

Ouifera, quæ fert oua. ut, Ouifera gallina. Ce.

Ouile, locus in quo oues morari ſolent.

Ouillus, la, lum, diminutiuum ab ouinus. Plin. lib. xix. Quin & ouillo fimo vti, quoniã aliud herbeſceret.

Ouiluteum, vocamus vitellum ſiue vitellum in ouo. Cornucopiæ.

Ouinus, na, num, qđ ex oue eſt. ut, Pellis ouina. à quo Ouilius, ouilla. lum, alterum diminutiuum.

Ouis, à Græco ὄϊς. interpoſita u, propter hiatum, ſignificat pecudem.

Ouo, ouas, lætor, & lætitiam uociferando ſeu canendo demonſtro. Liuius lib. i. Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiũt, eò maiori cum gaudio, quò propè metum res fuerat.

Ouum, ab ὠὸν. interpoſita u, euphoniæ cauſſa. Ouorũ multa ac varia ſunt genera. Capitur etiam Ouũ pro arborum fructu apud Empedoclem.

O ANTE X

OXalis, lapatii genus, ſatiuo proximum, foliis aquoſis. colore betæ cãdidæ, radice minima. Cornucopiæ.

Oxus, amnis ortus in lacu Oxia. ut inquit Ptolomæus.

ſiue Oxo.ut Solinus.

Oxus,neutri gene.ſiue Oxeos,acetum. Oxys,di.,pro uaſe aceti.

Oxya,Græcè,acutus accentus Latinè dicitur.

Oxyacanthos,ſpina eſt,paruis foliis aculeatis,per extremitates ferens baccas rotundas,foliis ipſis arenoſa lanugine obductis.Cc.

Oxybaphum, Latinè acetabulum . ab aceto . habet penul.i.correp.

Oxycedros,ſpecies cedri,ramoſa,& nodis infeſta.

Oxygala,quaſi acetoſum lac. Gala Latinè lac, Oxos acetum.

Oxygarum,pen.corr.acutum garum.hoc eſt, garũ ex aceto confectũ.quod in principio menſæ adponi ſolebat ὄξος acetum,γάρος liquamen ex piſce.

Oxyhalme,genus potionis,quod ex ſale & aceto recẽti fieri ſolebat aduerſus ſerpentes.

Oxylapathon,lapatum acuta habens folia.

Oxymeli,acetũ mulſum dicit.genus potionis, quod ex melli. heminis decẽ,aceti veteris heminis quinq;, ſalis marini pondo,tymbræ quadrãte,aquæ marinæ ſextariis quinq;.pariter decoctis fieri ſolebat.

Oxymyrſine,frutex eſt,quem acutam myrtum adpellamus. Folia habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora,producitq; baccas rufas ad ceraſorum ſimilitudinem,Cc.

Oxypora,ſunt quæ Colum.tradit adpellari oxygara. Quoniam(inquit)quum uſus exigit, aceto garoq; diluuntur.Plin quoq lib xx ait:Fœniculum condimentis propè omnibus inſeritur, oxyporis etiam aptiſſime. Sunt & ſua medicis Oxypora, quaſi à celeritate dicta penetrandi. Eſt enim remedium præſentaneum.id eſt,celeriter iuuans Idẽ:Iuniperus miſcetur antidotis oxyporis.

Oxyporopolæ, qui cibos vendunt aceto confectos. Plinius in eos uſus & oxyporopolæ ſeruant, addito dulci adcrementum aceti temperantes.

Oxys,maſculini generis,& Oxy,neutri indeclinabile. acutum,citum,& uelox ſignificat.

Oxyſaccaron.potionis genus ex ſaccaro & aceto. Saccarum,mel dicitur in arũdinibus collectum,gummi modo,candidum ac fragile.

Oxyſchœnon,acutum iuncum ſignificat.

O ANTE Z.

OZæna, morbus quum hulcera circa nares ſunt, plures ue cruſtæ, & odorem fœdum habent, cui malo vix poteſt ſuccurri. Nomenq; trahit ab ozæna, ſicut & polypus. Plinius libro undecimo, Polyporum genera & Ozæna dicta, à grauitate odoris,

Ozenitis, herba quæ & pſeudonardus dicitur. dicta ἀπὸ τοῦ ὄζειν quod eſt olere. Cc.

Ozimum,pen.cor.ab ὄζω, redoleo . genus edulii,redolentis ex inteſtinis confecti. Perſius,

Quum bene diſtincto cantauerit ozima vernæ.

Ozo,oleo. Vnde ὄζω,fœtor oris. Colu.lib.iii.Itaq; & emiſſoni credendum eſt,quæ etiã immoratur iactatione fœtorem quẽdam oris(quem Ozen Græci uocant)minuit.

DE LITERA P

P Litera muta eſt,nec adſpirationem admittit, niſi in dictionibus Græcis, quæ poſtponitur. vt Phaeton. Conuertitur quandoq; in traducendis dictionibus Græcis p,in b,ut quũ apud Græcos πύξος, apud nos buxus ſcribit,ab ἄψινθος (cũ litera ψ, pro qua nos ps, ponere cõſueuimus)abſynthus cum b, traditur.Interdum p,exile pro ph,adſpirato traduci ſolet.ut qđ à Græcis φοίνικιος cũ ph, adſpirata ſcribitur,à noſtris puniceus transfertur. Sic πορφύρεος, purpureũ dicimus.Quin & contrà,ubi illi p,exile ponunt. Latini ſæpiſſime adſpiratum ponũt.ut quod illi ὑψυπύλη,nos hypſyphile ſcribere ſolemus.

Pabularis,& hoc pabulare , quod ad pabulum pertinet,ſeu qđ pro pabulo datur.Colum. Vitia pabularis,& uitia ſeminalis.

Pabulator,qui pabulatum uadit.Colu.lib.v.Repentè ex omnibus partibus ad pabulatores aduolarunt.

Pabulor,laris,pabulum ex agris capio. Valerius maximus.Id poſtquam cognouit, depoſitis inſignibus imperii familiarem uultu induit,ac pabulantium hoſtium globo ſeſe obiecit Interdum pabulari, eſt paſcere.Colu lib.viii.Subinde quæ incedit(ſcilicet capella)compeſci debet,ne procurrat,ſed placide ac lẽte pabuletur,ut & largi ſit vberis.

Pabulum , proprie pecudum , & aliorum brutorum cibus herbaceus , fœniceus, palcaceus , vel ſtramentitius eſt.

Pacate,aduerbium,ſignificat tranquille,ſedate.

Pace tua dixerim,honeſtus reprehẽdẽdi modus,prius capta uenia.id eſt,tua venia,& te non iraſcente.

Pachyri,montes in minore Aſia.

Pachiſos , fluuius Siciliæ , ciuilis ſanguinis, notatus infamia.

Pachynus,pen.indifferente.promontoriũ Siciliæ, Peloponneſum ſpectans.ab aeris craſſitudine.Nã παχὺ pingue & craſſum dicitur. Vergilius l.b.iii.

Præſtat Trinacrii metas luſtrare pachyni.

Priſcianus in Perihegeſi.

Qui procul effuſis pachyni diſtenditur oris.

Pachys,menſuræ nomen eſt,Vnde Lycophron Heptapachyn, Achillem adpellat,à ſeptem cubitis.

Pacifer, quo nonnulli utuntur.à pace & fero.hoc eſt, pace ferens.Inde Paciſera arbor, quæ etiam interarmatos hoſtes prætenſa, quietis erat indicium, & eſt hæc arbor de genere lauri.

Pacificatorius,a,um,quod ad pactionẽ pertinet. Cic. Poſtquã nos pacificatoria legatiõe implicatos putit.

Pacifico,cas, à paciſcor eſſe videtur. Cicero Lepido, Ita q; ſapientius(meo quidem iudicio)facies , ſi te in iſtam pacificationem non interpones Id eſt, pacem faciendam. Quidam hæc tria ſeparant, ut pacificatus ſum, pacem feci ſignificet; Pacatus ſum, in pace ſum,ab annis deſtiti,Placatus ſum , ab indignatione

animi ad lenitatem redii, vel animo leni ſum.

Pacinus, vnus ex nepotibus Volſinii regis, cognomẽto Luculli, à quo Pacinates Italiæ populi. Cc.

Paciſcor, ſceris, pactus, deponens. ſignificat pactum facio, conuenio. Vnde etiam conſtruitur cum ablatiuo: ſicut alia verba pretium ſignificantia. Plautus in Bacchidibus, Paciſci cũ illo paulula pecunia potes. Dicimus etiam: Pactus ſum hanc rem. Iuſtinus lib. ii. Cum Xerxe nuptias filiæ eius paciſcitur. Huius compoſitum eſt Depeciſcor.

Paco, cas, à pace fit. & ſignificat mitigo, lenio, placo, propicio, cõcordo, & pacificacio. Auguſtinus ſuper Ioãnẽ: Exiit mane, & quos inuenit cõduxit, & pacauit cum eis mercedẽ denarium. Dicitur & Pacor, deponens. Idẽ in eodẽ vtrũq; cõplexus eſt: Sodalis nõ tibi feci iniuriã: quod pacaui reddidi tibi: fraudem tibi non feci, quia quod pacatus ſum, reddidi.

Pactilis, vide in dictione Pango, gis.

Pactio, eſt (vt inquit Vlpianus) duorum pluriumúe inidem placitum & conſenſus. Salluſt. Collegã ſuũ Antonium pactione prouinciæ propulerat, ne contra rempublicam diſſentiret. Cicero lib. iii. Officio. Regulus non debuit conditiones pactionesq; bellicas & hoſtiles perturbare.

Pactitia, pugnæ ceſſatio. Cc.

Pactolus, penul. produ. fluuius Lydiæ, aureis arenis, Smyrnæos irrigans agros. Iuuenalis,

Quod Tagus & rutila Pactolus voluit arena.

Pactum, quandoq; participium eſt à paciſcor. ut eſt illud in Geneſi, Et recordabor fœderis ſempiterni, quod pactum eſt inter Deum & omnem animam viuentem. Quandoq; nomen, quod à Cicerone ſic diffinitur: Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit: qđ iam ita iuſtum putatur, vt iure præſtare dicatur. Hieronymus in Geneſi, Statuam pactum meum uobiſcum. In ablatiuo quandoque accipitur pro modo. Terentius in Andr. Eo pacto gnati vitam & conſilium meum cognoſces.

Pacuulus, Brundiſinus poeta, tragicus, illuſtris, Ennii poetæ ex filia nepos. Romæ picturam exercuit, ac fabulas uendituuit: deinde Tarentum tranſgreſſus, propè nonagenarius diem obiit. Hic (vt Quintilianus ait) grauitate ſentẽtiarum, pondere uerborum, autoritate perſonarum, clariſſimus fuit: citra tamen nitorem.

Padua, vrbs, à padi vicinitate dicta: quæ & Patauium dicitur, quaſi padauium. Vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id eſt, à volando: quòd captato augurio dicitur cõditum. Vel à petendo: quòd telo auem Antenor petiſſe dicitur, eoq; in loco vrbem condidiſſe. Primò Antenorea dicta eſt, vnde Antenoridæ: poſtea Patauini, & Paduani. Apud Patauium natus eſt Titus Liuius, hiſtoricus celeberrimus: qui res Romanas ſumma facundia perſcripſit. Similiter Stella, et Valerius Flaccus poetæ, hic orti fuere Præterea Paulus iuriſconſultus, Albertus Eremitanæ noſtræ religionis theologus: cuius ingenii acumen opera quæ edidit declarant. Franciſcus quoq; cognomento Zarabella: qui in legibus interpretandis & vitæ integritate tantum valuit, vt in cardineum cœtum fuerit adſcitus, in ea vrbe originem duxit. Fertur & Voluſius poeta Patauinus: qui poſt Ennium, rerum geſtarum populi Romani annales carmine deſcripſit.

Padus, fluuius, qui (vt Plinius lib. iii. ſcribit) è gremio Veſuli mõtis, celſiſſimũ in cacumen elati, finibus Ligurum, Gabiennorum, viſendo fonte profluens, condensq; ſeſe cuniculo, & in Forouibienſium agro iterum exoriens, nulli amniũ claritate inferior. A Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaetontis illuſtratus. Auget ad Canis ortus, liquatis niuibus, agris quàm nauigiis torrentior. Metrodorus refert, quoniam circa fontem arbor ſit multa picea (quæ Pades Gallice vocetur) Padum hoc nomen accepiſſe.

Paduſa, fluuius, quem aiunt padi brachium Rauennã vſq; perductũ: Meſſanicũ alio nomine appellatum.

Pæàn, hymnus erat in Apollinem: ſicut dithyrambus in Bacchum. vt Iulius Pollux inquit. Qui non ſolum in auerſione malorum decantabatur: ſed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone, laudibus & carminibus laudatus fuit, quæ Pæana dixerunt. Vergil. Lætum pæana canentes. Abuſiue tamen pro omni Deorum laude ponitur. Vnde opus ſuum Pindarus, de laudibus Deorũ omnium, Pæana inſcripſit. Pæàn vero ab παίω, quod eſt medeor: quòd ſcilicet morbis remedians finem faceret. Vnde & Apollo ipſe Pæàn dictus eſt. Iuuenalis,

Parce precor Pæàn.

Pæchnium, genus ludicri poematis, à ludendo. Vnde Technopæchnion apud Auſonium.

Pædagiũ, locus in domicilio in quo pueri ſerui q; cõmorant, qui παῖδας vocant. Pli. lib. vii. Epiſtolarũ. Puer in pedagio mixtus pluribus dormiebat.

Pædagogium, apud Iuriſconſul. titulo de Fundo inſtru. ſeruitium atq; mancipium dicitur. Verba Vlpiani hec ſunt. Si inſtructum fundum legaſſet, ea pædagogia quæ ibi habebat, ut quum ibi ueniſſet, præſtò eſſent in triclinio, legato continentur. Suetonius tamen (ſi textus falſus non eſt) accipit pro puerorum concubitu, quum inquit in Nerone: Super ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus, Veſtali virgini Rubriæ vim intulit.

Pædagogus, penultima producta, pueri ductor. παῖς puer, ἀγωγὸς ductor. Is eſt enim, cui ducendorum puerorum cuſtodia datur. Columella libro primo. Nec poſtrema quaſi pedagogi eius meminiſſe debiagnemur, Iulii Hygini.

Pædaretus, próprium nomen viri, ἀπὸ τῆς παιδείας καὶ ἀρετῆς, hoc eſt, à diſciplina & virtute. Cc.

Pæderaſtes, amator puerorum.

Pæderaſtia, amor obſcœnus in pueros.

Pæderos, lapilli genus: quem ſanguenon vocant.

Pæderotes, uocant gẽmas quæ colore excellũt: quaſi puerorum amatores dictæ. Cc.

Pæderoton, acanthi genus leue. Cc.

Pædia, Græce παιδεία. eruditio inſtitutioq; in bonas artes. vt docet Gellius. Vnde Pædia Cyri: quam Xenophon ſcripſit.

Pædico, cas, penul. produ. obſcœnum verbum. quod

ſignificat

ſignificat præpoſteram cũ maſculis libidinem exerceo. Græcè dicunt πυγίζειν, id eſt, nates cõtrectare. Iulius Firmicus hanc libidinem præpoſteram adpellat. Hinc Pædicones ſiue Pædicatores, puerarii, puerorum amatores, concubitoresq́.

Pædomatheis, qui à pueris ſtatim diſcunt.

Pædor, ſqualor, illuuies, ſordes & omnis immunditia, ſeu putor in animali. Lucanus, Longusq́ in carcere pædor. Cicero lib. iii. Tuſculana. Barba pædore horrida, atque intonſa, infuſcat pectus, illuuie ſcabrum. A' Græco hoc nomen deduci videtur, quo παῖδες, id eſt, pueri dicuntur: qui in illa puerili ætatula ſordidi ferè ſunt, nec à ſordibus ſciunt abſtinere. Vnde Pædidos, quoque ſordidos & obſoletos adpellant.

Pædotribes, penulti. produ. ludi literarii præceptor, & exercitationis magiſter. Cuius officium (vt inquit Plato in Gorgia) eſt corpora hominum formoſa robuſtaq́ efficere. Pædotribica exercitatio, pertinens ad doctorem pædotribem. Ariſtoteles lib. vii. Politicorum, præcipit adoleſcentes gymnaſticæ & pædotribicæ eſſe tradendos.

Pæon, nomen viri, medicinæ artis peritiſſimi: vt ſcribit Homerus: Eſt & Pæon genus pedis, qui à Diomede quadruplex eſſe traditur. Quorum primus ex longa & tribus breuibus conſtat. Secundus, ex breui & longa & duabus breuibus. Tertius, ex duabus breuibus & longa & breui. Quartus, ex tribus breuibus & longa.

Pæonia, herba vocata eſt à Pæone medico, qui eam inuenit. Pæonia etiam regio eſt in Europa, à Pæone Endymionis filio & Epei fratre: qui victus curſu ab Epeo (ſicut inter eos conuenerat) imperium victori dedit, & in Macedoniã ſeu Thraciã ad amnẽ Axiũ diſceſſit. A' quo Pæonia regio dicta, quæ ex regis nomine Aemathia pars Macedoniæ. A' qua Pæones populi: vt Iuſtinus lib. vii. ſcribit. Statius lib. Achilleidos, penultimam corripit, dicens:

Præterit & didici quo Pæones arma rotatu.

Quandoque Pæonia ponitur pro Macedonia, ſicut Aemathia: cuius littoris regio iuxta Sithoniam & Thermopontum Pallene vocatur. In hoc regnaſſe fertur Thelegonus.

Pæſtum, oppidum Lucaniæ, roſarum abundantiſſimum: vbi ob cœli clementiã bis in anno producebãtur fructus, ſcilicet Maio & Septembri. Vergil. lib. iiii. Georgico. Biferiq́ roſaria Pæſti. Huius mœnia propè mare magni ſpatii adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. A' Thuſcis cõditum, Poſſidoniam dixerunt: & eius ſinum Poſſidoniatem. Poſtea Romani, miſſis huc colonis, ampliauerunt: vt ait Strabo. Hinc Pæſtanus, na, num. Ouidius de Arte amandi.

Caltaq́ pæſtanas vincat odore roſas.

Pætus, qui obligatis oculis in alium reſpicit. Hora. in Serm. Adpellat pætũ pater, & pullũ male paruus. Si cui filius eſt. Hinc Pætorũ familia Romæ cognomen ſumpſit.

Paganalia, liorum, ruſticorum feſta.

Paganus, à pago dictus eſt, ruſticus villanus, in villa natus, qui non nouit urbem: quaſi ex uno fonte potans. Hinc Semipaganus, ſemiruſticus. Interdum Pagani accipiuntur pro hominibus non militantibus, tametſi urbani ſunt. Et eſt verbum peculiare Iuriſcõſultorum, à quibus hæc duo périnde ac contraria opponuntur, miles & paganus. Sueto. de Auguſto: Pinarium equitem Romanum, quum cõcionante ſe, admiſſa turba paganorum, apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet, curioſum & ſpeculatorem ratus, corã ſodi imperauit. Vlpian. Eſt reſcriptum à Diuo Pio, in eo, qui quum eſſet paganus, fecit teſtamentum: mox militare cœpit. Paulus: Fecit teſtamẽtum exemplo eius qui paganus fecit, déinde militare cœpit. Quare autem Pagani dicantur qui vrbani ſunt, dicitur Romam diuiſam fuiſſe in tribus quatuor (ſicut apud Dionyſi libro quarto Anti. legitur) quas pagos vocitabant in quibus habitantes Pagani dicebantur: qui in nullã aliam habitationẽ tranſferri poterant.

Pagaſa, Theſſaliæ oppidum: quod poſtea Demetrias dictũ eſt. Iuxta quã ædificata fuit Argo nauis. Propter quod nauis longa Argonautarum Pagaſea nũcupatur: quòd Iaſon, qui eam ædificauit, fuit filius Aeſonis, fratris Peliæ regis Theſſaliæ. Hinc Pagaſæus ſinus, in Theſſalia eſt dictus.

Pagatim, aduerbium, dictũ eſt per ſingulos pagos: ea forma qua oppidatim. Liuius, Templa Deũ quæ pagatim ſacrata habebant, dirui atq́ incendi iuſſit.

Pages, compactio dicitur: licet vix ſimplex inueniatur, ſed compoſita. vt Compages. Cc.

Pagina, penul. correp. vtraq́ pars folii. à pangendo: quòd in paginis carmina panguntur. id eſt, figũtur. Verſus enim pangi vel figi ceris dicitur. Vel quòd in libris ſuam quæq́ obtineant regionem, ut pagi. Hinc fit Compagino, pro coniungo: quòd paginæ ſimul coniunguntur.

Pagiuula, diminutiuum à pagina. Cicero ad Atticum, Si verò idem, quod neſcio an ſit, ut non minus longas iam in codicillorum faſtis, futurorum conſulum paginulas habeat quàm factorum.

Pago, gis, pepigi, pactum, ſignificat paciſcor. Cice. libro. ii. ad Herennium, Pacta ſunt, quæ legibus obſeruanda ſunt, hoc modo. Rem vbi pagſit, oratione pagunt. Aliquando ſignificat promitto. Plautus, Hæc tibi pacta eſt Callicli filia: Seruius tamẽ dicit: Pago (vnde multi volſit venire pepigi) nuſquàm lectum eſt. vultq́ Pepigi à paciſcor fieri, ſicut et Pactus: quo modo à placeo, placui, & placitus.

Pagurus, piſcis eſt ex genere cancrorum. Cc.

Pagus, ſimul poſitæ villæ. hoc eſt, ruſticanæ domus in vnum coagmentatæ. Nam πηγὴ, Latinè fons dicitur: quòd circa fontes hæ ponerentur: quòd omnes eadem aqua uterentur. Scribit Cæſar, ciuitatem Heluetiã in quatuor pagos fuiſſe diuiſam. hoc eſt, in quatuor regiones, quæ pagatim habitabantur.

Pagyris, nomen fluuii: & nomen ciuitatis. à qua Pagyritæ populi. Quidam tamen Pacyrini dicunt.

Pala, inſtrumentũ ruſticanum, vulgò notum: & inſtru

mentum quo panis in furnum mittitur & extrahit: nec non ventilabrum. Item quoddam ignis receptaculum. Item Palæ dicuntur dorſa dextra læuaq́; eminentia membra. Item Palæ (vt inquit Strabo) minores auri purgatioris maſſulæ, & vtique non maiores ſelibra. Plin. lib. xxxiii. Expuitur æris pala quædam: hoc eſt quod Græci pſegma adpellant. Idem ibidem ſcribit, palacas adpellari maſſas auri, in puteis repertas, decem & amplius librarum pondere: quas alii palacranas vocant: ſicut id quod minutum eſt balucem. Pala quoq́; annuli pars plana & latior, in qua gemma inſeritur. Cice. lib. iii. Offi. Ihi quum palam eius anuli ad palmã cõuerterat, à nullo videbatur.

Palaca, & Palacrana, pro auri maſſa ſumi ſolent.

Palæmon, marinus Deus, Latin. Portunus: q́ portubus præſit. de quo in dict. Portunus. Archias autem in Epigrammatis:

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο,
Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Quæ ſic carmine efferuntur:

Quattuor Argiuis certamina ſacra feruntur.
Bina hominum natis, binaq́; cœlitibus.
Phœbo, ipſiq́; Ioui, Archemoro, & Melicertæ:
Poma, oleaſtra, apium, præmia pinus erant.

Eſt & nomen proprium Grammatici Vicentini: cuius tanta fuit arrogantia, vt ſecum natas & perituras literas diceret. De quo diuinaſſe videtur Vergilius quum diceret. Tantum vicine Palæmon.

Palæo, παλαίω luctor.

Palaiſma, πάλαισμα, lucta, certamen.

Palæſtina, prouincia Syriæ, Arabiæ cõtermina, dicta à Philiſtin vrbe metropoli in ea. ut inquit Plinius libro. v. Nam & Herodotus Syriam alteram Palæſtinã. In ea quinq́; ciuitates continebãtur: Gaza, Aſchalon, Geth, Acaron, & Azotum. Eſt & altera Palæſtina propè Phæaciam. de qua Lucanus libro quinto.
Laxa Palæſtinas vndis confixit arenas.

Palæſtra, luctatio, ab πάλιν iterum, παίω ferio, percutio. Vel ἀπὸ τῆς πάλης. id eſt, à luctatione. Vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Id eſt, à motu vrnæ. Nam ducti ſorte luctantur. Vergilius libro ſexto.
Pars in gramineis exercent membra palæſtris.

Palæſtra etiam dicitur domus lenonis, qua eſt exercitus amator aſſidue. Teren. in Phor. Eccum à ſua palæſtra exit foras. Vnde Victru. lib. v. docet, quomodo Palæſtræ ſint ædificandæ.

Palæſtricon, locus vbi palæſtra exercetur.

Palæſtricus, ſubſtantiuũ, idem quod palæſtrita. Afranius, Depellis mihi manum per palæſtricos.

Palæſtricus, ca, cum, penultima correpta, quaſi ex uſu palæſtræ.

Palæſtrita, tæ, pen. corre. qui ſe in palæſtra exercet.

Palàm, aduerbium, ad omnia refertur, & ſignificat manifeſte, & coram pluribus. Coràm, ad perſonas tantum refertur. Terentius, Si falſum, aut fictum, continuò palàm eſt. Hinc fit Propalàm, eiuſdem ſignificationis, à quo Propalo, las, pro manifeſto, ſeu aperio, de quibus infrà.

Palàm quæſtum facere, dicitur, non tantum ea quæ in lupanario ſe proſtituit: ſed etiam ſi qua (vt ſolet) in taberna, caupona, vel qua alia domo, pudori ſuo non parcit.

Palamedes, nomen Nauplii, Eubœæ regis filii: q Vlyſſis fraude à Græcis interfectus fuit. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inueniſſe. ſcilicet, θ, ξ, φ, χ. Præterea ordinem aciei, dationẽ ſigni, teſſeras, hoc eſt, ſymbolũ bellicũ, & vigilias inuenit. Hinc à poetis Palamedis aues, grues dicuntur. Martialis,
Turbabis verſus, nec litera tota uolabit.
Vnam perdideris ſi Palamedis auem.

Palanæ, idem ſignificat quod palangæ.

Palangæ, Græci Phalangæ dicunt, ſunt ligna teretia: qualia ſunt quæ nauigiis, dum ſubducuntur ad littus, aut ad mare trahuntur, ſupponi ſolẽt. Vide in dictione phalangæ.

Palango, gas, onus aliquod huiuſmodi fuſtibus transueho. Varro, Quum Pœnus in fretum obuiam veniſſet noſtris, & quoſdam cœpiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubiicere, quò metu debilitaret noſtros. Afra. Et capream unam ſemilaceram quaterni ſimul palangabant.

Palanteum, vrbs in Palatino monte: à Palante Euandri proauo. Vnde Vergilius lib. viii.
Arcades his oris, genus à Pallante profectum.
Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti,
Delegere locum, & poſuere in montibus urbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.

Pallantia, oppidum. Vnde & Palantini. Eſt & nomen fluminis in Valentino littore.

Palantina, regio Romæ: cuius Arcades Duce Euãdro Palantes autores extiterunt.

Palata, ficus inter palas compreſſa. Hierony. lib. ii. Regum: Adparuit Siba puer Miphiboſeth in occurſum eius cum duobus aſinis, qui onerati erant ducẽtis panibus, & centum alligaturis vuæ paſſæ, & ſeptẽ maſſis palatarum.

Palatialis, flamen dictus eſt, qui ad ſacrificandum ei Deo conſtitutus erat: in cuius tutela palatium eſſe putabatur.

Palatim, aduerbium, ſignificat paſſim vagãdo. Liuius quinto: Tuſculum palatim fugerunt.

Palatina officia, dicuntur officiales aulici & imperatorii. Iulius Capitolinus in Galienis: Quum iret ad hortos noĩs ſui oĩa palatina officia ſequebantur.

Palatinus, na, num. vnde Palatinus Deus, & Palatinus mons dictus eſt ſuper quo primò Roma ædificata fuit: & in eo reges primò, deinde conſules, poſtea Imperatores maior ex parte ſedem habuerunt. Et Palatini, qui & palantes ſunt: qui cum Euandro venerunt, & Aborigenes conſederunt in quartæ regionis palatio. Sed hos alii dictos à palantia Latini vxore putauere.

palatium, mons Romæ adpellatus eſt: quòd ibi in palatio pecus paſcens balare conſueuerit (ſic enim uox eius animalis exprimitur) quaſi balatũ. Vnde Næuius Balatium adpellat. Vel à palo, las, quia ibi pa-

lare. id eſt, errare pecudes ſolent. Seu quòd palantes Arcades cum Euandro ibi conſederunt. Nam antè Romam conditam poſſeſſum atq; habitatum fuit, vt ab Arcade Euandro, aut Aboriginibus: qui ex palatio oppido agri Reatini uenere, & cum Euandro habitauere. Alij à Palantia Latini matre, quæ ibi habitauerit. Palatium dictũ uolunt. Alij à Palante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia, ab Hercule uitiata, & poſtea illic ſepulta. Vel certe à palante eius filio illic ſepulto. Alij à pale paſtorali Dea nomen inditum autumant. Palatium etiam dicitur domus Imperatoria, ſuperba, amplaq;: à palante gigãte, qui primus palatium ob magnitudinem ſui feciſſe dicitur. Aut (ſecundum Plinium) à palanteo Arcadiæ oppido. Siue (vt Cyrillus autor Græcus refert) à palatio monte. Huius nominis prima ſyllaba indifferẽter ponitur. Ouidius de arte Amandi.

Illic quas tulerãt nemoroſa palatia frõdes. Martial.

Inde ſacro ueneranda petes pallatia cliuo.

Et palatium, dicta fuit urbs Diocletiani: quam nunc nautæ Spalatum vocant. Euſebius in Chronicis: Diocletianus haud procul Salonis in villæ ſuæ palatio moritur.

Palatual, ſacrificium quod fiebat Romæ in monte Palatio.

Palatus, oris cœlum: quòd labiis dentibusq; quaſi palis munitus ſit. Auguſtinus ſuper Ioannem: Quò auidas fauces habere debet? vnde optare? vt ſanus intus palatus, ita indicandi. Dicitur & palatum. Columella libro. viii. Sed etiam ſi palatum atque lingua concolor lanæ eſt.

Palea, à palam, ſeu pabulo dicitur. Nã ea ſola primũ in paſcendis animalibus præbebatur. Quo ſanè vocabulo, nõ ꝓprie culmi, ſed follicula ipſa granulorũ cõprehenduntur. Verg. lib. i. Georgico.

Surgentem ad zephyrum paleæ iactantur inanes.

Columel. lib. vii. Minus cõmode tuemur armentum paleis: quæ vbiq; & quibuſdã regionibus ſolæ præſidio ſunt, & probantur maxime ex milio, tum ex ordeo, mox ex tritico. Idem, Oportet fabam maturã conterere, & paleas eius diligenter condere. Notandum (pro Seruii ſententia) Paleam ſingulari numero dici contra artem. Nam quæ ex pluribus conſtãt, ſunt tantum numeri pluralis. ut cancelli, bigæ, ſcopæ. Licet abutantur poetæ. Vergilius,

Nequicquam pingues paleæ teret area culmos.

Palea quoq; dicitur cartilago deflua à collo galli gallinacei, apud Columellam.

Palearia, pelles dependentes ex gutture boum. dicta quaſi pallearia. Vergil. lib. iii. Georg.

Et crurum tenus à mento palearia pendent.

Huius nominatiuus ſingularis eſt Palear. Item palearia, vbi conduntur paleæ: ſicut fœnilia, vbi fœnum reponitur. Cuius nominatiuus ſingularis eſt palearium. Columel. De ſumptuaria, fœnilia, paleariaq;, & apothecas, & horrea.

Paleatus, ta, tum, quod factum eſt ex paleis. Columel. lib. iii. Quicquid inſeruerit, libro legato, luto ſubtracto paleato oblinito plagã, & alligato: ne aqua ventus ue penetrare poſſit.

Palen, dicimus luctam. vnde paleſtra.

Palenæ, ciuitas, à pallena Sithonis filia, & vxore Cleti dicta: quam alii Macedoniæ, alii Thraciæ adſcribunt: ob regionem vicinam, vbi gigantum bella fuiſſe memorantur.

Palepaphos, Cypri vrbs, Veneri ſacra. Cc.

Pales, paſtorum Dea, vel pabuli. Hanc quidam Veſtã, quidam Deorum matrem adpellant. Vergilius,

Tu quoq; magna pales.

Paleſcamander, fluuius in Troade, in proponti dem profluens.

Paleſthini, qui & Philiſtini populi ſunt, quos interpretes nunc Philiſtæos, nunc Allophylos ἀλλοφύλους, id eſt, alienigenas vocant.

Palfurius Sura, orator & cauſidicus fuit: ſæpe etiam declamauit, Martialis & Luciani amicus: ſed ob ſuſpicionem, quòd cum Vitellianis ſenſiſſet, ſenatu à Domitiano fuit amotus. Cc.

Palicenus, (ut inquit Stephanus) fons in Sicilia, dictus quòd iuxta Palicos fratres ſit. In ea mittitur tabella à iuratis: quæ, ſi verum dixere, fluitat: ſi falſum, mergitur.

Palici, dicti ſunt paliſci. Hi gemini fratres, Iouis filii & Thaliæ Nymphæ fuerunt: ſiue (vt alii volunt) Aetnæ, quæ quum Iunonis iram metueret, orauit vt terra dehiſcens illam abſorberet: & ita factum eſt. Sed quum tempus maturitatis infantium, quos aluo geſtauerat, adueniſſet, rurſus terra hians, duos infantes ex puellæ aluo emiſit, adpellatiq; ſunt Pallici: quòd πάλιν, id eſt, rurſus hiante terra emerſiſſent. Cornucopiæ.

Palilia, vel parilia Pales Deæ feſta (l, in r, mutata) dicuntur. Hæc à paſtoribus in agris fiebant undecimo. Calen. Maii, quo die Romulus vrbem fundauit: ad lupos arcendos, morbosq; à pecore pellendos, ſeu pro partu pecoris. Propertius libro quarto.

Vrbi feſtus erat, dixere Palilia patres:
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

Palilogia, Latinè reduplicatio.

Palilogus, iterum collectus.

Palimbachius, genus pedis, ex prima & ſecunda longis, & vltima breui. vt Auguſtus. Item Antibachius dicitur.

Palimpiſſa, pix liquida iterum decocta.

Palimpſeſtus, mẽbrana iterũ abraſa. Cice. Trebat. Nã quod in palimpſeſto, laudo equidem parſimoniam: ſed miror quid in illa chartula fuerit quod delere malueris, quàm hæc ſcribere: niſi fortè tuas formulas. Iureconſulti deletitiã uocant. Nam abraſis prioribus literis reſcribit. Vlpianus: Chartæ adpellatio ad nouam refertur, & ad deleticiam.

Palingeneſia, Latinè dicitur regeneratio. hoc eſt, reditio poſt tempus animarum in corpus: qđ fuit Pythagoræ dogma.

Palinodia, contrarius cantus, & dici poteſt recantatio, ſiue retractatio. ᾠδὴν enim Græci cantum dicunt: πάλιν, rurſus. quũ male de aliquo ſcribentes, deinde reſcribentes, bene de eodem ſcribimus, quaſi

dicendi mutatio.

Paliſcorum, ſtagnum in Sicilia, ſulphurei odoris.

Palinurus, Siciliæ promontorium, haud longè ab Helia, quæ poſtea Velia dicta eſt, in quo Palinuri gubernationis nauis Aeneæ tumulus eſt, & ab eo locus nomen ſortitus eſt. Dicitur autem Palinurus, id eſt, bis meiens, πάλιν enim iterum, οὖρον urina. Mart. Minxiſti palinure ſemel currente carina,

Meiere vis iterum, ſic palinurus eris.

Id eſt, vocaberis bis meiens.

Paliurus, herba ſpinoſa & aſpera. Vergilius,

Carduus & ſpinis ſurgat paliurus acutis.

Eſt etiam nomen arboris in Aphrica ſuauem fructū facientis, quo vina commendantur. Et nomen paludis in Aphrica.

Palla, læ, per duplex ll, eſt honeſtæ mulieris veſtimentum. hoc eſt, tunicæ palliū, quòd palàm & foris eſt, ad veſtigia vſq; demiſſum. Vergilius,

Pro longæ tegmine pallæ.

Tygridis exuuiæ per dorſum à vertice pendent.

Plau. in Menec. Pallam ad Phrygionem fert cōfecto prandio. In Gallia tamen viri quoq; palla utebantur. Vnde Martialis,

Dimidiasq; nates Gallica palla tegit.

Et ab irrugatone & mobilitate dicit Palla, quæ eſt circa finem huiuſmodi veſtium. ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Eſt etiā hoc nomine vrbs (Proiomæo teſte) à latere meridionali Corſicæ.

Pallace, Græcum eſt, & ſignificat concubinam. Vnde diemus, Hæc eſt pallace mea.

Palladium, Palladis ſimulacrum, quod Romæ in æde Veſtæ fuit.

Palladius, nomen uiri proprium, qui de Agricultura ſcripſit.

Palladius, dia, dium, quod eſt Palladis. Vnde Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo palladis.

Pallancana, cepæ genus eſt, cui acutus ſapor eſt, & lachrymoſus, à nonnullis genon dicitur. Cc.

Pallantias, (ut Callimachus refert) lacus eſt alio nomine Triton, ex quo palladem genitam uolunt. Cornucopiæ.

Pallas, lantis, nomen filii Euandri, & nomen gigantis.

Pallas, ladis. Dea, dicta quòd pallantem gigantem interfecerit, quum prius Tritonia uocaretur, à Tritone palude, ubi primū viſa eſt. Vel à πάλλω, vibro, quaſſo, eò quòd haſtam vibrare cōſueuerit, docueritq;, quoniā belli Dea eſt. Hæc dicta eſt Bellona, quia bella inuenerit. Et Minerua, quòd vim minet: vel quòd neruos minuat ob ſtudiorum laborem. Nam Dea artium & ſapientiæ eſt, quia de capite Iouis nata eſt. Sed quia Dea eſt artium & ingenii, ideo iſta finguntur. Nihil eſt enim excellentios ingenio, quippe quo reguntur uniuerſa. Vergilius,

Pallas quas condidit arces Ipſa colat.

Hæc Iouis filia ſine matre fuit. Nam Iupiter quū uideret Iunonem ſterilem eſſe percuſſo capite emiſit Palladem armatam.

Pallas, etiam nomen paludis eſt in Aphrica.

Palleo, les, lui, vel pallidus ſum, à quo palleſco, pallidus fio. Augu. lib. viii. Confeſſ. Iactat tempeſtas nauigantes, minatur q; naufragium omnes futura morte palleſcunt. Huius compoſita ſunt Expalleo, à quo Expalleſco, valde pallidus fio. Plau. in Curc. Viden', vt expalluit? Impalleo, à quo Impalleſco, quod eſt, intus vel valde palleſco. Perſius,

At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

Palliaſtrum, rude ac uile pallium. Apuleius, Ecce Socratem contubernalem meum conſpicio: humi ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.

Palliatus, ta, tum, pallio indutus, & pallio coopertus. Auguſtinus lib. ii. Conf. Ineſt animæ vana & curioſa cupiditas, nomine cognitionis & ſcientiæ palliata. Apuleius, Nec palliari iam aperta res poteſt. id eſt, cooperiri.

Palliolatus, palliolo indutus. Sueto. de Claudio, Palliolatus nouo more præſedit. Martialis,

Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

Palliolum, diminutiuū à pallio. id eſt, breuius pallium ſiue linteum ad caput tegendum. Iuuenalis,

Cultam palliolo mulier nempe ipſa videtur.

Hinc palliolatim aduerbium. Plaut. Palliolatim amictus ſic incedit ludibundus.

Pallium, dictū eſt qd palàm ſit & foris (ſub eo enim tunica ſumebatur) longè lateq; diffuſum, & viris mulieribus q; conueniens. Proprie autem Græcorum habitus, vnde palliolati Græci dicti ſunt. Et comediæ palliatæ q; ſcriptæ ſunt ſecūdum ritus & habitus hominum palliatorum Græcorum. Autores Donatus & Diomedes.

Pallor, quaſi pellis liuor, à quo pallidus, & diminu. Pallidulus.

Palluſter, ſtris, & paluſter, a um, quod eſt ex palude.

Palma, dicitur planum illud & ex parte concauum manus, qd in digitos deſinens decore patet. Vn & pro menſura ponitur, ſicut palmus. Ab huius ſimilitudine arbor quoq; illa nobilis, palma vocatur, quam phœnicem uocamus: quòd comam in cacumine habeat circumextenſam, & ramos in digitorum modū protenſos. Vnde & genus earum caryotas, dactylos, hoc eſt, digitos uocamus, quoniam digiti videantur. Hæc arbor in Italia ſterilis eſt, in maritimis Hiſpaniæ fructum fert, ſed immitem dulcem in Aphrica ſed ſtatim euaneſcentem. Contrà autem in Oriēte & ex his vina, alicubi etiā panis, & pluribus quadrupedibus cibus. Non cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſum pondus. Ideo victoribus traditur præmio, quòd nō ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint. Vnde & ponitur pro victoria. Plutarchus: In certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ, quoniam ingenii eiuſmodi lignum eſt, vt vrgentibus opprimentibusq; nō cedat. Itē palma cauſſa certaminis dicitur. Teren. in Phorm. In medio omnibus palmā eſſe poſitam. Item palma (vt docet Seruius lib. xi. Aeneidos) ſignificat togam, quam merebātur ii qui de hoſtibus palmam deportaſſent. Hoc nomine etiam vrbs una e duabus, quæ in via gymneſiarum ſunt conditæ, ad Occaſum ſita, ut inquit Strabo.

Palmare facinus, quod eſt dignum palma.

Palmare veſti. iuin; dictum quod ex palmæ impreſſæ nota factum ſit.

Palmaria, inſula eſt vltra Tyberina oſtia, in mari Tyrrheno. Varro lib.iii. de Re ruſti. Hoc ita fieri adparet in inſulis propinquis; Pontia, Palmaria, & Pandatharia.

Palmarium, quod eſt palma dignum. Teren. in Eunu. Id verò eſt quod ego mihi puto eſſe palmarium. Donat. Palmarium palma dignum. Palmarium etiam dicitur quod eſt palmi. Colu. lib. ix. Per ſpacia palmaria modis forantur cauis. Idem lib. xii. Spici ulpiti inter palmaria ſpacia diſponendi ſunt.

Palmata ſeu palmaris veſtis. à palma pro victoria dicta. Propriè triumphantium fuit quam merebantur hi qui de hoſtibus palmam reportaſſent. Auſonius in Panegyrico, palmata veſtis, ut in pace conſulis eſt, ſic in uictoria triumphantis. Sidonius, poſt palmam palmata venit. Alii à latitudine clauorum dictam volunt palmatam, quæ nunc à genere picturæ picta adpellatur. Martialis,

Palmatæq; ducem ſed cito redde togæ.

Palmes, itis, ſarmentum vitis & aliorum arborũ, quoniam palmites in modũ palmarum humanarum ulragulas quaſi digitos habent. Et palmites dicuntur, unde erumpit uua.

Palmeus, a, um, quod eſt ex palma arbore. Colu. li. vi. M. Colu. Bethicæ prouinciæ, ſub ortu caniculæ, palmeis tegetibus vineas adumbrabat.

Palmipedalis, menſura vnius pedis & palmi. Colum. lib. iiii. Nã in cliuoſis vbi terra decurrit, poteſt malleus palmipedalis deponi.

Palmipes, planos ad palmæ ſimilitudinem habẽs pedes. Vnde anſeres, & omnes ferè aquatiles aues, Palmipedes dicuntur. Plinius. Aut in palmipedum genere ſunt. vt anſeres.

Palmirena, regio Syriæ, in qua metropolis eſt palmiria, in qua regnauit Zenobia mulier erudiriſſima.

Palmo, mas, materias alligo. Colu. li. xii. Cæterum palmare, id eſt materias alligare, hoc tempore nõ expedit. In alia ſignificatiõe accepit Quintilianus in Decla. cæci, Præterea, inquit, quum manus ex parte qua palmare veſtigiũ poteſt, plicetur in capulo. Et poſt, Tuus autem qui palmatus eſt paries, veſtigium eius partis oſtẽdit. Huius compoſitũ eſt Depalmo, quod eſt palma percutio. Gellius, Is pro delectamento habebat. hominis liberi manus ſeite palma verberare, cum ſeruus ſequebatur crumenam plenam aſſiũ portitans; & quemcunque depalmauerat, numerari ſtatim (ſecundum duodecim tabulas) vigintiquinque aſſes iubebat.

Palmos, Latinè ſaltus venarum, & ſubſultatio cordis. id eſt, pulſio, quæ cauſſatur ex dolore.

Palmoſus, ſa, ſum quod eſt palmis abundans. Vergil. lib. iii. Palmoſa ſelinus.

Palmula, extrema pars remi: eò quod in modum palmæ protenſa eſt. Vergil. lib. v. Aeneidos,

Et lęuas ſtringat ſine palmula cautes.

Sunt & palmulæ fructus palmæ qui & dactyli; & ſcandalides, & margaridæ, & careotæ, & careotides (Plinio teſte) dicuntur.

Palmus, mẽſuræ genus. Et eſt duplex: maior, & minor. Maior digitorum duodecim, Græcè ſpitame vocatus. Minor digitorum quatuor, paleſtes Græcè dictus. Dicitur etiam palmum neutro genere. Victru. lib. ii. Doron autem Græci adpellant palmum; quòd munerum datio Græcè doron adpelletur. Id autem ſpargitur per manus palmum.

Palo, as, ſepio, fendo, & quaſi palis munio. Columella lib. xii. Vt vitis palctur, & capite tenus alligetur, & iuga vineis imponantur & capiſtretur. Et palare, vagari, errareq;. Vnde & Diſpalare, quod eſt diuidere. Siſenna, Diſpalati ab ſignis digreſſi omnes ac diſſipati.

Palor, aris, paſſim vagor, ſicuti faciunt qui lẽto gradu diſperſiq; labruſcas quærunt. Liuius lib. i. Raptim & ad hos Romana legio ducta palantes in agris oppreſſit. Idem lib. v. Iam obſidionis tædio victi abſcedunt, vagiq; per agros palantur, cibis vinoq; raptim hauſto repleti. Hoc verbum à palàm quidam deduci exiſtimant. Alii à palis caſtrorũ, hoc eſt, ſudibus modo huc, modo illuc tranſlatis. Dicitur & palo, in hac ſignificatione.

Palpebræ, penult. corr. capilli, quos in genis homines vtrinq; habent. à palpirando id eſt, tremendo, vel à palpando, id eſt, prætentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit, ut uallum quoddam viſus eſſet, & prominens munimentum circa occurſantia animalia, aut alia fortuito incidentia.

Palpito. as frequentatiuum, leuiter ac frequenter moueor. Hierony. lib. ii. Reg. Quumq; adhuc palpitaret hærens in quercu. Vlp. Palpitat certe cor, & quaſi alternatim mouetur. Iuuenalis.

Vtq; ſemel atq; iterum ſuper illam palpitet.

Palpo, as, & palpor, deponens, pro leuiter, blande, & quaſi tentando tango. Vnde & pro adulari frequenter accipitur. Hinc palpator, pro adulatore. Plau. Vt palpator nullus eſt quando occœpit blandior. Regitq; interdum accuſatiuum, interdũ datiuũ. Horat. in Ser. Et cui ſi palpes recalcitrat. Id eſt, ſi aduleris uel blandiaris. Iuuenalis actiue poſuit quum ait,

Quem munere palpat Carus. Huius compoſitum eſt Expalpo, quod eſt elicio.

Palpo, ponis, qui & palpator, pro adulatore & blando homine.

Palpum, nonnulli pro blanditiis uſurparunt. Cc.

Paludamenta, ſunt inſignia ac ornamenta militaria. Ideo quũ ad bellũ exit imperator, mutata ueſte, dicitur, proficiſci paludatus. Liuius, Cñ paludatis lictoribus profectus ab urbe Brunduſium uenit. Hiero. ad Exuperantiũ, Quis non diligat eũ, q ſub paludamento, et habitu militari agat opera prophetarũ, & exteriorem hominem aliud promittẽtem uincat interiori homine, q formatus eſt ad imaginem creatoris? Dicta paludamẽta, quòd perſpiciuntur illi qui illa habent, & fiunt palàm, ut inquit Varro. Inuenitur etiã Paludamentum dici de veſte muliebri. Plin. Nos uidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo naua-

his prælii ſpectaculum, aſſidentem ei, indutam paludamento auro textili ſine alia materie.

Paludapium, apii ſpecies circa aquæductus, & in paluſtribus naſcens. Ce.

Palumbes, tam maſculinū, quàm fœmi. inuenitur ſylueſtres columbæ ſunt, quæ in arboribus ſepibusq́ nidificant. Vergilius,
Raucæ tua cura palumbes. Lucanus,
Macrosq́ palumbes. Dicitur & palumbus & palumba. Horum duo ſunt genera, unum torquatum, à torque, quo inſignitur. Martialis
Inguina torquati tardant hebetantq́ palumbi,
Non edat hæc volucrē qui cupit eſſe ſalax. Propt.,
Sed cape torquatæ Venus ô regina palumbæ.
Alterum genus quod Vinaginem dicunt ab uſu labruſcæ. A palumbus fit palumbinus, Palumbina, Palumbinum.

Palumba iu., accipitris genus, palumbes perſequētis. Cornucopiæ.

Palumbula, diminutiuum à palumba. Ce.

Palus, pali, notæ ſignificationis, habet primā prod. Tibullus, Hic docuit teneram palis adiungere uitem.
Palus verò paludis, pro loco aquoſo, habet primam correptam.

Palus, paludis, eſt ubi paululum aquæ in altitudine & palàm latius diffuſa, quæ etiam qñq́ ſiccatur. Cuius prima breuis eſt, & ſecunda indifferens, quanquam in genitiuo creſcat. Verg. lib. iiii. Georg.
Cocyti tardaq́ palus inamabilis vnda. Horat.
Regis opus ſtellisq́ diu palus aptaq́ remis.

Pammyſus, Theſſaliæ fluuius dictus quaſi totus odioſus, ob damna quæ agris inferebat. Ce.

Pamphagi, Aethiopiæ populi oībus rebus ueſcentes.

Pamphilus, pe. cor. Latinè dicitur, totus, amor omnibus amicus.

Pamphylia, regio in minori Aſia, inter Ciliciam & Syriam. vnde & mare pamphylicū, dicta quaſi tota frōdoſa. Hæc tota montana, ex tauro in mare procūbit. In ea (vt Pomponius refert) eſt fluuius Melas nauigabilis, & Eurimedon, apud quem Cymon Athenieſis perſas nauali pugna ſuperauit.

Pampillum, genus delicati currus. Lampridius: Iunxit quaternas mulieres pulcherrimas, & binas ad pāpillum, vel ternas & ſic vectatus eſt.

Pampinariū, palmes, qui (ut inquit Plini.) è duro exit, materiamq́ in proximum annum promittit, ſiue cōgeries virentium ramuſculorū. Col. lib. iiii. Vitioſiſſima eſt eorum agricolarum opinio, qui minimū referre credunt, quot vuas ſarmētum habuerit, dum ex vite fertili ligatur, & non ex duro trunco enatum, quod pampinarium vocant.

Pampinarius, a, um quod eſt pampini. Colu. lib. v. Ne aut pampinarius palmes internatus, aut verrucæ ſimilis furunculus relinquatur. Et lib. iiii. Ne pampinariam virgam deplantet.

Pampineus, a, um, idem quod pampinarius. Vergilius lib. ii. Georgicorum:
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

Pampino, nas, pe. cor. pampinos decerpo, vel à ſarmēto, coles, qui nati ſunt, de his, qui plurimū valent, ad ſecundum, nonnunquā etiam ad tertium, relinques, reliquos decerpō, ne relictis colibus, ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. Colum. lib. iii. Quum comprehenderint, identidem pampinent, ne plura ſarmēta, quàm debent, excreſcant.

Pampinoſus, a, um, quod pampinis abundat. Colu. li. vi. Et ſi parum pampinoſa vitis eſt.

Pampinus, penultima correpta, à Vergilio genere maſculino ponitur, à Varrone frequentius fœminino. Et ſignificat folium vitis, ſeu ramuſculum virentem. Verg. Heu male tunc vites defendit pampinus uuas. Apud columellam ponitur pro quodam arboris genere. Vergilius genus non diſcreuit.

Pan, apud Græcos ſignificat omne. Quo etiam vocabulo paſtorum Deus vocatus eſt in naturæ ſimilitudinem formatus. Habet enim cornua in radiorū Solis, & cornuum Lunæ ſimilitudinem. Rubet eius facies ad ætheris imitationem. In pectore Nebridem habet ſtellam, ad ſtellarum imaginem, pars eius inferior hiſpida eſt propter arbores, virgulta, feras, caprinos pedes habet, vt oſtendat terræ ſoliditatem. Hic Demogorgonis filius creditur fuiſſe, qui fiſtulam compoſuit ſeptem imparibus calamis ſimul cōiunctis, propter harmoniam cœli. Hunc Arcades colunt, eum vniuerſæ materiæ dominum adpellantes. Vnde à Græcis Pan adpellatur. Item Pan, Latinè incubus dicitur. Incubi verò ſunt nocturna phantaſmata mortalibus terrorem incutientia. Sed Alcæus poeta mirabiliter deſcribit.
Εκπιε παῖ λοφῶντα ὀρῶμενα, χάλκεσ μαίνεσ
Εκπνει ποιμενί φ τερπόμενος δόνακι,
Εκπλαίσιφ νύριγγι χέων μέλος. ἐκ δὲ συνῳδοῦ
καρκέ καταδύνοι ῥήματος ἀρμονίην,
Αμφὶ σοὶ, ῥυθμοῦ κατὰ κρέκεσ ἴχθιον ἴχνος.
Ρήσσοιτο νύμφαις ταῖσδε μεθυδριάσι.
Id eſt, infundit Pan laribus cacumina mōtium labiis muſarum, paſtorali tibia oblectatus, bene ſonāte fiſtula, fundens melos, ex concentu verò fregit, gubernans verbi harmoniam de tuo uerò rithmo ſecundū plauſum diuinum veſtigium rumpatur his Nymphis aquatilibus.

Panaces, pen. cor, & Panax, herba cuius ſuccus Opopanax uocatur, ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖσθαι, hoc eſt, à ſanandis omnibus morbis. Plin. Panaces ipſo nomine, omnium morborum remedia promittit. Colu. Panax, vtroq́ tempore, leni & ſubacta terra rariſſimè diſſeritur. Hinc deducitur πανάκεια. Luc. lib. ix.
Et panacæa potens & Theſſala centaurea. Verg.
Ambroſios ſuccos & odoriferam panacæam.

Panætius, nomen proprium philoſophi Rhodii ſtoicæ ſectæ, quaſi totus moralis Scipionis præceptor, quem imitatus eſt Cice. lib. de Officiis: Hic ſcripſit quòd vita hominum ex improuiſo, aſſidua & propè quotidiana pericula fert, ad q cauenda, oportet animo ſemper eſſe intento; ut ſunt athletæ. Sicut enim illi in certamine athletico, caput, manibus oppoſitis quaſi uallo præmuniunt, ita animus ſapientis aduerſus petulantias iniuriarum, ictusq́ fortunæ, debet

eſſe erectus, arduus, ſeptus, ne qua in re repentina incurſio, imparatis, improtectisq; nobis oboriatur.

Panætolium, quaſi totam continens Aetoliam, mons eſt Aetoliæ altiſſimus.

Panagæus, dicit quaſi totus ex terra, ob fertilitatem. Eſt enim Thraciæ promõtorium. Beſſis finitimum. Cornucopiæ.

Panagios Latinè ſanctiſſimus, quaſi totus ſanctus.

Panagron, retis genus, quod omnia capit. à πᾶν & ἄγρα.

Panaretus, penultima correpta, dici poteſt omnium virtutum continens. πᾶν enim totum ſignificat, ἀρετὴ, uirtus. Martialis,

Arguto madidus pollice panaretus.

Hiero. Fertur & panaretos Ieſu filii Syrach.

Panarium, locus vbi panis ſeruat, panis repoſitoriũ, diminutiuum eſt panariolum. Panaria, & panariola nos hodie quoque vernacula voce ciſtas, & ciſtellas uocamus: ex uiminibus factas. Suet. Sparſit & miſſilia uariarum rerum, & panaria cum obſonio uiritim diuiſit. Martia. Cum panariolis tribus rediſti.

Panathenaicon, genus vnguenti, quod (ut Pli. lib. xiii. inquit) Athenæ obſeruanter obtinuere.

Panathenea, communis celebritas ludi gymnici, in honorem Mineruæ Athenis celebrati. Primus Theſeus (autore Plutarcho) inſtituit panathenea. Nam Græci ἀθηνᾶν vocant, quam noſtri Mineruam nuncupauerunt. Euſeb. Agon gymnicus, quem panatheneon vocant, Athenis actus. Hinc panathenaicus, liber Iſocratis.

Pancarpiæ, coronæ ex variis florum generibus factæ, & penè omnibus.

Panchaia, quaſi tota dehiſcens, regio Arabiæ, tota arenoſa, in qua arbores ſponte nathæ, thus emittunt. Verg. Totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis. Seruius ſcribit panchaia Arabiam & Sabæorum gẽtem eandem eſſe apud quam naſcitur thus.

Panchaii, populi, qui (vt Pomp. refert) deſerta Sabæ habitant, qui & Opiophagi vocantur, quoniam ſerpentibus veſcantur.

Panchreſtos, medicamentum nobile, quod Latinè dici poteſt omnibus conducibile.

Panchrõr, gemma, quæ cõſtat ex omnibus coloribus.

Pancratiaſtes, certator, & victor pancratii. Gellius lib. iii. Diagoras filios tres habuit vnum pugilem, alterũ pancratiaſten, tertium luctatorem.

Pancratium, quaſi omnia potens, ludus gymnicus, quinquertio conſtans. à quo pancratiaſtæ dicuntur qui hoc ludo excellunt. Propert.

Puluerulenta q; ad extremas dat fœmina metas,
Et patitur duro vulnera pancratio.

Pancratius, nomen viri proprium, ſignificat autem certatorem. Seneca lib. v. de Beneficiis, Lacedæmonii vetant. ſuos pãcratios ceſtu decernere. Gellius: Oportet animo eſſe intento, ut ſunt athletarum, qui pancratiæ uocantur, qui ad certãdum proiectis alte brachiis, conſiſtunt, & os ſuum manibus oppoſitis quaſi uallo præmuniunt. Pli. lib. xxxv. Myron fecit delphicos pentathlos pancratiaſtas. Quidã ita diſtinguũt inter pentathlum, pancratium, & periodo uictorem, quòd plus ſit pancratiaſten eſſe, quàm pentathlum; & plus periodo uictorem eſſe, quàm pancratium. Pentathlos, eſt qui generibus illis quinq; certat. Pãcratiaſtes, q certauit et uicit. Periodo uictor (ut Feſt. inquit) qui ſacra Græciæ certamina obiuit & uicit, Nemæa, Pythia, Iſthmia, Olympia.

Pandana, porta Romæ à pando dicta, quòd ſemper pateret ad res, quæ in urbem ferebantur. Eadẽ dicebatur Libera, à libertate. Pandana etiam eſt inſula, in ſinu Caietano, parua à continenti, ducentis, quinquaginta ſtadiis diſtãs, in qua pulchre habitatur, ut Strabo inquit,

Pandatharia, inſula in puteolano, ſinu, ſeu in mari Tyrrheno, ut lib. ii ſcribit Ptolemæus.

Pandecta, nomen compoſitum à πᾶν, quod eſt totum, & participio huius uerbi δέχομαι, quod eſt capio, quaſi omnia intra ſe comprehendens, uolumen aliquod uniuerſaliter continens. Vnde Iuſtiniani libros in quibus uetera iura collegit, Pandectas adpellauit.

Pandicularis dies, qui & communicarius dicebat, in quo communiter omnibus Diis ſacrificabatur. Ce.

Pandiculatio, oſcitatio.

Pandiculor, extendo: ut faciunt qui è ſomno expergefacti ſunt, oſcitantes. Plaut. in Mene. Ego me adſimilem inſanire, ut illos à me abſterream, ut pandiculans oſcitatur.

Pandion, proprium nomen Erichthei, Athenarum regis filii, cui ſucceſſit in regno. Huius filiæ fuerunt Progne & Philomela. Dictus pandion, quaſi totus Dios. id eſt, Iouis. Hinc pandionia dicta eſt Attica. Sidonius, Qui Pandioniam mouebat orator caueam tumultuoſus.

Pando, is, paſſum, & panſum, ſecundum Bedam ſuper Donat. & à pane dicit, ſignificatq; patefacio, quòd apud ueteres, qui ope indigeret, & ad aſylum Cereris confugiſſet, panis ei dabatur. Pandere itaq; panẽ dare. Et quia nunquam fanum talibus clauderetur, Pandere pro apèrire uſurparunt. Vnde mulier capillo paſſo dicitur, quaſi porrecto & ſparſo. Et paſſis manibus, & uelis paſſis. id eſt, diductis atq; diſtentis. Huius compoſita ſunt Expando, extra pando, à quo expaſſum, extentum. Vnde Gellius refert Cæcilium ſcripſiſſe, flameum expaſſum domi prõtulerſit. Nonnunquã tamẽ apud ueteres a, in e, mutatur, ac pro, quòd eſt diſpaſſis, diſpeſſis dictũ eſt. Plau. in Milit. Credo ego iſthoc exemplo, tibi eſſe eũdum extra portam, diſpeſſis manibus, patibulum quum habebis. Oppando, circum extẽdo. Hieronymus in Exo. Velum quod ante illud oppãditur. Propando, ultrà pando. Repando, à quo Repandum, dicitur quod retrorſum patet.

Pando, as, incuruo. Vnde pandari trabs dicitur, quaſi incuruari, cedereq; ponderi, cuius contrarium palmæ faciunt, quippe quæ non contra inferiora, ſed in diuerſum renitendo fornicantur. Plinius libro. xvi. At populus contra omnia inferiora pandatur. Facile pandatur iuglans. Hinc à Vitru. arbores Pan-

datæ dictæ ſunt, quæ in ædificiis curuantur.

Pandochæus, ſtabularius dicitur. Ioſephus libro tertio Anti. Neq; ancillam, neq; captiuam eis nubere voluit: ſed & eas quæ de cauponibus & pandochijs vitam agunt.

Pandochium, hoſpitium, diuerſorium, ſtabulum.

Pandocrator, uel Pantocrator, omnipotens, uel omnia vincens. Non pigebit lectorem caſtigare locum in eccleſia cantatum in hymno Alma chorus domini, &c. Verſiculus eſt, Athanatos kyrios páton craton iſus. Vbi legêdum eſt pantocrator Iſus, id eſt, Immortalis dominus omnipotens Ieſus.

Pandora, quaſi omnium dona: vel quaſi ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. Quo nomine etiam dicta eſt gens, in conuallibus Indiæ (ſicut libro ſeptimo ſcribit Plinius,) quæ ducentis annis viuit. In iuuentute capillos candidos habet, in ſenectute nigros.

Pandoſia, ciuitas in Epiro, alia in Italia, in qua Alexander Epirotes interfectus eſt. de qua Trogus: Quum in Epiro eſſet pandoſia, & flumen Acheruſiũ, ignarus eandê & in Italia eſſe, ad declinãda fatorum pericula peregrinam militiam cupidus elegerat.

Pandoſius, Arcadiæ lacus.

Pandus, a, um, nõ panditus, alternitatis cauſſa euitandæ, qđ in pleriſq; ſeruatur: ſicut à mane maturinus, nõ manutinus, à uitis uinetum, non uitetum. Eſt aũt Pandus, idem quod apertus. Verg. lib. ii. Georg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Panegyris, cõuentus, nũdinæ, feſtiuitas: ab παν ἀγορᾶ. hoc eſt, ab omnibus rebus mercandis. Vnde Panegyrici, ſunt ſermones laudatiui, qui in cõuentu populi, & ſacris celebritatibus habentur: quales ſunt, quibus diui imperatores laudantur. Et Panegyricon, tertium dicendi genus, quod Latini demõſtratiuum dicunt.

Paneros, Vide panſebaſtos.

Paneus, per ſimplex n, fons eſt ſub Libano monte, in quo ſi qua natantia proiiciantur, in lacu cui Phiala nomen eſt cuncta reperiuntur. Eſt etiam hoc nomine Colchorum fluuius.

Pangæus, quaſi totus terra, ob nimiã fertilitatê, promõtoriũ eſt Thraciæ, Beſſis cõterminũ. & Macedoniæ coniunctum: ad cuius radices Meſtis amnis defluit. Et in ſingulari eſt generis maſculini, in plurali generis neutri. Statius, Illi Pangæa reſultant Iſmaraq;. Hinc pangæus, a, um. vt arua pangæa.

Pango, is, pepigi, panxi q; pactum, ſignificat figo, plãto ſiue iungo. vnde Pactilis, à pactum, quod eſt à pango, iungo. Plin. lib. xxi. Summaq; autoritas pactilis coronæ. Liuius pro figo poſuit lib. vii. Lex vetuſta eſt, priſcis literis urbisq; ſcripta: ut qui prætor maximus ſit, idibus ſeptembris clauum pangat. Fixus fuit lateri ædis Iouis Optimi Maximi. Pro plãto. Colu. lib. iii. At quæ uetere ſarmento pangũtur, tardius cõualeſcunt, ſed tardius deficiunt. Idem lib. xii. Malleolus quàm recentiſſimus curioſiſſime pangendus eſt. Cic. Tyroni pro ſcribo poſuit, quaſi quid ſimile plantationi. An pangis aliquid Sophocleum? fac opus adpareat. Gellius, Si aut verſum, inquit, pangis, aut orationẽ ſolutam ſtruis, atq; ea uerba tibi dicenda ſunt, nõ eas finitiones prærancidas, neq; ſecutinas grãmaticas ſpectaueris: ſed aurẽ tuã interroga quò quid loco cõueniat dicere. Pro cano etiam, ſiue uarro, manifeſto ponitur: quẽadmodum cano pro ſcribo. ut, Pange lingua glorioſi prælium certaminis. Compoſita eius quædam ſeruãt a, vt Circumpango. Vnde Circumpactus, pro circũiunctus. Plin. li. xvii. Ramis terraq; circumpactis. Depango, pro defigo. Idẽ lib. xxiiii. Quercus & olea tam pertinaci odio diſſidẽs, vt altera in alterius ſcrobe depactæ moriantur. Oppango, circũpango. Repango, à quo Repages, & Repagula. Quædam mutant a, in i, vt Adpingo, Compingo, quod eſt coniungo. ut in Exod. Arcam de lignis ſethim compingite. Impingo, vnde Impages. Inter ipſa tamen, tam in præterito, quàm in ſupino conuenit.

Panhormus, & Panhormum, & Panhormium, ciuitas Siciliæ: dicta à nauium adplicatione, quæ undiq; illuc conueniunt. Eſt enim Hormos, portus pars. Inde nautæ dicuntur Hormizare. Id eſt, nauem anchoris & retinaculis inſtruere, quò ſecura ſit in portu à repentinis procellis. Hinc Panhormita, Panhormitanus, & Panhormius.

Panica, vocantur repentini quidam terrores, & cõſternationes, quales lymphatici metus, uſq; adeò irreuocabiles, vt non ratione modo, ſed mente etiam careant. Cicero lib. v. ad Atticum: Scis enim quædam πανικά dici. Hyginus item de panico terrore mentionem facit, quum ait: Hic enim quom Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecisſe hoſtibus terrorẽ, qui panicos dicitur. Fit autem à Pan Deo: quoniam repentinorũ terrorum, & cõſternationum cauſſam Deo Pani tribuunt.

Panicos, repentinus terror, & conſternatio dicitur à Græcis. Hyginus ſcribit Capricornum obieciſſe hoſtibus timorem qui panicos nominatur.

Panicula, diminutiuum à pano: alioqui ſignificat comam in milio, panico, arũdine. Plinius, Pẽdent è piceaũ vel roborum quoq; ramis, quæ ipſe uocat panos & paniculas, & aliquãdo nugamẽta callo ſquãmatim cõpactili, quæ cittara Græci adpellãt. Quicquid igitur ſublonga, vel ſubrotunda forma tumet, Panicula dici ferè poteſt. Celſus in curatiõe ramicis: Faſcia eius rei cauſſa fit, cui imo loco pila eſt aſſuta ex paniculis facta: quæ ad repellendum inteſtinũ, qđ deſcendit, illi ipſi ſubiicitur. Plin. lib. xxi. Græcula roſa cõuolutas habet foliorum paniculas.

Panicum, genus frugis, à paniculis ſuis dictum. Plin. lib. xiii. Paruis racemato paniculis. Cæſar: Panico vetere atq; hordeo corrupto.

Panifex, qui panem facit, qui & Panificus dicitur. Vnde mulieres quæ panem faciunt, Panifices ſeu Panificæ vocantur. Hinc Hierony. in lib. Reg. panificas filias dixit.

Panificium, ipſa panis confectio, & actus faciendi panem.

Panis, à paſcẽdo ꝓprietatem habet: ſiue quòd omnibus

bus pulmentis adhiberi poſſit,& ferè adhibeaſ,quũ nullũ obſoniũ faciat inſipidius. Nam Pan, totũ dr̃. Panis varia ſunt genera. Nam alia ſunt ab obſoniis adpellata:ut oſtrearii. Alia à deliciis,ut artolagani. Alia à feſtinatione:ut ſpeuthicii. Alia à coquẽdi ratione.ut furnacii,uel artopicii.ut in clibanis cocti.

Panis ſecũdarius,panis vulgaris,qui omniũ cibus eſt. Sueto. In Auguſt. Cibi minimi erat ac ferè vulgaris. Secũdarium panem maxime adpetebat. Idem Cibarius adpellatur panis rubidus, à ſcabricie panis ſecundò coctus quo vtitur nautæ.

Paniſci,Dii ſyluestres quaſi per diminutionẽ dicti minituli panes: ſicut à Satyro Satyriſcus inclinatur. Scribit Plin.lib.xxxv. Paniſcum,fuiſſe pictum à Tauriſco pictore.

Panneus,a,um, quod ex panno eſt. ut veſtis pannea, quæ ex lana eſt.

Pãnicularia,(Vlp.teſte)dicũtur ea q̃ in cuſtodia receptus ſecũ attulit.vt veſtẽ qua indutus fuerat,qui ad ſupplicium ducitur, aut nummos quos victus ſui cauſſa habuerit in promptu,aut leues annulos,hoc eſt, qui rem non excedunt aureorum quinque.

Pãnonii,adpellãtur à Romanis, quos Græci Pæonas, Latini Vngaros uocitãt:quorum fama,olim formidine,totam cõcuſſit Italiam,tãquam eſſent bello inſuperabiles. Hi tribus fluuiis, Drauo, Sauo,& Iſtro vallãtur. Hinc Pãnonicus,a,um. Sueto. In Augu. Reliqua per legatos adminiſtrauit, ut tamen quibuſdã Pãnonicis atq; Germanicis,aut interueniret,aut nõ longè abeſſet. Horum regio Pãnonia dicta eſt,regio Europæ,(ſicut Ptole.libr.ii.ſcribit.) Et eſt duplex: ſuperior, & inferior. Superior ab Occaſu limites habet montem Cecium,qui medius eſt inter Noricum & ipſam Pãnoniam. Ab Ortu habet Pannoniam inferiorem,cui iuncta eſt inferior, ab Ortu & Septentrione Danubio cingitur.

Pãnoſus,qui ſordida ueſte,& craſſo pãno,viliq; opertus eſt. Nec hoc niſi de paupere dicitur. Iuſti. lib.ii. Permutato regis habitu,pãnoſus,ſarmenta collo gerens,caſtra hoſtium ingreditur.

Pannuuelium,à pãno & voluendo filo,ſudariolũ ſignificat, vt eſt apud Varronẽ lib.i. de lingua Latina. Hoc Pãnicellum dicere poſſumus.

Pãnus,per duplex nn,quo veſtimur,vt pãneæ veſtes, quæ ſunt laneæ,vel bombycinæ. Huius dimi. eſt Pãniculus. Iuue. Et pãniculus bombycinus urit.

Panomphæus,Iouis epitheton: quia ab omni lingua colatur,à παν & ὀμφὴ, uox quòd omnium voces audiat. Ouidius libro Metamorpho.

Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata tonanti.

Panope,Nympha marina,à perſpicuitate viſus nomẽ ſumens. πᾶν, omne. ὄπτω, video.Cc.

Panſæ,dicti ſunt quibus lati ac panſi ſunt pedes: ſicut planci,quibus plani ſunt.

Panſebaſtos.gemma,cui addita fœcũditas exiſtimaſ, quæ & paneros dicitur.Cc.

Panſelenus,pe.pdu.plenilunium:quaſi tota Luna. nam σελήνη,Luna dr̃,vnde & Proſelenus,ante Lunam.

Pantagias,fluuius,qui quum plenus incederet,totam Siciliam ſonitu implebat. Dictus quaſi vbiq; ſonãs. ἀπὸ τοῦ πάντα ἄγειν,quòd obuia quæq; proſternat atq; ſecum rapiat.

Pantaſilea,nomen reginæ Amazonum, quæ Oritheæ ſucceſſit,dicta quaſi omnia ſubiens. Hæc prima (vt inquit Plin.)ſecurim inuenit. Habet ei, diphthon. in penul.apud Græcos,πάνταισίλεια.

Pantathlus, παντάθλος, Græcè,qui in quouis genere luctæ peritus eſt.

Panthaces,penul.corre.nomen amnis,ab uſu medicinæ pecorum dicti. Eſt in Samo propè Chalcantis & Podalirii ſacella,vt ſcribit Strabo.

Pantheon,templũ Romæ,qđ (vt Dion hiſtoricus refert:)ſic dictũ fuit, ꝙ in Martis Venerisq; imaginibus,ſub ipſo templo cõſtitutis,omniũ Deorum imagines effictæ erãt. Siue quòd templum ipſum rotũdum ſit,cœlo q; perſimile. Et ſic quoq; omniũ Deorum habitatio cenſeatur. Poteſt etiam dici Panteon, ſummum Deorum. Nam πᾶν, ſignificat omne:quod ſanè in ſimilibus ſæpe ad ſummum ſpectare ſolet,& θεῶν,Deorum. Vnde Plin.lib.xxxvi. Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factum fuit.

Panther,ab Ariſto.vocaſ animal quod Theod. Gaza lupum canariũ adpellat:diuerſum à Panthera, vt ex Galeno conlici poteſt,qui ſic ait. Quidã adeò beluini,vt leonũ & pantherarũ,item canum & pantherũ & vulpium carnibus ueſcantur. Hieron. ad Præſidiũ ſic ſcribit:Panther,pardo ſimilis eſt:& eſt varii coloris,& mitis ſi ſaturatus fuerit, & tribus diebus dormit,poſt tertium diem lauat ſe & clamat,& ſic odorem ſuauẽ emittit,& conuocat omnes feras quæ odore ducuntur.& eſt omnibus feris amicus,præter draconem & aſpidem.

Panthera.penulti.produ.animal prorſus ferum & maculoſum,quæ & pardalis dicitſ:ex πᾶν, quod ſignificat totaliter,& θὴρ, fera Abundat in Hyrcania & Media. Horatius in Epiſto.

Diuerſum confuſa genus panthera camelo.

Pantheus,& Panthus,nomen proprium filii Otrei fratris Hecubæ.

Panthia,vxor Abradotæ,Suſii ductoris,ſub Cyro maiore,caſtiſſima.

Panthoron,pen.prod. per ω, πανθώρων Latinè dicitur omnia videns. Quo nomine dictus eſt Sol.

Pantices,fluxus ventris,pinguitudo, & extuberantia: quòd venter pandaſ. Hodie quoq; vulgus Pantices adpellat in homine ventroſo. Plau. in Pſeu. Eò uos ueſtros pantices adeò madefacitis quum ego ſiem hic ſiccus.

Pantolabus,omnia ſumens,verna adpellatus eſt,propter ſcurrilitatem pluribus notus.

Pantominus,pen.produ.rerũ omniũ imitator, qui in ſcenis,perſonas, per ſingulorũ actuũ ſimulationes, oſtendebat. Et πάντων, omniũ,& μῖμος, imitator. Eſt aũt Mimus,ſermonis & factorum cuiuſq; imitatio cũ laſciuia. Plin.li.vii. Mythicũ pantomimũ,hoc eſt,fabularẽ quendam uocauit, ceu pantomimorum duo ſint genera: Scenici & Mythici.

Pãtrepes, Scythiæ fluuius:ſic dictus,quòd oĩa vertat.

Panurgia, aſtutia. Plautus: Iſtæ panurgia tete in piſtrinum dabit.

Panurgus, aſtutus: quaſi omnium rerum experientiam habens.

Panus, pani, & Panis, is, tramæ inuolucrum quo pani texitur, à quo Panula, & Panicula per diminu. Luc. Foris ſubtegminis panus. Ab huius ſimilitudine etiam innatus tumor ſub faucibus, auribus'ue, & inguinibus, Panus adpellatur. Idem, Et laterum paroſidas & panos ſanat. Panos Galenus in ſpecies diuiſit. Huius diminutiuum eſt Panellus.

Papæ, dicuntur ſacerdotes: queadmodum presbyteri, hoc eſt ſeniores adpellantur.

Papare, eſt minutis & blandiuſculis verbis patrem adpellare.

Papas, accipitur pro patre, ſiue pro eo qui puerũ alit. Iuuenal. Timidus prægustet pocula pappas.

Eſt aũt nomẽ ueneratiõis à Syracuſiis tractũ, apud quos Pas pater dr: inde per geminationem Papas.

Papauer, genus herbæ. Et album quidem ſatiuum ſemen habet, quod toſtum, in ſecunda menſa, eſi melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorẽ lina & lanæ contrahunt.

Papauerata toga, à colore candido dicta eſt, eadem ſpiſſa toga dicebatur.

Papè, admirantis aduerbium: habet enim in ſe adfectum verbi minoris vt, Papè quid video. Aliquando etiam indignationis eſt. Terentius in Eunu.

Papè hæc ſuperat ipſam Thaidem.

Papeus, apud Scythas adpellatur Iupiter. Cc.

Paphlagonia, regio minoris Aſiæ: à qua Paphlagones, q(teſte Cor. Nepote) in Italiã tráſuecti, mox Veneti dicti ſunt. Hæc ut Solin. ſcribit) Cytoro monte cõſurgit porrecto in ſpatiũ triũ & ſexaginta miliũ. In ea Mithridates Eupatoriã cõdidit, quæ ſubacta à Pompeio Pompeiopolis nominata fuit.

Paphos, vrbs Cypri in qua Venus ſumma cum diligẽtia colebatur. Inde Paphius, a, um, & ipſa Venus Paphia dicebatur.

Paphus, Cylicis filius (à quo Cilicia denõiata eſt) qui in Cypro vrbẽ cõdidit, Paphon à ſe denominatam.

Papia, ciuitas Inſubriũ, Ticinum alio noĩe adpellatã olim oſtrogotorũ & Lingobardorũ regum ſedes.

Papilio, inter uermiculos numeratur, quo nullũ aial ĩbecillius eſt. Colu. lib. x. de Apib. Vermiculi quoq; qui tineæ vocãtur, itẽ papiliones nec idẽ ſunt. Nam (vt idem teſtatur) ex papilionũ ſtercore naſcuntur tineæ. Idem Papilio dicitur tentoriũ. Hiero. in Exo. Stabat unuſquiſq; in oſtio papilionis ſui.

Papilla, parua papula, id eſt, tuberculum. Serenus, Excruciant turpes anum, ſi fortè papillæ. Significat etiam mãmæ capitulum, vnde lac trahitur: quãuis etiã pro ipſa mamma ponatur. Verg. lib. xi. Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hæſit.

Dictæ Papillæ, quaſi paruæ papulæ: quòd papularũ ſint ſimiles. A quarũ ſimilitudine Papillæ dicuntur quæ aquas fundũt. Varr. lib. iii. de Re ru'ſt. Qui fit, ſi adduceris fiſtulã, & in eam papillas impoſueris tenues, quæ eructent aquã. Papilla etiã tribus Romæ fuit quæ à genitrice vocabulum traxit.

Papillatus, papillis ornatus, ſeu in papillæ ſpeciem factus. Hiero. ad Pamma. Quis parturientẽm roſam et papillatum corymbum antequam in Calathum lunidatur orbis. Expapillatus, uſq; papilli nudatus. Plautus, Idem cõnexum in humero læuo expapillato brachio.

Pappa, per duplex pp, puerorum cibus eſt: deductum nomen à pane.

Pappare, per duplex pp, ſignificat cibũ ſumere: quod à pappa fit, qui eſt puerorum cibus. Plaut. in Epid. Nouo liberto opus eſt, quod pappet dabitur, præbebo cibum.

Pappus, auus. nam Græci πάππον, auum dicũt. Auſo. ad nepotem ſuum. Pappos, auiasq; trementes Antè ferunt patribus ſeri noua cura nepotes.

Hinc Pappous, id eſt, auitus. Pappi etiam dicuntur carduorum flores. Lucretius, Veſtem nec plumas auium pappos q; uolantes. Plinius Pappum uocari ait lanuginem deciduam ex fructibus arboris coggygiæ. Et Pappus dictus eſt Aemilius Romanus, cuius meminit Liuius lib. xxviii.

Papula, puſtula, tuberculũ: vulgò bruſcla, quæ ieiunæ ſaliuæ defricatione curatur. Papulis cutis exaſperaſ, & rubet, leniterq; roditur. Vergil. lib. iii. Georg. Ardentes papulæ atq; immundus olentia ſudor. Celſus tamen libro. v. duo papularum genera ponit. Huius diminutiuum eſt Papilla.

Papyrus, à noſtris dicitur iuncus, à nõnullis ſcriptus. Luca lib. iiii. Conſeritur bibula Memphytis cymba papyro. Frutex eſt, habens radicem obliquã, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorũ lõgitudine, in gracilitate faſtigiatũ, thyrſi modo cacumen includẽs. Naſcitur in paludibus Aegypti. Inuenta eſt ab Alexãdro rege Papyrus, autore Varrone: A qua Papyro frutice, dicta eſt charta Papyrus: quòd ſcilicet ex papyro fieret. Nã primò ſcribebant in foliis palmarum: poſtea in arborũ libris: deinde in ceris poſtea uero id genus chartæ inuentum eſt, quo nunc paſſim mortales vtitur. Fitq; ex inteoliscẽ tritis: & nihilominus priſtinum nomen remanſit. Charta uerò ab vrbe Tyri, cui Charta nomen fuit, adpellata eſt: ex qua Dido dicta eſt. Ideoq; vrbem à ſe poſtea ædificatam, ab illius nomine Carthaginẽ nuncupauit. Græci ab eadẽ vrbe χάρτην nominant. Hæc etiam membrana vocatur, à tectu membrorũ. A' Papyro cognomen Papyrii deductum eſt: à quo Papyriana tribus. Hinc etiã Papyraceus, a, um, quod eſt materiatum ex papyro.

Par, cum ſuis compoſitis Compar, Diſpar, Impar, Seſpar, ſunt generis omnis. Et licet Par prod. apud poetas ponaſ, in obliquis tñ prima correpta. Et tã datiuo, quàm genitiuo iſigi poteſt. Ouid. li. iii. Meta. Sunt quoq; par aliis ætas in ouilibus agnæ. Lucanus, Quem metuis par huius erit.

Et in ablatiuo pare uel pari. Significat autem Par, numerum duorum, quaſi inter ſe parium. Vnde vnũ par, & duo paria dicimus. Interdum Pares pro duobus accipiuntur: ut, Paribus equis vtebantur Ro-

mani in prælio: ut ſuadente altero, tranſirent in ſiccum. Interdum Par, accipitur pro decenti, æquo, & conuenienti: quod inter omnes æquabile eſt. Quintilia. Si propter matrimonia uiolata, vrbes euerſæ ſunt, quid fieri adultero par eſt? Parem eſſe, ſignificat ſufficere alicui rei: ſiue reſiſtendo, ſiue exequendo. Cicero ad Atti. Sed adhuc pares non ſumus. Quintilia. Aſpicio par laboribus corpus. Paria facere, eſt quod alibi amiſſum eſt, uel quod aliunde acceptum, alibi vel aliunde compenſare. Quintilia. Paria faciemus, tu illic eris uicarius meus, ego hic tuus. Paria componere, eſt componere gladiatorum duo paria: ordinarium & poſtularium. Cicero in Epiſtolis, & Suetonius.

Par impar, genus ludi. Sueto. de Augu. Scripſit ad filiā: Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos ſingulis cōuiuiis dederam, ſi vellent inter ſe poſt cœnam vel talis, vel par impar ludere.

Para, παρὰ præpoſitio Græca, ſignificat ad, apud, penes, abſq;, dis, re, præteritam in adpoſitione, quàm in compoſitione.

Parabaſis, Latinè tranſgreſſio.

Parabates, tranſgreſſor.

Parabilis, & hoc parabile: quod in prōptu eſt, & cito haberi poteſt. Seneca: Ad manum eſt & parabile quod ſat eſt, qui ad naturam uiuit, & nunquam eſt pauper. Cicero libro. v. Tuſcula. diuitias, inquit, naturæ parabiles eſſe.

Parabola, ſignificat iuxta ſententiam, ex παρὰ, iuxta βουλὴ, ſententia: quaſi rerum diſſimilium comparatio. Vnde Quinti. Parabola (quam Cicero collationem uocat) longius res quæ comparantur repetere ſolet: ut tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quam vtiq; apud Vticam Cato. Hierony. Parabolæ Græcè, Latinè dicuntur ſimilitudines. Quod libro Salomonis uocabulum ob id impoſitum eſt, vt ſciremus altius, & nō iuxta literam tātum intelligi debere quæ dicuntur. In quo dominum ſignificat per parabolas fuiſſe loquuturum. Aliud enim in ſuperficie ſonat aliud intellectu innuit.

Parabos, inſula parua contra Phœnicem, ut inquit Pōponius.

Paracentheſis, ſignificat punctionem, vt eſt apud Pli. libro. xxv.

Paracletus, per e. productam ſcribitur, & profertur: à παρακαλῶ, quod rogo & hortor ſignificat. Apud iuniores vero Græcos etiam pro cōſolor inuenitur. Hinc Paracletor, & Paracletus deſcendit. Et qui in foro ac iudiciis, à noſtris deprecatores uocantur, ii apud Græcos Paracletores dicuntur. Itaque pollicetur dominus diſcipulis ſuis miſſurum ſeſe paracletum ſpiritum, qui eos ſit edocturus, ſiue illum adhortatorem, ſiue deprecatorem. hoc eſt, aduocatum, ſiue conſolatorem velimus intelligere.

Paraclytus, per y, tenue, infamem, aut præter famam ſignificat. Nam para, in huiuſmodi cōpoſitione præter vel diminutionem denotat, κλυτὸς vero famam declarat inſignem, id quod inclytus probat. Itaque Paraclytus à para, & clytos nomine compoſitum eſt. Quod ſignificatum ponere in Chriſto abſurdum & impium eſſet.

Paradiaſtole, dici poteſt per dilationē: quòd fit quū rem noſtram dilatamus interpretatione.

Paradigma, παράδειγμα, exemplum facti uel dicti alicuius. Vergilius,

Antenor potuit mediis elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus.

Fit autem tribus modis, à pari, à maiori ad minus, à minori ad maius.

Paradiſea poma, dicuntur à ſitu: quòd fere in omnibus pomariis inſerantur odore ſaporeq; inſignia.

Paradiſus, pomarium. id eſt, hortus conſitus generis tam maſculini, quàm fœminini. Eſt & nomen oppidi, vt apud Plinium & Strabonem. Eſt & locus in Oriente longo tractu maris diſtans à continente. De quo Auguſti. ad Oroſium ſcribit ſic: Paradiſus in Oriente ſitus eſt, interiecto Oceano, & à noſtro orbe lōgè remotus, in altiſſimo loco conſtitutus, pertingens vſq; ad Lunarem circulum. Vnde illuc aqua diluuii minime perueniſſe dicitur. Hic locus à primi hominis reatu interclusus eſt, nec vlli animantium datur in eum aditus.

Paradoxa, iuxta ſententiam, vel inopinabilia, ſeu admirabilia. nam para præter, vel cōtra & iuxta, ſignificat. Vnde Paradoxa Ciceronis, id eſt, electa ſententia: vel quia ſunt præter opinionem.

Paradromis, idis, ambulatio, ſiue xyſtum. Vitruui. Latini xyſta ambulationes adpellant, quas Græci paradromidas.

Parænesis, penul. correp. præceptio, ſiue admonitio. Hinc Acron Horatianus interpres: Hæc ode parænetice ſcripta eſt: pro eo, quod eſt præceptiue, ſiue monitorie: ſicut ab eodem dicitur: Hæc herotice dicta eſt, pro amatorie.

Paræneticus, a, um. idem quod præceptiuus, ſiue admonitiuus, à uerbo Græco παραινέω, quod ſignificat præcipio & admoneo: παραίνεσις, præceptio, ſiue admonitio.

Peragoge, deductio: figura qua litera uel ſyllaba fini iungitur. vt dicier, pro dici. Hanc alii paralepſim, alii prolepſim uocant.

Paragogon, cum accentu in antepenul. dici poteſt deriuatiuum: vt ab albeo, albico.

Paragomena, penultima correpta, παραγόμενα, Latinè deriuata dicuntur: qualia ſunt ſullaturis, & proſcripturit. Eſt autem Sullaturire, proſcriptionem cupere.

Paragraphe, Latinè præſcriptio, exceptio.

Paragraphus, & Paragraphum, vtrunq; dicitur.

Paralipomenon, derelictum, ab παρὰ, & λείπομαι relictum, prætermiſſum.

Paralleli, penul produ. quoniam per η, à Græcis ſcribitur: dicuntur circuli ſphæræ, qui ad eundem poli cōſtituti finiuntur. Parallelus enim quaſi alternus, mutuus, inuicem compactus, quo lineæ æquè diſtantes parallelæ dicuntur. Ideo q; ſegmenta mundi, quæ nos circulos dicimus, Parallelos Græci vocant.

Parallexes, id eſt, obtutus.

Paralus (ut Pli.li.vii.ſcribit) nomẽ fuit eius, q primus longã nauẽ inuenit. Sũt & Parali in Attica, q paraliã incolunt. Plutarchus Paralos factionum unam è tribus quæ Athenis erant Solonis tẽpore, intelligit.

Paralyſis, diſſolutio neruorũ. Et alio nomine à Græcis hemiplexia, hoc eſt, ſemiapoplexia, quum in alteram tãtum corporis partem malum id incubuit. Nã quum totum afficitur, apoplexia nominatur. Nunc vtrunq; (inquit Celſus) paralyſin adpellari video. In de paralyticis qui tremuli ſunt, remedium eſt in quo ſit aſtringendi efficacia. Ideoq; Tertul. in Apolo. de Chriſto dixit, Quum ille verbo dæmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret, mortuos deniq; verbo redderet vitæ reſtrictus ergo, reb ſoluto contrarius eſt. Nominatur id & Paræſis, ferè à defectu uirium.

Paralyticus, Latinè diſſolutus dicitur.

Paranites, gemmæ ſpecies, quæ & Sapinos dicit. Ce.

Paranymphus, à Hiero. dicitur pronubus, ab antiquis auſpex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis, auſpicium capere ſolebant. Qui præerat huic rei, pro parte uiri, à Græcis Paranymphus, à noſtris auſpex dicebatur. Et ut auſpex pro parte uiri, ſic et pronuba pro parte mulieris adhibebatur. Itaq; quum apud Chriſtianos auſpicia minime captentur, adhibentur ſacerdotes, qui & pronubi à nobis dicuntur. Auguſti. lib. xiiii. Ciuit. Dei, Non ne omnes famulos atq; ipſos etiam paranymphos, & quoſcunq; ingredi qualibet neceſſitudo permiſerat, antè mittit foras, quam vel blandiri coniunx coniugi incipiat?

Parapetaſma, atis. Latinè velum cortina.

Paraphema, & nõ Paraphrena, dicunt ea q præter dotem dant fœminis, à παρὰ præter, & φερνὴ, dos, quaſi præter dotem. Hæc & Paraphernalia dicuntur.

Paraphraſis, pe. pro. apud Rhetores exercitamenti genus eſt. Ea finit à Græcis hoc modo, ut ſit, q narrationi proportione reſpondeat. De hac Quint. lib. x. Neq; ego paraphraſin eſſe interpretationẽ tantũ uolo, ſed circa eoſdẽ ſenſus certamen atq; æmulationẽ. Dicitur etiam peruerſa dictionum interpretatio.

Paraphraſtes, dicit interpres, qui non literã ex litera, ſed ſenſum è ſenſu transfert, quaſi iuxta loquens. Et pro peruerſo, & deprauatore ponitur. Hiero. in Prolog. lib. Reg. Et quũ intellexeris quod antea neſciebas, vel interpretem me æſtimato, ſi gratus es, vel paraphraſten, ſi ingratus. Idem ad Alga. Conabimur itaq; παραφραστικῶς ſenſus eius euoluere.

Pararius, Idem quod proxeneta, nomen Latinum. Seneca lib. iii. de Beneſic. Quidã volunt nomina ſecũ fieri, nec interponi pararios.

Paraſangæ, apud perſas viarũ menſuræ ſunt, quinquaginta ſtadia continentes.

Paraſceue, es, dici poteſt præparatio. Nam à παρασκευάζω, quod eſt præparo deducitur. Vnde & dies quo dominus noſter Ieſus Chriſtus pro humani generis ſaluti cruci adfixus fuit pharaſceue dicit, quoniã eo Iudæi ſibi neceſſaria præparabant, ut paſchæ dies abſq; operatione aliqua tranſigeretur.

Paraſiopeſis, ſchema eſt apud Rhetores, à Latinis ſoccupatio dicitur, quum aliquid reticere nos dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Quod fit, vel quum rẽ notam eſſe putamus auditoribus, vel quum ſuſpicionem maiorem excitare reticendo uolumus.

Paraſitaſter, qui paraſitorum imitator eſt. Nã quæ in aſter finiunt imitationem potius quàm diminutionem ſignificant. Cice. pro Vareno, Euricius hic noſter Antoniaſter. Duo tamen potiſſimum diminutionem denotant, furdaſter, & recaluaſter.

Paraſitus, pe. cor. qui aliorum menſas & cibaria ſequitur, ex para, ad, σῖτος, cibus, σιτόν, ſagina, quod non ſolum frumẽtum, ſed cibaria quoq; deſignat. Quod vt conſequi poſſit, omnia ad uoluptatẽ, cuius eſt ſtrictus nidore culinæ primò loquitur omnia deinde aſſentatur, omnia illius facta ſimul ac dicta laudat, nihil repugnat, omnia ſuffert, nihil uentris cauſſa facere recuſat, in quo ſummum bonum conſtituit. Accipitur nonnunquàm pro eo qui ſimplicibus verbis, riſum ab audientibus captat. Primò tamen Paraſitus in honore fuit, utpote qui ſacrò miniſterio addictus eſſet. Pro eo uero poſtea dictus eſt, qui ad menſas diuitum oblectationis cauſſa admittebatur.

Paraſtaſis, Latinè aſſiſtentia, affirmatio, per teſtes adprobatio.

Paraſtatæ, ut apud Victru. & Pliniũ, Lapides ſunt pilarũ ferè modo, adpoſiti columnis: de qua ſimilitudine alterũ cruris os (duo enim ſunt) Paraſtata nominatur in iumẽtis Vegetio, quod & Paracnemion Iul. Polluci, apud quẽ & meatus illi p quos genitura è teſtibus per urinæ vias defertur, Paraſtatæ, nuncupantur. Sunt & in prælio, inquit, dicti Paraſtatæ nomen officii, quoniã adiuncti ſunt paraſtatis, hoc eſt, iis, q præſunt cornibus ſicut epiſtatæ, qui tertium in regẽdis his locum tenent. Sed & tabulæ quædam certis inſtrumentis à Victru. Paraſtatæ vocantur.

Paraſtades, ſunt lapides q utrũq; oſtii latus muniũt. Victruuius quoq; paraſtadas in mentione templorum uocat Antas.

Paraſynthetes, decompoſitus.

Parathesis, dicitur adpoſitio. Ce.

Paratragœdio, as. id eſt, exaggero, ac uerborum magnitudine aliquid augeo. Plau. Illic homo eſt ut paratragœdiat carnifex.

Paratrimma, Latinè itertrigo, quũ fœmina adurunt.

Parauxeſis, penul. prod. Latinè amplificatio dicitur παραύξησις.

Parazonium, genus gladii, qui ad zonam accingi ſolitus eſt, ἀπὸ τοῦ παρὰ καὶ τῆς ζώνης, quaſi ad zonam pendens.

Parcæ, dictæ ſunt à parco, per cõtrarium, quòd nemini parcant. Ideo tres eſſe Parcas arbitrantur, quoniã tria ſunt tempora, in quibus omnia uoluuntur. Varro à partu, vnius literæ mutatiõe, deduci putat, quoniã (ut ſcribit Heſiodus) hæ naſcentibus hominibus bonum malumq; conferre cenſeantur. Iuuena.

Hæc exempla para felicibus, at mea Clothò,
Et Lacheſis gaudent ſi paſcitur inguine uenter.

Tres autẽ fuiſſe Parcas, Clothò ſcilicet, & Lacheſin, & Atropon finxerunt antiqui, quas Cicero Erebi & noctis

noctis filias fuiſſe ſcribit, & eaſdem fata eſſe exiſtimant. Vnde eſt illud Cleantis, Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Fingunt uitæ hominum præeſſe, & nendo eam ducere. Quapropter Lanificas ſorores adpellat Martialis,

Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
 Stamina nec ſurdos uox habet iſta Deos.

Apul. Tres parcæ, tria fata ſunt numero, cum ratione temporis facientia, ſi poteſtatem earum ad eiuſdẽ ſimilitudinem temporis referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem. Et quod torquetur in digitis momenti præſentis indicat ſpatia. Et quod nõdum ex colo tractum eſt, ſubactumq; curæ digitorum, futuri conſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtẽdere. Lacheſin dictam eſſe putant, quia λαγχάνειν Græce, ſortior deſignat. Atropon, quia reuerti non poſſint. Clothon, quoniã cõtorta et cõordinata omnia teneat. Hæc enim nomina ipſa lingua Græca oſtendunt. Etiam dicuntur Deteriæ, id eſt, atræ, & macilentæ.

Parco, is, peperci, vel parſi, parſum, vnde parſurus, proprie ſignificat abſtineo, quaſi parſi tango. Hinc parcere, pro ueniam dare. id eſt, ab ultiõne abſtinere. Liuius lib. xxv. Nec dum eos Capuæ parſuros. Verg. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Aliquando pro prohibere, vt, parcite oues nimium procedere. Aliquãdo deponere, quia ab his quæ deponimus, abſtinemus. Vergilius,

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi. Aliquando pro ſeruare, quia ſimiliter ab eis abſtinemus. Idem lib. x.

Argenti atq; auri memoras quæ multa talenta.
Natis parce tuis. Aliquando pro deſinere. nam & deſinere abſtinere eſt: vt, Parce pias ſcelerare manus. Sic Parcere errori, dicimus abſtinere à caſtigatione erroris, ſiue parum caſtigare errorem. Parcere pecuniæ, abſtinere ab expendenda pecunia, ſiue parſi expendere pecuniã. Varro: Parſuris pecuniis bene partis. Parcere famæ, abſtinere à fama, non laudare. Augu. lib. ii. Ciui. Dei: Nimis ſuperbum fuit, famæ parcere principum ciuitatis, vbi ſuæ famæ, parci numina voluerunt. Parcere labori, abſtinere à labore, ſiue parum laborare, & eodẽ modo de ſimilibus. Huius uerbi compoſita ſunt Comparco, eiuſdem cum ſimplici ſignificationis. Terent. Suum defraudans genium comparſit miſer. Reparco, iterũ parco. Plau. in Tru. Vtinam rei iterum parſiſſem meæ, vt nunc reparcis.

Parcus, qui frugi eſt, & ſumptibus parcit. Gell. lib. iii. Neque ab arca, neq; ab arcẽdo, ſed ab eo quòd parum & parum denominatur. Hinc Parcitas, pro frugalitate. Huius compoſitũ eſt Præparcus, ualde parcus. Plin. lib. xi. Aliquando & ipſæ contrahunt mortis ſibi cauſſas. quum ſenſere eximi mella, auide uorãtes. Cætero Præparcæ, & quæ alioq prodigas atque edaces non ſecus ac pigras, & ignauas perturbent. Similiter Deparcus, nimium parcus ac tenax, cui opponitur profuſus ac magnificus. Apule. At vero contraria adcuſaſtis vnum ſeruum, vt deparci, tris liberos ut profuſi.

Pardaliarches, aconiti genus, ſic dictum quòd carnes eo tactæ, guſtatu pantheras necant. Cc.

Pardali, lapilli ſunt fului coloris, à pantheræ colore. Cornucopiæ.

Pardalium, dicitur unguentum, qđ pardalis odorem reddat: quæ ſola ex animantibus odorem reddit, & Latinè panthera dicitur.

Pardalus, pen. cor. auicula quæ magna ex parte gregatim volat, colore cinereo.

Pardus, animal eſt, cuius fœmina pardalis dicitur, unde & Leopardus.

Parectatus, qui de pueritia venit ad pubertatẽ. Lucil. lib. x. Tum Ephebum quem uocant parectatum.

Parens, à pario quo nomine nõ modo pater & mater, ſed auis & proauus, auia & proauia, & omnes ſuperiores, uſq; ad tritauos ſignificãtur, ultra hos qui nõ habent ſpeciale nomen, maiores adpellantur. Caius ſcribit adpellatione Parentũ oẽs in infinitũ maiores vtriuſq; ſexus ſignificari. Autor eſt Hieronymus in ſecunda contra Ruffi. Apologia, Parentis etiam ſignificare affines & cognatos, iuxta uernaculum ſermonem. Lampri. de Alexandro Seuero ſic ſcribit: Amicos & parentes Alexander ſi malos reperit, aut puniuit, aut ſi uetus uel amicitia, vel neceſſitudo nõ ſinit punire, dimiſit à ſe, dicẽs: His charior eſt mihi reſpu. Iulius Capit. de M. Antonio refert, quòd adoptatus in aulicam domum omnibus parentibus ſuis tãtam reuerentiam, quantam priuatis exhibuit. Hinc parentela ab eodem uſurpatur, quum dicit. Cauſſa eloquẽtiæ dignum parentela ſua putauit.

Parentalia, conuiuia quæ in parentum, aut propinquorum mortibus fieri conſueuerunt. Horum Aeneas inuentor fuit. Hieron. in Hieremiam prophetam li. iiii. Mos eſt in gentibus, fere cibos & præparare conuiuium, quod à Græcis & à noſtris vulgò adpellatur parentalia: eò quòd parentibus iam defunctis, iſta celebrabantur. Vel dicta ſunt parentalia, quòd ita parérent mortuis, qui ita uiuentis iuſſerát facere, vel quòd filii parentibus hoc præſtarent.

Parentheſis, interpoſitio, ex παρά & ἐν, quæ duo ſignificãt inter, θέσις, poſitio. Figura quoties remota de medio ſententia, integer ſermo perdurat.

Parento, as, ſignificat parentibus iuſta celebro, Licet etiam ad alios transferatur. Plin. lib. xviii. Quoniam mortuorum animæ, ſunt in ea ſcilicet faba, qua de cauſſa parentando utiq; aſſumiť. Sumitur etiam interdum parentare, pro ſimilem eſſe.

Pareo, es, parui, paritum, vnde pariturus, ſignificat videor, & à pario (vt aliqui putant) deductum, quoniam partus, poſt quam extra uterum eſt, uidetur. Vergilius,

Cui pecudum fibræ cœli cui ſydera parent.
Ideſt, à quo fibræ & ſydera cernuntur. Vnde & compoſita Adpareo: vt,
Adparent rari nantes in gurgite uaſto.
Compareo, corãm aliquo pareo: ut, Puer non comparet, & ego quo ibo? Diſpareo, à conſpectu recedo. Tranſpareo, per aliquod corpus lucidũ uideor. Interdum parere, eſt obedire. Vergilius,

Paret amor dictis charæ genetricis.

Iuſtinus libr. i. Vix patienter vni viro nedũ fœminæ parituris. Et habent penultimam productam.

Parergon, dicitur quod alicui rei præter propoſitũ additur, vt ſi pictor alicuius ſancti imaginem pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbuſculas & auiculas, & huiuſmodi addiderit. Plin. Prothogenes cum Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propyleum pingeret, adiecit paruulas naues lõgas, in his quæ pictores parerga adpellant.

Pareſcitacini, populi montani, & latrones, Perſis conterminl.

Pareſis, idem quod paralis, à defectu uirium dicta.

Parethonium, coloris genus, à loco Aegypti ita uocatum. Hoc ſpumam maris eſſe exiſtimant cum limo ſolidatam, quapropter minutæ conchulæ pleruncꝫ in eo inueniuntur. Cc.

Parhelia, à Latinis uirgæ, ab hiſtoricis ſoles adpellantur autor Seneca.

Pariedrus, confractus maris à læua Tauri montis. Cornucopiæ.

Paries, etis. penultima correpta, de priuatis dicitur: ut paries domorum, murus tã de publicis, quàm de priuatis dicitur.

Parietaria, herba à parietibus, in quibus naſcitur, dicta vulgò victriolum. Dicitur perdicium, quoniam perdices ea ueſcantur.

Parietinæ. pen. prod. muri ueteres ac ſemi conſumpti. Plin. Aſtericum herba eſt, naſcens in tegulis, parietinis ꝗ folio ſimilis ozymo. Auguſt. Parietinæ dicuntur, quas vulgò dicimus ruinas, vbi parietes ſtant ſine tecto, ſine habitantibus.

Parilia, Deæ Palis feſta. Cc.

Parilis, & hoc Parile. penul. correp. ſignificat æquale, à quo Parilitas.

Parilitium, ſydus uulgò ita adpellatum, quia eo oriẽte Parilia celebrãtur. Peritiores hoc ſidus Hyadas uocant Cornucopiæ.

Pario, is, peperi, partum. pen. prod. à quarta coniugatione, à tertia uero penultima correpta. Statius,
Hoſti ueniat paritura marito Ennius,
Oua parite ſolet genus pennis condecoratum. Eſt autem Parere fœtũ emittere. quod proprie ad fœminas pertinet, licet etiam quandoqꝫ de uiris dicatur. Cæcili. Hic vicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat. id eſt, genuiſſe. Per tranſlationem de his dicitur interdum, qui non concipiunt, pro acquirere ſiue cõparare, & ſic conſtruitur ſicut emo. Col. lib. x. Sequitur vt ex anima deſyderemus, ea porrò vel ære parta vel gratuita contingunt. Vergilius,
Ite ait egregias animas quæ ſanguine nobis.
Hanc patriam peperere ſuo.
Hujus compoſita ſunt Aperio, à quo Adaperio, Cõperio, Operio, à quo Cooperio, & Reperio.

Pariter, aduerbiũ. ſignificat ex æquo. Neui. vt pariter diſpartiantur bona patris. Aliquando conuenienter. Titi. Næ tu iſtam ædepol inedia extuliſti pariter vt dignum fuit. Aliquãdo ſimiliter. Plautus, Is ex ſe hũc reliquit, qui hic habet filium pariter moratum, ut pater atque auus eius fuit. Aliquando ſignificat, quod vernacula lingua dicimus apar, ſiue aparadamente. Hieron. in lib. Regum: Reliqui diſperſi ſunt, ita vt nõ relinquerentur ex eis duo pariter.

Paritura, idem quod genitura. Var. lib. ii. de Re ruſtic. Demes, ſi vis, duas res, de mulis admiſſuram & parituram.

Parium, ciuitas Aſiæ, in regione Myſiæ, ex qua fuit Neoptolemus, cognomento Gloſſographus, uir memoratu dignus.

Parma, breue ſcutum, quo pedites vtebantur, quòd è medio in omnes partes eſſet par, vt inquit Varro.
Vergilius libro vndecimo,
Enſe leuis nudo parmaqꝫ inglorius alba.
Hoc ſcutum Græci (autore Plinio) vocant peltam. Huius diminutiuum eſt Parmula. Horatius,
Senſi relicta non bene parmula. Parma etiam nomen fluuii, à quo vrbs inter Placentiam & Cremonem ſita, Parma adpellata eſt. Hæc patria fuit Caſſii poetæ, & Macrobii, uiri ingenio & doctrina præſtantis.

Parmenides, Aeleata philoſophus, Xenophanis auditor, atqꝫ amicus. Cenſuit ſempiternum atqꝫ immobile eſſe vniuerſum quod eſt ens, ſecundum veritatem rerum, ſolum enim eſſe ſimplex & intrepedum atqꝫ ingenitum: generationem vero eorum eſſe quæ falſa exiſtimatione videntur eſſe quum non ſint. Nam ſenſus ſemouẽdos à veritate putat. Affirmat enim ſi qd eſt præter ens, id eſſe nõ ens. Non ens autem, non eſſe in rebus, & ſic ens viuentum ſibi relinquitur, terram verò denſioris aeris defluxu factam arbitratur.

Parmeno, apud comicos nomen viri, quaſi deſes, à para, & meno, maneo.

Parmula, uide in dictione Parma.

Parmularius, gladiator, qui parmula utebatur. Item & fautor, & locator eius generis. Porrò Parmularii etiã Thraces ſiue Threces adpellabantur. Feſtus, Thraces, inquit, gladiatores, à ſimilitudine parmularum Thraciarum uocati.

Parnacidas veſtes, adpellabãt puellares. Cato, Vt puellæ habeant potius in veſtitu chlamydas, encimibomata, & parnacidas, quàm togas. Cc.

Parnaſus, penultima produ. mons in Phocyde (ut ſcribunt Plin. & Strabo lib. ix.) & Herod. Melaqꝫ confirmant. Qui mons duos vertices habet, quorũ unũ Thitorea, alterum Hyampæũ. Herodotus in Vrania tradit. Non autem Citheronem, & Heliconẽ (vt Seruius putauit) ſeu (vt alii uolunt) Cyrrham, aut Cyrphim, ſeu Nyſam, quòd Citherõ aut Helicon in Bœotia montes diſiuncti ſunt, ita vt Helicon procul ſit à Parnaſo, circiter quindecim paſſuũ milia, Cytheron verò triginta. Eſt autẽ (ſicut docet Strabo) Helicon parnaſo æmulus, & altitudine & circuitu. Et Muſis natale in nemore Helicone ſcriptores adſignant. Cyrrha verò & Nyſa ſunt nomina ciuitatum. Cyrrha ſub Cyrphim, rupem parnaſi in radicibus montis, in planicie mare verſus, locata eſt. Nyſa verò, non in Parnaſo, ſed in felici Arabia ſita eſt, in qua quũ Bacchus nutritus eſſet, in eius memoriã ipſe poſtea aliã

in India cōdidit. Eſt igitur Parnaſus, Phocydis, ſacer Baccho & Apollini. Ouid.

Separat Aonios Actæis Phocys ab aruis
Terra ferax. Mox addit,
Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine Parnaſus, ſuperatq; cacumine nubes. Luca.
Carmine parnaſus gemino petit æthera colle.

In hoc monte, rupes vel maieſtate numinis, vel ſitu ipſo horrorem viſentibus facit, vndiq; ferè præceps in formam theatri. Hic eſt Apollinis Delphici templum, hic fons Caſtalius, Muſis ſacer. Hic habitauere Pieres, natio Thracia, unde Pierius mons, & Pierides Muſæ. Sub parnaſo habitauerunt Hiantes populi. Vnde aquæ parnaſi fontis, Hiantida dicitur. Hic fontes Atticam verſus Hippocrene & Aganippe. A' parnaſus fit Parnaſius, naſia, naſium. Vergilius,

Nec tantum Phœbo gaudet Parnaſia rupes.

Paro, as, acquiro. Et ſicut emo, capi poteſt, licet in eo precium expreſſum non inueniatur ita apertè, ut in eius compoſito Comparo, ſed quaſi precium. Terent. in Eunu. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Curtius, Quid tibi diuitiis opus eſt, quæ te eſurire cogunt? Primus omnium ſatietate paraſti famem, ut quò plura haberes, acrius quàm ſi nō haberes cuperes. Huius compoſita ſunt Adparo, Comparo, Reparo, Separo, Diſparo, quod eſt ſeparo. Aequiparo, Propero, & Supero, quæ habent penultimam correptam.

Paro, genus nauis, ad cuius ſimilitudinem Myoparo dicitur.

Parochiæ, eccleſiæ dicuntur, quòd ſuis parochianis victum cœleſtum exhibent. Hieronym. cōtra Vigil. Qui parochias ſuas vicinia iſtius ſcribunt eſſe maculatas. Et alibi, Miror ſanctum epiſcopum, in cuius parochia eſſe presbyter dicitur, acquieſcere furori eius.

Parochus, pen. corr. auſpex, ſiue paranymphus, quòd ante uehicula eat, quæ Græce ὀχήματα dicuntur. Quidam parochum interpretantur præbitorem, παρέχω, præbeo. Huius officium erat magiſtratibus præbenda conducere. Vel Parochi, magiſtratus erant, quibus cura erat ut ligna & ſal legatis publice miſſis præberentur. Horatius,

Proxima Campano ponti quæ uillula tectum
Præbuit, & parochi quæ debent ligna ſalemq;.

Parode, pen. pro. Latinè dicitur ad cantū, παρὰ enim ad, ᾠδή, cantum ſignificat.

Parodōtides, ſiue Parulides tubercula iuxta gingiuas, cum caro in gingiua excreuit.

Parodos, tranſitus. Cc.

Parœcia, cum œ, diphth. dici poteſt incolatus. Nā παρὰ, iuxta, οἶκος, domus, ubi ſcilicet ſunt domus contiguæ. Auguſt. lib. xiiii. Ciuit. Dei, Presbyter fuit quidā noīe Reſtitutus in parœcia Calamenſis eccleſiæ.

Parœmia, παροιμία, Latinè prouerbium.

Paromologia, dici poteſt confeſſio figura, quum aliquot res concedimus aduerſario, deinde inferimus aliquid qđ aut maius ſit quàm ſuperiora, aut etiam omnia quæ poſuimus infirmet.

Paronomaſia, Latinè agnominatio, quū aliquod nomen ex alio in ſignificatione diſtante conficitur. Terent. Iam inceptio eſt non amantium ſed amentium.

Paronychia, abſceſſus circa radices vnguium. Plin. lib. xxiii. Gingiuarum inflationibus, paronychiis, ſordidisq; vlceribus, & putreſcentibus, deriuatio eſt manifeſta. Dicta Paronychia à παρὰ, ad: ὄνυξ, vnguis: quaſi ad unguem.

Paronymon, nomen ab alio deriuatum.

Paropaniſades, regio Aſiæ, quę (ſicut refert Ptolemæ.) ab Oriente parte Indiæ, ab Occaſu Arabia terminat, à Meridie Arachoſia.

Paropotamia, regio eſt Tigri proxima. Cc.

Paropſis, idis, per o, gen. fœm. ex παρὰ, & ὄψον. id eſt, ad cibum. Proprie genus iuris, ſecundum Iul. Pollu. quanquam & pro repoſitorio opſoniorum, qđ catinum dicunt, apud idoneos legatur Martialis, Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem. Suetonius in Gal. Ordinario quidem diſpenſatori breuiarium rationum offerenti, paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe.

Paros, inſula eſt una ex Cicladibus; quæ à Delo triginta quinque milibus diſtat, ex qua parius lapis marmoreus, è quo multa ſigna fiunt. Hāc primo Plateā, poſtea Minoidam vocitarunt. In ea eſt oppidū etiā Paros vocitatum. Vergil. Niueamq; paron.

Parotides, apoſtemata ſecus aures. Nam collectiones fiunt in glandulis. Dicuntur & parotides (ut inquit Celſus) arteriæ duæ, ī dextra, ſiniſtraq; iuxta guttur, quæ ſurſum procedentes, ultra aures feruntur. Quin & ipſi aurium cincinni, apud Iulium Pollu. vocantur parotides. Itemq; partes his ſubiectæ, quæ à faucibus ad malas pertinent, para enim ad, ota aures dicūtur. Solent etiam iuxta dentes in gingiuis oriri dolētia, quas Græci parotidas adpellāt, quarum remedia ſcribit Celſus.

Paroxyſmus, ſtimulatio, concitatio, παροξύνειν enim eſt incitare.

Parra, genus auis inauſpicatæ. Horatius,

Impios parræ recinentis omen.

Plin. lib. xviii. Auem parram oriente Syrio, ipſo die non adparere donec occidat.

Parrhaſio, regio in Peloponneſo, dicta Arcadia Licaonis patria. Vnde parrhaſius, a, um, pro Arcadico. Verg. Parrhaſio dictum panos de more Lycæi.

In ea mons eſt Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuerat, à quo Lycæa ludicra illi ſacrata nobis Lupercalia dicta. Vnde Ouidius libro ſecundo Faſtorum,

Quis vetat Arcadico dictos à monte Lupercos,
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Parrhaſius, nomē pictoris Epheſii, qui cū Zeuſide in certamen picturæ deſcendit. Hic primus Symmetriā picturæ dedit, primus argutias uultus, elegantiam capilli, uenuſtatem oris expreſſit. Et quum Zeuſis detuliſſet uuas pictas tanto ſucceſſu, ut in ſcenam aues aduolarent, ipſe detulit linteum auibus pictum.

Parricida, pen. prod. à pari, vel à patre deduci poteſt. Si à pari r, euphoniæ cauſſa additur. Si à patre t,

lur,conuertitur. Ideo per duplex rr, ſcribitur. Qui-
buſdã tamen à parẽte compoſitũ videtur,& pro pa
renticida per ſyncopã,cõmutatione t,in r. Nam Pa-
ricidæ, dicuntur parentum interfectores,& patriæ
proditores:quia patria,parens vniuſcuiuſq; eſt. Le-
ge Pompeia de paricidiis,cauetur, vt is paricidii te-
neatur,non ſolũ qui patrem & matrem interfecerit:
ſed qui fratrem,ſororẽ,patruelem,matruelem, filiũ,
filiam,nepotem,nurum,alioſq; propinquos occide
rit.Ponitur et pro alio quocũq;,qui qualemcũq; ho
minem occiderit. Vnde extat lex Numæ Pompilii.
Si quis liberum hominem morti ſciens duit, parici-
da eſto.Et ſic à pari fit compoſitum. Hinc Paricidæ ap-
pellabantur quæſtores, qui cauſſa capitalium rerum
quærendarum creari ſolebant. Sunt tamen qui in-
ter Parricidium & Paricidium diſtinguant: quòd
Patricidium ſit patris interfectio: vnde & Matrici-
dium,quo mater interficitur:ſic Patricidia,& Matri
cidia.Paricidium verò cognati,vel ciuis,vel alicuius
alii occiſio,vel cõtra patriam machinatio. Cice lib.
iii.Offi.Poteſt enim,Dii immortales,cuiquã eſſe vti-
le,fœdiſſimum & teterrimum, parricidium patriæ:
quamuis is qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis ciui-
bus parens nominetur. Plautus tamen Parenticidã
adpellat qui patrem interfecerit. Græci Patroctonũ,
εἰνὲ τῶν πατέρων.

Pars,à pari: quòd partes ſimul iunctæ pares, id eſt,
æquales ſint toti. Vel dicitur à pario: quòd Pars à
toto deducta, & quaſi parta ſit. Poteſt etiam dici à
parum:quòd Pars ſit quid parũ,reſpectu totius. Di-
cuntur vero partes,in quas diuiditur totum. Quan-
doq; tamen partes pro officio poni conſuetum eſt.
Et dicimus:meæ partes ſunt,& mearum partium eſt,
hoc eſt,meum officium eſt.Hinc fit compoſitum ex-
pers,quod eſt ſine parte.

Parſimonia,moderatio ſumptuũ,& parcitas,hoc eſt,
conſeruatio rerum,quæ ſic diffinitur à philoſophis.
Parſimonia, eſt qua cauemus, ne quod diſpendium
vltra modum fiat,& res familiaris (quoad fieri po-
teſt) ſine cuiuſquam iniuria conſeruatur. Fit autem
à præterito parſi, quod conſeruaui ſiue abſtinui ſi-
gnificat. Nam alterum præteritum peperci, potius
accipitur pro veniam dedi:quamuis aliquando con
funduntur.

Parthenius,virgineus dicitur.Quo nomine dictus eſt
mons Archadiæ,à uirginibus quæ in ea Veneri fre-
quenter ſacra facere ſolebant. Eſt & Parthenius,flu-
uius Paphlagonũ. Et Parthenium, herba Mineruæ
dicata,quæ παρθένον, id eſt,virgo dicitur.

Parthenope,vna fuit Sirenum,quæ præ dolore,quòd
prætereuntem Vlyſſem,cum ſociis,cantu non dece-
perint,in mare ſe præcipitauerunt. Vna hæc in eum
delata eſt locum, vbi poſtea condita fuit Neapolis,
præclara vrbs Campaniæ.Parthenos enim virgo La
tinè dicitur. Ab hac igitur Sirene, Neapolis eſt ad-
pellata,à virgine Parthenope. Et licet quidam dicũt
Neapolim dictam quòd Auguſtus eam inſtaurauerit:
tamen legitur apud Lycophrontem, Neapolis
ante Auguſti tempora (qui tempore Ptolemæi Phila
delphi claruit) & Neapolitanos ſingulis annis ad tu
mulum Parthenopes faces tuliſſe. Hãc Cumani,à pa
rentibus digreſſi,condidiſſe produntur. Qui quum
in eo loco parthenopes corpus in veteri monumen
to conditum reperiſſent,nomen eius urbi indidere.
Sed poſtquã loci ubertate atq; amœnitate, maiorẽ
in modũ frequentari ciuitas cœpit, ueriti ne Cumæ
dererentur,diruendi Parthenopen conſilium inirue
re.Quo facto,mox immani peſtilentia uexati,oracu
lo moniti ſunt,vt vrbem reſtituerent.Itaq; ſubito in-
ſtauratam Neapolim,hoc eſt,nouam urbem uocaue
re.Hinc Parthenopeius,a,um.

Parthenopeus,etiam uiri eſt propriũ: filius enim fuit
ſecundum nõnullos Meleagri,& Atalantæ.Nõnul-
li perhibent illum Martis & Menalippes fuiſſe fi-
lium.Periit in bello Thebano.Ce.

Parthia,regio Aſſyriæ,à qua Parthi. Hi lingua Scythi
ca exules dicuntur:ſicut refert Iuſti.lib.xli.docẽs ab
exulibus Scytharum Parthorũ imperium fuiſſe de-
ductum:quorum regna duodeuiginti fuiſſe,teſtis eſt
Plinius li.vi.Hæc regio ab Ortu habet Arios,à Me-
ridie Carmaniam,ob Occaſu Medos, à Septentrio-
ne Hyrcanos.

Partiarius,colonus,ſiue alius quis, cum quo aliquid
cõmune habemus & patimur.Cato: Vineam curan-
dam partiarius bene curet,fundum,arbuſtũ,agrum
frumentarium,partiario,fœnum pabulum,quod bo
bus ſatis fiet,quæ illic fiant, cætera omnia pro indi-
uiſo. Idem,Calcem partiario coquendam qui dant,
calcarius perficit & coquit.

Particeps,qui partem capit.Dicimus q;:Particeps ſum 5
laborum tuorũ, & Particeps ſum tibi in laboribus.
Curtius, Quod fuiſſet illi in periculis particeps.

Participium,pars orationis dicitur, quòd partem ca-
piat nominis,& verbi.Participia iuncta cum uerbis
infinitis,ſeruant uim participiorũ.Hinc participalia
nomina dicta ſunt gerundiua,quæ licet non ſint par
ticipia,ſimilia tñ participiis ſunt.Nam & caſus,& ge
nera,& tempora.& ſignificationes habent more par
ticipiorũ,& poſt ſe caſus regunt non ante:quãuis le
gatur:In conuertendo dominus captiuitatem Sion.
id eſt,dum conuerteret dominus,uel cõuertente do-
mino captiuitatem. Sed non eſt vſurpanda talis lo-
cutio.Differunt autem gerũdiua à participiis:quòd
ipſa rei adminiſtrationem ſignificant ſine tempore:
ut,tenet me occupatio iuriſdicendi:gerundiuũ eſt,
nec tempus ſignificat futurum ſed rei adminiſtratio-
nem in iure dicendo.Illa uerò tempus, ſine rei admi
niſtratione:ut, Tenet me cura dotis numerandæ.par
ticipiũ eſt futuri ſignificatũ,ſine rei adminiſtratiõe.
Præterea gerundiua duplicẽ ſignificationẽ habent:
participia unã tantũ. Sed ſciendũ quòd gerũdiua q̃
ſociata ſunt ſubſtantiuis,paſſiue accipiuntur:diſiun-
cta uero,modò actiue,modò paſſiue:ſed paſſiue eã
ſine præpoſitione,et ſine genere in ablatiuo,& quaſi
abſolute ponuntur.Quintil. Sed memoria excolen- 6
do,ſicut omnia alia augetur. id eſt, dum excolitur.
Vergil. Alitur vitium creſcitq; tegendo. Idem,
Aegreſcitq; medẽdo. Et, Vritq; vidẽdo Fœmina.

H oceſt,

Hoc eſt, quum tegitur vitium, quum curatur æger, quum videtur fœmina. Salluſt. cum adcuſatiuo mediante ad. Pauca ſupra repetam, quò ad cognoſcendum omnia illuſtria magis magiſq; in aperto ſint, id eſt, vt cognoſcantur. Iunguntur & gerundia cum plurali numero, ſingulari uoce. Plin. Quum aliorum videndo gratia me in forum contuliſſem. Aliquãdo Participium ſumitur pro participatione. Hierony. in expoſitio. Cant. Conſydera ne forte poſſit & illud corpus, quod aſſumpſit Ieſus, cõmune ei, cum ſponſa, cubile nominari: quoniam quidem, videtur per ipſum eccleſia, Chriſto eſſe ſociata, & participium uerbi Dei capere potuiſſe. ſecũdum quod mediator Dei & hominum dicitur. Sic etiam ſolet dici: Cauenda eſſe fœminæ participia: quò ſignificatur fugiendum eſſe fœminæ conſortium.

Participo, pas, partem tribuo. Hierony. Tunc erit eius fructus quum ei Chriſtus dominus cœlorum regna participauerit.

Particula, diminutiuum: parua pars, à quo

Particulare, quod ad partem ſpectat.

Particulariter, & particulatim, aduerbia. ſignificant mẽbratim, & per partes. Cic. lib. i. ad Heren. Si ſummatim non particulatim narrabimus.

Particulones, dicuntur cohæredes, & qui partem patrimonii ſumunt.

Partim, aduerbium: ſignificat quandoq; ex parte: ut, Partim ſubticuit crimen, partim confeſſus eſt. Aliqñ idem eſt quod pars: ut, Partim hominum uenerunt, id eſt, pars hominum uenit.

Partio, onis, idem quod partus. Plautus in Tru. Horreſco miſera, mentio quoties fit partionis.

Partior, partiris, & partio, partis, partiui, partitum, futuro partiam, & partibo, partiar, & partibor. Plaut. in Aſi. Hanc quam nactus ſum prædam cum illis partiam. Hieron. in Pſal. Lætabor & partibor ſicimam. Eſt autem partiri, partes facere & quaſi diſtribuere. Vergilius, Socios partitur in omnes. Salluſt. Prouincias inter ſe partiuerant. Ab his fiunt compoſita, Impertio actiuum, Impertior tam paſſiuũ quàm deponens, a in e, mutata: ſicut fit in Expers. Et ſignificat Impendere, vel partem dare, & participem facere. Cicero, Huic rei aliquid temporis impertias. Ambroſi. Poſteaquã apoſtoli ad euangelizandum regnum Dei ſunt deſtinati, gratiæ cœleſtis impertitur alimentum. Idem, Vtinam domine Ieſu uelis mecũ iſtos nõ ieiunos dimittere, ſed impertitis abs te epulis, reficias eos, vt poſſint tuis alimoniis, fortiores infirmitatem ieiunii non timere. Cicero, Atq; etiam viro forti collegæ meo laus impertitur. Dicimus autem, Impertio nemini laudem mei laboris: ſicut & Impertio neminem laude mei laboris: ſicut fit in dono. Terentius, Plurima ſalute Parmenonem ſuum impartit Gnato, Diſpertio, vel Diſpertior, varie partio. Plaut. in Aulu. Hercle iniuria diſpertiuiſti, pingui orem iſti agnum habent. Noni. Vt pariter diſpertiantur bona patris. Bipertior, Tripertior, Quadripertior, Quinquepertior: à quibus Bipertita, Tripertita, & huiuſmodi.

Partum, proprie dicitur labore acquiſitum: quia nullus partus ſine labore & dolore. Fit autem à pario, is. Cice. Male parta, male dilabuntur. Plaut. in Pœn. Male partum, male diſperit.

Parturio, turis, pen. cor. à pario, vel à partu fieri videtur: qđ eſt in pariendo laboro, ſeu laboro vt pariã. Plin. Vtiq; conſtat parturientes foliis ſubtractis celerius parere. Var. In cubilibus quum parturient, acus ſubſternendũ, quum pepererint tollere ſubſtramen. Cice. Vtinã aliquando dolor pop. Ro. pariat, quod iam diu parturiit. Ambroſi. de Cain: Hos partus anima noſtra parturiat: nec ſolum parturiat, ſed etiam pariat. Ponitur tamen quãdoq; pro primitiuo. Hierony. contra Ruffi. Putas'ne eiuſdem meriti eos, qui parturiuntur, & qui parturit.

Partus, a, um, participiũ à pario, Apul. Partamq; à patre multo tempore, & multo labore pecuniam, vno die conſumpſit.

Partus, nomen pro ipſo pariendi actu. Plinius, Quòd à prægnantibus cõmanducatum, partum faciliorem facit. Aliquando accipitur pro prole. Martial.
Nec iacuit partus, ſed matre cadente cucurrit.

Parulis, idis, tuberculũ iuxta dẽtes in gingiuis naſcẽs.

Parum, aduerbium: ſignificat modicum, à quo paululum, pauxillum, & pauxillulum diminutiua.

Parumper, paruo tempore: quaſi perperã, hoc eſt, valde parum, ſed præpoſtere. Plaut. Expectat hic parſiper. Interdum ſignificat paulatim. Vergilius,
Pulſusq; parumper Corde dolor.

Paruus, a, um, quod non eſt magnum: cuius diminu. eſt paruulus. Hinc etiam paucus, à quo diminutiua pauculus, & pauxillus.

Paſilli, odores uocari poſſunt, quos olere conſueuimus. Item ii, quos in pilas reductos manibus geſtare ſolemus, præſertim peſtilentiæ tempore. Ce.

Paſcales oues, & gallinæ dicuntur, quæ paſſim paſcuntur: à paſco, ſiue à paſcuis, quaſi paſcuales. Luci. Paſcali pecore ac montano hirco atq; ſoloce. Hierony. lib. i. Regum, Mulier illa habebat vitulum paſcalem in domo, & occidit eum.

Paſcha, æ, & paſcha, paſchatis, Auſonius:
Nos etenim primis ſanctum poſt paſcha diebus.
Quod planè nomen Hebræum eſſe, ac tranſitum ſignare, docet Hiero. ſic inquiẽs: Paſca quod Hebraice dicitur phaſe, non à paſſione (vt pleriq; arbitrant) ſed à tranſitu nominatur: eò quòd exterminator uidens ſanguinem in foribus Iſraelitarum, pertranſierit nec percuſſerit eos. Auguſtinus, A' diligentioribus & à doctioribus inuentum eſt, quia paſcha Hebræum verbũ eſt, & non interpretatur paſſionem, ſed tranſitum. Per paſſionem enim Chriſtus tranſiuit à morte ad vitam, & fecit nobis viam credentibus in reſurrectione eius, vt tranſeamus & nos de morte ad vitam. Sic enim ipſe dominus ait: Qui credit in me, tranſit à morte ad uitam. Qui paſchatis in genitiuo fingit, cum recentioribus errorem ſuum manifeſtat. Quum nullum nomen tertiæ declinationis in a, inuenitur, quod non ſit Græcum, & Græca formatione in ma, terminatur: quia à prima perſona [illegible]

κοινὸν τοῦ κα θηλυκοῦ.

Paſchalis, & hoc paſchale: quod ad paſcha pertinet, vt paſchalis dies, paſchale ſacramentũ. Paſcales verò oues, quaſi paſcuales dicuntur.

Paſceolus, (vt inquit Varro) ſacculus eſt ex aluta factus. Plautus in Rud. Præterea centum denaria philippea in paſceolo ſeorſum.

Paſcito, as, pen. correp. frequentatiuum à paſco. Varr. Nunc feras quæ in ſylueſtribus locis paſcitant, dicũres quæ cultis.

Paſco, is, paui, paſtum, id eſt, comedo, & quãdoq; abſolute ponitur. Vergilius,
Paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos. Quandoq; conſtruitur cum accuſatiuo: vt, Florem depaſta ſalicti. In hac ſignificatione etiam ſumitur Paſcor deponens. Interdum Paſcere, eſt cibum alteri præbere, & quaſi cibo ſaginare, & ſic dicimus: Herba paſcit equum, & paſco equum herba. Vergil.
Veloces Spartæ catulos, acremq; moloſſum
Paſce ſero pingui. Vnde per tranſlationẽ paſcere ponitur pro delectare. Idem: Atq; animũ pictura paſcit inani. Et paſcere oculos, ẽ viſu alicuius rei gratæ eos oblectare. Interdum pro fouere, alere. Idẽ
Qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niueos herboſo flumine cygnos.
Interdum pro augeri & creſcere: vt, Et ſacrum tibi paſcere crinem. Huius compoſita ſunt Compaſco, Depaſco, paſcendo abſumo. Et Depaſtus dicitur agrum bos, qui cibum ex agro ſumpſit. Hierony. in Exo. Si dimiſerit iumentum ſuum ut depaſcatur aliena, reſtituet. Item Depaſtus ager paſſiue, hoc eſt, paſcendo cõſumptus. Diſpeſco, diuido. & proprie pecus à paſtione deduco. Expaſco, Depaſco, Perpaſco, in totum paſco, ſatio.

Paſcor, deponens: ſignificat comedo. Vergil.
Paſcuntur verò ſyluas & ſumma Lycæi
Horrentesq; rubos, & amantes ardua dumos. Dicimus etiam paſcor equum per herbam: vt,
Cætera paſcuntur virides armenta per herbas.
Equus paſcitur herba: vt, Sylua paſtus arundinea.
Equus paſcitur in viridi pabulo: vt,
Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca. Equus paſcitur diem & noctem: vt.
Sæpe diem noctemq; & totum ex ordine menſem
Paſcitur. Ab hoc fiunt, Depaſcor, & Impaſcor, quod eſt intus paſco. Columella libro ſecundo. Neq; ſuem velimus impaſci pratum, quoniam roſtro ſuffodiat & ceſpites excitet.

Paſcua paſcuæ. idem quod paſcuum. Hieronymus in Eſaiam, Et erit in paſcuam bouis, & in conculcationem pecoris.

Paſcuum, à quo plurale paſcua, in quibus pecudes paſcuntur: ſiue ager paſcuus ſit, ſiue pratum, ſiue mons aut collis. Columel. lib. viii. In eo rure quod paſcuo caret, contineri poteſt, exiguo & qualicunq; pabulo contentus. Paſcua cenſoriis tabulis dicebantur omnia ex quibus populus redditus haberet: quia diu hoc vectigal fuerat.

Paſcuus, a, um, vnde Paulus ſyluam paſcuam adpellat, quæ eſt paſcuis pecudum deſtinata.

Paſilus, & Paſeolus, legumina vulgò nota: quæ & phaſilus, & phaſeolus dicuntur. Ce.

Paſiphae, dictio tetraſyllaba: hæc fuit filia Solis, & vxor Minois regis Cretæ, quam in fabulis ferunt ex Tauro genuiſſe Minotaurum: qui partim hominis effigiem habebat, partim tauri. Propertius,
Vobiſcum Europæ nec proba Paſiphae.

Paſiteles, nomen ſculptoris egregii, qui Iouem eburneum in Metelli æde fecit. In Græcia, Italiæ ora, natus, & ciuitate Romana donatus: quem argentea primum ſpecula feciſſe autor eſt. Plinius.

Paſithea, vna ex tribus Gratiis, quam alii Euphroſynem uocant.

Paſithoe, vna Atlantidum, Atlantis & Aethræ filia. Cornucopiæ.

Paſitigris, fluuius: alio nomine Tigris dictus. Ce.

Paſſer, auis, à patiendo, eò quòd morbum caducum patiantur paſſeres. Quo etiam nomine ſignificantur omnes aues. Vnde quum Cicero dixit omnibus paſſeribus inſitam à natura voluptatẽ, de omnibus auibus intellexit. Hodieq; aues ipſas in cõmune paſſeres uocant Hiſpaniarum vernaculi. Et paſſer nomen piſcis, & nomen loci. Martian. Non mollis Sinueſſa feruidiq; fluctus paſſeris aut ſuperbus Anxur. A paſſer fit diminutiuum, paſſerculus.

Paſſer ſolitarius, auis aliquantò grandior paſſere, ac ſubnigrior, ſolus per domorum culmina incedens, cantu ſuauis. Paſſer marinus, altera auis.

Paſſim, aduerbium: à paſſu, ſignificat paſſu diſtante, ſparſim'ue non ubiq; quum vbiq; ſit ſine interuallo: vt, Herba eſt in prato vbiq;, grex vero paſſim paſcitur quia aliquid interualli eſt inter pecudem. Sed confunditur quandoq;. Ponitur interdum pro vndiq;. Lactantius, Conſtituit aſylum: eò paſſim cõfugerũt ex finitimis locis. Interdum pro quomodolibet.
Paſſim in littore ſicco Corpora curamus.
Id eſt, vt quiſq; vult, ſiue indifferenter. Hierony. Sola ſcripturarum ars eſt, quam ſibi paſſim omnes vendicant. Aliquando pro vbiq;. Lactant. Creditur ei paſſim tanquam cognitæ ueritati.

Paſſio, perturbatio, affectus, & affectio. Græcè pathos dicitur. A neotericis verò autoribus eccleſiaſticis Paſſio vſurpatur pro animi vel corporis morbo. Sunt autem quatuor præcipuæ paſſiones. Duæ à bonis: gaudere ſcilicet & cupere, ſeu ſperare. Lætitia de præſenti eſt: ſpes de futuro bono. Duæ à malis: dolere, & timere. Dolor de præſenti: timor de futuro malo.

Paſſiuus, a, um, quod paſſionem denotat. Vnde paſſiuæ qualitates dictæ ſunt, non quòd patiantur aliquid: ſed quòd faciant paſſionem. Mel nanq; ut dulce ſit, non à dulcedine aliquid paſſum eſt: ſed dulcẽ guſtantibus efficit paſſionem. Paſſiuæ autem qualitates rectius dicuntur albedo & nigredo, & eorum media, id eſt, rubor & pallor. Hæc enim non, niſi uel animæ uel corporis paſſione naſcuntur: vt enim nigreſcat aliquis corporis paſſione, ut rubeſcat uel palleſcat, animæ efficitur, quæ cũ turpitudinis verecun-

illam ferre nequiuerit, quaſi ad obtentum ſui ſanguinis copiã in exteriores partes corporis fundit, eoq́ fit ut pudore nimio rubeſcamus. Pallor quoq́ ſimili animæ paſſione cõſiſtit, quũ perculſa metu nimio ad cordis ulteriora confugit, eamq́ ſanguis inſequitur: adeò ut deſertum ſanguine, quod eſt in conſpectu, corpus albeſcat. Hæ igitur qualitates ſi in corpore perſeuerent: quia ſecundum eas quales dicimur, ipſæ quoq́ qualitates paſſiuæ cenſentur. Si vero ad breue tempus extiterint, ita ut cito diſcedant, paſſiones eas potius noiamus. Eritq́ inter paſſiuas qualitates & paſſiones iſta diſcretio: quòd paſſiones ad tempus exortæ, facile commutantur. Paſſiuæ vero qualitates, ſecundum quas quales dicimur, perpetuò perſeuerant. Aliquãdo paſſiuũ dicitur, quod eſt indiſcretum & cõfuſum, nomen à paſſiuo deductum: ſic paſſiua Venus, paſſiua libido apud Firmicũ uſurpatur pro publica, & cõmuni, & promiſcua. Et paſſiui amatores apud eundem, qui paſſim, & indifferenter omnes fœminas amant.

Paſſum, genus liquoris, quod ex vua paſſa cogitur. Fit ex vua quã Græci ſticham, noſtri apianam vocant: vuis in vite diutius Sole aduſtis, aut feruente oleo, donec paulò amplius dimidium pondus ſuperſit, fuſasq́ leniter vuas exprimunt & colligunt. Qui autẽ volunt ſecundarium paſſum facere, adiiciunt vinaceis tantum aquæ puteanæ, quantum ex prima preſſura paſſi fluxit. Defrutum vero vinũ, eſt muſto vſq́ ad dimidiam partem decocto.

Paſſus, a, um, à patior. idẽ quod ꝑpeſſus. Verg. O paſſi grauiora. Vnde vua paſſa, quæ in ſiccando paſſa eſt Solem. Plinius, Quin & à patientia nomen acinis datur paſſis: hinc & vino nomen datum quod paſſum vocatur.

Paſſus, ſa, ſum, à pateo. Idem eſt quod patens, extenſus. Plautus, In portũ uento ſecundo, uelo paſſo peruenit. Id eſt, ocyſſimo curſu. Paſſa vela, dicimus expaſſa, diſtenta, explicata, vento tumentia ac plena.

Paſſus, a, um, à pando. idem eſt quod diductus, porrectus, diſperſus. Teren. in Phor. Capillus paſſus, nudus pes. Quod & Expaſſum aliquando dicimus: & mutatione a, in e. Diſpeſſum. Plautus in Mili. Diſpeſſis manibus. Veteres enim Paſſum dixiſſe, non Panſum: & Expaſſum, non Expanſum, Gelli. Seruiusq́ teſtantur. Dicit enim Seruius, Ideo autem pando nõ facit panſum, quia plerumq́ n, quod in prima verbi poſitione inuenitur, in præteriti participio non eſt: ut tundo, tuſus. Et licet alia euphoniæ cauſſa varietur, vel in generibus, uel in numeris, nactus tamen, & paſſus n, penitus numquam patiuntur. Paſſis manibus, dicimus quod eſt diductis atq́ diſtentis. Tertull. tamen Oppanſum velum dixit, pro oppaſſo & extento. Idem, Expanſos, inquit, vngulæ fodiant, cruces ſuſpendant.

Paſſus, ſus, ſpatium, quòd patet in ſpatio pedum, quia patens, apertumq́ eſt: vel quia ſic pedes pateſcunt. A pateo enim paſſum ſupinum eſt. Quum uerò non eſt paſſum, clauſum dicitur. Et ob hoc claudere, eſt de illo ſpatio intercepto diminuere, & minorẽ paſſum facere.

Paſtillum, neutri generis (ſicut docet Feſtus) fuit genus libi rotundi, quo utebantur in ſacris.

Paſtillus, diminutiuum videtur à paſta: quamuis fiat mutatiõ generis. Quidam à paſtu deriuant, ubi & genus ſeruat. Feſtus à pane: Eſt autem forma panis parui. Horatius in Sermon.
Paſtillos ruſſillus olet, Gorgonius hircum. Et Paſtilli ſunt qui illinitur uide in dictione Emplaſtrũ.

Paſtinaca, genus radicis, virtutis calidæ. Macer,
Et paſtinacæ uirtus in ſemine tantum. Item Paſtinaca genus piſcis, de quo Plinius.

Paſtinare, eſt agrum fodere. Colu. lib. iii. Tum in terram bene paſtinatã & ſtercoratam rectum ſarmentũ defigito. Huius cõpoſitum eſt Repaſtino, as. Repaſtinati dicebant ueteres uineas, quæ refodiebant. Hæc enim propria adpellatio reſtibilis uineti erat. Nunc antiquitatis imprudens cõſuetudo, quicquid emoti ſoli uineis præparatur, Repaſtinatum uocat. Vnde quidam Repaſtinari agrum dicunt, cuius natura fodiendo mutatur. Plinius lib. xix. Præcipuus fit caulis ſapore ac magnitudine, primum omnium ſi in repaſtinato ſeras. Hinc Repaſtinatio, pro reuocatione quandoq́ capitur. Vnde per tranſlationem dicitur libri Repaſtinationum.

Paſtinatus, tus, ipſa paſtinatio. Columel. lib. iiii. Neq́ enim parum refert ſuſpenſiſſimũ eſſe paſtinatum. Et ſi fieri poſſit, ueſtigio quoq́ inuiolatum.

Paſtinum, penultima correp. eſt (ut Colu. libro. iiii. refert) ferramentum bifurcum, quo ſemina panguntur. Palladius aliter accipit, quum ait: Paſtinum fieri nſic tempus eſt. Menſura paſtini hæc eſt in tabula quadrata iugerali, ut centeni octogeni pedes per ſingula latera dirigantur.

Paſtio, idem quod paſtus: quamuis hoc magis ad brutorum alimenta pertinere uideat. Colu. lib. i. Porculatoris uerò & ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſæ paſtiones. Inde etiam Varronis index de uillaticis paſtionibus ad bruta pertinentibus.

Paſtomis, idis, inſtrumentum ferreum, ſiue ligneum, quod ad cohibendam equorum tenaciam, naribus uel morſui imponitur. Lucilius, Paſtomides huic de naribus ingentes pendent.

Paſtophori, pen. correp. ſacerdotes ſacroſancti Aegyptiorum, honoratiores cæteris. Dicti Paſtophori, quòd ferant pallium Veneris: cui nomen eſt Paſtos. Paſtophoros etiam Venus eſt adpellata.

Paſtophorium, paſtophori domicilium. Apud Eſdrã ſic legitur: Exurgens Eſdras in paſtophorium Ionathe, & hoſpitatus illic, nõ guſtauit panem, nec bibit aquam. Hieron. in Eſa. Paſtophorium eſt thalamus, in quo habitat præpoſitus tẽpli. Et in lib. Machab. Viderunt ſanctificationem deſertam, & altare prophanatum, & portas exuſtas, & in atriis uirgulta nata ſunt ſicut in ſaltu uel in montibus & paſtophoria diruta. Quidam accipiunt pro thalamo nuptiali. Vnde et Venus adpellata eſt Paſtophoros, quaſi thalamifera: quòd thalamum nuptialẽ curet, & adminiſtret. Nam παστὸς, thalamus nuptialis

dicitur, qui aliô nomine νυμφίος adpellatur.

Paſtor, qui curam habet paſcendi, ut eſt apud Euangel. Paſtores erant in eadem regione cuſtodientes uigilias gregis.

Paſtoralis, & hoc Paſtorale, quod eſt paſtoris, vel quod ad paſtorem pertinet, ut paſtoralis cura, paſtorale officium. Varro, Tertio gradu à uita paſtorali ad agriculturam deſcenderunt.

Paſtoricus, a, um, idem eſt quod paſtoralis apud Auguſtinum: vt carmen paſtoricum libro primo Academicorum.

Paſtoritius, a, um, idem quod paſtorius. Idem libro .i. Quum homines paſtoritiam uitam agerent, neq; ſcirent etiam arare terram.

Paſtorius, a, um, quod ad paſtorem pertinet. Varr. li. ii. de Re ruſt. An ea quæ tria here dixiſti mihi de paſtoria re.

Paſtus, a, um, participium, qui cibum ſumpſit.

Paſtus, us, cibũ ſiue cibationẽ ſignificat. Gellius, Alia luce orta, auis in paſtum profecta eſt.

Patagium, aurea chlamys, quæ precioſis tunicis ſuperindui ſolet, & qui ita induti ſunt, Patagiati dicuntur. Et Patagiarii, qui huiuſmodi ueſtes conficiunt. Apuleius, V beres enim crines leniter emiſſos, & cerulce dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimq; ſinuato patagio reſidentes, pauliſper ad finem conglobatos in ſummum uerticem nodus adſtrinxerat.

Patagius, morbi genus.

Patara, penultima correpta. urbs Licyæ, ubi Apollo dabat reſpõſa. Dicta à Pataro Apollinis filio, uel ab alio Pataro Lapeonis filio. Hinc Pataræus, a, um. Statius lib. i. Thebaidos,

Phœbe parens ſeu te Lyciæ Pataræa niuoſis

Exercent dumeta iugis. Ouid. Pataræq; regia ſeruit.

Patauium, urbs, quam Antenor condidit, quæ & Padua. uide in dictione Padua.

Patefacio, is, patentem facio. Hieronymus, Sic arridẽs patefecit ingreſſum. Hinc Patefio. Terent. in Phorm. Ego nullo remedio poſſum me euoluere ex his turbis, quin ſi hoc celetur in metu, ſin patefit in probro ſiem.

Patella, à patulo, uel πλάττα, fingo, uel ab πλατύα, quæ eſt latitudo, uas latum eſt condendus obſoniis aptum, lanx ſeu paropſis. Horat. in Epiſtolis,

Nec modica cœnare timet olus omne patella.

Poteſt tamen eſſe diminutiuum à patina, quam nonnulli uolunt eſſe ſartaginem. Sed Iuuenalis diuerſa oſtendit, quum inquit:

Vrceoli pelues ſartago patellæ.

Pateo, tes, paſſus, patere eſt apertum eſſe. Plaut. Ingredere tu, fores iam diu patent. Hinc patens, & patulum, quæ inter ſe differunt: quòd patens ſit, quod ad tempus patet. Vergilius,

Et portas iubet eſſe patentes,

Patulum, quod ſemper patet, ut arbor. Idem:

Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.

Hinc Plaut. bouem patulum adpellat, cuius cornua diuerſa ſunt, ac late patent.

Pater, qui aliquem genuit, quo etiam noĩe aui, abaui, proaui, ataui, tritaui continentur. Hinc patrum noſtrorum memoria dicimus, id eſt, maiorum noſtrorum. Quanquam maiores intelligi poſſint, quicunq; erant ante tritauos, ſicut minores, qui etiam poſt trinepotes futuri ſunt. Patris etiã nomẽ religionis eſt. Vnde Dii omnes Patres uocabantur. Similiter pater nomen eſt reuerentiæ, propter quod Romulus centum ſenatores, quos ad reipub. curã elegit, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ad id idonei eſſent, Patres ab honore vocauit, ſiue ab ætatis uel curæ ſimilitudine. Quoniã de deductione huius nominis Pater, inter Grammaticos magna eſt concertatio, aperiam ſic de origine quid ſentiã. Eſt enim dictio compoſita ex duobus corruptis, ex nomine & participio, πάις παιδὸς, & τηρῶν quaſi παῖδας τηρῶν. id eſt, ſeruans pueros. Nam Græci πατὴρ quaſi παιτὴρ dicunt Conelius.

Paterfamilias, dicitur qui primus eſt, & imperium habet in familiam, ſiue qui poteſtatis ſuæ eſt, ſiue puber ſiue impuber.

Pater patratus, uide in dictione patro, as.

Pater patrinus, qui quũ ipſe pater ſit, adhuc uiuẽtẽ habet patrem. In pontificio tamen iure pater patrinus, accipitur pro eo, qui uulgò compater dicitur.

Patera, pen. cor. poculi genus latum ac patens. Verg. Spumantem pateram, ac pleno ſe proluit auro.

Paternus, na, num, quod eſt patris. Terentius in Adelphis, Pol haud paternum iſtuc dediſti.

Pateſco, teſcis, aperior patens fio. Quandoq; tamen pro primitiuo ponitur. Salluſtius, Hinc late pateſcẽtibus campis, exercitum tuto emittit.

Pathe, a Cicerone dicitur perturbationes, ſiue animi ægritudines: à Gellio, adfectus, vel adfectiões, à Lactantio, modò uitia, modò adfectus. Auguſtinus expreſſius ea paſſiões uocari tradit, qualia ſunt ægritudo, dolor, gaudium, metus, triſtitia, cupiditas, ira. Quos animi motus, Platonici & Ariſtotelici dicunt etiã in ſapientẽ cadere: ſed moderatus, rationiq; ſubiectas. Stoici uero negant in ſapientem cadere: qui dicunt ſapientẽ Apathen, id eſt, impaſſibilẽ: & Apathiam impaſſibilitatem probant. Nam talem dicunt eſſe ſapientis animum, qualis eſt ſidus ſupra Lunã: ſcilicet imperturbatum, quem nulla perturbatio obnubilet, nulla triſtitia obturbet. Aduerſus quos reclamat ipſa natura.

Pathenis, herba eſt, aliàs artemiſia dicta, à Mauſoli vxore: quum prius Parthenis uocaretur.

Pathetica oratio, dicta eſt, quam ex rhetorica arte præcipitur dirigi oportere aut ad indignationẽ, aut ad miſericordiam.

Pathmos, inſula in mari Aegeo: quæ (ſicut Pli. ſcribit lib. iiii.) patet circuitu triginta milibus paſſuum. In qua Ioannes apoſtolus exul Apocalypſin ſcripſit.

Patibulum, modò ſeram ligneam qua oſtia claudãtur ſignificat, à pateo: quòd hac remota ualuæ pateant. Tit. Si quiſquam hodie præter hanc poſticum noſtrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. Modò crucem, & ſic à patior fieri manifeſtum eſt. Salluſtius: Patibulo eminens affigebatur. Hinc pati

bulatum dicitur à Plauto: Eſt etiam patibulum, inſtrumentum uindemiatorium. Cato, Vindemia & oleitate facta patibulo omnia in ſua quæq; loca reponenda.

Paticus, pe. cor. à Græco πάσχω, adſpiratione detracta, ſignificat eum qui ſe iniri turpi libidine patitur. Vnde Patici pueri, id eſt, paſſiui: & Paticæ puellæ. Iuue. Ille tenet ſpeculum patici geſtamen Othonis. Draucus vero, qui non propria libidine, ſed alterius alterum init, à faciendo dictus, quemadmodum à patiendo paticus. Δρῶ quippe facio ſignificat. Qui autem à draucis ſubigi delectantur, ſeq; eis ſpõte proſtituunt, cinædi dicuntur. Paticus item ad inanimata transfertur, & comparationem recipit. Vnde Mart. Paticiſſimos libellos adpellat laſciuos. Cc.

Patientia, eſt honeſtatis aut utilitatis cauſſa, rerum arduarum ac difficilium, uoluntaria ac diuturna perpeſſio.

Patina pen. cor. uaſis genus, quo dapes elixæ & iurulẽtæ in menſam feruntur. Terent. Iamdudũ animus eſt in patinis. Hinc patinarius, ria, rium, quod eſt in patina conditũ. Plaut. Vel patinarium vel aſſum uerſeq;, quo pacto iubet. Dicta patina, ab eo quòd pateat.

Patior, pateris, paſſus ſum, paſſum: verbũ commune: ſignificat ſuſtineo, tolero, æquo animo fero. Dicimus enim, Patior te, tolero te, &, Patior abs te, toleror abs te: & patior abs te multa incommoda. Cõpoſita huius uerbi ſunt Compatior, quod eſt, miſeror, & cõſtruitur cũ datiuo. Perpetior, uehemẽter patior. Hieronymus ad Alga. Intra ſe bella perpetitur.

Pator, hiatus, & apertio, à patẽdo nõmen deductum: ſicut uagor pro uagitu, & fluor pro fluxu. Apuleius lib. iii. Quod altrinſecus ædium patore perflabili.

Patre, trarũ, ciuitas in Achaia: quam Pauſanias Aroen dici prius ſolitam adfirmat: mox à patreo mœnibus ampliatis, nomen accepiſſe quod nunc habet. Huius meminit Plin. lib. iiii. Ouid. lib. vi.

Meſſeneq; ferax, Patræq;, humilesq; Cleonæ.

Patres conſcripti, qui in ſenatu patribus erant ſcriptis annotati.

Patria, urbs ſiue oppidum unde orti ſumus, quòd patria communis omniũ parens ſit. Aliquando & prouincia ipſa ex qua orti ſumus, patria uocatur, ſed improprie. Vnde Salluſt. Hiſpaniam ſibi antiquam patriam dixit Ariſtophanes: ποῦ δὲ ἀγαθὸν, ἐκεῖ πατρὶς ἐστί. id eſt, Vbi bonum, ibi patria eſt. Zenobius autem: Πᾶσα γῆ πατρίς ἐστί. τοῦτο μέρος ἐστὶ χρησμοῦ ὃν ἀνεῖλεν ὁ Θεὸς Μιλησίῳ τῷ πελασγῷ, περὶ νικῶν μαντευομένῳ. id eſt: Omnis terra patria eſt. Hoc eſt pars oraculi quod reſpõdit Deus Meleo Pelaſgo, de victoria uaticinanti.

Patrianus, na, um, quod eſt patriæ. Cic. Thermo, Vt obtineat id iuris in agris, qđ ei patriana ciuitas decreuit & dedit.

Patriarcha, patrum princeps, hoc eſt, pontificum primus. Hi quatuor principio fuere: Romanus, Antiochenus, Alexadrinus, Hieroſolymitanus. Poſtea tranſlata Byzantium, imperii ſede additus eſt, & Conſtātinopolitanus.

Patricida, pen. prod. qui patrem interfecit.

Patricii, ſenatorum progenies. Liuius lib. i. Romulus cẽtum creat ſenatores, qui patres ab honore: Patricii quoq; progenies eorum adpellati. Idẽ lib. x. En nunquam fando audiſtis patricios primò eſſe factos, nõ de cœlo demiſſos, ſed qui patrem ciere auumq; poſſent? Cintius ait, Patricios adpellari ingenuos. Vnde plebeii patriciis opponuntur. Non enim ſenatores omnes erant patricii. Corn. Taci. Hiſdem diebus in numerum patriciorũ adſciuit Cæſar uetuſtiſſimum quenq; ex ſenatu, aut quibus clari parentes fuerant. Hinc patriciatus, pro ipſa dignitate. Sueton. in Augu. A' Tarquinio priſco rege inter Romanas gentes allecta in ſenatum. Mox à Ser. Tul in patricias traducta procedente tempore ad plebem ſe contulit, ac rurſus magna vi per diuum Iulium in patriciatum rediit.

Patricius, uicus Romæ dictus eſt: quod ibi patricii habitauerũt iubẽte Ser. Tullio: vt ſi qđ aduerſus ipſum molirentur, ex locis ſuperioribus opprimi poſſent.

Patrimoniũ, bona paterna, hoc eſt, hæreditas à patre relicta. Patrimoniũ uerò ſancti Petri eſt regio Thuſciæ: vbi Soana oppidum, Sancta Flora, Aqua pendens, Griptæ, ſanctus Laurentius, Balſena. Martha caſtrum, ciuitas Tuſculanella mons Flaſconus, Balneum regium, Vrbs uetus, Ortha ciuitas, Gaſtellana olim, Veientana urbs, Caſtrum nouum, Nepe, Viterbium, Sutrium, Roncilionum, & alia multa.

Patrinus, penult. producta. qui patrem adhuc viuentem habet.

Patrimus, na, mum, quod eſt patris: ſicut matrimus, na, mum, quod eſt matris.

Patritus, ta, tum. pe. prod. quod eſt patris: ſicut auitus, ta, um. quod eſt aui. Sunt enim tanquam poſſeſſiua. Cice. lib. i. Tuſcula. quæſt. Patritam & auitam (ut ait Theophraſtus) philoſophiam.

Patrius, a, um, quod eſt patriæ: ut, Mos patrius. Cicero in Cato. Vigebat in ea domo mos patrius: & uigebat in eo animus patris & diſciplina. Aliquando dicitur quod eſt patris. Vergilius lib. xii.

Patrio mucrone relicto.

Patrizo, zas, vel patriſſo, ſas, paternos mores imitor. Terent. in Adelp. Laudo ò Cteſipho, patrizas, abi, te uirum iudico.

Patrò, tras, proprie ſignificat liberis operã do. Quintil. tamen dicit: Patrare apud antiquos ſancte & honeſte dicebatur, deinde conſuetudine in uitium lapſum eſt verbum: unde irrideri ſolitum eſſe Saluſtiũ, quamuis immerito: quòd Patrare bellum dixerit, tanquam patro rem turpem duntaxat ſignificet. Ex quibus verbis colligitur, priſcos patrare poſuiſſe, pro perficere, non ſolum quũ opera liberis daretur, ſed etiã quum aliud quidpiam iam inceptum ad finem perduceret. Vnde & patreſpatrati dicebãtur, quòd ad patrandum, hoc eſt peragendum iuramentum, ubi de fœderibus conuenerat, mitterentur. Plutarchus in problemat. Fœcialibus, qui fœderibus faciendis præſunt, Paterpatratus præeſt, inde dictus, quòd ipſe pater patrem haberet, ſieq; filiis prouideret, & pa

trem conſuleret. Huius uerbi cõpoſita ſunt Impetro, quod eſt obtineo, & quaſi id quod cupio, facio. Perpetro, quod eſt perficio. Propetro, mando aliud perfici. Actius, Age vero propetra quod cœpiſti fieri. Et habent penul. correptam.

Patrocinor, penultima correpta, ſignificat tam uerbo quàm facto imbecilliorem protego. Lactan. lib. iii. Qui licet ſapiens fuerit, patrocinari tamen ueræ iuſtitiæ nullo modo poterat, qui caput ipſum & fontem iuſtitiæ non tenebat. Hinc patrocinium, ipſa protectio. Salluſtius, Cuius patrocinio ciuitas plurimum vtebatur. Feſtus, Patrocinia adpellari cœpta ſunt, quum plebs eſſet diſtributa inter patres, ut eorum opibus tuta eſſet.

Patronymicũ, quod ſub patris nomine ſignificat filiũ: vt Priamides, id eſt, Hector Priami filius. Cõpoſitũ nomen ex patre & Onoma, ſed o, in y, uertitur.

Patronus, qui aliquẽ in periculo defendit. Pedianus, Si orator eſt, aut aduocatus, ſi ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam cõmodat amico, aut procurator, ſi negocium ſuſcipit, aut cognitor, ſi præſens cauſſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam.

Patruelis, à patruo. Sunt enim patrueles patruorũ filii, quoniam qui pater alteri eſt, alteri eſt patruus. Sicut ſorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipſæ fratribus genitæ, autor Iuriſconſultus. Nam ſororum duarum aut plurium filii, inter ſe ſobrini dicuntur, quaſi ſororini.

Patruus, frater patris, quòd quaſi patris loco ſit.

Patruus magnus, frater aui.

Patruus maximus, frater proaui, & abaui, qui & propatruus, & Abpatruus dicitur.

Pattagia, fluuius Siciliæ, ἀπὸ τοῦ πατταγεῖν, id eſt, à ſonitu. Nam per ſaxa fluens clamare videtur. Claud.

Et ſaxa rotantem Pattagiam.

Patulcius, dictus eſt Ianus, quia tempore belli portæ templi eius pateant.

Patulico, cas, penultima corrept. aperior, patulus fio. Plinius: Patulicãtibus quinquageniſquinis barbulis coronatur.

Patulus, la, lum, penultima correpta. uide in dictione Pateo.

Paucus, ca, cum, contrarium eſt multo. Ab eo fit diminutiuum pauculus. Auguſti. libr. i. Academi. Pauculis diebus tranſactis, poſtea quàm in agro viuere cœpimus, cum eo volui tẽtare pro ætate, quid poſſent. A paucus fit paucitas, quo utitur diuinarum literarum interpres Iob decimo capite: Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Item paucies, quo ueteres pro rarò vtebantur. Titinnius, Vxorem meã paucies uideb.

Pauens, qui ad tempus, vel ex cauſſa timet.

Paueo, ues, paui, timeo. Hieronym. ad Heliodorum,

Tunc ad uocem turbæ pauebit terra cum populis.

Vnde Expaueo.

Paueſco, ſcis, timidus fio, à quo expaueſco. Augu. Sed ne repentinum ouis expaueſcere ad lupum.

Pauidus, qui ſemper timet.

Paulmentitius, a, um, quod ex pauimento conſtat.

Pauimento, tas, pauimentum facio, ſeu pauimento ſterno. Vnde pauimentata loca dicuntur, in quibus ſtrata ſunt pauimenta. Plin. lib. xxvii. Ergo pauimentandum vbi ſata ſit cenſent, vt lachryma non obſorbeatur.

Pauimentum, dicitur ipſum domus ſolidamentum, ſiue incruſtatio quam gradiendo calcamus: à pauiendo, tundendo, ſiue feriendo dictum: quòd dum fiunt pauimẽta, pluribus ſimul diebus ferifitur, id eſt, percutiuntur, tunduntur virgis ſeu marculis, vt ſolidiora ſint, nec rimas faciant. Iuuenalis.

Verre pauimentum, & nitidas oſtende columnas.

Cato, pauimẽta ad hunc modũ facito. De teſta arida pauimentum ſtruito, ubi ſtructum eſt, pauito fricato, oleo, vt pauimentum bonum fiet. Multa autem pauimentorum genera fuerunt apud veteres. Erant lithoſtrota paruulis coagmentata cruſtis. Erant ſubdialia, à Græcis inuenta, quæ ſub dio erant & in aperto, quæ vbi hyemes gelant ſunt vtilia. Erant & aſarota, de quibus Papinianus in Syluis:

Suberantque nouis aſarota figuris.

Plinius adpellat euſarota, quoniam purgamenta cœnæ in pauimenta euerriri ſolent, vt Græcè dicitur bene σαίρω verro. Fuerunt & pauimenta. Barbarica, ſubtegulanea, ſcalpturata, & Græcanica.

Pauio, pauis, pauiui, uerbum antiquũ, ſignificat ferio, percutio, tundo. Sumptũ eſt à Græcis, qui παίω dicunt percutere. Cicero de Diuinat. Sed quia quũ paſcunt neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripudium primò, poſtea tripudium dictum eſt. Hinc pauor, quando timor cor pulſat, & pauſia, oliuæ ſpecies. Colu. Omne porrò breuiſſimũ in rotundo, è medio ad extremum ſolida terra pauita, maxime ſi eſt argylloſa: ne æſtu præ rimoſa, in rimis eius grana oblitteſcãt. Hinc Depuuio, uis, & oppuuio, uis. Lucilius, Palmiſque miſellam depuuit me. id eſt, uerberauit. Vnde Oppuuia, uerbera dicuntur. Afranius: Oppuuiis pueri cohercentur.

Pauito, tas, pen. cor. frequentatiuũ à paueo, ſignificat valde timeo, ſiue valde frigeo. Teren. in Hecy. Vxorem philomelã pauitare neſcio quid dixerunt, id eſt, laborare ex frigoribus, ut exponit Seruius: Nam eſt reciproca tranſlatio, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur. Vergilius,

Extemplò Aeneæ ſoluuntur frigore membra.

Paulisper, aduerbium, id eſt, ualde paulum temporis.

Paulum, diminutiuum à parũ, cuius ſunt quatuor gradus diminutionis, ſcilicet Paulum, Paululum. Pauxillum, & Pauxillulum. Terentius in Phorm. Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pauxillulum nummorum.

Paulus, Latina lingua modicus interpretatur, Græca quietus. Vel dictus eſt paulus, à primo ſpolio quod contulit eccleſiæ, à Paulo uidelicet Sergio proconſule, quem apud Cyprum conuertit ad fidem.

Pauo, uonis, & Pauus, ui, auis multiplicis coloris. Gellius, Pauus è Samo præſtantior eſt. Tradunt hanc autem non glorioſam ſolum, ſed maleuolam. Laudata expandit colores aduerſo maxime Sole. Fimum

ſtum reſorbet, inuidens hominum vtilitati. Cuius caro diutiſſime incorrupta ſeruatur.

Pauonium acer, genus aceris, criſpo macularū diſcurſu, à pauoniarum caudarum ſimilitudine. Cc.

Pauor (vt ait Cicero lib. iiii. Tuſcul. quæſt.) eſt timor, loco mouens mentem. Ex quo illud Ennii, Tum pauor ſapientiam omnem mihi expelleret ex animo.

Pauper, generis communis, vel (ſecūdum aliquos) omnis à pa uo lare, vel (ut inquit Varro) de pauua pecunia. Apud veteres etiā paupera dicebatur. Plau. Paupera hæc res eſt. Hinc fiunt diminutiua, Pauperculus, & paupercula.

Pauperies, ipſa paupertas. Horatius,
Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Paupero, ras, pauperem facio. Auguſtin. ſuper Pſal. Viros pauperes ditat, falſos pauperat diuites. Plaut. in Milit. Quæ improba eſt mentis uitio, dominū ſi precio pauperat. Hinc Depaupero. Varro, priuſquā domum depauperaret ſumptu ſuo.

Paupertas. Varro li. i. de lingua Latina, pecunia quæ erat parua, ab ea paupertas dicta eſt. Paupertatē quidā ab egeſtate ita diſtinguunt, ut egeſtas ſit quando ad victum neceſſaria deſunt, paupertas, quando licet non ſint opes, tamen neceſſaria ſuppetunt.

Paupertinus, penul. produc. idem quod pauper. Var. Quòd ſi paupertina ſit elegantia, ac eſi caſtimonia. Sidonius, Quin potius paupertinus flagitatæ cantilenæ culmus immurmuret.

Pauſa, ſæ, requies alicuius rei. Lucilius lib. i.
Hæc vbi dicta dedit, pauſam fecit ore loquendi.

Pauſanias, Lacedæmonius imperator, qui unà cū Ariſtide Athenienſi, vicit Mardonium, Medum regis generum, apud Plateas, cum ducentis milibus electis, et viginti equitum milibus, haud ita magna manu. Et quum multum incrementi Lacedæmoniis adieciſſet, in mores Aſiaticos labi ſe permiſit. Deinde eo vſque proceſſit res, vt cū Xerſe ita cōueniret, ſe IIII imperiū Lacedæmoniorum proditurum eſſe, ſi filiam ſibi in matrimonium dediſſet. Id vulgatum quū reſciſſent Lacedæmonii, Pauſaniam exilio mulctauerunt. Fuit & pauſanias nomen autoris Græci, q floruit Hadriani, & Antonini temporibus.

Pauſarius, à Senecauocaſ, q remigibus modos dat, et remigandi officium quadā quaſi pauſæ moderatur.

Pauſia, genus oliuæ, à pauiendo, quod non niſi pauiēdo, id eſt, tundendo, oleū emittit. Seu quod antequā molæ ſubiiciatur tunditur.

Pauſias, nomen autoris Sicyonii, de quo Pli. Inter pictores, inqt, Pamphilus docuiſſe tradiſ pauſiā Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Horatius,
Vel cum pauſiata torpes inſane tabella.

Pauſilypum, παυσίλυπον, locus ab amœnitate dictus. Pli. lib. iii. Inter pauſilypum & Neapolim, Megaris, ea putatur inſula, quæ nunc arcem ab oui ſpecie dictam continet.

Pauſo, ſas, quieſco, à quo Repauſo, quod eſt rurſus requiem capio.

Pauxillatim, ſignif. uernacula lingua apocheto. Plin. In Epiſt. Cœpi rurſum uorſum ad illas pauxillatim accedere.

Pax, à pactione dicitur, quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. Horatius,
Hoc pacis habuere bonæ, uentiq; ſecundi.
Varro, Animaduertendum primum, quibus de cauſis, & quemadmodum conſtituerunt paces, ſecundū, qua fide & iuſtitia eas coluerunt. Et eſt pax, tranquilla libertas. Vergilius,
Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.
Per tranſlationem quando q; ſumit pro uenia. Idē,
Sed uotis precibusq; iubent expoſcere pacem.
Quandoq; propiciationem, ut apud eundem,
Pacemq; per aras Exquirunt. Pax etiā aduerbium Græcum eſt, & ſignificat tantummodo. Terentius in Heauton. Dum argentum capio pax, nil amplius.

Paxillus, diminutiuū à palus, II. ut inquit Priſcianus. Sed Cic. ad Brutum, vult à paxillo Palus fieri.

P ANTE E.

Pßantis, gēma eſt, quæ & grauida dicitur, quæ & parturientibus auxilio eſſe exiſtimatur.

Peccatum, & nomen & participium eſſe. Terē. In Eun. utrunq; complexus eſt. Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt. Primum nomen, ſecundū participium eſt. Vnde peccatior, peccatiſſimus. Hieron. ad Alga, Per præuaricationem mandati, incipiat mihi eſſe peccatius peccatum.

Pecco, as, proprie ſignificat adulterium committo. Dictum quaſi pellico, id eſt, cū pellice coco. Vnde peccatus, pro adulterio, quaſi pellicatus. Apud veteres enim, peccatus, tus, uſq; ad Ciceronis ætatē durauit. Cic. Nemo ita uiuebat, ut nulla eius uitæ pars ſummæ turpitudinis eſſet expers, nemo ita in manifeſto peccatu tenebaſ, vt qui impudens fuiſſet in facto, tum impudentior uidereſ ſi negaret. Poſtea inualuit uſus, vt Peccatum tantum neutro genere proferatur, & generaliter de omnibus delictis atq; erroribus dicatur. Cicero libr. i. Offic paſſiuo uſus eſt, quum ait, Multa peccantur.

Pecorarius, qui pecua ſiue pecora publica redimit, ut inqt Aſconius. Romani enim vetuſtiores, nihil in bonis aliud preter pecudes habebāt. Eſt etiam pecorarius, qui pecorum curam habet. Auguſt. lib. xv. de Ciuit. Dei, Hic erat pater habitantium in tabernaculis pecorariorum. Idem pecuarius dicitur.

Pecorinus, na, nū, q eſt pecoris, ut pecorina caro. Similiter pecoreus, rea, reū, & Pecudinus, na, nū, ut Pecorea, ſiue Pecudina pellis. Diciſ & Pecuinus, na, num.

Pecten, inſtrumentum textorum, dictum quòd fila in telis figat. A' cuius ſimilitudine & Pecten dictus, qui explicat capillos. Et Pecten, cratis dentatæ genus, ſtilis ferreis, ad colendum terram. Item pecten, dicitur pubes, hoc eſt, locus ubi pili ad verenda naſcuntur. Iuuenalis,
Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.
Dictus pecten quia vt barba indetonſa pectine indigeat. Eſt & Citharæ inſtrumentum. Verg. lib. vi.
Iam pectine pulſat eburno. Item Pectines, ſiue Pectunculi, piſces ſunt, qui ſe ex aqua iaculantur ſagittæ

modo, quemadmodũ loligo facere dicitur. De quibus Horatius in Satyra .iiii.

Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum.

Pectinatim, aduerbium ſignifi. ad pectinis ſimilitudinem iactum.

Pectino, nas, penul. corre. Plinius: Sunt genera terræ, quorum vbertas pectinari ſegetem in herba cogat. Vnde & Pectinatum tectum dicitur, à ſimilitudine pectinis, in duas partes deuexum: vt teſtudinatum in quatuor.

Pectitus, ta, tum, penul. corr. politus, & ſubactus. Colu. Verũ ubi iam puro diſcrimine pectita tellus.

Pecto, ctis, pexui, vel pexi, vel pectiui, pexum: ſignificat explico & pango capillum. Verg. lib. viii.

Pectabatq́; ferum, puroq́; in fonte lauabat. Cicero in Catilinam, Quod proprium eſt Catilinæ de eius delectu, Imò verò de amplexu, ac eius ſinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut non barbatos videtis. Transfertur etiam ad alia. Nam & Pectere citharam dicimus, hoc eſt, percutere, & diſtendere pectine cordas. id eſt, plectro. Pectere lanam, Pectere veſtes dicimus, à quo & ueſtes ipſæ pexæ dicuntur. Plinius, Hiſtrix Liburnixq́; pilæ propior quàm lanæ, pexis aliena ueſtibus, hoc eſt, veſtibus quæ texuntur. Nam in texendo pectinis morſibus veſtes feriũtur. Idem libr. ix. Et ipſa ſtuppa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Huius verbi compoſita ſunt Depecto. Propecto, vltra in longum pecto. Ouidius de Faſtis,

Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.

Repecto, ruſſus pecto. Claudianus,

Sparge diem meliore coma, crinemq́; repexi,

Blandius elato ſurgent temone iugales.

Pectoralis, & hoc pectorale, quod ad pectus pertinet: ut Faſcia pectoralis.

Pectorium, genus quoddam vehiculi, quo uti Galli ſolebant.

Pectoroſus, ſa, ſum, quod eſt magni & ualidi pectoris. Poeta in Priapo, Nemo eſt feroci pectoroſior Marte.

Pectus, anterior pars animalis, à gula vſq; ad vẽtrem. Hoc homini tantum latum eſt, reliquis animalibus carinatum. Dictum quaſi pactus: à cõpactis coſtis. Eſt enim Pectus coſtis compactum: quæ ueluti firmamenta pectoris ſunt. Vel quòd preſſum ſit inter mammas. Et nõ modo ſuperficiem corporis, ſed cor ſub pectore ſignificat. Iuuena. Nocte dieq́; ſuũ geſtare in pectore teſtẽ. Hinc Expectoro.

Pectuſculum, diminutiuum, paruum pectus.

Pecuaria, dicuntur ab eo quod eſt pecuare, & per apocopen. Pecuar. Nam Pecua (vt inquit Cicero in Pompeiana) ab eo quod eſt pecu uenit: vt à genu genua, & ſignificat non ſolum pecorum multitudinem (vt apud Perſium)

Findor vt Arcadiæ pecuaria rudere credas. Cicero libro quarto ad Herennium: Nam quum canes funguntur officiis luporum, cui nam præſidio pecuaria credemus?) uerum etiam omnia ex quibus populus Romanus haberet redditus: quia diu hoc ſolum vectigal Romanis fuit. Pecua dicuntur oues: à nominatiuo Pecu Plautus in Mercatore: Nos pecua ruri paſcere, nec pueros nutricare.

Pecuaria, riæ, dicitur ſcientia parandi ac paſcendi pecoris, vt fructus ex eo capiatur. Quæ & res pecuaria dicitur. Varro libro tertio de Re ruſtic. Tres libros conſtitui, è quis duos ſcripſi: primum ad Fundaniã vxorem de Agricultura: ſecũdum de Pecuaria ad Turanium Nigrum. Eſt & pecuaria locus in quo pecorum greges conſiſtunt. Varro libro ſecundo. Cuius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Idem: Non quòd non ego pecuarias in Italia non habeam. Itẽ pecuaria, pro pecorum multitudine. Varro libro tertio. Duo genera quum ſint paſtionum, unum agreſte, in quo pecuariæ ſunt: alterũ uillaticum, in quo ſunt gallinæ, ac columbæ, & apes, & cætera quæ in villa ſolent paſci.

Pecuariam rem facere, ſignificat armenta gregesq́; alere: quæ res ad ſcientiam paſtoris pertinet.

Pecuarius, qui pecorum curam habet. Cicero pro Deiotaro: Vt non ſolum tetrarcha nobilis, ſed etiam optimus paterfamilias & diligentiſſimus agricola atq; pecuarius haberetur.

Pecuarius, ria, rium, quod ad pecus pertinet. Plau. In Trucu. Male vertit res pecuaria mihi apud nos. Columel. lib. vii. Pecuarius canis neq; tam ſtrigoſus aut pernix debet eſſe, quàm qui damas, ceruosq́;, & velociſſima ſectantur animalia.

Pecuatus, apud veteres pro ſtulto vſurpatur.

Pecuium, Cato genitiuo plura. protulit, ab eo quod eſt Pecu.

Peculatus, tus, pecuniæ publicæ aut principis furtum: ſicut ſacrilegium rerum ſacrarum.

Peculiaris, & hoc peculiare, quod ad peculium pertinet, vel quod peculio deputatur: ſeu quod peculii proprium eſt. Plautus In Aſina. Etiam opilio qui paſcit mater alienas oues, aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam. Sed in uſu iam receptum eſt, ut peculiaris, proprius, ſiue ſpecialis, ſiue præcipuus dicatur, nec cum aliis communis. Suetonius in Cæſare, Præterea monetæ, publicesq́; uectigalibus, peculiares ſeruos præpoſuit. Hinc aduerbium peculiariter, ſpeciliariter, præcipue, Plinius lib. xxvii. Epiphoris peculiariter imponitur, quaſi ſingulariter, & eius propria virtus. Quintilianus libro. viii. Quod commune et aliis nomen Intellectu alicui peculiariter tribuitur, ut urbem Romam, uenales nouitios, & Corinthia æra: quum ſint aliæ vrbes quoq;, & venalia multa, & tam aurum & argentum, quàm æs Corinthium: Et peculiare, pro re ſeruili ponitur. Vlpianus: Si peculiare uinum legatum ſit, id contineri quod ſerui habuerunt.

Peculiaris ſeruus, dicitur à peculio, quod propriæ ſeruorum eſt. Vnde Labeo paterfamilias peculiũ habere non poteſt, quemadmodum nec ſeruus bona.

Peculio, lias, quempiam pecunia multo. Plautus in Perſ. Scelus tu puer, atque ob iſtam rem ego aliquid te peculiabo.

Peculioſus, qui peculium multum habet. Plautus in Ruden.

Ruden. Peculioſum eſſe decet ſeruum & improbum: quem hero præſente prætereat oratio, aut qui incle mentee homini libero.

Peculium, à pecore, ſiue pecu, proprie ſeruorum eſt: ſicut pecunia nobiliſi. Vnde apud maiores omne patrimoniorum dicebatur Peculium: quia pecoribus vniuerſa eorum ſubſtantia conſtabat. Vnde (ſecundum Seruium) pecunia dicta eſt à peculio. Proprie autem ſignificat, quicquid alicuius labore & induſtria partum & lucrifactum eſt. Cicero in paradoxis: An eorum ſeruitus dura eſt, qui cupiditate peculii nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis? Et Celſus Iureconſultus ſcribit, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe. id eſt, ſine lucro. Hinc Peculium caſtrenſe dicitur, quod à parentibus & agnatis in militia degenti donatum eſt: vel quod filius in militia adquiſiuit: quod niſi militaret, adquiſiturus non fuiſſet. Huius diminutiuum eſt Peculiolum.

Peculor, aris, & Depeculor, ſignificant ea quæ ad rem publicam ſeu principem pertinent, furor. Hinc Peculator, & Depeculator, qui tale furtum facit.

Pecunia, à pecore, ſiue à pecu dicta eſt: quia omnis pecuniæ pecus fuit fundamentum. Columel. lib. vii. In ruſticatione vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eademq́; quæſtuoſiſſima: ꝓpter quod nomina quoq; pecuniæ, & peculii, tracta videntur à pecore. Quod non ſoli ueteres poſſederunt: ſed adhuc apud quaſdam gentes vnum hoc vſurpatur diuitiarum genus. Plinius lib. xxxiii. ſcribit, Pecuniam ſortitam eſſe nomen è nota pecudis: quoniam antiquitus numi effigie pecudis ſignabantur. Hinc Plutarchus in publicola adſerit in uetuſtiſſimis numis ſignū fuiſſe ouis, & ſuis, bouis q́; conſpectum. Pecuniæ uerò nomine (vt inquit Hermogenianus) nō modo numi, hoc eſt, numerata pecunia: ſed omnes res, tam ſolidæ, quàm mobiles, & tam corpora quàm iura cōtinentur. Huius diminutiuom eſt pecuniola.

Pecunialis, & hoc pecuniale, quod ad pecuniam pertinet. Auguſti. libro. vii. de Ciuitate Dei, Rarò tamen inuenies, qui non habeat artem ſuam pecuniali mercede venalem.

Pecuniarius, ria, rium, quod ad pecuniam pertinet. Ambro. libro. vii. Officio. Ille pauper qui confert ſpiritualia pro pecuniariis, & ſi plurimum habeat gratiæ, non abundat.

Pecunioſus, quaſi pecuniæ plenus. hoc eſt, pecudum: ſicut locuples, loculis plenus.

Pecus, cudis, tam maſcu. & neut. quàm fæmi. gene eſt. Ennius, Pecudi dare viua marito. Cice. libro. iiii. de Republi. Quum adhibeant in pecuda paſtores. Perottus in illo Ciceronis Quum adhibeant &c legit pecora, & non pecuda. Declinatur etiam hoc pecu. Solinus de ſitu Britanniæ, Ita pabuloſa, vt pecua (niſi interdum à paſtu arceantur) ad periculū agat ſatietas. Similiter pecus, pecoris. eiuſdem ſignificationis eſt. Nam ſiue pecus, cudis, ſiue pecus, coris, dixeris, ſignificat omne animal quod ſub hominis imperio è pabulo terræ paſcitur. ut boues, aſini, equi, cameli, oues, capræ, & huiuſmodi. Item elephanti. Plinius, Qui cum elephantó congreſſus, gemino ictu pecudem exanimauit. Varro libro ſecundo de Re ruſtica, Qui gregem armentorum emere vult, obſeruare debet primum, vt ſint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm iam expertæ. Inuenitur tamen pecus, coris, pro multitudine pecorum ſeu pecudum. Vergilius,

Dic mihi Dameta cuium pecus, an Melibœi? Idem,
Caprigenumq́; pecus nullo cuſtode per herbas.

Interdū pro oue. Plinius li. viii. Eſt in Hiſpania, & maximè Corſica, non diſſimile pecori genus Muſmonium, caprino uillo, quàm pecoris uelleri propius. Quintilianus, Quur in vſum veſtium ſæpe pecori lanæ detrahuntur. Interdum dicitur de omni animali, quod humana lingua & effigie caret. Vergil.

Ignauū fucos pecus à præſepibus arcent. Horat.
Omne quum Proteus pecus egit.

Pecus, pecudis, pro oue ponitur. Plinius, Ipſius animalis tanta narratur clementia aduerſus minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, ne quid obterat imprudens. Item de quocunq; animali præter hominem dicitur. Vergilius lib. iiii. Georgicorum, de apibus loquens,

Et pecudum cuſtodia ſoleis. Lucilius de piſcibus,
Præterea genus humanum, multæq́; natantes
Squāmigeræ pecudes.

Diciturq́; pecus (vt docet Varro) à pes: quòd pedibus ſine ratione bruta ferantur. Pecuda etiam neutro genere in uſu fuiſſe, ueterum adfirmat autoritas. Siſenna: Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus.

Peda, & pedatura, veſtigium humanum.

Pedalis, & hoc pedale, quod eſt pedis. vt Menſura pedalis. Columella libro. iii. Pedale quoq; verſus ſpacium ſat erit inter ſemina relinqui. Idem, Scrobiculis pedalibus factis.

Pedamen, & pedamentum, ſuſtentaculum quod alicui arbuſculæ adhibetur: ſicut palus quo uitis ſuſtentatur. Plinius, Caſtanea pedamentis omnibus præfertur. Columella, Pedaminum, iugerumq́;, & viminum proſpiciendorum tradenda ratio eſt.

Pedaneum, (Inquit Palladius lib. iiii.) ſuper nudum inducimus, & aſſiduo vecte denſamus pedaneum.

Pedaneus, nea, neum. idem quod pedalis. Colu. lib. v. Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea ſcrobem vitibus comparat. Hinc Bipedaneus, Tripedaneus & huiuſmodi Columel. lib. I. Bipedanea humus arboribus quatuor pedum abunde eſt. Et lib. iiii. Tripedaneis relictis ſpaciis, per quæ ſemina excoluntur. Et lib. v. Semipedaneam conſitis reſolutam uitibus terram ſubiacere.

Pedaneus iudex, qui à præſide conſtituitur, vt minora iudicia diſcernat: quòd is magiſtratus non vehatur curru, ſed pedibus proficiſcatur in forum.

Pedarii, qui in ſenatu ſententiam non dicunt: ſed ab alio dictam comprobant, mouentes ſe loco, & in partem eius qui dixit ambulātes. Propter quod qui ita faciunt, ire in ſententiam pedibus dicuntur. Et ab actu tranſeundi pedibus in aliena ſedilia, Pedarii ſunt adpellati. Cicero in Atticum: Inde in ſententiam

pedarii cucurrerunt. Sententia eorum Pedaria adpellatur. Gellius tamen pedarios exiſtimat dictos fuiſſe ſenatores: quòd qui magiſtratum curulium nondum cœperant, pedibus in curiam proficiſcebátur. Nam qui curulem magiſtratū geſſiſſent, curru vehi ſolebant.

Pedatim, aduerbium. Plinius lib. xi. Leo tantum & camelus pedatim gradiuntur. hoc eſt, vt ſiniſter pes nō tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur.

Pedatio, dicitur, quando pedamentis uinea fulcitur.

Pedatò, aduerbium, poſitum eſt pro repente, vel acceſſu, quaſi per pedem: ſicut nunc vulgò dicitur. Cato lib i. Orig. Igitur tertio pedatò bellum nobis facere. id eſt, tertio reueiſi.

Pedatus, ta, tum, quod eſt ſuſtentaculo firmatum. ut Vinea pedata. Quandoq; etiam Pedatus, à pede humano, vel de aliquo animali: ſicut à manu manuleatus. Suetonius de Othone: Fuiſſe traditur & modicæ ſtaturæ, & male pedatus, caluusq;. id eſt, diſtortis pedibus.

Pedem ſtruere, veteres pro eo uſurparunt, quod eſt fugere, & pedem retro ferre, retrocedere.

Pedepreſſim, tardè, paulatim: quaſi lenta & tarda itione.

Pedes, dicuntur, quibus vtimur in gradiēdo, cuius ſingularis eſt Pes. Pes autem totum dicitur, quod eſt à fœmore ad calcem, diuiditurq; in coxēdicem, femur genus, fœmen, poplitē, crus, ſuram, & imum pedem, qui calx adpellatur: & diuiditur in cōnexum pedis, quæ pars ſuperior eſt: & calcaneum, quæ eſt pars poſterior. Item in uolam, quæ eſt pars medii pedis caua: plantam, quæ pars tota inferior eſt: digitosq;, & vngues. A' vola pedis indita ſunt cognomina Planeis, Plotis, Scauris, paſſim de quibus locis ſuis. Aliquando Pedes ponitur aduerbialiter: quod & Pedibus quādoq; dicitur. Suetonius in Cæſare, In agmine nonnunquam equo ſæpius pedibus anteibat. Curtius: Pedes agmen circuibat. Quoniam verò ſtandi fundamentum Pes eſt, factum eſt vt in ædificiis area, Pes magnus dicatur. Pes etiam menſuræ genus eſt, quo menſurantur terræ: & continet digitos ſedecim, & multiplicatus in paſſus, & actus, & climata, & iugera, & ſtadia, centuriasq;, mox etiam in maiora ſpacia procedit. Item funis, quo in naui tēditur uelum: & vulgò podia dicitur. Verg. lib. v. Aeneidos,

Vnà omnes fecere pedem.

Plautus etiam remos nauium pedes adpellauit. Item pes, eſt metrica conſtructio ſyllabarum. ut ſpōdeus, dactylus. Vergilius, Ferte ſimul fumiq; pedem. Id eſt, metricā compoſitionem. unde pedeſtris oratio, dicitur numeroſa, & ſecundū rationē metricam cōpoſita: quòd pedis officio fungatur. Nam ſicut pedibus moueri corpora uidemus: ita uerſus ipſi quū ſcāduntur quibuſdā quaſi pedibus uidētur incedere. Seu quòd pedali regula utimur ad uerſum mēſurandum. Metra enim per pedes incedunt. Vnde metimur heroica, & dicimus ea ſex pedū eſſe. Metimur Sapphica, & dicimus quinq; pedum: & ſic de cæteris. Præterea Pes, vocatur fœdum capitis animal: à multitudine pedum. Plautus in Curculione, Vt muſcæ, culices, pedesq;, pulicesq;, odio, & malo, & moleſtiæ, bono uſui eſtis nulli. Huius diminutiuo frequentius utimur, ſcilicet pediculus. Vnde pediculoſus, & pedicularis. Fit autem pes, à Græco πούς, à quo fiunt multa compoſita.

Pedes, ditis, miles qui pedibus militiam exercet: ſicut eques, qui equo militiam exercet.

Pedeſter, qui pedibus iter facit. Apule. Qui modo in exercitum profectus eſt pedeſter. Dicitur etiam hic & hæc pedeſtris, & hoc pedeſtre. ut pedeſtris exercitus, pedeſtres copiæ, pedeſtria agmina. Dicimus etiā pedeſtrem acceſſum: qui à pedibus fit, & non equitibus. Auguſti. lib. iiii. de Ciuita. Dei, Aliasq; deſidia maris pedeſtri acceſſu peruias factas uentis ac procellis euerſas eſſe ciuitates.

Pedeſtria, auguria, dicebantur quæ à lupo, vulpe, ſerpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus dabantur. Cornucopiæ.

Pedetētim, aduerbiū, cōpoſitū à pede, & tento, tas. Cice. Sin minus ſenſim erit pedetētimq; faciēdū. Terē. in Phormio. Dii bene vertant quod agas, pedetentimq; tamen, quod Donatus exponit pro caute.

Pedibus, aduerbialiter protulit Cicero, quum inquit. Ingreſſus iter pedibus.

Pedica, penul. corr. à pede ſignificat laqueum quo pedes illigantur. Vergil. lib. i. Georgico.

Tum gruibus pedicas, & retia ponere ceruis.

Pedicinus, idem eſt quod pes. ſimiliter & pediolus.

Pedicoſus, ſiue pediculoſus, quū deducitur à pes, ſiue à pediculus, qui eſt capitis vermis, ponitur pro eo q eſt plenus ipſis uermibus. Plautus, Pedicoſus, ſquallidus, vbi me uidit caput ſcabit. Quando uerò à pædor, ſcribitur cum diphthongo, & ſignificat quod mali odoris eſt. Varro de Re ruſtica, Solida terra pauita, maxime ſi eſt argylla, ne ſitu pediculoſa eius graria oblitiſcant.

Pedicularis, & hoc pediculare, quod ad pediculos, capitis vermes pertinet. Vnde pedicularis morbus quo corpus pediculis ſcatet. Hunc morbum Græci phthiriaſin adpellant. Nam phthira pediculum dicunt. De hoc Serenus,

Noxia corporibus quædam de corpore noſtro
Progenuit natura, volens abrumpere ſomnos
Senſibus, & monitis vigiles inducere curas.
Hoc morbo interiit Sylla Romanus ciuis.

Pediculus, diminuti. paruus pes. Plinius, Mollia ſunt loligo, ſepia, polypus, pediculi octoni oībus. Hinc pediculi uocantur, quibus fungi, pira, mala, & huiuſmodi ſuſtinentur. Idem, Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo piri. Hinc pediculata poma, quæ pediculos habent, quibus ſuſpendi poſſunt. Itē pediculus, vermis in capite. Pediculi quoq; terræ, ſcarabei terreſtres, ricino ſimiles. Sunt & maris pediculi, à ſimilitudine pediculorum capitis: quibus ad varia medicamenta vtuntur. Item pediculi, populi in Calabria.

Pedio, dis, veteres uſi ſunt, pro eo quod ē, pede pulſo, & quaſi plauſum reddo. A quo fiunt cōpoſita Com

pedio, Impedio, & Præpedio de quibus locis ſuis.

Pediolus, diminutiuum, paruus pes. Similiter & pediculus.

Pediſſequus, & pediſſequa, famulus & ancilla: qui & quæ dominum ſeu dominam ſequitur.

Peditatus, tus, pedium copiæ: ſicut equitatus, equitum copiæ.

Pedo, das, id eſt, vado. à quo Repedo, quod eſt quaſi pede itero, redeo. Hierony. in libr. Macchabæorum. Heliodorus recepto exercitu repedabat ad regem. Eſt & Impedo, de quo alibi. Pedare etiam eſt viti vel alteri arbuſculæ ſuſtentaculum adhibere. vnde Vineæ pedatæ dicuntur. Plinius, Aut pedatæ vineæ ſimplici iugo. Columel. lib. v. Pedatam vineã iugatamq́ſequitur alligatoris cura.

Pedo, dis, pepedi, crepidum ventris emitto. Horatius in Sermonib. Nam diſploſa ſonat quantum ueſica pepedi. Huius compoſitum eſt Oppedo, penultima producta, quod eſt contra pedo. Idem in eodem:
Vin' tu curtis Iudæis oppedere? nulla Mihi unquam relligio eſt.

Pedum, paſtorale baculum, ſeu virga incurua, qua pecudum pedes detinentur. Vergil.
At tu ſume pedum, quod me quum ſæpe rogaret.
Eſt & Pedum oppidum, non longè à Præneſtinis: à quo Pedani populi. Liuius libro octauo. Neq; tamen, niſi admodum paucis populis, Pedani adiuti ſunt. Tyburtes, Præneſtiniq́, quorum ager propior erat. Pedum peruenere.

Pega, Theſſaliæ opidum, quod poſtea Demetrias dictum eſt. Propter quod nauis longa Argonautarum, Pegaſea nuncupatur: quòd Iaſon (qui eam ædificauit) fuit filius Aeſonis, fratris Peliæ, regis Theſſaliæ. Ouidius,
Iamq́ fretum Minyæ Pegaſæa puppe ſecabant.
Hinc Pegaſicus ſinus, in Theſſalia eſt adpellatus. ASCEN. Verius tamen Pegaſa dicitur, & pegaſeus. Sed à pegaſo equo, Pegaſides Muſæ, penultima correpta, ut Ouidius docet.

Peganon, πήγανον, Latinè ruta herba.

Pegaſides, penultima correp. Muſæ dictæ ſunt: à fonte qui Pege dicitur: quem pegaſus ictu vngulæ fingitur aperuiſſe. Ouidius,
At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant.
Item Pegaſides Nymphæ, quæ & Naiades. Idem,
Pegaſis Oenone Phrigiis celeberrima ſyluis.

Pegaſus, pe. cor. equus alates, ἀπὸ τῆς πηγῆς, id eſt, à fonte: quòd iuxta pegas, id eſt fontes Oceani natus ſit, vbi Gorgones habitabant. Hunc Hyginius, & alii complures. Neptuni et Meduſæ filium dixere: qui in cœlum euolauit ibiq́ inter ſidera conſtitutus eſt. Arcticum circulum ſpectans, pedibus æſtiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangens, & Aquarii manum dextram ceruici ſuæ adiungens. Alii ex Meduſæ ſanguine (quam Perſeus interemit) natum adſtruunt. Hic uolauit in Heliconа: vbi ſaxum vngula feriẽs, fontem aperuit, & ex eo Hippocrene, id eſt, fons equinus eſt adpellatus. Sed hic apud Pyrenem fontem Corynthiũ captus eſt. Vnde Strabo: Fama eſt, inquit, equum Pegaſum, quum potaret hoc in fonte, à Bellorophonte deprehenſum fuiſſe: alatum inquam caballum è Meduſæ ceruice, & de Gorgonis execto gutture proſiliẽtẽ. Hoc equo vſus eſt Bellorophontes, in expeditione contra Chimærã. Vulgatum eſt, & caballinũ fontẽ in Helicone erupiſſe, quũ ſubiectã ibi tellurem feriret vngula. Hinc Pegaſeus, ſea, ſeum. Perſius, Pegaſeum melos.

Pegaſeus, etiam dicebatur inſtrumentũ in domibus, ſuper quo tanquam iumento, veſtes & ſimilia tenerentur ſuſpenſæ, à Pegaſo poetico, traductione nominis excogitata. Fuit & hoc nomine Iuriſperitus. Vnde & pegaſianum ſenatuſcõſultũ. Pomponius de Origine iuris: Fuit & pegaſus Triarchi filius: cuius nauis pegaſæ monumentum accepit.

Pegma, matis, quod & prema dicitur, Græcũ eſt, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, quod eſt pango, & extruo. Eſt autẽ machina quædam lignea, in qua ſtatuæ collocantur, et quaſi figuntur ad illas ſuſtinendas. Interdum Pegmata cum ludicris producebantur in ſcenam, cum turris etiam conſidentibus, ex lignis et tabulis: quæ conſtabant uario picturæ genere. Pegmatis formam Seneca ad Lucilium his verbis deſcribit: His, inquit, adnumeres licet machinatores, qui pegmata ex ſe ſurgentia excogitant, et tabulata tacita in ſublime creſcentia, et alias ex inopinato uarietates aut dehiſcentibus quæ cohæreebant, aut quæ diſtabant ſua ſponte cohærentibus, aut iis quæ eminebant paulatim in ſe reſidentibus. Ioſeph. lib. ſeptimo. Maxime autem erat ſtupor machinarum quæ portabantur, ſiue pegmatum fabricatio: pro quorum magnitudine viribus poetantiũ occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum quartumq́ ſurgebant, et magnificentia fabricæ admiratione delectabat. In illis machinis ſimulachrum belli repræſentatum fuiſſe ſignificat, ut alii fugere, alii capere viderentur: et per ſingula pegmata dux captæ urbis agebatur, ita ut captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant, à Sueto. Pegmates vocatur. Tradunt Claudium obieciſſe aliquando beſtiis, qui pegmata in ſcenam parum feliciter produxiſſent. Plin. lib. xxiii. Princeps Caius in circo pegma duxit, in quo centum et vigintiquatuor argenti pondo fuere. Feſtus ſcribit, Pegmata eſſe, aut ære aut marmore ornamenta: quæ ut plurimum in atriis, quandoq; in porticibus aulisq́ adfigunt, maiorum aliorumq́ fortiũ uirorũ geſta certius quàm pictura oſtendentia.

Peiero, ras, penul. correp. falſo, et animo fallendi iuro ſeu iuramentum infringo. Ex per, et iuro, abiecta r, et u, longa in e, breuem conuerſa. Plautus in Aſina. Nam ſi quid fecit ſceleſte pro illo lingua peierat. Lactan. lib. i. Ergo aliqua poteſtas eſt, quæ peierantes Deos puniat. Dicimus et Periuro, ras, quod periurus probat. et Periurium.

Peior, et Deterior differunt, quòd Peior à malo dicatur: Deterior à meliore. id eſt, minus bonus.

Pelagia, dicitur purpura: à pelago. à quo et ſuccus eius Pelagium.

Pelagus, penultima correpta, tam maſculini quàm neutri gene. profundum maris ſignificat. Valerius Flaccus libro primo,

O quantum terræ, quantum cognoſcere cœli
Permiſſum eſt, pelagum quantos aperimus in vſus.

Hinc Pelagicus, ca, cum. Columel. lib. ix. Cæteri ſaxatiles, aut pelagici, ſatis ex his, ſed recentibus melius paſcuntur.

Pelamis, midis, gen. fœmi. genus piſcis thynni. Nam Pelamides primò: ſed quum annuum exceſſere tempus, thynni uocantur. Dictus quòd in luto moretur. ἀπὸ τοῦ πηλοῦ. id eſt, à luto. Iuuenalis,

Siccus petaſunculus, & uas Pelamidum. Pli. lib. xxii.

Pelamidum generis maxima, apoplectos uocatur.

Pelargus, Græcè Latinè ciconia dicitur, ſicut teſtatur Ambroſius libro Hexameron.

Pelaſgia, regio Græciæ, circa extremam partem Macedoniæ, uerſus Achaiam, olim Theſſalia dicta, inter duo maria Aegæum, & Ionium, platani folio ſimilis. Excurrit propter anguloſos receſſus. A' qua pelaſgi populi, quaſi pelargi. id eſt ciconiæ, quoniam errabundi ritu ciconiarum per multas nationes fuerunt. Vel pelaſgi, à pelaſgo Iouis filio.

Pelaſgis, regio eſt Achaiæ, undiq; à mari remota, quæ prius Drymodis dicebat. Inde Pelaſgus, ga, gum. Eſt & Pelaſgus, lauri genus, qđ & daphnoides, & eualte ab aliis dicitur. Cc.

Pelethronii, dicti ſũt Lapithæ, à loco, q ſubiectus eſt Pelio monti, ab eo quòd medicamẽtorũ magna uis ibi naſcatur, quæ Græci gloſſematica θρόνα uocant.

Pelethronium, oppidum Theſſaliæ, vbi primum domandorum equorum inuentus uſus eſt.

Pelethronius, nomen eius. qui primus (ut ſcribit Pli.) frenos & ſtrata equorum inuenit.

Pelias, liadis, haſta, qua Achilles ſolus vtebatur.

Pelicanus, auis Aegyptia. Naſcitur in ſolitudinibus, maximè Nili fluminibus. Duo autem ſunt Pelicanorum genera, ut docet Hierony. Vnum volatile, aliud aquaticum. Et Latine dicuntur onocrotali, Græcè πελεκᾶνες, nos pelicanus. Hæ aues, tãquàm colaphis roſtrorum, dicitur occidere paruulos ſuos, eoſdẽq; in nido occiſos à ſe lugere per triduum, Poſtremo dicunt matrem ſe ipſam grauiter uulnerare, et ſanguinẽ ſuũ ſuper filios fundere quo illi ſuperfuſi reuiuiſcũt. Hierony. ad Præſidium ſic habet: Pelicani, quũ ſuos à ſerpente filios occiſos mortuos inueniunt, lugent, & ſe & ſua latera percutiunt, & ſanguine excuſſo ad latera, corpora mortuorum ſic reuiuiſcunt.

Pelides, Achilles dictus eſt, à peleo patre. Hephæſtion interpres Sophoclis tragici in Aiace tragœdia. Αἰακὸς υἱὸς Διὸς ἐξ Αἰγίνης. Πηλεὺς καὶ Τελαμὼν ἐξ Αἰακοῦ, ὧν Ἀχιλλεὺς καὶ Αἴας, καὶ Αἴαντος παῖς ὁ Εὐρυσάκης. id eſt, Filius Iouis ex Aegina. Peleus & Telamon ex Aeaco, quorum Achilles & Aias, & Aiacis filius erit Euryſaces.

Peligni, populi Marſis finitimi: quorum metropolis eſt Sulmo. Pelignum enim eſt urbs, ex qua Ouidius duxit originem, ſicut ipſe teſtatur.

Pelignæ gentis gloria dicar ego.

Pelion, mons Theſſaliæ. Ouidius,

Pelion Hemoniæ mons eſt obuerſus in auſtros,
Summa virent pinus, cætera quercus habent.

Pella, vrbs Macedoniæ fuit in littore Aegæi maris, illuſtrata maxime natalibus Philippi Macedonũ regis, & Alexandri. Vnde & uterq; pellæus dictus eſt. Iuue. Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.

Pellax, qui per blanditias decipit. Verg.

Inuidia poſtquàm pellacis Vlyſſi.

Inde Pellacia. Idem lib. iiii. Georgicorum,

Verum ubi nulla fugam reperit pellacia.

Pellene, pen. prod. oppidum Achaiæ, inquit Strabo, à quo Pellenei populi.

Pelleſuina, locus vbi pelles venduntur.

Pellex, ut inquit Iuriſconſult. illa uulgò adpellatur, quæ cum eo cui uxor ſit, corpus miſcet. Inde apud oratores & poetas, Pellex non tam uiri quàm uxoris nuncupatur. Cicero, Vxor generi nouerca filii, filiæ pellex. Sueton. de Cæſa. prætereo actiones Dolabellæ, in quibus cum Dolabella pellicem reginæ dicit. Cõcubina, quæ cum cœlibe uiro ſine nuptiis locũ tenet uxoris: quam Græco uocabulo παλλακὴν pallacem adpellamus. Sueton. de Veſpaſ. Inde quieti uacabat accubante aliqua pallacarum, quas in locum defunctæ Cenidis plurimas conſtituerat. Iuſtinus quoque Cyri pallacem nominat: licet uitio librariorum pellicem ſcriptum reperiatur. Pellex, Latinum nomen eſt, à pelliceo, quod eſt blandiendo decipio, quia blandiendo uirum ab vxore ſeducit. Cic. in Sal. Omnium cubiculorũ pellex. & idẽ poſtea adulter. id eſt, Puer lædebas alienas vxores, præripiens eis maritos: uir poſtea læſiſti, maritos præripiens eis uxores.

Pellicator, qui ad fraudem pellicit.

Pellicatus, catus. actus quem pellex exercet, ſicut cõcubinatus, quem concubina.

Pelliceo, ces, pellicui, rarò habetur. Pelliceo, cis, lexi, ctum, blandiendo decipio. unde pellectus. Crebro pro pellicio. Terent. in Phorm. Is ſenem per epiſtolã pellexit. Componitur q; ex per, & lacio. mutatis r, in l, & a, in i. Feſtus, Lacit, decipit, inducit. Lax, lacis, uerò fraus eſt. A' lax, ſiue lac, lacio fit. Quamuis verba à lacio compoſita, & fraudis & lactis participem ſignificationẽ habeant. unde & lacto, as. Propter qđ & in bonam partem & in malam accipi poſſunt. ut Allicio. Elicio, Illicio, & alia. A' Pellicio fit Pellax, Pellicator, Pellicatus, & pellex. Eſt & Pellicio, ſiue perlicio, quo vſus eſt Liui. lib. iiii. (ſi textus nõ eſt uitiatus) Negocium, inquit, datur, ut quos quiſque poſſet ex collegio tribunorum, ad interceſſionem perlicerent. Pelliceo tamen, & Pellexi, & Pellectus, magis in uſu ſunt, quam Perliceo, uel Perlicio, Perlectus in iſta ſignificatione nequaquã haberi puto, ſed Pellectus, tantum, ne à perlego putaretur.

Pelliceus, cea, ceũ, quod eſt ex pelle. ut Veſtis pellicea.

Pellicium, vel pellicea, veſtis ex pellibus. Hieron. contra Iouini. Deiecti in uallem lachrymarum tunicis confutis & pelliciis ueſtirentur.

Pellicula, diminutiuũ, parua pellis, ut in lib. Geneſeos, Pelliculis q; hædorum colli nuda.

Pelliculo,

Pelliculo, las, pen. correp. pellibus obturo. Columel. Vas operculatum pelliculant.

Pelliones, qui veſtes pelliceas, & alia ex pellibus opera faciunt.

Pellitis, galerus dicebatur, ex pelle factus. Cc.

Pellis, dicitur quum eſt à carne ſeparata, quæ cutis antea dicebatur. Iuuenalis Satyra decima,
Diſſimilemq; ſui deformem pro cute pellem.
Dicta pellis (ut quidam putât) à pellendo, quòd externas iniurias tegendo repellat. Hæc poſtquam cōcinnata eſt ad calceos & cætera opera facienda, aluta dicit. Varro, Paſceolus ſaccus eſt ex aluta factus. Huius diminutiuum eſt pellicula.

Pellitus, ta, tum, penultima producta. quod pelles habet. Propertius:
Pellitos habuit ruſtica chorda patres.

Pello, las, quamuis non ſit in uſu, habet tamen cōpoſita Adpello, Compello, & Interpello.

Pello, lis, pepuli, pulſum, id eſt, percutio, ferio. Terent. Quiſnam à me pepulit tam grauiter fores? Aliquando abigo, extrudo. Plau. Pelle animo timorem, mox aderit gnatus. Huius cōpoſita ſunt Apello, ſiue Aſpello, Appello, per duplex pp, Cōpello, Depello, Diſpello, Expello, Impello, Propello, quod eſt à longè pello, amoueo. Saluſt. Collegam ſuum Antonium pactione prouinciæ propulerat, ne contra rempublicam diſſentiret. Aliquando ſignificat ultra duco. Colum. lib. ii. Quum ventum erit ad uerſuram, in priorem partem iugum propellat. Perpello, perfecte pello, induco. Liuius lib. o primo, Incenſam multitudinem perpulit, vt imperium regi abrogaret. Repello, retrò pello. A ſupino pulſum, fit frequentatiuum pulſo, ſas. Antiqui etiam dixerūt pultum, à quo, pulto, tas.

Pellos, ardeæ auis ſpecies, dicta à πέλας aduerbio, quod ſignificat propè; quoniam non uolat ita in altum quemadmodum aliæ ſpecies. Cc.

Pelluceo, per medium luceo, lucem. Cretice pellucet.

Pelluo perfecte lauo. Cc.

Pelluuiū, & Pelluuia. fœminini generis, uas quo lauantur pedes, ſicut malluuium & malluuia, uas quo lauātur manus. Dictum pelluuium, à pelluendo. Hoc idē polubrum dicitur. Labrum cōmune eſt, quod vulgò dicitur bacille. Similiter & peluis.

Pelopeius, a, um, nomen poſſeſſiuum. Vnde fabula de Pelope ſcripta, pelopea dicta eſt. Iuuenalis,
Præfectos pelopeia facit philomela tribunos.

Peloponneſus, regio Achaiæ, à pelope Hippodamiæ viro dicta, & Tantali regis phrygum filio, quaſi pelopis inſula quoniam penè inſula eſt. Qui ſuperato Oenomao, Hippodamiæ patre in certamine, totū illud regnū in dotem accepit, & ex Phrygia ſecū in eā regionem duxit populum. Hæc Apiæ antè adpellata, & pelaſgia peninſula, haud ulli terræ nobilitate poſt ferenda. Circuitu trecentorum ſexaginta trium milium paſſuum colligitur, anguſtiæ ſex milia ſunt, niſi erumpentia e diuerſo quæ dicta ſunt maria, hinc Corinthiacum, illinc Saronicum ſinum efficiunt. In Peloponneſo ſunt Argos, Micenæ, Corinthus, Lacedæmon, Patræ, Malea promontoriū, Epidaurus, regiones, Arcadia, Sicyonia.

Pelops, Tantali filius, qui curruli certamine contēdit cū Oenomao. Qui quū didiciſſet ex oraculo, ſe tunc moriturū quū filia nupſiſſet, multis illā petentibus, propoſuit certamē quo victus interficeretur, uictor filiā duceret vxorem. Equorum inſtituit curſum ad aram Neptuni, quæ eſt in iſthmo Corinthiaco. Quū itaq; plures equorum quos perniciſſimos habebat, velocitate ſuperaſſet, ſuperatosq; peremiſſet, is equorum pernicitate vicit Oenomaum, abduxitq; ex pacto vxorem Hippodamiam. Hinc pelopidæ dicti, qui à pelope originem duxerunt.

Peloris, ridis, genus conchæ. Horat. in Sermo.
Murice Baiano melior Lucrina peloris.

Pelorius, Latinè excelſus, & vaſtus. Quo nomine dictus eſt Polyphemus ab Homero.

Pelorus, penul. produ. promontorium Siciliæ Italiam uerſus. à Peloro, gubernatore nauis Annibalis, ibi ſepulto. Pomponius: Annibal fugiens ex Aphrica, quū ad has anguſtias deueniret ſæuientis pelagi, & proditum ſe putaſſet, pelorem gubernatorem nauis occidit, & tumulauit. De hoc promontorio Lucanus libro ſecundo.
Extremi colles Siculo ceſſere peloro.

Pelta, ſcutum breuiſſimū, in modū Lunæ iam mediæ. Verg. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. A' quo noie poſtea Peltaſtæ, pedites adpellati ſunt, qui ad motum concurſumq; leuiores erant.

Peluis, quaſi pedelauis. (vt Varro inquit) à pedum lauatione. Alii peluim ſinum aquarium putant, in quo variæ res pelluuntur.

Peluſiotæ, populi peluſium habitantes. Hieronymus contra Iouinianum, Impelle (ſi uales) Peluſioten, ut manducet cepe. Idem ad Pammachiū, Peluſiotas nos adpellant, & luteos, animalesq; & caepeos.

Peluſium, vnum ex oſtiis Nili, & ciuitas in quadā Aegypti parte, quæ Anguſtanica eſt adpellata, propè Thebaidem. Hanc urbem cōdidit Peleus Achillis pater, monitu Deorum poſt luſtrationem. Eo enim tempore peleus furiis agitabatur, quia fratrem Focū interemerat, & purgari quærebat. Hinc fit peluſius, ſia, ſium, & peluſiacus, a, um, pen. cor. Martialis,
Accipe Niliacam peluſia munera gentem.
Vergil. lib. i. Georgicorum:
Nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Penates, dicti ſunt Dii domeſtici, quòd penes nos nati ſunt, uel quòd non longè abſint ab hac uita, ſiue quòd penitus inſident. Ex quo etiam Penetrales à poetis vocantur. Alii à penu hoc nomen deriuant. Macrobius, Penates eſſe dixerunt, per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus. Cuius nominatiuus ſingularis (ſecundum aliquos) eſt hic Penas, aut (iuxta quoſdam) hic penatis.

Penatores, qui penus geſtant. Cato aduerſus Maciliū, Poſtquam nautas ex naui hoc adduxi, non ex militibus, piſcatores penatores feci.

Pendeo, des, pependi penſum, ſignificat in ſublimi ſiue

ſuſpenſum eſſe, Tractum à pennis auium. Vergilius,
Incultisq; rubens pendebit ſentibus vua.
Plautus in Aſinaria: Nudus uinctus centũ pondo es, per pedes quando pendes. Hinc per tranſlationem pendere, pro ſuſtentari ponitur. Ouidius,
Pendet & à veſtra noſtra ſalute ſalus.
Quandoq; pro cruciari, & in pœna eſſe, & ſic conſtruitur cum genitiuo vel ablatiuo. Cicero lib.i. Tuſculanarum: Quòd ſi expectando vel deſyderando pendemus animis, cruciamur & angimur. Idem in Hortenſium, Et qui expectat, pendet animi. Et pendere dicitur, qui nimio deſyderio alicuius rei intentus, ceſſat ab omni alio opere, & id vnum ſollicitus expectat. Ouidius,
Narrantis coniunx pendet ab ore viri. Vergil.
Dum conſulta petis, noſtroq; in limine pendes.
Item dubitare. Seneca: Pendet animus, & in diuerſa trahitur. Item ceſſare. Vergilius,
Pendent opera interrupta, minæq; murorum
Ingentes. Huius compoſita ſunt Adpendeo, Dependeo, Impendeo, Propendeo, & Suſpendeo. quod eſt ſupra pendeo. Colum lib.v. Ruſticos ſubiicere iugo palmam, & ita collocare vt Sol minime ſuſpendeat. Interdum eſt mediocriter vel quaſi imminere. Cicero peto Quid ipſa res modò honeſta, modò turpis ſuſpendet, flagitioſum eſt.

Pendo, dis, pependi, penſum. verbũ actiuum, & adſumpta e, fit neutrũ in alio ſenſu, ſignificatq; pondero, & per tranſlationem cõſydero, æſtimo. Vnde & eos genitiuos regit, quos verba precium ſignificantia habere ſolent. vt Magnipendo, Paruipendo. Nihilipendo, Floccipendo, & huiuſmodi, quod eſt in magna & parua æſtimatione habeo. Vnde magis ſeparata, quàm compoſita ſunt dicenda. Pendere, eſt etiam ſoluere. Liuius lib.i. Ad equos emendos dena milia æris ex publico data, & quibus equos alerent viduæ attributæ, quæ bina milia æris in annos ſingulos penderent. Salluſt. Semper illis reges tetrarchæ vectigales erant populi nationes ſtipendia pendere. Vnde pœnam pendere proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam ſoluit. Vergilius,
Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi.
Quod ex eo tractum eſt, quòd ære graui quum uterentur Romani, eo penſo, non numerato, debita ſoluebant. Libralis enim, & dupondius adpendebatur aſſis. Vnde æris grauis pœna. Hinc penſiones dictæ ſunt. Item pendere, ſuſtinere. Lactãtius lib.ii. Eosq; impietatis ac ſceleris ſui ſupplicia penſuros. Compoſita ſunt, Adpendo. Compendo, vnde compendium. Diſpendo, varie pendo. à quo diſpendium. Depẽdo, quod eſt do. Columella libro.v. Nanq; aliter incaſſum dependitur opera, quum de genere etiam renouatæ priſtinum ſeruabunt ingenium. Expendo, Impendo, Perpendo, diligenter conſydero, ſeu perfecte pondero. Lactantius lib.vi. Nihil enim ſapiunt niſi terram, bonaq; & mala ſimul corporis ſenſu ac voluptate perpendunt. Cicero: Quid in amicitia fieri oporteat, quæ tota uirtute perpenditur id eſt, exactè ponderatur, examinatur. Auguſtinus li.iii. de Ciuit. Nec nos in ea re diligentius requirenda, per multorum ſcriptorum perpenſa teſtimonia demoremur. Propendo, Præpendo, antependo. Propertius,
Quum tua; præpendent demiſſa in pocula ſerta.
Rependo, & Suſpẽdo, ſurſum pẽdo, alte ligo. Verg.
Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, ante
Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Quandoq; ſuſpendere, eſt anxium eſſe. Plau. Vix cõpos mentis ſum, ita mihi ſuſpendit animum. Vergil.
Suſpenſi Eurypilum ſcitantem oracula Phœbi
Mittimus. Et quoniam dum anxii ſumus, etiã dubii efficimur, Suſpenſum quandoq; pro dubio ponitur. Seneca, Suſpenſus animo, quid ageret cogitabat. Itẽ pro placido a: ſilenti Terentius in Phorm. Hæc vbi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi. Et ſuſpendere, etiam eſt pendendo interficere. Lactantius li.iiii. Tum ſuſpenderunt eum inter duos noxios medium, qui ob latrocinia damnati erant. Hinc ſuſpendium, pro ſuſpenſione Gellius: Suſpẽdio vitam finiuit.

Pendulus, la, lum, quod pendet. Ouidius,
Laſſaret viduas pendula tela manus.
Hiero. ad Pamma. Mauult in humilioribus tutò pendere, quàm pendulo gradu in ſublimioribus fluctuare. Colu. Tum deinde macriora & pendula loca, Luna creſcente, fimo iuuanda ſunt.

Pene, aduerbium, ſignificat quaſi.

Penelope, Icari filia, & Vlyſſis vxor, quæ lanificio ſe abſentiam mariti ſolabatur, & procos fruſtrabatur, quibus ſe conſenſuram abſoluta tela pollicebatur. Sed ut eos longius fruſtraretur, noctu retexebat, quòd interdiu texuiſſet. Dicta ab auibus quæ Penelopes dicuntur, cuius nominatiuus ſingularis eſt Penelops, quum prius Arnæa vocaretur, quaſi abiecta, repudiataq;. Etenim in mare proiectam abiecto Periboeaq; parentibus, ferunt educauiſſe Penelopes.

Penes, præpoſitio, quomodo ſumatur, uide in dictione Apud.

Penetrabile, quod facile penetrat. Vergilius,
Penetrabile telum. Martialis,
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus.
Interdũ ſumitur paſſiue, quod facile penetratur. Tit. Liuius, Et in aſperis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat.

Penetrale, nomen ſubſtantiuum, ſignificat omnem partem interiorem domus, vel tẽpli licet ſit intecta, ſeu omne quod in intimis partibus eſt. Vnde penetrale ſacrificium dicebatur, quod in penetrali, hoc eſt, in intima parte domus fieri ſolebat. Lactãt. de Opific. Quantulum enim videre poſſemus, ſi mens ab intimis penetralibus capitis, per exiguas cauernarum rimulas attenderet. Eſt etiam adiectiuum. ut apud Vergiliũ, Aeternũq; aditis effert penetralibus ignẽ. quaſi penitus remotis.

Penetro, netras, quaſi penitus intro. Lactãt. lib.iii. Ad Aegyptios. & Magos, & Perſas uſq; penetraſſent.

Peneus, fluuius in Theſſalia, inter Oſſam & Olympũ decurrens, collibus dextra læuaq; molliter curuis. In

eo curſu Tempe quinq; millium paſſuum longitudine, & fermè ſex latitudine, pulcherrimus ager.

Penia, Græcè, Latinè paupertas.

Penicilla, inſtrumenta pictoria. uide infrà in dict. Peniculus.

Peniculamētum, pars veſtis, quæ terrā attigit. Ennius, Pendent peniculamenta unum ad quenq; pedum.

Peniculus, & penicillus, ſiue penicullū, & penicillum, quamuis diminutiua uideantur à penis, ſignificāt tū ea quibus calceamenta uaſaq; terguntur. Item quibus pictores pingūt, quoniā ex caudarū extremitatibus fiant. Plin. lib. xxxv. Arreptoq; peniculo lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. Idē in eodem. V ſus ad penicillū, aut in lignū colorare libeat. Quint. li. ii. Inſtituti. V t cælator cælum, & pictor penicilla deſyderant. Item quibus albarium tectorio inferunt, qui dicuntur Tectorii penicilli. Plini. Setarum ex his è penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus. Item quibus uulnera ſtipantur, vel ideo ne claudantur, vel ut aperiantur magis, ut ſunt penicilli ex linteolis concrepitis, ex medulla ſambuci, & ex ſpongia. Idem, Tū peniculo uulnus apertum. Omne præterea quo ad aliquid mūdandum illiniendum ue utimur. Penicillum uel peniculum uocamus, præſertim ſi ſpongia ſit factum. Terent. in Eunu. Quid ignaue peniculo pugnare, qui iſtuc huc portes cogitas? Pli. Hyſſopumq; cum myrrha calidum penicillo illitum. Item ſpongiæ genus molliſſimum eſt, qui penicillus dicitur, ex quo fiunt penicilli.

Penis, fœminini generis cauda dicitur, à pendendo. Hinc peniculos dicimus, qbus calciamenta tergunt. Poſt autem, penis, virile membrum dici cœptum eſt, ſicut & ſalax cauda. Cice. lib. ix. epiſt. Papirio peto, Caudam antiqui penem vocabant, ex quo eſt, propter ſimilitudinem, penicillus. At hodie penis eſt in obſcœnis. At uerò Piſo ille Frugi in annalibus ſuis queritur, adoleſcentes peni deditos eſſe, Quòd tu in epiſtola ſuo nomine, ille rectius penem. Alii penem à penetrando uictum uolunt.

Penitus, ta, tum, pe. prod. quod ex pene, hoc eſt, cauda eſt. Vnde penita offa, offa porcina cum cauda.

Penitus, penul. corr. ſignificat quod eſt intrà. Plaut. in Aſin. Age quæſo exeira uſq; ex penitis faucibus etiā amplius. Inde penitior, interior, Penitiſſimus, intimus. Inde Penetro, tras.

Penitus, aduerbium locale, quaſi penè intus. id eſt valde interne, ſeu intrinſecus, vel intima parte & ſecreta. vt quum dico: penitus me noſcis. hoc eſt, intus, & in cute. Vergilius,

Et cauſſas penitus tentare latentes.

Fit a ſit à penes. Id, enim penes, intus videt eſſe, quod eſt penitus reconditū. Interdum ponitur pro aduerbio qualitatis, & ſignificat profūs, vel valde. Verg. Penitusq; ſonātes Aceſtis ſcopulos.

Quādoq; ſignificat longè. Idem,

Penitusq; alias aduexerat oras.

Hinc Penitus, ta, tum. de quo mox eſt dictum.

Pēna, per duplex nn, autum eſt. Sunt enim pennæ maiores quàm plumæ. Et eſt generale, ad pinnas, ſcilicet ſummitates, & ad plumas. Pinnæ autem, propriè ſunt pēnæ, quæ plumæ, hoc eſt, molliores & exiguæ pēne, non ſunt.

Pēnarium, in quo pēnæ reponſitur, ſicut calamarium, in quo calami.

Pennatus, a, um, quod pennas habet. vt Volucres pennatæ. Sic Impēnatus, qui pēnas nō habet.

Penniculum, pinna eſt quæ facili motu uentorum indicet flatum. Cc.

Penniger, qui gerit pēnas. Cc.

Pennula, ſiue pinnula, pars, ſumma auris, ab acuitate dicta. Vnde in Leuitico legitur, Cuncta quæ nō habent pennulas, & ſquammas in aquis, polluta erunt. Propriè uerò pennula, diminutiuū eſt à penna. Cic. lib. iii. de Nat. Deo. Quū autem pennulis uti poſſunt, tum uolatus eorum matres proſequuntur.

Penſa à pēdendo quod pro aliqua re cōducta ſoluitur. Et penſa, plurali numero, manipuli lanæ uel lini, qui pendent ex colo, & fuſa trahuntur. Nam quum dicimus. Trahit penſa. Idem eſt ac ſi diceretur filat. Ouidius lib. ii. Faſtorum,

Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebāt.

Iuſtinu. lib. i. Pēſa inter uirgines partiētem. Quādoq; Penſa capitur pro filis. Vergilius de Textrice:

Excuſſi manibus radii, reuolutaq; penſa.

Penſiculate, aduerbium. id eſt, cum pondere.

Penſiculatores, dicti ſunt, qui aliorū dicta ſiue dictiones exactæ ponderāt.

Penſiculo, las, idem quod pēſito. Gellius pēſicula utrunq; moderate, reperies ſuo quoq; in loco ſonare aptiſſimè.

Penſilis, & hoc Penſile, penul. corr. quod ſuſpenſum & ſublime eſt ut Penſilis hortus, qui ſupra ædificia factus eſt. hoc eſt, in ſolario, vel in aere ſublimis. Sic pēſilis vua. Horatius,

Tum pēſilis vua ſecūdas Ornabat mēſas,

Pēſilis homo, qui ſuſpēſus eſt. Plautus: Reſtim uolo mihi emere, qui me faciam pēſilem. Pēſilis lectus, Pēſiles lychni, quòd ſuſpēſi ſunt, & in aere pēdētes. Pēſilis urbs, quæ ſubter cauata eſt. Plinius: Legſiur, & pēſiles hortos, imò uerò totum oppidum feciſſe Aegyptiæ Thebæ, exercitus armatos ſubito educere ſolitis regibus nullo, oppidanorum ſentiēte. Pēſile horreum, qđ nos uocamus granarium, quod ſit in altiore domus loco. Columella lib. i. Sed nos in noſtris regionibus, quæ redūdāt uligine, magis illam poſitionem pēſilis horrei probamus. Aliquādo tamē pēſilis dicitur mollis. Vergilius,

Filētis matres in mollibus. Seruius: id eſt pēſilibus. Nam molle & Pēſile cōuertitur.

Pēſio, dicitur id, quod pro re aliqua cōducta ſoluitur. id eſt, quod dat pro rei alicuius uſu, aut agri, aut domus. Cicero Leptæ, Teneor tamē dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam pēſionem.

Pēſionarius, qui pēſionem alicui ſoluere tenetur.

Pēſitator, pōderator Gellius, Verborum pēſitatores ſubtiliſſimi. à pēſito, tas.

Pēſito, tas, ſæpe, uel ualde bene pōdero, examino. Pli. libro. vii. Is demum vitam æqua lāce pēſitabit,

qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gelli. lib. j. Aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur: vt iu dicium eſſe factum ad amuſſim diceres. Et penſitare, eſt ſoluere, conſueſcere. Plinius lib. xii Qui tradit ſingula milia talentum thuris annua penſitaſſe Arabas regibus Perſarum. Cicero in Oratione cõtra Mithrydatem: Quæ tãdem eſſe exiſtimatis, aut eos qui vectigalia uobis penſitant, aut eos qui exercent, aut exigunt id eſt, ſoluere ſolent.

Penſo, ſas, à pendo, vel à pendeo frequentatiuũ. ſignificat ſępe pondero, æſtimo, vel aliquid pro alio do. Vale. Maxi. lib. i. Deductus ac miſſus ad ſenatum legatus, vt ex ſe, & uno & ſene complures Pœnorũ iuuenes penſarentur, in contrarium dato conſilio, Carthaginem petiit. Hinc Compenſo, Diſpenſo, Repenſo. de quibus ſuo loco.

Penſor, qui ponderat, à pendo, dis. Augu lib. v. Confeſ. Dubitare ſtultum eſt: qui utiq; melior ſit quàm menſor cœli, & numerator ſiderum, & penſor elementorum.

Penſus, ſa, ſum, põderatus, examinatus. Per tranſlationem ponit̃ pro bono & ſapienti. Plautus in Sticho, Age tu altera, utra ſit conditio penſior, virginẽm an viduam habere. Quandoq; ponitur pro æquato. Salluſt. Neq; id quibus modis adſequeretur, dũ ſibi regnum pareret, quicquàm penſi habebat.

Pentadactylos, herba eſt arboris inſtar, quæ alio nomine ricinus dr̃: alii helioſcopium vocant. Cc.

Pentadoron, lateris, id eſt, terræ coctæ ſpecies, qnq; palmos continens. Græci enim ueteres, doron palmum dicebant: & dora, munera, quæ manu darent̃.

Pentaglottos, Latinè quinq; linguis dicitur.

Pentapeton, herba, dicta quaſi quinquepenna.

Pentaphyllon, quod & pentapeton. herba quinq; folia habens. Multas habet virtutes.

Pentapolis, penul. cor. regio inter Palæſtinam & Arabiam: à quinq; ciuitatibus ſic adpellata. ubi Sodomum, & Gomorrum oppida. Hanc regionem (vt Solinus ſcribit) de cœlo tactam, teſtatur humus nigra, & cinere ſoluta. Naſcitur ibi poma quæ comedi nõ poſſunt, licet matura uideantur: quòd leuiter manibus preſſa fumum exhalent, & in puluerem fatiſcãt. Eſt & Pentapolis regio in Libya, à quinq; ciuitatibus dicta: quę & Cyrenaica vocatur.

Pentarchus. qui quinq; viris præeſt.

Pentaſticæ porticus dicuntur, à quinq; columnarum ordinibus.

Pentateuchus, dici pòteſt volumen quinq; librorum. Nam πέντε quinq;, τεῦχος uolumen ſignificat.

Pentathli, dicuntur illi qui in ludo quinque artes gymnaſticas exercẽt: videlicet diſcum, curſum, ſaltum, palæſtram, & iaculationem. Et ipſa exercitatio Pentathlon dicitur. Latini alio nomine quinquertium uocant: à quinq; artibus. Et ipſi Pentathli, id eſt, athletæ, qui his quinque artibus ſe exercebant, quinquertiones adpellitur. A πέντε quod ſignificat quinq;, & ἆθλος certamen. Plin. de Myrone, Hic fecit Delphicos pentathlos.

Pente, Græcè, Latinè quinq; dicitur. à quo multa per compoſitionem fiunt.

Pentecontarchus, dici poteſt quinquagenarius. id eſt, qui præeſt quinquaginta. Nam πεντήκοντα, pentecōnta Græcè, quinquaginta dicuntur Latinè.

Pentecoſte, ſtes, à pentecōnta. dici poteſt quinquagenaria: quoniam hæc dies à reſurrectione domini diſtat quinquaginta diebus.

Pentecoſtos, Latinè quinquageſimus dicitur.

Penthemimeris, pen. corr. Latinè ſemiquinaria cæſura eſt quoties poſt octo tẽpora, ſyllaba relinqtur, partem orationis terminans. Hæc a ſic cõmunis eſt. ut, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Pente enim quinq;, μερίς diuiſio, pars.

Pentheus, nomen proprium.

Penthos, à noſtris dicitur luctus.

Penuariũ, ſiue penuaria cella, dr̃ omne quod in penu reponit̃: & ipſum penu, & quod in penu eſt.

Penula, per ſimplex n, ueſtis denſa ac uilis: quã nebuloſo ſeu pluuioſo tempore ſupra tunicam adſumit̃, loco pallii, ad arcendas à corpore pluuias. Pomponius in Paniceα: Penulã in caput induce, ne te noſcat. Quintilia. Quũ Galba penulã roganti amico rñdit. Si non pluet, non opus eſt tibi: ſi pluet, ipſe utar. Iuuenal. Et multo ſtillaret penula nimbo. Hæc ſi ex pellibus eſſet, ſcortea vocabat̃. Martial.

Ingrediare viam cœlo licet vſq; ſereno,
Ad ſubitas nunquàm ſcortea deſit aquas.

Vlpianus Iureconſult. inter communia veſtimenta, quibus vir & mulier promiſcue vtunt̃, Penulas adnumerat. Varro dixit, non quærẽdam eſſe penulam homini qui habet uirtutem. Scribit Lampridius, Alexandrum conſtituiſſe, vt ſenatores penulis intra vrbem frigoris cauſſa uterentur: quum id veſtimentum itinerarium & pluuiæ fuiſſet. Erat etiam Penula gauſapina, candida ac uilloſa, qua per æſtum vtebantur. Martialis,

Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta eſt,
Vt me vel media ſumere meſſe velis.

Penularium, locus in quo penulæ reponuntur.

Penulatus, penula indutus. vide in dictione penula.

Penuria, quaſi vrens penu: vel quòd penè vrat: vel quòd penè minus ſit quàm neceſſe eſt. ſignificatq; omnem inopiam rerum: & præſertim earum quæ in penu recondi ſolent.

Penus, hic vel hæc, quartæ declinationis, & hic Penus, ni, ſecundũ Priſcianũ, & hoc penus, noris, & hoc penum, & hoc penu, indeclinabile. ſignificat omne eſculentum poculentumq; quo veſcunt̃ homines. Dictũ penus, quòd ea quæ longæ vſionis gratia contrahuntur & recondunt̃, non in promptu ſint: ſed intus & penitus habeant̃. Feſtus, Penora, res neceſſariæ ad victum quotidianũ. Plautus in Perſa: Nam ſi penus annuus hodie conuenit, cras populo proſtituã uos. Terentius in Eunu. Prius ad te penum omnem congerebam clanculum. Lucilius, Vt vxori legata penus. Horatius in neutro genere.

Annonæ proſit, portet frumenta penusq;.

Penum, Afranium: Vos quibus cordi eſt, intra tunicam manu. læua, dextra in penum herile. Gellius ex

Maſſurii

Maſſurii autoritate demõſtrat, thus, & cereos ligna quoq; penori adſcribi poſſe. Nos vero aromata, caſeos, carnes, ſalitas, et alia eſculẽta dabimus ſeruãda.

Peplos, ſiue peplios, fruticis genus. Plinius: Portulaca (quam Peplion vocant) non multum ſatiua efficacior, ſagittarum venena & hæmorrhoidum, plagis impoſita, extrahit. Cc.

Peplus, ſiue peplum, veſtis ſolẽnis, quæ iniicitur vel viro, vel fœminæ, vel Deo, Deæ ue. Vergilius,
Crinibus Iliades paſſis peplumq; ferebant. Plautus,
Nunquàm ad ciuitatem veni, niſi quum infertur peplum hodie. Poetæ tamen (vt inquit Seruius) abutũtur hoc nomine.

Pepones, melones. Pli. lib. xx. ca. ii. Pepones qui vocãtur, refrigerãt maxime in cibo, & emolliũt aluum.

Pepſis, Latinè cõcoctio. Vnde Pepticæ, medicaméta ad cõcoctionem: quæ foris adhibẽtur. ἀπὸ τοῦ πέπτω. Inde Diſpepſia, mala concoctio, quando cibi non perficiuntur.

Per, præpoſitio eſt: quæ ſeparata, quandoq; localem, quãdoq; temporalem habet ſignificationem. vt, Per vrbem vado, Per medium diem operor. Quandoq; denotat perſonam. vt,
Per medios ruit, ac morientis nomine clamat.
Quãdoq; iurãdi eſt. vt, Per pol. id eſt, per Pollucem.
Quandoq; obteſtãdi. Vergilius,
Per te, per qui te talem genuere, parentes.
Quandoq; medium quẽdam & quaſi interceſſorem ſignificat ut, Per meos amicos obtinui. Cice. Quòd per me certior fias. id eſt, me operãte. Cõpoſita uero perfectionem denotãt. Si legit, perlegat. id eſt, vſq; ad finẽ legat. Cicero, Nuncius qui literas accepit, non pertulit. Aliquãdo in bonum vel in malum accipiť. ut Perſequor. Aliquãdo abnegatiua eſt, ut Perfidus, Periurus. quod ſignificat qui fidem & iuſiurandum fregit. Aliquando Per, ſignificat medium, ſiue trans. vt Perfluo, Perpluo, Perſpicuum, per cuius medium videmus. ut cryſtallus. Aliquando habet vim aduerbii, & pro valde ponitur: tamq; ſuperlatiuo quàm poſitiuo iũgitur. Columel. libro. iiii. Nam credidiſſe villicis, vel etiã vinitori, ſocordis eſt: quum quod longè ſit facilius, adhuc perpaucitiſſimis agricolis cõtigerit, vt nigri vini ſtirpe careant. Cicero, Pergraue mihi viſum eſt. Et ſi addatur quàm, ſignific. maxime. ut Perquàm bonus. id eſt, optimus: Perquàm magnus. id eſt, maximus. Iungitur etiam ſuperlatiuo. Curtius: Perquàm maximo poteſt exercitu comparato. Aliquando ſignificat nimis vehementer: & in bonam & in malam partem. ut Pertinax, qui nimis tenax eſt, durus & inexorabilis. de quo infrà. Componitur autem cum dictione incipiẽte ab a, vt Perago. b, vt Perbibo. c, vt Percurro. d, vt Perduco. e, vt Pereo. f, vt Perfero. g, vt Pergratus h, vt Perhibeo. i, vt Periurus. l, vt Perlego. m, vt Permitto. n, vt Pernocto. o, vt Peroro p, vt Perpendo. q, vt Perquiro. r. vt Pergo. quod ex Per. & ergo componitur: vnde & præteritum Perrexi facit. cum ſ, vt Perſuadeo t, vt Pertinax. u, vt Peruerto

Pera, pellis à collo ad lumbos pẽdẽs, à qua Pera ſacculi genus. Hinc Peram viatoriam vocamus, qua panem & aliquid opſonii geſtare viatores ſolent: quẽadmodum poculum viatorium, quo vinum. Eius diminutiuum eſt Perula.

Peracticum, gummi genus, quod naſcitur in Media, ex arbore quam alii procon vocãt, alii malachran, nõnulli maldacion. Cc.

Peræa, cum diphthõ. vlterior Iudææ pars: quia (vt inquit Strabo) regio quæ trans Euphraten eſt, Peræa nominatur.

Perago, gis, penul. correp. peregi, peractum, perficio. Seneca: Omnia inchoat, nihil peragit. Interdũ perduco. Plautus, Nauem peregit in portum. Apuleius, Et multas noctes peregi inſomnes. Interdum pertracto. Vergilius libro. vi.
Omnia percepi, atq; animo mecum antè peregi.
Interdum pertraho, vel pertrahere facio. ut, Hic me ad carceres, ad mortem vſque peregit. A Perago, fit Peractio, quæ eſt perfectio. Cice. Senectus peractio ætatis eſt. Peragere reum ſignificat cõdemnare: ſed facere reum, eſt accuſare. Vnde ait Iureconſultus: Peregiſſe reum non aliàs quis videtur, niſi & condẽnauerit. Plinius, Dum peragitur reus.

Peragro, gras, penul. corre. ex per, & agro, componiť. Iuxta præpoſitionis & agri ſignificationem, debet ſignificare, per agrũ, ſiue per agros ambulo. Sed quia quod peragratur exprimitur, & pro actiuo ipſius verbi ponitur, agri ſignificatio remouet: & pro ambulo, ſiue inquirendo circumeo ſumitur. Cice. libro iii. Offic. Et ob eam cauſſam vrbe relicta, rura peragrãtes, ſæpe ſoli ſumus. Hierõ. Eandem oram Italiæ quæ quondam magna Græcia dicebatur, laborioſiſſime peragrauit. Hinc peregrinus, peregrinor, & peregrè deducuntur.

Peranno, nas, ſignificat per integrum anni tempos viuo. Componitur enim ex per & anno, nas. Macrobius lib. i. Saturnalium ſcribit, priſcos Romanos mẽſe Martio, & publicè & priuatim ad annam perennamq; ſacrificatum ire ſolitos, ut annare perannareq; commode liceret. hoc eſt, vitam degere incolumen per annum integrũ. Suetonius in Veſpaſiano, Ideoq; puella nata non perannauit.

Peratius, herba folio rotũdo, caule palmũ alto, ramis ſtantibus ab radice quatuor aut quinq; rubentibus, ſemipedali altitudine, ſucci plenis. Cc.

Perbibo, penul. cor. perfecte bibo. Lact. lib. ii. Infecti ſunt perſuaſione, ac penitus eorum mentes ſuccũ ſtultitiæ perbiberunt. Sed hoc per metaphoram.

Pereaſtor, ſiue Peræcaſtor, per ædem Caſtoris. Cc.

Per cauſſam, ſiue per ſpeciem. ſignificat per ſimulatam cauſſam. Liuius libro. iiii. Vt quum adpropinquaret ianuæ eex per cauſſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret à tergo agmen. Idem: Hi poſtquàm aliquid mouerent, colloquẽdum eũ Annibale rati nocte p̃ ſpeciẽ venãdi vrbe egreſſi, ad eum proficiſcuntur.

Percello, lis, perculi, perculſum. ſignificat euerto, percutio. Varro, Alius teneram abietem ſolus percellit. Aliquando differo. Lucilius,
Ad nonum hoc percellit annum.

Perceptnus, auis eſt ex aquilarum genere, quæ circa lacus verſat: vulturi ſimilis, alis minimis, reliquas magnitudine antecellens, ſed imbecillis, & degener, ita vt à coruis ſæpenumero verberet. Cc.

Perciplo, cipis, pen. cor. pfecte capio. Aliquando ponit pro intelligo, ſentio. à quo pceptio.

Percitus, penul. cor. nimis incitatus: qui ira ac furore accenſus eſt.

Percnos, aquilæ genus, ab Homero ſic vocatũ. Aliqui morphnum, alii pygargum vocant. Cc.

Percoarcto, ctas, ex per, & con, & arcto. abiecta n, Arcto verò frequentatiuum, ab arceo fit: & ſignificat pfecte cogo, ſiue conſtringo. Columel. lib. ii. de fœno loquens: Tunc demum (inquit) conuertetur, & vtrinq; ſiccatum pcoarctabimus in ſtringam: atque ita manipulos vinciemus.

Percolo, pe. cor. pfecte colo. id eſt, amo, ſiue veneror. Plau. in Trinu. Feceris par tuis cæteris factis, patrem tuum ſi pcoles.

Percontor, p o, & ſine c, ante t, à conto dicit: quo nautæ vtunt ad loca nauibus opportuna. Nam aquæ altitudinem conto pcentant. Iuuenalis,

Eſſe aliquos manes, & ſubterranea regna:
Et contum, & ſtygio ranas in gurgite nigras,
Atq; vna tranſire vadum tot milia cymba.

Significat autem idem quod pcunctor. id eſt, diligẽter interrogo.

Percudo, is, penul. pdu. pfecte cudo, & quaſi frango. Columella lib. x. Animaduertat auiarius, an pulli roſtellis oua pcuderint.

Perculſus, participium, à pcello. Sæpius ad animum refert. Gregorius: Vna mulieris voce pculſus, dum mori timuit, vitam negauit. Percuſſus, ad corpus, fit à percutio.

Percunctor, per u, & c, ante t, fit à cunctus, cta, ctum, quòd à cunctis pquiratur: quòd is qui curioſus eſt, p cuncta interroget. Et ſignificat diligenter interrogo; pcontor. Plautus: Quid iſtuc in mente eſt tibi, ex me mi vir pcunctarier. Id eſt, morari quærẽdo, ſiue p cuncta. inquirere. Plinius: Percunctanti q; quanti licitaret opera effecta, paruum neſcio quid dixerat. Eſt etiam Percunctari, expectare. Terentius in Phormio, Percunctatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat.

Percurro, ras. penul. pdu. pfecte ſano. Curtius: Per curato vulnere acrius obſidioni inſtitit.

Percurro, valde curro, ſiue currendo pſeuero. Plaut. in Stich. Percucurri, vt nunciarem nſicium optabilem. Teren. in And. Continuo ad te pperans pcurro. Donatus: Vide quantum pperans, & pcurro: ut continuationem curſus oſtenderet. Quandoq; Percurrere, eſt p aliquem locum currere, ſiue diſcurrere. Auguſtinus p tranſlationem: Vt quid opus eſt multa pcurrere, & multa vana hæreſum enumerare? Quandoq; eſt negligentius & curſim ptranſire. Cice. lib. ſecundo de Orato. Et multò apertius ad intelligendum ſi ſic conſtruit aliquando, ac non iſta breuitate percurritur.

Percutio, cutis, penultima cor. pcuſſi, cuſſum, ex per & quatio. q; in c. mutata, & abiecta a, ſignificat ferio. Cuius compoſitum eſt Repcutio. Ambro. lib. i. Officio. Quum malediceret non remaledixit: quum pcuteret non repcuſſit.

Perdicium, herba eſt qua pdices præcipue veſcuntur. Cornucopiæ.

Perdite amare, eſt vehementer amare.

Perditum pdamus, plus ſignificat q̃, perdamus ſolũ. Eſt enim exaggeratio quædam Ciceronis. Terẽtius. Ne puerum pditum pdamus. hoc eſt, ne ex infeliciſſimo infeliciorem faciamus.

Perditus, ta, tum, amiſſus. Et pditus, qui ita alicui pturbationi aut vitio ſubiacet, vt inde ſe eximere nõ poſſit. Et qui omni uitio contaminatus eſt, ita ut de eo nulla ſpes habenda ſit, pditus dicit. Perditum enim dicunt quod interiit, & recupari nõ poteſt. Cice. lib. ii. Officio. Dum homines pditi haſtam illam cruentam & meminerint, & ſperabunt.

Perdius, ex p & dius, quod eſt dies, & is dicit qui per diem vigilat. Gellius lib. ſecundo. Stare ſolitus Socrates dicit, ptinaci ſtatu perdius atque pnox, à ſummo lucis ortu ad Solem alterum orientem: inconniuens, immobilis, iiſdem q; in veſtigiis, & ore atque oculis in eundem locum directis, cogitabundus, tanquàm quodam ſeceſſu mentis atque animi facto à corpore. id eſt, p diem & p noctem. Seneca: Id perdius pnox q; agebat. Sic interdius, intra diem, vel p diem: quia nulla vigilationis ppria ſignificatio ineſt. Dius autem pro die ponit in compoſitione: & nomen eſt, & nominatiui caſus. Sicut noctu, pro nocte. Plautus in Mercato. Neq; cõquieſcã uſquàm noctu neque diu prius profectò quàm aut amicam aut mortem inueſtigauero.

Perdix, auis nota à pdẽdo dicta. Nam (vt Ambroſius Irenæo ſcribit) hæc auis dicit eſſe plena fraudia & fallaciæ, quæ decipiendi uenatoris uias calleat, atq; artes nouerit, ut eum à pullis auertat ſuis. Certe ſi inſiſtere aduerterit, tãdiu illudit, quandiu ſoboli fugiẽdi ſignum tribuat & poteſtatem. Quam vbi euaſiſſe ſenſerit, tunc ſe & ipſa ſubtrahit, & lubrica arte deceptum inſidiantem relinquit. De hac Hieronymus ad Præſid. Perdix aliena oua calefacit furatis ſuis. Sed quum creuerint in nido pulli, euolant, & ad parentes ſuos redeunt, mentitum parentem omittentes. Perdices ſibi inſidiant. Et ſi adſerant illos ad ſyluã qui eos habent, vocem emittit abſconſi & ſic cæteri veniunt, & retibus capiuntur. Plus pedibus quàm pennis fugiunt aucupãtes. Et ſi ad hoc fuerint vt capiant, ſibi ſimilem colore lapidem quærunt, & ibi ſe ſupinos ponunt.

Perdo, dis, didi, ditum, ex per & do ſignificat amitto: quaſi nimis do. Qui autem nimis dat, quicquid habebat amittit. Plau. in Amphi. Hunc non reperi, & illos pdidi. Et pdere, eſt perimere: quoniam quæ amittunt, quaſi mortua nobis eſſe uident. Terentius: Dii te pdant. Huius compoſita ſunt. Depdo: quod eſt, in totum perdo: Caius ſcribit Deperditum dici, quod in natura rerum eſſe deſiit. Diminutum, quod vſu raptum eſt. Diſpdo, conſumo, vel varie pdo. Plautus

in Trinu. Præterea aliquantum animi cauſſa in deliciis perdidit.

Perdono, nas, ſignificat remitto, Augu. in interp. Pſalmi Expectās: Recedis à peccatis, pdonabit peccata.

Perduco, cis, duxi, ctum, ad finem uſque duco. Cice. in Catone: M. quidē Val. Coruinū accepimus ad centeſimū annum uitam pduxiſſe. Aliquando pducere, eſt p vim ducere. inde Perductores, à Cicerone in Verr. dicti ſunt, qui (vt Aſconius inquit) in hoc differunt à Lenonibus: quòd Lenones ſunt ſcortorum: Perductores etiam inuitarum pſonarum.

Perduellio, crimen læſæ maieſtatis, aut reipublicæ, ſeu is qui ita læſit. Cice. lib. ii. Offic. Nam pirata non eſt ex pduellionum numerò diffinitus: ſed cōmunis hoſtis omnium. Vlpianus pro crimine poſuit: Qui pduellionis reus eſt, hoſtili animo aduerſus rempublicam vel principem animatus eſt.

Perduellis, hoſtis dicit. Plau. in Amphi. Perduelles penetrant ſe in fugam ibi noſtris animus additus eſt. Antiqui Perduellem dicebant, quem nunc dicīs hoſtem. Et tunc hoſtis ſignificabat peregrinum, q ſuis legibus vteretur.

Perduo, veteres dixerunt pro perdo, à quo Perduaxo. Plautus, Dii te Deæq; omnes perduaxint cum iſtoc homine.

Peredo, pe. cor. ex p & edo, es. & ſignificat vehementer edo. A' quo peredia, diæ, ipſa comeſtio.

Peregre, pen. coe. ſignificat pegrinando. Et eſt cōmune tam ſignificantibus quietem, quàm motum. ut, pegre ſum, pegre veni, pegre uado. Plaut in Amphi. Bene fecit quia nos eramus peregre, tutatus eſt domum. Teren in Phor. Pericla, damna, exilia peregre rediens ſemp cogitet. Plaut. in Amphi. Ita pegre ueniens hoſpitio publicitus accipiat.

Peregrina ſacra, dicta ſunt, quæ ex aliis vrbibus religionis gratia ſunt aducta.

Peregrinor, penul. pdu. depon. abſolutum ſignific. p aliena loca pagrans, pficiſcor.

Peregrinus, aduena, & aliena loca pagrans: à pagro, gras. Et differt ab hoſpite: quòd peregrinus ſimpliciter eum ſignificat, qui in ſua ciuitate nō eſt: Hoſpes, qui in aliena ciuitate eſt. Antiqua tamen peregrinos, dicebāt hoſtes. Ambroſius: Aduerſarios molli veteres adpellatione nominabant. Hoſtes enim antiquo ritu peregrini dicebantur.

Peremptalia fulgura, priſci adpellauere, quæ ſuperiora portenta periment. id eſt, tollunt.

Peremptorius, a, um, quod eſt mortiferum, à perimendo, vt venenum pemptorium apud Apul. lib. x. Sic apud iuriſcōſul. Titu. de iudiciis pemptoriū edictū dicit, eò quòd tribus edictis ppoſitis, vel vno pro tribus, fieri ſolebat, & q perimat diſceptationē inter litigatores, hoc eſt, non patiat aduerſariū tergiuerſari. Qui verò ſpernebat contumax dicebatur.

Perendie, ſignificat quod vulgò dicitur poſt cras. Cice in Atti. Scies igitur cras, ad ſummum perendie. Hierony. ad Pamma. Vt quod hodie non merui, cras vel pendie merear.

Perendinus dies, dicitur ab hinc tertius. Cæſar: Qui ſi p te liceat perendino die cum proximis hibernis cōiunctim communem cum reliquis caſum belli ſuſtineat. Hinc Comperendino, as.

Perennis, & hoc perenne, ſine h, ex p, & annus, mutatis literis: quaſi p annos durans. id eſt, ppetuus. Inde fit perenno, as.

Perennitas, per annos duratio. Columel. Nam ea cœli poſitio maxime frigida, & minime humida eſt, quæ vtraq; pennitatem conditis frumentis afferunt.

Perenno, as, p annos duro. Columella lib. i. Sed & tēperet vires clementia, quum & terribilior debet eſſe, quàm ſeuior: vt obſequant eius imperiis, & diutius perennent boues non confecti vexatione ſimul verborum operumq;. Idem lib. iii. Roſa hoc modo culta multis annis perennat.

Pereo, is, iui, uel perii, peritum ſecundum analogiam. Componitur enim ex per: & eo quod facit itum, ſed nuſquam legi: quum tamen periturus habeatur. Auguſtinus ſuper Ioan. Tanquàm eſſent ab illo perituri merito turbantur. Et ſignificat perire, amitti. Hierony. in lib. Reg. Perierant autem aſinæ Cis patris Saul. Quandoque abſumere. Terentius in Adel. Nēpe tua arte viginti minæ pro pſaltria periere. Vnde & pro mori ſumitur, quaſi in totum ire: quòd qui perit, prſus abit. Plinius lib. ſeptimo. Tu qui te Deum credis aliquo ſucceſſu tumens, tanti tum perire potuiſti? Atqui etiam hodie minoris potes. Quantulo ſerpentis ictus dente, aut etiam ut Anacreon poeta acino vuæ paſſæ: ut Fabius ſenator prætor in lactis hauſtu vno pilo ſtrāgulatus. Huius compoſita ſunt, Depereo, et Diſpereo.

Perfacul, veteres dixere pro facile. Ce.

Per fas, et nefas, puerbiale: tractum ab his qui quauis via voti compotes eſſe contendunt. Ce.

Per fero, penulti. cor. vſq; ad conſtitutum finem fero. Cice. Sed nſicius ille qui literas accepit, non ptulit. Alibi pro denūciare poſuit. ut in epiſtola ad Cæliū: In his ſum locis, quo et ppter longinqtatem, et propter latrocinia, tardiſſime omnia perferuntur. id eſt, portantur, vel denunciant. Aliquando patior. ut, Diram crucem p nobis Chriſtus ptulit.

Perfido, dis, penul. pdu. valde fido. Cice. lib. iii. Offi. Sic homines ſecundis rebus effrenatos, ſibiq; pfidētes tanquàm in gyrum rationis.

Perfidus, penulti. cor. qui fidem violat, ſiue perdit. Vergilius lib. decimo.

Nunc pelagi Nymphæ claſſis tua pfidus vt nos
Præcipites ferro Rutulus flammisq; pmebat.

Hinc perfidia, & perfidioſe. Cice. lib. i. ad Heren. In odium adducemus, ſi quid eorum ſpurcè, & ſupbè, pfidioſe, crudeliter, confidenter, malitioſe, flagitioſe factum pferemus.

Perfidus, penul. pdu. à fido, is, p eo cui multum fidēdum eſt: ſicut Infidus, cui non eſt fidendum.

Perfodio, fodis, pen. cor. vide in dictione Fodio.

Perfrico as, penultima cor. valde frico. Perfricare verò os, ſeu frontem, ſignificat pudorem deponere. Nā quum in pudibūdo ſanguis diffundatur ex corde in faciē, tanquàm velamentū, qui impudibundi ſunt &

inuerecundi,& erubeſcere videri nolūt,hi ſolēt os & fronte perfricare,ad ruborem illum digerendum, & ſanguinem ad interiora repellendum. Hinc facta eſt locutio prouerbialis de inuerecūdo, vt dicatur: Perfricuit os,perfricuit faciem., perfricuit frontem.pro eo quod eſt,pudorem abiecit. Cic lib.iii. Tuſculan. Quid tergiuerſamus,nec fatemur eam nos dicere uoluptatē,quā tu idem quū os perfricuiſti ſoles dicere. Pli.Perfricui faciem,nec tamen profeci. Martialis, Et ſi perfricuit frontem poſuitq; pudorem.

Perfructus,à perfruor.Cicero ad Hort. Et amœnitate loci perfructus eſt.

Perfuga,pen.cor.qui ad hoſtes perfugit,vel transfugiē di morem perfecte nouit. Cicero lib.iii.Offic.Perfuga ab eo venit in caſtra Fabricii.

Perfugio,fugis,pen.cor.vide In Fugio.

Perfugium, locus tutiſſimus, quo nos in Vexatione, aut calamitate recipere contendimus, quamuis id nonminus apud homines ſit Apuleius,Perfugium facinoroſorum hominum. Liuius libro.ii. Itaque in medio propè iam victores cæſi & uſti. Pars perexigua, duce amiſſo (quia nullum propius perfugium erat) Romam inermes,& fortuna & ſpe ſupplicū delati ſunt. Transfertur etiā ad alia,vt ad literas. Cicero,Itaq; utor eodem perfugio quo tibi vtendum cenſeo literulis noſtris.

Perfunctorie, quod eſt tranſitoriè & inaniter. Vlp. Neq; quidem perfunctoriè aut obſcurè dicere, aut denuntiare debet.

Perfunctorius,a,um,à perfungor.ſignifi.qđ cito,& leuiter trā ſit. Ambr.li.de Paradiſo: Cognoſcere vtiq; non ſola & perfunctoria ſcientia eſt,ſed in eorū operatione quam oporteat fieri.

Perga,oppidum in Pamphilia,à qua Diana pergæa dicta eſt,propter templum illi dicatum.

Pergama,pergamorum,arces Troianæ,Quæ, quoniā altiſſimæ erāt,omnia alta ædificia Pergama ſunt adpellata.Vnde non immerito vrbs ciſalpinæ Galliæ, ex qua ego ortum duxi, Pergamū dici poſſet, quòd in ædito ſita ſit. Sed Plinii autoritas non partipendenda fuit,qui Bergomum per b,& o, ſcribit,& eius incolas Bergomates adpellat.

Pergamum,ſiue Pergamus,ciuitas Aſiæ inſignis, quæ diu ſub Attalicis regib⁹ fortunata fuit,et poſtea Romanorum prouincia facta eſt.Apud quā chartæ uſus inuentus eſt(quæ nūc quoq; vulgò pergamena dicitur)ab Attalo,vt Aelianus:vel ab Eumene,vt Plinius ait:Ex Pergamo Galenus medicus celebris, & Apollodorus orator fuit,qui artes conſcripſit,& Apollodoriam ſectam introduxit,& Augusti Cæſaris magiſter fuit.Et diſcipulum memoratu digniſſimum Dionyſium ciuem ſuum,cognomine Atticum,qui ſermones & hiſtorias cōſcripſit,edocuit.Eſt & Pergamū, Idæ promontorium.

Pergo,pergis,perrexi,ex per & rego, ſignificat uado. Plin. Mox vbi pluribus eodem modo ſe coriis loricauit,in dimicationem pergit.Quādoq; proſequor, perſeuero,ſiue procedo. Teren.in Adel.Nam ſi moleſtus eſſe pergis. Vergilius,
O Dea ſi prima repetens ab origine pergam.
Quandoq; ago. Idem, Pergite pierides.
Quandoq; feſtino. Terent.in Phormio. Domum ire pergam vbi plurimum eſt. Quandoq; conor. Idem in eadem: Hoc vbi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu, placide ire perrexi. Hinc cōponitur Expergo, quod ſignificat expergefacio. Actius,
Heus uigiles pro parte expergite pectora tarda
Sopore. Sipontinus componi putat ex per & ago, ſed (ut opinor) fallitur. Tum quia præteritum perrexi facit,ſecundum analogiam ſimplicis rego, non peregi,quod eſt à perago,tum quia perago compoſitū habetur ab ago.

Pergræcor,pergræcaris,epulis & potationibus inſeruio,quod eſt Græcorum proprium. Titinnius: Hominem impium nūc ruri pergræcatur.

Pergula,locus apertus à multis lateribus, aerem excipiens, aliquando extra parietem porrectus, & modo tectus, modo ſub dio expoſitus, à pergendo dicta, quòd in ea deambulare ſoleamus, forumq; aut hortū,aut plateas,aut uias perſpectare,& quandoq; cœnare. In pergulis præceptores diſcipulos erudiebāt, aliiq; artifices opera ſua velut in propatulo habebāt. Vnde Sueto.de Oraſitio Grammatico: Deinde in pergula docuit.Pli.de Apelle,Idē perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus, atq; poſt ipſam tabulam latens,uitia que notarentur auſcultabat. Eſt & pergula,ordo ac cœtus miniſtrorum obedientium ſtructori. Iuuenalis,
Sed nec ſtructor erit cui cedere debeat oīs Pergula.
Id eſt,pergentinus ordo.Item in naui pergula, dicit excurſus per totā nauim. & alio nomine portiſculus adpellatur.In uineis verò.topiarum opus ſignificat. Colu. Si quæ pergulæ uitium generoſarum à putatoribus relictæ ſunt,ante calendas Apriles vtiq; deputari debent. Pli.etiam uitium generoſarum pergulas præcepit quinquatribus eſſe putandas.

Perhibeo,hibes,penulti.cor.ex per, & habeo.ſignificat dico,& firme teneo.Colu.lib.iiii.India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Interdum Perhibere, eſt dare.Idem in eodem, Eius rei teſtimoniū tu præcipue Syluine perhibere nobis potes. Quādoq; precium denotat,eo modo quo vendo. Plaut.in Perſa, Eodem mihi precio ſal perhibetur,quo tibi.

Peri,ꝓpoſitio Græca,modò ſignificat de,modò ultra, modò circum,à qua multa per compoſitionem fiūt.

Periander,fuit vnus ex ſeptem ſapiētibus Græciæ.Cc.

Periarchōn, ſignificat de principiis, ſiue principalibus. περὶ enim ſignificat de, ἀρχῶν, principiis, licet ſit genitiui caſus, qa Græci carēt ablatiuo. Scripſit Origenes librū periarchon(inquit Hiero.) q ſunt re uera aliàs obſcuriſſimi & difficillimi. De rebus ibi talibus diſputat, in quibus philoſophi omni ſua ætate conſumpta,nihil inuenire potuerunt.

Periboeton,περιβόητον,Græci dicunt celebrem, famigeratumq;.

Peribolus,pen.cor. Latinè circuitus. Dicitur & peribolum,à περιβάλλω,circūeo. Et capitur pro ſepto et corona domus,quæ fit,ne quis delabatur, quæ loris

ca, loricula ue alio nomine dicitur, uide in Lorícula.

Pericles, nomen viri clariſſimi Athenienſis, qui rempub. quadraginta annis gubernauit. ex περί et κλέος, gloria.

Periclitor, pen. cor. idem eſt quod periculor. ut periclitor fama, capite. hoc eſt, periculum ſubeo, iſta perdẽdi. Dicitur etiam periclitor ſiti, quia in periculo poſitus ſum moriendi propter ſitim. Periclitari etiam ſignificat experiri. Cice. lib. i. de Oratore Subeuntibus vſus omnium, & periclitãdæ uires ingenii. Plancus, Ita q́; potius periclitari volui, ſi poſſet mea præſentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorẽ quàm nimis cautus uideri.

Periclymenes, nomen filii Nerei, fratris Neſtoris.

Pericope, penultima cor. amputatio, conciſio dicitur. Hieronym. ad Pamma. Aut ſi tu quoq; narem cõtraxeris, illam apoſtoli περικοπήν (id eſt, amputationẽ, in qua de virginitate, et nuptijs diſputat) aliter diſſerere compelleris.

Periculor, periculum ſubeo. Cato, Periculatus ſum.

Periculoſus, a, um, quod eſt cum periculo. Cicero lib. i. Offic. Grauioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites habere coguntur.

Periculum, à pereo deduci videtur, & ſalutis diſcrimen ſignificat. Vergilius,

Obſcœnamq́; famem quæ prima pericula uito.

Aliquando dicitur experimentum, qua ratum eſt tentamentum ſine periculo. Teren. in Eun. Fac periculũ in literis. Et ſic à perior antiquo uerbo ſecundũ Ser. deriuatur, ſicut à fero ferculum.

Periergia, περιεργία, Latinè ſedulitas dicitur.

Perihegeſis, ambitus. Pli. Poſſidonio qui periplũ aut perihegeſin. id eſt, de terræ ambitu ſcripſit.

Perihermenias, Latinè dicitur de interpretatione.

Perihodus, Latinè clauſula, ſiue circuitus, vel ambitus, vel comprehenſio, vel circunſcriptio & cõtinuatio. Nonnunquàm anfractus & terminus. Nam componitur ex περί, circũ, & ὁδός, uia. Eſt enim vbi plena ſententia eſt. Vnde medici perihodicas febres uocant, quæ certis temporibus veniunt. id eſt, abeunt, & quodam quaſi circuitu facto ruſus redeunt, ut ſunt tertianæ, quartanæ. Eſt & perihodus, genus certaminis apud Græcos. In gymnicis enim certaminibus perihodo viciſſe dicitur, qui pythia, Iſthmia, Nemæa, Olympia uicit, à circuitu eorum ſpectaculorũ. Et maximum decus erat viciſſe perihodo. Vide in dictione Pentathũ.

Perileucos, gemma quæ ab ore ipſius gemmæ ad radicem vſq; candidum habet. Cc.

Perillus, Athenienſis faber ingenio præſtans, qui phalaridi tyranno taurum ex ære fabricauit, in quo reus clauderetur, ac ſubiecto igne, cruciaretur, quam pœnam ipſe primus expertus eſt.

Perimetros, Latinè immenſus quaſi ultra menſuram,

Perimo, quaſi in totum emo. Nam quod interficimus, à nobis emptum, & noſtri omnino iuris factum eſſe videtur, & hac de cauſſa interficere ſignificat. Inde peremptus, interfectus. Cc.

Perimula, Indiæ promontorium.

Perinde, ex per & inde compoſitum eſt, aduerbium ſimilitudinis. Significat enim ita. Cicero lib. iii. Tuſc. In quo facetum illud Bionis. Pèrinde ſtultiſſimum regem in luctu capillũ ſibi euellere, quaſi caluicio mœror leuaretur. Suetonius in Domitia. Nulla tamẽ re pèrinde motus, quàm reſponſo caſuq; Aſcletarionis mathematici. Aliquando ſignificat pariter, æque. Pli. Iunior, Funus, Rufi clariſſimi, & pèrinde feliciſſimi. Suetonius in Cæſare, Quæ ſi quis inueſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum literam. id eſt, d, pro a, & pèrinde reliquas cõmutet. Aliquando multum ſeu valde, admodum. Idem in Galba, Quare aduentus non pèrinde gratus fuit. Et de Augu. Coxendice, & femore & crure ſiniſtro, nõ pèrinde ualebat, vt ſæpe etiam inde claudicaret. Cicero. Terent. Te, & Dolabellam pèrinde diligo. Aliquando ponit̃ pro tanquàm. Et ſic plerunq; habet poſt ſe ac, vel acſi, vel atq; ſi. ut, Fac pèrinde ac ſi tua res eſſet. &, Faueo rei tuæ pèrinde ac meæ. Aliquando ſignificat per hunc modum. Terentius in Phorm. Sexcentas pèrinde potius ſcribito mihi iam dicas.

Perinthus, urbs Thraciæ, quæ nunc Heraclia dicit̃. Inde, Perinthius, a, um. vt Perinthia Menandri. Terent. Menander fecit Andriam & perinthiam. Cc.

Periodicus, a, um, pen. cor. vide in periodus.

Periœcus, Latinè contubernalis dicit̃.

Peripatetici, philoſophi dicti ſunt, à περιπατεῖν. hoc eſt, à deambulando. Et περίπατον Græci uocãt deambulationem. horum princeps fuit Ariſtoteles, Nã in Lyceo inambulans docebat. Hinc commentationes ueſpertinas Ariſtoteles δείλον περίπατον. id eſt, poſt meridianam ambulationem adpellat.

Peripetaſma, atis. genus cortinæ, qua parietes & aulæ teguntur, ſeu tapetia. Babylonici floris, uarietate cõſpicua, quæ à Lucretio Babylonica dicunt̃, ab aliis aulæa, & Attalica, à Capitolino ſtromata & periſtromata, à Varrone beluata. hoc eſt, à beluis uariegata, à Plauto periſtromata.

Peripeteias, & Placas, Græci euentus uarios adpellant. Plinius, Caſus mirabiles dixit in præfatione περιπετείας.

Periphanes, conſpicuus dicitur. nam περί, circum. φαίνω, luceo.

Peripheria, circumferentia.

Peripheroma, quaſi ſupplementum. Figura eſt, quum particula aliqua, ſententiæ minimæ neceſſaria additur metro. Vergilius,

Multum ille & terris iactatus & alto.

Vbi ſine particula ille ſtaret ſenſus, & non uerſus.

Periphoretos, quaſi circunlatilis, quales adpellari ſolent, qui in lectica circumferri conſueuerunt.

Periphraſis, Latinè circunlocutio, vel circuitio. ut apud Verg. Etiam prima nouo ſurgebat &c. Quum diem tantum ſignificet. Eſt enim oratio, rem ſimplicem circumſcribens elocutione.

Periplum, id eſt, luſtratum nauigatione circuitum.

Peripneumonia, περιπνευμονία, morbus quum pulmo totus adficit̃, & tuſſis ſubſequit̃. Qui hunc morbum patiunt̃. Peripneumonici dicuntur. Plinius, Mellis

P uidem natura talis eſt, vt putreſcere corpora nō ſinat, & aucibus tonſilis anginæ, omnibusq́; oris deſy- deriis utiliſſimum, areſcenti q́; in febribus linguæ. In vero peripneumonicis pleureticisq́; decoctū. Quū vehementior eſt difficultas ſpirandi, & ſpirare æger ſine ſono & anhelatione non poteſt, Aſthma vocaſ. Orthopnœa, quum ſpirare non poteſt, niſi recta cer- uice ſpiritus trahatur. Diſpnœa, quum difficultas ſpi randi modica eſt.

Peripſema, atis. pen. produ. quod Græci περίψημα ſcri bunt. à περιψάω, quod eſt circumrado, vel circumli- no, abſtergo & repurgo. Vnde limatura, ſiue raſura, & purgamentum dici poteſt. Vnde apud Apoſtolū, Tanquàm purgaméta huius mundi facti ſumus om- nium pipſema uſq; adhuc.

Periſcelis, idis, ornamenti genus circa crura, quo mu- lierum greſſus componi ſolebant, ut docet Porphy- rius, enarrans illud Horatius,

Sæpe periſcelidum raptam ſibi flentis.

Fit autem ex περί, circum. σκέλος, crus Hiero. in lib. Num. Ob hanc cauſſam offerimus in donariis domi ni ſinguli, quod in pda auri potuimus inuenire, peris ſcelides & armillas, anulos, & dextralia, & murænu- las, vt deprecens pro nobis dominum. Idem ad Fa- biolā ſcribit piſcelides à Latinis vocari fœminalia, ſeu brachas, quibus pudenda velanſ.

Periſſologia, ſupflua locutio. ut ſi dicamus: Felix ſit, et minime pereat Cæſar. Nam περισσὸν, ſupflua. λόγος, locutio.

Periſſon, Græci inæquale atq; impar dicunt.

Periſteræ, dicunſ columbæ domeſticæ, & harum ſta- tiones periſteriones vocamus. Cc.

Periſtereon, idem quod periſterotrophiū. Varro In- cedunt locum unū quod alii vocant piſtereona, alii periſterotrophion, in quo vno ſæpe vel quinq; mi- lia ſunt incluſæ. Periſtereon fit ut teſtudo magna ca- mera tectus vno oſtio anguſto.

Periſterotrophium, locus in quo columbæ habenſ. Latinè columbarium, quamuis columbarium ppriè ſit loculamentum in piſterotrophio, ſingulis colum- barum partibus pparatum. Inde Periſtereos, herba columbis admodum familiaris. Var. lib. iii. de Reru- ſtica, Duo genera earum in piſterotrophio eſſe ſo- lent. Vnum agreſte, quod habeſ in turribus ac cul- minibus uillæ.

Periſtonium, (ut Auguſt. ait) eſt ora quæ tunicæ talari vel ſuebaſ, vel texebaſ. & hoc eſt quod Græci dicūt περιστόμιον. id eſt, oram habens in circuitu.

Periſtroma, penult. pducta, quaſi circumſtratum. Idē quod pipetaſma. Plautus in Pſeu. Ita ego ueſtra late ra loris faciam, vt valide uaria ſint, ut ne periſtromata equæ picta ſint Campanica. Cic. lib. ii. Phil. Conchy liatis C. Pompeii periſtromatis ſeruorum in cellis le ctos ſtratos uideres.

Periſtylium, quaſi circumcolūnium. περί, circū. στῦλος, columna. Eſt autem locus circunquaq; porticum ha bens, vel ſaltem à tribus lateribus. Victru. Periſtylia in tranſuerſo tertia parte longiora ſint quàm introrſus. Itidem tetraſtylos, heſtylos, octoſtylos dicunſ à

Victru. loca à numero columnarum.

Periſtylus, locus clauſus columnis.

Perithous, nomen viri ppriū.

Perito, tas, pen. cor. frequentatiuum à pereo. ex per & ito. De ſimplici. Gellius, Ne quoad cœnā, niſi ad ceras ſ ſona ritaret. De compoſito. Plautus in Capti. Qui per virtutem pitat non interit.

Periurus, qui iuſiurandum violat, vel qui iurando ius peruertit. Vergilius,

Talibus inſidiis, piuriq́; arte Simonis.

Periurium, eſt iuſiurandum violatum. Quid autem ſit iuſiurandum. Cic. lib. iii. Offic. declarat dicens, quòd ſit affirmatio religioſa. Idem ibi. Regulus nō debuit conditiones pactionesq́; bellicas, & hoſtiles pturbare periurio.

Perizoma, perizomatis dic. omne quod circumcingit pudendorum uelamen. vt in Gene. Fecerūt ſibi pizo mata. Idem diciſ, & lumbare & bracha.

Perizonium, palliolum pcinctum, quo nudæ virgines infra papillas præcingunſ, hoc & præcinctorum & caſtula diciſ.

Perlego, penultima cor. multum ſiue à principio ad fi nem vſq; lego, aut uideo. Plautus in Aſin. Lege, perle ge. Quintil. Quod videre non eſt ſatis, ſed perlegens dum erit. Vergilius,

Quin ptinus omnia Perlegerent oculis.

Perlitus, penul. cor. à perlino, is. Apule. lib. i. E t lolio perlitus.

Perlucidum, & pellucidum, à pluceo, vel pelluceo per mutationem r, in l, ſicut perluo, & pelluo, perlicio, & pellicio. Et eſt id per cuius medium oculos di mittimus atq; uidemus. vt aqua, laterna, vitrum. Refer etiam ad mentem. Plaut. in Aul. Is pellucet quaſi laterna punica.

Perluo, multum lauo. Colu. Cum uino perluitur os.

Permaneo, manes, penultima cor. uſq; ad finem maneo. Plinius Iunior: Tunc demum lente cunctāterq́; veniunt, nec tamen pmanet, ſed ante finem recedunt. Per tranſlationem ponitur pro pſeuerare. Terentius in Hecy. Vnde ira inter eos interceſſit, quæ tam pmanſit diu.

Permanō, as, pen. prod. ad finem mano, deſcendo. Cic. lib. I. de Nat. Deo. Nec eſt quod ab his ad hominum vitam pmanere poſſit. Idem lib. iiii. Tuſcu. Nam quū eſt concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quaſi quædam Socratica medicina, quæ ſanaret eam cupiditatem, permanat in venas, & inhæret in viſceribus illud malum, id eſt, deſcendit & penetrat. Plautus in Capti. per tranſlationem poſuit pro vulgare. Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant, ne'ue permanet palàm hæc noſtra fallacia.

Permeſſus, fluuius Bœotiæ ex Helicone pueniēs, Phœbo, & Muſis ſacer. Vergi. in Sileno,

Tum canit errantē Permeſſi ad flumina Gallū.

Declinatur etiam hic Permeſſis, idis, vel idos. Mart. Quid tibi cum Cyrrha? quid cum pmeſſidos vndā?

Permitto, ſino. ut, Permitte me legere. Interdum dedo. Curtius lib. i Sexaginta dierum inducias pacti, ut ni ſi intra eos auxilium Darius ipſe miſiſſet, dederēt ur-

bem poſtquàm nihil inde pſidii mittebatur, ad præſtitutum diẽ ꝑmiſere ſe regi. Interdũ incito. Siſenna li. iiii. Et inde equũ cõcitatũ priceps ad hoſtiũ ꝑmittit aciẽ. Interdũ ꝓcipito. Idẽ li. iiii. Multi ꝓmiſſis armis ex fumo ſe ꝑmitterent. Interdũ cõmitto. Sall. Ea poteſtas per ſenatũ more Romano magiſtratui maxima permittitur. Idẽ, M. Petreio legato exercitum ꝑmittit. Et Permittere, eſt quaſi ad finem mittere. Col. li. viii. Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti.

Pernæ, à pede, uel à Græco περνα. dicunt tam priores quàm poſteriores coxæ porcinæ, ſalitæ, cum toto pede, quos Martia. petaſones adpellat. Plini. Caſtrant ſues poſt biduũ inediam ſuſpenſæ ꝑnis prioribus. Quidam dicunt Pernam ꝓprie pedem ſignificare, quo vocabulo Hiſpani nunc vulgò utuntur. à quo pernæ ſuillæ. Vnde & Cõpernæ, qui ſunt longis pedibus. Ab huius Pernæ ſimilitudine, piſcis quoq; genus pna dictus eſt, ex concharum genere, circa Pontias inſulas frequentiſſimum, quod ſtent veluti ſuillo crure longo in arena defixi.

Perniciabilis, ad necẽ omnia ducens. Liuius, Multos exinaniuit rigor uiuis inſoſitus, multorum exuſſit pedes, plurimorum præcipue pniciabilis fuit.

Pernicialis, mortalis. Plin. Pernicialia & braſſicæ cum uite odia.

Pernicies, mors, à perneco. Neco autem à nex. Hinc Perniciosus, pro mortifero.

Pernicitas, velocitas. Plinius, Albi cauda villoſa homines naſci pernicitatis eximiæ.

Pernio, morbus pedum, ex nimio frigore prouenlens, & calcaneum infeſtans præcipue. Plinius, Rapum domeſticum, pniones feruẽs impoſitum ſanat. Et crudũ tuſum cum ſale prodeſt cuicunq; uitio pedum. Huius diminutiuum eſt perniunculus. Idem, perniunculos, curat, & cotyledon cum axungia.

Pernix, nicis, pen. ꝓdu. à pernitor, ris, qui nimium nititur. Vnde aliquando ſumitur pro celeri. Verg. lib. iiii. Pedibus celerem, & pernicibus alis.
Aliquando pro nimium perſeuerante. Idem lib. iii. Georgicorum de tauro ferociente, Et inter
Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili.
Hiero. ad Demet. ꝓ vtroq; ſignificato poſuit, Equorum curſus clamore pnicior fit. Hic pernicior & pſeuerantior intelligi poteſt. Pernix verò pernicis. pen. cor. à perneco, as, fit pro pernitioſo. Et in fœminino genere ſumitur pro morte.

Pernocto, as, per noctem moror, uerſor, vigilo, oro, quieſco, ambulo, ſto, habito, dormio, uel quicquàm aliud facio, ſiue bonum id ſit, ſiue malum. Non autẽ totam noctem inſomnem duco. Hoc enim rariſſime euenit, ne quis per totã noctem euigilet. Vnde illud Terẽ. in Adel. Sed ſi hic pernocto, cauſſæ quid dicẽ Syrẽ, ita interpretor. Si hic ꝑ noctẽ moror, nẽ añ ſi uigilo per totã noctẽ, qđ ad rẽ non ꝑtineret, quũ ille de ꝑnoctatione ſua in urbe, qui rure ꝑnoctare ſolebat loquatur. Ne pater, ſi rure ſe abſentẽ noctu deprehenderet, ſuſpicioſus exquirat, quur non rus redierit. Et illud in Hecy. Nam negabas, nuptum filiam te tuã, poſſe pati cũ eo, q meretricẽ amaret, & ꝑnoctaret foris. Cic. pro Cluen. Quũ eſſet adoleſcens apud muliercuſã quãdã, atq; ibi ꝑnoctaret. Id eſt, per noctem moraretur. Idẽ pro Archia. Adoleſcentiã agunt, ſenectutẽ oblectant, ſecũdas res ornant, aduerſis perfugium atq; ſolatium ꝓbent, delectant domi, nõ impediunt foris, ꝑnoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. id eſt, hoſpitantur, per noctem morantur, uerſantur, ſtant. & huiuſmodi, ut pernocto ſit, quaſi qđ generatim per noctẽ fieri poſſit. Idẽ pro domo ſua, Propter inopiã tecti in foro pernoctans. id eſt, dormiẽs. Pomponius: Pernoctare extra vrbem dicitur, q nulla parte noctis in urbe ſit. Eſt & Abnocto, qđ ſignificat per noctẽ ſiue noctu abſum. Seruius in li. v. Aenei. Hoc etiam illa lex iuris indicat, q cum tribuno ple. abnoctare ab urbe non liceret, licebat tamen exire poſt noctem mediam, & ante mediam reuerti.

Pernox. generis omnis, ſignificat per noctem, non q tota nocte nunquam dormiat. Pli. de Luna ſic inqt, Creſcens ſemper aut ſeneſcens. Et modo curuata in cornua, modo æqua portione diuiſa, modo ſinuata in orbem maculoſa eademq; ſubito prænitẽs immẽſa, orbe pleno ac repente nulla aliàs pernox, aliàs ſera, ex parte diei lucem Solis adiuuãs deficiens, & in defectu tñ conſpicua. Quũ enim dicat aliàs pernox, aliàs ſera. Idem ſit qđ tarda, pernox cita ſignificare conuenit. hoc eſt, (ut ego ſentio) nocte modò ad ſurgendum cita, modò tarda. Alter ſi enim ex altero declaratur. Liui li. v. Præliũq; ante lucẽ, ſed Luna pernox erat cõmiſſum eſt, & haud incertius diurno ꝓliũ fuit. Hic pernox, ſignificat quòd Luna per totam noctem erat, ſiue lucebat. Hinc pernocto.

Pero genus calciamenti ruſtici ex corio crudo, contra niues hymbresq; & frigora, q peram ueteres pellem dicebant pendentem à collo ad lumbos. Iuuenalis,
Quem non pudet alto Per glaciem perone tegi.
Vergil. lib. vii. priſcos Latinos perone in bellis uſos oſtendit, quum inquit, Veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero.
Vict. verò, ex vlua (inquit) paluſtri factis ꝑonibus. Vbi quaſi ꝓ culeo & utre accepit. Pero etiã fuit nomen Nelei filii, & frater Neſtoris.

Perogigamus, q admittit ut ſaliat equã. Eo enim adiutante, equa alligata celerius admittitur. Var. lib. ii. de Re ruſtica, ꝑogitam adpellat.

Peronatus, qui ꝑones adſumpſit. Perſius,
Nauim ſi poſcat ſibi ꝑonatus arator.

Peroro, as, finio, ꝑago, ſiue uſq; in finem dico, ſicut dicimus orare, ſignificare agere ſiue dicere. Lactã. li. v. Quãquã Tertullianus eandem cauſſam plene perorauerit in eo lib. cui Apologetico nomen eſt. Cic. li. ii. de Legibus, Video Platonẽ idẽ feciſſe omnẽq; orationẽ eius de legibus ꝑoratum eſſe vno æſtiuo die. Hoc tñ uerbum ſignificat ꝑfecte, ſiue quantum perfecte poſſum oro. Vnde Peroratio dicitur finis orationis. Sed quia in hac parte utimur plerunq; affectibus, ideo uſurpamus plerũq; Perorare. ꝓ ipſa adfectuũ cõmotiõe. Quint. At iſta legẽ recitat, & in cadauere filii perorat. id eſt, indignationem cõmouet.

Perorri, populi ſunt Aethiopiæ, non multũ remoti ab

Atlante monte. Cornucopiæ.

Peroſus, ex per & oſus. Oſus autem participiũ eſſe puto verbi odio, pro quo defectiuum odi máſit in vſu. Vnde Oſor verbale. Nam ſicut à prandeo. pranſus ſum, quum tamẽ & prandi dicamus, ita & oſus ſum ab odio capimus, pro quo eſt odi præſenti, & præteriti perfecti temporis. Teren. in Adel. Et illud ius nulla alia cauſſa tam male odi: niſi quia propè eſt. Plautus in Capti. Odi ego aurum multa multis ſæpe perſuaſit perperam. Capiunt ſimiliter Oſus, Exoſus, & Peroſus, & actiuæ ſignificationis ſunt & participia, quod oſtẽdit Oſurus futuri temporis. Exempla omnium proferam. Feſtus ſcribit: Oſi ſunt, ab odio declinaſſe antiquos, teſtis C. Gracchus, in ea quæ eſt de lege Minutia, quũ ait: Mirum ſi quid his iniuriæ fit, ſemper eos oſi ſunt. Quod nunc quoq; cum præpoſitione elatum, frequens eſt, quum dicimus Peroſi. Columel. lib. x. Neq; ea curatorem fraudulentũ tantum, ſed etiam immundã ſegniciem peroſa eſt. Quintilianus lib. i. Qui modo legitimam diſciplinam nõ ſint peroſi. Plautus in Amphit. ſimplici vſus eſt, Inimicos ſemper oſa ſum. Verbale autem in Aſina. Madidum, nihili, incõtinentem, atq; oſorem vxoris ſuæ. Exoſus Vergil. lib. v. poſuit. Iuppiter omnipotens ſi nondum exoſus ad vnum Troianos.

Exoſus paſſiue etiam dicitur ab Eutropio.

Perotta, genus chartæ nuper inuentæ. Cc.

Perotti, à peronibus dicti ſunt. Cc.

Perpendiculare, Geometræ vocant, quod recte in aliquid incidit. ut radii Solis recte, ex alto in aquã deſcẽdentes, Perpẽdiculares adpellãtur. Illos integros, hos cõfractos in aqua videmus adparere.

Perpendiculum, inſtrumentũ fabri materiarii, ſeu cæmentarii, quo plumbo à filo & gnomone pẽdente, rectitudo ſeu obliquitas operis perpenditur. id eſt, examinatur. Aſconius: Perpẽdiculum linea laterum æqualitatem à ſummo ad imum latitudine probãs. Cicero lib. ii. Academica. Atq; ſi crederemus, nõ egeremus perpẽdiculis, nõ normis, non regulis. Perpendiculi inuentor fuit Dædalus.

Perpẽdo, di, propè examino. vide in dictione pẽdo.

Perpenſe, aduerb. ſignificat propè, examinatè, ponderatè. Ambro. lib. de Caim: Ex quo cognoſcitur nec illud otioſe ſcriptum: ſed perpenſe & examinate, qđ legimus in Regnórum libris.

Perperam, penul. correp. aduerbium, ſignificat praue, peruerſe. Plau. Quid ni ſemper agit perperam. Exponunt Perperam petulanter, ſeu inconſtãter, : vt eſt illud Apoſto. Charitas nõ agit perperam. id eſt, non eſt inconſtans. Perperos enim Græce inſtabilis eſt, et leuis, & mentis inops. Et hæc in eos intendit, qui leuitate quadam & inconſtantia pleraq; innouant. Poteris & hoc pacto intelligere. Non agit perperam. id eſt, contumelioſe.

Perperi, pe. cor. indocti, ſtulti, praui, mẽdaces. Accius: Deſcribere eum miror perperos popularis.

Perperitudo, modo prauitatem, modo ſtultitiam ſignificat.

Perpero, ras, deprauo: quaſi nimis exacte paro.

Perpes, etis, penultima correpta, generis omnis. idem quod perpetuus.

Perpeſſius, qui nimis cum labore & dolore paſſus eſt: à perpetior fit.

Perpetuum, pen. corr. aduerbium ſignificat perpetuo.

Perpeto pe. corre. ex per & peto. ſignificat continuo. id eſt, valde & ſine intermiſſione peto, perago, perficio. Vnde perpetẽ & perpetuum dicimus integrum, ſolidum, & nunquam interruptum.

Perpetro, as, pen. corre. ex per & patro. ſignificat perficio: & plerunq; in malam partem.

Perpetuo, perpetuas, perenno, cõtinuo. Augu. lib. iiii. Ciui. Dei, Gaudiũ verũ perpetuabitur ex Deo, in quẽ flagrabit charitas ex corde puro. Neuius: Miſerum me, cui datũ eſt vt hunc ſolus perpetuem laborem.

Perpetuus, a, um, ut accipitur à Theologis. id eſt, cui & principiũ datur, & finis. ut mundus & homo exterior. Sempiternum, quod ex ſemper & æternum cõponitur, id intelligitur quod principium habet, nunquàm habiturũ finem. ut ſunt angeli, & dæmones, et interior homo. Aeternũ, quod nec prĩcipiũ habuit, nec idem finem habiturũ eſt, ut Deus. Quæ differentia nulla eſt apud Oratores: ut ex libris Ciceronis de Natura Deorũ, & in Tuſcul. intueri licet. Eſt quãdo Perpetuum ſignificet continuum: vnde perpetuã orationem, dicimus continuam. Ouidius,

Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Perpluere, ſignificat per medium pluere. Quintil. lib. ſexto. Quum cœnaculum perplueret.

Perpol, aduerbium iurandi. Cc.

Perquàm, compoſita dictio, ſemper poſitiuis adiungitur, & uerbis.

Perrepto, as, frequentatiuũ à perrepo. ſignificat tarde & cũ labore incedo. Teren. in Adelphis: Perreptaui uſq; omne oppidum, ad portam & ad lacum.

Perrhæbi, gens Epirotica. Propertius,

Aut quíur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi.

Perrumpo, pfecte, ſeu per mediũ rumpo. Colu. lib. ii. Sic oẽs radices herbarum perruptæ necantur. Liui. lib. viii. Qui aliquoties impetu capto perrũpere nõ poterat hoſtium agmen: detraxit frenos equis.

Perſcribo, ad finem uſq; ſcribo. Liuius: Facturus'ne ſim operæpretium, ſi à primordio urbis res geſtas populi Roma. perſcripſerim.

Perſebolis, Perſidis regia. Ptolemæus tamen hanc urbem Perſepolim, non perſebolim uocat, & ſic legendum opinor. Lege Ptolemæum libro ſexto.

Perſeis, Nymphæ nomen, à perſeo ſic dicta. Cc.

Perſephone, penult. correp. dicta eſt Proſerpina, & ſignificat uirtutem ſeminum, quam olim raptam ab Orco dicunt Quia (ut inquit Auguſtinus) defuit terræ fœcunditas.

Perſequor, in bonam & in malam partem accipi poteſt. In bonam, ut ſi quid aut quem quoad poſſumus ſequamur. Et ſic ſignificat quod cœperã perſeuero exequi. Nam (ut inquit Dona.) Perſeueratio nomen pſequentis oſtendit. Perſequitur enim qui non deſinit ſequi, quod eſt quaſi perfecte ſequor. Terent. in And. Is hinc bellũ fugiens, meq; in Aſiam pſequens, proficiſcitur.

proficiſcitur. Cicero pro Deio. Spem infinitam perſequi nolui. Plini. Qui mihi omnes ſuaderent, vt extremum opus perſequi feſtinarem. In malum ſignificat inſector, vlciſcor. Plau. Quid me miſeram atq; innocentem perſequaris. Salluſt. Et accepta iniuria ignoſcere, quàm perſequi malebant.

Perſero, ris, ex per & ſero. ſignificat pſecte ſero. Plau. poſuit pro diſſemino, quſi ait: Inde veniſſe perſerit.

Perſes, nomen fuit regis Perſarum ſeu Macedonũ, qui ab Aemylio ductus eſt in triumphum Romam cum filiis, perittq; in carcere animi mœrore confectus, vel (vt alii tradunt) vigiliis maceratus. Fuit & alter Perſes, Solis & Perſæ Nymphæ filius, rex Tauricæ regionis cruentiſſimus.

Perſeuerantia, quæ eſt in ratione bene conſyderata, ſtabilis, ac perpetua permanſio.

Perſeuero, ras, pe. produ. ex per & ſeuerus cõponi putomon enim ſeuero legitur. Et ſignificat cum cõſtantia animi & quaſi quadam ſeueritate continuo.

Perſeus, ei, & Perſes, is, vel Perſi: ſicut Achilles, is, vel Achilli, & Achilleus, ei, eſt nomen proprium viri, de quo multa præclara geſta narrãtur. Hic fert Cephei gener, quòd Andromedã ceto propoſitã liberatam à periculo, vxorem duxerit, qui nobilitatis & virtutis cauſſa ad ſidera dicitur perueniſſe. A quo Meduſam (ut eſt in fabulis) harpe Vulcania, quæ ex adamante facta fuerat, interfectam eſſe conſtat. Cic. lib. ii. de na. Deorũ, Minorẽ autẽ Septentrionem paſſis palmis ſubſequiẽ Cepheus: Hunc antecedit Caſſiopeia. Ad pedes Andromedæ Perſeus deſcribitur.

Perſia, æ. ſeu Perſis, idis, & Perſida, æ: Orientalis regio, à Perſe ſeu à Perſeo rege ſic dicta: cuius populi Perſæ dicti ſunt. Propertius,

Perſarum ſtatuit Babylona Semyramis vrbem.

Item Perſi. Lucanus libro decimo.

Ex Phariis Perſisq; fuit Macedumq; tyrannis.

Hæc regio (ſicut Ptolemæus ſcribit lib. v.) à Septentrione Medis terminat. ab Occaſo Suſiana, ab Ortu ſolis duabus Carmaniis, à Meridie parte ſinus Perſici. Eius oppida ſunt Axima, Perſepolis, Dioſpolis, ibi primum inuenta eſt ars magica. Ad eam Nembroth gigas poſt confuſionem linguarum abiit, Perſasq; ignem colere docuit. Primus in ea rex (ſicut refert Iuſtin. lib. i.) fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primam Sibyllam in ea natam ferunt, quæ hæc de Chriſto prænſtiaſſe traditur: Panibus ſimul quinq;, & piſcibus duobus, hominũ milia in eremo quinq; ſatiabit, & reliquias tollens duodecim cophinos implebit in ſpem multorum.

Perſica poma, dicta ſunt q ex Perſia primò adducta fuerunt.

Perſicus, a, um, penulti. corre. quod ex Perſia eſt, vt regnum Perſicum. Iuuenalis,

Nec Crœſi fortuna vnquàm nec Perſica regna Sufficerent animo. Dicimus etiam Perſicum ſinum, qui ab Oriente eſt maris rubri: qui vero ex aduerſo eſt, Arabicus dicitur. Ponitur quandoque Perſicus pro diuite & opulento: à Perſarum ſcilicet diuitiis, luxuq;. Horatius,

Perſicos odi puer adparatus. Plautus pro peracuto poſuit.

Perſideo, ſides, penul. correp. ex per & ſedeo.

Perſillum, vas erat ficcatum, in quo vnguentum ſeruatur, quo vngebantur Quirini arma. Cc.

Perſiſto, is, vide in dictione Siſto.

Perſolata, herbæ genus, quã (vt ait Plin.) Græci vocãt arction, & aliquando pſopiten, quã nemo ignorat, folia habet maiora cucurbitis Dicta Perſolata, à perſolaſqd nomen apud ueteres (vt Placidus Grãmaticus inquit) ſignificabat perſonam

Perſoluo, is, perfecte ſoluo. Decius Brutus: Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt. Eſt enim proprie propter debitum, vel ꝓpter alicuius virtutes & beneficia erga aliquem. Lactan. lib. vii. Vt vnicuiq; pro merito aut præmiũ perſoluat aut pœnam. Vergilius,

Perſoluant grates dignas & præmia reddant.

Perſonale, quod ad perſonam pertinet. vnde Perſonalis actio, quæ in perſonam fit. Perſonale uerò uerbum, quod per perſonas diſtinguitur: cuius contrarium eſt Imperſonale.

Perſonam, diffiniunt philoſophi eſſe, naturæ rationalis indiuiduam ſubſtantiam. Tria igitur neceſſaria ſunt ut aliquid perſona dicatur: ſcilicet quòd ſit indiuiduum. Non enim in vniuerſalibus, ſed in ſingularibus tantum perſona dici poteſt. Quòd ſit in genere ſubſtantiæ: Nam accidentia quum per ſe non exiſtant, nec per ſe agant, perſonam conſtituere non poſſunt. Et quòd ſit quid rationale, quoniam id eſt perſonam quantum ad ipſam actionem, quod in ſe habet quod poſſit agere vel nõ agere. Et hoc habẽt ſolum rationabilia. Ideò de ratione perſonæ eſt, q ſit quid rationale. Non ergo lapidis, vel arboris, vel irrationalis animalis: ſed vel Dei, vel angeli, vel hominis perſona dicitur. Perſona etiam dicitur facies conficta: à Græcis πρόσωπον vocata. Nam caput (vt Baſſus inquit) & os cooperimento perſonæ tectum vndiq;, vnaq; tantum vocis emittẽdæ via apertum, quoniam non vaga nec diffuſa eſt in vnum tantummodo exitum coactam vocem & magis claros canorosq; ſonitus facit. Ob eam cauſſam perſona dicta eſt, o, litera propter vocabuli formam productiore. Vnde perſonati. dicuntur qui huiuſmodi perſonis tecti ſunt, & proprie hiſtriones, atellanici ſunt.

Perſonata quoq; fabula, dicitur quæ agitur à perſonatis hiſtrionibus. Hanc iuniores laruam vocant. Hinc per tranſlationem perſona ſumitur pro qualitate, qua alius ab alio differt: tum in animo, tum in corpore, tum in extrapoſitis. quæ à Rhetoribus numerãtur in attributis perſonæ. Animi, vt quo ſtudio ſe exerceat, literarum ne an militaris diſciplinæ. Et Iracundus ne ſit, an mitis. Luxurioſus, an temperãs. Corporis: vt, adoleſcens ne ſit, an ætate adultus: Pulcher, an deformis. Extrapoſitorum: vt, diues, an pauper. Clarus, an obſcurus. Vnde in ſcenis hiſtriones perſonas accipiſſe, hoc eſt, facies aut ſerui, aut ancillæ aut militis, aut paraſiti. Et in vno homine multæ poſſunt eſſe perſonæ. vt perſona iracũdi, mitis, leti.

Item Perſona præceptoris, mariti, patris. Hinc Grãmatici perſonas conſtituũt, perſonã ſecundã & tertiam. Perſona etiã genus herbæ, de qua Colu. lib. vii. Venenum viperæ depellitur ſuper ſcarificationẽ ferro capta herba quam vocant perſonam, trita, & cum ſale impoſita. Ex qua quoq; fiſtula ex ære ſiue marmore, aut alia materia, ex qua aqua exilit è fonte, ꝑpter ſigna quæ fieri in ea ſolent, Perſona quandoq; uocatur, & ſipunculus proprie dicitur.

Perſonata felicitas, dicitur à Seneca nõ vera, ſed ſimulata, quæ forinſecus eſt decora, intus vero deformata inſtar hiſtrionum: qui inducta perſona ſimulant, & imitantur quecunq; velint.

Perſonata vulnera, ſunt quæ latent.

Perſonatia genus herbæ, quam Græci fortè petaſiten vocãt. Plinius, Folio perſonatiæ nullũ eſt latius.

Perſonatus, qui ꝑſonis, hoc eſt, laruis indutus eſt. Denicq; generali vocabulo Perſonatus dici poteſt, quiſquis foris aliud oſtẽdit, & intus aliud ſentit, & machinat. Perſonati proprie attellani uocant: quia ius eſt his non cogi in ſcena ꝑonere perſonam, quod cæteris hiſtrionibus pati neceſſe erat.

Perſonatus pater, dicitur ab Horatio, comicus pater, inductus in comœdia ſub perſona hiſtrionica. Scribit Cice. quòd Roſcium perſonatum non magnopere laudabant.

Perſonatus, tus, ipſa in perſonis actio. Vnde dicimus hiſtrionem perſonatum agere in ſcenis.

Perſono, nas, vide in dictione Sono, nas.

Perſpicacitas, conſyderatio & acumen.

Perſpicax, conſyderatus, acutus.

Perſpicio, ad plenũ video, cognoſco ue. Cice. in Læli. Quidã ſæpe in parua pecunia ꝑſpiciunt quàm ſint leues, quidã uerò quos res parua mouere nõ potuit, cognoſcunt in magnis. Hinc Perſpicientia. Idẽ lib. i. Offi. Sed omne quod eſt honeſtũ, id partiũ quatuor oritur ex aliqua. Aut enim in perſpicientia ueri, ſolertia q; verſatur. id eſt, perfecta cognitione.

Perſpicuitas, ſplendor, ac facilitas.

Perſpicuum, dicitur per cuius medium uidemus: ſed magis ad incorporalia pertinet, Pellucidũ ad corporalia. Plinius: Tam claras perſpicuasq; ſententias. Sic dicimus Perſpicuam orationem, id eſt, claram & apertam.

Perſpiſſò, aduerbiũ, ſignificat tardè. Plau. Quia quod bene promittunt aruſpices pro ſpiſſo euenit. Cc.

Perſtino, as, pen. cor. uide in dictione Deſtino.

Perſto, as, permaneo, perſeuero, Gellius: Hoc modo perdius, pernox q; perſtabat. Lact. lib. i. Vt in perpetuum vanitatis illorum monumenta perſtarent.

Perſtringo, gis, valde ſtringo, ſeu breuiter aut ſummatim ſtringo, dico vel ſcribo. Hierony. Hæc à me perſtricta ſunt breuiter. Perſtringere vero eſt obtenebrare, obtundere: ut quum oculi nimia luce, aut aures nimio ſonitu perſtringunt. Lactan. lib. ii. Horum pulchritudo ac nitor perſtringit oculos. Horatius libro Carminum: Iam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aures, iam litui ſtrepunt.

Perſuadeo, es, ere, eſt ſuadendo inducere. Cic. lib. i. ad Herẽnium: Si animus auditoris perſuaſus fuerit. Quod ipſe Cicero ſic expoſuit (licet per alia verba) id eſt, ſi oratio aduerſariorũ fidẽ fecerit auditoribus. Cæſar Cõmentar. iiii. idoneum quendã hominem, et callidum delegit Gallum, ex iis quos auxilii cauſſa ſecũ habebat. Huic magnis præmiis pollicitationibusq; ꝑſuadet, vt ad hoſtes tranſeat, & quid fieri uelit edocet. Qui vbi ad eos uenit, timorem Romanorũ proponit, perſuadet. id eſt, ſuadendo inducit in animũ. Terentius in Andria, Ipſus mihi Dauus, qui intimus eſt eorum cõſilus, dixit: & is mihi perſuadet nuptias quãtum queam vt maturẽ. Idem in Phormione: Sed vbinam Getam inuenire poſſim, vt rogem quod tempus conueniendi patris me capere perſuadeat. Hic perſuadeat, maxime ſuadeat ſignificat. Similiter Lactan. lib. vi. Quid M. Tullius in ſuis offi ialibus libris, non ne hoc idem perſuadet, nõ eſſe omnino largiẽdum? id eſt, maxime. Quod eſt contra eos qui volunt Perſuadere tantum in effectu eſſe: Suadere in actu. vt eſt Sipontinus, qui ait: Suadere eſt hortari aliquem ad id quod intendimus: Perſuadere, eſt ſuadendo, aut diſſuadendo aliquid, hominem in opinionem noſtram inducere.

Perſum, valde ſum. Gellius: Platoni & Socrati perfuit familiaris.

Perſuo, in totum ſuo. ex per & ſuo.

Pertædeo, des, dui, à quo Pertædeſco, quod eſt tædio vehementer adficior. Gellius: Iamq; omnes finem cuperent, verbisq; eius defatigati pertæduiſſent.

Pertæſus, a, um, participium ſine verbi origine (vt inquit Serui.) & regit adcuſatiuum. Sed poteſt eſſe à pertædeo. Suetonius in Cæſa. Et quaſi ꝑtæſus ignauiam ſuã, quòd nihil dũ à ſe memorabile actũ eſſet. Vergilius libro. iiii. Aeneid. genituo iunxit. Si non pertæſum thalami tædæq; fuiſſet.

Per te, aut me, aut alium ſtare, dicitur, quum nos aut aliquid aliud ne quid fiat cauſſa ſumus. Plinius, Omnia iam parata erant, niſi per eum ſtetiſſet.

Per tempus, ſignificat opportune. Teren. in Hecy. Per tempus accedamus.

Pertendo, ad finem tendo. Auguſti. lib. xvi. Ciuitate Dei, Quotoq; is q; anno vitæ ſuæ filium genuerit, ad iſtum generationum ordinem pertinentem qui pertendit ad Habraam.

Pertento, tas, vehemẽter tẽto, valde experior. Verg. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. Teren. in And. Sed ea gratia ſimulaui ut vos pertentarem. Alibi leuiter tento. ut, Blanda uiciſſim Gaudia pertentant, Sunt enim multa quæ pro locis intelliguntur. vt impotens, & ſatis, & minus, & nihil potens. Aliquando Pertentare eſt ſæpe tentare. Vergil. libro. iii. Georgicorum. Non ne vides vi tota tremor pertentet equorum Corpora?

Pertexo, xis, perago, perficio. Trãſlatio à textoribus, qui primò telam ordiũtur, & orſam, deinde texunt. Cice. lib. ii. de Orato. Et pertexe modo Antoni quod exorſus es. Propriè tamen Pertexere, eſt valde, vel ad finem vſq; texere.

Pertimeſco, ſignificationem ſui primitiui habet. Non enim retinet ſignificationē paſſiuam innatam. Lact. lib. iii. Quare nō eſt quòd philoſophis tantū hono-ris habeamus, vt eorū eloquentiam pertimeſcamus.

Pertinacia, (vt inquit Cicero) perſeuerantiæ finitima eſt: & tam in bonum, quàm in malum ſumitur. Sue-tonius in Cæſare, Ne patientia & pertinacia hoſtis, animi ſuorum frangerentur. Accius, Pertinaciam in-docti poſſident.

Pertinax, penulti. correp. qui nimis tenax eſt. à perti-neo. Plaut. in Capti. Quid tu ais? tenax ne pater eius eſt? Et ille imò ædepol pertinax. Pertinaces igitur ſunt, qui id uehementius tenēt, quod tenere non de-bent. Aliquando ponitur pro perſeuerante in bonā partē, quum plerūq; in malam legatur. Et ſic à per-tendo fit. Nam (vt inquit Varro) in quo non debet pertendi, & pertendit, pertinacia eſt. In quo verò oporteat manere, ſi in eo perſtet, perſeuerentia uo-catur. In bonam partem. Valerius Maxi. lib. i. Non mirū igitur, ſi pro eo imperio augendo cuſtodien-doq;, pertinax eorū indulgētia Deorum ſemper ex-cubuit, quòd tam ſcrupuloſa cura paruula quoque momenta religionis examinari videtur. Seneca lib. vii. de Benefi. Vincit malos, pertinax bonitas. Liui. Vincit tamen omnia pertinax virtus.

Pertineo, tines, penul. corre. ad finem vſq; teneo. Hie-rony. ad Ocea. Tunc me tenebat erēmus, atq; utinā pertinuiſſet. Aliquando pertinere, eſt pertingere. Cæ-ſar Cōment. Ex eo oppido pons ad Heluetios per-tinet. Et pertinere, attinere. Nam ea pertinere ad nos dicimus, quæ dominii noſtri ſunt, & ea quæ aliquo iure poſſidemus: quàuis nōn ſint noſtri dominii. Itē ea quæ in nulla noſtra cauſſa ſunt, ſed eſſe poſſunt. Hinc Aliquando pertinere ad me, accipimus pro eo quod eſt officium meum eſſe, ſiue onus mihi incum-bere. Et pertinere ad nos de aliqua re, eſt nos curare & magnipendere eam rem. Hierony. libro ſecundo Regū, Siue enim fugerimus nōn magnopere ad eos de nobis pertinebit, ſiue media pars ceciderit è no-bis, non ſatis curabunt.

Perturbo, valdè turbo. à quo pturbatio, quæ eſt auer-ſa ratione contra naturam animi commotio. Autor Cice. libro iiii. Tuſcula.

Peruagor, & peruago, penulti. correp. per aliquem lo-cum vagor. Cicero lib. iii. ad Heren. Sed illud facere oportebit, vt identidem primos quoſq; locos imagi-num innouandarum cauſſa celeriter animo peruage-mus. Liuius lib. i. Nunc errabundi domos ſuas vlti-mum illud uiſuri peruagerentur.

Peruello, is, vellico, & punctiunculis torqueo. Cicero lib. iii. Tuſcu. Quid mæres? quur ſuccumbis, cedisq; fortunæ? quæ peruellere te forſitan potuerit & pun-gere, nō potuit certè vires frangere.

Peruenire, ſignificat ad finem venire.

Peruentores (autore Auguſtino) ſunt qui ad potentū quorumlibet tanquàm inacceſſibiles amicos conue-nientium perſonarum interpoſitione, ambitione ac arte pertingunt.

Peruerſi, (inquit Hierony.) qui de recto declinant ad peruerſitatem. vt Diabolus, Iudas, & hæretici, & ſu-perbi omnes.

Peruerto, modò cōuerto, modò deprauo ſignificat.

Perueſtigo, pe. prod. rē olim quæro, ſed quærendo inuenio vel acquiro. Veſtigo autem quæro. Tractū à ueſtigiis, tanquàm à ſignis indiciiſq;, quibus ad rei notitiam peruenimus. Cicero libro ſecundo de Orato. Noſſe regiones intra quas venias & perueſti-ges quod quæras.

Peruicax, penul. cor. durus, cōtentioſus, nulli cedens, perſeuerās, cum quadam vi. Ter. in Hecy. Adeon' peruicaci eſſe animo, vt puerum præoptares perire? Hinc Peruicatia, durities, obſtinatio.

Peruigilium, multa uigilatio & cuſtodia. Plin. lib. xi. Peruigilio quidē vincitur cibi. Et peruigiliū, ſacrū nocturnum quo vigiliæ indicitur: vt per totam no-ctem vigiletur. Liuius lib. xxiii. Caſtra Campana vt peruigilio neglecta ſimul omnibus portis inuadit. Suetonius de Cali. Nec alia de cauſſa videtur, eo die quo periit peruigilium indixiſſe, quæ ut initium in ſcenam prodeundi lumina temporis auſpicaretur.

Peruigilo, las, vſq; ad finem uigilo, vel totam noctem inſomnem duco. Martialis,

Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue.

Peruinca, herba vulgò nota, quæ in longum creſcit, obula quæq; uinciens ac peruinciēs: folia habet lau-ro ſimilia. Ideoq; chamæ daphne, hoc eſt, parua lau-rus adpellatur. Florem facit violæ ſimilem, & coro-namētis adhibetur.

Peruius, a, um, quod iri poteſt. ſic dicimus uirginem eſſe cœli peruiā. Aliqū dr penetrabile. Ouid. li. ii. Meta. Domus eſt imis in vallibus huius, Abdita Sole carēs, nō vlli peruia vēto.

Peruolo, as, pe. correp. vſq; ad finem volo.

Peruolo, peruis, pe. cor. valde cupio. Liuius, Peruelim ſcire utrum qui deſcēdunt, an qui retinētur de me quærātur.

Peruſia, Hetruriæ ciuitas, à quā Peruſinus, a, um. Prop. Si Peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulchra.

Pes, pedis, ima pars corporis, de quo ſuprà in dict. Pe-des. Hinc deducitur per cōpoſitionē multa: vt Vni-pes, Bipes, Tripes, Semipes, Cornipes, Flexipes, Pla-nipes, Loripes, Sodilipes, Alipes, Curuipes.

Peſſi, fœminarum medicamēta, quæ in molli lana na-turalibus earum cōduntur.

Peſſinus, nūtis, emporiū Phrygiæ, habēs templū maxi-mum (vt inquit Strabo) magnæ uenerationis matris Deum, quam Andigiſtan uocāt. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus ſtructus eſt, & tēplo & porticia bus ex albo lapide. Romani celebre reddiderūt edu-cta inde Deæ ſtatua: & Peſſinūtia adpellata.

Peſſulatæ fores, dicūtur peſſulis clauſæ, minutæq;. Et Peſſulata, ianua, peſſulis firmata.

Peſſulus. penul. correp quaſi paruus pes, inſtrumētum quo oſtium clauditur (Cadenacius vulgò dicitur) clauēq; mox ſubdita reſeramus. Apuleius, Tum myr-mex tādem clauē peſſulis ſubiecta pādit fores. Idē Subdita claui peſſulos reduco. Vnde Oppeſſulata ianua, id eſt, peſſulis firmata. Feſtus, Obices ſunt peſ-

ſuli ferrei. Dictus peſſulus, quòd à ne peſſum detur oſtium affigi ſolet, & annecti. Huius diminutiuum eſt Peſſellus.

Peſſum, aduerbium ſignificat modo retroſum, modo deorſum, quaſi ad pedes, uel ſub pedibus. Plin. li. iiii. Peſſum iere uitæ pretia, omnesq; à maximo bono, liberales dictæ artes in cõtrarium cecidere. & Peſſum eo, hoc eſt, cedo, vel retrocedo.

Peſſundo, as, conculco, reprimo, arceo.

Peſtilentioſus, a, um, quod peſtilentiam adfert. Augu. lib. ii. Confeſſionum: Iamq; peſtilentioſum, & in poſterum periculoſum ſentiebat cohærere termino coniugalis adfectus, ſi reſecari ad viuum non poterat.

Peſtis, Peſtilens, Peſtilentia, & Peſtilitas, in una ſignificatione accipiuntur. Lucretius lib. vi.
Hæc igitur ſubito clades noua peſtilitasq;. Cicero lib. i. de Fato: Inter locorum naturas quantũ interſit videamus: alios eſſe ſalubres, alios eſſe peſtilentes. A' peſtilentia ſit peſtilentioſus.

Petala, à Græcis dicuntur arborum frondes. πέταλον, Latinè folium, unde petalon, foliatum, unde in dictione Foliatum. Et Bracteas antiqui Petalia, à tenuitate nominabant. Caryotarum quoq; petalia uocantur, calendis Ianuariis miſſitari ſolita, de quo Ouidius & Mar.

Petaſites, à Dioſcoride ſurculus herbæ, quæ eſt maior vlna digiti magni craſſitudinis, cuius folium petaſo ſtes ingens inhæret, ut fungus.

Petaſo, pen. cor. caro porcina, quam alii coxam, alii cã partem ſuis dicunt, quæ ab alis incipit, & coſtas cõprehendit, quibuſdam veluti virgulis pinguibus diſtincta. Fruſtum de perna præcidit, & ſale obrutũ, deinde in fumo ſuſpenſum adſeruatur. Mart.
Muſteus eſt propera charos ne differ amicos,
Nam mihi quum vetulo ſit petaſone nihil.
Huius diminutiuum eſt petaſunculus. Iuuen.
Siccus petaſunculus & uas Pelamidum.

Petaſſa, Rhodos aliquando nominata eſt. Ce.

Petaſus, pen. cor. capitis tegmen, galero perſimile, ſiue ipſe galerus. Fitq; à Græco πετάννυμι, quod eſt extẽdo, cuius aoriſtos eſt epetaſa. Vnde petaſus, quod alio noĩe Schiadion dicunt, hoc eſt, umbellam. Vnde apud Plautum legitur, quòd pſeudolus ipſe à Carino quærit. Sic etiam opus eſt chlamyde, & machæra, & petaſo, quòd hæc tria eſſent militaris hominis ornamenta. Hinc petaſati, qui galero & capitis ornamento utuntur. Suetonius de Augu. Aeſtate apertis cubiculi foribus, ac ſæpe in periſtylo ſaliente aqua, atq; etiam uentilante aliquo cubabat. Solis vero ne hyberni quidẽ patiens, domi quoq; non niſi petaſatus ſub dio ſpatiabat. Per tranſlationẽ verò petaſus dr, quiddã in galeri formam ædificiis ſuperpoſitum extenſum, & explicatum, in metæ formam ſe contrahens. Plin. lib. xxxvi. Supra id quadratũ pyramides ſtant quinq;. Quatuor in angulis, & in medio una. Inimò latæ pedum ſeptuagenum quinum: alteræ cẽtenũ quinquagenũ, ita faſtigiatæ ut in ſummo orbis æneus, et petaſus vnus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeant, excepta catenis tintinnabula, quæ uento agitata longè ſonitus referant. Sũt qui petaſum accipiant pro pinna quã gladiatores in galeis habebant, ſed nõ eõgruere videtur. Alii accipiunt petaſum pro quodam calciamenti genere, allegãtq; Plau. in Amph. dicentem, Ego has habeo uſq; in petaſo pinnulas. Et apud Lactantium accipitur petaſus, pro alato Mercurii calciamento. Idem quoq; Plau. in Amphi. Iudẽ habet petaſum, quum ſerui pileũ habere non poſſent, niſi quum facti fuiſſent liberi.

Petauriſtæ, qui ita ludunt & leuioribus ſaltibus mouẽtur. Var. lib. i. de Vita paſto. Nec minus aliquo in genere ſunt ludi uelitis, Galli, Germani, Petauriſtæ, qui & petauri dicuntur, à πετάσθαι, uolare.

Petaurũ, genus ludi, et machina quædã lignea. Quo quidẽ ludi genere hoĩes per aera rotarũ pulſu iactabãtur. Mart. Quã rota tranſmiſſo toties impacta petauro. Dici etiam poteſt petaurũ ſupra quod homines agilitate corporũ inſignes ludunt, ut haſtæ circa quas ſe uoluant. Funes, ſupra quos etiã recipiẽtes ambulãt. Circuli, per quos ſe more piſcium tranſmittũt. Tabulæ, è qbus in aera pẽdent vno brachio ſe ſuſtinentes. Græci dicunt petaurum eſſe laqueum, & aſſeres quibus domos tegunt. Iul. Pol. exiſtimat caueam eſſe in quam ſe cortis alites cubitum ituræ conferunt.

Peteſſo, ſis, antiquum uerbum, idem quod peto, ſicut impetraſſo, recõciliaſſo, cõmonſtraſſo, qualia apud Plautum plurima. Cicero lib. ii. Tuſculanarum, Qui hanc gloriam peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. Plautus in Trinu. Vtram potius harum mihi artem expeteſſam.

Petigo, pen. prod. morbi genus, qui & Impetigo dicit, quòd à vicina petat ſeſe late, ſumma cute, diffundens, occupat plerunq; totum uultum, oculis exceptis.

Petilauſura, ſignificat ungulam equi albam.

Petilia, urbs, metropolis Lucanorum, à philoctete cõdita. ἀπὸ τοῦ πετάσθαι, id eſt, uolare, quia ex augurato locum delegit.

Petilius, flos colore albo, dictus vel à paruitate foliorum, uel ab urbe Lucaniæ petilia.

Petilus, pen. correp. tenuis exilis. Lucilius: Inſignis uaris cruribus & petilis.

Petimia, hulcera in humeris iumentorum, quòd ima, id eſt, profunda petant.

Petiolus, diminutiuum eſt à pede. Afranius, atq; adeo nolo nudo petiolo ambules. Et Petiolus dicit quo fructus pendet. Colu. li. x. Quum iã matura mala fuerint, antequã rumpantur petiolis quibus pendent intorqueto. Idem & Peditinus dicitur.

Petiſia, poma ſunt parua gratiſſimi ſaporis. Ce.

Petitio, poſtulatio. Aliquando etiam gladiatorum impetus. Cicero, Quòd ergo tuas petitiones ita coniectas, ut uitari nullo modo poſſent, parua quadã declinatione concutiunt.

Peto, petis, petiui, vel petii, petitum. ſignificat oro ſiue obſecro, uel uolo. Petere (ut inquit Varro) proprie eſt aliquid ſimpliciter & precario poſtulare, Et ſic vnum tantum exigit accuſatiuum. Cicero, Te autem pro vetere noſtra neceſſitudine etiam atq; etiã peto vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimum conſ

mam condones. In malum. Salluſt. in Iug. Ipſe acer, bellicoſus, at is quem petebat, quietus, imbellis erat. Sic in bonum dicimus: Pater ſalutem filii petit, ſeruus beneuolentiam domini. In malum, ut, Hic petit caput alterius aut famam. Hæc enim in hominis perniciem petuntur. Aliquando Petere, eſt inſtanter poſcere. Vnde Petulcus, & Petulans. Liuius lib. I. ianı Horatius, cæſo hoſte, victor, ſecūdā pugnam petebat. Aliquando inſidias tendere. Plancus, In quo caſu hanc capio voluptatem, quòd certe quò magis me petiuerūt, tātò maiorem his fruſtratio dolorem attulit. Aliquando violenter aggredi. Cicero pro Liga. Quid enim tubero tuus ille diſtrictus in acie pharſalica gladius agebat, cuius latus ille mucro petebat? Aliquando manere expectare. Vergilius lib. viii. Aeneidos,

Troiano hæc monſtra petunt

Aliquando cupere. ut apud eundem lib. iiii. Georgic.

Pulchramq́; petit per vulnera mortem.

Aliquando percutere. Liuius lib. xxii. Hiſpano punctim magis quàm cæſim adſueto petere hoſtem. Aliquando inquirere. Vergilius,

Euandrum petimus. Aliquando eligere. ut Idem,

Principio ſedes apibus ſtatioq́; petenda.

Aliquando proficiſci. Sueto. in Veſpa. Et Cutilas ac Reatina rura, vbi æſtiuare quotannis ſolebat, petiit. Aliquando influere. vt Campū petit amnis. Quando verò conſtruitur cum ablatiuo, inſtrumentum, ſignificante, pro inſtrumenti diuerſitate diuerſa ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam referatur, Nam petere manu, eſt ducere. Vergilius,

Tartareum ille manu cuſtodem in uincula petiuit.

Petere pedibus, eſt ire. Apuleius, Dum pedibus iter faciens propinquū rus peterem. Petere gladio, aut veneno, aut lapide, aut cornu, & huiuſmodi, eſt inuadere, ferire, & ſaluti inſidiari. Idem,

Iam cornu petat & pedibus qui ſpargat arenam.

Et Malo me Galathea petit laſciua puella.

Suetonius in Tibe. Miſſum in arenam aprum iaculis deſuper petiit. Petere curſu, adpiſci obtinere. Verg.

Quæ littora proxima curſu Contendunt petere.

Petere blandiciis, eſt blandiri. Quintilianus: Nouercam blandiciis petit. Petere muneribus, oſculis, precibus, eſt conciliare. Apuleius. Quum me lachrymis precibusq́; petiiſſet. Petere oculis, eſt contemplari. Petere auribus, audire. Petere naribus, olfacere. Petere tactu, palpare. Iungitur interdum huic verbo ablatiuus. Cice. Audes quicquàm ab iſtis petere? Nūquàm verò vel rarò duos accuſatiuos habet. Huius compoſita ſunt Adpeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, & Suppeto, quæ habent penultimam correptam.

Petoritum, pen. cor. genus vehiculi. Horat. lib. i. Ser.

Atq; caballi Paſcendi, ducenda petorita nunc mihi curto Ire licet mulo.

Petra, lapis tenerior mitiorq́; ac minor. Vnde gemmæ lapides, non ſaxa dicuntur. Hinc Petroſus, a, um quod eſt petris abundans. Eſt & Petra Arabiæ oppidum, quod Nabathæi incolunt. Vnde pars ea Arabiæ uocatur petrea,

Petrea, pars Arabiæ. Et petrea, mulier quæ pōpā præcedēs in coloniis ac municipiis imitabat̄ anū ebriā, quòd pedes in petras frequenter impingeret.

Petroleon, oleum quod eſt petris naturæ ſponte fluit.

Petrones, ruſtici dicti ſunt à veteribus, à petrarū aſperitate, & duricia. Hinc Plautus petronem veruecem duriorem elegāter dixit, vbi ait in Capti. Qui petroni nomen indunt veruecı ſectario. Ego ſi in uia petronem publica conſpexero, Et petronem, & dominum, reddam mortales miſerrimos.

Petronia, nomen vxoris Vitellii, de qua apud Sueto. & petronia, nomen fluuii in Tyberim defluentis, dicti q̄ per petras fluat.

Petronius, nomen uiri propiium. Quo nomine vocatus eſt autor non ignobilis.

Petroſelinon, quaſi petrarum apium. nam inter lapides melior naſcitur. Eſt herba nota quæ inter apii genera numeratur, componiturq́; ex petra, & σέλινον, apium.

Petulans, pen. cor. improbus, à quo petulantia, improbitas, quum alios per contumeliam petimus. Cicero, Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua. Quādoq; ponitur pro ſuperbo. Idem, Petulanter diues. Quandoq; prò laſciuo. Ouidius,

Quin etiam vt poſſem uerbis petulantius uti,

Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.

Et generaliter petulantia, eſt laſciuamentū ſiue effrænatio īmodica, ad quodlibet vitiū, à petendo dicta.

Petulcus, laſciuus. Vergil. Hœdiq́; petulci.

Vnde meretrices quoq; petuleas veteres dixerunt, à petendo.

Pexo, as, à pecto, is. Vnde pexæ veſtes, quæ pectine contextæ, & pexati, qui pexis veſtibus ſunt induti. Martialis, Pexatus pulchre rides mea zoile ſemper. Sunt qui dicunt pexas veſtes eſſe piloſis contrarias, raſas quæ pilis carent. In quem ſenſum accepiſſe videtur Hieronym. contra Iouinianū, quum ait, Antè nudo eras pede, modò non ſolum calciato, ſed & ornato. Tunc pexa tunica & nigra ſubucula ueſtiebaris ſordidatus & pallidus, & calloſam opere geſtitans manum, nunc lineis & ſericis veſtibus, & Atrabatum ac Laodiceæ indumētis ornatus īcedis. Ibi enim pexam tunicam, puto intelligi raſam, & quaſi laceram. Nam ubi Perſius dixit,

Pexumq́; togaq́; recenti. Probus, Barba (inquit) tonſuræ genus eſt, quo iuuenes ſic tōſi pexibarbi adpellantur. Nos præpoſitionem addimus Depexa. Terent. Depexum dabo.

Pezitæ, fungi, qui ſine radice aut pediculo naſcuntur quaſi pedeſtres. Dicti quòd non tollāt ſe altius à terra. πέζοι, pedes, etiam in ludo ſcachorum πέζοι.

P ANTE H.

Phæaces, populi fuerunt Corcyræ, unde & Corcyra phæacia dicta eſt, quæ in littore maris Ionii eſt. Scribitur in prima cum æ, diphthō. Hinc Phæacius, a, um, & phæacus, a, um, una ſyllaba minus. Propertius lib. iii.

Nec mea phæacas æquant pomaria ſyluas.

Phæacum, ciuitas in planicie eſt, quæ ab utraq; parte

habet duos editiſſimos vertices, in quibus adhuc ſunt arces.

Phæcaſius, calceus. vnde Phæcaſios, ſeu Phæcaſſatos ſacerdotes & Deos vocamus. Seneca ad Luciliũ, Si quem palliatum, aut Phæcaſiatum conſpexeris.

Phædon, Athenienſis, in conuiuio à triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit. Huius filiæ uirgines erãt. Quæ vt virginitatem ſeruarent morte, inuicem ſe cõplexæ, in puteum præcipitauere. Fuit & alius hoc nomine philoſophus Elidẽſis, Socratis auditor, ingenio liberali, Qui (ut quidem ſcripſerunt) ſeruiuit lenoni, pẽrinde quaſi meritorius puer, quæſtuariũq; mancipium. Eum Cebes Socraticus emiſſe dicitur, habuiſſeq; in philoſophorum diſciplinis. Atque is poſtea philoſophus illuſtris fuit, cuius nomini Plato librum de immortalitate animæ dedit, & alio nomine Phædan inſcribitur.

Phædrus, nomen viri proprium, quo ſignificatur clarus, alacer. Phædros, pulcher.

Phæſtum, urbs in Creta, à qua Phæſtius quidã dictus eſt, quem adiutorem cõdendis legibus Solonis fuiſſe tradit Plutarchus, inclytum uaticinio, & rerum diuinarum peritia.

Phæſtus, mons, ſeu promontorium Cretæ. Fœminino verò genere ciuitas in eo.

Phaeton, dictio triſyllaba. Nam a e, diuiſas ſyllabas habet, & aſpiratur. Dictus ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Sol dicitur, vt inquit Seruius lib. v. Aene. Item lib. vi. à luce ardoris ſui.

Phaetuſa, fuit vna ex filiabus Solis.

Phagedæna, cum diphthongo in penult. Nam Græce φαγέδαινα ſcribitur. ἀπὸ τοῦ φάγειν. hoc eſt, ab edẽdo, & eſt exulceratio, uſq; ad oſſa celeriter depaſcẽs, quum inflammatione ſaniem male olentem emittẽs, & ad mortem perducẽs, autor Iulius Pollux. Plin. li. xx. Hulcera quæ Phagedænas vocant, folia & radix recens cum melle ſanant. Et apud Columellam putatur eſſe morbus quem in iumentis vermem adpellãt. Idem apibus tribuit lib. x. Sæpe etiam (inquit) uitio quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt.

Phagones, à phago verbo Græco, quod eſt ab edo, dicuntur voraces, & eo verbo Plautus vtitur. Cc.

Phagus, us, & phagi, arbor glandifera. ἀπὸ τοῦ φάγειν, comedere. Vergilius in Culice,

Vmbroſæq; manẽt phagus hederæq; ligantis Brachia. Hinc phagineus, a, um, & phaginus, a, um, pen. cor. pro materiato ex ea arbore. Ouid. li. viii. Meta. Illic phagineus dura clauo ſuſpenſus ab anſa. Verg. Pòſt ualido nitens ſub pondere phaginus axis.

Phalacron, Græci caluum dicunt. Vnde corui aquatici Phalacrocoraces dicſitur, ut inquit Plinius, Hinc loca ſatis fruticibusq; nuda phalacras adpellant quaſi caluета, vt quæ nihil ferunt, Apud Columellam Glabreta dicuntur.

Phalæcium, carmen dictũ à phalæco inuẽtore. Cõſtat ſpondæo, dactylo, & tribus trochæis. hoc & hendecaſyllabum à ſyllabarum vndena menſura vocatur.

Phalænæ, quidã piſces in mari. Ambr. Quid gladios loquar, aut ſerras, aut canes mariticos, aut phalænas, aut zigænas? Balænã dicunt eſſe. Etiam ſunt beſtiolæ alatæ quæ ad lucernam uolant.

Phalangæ, ſunt quibus baiuli ferendis oneribus utuntur, quas σκευοφόρια Plato adpellat. Pli. li. vii. Phalãgæ fuſtes ſunt nodis carentes, qbus Afri prælium cõtra Aegyptios primi fecerunt. Iul. Pollux, Phalãges, inquit, phalãgia dicuntur ligna, quibus ſubiectis naues trahi ſolent. Sic Nonius ſcribit Phalanges ſignificare fuſtes teretes, q nauibus ſubiiciuntur. Scribit Herodotus Aethiopas vicenos dentes elephãtorũ grãdes, & è materia ebeni centenas phalangas, tertio quoq; anno tributi vice regibus pendere ſolitos. Latinè phalangæ dicuntur. A quo fit phalango, phalangas, quod eſt onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Afranius, Et capream unam ſemilaceram quaterni ſimul phalangabant.

Phalangarii, qui aliqd oneris phalangis tranſuehunt, qui modo tetraphori, modo hexaphori dicſitur. Itẽ phalangarii adpellati ſunt milites, q erant in phalãge, quales habuit ad imitationem Alexandri magni, Alexander Syrius Romanorum imperator, ut autor eſt Lampridius.

Phalangium, genus aranei, quòd omnibus internodia terna ſint in cruribus. Sunt q Phalangii nomine omnes araneos intelligant. Dicitur & phalanx.

Phalanx, langis, dictio Macedonica, qua non propriè legio, ſed quadrata acies, & cuneus militaris intelligitur, quando ſcilicet pes pedi, clypeus clypeo, vir viro, in acie conſerebatur. Et hoc peculiare fuit Macedonum inſtitutum, vt autor eſt Liuius, & meminit Curtius, cuius hæc verba ſunt, Macedones phalãgem vocant, peditum ſtabile agmen, uir uiro, armis arma conſerta ſunt. Cæſar, Milites noſtri è loco ſuperiore pilis miſſis, facile hoſtium phalangem perfregerunt. Vnde proculdubio accipitur phalanx pro armorum connexione atq; teſtudine. Hinc per tranſlationem à Satyrico poeta dictum eſt. Iunctæq; umbone phalãges. Item Phalanx, eſt regula continens lances. id eſt, libram. Et Phalanx ab Ariſtotele genus aranei, quod & phalangium dicitur Tarantola. Item phalanges dicuntur digitorum internodia.

Phalara, ciuitas à phalaro amni Ithomæ Mineruæ proximo.

Phalarica, à phalis. id eſt, turribus dicta eſt, qa turres defendat. Vel à phalari Siculo tyrãno, ut Amianus inquit. Hæc (ut Vegetius ſcribit) ad modum haſtæ, valido præfigitur ferro, qđ in lõgitudine habet pedes treſuut quum armis corpus tranſfigat, inter cuius tubam & haſtile ſulphur, reſina, bitumen ſtupa conuoluuntur infuſa oleo, quod incendiariũ vocãt, baliſtæ impetu deſtinata, prærupto munimine ardens figitur ligno, turritamq; machinã incẽdit. Eſt autem magna & parua Phalarica. Vnde Luca. dixit phalaricã neruis mitti tortibus. Vergilius uerò ait, Turnũ manu iaculari potuiſſe. unde lib. ix.

Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo.

Phalaris, idis, nomen proprium Agrigentinorũ regis crudeliſſimi, cuius extant epiſtolæ.

Phalera, portus Athenienſis celeber.

Phaleræ, ornamenta equorum. ἀπὸ τοῦ φαλοῦ dicuntur, ſeu à verbo Græco, quod illuſtrare ſignificat.

Verg. libro. v. Aeneid.

Primus, equum phaleris inſignẽ uictor habeto. Inde

Phaleratus, a, um. id eſt, phaleris ornatus. Suet. in Claudia. Craſſus frugi equo phalerato, & in ueſte palmata. Et nõ tam equorum ſunt ornamenta phaleræ, quã equitum & nobilium. Liuius lib. xii. tradit Gomitia Flauuii ædilitia tantum habuiſſe indignitatis, ut pleriq; nobiliſſi aureos anulos & phaleras deponerẽt. Plin. libr. xi. refert olim ab ordine equeſtri phaleras fuiſſe poſitas ex indignatione. Apud Terentium phalerata dicta leguntur. pro ornatis.

Phalereus Demetrius philoſophus: dictus eſt à Phalero portu, ſiue à phalera prouincia, Phanoſtrati filius & Theophraſti auditor. Athenis præfectus fuit, à Caſſandro Macedonum principe, quum eſſet ciuis. Qui (vt autor eſt Strabo) non modo popularem nõ deſtruxit potentiam, ſed etiam in melius reformauit. Verum tantum inuidia valuit, ut poſt Caſſandri obitum, in Aegyptum fugere coactus ſit: & eius inimici ſtatuas plures trecentis diſiectas, cõflauere. Hinc tãdem morſu aſpidis periit, quum multa apud Ptole. in clamitoſo ocio ſcripſiſſet.

Phalerium, vrbs Tyrrhenæ Hetruriæ. Inde phalerius, a, um, Stephanus.

Phaliſci, populi Hetruriæ, quorum oppidum Phalerii vocabatur. Sunt q arbitrãtur phaliſcos vocari, quos nunc corrupte montem Falconem adpellant.

Phalora, urbs Theſſaliæ, inde Phalorẽſis. Stephanus.

Phanaticus, dicitur q diuino ſpiritu adflatus eſt, & cui multæ uanæ adparitiones ſunt, qualem inſanientem Aiacem percepiſſe poetæ ferunt. Hunc morbum errorem uocauit Horatius,

Aut Phanaticus error, & iracunda Diana.

Phaneſii, populi in inſulis Oceani Septentrionalibus qui (vt Solinus ait) habent aures adeò effuſas, ut reliqua uiſcera contegant illis.

Phaneta, pen. corr. φάνητα, Græci adparentem dicunt Deum, quoniam quũ adhuc nihil eſſet, primus ex infinito adparuit. Etiam Sol dicitur, qa quotidie renouat ſeſe, ἐπειδὴ φαίνεται νέος, id eſt, quoniam adparet nouus.

Phaneus, mons in promontorio Chii, à Phaneo rege dictus.

Phanio, nihil aliud ſignificat, quàm boni pedis hominem. id eſt, cuius aduentus adferat aliquid felicitatis, Sicut ſolemus dicere ſecundo pede introiſſe, cuius introitum proſperitas aliqua ſit conſecuta. Vel melius quoniam φαίνω eſt adpareo. id eſt, adparitorẽ vulgariter dicerent, q ex uoto & deſideratus tandem adpareat.

Phantaſiæ, imagines rerum inſidentes animo.

Phantaſma, atis, uiſum, quæ ſpecies una & nomen eſt, eorum que dormientes videre ſibi uidentur.

Phantaſticus, imaginatiuus.

Phanum, templum, qa phanum apertum ſignificat, & omnibus adeuntibus aperta ſunt templa.

Pharæ, numero plurali, urbs in Creta, à Miſeniis condita. Habentur aliæ in Miſenia, & alibi.

Pharaones, adpellantur Aegypti reges, quod cognomen fuit dignitatis, vt ſcribit Euſebius. Et (ut docet Ioſephus lib. octauo Antiquita.) Pharaonis nomen ſecundum Aegyptios ſignificat regem. Et reges quum primum perueniebant ad imperium, hoc nomen accipiebant.

Pharetra, pen. cor. vbi ſagittæ reponuntur: à φέρω καὶ τρεῦμα. Et q eam ferunt, pharetrati dicuntur.

Pharia, à Ptole. Plinioq́; : à Strabone vero pharus, inſula contra Dalmatiam & Iaderam, quæ nunc vulgò Liſna, Illyrico ſermone dr. Eſt & vrbs in ea, à qua Pharienſes populi.

Pharias, ſerpens eſt, ſulcum dum ſerpit, cauda in terra faciens, & ſuper eam ferè ambulans. Luca.

Et contentus iter cauda ſulcare pharias. Cc.

Pharicon, genus veneni eſt, quod Athenæus Phariacũ nominat.

Phariſæus, nomen ſectæ Iudæorum religioſæ. Erant enim apud Iudæos tres ſectæ, Phariſæorum, Saducæorum, & Eſſenorum. A Phariſæus, fit Phariſaicus, a, um. Hieron. contra Vigilant. Quaſi ſepulchra phariſaica foris dealbata.

Parmaceutice, Græce φαρμακευτική, medicina q̃ medicamentis curat. Nã ueteres tria medicinæ genera fecerunt. Empæricen, quæ ſolis exeperimentis cõſtat, ἐμπειρίαν enim Græci experientiam uocant. Iatralepticen, q̃ unguentis, & Clinicen, q̃ uictu & venenis corporibus medetur. Sunt tamẽ q Clinicen in duas partes diuidant, Vnam Diætitecen, quæ uictu medetur, alterã pharmaceuticen, quæ medicamentis.

Pharmaceutria, dicitur quam nos ſagam dicimus, ueneſica.

Parmacodes, odor medicamenti.

Pharmacopola, pen. prod. dici poteſt vnguentarius, q pharmaca, id eſt, uenena, uel medicinas uẽditat, quales ſunt q vulgò herborarii vocãtur. Cõponit enim ex pharmacon & πωλέω, uendo. Horat. in Sermo.

Ambubaiarum collegia pharmacopolæ.

Pharmacotheon, medicamentum diuinum quale eſt reubarbarum.

Parmacotrophi, ſignifi. venenis ali ſolitos, populi ſunt. Pompo. Gandari, Pericani, Bactri, Suſiani, Parmacotrophi.

Pharmacum, pen. cor. Græci φάρμακον, medium uerbum, quod pro veneno, & pro medicamento accipi poteſt. Vnde Caius iuriſconſul. Qui pharmacum dicit, debet addere bonum uel malum.

Pharmatuſæ, ſunt duæ inſulæ exiles, iuxta Atticam regionẽ in mari Salaminiaco, in quarum altera (ut inquit Strabo lib. ix.) ſepulchrum Circes uiſitur.

Pharnax, nacis, penultima correpta. nomen proprium Mithridatis filii. Lucan.

Nec pharnacis arma relinquas.

Tygranẽq́; meſi. Hic à Cæſare (ut L. Florus ſcribit) uno & non toto prælio more fulminis obtritus eſt.

Pharos, olim inſula Aegypti oblonga. paruaq́; contra Nili oſtia, nunc cõtinenti cõiuncta, quæ portũ Ale-

xādriæ efficiebat. Sic adpellata à nauclero Menelai, ibi ſepulto, quum fuiſſet ibi ab aſpide interemptus. Lucanus, Pharos inſula quondam In medio ſtetit illa mari. In ea turris ingens in petra poſita, quæ mari circũfluitur. Albo lapide, octingentis talentis, à Philadelpho Ptolemæo rege, Soſtrati Gnidii architecti Alexãdrinorum amici opera, poſita fuit ob ſalutẽ nauigantiũ, quæ nomẽ ab inſula accepit. Scribit Solinus ab hac Pharo turri, Pharos vocari machinas in portubus ad prælucendi miniſteriũ fabricatas: quoniã hac Pharo Alexandrina dirigebantur naues, nocturnis facibus accenſis. Papinius,

Lumina nocłiuagæ tollit Pharus æmulà Lunæ.

Scribit Egeſippus lib. iiii. à Græcis, Latinisq́, Pharon adpellari ex ipſius rei uſu, eò quod longè videatur, à nauigãtibus, tãquàm Phanos, quod ſignificat lucidum, immutata litera Pharos dicatur. In hac Alexander nouam vrbem condere ſtatuit: ſed quum magnæ ſedis capax non eſſet, ex illius aduerſo cõdidit Alexandriam. Hinc Pharius. a. um, & Phariacus. ca. cum, vt ſiſtra phariaca.

Pharphariades, vnus ex collibus Iſmai, ſiue Tauri montis.

Pharſalici, cãpi Theſſaliæ, in quibus ciuiliũ bellorum detonuerſit procella, à Pharſalo oppido adpellati, quod ſitũ eſt in ripa fluminis Oenipei, à quo pharſalii dicti. Sunt q pharſaliã prouinciã dicant, à pharſalo duce, quæ primò Aemathia, ab Aemathio: poſtea Theſſalia, à Theſſalo: deinde à Macedone, Macedonia: poſtremò à Philippo rege. Cãpi Philippici.

Pharuſii, populi in Africa, uerſus Oceanũ Occidẽtalẽ.

Phaſæ, Hebraicè, Latinè trãſitus dicitur: quia tunc ex Aegypto in patriam remigrauere Iudæi.

Phaſellus, vide in dictione Faſellus.

Phaſeolus, phaſilus, ſiue phaſelus, ſiue etiam paſeolus, vel paſilus, genus leguminis, quẽ Vergilius vilẽ adpellat: à Phaſello inſula dictus eſt, nõ procul à monte Olympo (vt Apuleius ait) quòd vim calidam & humidã habet, Aluum lubricat, vrinã mouet, pectori ac pulmoni prodeſt: licet caput pernicioſis humoribus repleat. Columella lib. ſecundo. Ab hoc recte phaſelus terræ mandabitur, vel in veterano, vel melius pingui & reſtibili agro. Idem, Phaſeoli modii quatuor obruuntur totidem operis.

Phaſianarius, qui phaſianos paſcit. Paulus iureconſul. Phaſianarii autem & paſtores anſerum non continentur.

Phaſiani, aues notæ, à phaſi fluuio, ad nos traducti ab argonautis. Nanque ex ea regione in Græciam tranſportatæ ſunt. Martialis,

Argoa primum ſum tranſportata carina,
Antè mihi notum nil niſi phaſis erat.

In hanc autem Itym, Terei filium, mutatum mithici fabulantur.

Phaſis, is, vel idis. Colchorũ prægrãdis fluuius, de quo Luc. Colchorum qui rura facit ditiſſima phaſis. Hic (vt Ambroſius lib. Hexa. ſcribit) de Septentrionali parte Caucaſeis montibus fuſus, cum pluribus aliis in Euxinum ſe præcipitat mare. Plinius lib. vi. Nauigatur phaſis quãlibet magnis nauigiis. xxx vii. M. D. P. Inde minoribus longo ſpatio, pontibus centum viginti peruius. Græce etiam phaſis. Latinè ſama dicitur. Phaſis etiam auis, boni ſaporis, quã vulgus phaſianum adpellat. Hierony. in Eſa. Phaſides q́ & turtures, mulſum, merum, vxorum pulchritudinẽ, examina liberorum, dominus animæ pollicetur.

Phaſma, atis, Latine adparitio, monſtrum, viſum &c.

Phaſſæ, per duplex ſſ. à Græcis palumbi dicuntur.

Phauliæ, ſunt oliuæ quæ minimo ſucco, corpore grandiſſimo, puſilloq́ ſunt nucleo.

Phegor, lingua Hebræa priapus adpellatur, ut inquit Hierony. contra Iouinianum.

Pheidoma, metra, φειδώμη, id eſt, parca & auara: qua ſi ἀπὸ τοῦ φείδεσθαι. Veteres modò per ei. diphth. talia ſcribebant, modò per e, modò per i, producta in s.

Phelandrios, herba quæ in plauſtribus naſcitur, foliis apii: cuius ſemen propter calculos, & veſicæ incõmoda bibitur, à Dioſcoride helioſelinon. hoc eſt (vt Theodorus uertit) paludapium vocatur.

Pheneum, oppidum in Arcadia.

Pheneus, amnis in Alpheum deſluens.

Pheræ, (vt ait Strabo) Pelaſgicorum camporum terminus ad Magneſiam, qui vſq; ad pelium montem porriguntur. Emporium pheræ habent pagaſus, quo ex loco Pelias Iaſonẽ, ac nauem Argo emiſit. Vnde pegaſeus, & pheræus adpellatus. Fuit tamẽ alius Iaſon pheræus tyrannus. Sed de Theſſalo Iaſone intellexit Cice. lib. i. Offic. quem dixit. Pheræum Iaſonem cæteris anteponunt.

Pherecydes, penul. produ. philoſophus & poeta tragicus, ex Syro inſula. Floruit regnante Seruio Tullo apud Romanos, vt Cicero lib. i. Tuſcu. refert. Hic primus dixit animos hominum eſſe ſempiternos. Primus ſcripſit ſoluta oratiõe (vt Apuleius in Floridis autor eſt) repudiato verſuum nexu: quem Pythagoras magiſtrum coluit. Periit phthiriaſi. id eſt, pediculari morbo. De quo Serenus,

Sed quis non paueat pherecydis fata tragœdi,
Qui nimio ſudore fluens animalia tetra,
Eduxit turpi miſerum quæ morte tulerunt.

Pherenice, nomen mulieris, de qua Aelianus lib. x. de Varia hiſto. Duxit ad Olympicũ certamen filiũ ſuũ pherenice fœmina, prohibentibus eam ſpectare qui præſidebant, Licere id ſibi perſuaſit: quæ patrem & fratres tres haberet Olympionicas. Spectauit, & uictorem filium reduxit.

Pheretrum, vide in dictione Feretrum.

Pherne, φερνή, Latine dos dicitur. unde paraphernã & paraphernalia, de quibus ſupra.

Phiala, penul. cor. vas vini vel aquæ plerũq; ex auro conflatum. Oĩa enim vini vel aquæ vaſa phiale dici poſſunt, vnde Iuuenalis aurea vocat phialas, dicens

Virro tenet phialas, tibi non cõmittitur aurum.

hoc eſt, vaſa aurea, quæ Virroni commendata ſunt. Græci ἀπὸ τοῦ πίνειν, id eſt, à bibẽdo.

Phidias, ſtatuarius clariſſimus, qui Mineruæ ſtatuam egregie fabricauit: amplitudine cubitorũ. xxvi. quæ ebore & auro conſtabat. In cuius ſcuto Amazonum prælium

prælium cælauit, & Deorum, gygãtumq; dimicationem, in ſoleis Lapitharum & Centaurorum. A Plin. dictus eſt artifex nunquàm ſati laudatus. De quo Quinti. lib. xii. Phidias Diis quàm hominibus efficiendis melior. In ebore uerò longè citra æmulum, vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis, aut Olympium in Helide Iouẽ feciſſet. Hinc Phidiacus, a, um, penultima correpta. Propertius,

Phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno.

Phidicia, cœnationes Lacedæmonii, ſeu conuiuia nominabant, ſiue quòd φιλία, id eſt, amicitiæ cauſſa inſtituta ſint: ſiue potius à parſimonia. φείδομαι enĩ ſignificat parco, & abſtineo. φειδώ, parcitas: & parſimonia: φειδωλός, parcus. Vnde & phidicia, cõuiuia de parca & frugi. Cice. lib. v. Tuſcu. Quid victum Lacedæmoniorum in phidiciis, nónne videmus? Conueniebant enim ad phidicia conferentes, ſinguli farinæ modium, vini choros octo, caſei quinque minas, ficuum quinque ſemis minas.

Phidippus, proprium viri filii Theſſali, de quo meminit Homerus. Eſt & proprium Comici apud Terẽtium. Cornucopiæ.

Philadelphia, fraternitas, amor fratris. Et philadelphia, nomen ciuitatis in Myſia, regione Aſiæ, terræ motibus concuſſa: cuius incolæ in agris magna ex parte degebãt. In hac fuit una ex ſeptẽ eccleſiis. Supra philadelphiã Orientem verſus, exuſta regio patet, ſtadiis lõga qngentis, quadringentis lata: vbi nullæ arbores præter uitẽ inueniunt, quæ exuſtum vinũ fertiita elegans, vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta eſt, montana, petroſa, & nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigiſſe arbitrantur: nec dubitant quæ de Typhone dicuntur, hoc in loco fabulari. Sed credibilius eſt ſubterraneũ ignẽ, qui poſtea defecerit, regionem exuſſiſſe.

Philadelphus, amator fratris.

Philagathus, nomen viri proprium: quo ſignificatur benignus.

Philalethes, veri amator Latinè dicitur.

Philandros, amans virum.

Philanthropia, humanitas. Id eſt, amor erga homines. Hanc ſic diffinit Speuſip. Philantrophia eſt humanitas & adfectio amicitiæ, hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio, gratitudo benefica.

Philantropos, penultima product. Latinè humanus. id eſt, amans homines. Quo nomine dictum eſt ia pæ genus, quòd veſtibus hominum adhærens, eos amare uideatur.

Philarchus, amator imperii. Cc.

Philaretus, proprium nomen viri, & Latinè amator virtutis dr. Grecè enim ἀρετὴ virtus dr.

Philargyria, ex argyrion, quod apud nos argẽtum ſignificat, componitur, & auiditas argentii ſiue auaritia transfertur.

Philargyrotatos, id eſt, auariſſimus mortalium.

Philema, oſculum.

Philenorum aræ, dicuntur que Siculo Peloro oppoſitæ, in media quodammodo Syrtium telluræ poſitæ ſunt. Cornucopiæ.

Philerenus, penul. produ. amicus ſolitudinis.

Phileſius, cognomen Apollinis. Græci φιλήσιον amabilem dicunt: quia lumen eius exoriens, amabili veneratione oculorum conſalutamus.

Phileterus, amans amicos.

Philetes, amator oſculorum.

Philetus, amabilis.

Philippei, ſeu philippi, ſunt aurei numi ꝑcioſi: quorũ apud Plautum frequens mentio eſt, vt in penulo: Hic ſunt numerati aurei trecenti numi, qui vocantur philippei.

Philippenſis, & hoc philippenſe. Idem quod philippicus. vt philippenſes ciues: & philippenſe bellum, quod apud philippos geſtum eſt.

Philippi, ciuitas Thraciæ, quæ Dathos antea dicebatur quã Philippus Macedonum rex ædificauit, & à nomine ſuo philippos nominauit, Vergil.

Romanas acies iterum uidere philippi.

Philippicus, ca, cum, quod eſt à ciuitate philippi, ut Campi philippici. In campis philippicis primò Cæſar & Pompeius, poſtea Auguſtus & Brutus, cũ Caſſio dimicauerunt.

Philippus, nomen viri proprium, & Latine equorum amator bellicoſus dr. Quo nomine dictus eſt Alexandri Magni pater. Alius fuit Romanorum imperator, qui primus ex Romanis imperatoribus Chriſtianus fuiſſe perhibetur.

Philo, philoſophus Hebræus, qui ſapientiæ librũ ſcripſiſſe dicit. Fuit & alius Philo Biblius, vt Euſebius lib. Euangelicæ præpara. teſtatur. Hos Porphyrius lib. 4. magnis laudibus decorauit. Eſt item philo, philoſophi nomen, Academiæ principis: cui ſe totum tradidit Cicero (vt ipſe in Bruto teſtatur) admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio concitatus, quum ille in bello Mitridatico domo fugiſſet, Romamq; veniſſet.

Philocolia, amor pulchritudinis.

Philocalus, dici poteſt amator boni, vel mundus, politus, elegans.

Philocharis, charus amicus.

Philocompus, amator iactantiæ.

Philocrates, penultima correpta. amoris tenax: κρατέω teneo.

Philocrematos, pecuniarum amator.

Philoctetes, ctetis, vel ctetæ, penultima producta nomen peantis filii, & Herculis comitis, quaſi amoris poſſeſſor. Propertius,

Tarda philoctetæ ſanauit crura Machaon.

Philodeſpotus, nomen viri proprium, compoſitum ex duabus dictionibus Græcis: quod ſignifi. domini ſiue dominæ amatorem.

Philodulus, penul. produ. amator ſeruorum.

Philœnus, vinoſus, amator uini, potator.

Philohiſtoricus, amator hiſtoriarum. Hieronymus ad Paulinum Quantus inter quatuor prophetas temporum conſcius, & totius mundi philohiſtoricus, lapidem præciſum de monte ſine manibus, claro ſermone pronunciat.

Philolaus, nomen viri proprium, & Latinè amor populi dicitur.
Philoleutheros, amator libertatis.
Philologus, amator verborum, vel ſtudii.
Philomathes, diſcendi cupidus.
Philomathia, amator diſcendi.
Philomela, nomen mulieris, Pandionis filiæ, Athenienſis regis, & ſororis prognes. Quæ quum à Tereo cōpreſſa fuiſſet, tandē (vt eſt in fabulis) Deorū miſeratione, in auē ſui nominis conuerſa fuit: quæ & luſcinia dr̄. Nec ceſſat deflere cantu dulciſſimo iniuriam quam paſſa eſt. Et interpretatur amabilis.
Philonicus, iurgioſus, amator victoriæ.
Philopæs, puetarius, pædico, amator puerorum.
Philopolemus, bellicoſus. Nam φιλέω, λῶ, amo, πόλεμος, ου, bellum.
Philopolites, amator patriæ.
Philoponia, amor laboris.
Piloponus amator laboris.
philopſychia, cupiditas uitæ.
Philopſychus, cupidus vitæ.
philortium, fœminæ proprium: per amatoriam adulationem dictum.
Philoſarca, amator carnium. Hierony. Nos ſimplices & philoſarcas, id eſt, amatores carnium.
Philoſomatos, amator corporis, σῶμα Græci dicunt corpus: quaſi σῆμα, id eſt, animæ ſepulchrū: tāquàm ibi ſepulta ſit.
Philoſophaſter, philoſophorum imitator.
Philoſophia, amor & adfectatio ſapientiæ, Sophia, ſapientia dr̄. Hec ſciētia diuiditur in tres partes: in moralem, naturalem, & rationalem. Prima cōponit animum: ſecunda rerū naturam ſcrutatur: tertia pprietates verborū exigit, & ſtructuram. Moralis, Græce Ethice dicitur: de qua Seneca: Philoſophia animum format & fabricat, vitā diſponit, actiones regit, agēda & omittenda demonſtrat. Sine hac nemo ſecurus eſt. Hæc ampliſſima artium dr̄. Apuleius diſciplinā regalem adpellat, tam ad bene dicendum, quàm ab bene viuendum repertam.
Philoſophicus, ca cum, quod ad philoſophū pertinet.
Philoſophor, ris, ſapientiæ ſtudeo. Cicer. lib. i. de Natura Deorum, Et quum minime videbamur, tum maxime philoſophabamur.
Philoſophus, amator ſapientiæ.
Philoſtorgia, indulgentia, amor parentum.
Philoſtorgus, amicus, beneuolus, neceſſarius.
Philotimos, honorum cupidus.
Philoxenia, hoſpitalitas.
Philoxenus, hoſpitalis. Eſt etiā philoſophi nomen, qui gruis collum ſibi exoptabat, quò diutius ciborū & poculentorum ſapore oblectaretur.
Philozous, Græce φιλόζωος, nimis cupidus vitæ.
Philtra, Latinè amatoria genus veneni, amorē, & vt plurimum inſaniam ingerentis, φίλτρον enim apud nos amatoriū dr̄. Ouidius lib. ii. de Arte amandi,
Philtra nocēt animis, vimq́; furoris habēt. Iuuena.
Hic Theſſala uendit,
Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti.

Phima, matis, genus tuberculi mollis, furunculo rotūdioris planioris q́., quod in pus cito conuertitur.
Phimoſis, dr̄. quum glans membri virilis ita tegitur præputio, vt nudari non poſſit.
Phiſon, nomē fluuii, quod (teſte Ioſepho lib. i.) ſignificat inundationē: qui eductus in Indiam, in pelago late diffunditur quod Geta nuncupat̄ à Græcis. Hic circuit omnē terram Heuila: vbi eſt aurum terræ: vbi carbunculus, & lapis pretioſus.
Phla, inſula eſt in Tritone, Aphricæ palude, vt autor eſt Herodotus. Cornucopiæ.
Phlanates, populi ſunt: à quibus nomen ſinui eſt inditum, quem modò nautæ Quernarium adpellant, alii Carnarium, propter naufragia: procelloſo fermè ſemper tranſitu. In receſſu eius Senia vrbs: cuius à tergo ſpecus ſunt, vnde vehementes nulla ferè non hora, uenti perflat ea q́; res infamem eum ſinum reddidit. Dicti phlanates ab oppido phlano: vnde ſinus omnis hic phlanoticus vocatur: qui à pola colonia iaderam uſq; diffunditur.
Phlebes, dicitur uenæ: quòd ſanguine feruent. Ce.
Phlebotomia, inciſio uenæ: quæ fit ad ſanguinem minuendum ſedandi feruoris gratia, φλέψ enim Latinè vena dicitur.
Phlebotomum, ferrum quo vena ſecatur.
Phlegeton, fluuius infernalis, flammis æſtuantibus rapidus, à φλέγω, ardeo. Vergilius,
Quæ rapidis flammis ambit torrentibus amnis.
Tartareus phlegeton, torquetq́; ſonantia ſaxa.
Phlegma, gmatis, pituita. Inde phlegmaticus, qui ex phlegmate laborat. Phlegma (vt inqt Auguſt. lib. xi. de Ciui. Dei) in capite domicilium habet.
Phlegmon, Latinè inflāmatio, ſiue collectio: quoties ſanguis utilis, & mediocriter craſſus, fertur ſubitus in aliquā corporis partem.
Phlegmones, inflammationes, ſiue collectiones: quas & impetus noſtri uocant.
Phlegon, unus ex equis Solis. ἀπὸ τοῦ φλέγω, id eſt, ardeo dictus.
Phlegonitis, lapillus: quòd in eo flamma quædam intus ardere videatur.
Phlegræi, campi duo fuere: alter in Græcia. à phlegra Theſſaliæ valle: vbi gygātes cum cœleſtibus pugnauere. Vel ἀπὸ τοῦ φλέγω: quod eſt vrere atq; inflāmare: quoniam terra præliorum cicatrix eſt, dum ibi gygantū bellū exarſit. Alter in Campania propè Cumas: in quo Hercules cum his prælium commiſit. De quo Strabo lib. v. ſcribit. Fortunatus erat & Cāpus, nomine phlegræus: in quo non à gygātibus geſta fabulæ diuulgant. Ita dictus à colle, qui olim pluſimum ignis euomebat: quem Veſuuium ſcriptores adpellant. Ex hoc Hercules exiſtimatur (ſicut Diodorus meminit) gygantes fugaſſe.
Phlegræus, vnus ex centauris, Ixionis & nubis filius. Cornucopiæ.
Phlegyas, Martis filius, rex Lapitharum in Theſſalia, pater Ixionis & Coronidis, à quo plegyæ populi Theſſaliæ ſunt cognominati.
Phlema, dicitur quum ex labore uix ſanguis defluit

circa talos.

Phleos, herba paluſtris, ad nexus utilis: ex qua phloinæ veſtes ab Herodoto etiam dicuntur.

Phlius, untis, eſt vrbs in medio Sicyonii Argiuiq; agrii vbi religioſiſſime colebatur Hebe. Caſtellū phlium nominat Plinius.

Phlox, Græcè, Latinè flamma. Eſt & genus floris.

Phlyctena, Latine puſtula. Quarum tria ſunt genera. Exanthemata, quæ Plinius eruptiones pituitæ, & papulas adpellat: Pſydracion paulò durius eſt, ac ſubalbidū, & acutū. Epinyctis, quæ tertium diſcrimen eſt.

Phoca, piſcis, bos marinus, à ſono mugitus. Vergilius libro quarto Georgicorum.

Et turpes paſcit ſub gurgite phocas.

Hic corio & pilis tectus, parit in terra, pecudū more: canum modo colt. In ſomno mugitū à quo præcipue vituli nomen accepit. Fuit & nomen imperatoris Romanorum.

Phocæa, vrbs minoris phrygiæ, Athenienſiū (vt inqt Ptolemæus) colonia. Vnde profecti ſunt, qui Maſſiliam apud Gallos, non procul à Rhodano, condidere. Dicta Phocæa, quòd vituli marini magno numero comparuiſſent vrbem condentibus. Et eſt in Caria phocæa, monti Mycalæ adpoſita. Ab hac phocæenſes: vt à Græcorū phocide phocēſes. Ab utraq; phocaicus, ca, cum. Vnde muricē phocaicū Ouidius poſuit, à phocæa, non procul à Sardibus.

Phoce, ces, oppidum eſt Bœotiæ.

Phocees, populi Ionum, qui primi longis nauibus (ſecundum Herodotum) vſi ſunt.

Phocion Athenienſis uir clarus, cognomento bonus pauper. Fuit enim ſemper pauper: quum ditiſſimus eſſe potuiſſet, propter frequētes ei delatos honores. Hic neq; ridere, neq; lachrymare ab ullo vnquàm eſt uiſus. Et in concione, quum quis dixiſſet: Cogitabundus videris ò phocion. Recte (inquit) coniectas: Cogito enim, ſi qua ualeo in his breuiſſime uti, quæ apud Athenienſes dicturus ſum. Huic quum legati Philippi Macedonum regis ingentia munera offerrēt, hortarenturq; vt ea acciperet (quamuis enim ipſe facile his careret, liberis tamen eius eſſent neceſſaria: quibus difficile foret in ſumma paupertate, ad paternā gloriam peruenire.) Si mei (inquit) ſimiles erunt, idē hic agellus alet illos: qui me ad hanc dignitatē perduxit. Si diſſimiles, nolo meis impenſis illorum alii augeriq; luxuriam.

Phocis, parua Græcorum regio: vbi oraculum Delphicum. Lucanus libro. v.

Maſſiliæq; ſuæ donatur libera phocis.

In ea enim eſt oppidum Delphi, ſub Helicone mōte. Fons Caſtalius, & Cephiſus amnis: & mons Parnaſus, in quo Apollinis templū. Hinc phocides, & phocæi dicti ſunt, qui Maſſiliam condiderunt. Hos Varro ſcribit trilingues eſſe: quòd Græce, & Latine, & Gallice loquantur.

Phocuſa, inſula vna ex Sporadibus. Ce.

Phœbas, adis, fatiloqua: quòd phœbæi numinis cōcepto adflatus fureret & agitaretur, in bacchātis imaginē. Sidoni. Nec ſic ītortū violatæ phœbados ultrix, In Danaôs fulmen iecit.

Phœbus, Apollo, qui Iouis & Latonæ filius fuit, eodē partu cum Diana genitus: quæ & ipſa phœbe uocitata eſt. Diuinationis & ſapientiæ Deus à poetis exiſtimatus, & medicinæ repertor. Dictus phœbus, quaſi φώβιος, à φῶς & βίος, id eſt, lux vitæ.

Phœnices, παρὰ τὸ φόνευειν dicti ſunt: quòd initio cuiuſcumq; generis adpulſos homines pro uictimis ſeriebant. Inde qui phœnicibus proximi ſunt, vulgò phœniſſare dicunt, cæde maculare. Sed Euſebius, libro de temporibus, Phœniceus (inquit) color, & una mutata litera, Puniceus, ab inuentore nomen ſortitus eſt: qui Bythiniam condidit, & phœnicibus elementorum notas dedit.

Phœniceus, cea, ceū, quod eſt purpurei coloris: à purpura: quæ prima cōmendatione in Tyro tingebatur apud phœnices: quos mutatis ſyllabis pœnos adpellamus. Vnde punicus, & puniceus deriuantur.

Phœnicia, regio in Syria: à phœnice rege ſic uocata, Iudææ contermina. In ea ſunt Tyros & Sydon vrbes. Carmelus & Libanus montes: in quo thura legunt.

Phœnicis, cidis, purpura, pannus rubeus.

Phœnicū, collor rubens. Hieron. in expoſitione Pſal. Si fuerint peccata veſtra ſicut phœnicium, velut niuē dealbabo. Nam Græci φοίνικον phœnicium dicunt.

Phœnicopterigiū, diminutiuū eſt à phœnicopterus.

Phœnicopterus, penultima correpta, auis rubentes pēnas habens. Græci uocāt phœnix rubrum, & πτερὸν alam. Iuuenalis,

Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens.

Phœniſſa, mulier ex phœnicia.

Phœnix, Agenoris filius, Cadmi frater, qui phœnicibus imperauit. A' quo phœnicia & phœnix arbor palma, & color ruber, à quo phœniceus, a, um. vt color phœniceus, quod & phœnicium dicitur. id eſt, purpureum. Similiter phœnix auis, à purpureo pēnarum colore dicta, toto orbe celeberrima, in Arabia naſcens, aquilæ magnitudine: quæ annis ſexcentis & ſexaginta viuere dicitur, generis tam maſculini quàm fœminini. Hieronymus in expoſitione Symbo. Quid mirum videtur ſi virgo conceperit, quum Orientis auem, quem phœnicem uocant, intātū ſine coniuge naſci vel renaſci conſtet, vt ſemper vna ſit, & ſemper ſibi ipſa naſcendo vel renaſcendo ſuccedat? Idem ad Præſidium: Phœnix auis eſt in India: & per quingentos annos de Libano implet ſe aromatibus, & ſic nidificat, & indicat ſacerdoti Heliopolitano menſe ſamenoth, aut ſamurth. Implet aram ſacerdos ſarmentis, & ibi confert phœnix aromata: & electrum aræ imponit. Et primo Solis ortu phœnix quidem mouet pēnas: Solis verò calore accēditur electrū, & ſic exurſitur aromata, & ipſa phœnix incenditur. Craſtino die de cinere gignitur vermis: ſecundo pēnas adfert: tertio ad antiquam redit naturam, & ſic adſua loca reuertitur. Ambroſius libro Hexameron. Phœnix auis in locis Arabiæ perhibetur degere, atq; eam vſq; ad annos quingentos lōgæua ætate pcedere. Quæ quū ſibi finē vitæ adeſſe aduerterit, facit ſibi thecā de thure, & myrrha, & cæteris

odoribus,in quã, impleto uitæ ſuæ tẽpore, intrat,& morit. De cuius carnis humore vermis exurgit,paulatim'q́; adoleſcit, & proceſſu ſtatuti temporis induit alarum remigia, atq́; his ſuperioris auis ſpeciem formamq́; reparat. Eſt & phœnix nomẽ fluuii in Theſſalia,in Aeſopum fluentis. Et Phœnix qui ex phœnicia eſt populus,quem Ioſephus ſcribit inueniſſe Græcas literas. Vnde Lucanus,

Phœnices primi(famæ ſi creditur)auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Pholoe, mons Arcadiæ ſyluoſus,de quo Luca.lib.vii.
Si licet ipſe petet pholoen,petet ignibus Oethon.

Pholus,fuit vnus ex centauris, Ixionis ex nube filius.

Phonaſcus,uocis,pronunciationis'q́; magiſter & moderator,dictio Græca. Quint. lib.xi. Sed cura non eadem oratoribus q̃ phonaſcis. Suetonius de Auguſto,Pronunciabat dulci,& proprio quodam oris ſono:dabat'q́; aſſidue phonaſco operam. Is enim uocẽ intorquere,remittere,leniter exaſperare docebat. Facto nomine à verbo φωνέω,quod eſt loquor.

Phorbas, Triopæ filius,de quo Verg.li.v. Aeneidos,
Phorbanti ſimilis,fundit'q́; has ore loquelas. Cc.

Phorcys,huius phorcys,& phorcyn.Phorcinis. Neptuni filius.

Phoſphorus,pen.cor. Latine Lucifer ſtella.

Phragmon,nomen ſtatuarii,& pictoris egregii,ſicut & Polycletes.

Phraſis,eloquentiæ corpus, & dicendi modus. Dicta à φράζειν,quod eſt fari,& differere. Hieronymus in prologo in libros Regum, Sed fidus Græcus eſt,quod ex ipſa phraſi probari poteſt. Quintilianus, Macer,& Lucretius legendi quidem, ſed non vt faciant phraſin,à phraſis fit Theophraſtus.

Phregene,pen.prod. ciuitas in Hetruria. Altera in Latio. Vnde Phregenates.

Phrenes,dicuntur à Græcis præcordia:quæ exta uſicu pant. Galenus li.v.de Interioribus, docet diaphragma dici phrenas,eò quòd propter apoſtema diaphragmatis,gignatur phrenetis. Ariſtoteles præcordia dici autumat phrenas,à mente & prudentia, que Græcè dicitur φρὴν. Subtilitas enim mentis(ut ait Plinius)præcordiis accepta fertur.

Phrenitis,morbus lædens mentem, & ad inſaniam furorẽ'q́; deducẽs,ἀπὸ τοῦ φρενὸς,id eſt deturbatio mẽtis. Inde phreneticus qui ex eo uitio laborat. Apud Iuuenalẽ phreneſis,pen.prod. legitur.

Quum furor aut dubius,quàm ſit manifeſta phreneſis.
Aliter Serenus protulit:
Ex vitio cerebri phreneſis furioſa mouetur
Amiſſas'q́; refert frendens amentia vires.

Phrine,nomẽ meretricis apud Athenas,de qua Quintil. lib.ii. Quæ impietatis accuſata,ab Hyperide clariſſimo illius ætatis oratore,fuit defenſa.

Phrixus Athamantis regis Thebarum, ex vxore Nephile,filius.

Phronimos, Lat. prudens.

Phroniſium,prudentula.

Phroniſis,prudentia Cicer.lib.I.Offi Princeps'q́; omnium virtutum eſt illa ſapientia,quam Græci ſophiã vocãt. Prudentiam enim,quam Græci Phroniſin dicunt,aliam quandam intelligimus:quæ eſt rerum expetendarum fugiendarum'q́; ſcientia.

Phrygia,regio minoris Aſiæ,à Phrygio amne qui eam à Caria diuidit. Vel à phrygia Cecropis filia, vbi Dardania,à Dardano Iouis filio. Inde à Troe, Eryctonii Dardani filio. Troia in qua Iliũ. Vel à phrigio oppido Macedoniæ, ſiue Brygio vnde colonos profectos aiunt in Phrygiam. Duæ tamen feruntur Phrygiæ,maior ſcilicet,& minor, quæ Epicterus dicta fuit. Phryges Chriſtianam fidem tenuerunt diu, ſed emerſit apud eos Montanus quidam,qui ſe paracletum nominauit,gentem'q́; illam infecit. Cum quo mulieres, Priſca & Maximilla,relictis uiris ſuis incedebant,& illius inſpiratione propheriſſæ dicebãtur: multis erroribus, & Phrygiam, & vicinas regiones impleuerunt. Phrygia ab Aquilonis parte eſt Gallaciæ collimitata, à Meridie Mycaoniæ, Piſidiæ, Mygdoniæ'q́; conterminia. In ea eſt Ida mons,& Tmolus, & pactolus fluuius. Ex ea fuit Sibylla nona, quæ ſic vaticinata eſt.

Tuba de cœlo uocem luctuoſam emittet.
Tartareum chaos oſtendet dehiſcens terra.
Venient ad tribunal Dei reges omnes.
Deus ipſe iudicabit pios ſimul & impios.
Tunc demum impios in ignem & tenebras mittet.
Qui autem pietatem tenent,iterum uiuent.

Phrygiones,qui acu pingunt, vel qui veſtes acu aureo intexunt. Phryges enim primi inuenere talem texturam. Pli.lib.x. Pictas veſtes iam apud Homerum fuiſſe uideo,vnde natæ triſiphales,acu facere, Idæi phryges inuenerſit,ideo'q́; phrygiones adpellati ſunt. Idẽ adpellat Dardanum aurum.

Phrygius, fluuius,uide in dictione phrygia.

Phrynos, rana, grandiſſima, quam Latine rubetam uocamus.

Phryx, gis, generis maſculini, pro eo qui eſt ex phrygia. Hieronymus, Compelle phrygem & ponticum, vt locuſtam comedat. Dicitur & phrygius, gia,um. Vergilius lib.ix.de mulieribus loquens inquit:
O' vere phrygiæ.

Phthia,ciuitas Theſſaliæ,à qua phthius, & phthiota. Vnde Achilles phthius dictus eſt. Ouidius,
Quòd ſine me phthigiis caneſcant æquora remis,
Et videam puppes ira relicta tuas.

Phthiotis,dis,dicta eſt vna ex quatuor Theſſaliæ partibus, vt inquit Strabo.

Phthiriaſis,morbus pedicularis,ἀπὸ τῶν φθειρῶν,quæ & pedes,& pediculos uocamus. Vnde phthirophagi dicti ſunt populi,ſolis piſcibus viuentes, à tenuitate victus, quaſi pediculis ueſcantur. Hi ſunt iuxta pontum Euxinum. Hoc morbo extinctus eſt Sylla dictator,& pherecydes poeta.

Phthirophagi,populi ſunt,de qbus Stra. Phthirophagis à ſordibus & ſquallore dictis,vicini ſunt Suanes nihilo beatiores illis.

Phthiſis,tabes,morbus, quo pulmonis exulceratio fit ex pituita à capite diſtillante, ἀπὸ τοῦ φθίειν,quod eſt tabeſcere vnde phthiſici vocãtur. Sunt qui phthi

ſis, phthonẽ quoq; adpellent, ſed illud genus maxime quo ſanguis reiicitur. Quali morbo laboraſſe Theopompum, & ab Aſclepio curatum tradunt.

Phthongus, ſonus, unde Diphthongus. Quam ob cauſſam phthongus & harmonia in cælo dicantur, vide Ptol. lib. iii. Harmo. inſtitutio. ὅτι φθέγγομαι ἐστὶ τὸ αὐδάω, ἔνθεν ὁ φθόγγος παρώνυμαι. id eſt, Quoniam φθέγγομαι eſt loquor, unde phthongus deducitur. Quòd autem Pythagoram dicant aliqui primum inueniſſe cæli harmonia uolui, an alii, Suidas noſter explicat.

Phum, vocant aliqui nardon agrion, ſiue creticum, folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua, uilloſaq;, & imitante aui ſi pedes. Cornucopiæ.

Phut, ĩde phutei (ut Ioſephus ſcribit) Mauritaniæ populi. Fuit a ſit phut Chamæ filius, cuius pater Nocus (ita enim à Græcis uocari dicit, quem Hebræi Noe dicunt) uel potius Canoch.

Phycites, apud Indos inuenitur gemma, fuci colorem habens.

Phycos, Græce herba Thalaſſion, ſiue alga, qua priſtinus lanæ color reparatur. Hãc Latini fucum uocãt. Vnde offutias dixerunt ſimulationes rerum.

Phycus, ſiue phycis, genus piſcis dr, quia ſolus nidificet ex alga, & eſt inter ſaxatile, ut apud Plinium.

Phygetlon, eſt (ut inquit Corn. Celſus) tumor non altus, latus, durus, rubicundus, cum uehementi inflammatione punctioneq;, ac membrorum diſtentione, neq; materia magnopere in pus conuertitur.

Phylaca, penultima correpta locus cuſtodiæ, hoc eſt, carcer. Plautus, Illic eſt abductus rectam in phylaca, vt dignus eſt.

Phylaciſta, carceris cuſtos. Nã φυλάσσω cuſtodio vel ſeruo eſt.

Phylarchus, Latine princeps gentis.

Phylira, penult. corr. ep. proprie arbor, quam Latini tiliam vocant. Quamuis alii dicant eſſe membranam tenuiſſimam inter corticem & lignum tiliæ. Ex hac arbore fiebant coronæ, q̃ in magno honore apud antiquos fuerunt. Horat. lib. i. Carminum,

Diſplicent nexæ phylira coronæ. Ouid. in Faſt.

Ebrius incinctis phylira conuiua capillis.

Plin. verò lib. xxiiii. accipit phyliras pro capillamẽtis, filisq; tenuiſſimis. Phylira (inquit) croci nimium ſalem cibis eximunt. Et lib. xiii. Præparantur ex papyro chartæ diuiſæ acu, in prætenues, ſed quàm latiſſimas phyliras. Martianus lib. de Nupt. philologiæ, accipit phylirã pro mẽbrana tenuiſſima, cuius hæc verba ſunt, Libri in phyliræ cortice ſubnotat.

Phyllis nomen Lycurgi, Thracum regis filiæ, quæ Demophoonta Theſei filium, ex Troiano bello redeũtẽ amauit, & in coniugium ſuum rogauit. Ille ait, antè ſe ordinaturum rem ſuam, & ſic ad eius nuptias reuerſurum. Profectus itaq; quum tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulſu, quòd ſe ſpretam eſſe credebat, laqueo uitam finiuit, & conuerſa eſt in arborem amygdalum ſine foliis. Poſtea reuerſus Demophoon, cognita re, eius amplexus eſt truncum: qui (velut ſponſi ſentiret aduentum) folia emiſit. Vnde etiã phylla ſunt dicta à phyllide, quæ antè petalia dicebantur. Eſt & phyllis amnis Bithyniæ: à quo phylli, phyllienſesq; dicuntur, ut inquit Strabo.

Phyllon per duplex ll. Latine folium dicitur, una litera detracta. Hinc pentaphyllon, Melamphyllon, Platyphyllon, & huiuſmodi multa.

Phylon per ſimplex l. ſignificat gentẽ. genus, nationẽ.

Phylura, idem quod phylira, ſcilicet membrana, & tenuiſſimum capillamentum.

Phyſeter, teris, penul. prod. Græcè φυσητήρ, genus piſcis marini, admirabilis magnitudine, φυσάω ſpiro, vel ſufflo. Vnde Rufus in Arato.

Delphinos uirides, & phyſetoras anhelos,

Phyſica, corum, naturalia, vt phyſica Ariſtotelis. Vnde & Metaphyſica, ſupernaturalia.

Phyſicus, naturalis.

Phyſiologus, de naturis diſſerens. Hieronymus contra Iouinian. Legamus phiſiologos, & reperiemus turturis hanc eſſe naturam, ut ſi parem perdiderit, alteri non iungatur.

Phyſionomia, naturæ regula. Nam id verbum ſignificat mores, naturasq; hominum coniectatione quadam de oris & vultus ingenio ſciſcitari.

Phyſis, Latinè natura dicitur.

Phyton, ſine h, in ſecunda, precium quod capitur pro re locata. Vulgus fictum adpellat. Inde Emphytioſis, phytõ etiam Latinè planta. Python, cum th, in ultima ſignificat ſerpentem.

P ANTE I.

Piabile, quòd purgari poteſt, cuius contrarium eſt Inexpiabile. Auguſtinus ſuper Ioannem: Viderunt ſe ingenti crimine impietatis adſtrictos, quãdo illũ occiderũt, quem venerari & adorare debuerunt, & hoc putabant eſſe inexpiabile.

Piaculare, quod ad ſatisfactionem peccati pertinet. Liuius libro primo, Itaq; ut cædes manifeſta aliquo tum piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. Is quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt.

Piacularia triſtia, per q̃ mala ſi fieri opinabanť. Nam à ſuperis felicitatẽ, ab inferis Diis iſelicia dari cẽſebãt.

Piacularia auſpicia, dicebantur, q̃ ſacrificantibus triſtia portendebãt, quũ aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum edidiſſet, aut in aliam partem corporis quam oporteret cecidiſſet.

Piacularis porta Romæ adpellata, ob quædam piacula, quæ ibi fieri ſolebant. Cc.

Piaculum, ſacrificiũ, cultus, & quicquid agitur ſeu p̃betur pro ſatisfactione peccati. Verg. Ea prima piacula ſunto. Horat. li. Carm. Teq; piacula nulla reſoluent. hoc eſt, nullis hoſtiis te expiabis. Aliquãdo dicitur crimen, flagitium. Hierony. in lib. Iudicum, Nũquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael. Verg. lib. vi.

Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Piam, ſyllabica adiectio, quæ ornatus tantum cauſſa

ponitur ut, Q diſp iam.

Piamen, ſeu piamentum, erat id quo in expiando vtebantur. Eſt tamen dictio magis poetica quàm oratoria. Nam grandis eſt differentia de uſu dictionum, quæ variis ſcribendi generibus cōueniant. Aliis utitur ſatyricus, aliis orator, aliis hiſtoricus.

Piare, ſignificat colere. Plaut. Vbi piem pietatē, ſi iſto more morata tibi poſtulem placere. Quandoq; contaminare, polluere, quod & Impiare dicitur, quemadmodum ſacrum ponitur pro execrabili. Quandoq; pie amare. Næuius, Nemo eſt qui magis ſuos piet liberos. Aliquando purgare. Vergilius,

Et culpam miſerorum morte piabunt.

Huius verbi compoſita ſunt Expio, quod eſt purgo. Impio, contamino. Hierony. in prologo Aggei, Sed quum memoratus populus multis temporibus idolis ſeruiendo, etiam effuſione ſanguinis innocentium ſe grauiter impiaſſet, ſeptuaginta annorum captiuitatem eundem populum ſtatuit ſuſtinere.

Piatrix, ſacerdos quæ expiare ſolita erat.

Pica, quamuis fœmininum uideatur à picus, longè tamen diuerſæ ſignificationis eſt. Nam auis eſt magnitudine palumbæ, alis vario colore, & præſertim cæruleo depictis, humana verba proferens. Martialis,

Pica loquax certa dominum te uoce ſaluto.

Si me non videas eſſe negabis auem.

Eſt & alia pica ſub uentre alba, ſuperius nigra: quæ uaria adpellatur.

Picagmus, Ixionis & nubis filius, centaurus. Ce.

Picatus, ta, tum, quod pice linitum eſt, ſeu conditum, ut vinum picatum. Antiqui enim uinum pice cōdiebāt, quod picatum uocabant. Plinius, Pice & reſina condire muſta, uulgare Italiæ eſt. Erat & picatum aliud quod ſponte naturæ ſuæ picis ſaporem recipiebat, & hoc in agro Vienſi peculiariter naſcebatur. Pli. Iam inuenta uitis per ſe in vino picem habens reſpiciens q; Vienſem agrum.

Picea, genus arboris, quam Pli. lib. naturalis hiſtoriæ, quintam ſpeciem cedri ſcribit eſſe.

Picens, centis, nomen gentile: ut, Homo picens, ex piceno. Hinc picentinus, na, num.

Picenum, regio Italiæ, in qua eſt Aſculum, à pico Martio aue dicta, cuius ductu & auſpicio Sabini, quum Aſculū proficiſcerentur, in vexillo eorum picus cōſederat. Nam (ſicut Strabo lib. v. ſcribit) conditores Picentium è Sabinorum terra profecti ſunt, à quibus orti ſunt. Picenum quondam uberrimæ multitudinis. Nanq; trecenta & ſexaginta milia picentium in fidem Romani populi uenere. Ea nunc Marchia Anconitana dicitur. Incipit, à Truento amne uſque ad Iſaurum fluuium, qui nunc Folia dicitur, & hinc Apennino, hinc mari ſupero terminatur. Habet ciuitates Piſaurum, Fanum fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Anconam, Camerinum, Firmum, & Aſculum.

Picenus, na, num, nomen poſſeſſiuum: ut, Picenus ager.

Piceus, cea, ceum, à pix fit.

Picinum, genus olei, quod ex pice fit. Ce.

Pico, cas, ſignificat pice quicquā linio. Plin. lib xxxvi. Sed uaſa tuentur picando parietes, quoniam & tectoria calx roditur, ſciteq; dictū eſt, ad tecta eos pice, ad uinum calce uti, quoniam ſic muſta condiunt. Huius compoſita ſunt Compico, & Impico. Col. lib. vii. Si dolore neruorū claudicat, oleo & ſale genua, poplites, & crura compicanda ſunt, donec ſanentur.

Picra, amara dicitur. Hieron. ad Alga. Vidi ego nauſeam, & capitis vertiginem, antidoto quod adpellatē πικρά, id eſt, amara, ſæpe ſanari.

Picris, lactucæ genus, quam ita adpellauere (ut inquit Plin.) cum exprobratione amaritudinis.

Pictatium, tabula iudicum decurionum, & pontificū, id eſt, matricula, ut apud Lamprid. in Alexand. qui ait, Denique quū inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat & nomina de promouendis etiam ſiliū notabat, & perlegebat cuncta pictatia. Apud Celſum accipit pro eo panno modico, qui modò præcordiis, modò capiti dolenti imponi ſolet ad mitigandum cruciatum. In Decret. canonic. xxx. quæſt. ii. ſic ſcriptum eſt. Pictatium quod nobis tua fraternitas obtulit ſuſcepimus. Vbi Pictatium accipitur pro libello, ſiue charta epiſtolari. Apud Liberium ponitur pro velamento ſeu ornatu tunicæ. Quod nomē quidam à pictura deriuant.

Pictanum uinum, Græci uocant, quod pucinū adpellamus. Gignitur in ſinu Hadriatici maris, nō procul à Timauo fonte ſaxeo colle, maritimo adflatu, paucas amphoras coquente.

Pictes, Latinè pugil. Inde Pictale, certamen.

Picturatus, uaria pictura exornatus, & acu pictus. Vnde picturatæ ueſtes dicunt, nō à picturo (quod non inuenitur) ſed ſimplex participium, vel participii tantum uox eſt. Vergilius,

Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes.

Picumnus, Deus qui in ſacris Romanis adhibebatur. Aemilius Macer in Theogonia,

Et nunc agreſtes inter Picumnus habetur.

Picus, auis parua, uncorum unguium, cauat arbores in quibus pullos educat, & ſcandit in ſubrectum feliū modo. Dicta à pico Saturni filio, qui ei nomen dedit, ut docet Plinius li. x. Et quoniam hæc auis Marti ſacra eſt, quandoq; picus Martius dī. Picos Romani veteres uocabant, quos Græci gryphes, beluæ quadrupedes, auritiq;, uiſu & forma terribiles, corpore leonino, roſtro, alis, pedibus aquilis ſimiles. Habitare in hyperboreis montibus in Aſiatica Scythia feruntur, ubi aurū & gemmæ naſci perhibent, ibiq; tanta rabie in homines deſæuiunt, ut terram ipſam inhabitabilem faciant, & quaſi geniti eſſe uideantur ad plectendam auaritiæ temeritatem. Plautus, Picū diuitiis, qui aureos montes colunt, eos ſolus ſupero. Sed hoc (ut multa alia) fabuloſum eſt. Fuit & picus rex Latinorum (quo tempore apud Hebræos regnabat Delbora prophetiſſa) Fauni pater, Latini regis auus, augurioꝝ peritiſſimus, & primus hac aue uſus eſt in auſpiciis. Ouidius,

Picus in Auſoniis proles Saturnia terris.

Piens, à pio, pias, quū ſignificat pie amo. A quo Pientior, Pientiſſimus. Piens tamen in uſu non eſt,

Pieria, mons & ciuitas Bœotiæ, quam primus Pierus Lini pater ædificauit, Muſis ſacer. Hinc Pierides Muſæ, quòd in pieria ex Ioue & Mnemoſine natæ ſint, vt inquit Strabo. Vel à pieria regione Macedoniæ, Aemathia antè dicta. A nemore ita adpellata, cui nomen eſt Pieris. Et Pieres populi ſunt dicti, quibus extinctis, Macedones ea loca incoluere. A Pieria, fit Pierius, ria, rium. Vnde Pierium carmen. Muſæ autem ſuauiſſimum uiaticum ad labores uitæ. Vnde Theocritus:

Οὐδὲν ποτ' τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο
Νίκια οὔτ' ἔγχριστον ἐμὶ δοκεῖ οὐδ' ἐπίπαστον.
Ἢ ταὶ πιερίδες. id eſt, Nullũ contra amorem natum pharmacum aliud, ô Nicea, neq; vnguentum (ut mihi videtur) neq; condimentum, quàm pierides.

Pierus pen. cor. nomen patris nouẽ picarũ. Ouid. li. v. Meta. Pierus has genuit pellæis diues in armis.

Pietas, eſt (ut inquit Cicero lib. Artis veter.) per quam ſanguine cõiunctis, patriæq; beneuolis, officium & diligens tribuitur cultus. Auguſtinus vero ſic: Pietas proprie Dei cultus intelligi ſolet quam Græci euſebian vocant. Hæc tamen & erga parẽtes officioſe haberi dicitur. More autem vulgi, hoc nomen etiam in operibus miſericordiæ frequentatur. Quod ideo arbitror eueniſſe, quia hæc fieri præcipue Deus mandat, eaq; ſibi vel pro ſacrificiis uel præ ſacrificiis placere teſtatur. Ex qua loquendi conſuetudine factum eſt, ut & Deus ipſe dicatur pius: quem tamen Græci (nullo ſuo ſermonis uſu) εὐσεβῆ uocant, quamuis euſebian pro miſericordia, illorũ etiam vulgus uſurpet. Huius contrariũ eſt Impietas, quæ ab iniuſtitia ſic diſtingui ſolet, quòd illa in Deum, hæc dici in homines poteſt. Per illam contemplatione delinquit: hac opere & factis peccatur. Pietas etiã à Romanis Dea putata eſt.

Piger, tardus, cuius contrarium eſt Impiger, pro diligente. Hinc Pigritia, Pigrities, Pigredo, Pigritudo, & Pigritas, pro tarditate & ignauia. Cicero lib. iii. de Rep. Nunquid uni fortiſſimi, fortitudo, impigritas, patientia? Et lib. 4. Tuſcula. quæſt. Quæ autẽ ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt, Pigritiam metum conſequentis laboris.

Piget, piguit, & pigitum eſt. Statius lib. vii.
Nec pigitum paruosq; lares humilesq; ſubire.
Dicitur & Pigeo ges, pigui, & conſtituitur cum adcuſatiuo, ſignificatq; dolere, ſeu moleſtum eſſe (ut inqt Auguſt.) quaſiq; pigritiam ſignificat. Nam quum dicimus, Piget me feciſſe, hoc eſt dicere. Non ſuſtinet meus animus probare quod feci. Plautus in Pſeud. Id quod pudet facilius fertur, quàm id quod piget. Terentius in Phorm. Quære obſecro, ne plus minus'ue faxit, quod nos poſtea pigeat. Quando vero imperſonale eſt, conſtruitur à parte ante cum adcuſatiuo uel datiuo. Plautus: Non dediſſe te pudet me: quia non accepi, piget. Ouid. lib. ii. Metamorph. Pigetq;
Actorum ſine fine mihi ſine honore laborum.
Inuenitur etiam pigendus, quod eſt à pigeor uerbo deponenti. Differentiam inter pigere & pudere, uide in dict. Pudeo.

Pigmenta, ſunt unguẽta, quibus utuntur puellæ ad venuſtandam faciem, ut fucus. Auguſtinus: Fucare fucis pigmentis, quo rubicundior, vel candidior, uel uerecundior adpareat, adulterina fallacia eſt. Per tranſlationem uerò dicuntur mendacia & fraudes, quia nõ eſt naturalis color, ſed artificialis. Cice. li. ii. de Orat. Tam integræ ſententiæ, tam ueræ, tam nouæ, tam ſine pigmentis fucoq; puerili: ut mihi nõ ſolum tu incendere iudicem, ſed ipſe ardere uidearis. Quandoq; ſignificat colores pictorum, de quibus Plinius lib. xxxv. Accipitur etiam quãdoq; pro confectione ex diuerſis ſpeciebus, ſuaui & odorifera. Hierony. Denique & hi quibus intellectus herbarum eſt, pigmentorumq; peritia, ſciunt quædam eſſe pigmenta, quorum ſi odorem ceperint nonnulla animalia, cõtinuo intereunt: alia uero eodem odore recreantur, uitàq; recipiunt.

Pigmentarius, qui facit vel vendit pigmenta. Hiero. in Exod. Compoſuit & oleum ad ſanctificationis unguentũ, & thymiamata de aromatibus mundiſſimis, opere pigmentarii.

Pigmẽtarius, taria, riũ, quod ad pigmenta ptinet. Firmicus: Quicunq; habuerit horoſcopum in parte Libræ vigeſimaſexta, erit pigmentarius, uel thurarius.

Pigmentatus, ta, tum, quod eſt pigmentis ornatum. Hieron. ad Paulinum: Totum flaccidum, molle, nitidum, atq; formoſum, quæ ſitis hinc inde odoribus pigmentatum.

Pigneratitius, tia, tium, ex ſupino uerbi pignero nomen deductum: ſignificat quod pignori datũ eſt: ut res pignoratitia. Et pignoratitius uir, cui pignus capere licet. Vlp. Quæritur in pignoratitio creditore, an pignoris perſecutio denegetur.

Pignoro, ſiue Pignero, ras, ſignificat rem pignori do. Sueton. de Vitellio: Vtq; ex aure matris detractũ vnionem pignerauit ad itineris impenſas. Huius cõpoſita ſunt Oppignero, & Repignero, de quibus alibi: Inuenitur etiam Pigneror deponens, in eadem ſignificatione.

Pignus, gnoris, & gneris, à pugno, ut Caius de uerb. ſign. inquit. Quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Et eſt proprie quod creditori datur, ut ſit ſecurus. Et hoc modo ſæpe dicitur, quum aut munus noſtrum, aut aliquid ſimile, pignus eſſe amoris beneuolentiæq; volumus. Vergil.
Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus.
Dat iuueni, atq; animum præſenti pignore firmat.
Id eſt, ſecurum facit, ut qui dat pignus. Vlpianus inter Pignus & hypothecam hoc differre ſcribit, quòd pignus dicitur, quum ad creditorem tranſit: hypotheca, quum non tranſit. Quoniam uero filii uidentur tanquam pignora inter uirum & uxorem eſſe, tũ uinculi (ne alioqui diuortium fiat) tum charitatis: factũ eſt ut pignora pro filiis capiantur. Nam (ut inquit Ambroſius) quum præmium nuptiarum ſit partus fœminarum, merito mentes coniugales per filios, veluti per quædam quaſi pignora, inter ſe arctius copulantur. Ouid.
Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres.

Aliquñ pignus ſumitur pro eo quod deponitur ab iis, qui ſimul decertant apud ſequeſtrum. Vergil. Tu dic mecum quo pignore certes.

Pigreo, gres, piger ſum. A quo pigreſco, & pigreſio, idem ſignificantia.

Pigridiæ, ſunt olera amara: quæ Hierony. vocat lactucas agreſtes. Auguſt. lib. de Cataclyſmo, Cum pigritiis & azymis comedetis agnum.

Pigro, gras, detineo ac retardo. Actius, Melius pigraſſe quàm properaſſe nefas.

Pila, læ, à pinſo, uas concauum: quod antiqui ſiccata frumenta in pilas immiſſa pinſebant. Plin. libro 18. Tundatur granum eius in pila lignea. Similiter vaſa illa concaua medicorum vſui apta, in quibus ptyſanæ fieri ſolent, pilæ dicuntur. Item pila, eſt, columna cõſtans, quam Græci στήλην vocant, à ſtando. Proprie ſtelas Græci adpellant ſtantes in monumentis columnas. Apuleius libro tertio Metamorphoſ. Pila media, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. Feſtus, Pila quæ parietem ſuſtentat, ab opponendo dr. Plinius libro vndecimo, Ruentes ceras fulciunt pilarum inſtar, interius à ſolo fornicatas, vt ſit aditus ad ſarciendũ. Et in hoc ſignificatu prima producitur, quum aliàs corripiatur. Vergil. Saxea pila cadit. Item pila eſt qua luditur: ab πάλλω æquo: quòd forma ſphærica ſit, quæ omni ex parte æqua ẽ. Vel à pilo: quòd pilis impleri ſolet. Item pila, capitur pro quacunq; re rotunda, inſtar pilæ luſoriæ. Pilæ inuentorem tradunt Pythum fuiſſe.

Pilani, dicti ſunt milites qui pilis pugnabãt, qui ante rem militarem mutatam primipilares vocabãtur.

Pilates, genus lapidis candidiſſimi. Cato, Lapis candidior quàm pilates.

Pilatim, aduerbium à pila pro colũna, ſignificat per pilas. Vitru. Pilatim ſtruuntur ædificia.

Pilatus, pilo armatus. Martialis,
Et pilata redit iamq; ſubitq; cohors.

Pileatus, qui pileo indutus eſt. Vnde ſerui pileati, qui pileo, impoſito uendebantur.

Pilentum, vehiculi genus quo matronæ ferebantur. Idẽ uidetur quod petoritum, quod quatuor rotarum, ab Hiſpanis introductum. Varro de lingua Latina, In conſuetudinem ſua ætate primũ ueniſſe ſcribit: eſtq; eius formæ. qua noſtri temporis principũ Italiæ mulieres vectãtur rita libratum, vt conſidentes in puluinis, in aere ſuſpendi agitatæ videantur.

Pileolus, & pileolum, cum accentu in antepenultima. Horatius in Epiſt. Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Hierony. ad Fabiolam, Pileolus rotundus eſt, quaſi ſphæra media ſit diuiſa, & pars una ponatur in capite. Hoc Græci & noſtri tiaram, nonnulli galerum vocant. Idem ad Paulinum neutro genere dixit. Pileolum textura breue, charitate latiſſimum, ſenili capite cõfouendo, libenter accepi, & munere, & muneris autore lætatus.

Pileus, tegmen capitis: quod & pileum dicitur. Plautus, Vt ego hodie raſo capite, caluus, accipiam pileum. Perſius, Hanc nobis pilea donant. Ponitur quandoq; pileus pro libertate. Vnde legimus apud hiſtoricos, ad pileum ſeruos fuiſſe uocatos, quod ſignificat ad libertatem cuius inſigne eſt pileus. Liuius libro. 24 Poſtero die ſerui ad pileum vocati, & carcere vincti emiſſi. Sueton. in Tib. Seruis q; ad pileum fruſtra vocatis, in Siciliam pfugit. Accipiebãt enim ſerui pileum raſo capite, qui manumittebantur.

Pilo, las, pe. cor. à pilus qui in carne eſt, ſignificat pilos emitto. Accius, Tunc primum pilabant genæ. Afranius, Meũ præterea corpus nũc pilare primũ cœpit. Interdũ etiã pilare, eſt pilos detrahere. Martial. Quòd pectus, quòd crura pilas. Hinc Depilo.

Pilo, las. penul. produ. Græcum eſt, & ſignificat complano. A quo fiunt compoſita Compilo, Expilo, Oppilo, & Suppilo.

Pilula, quaſi parua pila. Plinius, Naſcuntur in eo pilulæ, nucibus non abſimiles, intus habentes floſculos molles, lucernarum luminibus aptos. Idem, Scarabeus, qui pilulas voluit. Et ea venena quæ hac forma ſumimus, vulgò pilulas nominamus. Idem: Vetus axũgia phthiſim in pilulis ſumpta ſanat. Hæ Græco vocabulo Catapotia dicuntur.

Pilum, nouacula, culter raſorius: & haſtile quinq; pedum & ſemis, de quo in dictione pilus.

Pilumnus, qui ſtercorandorum agrorum, & pinſendi frumẽti vſum inuenit: Iouis (vt putãt) filius, et Dauni pater. Seruius in lib. ix. Aeneidos: Pilumnus, & Picumnus, fratres fuerunt Dii. Horum pitumnus ſtercorandorum inuenit uſum agrorum: unde & Sterquilinius dictus eſt. Pilumnus uero pinſendi frumenti vſũ à piſtoribus colitur. Et ab ipſo pilum dictũ eſt.

Pilus, prima correpta, capillus. Nam ambo conuertũtur. Gellius, Si ouium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, conſtat fermè in his lanam duriorem, in his capillum gigni tenuiorem. A' quo pilo las. Eſt & pilus nomen generale. Nam pilum pro capillo Plinius poſuit: In capite, inquit, cunctorum animalium, homini plurimus pilus. Pili longiores ac proni in colla, atque armos veſtientes, iubæ dicuntur. Pili vero craſſiores, rigidi, quales habent ſues, vocantur ſetæ.

Pilus, prima producta, quod & pilum dr, telum Romanum à perimendo dictum: quaſi perillum, vt inquit Varro. Huius haſtile erat pedum quinq; & ſemis, & ferrum trigonali figura nouem vnciarum. Generaliter tamen pila (Varrone autore) tela Romana ſunt: ſicut geſſa Gallorum, & ſariſſæ Macedonum. Hinc primipilus, & præpilatæ haſtæ, Propilatum, Præferratum pilum, de quibus infra. Præterea pilus, ſiue pilum, à pinſendo, ſeu (iuxta Seruium) à pilumno, inſtrumẽtum quo quippiam in mortario teritur. Plin. lib. 18. Quippe & Hetruriam ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus denticulata: vt niſi intenti pinſant, concidantur grana, ferroq; frangantur.

Pina, per ſimplex n, genus piſcis ſiue conchæ. Cicero libro ſecundo de Natura Deorũ, Pina vero (ſic enim Græce dr) duabus grandibus obſita conchis: cum qua piſciculus ſqoilla dictus ſocietatem coit: in aliquibus cancer, cibi adſectator.

Pigarius, dř famelicus. Nam pina dř fames. Cc.

Pinaſter, pinus ſyluestris, mire altitudinis. Pli. lib. xvi. Pinaſter, nihil aliud eſt quàm pinus ſyluestris.

Pindo, dis, pindi, pinſum, idem quod pinſo, vnde pinſor, qui nunc piſtor dicitur, Nam erat utriuſque rei artifex, hoc eſt, qui frumenta pinſebat, & qui panes coquebat.

Pindus, Lapitharum ſedes, mons Theſſaliæ, Apollini, Muſisq́ ſacer, Acarnaniam ab Aetolia diuidit, ut inquit, Solinus. In eo inuenitur lapis galactites. Sunt tamen qui hoc nomen cum y. pſilo ſcribũt. Eſt & nomen vrbis Theſſalicæ, à pindo monte adpellatæ: iuxta quam eſt fluuius eiuſdem nominis.

Pinetum, locus pinis conſitus.

Pineus, nea, neum, quod eſt natum ex pinu. Pinea fronde apud Iſthmum victores coronabantur.

Pingo, gis, xi, ctum, Pingere, eſt formã alicuius rei ductis lineis repræſentare. Hinc pictor, qui pingit: & pictura, ars pingendi. In qua ſuperioribus temporibus floruere Zeuſis, Perrhaſius, Apelles, uiri cantatiſſimi: hac uero tempeſtate Andreas Mantinea, Patauinus, Mantuani principis aulicus, uir in omni uirtutum genere præſtãtiſſimus: dignus certe qui à poetis, & à cæteris ſcriptoribus celebretur, quum nulli vel integritate, vel pingendi arte ſit ſecundus. Huic accedunt Ioannes Belinus Venetus, Leonardus florentinus, & Vincentius Brixianus, excellẽtiſſimo ingenio homines: ut qui cum omni antiquitate de pictura poſſint contendere. Per tranſlationem pingere ponitur pro imaginari. Hieronymus ad Damaſum: Quod eram voce prompturus, antè mihi cogitatione pingebam. Huius verbi compoſita ſunt Depingo, quod eſt pingendo deſcribo, denuntio, demonſtro. Lactantius libro quarto: Quum enim quidam miniſtrorum noſtrorum ſacrificantibus dæmoniis adſiſterent, impoſito frontibus ſigno, Deos illorum fugauerunt, ne poſſent in viſceribus hoſtiarum futura depingere, id eſt, denuntiare. Idem lib. v. Quid uobis inanem iuſtitiam depingitis, & optatis cadere de cælo, tanquàm in aliquo ſimulachro figuratam: id eſt, fabricatis. Hieronymus ad Paulinum: Tito præcipit, vt inter alias virtutes epiſcopi, quem breui ſermone depinxit, id eſt, deſcripſit. Terentius in Phormione: Probè horum facta imprudens depinxit, id eſt, cloc utus eſt. Expingo, ſicut pingo. Plinius, Iam vero & onerariis nauibus, quoniam et pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi. Compingo, & impingo, de quibus alibi.

Pinguetudo, & pinguedo, licet Ser. Grammatic. Latinum eſſe neget, à doctiſſimis uſurpantur. Plin. Omni pinguedine detracta in olla caro decoqtur. Vide Beroaldum in Seruium.

Pinguefacio, ſignificationis actiuæ eſt. Pinguefio, paſſiue.

Pingueſco, ſcis, à pingueo, gues, fit. Columel. libro. ii. Omne emaciatum armentum medica pingueſcit. Id eſt, pingueſit.

Pinguis, non macer. Aliquando ponitur pro infœcundo. Vergilius, Et pingues hortos. Aliquãdo pro impedito & inepto. Cicero, Quod ipſi Antiocho pingue videtur, & ſibiipſi contrarium. Hinc componitur præpinguis, quod eſt, valde pinguis. Columella libro quarto. Ideoq́ non eſt vineis apta: vix etiã arbuſtis, niſi præpingui. Pingue verò ſubſtãtiuum neutri generis, dicitur quod inter carnẽ & cutem eſt, ſucco liquidum. Vergilius,

Et oẽs impẽdunt curas denſo diſtendere pingui.

A' Pinguis, fit impinguo, guas. Hierony. Impinguatus, incraſſatus, recalcitrauit.

Pinna, per duplex nn, propriè pẽna eſt, quæ pluma, id eſt, mollior & exigua penna non eſt. Nam penna, nomen generale eſt ad plumas & pinnas. Varro libro tertio de Re ruſti. de columbis. Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquunt, illiſis cruribus. Idem de gallinis: Eligat fœcundas plerunq; rubicunda pluma, nigris pinnis. Columella libro nono. Siccus etiam puluis & cinis, vbicũq; cohortem porticus vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus eſt, vt ſit quo aues ſe perfundãt. Nam his rebus plumam pinnasq; emũdant. Pinna etiam acutum ſignificat. Vnde & Pinnæ murorum. id eſt, ſummitates. Pinnas etiam geſtare gladiatores ſolebãt, vnde Pinnirappi, retiarii dicitur: quòd pinnas è galeis mirmillonum iacto rete exciperent. Pinna præterea eſt conchæ genus. Naſcitur in limoſis, ſubiecta ſemper, nec vnquã ſine comite: quem pinnotherem, alii pinnophylacem vocãt.

Pinnacas, Græci dieſit pugillares, hoc eſt, tabellas ceratas. Plin. codicillos interpretatur.

Pinnaces, & per diminutionem pinnacidia, dicunt tabellæ in quibus capita omnium rerum continentur, Latinè indices dicimus.

Pinnacothecæ, locus erat propè atrium, in quo pictæ tabulæ reponebantur. In tablino rerũ in magiſtratu geſtarum monumenta cõtinebantur. Varro ſcribit, multos ſpectatum ueniſſe Luculli uillas, ut uiderent pinnacothecas.

Pinnaculum, faſtigium & ſummitas ædificii, in acumẽ tendentis. Siue quòd veteres pinnam acutam dicebãt (vnde bipẽnis, ſecuris quæ utrinq; aciem habet) ſiue quòd pinnaculis addi pinna conſueuit, quæ facili motu ventorum indicet flatum: quod genus nunc penniculum dicitur.

Pinnatus, Cupido, Deus eſt: pro aligero, & pennas habente.

Pinnirapus, pen. cor. gladiator. Compoſitum nomen ex duobus corruptis, ſcilicet pinna, & rapio. Iuuc.

Hic plaudat nitidi Præconis filius inter

Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; laniſtæ.

Pinnula, diminutiuum à pinna, & eſt ſumma pars auris, ab acuitate dicta. Aliquãdo parua pinna. id eſt, penna. Columel libro nono, Inhibeturq; cupiditas incubendi pinnula per nares traiecta.

Pinſito, tas frequẽtatiuum à pinſo, ſis. Plaut. in Aſina. Qui polentam pinſitant. id eſt, contundunt.

Pinſo, ſis, pinſui, piſtum, pila tundo, vel molis frigo. Columel. lib. ii. Panicum pinſitum, & emolutum furfure, ſed milium quoq; pultem, quamuis in copia ma

xime cum lacte non faſtidiendam præbet. Pomponius: Quum neq; molis molui, neq; palmis pinſui. vnde pinſor. Nam antè molarum vſum f. umēta in pilis pinſebant. Varro, Nec pinſorem vllum noſſent, niſi cum q in piſtrino pinſeret farinam. Perſius,

O' Iane à tergo quem nulla ciconia pinſit,

Pinſo, pinſas, in eodem ſenſu quo pinſo, ſis. Varro libro primo de Re ruſtica, Promēdo diem, vt in priſtino pinſet ac torreatur. id eſt, tūdatur, vel frangatur.

Pinton, inſula vna eſt ex Cuniculariis, inter Sardiniā & Corſicam.

Pinus, arbor, tam maſculini quam fœminini generis: & tam quartæ quàm ſecundæ declinationis: quæ & Pinea dicitur. Ambroſius, Quis pineam videns non ſtuprat?

Piones, populi in Myſia Aſiæ, quæ ſupra Caicum amnem ſita eſt, ab vrbe dicti, quam Pionis cōditor Pionias vocauit.

Pipare, dicuntur gallinæ, quum vocem emittunt: ſcilicet quum faciūt pipi. Varro i Orig. Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat.

Piper, nomē arboris, quod eſt barbarum, Perſius, Rugoſumq; piper. Dr & piperi, inuariabile: ſicut gummi, nauci, mancipi.

Piperatum vinum, dicitur quod pipere & melle conditum eſt.

Piperites, penul. product. herba, quæ & ſiliquaſtrum dr: caule rubro & longo, denſis geniculis, foliis lauri, guſtu piperis.

Pipio, pipis, proprium eſt vocis pullorum. Columel. lib. ix. Die vndeuiceſimo animaduertat, an pullo roſtellis oua percuderint, & auſcultet ſi pipiant. Sunt etiam q hoc verbum paſſeribus tribuant, ut in Carmine quod Ouidio adſcribitur:

Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit.

Pipiones, columborum pulli, vt eſt apud Lampridiū in Alexandri vita.

Pipulum, conuicium, tractum à pipatu pullorū. Plautus, Ita me Dii bene amēt Lauerna, te iam (niſi reddi vaſa mihi iubes) pipulo hic differam ante ædes.

Pirata, nomen latronis, qui primus mare infeſtauit, à quo oēs ſpoliatores & prædones piratæ dicti ſunt. Alii piratam à περάω tranſeo deducūt: quia ſcilicet ex trāſuerſo ſimul ac piratæ viderent inſulam, in eam trāſeundo, mari impetum facientes, illam deprædabantur. Vel quòd piratæ ſemper maria permeāt. Pirata Græcè, Latinè prædo. Et piraticam facere dicūtur prædones.

Piraterium, habitaculum piratarum eſt, ut ſcribit Ambroſius de hoſtibus carnalibus non metuendis, qui etiam ſubdit. Tamdiu in piraterio ſumus, quamdiu in hac carne poſiti, prædonum ſpiritualiū tentationibus ſubiacemus. Idē piraterium, eſt vita hominis.

Pirheicus egregius ſculptor ī paruis imagūculis fuit. Vnde ſic cecinit Propertius,

Pirheicus parua uindicat arte locum

Piſa, ciuitas in ſummo montis uertice condita, inter Oſſam & Olympū: iuxta quā Ioui ſacra, dicta Olympia, celebrabantur. Eſt & hoc nomine oppidum Arcadiæ, propè Alphæum amnem: à qua hi qui Piſas in Italia condiderūt venere, dictas à ciuitate priſtina. Vnde Vergilius lib. x.

Alpheæ ab origine Piſæ Vrbs Hetruſca ſolo.

Hinc piſæus, piſæa, piſæum.

Piſæ, ſarum, ciuitas Tuſciæ, à qua piſani dicuntur, qui ex ea originem ducunt. De hac Lucanus,

Hinc Tyrrhena uado frangētes æquora piſæ.

Piſaurus, fluuius piceni, à quo piſaurum ciuitas ei ſuperpoſita nominata eſt. Seruius verò ſcribit piſaurū dictum, q illic aurū penſatū ſit. Nam quū Camillus Gallos interemiſſet, aurumq; quod Galli à Romanis acceperant, pro capitolio nō euerſo recepiſſet, & ſigna ciuitati depēdiſſet ciuitati nomē dedit.

Piſcari, eſt piſces uenari. Ex quo fit compoſitum Expiſcor, de quo alibi.

Piſcaria, riæ, locus vbi piſces vēdūtur. Varro: Nullus in piſcario piſcis erat.

Piſcarius, a, um, Idem quod piſcatorius: vt hamus piſcarius. Plaut. in Sti. Arūdinem fert, ſportulamq;, & hamum piſcarium.

Piſcarius, q piſces vēdit. Varro: Inter piſcarios nemo vēdebat. Idem dr cetarius: quamuis cetarii potius ſint, q magnos & ſalſos piſces vendūt.

Piſcatorius, a, um, quod ab piſcatorem pertinet: vt nauis piſcatoria, & ludi piſcatorii: q fiebant pro quæſtu piſcantium.

Piſcatus, tus, ipſa piſcatio, & actus piſcandi. Plinius; Quos venatus, aucupia, piſcatusq; alebant. Plautus in Rudente, Piſcatum hamatilem ſaxatilemq; adgredimur.

Piſcinæ, lacus & ſtagna ab Initio dicta ſunt, in quibus viui piſces cohercētur. Varro lib. 3. de Re ruſtic. Piſcinas voco eas, quæ in aqua dulci aut ſalſa incluſos habēt piſces ad villam. Martial. Piſcina rhombum paſcit & lupos vernas. Hæ viuaria quoq; vocātur. Sed qm̄ in piſcinis natare etiam ſolebant, inualuit cōſuetudo, ut omnes in hunc vſum collectæ aquæ ſiue frigidæ ſiue calidæ, Piſcinæ dicantur. Vidēturq; à piſcibus dici, quamuis in his nihil piſcium ſit. Sed fortè piſcinæ dictæ ſunt in balneis, quòd homines piſcibus natando ſimiles fiant. Cice. Latiorem, inqt, piſcinam uoluiſſem, vbi iactata brachia nō offenderētur. Pli. Si natare latius aut tepidius uelis in area piſcina eſt, in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus adſtringi. Quinetiam vaſa lignea ampliora, ad tenēdum aquā, Piſcinæ vocātur. Plin. Decoqtur in aqua; & in piſcinas ligneas funditur. Eadem generali vocabulo, & natationes adpellātur.

Piſcinalis, & hoc piſcinale, quod eſt piſcis, uel quod ad piſces pertinet. Vnde apud Palladium, Piſcinales cellæ legitur.

Piſcinarius, q piſcinas piſcibus refertas habet. Vt Cicero, Lucullum & Hortēſium piſcinarios adpellat.

Piſcis, qui in aqs degit. Piſces pro ſigno cœleſti, tantū pluraliter declinatur. Columel. lib. xii. Quintodecimo calēdas Martii, Sol in Piſces tranſitum facit. A piſcis, fit piſciculus diminutiuum.

Piſcoſus, a, um, locus ī quo piſcari facile eſt. Ouid. li. 3.

Faſt. Eſt ppè piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes. Aliquando piſcoſus, dr piſcibus plenus.

Piſculētus, locus vbi multi piſces morātur, & ĩ quo eſt facile piſcari. Cato: Fluuiū magnū, pulchrū, piſculētum. Plau. in Rud. Qui ſalſis locis incolit piſculētis.

Piſenoe, cētaurus, Ixionis, & Nubis filius. Cc.

Piſidiæ, fuerunt populi in Aſia minori, quondam Solimi adpellati, vt Plin. lib. v. refert.

Piſiſtratus, nomē viri proprium. Quo nomine dictus fuit Hippocratis filius, Athenarum tyrānus: cui ob ſummam eloquentiam Athenienſes ſe, & libertatem ſubmiſere: quo tempore Romæ Seruius Tullius regnabat: quāuis Solon, ipſe quoq; ſummus orator, pro libertate ſtaret. Idem primus apud Athenas bibliothecam inſtituit.

Piſones, adpellati ſunt quidā Romani nobiles: quòd optime piſa ſererent: ſicut à lente Lentuli.

Piſor, à piſendo, ſiue pinſendo dr. Vn piſores, ſiue piſtores veteres dicebāt, tam eos q frumēta piſebāt, id eſt, tūdebant (Piſere enim tūdere eſt) quàm q panes coquebant. Varro: Nec piſorem vllum noſcent, niſi eum q in piſtrino piſeret farinam. Cc.

Piſſa, Græcè, Latinè pix.

Piſſaſphaltus, pix mixta bitumini: quæ in Apolloniatiatarum agro reperitur. Cc.

Piſſeleon, oleum quod ex pice fit.

Piſſoceron, eſt melliginis genus, ex cæra, & pice, ſiue gummi, ſiue reſina mixtum. Cc.

Piſtilium, ſine e, inſtrumentum quo in mortario lapideo, & maxime Thebaico, plumbeo piſtillo terere moliuntur.

Piſtis, Græcè, Latinè fides.

Piſto, numē crudelitatis putabatur: quæ propter facilitatem mobilitatemq; bigis inueheretur.

Piſtoo, fidem accipio, & do.

Piſtor, à pinſo, is, qui frumenta in pilis pinſit. Nūc autem dr qui panem coquit, ſeu facit. Plin. lib. 18. Piſtores Romæ non fuerunt, ad Perſicum uſque bellum annis ab vrbe condita ſuper quingentos octoginta. Suetonius in Cæſare, Domeſticam diſciplinam, in paruis ac maioribus rebus, diligenter adeò ſeuereq; rexit, vt piſtorem alium quàm ſibi panem conuiuis ſubiicientem, compedibus vinxerit. Varro in Saty. de eduliis: Si quantum operæ ſumpſiſti, ut tuus piſtor bonum faceret panem. Atteius Capito piſtores tantum eos, qui far pinſebant, nominatos eſſe tradit, eosq; coquere ſolitos panem toſtum lautioribus. Piſtorem & coquum, apud antiquōs eoſdem fuiſſe accepimus. Piſtorem etiam habebant in numero ſeruorum. Vnde ait Iureconſultus: Si quis ſeruos habuerit proprios, ſed quorum operas locabat, vel piſtoricas, vel hiſtrionicas, ſeruorum adpellatione hos legaſſe videtur.

Piſtoria, ciuitas quam Ptolemæus ponit inter mediterraneas Tuſciæ ciuitates. Eſt enim inter Florentiā & Lucam. A' qua Piſtorienſes.

Piſtoricus, ca, cum, idē quod piſtorius. Vnde Iuriſconſultus operas piſtoricas dixit.

Piſtorius, ria, um, quod ad piſtorem pertinet: vt, ars piſtoria. Plin. lib. 18. Ad operis piſtorii genera tranſeunte cura. Hierony. in Gene. Omnes cibos, qui fiūt arte piſtoria.

Piſtrilla, læ, diminutiuū, à piſtrino: ſecundū Priſcianū, Nam diminutiua qūq; diuerſa ſunt à genere nominū primæ poſitionis: ſicut à ſcuto ſcutella. At Donatus à piſtrina deducit, & ſumit pro molēdino à manibus. Teren. Apud ipſum locum eſt piſtrilla.

Piſtrinenſis, & hoc piſtrinenſe, quod ad piſtrinū pertinet. Apul. in Aſin. Reformatus molas piſtrinenſes, per circuitus multiuios circumegiſſe ſe feſtiuiter ſcribit, deſcribens quales eſſent miniſtri in piſtrinenſi contubernio.

Piſtrinum, & piſtrina, næ, pe. produ. locus in quo pinſitur, & panis fit. Qūq; etiam capitur pro laborioſo ſeruitio. Tractum à ſeruis, qui ob noxam à dominis in piſtrinum tradſitur. Proprie Sueto. in Auguſto: Et modò vnguentariam tabernam, modò piſtrinū Ariciæ exercuiſſe obiicit. Plin. lib. 18. Piſtrina frumēnto genere vtitur. Et ſiligine, inqt, laudatiſſimus panis, piſtrinarumq; opera laudatiſſima.

Piſtris, ſtris, nauis. Vergil. lib. v.

Velocem Mneſtheus agit acri remige piſtrin.

Piſtrix, mulier quæ panem coqt. Et piſtrix belua marina, in mari Indico, minor balæna (quū balænæ quaternorū iugerum ſint, Piſtres ducētorum cubitorū) veſtitur pilo: & animal non ouum parit.

Piſtura, ars pinſendi. Plin. lib. 18. Piſtura non omnibus facilis: quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato.

Piſum, genus leguminis, cuius caules ſparguntur in terram, niſi habeant adminicula. Colu. libro. ii. Similis quoq; ratio eſt piſi, quod tum facilem & ſolutā terram deſyderat. Hinc piſones.

Pitacium, particula corii, qua aliqd repetiatur. Hierony. in Ioſue: Calciamenta perantiqua, quæ ad indicium uetuſtatis pitaciis conſuta erant. Quandoque accipitur pro breui epiſtola. Quandoque pro ſchedula de membrana exciſa.

Pitane, ſiue pitana, vrbs in Aſia, quæ portus duos habuit. Ab hac pitanei, & pitanitæ nominantur, vbi & Archeſilaus academicus natus eſt, qui cum Zenone apud Polemonem didicit. Fama eſt, apud pitanā lateres fuentos eſſe, q ſuper aquas inatarent: quod & de aliis locis traditum eſt.

Pithacuſæ, inſulæ in mari Tuſco contra Campaniam: à pithecis ſimiis (vt autor ē Strabo) dictæ ſunt. Pli. verò à figlinis doliorum quæ ibi ex Creta fiebant. Dolia enim Græci πίθοι, ſimias pithecon uocant. In harum ſummitate oppidum fuit, quod plurali numero pithacuſæ dicebatur. Ouidius:

Stecilliq; iocatas.

Colle pithecuſas habitantum nomine dictas.

Pitheci, ſunt ſimii. Pithecus πίθηκος enim ſimia dr, à qbus inſule vbi eorum eſt maxima copia, pithacinæ ſiue pithacuſæ dictæ ſunt.

Pitho, mulier flexanima illa dicēdi præſes, quam Ennius ſuadam, Quintil. perſuadendi Deam, Horatius ſuadelam, & poetica mella, Cicero leporem. Plinius:

Colebatur & Diana cognomine Pitho Corinthus. Vna eſt ex Antlaitidibus.

Pithodicus, à pitho uaſe, dicitur uaſcularius.

Pithonoſcome, locus eſt in Aſia, in campis patentibus, vbi primo aduentus ſui tempore ciconiæ congregantur, & eam quæ vltima aduenerit lancinât uniuerſæ, atq; ita abeunt. Ce.

Pitiſſo, as, parum uini paulatim, & quaſi tentandi gratia guſto. Terentius, Pitiſſando modo mihi quid uini abſumpſit dicens, hoc aſperum pater, hoc eſt alterum lenius.

Pitpit, ueteres Oſcorũ lingua pro quicqd dixere. Ce.

Pittacus, pe. cor. philoſophus Mitylenæus. Hic ex Leſbo, tyrânum Melancrũ depulit, & certantibus Athenienſibus atq; Mitylenæis dux in bello factus, Phrynonem Athenienſium ducem ſingulari certamine interiecit. Vnus ex ſapientibus fuit.

Pituita, pen. produ. morbus ex catarrho proueniens. Græce phlegma dicitur. Horatius in Sermonibus, Lenta feret pituita uides ut pallidus omnis. Macer, Cum mulſa ebibitum pituitæ noxia ſoluit.

Habet pituita domicilium in capite, ut inquit Auguſtinus, Plato in Timæo, pituitam ait eſſe omnium lâguorum originem, qui ex diſtillatione fiunt, ex eaq; gigni malas valetudines plurimas, quoniam in plurima loca illabitur. Quæcunq; autem partes corporis tumeſcere dicuntur, ab illius incendio & côbuſtione vexantur. Quæ quum capiat extrinſecus, varios exitu ſuo tumores producit. Intrinſecus uero cohibita, vrêtes edacesq; morbos procreat. Tunc autem peſſima, quando puro ſanguini mixta, ligaminũ fila ſuo ex ordine dimouet, & interdũ penetrat in medullas, adductisq; radicibus, inde animi uincula, quaſi nauis funes reſoluit & amputat. Pituita etiã catarrus dicitur. Pituita etiã in gallinis dicit. Colu. lib. ix. Sæpe etiã iã validioribus remediis factis, atq; ipſis matribus etiam uitanda pituitæ pernicies erit. Hinc Pituitoſus, qui vulgò dicitur phlegmaticus. Cicero lib. i. de Fato. Inter locorum naturas quantum inter ſit uidemus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in aliis eſſe pituitoſos, & quaſi redũdantes, in aliis exiccatos atq; aridos.

Pityocampæ, vermes è pinu arbore naſcentes, morſu venenato, nec diſſimili à bupreſtis morſu. Pli. li. 23. Vſus ſæpe contra cantharidas bupreſtim pinorum, quas pityocampas uocant Græce πιτυόκαμπαι dicũtur, πίτυς enim pinus. Vnde & pityuſæ inſulæ à Græcis dictæ, à frutice pineo monumẽtis ſcriptorum inclytæ. Campe verò ſignificat brachium, ſiue erucam, à flexura quæ dicitur campe. Pli. lib. xxiii. Vſus côtra pinorum erucas, quas pityocampas uocât. Colu. lib. xi. Beſtiolæ quæ à nobis appellantur erucæ, câpe nominantur.

Pityonices, dicit qui eſt victor in ludis Græciæ, in quibus uictores donabâtur pinu, qui in Archemori honorem celebrabantur.

Pytiran, Latini furfurẽ dicũt. Vnde, pityrii panes, furfurei, quorũ meminit Galenus libr. de Alimentis.

Pitylisma, atis, genus exercitationis, et maxime quæ velox quidem fit, ſed citra intentionem uiolentiamq;. De hac exercitatione Galenus ſic inqt. Eſt pitylizin ſeu pityliſſare, quum quiſpiam ſummis pedibus ingrediens, manus protendit, ocyſſime mouet, alteram retrorſum, alteram prorſum. Quò potiſſimum gymnaſii genere ad parietes exercent, ut ſicubi lapſi ſint, adprehenſo mox pariete facile reſurgant, atque ita exercentium lapſus fallunt, & ipſa fit exercitatio imbecillior.

Pityuſa, inſula quæ Miletus dicitur.

Pityuſæ, Inſulæ quære in dictione pityocampe.

Pius, a, um, quandoq; religioſum ſignificat. Verg. Dii meliora piis. Quandoq; miſericordem, benignum. Cicero, Non ſecus in me pius, quàm pater in filios. Quandoque caſtum. Quintil. Et pios amores ac pudicos. Huius contrarium eſt Impius. Exiſtimo autem quòd deductum ſit à Græco pius, immutatiuncula quadam πρᾶος, ρα, ον, i, λέγεται, id eſt, Praos, pa, in, dicitur pius.

Pix, eſt quæ fit ex arborum reſinis ad ignem decoctis. Reſina uero eſt liquor craſſus ex arboribus fluens, et ſæpe ſua ſponte ſiccatur ad Solem. Pix liquida coquitur, ad nauium, & ad multos alios uſus. Plinius lib. xiiii. Pix in Italia ad uaſa uino condendo maxime probatur Brutia, & picea reſina hinc pico, cas, de quo ſupra.

Pixacanthũ, ſpinæ ſpecies, quã chironiũ vocant. Ce.

P ANTE L.

Placas, Græci uocant cruſtas maſſasq; auri in tabellæ formam congeſtas. Tabulæ à Græcis πλάκες dicuntur.

Placenta, libum farinaceũ, quod fit ex farina ſiliginea, caſeo, melle. Dicta quòd nobis placeat, uel quòd ea ſolerent Deos placare. Vel dicit à Græco πλακοῦς.

Placeo, ces, cui, citum Placere eſt gratum eſſe, cuius côtrarium eſt Diſplicere. Hiero. in prol. Paralip. utrũq; complexus eſt. Orationum itaque veſtrarum adiutus auxilio, miſi librum beneuolis placiturum, tamen inuidis diſpliciturum eſſe non ambigo. Aliquãdo placere, eſt efferri, gloriari, & confidere, ut, Ego placeo mihi, Tu places tibi, Ille placet ſibi. Quintil. Placeas licet tibi optimatum fiducia diues, ſi mihi idem inuidere non expedit, pares ſumus. Hinc etiam Complaceo, quod ſignificat etiam placeo. Terenti. in And. Poſtquam me amare dixit, complacita eſt tibi. Diſpliceo, non placeo. Idẽ in Heaut. Heu heu quã ego nunc totus diſpliceo mihi. Perplaceo, ualde placeo. Idem ibidem, Perplacet. Habetq; impersonale paſſiuæ uocis. Cyprianus, Si hominibus placetur, dominus offenditur.

Placido, as, placidum ſeu placatum facio. Ambroſius lib. de Abel. Graues motus noſtræ adoleſcẽtiæ, fida ſenectutis ſtatione placidantur.

Placidus, da, dum, mitis, ſedatus, quòd illa quæ quieta ſunt omnibus placent. Terent. in Adelp. Ille ſemper egit ſuam uitam in ocio, in conuiuiis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Donatus, Clemens, eſt circa recte agentes, Placidus, etiam circa delinquentes, Clemens animo, Placidus vultu.

Hinc

Hinc Placiditas, quam Varro in ouibus eſſe adſerit, quum ait. In quis primum non ſine cauſſa putant oues adſumptas, & propter vtilitatem, & propter placiditatem. Maxime enim quietæ & aptiſſimæ ad vitam hominum.

Placitum, nomen ſignificat conſenſum, & veluti pactioné firmatá. Pli. Eadem ætas. Neronis principatu ad Theſſalum tranſiliuit, delentem cunctorum maiorum placita & rabie quadam in omnes eius æui medicos perorantem. Hier. in Gene. Non poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum.

Placitus, cita, tum, participium. Terentius in prologo Hecyræ vbi cognitæ ſunt, placitæ ſunt.

Placo, cas, mitem ac placidū facio, propicio. Inde Placabilis, propiciabilis. Huius verbi cópoſitum eſt Cóplaco, pen. prod. Gellius: Cóciliare ſibi atq; complacare iudices debent, ſenſusq; eorum expectatione cauſſæ ſuſpenſos rigentesq;, honorificis ferendisq; ſententiis commulcere, non iniuriis atq; imperioſis mhditationibus conturtare.

Placor, coris, placabilitas ipſa. Hieronymus apud Eccleſiaſt. cap. iiii. Qui vigilauerint ad illam, complectentur placorem eius à placo, as.

Plæruſq;, raq;, runq;. Vnde in nominatiuo tam ſingulari quam plura. Pleraq;, penult. corripitur, in ablat. produ. Horatius in Epiſt.

Si quædam nimis antique, ſi pleraq; dure. Idem.
Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat.

Plæriq; modò capiũ pro maxima parte. Salluſtius, Pleroſq; ſenectus diſſoluit: niſi qui ferro aut beſtiis interiere. Modo pro eo quod eſt, nonnulli. Quinti. Videas plæroſq; ita percitos, id eſt, nonnullos. Solet etiā eſſe ſyllabica adiectio, & pro una orationis parte poni: vt quū dicimus: Plæriq; oēs hoc factitāt: Significat enim oēs. Terent. in And. Quod plæriq; omnes faciunt adoleſcentuli. Diphthongatur autem, quoniam ἀπὸ τοῦ πλήθειν fit, quod plenũ frequens ſignificat, conuerſa e, longa in æ, diphthongum, ut in ſcæna, rhæda, læthe, aliisq; ꝑmultis dictionibus ſeruatur. Similiter Plærunq;, qđ à Plerusq; deducitur, dupliciter ſumi poteſt. Vno modo pro eo quod eſt, ferè ſemper. Alio modo, ſed rariſſime, pro eo qđ eſt, nonnunquam. Quintil. Excuſſa ſunt plerunq; uitia verberibus. id eſt, nonnunquam. Et ab aliquibus putatur nomen ab aliquibus aduerbium. Inuenitur etiá Plærus, ſine adiectione. Pacuuius. Periere Danai, plæra pars peſſundata eſt.

Plaga percuſſio, vulnus verber. Verg. Plagis perēptũ. Tunſi per integram ſoluuntur viſcera pellem.
Aliquando plagæ, retia dicuntur rariora, ad capiendas feras, quòd plagis, id eſt foraminibus plena ſint. Cice. lib. iii. Offic. Sunt'ne igitur inſidiæ tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis? Vergilius,
Retia rara plagæ lato uenabula ferro.
Vbi Seruius ſcribit, Plagas proprie illos funes dici, quibus retia tenduntur circa imam & ſummam partē. Rurſus, cœli vel terræ ſpaciũ ampliſſimum (quod etiam tractus, & clima à Græcis dicitur) plaga adpellatur. Vergilius lib. vii.
In medio dirimit plaga Solis iniqui.
Item grande linteum tegmen candidum, quod ſyndoné vocant lecticariā: quale eſt quo nunc utuntur mulieres Romanæ: olim paſſim in vſu erat. Var. de uita Paſt. Chlamydes plagæ, vela, vaſa aurea. Idem: Eburneis lectis, & plagis ſigillatis. Et habet primam correptam, niſi quum ſignificat vulnus, quod Græce dicitur πληγή. Ouidius de Triſtibus:
Non habet in nobis iam noua plaga locum.
Huius diminutiuum eſt plagula. id eſt, parua plaga.

Plagarius, qui plagas, id eſt, vulnera infert. Et Plagiarius, qui hominem quem ſcit liberum eſſe, emit, vendit ue, aut pro ſeruo tenet. Item qui libertũ emit vel vendit. Item qui ſeruo aut ſeruæ perſuadet vt à domino domina ue fugiat: vel eum eam'ue inuito vel inſciēte domino celat, vinctũ habet, emit vel vēdit. Dictus plagiarius, ꝙ lege Fauia plagis dānatus eſſet. Lex ipſa Plagiaria, crimen Plagiariũ, ſiue plagiũ uocatur. Mart. Impones plagiario pudorem, Plagiarium uocat furem librorum ſuorum.

Plagiator, idem quod plagiarius. Hieronymus ad Florentinum: Magiſtrũ autem pueri tui, de quo dignatus es ſcribere, quem plagiatorem eius eſſe nõ dubiũ eſt, ſæpe Euagrius presbyter me præſente corripuit. Cui ille reſpondit: Ego nihil timeo: dicit ſe à domino ſuo fuiſſe dimiſſum.

Plagiger, pen. cor. quaſi genitus ad plagas. Plautus in Pſeud. Plagigera genera hominum.

Plagioſus, dicitur Grammaticus, ludimagiſter: quòd plagas inferat. Vnde Domitii Marſi uerſus eſt:
Si quos Orbilius ferula ſcuticaq; cecidit.
Et Plagioſus eſt, qui ſuauitate verborum retrahit à propoſita virtute.

Plagipatus, qui plagas patitur.

Plago gas, plagā infero. Auguſt. lib. xxi. Ciui. Quũ iuſtiſſime amoſas pœnas ſeruus in cōpedibus pendat: qui verbo aut ictu celerrime tranſeunte vel laceſſiuit dominum, vel plagauit. Hieron. participio uſus eſt in Eſa. Plagatus ſum in domo eius.

Plagoſus, plenus plagis, vt plagoſa crura, apud Apuleium: ab Horatio plagoſus, qui ſæpe plagas infert.

Planaratrum, dicitur aratrum, in quo cuſpis vomeris palæ effigiem habet. Cc.

Planaria, Inſula eſt vltra Corſicā, à ſpecie ſic dicta: quòd æqualis freto exiſtat, ideoq; nauigiis fallax. Cc.

Planaſia, Inſula eſt in mari Thyrreno, non longè ab Ilua, vt autor eſt Ptolemæus lib. iii.

Plancæ, tabulæ planæ: à planitie ita adpellatæ. Pli. li. viii. Nec pontes aſini tranſeant, per raritatem plancarum tranſlucentibus fluuiis.

Planci, qui ſupra modum pedibus plani ſunt. id eſt, qui pedes imos graciles habēt, planos q; æqualiter: quaſi tabellas q̃ plancæ vocabtur. Quo nomine dictus eſt Romanus quidā, cuius extant epiſtolæ lucūlēter ſcriptæ. Qui (teſte Euſebio.) quũ Galliā comatā regeret, Lugdunum condidit: quæ ciuitas Senecæ temporibus deflagrauit incendio. Hi etiam ploti dicuntur. Vnde poeta dictus eſt primo Plotus, propter huiuſmodi pedes, déinde Plautus.

Planctus, cta, ctum, participium eſt à plango, ut apud Ezechielem cap. xxxii. Planctus eſt, & plangunt.

Planctus, ctus, nomen, luctus: ut, Conuertiſti planctũ in gaudium.

Planè, aduerbium id eſt, certe, manifeſte. Quandoque omnino. Cicero Trebatio: Quare ſi planè à nobis deficis, moleſte fero. Auguſtinus lib. ii. Confeſſionum: Quid erat ille adfectus animi. Certe enim planè turpis erat.

Planetæ, ab errore dicti ſunt, ἀπὸ τῆς πλάνης. id eſt, ab errore πλανήτης, id eſt, erraticus & uagus. Vel à verbo Græco πλανάομαι, erro. Latini, ab inceſſu, uocant errantia ſydera, & erraticas ſtellas. Nigidius errones appellat. Nam (ut ait Seruius) interdum in Auſtrum, interdum in Septentrionem, plerunq; contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur.
Vnde Vergilius de Mercurio:
Quos, Ignes cœli, Cyllenius erret in orbes.
Sunt autem ſeptẽ planetæ: Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Sed quinq; cætera mũdum feruntur, & cũ mundo, quãdo retrogradi ſunt. Sol uerò, & Luna, ſemper contra mundum.

Plango, gis, xi, ctum, fleo: unde planctus, & Plangor. Eſt planctus proprie uocum, ploratus tãtum lachrymarum, fletus ad utrunq; pertinet. Sed cõfunduntur plerunq;. Aliquando Plangere, eſt percutere. Lucil.
Plangunt Littora fluctus. Ouidius,
Plangebant pectore terram. Hinc planctus, & plangor, pro percuſſione. Lucanus,
Exigit ad ſæuos famularum brachia plãctus. Silius,
Liuentia planctu Brachia. Catullus,
Procedunt leuiterq; ſonant plangore cachinni.

Planidus, Idem quod Planus. Columella libr. iii. Curamq; adhibito, ut à ſuperiore, & ſicciore, & exiliore in planidiorem, humidiorem, pinguiorem agrum transferas.

Planipes, q pedes planos habet Diomedes ſcribit, Planipedem Græce mimũ ſignificare. Vnde comœdiæ ſiue fabulæ genus, dicitur Planipedia, vbi nullo procedebatur cultu, quòd actores pedibus planis, id eſt, nudis proſcenia introirent: non (ut tragici actores) cum cothurnis, neq; (vt comici) cũ ſoccis. Siue quòd olim non in ſuggeſtu ſcenæ, ſed in plano orcheſtræ poſitis inſtrumentis mimicis, actitarent.

Planities, æqualitas. Salluſtius, Nã vti planities erat inter ſiniſtros montes, & dexteram rupem aſperam, octo cohortes in fronte conſtituit.

Planitudo, idem quod planities. Columel. lib. v. Perticæ cacuminum modicæ planitudinis, quæ tamen dipondiaris orbiculi craſſitudinem non excedant optime panguntur.

Plano, nas planum facio. Cuius compoſita magis ſunt in uſu, vt Complano, quod eſt, in totũ planum facio. Gellius lib. III. Cato in lib. quem de Agricultura conſcripſit: Semen cupreſſi ſerito crebrum, ita ut linum ſeri ſolet, eo crebro terram inſternito dimidiatum digitum: iam id bene tabula aut pedibus complanato. Explano, Deplano, vide alibi.

Planus, na, num, dicitur cuius figura æqualis eſt. Quoniam uerò plana nullum impedimentum habent, quæ vndecunq; uideri poſſint, Planum quãdoq; pro aperto & manifeſto ponitur, & ſic habet pen. productã. Planus vero, pen. correp. ſumitur pro ſcurra; non quidem ſimpliciter, ſed certi atq; ſui generis impoſtore deceptoreq;. à fallendo dictus. Horatius,
Nec ſemel irriſus triuiis attollere curat
Fracto crure Planũ. Inter planos maxime celebres fuere Cephiſodorus & pantaleon, q decẽſurus uterque filium deceperit, ſeorſum his prodendo, qua parte domus infodiſſet aurum, quod nuſquam erat.

Planta, quum de pedibus dicitur, ſignificat totã partẽ inferiorem, digitosq;. & ungues. Verg. in moreto,
Cruribus exilis ſpacioſa prodiga planta.
Si uerò de arboribus, ea eſt quæ transferẽdi gratia, vel de arboribus rapta, vel ex ſeminibus eſt orta. Et de herbis quoq; dicitur. Idem,
Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum,
Depoſuit ſulcis.

Planiago, herba, cuius duo ſunt genera, ſcilicet maior, & minor.

Plantaria, Ipſæ plantæ in terra natæ, quæ cum radicibus transferuntur de uno loco in alium. Vergil.
Syluarumq; aliæ preſſos propaginis arcus
Expectant, & uiua ſua plantaria terra.
Plantaria etiam dicuntur plantarum loca. Plinius lib. xvii. Quædam in plantario inſita, eodem die transferuntur.

Plantaris, & hoc plantare, quod eſt plantæ pedis. Statius lib. I. Thebaidos,
Summã pedum propere plantaribus alligat alis.

Plantarius, ria, rium, quod plantari debet, ſeu quod eſt aptum vt plantetur. Colu. lib. vi. Ipſæ autem arbuſculæ hõc modo poſſunt transferri, Antequam plantarias arbuſculas effodias ſolo, rubrica notato partem eius quæ Meridiem ſpectet.

Plantiger, plantas gerens. Vnde plantigeræ arbores, quæ ex ſeſe pullulãdo plantas emittunt. Pli. Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

Planto, tas, notæ ſignificationis: ut, Homo quidã plantauit vineam. Huius compoſita Deplanto: quod eſt contrarium ſuo ſimplici. Nam Deplantare ſignificat quod plantatum erat euellere. Plin. Sed utraq; infirmiſſima, & quæ cortice nituntur tãtum, vel leui aura ocyſſime deplantantur. Columella libro ſecundo, Ne aut cornu bos ad ſtipitem vehemẽtius offendat, aut extremo iugo truncum delibret, ramũq; deplantet. Explanto, ſignificat ſicut deplãto. Idẽ, Vt ſit quæ teneræ adhuc pãpini capulis ſuis illigẽt, ne uẽtis explantentur. Et lib. vi. Antequam explantes arbuſculã.
Supplanto, ſubtus planto, de quo alibi.

Planula, à complanando dicta eſt, pro inſtrumento fabrili, quo aſſamenta leuigantur & poliuntur. Nã dolabra idem uidetur eſſe quod aſcia, ut inquit Donatus, qui ait: Dolare, eſt aſcia cædere. Et Planulæ ſunt, quas nos lamas uocamus. Fores enim cum planulis ferreis parietibus cardinibus coniunguntur, & ſuper illos deuoluuntur.

Plaſis, Græcè, Latinè formatio dicitur. Hinc Plaſtes,

Plaſma, & Plaſmo.

Plaſma, matis, & Plaſmatum, figmentum: quod & figulinum opus dicitur, quod formatum eſt. Item Plaſma emplaſtrum, à πλάττω fingo, componoq́. Perſius,

Liquido quum plaſmate guttur Mobile colluerit.

Antiqui enim nonnulli emplaſtrum ex pluribus liquidioribus rebus commixtis uocem adiuuãtibus faciebant. Cato: De plaſmatis bibendis.

Plaſmo, as, figmentum aliquod efficio.

Plaſtes, fictor. qui figulinã artem exercet: qui & figulus dicitur. Hiero. Mollis cæra, & ad formandum facilis, etiam ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus, tamen virtute totum eſt, quicquid eſſe poteſt.

Plaſtice, fictoria, vel figularia, ars figulina, qua finguntur imagines ex argylla, ἀπὸ τοῦ πλάττειν, quod eſt fingere. Vnde & proplaſtice, dicitur ars faciendi typos. id eſt, formas, quibus formandis figulinis operibus utuntur. Dicitur etiam proplaſtice, pro ipſa forma, quam ad formanda alia opera adhibent. Plinius, Archeſilai proplaſticen pluris uenire ſolitam cõſtat ab artificibus ipſis, quàm aliorum opera.

Platanodes, Achaiæ promontorium. Cc.

Platanus, pen. cor. arbor late ſpargentibus ſe ramis, à πλατὺν latum. Petronius arbiter,

Nobilis æſtiuas platanus diffuderat umbras.

Eſt autẽ tam maſculini quàm fœminini generis, & tã quartæ quàm ſecũdæ declinationis. Verg. in Culice,

Nam primum prona ſurgebant ualle patentes
Aeriæ platanus. Idem in Georgicis,
Et ſteriles platani malos geſſere valentes.

Hinc Platanetũ, et Platanõ pro loco platanis cõſito.

Platea, penul. prod. (ſecundum Donatum. Nam Græci πλάτειαν dicunt, nos plateam, ſicut Μήδειαν Medeam, σπονδεῖον ſpondeum. Horatius tamen in Epiſt. corripuit, quum ait:

Puræ ſunt plateæ nihil ut properantibus obſtent.

Similiter & Catullus corripuit) via latior, fereq́ militaris, prætoria, conſularisq́ dicitur. Auguſtinus, plateæ perpetuæ ac latiores ciuitatum uiæ ſunt, iuxta proprietatem linguæ Græcæ à latitudine nominatæ. Quandoq́ etiam capitur pro area, in quam cõuenire populus ſolet. Lampridius in Heliogabalo, Platea in palatio ſtrauit, Lacedæmoniis & Porphyreticis ſaxis. Eſt & nomen auis, quæ ad ea volat quæ in mari merguntur, & capita eorum mo. ſu corripit, donec capturam extorqueat, dicta platea, à latitudine corporis.

Plateæ, numero plurali, ciuitas in Bœotia, ſub Cithærone monte, non longè à Thebis. Dicta à latitudine remorum, ut inquit Strabo. Nam Græce πλάτεις remus, πλάτος latitudo. Inde Platea, quia lata. Hic Pauſanias & Ariſtides, Mardonium Xerxis ducem & conſobrinum ſuperauere. Hinc plateenſes populi dicti.

Plato, philoſophus, ab humerorum latitudine dictus. Hic antea, ex aui paterni nomine, Ariſtocles uocabatur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæſtra ſe exercuit, apud Ariſtonem palæſtritam, à quo primũ cognominatus eſt Plato. Natus eſt Athenis, eo die, quo apud Delon Apollo. Studuit picturæ, & tragœdias poemataq́ edidit. Adeò autẽ in omni diſciplinarũ genere, & præſertim in philoſophia excelluit, vt diuinus Plato, & philoſophorum Homerus uocatus ſit. Cicero lib. Tuſcul. quæſt. Platonicæ maieſtatis maximus eſt buccinator, adeò ut ipſum Deum adpellet: quem Labeo inter ſemideos commemorandũ putauit cui defuncto Magi uti Deo immolauerunt. Fuit varius, multiplex, & tantæ eloquentiæ, vt Iouẽ (ſi Græci loqui uoluiſſet) Platonicæ loquuturũ philoſophi dicerent. De quo Quintil. Quis dubitet Platonem eſſe præcipuum, ſiue acumine differendi, ſiue loquendi facultate diuina quadam & Homerica? ut mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico uideatur oraculo dei inſtitutus.

Platos, Græcè, Latinè, dicitur latitudo. Vnde Plato, Platea, Platanus, & multa alia.

Platycerotes, beluæ lata cornua habentes.

Platyophthalmus, quaſi dilatãs oculos, πλατὺς enim latus, ὀφθαλμὸς oculus. Quo noĩe dictus lapis ſpumæ candidæ, nitentisq́, quod ſtimi adpellãt, alii ſtibiam, alii alabaſtrum, alii turbaſim. Nam dilatat oculos, & eorum fluxiones exulcerationesq́ inhibet.

Platyphyllon, lactucæ genus. Cc.

Plaudeo, des, idem quod plaudo. Eſaiæ tertio cap. Extento collo, & nutibus, ibant & plaudebant. Hiero. in Eccleſiaſt. caput ſuũ mouebit, & plaudebit manu. Quod nunc in ſecunda coniugatione rariſſimum eſt inuentu.

Plaudo, dis, ſi, ſum. Eſt autem plaudere, quoties alicui, pro re bene geſta congratulamur, lætitiamq́ oſtendimus. Ambroſ. lib. ii. de Virgin. Quæ pompa illa? Quanta angelorum lætitia plaudentium? quæ habitare mereatur in cœlo? quæ cœleſtem uitam uixit in ſeculo? Seneca, Vnam rem adiiciã, & fauere ac plaudere te iuuabit. Fit etiam quãdoq́ in deriſum, ut eſt apud Ezechielem: Pro eo quòd plauſiſti manu, & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto adfectu ſuper terram Iſrael. Huius cõpoſita ſunt Adplaudo, quod eſt alicui plaudo. Hieronymus, Quanquam labia torqueatis, trahatis capillum, adplaudatis pede, fidem eccleſiæ apertiſſime confitebor. Supplaudo, de quo alibi.

Plauſibile, fauorabile, iucundum populare quod plauſu populi excipi poteſt. Cicero, Quoniam plauſibilia hæc non ſunt, ut in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Sic oratio plauſibilis dicta eſt, quæ placet, & plauſum populi meretur.

Plauſtrũ, currus, quòd ex omni parte fit palàm quod in eo uehitur, ut inquit Varro.

Plauſus, ſus, Cicero in Catone, quibus quum à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus.

Plauti, à planis pedibus, qui & ploti nominantur. Soleas quoq́ dimidiatas, quibus utebant in uenando, quo planius pedẽ ponerent, Semiplotia adpellabãt.

Plautus, uide in dictione Plotus.

Plebecula, diminutiuum eſt à plebs.

Plebeiæ, pudicitiæ ſacellum Romæ, ut ſacra cætera colebatur.

plebeius,a,um,quod eſt plebis,vt,Plebeii ædiles.
Plebiſcitum,plebis ſtatutũ. Sciſcere enim,ſtatuere eſt. Scita verò plebis adpellantur ea,quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit,plebeio magiſtratu rogante,vtpote tribuno.In populo enim omnis pars ciuitatis & omnes ordines continentur. In plebe neque equites ſunt,neq; patritii.
Plebs,bis,vel plebes,bei,idem quod vulgus,hoc eſt, vilior pars populi. Gellius, Plebes in qua gentes ciuium patritiæ non inſunt. Plinius, Tanta plebei cõſternatione, vt primò pulſus ex ea regione, mox & interemptus ſit.
Plectilis,pe.cor. q̃ plexa eſt.Plaut in Bacchid. Pro galea ſcaphium:pro inſigni,ſit corolla plectilis.
Plecto,ctis,xi,ctum,(ſecũdum Priſcianum)vel xui,ſecũdum aliquos xum,ſignificat punio,ferio,ἀπὸ τοῦ πλήττω,ferio,Plaut.in Pœn. Sed vide ſis ne tu oratorem hunc pugnis plectas poſtea. Idem in Menæh. Quid me uobis tactio eſt? plecte illos pugnis. Huius paſſiuũ eſt plector. Teren.in Phor. Tu iam lites audies,ego plectar pendens.id eſt,feriar, vt inq̃t Donatus. Cice.de Amicitia, Sed cũ multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis & deligendis,& colendis.Hinc plectrum,& plagæ.
Plector,deponẽs,non eſt in vſu:ſed habet compoſita Amplector,Complector,Circũplector, Implector, vnde Implexus,quod eſt,ĩplicatus. Gregorius: Sed quum ex lectione alia redemptoris noſtri ſententia ad mentem reducitur,ex huius nobis lectionis verbis quæſtio valde implexa generatur.Perplector,perfecte ligo.Hierony.ad Paulinum, Tenent ſe mutuò, ſibiq; perplexi ſunt,& quaſi rota in rotam voluitur. Teren.in Eunu.Pergin' ſceleſta mecum perplexe loqui?Donat.Ideo perplexe, quia ſtatuerat uitium celare uirginis. Hinc perplexor, quod eſt, valde ligo, ſeu in dubio pono. Plaut. in Aulu. At ſcio quo vos ſoleatis pacto perplexarier.Pactum,nõ pactum eſt: non pactum,pactum eſt,quod vobis lubet. Idem in Aſin. Neq; ullum uerbum faciat perplexibile.id eſt, ambiguum multum.
Plectrum,inſtrumẽtũ citharœdi quo fides plectunt. id eſt,percutiuntur,à πλήττω percutio. Martial. Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat,
Exornent docilem garrula plectra lyram.
A' noſtris dicitur quandoq; pecten. Vergil. Iam pectine pulſat eburno. Plectrum etiam quandoq; calcar æneũ, quod olim gallis gallinaceis addebatur dum inter ſe pugnarent.
Plegma,tis,rete,crines intorti,hoc eſt, tricæ, & omne textum.
Pleiades,ſtellæ quæ taurum perficiunt præter caput: quod ortu ſuo primæ nauigationis tempus oſtẽdit, πλειάδες Latinè Vergiliæ dicũtur,à uerni tẽporis ſignificatione quo oriũtur. Nam Vere exoriuntur, & circa æquinoctium earũ ortus matutinus eſt. Hygyn.Inter huius Tauri finitionem, & caudam Arietis ſtellæ ſunt,quas noſtri Vergilias, Græci Pleiades dixere. Fuerunt Athlantis filiæ ſeptem, ex Pleione Nympha,cum quibus Iupiter cõcubuit. vñ & Pleiades dictæ, & ex hoc relatæ ſunt in numerum ſyderum:vulgò pulcenaria dicuntur. Vel à pluralitate πλειόνες. Pleones enim Græca lingua plures dicuntur:plures autem ſimul adparere certum eſt. Pherecydes tradit ſeptem ſorores fuiſſe, Lycurgi filias ex Naxo inſula. Et quia Liberum educauerunt ab Ioue inter ſydera fuiſſe relatas. Harum nomina putãtur Electra,Halcyone,Celæno,Merope, Aſterope, Taygete, Maia:quarum ſeptima vix cerni poteſt. Ouidius libro quarto Faſtorum:
Pleiades incipient humeros releuare paternos,
Quæ ſeptem dici,ſex tamen eſſe ſolent.
Seu quòd in amplexus ſex hinc venere Deorum,
Nam Steropen Marti,concubuiſſe ferunt,
Neptuno Halcyonem,& te formoſa Celæno,
Maian & Electran Taygetamq; Ioui.
Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit,
Pœnitet,& facti ſola pudore latet.
Siue quòd Electra Troiæ ſpectare ruinas,
Non tulit antè oculos oppoſuitq; manum.
Fit autẽ qñq; hæc dictio tetraſyllaba. Propertius,
Non hæc pleiades faciunt nec aquoſus Orion.
Aliqñ abiicit e,& dicimus pliades. Stati' lib.i. Syl.
Nec per & Aegeas Hyades pliademq; niuoſum.
Sidus & olenii dignum petiiſſe ſub aſtris.
Plemmyrium,fluuius Siciliæ,qui per agrum Syracuſanum labitur,à πλημμυρέω,quod eſt exundo.
Plenilunium,vide in dictione Luna.
Plenus,plena,num,quod eſt uacuo contrariũ,hoc eſt, in quo nihil eſt vacui: ſed integrum atq; perfectum eſt. Hinc plenitudo,perfectio.
Pleo,es,quãuis non ſit in vſu, habet tamen compoſita.Compleo,Expleo,Impleo:à quo Adimpleo, Oppleo,Repleo,& Suppleo.Lact.lib.vii. Et replebuntur montes cadaueribus oſſibusq;.
Pleon,ſiue pleion.Græce,ſignificat plus.Ce.
Pleonaſmos,Latinè cumulatio, ſiue adiectio. Figura,quoties ſuperflua adduntur: vt ſic eſt ore locuta, πλέον enim plenus dicitur.
Pleriq;,à plus deducitur,quod autores aliquãdo vſurpant pro eo quod eſt plures,& maxima ex parte, & plerũq;,quod ſignificat ferè ſemper. Pleriq; oẽs vna pars orationis.id eſt,pleriq;. Terent. Quod pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli.Ce.
Pleſtyriaſtas,πλειστηριαστάς, Græci uocant licitatores.
Plethron,quidam pro iugero accipiunt. Alii plethra ſingulis cõtineri iugeribus exiſtimãt,vt Hero mathematicus in plethro pedes centũ,in iugero ducentos, & quadraginta in lõgitudine,dimidiũ in latitudine ex dimenſione Quintiliani contineri ſcribens.
Plethyntic[illegible],Latinè pluratiue dicitur.
Pleuritis,idis,dolor laterũ.Græce πλευρῖτις. πλευρὸν, latus dicitur. Hinc pleureticus, qui hunc morbum patitur. Sunt etiam qui hunc morbum pleureſin uocent. Macer,
Coſtarum quam pleureſin Attica lingua.
Plexa,ligata,à quo perplexa,intricata & abſtruſa: & perplexè,aduerbiũ,hoc eſt implicite,inordinate: & perplexabile figuratur per quod aliud ſentit. Plaut.

Nec vllum

Nec vllum verbum facit perplexabile. Ce.

Plexaura, Nympha ſic dicta quòd plene fruat. ι πλη-γῶ, impleo, & ἀύρω, fruor, quo nomine uocata eſt vna Athlantidum.

Plicatile quod plicatur: vt nauis plicatilis, quæ facta eſt ex corio, & Plicatilis criſpa upupæ.

Plico, cas, caui, catum, & plicui, plicitum: à quo quatuor compoſita, Adplico, Complico, Explico, & Implico. Similiter duplex præteritũ, & duplex ſupinũ habent. Reliqua ſolũ in aui, atum terminant: vt Duplico, Triplico, Quadruplico, Multiplico, Replico, Supplico. Significat autem plicare, nectere, & veluti rugas facere. Tractum à Græco πλέκω, quod eſt nectere. Adplico, de quo alibi. Complico, ſimul plico, cumulo. Hierony. in prolog. Iob: Si fiſcellã iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in ſudore vultus mei comederem panem meum. Lact. lib. v. Quid leno, niſi ut bonis exuat? quid fur, niſi ut plura complicet? Implico, innecto, inuoluo. Sallust. libro i. Hiſto. Implicitæ rates myſteria prohibebãt. Lactantius libro ſecũdo. Nam quũ bello ciuili Bruttiano implicitus, graui morbo abſtinere prælio ſtatuiſſet. Aliquando implicare, ornare. Plaut. Implicat ad ſpeculum caput. Circũplico. Gellius, Sinculo cõpari quem habebat capite ad finem, périnde vt debere fieri ſciebat, circumplicabat. Replico, diſſoluo. Plaut. Replica tricam atque extende. Et Replicare, rurſus explicare, dicere. Hieronymus ad Lucinũ Bæthicum: Hæc & ipſe intelligis quo animo replicem. Plinius, Quum ſæpius ille replicaſſet tandem perſuaſit. Duplico, à quo Conduplico, Multiplico, & Supplico, de quibus alibi.

Plinius, Veronenſis, naturalis hiſtoriæ ſcriptor: ſic dictus à uerbo Græco (vt nonnulli putant) πλύνω, id eſt, lauo. Cornucopiæ.

Plionem, Nympham ferunt ex qua & Athlante, Athlãtides genitæ dicuntur: vnde & nomen ſumpſerunt Pleiades dictæ.

Pliſtonicus, nomen autoris, de quo Athenæus. Fuit & Appion quidam, cognominatus Pliſtonicus, non multo tempore Plinio ſuperior: vt idem Plinio volumine teſtatur. Qui & Pliſtonices quandoq. ſcribitur, ſicut Olympionices.

Plodo, dis, ſi, ſum, ſignificat quatiẽdo, ſiue collidẽdo, et manibus, pedibus'ue ſonum aliquem facio. Cuius compoſita ſunt Applodo quod eſt iuxta, ſeu ad aliquid plodo. Quintil. Complodere manus, ſcenicum eſt, pedes applodere interim licet. Feſtus: Sui applu dam ſorbitionis liquidiſſimum genus putent, quod flatu deiiciatur & quaſi applodatur. Applodere per tranſlationem eſt fauere, ac teſtari honorem illo motu. Complodo, Explodo, Diſplodo, et Supplodo, de quibus in Explodo.

Ploro, ras, vide in dictione Fleo. Eius compoſita ſunt Comploro, ſimul ploro. Liuius lib. i. Tum demum palàm facto & comploratione regia orta. Seruius, Præſidio firmo munitus, primus iniuſſu populi voluntate patrum regnauit. Deploro, Exploro, & Imploro, de quibus ſuis locis.

Ploſtrum, idem quod plauſtrum, nam au, in o, ſæpe eſt uertitur. Huius diminutiuum eſt Ploſtellum. Auguſtinus lib. de Ciuita. Dei, Nam hoc turpe membrũ per Liberi dies feſtos cum honore magno ploſtellis impoſitum, prius rure in compitis, & vſq; in vrbem poſtea vectabatur.

Plotæ, inſulæ antea dicebãtur, quæ nunc Strophades dicuntur.

Plotiam, arundinem vocant ſubtiliorem, quòd nexibus apta ſit.

Plotina, Traiani Cæſaris coniunx, ſanctitate, pbitate, & omnibus quæ in muliebrẽ ſexum cadunt virtutibus celebrata. Hæc tonſo capillo uirũ mentita, coniugem comitata, in exilium euntẽ imperterrita, & quædam quaſi virago tolerans ærumnas acerbas.

Plotus, poſtea Plautus dictus eſt poeta comicus. Vmber Sarſinas. Cornucopiæ.

Ploxinum, dr̃ capſa vbi plurima reponuntur. Ce.

Pluma, mollior & exigua penna. Hinc Plumeus, a, um, vt lectus plumeus. Implumis, & hoc Implume, quod eſt ſine pluma, ut auis implumis. Sunt qui dicant Plumam quorundam lingua ſignificare acum: vnde Plumarius, a, um, vt opus plumarium. Item plumeus, & plumiger. Cornucopiæ.

Plumarius, a, um, quod ex pluma eſt. Vnde plumariã culcitram dicimus, quæ pluma plena eſt. Et plumarium dicitur opus acu factum: quod Græci à liciorum multiplici uarietate polymitarium adpellant. Hierony. in Exod. Decem cortinas de byſſo retorta, variatas opere plumario, facies.

Plumarius, qui acu depingit. Vnde ibidem legitur, quòd Achiſamech fuerit optimus lignorum artifex, & polymitarius atque plumarius. Cato de Liberis educan. Etenim nulla, quæ non didicit pingere, poteſt bene iudicare, quid ſit bene pictũ plumario, aut textore in pulu maribus plagis.

Plumatile, penul. cor. quod ex plumis factũ eſt. Plau. Comatile aut plumatile, plumis implere. Nonius clauatum interpretatur, aut ex pluma factum. Clauum, inquit, nomen habuit ob uillorum longitudinem, quaſi plumæ uideantur.

Plumbago cõmunis vena plũbi & argẽti, Græce molibdena. Plin. Frequens & his plumbago, hoc eſt, vt in Sole plumbei uideãtur. Eſt et hoc nomine herba quædã quæ à Græcis molybdena dicitur.

Plumbarius, a, um, quod ad plumbum ptinet, vt plumbaria officina. Plin. Pſimmythium quoq;, hoc eſt, ceruſam plumbariæ dant officinæ.

Plumbarius, rii, qui ex plumbo facit opa.

Plũbatæ, dicunt pilæ plũbeæ, quas veteres peregrino vocabulo Manobarbulos vocabãt. A quo et milites q; his vtebãtur, Manobarbuli adpellati ſunt.

Plumbatura, modò ferruminationẽ ſignificat, modò quãcunq; coniuncturam plumbo factam.

Plumbeus, a, um, quod ex plumbo eſt: vt imago plumbea. Aliquando dicitur nigrum. Vnde Plautus plũbeum hominem adpellat liuidum. Per tranſlationẽ quoq; plumbeũ ingenium obtuſum dicitur, et quod penetrare cogitando non poteſt.

Plumbo, as, ferrumino. Plin. Neq; argẽtum ex ſtanno plumbatur, quoniam prius liqueſcit argentum. Hinc Replũbo, quod eſt reſoluo. Iureconſ. ff. de auro & argen. lega. Emblemata vaſis & lapidibus incluſa replumbari poſſe ſignificat.

Plumbum, duplex eſt, album ſcilicet & nigrum: album ſtannũ dr̃. Nigri plumbi duplex origo eſt. Aut enim ſua ſponte naſcitur vena, nec quicquã aliud ex ſe parit. Aut naſcitur cum argento, miſtis q; venis conflatur. Primus liquor qui in fornacibus fluit, albũ plumbum & ſtãnũ vocaſ. Secũdus argentum, quod remãſit galena dicitur, & Latinè plumbago.

Plumeſco, is, à plumeo, mes, fieri conuenit, pennatus fio. Auguſti. lib. iiii. Confeſſio. Aut quid tum aberat paruulis tuis longè tardius ingenium, quum à te longè non recederent, ut in nido eccleſiæ tuæ tuti plumeſcerent.

Plumo, mas plumam facio: vnde plumatum eſſe, pennatum dicimus. Gellius lib. i. Auicula eſt parua, nomen eſt caſſita, habitat, nidulaturq; in ſegetibus: Id ferme temporis, vt adpetat meſſis pullis iamiam plumantibus. Et plumare, eſt acu pingere. Flauus Vopiſcus: Laneas tunicas purpura nicantes & plumatiti difficultate pernobiles.

Plumula, diminutiuum, parua pluma. Colu. lib. ix. Plumulæ ſub cauda cluniibus detrahẽdæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcant, & naturalia præcludant.

Pluo pluis, plui plutum, quandoq; ſuppoſitum habet, ſed non adpoſitum. Hieronymus in Gene. Nõ enim pluerat dominus ſuper terram: Et iterũ: Ego pluam ſuper terram. Aliquando id quod pluit ponitur in nominatiuo. Tibullus,

Multus & in terris depluerétq; lapis. Valerius Maxi. in Piceno lapides pluiſſe ait. Augu. lib. iii. de Ciuitate Dei, Sed quum pluit terra, quum pluit creta, quum pluunt lapides, non vt grando adpellari ſolet hoc nomine: ſed omnino vel terræ, vel cretæ, vel lapidum pluuia. Quandoq; ablatiuum adpoſitum habet. Liuius lib. i. de bello Mac. Terracinæ & Amiterni nunciatum eſt aliquoties lapidibus pluiſſe. Quandoq; adcuſatiuum: vt Deus pluit aquam, pluit manna. Quãdoq; id ſuper quod pluit in nominatiuo ponitur. Hiero. in Ezech. Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris Quintilianus lib. vi. O uum cœnaculum eius perplueret. Huius compoſita ſunt Adpluo. Plinius, Niſi adpluat exanimatur. Compluo. Varro, Deorſum in quo impluebat dictum impluuiũ. Surſum, quà cõpluebat, compluuiũ. Depluo, deorſum pluo. Impluo, intus ſiue ſupra pluo. Colu. lib. ii. Tremellius quidẽ aſſeuerat priusquam impluerit ab auibus aut formicis ſata edi vbi æſtiuis ſerenitatibus ager aret. Perpluo, p medium pluo: qđ vernaculo ſermone dicimus ſtrapiouere. Plautus in Trinu. Benefacta benefactis aliis pertegito ne perpluãt Quintil. Quũ cœnaculum eius perplueret.

Plurifariam aduerb. ſit ſignificat pluribus modis, ſiue pluribus locis. Sueto. de Tibe. Cubicula plurifariã diſpoſita, tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarum picturarum adornauit.

Plurimus, ſuperlatiuũ à multus, quod etiam qñq; pro longo ponitur. Vergilius,

Iamq; aſcẽdebãt collẽ, qui plurimus vrbi Imminet. Vnde apud eundem, nux plurima, id eſt, longa: quã ſignificatur amygdalum.

Plus, pluris generis neutri. In obliquis uero, & numero plurali trium generum eſt. Et ſecundum Priſcianum, comparatiuum eſt ſignificatione tantum, non uoce: ab eo quod eſt multum. At Gellius libr. v. non comparatiuum, ſed abſolutum dicit. Vnde Ambroſius in diua Agne formauit comparatiuum quum dixit: Cuſu parẽtes dum requiſiſſet, cœpit offerre plurima: & pluriora promittere. Vbi etiam comparatiuum ſuperpoſuit ſuperlatiuo, quod fieri conſueuit.

Ouidius libro nono Metamorpho.

Sed quæ quũ tibi iunctiſſima ſiſtior eſſe Expetit. Dicimus autem Plus hac re, & Plus hanc rem. Teren. in Euno. Non plus triduum. Victru. lib. vii. Afferes directi diſponantur inter, nec plus ſpacium habentes pedes binos. In plurali plura, & pluria. Donatus: Antiqui hoc complures, & hæc compluria. quod noſtri complura dicunt. Cicero in Protagora, Confirmanda genera compluria. Credo quia ueteres hic & hæc pluris, & hoc plure, non hoc plus dicebãt. Gell. verò refert Capitonẽ docuiſſe pluria Latinũ eſſe, plura uerò barbarũ. Nũc a ſit de uſu & pluria, & plura dicimus. Vnde & cõpluria, & complura. Terent. in Phor. Multa aduenienti, vt fit noua hic compluria. Sed differunt abinuicem plura & complura, quòd plura poſſunt eſſe duo: Complura duo eſſe non poſſunt. Illud comparatiuum: hoc minime, ideoq; non regit caſum. Complurimus non reperitur, ſed tãtum plurimus. Eſt etiam plus aduerbium Et plus ſatis, dicimus, pro eo quod eſt maxime, & plus quàm ſatis. Terẽ. in Eun. Accede huc ad ignem iam caleſces plus ſatis. Cõponiſ qñq; plus, & dicimus perplus. Ab eo fiunt deriuatiua, pluralis & hoc plurale, & pluratiuus, a, um, vt pluralis vel pluratiuꝰ numerus.

Pluſculus, a, um, diminutiuum à plus: quamuis plus à maſculino, vel fœminino non ueniat. Et ſignificat parum plus, vel aliquanto plus. Terẽtius in Phormio. Tum pluſcula ſupellectile opus eſt. Idẽ in Hecy. Primum dies compluſculos.

Plutarchus, Cheronẽſis philoſophus: floruit ſub Traiano & Hadriano imperatoribus. Nam Traiano libros Apophthegmatum dedicauit, vir erudititiſſimus & multiiuga eruditione mirabilis, ac fœcundus. Huius nepos fuit Sextus philoſophus de quibus Euſebius in Chronicis meminit.

Pluteus, machina ad expugnandos muros, ad ſimilitudinem caſſidis. Contexitur è uimine, & coriis protegitur, ternisq; rotulis: quarum una in medio, duæ in capitibus adponuntur. In quancũq; partem uolueris admouetur. Hos obſidentes muris admouẽt, adplicantq;, & eorum munitione ſagittis, aut aliis miſſibilibus defenſores ad propugnaculis exturbant, ſeu ſcalis aſcendendi præſtatur occaſio, vt inquit Vegetius. Cæſar: Sempq; hoſtibus ſpes victoriæ redintegretur, eò magis quòd deuſtos pluteos turrium vi

debant, nec facile adire apertos ad auxiliandum animaduertebant. Poſtea vero etiam tabulæ quibus aliquid præſcriberetur eodẽ nomine dictæ ſunt, Liuius, Cratibus pluteisq́; & linteis contectus. Sueton. in Caligu. accipere videtur pluteum pro fulcro tori diſcubitorii, quum inquit: Quoſdam ſummis honoribus functos cœnare modò ad pluteũ, modò ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. Martial. Nam pluteo vindice tutus erat. Librorum quoq; & tabularum ſignorumq́; repoſitoria plutei adpellantur. Iuuenalis,

Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas.

Hinc plutealis, & hoc pluteale. Vnde à Cicerone ſigilla plutealia imagunculæ pluteis. id eſt, tabulis incluſæ. Tabula inſuper qua vtuntur ii qui literis dant operã & ſcribũt, Pluteus literalis dr. Perſius,

Nec pluteum cædit nec demorſos ſapit vngues.

Pluteũ etiã dicebãt ſpaciũ id qđ inferiores columnas à ſupioribus per longitudinẽ in fronte diſcernebat.

Pluto, Saturni filius ex Opi coniuge, & frater Iouis atq; Neptuni, ab opibus nomen habet, Græce enim Plutos opulentia eſt. Qui quum ad regni diuiſionẽ veniſſent Plutoni, qui natu minor erat & Ageſilaus vocabatur, pars Occidentis obtigit, ſecus inferum mare, Ioui plaga Orientalis, Neptuno inſulæ. Hinc datus eſt locus fabulæ, ut Ioui imperium cœli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigerit. Pluto autem Summanus, Dis, Orcus, Vragus ab vrgendo, Vedius Iupiter dictus fuit. Idem Quietalis eſt adpellatus, quaſi mors quies ſit ærumnarum. Huius vxorem fuiſſe Proſerpinam Cereris filiã ex Claudiano poeta ſatis conſtat.

Pluuia, æ, eſt iugis & lenta aqua dum pluit.

Pluuialis, ſeu pluuiatilis, adiectiua eiuſdem ſignificationis cum pluuius. Feſtus, Compluuium, quò de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Colu. lib. x. Infoſſi lacus ſignino cõſtruuntur, qui receptã pluuialẽ aquam contineant. Et dies pluuiales ab eodem dicti ſunt in quibus pluit.

Pluuioſus, oſa, oſum, ut annus pluuioſus, in quo fuerunt frequentes pluuiæ.

Pluuius, a, um, vt aqua pluuia, quæ pluta eſt. Plinius, Teriturq́; in mortariis admiſta aqua pluuia. Horatius lib. i. Carminum, ventos pluuios vocat, hoc eſt, pluuiam inducentes. Columella Ver pluuium nominat, in quo ſæpe fit pluuia.

Plyſſima, veteres pro plurima vſurparunt. Cc.

P ANTE N.

PNeuma, matis, πνεῦμα ſpiritus, flatus.

Pneumaticus, ſpiritalis, vnde Pneumatica organa dicuntur ſpiritalia. Plinius lib. xix. E puteo perticis pneumaticisq́; organis tollendo. Dicitur & in muſica Ratio pneumatica.

Pneumatoſeis, πνευματώσεις, inflationes.

Pneumon, Latinè pulmo, quòd à πνέω, ſpiro deſcendit. Vnde Pneumonia, πνευμονία, quod & Peripneumonia, inflãmatiõ pulmonis, quum ex aliis cauſis, tum ex diſtillatione vehementi, vel ſynanchia, vel ſuſpirio, uel pleuritide prouenieſq; vt ſanguis inde copioſus excreari ſoleat. Hinc

Pneumonici, qui laborant ex pulmone, qui Latine dici poſſunt pulmonarii: ſicut à Colu. ouis Pulmonaria dicta eſt, cuius pulmo afficitur.

P ANTE O.

POcillatores, pincernæ, qui miniſtrãt, pocula menſæ ingerentes. Vnde Ganymedes (qui à Diis raptus fert, vt Ioui pocula miniſtraret) Pocillator adpellatus eſt. Hic etiam ad cyathum ſtare dicitur.

Pocillum, diminutiuũ, paruũ poculũ. Plin. lib. xiiii. L. Papyrius impator aduerſus Samnites dimicaturus, uotum fecit (ſi viciſſet) Ioui pocillum uini. Plaut. in Aſi. Tecũ vnà poſtea, tecũ aquæ pocilla potitet.

Pocœnium, dicitur quod fit poſt cœnam.

Poculum, ꝓprie vas quo bibitur, à potione dictũ Auguſti. lib. xix. de Ciui. Dei, Non enim calix & potio quã cõtinet calix ſimul dr poculum, ſed calix ſolus. Sic tñ qđ potioni cõtinendæ ſit adcõmodatus. Sumitur tamen qñq; pro eo quod bibimus. Verg. Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ.

Podager, Podagricus, & Podagroſus, qui podagra laborat. Ennius, Nunquam poetor niſi podager. Plautus in Mercur. Sed tandem ſi podagroſis pedibus eſſet Eutichus.

Podagra, pen. correpta. pedum dolor ἀ ποῦς, pes, & ἄγρα, atrocitas. Martialis,

Litigat & podagra Diodorus flacce laborat. Ouid. lib. ii. de Pon. Soluere nodoſam neſcit medicina podagram. Podagra morbus peregrinus eſt. Nam ſi Italiæ fuiſſet antiquitus, Latinum nomen inueniſſet. Non enim Roma quum ſudando & laborando viuebat, hoc malum cognouit. Eſt autem podagra tumens, hoc eſt, calida: eſt frigida, eſt multiplex, de qua apud medicos. Podagra etiã dicitur pedica, laqueus quo capiuntur animalia.

Pædalyrius, proprium nomen Aeſculapii filii, & fratris Machaonis, medicinæ artis præclari. Qui cum Græcis ad Troiam ob medicinam profectus eſt, à pedum magnitudine ſic adpellatus. Medicinam autem diuinam profectò videri oportet, ſi illud quod in prologo prognoſticorum ſcribit his verbis Græcè Hippocrates, fuerit adiunctum, quacunque via poſſe futuri habere rationem. ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν· οὕτω γὰρ θαυμάζοιτό τε δικαίως καὶ ἰητρὸς ἀγαθὸς ἂν εἴη. Id eſt, Simul uerò, & ſi quid diuinum eſt, in morbis, huius prudentiam ediſcere, ſic enim admirationi haberetur, tunc iuſte & bonus medicus eſſet.

Poderis, pen. correpta. talaris tunica, duplici ſyndone (vt inquit Hierony.) quã Ioſephus byſſinam vocat. Hæc adhæret corpori, & ita arcta eſt & ſtrictis manicis, ut nulla omnino in ueſte ſit ruga, & uſq; ad crura deſcendit. Solent milites habere lineas quas camiſias vocãt, ſic aptas mẽbris, & aſtrictas corporibus, vt expediti ſint, vel ad curſum, vel ad prælia, dirigẽdo iacula, tenendo clypeũ, enſem uibrando & quocunq; neceſſitas traxerit. Ergo & ſacerdotes parati in miniſterium dei utuntur hac tunica, uts habentes

pulchritudinem veſtimentorum nudorum celeritate diſcurrant. Dicta poderis à ποδῶν, id eſt, à pedibus.

Podex, poſterior pars corporis pudenda, quòd ex ea pedes fluere videntur. Iuuenalis, Et podice leui Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

Podia, funis in naui quo tenditur uelum.

Podium, locus ad ſpectandum habilis, à pede nomen habēs: ſiue quia pedis modo proiectura illa quæ podium facit procedat, ſiue quòd ad pedes ædificiorū ſtrui cōſueuiſſet, ſiue quòd in eo pedibus hæreamus. Nunc vulgò dicitur Meniana. Solet enim fieri extra domus parietem locus porrectus inſtar pulpiti, mutulis è marmore ſuppoſitis. Iuuenal. Omnibus ad podium ſpectantibus. Suetonius de Nero. Cæterū accubans primum paruis foraminibus, deinde toto podio adperto ſpectare conſueuerat. Sed & aſſeres tornatos in conclauibus & aliis locis ſupercilii modo parietibus ſuffigi ſolitos, in quibus candelabra & poma & codicilli ſuſtinentur, Podia maternus ſermo adpellat. Huius diminutiuum eſt podiolum.

Pœcile, fuit porticus Athenis, in qua Stoici philoſophabantur, Latinè dici poteſt uaria, ſiue uariegata, à multiplici pictura. Græci enim ποικίλον uariū dicūt, ποικιλίαν, uarietatem. Vnde & lapis ſimiles uocatus eſt Pyrrhopœcilos à varietate rubentium macularū. In hac autē porticu Zenon philoſophus diſcipulos docebat. Vnde & ſtoica ſecta nomen accepit, & philoſopi ſtoici nuncupati, q antea Zenonii ab ipſo doctore, adpellabantur, στοά enim Græce, porticus uocatur. Plini. lib. xxxv. Hic & Athenis pinxit porticum, quæ pœcile uocatur, gratuito. Fuit & in Helide porticus pœcile, quæ à Plini. heptaphonos adpellatur, quoniam ſepties eadem uox in ea reddebatur.

Poema, atis, & Poematum, & poeſis, poetarum opus, hoc eſt, figmentum ſiue fictio. Plaut. in Aſi. Nam nec fictum vnquam nec pictum in poematis. Sunt tamē qui diſtinguūt inter Poema, & Poeſim, quòd illud ſit inuentio parua, quæ paucis uerbis exprimitur. Hæc vero textus ipſe ſcriptorum & opus totum. Lucilius, Item quæuis non magna pars poema eſt, poeſis opus totum totaq; illa ſumma eſt una.

Pœna, ſupplicium, à pendendo (ut Varro inquit) quo quis ob delictum afficitur. Alii à Græco, quod eſt ποινή. Pœnarum uerò octo genera Cicero commemorat. Damnum, uincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, ſeruitutem, mortem. Hinc punio quaſi pœnio, pœna afficio.

Pœnalis, & hoc pœnale, quod ad pœnā pertinet. Vnde & pœnalis actio.

Pœnam pendere, eſt mulctam ſoluere.

Pœnica pauimenta, dicta ſunt Numidico marmore ſtrata.

Pœninſula, dicitur, quæ quaſi inſula eſt, & undiq; ferè aquis clauſa: breui tū anguſtia quæ Iſthmos dicitur, continenti adnectitur, qualis eſt peloponneſus, quā nunc Moream adpellant. Cc.

Pœnio, ueteres pro punio dixerunt. Cc.

Pœnitentia, & pœnitudo, in uno ſignificato accipiuntur, & à pœnitet quo ad primū ſignificatū, fiūt. Hiero. in lib. Regum: Triumphator in Iſrael nō parcet, & pœnitudine non flectetur. Nec enim homo eſt ut agat pœnitentiam. Pli. in epiſt. Supereſt, ne ruſus pœuinciæ, quod damnaſſe dicitur, placeat, agatq; pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ.

Pœnitet, tebat, tuit, quaſi pœna tenet. Pœnitere dicimus, quum quæ ipſi fecimus, ea nobis poſt incipiunt diſplicere, & moleſta eſſe. Cicero. Nā quod obiectū eſt de impudicitia, quòdq; omnium accuſatorum non criminibus, ſed uocibus maledictisq; celebratū eſt, id nunquam tam acerbe feret M. Cælius, ut eum pœniteat nō deformem eſſe natum. Quoniam verò his etiam quæ nobis, aut tædio, aut pudori ſunt, pœna quædā eſſe videtur, fit vt Pœnitet aliquando pro tædet, pudet, ſeu dolet accipiatur. Liui. lib. i. Nec me eorum ſententia eſſe pœnitet. Cicero in Catone, Nō igitur ſi ad cēteſimum uixiſſet annum, ſenectutis eū ſuæ pœniteret. Accipitur interdum pro parum uidetur. & à Pœnuria deduci ſentit Gellius. Terent. Me quantum hic operis fiat pœnitet. id eſt parum videtur, quod à ſeruis fit. Cicero lib. i. Offi. Tam diu autem uelle debebis quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. Inuenitur etiam Pœniteo, pœnites, & pœniteor, deponens. Nam ſicut Pœnitet me dicimus. id eſt, pœna tenet me. Ita Pœniteor paſſiue, hoc eſt, pœna teneor. Hiero. in Eccleſiaſtico: Fili ſine cōſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. Et in Actibus Apoſtolicis, pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleātur peccata ueſtra. Hinc fiunt Participia Pœnitens, Pœniturus, & Pœnitendus. Accius, Neque te, neque quenquam arbitror pœniturum tuæ laudis. Columel. libr. ii. Itaque hic ager ſiue exercetur ſiue ceſſat, colono eſt pœnitendus, ac tanquam peſtilens refugiendus.

Pœnulus, diminutiuum eſt à Pœnus, vnde Plautina fabula nomen ſumpſit.

Pœnus, carthaginiēſis: à Phœnix, ſed aſpiratio detrahitur, & œ, in u, mutaī, in deriuatiuo Punicus, a, um, non Pœnicus. vide infra in dictione Punicus.

Poeta, ἀπὸ τοῦ ποιῶ, quod eſt facio, effingo, quaſi fictor. Eſt enim qui elegantia carmina fingit. Apud Græcos autem poetæ per excellentiam quinq; ſunt, vt his verbis ſcribit interpres Oppiani de piſcibus. παρ᾽ τοῖς μὲν κατ᾽ ἐξοχὴν εἰσὶ πέντε, Ομηρος, Εὔπολις, Ησίοδος, Αντίμαχος, Νίκανδρος, καὶ Πανύασις. id eſt, Poetæ quidem per excellentiam ſunt quinq;. Homerus, Eupolis, Heſiodus, Antimachus, Nicander, & Panyaſis.

Poetice, ars ipſa, ſicut Grammatice, & Rhetorice.

Poeticus, a, um, quod ad poetam pertinet. Hinc poeticè, aduerbium, quod eſt more poetarum.

Poetificus, ca, cum, quo uſus eſt Ennius, qui Caballinū fontem poetificum nominauit. Cc.

Poetor, taris, in poetica exerceo, ſiue poetam ago. Ennius, Nunquam poetor niſi podager.

Poetria, æ, & poetris, idis, per modū patronymici fœminini. ut Sapphò & Corinna. Perſius,

Poetriadas picas cantare credas pegaſeum melos.

Cornutus, Poema vel poetriam componentes.

Pogonia, dici poteſt, barbata, genus cometæ; πώγων enim barba. Pli. li. ii. Pogonias uocant cuius inferiore ex parte in ſpeciē barbæ longæ promittitur iuba.

Pol, iurantis aduerbium, & propriè iuramentum mulierum.

Pola, venditor, ſed frequentius in compoſitione, ut Bibliopola.

Polegrados, inſula una ex Sporadibus. Cc.

Polemon, pen. cor. philoſophus Athenēſis, Philoſtrati filius. Qui quum in iuuentute petulans eſſet, & aliquando ebrius, & coronatus Xenocratis ſcholā ingreſſus fuiſſet, eius oratione quæ tunc de pudicitia erat, adeò mores immutauit, tantūq; in philoſophia profecit, vt Xenocrati in ſchola ſuccederet.

Polenta, & Pulenta, utroq; modo dicitur, ſic fit, Perfuſum aqua hordeū necant, nocte vna, poſtero die frigunt, deinde molis frangſit ſeruātq; in multos dies. Vnde in Ioſue ſcribitur: Et comederunt de frugibus terræ die altero, & azymos panes & polentā eiuſdē anni. Inuenitur etiam hoc polenta. Ouidius

Dulce dedit teſta quod coxerat antè polenta.

Fœmin uſus eſt Apul. quum ait: Dum polentæ caſeatæ, mordico ſecurius offulam grandiorem in conuiuas æmulos contruncare geſtio ubi polentam caſeatam uocat, veluti caſeo indito ſubactam.

Polentarius, a, um, quod pertinet ad polentam, ſeu qđ eſt ex polenta. Plautus in Cur. Eiiciam polentarum crepitum.

Polichnion, Græcè πολίχνιον, oppidulum Latinè.

Polimēta, teſticuli porcorum quum caſtrantur, quòd ad ſimilitudinem ueſtium politantur.

Polio, is, iui, vel polii, politū, ſignificat orno, & quaſi politico more compono. Hinc Politum dicimus, cultum, ornatum. Et Politiones, agrorum cultus diligētes, ſicut politiones ueſtimentorū, mundiciæ, et cultus. Cicero Pub. Lentulo: Nunc ut Apelles Veneris caput & ſumma pectoris politiſſima arte pfecit. Huius compoſita ſunt Depolio, Expolio, & perpolio, quæ perfectionem actus denotant. Feſtus, Depolitū perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones adpellabant. Cic. lib. ii. ad Heren. Difficillimū eſt inuentum expolire & expolite pronunciare. Idē L. Luceio, Tu interea non ceſſabis, & ea quæ habes inſtituta perpolies. Repolio, rurſus polio. Col. li. i. Sin protinus uſui deſtinantur (ſcilicet frumenta) attinet repoliri, ſatiſq; eſt umbra refrigerari.

Polion, πώλιον, ſignificat pulli aſinini fimum, quem equa initio partionis, ante fœtum effundit, vt inquit Ariſtoteles, Plin. uerò polεam uocat.

Polis, Græcè, Latinè ciuitas & urbs dicitur, unde Neapolis. Hinc Politicus, ca, cum, quod eſt ciuile. Cicero, Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, quum aut homo imbecillis, à ualentiſſima beſtia laniatur.

Politia, à polis, quæ eſt ciuitas, Latinè ciuilitas interpretatur. Hier. Scotorum natio uxores proprias nō habet, & quaſi Platonis politiam legerit, & Catonis ſectetur exemplum, nulla apud eos coniunx propria eſt, ſed ut cuiq; libitū fuerit, pecudū more laſciuiūt. Ariſt. lib. Rhet. definit politiam hoc modo politia eſt principatus, & conſuetudo rerum, ſecundum quā uiuere unſquenq; et conuerſari decet. Tres autem ſunt Politiæ: q̄a aut unus regnat, aut plures, aut omnes. Si unus, et ille bonus hic regnum conſtituet: ſi malus, tyrannidē: at ſi plures regnant, et boni, hi ariſtocratiam. Si mali, ochlocratia facient, ſi omnes, et hi boni democratiam.

Polities, mundities et ornatus dicitur.

Politiones, agrorum cultus diligentes dicuntur, ſicut Politiones veſtimentum. hoc eſt, munditiæ et cultus. Cornucopiæ.

Pollentia, potentia. Plaut. in Rud. Nec ineptorū potior ſit pollentia. Et pollentia Dea potentiæ, quæ à Romanis colebatur. Item Pollentia (Plinio autore) oppidum fuit in maiore Balearum inſula. Fuit et altera Pollentia iuxta alpes inclyta, lanarum nobilitate. De qua Sylius lib. viii.

Fuſciq; ferax Pollentia uilli.

Fuerunt et pollentini, in Piceno, in quinta regione Italiæ, non multum diſtantes à Tolentinatibus. ut indicat Plinius lib. iii.

Polleo es, per duplex ll. poſſum, ualeo. Cicero in Para. Nec eſt ulla res quæ plus apud eum polleat, quàm ipſius uoluntas atq; iudicium. Liuius lib. i. Multum illi terra plurimum mari pollent. Et Pollére, ſplendere. Plini. lib. xxxvi. Ex oleo et aqua Ciliciæ cotes pollent. Huius cōpoſita ſunt Præpolleo, quod eſt vltra alios polleo. Liui. li. i. Ardeā Rutuli habebant, gens ut in ea regiōe atq; in ea ætate diuitiis præpollens. Repolleo, à quo Repolleſco, quo uſus eſt Col. lib. v. Plurimarum ſtirpium natura ſic commodat, ut circa cicatricē nouellis frondibus repolleſcat id eſt, repulluleſcat. Aequipolleo, æquiualeo.

Pollex, digitus groſſus manꝰ: quòd ui et poteſtate inter cæteros digitos polleat, nec in ſiniſtra ceſſat, nec minus quàm tota manus ſemp in officio eſt. Vnde et apud Græcos ἀντίχειρ, antichir, uocaſ, quaſi pro manu, et quaſi altera manus videatur. Alio nomine adpellatur hallux, ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι ſalto quòd cō ſtricta manu proximum digitum ſolus ſcandat.

Pollicaris, et hoc pollicare, adiectiuum à pollex. Plinius Digitorum hominis; longitudo illis, et interim falcata pollicari latitudine.

Polliceor, uerbum commune, ſecundum Priſcianum. Nā in ſignificatione paſſiua vſus eſt Ouid. de Arte:

Polliciti diues quilibet eſſe poteſt.

Eſt autem Polliceri, vltro, ſeu ex pactione aliquid promittere. Compoſitum ex pol particula affirmatiua, ſiue à porrò, ſiue à poly, quæ multum ſignificat per exceptionem, et liceor. Hinc fit Pollicitor frequētatiuum, à quo Pollicitatio.

Pollinarius, a, um, quod ad pollinē pertinet ut cribrū pollinarium, quod de lino, non de ſetis equorum fit ad pollinem purgandum. Nam cribra quæ ad excutiendā farinam fiunt excuſſoria dicunſ. Plin. lib. xviii. Cribrorum genera Galliæ ſetis equorum inuenere, Hiſpaniæ lino excuſſoria ac pollinaria

Pollincere, eſt farinā in piſtrino lucrifactam diu terere.

Et Pollintio, ipſa diuiſio.

Pollincere, ad pollinctum emere, ſiue corpus mortuũ curare. Pollinctus, ipſa curatio. Plaut. Carthaginienſes fratres duo fuere. Eorum alter uiuit, alter eſt mortuus. Propterea apud uos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eũ pollinxerat. Hinc pollinctura, ipſa adcuratio. Idem in Stic. Hodie pollinctura eſt. Libitinarius dicebatur, q neceſſaria funeribus vendebat, & qui rationibus præerat. Libitinæ Deæ, in cuius templo quæ ad ſepulturam pertinebant uendebantur, ſicut docet Plutar. in Proble. Seneca li. vi. de Benefi. Vota libitinariorum eſſe, ut mortes plurimorum optent, quod illis quæſtuoſiſſimum eſt.

Pollinctor, cum c, accurator funerum & redẽptor dicitur. id eſt, qui funera morientium curat: quaſi pollutorum unctor. id eſt, cadauerũ curator. Vnde pollinctum funus dictũ à pollinctoribus unctum. Pollincere, eſt curare ungereq́ cadauera. Apul. Pollinctor eius funeri, dum unctionem parauit. Hunc Feſtus pollinctorem pronunciare uidet: Quas, inquit, pollucere merces liceat, &c. Plaut. in Aſinaria: Ecqs currit pollinctorem accerſere.

Pollintor, curator piſtrini, qui farinã facit & pollinẽ, quiq́ pollinario cribro pollinem excutit, à polline farina deductum nomen. Cato: Operarium mercenarium, pollintorem, diutius eundem ne habeat die.

Pollis, inis, & Pollen, inis, à polleo deduci videt, flos tritici. Pli. lib. xviii. Ex Aphrico iuſtum eſt è modiis reddire ſemodior, & pollinis ſextarios quinque. Ita enim adpellant in tritico, quod florem in ſiligine.

Pollubrum, uas trulleum, quo manus lauamus, uulgò bacile dicitur. Liuius: Argenteo pollubro & aureo gutto. Fabius pictor. Aquam manibus dato, pollubrum ſiniſtra manu teneto, dextra uas cum aqua.

Polluceo, es, xi, verbum ſacrificale & reddentium ligamenta Deis. Significat enim pollucere, multum dedicare uel deuouere, ex poly, multum & luceo, quòd is qui talia facit, multũ luceat, ob lumina ſacrificiorum. Vel pollucere, eſt libamenta Herculi in aram porrigere, & ſacrificium pollutum, quòd Herculi decima data ſit Plautus in Stic. Vt decimam partem Herculi polluceam. id eſt, ſplendide dedicem. Hoc verbo vſi ſunt autores, quoties opiparas dapes, veluti in ſacrificium Dei, & in primis Herculis facturi, erant cui Deo decimas omnium rerum Romani uoto reddebant. Vnde Macrobius Catillones eos proprie dicit, qui ad pollutum Herculis ultimi quum venirent, catillos ligurribant ad pollutum, hoc eſt, ad magnificum epulum quale Herculi ſolebat fieri.

Pollucibilis cœna, dicta eſt opulenta. Hinc pollucibiliter, ſplendide & laute. Plautus in Bach. Paſcite paraſitos, opſonate pollucibiliter.

Polluo, is, lui, lutum, quaſi porrò lauo, ſed per cõtrarium. Sæpenumero ponitur pro inquino, ſiue per antiphraſim, ſiue quòd ea quæ inquinantur, madefieri neceſſe eſt. Lactan. lib. iiii. Omnia ſcelere ac libidine polluebamus. Hinc nocturnã genituram ſomno ſparſam, pollutionem adpellant.

Polus, quaſi cœli cardo. Duo autem ſunt poli, ſcilicet Arcticus. id eſt, borealis, & Antarcticus, Auſtralis. Et ab altero in alterum protenditur axis, à quibus ſuſtinetur. Borealis altiſſimus, his q̃ ſunt in noſtro hemiſpherio. Auſtralis, imus & depreſſus, & qui à nobis uideri nõ poteſt. dictus poles à πολω verbo Græco, quod verto ſignificat & circumago.

Poly, ſignificat multum, cum quo multa componunt.

Polyægas, inſula à caprarum multitudine.

Polyádrium, locus vbi ſunt multa ſepulchra publica.

Polyandros, Latinè multos uiros habens.

Polyanthropon, populoſam ciuitatem dicunt.

Polyarna, multorum agnorũ. Varro lib. ii. de Re ruſt. Veteres poetæ alios vocant polyarnas, alios polymelas, alios polybutas. id eſt, multorum agnorum, multarum ouium, multorum boum.

Polybius, Græcè πολύβιος, nomen autoris Græci geographi.

Polycarpus, nomẽ uiri proprium, quaſi multi fructus, ſiue fructuoſus. καρπὸς enim fructum dicunt.

Polycaſte, Neſtoris filia fuit. &c.

Polyceros, pen. cor. Lat. cornutus, ſiue multa cornua habens.

Polychronius, diuturnus longæuus, & multi temporis: ſicut Oligochronius, qui parum uiuit. Vnde cornices dictæ ſunt. Polychroniæ, quoniam nouem ætates uiuere dicantur.

Polycletus, pen. prod. ſtatuarius eximius, diligentia & decore ſupra cæteros (ut inquit Quintil.) Nam ex ære ſigna fecit, nobilitata ſculptorum præconio. Cũ primis fecit aſtragalizontes, hoc eſt, talis ludentes, quo opere nullum abſolutius iudicant. Fuit Sytonius, & diſcipulus Ageladæ.

Polycnemon, quaſi multarum tibiarũ, herba cunilæ ſimilis ſemine pulegii, ſurculoſa multis geniculis.

Polycrates, pen. cor. nomẽ proprii tyranni, qui regnauit in Samo inſula. Hic & opibus & felicitate apud hiſtoricos inclytus eſt, qui quoad uixit non tam fortunæ alumnus dici potuit, quàm partus. Sed mors infamis & ærumnoſa docuit, neminem ante obitum merito dici poſſe felicem. Fuit enim ab Orete ſatrapa Perſarum captus ſuſpenſusq́.

Polycrematos, idem quod polyplufios.

Polydamas, pen. corr. nomen proprium uiri Troiani, & Latinè dicitur ualde domans. Perſius. Ne mihi polydamas, nec Troiades Labeonẽ prætulerint.

Polydeuchia, Caſtoris & pollucis numina.

Polydora, inſula propontidis.

Polydoria, munificentia.

Polydorus, pen. prod. nomẽ filii Priami, & Latinè ſignificat multa donans.

Polygalon, herba palmi altitudine, in caule ſummo foliis lenticulæ, quæ potata lactis ubertatem inducit. Vnde & à lactis abundantia nomen accepit.

Polygeneton, quaſi multorum generum.

Polygnotus, nomẽ pictoris præclariſſimi, patria Thaſii, qui nonageſima Olympiade floruit. Hic primus mulieres lucida veſte pinxit. Delphis ædẽ pinxit & Athenis, porticum quæ pœcile uocatur gratuito.

Polygolaton,herba ſine foliis,aſparagi caule in cacumine aculeum habens.

Polygonius,multorum angulorum.

Polygonum,pen.prod.herba à geniculorum multitudine,quam nos ſanguinariam uocamus,foliis rutæ et gramini ſimilis. Succus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinem.Colu.lib.vi.Sanguinalis herba quã Græci polygona adpellant. Hoc nomen ueteres uſurparunt pro fœcundo.

Polygrammi,gemma eſt multis lineis diſtincta.Cc.

Polygraphotatos,qui multa ſcripſit.

Polyhiſtor,Latinè multiſcius dicitur.

Polylogia,multiloquium.

Polylogus,pen.cor.multiloquus.

Polymedia, Troadis oppidum Helleſponto adiacẽs.

Polymitus,a,um,pen.cor.à poly & μίτος,filum,quod nos licium dicimus, à liciorum multiplici uarietate: Vnde veſtis polymita, quæ multis liciis cõtexta eſt: ſicut Monomita dicuntur, quæ uno licio conſtant. Dimita quæ duobus. Trimita quæ tribus:Plin.Pluri mis verò liciis texere quæ polymita adpellant, Alexandria inſtituit. Hinc polymitarius,ria rium,ut opus polymitarium,quod & plumarium dicitur. Quãdo quidem Hiero. Plumarios & polymitarios artifices pro eodem ferè poſuit. Polymitarii enim dicuntur,q artem polymitariam exercent.

Polymixos,lucerna quæ multos habet angulos,& in his funiculos,illuſtrandis cœnaculis adcõmodata. Mart.
Illuſtrem cum tota meis conuiuia flammis
Totq; geram mixos una lucerna uocor.

Polymnia,ſiue polymneia.nam πολύμνεια, ας, à Græcis ſcribitur,ſed Latini Polymnia dicunt, pen.corre. Horatius lib.i.Carminum diuiſit diphthongum.
Euterpe cohibet nec polymneia.
Vbi etiam y,ſequentibus m.& n,more Græco corripitur. Fuit una ex Muſis:ſic dicta,quia tantum ſuauitate poetas reddit gloria immortales,à πολὺ,multũ. μνεία,memoria. Vnde præeſſe Rhetoribus dicitur, quibus opus eſt multa memoria. Sũt qui à πολὺ & hymnos deducũt,quod eſt laudatio, quia laudationibus præſit,& ſcribunt polyhymnia. ut apud Ouidius lib.Faſt.v.
Diſſenſere Deæ quarum Polyhymnia cœpit.

Polymorphus,multiformis.μορφὴ enim forma.

Polypetes,Pirithoi & Hippodames filius.

Polyphagus,pen cor.qui multum comedit, & Latinè dici poteſt manduco. Eſt enim multi cibi capaciſſimus,ſicut Pamphagi,populi cuncta comedentes.

Polipharmacus ,pen.correp. venenis vel medicinis abundans.

Polyphemus,pen.produc.Cyclops,Neptuni filius, ex Thoa Phorci filia ingenti corpore,qui unum tantũ oculum in fronte habuit.Quo nomine garrulus illuſtris ſignificatur.

Polyplusios,Latinè bene nummatus dicit͂,ſiue ubertim diues.nam poly,multus,& pluſios diues.

Polypodium, herba dicta,ſiue quòd radix eius ueluti cirros ad ſimilitudinem polypi piſcis habeat: ſiue quòd farina eius indita naribus polypum conſumit. Hanc herbam noſtri filiculam nominant , ſimilis eſt enim filici,piloſa radix.

Polyptoton,pe.prod.quod multiplicẽ habet caſum. ex πολὺ,quod eſt multiplex,& πτῶσις,caſus. Figura,qua diuerſis caſibus ſententia uariatur.ut,
Ex nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti.

Polypus,pen.cor. genitiuum facit polypi,& polypodis. piſcis eſt ex mollium genere : à multis pedibus adpellatus,ex poly & πούς,pes,quaſi multipes, Vnde à nonnullis octopes dicitur.Huius piſcis ingeniũ (ſicut ſcribit Ambroſius lib.Hexa.)fraudulentũ eſt, qui vadoſo in littore,petrã nactus,affigitur ei , atq; eius nebuloſo ingenio, colorem ſubit ,quod ſimili ſpecie terga obductus,plurimos piſcium ſine ulla ſuſpicione fraudis,allapſos,dum nota non præcauent, & ſaxum opinantur, caſſibus furtiuæ artis includit, & ſinu quodam ſuæ carnis incipit. Et à polypo piſce dictus eſt polypus narium morbus, quum caro interiora naſi occupat,intumeſcens maxime, flãte Euro, à ſimilitudine marini polypi,quòd eius carni ſimilis ſit. Tunc enim caro radices agit plurimas, quæ tanquam pedes ſunt. Cato de Re ruſt. Et ſi polypus in naſo introierit braſſicam erraticam aridam tritam in malum conijcito, & ad naſum admoueto. Hinc Polypoſus,qui eo morbo laborat. Mart. Naſutum uolo non polypoſum. Magnus uerò Baſilius: ὥσπερ γὰρ σὺ τὸν πολύποδα τὴν χρόαν πρὸς τὴν ὑποκειμένην γῆν οὕτως οὐτός τὴν διάνοιαν πρὸς τὰς τῶν ἀεὶ κρατούντων γνώμας μεταβάλλεται.id eſt. Vt aiunt polypum colorem pro ſubiecta terra : ſic ipſe ſententiam pro præſenti conſilio mutat.

Polypyron,per y,pſilon,ſignificat multi frumenti.

Polyſyndeton,pen.cor.ab πολὺς, multus . σύνδετον, coniunctum,quaſi multipliciter coniunctum. Figura,quum ſermo multis coniunctionibus concatenatur. Vergilius, Tectumq; laremq;,
Armaq; amyclæumq; canem Creſſamq; pharetram.

Polyſyntheton,pen.cor.figura, quum ſententiæ multorum articulorum conuenienti copia continetur. vt,Ille,hunc pœna conſtrictum,trahebat. Hinc autẽ vociferabatur , concurſus verò non mediocris erat, quum tamen omnes obitulari uellent,ſed nemo auderet,neq; ibi magiſtratus aderat,neq; circũſpicientes quò potiſſimum confugeremus reperiebamus.

Polyteba,oppidum Meſopotamiæ. Eſt etiã nigri genus hellebori,quod melampodium nominan. Cc.

Polytes,pen.prod.alter Priami filius ex Hecuba.

Polytrichon,herba quòd multitudinẽ capillorum faciat.τρίχες enim capilli dicunt͂. Vulgò capilli Veneris vocant͂,q; multa habeát capillamẽta Adpellatur & à quibuſdã Polythrix,& Calythrix.Plin.Polythryx in uino data morbo regio medetur.

Polytropus,pen.cor multimodis prudens.

Polyxena,pen.cor.Priami filia. Ouidius,
Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Græcè dicitur multorum peregrina, ſeu q; amor peregrinari faciat mẽtes,ab igenio ſuo, ſeu quòd apud multos libido ut peregrinabunda uagetur.

Polyzonos,gẽma nigra multis zonis cãdicãtibus.Cc.

Pomarium, locus arboribus pomiferis cõſitus: quod Latini etiam viridariũ adpellant, Græci paradiſum. Prop. Nec mea Phæacas æquant pomaria ſyluas. Ouidius libro quarto Metamorpho. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas Mœnibus. Aliquando Pomarium, dicitur locus vbi reponuntur poma. Vnde Plinius docet pomaria contabulari in loco ſicco & frigido: in quibus ſint feneſtræ Septẽtrionales, quæ ſerenis diebus pateſcant. Hinc cõſtat falſum eſſe, quod à ludimagiſtris docet. Pomarium ponos pomaria poma reſeruat.

Pomeridianus, na, num, à poſt & meridie, quod poſt meridiem fit. Auguſt. lib. viii. Confeſſionum, Quum imperator pomeridiano Circenſium ſpectaculo teneretur, exiſſe deambulatum in hortos contiguos. Dicitur & Poſtmeridianus. Quintil. lib. iii. Poſtmeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriã cœpit. Sic dicitur Antemeridianus. Auguſt. lib. ii. Acade. Quod quum factum eſſet, & in eo penè totũ antemeridianum tempus conſumptum videremus, redire domum inſtituimus.

Pomiferum, ferens poma, vt arbor pomifera. Ce.

Pomiliones, & pumiliones, nani, id eſt, homines paruæ ſtaturæ, paulum ſupra terram extantes. Habent quãdoq; membra enormia, qualem Mart. deſcribit in illo diſticho, cui nomen eſt Pomilius:

Si tantum ſpectes hominis caput Hectora credis,
Si ſtantem videas Aſtyanacta putes.

Scribitur etiam à nonnullis per u. pumiliones.

Pomœrium quidã ſcribunt cum œ, diphthógo, & cõpoſitum volũt à poſt, quaſi poſt mœriũ, hoc eſt, murum (nã mœrus murus dr. Vergil. lib. x. Atq; ipſis prælia miſcent Aggeribus mœrorum.) vt Pomœrium tam intra quàm extra murum dicat. Quidam non à poſt, ſed à ponè præpoſitione, aut à pro eẽ poni exiſtimant: vt ſit terrenum, quod circa mœnia, in orbem eorũ, cum ædificio, intrinſecus & omni cultu extrinſecus vacuum ſinebatur. Vnde Liuius lib. I. Aggere & foſſis & muro circũdat urbem, pomœriũ profert. Idem, Pomœrium eſt circa murũ locus, quem in condendis vrbibus quondã Hetruſci quà murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato conſecrabant. Et hoc ſpatiũ, quod neq; habitari, neq; arari fas erat. non magis quòd poſt murũ eſſet, quàm quòd murus poſt id, pomœrium Romani adpellarunt, & in vrbis incremento quantum mœnia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur. Feſtus, pomœrium quaſi promuriũ, id eſt, proximum muro.

Pomona pomorum Dea: ſicut Mellona, mellis Dea.

Pompa, omne ſpectaculum, & adparatus ſolennis, cũ oſtentatione & ſpecie quadam triumphi: tam in aduerſis, quàm in proſperis & lætis: à Græco πέμπω, mitto. Dicitur enim pompa nuptiarũ, pompa ſacrorum. pompa funerorum Cicero, Sed iam è pompa in veram aciem deſcendamus. Significat etiam longum incedentium ordinem in ſupplicatione quam nos hodie proceſſionem adpellamus.

Pompei, populi dicuntur, quos Sarnus amnis abluit.

Pompeianæ ficus, ad ſiccandum erant optimæ. Ce.

Pompilus, piſcis genus (vt lib. xxxii. refert Plini.) qui ſemper comitat nauigiorum curſus. Aelianus vocat Pomphilon.

Pomponia, nomen matris Scipionis.

Põponiana pira, dicebant ab auctore, & cognomine mãmoſa adpellabant, à ſimilitudine mammæ. Ce.

Pomponius, nomen Geographi, qui de ſitu orbis ſcripſit. Fuit & alius vir Romanus, Atticus cognominatus, ad quem Cicero epiſtolas ſcripſit.

Pomum, generale nomen eſt omnium fructuum quæ ex arboribus eſui apta proueniunt, ſiue mollium, ſiue durorum. Nuces vero ea duntaxat poma uocantur, quæ duro operimento ſunt. Dictum Pomum (vt docet Varro) quaſi potomum, quòd in eſus ſui ſtone potu, id eſt, aquatione indiget. Nam illa, per ſiccitatem, aquã addi opus eſt, vt ſtabilia maturſcãnt: ſiue quòd uicem potus in cibis præbeat.

Põdero, ras, libro. Plautus: Dũ nummularius põderaret argentũ. Aliqñ ſignificat quod vernacula lingua dicimus vender a peſo: vt lib. ii. Regũ, Semel in anno tondebatur, qa grauabat eum cæſaries. Ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico. Per tranſlationẽ ponderare, eſt examinare, conſyderare. Lactã. lib. iii. Mors ex præteritis vitæ actibus ponderata eſt. Hinc cõponitur Prapondero, quod eſt prius pondero, ſed prius examino. Cice. libro. iii. Offi. Neq; ea volunt præponderari honeſtate.

Pondo, indeclinabile, & generis omnis, & tantũ pluraliter: vt hæc pondo. Non enim dicimus vnũ pondo, & modò pro libra ponitur. Nã pondo & librã idem fuiſſe Feſtus innuit quum inquit: Duo aſſes ſinguli librã & pondo efficiebãt. Modò ſignificat põdus duodecim librarũ. Liuius. Argenti pondo bina & ſex libras in militẽ præſtaret. Modò ponitur pro hoc nomine pondus. Hierony. lib. Nume. Fuitq; in ea acetabulum argenteũ pondo centum triginta ſiclorum. Et apud Liuium ſcribitur coronam aureã libræ põdo Ioui dicatum fuiſſe. Nec caret ſingulari (vt quidam exiſtimant) quum Columella dicat pondo libram & quadrantem abiici oportere. Pondo igitur, ita duodecim libras continet, ſicut Aſſis duodecim vncias. Et dicimus Duo pondo, & Trepondo (vt Quintil. lib. i. teſtatur) ab his Dipondium, Tripondium, & Aſſipondium, pro unum pondo: quòd id erat libræ pondus.

Pondus, dr̃ quod graue eſt: vt in Euangelio: Nos qui portauimus pondus diei & æſtus. Itẽ Pondus quod librando ad ſtateram ponderatur. Hierony in libr. Regum, Ponderabat capillos, ducentis ſiclis pondere publico. Interdum ponitur pro numero, hoc eſt, multitudine. Varro, Et Græcia compoſitaſſe magnũ pondus omnium artificum. Interdum pro autoritate. Cicero Appio, Sed idem ſcribit meas literas maximũ apud te pondus habituras. Hinc ponderoſus, ponderoſa, ponderoſum: quod eſt graue.

Pone, quando grauem accentũ habet, præpoſitio vel aduerbiũ eſt, & ſignificat ppè vel pòſt. Vergil. Ponè ſubit coniux ferimur per opaca locorum.

Valerius

Valerius Maxi.li.i. Mox humani ingenii prona voluntate vetita, ſcrutandi ponè reſpiciens animaduertit immēſæ magnitudinis ſerpentem: concitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem.

Pono, nis, poſui, & poſiui, poſitum. Plautus, Nunc vt apud ſequeſtrum uitulum poſiuimus. Eſt autem ponere, collocare, cōſtituere. Vergil. lib.i. Aeneid.

Vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis.

Cicero: Primum enim ſtante reipu. facere ſolebamus, vt in agendo plus quàm in ſcribendo operæ poneremus. Aliquando deſinere: quoniam quum ceſſamus ab opere, collocare quodámodo ac reponere videmur id quod agebamus. Vergil. lib.vii.

Quis venit poſuere omnisq́ repente reſedit Flatus.

Aliquando erigere, ædificare. Idem, Poſuitq́ immania tēpla. Vnde in antiq̃s marmoribus legimus: Bene merenti poſuit. Aliquando deponere. Idem,

Ponuntq́ feroci Pœni Corda uolente Deo. Aliquando adponere. Martialis,

Nolo mihi ponas rhombum mullúmue bilibrem.

Hinc poetæ fabulas & ſcripta ſua ponere dicebātur, quòd in ſcena hæc ſpectatoribus, quaſi in conuiuio adponebant. Iuuenal. Pone Tigillinum. id eſt, adfer in ſcenam aliquid de Tigillino ſcriptum. Aliquando pingere. Horatius,

Solers nunc hominem ponere, nunc Deum.

Nam de ſculptore & pictore loquitur. Huius verbi compoſita ſunt, Adpono, quod eſt aliquid antepono. Plin. Nihil ei præter ſeſſidarium panem oleraq́ adpoſuit. Interdum ſubiungo. Vnde Adpoſitum, dicitur caſus qui verbo ſubiungitur. Item Adponere, eſt iuxta vel ad aliquid ponere. Cicero lib. ii. Artis ve. Gladium propè adpoſitum è vagina eduxit, & illum alterum occidit. Antepono, præfero, Cōpono, Circſipono: vt in Euang. Circumponensq́ calamo. Depono. Diſpono, ordino, quaſi in diuerſis locis pono. Hieronymus in lib. Reg. Audiuit famam ſeruus tuus, quòd diſponit Saul uenire in cellam. Hinc Diſpoſitio, quæ eſt rerũ in ordinem collocatio. Diſpoſitum, decretum, conſtitutum. Vnde ex diſpoſito dicimus. id eſt, de induſtria, & quēadmodum à nobis conſtitutũ eſt. Macro. An altius quiddā cui remotis arbitris opus ſit cogitaturi ex diſpoſito cōueniſtis. Expono, Impono, Interpono, Oppono, Præpono, Propono, Poſtpono, quaſi retro pono. Cice. Tironi: Omnia poſtpoſui, dũmodo p̄ceptis patris parērē. Repono. Sepono, ſeorſum pono, remoueo. Suppono, ſummitto. Apuleius: Suppoſuitq́ humeros oneri. Aliquādo ſignificat adulterinum loco veri ſubiicio: à quo Suppoſitus partus dr̃, quando fœtus alterius matris, nō ueræ matri ſubiicitur. Plinius, Nam filius patris teſtamentum ſuppoſuiſſe dicebatur. Superpono, & Suprapono: vt in Euang. Et lapis ſuprapoſitus erat ei. Tranſpono, vltra pono. Et omnia habent penultimam productam.

Ponon, Græci laborem & dolorem dicunt. Ce.

Pons, à pēdeo: quòd veluti in aere pendeat. Et ſignificat omne per quod ſuper aquas tranſimus. Vnde & pro ſcala nauium quandoq́ ponitur. Vergilius,

Interea Aeneas ſocios de puppibus altis Pontibus exponit. Hinc Depontani, vnde ſenes depontanos adpellatos eſſe legimus, à pōtis deiectione. hoc eſt, ferendi per pontes ſuffragii adeptione.

Pontia, inſula non longè à palmaria, in ſinu Caietano, in qua turtures ac coturnices quum ad Italiā veniunt prima volatura regeſcendi cauſſa paucos dies morantur: autor Varro. Eſt etiam Pontia vrbs ad quam pontonibus traiiciebatur.

Ponticulus, diminutiuũ, pars pons. Cice. lib. v. Tuſcu. Et quum foſſam latā cubiculari lecto circũdediſſet, eiusq́ foſſæ tranſitũ ponticulo ligneo coniunxiſſet.

Pontifex, ſacer magiſtratus (vt inquit Scæuola) à poſſe & facere dictus. Vel (vt inquit Varro) à pōte, qui ſublicius pons à pontificibus factus eſt primum & reſtitutus ſæpe. Erant autem maiores & minores pōtifices, inter quos ſummus qui pontifex maximus dictus eſt, quòd maximarũ rerũ, quæ ad ſacra & religionē pertinēt iudex ſit: vindex contumaciæ priuatorum magiſtratuũ. Numa enim pontificē fecit, eiq́ ſacra omnia adſcribuit, eiusq́ ſcitis, ſacra omnia priuata, & publica ſubiecit, inſtituitq́ ut idem pontifex nō cœleſtes modò ceremonias, ſed iuſta quoq́ funebria placādosq́ manes edoceret. autor Liuius.

Pontificalis, & hoc pontificale: quod ad pontificem pertinet, unde pontificales libri, in quibus ſacræ ceremoniæ continentur.

Pontificatus, tus, pontificis dignitas: ſicut cōſulatus.

Pontificius, a, um, quòd eſt pontificis, vt ius pontificium qđ ius canonicum dicitur.

Pontigonus, id eſt, in ponto genitus.

Pontina, palus, Volſcorum palus iuxta forum Appiĩ, haud longè à Tarracina, diſtatq́ ab vrbe. xx. paſſuum millibus. De qua Lucanus lib. iii. Et qua Pontinas via diuidit vda paludes.

Pontones, naues quibus in traiiciendis amnibus loco pontium vtimur. Pap. Quia uia confirmari ſolet, vel ciuitate tenus, vel vſq́ ad viam publicam, vel vſq́ ad flumen in quo Pōtonibus traiiciatur. Apule. Et ſi vado non poterunt, pontonibus tranſibunt.

Pontorobos, herba eſt quam nonnulli Pæoniam vocant, à quinq́ granis quæ ferè ſunt erui magnitudine, verum Pentorobum legendum puto (πέντε & ὄροβος) vt ex Dioſcoride caſtigato colligere eſt. Ce.

Pontus, generis maſculini. Nerei filius, & Neptuni, ut Euſebius lib. i. Præpar. ſcribit. Vnde Pontus mare dici uidetur. Alii pontum dici exiſtimant mare, ab ποντίζω, quod eſt mergo. Vel ab πόνος, id eſt, labor: quaſi laboribus plenus. Ridicule per contrariũ dici arbitrantur, quòd careat ponte. Proprie autem id mare pontus adpellatur, quòd à palude Mæotidis uſq́ in Tenedum protenditur. Pontus, fœmini. gene. inſula eſt, de qua Vergil. Viroſaq́ pontus Caſtorea.

Eſt & prouincia Aſiæ minoris, à ponte rege ſic cognominata, nobilis crudelitate Medeæ. Hæc (ut Strabo refert) ab Occidente Haly flumine clauditur, ab Oriente Colchide, à Meridie minori Armenia. Ptolemæus uerò aliter li. v. Ait enim ab Occaſu ore ponti & Thracio Boſphoro, à Meride regione, quæ pro-

prie Aſia dicitur, à Septentrione parte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates inſignes ſunt Chalcedon, Nicomedia, Nicea. Hic regnauit Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila veteris teſtamenti tranſlator & interpres, & Martion hæreſiarches, qui quáuis Chriſtianus videri vellet, aliū tamen creatorem omnium rerum eſſe dicebat quàm Chriſti patrem, illumq́; maiorem aiebat. Hinc Ponticus, a, um, Hieronymus contra Iouinia. Compelle Phrygem & Ponticum, vt locuſtas comedat, & nefas putabit.

Popa, pinguedo. Popam ventrem dixit, pro voratore helluoneq́; Perſius, At illi tremit omento popa venter. Hinc popana, pinguia vnguenta dixerunt veteres. Iuuenalis, Ridendaq́; multo
Pane tumet facies, aut pinguia popæana
Spirat, & hinc miſeri viſcantur labra mariti.

Popanum, pen. cor. placēta lata quá Diis veteres offerebant: ſed & pro quocunq́; libo capitur. Iuuenal.
Scilicet & tenui popano corruptus Oſiris.

Popellus, diminutiuum à pôpulus, paruus populus, Perſius, Ante diem blando caudá iactare popello.

Popina, pe. produ. à popa, locus vbi publice opſonia caroq́; cocta, ac delicate confecta, venditatur, comeditur q́;: vel priuatim vbi guloſa familia extraordinarie ligurrie, & heluari cōſueuit, ſiue ipſe qualem dixi cibus. Horatius, Fornix tibi & vncta popina
Incutiunt vrbis deſiderium.

Popinalis, & hoc popinale: quod ad popiná ſpectat. Columel. lib. ix. Tunc celebres erant deliciæ popinales quum ad mare deferebantur viuaria.

Popinatio, nuncupatur à Gellio, quæ alio nomine dr̃ heluatio, quam Græci Aſotiam vocant. Fit autē popinatio à popinari, quod ſignificat heluari & indulgere popinis. Iulius Capi. Dum Galienus popinaſ, & balneis ac lenonibus reputat uitam.

Popiniones, vel ii quos nūc tabernarios, vel luxurioſi: qui ſe popinis dedunt.

Poples, itis, pars oppoſita genui, quæ curuatur i dicta q́ poſtplicetur Colu. lib. vii. Si dolore neruorū clau dicas, oleo & ſale genua, poplitesq́; & crura compicanda. Accipitur quādoq́; pro tota illa parte neruoſa. Liuius lib. xxii. Quoſdam & iacentes uiuos, ſucciſis femoribus poplitibusq́; inuenerunt.

Poppyſmata, proprie dicuntur ea vocis blandimenta, quæ fiunt equis indomitis cum tractatione manuū. Vnde & quæ fit manibus palpatio interpretari poteſt: vt apud Iuuenalem:
Præbebit vati crebrum poppyſma roganti.
Id eſt, crebram manuum tractationem, cum quadam vocis adulatione: ná fit à ποππύζω, quod eſt ſibilo, vel adulor. Quare & pro ſibilo quandoq́; ponitur, qui in re obſcœna fieri conſueuit. Martialis,
Quis ridere poteſt fatui poppyſmata cunni?
Quum ſonat hic, cui non mentula mensq́; cadit.
Velut viriū notauit in Gallo poppyſma, vtpote inuiſum coeuntiū crepitum. Eſt & ποππύζειν, vt quidam exponunt, illiſis manibus inter ſe & palma cum palma collata plauſum edere, quod eſt adplodere. Vnde & poppyſmus. Plinius lib. xxviii. Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt.

Populabundus, prædabundus, à populando. Ce.

Popularia ſacra (vt Labeo inquit) ſunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familiis attributa ſunt: vt fornacalia, palilia. Sic dicta, quòd populo grata eſſent, quaſi in populū miſſio fieret, ab iis qui gratiam plebis quærebát. Et hoc duplici modo. Aut de rep. bii. bene ſentiēdo, & ea quæ ad populi ſalutem ſpectant, certa cū ratione agēdo. Aut largiendo & adulando, vel aliis corruptelis beneuolentiá captádo.

Popularia, dicebantur loca vbi plebs ſedebat: vide in dictione. Equeſtria. Itē popularia, nugatoria puerilia. Laberius, Popularia agimus per ludum.

Popularis, & hoc populare: quod eſt populi. Horat. Et populares. Vincentem ſtrepitus & natus rebus agēdis. Interdum popularis, dr̃ charus & gratus populo, qui ſibi populi fauorem conciliat. Cicero, Nihil tam populare quàm bonitas. Liuius, Et quò nihil popularius eſt, quibus artibus petierat magiſtratus, iiſdem gerebat. Interdum dicitur plebeius, vilis, & ignobilis. Plautus, Præſtat diuitem eſſe ac popularem, quàm nobilem & mendicum. Et popularis dicitur, qui eſt eiuſdem conditionis, generis, ſortis, & fortunæ. Teren. in Phormio. Amicus meus ſummus & popularis Geta. Erat enim & ipſe ſeruus. Et popularis dicitur ciuis.

Popularitas, affabilitas, humanitas, blanditiæ, & gratia in populo. Hierony. Popularitatem tuá, qua mihi inuidiam apud ſimplices niteris concitare, perſpicua ratione compeſcui.

Populariter, affabiliter, humaniter, & cum gratia populi. Iuuenal. Et uerſo pollice vulgi Quēlibet occidunt populariter.

Populatim, modo ſignificat per populos. Apuleius, populatim ab omni prouincia reuocatus. Modò cateruatim & in vniuerſum. Cæcili. Ego perdidi te, qui omnes ſeruos prodo populatim, quæſo ne addas malum ad hoc malum.

Populatus, ta, tum, participium, quod ſignifi. depredatus: vt Vergil. Quiſq; ſuum populatus iter. Populatus verò nomen, ſignificat populoſum: vt vrbs populata. id eſt, populo plena.

Populetum, locus populis conſitus.

Populeus, a, um, quod eſt materiatum ex populo arbore. Vergilius in Georg.
Quales populea mœrens philomela ſub vmbra.

Populnus, a, um, idem quod populeus. Plautus in Caſ. Num iſthæc, aut populna ſors, aut abiegna eſt tua? Dicitur & populneus, a, um, in eadem ſignificatione. Columel. lib. vii. Probatur maxime vlmea, poſt fraxinea, & ab hac populnea frons.

Populo, as, amorē populi concilio. Pacuuius, Atq; ut promerui pr̃ mihi patriá populauit meá. Aliquā populare, eſt prædari quod & populor dr̃. Vergil.
Quiſq; ſuum populatus iter. Idem,
Populatq́; ingētem farris aceruum. Hinc Depopulor, pro deprædor: paſſimq́; & populatim diripio.

Populonia, vrbs eſt Hetruriæ, adpellata à populorū

multitudĩe, q̃ in eius agro eſt: vel à populãdo, quòd frequentibus piratarum populationibus pateret.

Populoſus, a, um, quod eſt plenum populo: vt oppidũ populoſum.

Populus, pe. cor. ſingulari numero, vnius ciuitatis multitudinẽ ſignificat. Verg. Hinc populũ late regẽ. Populi uerò diuerſarũ ciuitatũ. Idem, Littoraq́; & latos populos. Eſt autẽ populus multitudo hominũ iuris cõſenſu & cõcordi cõmunione ſociata.

Populus, antepenul. produ. genus arboris à frondiũ multitudine ſic adpellata. Verg. Hic candida populus antro Imminet. Plin. lib. xxiiii. Virgam populi in manu tenẽtibus intertrigo nõ metuatur. Columel. lib. vi. Cui rei maxime uidetur idonea populus. Ea eſt arbor Cerro ſimilis.

Porca, animal quæ alio noĩe dr̃ ſus. In agro uerò Porca eſt terra elata inter duos ſulcos, à porrigẽdo (vt inqt Var.) quòd ea ſeges porrigat frumentũ. Vel à porcendo, quòd vltra ſe iaci ſemina prohibeat. Vel quòd aquas porceat: hoc eſt, porrò arceat: ꝓhibet enim aquã ſ umẽtis nocere. Nã crebriores ſulci limi ſolẽt vocari. Colu. lib. ii. Libras ruſtici uocant eaſdẽ porcas, quũ ſic aratũ eſt, vt inter duos latius diſtãtis ſulcos, medius cumulus, ſiccã ſedem frumẽtis præbeat. Sed & .xxx. pedum latitudinẽ .cxxv. longitudinẽ porcã vocabant eodem autore. Campani hodie porcas, vocant puluinos, ſiue hortulos, in quibus veluti ſulcatim, ſua cuiuſq; generis olera ſeruntur. Id genus & areæ dicuntur apud Columellam.

Porcarũ, dicimus quod ex porco eſt. Vnde porcariã vuluã dicebant qua edito partu veſcebantur. Cc.

Porcarius, porcorum cuſtos.

Porceo, es, ꝓhibeo. Lucillius lib. vi. Nẽ te porrò ꝓcedere porcẽt. Cõponiturq́; ex porrò & arceo: quaſi procul arceo. Syncopatũ videtur, & obſoletum eſt.

Porcetra, porca quæ ſemel tantum peperit: ſcropha, q̃ ſæpius. Si miſcet ſe porca domeſtica cum fero, fœtus hibrida dicetur.

Porcia, nomen mulieris Romanæ. Fuerunt autẽ duæ, maior, & minor. Porcia minor quum laudaret̃ apud eam quædam bene morata, quæ ſecundũ habebat uirum, Reſpondit: Felix & pudica matrona, nunquàm præter ſemel nupſit.

Porcinus, a, um, quod ex porco eſt: vt caro porcina.

Porcius, cognomen fuit Catonis cẽſorini. Tractum à porco: cognomina enim (vt inquit Varro) habẽtur à maiori & à minori pecore. A maiore, vt Equitius, Taurus. A minori: vt Porcius, Caprillus.

Porculationem, antiqui porcorum nutricatũ uocauerũt. Varro, In nutricatu (quã porculationẽ adpellabant) binis menſibus porcos ſinunt cũ matribus.

Porculena. Plautus in Mili. Niſi huic verri adfertur merces, non hic ſuo ſeminio quanquàm porculenã partiturus eſt.

Porcus, domeſtic⁹, aper ferus, ſus vtriq; cõis ẽ. Mart. Iſte tibi faciat bona ſaturnalia porcus,
Inter ſpumantes ilice paſtus apros.

Dictus Porcus, quia porrecto rictu paſcatur, & terrã, dum herbarũ radices rimatur, latius porrigat. Hinc fiunt diminutiua, porculus & porcellus. Ambroſius, Sicut gluto amat porcellum. Sueto. in Nerone, Iterum ac ſæpius recoctũ porcello abiecit. Scribit Varro Porcum Græcum nomen eſſe antiquum, ſed obſcuratum, quod nunc uocant χοῖρον.

Porcus, dictus eſt gluulus, quũ ei pellis detrahit̃. Cc.

Porcus Troianus, dicebatur quaſi aliis animalibus incluſis grauidus, ab equo troiano armatis pleno ſumpta metaphora.

Pori, pen. ꝓdu. per ſimplex r, adpellant̃ tophi. Plin. Minus ponderoſus eſt, qui porus uocatur, marmori pario ſimilis. Pori uerò pen. corre. ſignificant meatus. Plin. lib. xx de malua & althæa: Succus decoctæ pori meatus ſuaues facit. Eſt etiã Porus iter ꝑ quod genitura in vrinæ vias defertur.

Poria, Græcè, Latinè facultas, abundantia dr̃. A qua fit verbum Aporior, aris.

Porocela, à porotopho nomen habet: quaſi ramicem tophaceũ adpelles. De quo in dictione Enterocela.

Porphyretes, lapis in Aegypto rubẽs, cã'idus interueniẽtibus pũctis. Propterea Leucoſticos adpellatus eſt, q leucos albũ dicimus, ſtizein ꝓ figere. Hinc Porphyreticus, a, um, quod eſt factum ex porphyrite.

Porphyria, Latine purpura: vnde porphyriacus, a, um, penul. correp. pro purpureo. Ouidius,
Et porphyriacis figere labra genis.

Porphyrio, auis q̃ ſola morſu bibit, cuius crura prælonga rubent & roſtrum. hæc à nonnullis pellicanus dicitur. Fuit & nomen gygantis. Martial.
Nomen habet magni volucris tam parua gygantis,
Et nomen Praſini Porphyrionis habet.
Hoc etiam nõmine vocatus fuit, qui in Horatium cõmentatus eſt.

Porphyris, pen. correp. inſula in Laconico mari ſita, quinq; milibus paſſuum à Maleæ promontorio diſtans. Eadem Poſtea Cytherea dicta eſt, ob memorabile templum Veneri ſacrum.

Porphyris, idis, penul. produ. ueſtis purpurea.

Porphyrius, nomen viri proprium. Quo noĩe dictus eſt philoſophus Chriſtianis inimiciſſimus.

Porricio, ricis, pe. cor. quaſi porrò iacio. id eſt, valde porrigo: quod verbum ſolẽne ſacrificantibus erat. Nã exta Porrici dicuntur quãdo porriguntur Diis. Vnde apud Macrobium: Hoſtia porrecta quaſi ſacrificata. Plautus, Nã ſi ſacrificem ſummo Ioui, atq; in manibus exta teneam, vt porriciam interea loci ſi thuri quid detur potius rem diuinam deſeram.

Porrigo, is, xi, ctum. pen. cor. ex porrò, vel por particula & rego: non ago, ut quidã volunt. Et eſt Porrigere, extendere. Plinius: Facilius quippe radices porrigunt ſolo ſubacto. Quandoq. offerre. Vnde Auguſtus, quũ ei qdã libellũ trepidus offerret, et modo ꝓferret manum, modo retraheret: Putas te (inquit) ſtipem elephanto porrigere? Et hoc quando offerẽdo aliquid ꝓtendimus manum. Rurſus, quia quæ interficiuntur, in terra extenduntur: factum eſt, vt Porrigere ſit ꝓſternere, & interficere. Martialis.
Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.
Huius compoſitum eſt Exporrigo, ſeu Exporgo per

ſyncopam, quod eſt extra porrigo. Terẽ. in Adel. Date hodie mihi. Exporge frontem. id eſt, exhilara.

Porrigo, ginis, triſyllaba prod. genus morbi: à porrigẽdo, id eſt, extendendo. Creſcendo enim porrigitur. Naſcitur (vt Celſus lib. vi. ſcribit) in capillo, barba, & ſupercilio, vbi acute inter pilos quædam quaſi ſquamulæ ſurgunt. Lucilius lib. xxx.

Triſtem & corruptum ſcabie & porrigine plenum.

Hinc Porriginoſus, qui porrigine infeſtatur. Eſt & porrigo minutus furfur. Horat. lib. ii. Serm.

Vngere ſi caules oleo meliore caputq;
Cœperis impexa fœdum porrigine quare.

Hunc morbum Græci vocant Lepida.

Porrò, aduerbium. ſignificat certe. Cic. pro Plancio: Nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere ut beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videare. Quandoq; ſignificat lõgè ante. Vergil. Hinc maxima porrò

Accepit Roma, & patrium ſeruauit honorem.

Sic dicimus: Lycurgus, non porrò ab Homeri tẽporibus fuit. Quandoq; ſignificat à longè, vt ſit aduerbium loci. Liuius lib. viii. Et haud eadem qua te inſinuaueris, retro via repetẽda, aut ſi iſte porrò pgas, per alium ſaltum, arctiorem, impeditioremq; euadẽdum. Quandoq; ſignificat poſtea, deinde, in futurũ. Cicero Marcello: Nõ eſt porrò tuum vno ſenſu oculorum moueri. Terent. Dehinc vt quieſcant porrò moneo. id eſt, in futurum. Quandoq; ultra. Liuius lib. i. Ex loco infeſto agere porrò armentum occœpit. Quandoq; cõiunctio eſt, & pro autem ponitur, locaturq; in principio orationis. Quintilianus, Porrò qui confeſſum defendit, non abſolutionem ſceleris petit ſed licentiam. Quandoq; ponitur pro cõiunctione expletiua. Terent. in Andr. Adeon' me ignauum putas, adeon' porrò ingratum, aut inhumanũ, aut ferum, ut neq; me cõſuetudo, neq; amor, neq; pudor, &c. πόῤῥω tamen Græcum eſt.

Porrum, in plurali porri, Græci πράσον, dicunt genus oleris. Martialis,

Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros,
In medio virides ſtipite cerne comas.

Porrorum, alii ſunt Tarentini, qui & ſectiui dicuntur. Alii Aricini, qui & capitati. A porrum Porraceus, a, um. Plinius, Heliotropium naſcitur in Aethiopia, Aphrica, Cipro, porracei coloris, ſanguineis uenis diſtincta.

Porſena, pen. cor. proprium nomen regis. Martialis,

Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.

Vergilius verò produxit poſitione duplicis nn,

Necnon Tarquinium eiectum Porſenna iubebat.

Porta, à portando, dicitur omnis exitus, & quò poteſt importari, vel exportari aliquid, vel ab aratri portatione (ut inqt Don.) Quia ĩ deſignatione vrbiũ ſubiunctis vacca & tauro, qui vrbem deſignabat, aratrũ manu ſuſpendebat, ne ſulcũ quẽ primogenitũ dicſit, faceret, vbi aditus ciuitatis erãt relinquẽdi. Hinc fiũt diminutiua portula, porcellæ, et porticula. Porta decumana, & Porta prætoria, de caſtris dicitur.

Portẽdo, dis, porrò, hoc ẽ, ante tẽdo, pdico ſignificat. Vergil. Hunc illum fatis externa ab ſede profectum. Portendi generum. Plautus in Aſin. Aecaſtor nobis periculum magnum & familiæ portenditur Demenetũ, ſi expectemus mortem.

Portentoſus, a, um, quod portentum facit. Plin. Portẽtoſum eſt quod de ea traditur.

Portentum, à portendo. id eſt, præoſtendo, quod portendat aliquid futurum, quamuis aliquando dicanẽ portenta inania quædã & irridenda. Cicero lib. I. Tuſculan. Aut quid negotii eſt hæc poetarum & pictorum portenta cõuincere? Hieronymus de his ait: Portenta magis quàm numina. Portentum tamen ex auguriis & auſpiciis antiqui ſignificationem accipiebant. Vnde apes illæ ex ore Ambroſii prodeuntes quaſi portentum fuerunt, quòd delongè uiri ſapientiam portenderunt, id eſt, ſignificauerunt. Et Vergil. lib. 8. pro bono omine poſuit, quum ait,

Ne quære profecto Quem caſum portenta ferãt.

Vbi Seruius: Modo bona omina quæ uictoriã portendunt. Et dicta prophetarum ſunt quaſi portenta, quia porrò hoc eſt delongè tendebant. id eſt, futura diuinabant. Vnde Saluſtius: Ex libris Sibyllinis regnũ Romæ tribus Corneliis portẽdi. Portenta quoque fieri dicunẽ, quũ inſolita corpora rarò ſe oſtendunt. ut cometæ, turbines, barathra, ſereno cœlo facta tonitrua. Vnde Varro, in cœlo (inquit) memorabile extitit portentum. nã ſtellam Veneris nobiliſſimam, Plautus Veſperuginẽ, Homerus Heſperon adpellat pulcherrimam dicens, Caſtor ſcribit tantum portentum extitiſſe, ut mutaret colorem. Hæc autem Portenta dicuntur eſſe contra naturam, ſed non ſunt, quum Dei uoluntate fiant. Quæ quidẽ uoluntas cuiuſq; rei conditæ, natura eſt, inquit Augu. lib. xxi. de Ciuit. Dei. Portentum ergo fit non contra naturam, ſed contra quàm eſt nota natura.

Porthmeus, pen. cor. Latinè dicitur transfretator, qui nauigio vehit, & qui exigit portoriũ. πορθμὸς enim fretum dicitur. Iuuenalis,

Iam ſedet in ripa tetrumq; nouitius horret.
Porthmea. Id eſt, portus freti portitorem.

Porthmis, idis, nauis ad traiiciendum.

Porticulus, paruus portus. Sumitur quandoque prò malleo.

Porticus, quæ propter repentinos imbres & vmbrarũ ac deambulationis gratia ædificantur. Ouidius de porticu Pompeiana:

Tu modo Pompeia lætus ſpatiare ſub umbra,
Quum Sol Herculei terga Leonis adit.

Portio, quaſi partio, ſignificat partem. huius diminutiuum eſt Portiuncula. Apul. Qui quum à me portiunculam poſceret. Hinc fit proportio, quæ eſt duarum rerum inuicem facta comparatio.

Portiſculus, hortator remigum, qui eam uirgulã quæ portiſculus dicitur in manu tenẽs, hortatur remiges, urget, & cuncta pro libito moderatur. Plaut. in Aſi. Tute habes portiſculum. Ennius in Annalibus, Portiſculus quum ſignum dare cœpiſſet.

Portitor, penul. cor. qui uectigal portus, ſiue portæ, id eſt, portorium datiũ conduxit. Plaut. in Tru. utrũq;

complexus

complexus eſt. Solutũ eſt portitori iam portorium.
Quos Græci telonearios, Cicero magiſtros ſcriptu-
ræ & Portitores adpellat. Nã ad Atticum ſic ſcribit:
Illa cauſſa publicanorum, quantam acerbitatem ad-
ferat ſociis, intelleximus ex ciuibus, qui nuper in por
toriis Italiæ tollendis, nõ tam de portorio, quàm de
nonnullis iniuriis portitorum querebantur. Et por-
titor, dicitur qui aliquid portat. Statius li.I. Theba.
Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrſæ.
Ambroſius ſuper Lucam, Audito Dei verbo ſteterũt
acerbi illius funeris portitores. poteſt etiam dici qui
traducit homines ac vehit ad nauim de littore, uel
ad littus de naui, vel ad ulteriorem fluminis ripam,
quem Græca uoce porthmea dicimus. Abuſiue Por-
titor, qui portatur, ſic vector.

Porto, as, non tantum corpore, ſed etiam animo, & tã
bona quàm mala. Teren. in And. Dii boni quid boni
porto. Et portare dicimur, quum iumẽtis aliquid no
biſcum ducimus. Hinc Verrem legimus amicam è p-
uincia portaſſe, & Pompeium deportaſſe triumphũ.
Huius compoſita ſunt Adporto, Aſporto, quæ con-
traria ſunt. Cõporto, ſimul porto. Hiero. lib. ii. Reg.
Et comportauerunt ſuper eum aceruum lapidum ma
gnum nimis. Exporto, extra, ſeu ex loco porto, aufe-
ro'ue. Importo, introporto. Reporto, retroporto.
Vergilius, Hæc triſtia dicta reportat.
Deporto, Supporto, & Tranſporto.

Portorium, naulũ, & merces quæ datur portitoribus.
Item vectigal, quod portitori ſoluitur. id eſt, telonea
rio, ſcripturario & ſcripturæ magiſtro, ex portu vel
fluminum vel lacuum vel ſtagnorum. Lucilius: Facit
Idem quod illi qui inſcriptum è portu exportant clã
culum, ne portoriũ dent. Plaut. in Aſin. Iam ego hſic
portitorem priuabo portorio.

Portulaca, quam Græci peplion dicunt, herba eſt frigi
da & humida (ut inquit Auicenna) quæ dentium tol-
lit ſtuporem.

Portunalia, ſunt dies portuno Deo dicati.

Portunus, Deus à portu dictus, qui portubus præeſt,
Græcè palæmon dicitur, à quo Opportunus, & Im-
portunus. Hic etiam Melicerta eſt Inoos filius.

Portus, dicitur locus concluſus, in quo importantur
merces, & inde exportãtur, & vbi naues hyemãt. Nã
antiqui domos partim Portus, partim inſulas uoca
bant, à portando. Vnde etiam porticus dictæ ſunt.

Poſca, vinũ in torculari aquatum, quod apud Pliniũ
Varronẽq; & alios lora dicitur. Quidam poſcam di
cũt eſſe potionis genus quã Græci exicraton uocãt
quæ ex aquæ aceti q; mixtura cõficitur. Pli. lib. xxx.
Tormina ſanat palumbus ferus ex poſca decoctus.

Poſcinummius, mia, mium, qđ poſcit numos, vnde baſia
meretricia poſcinummia dici poſſunt. Quippe quæ ni
hil aliud quàm numos poſcunt.

Poſco, poſcis, popoſci, ſignificat rem debitam & hone
ſtam peto. Varro, Poſcere, eſt quoties aliqđ pro me-
rito noſtro depoſcimus. Cui Donatus concordare
videtur quum inquit: Poſcere, eſt imperioſe rogare.
Aliquando prouocare. Vergilius,
Haud acrem dubites in prælia poſcere Turnum.
Cicero, Poſcunt maioribus poculis, Aliqũ petere ſeu
vendere. Plautus in Mercato. Tanti quanti poſcit. In
qua ſignificatione etiam ſumitur vocare. Iuueri.
Bis quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam.
Huius cõpoſita ſunt Adpoſco, qđ eſt iuxta debitũ &
ius poſco, ſeu uolo. Teren. in Heauton. Minas quidẽ
iam decem habet à me filia, quas pro alimentis eſſe
nunc dico datas, haſce, ornamentis conſequentur al-
teræ. Porrò hæc talenta dotis adpoſcent duo. Depo
ſco. Expoſco, multũ ſeu cũ inſtantia aut publice po-
ſco. Liui. lib. i Pacẽ precibus expoſcũt. Verg. lib. iii.
Sed uotis precibusq; iubent expoſcere pacem.
Repoſco, quod mihi debetur, reddi peto. Ambro. Su
ſceperat in ſenectute filiũ per repromiſſionem repo-
ſcenti domino negandũ ad ſacrificium, quẽ ſuis vnicũ
non putauit. Vergil. Parthosq; repoſcere ſigna.
Et Repoſcere, eſt vehementer poſcere. Plaut. in Cur.
Quam tu uirginem me repoſcis.

Poſculentum, non poculentũ dici debere ſcripſit Her-
molaus vir nunquàm ſatis laudatus, quãquam à po-
ſca etiam Poſculentum dici poſſit.

Poſia, oliuæ genus: Cornucopiæ.

Poſitio, eſt quam Græci vocant θέσιν.

Poſitiuus, a, um, quod primò poſitum eſt, nec aliunde
deriuatũ. A' quo Grammatici poſitiuum à compara-
tiuo & ſuperlatiuo diſtinguunt, quòd illud ſit quaſi
fundamentum iſtorum.

Poſitura, nota qua ſenſus in oratione diſtinguitur. Itẽ
dicitur ſitus ſiue poſitio. Gellius: Vt animaduertere-
tur, quo habitu, quaq; forma quaſi poſitura ſtellarũ
aliquis naſceretur. Sic ſyllabam dicimus eſſe lon-
gam poſitura.

Poſitus, us, idẽ quod poſitio, ſiue ſitus. Ouid. in Faſtis,
Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor,
Trinacris à poſitu nomen adepta loci.

Poſſeſſio, proprietas, & uſus ſiue actus poſſidẽdi agri,
aut ædificii, non ipſe fundus aut ager. Cicero in Para
do. Etenim ſi iſti callidi æſtimatores, prata & areas
magni æſtimant, quod ei generi poſſeſſionum, nemo
nocere poteſt. Aliquando tamen ſumitur pro ipſis
bonis immobilibus.

Poſſeſſiuus, a, um, quod poſſidetur. vt, Euãdrius enſis.
ædes regiæ, quæ regis poſſeſſio eſt.

Poſſeſſor, qui poſſidet, cuius fœmininũ eſt Poſſeſtrix.

Poſſibile, dicitur quod fieri poteſt, cuius contrarium
eſt Impoſſibile.

Poſſideo, ex pos & ſedeo. Pos autẽ quod in uſu nõ eſt,
idẽ eſt quod potens: vt ſit Poſſideo, quaſi potens ſe-
deo. Hinc Poſſeſſio, & poſſeſſor, & poſſeſſiuus, a, um.

Poſſideon, menſis, qui dicitur à Latinis December.

Poſſidonia, à Neptuno dicta eſt, qui Græcè poſſidon
dicitur. aliter Ionia dicitur, ab Ione Xuti filio. Cc.

Poſſidonius, philoſophus Apamiẽſis ex Syria (ut Stra
bo lib. xiiii autor eſt) ſed Rhodius exiſtimatus, quia
Rhodi uixit ac philoſophatus eſt, ſicut & Apollonius
Molo dictus eſt Rhodius. quum eſſet Alabandẽſis.
Vtrunq; audiuit Cicero. Hic quum aliquando mor-
bo articulari laboraſſet grauiſſime, fertur ſæpe dixiſ-
ſe, (erat enim Stoicus.) Nihil agis dolor, quamuis

ſis moleſtus, nunquàm te eſſe confitebor malum.

Poſſum, potes, potui, ex pos & ſum componitur, quaſi potens ſum. Vnde etiam quandoque cum ablatiuo cõſtruitur. Liuius li. x. Pecunia deinde qua multum poterant, freti, ſocios ex hoſtibus facere Gallos conantur. Sunt etiam qui hoc verbum componant ex porrò, valde, & ſum, quòd valde eſſe videantur qui potẽtes ſunt. Habet quandoque adpoſitum, vt quum dicimus, Deus omnia poteſt. Vnde fit Omnipotẽs. Quandoque eſt ſine adpoſitiõe. Plau. Nõ hic vt poſſit, edit, ſed poſſe cupit, ut edat.

Poſt, præpoſitio compoſita & ſeparata inuenitur. Separata ſignificat μετὰ, Græcam præpoſitionẽ, quando ordinem demonſtrat, ſiue loci ſiue temporis, ſiue alicuius alterius rei, & deſeruit adcuſatiuo. Verg.
Poſt montem oppoſitum. Idem,
Poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas.
Horat. O' ciues ciues, quærenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt numos. Cõpoſita verò reperitur cũ multis dictionibus, ut, Poſthac, Poſtmodum. Quandoque tamen ponitur loco aduerbii poſtea, & hoc quando nulli caſui ſeruit, ut quãdo iungitur ablatiuo. Verg.
Pòſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.
Salluſt. Vbi periculum aduenit, inuidia atque ſupbia pòſt fuere. Cum ablatiuo. Vergilius lib. vi.
Ille admirans uenerabile donum
Fatalis virgæ longo pòſt tempóre uiſum.
Quod ſi per ſe proferatur uel præpoſtere, habet accẽtum acutum, in verſu uero grauem.

Poſtea, componitur ex poſt & ea. Vnde & producit a, ſicut alia compoſita, interea, præterea, propterea. Salluſtius. Poſtea Piſo in citeriorẽ Hiſpaniam quæſtor proprætor miſſus eſt. Similiter Poſteaquam una dictio eſt ſicut & poſtquam, quæ cõnexiuæ particulæ ſunt. Cicero Planco, Et abſui proficiſcens in Græciã, & poſteaquam de meo curſu reipub. ſum uoce reuocatus. nunquã per M. Anto. quietus fui. Sic enim dictis ſequentia copulantur. Aliquãdo inter poſtea & quàm interponitur verò, & ſignificat, ſed poſteaquam. Idem Appio. Poſtea uero quàm ita cœpi.

Poſtergo, poſthabeo, relinquo, poſtpono, & quaſi poſt terga iacio, à quo Poſtergator, & Poſtergatio. Cornucopiæ.

Poſteriora, dicuntur quæ à vultu auerſa ſunt. Vnde eſt illud, Poſteriora mea uidebis.

Poſteritas, ſignificat poſterum ſeculum, ſiue homines qui poſt naſcentur. Cicero in Læl. Quo in genere ſperare uideor Scipionis & Lælii amicitiam notam poſteritati fore.

Poſterius, tardius, vel ſecundo. Quandoque etiam minus, uilius, abiectius. Plautus in Aſin. Poſterius iſta dicis quàm credo tibi.

Poſtero, ras. Palladius: Oliua quſi uaria cœpit eſſe colligitur. Nam quum tota nigreſcet, quod ſpeciei merito poſterauit, fundendi ubertate compenſat.

Poſterus, ra, rum, quod aliquid ſequitur. ut, poſtera dies, id eſt, ſequens. Vergilius lib. iiii.
Poſtera Phœbæo luſtrabat lumine terras.
Aliquando Poſterus dicitur, qui poſt nos futurus eſt. Vnde Poſteri, & Poſteritas. Huius comparatiuũ eſt Poſterior, & ſuperlatiuum Poſtremus. id eſt, ultimus. Poſteri pedes, qui poſt primos ſunt. Hinc componitur Præpoſterus, quaſi peruerſus, & inuerſus. Cicero Caſ. Præpoſteros habet tabellarios, & ſi me quidem non offendunt, ſed tamen quum à me diſcedunt, flagitant literas. hoc eſt, qui poſt alios venire debent, priores aliis qui præmiſſi fuerant, veniunt. Quintil. Præpoſtera res occidere, deinde erubeſcere. Præpoſtera libido, dicitur uitium Sodomiticum. Et Præpoſteros homines, libidinoſa cupiditate uocat Iulius Firmicus, qui & pædicatores uocantur.

Poſtfero, penul. correp. poſtpono. Plinius lib. ii. Gebẽna & urbibus & agrorum cultu uirorum morumque dignatione amplitudine opum nulli prouinciarum poſtferenda.

Poſthabeo, poſtpono. Terentius in Phorm. Nam omnes poſthabui mihi res, ita ut par fuit.

Poſthac, dictio compoſita ſicut antehac, & ſignificat deinceps in futurum, ſiue poſt hoc tempus. Terenti. in Andr. Poſthac quas faciet de integro comœdias.

Poſthumus, pen. cor. ex poſt & humus componitur, qui poſt mortem parentis natus eſt, quaſi poſt humatum & ſepultum. Plau. in Aulu. Poſt mediam ætatem, qui mediam ducit vxorem domũ, ſi eam ſenex anũ prægnantem fortuito fecerit, quid dubitas, quin ſit paratum nomen puero poſthumus? Dicitur & Poſthumus, a, um, pro futuro & ſequenti & poſtero. Vnde & Apul. Poſthumam ſpem dixit. Vergilius lib. vi.
Tua poſthuma proles. Fuit & poſthumus nomen uiri. Horat. lib. ii. Carmi.
Heu heu fugaces Poſthume Labuntur anni.

Poſticula, diminutiuum à poſtica pro poſteriore parte ædium. Apuleius, Per quandam breuem poſticulã introuocat me.

Poſticulum, aliud diminutiuum. Plau. in Trin. Poſticulum hoc recepit, quum ædes uendidit.

Poſticum, & Poſticus, penul. prod. à poſt ſtando pro oſtio in poſteriore parte ædiũ. Plau. in Trinu. Aliud autem, poſticum ædium noſtrarum. Veteres tamen etiam uicinum habitantem, ad poſteriorem partem ædium, ſic adpellarunt. Horatius,
Atria ſeruantem poſtico falle clientem.
Et oſtium ipſum Poſtica fœmi. genere dicitur. Ammianus, Per poſticã ingreſſus refertam inueni confluẽtẽ ex finitimis, uirili & muliebri ſexu poſtica etiã augurũ eſt (ut inquit Serui.) Augures deſignãt ſpatia lituo, & eis dant nomina, ut prima pars dicatur Antica, poſterior poſtica. Dexterã quoque (ſicut ſcribit Feſtus) Anticã ſiniſtrã poſticã dicim⁹. Sic etiã ea cœli pars, quæ Sole illuſtratur ad Meridiẽ Antica nominatur, quæ ad Septentrionẽ, Poſtica, Rurſus quæ diuiduntur in duas partes, Orientẽ atque Occidentẽ, Antica & poſtica dicuntur. Itẽ poſtica linea in agris diuidẽdis, quæ ab Oriente in Occidentẽ ſpectat. Oĩa denique quæ poſt nos ſunt, Poſtica dicuntur, & quæ ante nos, Antica. Inuenitur etiã Poſticus, ſtica, ſticũ. Perſius, Poſticæ occurrite ſannæ. Hoc eſt, irriſioni factæ à parte poſteriore. Auſonius, Poſtico vulnere foſſus.

Poſtilena, à poſt & ſtando, quòd ſtet à parte poſteriori. Eſt enim incuruum lignum, ſiue craſſius lorum, quod ſub iumenti cauda ponitur. Plautus, Ita te à gerunda aqua curuum faciam, ut poſtilena poſſit ex te fieri. Hinc per contrarium Antilena, qua pectus cingitur.

Poſtis, generis maſcu. à poſt deducit̃, & ſignificat ualuã oſtii, ſiue latus portæ. Dictus, qđ poſt fores ſtet. Vergil. Hærent parietibus ſcalæ, poſteſq́ ſub ipſos Nituntur gradibus.

Poſtliminium, ex poſt & limina componitur. Quæcunq́ enim à nobis alienata ad hoſtem peruenerunt, quum à noſtro limine exierint, ſi poſt ad idem limen reuertantur, poſtliminio redeũt. Feſtus, Poſtliminio receptus eſt, ſi qui extra limina, hoc eſt, terminos prouinciæ, captus, fuerat, rurſus ad propria reuertitur. Paulus Iureconſ. Poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinũ reſtituẽdæ, internos & liberos populos, regeſq́, moribus ac legibus conſtitutum. Nam quod bello amiſimus, aut etiam circa bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimus poſtliminio recipere, id quod naturali æquitate introductum eſt, ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines ſuos rediiſſet, priſtinum ius ſuum reciperet. Sunt qui ex aduerbio poſt, uim nominis interpretantur ſeliquam uocabuli partem ſolum additamentum oſtendentes tanquam liminium nihil ſignificet, ſicut tullium, ſupplementum eſt in meditullio. Poſtliminio quietis, apud Apuleium, ſignificat poſt quietem. Nam reuerſio quædam Poſtliminii uocabulo ſignificatur, quia ſemper poſt id quod retro relinquit̃. Poſtliminio mortis, id eſt, reuerſione à morte, & poſt mortem.

Poſtmitto, Cicero pro Celio, Quod in alicuius agreſtis periculo non poſtmittere, ſed homo eruditus in inſidiis doctiſſimi hominis diſſimulandum putaret.

Poſtmodum, penultima correpta, ex poſt & modum ſignificat poſtea, ſiue poſtremo, quaſi poſt modum rei datum. Liuius libro primo, Sæpe ex iniuria poſtmodum exortam gratiam. Dicitur & Poſtmodo. Idem libro quarto, Si Ardeates ſua tempora expectare uelint, arbitriumq́ ſenatui leuandæ iniuriæ ſuæ permittant, fore ut poſtmodo gaudeant ſe ire moderatos.

Poſtomis, midis, inſtrumentum ligneum, ſeu ferreum, quod ad cohibẽdam equorum tenaciam naribus uel morſui imponitur. Lucilius,
Poſtomides huic de naribus ingentes pendent.

Poſtquam, & Poſteaquam, connexiuæ particulæ ſunt. Verg. Poſtquam altos tetigit fluctus. Cc.

Poſtremiſſimus, ueteres pro poſtremo dixerunt. Cc.

Poſtremitas, pro extremitate ponitur. Cc.

Poſtremo, aduerbium, ſignificat finaliter, ultimo loco, tandem. Saluſ. Poſtremò omnibus modis pecuniam trahunt. Dicitur & Adpoſtremum. Impoſterum uerò, ſignificat ad futurum tempus. Quintil. lib. i. Multa linguæ uitia niſi primis eximantur annis inemendabili impoſterum prauitate durantur.

Poſtridie, & pridie, compoſita ſunt, & diuerſa. De pridie Gellius libro decimo. Die priſtini, eodem modo dicebatur, quod ſignificabat Die priſtino. id eſt, priore, quod uulgò pridie dicitur, conuerſo compoſitionis ordine, quaſi priſtino die. Feſtus uerò (cui magis accedendum puto) compoſitionem Pridie antiquam eſſe innuit, quum ait, priuignus dictus eſt, quòd antè quàm mater ſecundo nuberet, eſt progenitus. Pri enim antiqui pro præ dixerunt. Pridie igitur, ex præ & die compoſitum, priori ſiue præcedenti die, ſiue die uno antè ſignificat. Poſtridie uerò, poſtero die. Syncopatum enim eſt. Lactantius libr. v. de utroque exemplum poſuit, & loquitur de Carneade, Is quum legatus ab Athenienſibus Romam miſſus eſſet, diſputauit de iuſtitia copioſe, audiente Galba & Catone cenſoribus, maximis tũc oratoribus. Sed diſputationem ſuam poſtridie contraria diſputatione ſubuertit, & iuſtitiam, quam pridie laudauerat ſuſtulit. Plautus in Stich. Qui poteſt mulieres uitare, uitet, ut quotidie pridie caueat, ne faciat quod pigeat poſtridie. Pridie igitur, priori die, ſiue præcedente die ſignificat. ut etiam apud Catonem lib. de Re ruſt. Si quem purgare uoles, pridie ne cœnet. Poſtridie verò, poſtero die. Nec poſt tres dies ullo modo ſignificat, ut Catonis exemplum apertiſſime demonſtrat, qui eodem lib. ſic ait, Oleum uiride ſic facito, Oleam quàm primum ex terra tollito, ſi inquinata, erit tollito à foliis, & ſtercore purgato, poſtridie aut poſt tertium diem quam lecta erit facito. Non enim adiecisſet diem tertium, ſi Poſtridie poſt tres dies ſignificaret, niſi quòd Poſtridie, ſecundus ſeu ſequens dies eſſet eius diei qui præceſſit. Quod oſtenditur etiam ex hoc, quòd eius diei adpoſitum, tam Pridie quàm Poſtridie inuenitur. Cicero Lentulo, Ad duodecimum Calendas Februarii, dum in ſenatu pulcherrimè ſtaremus, quòd iam illã ſentẽtiam Bibuli de tribus legatis, pridie eius diei fregeramus. id eſt, præcedenti die eius diei, hoc eſt duodecimi. Cæſar lib. ii. Poſtridie eius diei Cæſar pſidio utriſq́ caſtris, quod ſatis eſſe uiſum eſt, reliquit. Id eſt, ſequenti ſiue poſtero die eius diei qui præceſſit. Aliquando eis genitiuus iungit̃. ut, Pridie ſiue Poſtridie calendarum, nonarum, iduum. Et poſſeſſiue iungit̃. Nonnunquàm adcuſatiuus adponit̃. Cicero Appio, Pridie nonas Iunias quum eſſemus Brundiſii. Et reſoluitur, Die præcedenti nonas, ſiue diem antè nonas. Liuius etiam poſtridie idus rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. Quo item modo, Poſtridie calendas dicitur. id eſt, die poſt calendas. Etiam aliter adcuſatiuo iunguntur. Cicero ad Atticum, pridie compitalia memento. Interdum pridie & Poſtridie ſequitur quàm. ut Pridie quam in tres patriam ſacrificium facito. Liuius libro ſecundo, Nam quum pridie quàm legati ad Tarquinios proficiſcerentur, & cœnatum fortè apud Vitellios eſſet, coniuratiq́ ibi ſemotis arbitris multa inter ſe de nouo (ut fit) conſilio egiſſent, ſermonem eorum ex ſeruis unus excepiſſet, qui iam antea id ſenſerat agi. Quod ſic exponit̃, Die præcedenti antequam legati ad Tarquinios proficiſcerentur. Similiter illud Suetonii in Cæſare.

Et pridie quàm occideretur, in ſermone natô, ſuper cœnam apud Marcum Lepidum, quiſnam eſſet finis vitæ cômodiſſimus, repentinû inopinatumq́; prætuliſſet. Quo etiam modo intelligitur in Canonæ miſſæ. Qui pridie quàm pateretur. id eſt, qui præcedêti die ante q̃ pateretur. Nô autem quo, ſicut Valla interpretatur: eo quòd ſententiæ repugnare videtur. Similiter Poſtridie quàm pater mortê obiit epulum feci. id eſt, Poſtquam pater mortem obiit, poſtridie epulum feci. vt dies mortis luctui ſeruiat: poſtera verò epulis. Non a fit, Poſtridie quo pater mortem obiit, epulû feci. quod neq; orationi, neq; ſenſui conuenit. Nam Poſtridie, alium diem exigit præcedentem. In iſto uerò exemplo, nullus alius dies præceſſit. Ergo quàm pro poſtquam exponendum eſt: vt Poſtridie, ſequatur ipſum, quo pater mortem obiit. Similiter, Pridie quàm vxorem duxero, nauigandum eſt mihi. Si quàm pro quo ſumatur, nô recte fiet interpretatio. Igitur neceſſario quàm, pro poſtquam, non pro quo ſumêdum eſt. Niſi quàm, pro quo, hoc modo ſumamus: non tamen vt capiamus, eo poſtridie epulû factum, quo pater mortem obiit: neq;, Eo poſtridie quo vxorê duxero, nauigandum eſt mihi: ſed ſic: Poſtridie, id eſt, poſtero ab eo quo vxorê duxero, nauigandum eſt mihi. Et Valla fortè ita intellexit. Hoc modo ſumenda ſunt pleraque Liuij exempla, vt lib. iii. Anno treceteſimoaltero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis, à conſulibus ad decem viros. Et lib. iiii. Dictator, exercitu victore domum reducto, die octauo quàm creatus erat. Hic quàm, pro quo exponitur. id eſt, octauo die ab eo quo creatus erat. Et illud: Quàm condita Roma erat. id eſt, ab eo quo condita Roma erat. Quod etiam pro poſtquã ſumi poteſt. Poſſunt tamen Vallæ exempla breuius exponi: vt quàm, pro quum ſumatur, hoc modo: Quàm, pro quum, pater mortem obiit, epulum feci poſtridie. et, Quàm, pro quum, vxorem duxero, nauigandum eſt mihi poſtridie. Illud autem Ciceronis ad Tironê: Menandrius poſtridie ad me uenit quàm expectarem: pro quo omnino ſumitur, nô pro poſtquam, neq; pro antequam, neq; ab eo quo. hoc modo. Menandrius quàm, id eſt, quum die præcedenti eum expectarem, uenit ad me poſtridie. Vnde recte ſequitur: Itaq; habui noctem plenam timoris. id eſt, noctem quæ ipſum diem præcedentem inſecuta eſt, & interceſſit inter poſtridie, hoc eſt, ſequentem diem, & ipſum præcedentem. A' Pridie, fit Pridianus, na, num, quod eſt pridie alicuius diei. Suetonius in Catone: Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi. A' Poſtridie, fit Poſtridianus, q poſtridie alicuius diei: ſicut poſtriduanus, q poſt Idus eſt. Sed abutitur pro poſtridianus, craſtinus: pro pridianus, heſternus.

Poſtulo, as, ſignificat quodam modo requiro, volo. vt, Res, locus, perſona, têpus, cauſſa poſtulat. In qua ſignificatione quandoq; ablatiuo iungitur, mediante præpoſitione. Cicero in Lælio: Neq; quicquam vnquam, niſi honeſtum & rectum, alter ab altero poſtulabit. Aliquando adcuſatiuo ſolum. Idem pro Ligario, Longiorem orationem cauſſa forſitan poſtulat: tua certe datura breuiorem. Nonnunquã duobus adcuſatiuis: ſed tunc ſumitur pro oro. Pli. in epiſto. Iterum me iam præſentem aduocatum poſtulauerunt, implorantes fidem meam. Quãdoq; ſignificat, rem debitam & iuſtam peto. Aliquando ſignificat adcuſo, ſeu quæ iclam dico de altero apud alterum. Suetonius in Cæſa. Cæterû Cornelium Dollabellã, conſularê & triûphalem virum, repetûdarum poſtulauit. Idem de Auguſto, Adfuit & cliêtibus, ſicut ſcutario cuidã euocato quondam qui poſtulabatur iniuriam. Interdû poſtulare, eſt cupere, velle, expectare. Terentius in Adelphis, Per oppreſſionem vt hãc mihi eripere poſtulet. id eſt, velit, aut ſperet. Item poſtulare (ſicut docet Vlpianus) eſt deſyderium ſuum, vel amici, in iure apud eum qui iuriſditioni præeſt, exponere, vel alterius deſyderio contradicere. Solet diſtingui inter poſtulare, poſcere, petere, obſecrare, & flagitare. Quia poſcimus imperioſe: petimus precario: poſtulamus iure: obſecramus, id eſt, per ſacra rogamus: flagitamus, non ſine ſtrepitu verborû, addendo conuitium. Cicero, Quanquam cauſſa poſtulat, non tamen flagitat. Curtius, Poſtulabat autê magis quàm petebat. Expoſtulare, eſt quum querimur iniuriam apud illum, à quo accepimus, & habet in ſe reprehenſionem: de quo alibi.

Poſtuorta, Dea erat Romanorum, quæ futura proſpiceret.

Potamentum, idê quod potatio. Auguſt. lib. de Mira. ſacræ ſcripturæ, Idem populus in deſerto ſitiens, potamenti refocillationem poſtulauit.

Potens, tam participium quàm nomê inuenitur, à poſſum. ſed quando participiû eſt, tempus ſignificat, & adcuſatiuo iungitur nominum, vel infinito: nec comparationem accipit. ut, Potens pugnare. vel, Potens bella facere. Quando verò nomen, caret tempore, & genitiuo iungitur. ut, Potens maris. Et comparationem accipit. vt, Potentior. Huius contrarium Impotens, qui non poteſt. A' quibus potentia, & Impotentia: Potenter, & impotenter. Differunt autem (ſecundum Priſcianum) Potentia, & poteſtas: quòd poteſtas magis pro vi accipitur, Potêtia pro dominatione. Hinc Omnipotens, Armipotens. Bellipotês, qui armis & bello potens eſt. Viripotens, mulier quæ coire cum viro per ætatem poteſt.

Potentatus, tatus, poteſtas.

Poterium, à Græcis dr, quod nos poculum dicimus.

Poteſſum, id eſt, poſſum. Terentius: At pol ego amatores audieram mulierum eos eſſe maximos: ſed nihil poteſſe. Cornelius: Crediderim Poteſſe, vetuſto more legendum: tamen quotquot legi codices, Poſſe habent.

Poteſtam, pro poteſtate veteres vſurparunt. Plautus, Neq; deſidiæ in ocio operam dediſſe, neq; poteſtam ſibi fuiſſe: adeò arte cohibitum eſſe à patre. Ce.

Poteſtas, multa ſignificat, vt Plautus inquit. Nam in perſona magiſtratuum imperium: & à poſſum fit. In perſona liberorum, patriam autoritatem. In perſona ſeruorum, dominium. At quum agimus de noxæ

deditione,

ſeditione, cum eo qui ſeruum non defendit, ꝓſentis corporis copiam & facultatẽ. Poteſtates igitur, principes potentes dicuntur: quos Græci dynaſtas uocant, & hi qui magiſtratus gerunt, & habent merum imperium. hoc eſt, gladii poteſtatem. ad animaduertendum in facinoroſos homines, & iudiciis ꝓſunt. Vnde non inepte prætores vrbis, vulgò nunc Poteſtates dicũtur. Suetonius in Claud. Iuriſdictionem de fideicõmiſſis, quotannis & tãtum in vrbe, delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias, poteſtatibus demãdauit. Apuleius, Sed iuſſit poteſtas officialem ſuum magna ſeueritudine cohercere. Plinius, Pingue draconis in pelle dorcadum neruis ceruinis adligatum in lacerto, victoriam iudiciorum conferre exiſtimant: primum ſpondylum aditus poteſtatuum mulcere. Et Poteſtas ponitur pro conſilio & ratione. Vnde exire aliquẽ de poteſtate dicimus, mentis impotẽ fieri. vt apud Ciceronem lib. iiii. Tuſcula. Iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate. id eſt, de mente.

Potidea, vrbs Aemathiæ, ſiue Macedoniæ. Ce.

Potinam, Deam dixere, à potando. Ce.

Potiono, as, potionem ꝓbeo, cuius paſſiuũ eſt Potionor. Suetonius de Caligula, Creditur potionatus à Ceſonia vxore, amatorio quidẽ medicamento, ſed quod in furorẽ verterit. Hierony. ad Damaſum, Accipe calicem meri huius de manu mea: & potionabis omnes gentes, ad quas ego mittam te.

Potior, & potius, comparatiua, pro melior, & melius: quaſi potentior & potentius. Et potiſſimum ſuperlatiuũ, & potiſſime, aduerbia: quæ ſignificant magis, & maximè. Differunt autẽ potius, & potiſſimum, ſeu potiſſime: quòd potius, ad duo tantum, Potiſſimum ad plura refertur. ut, Quem potius inſtituam hæredem? Fabium an Lucium? aut, Quã natarum potiſſimum erudiam? ſi multæ ſint. Inuenitur tamen quãꝗ potiſſimum referri ad duo. Cicero, Quanquam præſtat honeſtas incolumitati, tamen vtri potiſſimum conſulendum ſit deliberetur.

Potior, tiris, & poteris, à potis deducitur, tam tertiæ quàm quartæ coniugationis eſt. In infinitiuo tamen & participio quartam ſequitur. Vergil.

Vi potitur, qd non mortalia pectora cogis. Ouid.

Tuꝗ tuis armis nos te potiremur Achille. Eſt autem Potiri, tenere, & quaſi in poteſtate habere. & ſic ferè ſemper cum genitiuo cõſtruitur. Salluſt. Cui fatum foret vrbis potiri. Aliquando eſt obtinere, & in poteſtatẽ vendicare: & tunc ablatiuo iũgitur. ut, Cæſar tandẽ potitus eſt Gallia. Aliquãdo frui: ſic etiam cum ablatiuo, & nonnunquam cum accuſatiuo conſtruitur, ſed raro. Cicero, Quòd ſi his voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primum paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis quibus ſenectus etiam ſi non abunde potitur, non omnino caret. Teren. in Adel. Patria potitur commoda.

Potiridon, pocillum. Cornucopiæ.

Potis ſum, poſſum.

Pote uolo, poſſum velle.

Potis eſt, poſſibile eſt. & Potis, potens eſt.

Potis, & pote, adiectiuum, A quo potè aduerbium. vt Quipote, Vtpote, vide in dictione Compos.

Potitius, à potando cognominatus eſt: qui Herculi ſacra faciebat. A quo Potitia familia. Erat & altera familia pinariorum, quæ Herculi ſemper ſacrificaret.

Potito, tas, pen. corr. conſuetudinem potandi habeo. Eſt enim frequentatiuum. Plautus in Amphitryo. Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi illic ob virtutem data eſt, Pterela rex qui potitauit, quem ego mea occidi manu.

Potnia, vrbs in Bœotia, non lõge à Thebis: vbi Glaucus Siſyphi filius, & Meropes habuit equas, quas eõ ſueuerat humana carne alere, quò cupidius in hoſtẽ irruerent. Ipſum aũt, quũ alimenta defeciſſent, deuorauerunt. Itẽ quadrigæ quibus utebaꝰ, Potniades dictæ ſunt. Item Potnia Græcè, Latinè candida. Aratus: Potnia Maia. id eſt, candida, verecunda.

Poto, tas, taui, & potus ſum, potatum, & potum, ſignificat bibo. Hieronymus, Non ambigo multos fore, qui de turbulẽto magis riuo, quàm de puriſſimo fonte potare malint. Terentius in Hecy. Quid ait? cum virgine vna adoleſcens cubuerit plus potus. Eius cõpoſita ſunt adpoto, quod eſt, multum poto. Plautus in Curcul. Poſtquam cœnati atꝗ adpoti, talos poſcit ſibi in manum prouocat me in aleam, vt ego ludam. Compoto, ſimul poto. Vnde Compotatio: quam Græci ſympoſium dicunt. Epoto, potando exhaurio. Perpoto, valde poto. Præpoto, antè poto. Et habent penultimam productam.

Potorium, uas quod ad potum eſt deputatum. Plini. Mille conuiuas totidem aureis potoriis.

Potorius, ria, rium, quod ad potandũ pertinet. Vnde dicimus uaſa potoria: ſicut vaſa eſcaria.

Potus, ta, tum, in vtraꝗ ſignificatione ſumiꝰ pro eo ꝗ potauit. Ouidius lib. iiii. Faſtorum.

Põpa ſenẽ potũ, pota trahebat anus. Idẽ in eodẽ,
Clauiger & tãto eſt Albula pota Deo. Iuuenal.
Epotaꝗ flumina medo Prandente.

Ibi accipiꝰ actiuè. Paſſiuè ãt ab Ouidio li. xv. Met.
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibunꝰ.

Potus, tus, idẽ quod potio. Quãuis ſint ꝗ diſtinguãt, dicẽtes, Potũ eſſe vini, aquæ, & huiuſmodi: potionẽ à medicis ægrotãtibus dari. Sed Cicero potionem pro potu accipit lib. Tuſcu. quũ ait, Quid quòd ne mẽte quidẽ recte uti poſſumus, multo cibo & potione repleti? Et in Catone, Tãtũ cibi & potionis adhibendũ, vt reficiantur uires, non opprimantur.

P ANTE R.

PRactica, πρακτική, ἀπὸ τοῦ πράττειν. hoc eſt, ab agendo.

Præ, præpoſitio, quæ tam ſeparata quàm compoſita vbiꝗ diphthongaꝰ. Separata quidẽ ablat. deſeruit, & quandoꝗ ſignificat pro, ſiue ꝓpter. Apul. Præ luxuria cuncta ꝓfuderat. Quandoꝗ ſignificat antè: ſiue de loco dicaꝰ, ſiue de electione. Et modò abſolute poniꝰ. Terentius, I præ ſequar. Modo cum accuſatiuo. Liuius lib. i. Propè Tyberim fluuium, quã præ ſe armentum agens nando traiecerat. Modò eũ ablatiuo. ut, Præ oculis. Id eſt, ante oculos. Auguſti.

lib.II. Confeſſio. Ambitio, quid niſi honores quærit & gloriam? quum tu ſis præ cunctis honorādus unus, & glorioſus in æternū. Præ cunctis. id eſt, ante cunctos, vel quàm cuncti. Interdum ponitur pro reſpectu, ſiue ad comparationem. Terentius in Eunucho, Hic ego illum contempſi præ me, id eſt, ad comparationem mei. Liuius, Paruā Albam præ ea urbe quæ conderetur fore. Nonnunquam pro ab. Terentius in Andria, Præ ſtudio dum efficias quod cupis id eſt, ab ſtudio. Idem in Eunuch. Vt ſit miſera præ amore. Itē pro extra, ſiue excepto, vel excepta. Gellius libro primo. Præq́ ſe vno cæteros omnes linguæ Atticæ principes, gētemq́ omnem togatam, quodcunq́ nomen Latinum, rudes eſſe atq́ agreſtes prædicabat. Terentius, Extra vnam ancillam dixit. Item pro reſpectu eius. Plautus in Perſa. Imò res omnes relictas habeo, præ quod tu velis. Compoſita ſignificat antè, vel prius. ut Præpono, Præſcio. Aliquando ſuper. vt præfectus, præſideo. Aliquando valde, vel mirum in modum, ſiue præter modum. ut præclarus, præcelſus. Et magis auget quàm per iungiturq́ cum aliquibus dictionibus cum quibus non iungitur per. ut præpotens, præcelſus, prælatus, præclarus, præfulgens, prædiues, prædulcis, prædurus, præcultus, prælargus, prælongus. Nam prælongus homo, & prælonga oratio, ea dicitur, quæ enormi longitudine eſt. Præpotens, præcelſus, & ſimilia, maiorem in modum potēs, celſusq́, & quaſi præter modum moremq́ aliorum potens ac celſus. Significat quandoque etiam antè tempus, ſiue præter morem aliorum. ut præcox vua, præcox ingenium. Item ſignificat non, ſiue nondum. vt in præmaturus. Aliqñ ſuperuacue ponitur. ut præmorior, præcingo: quæ ſignificant ſicut eorum ſimplicia. A' præ, fit præter: ſicut à ſub, ſubter: in, inter: pro, propter.

Præaccipio, antè accipio. A' quo præaceptio, figura quæ ꝑſumptio à noſtris, à Græcis uerò prolepſis dicitur: quum poeta aliquid ꝑaccipit, ad eamq́ ſubſequitur qualitatem.

Præacuo, prius acuo. Cato de Re ruſtica, Vitem teneram ꝑacuito, obliquo inter ſe medullam cum medulla componito.

Præbeo, ex præ & habeo, abiectis a, & h, ſignificat do, exhibeo. Nam qui aliquid ꝑbet, id præhabere ratione dicit. Aliquando ſignificat oſtendo. Terentius in Adel. Seruum haud illiberalem præbes te. id eſt, in re oſtendis, factis probans.

Præbia, veteres remedia dixerunt: q̃ ægrotantibus præbeantur.

Præbitere, Plautus pro perire vſurpauit. Cc.

Præcaluus, caluus in anteriore parte capitis. Sueton. de Galb. Statura fuit iuſta, capite ꝑcaluo.

Præcarus, nimis ſiue multum carus. Terent. in Phor. Quantum opus eſt tibi argenti? eloquere. Solæ triginta minæ. Triginta? Haud præcara eſt Phædria. Iſthæc verò vilis eſt.

Præcedo, antecedo. ut, Nox præceſſit, dies adpropinquabit.

Præcello, lis. Vide in dictione Cello.

Præcentio, modulatio illa vocum, quæ antè initium cantus fieri ſolet: quaſi præludium. Gellius, Tibicines inter exercitum poſiti, canere incœptabant: ea præcentione tranquilla, ad quam militaris muſicæ diſciplina uis & impetus militum, ne ſparſi diſpalatiq́ prorueret, cohibebatur. Quapropter & exordium ſiue initium, ſiue principium, ſiue proloquium, ſiue antiloquium, quidam præludium, alii præcentiorem vocauere, ad ſimilitudinem Græcorum, qui id prooemium nominant: propterea quod οἴμη cantus eſt.

Præcentor, qui canēdo præcedit: ſicut ꝑſultor, qui ſaltantium choream ducit.

Præceps, locus altus, vnde quis poteſt præceps dari. Vergilius, Turrim in præcipiti ſtantem ſummisq́ ſub aſtra. Eductam tectis. Et Præceps homo dicitur qui ſine conſyderatione aut modo quid agit, & quaſi rem præoccupat. Vnde pro nimis feſtino poni ſolet. Vergilius,

Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ.

Præcipites palmites, apud Columellam, ſunt qui de horotinis virgis enati, in duro alligantur. Hi (vt lib. vi. idem ſcribit) plurimum fructus ferunt, ſed plurimum matri nocent. Itaque niſi extremis ramis, aut ſi vitis arboris cacumen ſuperauit, ꝑcipitari palmitē non oportet. Sunt qui præceps à caput per compoſitionem deriuent: quod quāuis non abnuam, tamen etiam à capio dici videt, quòd anceps cum am ꝑpoſitione compoſitum à capio Feſtus dici uelit. Sed tamen proprie præceps à caput. Vnde & biceps, Triceps. Caput vero à capio fit.

Præcepto, ptas, frequentatiuum, ſignificat ſæpe præcipio.

Præceptum, & nomen & participium eſſe poteſt. Nomen ponitur pro iuſſione. Vnde decem legis præcepta. Aliquando pro diſciplina ſiue documento, & quaſi regula quadam bene uiuendi. vt quum præcipitur, quid vir vxori, quid vxor viro debeat. Aut pro documento tradito ad aliquam artem percipiendā. Participium, modò ſignificat ante captum. Liuius libro primo. Tempore illi præcepto. Cicero libro tertio Tuſculanarum, Hæc cogitantem fore beatum, præſertim ſi & antè ꝑceptis bonis contentus eſſet, nec mortem nec Deos expaueſcere. id eſt, prægustatis & antè captis. Modò iuſſum. ut, Præceptum eſt tibi ne diſcedas.

Preciæ vuæ, quaſi præcociæ, dictæ ſunt quæ cito matureſcunt.

Præcidanea porca, quam immolare ſoliti erant, antequam nouam frugem ꝑciderent, ſiue guſtarent.

Præcidaneæ feriæ, quæ ſolemnes legitimas ferias præcederent.

Præcidaneæ hoſtiæ, quæ ante ſacrificia ſolēnnia pridie cæduntur.

Præcidaneus, a, um. vt, Præcidanea agna: q̃ ante alias cædebatur.

Præcidi os, dr, qn̄ bene pulſat. Senec. lib. Natura. 4. Qui me vſq́ ad mendacia hæc leuiora, in quibus os ꝑcidi non oculi erui ſolent, credulum ꝑſto.

præcido,penulti.produ. ex præ & cedo, quod eſt feſſio,percutio,incido, ſignificat ante cædo. Aliquando Præcidere,excidere,ſeu ſimpliciter cædere. Hieronym.in Exodo, Præcide tibi duas tabulas lapideas, quales antea fuerant. Idem lib.ii. Reg. Et pęcidit veſtes eorum medias,uſq; ad nates. Et præcidere, dicit de re obſcœna,hoc eſt,narem intra podicem coeundo labefactare:quemadmodum pędicare, eſt pueri inter fœmora fœdare. Martialis,

Præcidi gaudes,pędicus Papile ploras.

Præcino,penul.correp.pęcinui,pęcentum, ante canto, prædico,prædiuino.

Præcipio,à præ & capio,ſignificat ante capio,præuenio,pꝛoccupo. Vergilius,

Cogite oues pueri,ſi lac præceperit æſtus,

Vt nuper, fruſtra preſſabimus ubera palmis.

Cicero libro ſecundo Officio. Præcipiam oratione benigna multitudinis animos,ad beneuolentiam alliciant milites blando ſermone deliniant.Item præcipere,eſt ante videre. Vergilius,

Omnia præcepi atq; animo mecum ante peregi.

Item præcipere,eſt iubere,& ptinet ad eos qui curam aliorum gerunt,& qui aliis præſunt. Hinc præcepta, pro iuſſis. Salluſti in Iugurth. Micypſa pater meus mihi præcepit.Item præcipere,monere,inſtruere. Vñ præceptores,artium magiſtri:quorum placita, Præcepta,& Præceptiones dicuntur.

Præcipitium,locus præruptus, vnde præcipitari facile poteſt.

Præcipito,in præceps deiicio, inconſyderate ago. A' cuius participio fit præcipitáter,quod ſignificat inconſyderate.

Præcipuus,a,um,à præcipio,pro ante capio, qđ ante capitur,quaſi ante omnia, ſiue præueniens omnibus. Hinc aduerb.Præcipue.quod eſt ante alia, non autẽ ſpecialiter,vt multi indoctè interpretantur, ſicut in præſertim.Cic.Curioni,Nõ mihi tam mea ſalus cara fuit, in qua præcipue ſum ab illo adiutus, q; pietas erit in referẽda gratia iucũda.id eſt,ante alios.

Præciſus, dicitur pars carnis viſcerum, hoc eſt, circa quod viſcera inuoluta ſunt, quòd oras circunciſas habeat. Lucilius,

Illi præciſo atq; epulis capiuntur opimis.

Nam omaſum,dicitur inteſtinum pingue.

Præclamo,anteclamo. Vnde præclamito.ex quo præclamitores dicebant,qui flammem Dialem, hoc eſt, ſacerdotem Iouis antecedebant,clamantes,vt homines ab operibus abſtinerent:quia ei opus facientem videre,irreligioſum videbat.Cc.

Præclauum.pars veſtis erat,q̃ ante clauum texebatur. Afranius, Totum diem præclauum vnum texere.

Præcognitus,antè cognitus, quáuis raro præcognoſco reperiat. Plancus, Quòd ſi latro,præcognito noſtro aduẽtu,rurſus in Italiam ſe recipere cœperit.

Præcones,à præcinendo dicti ſunt: quaſi præcanes, quòd antè canant & annuncient quod eſt faciendũ. Vel(vt inquit Priſcianus)à præ,id eſt, valde canendo. Sunt enim,qui iuſſu magiſtratus, publice aliqd ore denunciant:qui auctionem faciebant,& audientiam in theatris indicebant. Vergil.lib.v.

Victorẽ Aeneas præconis voce Cloãthũ Declarat.

Et Præcones laudum noſtrarum, qui res à nobis geſtas laudando diuulgant. Hos quoque curiones uocatos legimus.

Præconium,ipſa præconis vox. Sueton.de Nerone,Et præconio vbique contendit. Sed quoniam à præcone res geſtæ etiam pronunciari ſolent, Ideo quandoq; pro laude,fama,& gloria ſumit:à genealogia, virtutibus corporis,& fortunæ. Plautus in Mercatore,Præconium iubere,id eſt, præconis voce ſignificare. Aliquando eſt præconis officium. Idem in Menæ. Præconium vt mihi detis. id eſt,vt præconis vicem habeam. Vnde Iſocrates de laudibus Buſiridis: περὶ μὲν οὖν τῆς Βουσίριδος εὐγενείας τίς οὐκ ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως εἰπεῖν? id eſt: De Buſiridis nobilitate quis non poſſet facile dicere?

Præconius,nia,nium,antepe.produ.quod eſt præconis.ut, Sub uoce præconia.

Præcoquo,quis,pen.cor.antè coquo,ſeu maturo.Colu.lib.vi. Vuæ cõmodius inſolatæ præcoquuntur, hoc eſt,ante tẽpus aliorum fructuum maturant.

Præcordia, membranæ q̃ exta ſeparant ab inferiore viſcerum parte. Dicta, quia cordi prætenduntur,vt Plinius lib.xi.ſcribit:& à Græcis phrenes dicuntur. Poſita autem ſunt propter vicinitatem alui, ne cibis ſupprimeretur animus. Item quæ Græci hypocondria dicunt,à poetis & medicis Latinis, Præcordia adpellantur. Celſus, Pericoloſum eſt etiam poſt arquatum morbum febrem oriri,vtiq; ſi præcordia in dextra parte dura manſerint. Et præcordia, vno nomine,exta in homine vocantur.

Præcox,cis,penul.correp.generis omnis,quod & præcoquus,a,um. Martialis,

Vilia maternis fueramus præcoqua ramis,

Nunc in adoptiuis perſica cara ſumus.

Dicitur autem præcox fructus, qui præter morem cæterorum coctus & maturus factus eſt: vt Præcoqua vua,Præcox ficus, Præcocia poma, q̃ ante ſolitum tempus matureſcunt. Plinius: Perſica æſtate præcocia intra triginta annos reperta, & primò denariis ſingula venſidata.Ita dicimus ſerotinas vuas, quæ poſt conſuetum tempus tarde matureſcunt. Per tranſlationem quoque Præcox ingenium dicitur, quod nimis citò maturitatem conſequutum,nimis q; cito videtur adoleuiſſe. Quintilianus,Illud ingenioſum velut præcox genus,non temere vnquam peruenit ad frugem.

Præda,à pariẽdo (ut inquit Var.)quaſi parida, quòd manu parta ſit. Et eſt(vt Gellius lib.xiii.inquit) proprie corpora ipſa rerum quæ capta ſunt. Manubiæ verò pecunia ex venditione prædæ redacta.

Prædaceus,cea,ceum,quod ex præda eſt. Gelli.libro iiii. Agrè paſſus quòd cui ſalus imperii ab rei pub. ſit ex accepta ferri deberet ratione pecuniæ prædaceæ poſceretur.

Prædatiuus,a,um,idem quod prædaceus. Gellius,Ex manubiis.id eſt ex pecunia prædatiua.

Prædator,populator. Ioui uerò deprædatori tẽplum.

fuiſſe legimus,non quòd p̄dæ præeſſet, ſed quòd ei aliquid ex p̄da in partem p̄dæ debebatur. Nam mos Romanorum fuit, ut bella geſturi, de parte p̄dæ aliquid numinibus pollicerentur.

Prædēſus,ualde denſus. Pli.lib.viii. Culter uocatur,p̄denſam priuſquàm proſcindat terram ſecans.

Prædeſtino, ſtinas,penul.cor.ex præ & deſtino.vide in dictione Deſtino.

Prædiatores,dicũtur periti iuris, ad p̄dia pertinentis.

Prædiatorius,ria, rium,quod ad prædium pertinet,ut Lex p̄diatoria. Cicero pro Cornelio Balbo, Etenim ſi Q. Scæuola ille augur,quum de iure p̄diatorio cõſuleretur,homo iuris peritiſſimus, conſultores ſuos nonnunquam ad Turium & Caſelium prædiatores reiiciebat.

Prædiatus,p̄diis munitus. Apuleius lib.Florĩ,Ipſe bene ueſtitus,bene prædiatus.

Prædicatio,dictio,celebritas. Et apud Logicos decẽ prædicamenta,quæ de omnibus prædicantur.

Prædicator, id eſt, laudator, & cuiuſcunque rei diuulgator.

Prædicatum, Grammatici adpoſitum uocant, quod prædicatur.id eſt,dicitur,de ſubiecto.

Prædico,cas.pe.cor.aperte ſeu publice dico, celebro, vulgò,laudo. Cicero Luccio, Ignoſces mihi de me ipſo aliquid prædicanti. Sallu.Ipſum Craſſum ego poſtea prædicantem audiui tantam illam cõtumẽliam ſibi à Cicerone impoſitam.

Prædico,cis,pen.prod.antè ſiue prius dico. Teren.in And. Sed dico tibi ne temere facias,neque tu hoc dicas non prædictum. Inde Prædictio, quod prædicitur,ſiue prænunciatur,vel p̄diuinatur. Cic.lib.i.de Diuin. Ex quo ſæpe genere hariolorum etiam & uatum furibundas prædictiones (vt Octauiano bello Cornelii Culeoli) audiendas putauerunt.

Prædiolum, paruum prædium. Cicero Marco Cælio, Sed mea p̄diola tibi nota ſunt,in his mihi neceſſe eſt eſſe,ne amicis moleſtus ſim.

Prædiſco,antè intelligo. Verg.lib.Georg. Prædiſcere ventos.

Præditus, ta,tum,penul.cor.non dicitur ornatus, ſed quaſi adfectus. Participium ſine verbo: puto quaſi à prædo,dis,ex præ & do. Et accipitur tam in malam quàm in bonam partem: ut, Præditus ſum honore, præditus ſum damno. Cicero pro Rabirio, Senectute adfectus,morbo præditus. Et pro Muræna, Idem ſqualore,ſordibus confectus, morbo, lachrymis ac mœrore præditus.

Prediũ,à præda, eò quòd capti ab hoſtibus agri, militibus diſtribuebantur. Vel dicitur à præſtando (ut inquit Varro) ſicut p̄des. Alii à prius ſeu ualde dando. Eſt autem prædium ruſticum & vrbanum. Vnde anteurbana prædia uocabantur, quæ vrbi erant propinqua. Ager locus in rure quem colimus. Aruum, ea pars, agri quæ ſementi datur. Fundus etiam pars agri eſt. Singula enim prata, ſingulæ uineæ, ſinguli horti, ſingula olineta, pomaria, paſcua, ſalicta, nemora, uenatoria piſcatoria, loca, ſiue villam atq; ædificium, ſiue piſcinam, ſiue uiuaria habeant, ſiue non habeãt, ſinguli fundi ſunt, & hoc in agro dũtaxat. Nam in urbe, oppido, uico, caſtello, quicquid tale eſt, prædiũ uocatur. Eſt ita q; fundus ruſtica poſſeſſio, Prædium, & urbana & ruſtica. Poſſeſſio, generale nomen eſt. Nam & tabernæ, & hoſpitia, & horrea in urbe, poſſeſſiones dicuntur: & ſimpliciter, omnia bona immobilia. Dicitur poſſeſſio etiã non ipſa proprietas, ſed vſus & actio poſſidendi.

Prædo,donis,qui prædatur. Cuius diminutiuum Prædonulus, à Catone uſurpatur. Prædones ſunt, qui populandam alienam inuadunt prouinciam.

Prædor,daris,à præda fieri Var.docet. Et habet vtrãque ſignificationem. Hieron.in Eſaia, Væh qui prædaris, nonne ipſe prædaberis? Gregorius, Deprædari deſyderant, qui theſaurum publice in via portant. Legitur & Prædo, das. Hieronymus in lib. Iudith, Prædauit quoq; omnes filios Tharſis. id eſt, depopulatus eſt.

Præduro,ras,penultima producta,prætermortem duro. Columella lib.iiii. de rubrica, Verum eſt in opere difficilior, quod neq; humentẽ fodere poſſis, quòd ſit glutinoſiſſima, nec nimium ſicca, quia nimium præduratur.

Præeo,præis,antè eo. Ambroſius huic uerbo datiuum iunxit, lib. de Offic. Alterum, inquit, quum in clero reperiſſem iubere me ne unquàm præiret mihi, quia velut quodam inſolentis inceſſus uerbere oculos feriret meos.

Præfanda,dicunt turpia,quòd ſcilicet ea præfari oporteat. Solemus enim in præfando his verbis utitut, Si licet dicere: Si commemorare fas eſt, Quod dictu quoque fœdum eſt, Honore dico, Honor ſit auribus veſtris, & alia huiuſmodi.

Præfari,antè fari. Columella, Quas ordine ſuo tũc demum perſequar, quum præfatus fuero, quæ reor ad vniuerſam diſciplinam maxime pertinere poſſe. Hinc Præfatus,ta,tum.

Præfatio,tionis,à præfatus deducitur, & ſignificat id quod præloquimur, antè quàm ad rem ueniamus. Hieronym. in præfa. Pſalmorum: Vnde conſueta p̄fatione commoneo, tam uos quibus labor iſte fortè deſudat, quàm eos qui iſta habere uoluerunt: vt quæ diligenter emendaui, cum cura & diligentia tranſcribantur. Huius diminutiuum eſt præfatiuncula. Hieronym. Ideo Græco & Hebræo p̄fatiuncula utraq; præmiſſa eſt.

Præfectus prætorii, talis apud Cæſares erat, qualis olim apud reges tribunus celerum, & apud dictatores magiſter equitum. Gerabat enim ſecundas partes poſt Cæſarem, præerat q; diſciplinæ publicæ emendandæ.

Præfericulũ,à p̄fero, uas, æneum, ſine anſa, patens ueluti peluis, quod p̄ferre in ſacrificiis ſolebant.

Præfero,pen. cor.antè fero, p̄pono. Plinius, Quod hominem rudem atq; ignarum ſibi p̄ferret. Item p̄nuncio, ſeu oſtendo. Liuius, Vultus tuus neſcio quid ingens malum p̄fert.

Præferratum pilum, in molendo propterea uocatur apud Plinium, vt à pilo rudo diſtinguatur, ad mo-

las uidelicet quas aqua uerſat utili. Nec tam quòd ſine ferro eſt id nomen habet, quàm quòd aſperum impolitumq́. Nam & rudus panis adpellatur, qui parum coctus rugoſiusq́ ſit. Quanquàm rubidus ferè ſcribitur.

Præfeſtino, ante tempus feſtino. Colum. lib. xii. Satis erit per dimidios menſes exequi quodq́ negocium, quia neq́ præfeſtinatum opus nimium immature uideri poſſit ante quindecim dies factum, nec rurſus poſt totidem nimium tarde.

Præfica, pen. cor. mulier in funere conducta ad lamentabilem cãtum, q̄ dat cæteris modũ plangendi, quaſi in hoc ipſum p̄fecta. Næui. Hæc quidem me hercle p̄fica, ſi mortuum laudat.

Præficio, cis, pen. cor. ex præ & facio, ſignificat p̄pono. Vnde p̄fecti dicuntur, qui alicui rei agendæ p̄poſiti ſunt. Et Præfecti urbium, quos Græci Latiniq́ lingua perſica ſatrapas vocant, magiſtratusq́ eorum p̄fectura dicitur. Plautus, in Amphit. Qui p̄fectus eſt Thebanis legionibus. Idem in Ca. Quin ruri es in p̄fectura tua. Eſt enim p̄fectura urbis, p̄fectura militaris, & p̄fectura rei perficiendæ. Aegyptus diuiditur in p̄fecturas oppidorum, quas nomos uocant. Thracia diuiſa eſt in ſtrategeas quinquaginta: ita enim vocant p̄fecturas. Militaris p̄fectura, qua quis legioni vel exercitui p̄ficitur. Sic etiam dicuntur p̄fecti fabrorum.

Præfigo, gis, penultima producta, præcludo. Vergilius libro tertio Georgicorum.

Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos.
Primaq́ ferratis p̄figunt ora capiſtris.

Præfiguro, ras, pen. prod. p̄monſtro, rep̄ſento. Lactã. libr. vi. Inflammauit libidinem, q̄ adſpectu maxime incitatur, ac ſe quiſq́ in illis imaginibus p̄figurat. Et Præfigurare, eſt in figura p̄nunciare, ſiue p̄ſignare. Hieronym. Duodecim prophetæ, in vnius voluminis anguſtias coartati, multò aliud, quàm ſonant in litera, p̄figurant.

Præfinio, finis, pen. prod. prius ſtatuo, ſiue antè determino, aut determinare tracto, & adſigno. Cicero Mario, Sed eò vidiſti multum, quòd p̄finiſti ne pluris emerem. Idem pro Roſcio, Quæ dies in lege p̄finita eſt. Plautus, Haud licebat loqui niſi p̄finito, id eſt, niſi adſignato tempore.

Præfloro, ras, antè flores facio. Gellius, Et futuri gaudii fructum ſpes tibi iam p̄florauerit.

Præfluo, antè fluo, à quo p̄fluxus, & p̄fluuium, pro fluore alicuius rei anteacto.

Præfoco, cas, penult. producta. ſpiritum faucibus claudo. Ouidius in Ibin,

Præfocent animæ gnoſſia mella uiam.

Hinc Præfocatio vuluæ fit, quum vulua reſiliẽdo adficit uitalia, hoc eſt, cor cerebrumq́.

Præfractum, durum & inflexibile dicit̃. Vnde & pro obſtinato ſumitur. Cic. lib. iii. Offi. Ego etiam cũ Catone meo diſſenſi, nimis p̄fractè uidebatur ærarium vectigaliaq́ defendere.

Præfrigidus, ualde frigidus. Plin. lib. xvii. Septentrionaliq́ & perfrigido ſitu.

Præfringo, prius frango. Col. lib. ii. Et p̄fractas ſtirpes ſummasq́ radices, quibus ager arbuſto conſitus implicatur omnis refodiat ac perſequatur.

Præfulgeo, p̄ter modum fulgeo. Cic. lib. iii. ad Heren. Tũ nec nimis illuſtres, nec vehementer obſcuros locos habere oportet, ne vt obcæcentur tenebris imagines, aut ſplẽdore p̄fulgeant. Interdum antefulgeo. Hieron. in prolog. Iob, Rogo, ubicunque p̄cedentes virgulas uideritis, ſciatis ea q̄ ſubiecta ſunt, in Hebraicis voluminibus nõ haberi. Porrò vbi ſtellæ imago p̄fulſerit, ex Hebræo in noſtro ſermone addita.

Præfurnium, os patens furni.

Prægelidus, qui multum aut nimis frigidus eſt. Col. li. ii. Ea locis p̄gelidis ac niuoſis, vbi æſtas humida & ſine uaporibus recte committitur.

Prægeſtio, ualde geſtio. Cicero pro M. Celio, Prægeſtit animus iã videre primum lautos iuuenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares, id eſt, ualde cupit.

Prægnans, quaſi ante gnatum, vel ante genitricem. Eſt enim præ, antè. Proprie p̄gnans dicitur, q̄ iam occupata eſt in generando quod conceperit.

Prægrandis, ualde grandis. Cicero, Statuas uinarium ex vna gemma, prægrandi trulla excauata, manubrio aureo.

Prægrauo, uas, penũltima cor. ſupra modum grauo. Auguſtin. lib. viii. Confeſſ. Aegritudo animi eſt, quia non totus adſurgit, veritate ſubleuatus, conſuetudine p̄grauatus.

Prehendo, & Prendo, dis, di, ſum. Plaut. in Amphitr. Mi uir, & manum prehendi, & oſculũ tetuli tibi. Lucanus, Manus q̄ prenderat hæſit. Huius compoſita ſunt Adprehendo, quod eſt, valde ſeu perfecte prehendo. Comprehendo. Colu. lib. vii. Quum dein de buculos comprehenderis, perduc extra ſtabulũ. Quod etiam ad mentem transfertur, pro percipio, ſiue intelligo. Lactantius lib. iii. Non inmerito ſummum bonum non comprehenderunt. Deprehendo, & Reprehendo, uide ſuis locis.

Prehenſo, ſas, frequenter prehendo. Liuius li. iiii. Miſſo ſenatu p̄henſantur à principibus tribuni, ſuadendo, monendo, pollicendoq́.

Præiacio, antè iacio. Colu. lib. ix. Mox p̄iaciuntur in gyrum moles, ita ut complectantur ſinu ſuo, & tamẽ excedant ſtagni modum.

Præiudicium (ut inquit Aſconius) dicit̃ res quæ quũ ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quod ſequantur. Iudicium autem, res quæ cauſſam litemq́ determinat. Quintilia. Præiudicia ſunt à rebus iudicatis, quæ pares fuerunt. Aut ex iudiciis ad ipſam cauſſam pertinentibus, aut ab eiuſdem cauſſæ pronunciatione. Præiudicium ergo, quod in eadem cauſſa vel ſimili prius eſt latum. Vlpianus, Interdum euenit, vt p̄iudicium iudicio publice fiat. Laurẽtius Valla, Præiudicium quaſi ſententia quædam ante iudicium. Sicut ſi eſſent duo de officio aliquo contendentes, quum lis in longum procedit, magiſtratus iubet interea dum ſententiam ferat, alterum officio fungi, quaſi iudicans iam nunc ſe pro ea parte ſentire, penes quem vult eſſe rem de qua litigatur. Et hoc

Præiudicium dicitur, quod poſſidentem adiuuat & obeſt excluſo.

Præiudico, antè iudico. Hierony. contra Iouinianum, Neque Dei poſſumus ſcire iudicia, & ex noſtro arbitrio illius ſententiæ p̄iudicare. Aliquãdo p̄iudicare, eſt nocere. Idem contra Vigilantium, paucorum culpa non p̄iudicat religioni.

Præiuro, antè alios iuro. A quo p̄iurator, p̄iuratrix, & p̄iuratio, quam ii facere dicuntur, qui ante alios cõceptis uerbis iurant. Cc.

Præliaris, & hoc p̄liare, quod ad p̄lium pertinet. Vnde Præliares dies, quibus fas erit hoſtem bello laceſſere, vel ablata repetere, ſed eligere ad pugnãdum diem tunc Romanis licebat, quum ipſi bellum inferrent. Alioqui quum exciperent, nullis obſtabat dies, quo minus vel ſalutem ſuam, vel publicam defenderent dignitatem.

Prælicenter, nimis licenter. Gelli. Quàm uerba finxit prælicenter.

Præliganeum vinum, apud Catonem, à p̄ligando dr.

Prælior, liaris, dimico. Cæſar lib. v. Equeſtribus p̄liis ſæpe ex equis deſiliunt, ac pedibus p̄liantur, equosq́ eodem remanere veſtigio adſueſecerũt. Dicimus etiã Ego p̄lior p̄lium. Hieronym. lib. i. Reg. Quia prælia domini tu præliaris.

Prælium, à p̄lo quidã deducunt, quia ſicut in p̄lo humor vuarum, ita in p̄lio ſanguis hominis fluat. Quidam à premendo, quòd dimicando ſe inuicem hoſtes p̄mãt. Et eſt cõflictus in bello. Vergilius añt honeſte p̄lium pro coitu poſuit, quũ de equo ætate cõfecto loquitur. Si quando ad p̄lia uentum eſt. Nam & in coitu dimicatio q̃dam eſſe uidetur.

Præloquor. pen. cor. antè ſeu prius loquor. Lact. lib. 3. Daniel quoq; ſimilia p̄loquutus eſt.

Præludium, dicitur illa modulatio uocum, q̃ ante initium cantus fieri ſolet, q̃ & p̄centio dicitur. Cc.

Præludo, antè ludo. Verg. lib. 3. Georgicorum, Et ſparſa ad pugnam p̄ludit arena.

Prælum, à præ & luo componitur, eò quòd ex humore fluenti p̄luatur. id eſt, madefiat. Sunt enim p̄la, propriè trabes in torculari, quibus vua calcata premitur. Torcular, tota ſtructura: Lacus qui muſtum continet. Quamuis ſæpe ponatur pro ipſo torculari. Hieron. in prolo. Salomonis: Neq; ſic noua cudimus, vt vetera deſtruamus. Et tamen quum diligentiſſime legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi, q̃ non in tertium vas transfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prælo puriſſimæ commendata teſtæ, ſuum ſaporem ſeruauerint.

Prælumbo, bas, lumbos, p̄ſtringo. Neuius, Cœpit vnũquemq; p̄lumbare fuſtibus.

Præluo, id eſt, antè purgo, ſiue antè fluo.

Præmando, das, antè ſiue prius mando. Vatinius Ciceroni, Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes, fugitiuus, Vardaci eſſe, de quo tu mihi nihil mandaſti, ego tamen terra, mariq́, ut conquireretur p̄mandaui.

Præmanibus, in promptu, & ad manum. Gell. Quod p̄manibus eſt ponemus. Apuleius, Frætus, ſi foriè præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur.

Præmaturus, ra, rum, ſimile ac diſſimile eſt huic nomini præcox. Eſt enim præmaturus, antequàm ſit maturus, collectus: ut, Poma præmatura id eſt, nondum matura. Et per tranſlationem, Præmatura ætas, Præmatura legatio, Præmatura eloquutio, hoc eſt, immatura. Quanquàm maturum ipſum in frugibus proprie dicatur.

Præmeditor, prius meditor. Cic. li. ii. ad Heren. Si reus nihil horum fecerit, accuſator dicet eum uſq; p̄meditatum fuiſſe, quid ſibi eſſet uſui uenturum.

Præmercor, prius emo. Plautus in Epidico: Ardepol næ iſtam tempore gnato tuo ſumus p̄mercati.

Præmetium, à præmeto uerbo, qđ ſignificat antè ſeu prius meto, ſeco, vel præcido, quod p̄libationis cauſa præmetitur. Erat enim quod de ſpicis, quas primo metendo collegiſſent, Cereri ſacrificabant.

Præminator, p̄do. Neuius, In ſcena uos nocturnos cœpit p̄minatores tollere.

Præmitto, antemitto. Plautus in Amph. Me à porta p̄miſit domum, vt hæc annunciem uxori ſuæ.

Præmium, eſt quod in ludis proponitur, dandum ei qui fortiter fecerit, vel qui in aliquo certamine victor euaſerit. Differt à precio, quòd Præmium ſolum pro recte factis datur, precium uero etiam pro male factis. Salluſti. Vicit tamen in ſenatu pars illa, qui uero precium aut gratiam anteferebant. Liui. Si malo imitabor, tum precium pro noxa dabis. Proprie tamen precium eſt, quod datur pro re empta. Terent. Precium ſperans, illico producit ac vendidit. Sunt qui præmium dicant quaſi p̄uium, quia primò proponitur quod dandum eſt victori, deinde certatur. Aliquando p̄mium pro pecunia ponitur, Neuius, Sine p̄mio ſum, marſupium reliqui domi. Hinc p̄mioſus, pecunioſus. Accius, Diuitem ac p̄mioſum auum.

Præmoderor, antemoderor. Gell. Cretenſes quoq; p̄lia ingredi ſolitos, præcinente ac p̄moderante cithara greſſibus.

Præmodum, prima ſyllaba acuta, ſignificat ſupra modum. Gellius, Parentes, inquit, p̄modum.

Præmoneo, mones, pen. cor. antè moneo. Colu. lib. i. Ideo p̄moneo, ne villicũ ex eo genere ſeruorum qui corpore placuerunt inſtituamus.

Præmonſtro, antè mõſtro. Hiero. Nemo adprehendet illud, niſi ego p̄monſtrauero.

Præmordeo, dès. Gellius. Plautus in Trinummo, ne q̃ Præmordiſſe dixit, ſed Præmorſiſſe. Ni fugiſſem, inquit, medium credo p̄morſiſſet.

Præmorior, quaſi ante tempus morior. Hiero. ad Marcel. Et quum quotidie ſecundum corpus loquor, p̄morior in cæteris. Non nos perpetuos æſtimemus, vt poſſimus eſſe perpetui. Idem ad Euſtochium pro ſimplici poſuit, In frigido corpore & ante hominem ſuum, iam, carne p̄mortua, ſola libidinum incendia bulliebant.

Præmunio, nis. penul. prod. prius munio, aut prius induo. Cicero pro Cælio, Quamobrem illa q̃ ex accuſatorum oratione p̄muniri iam & fingi intelligebã, fretus veſtra prudentia non pertimeſco.

Prelibo ei

Prænarro, antè narro. Teren. in Eun. Recte ſanè interrogaſti oportuit rem p̄narraſſe me.

Præneſte, generis neut. & hæc p̄neſtis, nomen urbis in Latio, quòd locus in quo ſita eſt, montibus p̄ſtet. Et ſi cum diphth. ſcribitur. Seruius ἀπὸ τοῦ πρίνου, hoc eſt, ab ilice, q̄ ibi abſidat, deducit. Solinus, A' p̄neſte Vlyſſis nepote, & Latini regis filio. Olim Polyſtephanos dicta. Id eſt, multarum coronarum. Lege Plutarchum. Quidam à Cæculo Vulcani filio conditā ferunt ſuper Aretino monte. Vergil. lib. vii.
Nec p̄neſtinæ fundator defuit urbis.
Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem.
Inuētū q́; focis omnis quē credidit ætas Cæculus. Et illud, Quum primam aciem p̄neſte ſub ipſa. Straui. In hac fuit Fortunæ templum illuſtre: vnde certa edebantur oracula. Silius,
Sacriſq́; dicatum Fortunæ p̄neſte iugis.

Prænomen, vide in dictione Nomen.

Prænoto, tas, pe. cor. ex præ & noto, antè noto, inſcribo. Noto verò frequentatiuum eſt à noſco.

Prænuncio, antè nuncio. Terent. in Phorm. Abi, ac p̄nuncia hanc venturam.

Præoccupatio, uide in dictione Occupatio. Cc.

Præoccupo, pas, penult. cor. ex præ & ob & capio. uide in dictione Occupo.

Præopto, antè ſiue prius opto. Terentius, Adeon' peruicacies animo vt puerum p̄optares perire?

Præparo, pen. cor. antè paro, q̄ mihi utilia fore credo. Cic. lib. ii. Offic. Facile totius uitæ curſum uidet, ad eamq́; degendam p̄parat res neceſſarias.

Præpedimentum, antè pedimentum. Plautus, Non fallaciæ p̄pedimentum obiiciatur.

Præpedio, pedis, penul. cor. ex præ & pedio, ſignificat prius pedibus deuincio. Per tranſlationē uero, quaſi pedibus uehementer obligo. Hiero. ad Heliodorū. Neq; uero ſcio quare nunc dicas compede p̄pediri. Plautus in Caſī. Timor p̄pedit dicta linguæ. id eſt, valde impedit.

Præpes, petis, generis omnis. idem quod velox. Verg. Et p̄petis omnia pennæ. Volunt pleriq; hoc nomē ſignificare velocitatem in altum volantis. Dicebantur & Præpetes ab auguribus aues, q̄ opportune p̄uolabant, aut idoneas ſedes capiebant, ut inquit Higi. Alii uolunt eſſe, q̄ ingentibus & patulis & porrectis alis uolitant.

Præpenſinthus, inſula vna ex cycladibus. Cc.

Præpeto, tis, pen. cor. antè vel prius peto. id eſt, uado. Feſtus, Præpetere dicebāt, pro anteire. Hinc Præpes.

Præpilatæ haſtæ, ſunt q̄ ferreas habent cuſpides, quaſi præferratæ. Præpilatum, etiam dicitur vbi non eſt ferrum: ſi modo in mucronem acutum ſit, ut cornua locuſtarum quibus natant.

Præpinguis, valde pinguis. Colum. lib. iiii. Itaq; non eſt uineis apta, uix etiam arbuſto, niſi præpinguis & uiuida terra.

Præpondero, magis pondero. Per trāſlationem uerò Præponderare, ſignificat pluris eſſe, ſiue pluris æſtimari debere. Gel. Nam qu ſi in rebus aut paribus, aut nō longè ſecus, utilitas amici, & honeſtas noſtra cōſiſtit honeſtas procul dubio præponderat.

Præpono, antepono per electionem. Lactant. lib. vi. Quiſquis autem præſentia bona præpoſuerit iuſtitiæ. Hinc præpoſiti, q rebus aliquibus præfecti ſunt. Interdum Præponere, eſt prius ponere, tempore præcepto. Salluſt. in Iugurth. Vbicunq; res poſtulabat præſidium & præpoſitum.

Præpoſterus, ra, rum, penultima cor. vide in dictione Poſterus.

Præproperus, ra, rum, ualde ſeu nimis celer. Cic. Treb. Sed ex tuis literis cognoui, præproperam quandam feſtinationem tuam.

Præputium, pellis q̄ glandem, hoc eſt, ſummam colis partem tegit. Dictum quòd membris pudentibus præemineat à præputando, nam illam Iudæi præputant. Quam quia retinebant gentiles, Præputium dicebantur, quaſi præputiati. Hoc nomine improperabant eis Iudæi, non eos ſimpliciter immūdos, ſed ipſam immunditiam vocantes.

Præripio, pis, pen. cor. antecapio, præoccupo. Plau. in Caſſina: Huc ueniſti ſponſam præreptum meam? Hic præ, ad temporis & perſonæ anteceſſionē referri poteſt. Aliquando temporis. Cic. lib. i. Offi. Facile celare, tacere, diſſimulare, inſidiari, præripere hoſtiū conſilia. id eſt, præoccupare, ſiue prænoſcere, aut præuenire. Plin. Iunior. lib. de Viris Illuſt. Immatura morte præreptus, non potuit præſtare qualē promiſerat regem. Aliquando dignitatis non temporis anteceſſionem denotat. Cic. pro Gallo: Demoſthenes tibi præripuit, ne eſſes primus orator.

Prærodo, pen. prod. uehementer rodo. Col. lib. iii. Nā ſi ſæpius cacumina manu præfracta, aut à pecore prærofa fuerint in perpetuum corrumpuntur.

Prærogatiua, æ, præſtantia, & antelatio, qua quis aut præfertur, aut præferri alteri debet. Paulus Iureconſ. Veteranorum priuilegium, inter cætera etiam in delictis habuit prærogatiuam, ut ſuperentur à cæteris in pœnis, hoc eſt, cæteris præferant. Nec ad beſtias itaq; ueteranus dat, nec fuſtibus cædit. Ambroſi. in Paſt. Nec prærogatiuā mihimet ſcientiæ (ſi hæc meis conſacerdotibus charitatis intuitu prærogem) uendicabo. Dicit & prærogatiuum. Cicero pro Muræ. Etenim ſi tanta illis comitiis religio eſt, vt adhuc ſuper omne præualeat prærogatiuum, quid mirum in hoc felicitatis famam ſermonemq́; ualuiſſe?

Prærogo, gas, penultima cor. antè impendo. Hieron. in quodam Serm. Tu prærogata cunctis uirginum cateruis, tu ſequeris agnū quocunq; perrexerit. Hinc Prærogatiua.

Prærumpo. prius rumpo, prius excido. Auguſt. Hæc q facit, prærupto paſſionis muro uiolenter ad cœlorū regna conſcendit.

Præruptus. diſſectus, auulſus. Verg. lib. iii. Georg.
Adde tot egregias, urbes, operumq́; laborem,
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis.
Colu. lib. iiii. Præruptior verò collis uel in quatuor pedes uertendus.

Præs, prædis, ſponſor qui ſe obligat, interrogatusq́; à magiſtratu, an præs ſit, ille reſpondet, Præs. hoc

eſt, ſe prædem eſſe. hoc eſt, promittit ſe, ſi quid incōmodinar, plenè ſatiſfacturum. A' præſtando dictus: quia tam debet præſtare populo quod promiſit, quam is qui pro eo præs factus eſt. Aſconius, Prædes dicuntur ſatiſdatores locupletes, pro re de qua lis eſt apud iudicem: ne qui tenet, diffidens cauſſæ, poſſeſſionem deteriorem faciat. Differunt autē Prædes à vadibus: quoniam vas adpellatur, qui alio vadimonium promittit, & ꝓprie datur in re capitali: Præs verò in lite nummaria. Auſonius,

Quis ſubit in pœnam capitali ſupplicio? Vas.
Quis quum lis fuerit nummaria, quis dabit? Præs.

Præſagio, ſagis, pen. ꝓdu. giui, gitum, ex præ & ſagio, ſignificat ante ſentio. Propertius,

Venturam melius p̄ſagit nauita noctem.

Cicero lib. i. de Diuinatione, Neq; enim verbū conſuetudo adprobaſſet, ſi ea res nulla eſſet oīno. Plaut. in Aulu. Præſagibat animus fruſtra me ire, quū exibā domo. Sagire enim eſt acute ſentire. Ex quo Sagaſii, qui multa ſcire volunt: & ſagaces dicti canes. Is igit qui antè ſagit quàm oblata res eſt, dr̄ p̄ſagire. id eſt, futura antè ſentire. Ineſt igitur animis p̄ſagitio extrinſecus iniecta, atq; incluſa diuinitus. Inuenitur etiam præſagio, gas, à quo præſagatio. Et præſagor, geris, pro præſagio, ſeu prædiuino. Plautus in Bacchid. Plus præſagitur mali.

Præſagium, p̄ſenſio, diuinatio.

Præſagus, ga, qui vel q̄ p̄ſagire nouit. Claudianus,

Heu meus p̄ſaga futuri.

Sagæ autem dictæ ſunt anus, q̄ multa ſciunt.

Præſcio, antè ſcio. A quo præſcientia. ſcientia de futuris. Hinc Præſciſco. Teren. in And. Non' ne oportuit p̄ſciſſe ante? non' ne prius cōmunicatum oportuit? Hinc præſcius, a, um. Auguſti. lib. v. de Ciuitate Dei, Confiteri deum eſſe, & negare præſcium futurorum, apertiſſima inſania eſt.

Præſcribo, antè ſiue prius ſcribo. Cicero Ser. Sic enim p̄ſcripſimus iis, quibus ea negocia mandauimus. Interdum Præſcribere, ſignificat prænotare, intitulare, inſcribere. Hæc enim quatuor tituli ſignificatione ſumuntur. Hieronymus in prologo Salomonis: In canticis canticorum: nec filius Dauid, nec rex Hieruſalem præſcribitur. Vergilius,

Nec Phœbo gratior vlla eſt,
Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.

Inde Præſcriptio, titulus. Cice. lib. i. Offi. Ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatiū dicatur, Tuſculanus Tuſculanorum, ſimiliſq; priuatarum poſſeſſionum præſcriptio: ex quo, quia ſuum cuiuſq; fit eorum quæ natura fuerant cōmunia, quod cuiq; contigit, id quiſq; teneat. Interdum ſignificat præcipere, determinare, legem ponere. Idem libro tertio Officiorū. Sed hoc natura præſcribit, vt homo homini, quicunq; ſit, ob eam ipſam cauſſam quòd is homo ſit, conſultum velit, neceſſe eſt ſecundum eam naturam omnium vtilitatem eſſe communem. Lactantius libro ſexto, Id autem ipſum benefacere quid ſit, ipſe præſcribit, Præſtare auxilium depreſſis & laborantibus, impertiri victum non habentibus. Varro, Quoniam præſcriptum erat, ne quis Angiportum tranſgrederet. Secūdum hanc ſignificationem Præſcriptum & Præſcriptio, pari modo pro præcepto, vel ordine, lege, regula, ſeu forma ſumunt. Tractū (vt docet Porphyrio) à magiſtris ludi: qui ſcripta pueris dant, præſcriptumq; imitari. Seneca lib. iiii. Epiſtolarum, Pueri ad præſcriptum diſcunt. De præſcriptione Cicero libro. iiii. Tuſculan. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam, quæ eſt à tota mente, à recta ratione defectio: ſic auerſa à præſcriptione rationis, vt nullo modo adpetitiones animi, nec regi nec contineri queant. Interdum Præſcribere, eſt ponere. Terentius in Andria, Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti pater: propè adeſt, quum alieno more viuendum eſt mihi. Interdum præponere. Cicero in Catone, At ſenatui quæ ſunt gerenda præſcribo, & quomodo Carthagini male tandiu cogitanti bellū inferatur, multò antè denuncio. Interdum Prænunciare, ſiue prædicere. Idem in Vati. At ibi idem præſcribo, ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas.

Prælucreſis, pen. cor. à dormio dicitur.

Præſeco, cas, penul. cor. præſecui, præſectum, prius ſeco. Columel. lib. iii. Radicem in harundinib. acuta falce præſectam impendenti pluuiæ diſponito. Adcommodatur quandoq; immolationi. Liuius lib. v. Inſeritur huic loco fabula, immolante rege Veientium, vocem haruſpicis dicentis, qui eius hoſtiæ exta præſecuiſſet, ei victoriam dari, exauditam. Sueto. in Auguſt. Nunciata repente hoſtis incurſione, ſemicruda exta rapta foco præſecuit: atq; ita prælium ingreſſus victor rediit. Id eſt, partem reddidit Marti. partem ad veſcendum referuauit.

Præſegmina, partes corporis inciſæ, vel amputationes rerum ſuperfluarum. Vnde quæ ex vnguibus animalium ſcinduntur, Præſegmina vocantur. Plautus, Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat, collegit, omnia abſtulit p̄ſegmina. Huius ſignificationis eſt Reſegmina. Plinius li. xxviii. Omnia perſequuti ſumus, vſq; ad reſegmina vnguium.

Præſens, à præſum fit: ſicut à poſſum potens: ab abſum abſens, & proprie ſignificat quod nunc fit, vel ſine mora. Vergilius,

Præſentemq; viris intentant omnia mortem.

Quandoq; Præſens dicitur, non quod nunc fit, ſed quod tūc fiebat. id eſt, tēpore illo tunc præſenti. Cicero, Ego incolumitati ciuium primū, & poſtea dignitati: ille præſenti potius quàm futuræ dignitati cōſulebat. De mortuo loqtur. Ego, non nunc p̄ſenti, ſed tunc. Sic capitur In præſens, In præſentia, & In præſentiarum: quæ ſignificant præſenti tempore, quod vel p̄ſens eſt, vel fuit, vel erit. Pro tempore illo præſenti. Saluſt. Si cauſſa peccandi in præſens minus ſuppetebat. Horat. Pleraque differat, & præſens in tempus omittat. id eſt, in ſuum tempus. Terentius in Phormione, Prouiſum eſt ne in præſentia hæc hinc abeat. Caluſt. Cæſar ſuos à prælio continebat, ac ſatis habebat in præſentia hoſtem rapinis prohibere. Cicero libro ſecundo ad Herennium, In præſen-

tiarum

ſtarum hoc interſerere non alienum fuit, vt huius inſtantiæ garrulam diſciplinam cõtemneremus. Nam illud quod Valla ait libro quarto In rem præſentẽ, non tempus ſed locum ſignificare. vt apud Ciceronem libro Officiorum, Vt ſi conſtitueris cuipiam, te in rem præſentem eſſe venturũ. id eſt, locum de quo eſt controuerſia hoc non fit ex uocabulo Præſentẽ: ſed ex re quæ pro loco capitur. Præſentẽ vero, propriè quæ præſentat, ſiue ſita eſt in loco ipſo: vt quũ de finibus agrorum controuerſia eſt, vt dicitur vulgò, Super factum ipſum iuimus. id eſt, ſuper rem ipſam de qua eſt controuerſia. Veruntamen, In rem præſentem, pro loco ita accipi debere non puto, vt etiam de re alia quàm de loco non poſſit intelligi. Vt quum de aliqua re in iudicio contenditur, ſi quis in rem ipſam præſentem, id eſt, quum præſentatur & agitur coram iudice, aduocatus alicui non uenerit. Quãq; Præſens, ſignificat quodammodo præſtãs & potens: quaſi præſit, & ideo præſtans ſit, quia ſtatim operetur. Præſentius, præſtantius. Præſentiſſimũ, præſtãtiſſimum. Verg. Quo non præſentius vllum.

Vnde Præſentiſſimũ periculum, Præſentiſſima medicina, Præſentiſſimum remediũ, Præſentiſſimum venenum. id eſt, potens, & in primis efficax. Quod etiam Præſentaneũ uocatur. Plinius lib. v. Idem podagris cum articulorum morbis decoctum, aceto illinunt, præſentaneo remedio ſuſpicioſis ꝓ ꝗeſt. Præſensq́; quod ſtatim aut ſanat, aut occidit. Quandoq; Præſens ponitur pro forti. Terẽtius in Phormione, Animo virili præſentiq́; vt ſis para. Quãdoq; pro propitio: quoniam is qui præſens eſt nobis, propitiatur facile, ſi inuocetur, & citius quàm is qui præſens non eſt. Vergilius lib. i. Georgico.

Et uos agreſtum præſentia numina Fauni. id eſt, propitia, quorũ præſentia fauor eſt, inquit Seruius. Terẽ. in Phor. Non tu hunc habeas præſentem Deum.

Præſentaneus, nea, neum, quod in præſens ſubitò fit. Lactan. lib. de ira Dei, Dixeram non eſſe iram Dei tẽporalem, ſicut hominis, qui præſentanea cõmotione feruẽſcit. Sic Præſentaneum remedium, quod ſtatim ſanat. de quo ſuprà.

Præſente, pro præſentibus: ſicut ab abſente, pro abſentibus, lectũ eſt, locutio tñ minus Latina. Põponius, Qui apud forum præſente teſtibus mihi vendidit.

Præſentia, tiæ. Saluſt. Tum M, Tullius cõſul, ſiue præſentiam eius timens, ſiue ira commotus, orationem habuit luculentam, atq; perutilem reipub. quam poſtea ſcriptam edidit.

Præſentiſco, ſcis. vide in dict. ꝓſentio, de qua modo.

Præſentio, antè vel prius ſentio. A' quo Præſentiſco: quo frequentius vtuntur autores. Plaut. in Amphitr. Nunc ne legio præſentiſcat, clàm illuc redeundũ eſt mihi. Terentius in Heaut. Et ea gratia ſecum adduxiſſe, ne id tu præſentiſceres.

Præſento, tas, quaſi præſens facio. Quintil. lib. xi. Fruſtra docemur, ſi quicquid audiuimus præterfluat, & exemplorum legem, reſponſorum, dictorum, beneq́; factorumq; quæ velut quaſdam copias quibus abſidere, quasq́; in promptu ſemper habere debet orator, eadem illa vis non præſentat. Huius compoſitum eſt Repræſento, quod eſt rurſus præſento: & interdum ad mentẽ reuoco. Cicero Curioni, Dies promiſſorũ adeſt: quem etiã repræſentabo ſi adueneris.

Præſepe, pis. pen. prod. & præſepium, Præſepes fœminini generis, à præſepio deducitur. Plautus, Præſepes mea eſt. Varro, Contrà illic laudabatur uilla, ſi habeat culinam ruſticam bonã, præſepes laxas. Præſepe autem ſtabulum dicitur, in quo equi, muli, & cætera animalia continentur. Vergilius,

Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. Idem,

Stabant tercentum nitidi in præſepibus altis.

Præſepe etiam quandoq; lupanar dicit. Cicero in Piſone, Verũ audis in præſepibus, audis in ſtupris, audis in cibo & vino. Aut gulæ. Horatius,

Scurra vagus non qui certum præſepe teneret.

Præſepium uerò, locus in quo pabulum animalibus porrigitur. Apuleius lib. vi. Metamorpho. Præſepiũ meũ hordeo paſſim repleri iubet, fœnumq́; bactriano camelo ſufficiens apponi. Columella, In ſtabulo ſint ampla præſepia. Lignum uero ad quod equos capiſtris (ita enim ipſa lora dicuntur) religare ſolemus, non aliter quàm ad anſulam vel vncinum, vacerra nominatur.

Præſepia, numero plurali, parua nubecula in cœlo: quòd in ea aſelli ſtabulari videantur. Plin. Sunt in ſigno Cancri duæ ſtellæ paruæ. Aſelli adpellatæ, exiguum inter illas ſpatium obtinente nubecula, quam præſepia adpellãt. Hæc quum cœlo ſerenò adparere deſierit, atrox hyems ſequitur.

Præſertim, aduerbium, ſignificat præcipue. hoc eſt, ante alia.

Præſes, à præſideo: ſicut reſes, à reſideo: deſes, à deſideo, & is eſt, qui maius in prouincia imperium habet omnibus, poſt principem. Aliquando dicitur auxiliator, & defenſor. Liuius, Dii Deæq́;, qui capitolium incolitis, ſiccine veſtrum militem ac præſidem ſinitis vexari ab inimicis?

Præſidatus, Auguſt. lib. v. Confeſſio. Suppetit amicorum maiorum copia, vt nihil aliud feſtinemus: vel præſidatus dari poteſt, & ducenda vxor.

Præſideo, ſides, pen. cor. differt à præſum. Licet quandoq; indifferenter ponantur, quòd Præeſſe generaliter cuilibet, etiam uili officio eſſe poteſt, Præſidere, maioris, aut quaſi maiòris autoritatis ſemper eſt. Nec mirum. quum à ſedeo componatur, quod præ ſe fert quandam dignitatẽ. ut Præſes ſit, quaſi iudex, vel quaſi princeps, ideo præſidens & præſtans omnibus, ut iuſtitiæ ſubueniat, & oppreſſis opem ferat. Cicero, Quamobrem Dii patrii penates, qui huic urbi atque imperio præſidetis. Suetonius, Præſedit & Actiacis ludis. id eſt, præfuit.

Præſideratio, eſt quum maturior tempeſtas, hyberna præpropero rigore improuiſo opprimitur.

Præſidiarius, ria, rium. quod paratur vt præſidio ſit. Columella libr. quinto, Et Præſidiarii malicoli propagandi ſunt.

Præſidium, propriè dicit præfectus aliquis, cum parte militum, qui ad cuſtodiã & defenſionem arcis, uel

perſonæ, vel oppidi, præſidet. Dictum Præſidiũ (autore Varrone) quia extra caſtra præſidebãt in loco aliquo, quò tutior legio eſſet. Vnde ſæpe legimus, Præſidiũ Hãnibalis Capua, Tarẽto, Rhegyo pulſum eſt. Cæſar: Eo opere facto præſidia diſponit, caſtella cõmunit: quò facilius (ſi ſe inuito tranſire conarentur) prohibere poſſit. Iureconſulti de Re militari: Qui relinquit præſidium, peccatum deſertionis incurrit. Deſertor autem capite puniri ſolet: quamuis non omnes deſertores ſimiliter puniendi ſint. Per tranſlationẽ verò, omne auxilium, & ſalutis propugnaculũ, Præſidium dicitur: quam vulgò munitionẽ dicere ſolemus. Auxilium uerò, ab aduentu: quũ acceſſerint ei cui adiumẽto ſunt alienigenæ. Subſidiũ, dictum à triariis: qui in acie tertio ordine, extremis ſubſidio ponebantur: quòd ſubſidebant, ab eo ſubſidium adpellatum. Plautus, Agite ſubſidite omnes, quaſi ſolent triarii. Inde ſubſidium, eſt ad impetus hoſtium ſuſtinendos, quum ſua nõ poſſint ui obſiſtere, mitti dicitur: vulgò ſuccurſum dicimus. Cæſar de geſtis in Italia: Ad eum mittit, niſi ſubſidiũ ſibi ſubmittatur, ſeſe diutius ſuſtinere non poſſe. Multæ tamen ſunt tranſlationes & migrationes in alienum locũ. vt quum inquit Cæſar: His difficultatibus duæ res erant ſubſidio: ſcientia, atq; uſus militum. Sed nunc de ꝓprietate loquimur. Suffragia enim in concionibus & declarandis magiſtratibus dieſtur. Opem ferre, eſt penè deſtitutos adiumento aliquo ſubleuare: ſicut ſuppetias ire, & occurrere ſuppetias, ẽ ferè ſubſidio ire. Hircius de geſtis Cæſaris in Aphrica. Elephãtisq; turritis interpoſitis armatisq; ſuppetias ire cõtendit. Et paulò poſt. Labienus cum vniuerſo equitatu fugientibus ſuis ſuppetias occurrit.

Præſtabile, quod præſtari poteſt.

Præſtabilis, excellẽs. Gelli. Chilo præſtabilis homo ſapientiæ. Et præſtabilis, qui facile præſtat. hoc eſt, donat & remittit. vt eſt illud ꝓpheticum, Quia benignus & miſericors eſt, & ꝑſtabilis ſuper malicia.

Præſtantia, excellentia à præſtans fit. Gell. lib. I. Scite, ſubtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philoſophũ dicit, in reperienda modulandaq; ſtatus longitudiniſq; eius præſtantia.

Præſterga, locus vbi ocii cauſſa ſunt, ſub tecto tantum patula, reliqua parte tanquam ſub porticu.

Præſter, genus ſerpentis venenati: qui alio nomine dipſas dicitur. Vnde apud Plinium libro xxii. Hemorrhoidum & præſterum. Lucanus,

Oraq; diſtendens auidus ſpumantia præſter.

Eſt & præſter, ventus turbo, dum ardentior & accenſus fuerit, vniuerſa ambiens ac proterens.

Præſtes, ſtitis, idẽ eſt quod præſes, antiſtes. Nam antiqui ſic præſtites dixerunt, vt nunc antiſtites.

Præſtigiator, dicitur, qui circũſtantibus ita oculorum aciem præſtringit, vt non aduertant dolum, qui & Præſtrictor uocatur. Dicitur & præſtigiatrix, apud Plautum in Amphitryone. Quidã præſtigiator dici putant à ſtyge et tenebris: quòd ita aciem oculorum præſtringat, vt res aliter videri faciat quàm ſunt. Varro à ſcientia dici putat.

Præſtigium, ſeu præſtigiæ, incantationes, deluſiones. Quæ qũ dexteritate aliæ adpareant quàm re utra ſint, illi qui eas faciunt dicitur præſtigiatores. Cice. in Verr. Lectica igitur parumper depoſita modò ꝑ præſtigia, ſed palam per poteſtatem.

Præſtino, nas, pen. cor. à præ & ſtino, præparo, præordino, emendo, teneo. Plautus in Epidice, Vt & præſtines argento, priuſquam veniat filius.

Præſtituo, prius ſtatuo, ꝑſcribo, prædeſtino. Ouid. Dii ſummum Præſtituere diem.

Lactan. libr. vii. Alter ad præſtitutũ tẽpus, quũ iam ſponſor eius diceretur, præſentiam ſui fecit.

Præſto, ſtas, ſtiti, ſtitum, & ſtatum. Vnde & præſtaturus ſignificat multa. Nam quum adcuſatiuo iungit, ſignificat excello, ſupero. Quintil. lib. I. Præſtat tamen ingenio alius alium. Quandoq; non exprimitur adcuſatiuus, ſed ſubintelligitur: quamuis datiuus etiam poſſit intelligi. vt apud Sallu. Primum omniũ, qui vbiq; probro atq; petulantia maxime præſtabant. Colu. lib. ii. Quamuis candore præſtet, pondere tamen vincitur. Si datiuus ſubintelligatur, ſignificabit antecellere: quod datiuo conſtruitur. Si adcuſatiuus, excellere. Cicer. lib. I. Officio. Quorum vero patres, aut maiores, aliqua gloria præſtiterunt, ii ſtudent plerunq; in eodem genere laudis excellere. Hic (more ſuo) verbum quaſi difficile, perfacile aperuit: prius ꝑſtiterunt ponẽs, poſtea excellere. Datiuo. Teren. in Eunu. Homini homo quid præſtat? Quid, id eſt, quãtum: præſtat, hoc eſt, antecellit. Cicero in Lælio, Namque hoc præſtat amicitia propinquitati: quòd ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt: ex amicitia non poteſt. Salluſtium tamen vſum ablatiuo cenſeo: Omnes, inquit, homines, qui ſeſe ſtudent ꝑſtare cæteris animantibus. Hic enim Præſtare interpretor, præſtantiores reddere. Et ideo ablatiuo iungitur, quoniam comparatiue ſtat. Illud autem in primo Offi. Difficile eſt autem, quũ præſtare omnibus cupiueris, ſeruare æquitatem, quæ eſt iuſtitiæ maxime propria, præeſſe vel præſidere ſignificat: ideo datiuo non ablatiuo iungitur. Quandoq; præſtare, eſt ſatiſfacere, ſeu cautionem dare, & eſt verbum iuriſconſultorum, qui ſcribunt, Præſtandum eſſe dolum, Præſtandam noxam, & alia conſimilia. Cicero lib. iii. Officio. Quicquid eſſet in prædio vitii, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtare oportere. Quandoq; concedere. Idem in eodem, Sin autem non omne dictum præſtandũ eſt: quod dictum non eſt, id præſtandum puta. Quandoq; facere. Idem, Emptorẽ indẽnem præſtare oportet. Quandoq; beneficium dare, Plin. Plura hic mihi præſtitit quam parentes. Quandoq; cauere, fugere, timere. Torqua. Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præſcribit, vt nihil invita nobis præſtandum præter culpam putemus: eaq; quum careamus, humana omnia placate ac moderate feramus. Quandoq; re ipſa perficere, ſiue perſoluere. Idem, Et quoniam præſtitimus quod debuimus, moderate quod euenit feramus. Lactantius libro quarto. Homines malunt exempla quàm uerba: quia loqui facile, præſtas-

re difficile. Quandoq; tribuere. Liuius libro ſexto. Pacem quam nos p̄ſtitimus, eam à uobis petimus. Lact. lib. i. Quid talis Dii præſtare hominibus poſſunt? Quandoq; exhibere, reddere, repræſentare: & tunc adcuſatiuum habet reciprocum. Cicero Lentulo: Sed præſta te eum qui mihi à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis es cognitus. Aliquando etiam ſine adcuſatiuo reciproco. Idem Terentiæ, Neq; legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quò minus hoſpitii & amicitiæ eius officium p̄ſtaret. In tertia verò perſona ſingulari, ſignificat melius eſt. Sallu. Quouſq; patiemini tandem ô fortiſſimi uiri? Non'ne emori p virtutem præſtat, quàm hanc vitam miſeram atque inhoneſtã (vbi alienæ ſuperbiæ ludibrio fuerimus) per dedecus amittere?

Præſtò, aduerbiũ (vt puto) loci: quod iungitur verbo ſum, vel fui, & aliquando adſum, habetq; eaſdem ſignificationes quas adſum: vt ſignificet p̄ſens ſum, p̄ſidio ſum, faueo, iuuo. De p̄rio. Cicero pro lege Agraria, Publius Seruilius Rullus tribunus plebis decemuir, dicit Pompeio ſalutem. Te volo curare vt mihi ſummopere præſtò ſis, auxiliumq; adducas, dũ eos agros quos tuo labore cepiſti, ego mea lege vendã. De ſecũdo. Idem pro Muræna, Ius ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit, multis præſtò fuit. Itẽ Præſtò eſſe, ſignificat aduenire, ſiue comparere. Idem ad Herẽnium, Hirundines æſtiuo tempore præſtò ſunt: hyeme pulſæ recedunt.

Præſtolor, penul. correp. ex præ & ſtolor. Stolor autem à Sto deducitur. Nam (vt Feſtus inquit) p̄ſtolari is dicitur, qui antè ſtando ibi quò uenturum excipere vult, moratur. Præſtolari igitur ſignificat manere, expectare. Plautus, Dum eum domi p̄ſtolor, adoleſcens aduenit. Cicero lib. ii. Inuectiua. datiuo iunxit. Qui tibi ad forum Aurelium p̄ſtolarentur. Aliàs Præſtolari ſignificat præſtò eſſe (vt ait Donatus) & parere, atq; obſequi.

Præſtringo, ante ſtringo, ſeu ualde ſtringo. Lact. lib. vii. Tum quorũ peccata vel põdere vel numero p̄ua fuerint, p̄ſtringent igni, atq; cõburent. Interdũ Præſtringere eſt claudere, obtenebrare. Verbum à p̄ſtigiatoribus tranſlatum: qui aciem oculorum ſuis uaframentis p̄ſtringere conſueuerunt. Vnde Præſtigiũ cuius inuentor fuit Mercurius. Cicero, Exiſtimat ſe gemmæ nitore & auri ſplendore, adſpectus omniũ præſtringere. Interdum attingere. Idem de Signis: Ignoſcite, rei magnitudo me breuiter præſtringere, attrocitatem criminis non ſinit. Interdum radere. Idem in Philippicis, Cuius quidem portam Capuæ penè p̄ſtrinxiſti.

Præſtruo, ſtruis, prius ordino, ædifico'ue. Colu. lib. i. Quippe ab imo p̄ſtructa, valenter reſiſtent cõtra ea, quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent.

Præſul, à p̄ſilio, is, fit, quod eſt antè ſalio, & is adpellaſ apud antiquos, qui primus erat inter ſalios Martis ſacerdotes. A' ſaliendo dicti in portandis ancilibus. Hinc Præſulatus, pro ipſa dignitate.

Præſulto, tas, antè ſalto. Liui. lib. vii. Si tu permittis, volo ego illi beluæ oſtendere, quã adeò ferox p̄ſultat hoſtium ſignis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.

Præſultor, qui ſaltantium choream ducit.

Præſum, antè alios ſum. vt, Homo cæteris animantibus præeſt. Id eſt, ea ſupat, vel antecedit. Et Præeſſe, ſignificat p̄fectum eſſe. Sallu. Et pro cuiuſq; opibus Romæ per totam vrbem vigiliæ haberenſ, hiſq; maiores magiſtratus p̄eſſent.

Præſumere animo, eſt p̄ſagire. Valerius Maxi. libr. i. Annis cum collega ſuo Cinna diſſidens, præſumpſit animo ea re ſignificari exitum ſuum.

Præſumo, mis, prius ſumo. Plin. lib. xxxvi. Theophraſtus autor eſt, potores in certamine bibendi p̄ſumere farinam eius, ſcilicet lapidis. Per tranſlationẽ Præſumere, eſt temere audere. Hieronymus: Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant.

Præſumptio, antè, ſumptio. Vnde apud Rhetores p̄ſumptio dr̄, quum in aduerſarii cauſſa, vel in iudicis opinione contrarium nobis eſſe aut fore arbitramur, præoccupamus dicere, & cum ratione diſſoluere. Quintil. lib. nono. Mire verò in cauſſis valet præſumptio, quæ πρόληψις dicitſ: quum id quod obiicĩ poteſt occupamus: quæ præcipuæ proœmio conuenit. Plinius orator ad Paulinum ſimpliciter dixit: Ego beatiſſimum exiſtimo eum, qui bonæ ac manſuræ famæ præſumptione perſruitſ, certusq; poſteritatis cum futura gloriæ viuit.

Præſumptuoſus, & Præſumptor, in malam partem accipiunſ. Hieronymus in p̄fatione libri de Natiuitate virginis, Res quidem actu non difficilis: ſed periculo ueritatis admodum præſumptuoſa. Idem in prologo Euangel. Si autem ueritas eſt quærenda de pluribus, quur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ à vitioſis interpretibus male edita, vel à præſumptoribus imperitis emendata peruerſius, vel à librariis dormitantibus aut addita ſunt, aut mutata, corrigimus?

Prætego, tegis, pen. corre. p̄uelo, antè tego. Lactan. lib. v. Tum vitia ſua capillis, & pallio, & (quod maxime eſt velamentum) diuitiis p̄tegebat.

Prætendo, antetendo. Leo papa: Non deſinit hoſtis antiquus deceptionis laqueos vbiq; p̄tendere. Quãdoq; p̄fero. Verg. lib. iiii. Georgico.

Fumosq; manu p̄tende ſequaces. Qñq; p̄monſtro, exhibeo. Lactan. lib. iii. Quid contemptus ille rerũ, qui magnificis verbis prætendiſ? Cicero, Priuatorum munus eſt, æquo & pari cum ciuibus iure viuere: neq; ſummiſſum & abiectum, neq; ſe efferentem p̄tendere. Qñq; p̄texto. Vergil. lib. iii. Georg.

Riuos deducere nulla
Relligio uetuit, ſegeti p̄tendere ſæpem.

Lactan. per tranſlationem lib. iiii. dixit, Ne ſi fuiſſet alienigena, iuſtam poſſent excuſationem de lege p̄tendere. id eſt, allegare.

Prætento, tas, prius tento. Quint. lib. iiii. Sed quid in ingreſſu parcius & modeſtius prætentanda eſt iudicis miſericordia.

Præter, præpoſitio, quæ quum à præ deſcendat ſcribitur per æ, diphth. & modò ſeparatur, modò componitur. Separata vim excipiēdi habet, & ſemper adcuſatiuo iungitur. ut, Nullum timeo præter Deum. Aliquando ſignificat ultra, Quintil. Multa erant præter hæc quæ obiici merito potuiſſent. Plin. lib. x. Præter hominem ſomniare equos, canes, boues, pecora, capras, palàm eſt. Aliquando ſignificat antè. Cicero in Verrem. Præter oculos ſoli ferebant. Aliquando ſine. Salluſtius: Præter rerum capitalium condemnatos. Aliquando contra. Terent. in Andr. Præter ciuium moram atq; legem. Compoſita uerò plerunq; ſignificat vltra, & componitur cum dictione incipiē te ab e, vt Prætereo. f, vt Præterfluo. g, vt Prætergradior. m, ut Prætermitto. u, ut Præteruolo.

Præter ſpem, ſignificat ex inſperato. Sic Præter opinionem ex inopinato, vel contra ſpem, ſeu contra opinionem.

Præterbito, tas, penultima correpta, frequent. ſignificat frequenter eo. Interponitur b, quaſi præterito, tas. Plautus in Epid. Caue præterbites ullas ædes, quin roges, Senex hic ubi habitat Periphanes platenius? Apud comicos receptius eſt hoc uerbum, quàm oratores.

Præterea, aduerbium deductum à præter, ſignificat ultra quæ dicta ſunt. Et interdum habet pronomen tam ſingularis quàm pluralis numeris incluſum. De ſingulari. Vergilius,

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros.

Id eſt, præter eum, ſcilicet Aeneā. De plurali. Cicero Lentul. Præterea quidem de cōſularibus nemini poſſum erga te eſſe teſtis. Id eſt, preter eos. Et non ſolum præter eum, vel eōs, ſed etiam te. ut, Te doctum exiſtimo, præterea neminem. id eſt, præter te. Præter me. vt, Mihi credis, præterea nemini. Eodem modo, Præter nos, Præter uos, Præter illos. Et Præterea, quando q; ponitur pro poſtea. Vergilius,

Præterea haud ſupplex aris imponit honores,

Prætereo, ris, teriui, & rii, præteritum, ſignificat ultrà eo. Terentius in Eunucho, Dum hæc reputo, imprudens villam Præterii. Vnde Tempus præteritum, quod iam non eſt, ſed ultra iuit. Et præteriti, dicuntur extincti. Propertius,

Fas eſt præteritos ſemper amare uiros.

Item Præteriti dicuntur, qui in petitione magiſtratuum repulſam habuerunt, ut ſæpe apud Ciceronem inuenies.

Prætermitto, intactū relinquo. Lact. lib. v. Mirum q; Apuleium prætermiſit, cuius ſolent & multa et mira memorari.

Præterpropter, tota una dictio, ſignificat præterquam propter, hoc eſt, propter aliam cauſſam, quam propter eam de qua loquimur. ut, Præterpropter uitā uiuitur. hoc eſt, propter aliam cauſſam uiuitur quàm ut viuatur, vtputa propter laudem, vel propter gloriā. Ennius: Ocio q neſcit uti, plus negocii habet, quàm quum eſt negocium in negocio. Nam cui quod agat inſtitutum eſt, nullo negocio id agit, ſtudet ibi, mentemq; animumq; delectat ſuum. Ocioſo initio animus neſcit quid uelit. Hoc idem eſt enim, neq; domi nunc nos, nec militiæ ſumus. Imus, huc, hinc illuc, quū illuc ventum eſt, ire illinc libet, incerte errat animus, præterpropter uitam uiuitur.

Præterquam, tota una dictio, ſemper requirit præcedentem caſum, quia idem verbum ſubintelligitur. ut, Nemo id dixit præterquā Cicero, Nullius id intereſt præterquam patris, Nulli id placuit præterquā Cæſari, Neminem præterquam prætorem timeo, O' uos omnes præterquam Plato legite. A' nemine præterquam à Socrate didici. Significat etiā aliter quàm. Liuius lib. i. Vocata ad conſilium multitudine, quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re præterquàm legibus poterat, iura dedit. Etiam ſignificat inſuper, præterea. Plini. lib. xxiii. Præterquam ſerpentium ictus.

Præterquam quòd, id eſt, niſi. Pli. Omnia nobis ex uoto ſucceſſerunt, præterquam quod in itinere defunctum matrem audiuimus. Sunt qui putent eſſe unam tantum dictionem.

Præteruecho, ultrà ueho. Augu. Præteruectus omnem villam.

Præteruolo, las, pen. cor. celeriter prætereo. Lactant. lib. ii. Quàm callide periculum præteruolauit. Proprie tamen Præteruolare, ſignificat ultrà uolare.

Prætexo, xis, prius texo, prius facio, ſeu prius ordino, vt Ciceronis exemplum à Priſciano prolatū indicat. Si omnia quæ fiunt quæ q; aguntur, leuioribus principiis, natura ipſa prætexuit. Aliquādo ponitur pro contego, abſcondo, quaſi aliud quàm ſit oſtendo. Vnde Prætextum.

Prætexta toga, genus ueſtimenti oblongum ac talare, quod ſupra tunicas honorati qui q; ſumunt. Dicta quod ei purpura prætexebatur. Hæc vnā cum bulla, in uſu puerorum nobilium uſurpabatur. Vnde prætextati dicebantur, qui nondum decem & ſeptem annos præterierant, à Prætexta quàm induebāt. Et hac depoſita, accipiebant togam uirilem, quum ad annum decimumſeptimum perueniſſent, tanquam non pueriliter, ſed uiriliter uita eſſet peragenda. Nā pueri exiſtimabantur, qui minores eſſent annis ſeptendecim. Vnde Vlpianus ait, pueritiam dūntaxat annis ſeptendecim, qui eos non in totum compleuit, prohibetur poſtulare. Cicero: Ego autem à patre ita erā deductus ad Scæuolā, ſumpta uirili toga, ut quoad poſſem, & liceret, à ſenis latere nunquam diſcederē. Seneca libr. I. Epiſt. Tenes vti q; memoria quantum ſenſeris gaudium, quum prætexta poſita, ſumpſiſti uirilem togam. Ideo autem ingenuis pueris attributam exiſtimāt togam prætextam, ut ex purpuræ rubore, ingenuitatis rubore regerentur. Lege Macrobium lib. i. Saturnalium, Vnde olim Papyrius cognominatus eſt Prætextatus, ob tacendi loquendi q; in prætextata ætate prudentiā. Id poſtea cognomen in omnem eius familiam tranſlatum fuit. Erat & Prætexta geſtamen magiſtratuum & regum. Hac Tullus Hoſtilius primus uſus eſt. ut inquit Plini. Qui debellatis Hetruſcis, ſellam curulem, lictorem, & togam pictā atq; prætextam (quæ inſignia magiſtratuum Hetru-

rorum erant)Romam tranſtulit. Sed poſtea Tarquinius Demarati filius, quū de Sabinis egiſſet triūphum, quoniam in eo bello filius eius annos quatuordecim natus, hoſtem manu percuſſerat, & pro cōcione illum laudauit, & prætexta ac bulla aurea donauit, inſigniēs puerum ſupra annorum ſortem, præmiis virilitatis & honoris. Prætextæ igitur ac bullæ geſtandæ mos, à Priſci Tarquinii filio deductus eſt. Sunt tamen qui tradunt eundem Priſcum, quum ſtatum ciuitatis ordinaret, inſtituiſſe, vt patriciorum filii bulla aurea uterentur, & togam quæ purpura prætexitur, iis tantum, quorum patres ciulem magiſtratum geſſiſſent: cæteris prætextam tantum induiſſe, vſq; ad eos, quorum parentes ſtipendia iuſta meruiſſent. Fuit & in uſu prætexta bulla: qua nulli alii licebat uti, niſi ei qui funus faciebat. Prætextæ etiā actiones ſeu comœdiæ dictæ ſunt, à prætexta. Horat.

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

In his imperatorum negocia agebantur, & publica, reges q; Romani, vel duces, inducebantur perſonarū dignitate penè tragœdiis ſimiles. Et dictæ ꝑtextæ, quòd in his ferè regū aut magiſtratuū acta cōprehendunt, qui principio prætexta toga vtebantur.

Prætextatum ſermonem, ueteres obſcœnum adpellaueruntiab eo quòd prætextatis nefas ſit obſcœno uerbo vti. Vel(ut quidam aiunt)quòd nubentibus depoſitis prætextis à multitudine puerorum obſcœna clamarentur. Sueto. in Veſpaſiano, Erat enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, vt ne ꝓtextatis quidem verbis abſtineret. Sic Macrob. li. ii. Satur. Hæc nobis ſit literata lætitia, & docta cauillatio, ulce planipedis & ſubulonis, impudica & prætextata verba iacientis. Sic Prætextati mores, dicuntur à Satyrico poeta.

Prætextum, dicitur illud uelamentum, quo moueri aliquis uidetur ad aliquid agendum, quum tamen alia cauſſa moueatur. Suetonius de Cæſare, Et Prætextū quidem illi ciuilium armorum hoc fuit: cauſſas autē alias fuiſſe opinantur. Vergilius,

Non tamen Anna nouis prætexere funera ſacris Germanam credit.

Prætor, omnis magiſtratus adpellabatur, cui pareret exercitus. Vnde imperatores, Prætores quando q; uocantur. Cicero Herennio, Epaminundas Thebanorū imperator, ei qui ſibi ex lege ſucceſſerat prætor, exercitū non tradidit. ubi Victorinus: Notare debemus, omnes magiſtratus Prætores adpellatos. Sed patres quo, tempore L. Sextius primus ex plebe cōſul creatus, Fuſium Camillum primū prætorem vrbanum, qui ius in urbe diceret, creauerūt: mox unico prætore nō ſufficiente, quòd multi peregrini in ciuitatem ueniſſēt, alius creatus eſt peregrinus, eo quòd plerū q; inter peregrinos ius diceba. Capta deinde Sardinia, aliis q; prouinciis, totidē prætores, quot prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt. Partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. Dictus ꝓtor(ut Liuius innuit) à præeundo: vt Var. à ꝓeundo, quaſi præitor: quòd præiret iure & exercitu. Et Liuius libro. v. ſcribit, primum prætorem ex patribus, qui ius in urbe diceret, creatum fuiſſe, penes quem magiſtratum, omnis publici priuati q; iuris poteſtas. vt et noui ius cōdere, et vetera abrogare facultas eſſet. Id q; ob magiſtratus q; honorem, ius honorarium adpellatum eſt, quum tamen regia illi eſſent inſignia, vt adparatu conſulibus penè par videretur. Creatus, quum conſules auocarētur, bellis finitimis, nec eſſet qui in ciuitate ius diceret. Eius dignitas Prætura dicitur.

Prætorianus, qui apud prætorem, ſeu in prætorio uerſatur. Cic. pro Cælio, Nemini unquam præſenti prætoriani maiores honores habuerunt quā M. Cælio. Et prætoriani milites honoratiores erāt, qui Romæ habebant caſtra, quæ prætoria dicebantur. Ex prætoriano exercitu Otho factus eſt imperator.

Prætorium, domus in qua prætor habitat, ſiue dux. Quia(ut dictum eſt) omnis magiſtratus cui parēret exercitus, prætor dictus eſt. Liuius lib. iii. Quercus ingēs arbor, prætorio imminebat, cuius umbra opaca ſedes erat. Hoc alio nomine à Quintiliano dicitur auguſtale. Ponitur etiam pro magnifica & ampla domo, in agro & ruri extructa, in qua ædificia pecunias ingentes effundebant. Sueton. de Cali. In extructionibus prætoriorum at q; uillarum omni poſthabita ratione, nihil tam efficere cōcupiſcebat, quàm quod effici poſſe negaretur. Palladi. lib. i. Ipſius prætorii ſitus, loco aliquatenus erectiore, & ſicciore ꝓpter iniuriam fundamentorum, & ut læto fruatur adſpectu. Item prætorium, dicitur locus in quo ꝓtor ius dicit. vt eſt in Euang. Ponitur etiam Prætorium pro conſilio, quod fit imperatoris tentorio. id eſt, ipſo prætorio. Vnde dicimus dimitti prætorium, ſicut dimitti ſenatum. Liuius: Fuluius ne id ipſum impedimento incœpto foret, dimittens prætorium tribunis militum, ac præfectis ſociorum imperauit &c. Ponitur enim continens pro contento, vt ſæpe fieri ſolet.

Prætorius uir, qui præturā geſſit. Cicero pro Plancio, Cedat conſulari generi prætorium, nec contendat eū prætorio equeſter locus.

Prætorius, a, um, quod eſt prætoris, ſeu quod ad prætorem pertinet. ut prætorium ius, prætoria cohors, quæ à prætore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quem q; delegit, qui ab eo in bello non diſcederet, & certo munere militiæ uacaret, & ſeſquiplex ſtipendiū acciperet. Prætoria verò porta dicitur, qua exercitus in prælium educitur, quia initio prætores erant qui nunc conſules, & hi bella adminiſtrabant.

Prætura, prætoris magiſtratus. Cc.

Præualeo, les, pen. cor. antecello, & quaſi in maiori ꝓtioſum, uel melior ſum. Plin. Vtra q; in pretio ſunt, ſed tamen præualent margaritæ. Et libro decimo. Vulturum præualent nigri. Aliquando Præualere, ſignificat potentiorem ſeu robuſtiorem eſſe. Hieronymus lib. ii. Reg. Noluit autē Ammon adquieſcere, ſed præualens uiribus oppreſſit eam.

Præuaricor, pen. cor. ex præ & uaricor, quamuis & Diuarico dicatur. Varicari autē à varicibus, qua(teſte

Nonio) ſunt venæ, in ſuris inflexæ & obtortæ. Præuaricari verò, eſt à recto diſcedere. Pli. lib. viii. Arator niſi incuruus præuaricatur. Hinc Præuaricator, à varicando, hoc eſt, transgrediendo dictus eſt, qui ab officii ſui præſcripto deflectit atq; aberrat. Plinius Iuni. Alioqui præuaricatio, eſt tranſire dicenda. Præuaricatio etiã curſim & breuiter attingere quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetẽda. Martianus Iurecõſ. Præuaricatorem fuiſſe ſcribit eum, qui colluderet cũ reo, & tranſlatio munere adcuſandi defungeretur, eò quòd proprias quidem probationes diſſimularet, falſas verò adcuſationes admitteret. Cic. pro Cluen. An ut præuaricaretur? iam id quoq; ad corrumpendum iudicium pertinet. Vlpianus ſcribit præuaricatorem eſſe, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſſa ſua, allegat q; Labeonem qui hoc nomen à varia certatione tractum ſenſit.

Præueho, me prius duco. Liuius li. ix. Sed equites Romani præuecti, per obliqua campi, quum ſe fugientibus obtuliſſent.

Præuello, is per duplex ll, anteuello.

Præuelo, as. pe. pd. prius opio. Claud. lib. ii. de Rap.
Et ſparſos religant crines, & vultibus addunt.
Flamea ſollicitum præuelatura pudorem.

Præuenio, anteuenio, antecipio. Ambroſius, Iam ab alio amatore præuenta ſum.

Præuerto, & Præuertor, depon. id eſt, prætereo, præcedo. Vergilius,
Volucremq; fuga præuertitur Hebrum.
Item antuerto, vel antepono. Plautus in Amphitry. Illuc redeundũ eſt mihi, ne me vxorem præuertiſſe dicant præ rep ubl. Item reuoco. Idem in eadẽ, Flebilis præuertitur metus, accurro ut ſciam quid velit.

Præuideo, ante uideo. Plinius: Id nos futurũ præuideramus. Hinc præuidentia, quæ duplex eſt. Aut enim animo aut oculis præuidemus. Præuideo eſt quaſi caueo.

Præuius, qui præeundo uiam monſtrat. Leo papa, Sequuntur tres vires ſuperni luminis ducatũ, & prætiuil fulgoris indicium intenta contẽplatione comitãtes.

Pragma, atis. Latinè actio, ſeu negotium dicitur. Inde Pragmaticus, negotiator? vel forenſis, iuris interpres, oratoris miniſterq; in foro ac iudiciis verſans, lites dirimit. Quint. lib. iii. Hermagoras prima in hoc loco poſuit exempla ex quæſtionibus meis, ſiue quòd Græci πραγματικοὺς, uocant iuris interpretes. Iuue. Inde cadunt partes in fœdera Pragmaticorum. Hoc eſt, à iudicio diſcedunt, & litem arbitrio forenſium aduocatorum, ſeu procuratorum dirimẽdam permittunt. Cic. lib. i. de Orato. Itaq; nõ (vt apud Græcos) infimi homines mercedula adducti, miniſtros ſe præbent, in iudiciis oratoribus, ii, qui apud illos pragmatici vocantur.

Pragmatica, ſanctio, dicta eſt quod per eã à ſupremo atq; ordinario iudice diſcedatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur.

Prandeo, des, prandi, & pranſus ſum. Plautus in Menæ. Prandi & potaui, ſcortumq; accubui. Pranſos veteres uocabant, non ſolum qui ediſſent, ſed etiam qs bus nihil deeſſet. Varro: Pranſum te ac paratum eſſe oportere.

Prandium, ab edendo dicitur, quaſi peredium, cibus q ante meridiem ſumitur. Vel dicitur quaſi Parandiũ, quia debemus accipere quod paratum eſt. Cuius diminutiuum eſt Prandiolum, ſiue Prandiculum, quod ientaculum adpellatur.

Pranſito, as, pen cor. frequentatiuum, quod Plautus in Amphitry. cum adcuſatiuo conſtruxit. Nequam homines, inquit, qui polentam pranſitant.

Praſeides, lapilli genus, & porraceus interpretatur. Gc.

Praſinus, pen. cor. color uiridis ad ſimilitudinem porri. Nam πράσον Latinè porrum dicitur. Hinc veſtes è viridi lana Praſinæ dicuntur. Martialis,
De noſtra praſina ſyntheſis empta toga.
Plautus, Praſina, coccina, tyria, focale, ſoccos, monilia amiſit.

Praſius, gemma quædam è uiridatium genere.

Pratum, in quo ad fructum percipiendum falce dũtaxat opus eſt, ex eo dictum, quòd ſine opere paratum ſit ad fructum faciendum. Colu. lib. ii. Prato veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes. Nomẽ quoq; indiderunt ab eo quòd protinus eſſet paratum, nec magnum laborem deſyderaret. Prata etiam dicuntur quæ nunc viridia, ut plurimum buxo & lauro frequentata. Hinc pratenſis, & hoc pratenſe, qđ eſt ex prato. Colum. lib. vii. Boſq; nemo dubitat quin optima ſint, uitia in falcem ligata & cicercula, itemq; pratenſe fœnum.

Prauus, a, um, quod non eſt rectum. ut, Erunt praua in directa, & aſpera in uias planas. Transfertur etiã ad animum. vt quum dicimus praui mores.

Praxaſpes, nobilis Perſa, qui Smerdim Cambyſæ fratrẽ iuſſu regis occidit, vt ait Hieronymus.

Praxis, Græcè Latinè terminatio dicitur, vel actio.

Praxiteles, penultima correpta, nomen ſtatuarii; qui marmorum nobilis ſculptor fuit. Sculpſit inter cætera Venerem Gnidi, quæ in toto orbe præcipua habita eſt. Multiq; ut eam uiderent, Gnidum ſunt profecti. De hoc Propertius,
Praxitilem parius uindicat arte lapis.

Precarium eſt quod precibus petenti vtendum conceditur, tam diu, quàm diu is qui cõceſſit patitur. In hãc ſententiam dictum eſt à Seneca hominẽ eſſe precariæ ſpiritus. Et apud Curtium ait Alexander, Mori præſtat quam præcario imperator eſſe. Idem, Sed precarium ſpernebatur imperium. Vbi precarium imperium dicitur id quod iam diu obtinetur, quàm diu qui cõceſſere permittunt. Precariò nomen ipſa terminatione datiui pro aduerbio accipitur. Terent. in Eunu. Seu ui, ſeu clàm, ſeu precario. Paul. Precario habere videtur, qui poſſeſſionem corporis, vel iuris adeptus, ex hac ſolũmodo cauſſa quòd adhibuit preces, & impetrauit quòd ſibi poſſidere, aut vti liceat. Veluti ſi me precario rogaueris per fundũ meũ ire vel agere tibi liceat, vel ut in tectum meum ſtillicidiũ vel tignum in parietem immiſſum habeas.

Precioſior, maioris precii. Plautus, Et alii precioſiores, alii viliores habeant ædes.

precium, qđ dať pro re empta. Hinc Precioſus,a,um, qđ eſt multi precii. Cice.lib iii. Offic. Quærit ſi in mari iactura facienda ſit, equi ne precioſi potius iacturã faciat, an ſerui vilis.

Precor, caris, cum adcuſatiuo ſignificat oro. Hiero. li. iii. Reg. Nunc unam petitionem precor a te. Iunctū verò cum datiuo, id eſt quod opto alicui bonam vel malã fortunã. Quintil. Et oram ſoluẽtibus bene precemur. Huius cõpoſita ſunt Deprecor, de quo ſuprà. Imprecor, pen. cor. quod in bonam & in malam partem accipitur. Idem, Nõ imprecamur debilitates, naufragia, morbos. Hieronymus ad Pamma. Cui multos imprecamur annos vt hæreſeos rediuiua plantaria, per illius ſtudium areſacta moriantur. Idem contra Heluí. pro oro tantum poſuit quum inquit, Deus pater eſt imprecandus.

Premo, mis, preſſi, preſſum, propriè calco & innitor alicui cum pondere. Verg. Et ſpirantia cogere preſſis Mella fauis. Idẽ Aenei. ii. Velut qui ſentibus anguẽ Preſſit humi nitens. Quandoq; premere eſt ſtringere. Hiero. in prolo. Iob, Vt ſi velis anguillam aut murenulam ſtrictis tenere manibus, quantò fortius preſſeris, tantò citius elabitur. Quandoq; firmare. Idem in Paulo, Quo cognito gradum preſſit Anto. Quandoq; vexare. Ver. Numina nulla premunt, mortali urgemur ab hoſte. Quandoq; effodere. Idem, Sulciq; ſibi premat ipſa carina. Quandoq; inſequi, inſiſtere. vt, Hac fugerent Graii premeret Troiana iuuentus. Quandoq; urgere. vt, Ingentem clamore premes ad retia ceruum. Quandoq; occultare. vt, Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Quandoq; expellere. Varro, Inuitamq; preſſit ab edibus. Quandoq; cohibere. Vergilius,

Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.

Quandoq; claudere. Idem,

Preſſiq; oculos, ac vulnera laui.

Quandoq; vitiare. Varro, Qui toties uiliſſici tui vxorem abſente preſſiſti uiro. Quandoq; remouere, excitare. Vergilius, Et ruris opaci Falce premes umbrã. Quandoq; vaſtare. vt, pelago premit arua ſonanti. Quandoq; occidere. Idem Armigeramq; domi premit. Quandoq; demergere, infodere. Idem, Quod supereſt quæcunq; premes uirgulta pagros Sparge fimo pingui. Huius compoſita ſunt Comprimo, Deprimo, Exprimo, Opprimo, Imprimo, Reprimo & Supprimo, quæ habent penultimam correptam.

Prepeniſſus, urbs eſt Myſiæ maioris in mediterraneis. Cornucopiæ.

Prepon, πρέπον, Latinè perſona vel decorum dicitur. Ambr. Decorum autem in noſtris ſcripturis primo conſtitui loco, quod Græcè prepon dicitur.

Presbyter, Græcè Latinè ſenior dicitur. Auguſt. Sanè etiam grandioris ætatis, & ſicut ſcriptura loquitur plenum dierum poſſe dici ſeniorem. hoc eſt, presbyterum. Proinde omnis ſenex, etiam presbyter, non omnis presbyter etiam ſenex, quia plerunq; eſt hoc nomen ætatis, quæ infra ſenectutem, ſenectuti uicina eſt, & ex hoc etiam ipſa à ſenectute nomen accepit in Latina lingua, quoniam autem presbyter, ſenior adpellatur, apud Græcos aut maxime ſicut ſcriptura loquitur πρεσβύτερος & νεώτερος dicuntur, etiam ſi ætates iuuenum compareñt, quod dicimus nos maiorẽ atq; minorem.

Preſſo, preſſas, frequentatiuum. Vergilius,

Preſſabimus ubera palmis.

Preſſura, idem quod preſſus. Auguſtinus, Stipantur parietes preſſuris ſe urgent, propè ſe ſuffocant multitudine. Per tranſlationem capitur pro vexatione. ut in Euangel. Et in terris pſſura gentium.

Preſſus, a, um, quod eſt ſubtile. Cicero in Horten. Quis te autem eſt, aut fuit unquam, in partiundis rebus, in definiendis & explicandis ſententiis pſſior? Aliquando dicitur onuſtum, grauatum. Vergilius lib. ſecundo Georgicorum.

Ceu pſſæ quum iam portum tetigere carinæ.

Præter hæc ea ſignificat quæ pmo.

Preſſus, us, ipſa preſſio. Cice. lib. iii. de Ora. Valerium Soranum lenitate faucis, atq; in ipſo uocis preſſu & ſono facile uincat.

Pretides, pri filiæ carminibus poetarum celebratæ. Hæ quum furore agitarentur, ſanatæ helleboro à Melampode perhibenť. à cuius nomine unum hellebori genus adpellatur melampodion.

Priamus, penultima correpta. Laomedontis Troianorum regis filius. ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, quod eſt emere. Nam quum Hercules Laomedontem occidiſſet, Priamum redemptum à vicinis hoſtibus in paterno regno locauit.

Priapeia, carmen obſcœnum, quod nõnulli Vergilio, alii Ouidio adſcribunt. Cc.

Priapiſmus, morbus eſt quum genitales partes in ſolã longitudinem protenduñt, & in circulum tumeſcit ſine Veneris adpetitu. Aiunt quidam Priapiſmũ eſſe vuluæ, ſicut membri uirilis tentiginem.

Priapus, pen. prod. Deus hortorum creditus eſt, & Liberi patris ac Nymphæ ſeu Veneris filius, quia Venerem commouet. Hic & Lampſacenus dictus eſt, à Lampſaco Helleſponti oppido. Priapus pterea urbs eſt, quam Mileſii Priapi nomine conſtruxerunt. Similiter & portus.

Pridem, aduerbium temporis, quaſi prius die ſignificat paruo tempore prius. Plinius lib. xvii. Ipſi verò pridem uidimus ea omnia pter pubertatem in filio Cornelii Taciti equitis Romani. Aliquando longo tempore prius. Apuleius, Quod pridem Plato adfirmauerat. Eiuſdem ſignificationis ſunt Iampridem, Dudum, Iamdudum, Nuper, Iamdiu. Quæ ſi cum pridẽ aut Dudum addamus non uel quàm, uel ita, ſignificant ſemper, multo tempore antè. Plinius lib. v. Medica non pridem uenit in Italiam. id eſt, non multo tempore antè. Cicero pro Roſcio, Quampridem Fãni nomẽ detuliſti. hoc eſt quàm multo tẽpore antè. Terent. in Eunu. Huc euaſit quampridem pater mihi & mater mortui eſſent. id eſt, quantum temporis præiuit Cicero in Bruto, Noſtra autem ciuitate nõ ita pridem dominatu regio liberata. id eſt, non multo tempore antè.

Pridie, & Pridianus, Vide in dictione Poſtridie.

Priene, vrbs maritima (vt inquit Strab.) quæ inuectu Mæandri fluminis inter ipſam, Miletumq́; labentis mediterranea facta eſt.

Primæ, arum fit à primis quum ordinem ſignificat, & intelliguntur partes. Cicero in Bruto, Ex his Cotta & Sulpitius quum meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt. & iterum: Erat excellēs iudicio vulgi, & facile prima tenebat.

Primæuus, a, um, quod eſt primæ ætatis: ſicut grandæuus, grandioris ætatis.

Primanus, Tribunus erat, qui primæ legioni tributum ſcribebat: ſicut Secūdanus, qui ſecundæ: Tertianus, qui tertiæ.

Primarius, a, um, quod aliūde non habet originem. Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificii fundamēto ponitur. Primarii ciues, qui primi ſunt in ciuitate, qui etiam primates dicuntur.

Primates, dicti ſunt qui & ſummates ſiue optimates, qui ſunt primi in ciuitate.

Primicerius, à cerco fit (ut autor eſt Hiero. in Chronicis, & Caſſiodorus in Epiſtolis) qſi & Græcè πρωτοκήριος dicat. Ammianus verò refert itet tribunos fuiſſe qui dicerentur primicerii. Vexati ſunt, inquit, multi & nocentes & innocentes, inter quos Valētinus ex primicerio protectorum tribunus. De Secundiceriis quoq; mentio eſt apud veteres.

Primigeni fœtus, ipſi primogeniti. Vnde apud Lucretium: Coortus & dies mundi primigenus.

Primigenius, a, um, idem quod primitiuus. Et proprie Primigenia dicuntur ſemina quæ dedit natura, quæ Cicero prīa naturæ, & Græci τὰ πρῶτα φύσεως adpellant. In his numerant incolumitatem, conſeruationemq́; omnium partium, valetudinemq́;, ſenſus integros, doloris uacuitatem, vires, pulchritudinem, cæteraq́; huiuſmodi. Et verba vocantur Primigenia. vt lego, ſcribo, quæ non ſunt ab alio uerbo, ſed ſuas habent radices. Item Primigenius ſulcus dicitur, qui in condenda noua vrbe tauro & vacca deſignationis cauſſa imprimitur.

Primipare, penul. corr. dicuntur parentes quæ primò pepererunt.

Primipilus, centurio primæ cohortis, vt Liuius libro vii. ſcribit. Nam ordo partes tres habebat, quarum vnamquanq; primum pilum vocabant. Suetonius, Primos pilos centurionibus ademit. Primipilus (vt ait Vegetius lib. ii.) 400. milites ducebat in prima acie, eratq́; caput legionis. Hinc Primipilaris dici videtur, non tam miles qui fuerat ſub centurione primipili, quàm ipſe centurio, qui olim præditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicitur Primipilaris qua conſularis.

Primipes, militum genus qui à principio gladiis pugnabant, poſtea commutata re militari facti ſunt pilumni. Cornucopiæ.

Primiter, & primitus, aduerbia à primum. Cc.

Primitiæ, arum, primi fructus ex agro ſuſcepti, q Deo offerunt. Plinius Romanorū abſtinentiam cōmendās inquit, nō deguſtaſſe eos uina aut nouas fruges, priuſquam ſacerdotes primitias libaſſent.

Primitium, quod in aliqua re primū & principale eſt. Ouid. Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrē.

Primitiuus, a, um, quod aliunde non habet originem, ſiue quod per ſe inuentū eſt. Vñ & Primitiua verba, quæ p ſe inuenta ſunt, nec aliunde deriuanſ.

Primogenitus, (inquit Hiero. cōtra Heluid.) eſt q aperit vuluā, & ante quē nullus eſt genitus: nō is quē frater poſtgenitus ſubſequitur. Et omnis vnigenitus eſt primogenitus. Alioqui ſi nō primogenitus eſſet, niſi is tantū quē ſequunſ fratres, tādiu ſacerdotibus primogenita non deberenſ, quamdiu & alia fuerint procreata: ne forte partu non ſequente vnigenitus ſit & non primogenitus. Eſt igitur Primogenitus, nō poſt quem alii, ſed antè quem nullus eſt genitus.

Primordia, quæ primò ordimur, hoc eſt, initia.

Primores, ſummæ quæq; res. Lucilius, Quum gallus gallinaceus digitos primoresq́; erigit vngues. Hinc primores pro optimatibus. Suetonius, Scripta famoſa vulgoq́; edita, qbus primores viri ac fœminæ notabanſ, aboleuit. Et Primores, dētes qui primi patent.

Primulus, penul. cor. diminutiuum eſt à primus.

Primum, aduerbium, à quo fiunt compoſita, Quamprimum, & Vtprimum.

Primus, quando q; ad numerum ſeu ordinē referſ. vt, primus, ſecundus, tertius. Quando q; dr princeps: ſicut & princeps ponif pro primo. Vergilius,

Prima quod ad Troiam pro claris geſſerat Argis.

Quandoq; ponitur pro optimo: ſicut & prior pro meliore. Idem, Primos iuuenum tot miſerit orco.

Quandoq́; pro præcipuo. Idem,

Quantos primos pattare labores.

Quandoq; pro eo antè quem nullus eſt. Idem,

Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti.

Fit autem Primus à pridem, abiecta dem, & accepta mus: ſicut prior, accepta or. Hinc fiunt aduerbia, Primò, Primè, Apprimè, Primùm, Primitus, Primiter, & In primis, & Principio.

Princeps, generis, communis, qui vel quæ principatum tenet: quaſi primum caput. Et Princeps dicitur dominus: quòd qui dominatur primus ſit. Item dicitur primus vel prima. Vergilius,

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.

Principale, quod primum & pcipuum eſt.

Principia, locus in caſtris à principibus militibus ſic adpellatus. vt eſt apud Colu. lib. iii. poſt principia.

Principiū, initiū alicuius rei, & modò ad numerum, modò ad tēpus, modò ad fundamentū referſ, quomodo in ædificanda domo initiū fundamentū eſt. Principium quoq; & cōuerſionis & depravationis dici poſſe ſcripturarū cognoſcimus autoritate. Eſt & principiū artis, ars ipſa, ex qua artificiū diuerſorū, deinceps cœpit operatio. Et principium eſt bonorum operum finis optimus. ut, miſericordiæ principium, eſt Deo placere quod facias.

Principor, paris, inchoo, auſpicor. Principio verò dominor. A' quo principatus.

Prior, nomen cōparatiuū, quod non ſolū ad duos, ſed etiā ad plures referri poteſt. Gelli. li. xiiii. Quotiesq́;

vſu

vſu veniſſet, vt omnes iſti magiſtratus, eodem tēpore Romæ eſſent, qui eorū prior aliis eſſet, & potiſſimū ſenatus cōſulendi ius fuiſſet. Apule. lib. ii. Flor. vt Hippias è numero ſophiſtarū eſt artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli ſecundus.

Priſcus, a, um, quod ſuperiori ætate fuit. ut Priſci Latini, qui fuere antequam Roma conderetur.

Priſtinus, a, um, pen. cor. quod ſuperioribus annis, menſibus, diebus, & noſtra memoria fuit. ut, Priſtina noſtra beneuolentia. Priſtinū etiam dr̄ de rebus, quæ nō ſeneſcunt: non autē priſcum. ut, Pharos & Tyrus nunquam in ſtatum priſtinum redibunt. Et dr̄ Priſtinum, quaſi primiſtinum, à primus (vt inquit Priſcianus,) Aliquando Priſtinus dicitur prior. Curtius, Dies priſtino procelloſior.

Priſtis, genus piſcis marini longiſſimi, atq; anguſti corporis. Plinius ſcribit Priſtes in mari Indico ducentū cubitorū eſſe: balenas quaternū iugerum. Hic etiam Scylla maris monſtrum dr̄. De quo Vergilius,
Prima hominis facies & pulchro pectore virgo,
Pube tenus, poſtrema immani corpore priſtis.
Ab huius ſimilitudīe nauis oblōga dicta eſt Priſtis. Idem, Velocem Mneſtheus, agit acri remige priſtin. Dicta Priſtis, à ſectione vndarū. Scindunt enim mirum in modū fluctus ꝑpter tenuitatem. Græci autē πρίειν, ſectionem, πριστὴν, ſectorem dicunt.

Priuati, ꝓprie dicunt̄, qui non ſunt cōſtituti in aliqua dignitate. Aliqū dicunt̄ exempti à iure communi. ut in Decre. diſtin. iii. Priuilegia ſunt leges priuatorum. Et Priuatum, cui aliquid eſt ademptum.

Priueres, mulieres priuatæ.

Priuernum, vrbs eſt Campaniæ, & Camyllæ patria. Cornucopiæ.

Priuignus, filius mariti, vxoris've, cuius prior cōiunx deceſſit, & vulgò filiaſtrus. Dictus Priuignus, quòd priuſquàm mater ſecundò nuberet, eſt genitus. Pri enim antiqui pro præ dixerunt.

Priuilegium, lex priuatis facta. Cicero pro domo ſua: Leges priuatis in hominibus irrogare, id eſt enim priuilegium. Interdum Priuilegia dicuntur leges: vnde Priuilegium de Pompeii reditu Salluſtius legē adpellauit.

Priuo, as, adimo. Plau. in Aſi. Ego pol iſtum portitorē priuabo portorio. Hinc Priuatus, ta, tum, quod non eſt cōmune cum aliis. Cice. lib. i. Offic. Priuatum autem oportet æquo & pari ciuibus iure viuere. Priuatæ etiam uocabantur feriæ ſacrorum ꝓpriorum. velut dies natales. Pulgurum procurationes, & huiuſmodi priuatæ quæ fiebāt pro familiis ſingulis & hominibus. Hinc Priuatim, aduerbium, quod nō eſt publicè factum. Salluſt. Exiſtimās publice priuatimq; alieno ære oppreſſos.

Priuos, & priuas, antiqui pro ſingulis dicebant. Inde Priuas verbenas, & Priuos ſilices pro ſingulis accipit Liuius. Nonius, Priuum eſt proprium vniuſcuiuſq;. Vnde & Priuata dicuntur. quæ uniuſcuiuſque propria ſunt.

Pro, præpoſitio eſt quæ tam ſeparata quam compoſita localē uim habet, & ſignificat ante, vt pro curia, pro mœnibus. Saluſt. Qui ni maturaſſet, pro curia ſocii ſignū dare. Procurro, antecurro. Proſtratus, anteſtratus. Separata etiam ſignificat quandoq; ad. ut, Pro meis viribus. id eſt, ad vires meas. Vergilius, Pro ſe quiſq; uiri. Interdum ponit̄ loco in: vt, pro roſtris, pro cenſu, pro tribunali. Interdum pro iuxta, ſiue ſecundum. ut pro Platonis ſententia, pro hominum iudicio. Interdū pro cauſſa perhibendi teſtimonium. vt quū dicimus: pro mutuo animo, pro reconciliata gratia. id eſt, cauſſa mutui animi, & cauſſa reconciliatæ gratiæ. Interdum pro loco. vt, Pecuniam ei dedi pro prædio, & ſum pro prætore. id eſt, loco prædii, loco prætoris. Item ponitur pro autoritate. vt, Tribuni plebis pro poteſtate interceſſerunt. hoc eſt, autoritate poteſtatis ſuæ. Item pro propter. ut, pro iniuria quā accepi. id eſt, ꝓpter iniuriam. Itē pro defenſione. Terent. Nam niſi hæc ita eſſent, pro illo haud ſtares. Vergil. lib. ix. Pro turribus adſtant. id eſt, pro defenſione turriū. Eſt & aduerbiū admirātis. Teren. in Adel. Pro Dii immortales facinus indignū quod narras. Item interiectio dolentis ſeu indignantis: vt, Pro Deum atq; hominū fidem. Plautus, Pro ſancte Iupiter quid video? Sed his duobus modis circūflectit̄. Compoſita verò temporalem vim habent: vt Prouideo, Proſpicio. Quandoq; priuatiua eſt: vt Profanus, id eſt, non ſacer. Prohibeo, Propudium. Negat̄ enim cum his ſanctitas, poteſtas ac pudor. Quandoq; accipitur loco e, vel ſuper: vt Prominet, id eſt, eminet, vel ſupereminet. Nonnūquàm ſignificat porrò, ſiue in longum: ut Promiſſa barba. Nonnūquàm diu: vt Protollo, Propendo. Interdum procul: vt Prouincia. Aliquando procul de futuro tēpore: vt propheta. Quandoq; procul ſpatio loci, vt Procella quæ procul veniens percellit. Sæpe etiam vltra ad locū, vel ad aliquem tendere: vt progredior, proueho. Interdum palàm & more ſolenni: vt pronuntio, promulgo. Quandoq; coràm: vt propono. Quandoq; valde: vt procuruus. Quandoq; procul, vehementer: vt profugus.

Proagogia, Latinè productio. Nam προαγωγεῖν ꝓducere eſt, hoc eſt, ꝓſtituere. Plautus, Audientē, inquit, dicito mater ꝓduxiſti filiam.

Proauus, pen. cor. aui paterni vel materni pater. Cuius relatiuum eſt pronepos: à quo fœmininum ꝓneptis. A' proauo fœmininum proauia.

Probabile, dicit̄ quod licet non ſit verum, videtur tamen rationibus ꝓbari poſſe.

Probatica, Latinè ouilis dicit̄, πρόβατον enim ouis dicitur. Piſcina vbi oues lauabantur quum ſacerdotes litare vellent. Et probaticus, ouinus.

Probi, boni dicunt̄, quaſi ꝓhibi, quòd ſe à delinquentibus ꝓhibeant. His cōtrarii ſunt Improbi, & Reprobi. Improbi (vt inquit Aſconius) contra leges ſunt: ſicut inofficioſus, contra merita: inhumanus, contra pietatē. A' Reprobus fit aliud cōpoſitum cōtrariū, ſcilicet Irreprobus, qui nō eſt reprobus. Ambroſius, Quumq; manum ſuam ad me contingendam aptaret, dedit ei angelus domini Irreprobam, quā conſpicis, mortem. A' probus fit probitas, bonitas. Ab Im-

probus Improbitas. Diminutiuũ Probulus: vñ & Improbulus. Iuuenal. Finge tamen te Improbulũ.

Problema, matis, & problematum: ꝓpoſitio eſt, interrogationem annexam habens.

Probo, as, laudo: quàuis maiorem vim habeat probo quàm laudo. Nã apud idoneos ſæpe legimus & laudo & ꝓbo. Quandoq; probare eſt argumentis demonſtrare: vt, Homo ſacrilegus ꝓbauit ſe pro innocente. Quandoq; experimentum facere. Plau. in Trinu. Quippe ex eorũ ingenio ingenium horum probant. Et in Euangelio: Iuga boum emi, & eo probare illa. Quandoq; ꝑmittere. Horatius lib. i. Carmi.

Vagus & ſiniſtra Labiť rips Ioue non ꝓbante.

Huius compoſita ſunt Adprobo, Comprobo, eiuſdem ferè ſignificationis. Et cõtraria horum Improbo, & Reprobo, pro damno, quæ habent penultimam correptam.

Proboſcis, idis, eſt porrectio corporis inherens naribus, quæ excepto homine in aliis ferè animantibus inuenitur. Varro, Inueniſſe ſe ericium cum ꝓboſcide. In elephanto manus dicit, quòd ea tanquàm manu vtatur. Plinius, Reſoluunt elephanti manum draconum nodos. Dicta Proboſcis, quòd ante depaſcat, Græci enim προβοσκᾶν dicunt ante paſcere.

Probro, as, ꝓbro afficio. Ex quo fiunt compoſita Exprobro, Opprobro, de quibus ſuprà. Improbro, quo vſus eſt Plaut. in Tru. Rus tu improbras? vt nacta es hominem quem pudeat probri.

Probroſum, ignominioſum. Gellius lib. I. Manus eius inter agendũ forent argute admodũ, & geſtuoſæ maledictis cõpellationibus ꝓbroſis iactatus eſt.

Probrum, ſtuprum, adulterium, flagitium. Sueton. in Cæſa. Qui digreſſam à marito poſt biduũ ſtatim duxerat, quàuis ſine probri ſuſpicione, peregrinarum mercium portoria inſtituit. Vnde lex fuit apud Romanos, ut probri virginis veſtalis capite puniret. Aliàs ſignificat maledictum, contumeliam, ſiue infamiam, dedecus, quæ ex ſcelere ſequi ſolent, vt datum eſt probro. id eſt, ignominiæ adſcriptum. Liuius libro. ii. His freti occurſant portis, ingerunt probra, ægre abſtinent, quin caſtra oppugnent. Similiter Cicero epiſtolas plenas probrorum adpellat. id eſt, cõtumeliarum.

Procacies, vſurpauit Ambroſius lib. de Reſur. Nam ſi vere vidiſſent, inquit, deformem meretricis adfectũ, inhorrentem procaciem, indecentem impudicitiam, inardentes libidines.

Procapis, penul. correp. progenies quæ ab vno capite procedit.

Procas, nomen regis Albanorum, qui Amuliũ & Numitorem filios habuit.

Procax, & procacitas, vide in dictione proci.

Procedo, is, penulti. product. vltra cedo, progredior. Salluſt. in Iugur. Sed vbi plerunq; noctis proceſſit: quod eſt quaſi præteriit. Aliquando procedere, eſt proſperè cedere. Terentius in Andr. Niſi id putas quia proceſſit parum, non poſſe iã ad ſalutem conuerti malum.

Proceleuſmaticus, pes ex quatuor ſyllabis breuibus cõſtans. Dictus quaſi primitus iuſſus, eò quòd in ſacris Mineruæ prius eius pedis verſus ꝓnunciari iubebantur: πρὸ enim ante, κελεύω, iubeo.

Procella, eſt vis venti, cum pluuia nec durans, & in mari potius quàm in terra. Dicta ab eo, quòd omnia ꝓcellat. id eſt, moueat vel percutiat. Aut à procul, quia à longè videtur. Vergilius,

Creberq; procellis Aphricus.

Hinc procelloſus, a, um, procellis plenum.

Procello, is percutio, euerto. vnde procella.

Proceres, penultima correpta, capita trabium, hoc eſt mutili quidam extãtes. Hinc principes ciuitatis Proceres adpellati ſunt, quòd ii ita in ciuitate eminent, ſicut illi in ædificiis. Huius nominis ſingularem protulit Iuuenalis,

Agnoſco procerem. Qui eſt à procer, eris.

Procerus, a, um, penulti. ꝓdu. ꝓlixum, & in longitudinem ꝓductum. Quod nomen quidam à cæra deriuant, quaſi ad ſimilitudinem ceræ protenſum ꝓpter facilitatem. Alii à creſcendo, hoc eſt, excretum. Horatius in Sermon. Quò pertinet ergo Proceros odiſſe lupos. Huius compoſitum eſt Improcerus. Gell. lib. iiii. Aduertimusq; hinc elici tarditatẽ, corporaq; eorũ improcera fieri, minusq; adoleſcere. Dr etiam hic & hæc proceris, & hoc procere.

Proceſſus, us, progreſſum & ſucceſſum ſignificat.

Proceſtrion, putabatur locus apertus ac patulus, quo ꝓceditur in cubiculum, cœnaculis, & reliquis partibus ſuperioribus. Plin. ad Gall. Poſt hanc cubiculum cum ꝓceſtrio altitudine æſtiuum munimento hybernum. Nam Proceſtria (vt Feſtus exponit) ædiſicia ſunt ante caſtra, vel quibus proceditur in muro. Sũt tamen qui velint cum procitono legi, loco ante cubiculum, ab excubando nomen ex Græco ſibi uendicante. Fit autem Proceſtrium, a qualibus columnarũ interuallis patulũ, ſupra quarum epiſtylia arcus curuantur. Quidam etiam proceſtria aditum & veluti portam caſtrorum adpellauerunt.

Prochyta, tæ, pen. cor. & prochyte, tes, inſula in puteolano ſinu. Dicta quaſi ꝓfuſa. Emerſit enim prouolutis in mare mõtibus, quũ prius non foret. Nam procheo ſignificat effundo. Nam Inarimes mons terræ motum paſſus, hãc inſulam fudit. At Dionyſius lib. i. ſcribit Prochytam dictam eſſe à nutrice Aeneæ eiuſdem nominis. De hac Vergilius lib. ix. Tum ſonitu Prochyta alta tremit. Prochytæ etiam vaſis genus eſt.

Proci, dicuntur qui in eandem libidinem nimia adpetentia conſpirant: à procando dicti. Eſt enim Procare, nimium laſciue petere. Vnde Procaces molliũ rerum petitores, & in petendo nimiũ petulci. Verg. Procos irriſa priores. Inde Procacitas. Cicer. lib. quarto de Republ. A' procando. id eſt, poſcendo ꝓcacitas nominata eſt. Et Procax, petax: qđ & de inanimantibus dici poteſt. Vergil. Penituſq; procacibus auſtris. Quod eſt ſæuientibus procellis: uel (ut Donatus exponit) impudentibus. Nam qui multum petit, impudens eſt. Et qui adeò impudentes ſunt vt nimis petant, Procaces adpellãtur: vnde Procax me-

ret ſe,petulans dicitur,impudens,inuerecunda,mordax. Terentius, Maligno multo & magis procax illico facta eſt. Vnde Procaces legimus,qui mordaciter & iniurioſe loquuntur. Cicero in Sal. Ne in idem incidam vitium procacitatis,quod huic obiicio. Et iterum: Non enim procacitate linguæ, vitæ ſordes eluuntur. Sciendum tria hæc,Procaces, Petulantes, & Proteruos multum ſimilitudinis habere, & libidinem quandam atque iniuriam declarare, tam in factis,quàm in dictis. Vnde apud Ciceronem proteruam petulantemq́; eodem loco de inhoneſta fœmina legimus. Si vidua libere proterua, petulanter diues,effuſe libidinoſa,meretricio more viueret. Hinc ſi quis ambulans per impotentiam mentis, obuium cubito feriat,aut cum contumelia ſibi cedere cogat, proteruum hunc dicimus. Hinc à Verg. hœdi petulci,à petendo dicuntur,quòd in alia loca penetrãdo iniuriam faciant.

Procido,is,penul.corre.procidi,procaſum:ſignificat me proſterno,ſeu vehementer inclino,pronus cado. Gellius: Nam quum multis annis poſtea ſcena quæ ꝓciderat refecta eſſet. Et illud in Euangelio:Et procidens adorauit eum.

Procinta claſſis,dici mos fuit,quando exercitus ad pugnam paratus erat:quòd pugnaturi ritu prius cingerent gabino. Et quòd claſſem vetuſtius fuerit hominum dici quàm nauiũ multitudinẽ ſcriptum eſt.

Procinctus,us,dr̃ quicquid paratum eſt,& ipſa prouiſio facta antequàm aliquid fiat.

Porcio,cis,ciui,procitum.pen.correp.ſignificat peto. Liuius: Matrem procitum plurimi venerunt. id eſt, petitum (vt Feſtus exponit) Procitum verò penultima produ.ſignificat ruptum atq; irritum.Hinc Iuriſconſul.irritum teſtamẽtum,Procitum dicunt:à procio,quod ex pro & cio componitur.

Procito,tas,ſæpe dico,prouoco.

Proclamo,mas,palàm,& valde clamo,vociferor. Liuius lib.i. Moti homines ſunt in eo iudicio maxime, Pub.Horatii patre proclamante ſe filiam iure cæſam iudicare,ni ita eſſet,patrio iure in filium animaduerſurum fuiſſe.

Procliue,penul. ꝓdu. quod eſt porrò inclinatum. Et ꝓprie ſecundum Ciceronem lib.iiii. Tuſcul. dicitur in malis,quum Procliuitas dicatur in his,qui ad aliquod vitiũ proni,inclinatiq́; ſunt. Et facilitas in bonis,qui proni ſunt ad humanitatem,liberalitatem,& ad ingenuas diſciplinas.

Proclus,philoſophus,Platonicus fuit, qui inter cætera præclare dicta, ſcribit multos eſſe in vita lupos, multos porcos plurimos alia ſpecie quadam bruti circumfuſos.

Proco,as,& procor,aris, vt quidam putant à procio ſiunt quod peto ſignificat. Et eſt Procare,laſciuè petere,ſeu oculos in aliquam,fixius intendere. Quandoq; etiam inhoneſtis verbis & abſque reſpectu aliquem adgredi. Hinc componitur Reciproco,pro repeto,de quo alibi.

Proconeſſus,inſula in Propontide, quam ſolam inter alias habitari pleriq; dixerunt.

Proconſul,vide in dictione Conſul.

Procraſtino,as,penul.correp.prolongo. Gellius lib. xvi. Quæ reliquit ꝑfecta expolitaq́;, omni poeticæ venuſtatis laude florẽt. Sed quæ procraſtinata ſunt ab eo,vt ꝑ obitũ recenſerentur nequaquàm poetæ nomine,atq; iudicio digna ſunt.

Procris,Cephali venatoris vxor fuit. Ce.

Procubitor,qui noctu cuſtodiæ cauſſa excubat, quũ caſtra hoſtium in proximo ſunt.

Procudo,is,penultima produ.ſignificat prolato,cudẽdo extenuo,ſeu probe cudo, exacuo &c. Vergilius lib.i.Georgi. Durum procudit arator Vomeris obtuſi dentem.

Procul,aduerbium,videtur componi ex porrò lõgè, quaſi longè ab oculis,vel præ oculis.id eſt,ante oculos. Vnde poteſt & ſatis longè,& non longè ſignificare. Terent.in Hecy. Quem quum iſthoc ſermonẽ habueris,procul hinc ſtans accepi. Vergilius libro quinto. Eſt procul in pelago ſaxum.

Quod ſatis longè fuiſſe intelligi non poteſt,ne voluptas pereat ſpectaculi. Deſeruit quandoque accuſatiuo,quandoque ablatiuo. Curtius procul vrbem dixit. Horatius in Sermon.

Quæ procul extructis inerant heſterna caniſtris:

Proculco,as,progrediendo,vel aliud agendo,conculco. Columella libro.ii. Nam dum à pecudibus legumina proculcantur,herbæ etiam atteruntur vnguliſ atq; glabreſcit.

Proculeius,nomen viri:ſimiliter à procul deductum.

Proculus,pe.corr.cognomen eius qui natus ſit, patre peregrinante à patria procul. Alii Proculos ideo dictos putant,ꝙ à patribus ſenibus,quaſi procul progreſſi & attenuati ſint. Plau.in Men. Iubeas proculũ afferri tibi. Sunt qui Porculum legant.

Procũbo,is, ꝓſternor, ꝓcliuiter iaceo. Liuius lib.i. Ipſum feſſum via ꝓcubuiſſe. Colu. lib.i. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem,vel ut minimũ nouem. Quæ menſura & ad procumbendum pecori,& iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat. Significat interdum finire, ac deſinere: quòd faciunt quæcunq; ſe in arctum ex latitudine recipiũt:vt mucrones,imbrices,triangula. Plinius lib.xvi. de Arundine: Folia, inquit, à medio internodio quum plurimum deſinunt veſtire procumbuntq́;.

Procuratorius,a,um,quod ad ꝓcuratorem ꝑtinet, vt procuratoriæ literæ:procuratorium n.ut.us.

Procuro,ras,penul. ꝓdu ſignificat adminiſtrationem rerum alienarũ gero. Cice. Comific. Is ꝓcurat rationes Dionyſii. Hinc Procurator, negociorum geſtor, quem vulgò Factorem dicunt,cui præcipue agit colendi cura omnis incũbit. Vlpi. de Procuratoribus: Procurator eſt,qui aliena negotia, mandato domini adminiſtrat. Actores verò cauſarum cauſidici dicuntur. Procuratio,ipſa adminiſtratio. Cice lib.i.de Natu.Deorum: Sunt enim philoſophi & fuerũt qui omnino nullam habere cenſerunt rerum humanarum procurationem Deos. Aliquando Procurare,eſt ſtudioſe curare,ſeu inueſtigare. Hierony. ad Damaſ. Et ſatanas quum aliquem ſua arte deceperit,& pro-

prium & iugum impoſuerit, vltra ad vitiorũ abũdantiam non procurat, ſciens eum eſſe iam mortuũ. Aliquando ſignificat ſimpliciter curare. Apuleius, Hunc enim equulum ſuum crioſe nimis procurãtem inueni. Aliquãdo ſuſtentare, medicare, adiuuare. Cato de Re ruſt. Eodẽ modo cæteras arbores ꝓcurato. Plau. in Cur. Tibi opus eſt hoc quò te ꝓcures.

Procurro, ris, ꝓcurri, ꝓcurſum: vltra, ſiue longè curro. Colu lib vii. Ex domitis bubus valentiſſimum eundemq; placidiſſimũ cum indomito iungimus, qui & ꝓcurrentem retrahat, & cunctantem producat.

Procuruus, ualde curuus. Vergil. lib. ii. Georg.
Contra nonnulla eſt oleis cultura, nec illæ
Procuruam expectant falcem.

Procuſtes, latro inſignis in Attica regione, qui hoſpites interimere ſolitus, ab Hercule hoſpite interfectus eſt. Cornucopiæ.

Procyon, Latinè Anticanis ſtella, quæ & Sirius dicit, vide in dictione Canis.

Prodeo, des, diui, vel ꝓdii, ꝓditum, ex pro & eo, d, interpoſita, ſignificat vltra eo, ſiue foras exeo, quaſi porrò eo. Cic. An ego tibi obuiam non ꝓdirem, primum Appio Pulchro deinde imperatori. Idem lib. i. Offi. Scenicorum quidem mos tantam habet diſciplinæ veteris verecundiam, vt in ſcena ſine ſubligaculo ꝓdeat nemo. id eſt, exeat.

Prodico, cis, pen. ꝓd. vltra dico. Cic. pro Cælio. Quãobrem excutiemus omnes iſtorũ delitias, omnes ineptias, ſi prodixerint,

Prodigæ hoſtiæ, dicuntur quæ conſumuntur. Inde homines luxurioſi ꝓdigi dicti ſunt.

Prodigialis, & hoc ꝓdigiale, quod prodigium procurat. Plaut. in Amph. Sed mulier poſtquã experrecta es ꝓdigiali Ioui, aut mola ſalſa hodie, aut thure cõprecatam oportuit.

Prodigiator, qui ex ꝓdigio futuro prænunciat.

Prodigioſus, a, um, quod ꝓdigium facit.

Prodigiũ, quaſi porrò dictum, quòd porrò dicat, porrò ſignificet, & aliquid futurum eſſe portendat.

Prodigo, is, pen. cor. ꝓdegi, ſupinum non legi, ex pro & ago, d, euphoniæ cauſſa interpoſita. ſignificat conſumo, ultra modum erogo. Plaut. in Aulu. Feſto die ſi quid ꝓdegeris, pro feſto egere liceat niſi peperceris. Lactan. lib. vi. Quotieſcunq; leuiſſimorum patrimonia in res ſuperuacuas ꝓdiguntur. Aliquando ſignificat portendo, & præmonſtro. Vnde prodigia & prodigiatores.

Prodigus, qui bona ſua conſumit. Cice. lib. ii. Offic. Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & uiſcerationibus & gladiatorum muneribus ludorum, uenationumq; adparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut omnino nullam ſunt relicturi. Liberales, qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt, cauſſa amicorum, aut in filiarum collatione adiuuant, aut opitulantur, vel in re quærenda vel augenda. Ponitur tamẽ interdum ꝓdigus pro liberali. Horatius lib. Carmi. Animæq; magnæ.
Prodigum Paulum ſuperante pœno
Gratus inſigni referam camœna. Antiqui hoſtias ꝓdigas dicebant, quæ conſumebantur. Hinc fiunt aduerbia ꝓdigè, & prodigaliter, profuſe, abundanter. Colu. lib. iiii. Non illa uident ꝓdigaliter in noſtris Ceretanis accidiſſe, ut aliqua uitis apud te excederet vuarum numerum duorum millium.

Prodinunt, veteres pro ꝓdeunt dixere. Ennius,
Prodinunt famuli quum candida lumina lucent.

Prodius, etiam dixerunt pro interius, longius. Cc.

Prodo, prodis, ꝓdidi, porrò, id eſt, lõgè proiicio, defero, excludo, propello. Vergilius,
Nauibus (infandum) amiſſis unius ob iram
Prodimur, atq; Italis longè diſiungitur oris.
Et ꝓdere, deferre, oſtendere, patefacere. Idem,
Prodere voce ſua quenquam aut opponere morti.
Item differre, ꝓtrahere. Terent. in And. Credo impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis ꝓdat dies. Item propagare. Vergilius lib. iiii.
Italiam regeret genus alto à ſanguine Teucri
Proderet. Item tradere. Sallu. Antequam arcem ꝓderent hoſtibus. Hinc proditor, Proditio, & ꝓdimentum, quod vulgò dicitur tradimentum, vel à ꝓdendo conſilia hoſtibus, vel à tradendis vrbibus, arcibus, exercitu. Cic. In eum pœnam qui ꝓdere hoſtibus patriam cogitaret. Item mandare. Idem Appio, Quum tuum ſtudium conſumes in uirorum fortium factis memoriæ prodendis. Item ſcribere. Cic. lib. iii. Offi. Vtile videbatur Vlyſſi, ut quidam Tragici poetæ prodiderunt. Item ex interiore in publicũ locum ꝓcedere. Apul. Tũ tremebundus ꝓdit in forũ. Aliàs pro loco, & ſecundum diuerſos actus. Plinius lib. ii. Diuus Auguſt. læuum ſibi ꝓdidit calceum ꝑpoſtere indutũ quo die ſeditione militari propè adflictus eſt, id eſt, proiecit, ſiue induit, aut ſignificauit.

Prodromus, ꝑcurſor, unde Prodromi dicuntur à Græcis fici præcoces, quaſi præcurſoriæ, & prodromi Aquilones, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt.

Produco, is, in longum duco, quod & de tempore, & de corporeis rebus dicitur. Vergilius,
Abnegat exciſa uitam producere Troia.
Cicero in Catone, Conuiuium uicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem quàm maxime poſſumus uario ſermone producimus. id eſt, ꝓtrahimus. Terent. in And. per trãſlationem dixit: Non'ne tibi eſſe ſatis hoc ſolidum viſum eſt gaudium niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe ꝓduceres? Hinc producta ſyllaba dicitur longa. Columella flagellũ uocat productiſſimum, quod longiſſimũ eſt in uitibus. Et producere, eſt ante, ſeu vltra, foras'ue ducere. Terent. Produxi ac vendidi. Galba Ciceroni, Repentè Antonius in aciem ſuas copias de uico produxit, & ſine mora concurrit. Colu. lib. vii. Poſt eiuſmodi experimenta vacuo ploſtro ſubiungendi, & paulatim longius cum oneribus producendi ſunt. Idem paulò pòſt. Ex domitis bubus valentiſſimũ, eundemq; placidiſſimum cum indomito iungimus qui ꝓcurrentẽ retrahat, & cunctantem producat. Hinc ꝓductores,

dicunt qui virgines abducunt, eaſq́ ad quæſtũ exponunt. Teren. in Eunu. Pretium ſperans illicò ꝓducit & vendit. Vbi Donatus: Proprie venales produci dicunt. Plautus pro proſtituere poſuit: Audiente dicto mater produxiſti filiá. id eſt, ꝓſtituiſti. Hinc ꝓductores. Apud Græcos dicitur προαγωγὴ & προάγειν, unde ὁ προαγωγὸς leno, & προαγωγεία, lenocinor, apud Suetoniũ, Ingenuorum pædagogia accipiuntur pro ſtupro, & proſtitutione. Interdum pro gignere. Idem in Capti. Quid hoc eſt ſcelus, quaſi inorbitantem filios produxerim. Interdum interponere. Terent. in And. Dicam aliquid iam me inuentutum, ut huic malo aliquam producam moram. Interdum proſequi. Vergilius,

Nec te tua funera mater Produxi. Interdum conſummare. Terẽt. in Adelph. Et cyathos ſorbillás paulatim hunc producam diem.

Productile, pen. cor. quod tunſionibus malleorum ꝓductum eſt. Hierony. in Exodo, Duos quoq́ Cherubin aureos & productiles facies.

Prœtus, Abantis regis Argiuorum filius, eiq́ ſucceſſit in regno. Vxorem habuit Antiam, ex qua quatuor filias genuit quæ dicunt prœtides.

Profano, as, id eſt, ex ſacro humanis uſibus promiſcuũ facio. Vnde Profanatũ templum dicitur, quum in eo vel dimicatum eſt, vel aliquid turpe commiſſum.

Profanus, a, um pen. produ. dicitur irreligioſum, non ſanctum, quod ſit porrò à fano, ſed impium, ſceleſtũ, aduerſum omni religioni. Statius,

Fraternas acies alternaq́ bella profanis.

Decertata odiis. Plaut. Sacrum an profanum habeas paruipenditur. Profanum etiam dicitur quod ex religioſo vel ſacro in hominum vſum conuerſum eſt. Vergilius,

Faune precor miſerere, inquit, tuq́ optima ferrum
Terra, tene colui veſtros ſi ſemper honores,
Quos contra Aeneadæ bello fecere profanos.

Et Profani, dicebant ſacris nõ initiati, q fanum intrare non poterãt. Idem, Procul ò procul eſte profani, Conclamat uates. Et per allegoriam, Profanos dicimus imperitos, qui merito ſunt doctis exoſi. Hora. lib. i. Carmi. Odi profanum vulgus. Varro Profanum interpretatur quod eſt ante fanum, coniunctũ fano. Scribitur etiam per ph. Prophanus, vide ſupra in dictione Fanum.

Profari, ante vel late fari, dicere, ꝓnunciare. Hinc fit nomen quartæ inflexionis Profatus, tus, tui. Gelli. Neq́ dictu profatu ipſo terræ aut inſuaues eſſe.

Profecto, aduerbium confirmantis eſt: dictum quaſi pro facto, & ſignificat nimirum. Teren. in And. Profectò ſic eſt. Plerunq́ autem ad reſponſionem adhibetur. Cicero, Quis hæc renunciatiſſa profectò qui interfuit. Quod etiã per certe facimus. Idem, In quo meminimus? Certe in nullo. Sic fit per nimirum, & per nempè.

Profero penult. cor palàm facio, prodo, pronuncio. Terent. in Hecy. Ita me Dii bene ament, haud propterea te rogo, vt hoc proferam. Seneca: Antequàm ſententiam proferam. Aliquando ſignificat protendo, prolato. Plinius, Quum lineam protuliſſet longiſſimam atq́ rectiſſimam. Iuſtin. lib. i. Arbitria principũ pro legibus erant, fines imperii tueri magis quã proferre mos erat. Terent. in Andr. Saltem aliquot dies profer dum proficiſcar aliquò ne uideam.

Profeſtus, a, um. vide in dictione Feſtus.

Proficio, cis, procedo, & perficio ſignificat. A' quo ꝓfectus. Idem eſt enim Proficere, & profectum facere. Seneca, Sic enim & audiendo & legendo indies magis proficimus. Plinius, Nec minorem ſub eo præceptore profectum fecit.

Proficiſcor, eris, profectus, eundi & ueniendi ſignificationem habet. Vergilius,

Hunc lætum Tyriis q́ diem Troiaq́ profectis

Profiteor, late ſeu palàm polliceor. Cicero in Acade. Qui philoſophiam iam profeſſus ſum populo noſtro exhibiturum. Liui. Palam profeſſi nuſquàm inde niſi in patriam veſtigium eſſe moturos. id eſt, uoluntariè, ſiue libere. Vnde profeſſio, confeſſio palã facta. Et Profeſſor, qui publice fatetur, Inde qui liberales artes docent, profeſſores dicuntur, quia artes illas ſe ſcire & poſſe publice tradere fatentur. Nam profiteri uſurpamus pro publice legere. Profiteri uerò apud prætorem, uti de Archia eſt apud Ciceronem, eſt nomina ſiue cenſum profiteri. Vnde illud Euangelii, quòd profitebantur omnes in Iudæa ſub Auguſto, ex hoc fonte venit.

Profligo, as, pe. ꝓd. deiicio, ꝓdigo, depello, deperdo, & ad perniciem deduco. Vnde profligatum exercitum dicimus. id eſt, proſtratum, deiectum, adflictũ, perditũ. Et profligatas res hoc eſt, perditas, & ad perniciem redactas. Hinc profligatiſſimos homines, uocamus perditiſſimos, & in quibus nihil eſt ſalubre, nihil integrũ. Sueto. in Tibe. Ex iuuentute utriuſq́ ordinis profligatiſſimus quiſq́. Quando q́ profligatum accipitur, quaſi pro abſoluto & effecto. Corn. Tacitus profligauerat bellum cum Iudæis Veſpaſianus. id eſt, confecerat, & penè ad exitum deduxerat. Hinc profligata dicuntur quæ propè abſoluta ſunt. Sic dicimus ꝓfligata, & in profligato eſſe ædificia, quæ propè abſoluta ſunt. Cic. lib. v. Tuſc. Atq́ ſi ita eſt profligata iam hæc, & penè ad exitum deducta quæſtio eſt. Adfectum quoq́ dixerunt qui Latinè locuti ſunt, id quod profligatum adpellatur in hac ſignificatione. Cicero in oratione de prouinciis conſularibus. Bellum adfectum videmus, & uere ut dicã penè confectũ. Idẽ in Oeconomico, Quũ uerò iam adfecta æſtate vuas à Sole miteſcere fas eſt.

Profligo, is, pen. ꝓd. xi, ctum, late, ſiue multum certo. Colu. lib. i. Quia flagitioſum quos hoſtis profligendo deſolaſſet agros, nouo more emere Romanum ſupra uires patrimonii poſſidendo.

Proflubeo, bes, bui, ſiue proflubeſco (ſi tamen inueniatur) ſignificat emanõ. Columella libro ſeptimo, Si armos læſerit, aut ſanguinem dimiſerit, medio ferè in utroq́ crure uenæ ſoluantur, & thuris puluere quum dimiſerit, cum eo qui profluunt ſanguine animi linantur.

Profluens, modò participium eſt. Liuius lib. i. Pueros

in profluentem aquam mitti iubet. Modò ſubſtantiuum, & generis maſculini, ponitur'q; pro flumine. Cicero lib.i.ad Heren. Qui parentem necaſſe iudicatus erit, is obuolutus & ligatus corio, deuehatur in profluentem.id eſt, fluminis procurſum.

Profluo,is, deorſum ſiue à longè fluo. Lactant.lib.ii. Fontes quidem ex quibus aqua profluit. Hiero.per tranſlationem profluere quaſi fluendo peruenire dixit.Inde miſericordia omnibus profluxit, & gratia vt laudent.

Profluuium, fluxio:vnde profluuium ſanguinis dicimus.Plinius lib.xxvi. Sanguinis profluuiũ ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum.

Profluus,a,um,quod profluit. Ambroſi. lib.Hexame. De aquarum proflua qualitate.

Profugio,procul fugio, aut quantum poſſum inde fugio.Plaut.in Caſſ Quid nunc agam neſcio,niſi ut improbos ſamulos imiter ac domo profugiam. Cicero in Læl. Hac itaque amentia perterritus in Aſiam profugit.Hinc

Profugium,dicitur quum longè aliquò fugitur, vbi ſe quis tutum putat. Cicero lib.i. Tuſcul.Portum nobis paratum & profugium putemus, quò uelis paſſis puehi liceat.

Profugus,qui longè aliquò fugit, ꝓcul à finibus ſuis vagans,quaſi porrò fugatus, & qui diuerſa petit loca,etiam ſi non fugatus. Sic Horatius Profugos Scythas adpellat,quòd crebro domicilia mutent. Salluſtius, Troiani qui Aenea duce profugis ſedibus incertis uagabantur.

Profundo,is,large fundo,ſupra modum expono:tranſit ab aqua ꝗ profundit̃ ex vaſis. Teren.Profundat, pereat,nihil ad me attinet. Et Profundere, extra fundere,vnde dicimus:Preces & uota profundunt.

Profundum,dictum eſt quod porrò,id eſt, longè habeat fundum. Vnde proprie ſignificat imum:vt profundum mare. Quandoq; ſumitur pro alto. Vergil. Ni faciant maria ac terras cœlumq; profundum. Hinc profunditas.

Profuſus,ſupra modum ſumptuoſus. Salluſtius, Alieni appetens,ſui profuſus.quaſi profuſor.Ponit̃ aliquãdo pro abiecto,& iacente.Plaut.Profuſus ſquallens, ſordidus,ab omnibus derelictis.

Progenerum, dicit auus neptis ſuæ virum. huic correſpondet proſocer,qui & ſocer magnus dicitur.

Progenies, à progignendo eſſe uidetur, quaſi porrò genita.

Progrnariter,audacter, ſtrenuè. Plautus i Age,indica prognariter.

Progne, Pãdionis Athenienſium regis filia fuit, quæ Tereo Thracum regi matrimonio iuncta eſt, ex qua filium Ityn ſuſcepit.

Prognoſis,pen.prod. Nam πρόγνωσις Græcè ꝑſcientia,præuidentia dicitur.

Prognoſticon,rei futuræ ſignum,& per g,ſcribitur. Et à Græco verbo deriuat̃,hoc eſt,ἀπὸ τοῦ προγινώσκω, quod facit in futuro προγνώσομαι, & præſcio, ſiue ꝓcognoſco ſignificat. Vnde Hippocratis Prognoſtica,quibus facile ægrotorum ſalus, mors'ue,à medicis prædici ſolet.

Progredior,deris, ꝓgreſſus.vide in dictione Gradior.

Progymnaſmata,præexercitamenta Latinè dicuntur. Idem ſignificant proagnoſtica.

Prohibeo,ex pro & habeo,ſignificat ueto, procul teneo,auerto. Verg.Prohibe infandos à nauibus ignes. Plautus,Placide egredere, & ſonitum prohibe foriũ & crepitum cardinũ,ne quid hic agitemus. Inhibeo verò retineo,comprimo. Hoc enim differt à prohibeo,quòd prohibere generale ſit, etiam ante rem incœptã,Inhibere re iam incœpta. Illud uetat ne qd facere incipias,hoc ne ꝑgas,ſed potius deſiſtas. Verg. Quod genus hoc hominũ, quæ'ue hunc tã barbara morẽ Permittit patria?hoſpitio prohibemur arenæ. Idem, Parcite iam Rutuli,& tela inhibete Latini. Hinc nautæ inhibere remis dicuntur,quum nauem retro vertere volentes,currẽtis impetum remorum impreſſione retardant. Iuſti.Ita ceſſum inhibete remis, & à bello diſcedite.

Proiecta ædificia, ea dicuntur (vt inquit Labeo) quæ ita prouehuntur,vt nunquam requieſcant. Quid intersit inter proiectum & immiſſum, uide ſupra in dictione Immiſſum.

Proiectus,puer dicitur expoſitus,qui ſi nutriatur dicitur Proiectitius.Cc.

Proiicio,is, penultima cor.quaſi porrò iacio, extendo,porrigo. Vergilius,

Proiectaq; ſaxa pachyni. Idem, Proiecto dum pede læuo Apta ſe pugnæ. Siſenna, Vetus atq; ingens erat arbor ilex, quæ circum proiectis ramis, maiorẽ partem loci ſummi tegebat.Hinc proiectus, us,pro extenſione. Lucretius,

Qualibet immani proiectu corporis extet.

Interdũ proiicere,eſt abiicere. Cicero:Quid ſi e ſi ex vrbe proieceris.Interdum dimittere, derelinquere. Verg. Nõ ego uos poſthac uiridi ꝓiectus in antro Dumoſa pendere procul de rupe uidebo.

Proinde, cum accentu in pen.componit̃ ex pro & inde,ſignificatq; ideo, ideoq; propterea,propter hoc, quapropter. Semper enim dependet ex ſuperiore ſententia. Liui.lib.i. Satis ſciri origini Romanæ & Deos adfuiſſe & non defuturam uirtutem proinde ne grauarentur. Ponitur quandoq; pro aduerbio ſimilitudinis. Terent.in Phorm.Proinde expiſcare quaſi nõ noſſes. Salluſt. At hi contrà, ignauiſſimi homines, ꝑ ſummum ſcelus,omnia eis ſociis adimere, quæ fortiſſimi uiri victores reliquerãt, proinde quaſi uictoria iniuriam facere demum id eſſet imperio vti. Quandoq; pro deinde, ut apud Plau.Proin tu dum tempus etiam atq; etiam cogita.

Prolatus,procul,latus,ablatus,à protollo, id eſt,procul aufero. Nam profero, propono,eſt idem quod promo. Iuuenalis,

Profer Galla caput.

De protollo.Plautus in Capti. Vbi res prolatæ.

Prolectibile,titillatio, incentiuũq; atq; illectamentũ. Sidoni.ad Vectionem, Nemo ita maturæ firmæ eſt, vt prolectibilibus careat occulus.

Prolepſis, dici poteſt ꝑceptio,ex πρὸ ante,& λῆψις,

ſumptio, ſiue acceptio, ſiue ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν, hoc eſt, à præſumendo. Fit autem quum id quod in aduerſam aut iudicis opinióe eſſe, aut fore arbitramur, contrarium nobis præoccupamus, dicere & ratione diſſoluere.

Proles, progenies. Colu. lib. viii. de caprino pecore. Parit autem ſi eſt generoſa proles, frequéter duos, nonnunquam trigeminos.

Proletarii, à pro dicti ſunt. Gellius lib. xv. Qui in plebe Romana tenuiſſimi, pauperrimiq́; erant, nec amplius quàm mille & quingentum æris incenſum deferebant, proletarii adpellati ſunt. Qui verò nullo aut perquàm paruo ære cenſebantur, capite cenſi uocabantur. Proletariorum tamé ordo honeſtior aliquátò & re, & nomine quàm capite cenſorum fuit. Nam & aſperis reipub. temporibus, cum iuuentutis inopie eſſet, in militiam tumultuariá legebantur, armaq́; iis ſumptu publico præbebantur, & non capitis cenſione, ſed proſperiore vocabulo à numero officioq́; prolis edendæ adpellati ſunt: quòd cum re familiari parua minus poſſent rempub. iuuare, ſobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent.

Proletarius ſermo, Plaut. in Mil. Quin tu orationem hinc veterem atq; antiquá amoues? nam proletario ſermone nunc quidem hoſpes vtere.

Prolixitas, longitudo, quæ & prolixitudo à veteribus dicta eſt. Pacuui. Oro in me ne flectas ſandi prolixitudinem.

Prolixo, as, uide in dictione Lixo.

Prolixum, quaſi porò laxum, qđ lõgum latumq́; eſt. Terẽt. in Eunu. Accipit nemo melius neq; prolixius. id eſt, largius. Aliquàdo dicitur ſuperfluum, unde ꝓlixam orationem dicimus.

Prologium principium, quaſi proloquium, à Græco λόγος. Plautus, Examinauit me prologio ſuo.

Prologus, proloquium ſiue præfatio, proponit enim narranda.

Proloquor, pe. cor. prologo vtor, vel muleſi, ſiue vltra loquor in longum. Plaut. in Epid. Nam quid ego apud te parem proloqui? Ego illam hodie uolo facere libertam meam. Quandoq; proloqui, eſtante ſiue ſimpliciter loqui. Auguſti. lib. i. Conſ. Non'ne tibi prolocutus ſum, aduerſum me delicta mea. Quandoq; eſt ſummam rei breuiter eloqui. Varro autem ſic habet, Proloqui eſt quum quod in animo habemus loquendo efferimus. Terent. Cenſen' me ullum potuiſſe uerbum proloqui. id eſt, proferre. Aliquando proloqui eſt ſentẽtiam ferre. A' quo proloquiũ, ſententia in qua nihil deſyderatur, quod etiam pro exordio ponitur.

Proludo, dis, penult. prod. Proludere ſignificat quod Græci dicunt προοιμιάζειν. Quint. Cytharœdi pauca illa quæ ante legitimum certamen inchoant, emerendi fauoris gratia canunt, proœmium vocauerũt. Pli. lib. xxxvii. Quando Pompeiano proludit.

Prolugeo, ſolito diutius lugeo. Feſtus, Prolugere dicuntur, qui ſolito diutius lugent.

Proluo, luis, ex pro & lauo, quod è prima in tertiã trãſit coniugationem, ſicut abluo, ſignificat multum, ſiue multo tempore lauo. Perſius, Nec fonte labra prolui Caballino. Non enim omnino negat, ſed negat multũ labra lauiſſe, et hoc humilitatis cauſſa. Auguſt. lib. iiii. Ciui. Dei, Abruptas etiá imbribus prolutas eſſe regiones. Aliquando Proluere, eſt ſupeꝛfluere. Colum. lib. ii. Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisq́; radicibus germina non patitur coaleſcere.

Proluuies, immunditia cuiuſcumq; rei ſordidæ. Verg. Fœdiſſima ventris Proluuies,

Proluuium, idem quod proluuies. Per tranſlationem dicit̃ profuſo, & prodigalitas, quaſi quis more aquæ opes profundit. Terent. in Adel. Quæ res tam repente mores mutauit tuos? quod proluuium? quæ iſta ſubita eſt largitas?

Promercalia, mercimonia ſunt venditioni expoſita. Colu. lib. vii. Pecuniam domini neque in aliis rebus promercalibus occupet. Quidam aiunt Promercalia proprie dici merces quæ primò minoris emuntur, ut poſtea pluris diſtrahantur, quarum rerũ negociatores Græco vocabulo propolæ nuncupantur. Sueto. in Cæſ. aurum Promercale uocat id, quod Cæſar vendidit, ſuperans ſibi reſeruata tanta auri copia, quanta ſuo uſui ſatis eſſet. Promercales ueſtes, quæ ſuperuacant patriſfamilias. Colum. lib. vii. Pecuniam domini neq; in aliis rebus promercalibus occupet. Ibi uidentur accipi Promercalia, pro mercimoniis ſuæ diſtioni expoſitis.

Promereor, bene ago, beneficium præſto. Verg. li. iiii. Nunquam regina negabo. Promeritam. Terent. Ita me uelim ames promerẽtem, pater. id eſt, bene agentem. Inde ſocii promerentur, quando beneficiis alliciuntur & beneuolè artificio cõciliant̃. Plaut. tamen in Amphitr. in malam partem ſumpſit. Quid mali ſum here tanta ex te promeritus?

Prometheus, pen. prod. nomẽ, uiri proprium, ἀπὸ τῆς προμηθείας, id eſt à prouidentia, fuit enim prudentiſſimus. Hic primus aſtrologiá Aſſyriis iudicauit, quá reſidens in monte Caucaſo, nimia cura deprehenderat. Hic propter nimiá ingenii excellentiam, homines finxiſſe exiſtimatur, quia (vt inquit Lactant.) ſimulachrum hominum primus de molli luto formauit, ab eoq́; nata plaſtice eſt. Hic fuit pater Deucalionis, & filius Iapeti, qui fuit unus ex Titantibus. A' Prometheus fit patronymicum Promethides, penultima producta.

Promineo, nes, penultima correpta, ex pro & maneo, quaſi ante, vel extra in lõgum maneo, vnde Promontorium. Plinius, Simiæ dentes ut homini, elephanto intus ad mandendum quatuor, præterquam eos qui prominent.

Promiſceo, vide Miſceo, vnde promiſcuus, a, um. Vnde Grammatici promiſcuũ genus epicœnon, & quaſi incertum, ſiue cõfuſum uocant. A' quo ꝓmiſcue, aduerbium mixte cõfuſe, incerte, pro quo ueteres etiam promiſcam dixerunt. Cc.

Promitto, is, polliceor. Cicero, Iam enim totũ quod tibi promiſeram, præſtitiſti. Quandoque promittere, eſt producere & quaſi in magnitudinem mittere, ſiue

porrò. id eſt, longè mittere. Plaut. in Ru. Capillum ꝓmittam optimū eſt, incipiamq́; hariolari. Vergil. Promiſſaq́; barba. Quandoq́; minari. Idem, Promiſi vltorem & verbis odia aſpera moui.

Huius cōpoſita ſunt Adpromitto, quod eſt pro altero ꝓmitto. Compromitto, quod ſignificat litem ad boni viri arbitrium mitto. A quo Compromiſſum, ipſa facultas arbitro data. Tractum ab eo, quòd vterq́; litigans ſimul ꝓmittit ſe arbitri ſententiæ pariturum. Repromitto, firmiter, ſeu etiam ꝓmitto. Hieronymus ad Dama. Hos verſus eſſe aſſumptos, quòd ille qui repromittebatur de genere Dauid venerit ſaluaturus Iſrael.

Promnion, gemma, quæ & Morion, nigro colore trāſlucens.

Promo, mis, pſi, ptum, ꝓfero, eloquor, expono. Plaut. in Ciſt. Accipias claues ſi quid tibi opus erit, in prōptu ꝓmito. id eſt, extra capito. Verg. Lætiq́; cauo ſe robore ꝓmit. Terſandrus, Stelenusq́; duces. id eſt, educunt. Lactantius libro quinto. Longum eſt vniuerſas virtutis ſpecies promere, vt de ſingulis doceā. Huius compoſita ſunt Depromo, quod eſt extraho, extra do, declaro. Vergilius lib. xi.

Et vltricem pharetra depromc ſagittam.

Plautus in Amphi. Quid faciam nunc, ſi tres viri me in carcerem compegerint, inde cras è prōptaria cella depromar ad flagrum? Lactantius lib. iiii. idem in opere valde ſerio in quo præcepta vitæ deprompta ex philoſophia Ciceroni filio dabat, id eſt excerpta. Hierony. Propter ſimpliciores quaſq́; id me depromere compellitis. id eſt, deſcribere. Expromo, perfecte promo. Terentius in Heau. Nemo eſt meorum amicorū hodie, apud quem expromere omnia mea occulta audeam.

Promontoriū, quaſi ꝓminens mons. ſignificat enim mōtem in mari ꝓminentē. Plin. lib. xxxvi. Promōtoria apiunt̃ mari & rerū natura agitur in planum.

Promptarium, locus in quo res ad vſum neceſſariæ ita repoſitæ ſunt, vt ſtatim promi ac proferri poſſint. Ambroſi. libr. Hexa. Quid eſt igitur os homini, niſi quoddam ſermonis hauſtum, fons diſputationis, aula verborum, promptarium voluntatis. Symmachus in Epiſt. Promptarium vocat ingenium, tanquam repoſitorium doctrinarū, ait enim: Vt mihi falſis laudibus blandiaris quum ais aliquid ex noſtro deſyderare promptario.

Promptarius, a, um, ex quo aliquid depromitur. Plautus in Amphitry. Inde cras è promptaria cella depromar ad flagrum. Nam ibi promptariam cellam pro carcere poſuit, quia è carcere ad ſuppliciū promuntur noxii.

Promptitudo (vt ait Speuſippus) eſt patiens expeditio ꝓpoſiti ad res agendas.

Promptulus, diminu. Hiero. in prolo. Dani. Quidam è noſtris ſatis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxit in medium.

Promptus, dicitur, qui iam paratus eſt ad agendum, & in quo nulla mora eſt, quaſi iam productus. Salluſt. Natura ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonū in celeritate putabat. Sic dicimus: Promptus ingenio, qui ingenium ad omnia paratum habet. Per tranſlationem Promptus ponitur pro manifeſto, & aperto, quum res à ſecretiore loco educit̃, vt parata nobis & ad manus ſit, vnde dicimus: Res eſt in promptu, quaſi manifeſta. Cice. lib. ii. Officio. Quæ quāquam ita ſint in promptu, vt res diſputatione nō egeat. Salluſt. Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua prōptum habere.

Promulco nauis agi, dicit̃ quum ſcapha ducit̃ fune: à ꝓmulcendo. Nam nō neceſſitatis tantum cauſſa fit, ſed vt nauis quietius agatur.

Promulgo, as, publico, palàm pronuncio, quaſi prouulgo. Feſtus: Leges ꝓmulgari dicuntur, quum primum in vulgus eduntur. Columella libro primo. Licinius dānatus eſt, qui agri modum quem in magiſtratu rogatione tribunitia promulgauerat immodica poſſidendi libidine tranſcendiſſet. Vnde verbalia, Promulgatrix, Promulgatio. id eſt, diuulgator, diuulgatrix, diuulgatio.

Promulſis, idis, potio ex mulſo cōdita. Cicero Papy. Habuiſſes nō hoſpitem, ſed cōtubernalem. At quem virum! nō eum quem tu es ſolitus ꝓmulſide conficere. Hinc Promulſidaria uaſa dicebitur, quibus mulſum cōtinetur. Scribit Pomponius Iuriſcō. legatis uaſis ſcutellas & ꝓmulſidaria contineri.

Promurale, dicit̃ quum extra muros, qui ambiunt ciuitatē, alius ducit̃ murus, & eſt murus ante murū, qui & antemurale uocat̃. Dicit̃ etiā locus ꝓmuralis, qui eſt ante murū. Hiero. quum autem venerit ad ꝓmuralem locum, id eſt, ad futuri ſeculi ſtatum: ibi ad eū dicit, oſtende mihi faciem tuam.

Promus, & Condus, apud ueteres pro cellario ſumebantur, quòd inde promant, & ibi cōdant. Plautus in Aſin. Ego ſum ꝓmus, cōdus, ꝓcurator peni. Promus, qui præeſt cibariis ꝓmendis, qui victum familiæ ꝓmit. Condus, qui recondit in cellam pecuniariam ipſa penora. Nam in potētiorū domibus alius eſt promus, alius condus, alius alii miniſterio adſignatus. Apul. in Apo. Promum librorum adpellant illum, qui libris promendis præeſt.

Pronepos, & proneptis, nepotis & neptis filius & filia.

Pronomen, ideo dicitur, quia uice nominis fungitur. Nam ſicut dicēdo nomen, explicauimus perſonam: ſic pronomen tacito nomine: ut quum dicimus, hic legit, ille ſcribit.

Pronuba, dicit̃ quæ nuptiis præeſt celebrandis, & ea ex parte uxoris, ſicut auſpex ex parte viri. Inde Iuno Pronuba dicebatur, quia nuptiis præeſſet. Cc. Pronubæ (inquit Dona.) quæ nubentes domum mariti deducunt ac comitantur.

Pronubo, nuptiis præſum. uide Nubo.

Pronurus, pen. ꝓdu. nepotis uxor dicitur.

Pronus, proprie dicitur in anteriorem partem flexus. Ouidius lib. i. Metamorpho.

Pronaq́; quum ſpectent animalia cætera terram.
Os homini ſublime dedit.

Per tranſlationē uerò, quis dr̃ Pronus. id eſt, inclinatus ad uirtutes uel ad vitia.

vitia. Item Pronus dicitur, qui eſt contrarius ſupino. Plinius lib. xxviii. Supini cubitus oculis cõducunt. At proni tuſſibus. Item ponitur pro vicino: ſicut altus pro longè poſito. Vergilius, Ventis vocatis Prona petit maria. id eſt, littori vicina. Dicit & Pronis in tertia declinatione, vt apud Teren. in Phorm. Alia trabs pronis in humum accedens proxime frã git ramos cadentes.

Prooemium, Latinè initium, vel exordium, ſiue præfatio dicit. Dictum Prooemium, quòd οἴμη cantus dicitur. Componiturq́; ex πρό, id eſt, ante & οἴμη, cantus: quaſi ante cantum: & ſic ſine h, ſcribitur. Nam ſicut citharœdi pauca illa, quæ ante q̃ legitimum carmen inchoent, emerendi fauoris gratia canũt, Prooemium cognominauere: ſic oratores ea quæ priuſquam cauſſam exordiant, ad conciliandos iudicum animos præloquuntur, eadem adpellatione ſignarunt. Sunt tamen qui Prohœmium adpellatum velint, quod Græci οἶμον viam nominant, quòd phœmium ante rei ingreſſum ponat. Ideo q́; cum h, ſcribendum putant. A' prooemium fit prooemior, aris, quod eſt exordior.

Propago, ginis, & propages, gis, penul. ꝓdu. vitis vetula & ſuppreſſa, vt ex vna plures fiãt, dicta quòd porrò pangat. id eſt, longè figatur. Vergilius, Flexos ꝓpaginis arcus. Vbi prima ꝓducit. Aliquádo ſignificat genus, & ſic prima corripit. Idem, Si Romana potens Itala virtute ꝓpago.

Propago, as, penul. ꝓdu. vitem vetulam ſupprimo, & ꝑ tranſlationem ponit pro extendo, dilato.

Propalam, penultima cor. id eſt, clarè, apertè, & in ꝓpatulo. Cice. lib. i. de Orato. Non explicata veſte, neq; ꝓpoſito argento, neq; tabulis & ſignis ꝓpalàm collatis.

Propalo, as, pen. cor manifeſto, in longum creſco. Columel. lib. iii. Déinde ex eo ſulco, quaſi ramos foſſarum facies, ꝑ quos vt quæq; virga poſtulauerit ꝓpaletur, atq; ita terra adoperies.

Propatruus, dicitur maximus patruus, frater proaui. Cornucopiæ.

Propatulũ, late patens atq; apertum: quaſi porrò patulum. Salluſt. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in ꝓpatulo habere, id eſt, in publico.

Propè, graui accentu ꝓnunciata penulti. præpoſitio eſt, & ſignificat iuxta. Curtius, Quum propè id oppidum copiæ conſtitiſſent. Interdum ſignificat ex ꝓpinquo. Martialis libro primo. Hic vbi ſydereus propè, &c. Propé verò vltima acuta ponit pro aduerbio ferè ſeu quaſi. Plinius, Et in foribus templi ꝓpè collapſus expauet. Terentius in And. Propè adeſt quum alieno more videndum eſt mihi. Comparatiuum Propior, Propinquior. Superlatiuum Proximus, Propinquiſſimus, ac nobis adhærens. Veteres tamen non ſolum propinquum & nobis hærentem Proximum dicebant, verſietiam longè remotum (ſi tamẽ inter duo diſcreta nihil medium extitiſſet.) Vergilius, Proximus huic longo ſed ꝓximus interuallo. Aliquando ponit pro maxime ꝓpitio. Teren. Grãdiuum teſtor qui Deus eſt nobis omnium ꝓximus. Martialis, Nec ꝓpior quàm Phœbus amet. Interdum non habet vim ſuplatiui. & ꝓpinquum ſignificat, quapropter cõparatiuum facit proximior, quod ꝓpinquiorem ſignificat: & ab eo fit proximitas, & proxime aduerbium. Vegetius, Proximior & dextra ſit, quæ plagam poſſit inferre. Vlpi. lib. xxx. ad Edictum, Si quis ꝓximior naſceretur. Aliquãdo proximus in ſacris literis intelligit omnis homo: quia (vt inquit Auguſti.) Nemo eſt cum quo ſit malum. Et proximus eſt qui tecum natus eſt ex Adam & Eua. Omnes proximi ſumus conditione terrenæ natiuitatis. Sciendum quòd propius & proximus & proxime, præter comparatiuorum, ſuperlatiuorumq́; naturam, conſtruunt cum accuſatiuo. Cice. Proximus Pompeium ſedebam. Propius vrbem mouent. Salluſtius, Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt. Cõpoſitum à Propè eſt Depropè, quod ſignificat ex propinquo.

Propediem, aduerbium temporis, quaſi ꝓpè eſt dies quãdo hoc fiet. id eſt, cito. Teren. Et illum tibi ſaluũ adfuturum eſſe hic confido propédiem.

Propello, is, ꝓpuli, ꝓpulſum. vide in dictione Pello.

Propemodum, id eſt, penè. quaſi ꝓpè menſuram.

Propendo, is, ſignificat ſurſum pendere, quum quid in ſtatera ponderat: ſicut Dependere, deorſum pendere. Plautus in Aſina. Vbi manus manicæ complexæ ſunt atq; adductæ ad trabem, nec dependis nec ꝓpendis. Ambro. tamen Propendo pro dependo poſuit, quum ꝑ tranſlationem dixit: Atrociorem ſcelerum reatum vitia reliqua ſequuntur, quoniam quò flagitioſa propenderint, eò inclinant cætera. Item Propendere, eſt diu ſiue multũ aut à longè examinare. Quintil. Dabam his ociũ refrigerato inuentionis amore diligẽtius repetitos tanquam ꝓpendere.

Propenſus, vehementer inclinatus. Cicero libro primo Officio. Quinetiam ſi quis eſt paulò ad voluptatem propenſior. Et Propenſus, quaſi vltra tenſus. Perſius, Quum tibi calue Pinguis aqualiculus ꝓpenſo ſeſquipede extet. Cornu. Quum tu ò Calue ſenator abũdãtia ciborũ pinguis ſis, & ventrem habeas vltra ſex pedes extenſum. Inde ꝓpenſa munera, id eſt, multa ac magna.

Propenticon, Latinè comitatiuum. à προπέμπω, comitor, præmitto. Vnde eſt titulus apud Sidoniũ, Propenticon ad libellum.

Properatim, Cæcilius, Properatim in tenebris iſtuc cõfectum eſt opus.

Properanter, fit à ꝓperans. Accius: Remiſq́; nixi, ꝓperanter nauim in fugam tradunt.

Propere, celeriter, aduerbium. Salluſt. Tum propere conſul ducit exercitum.

Properiter, Catul. Animula miſerrima ꝓperiter abit.

Propero, as, pen. cor. à ꝓpè fit, & ſignificat feſtino, celeriter eo. Nam qui in aliquem ꝓperat, id agit, vt illi propinquior ſit. Salluſti. Qua illi diſceſſus erat in Galliã ꝓperanti. id eſt, celeriter eunti. Et ille dicitur Properare, q feſtinanter aliqd agit, uel dicit. Verg. Multa forent quæ mox cœlo properanda ſereno.

Lactan.lib.vi. Et quum viuere ſe putant ad mortem concitatiſſimè properant. Nonius: Feſtinare & Properare veteres diuiſerũt. Cato: Qui vnum qd mature tranſigit ꝓperat. Qui multa ſimul incipit, nec perficit, feſtinat. Verũ vtraq; verborũ ratio ſub hac ſignificantia ꝓxima eſt veritati, vt ſit ſæpe animi ꝓperare ſtudioſe ad res aliquas contendentis: Feſtinare corporis neceſſitati obſequentis. Verg.lib.iiii.

Et mediis ꝓperas Aquilonibus ire per altũ. Et lib.ii.

Feſtinate viri, nam quæ tam ſera moraſ Segnities?

Huius compoſita ſunt Adpropero, quod eſt iuxta propero. Cice.pro Milone, Quum hic inſidiator qui iter illud ad cædem faciendam adproperaſſet. Depropero, valde ſeu celeriter propero, properanter facio. Horatius lib.ii.Carmi. Quis vdo Deproperare apio coronas Curatue myrto.

Impropero, intro ꝓpero. Plinius lib.xxxvi. Intus labyrinthum inextricabilem, quo ſi, quis improperet ſine glomere lini, exitum inuenire nequeat. Aliquando Improperare, eſt crimen vel aliquid aliud obiicere. Inde Improperium. A' propero fit properatio, properantia, properitas.

Properus, a, um, pen.cor. idem quod celer. Plau. Properam video ancillam venientem. Hinc fit propior, properrimus, & compoſitum præproperus.

Propetro, as, penultima correpta. vide in dictione Patro, as.

Prophaſis, penulti. correpta, dici poteſt Latinè prætextus, excuſatio.

Propheta, æ, & prophetes, is, maſculi.gene. prophetis, idis, vel idos, & prophetiſſa, æ, in fœminino, à πρόφημι, quod eſt prædico. Hiero.in lib. Iudi. Erat autẽ Delbora ꝓphetes uxor Laphidoth, quæ iudicabat populum. Et in Euangelio: Erat Anna ꝓphetiſſa filia Phanuel. Eſt autem ꝓpheta, qui futura prænunciat, ab eo primum intellecta. Aliàs vero non poſſet dici prophetia. Veteres (vt inquit Feſtus) antiſtites phanorum, oraculorumq; interpretes, prophetas dicebant.

Prophetia, eſt inſpiratio vel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili veritate denuncians. Vnde prophetia, viſio. Propheta, videns dicitur.

Propheto, tas, prædico. Licet quandoq; prophetare ſit laudes Deo canere, vt in lib. Numerorũ, Quumq; requieuiſſet in eis ſpiritus, prophetauerunt, nec vltra ceſſauerunt.

Propilare, acuere eſt, & propilatum acuminatum, & quaſi ad pilæ formam factum Ce.

Propina, pen.ꝓdu. dici poteſt ante famẽ: ex pro antè, πεῖνα, fames. Et (vt nõnulli dicunt) locus erat iuxta thermas & balnea publica, vbi poſt lauacrũ à fame & ſiti reficiebanſ. Vnde & alii ex Latina ꝓpoſitione pro, & Græca dictione cõpoſitum potius voluẽt, ita vt indicet id quod datur pro eſurie.

Propino, as, pen.ꝓdu. ex pro πρό, ante & bibo. Vel à πίνω προπίνω, quod ſignificat poſt potum tradere. Proprie ſignificat poculum, vt quis bibat, prægustare ac porrigere. Plaut.in Cur. Propino magnũ poculum, ille bibit. Quæ conſuetudo inde initium habuit, quòd Græci ſolemni die, quẽ philotheſiam vocant, miſcere aureis atq; argenteis poculis vina ſolebant: quæ è manu geſtantium ſumentes ori parumper admouebant, deinde alteri cui vellent offerebãt. Hoc verò Propinare, quod eſt præbibere dicebatur. Hinc factum eſt vt Propinare, ſit cibum potumq; extraordinarium voluptatis gratia cum amicis aſſumere. Interdum eſt ſimpliciter porrigere. Teren.in Eun. Hunc vobis comedendum & bibendum & deridendum ꝓpino. Spartian. Vuluam inciderit, venenatam partem fratri edendam propinans, & ſibi innoxiam reſeruans. Plini.lib.xx. Quidam ad vuluæ dolorem radicem cum vino dulci propinant.

Propinquus, à propè deducitſ. Et modò ſignificat eũ qui propè eſt, modo affinem. vnde propinquitas, affinitas. Propinquo, as, ꝓpinquus fio. Vergilius,

Fuge iſtate propinquant. A' quo fit Adpropinquo.

Propitiabile, quod eſt ad propitiandum aptũ. Vnde propitiabilis hoſtia. Item propitiabile, quod facile flectitur: vt, propitiabile numen.

Propitiatorium, locus in quo placari ſolet Deus: licet & pro tabula quadam poni videatur in Exodo poſita ſuper arcam: vnde ſcribitur: Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo.

Propitio, as, ſiue propitior, aris, propitium reddo, placo. Hinc Repropitior, quod eſt rurſus propitiũ reddo. Hiero.lib.ii.Reg. Et propitiatus eſt Deus terræ. Propitiatio, ſacrificium.

Propitius, a, um, quod eſt placidum, fauensq;, à propè & ito, itas, vt quidam aiunt, Nam qui nobis fauent ꝓpè nos ire conſueuerunt. Vel dr Propitius, prorſus pius, aut porrò, id eſt, valde pius.

Proplaſtice, dr ars ipſa faciendi typos, hoc eſt, formas, quibus formandis, figulinis opibus vtunſ. Ce.

Prognigeon, locus in balneis, in quo ignis incluſus exæſtuat. Pnigos Latinè æſtus & ſuffocatio. Pnigo, ſuffoco.

Propolæ, pen ꝓd. negociatores, qui merces præemũt minoris, vt poſtea pluris vendãt, πρὸ enim ante πωλέω, vendo. Lamprid.in Cõmodo, Imitatus ꝓpolas circũforaneos equos Curules ſibi cõparauit. Cicero contra Piſo. Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à ꝓpola, atq; de cuppa.

Propolis, penul.cor. quaſi ſuburbanũ. Et id dr, quod apes ante aluũ faciũt. Var. Propolim vocant quod apes faciunt ad foramen introitus porrectum in alueum, maxime æſtate fauorũ ſtabilimẽtum, quo oẽs frigoris aut iniuriæ aditus obſtruuntur.

Propono, nis, ſtatuo, delibero. Seneca, Id in primis animo ꝓponendum, vt recte viuamus. Aliquando proponere, ſignificat ꝓmittendo ponere, & oſtendere, vt, Propono ludum, Propono præmium. Cicero, Quis eſt qui ꝓpoſito tanto præmio, non excitetur? Aliquãdo eſt extra ponere, ſiue palàm oſtẽdere. Pli. lib.xxxv. Idem, Perfecta opera proponebat, in pergula tranſeuntibus. Saluſt. Poſtulauere plerique vt proponeret, quæ conditio belli foret, quæ præmia armis peterent. Aliquando anteponere, docere. Lactan.lib.iiii. Pœnitentia n nobis in illa circũciſione

Propoſuit: Aliquando procul ponere.

Propontis,tidis,equor patens atq; diffuſum. Hæc anguſtiis Boſphori Traci cum Euxino ponto coniungitur. Nam Geographi primas anguſtias maris ſe eo arctantis Helleſpontū uocāt. Inde expatiat æquor, quæ laxitas Propontis adpellatur. Vbi iterum in arctū coit & ſtringit, illæ anguſtiæ Boſphorus Thracius nuncupatur. Vbi iterum effunditur, Pontus Euxinus,qui curuatur in figuram Scythici arcus committitur oſtio Mæotidis paludis,idq; oſtium Cimerius Boſphorus uocatur. A' propontis fit proponſiacus,a,um. Ouidius lib.i.Faſt.

Hincq; propontiacis hærentem cyzicon oris.

Proportio,vide in dictione portio.

Propoſitio,quæſtio habens aliquid quod diſputatione ſoluendum ſit: & à Græcis problema dr. Dialectici definiunt propoſitionem, quòd ſit oratio uerum vel falſum ſignificans.Cicero libro.ii ad Heren. Propoſitio dicitur per quam oſtendimus ſummatim quid ſit,quod ꝓbare volumus.

Propoſitum,dicitur quod mente ſtatutum eſt,& intētio hominis,Plin. Hoc el propoſitum erat : vel ſuperare vel cedere.

Proprætor,dicebatur qui extraordinariam præturam gerebat.

Proprium,à propè fit,& dicitur quod peculiare eſt vniuſcuiuſq;.hoc enim maxime ꝓpè eſt, quod proprium eſt. Vergilius,

Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem.

Hinc proprietas & propriè,quod eſt peculiariter. Aliquando dicitur diuturnum. Siſen. At qui metu & ſuſpitione propriam habere quietem non poterat. Plau. Atq; illum amatorem ubi ꝓprium futurum in vita.id eſt,ꝑpetuum.Hinc proprietarius.

Propter, ſignificat alicuius cauſſa. Et accipitur loco cauſalis coniunctionis:vt,Propter niuem frigeſcunt homines. Vergilius,

Te propter Libyæ gentes Numidumq; tyranni Odere. Id eſt,tui cauſſa. Aliquando aduerbium eſt, & ſignificat propè. Terentius in Adelph. Nimium iſthoc abiſti,propter hunc adſiſte. Aliquando ſignificat apud,ſiue in. Ouidius,

Propter humum volitat ponitq; in ſepibus oua.

Et Lucret. Tum portam propter ahena.

Signa manus dextras oſtendunt attenuari.

Propterea, ſignificat ob eam cauſam : ſicut Quapropter,propter quam cauſſam.

Propudium,dicebant quum maledicto nudari turpitudinem nolebāt:quaſi porrò pudendū. Vel à quo pudor & pudicitia ꝓcul ſint. Propudia virorū apud Plinium,intelligitur immodica aut certe obſcœna venus,& probroſa mollities. Plautus, Meretriculam ꝓpudium vocat. Hinc dicuntur Propudioſi dicta, quòd pudicitia ſit ꝓcul à pudore. Sidonius, Igitur hic proxime abrupto contubernio ancillæ ꝓpudioſiſſimæ,cui ſe totum conſuetudine obſcœna addixerat.id eſt,impudiciſſimæ.

Propugnaculum, eſt munitio, vel quaſi locus munitus, vnde vehementer certari poſſit, & defendi procul. Vergilius libro quarto.

Aut propugnacula bello Tuta parant.

Propugno,as,vehementer, & de longè pugno. Vnde propugnator. Liuius lib. iiii. Quid à uobis ſperet, an honores quod aduerſariis noſtris potius q; reipubli. ꝓpugnatoribus datis.

Propulſo,as,frequentatiuum à propello, ſignificat de longè pulſo,ſeu ꝓcul fugo. Liuius libro primo. Tamen quum mœnibus bellum ꝓpulſare poſſet, in aciem copias eduxit. Columella libr. vii. Eximendi ſunt autem quamuis peſtiferi morbi,& exquiſitis remediis ꝓpulſandi.

Propylæum,Latinè veſtibulum, vel porticus quæ eſt ante domum. Cicero libro ſecundo Officio. Phalereus Demetrius,qui Periclem principem Græciæ vituperabat,vt tantam pecuniam in præclara illa propylea profuderit.Plinius,Protogenes quum Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propylæū pingeret,adiecit paruulas naues longas in his quæ pictores parerga adpellant.

Proquæſtor,qui quæſturam extraordinariam gerit.

Prorepo,is,pen. ꝓdu. vide in dictione Repo.

Prorera,penulti. ꝓdu. dicit qui cuſtos eſt & gubernator in nauis prora.

Proripio,ripis,penultima correpta,quò ad effectum ſignificat procurro,ſiue profugio. Sed quando accuſatiuo,ꝑcurrentis,aut ꝓfugientis conſtruitur, ſignificat ſubito deduco , vel ſubito traho. Liuius de ſecundo bello Puni. E manibus ſacrificantium quum ſeſe proripuiſſet. Salluſtius,Deínde domum ſe ex curia proripuit.

Prorito,as,pe. ꝓdu.ſignificat ꝓuoco. Columella, Vt Peluſiaci proritet pocula zythi.

Prorogo,as,pen.cor.vide in dictione Rogo.

Prorſus,& proſum,dicimus quaſi porrò uerſus,ſignificat omnino.Nonius,Prorſus & ab radicibus euulſa eſt arbor.Interdum ponit pro non rectè,& uerè. Terent.in Adel.Eo pacto ꝓrſus illic alligauerit filium.Quando uerò nomē eſt,ſignificat rectum.Vñ Prorſi limites dicunt, in agrorum menſuris, qui ad Orientem directi ſunt.

Prorumpo,is,vltrò,ſiue valde rumpo. Cæſar lib. iiii. Celeriter ad eas munitiones puenerunt, atque prorupti hic prius in hoſtiū caſtris conſtiterunt,quàm planè ab his videri,aut quid rei gereretur cognoſci poſſet. Vergilius lib.i.Georgico.

Rurſus in obliquum verſo prorumpit ab atro.

Quando q; Prorumpere,eſt vltra emittere,euomere. vnde Proruptum,effuſum,fluens q;. Idem,

Vnde p ora nouem vaſto cum murmure montis,

In mare ꝓruptum. Et libro tertio.

Interdumq; atram ꝓrumpit ad æthera nubem.

Quod Seruius exponit pro euomit,aſſerens nouam hāc eſſe locutionē. Nō enim dicimus:Ego ꝓrumpo hāc rē. Hoc modo vſus eſt Terētius in Eun. Iam me erumpere licet hoc mihi gaudiū. Q ñq; eſt irrumpere, quod eſt quadam vi ꝑgredi proſiliri'ue.

Proruo,is,ruere ſacio,proiicio. Liuius, Mare fluminibus inuexit, montes lapſu ingenti proruit. Idem

lib.ix. Excitati, arma capiunt, dolabræ calonibus diuiduntur ad valli proruendum, foſſasq; implendas.

Proſa, vnde & proſella diminutiuum. Plinius libro xxx.iii. Sed proſellis bini, terniq; ſic erant. Et proſa dicitur oratio ſoluta, quaſi profuſa. Item proſa Dea, cui ara deprecandi gratia periculi ab ægro partu conſtituta eſt.

Proſapia, generis longitudo, ſiue progenies antiqua, à proſupãdo. id eſt, iaciendo & diſſiciendo, quaſi porrò ſparſis, & quaſi iactis liberis. Aliqui à proſupeto, quòd proſuperent. hoc eſt, ſuperſint & ſuperabũdent liberi.

Proſapodoſis, pe. cor. προσαπόδοσις, Latine adſignatio & redditio dicitur.

Proſcenia, ſunt pulpita ante ſcenam, in quibus ſcenici hiſtrioniam agebant. Vergil lib. ii. Georg.
Et veteres ineunt proſcenia ludi.

Proſcindo, dis, valde, vel vltra, ſeu ſubtus ſcindo. Vnde dicimus, terram proſcindi, quum primum aratur (inquit Varro) quũ iterum, offringere dicunt, quòd prima aratione glebæ grandes ſolent excitari. Quũ iteratur, offringere vocant. Tertio cum arant iacto ſemine boues, lirare dicuntur. id eſt, cum tabellis ad uomerem ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis, & ſulcãt in foſſas, quò pluuialis aqua dilabatur. Per tranſlationem Proſcindere, eſt infamare, contumeliis laceſſere, lacerare. Suetonius de Auguſto, Hunc fœdiſſimo conuitio coràm proſciderunt. Plinius, Hic eſt Mamurra Catulli Veronenſis, carminibus proſciſſus.

Proſcribo, aliquid per ſcripturam venale propono & publico. Vnde proſcriptum, venale expoſitum, quia quæ erant uendenda publice ſcribebantur. Nã Proſcribi domus dicuntur, quando oppoſita inſcriptione venales vel locandæ ſignificantur. Cicero lib. iii. Offi. Itaq; Calphurnius, quum cognouiſſet Claudiũ ædes poſtea proſcripſiſſe. Item proſcribere, eſt relegare, damnare. Horatius in Sermonibus,
Proſcripti regis Rupili pus atq; venenum.
Plinius de Sylla, Age non exitus uitæ eius omnium ſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit. Tractũ ab eo quòd hi proprie Proſcribi dicuntur (vt Vlpianus teſtatur) quorum nomina claris literis, ut de plano recte legi poſſint, ante tabernam, vel ante eum locum in quo negociatio exercetur, non in loco remoto ſed euidenti ſcribuntur. Hinc proſcriptio, damnatio, & proſcriptus, damnatus. Item eſt in aliquem penetrabile telum intorquere. Macrobius, Non eſt facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.

Proſecta, dicta ſunt ab antiquis uiſcera, quæ in ſacrificiis proſecaſſent. Luca. lib. vi. Si pectora plena Sæpe dedi, & laui calido proſecta cerebro.

Proſedæ, dicuntur meretrices i eò quòd ante ſtabula ſedeant.

Proſedanum, uitium eſt, arietibus & hircis circa coitũ prouemens ex nimio labore. Huic morbo ruſtici medentur genere ſatyrii, quod crategonon adpellant, quum in cibum porrigit.

Proſelenus. pen. prod. dicit ante Lunam. Nam componit ex πρὸ antè, & σελήνη Luna: quòd ſelas, id eſt, ſplendorem habeat, & ἄνω, id eſt, ſupernè. Nam à Sole lumen accipit. Et Proſelini, dicunt ante Lunam geniti. Quo nomine dicti ſunt Arcades. Statius,
Arcades aſtris Lunaq; priores.

Proſelytus, pen. prod. aduena, peregrinus, aduẽtitius. Eſt enim verbũ Græcũ. Illi enim dicũt προσήλυτος.

Proſemino, quaſi ultra ſemino. Manilius lib. i.
Semper enim ex aliis alios proſeminat uſus.

Proſequor pen. cor. ppriè ſignificat vltra ſiue pòſt ſequor. Cicero lib. ii. Offic. Sequit vt hæc officiorum genera pſequar. Plautus in Ciſtel. Si ts hac aut hac ſocci uideo ueſtigium, in puluere pſequar hac. Aliquando pſequi, eſt cum adiectu animi: vt, Proſequor te amore, odio, laude, honore, cõtumeliis, & huiuſcemodi. Et ferè ſemper cum ablatiuo. Cice. in Ver. act. iiii. Iſte iratus hominem verbis vehementioribus pſequitur. id eſt, inſectatur. Idem Metello, Domus tua deniq; tota, omnibus ſummis officiis pſequuta eſt. Interdum pſequi eſt perſeuerare, exequi quod cœptum eſt. Ambroſ. Et bene ſabbato cœpit, vt ipſum ſe oſtenderet creatorem, quia opera operibus intexeret, & pſequeref opus quod ipſe iam cœperat. Interdum eſt quaſi deducere, & comitari. Hieronymus ad Iulianum, Inter multorum officia ppinquorum, & conſolantes amicos, tuorum exequias pſequutus eſt. Diuerſis aliis modis uſurpaf. Lactant. lib. ii. Si quidem ſacrilegia ſua iocularibus etiam dictis pſequebaf. id eſt, condiebat. Idem lib. iiii. Quam Tullius vniuerſis eloquentiæ ſuæ uerbis proſecutus eſt. id eſt, deſcripſit, tractauit, vel laudauit. Cicero lib. i. Tuſcula. Quid totum propè cœlum'ne plures proſequar, non'ne humano genere completum eſt? id eſt, vltra hominem. Idem in Cato. Quam palmam utinã Dii immortales tibi reſeruent, vt tui aui reliquias pſequare. id eſt, viriliter adſequare, vel pſpere conſequaris. Terentius in Adelphis, Ego ius meũ pſequar. Plautus in Capt. Nunc barbarica lege certum eſt ius meum pſequi. id eſt, pro uiribus obtinere. Columella lib. i. Ac rurſus præmio proſequamur eos qui ſtrenue ſe gerunt.

Proſerpere, propriè dracones dicuntur. Plautus.
Fac me proſerpentem beſtiam duplicem, ut habeam linguam.

Proſerpina, penultima correpta. Luna, Iouis ex Cerere filia, à Græcis Perſephone dicitur. Ouidius lib. iiii. Faſtorum,
At neq; Perſephone digna eſt prædone marito.
A' proſerpendo dictam pſerpinam, Auguſt. lib. vii. de Ciuit. Dei, ſignificare q; fœcũditatem ſcribit, quæ quum aliquando non eſſet, dicta fuit rapta ad inferos, & tunc ceſſarunt inſtrumenta ruralia. Qua redeunte, inſtituta ſunt ſolẽnia apud Athenas. Serpere enim uidef veluti ſerpens, dum modò in dextram, modò in ſiniſtram mouef, propter quod & omniuaga dicif. Dicta eſt Libera, Diana, Lucina, Triuia, Hecate, & Noctiluca.

Proſeuche, obſecratio. uel oratio quæ ad Deum funditur. Dicta quaſi προσευχή: quia attentione opus ſit,

προσέχω enim, attendo, vel intendo, vel adhibeo. Iuuenalis videtur ponere pro eo loco, vbi precibus vel obſecrationibus mendici à tranſeuntibus ſtipẽ mendicabant, vel victitabant. Ait enim:

Ede vbi conſiſtas, in qua te quæro proſeucha.

Nam in ingreſſibus pontium mendici tuguria habebant, unde a prætereuntibus mendicarent ſtipem.

Proſilio, ſilis, vide in dictione Salio.

Proſirium, dicitur quod proſectum proiicitur. Cc.

Proſocer, pen. cor. vide in dictione Socer.

Proſodia, cum accentu in pen. Latinè accẽtus dicitur: qui lex eſt ſiue regula ad eleuandã deprimendam ue ſyllabam vniuſcuiuſq; particulæ orationis adcommodata & alio nomine apud Græcos τόνος dicitur. Fit autẽ proſodia à πρὸς Græca præpoſitione, quæ ſignificat ad, & ᾠδὴ cãtus. Gellius, Proſodias Græci, Latini accentus dicunt. Eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes adpellabant.

Proſonomaſia, Latinè adnominatio dicitur, quæ fit ſimilitudine aliqua vocum, & uacinitate quadam uerborum, ut, Quis locus aut lucus, ut, Ex oratore arator, ut, Deligere oportet quem velis diligere.

Proſopon, inſula non longè à Carthagine.

Proſopopeia, aduerbium dicitur perſonæ factiua. Cõponitur enim ex πρόσωπον, quod perſonã ſignificat, & ποιῶ facio. Figura eſt, quum perſona aliqua fingitur, vt quum inanimatum loquitur ad animatum, vel econuerſo. Horatius,

Quid amplius mare ò terra ardeo.

Proſopopis, pen. cor. inſula in Delta Niſi, in qua eſt ciuitas Atarbethis, vt ait Herodotus.

Proſpectè aduerbium, conſultè. Hieron. contra Iouinianum, Ex quo uolunt Dei diſpenſatione eſſe factũ, vt qui improſpectè vouerat, errorem uotorum filiæ morte ſentiret.

Proſpectus, ctus, ipſa à lõge uiſio. Verg. lib. ii. Georg.

Non animum modo uti paſcat proſpectus inanem.

Docet Paulus Iuriſconſul. Proſpectum ex inferioribus & ex ſuperioribus locis eſſe lumen ex inferiore loco, non eſſe.

Proſper, qui dat felicitatem, felix, qui recipit. vt, Sydus proſperum, ſub quo natus eſt felix. Sueton. tamen de Cæſare ſcribit eum fuiſſe proſpera ualetudine. id eſt, bona, & quaſi felici. Vnde Improſpere, quod ponitur pro non bene. Colum. lib. i. Nam vbi quid perperam adminiſtratum ceſſit improſpere, uitatur quod fefellerat, illuminat q; rectam viam docentis magiſterium. Vergilius,

Sis felix, noſtrum q; leues quæcunq; laborem.

Pro eo quod eſt proſpera et benigna. Dicit̃ et proſperus, a, um. Cicero lib. vi. de Republica, Deinde eſt hominum generi proſperus & ſalutaris.

Proſpero, as, & proſperor, depon. proſper fio. Augu ſti. in prologo libri de Ciuit. Dei, Qui res humanas ita proſperari volunt, vt ad hoc multorum Deorum cultũ (quos Pagani colere conſueuerunt) neceſſariũ eſſe arbitrentur.

Proſpicientia, cura prouidentia. Ambroſ. Quid enim tam morale ad perſuaſionem, quàm quod videas, q̃ etiam quæ ſunt irrationabilia, ſic Dei proſpicientia veſtiantur, vt nulla horum vel ad gratiam egeant, vel ad ornatum?

Proſpicio, cis, antè ſiue à lõge video, prouideo, curo, caueo. Cicero Seruio Sulpitio, Tanquam ex aliqua ſpecula proſpexi tempeſtatem futuram. Pro cauere, prouidere, conſtruitur cum datiuo. Terent. in Adel. Ego iam proſpiciam mihi. id eſt, conſulam, ſiue prouidebo. Plinius, Nam & rebus illius nõ minus quàm meis proſpiciebam.

Proſpicuus, intentus ac vigil.

Proſpiro, ras, pen. prod. vltra, ſeu longè ſpiro. Nã venæ corũ vbi ſufflatæ ſunt ex cibo, non poſſunt ꝓſpirare in toto corpore.

Proſtaſis, ſiue proſtaſia, præfectura vel præſidentia Latinè dicitur.

Proſterno, nis, antè ſterno, uinco, profligo, quod fit, quum hoſtes in acie ſternuntur. Salluſtius, Proſtratis q; militibus fugæ ſe dedit. Aliquando ſignificat in terram deiicio. Apuleius, Puellam q; reluctantem tãdem proſtrauit. Ambroſius aliter dixit in diua Agnete, Inter hæc lecto proſternitur.

Proſtheſis, appoſitio, ſiue additio. Figura, quũ in principio dictionis additur litera, ut gnatus, pro natus.

Proſtibulum, modò ipſum ſcortum dicit̃, quòd quæſtus copioſioris gratia, cõcurrentibus illuc aduenis, manſiones ante ſtabula habuere. A' proſtituendo, quòd in eo loco ſe proſtituant meretrices. Plaut. in Aul. Bellum, et pudicum uerò proſtibulũ populi. Significat aliquando lupanar. Dicitur & Proſtibula, æ, meretrix. Feſtus, Alicariæ meretrices adpellabantur in campis ſolitæ ante piſtrina alicariorum uerſari quæſtus gratia, ſicut hæ quæ ante ſtabula ſedebãt, dicebantur proſtibulæ. Plautus in Perſa, Nam hercle ſi abſq; me fores & meo præſideo, hic faceret te proſtibulam propediem.

Proſtituo, is, quaſi antè ſtatuo, meretricandã præbeo. Vnde proſtituere pudicitiã, ſignificat vulgò ſui corporis poteſtatem facere. Hinc meretrices proſtitutæ dicuntur. Sueton de Nero. Suam pudicitiam, vſque adeò proſtituit, ut contaminatis penè omnibus mẽbris, virorum ac fœminarum inguina inuaderet.

Proſto, ſtas, proſtiti, proſtatum, à longè ſto. Plaut. in Curcul. Hi ſaltem in occultis locis proſtant, uós in foro ipſo. Item Proſtare. eſt pro precio ſtare, ſeu uiuere. Iuuen. Quid referam quanta ſiccum iecur ardeat ira, Quum populum gregibus comitum premit hic ſpoliator. Pupilli proſtantis? Idem,

Et circum iuſſas proſtare puellas.

Item proſtare, antè ſtare. Quintilianus, Iubet proſtare gladio cinctum. Valerius Maxi. libr. iii. Hortenſius Corbio omnibus ſcortis abiectiorem & obſcæniorem vitam exegit, ad vltimum q; lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria proſtitit, quàm aui pro ſalute ciuium in foro excubuerat.

Proſtoton, morbus quo rigore mentum pectori intenditur.

Proſubigo, gis, pen. cor. ex pro & ſub & ago, ſignificat

vehementer ſuffodio. Verg.lib.iii.Georgic.
Et pede proſubigit terram,fricat arbore coſtas.

Proſum,prodes,proſui,utilitati ſum,quaſi pro aliquo ſum. Terentius in Hecyra 1 Quicquid eſt id quod reliquit,profuit. id eſt, pro nobis fuit, ſicut exponit Donatus.

Proſumia.genus nauigii leuis ſpeculatorii.Plau.De nocte ad portũ profectus ſum proſumia.Cæcilius, Qui pro gubernatore ſe gerens,propè uertit proſumiam. Hæ naues etiam Geſcoretæ uocantur.

Protagoras,pen.cor.nomẽ philoſophi.Hic dixit, ſibi non liquere utrum eſſet aliquid Deus. Propter quod Athenienſes ipſum,utpote impium,ſuis finibus expulerunt,libroſq́; eius in concione exuſſerunt. Fuit ex Philao oppido Theſſaliæ,Iſiphili filius,vxorẽq́; habuit Laodomiam Acaſti filiam.

Protaſis,dici poteſt ꝓpoſitio.Donatus in prologum. Terẽtii Protaſis,primus actus eſt initiũq́; dramatis.

Protelo,las,penult.produ.excludo.propello,propulſo.Item differre,prolongare. Lucilius, Quem neq; lucanis oriundi à montibus tauri. protelare validis cornibus. Hieronymus: Inediam plus quàm vnius diei victoris exercitus protelauit. Per tranſlationem ſumitur pro perturbo,exagito. Tractum ab aſſiduo telorum iactu. Teren.Ne te iratus ſuis ſæuis dictis protelet. Siſenna lib.iii.Romanos impetu ſuo protelant.Item propello,& longè excludo. Turpili. propter peccatum pauxillum indigniſſime patria ꝓtelatum eſſe ſeruitia patris.

Pro tempore, aduerbialiter uſurpamus pro ratione temporis.

Protendo,vltrà tendo: vt,Protendo pedum.Hierony. Cum dextræ manus protenſione cupitum indicans iter. Verg.i.Georg.
Hinc à ſtirpe pedes temo protentus in octo.

Pretermino,as propago.fines promoueo à termino promouendo ductũ verbum. Apuleius lib.ix. Fines uſq; & uſq; proterminaueris.

Protero,ris, pen.cor.vltrà ſiue de longè tero. Plaut. Ego hic te mulier,quaſi,ſus catulos, pedibus proteram. Et in Amphit. Fœdant & proterũt hoſtium copias iure iniuſtas.

Proterreo,res,à longè terreo, Statius lib.ii. Thebaid.
Protinus idem vltrò iaculo parmaq́; Menetem,
Perterrebat agens.

Proteruia,Petulantia.Quo etiam nomine ſignificatur ſacrificium quoddã(ut teſtatur Macrobius) in quo mos fuit,vt ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur. Hinc eſt iocus ille catonis, Nam quum Albidius quidam bona ſua comediſſet, & nouiſſime domum (quæ ei reliqua erat) incendio perdidiſſet proteruiã eum feciſſe dicebat. Quod enim comeſſe nõ potuerat,id combuſſiſſe.

Proteruio,uis,laſciuio,inobedio,petulanter ago.

Proteruus,petulans,procax. Hæc tria multum ſimilia ſunt,quandam enim laſciuiam libidinemq́; declarãt: tum iniuriã in dictis & in factis. Dictus ꝓteruus,in quo impudens & arrogãtis audacia, à proterendo, qui omnia ſub pedibus eſſe velit, & nullus ſit pudor in petẽdo & audẽdo. Cice. Si uidua libere proterua, petulanter diues, effuſe libidinoſa, meretricio more viueret. Hinc Proteruè, & proteruiter aduerbia.

Proteſilaus,nomen viri proprium: qui initio Troiani belli ab Hectore interſectus fuit.

Proteus,nomen Oceani filii.

Protheſis, dicitur præpoſitum, ſiue præpoſitio: ut à, ab,abs.

Prothymia,Latinè promptitudo.

Prothymus,πρό θυμος,promptus compoſitum nomen ex pro, & thymo animo,prima producta. Nam eadẽ correpta,thymos(quod & thymon neutro genere dicitur) herba eſt multum probatæ virtutis.

Prothyra,pen.cor.ſunt veſtibula in domorum ianuis (autore Vitruuio) quaſi ſit magnum ſecretum. Nã θύρα ianua πρὸ antè.

Protinus, penultima correp.componi uidetur ex pro & tenus. id eſt,à longè quãtum fieri poteſt. Liuius lib.ix. Quum ad alias anguſtias protinus pergerent, ſeptas deiectu arborum,ſaxorumq́; ingente obiacente mole,inueniere uiam. Vergilius,
En ipſe capellas Protinus æger agor. Id eſt,longè à finibus,vt ſit protinus quaſi porrò tenus. Quidam etiam exponunt pro ualde. Quandoq; ſignificat ſtatim,ac ſine intermiſſione. Vergilius,
Protinus ad regem curſum detorquet Hiabram.
Quandoq; conſequenter,deinceps, deinde. Idem libro ſecundo Georgicorum,
Protinus aerei mellis cœleſtia dona. Exequar.
Quandoq; iugiter. Idem Traiecto miſſa lacerto,
Protinus haſta fugit,ſeruatq; cruenta tenorem.
Quandoq; omnino: vt, Quũ protinus vtraq; tellus
Vna foret. Hic Seruius exponit. id eſt, continuè. Quum autem additur negatio,ſignificat non ideo,ſicut fit in continuò,& ſtatim. Quintilianus, Nõ autẽ, vt quicquid præcipuum, neceſſario eſt,ſic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momẽti. Apud veteres etiam protinam dicitur. Terent. Protinam me coniiciam in pedes.

Protocollum,prima concinnatio, & raptim confecta ſcriptura: quæ meliorem compoſitionem deſyderat. Eſt enim proprie,quod breuiter & ſuccinctè à tabellione notatur, vt extendi deinde atq; abſolui poſſit. κόλλα gluten dicitur. κόλλησις,glutinatio, vel glutinatura. κολλητὴρ glutinator. κολλάω glutino. Et quia in cera glutino,quæ tabulas extenſa erat. Protocolium. id eſt,prima conglutinatio uocata eſt. Alii qui à κῶλον, quod eſt membrum,quia primum ſit ſcripturæ membrum.

Protocomos, Latinè primum comans dicitur.

Protœnor,vnus ex Bœotiorum ducibus.Cc.

Protogenes,penultima correpta, ſignificat aliquẽ primi generis. Et à poetis ſumitur pro eo qui ſe talem confingit. Iuuenalis,
Non eſt Romano cuiquàm locus hic,vbi regnat,
Protogenes aliquis.
Hoc noĩe etiam quidã clarus pictor eſt adpellatus.

Protogenia,nomen Deucalionis & Pyrrhæ filiæ.

Protogenus,primogenitus. habet penultimã correp.

Protogonos, Latinè primogenitus. Quo nomine ab Orpheo dictus eſt Deus: quòd antè ipſum nihil ſit genitum ſed ab ipſo ſint cuncta creata.

Protollo, lis, differo, prolongo. Gellius, Neq; vltra decimum menſem fœtura mulieri ſi protolli poteſt. Plautus in Caſina, Protollo mortem mihi.

Protologia, penultima acuta. prima loquutio, antiloquium.

Protomartyr, primus teſtis.

Protomedicus, qui princeps eſt medicorum. Et Græca voce, ſed vſitata apud nos, dicitur archiatrus. Cc.

Protomyſta, myſtarum princeps. Myſtæ autem ſacerdotes adpellantur, qui myſteria & eccleſiæ ſecreta regunt & adminiſtrant.

Protonotarius, primus notarius. Notarius uerò à nota deducitur. Sed iudiciorum notarii barbare dicuntur.

Protopages, & protopagus, nuper vel primò fabricatus.

Protoplaſtes, ſiue protoplaſtus, primò formatus. Vnde & Adam protoplaſtus dictus eſt.

Protos, Græcè πρῶτος, Latinè primus. Protoii primũ.

Prototocos, primogenitus, vel primò enixa.

Prototomus penult. correpta, primæ ſectionis: Vnde primus caulis qui ſucciditur vel cima braſſicæ, à prima ſectione ita adpellatus eſt, quæ uere fit. Eſtq; ipſorum caulium delicatior tenuiorq; cauliculus. Columella libro vndecimo,

Sed iam prototomos tempus decidere caules. Mart.
Et faba fabrorum protomiq; rudes.

Prototypon, penul. correp. exemplar.

Prototypus, primitiuus dicitur, & archetypus.

Protous, vnus ex ducibus Græcis, qui ex Magneſia uenit ad Troiam.

Protraho, vide in dictione Traho.

Protrepticus, inſtructiuus, & exhortatiuus. Symmachus in epiſt. Indulge ſtylo, aliquid cudas calicũ, ſeu protrepticum ſcribe. Auſonius, Libellum, inquit, inſtar protreptici luſeram. Iulius Capitolinus ait librũ, cui titulus eſt Hortenſius, ſcriptum eſſe à Cicerone, ad exemplar protreptici.

Protrimēta, dicuntur edulia minutim trita conciſaq; qualia hodieq; in pulmentariis plurima concinnant ex carnibus fruſtillatim cõciſis. A tritura dicta: quaſi à proterendo.

Prouecho, his, pduco. hoc eſt, vltra ad locum, ut quum ago me loco, vñ diſceſſi ultra plus uel minus uehor. Plau. in Ru. Quid ego deliqui? Rogas? Quin arrabonem à me accepiſti ob mulierem, & eá hinc abduxiſti. Non auexi. Quur negas? Quia pol prouexi, auehere non quiui miſer. Per tranſlationẽ Leo papa: Iſti ſunt, qui te in hanc gloriã prouexerunt. Sic dicimus aliquem ætate prouectum: & prouecta prudentia.

Prouenio, producor. Vnde prouentus, dicunt̃ reditus, & non tantum bonarum rerum, ſed etiam malarum. Plau. Calamitatum & miſeriarum tot prouentus.

Prouerbium, dicitur quaſi commune omnium uerbũ, vel quòd uerbum pro uerbo ponatur. Eſt enim ſententia quæ in ore omnium verſatur. Modò aperta & ſimplex, vt Obſequium amicos, ueritas odium parit. Modò obſcura & aliud ſignificans quàm verba exprimere videant̃: ut, Equus Seianus. Inde prouerbialis, & hoc prouerbiale. Cc.

Prouide aduerbium, diligenter ſignificat.

Prouideo, uides, pen. cor. ſignificat antè uel à longè, & futurum aliquid uideo antequàm ſit factum. Plin. Hoc enim ſapientis eſt, omnia quæ uentura ſunt prouidere. Cice. lib. ii. de Diuinat. Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet, inſidias imperator, tempeſtates gubernator: & tamen ipſi ſæpe falluntur, qui nihil ſine certa ratione opinãtur. Quoniam uerò ea quæ prouidemus, ſi mala ſunt, aut uitamus, aut emendamus, factum eſt ut prouidere, modò uitare ſignificet, vt apud Terentium in And. Quæ ſi non aſtu prouidentur, me aut herum peſſundabunt. Modò remedium præbere. Cicero, Satis iam omnibus quæ neceſſaria erant prouiſum putabant. Hinc prouidentia & Prudentia dicuntur. Idem: Id enim ſapientis eſt prouidere, ex quo ſapientia adpellata eſt prouidentia. Et iterum, Tanta memoria præteritorum, futurorumq; prudentia. Quidam prudentiam & prouidentiam diſtinguunt, ut prudentiam dicant in rebus humanis, prouidentiam in diuinis. Alii prudentiam definiunt, rerum bonarum & malarum & utrarumq; ſcientiam, Prouidentiam uerò, per quã futurum aliquid uidetur antequam factum ſit. Vnde Prouidentia aliquando pro Deo ponitur. Cicero lib. de Legib. Sic ingenii aciem ad bona deligenda, reiicienda cõtraria: quæ uirtus ex prouidẽdo eſt adpellata prudentia. Quintil. Nullã ego res humanas deſpicere prouidẽtiã reor. Idem in Cice. Dono quodam prouidentiæ genitus, in quo nomine uires ſuas eloquentia experiretur.

Prouidus, uidens, antè, diligens, ſolers.

Prouincia, dici uidetur quòd procul uinci uideatur. Propriè enim prouinciæ, dictæ ſunt regiones longè ab Italia bello adquiſitæ, quòd eas Romanus populus prouicerit. Vnde Aegeſippus ſcribit, Romanos, quum ius ſuum uincendo redigerent, procul poſitas regiones adpellauiſſe prouincias. Primò omnium Sicilia prouincia eſt adpellata, ſicut docet Cicero in Verrem, actio. iiii. Et prouinciarum aliæ erant conſulares, aliæ prætoriæ. Redigere autem regiones in prouinciæ formam, nihil aliud eſt quàm regionem ſubiicere imperio Romano, & ad eam gubernandam mittere præfectum. Et quoniam præfecti ad eas gubernandas, cum officio mitti ſolebant, factum eſt etiam ut ipſi magiſtratus, & omne onus nobis impoſitum, prouincia adpelletur. Terentius in Phorm. O Geta prouinciam cepiſti duram. Eſt & prouincia, regio Galliæ Narbonenſis, Rhodano finitima, quã à Celtis ſeparat.

Prouinciales, dicti ſunt qui ex prouinciis ſunt, ſiue (ut Vlpianus inquit) qui in prouinciis domicilium habent. Prouincialium nomine omnes præter Italicos adpellabantur. Vnde Columel. lib. vi. caput facit de Agricultura prouincialium uinearum, quum alibi de agricultura Italicarum ſcribat. Plinius orator, lib.

Epiſtolarum octauo: Italicus es, an prouincialis?

Prouinciatim, aduerbium: ſignificat per ſingulas prouincias.

Prouoco, cas, penul. cor. ꝓprie ſignificat à longè voco. Liuius lib. vii. Gallus magnitudine atq; armis inſignis, ꝓuocat per interpretem, vnum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat. Aliquando prouocare, eſt inuitare, incitare, hortari: & hoc tam in bonū quàm in malum. Cicero: Tuis literis amātiſſimis ſum prouocatus. In malum, ſignificat laceſſere. Plinius: Quàuis enim multis prouocatus iniuriis, nunquàm tamen ab amicitia receſſi. Interdum eſt profugere, & fermè idem eſt quod adpellare: niſi quòd prouocare magis eſt quàm adpellare: & proprie ad maiores potentioresq; (quorum ope atq; gratia indigemus) pertinet prouocatio. Et iungitur adcuſatiuo cū ad. Cicero, Quum alter ad ſenatum prouocaſſet, alter verò adpellaſſet tribunos. Aliquando ſine ad. Liuius libro tertio. Non ita ſe inuideam pertimuiſſe, vt nihil in æquitate & miſericordia ciuium ſuorū ſpei habeat. Quòd ſi indicta cauſſa in vincula ducatur, iterum ſe tribuno plebis adpellare, & monere ne imitentur quos oderint. Quòd ſi tribuni eodem fœdere obligatos ſe fateantur, tollendæ adpellationis cauſſa, in quā conſpiraſſe decemuiros criminati ſint, ait ſe ꝓuocare ad populū, implorare leges de prouocatione, & conſulares, & tribunitias eo ipſo anno latas. Quem enim prouocaturum, ſi hoc indemnato, indicta cauſſa non liceat? Cui plebeio & humili præſidium in legibus fore, ſi Appio Claudio nō ſit? Sed documento futurum vtrum nobis legibus dominatio an libertas firmata ſit, & adpellatio ꝓuocatioq; aduerſus iniuriam magiſtratuum oſtentata tantum inanibus literis: an vera data ſit. Apuleius, Nihil ꝓdeſt prætorem aut poteſtatem aliam ꝓuocare. Adpellatio autem prouocatioq;, inuentæ fuerunt pro remedio aduerſus iniurias magiſtratuum.

Prouolo, las, pen. cor. antè ſeu vltra uolo. Plin. lib. x. Tunc vniuerſæ prouolant, ſi dies mitis futurus eſt. Liuius lib. ii. per tranſlationē pro procurro poſuit. Sic primum infenſis haſtis prouolant duo Fabii, totamq; mouerunt ſecum aciem.

Prouolo, uolus, anteuoluo: vt Prouolutus pedibus. Aliquando Prouoluere, eſt voluere, ſeu ruere facere. Liuius, Ingentia ſaxa in ſubeuntes prouoluentibus barbaris.

Proxeneta, Græce προξενήτης, ου, licitator, mediator, vel cōciliator, à προξενία, quod eſt cōcilio, vel induco ad aliqd faciendū. Iam apud nos qui medius eſt vt res emantur & uendant, proxeneta dicitur.

Proximo, mas, adpropinquo. Apul. lib. i. de Aſino aureo: Minimo minus interii, & tamē Athenis ꝓximo.

Proximurium. pontificale pomeriū proximi muri.

Proximus, vide in dictione Propè.

Prudens, quaſi prouidens: & interdum ſapiens, interdum ſciens dicitur. Vnde iuriſprudentes vocantur, qui ius ſciunt: & iuriſprudentia, iuriſcientia. Hoc tamen inter ſe differunt Prudens & ſciens (ſecundum Donatum) quòd Prudens eſt, qui intelligentia ſua aliquid cognoſcit: ſciens, qui alterius indicio rem percipit. hoc eſt, Prudens per ſe: ſciens per alios. Terentius in Eunuch. Et prudens, ſciens, viuus, vidensq; pereo. Sic imprudentia, pro inſipientia & inſcientia. Auguſtin. de Lib. arbi. Prudentia, eſt adpetendarum & vitandarum rerum ſcientia. Prudētiæ eſt (ſicut docet Macrobius) ad rationis normam quæ agit vniuerſa dirigere, ac nihil præter rectum vel laudabile facere. Prudentiæ inſunt ratio, intellectus, circumſpectio, prouidentia, docilitas, cautio. Socrates omneis virtutes putabat eſſe prudentias. Ariſtotel. Impoſſibile eſt prudentem eſſe quempiam, niſi ſit bonus. Prudentis eſt bene conſulere. Plato in Legib. ait, Prudentiam omnium virtutum ducem eſſe. Græcè dicitur φρόνησις. Plautus in Tru. Quæ hic habet phroneſium, omnem ex pectore mouit meo phroneſin.

Pruina, à perurēdo: quòd fruges & virgulta perurat.

Pruna, à carbone ita diſtinguitur, q̃ illa quādiu ardet pruna dicitur: carbo, quum extincta fuerit. Dicta Pruna, à peruendo. Vergilius,
Et cinis obductæ celabat lumina prunæ.

Pruneoli, fungi, qui & ſpineoli dicti ſunt: ignoti proſus ueteribus. quod certe inter tot gulæ irritamenta mirandum eſt. Cornucopiæ.

prunetum, locus prunis conſitus.

prunus, arbor quæ pruna producit.

prurio, ris, quaſi peruror. Eſt enim Prurire, ꝓprie libidine ſcalpendi ardere. Plautus in Amph. Dentes pruriunt. A' quo Pruritus, tus, qui eſt excurſus humoris ſpirabilis incluſi contra naturā. Quæ voluptas quoniam in libidine ſimilis eſt (quippe nihil aliud eſt genitura, quàm excurſus huiuſmodi humoris ad rem naturalem) fit ut etiam hæc voluptas prurigo dicatur, & tentigo.

Pruſa, vrbs apud Myſios, ad radices Olympi: quam Pruſias condidit, qui cum Crœſo bellum geſſit. Hinc ortus eſt Dion philoſophus, qui de regno ſcripſit, & Traiani tēpore claruit. Ab hac Pruſenſes dicti ſunt. Eſt & altera Pruſa, ſub Hippio monte, ſeu fluuio, vt eſt apud Ptolemæum. Hoc autem diſcrimine à Pruſa quæ ſub Olympo eſt dirimitur. Hæc enim à Plinio Pruſias dicitur, quæ Cyos quondam fuerit. A' qua Pruſienſes vocantur.

pruſias, res Bithyniæ, apud quem Annibal exulauit, poſtquàm victus à Romanis (tanquam rupti fœderis autor) depoſcebatur ad pœnas.

prymneſia, vrbs Mæoniæ, in finibus Lidiæ, ſiue Phrygiæ, ac Myſiæ. Cornucopiæ.

Prymneſius palus, ad quem funis nauticus religatur: quem alii Tonſillam dicunt. Cc.

Prymnos, Nympha Oceani filia. Cc.

Prytaneum, locus erat Athenis in arce digniſſimus: vbi iudices & magiſtratus habere conſilium ſolebant. Cicero lib. i. de Orato. Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberet. Dionyſius Prytanea vocat curias, in quibus ſacra fiebant ab iis, qui maximam in vrbe habent poteſtatem.

Prytanis, magiſtratus præfectus, adminiſtrator, vt cōſulatus

ſolatus: quem publici cõſilii principem adpellabãt. A verbo πρυτανεύω, quod eſt guberno, & magiſtratum exerceo.

P ANTE S.

PSallo, lis, cano, & proprie de pſalmis dr. Aliquãdo pſallere, ponitur pro prædicare. ut eſt illud. Sic pſallam nomini tuo.

Pſalma, quod pſallitur. Diapſalma, interpoſitio, à pſallendo ſilẽtium. Vt Sympſalma dicitur vocum copulatio in cantando: ita Diapſalma disſictio, vbi quædam requies diſtinctæ continuationis oſtenditur.

Pſalmodia, penultima acuta, ex pſallo & odia, qui eſt cantus mixtus, vt quum aliquis ad Muſicum inſtrumentum canit.

Pſalmus, Latinè canticum. à ψάλλω canto: quòd ad pſalterium cantaretur.

Pſalterium, ψαλτήριον Græca dictio eſt: quòd Hebr. nablon. Latinè organum laudatoriũ dicitur. Et eſt (vt Hieronymus ſcribit) in modum quadrati clypei cum decem chordis: ſicut ſcriptũ eſt. In pſalterio decem chordarũ pſallite illi. Idem in expoſitione Pſalmorum ſic ait: Pſalterium, proprie genus organi muſici, melius ſonans quàm cithara: ſimilitudinem habet citharæ, ſed non eſt cithara. Inter Pſalterium & citharam hoc intereſt, quòd cithara deorſum percutitur, Pſalterium vero ſurſum: quod verbo vulgari polyphthongum dicitur. Et alio in loco. Cithara deorſum habet cauamen, & ſex chordas habet: pſalteriũ deſurſum habet cauamẽ. Auguſtinus, Pſalteriũ eſt organum, quod quidem manibus portatur percutientis, & chordas diſtinctas habet: ſed illum locũ vnde ſonum accipiunt chordæ, illud concauum lignum quod pendet, & tactum reſonat, quia accipit aerem, pſalterium in ſuperiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cauũ & reſonans, in inferiore parte habet. Itaq; in pſalterio chordæ ſonum deſupèr accipiunt: in cithara cordæ ſonum ex inferiore parte accipiunt.

Pſaltes, ψάλτης Latinè cantor.

Pſaltria, ψάλτρια cantrix. à pſallendo. Fidicina quæ ſequebatur & amabat hiſtriones. Amabat enim, qui cantabant quotidie in ſcena.

Pſammetichus, nomen regis Aegypti: cuius ſæuitia (vt inquit Herodotus, vnà cum Diodoro) ducenta hominum milia ex Aegypto in Aethiopiam profugere. Strabo, Teneſſis regio vocat, quam qui Pſammetichum fugerunt obtinent, & Sebritæ nominantur. hoc eſt, aduenæ. Huius filias rapuerunt crocodili, inquit Aelianus: propter quod ipſum ſanctum credidit.

Pſecas, cadis, ψεκάς gutta ſiue ſtilla dici poteſt. Apul. lib. de Mundo, ab Ariſtotele ſumens, & Pſecades interpretatus, ſtillicidia vocat.

Pſegma, gmatis, idem ferè quod flos æris. Plinius lib. trigeſimoquarto. In ærariis officinis & pſegma fit. Græcè ψῆγμα.

Pſellus, nomen autoris: qui ſcripſit de ratione victus.

Pſephopectæ, Græco vocabulo computatores dicuntur. Scribit Firmicus, Mercurium facere pſephopectas. Quidam accipiunt pro his qui calculis ſuffragia ferebant.

Pſephos, lapis anuli: & numerus pecuniarius: ſicuti apud nos calculus.

Pſeudiſomon, genus ſtructuræ in ædificiis. Cc.

Pſeudo, nomen trium generum, & inuariabile per mutationem caſuum, & Latinè falſus dicitur.

Pſeudoadelphus, falſus frater.

Pſeudoangelus, falſus nuncius.

Pſeudobunion, genus herbæ. Cc.

Pſeudodictamnum, falſum dictamnũ, genus herbæ, quæ in Creta ſimilis pulegio naſcitur.

Pſeudographiæ, fabulæ deformationes.

Pſeudolographus, falſarius.

Pſeudolegus, falſidicus.

Pſeudolus, falſus ſeruus. Vñ & Plautinæ fabulæ Pſeudoli nomen inditum eſt.

Pſeudomartyr, falſus teſtis.

Pſeudomenon, interpretatur mendax. Eſt enim argumentum fallaci ſtropha differentes implicans.

Pſeudonymus, falſi nominis.

Pſeudopanchuſa, herba ſimilis anchuſæ. à quibuſdam enchiſa, & doris dicta. Cc.

Pſeudoporticus, falſa porticus. Nam in ædificiis, partes quæ fiunt ad imitationem: nec integrum, nec principalem, ſed præcarium aut temporarium uſum præbent: quaſi alienum opus mẽtientia, hoc nomine inſigniri ſolẽt. ut Pſeudipteros, & Pſeudoaulæ: ſimilia his complura in Victruuio.

Pſeudoprophetæ, falſi vates.

Pſeudoſpecen, veſpam vocant, quæ ſingularis volat. Cornucopiæ.

Pſeudothyrum, quaſi falſum oſtium. Vnde pro poſtico ſumitur. Oroſius: Veruntamen ſequenti anno tanta fames. Romæ fuit, ut medio foro imperator correptus à populo, conuitiis & fragminibus panis turpiſſimè infeſtatus, ægre per pſeudothyrum in palatium refugiens, fauorem excitatæ plebis euaſerit. Cicer. in Verrem: Ea quemadmodũ ad iſtum poſtea pſeudothyrum reuertatur, tabulis vobis & teſtibus iudices planum faciam.

Pſilon, Latinè tenue dicitur.

Pſilotrum, vnguentum depilatorium. de quo fit mentio apud Auicennam & Galenum: vbi Salamandras legimus habere vim pſilotri depilatoriam.

Pſimmythium, dicit quod nos ceruſam nominamus. Fit ex plumbo.

Pſitta, piſcis genus, quem nos paſſerem uocamus. Ariſtoteles: Torpedo occulit ſe, & paſtinaca, & aſellus, & rana, & pſitta, & ſquatina.

Pſittacus papagallus vulgò dicitur, auis ex India: quæ vocem humanam ſuper omnia reddit, & quidem ſermocinans. Martialis,

Pſittacus à vobis aliorum nomina diſco.
Hoc per me didici dicere, Cæſar aue.

De hac aue Apuleius libro ſecundo. Color pſittaco viridis, & intimis plumulis & extimis palmulis: niſi quòd ſola ceruice diſtinguitur. Enimuero ceruicula eius, circulo minio, velut aurea torque, pari fulgoris

dectiſactu cingitur & coronatur. Roſtri prima duritia. Quum in petram quampiam concitus altiſſimo volatu præcipitat, roſtro ſe (velut anchora) excipit. Sed & capitis eadem duritia: quæ ruſticum ſermonem noſtrum cogitur æmulari. Ferrea clauicula caput tunditur, imperium magiſtri vt perſentiſcat: hæc ferula diſcenti eſt. Diſcit autem ſtatim pullus vſque ad duos ætatis ſuæ annos, dum facilè os, uti conformetur, quum tenera lingua, vti côuibretur. Senex autem captus, & indocilis eſt & obliuioſus. Verum ad diſciplinam humani ſermonis facilior eſt pſittacus glande qui veſcitur: & cuius in pedibus (vt hominis) quini digituli numerantur. Non enim omnibus pſittacis ad inſigne: ſed illud omnibus proprium, quòd eis lingua latior quàm cæteris auibus: eò facilius verba hominis articulantur patétiore plectro & palato. Id uero quod dicit, ita ſimiliter nobis canit, vel potius eloquitur, vt vocem ſi audias, hominem putes. Nam quidem ſi videas, idem conari, non eloqui. Verum enimuero & coruus & pſittacus, nihil aliud quàm quod didicerunt pronunciant. Si conuitia docueris, conuitiabitur, diebus ac noctibus perſtrepens maledictis.

Pſole, Latinè præputiū. Autor in Priapo.

Pſoleon ille vocat, quod nos pſoloenta ceraunon.

ψωλή. Latinè mentula.

Pſophis, phidis, nomē ciuitatis. à Pſophide, Erycis Sicani filia. Ouid. lib. v. Metamorphoſeos,

Vſq; ſub Orchomenon, Pſophida'q; Cyllenem'q;.

Sunt & aliæ Pſophides multis locis: verum Archadicæ Pſophidis nomen vetus, reddunt Phegeā à cōditore impoſitam, à Pegeo Alpheſibæi filio Niſi qs à phaginea glande potius exiſtimet.

Pſora, cutis aſperitas, & ſquámoſa: & videtur alia à ſcabie: quum Plin. lib. ii. dicat: Arida cum reſina, impetiginem & ſcabiem quam pſoram & lichenas vocát, ſanat. Fit autem à ψῶ ſcalpo. Nam qui pſora laborant, vlcera ſiue poſtulas ſuprà modum contingere, palpare, & ſcalpere cupiunt.

Pſycholutres, dicitur qui frigida aqua corpus lauat, & balneo frigido lætatur: ſiue lauachri frigidi cultor. ψυχρόν, frigus λουτρόν balneum & lauacrū. Sene. lib. xii. Epiſt. Ille tantus pſycholutres, qui calēdis Ianuariis Euripum ſalutabat.

Pſychomátium, locus vaticinii, vbi fiebat manifi euocatio. ψυχή enim anima, & μαντεία diuinatio.

Pſydracion, genus puſtularū ſubalbidarū, acutarū'q;.

Pſylla, Græcè Latinè pulex dicitur.

Pſylli, populi Libyæ propè Garamantas. à Pſyllo rege dicti (vt inquit Plinius lib. vii.) quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus. Scribit Plutarchus, Catonem iter per deſerta Libyes facientem, ſecum Pſyllos duxiſſe, qui morſibus ſerpentum mederentur: partim ore trahentes venenum, partim ſerpentes cantibus medicantes.

Pſyria, inſula iuxta Chium.

Pſythium, genus paſſi.

P ANTE T.

PTe, ſyllabica adiectio, quære in dictone Met.

Ptera, ſiue (vt Victruuius adpellat) Pteromata, in templis muri duo ſunt (ait Strabo lib. xvii.) ad altitudinem corū vtrinq; ſurgentes. Ita dicti, quòd alarum ſpecie quaſi protegant.

Pterigium, in oculis vocatur membranula quædam neruoſa: quæ oriens ab angulo, vel à narium vel temporum parte ad coronam vſq;, interim & pupillam operit. Plinius lib. xxxiiii. Cathimiæ effectus, ſiccare, ſanare, ſiſtere fluitiones, pterigia. & ſordes oculorū purgare. Pterigium in digitis (apud Paulum Aeginetam) eſt quum caro excreſcit, partem illam contegēs quæ eſt in vngue. Pterigium, inquit, adpellatſ: quod vitium ex paronychia ferè naſcitur. At Celſus Pterigion dicit eſſe, quum recedit ab vngue caruncula cū magnó dolore. Videtur enim diminutiuum eſſe à πτέρυξ, id eſt, ab ala: quam tunc videtur efficere caro ab vngulis diſcedens. Plinius lib. xxiii. Illinitur eadē cum fico & pterigiis digitorum ex vino. Hæc in oculi ſuperficie. Idem cum oleo etiam paronychias & pterigia tollit.

Pteris, Græcè, Latinè filix. Ce.

Pterna, vocatur pars inferior natalis veli circa mediū ferè, trachelon. Summa pars carcheſium nominatſ.

Pterophoros, eſt regio apud Ripheos montes. ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremi'q; ſiderum ambitus.

Pterotus, dici poteſt alatus, pinnatus'ue.

Ptiſana, penultima correpta, hordeum decorticatum, vel hordei ſuccus ſiue aqua. Apud Columellam, videtur eſſe pultis genus ex farina hordeacea: in quo eſt maxima vis reſtaurandi vires & nutriendi. Apud Græcos πτισάνη, apud Latinos Ptiſana, per ſimplex ſ. Hinc

Ptiſanarium, pro vaſe in quo coquitur vel tunditur Ptiſana. Horatius in Sermonibus,

Tu ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ.

Ptochotrophia penulti. prod. diuerſoria ſiue domus vbi ptochi, hoc eſt, mendici nutriūtur. πτωχὸν enim Græci mendicū dicunt, τροφὴν nutrimentū. Alio nomine xenodochiū: à Latinis hoſpitale diciſ.

Ptolemæus, a, um, poſſeſſiuum. Prope..ius,

Et Ptolemæe littora capta phari.

Ptolemæus, nomen propriū Lagi gregarii militis filii: qui maximæ autoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Poſt cuius mortem, Aegypto, & Aphrica, & magna Arabiæ parte potitus, regnauit annis quadraginta. A' quo omnes deinceps Aegyptii reges, Ptolemæi adpellati ſunt. Hic frequētiſſime apud amicos & cœnabat & dormiebat. Quòd ſi aliquando cœnam præberet, rebus illorum utebatur. Acerſebat enim ſcyphos, ſtrata, ac menſas. Ipſe præter neceſſaria poſſidebat nihil: quin alios locupletes facere, regale magis eſſe dicebat, quàm locupletari. Et eſt nomen à Græco deductū. Græci quippe πτολεμίζειν, πτολεμεῖν pugnare dicunt. Sic igitur à πτολεμῶ Ptolemæus dicitur: ſicut ab τιμῶ, quod eſt honoro. Timæus: Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Philadelphus in regno patri ſucceſſit, vir doctiſſimus, Stratonis di

ſcipulus: qui bibliothecam illam celeberrimam ſecit, quæ vſque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum durauit. Regnauit annis triginta octo: cui ſucceſſit Ptolemæus, cognomento Euergetes: quod Latinè dici beneficus poteſt. Hic viginti ſex annis regno potitus, moritur. Cui ſucceſſit Ptolemæus Philopater, decem & ſeptem annis regnans. Poſt eum Ptolemæus Epiphanes, qui annis viginti quatuor regnauit. Tum Ptolemæus Philometer: qui trigintaquinque. Deinde Ptolemæus Euergetes, viginti nouem. Poſtea Ptolemæus Phiton, qui & Soter: decem & ſeptem annis regnans. Poſtremò Ptolemæus Dionyſius: qui caput magno Pompeio abſcidit. Fuerunt & alii hoc nomine, vt Pyrrhi regis filius, & Cypriorum rex: qui ſuis diuitiis Romanum locupletauit ærariũ. Item aſtrologus, natione Aegyptius: quem Traiani & Hadriani tẽporibus floruiſſe conſtat.

Ptolemais, maidis, vel idos, & Ptolemaida, dæ, nomẽ quinque vrbium: quarum vna eſt in Aegypto. De qua Hieronymus ad Euſtochium: Per arenas Syriæ peruenit ad Coum, quæ nunc Ptolemais dicitur. Altera eſt in Aethiopia: Tertia in Phœnicia: Quarta Nili fluminis: Quinta in Cyrenaica prouincia Aphricæ.

Ptoſis, Latinè ruina, & caſus nominum.

Ptyas, ptyadis, aſpidis genus, colore ſubuiridi, cinereoq́, ſed in aurum tendente. ἀπὸ τοῦ πτύειν (vt quidam aiunt) quoniã eius ſputum fertur perniciofum eſſe. Sunt autem aſpidum tria genera: chelidonia, cherſeæ, & ptyades. Ptyaden fuiſſe, quam Cleopatra ſibi admouerit, teſtis eſt Galenus.

Ptynge, auis rapax, quam alii hibridem vocant: nocte volans, venatur more aquilæ. Pugnat etiam cũ aquila acriter: ita vt ſæpe ambæ implexæ deferantur in terram, & viuæ à paſtoribus capiantur. Cornucopiæ.

P ANTE V.

Pubeo, bes, pubes ſum. vt Pubentes herbæ. Et fit à Pubes, pubis. A' quo pubeſco, lanuginem emitto. Vergilius libro tertio.

Et nunc æqualis tecum pubeſceret æuo.

Interdum Pubeſcere, ponitur pro creſcere, ſiue producere. Cicero libro primo de Natura Deorum, Nã & fruges, & reliqua quæ terra parit, & tempeſtates, ac temporum varietates, cœliq́ mutationes: quibus omnia quæ terra gignat maturata pubeſcant. Vergilius libro ſecundo Georgicorum,

Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu. Id eſt, exuberat.

Puber, Vide in dictione Pubes.

Pubereſco, puber fio: ſiue creſco, à puber.

Pubertas, ætas in maribus, qui eſt annus decimuſquartus: in fœminis duodecimus. Item pubertas, eſt emiſſio ipſa pubis: à qua anni pubertatis dicti ſunt. Columel. lib. iiii. At citra naturæ quandam pubertatẽ.

Pubes, proprie lanugo, quæ maribus decimoquarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. Quod quia maturitatis eſt ſignum, factum eſt vt mas Pubes, ſiue Puber uocetur, quàm primum ad generandũ aptus eſt: & fœmina ſimiliter ad concipiendum. A' quo impubes, bis, vel Impuber, qui nondum lanuginem emiſit: ſiue qui nõdum ad pubertatis annos peruenit. Plinius libro. xxxiii. Corticem eius Imbuſcẽtem puer impubis, ſi de fracto ramo detrahat. Pubes etiã honeſte pro parte pudenda ſumit. Verg. Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo Pube tenus, Item pro Iuuenum multitudine. Idem, Haud aliter puppesq́ tuæ, pubesq́ tuorum. Liuius lib. i. Quum pubem Albanam in arcem, præſidio armisq́ obtinendam, auocaſſet. Interdum etiam pro populo. Vnde Pube præſente dicimus. hoc eſt, populo præſente. ab iis qui puberes ſunt, omnem populum ſignificantes. Transfertur etiam ad alia. Vergilius libro. xii. Puberibus caulem foliis.

Et libro quarto. Pubentes herbæ. Sciendumq́ quòd Pubes Pro lanugine, pro parte pudenda, & pro multitudine, ſubſtantiuum eſt: & facit genitiuũ Pubis. Sic etiam Impubes, bis, qui adhuc inueſtis eſt, adiectiuum eſt. Vnde Impubis Iuli. Et Horatius in Exodo dixit: Impube corpus. Ouidius libro tertio Metamorphoſeos, Impubesq́ genas. Cicero libro quarto Inuect. ait: Filiumq́ eius impuberem legatum à patre miſſum. Liuius libro ſecundo. Laudatamq́ virginem parte obſidum ſe donare dixit, ipſa quos vellet legeret. Productis omnibus, elegiſſe impuberes dicitur. Ergo Impubem dicimus, ab eo quod eſt Pubes. Salluſtius, Puberes omnes interfici iubet.

Publica ſacra, quæ pro populo fiebant: ſicut priuata, quæ pro ſingulis hominibus familiis ue.

Publica via, quæ in ſolo populi eſt, cuius ſolum publicum eſt, ſiue quà iter populo eſt. Publicas uias, Romani partim prætorias, partim conſulares adpellauerunt. Sunt viæ priuatæ, ſunt & vicinales, quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt. Præterea aliæ ruſticæ dicuntur, aliæ vrbicæ. Militares viæ, quæ inter publicas ſunt latiores, vt capere poſſint milites agminatim iter facientes: vnde & illis nomen. Suetonius de Auguſto: Iuuenes primò modicis Interuallis per militares vias: dehinc vehicula diſpoſuit. Curtius: Cum hoc agmine Darius paulũm declinauit via militari. Viæ militares (ut Paulus inquit) exitũ ad mare, aut in urbem, aut in flumina publica, aut ad aliam uiam militarem habent.

Publica vectigalia, Intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, uel uenalium rerum & piſcinarum, & metallorum.

Publica iudicia, non omnia ſunt in quibus crimẽ uertitur, ſed ea tantum quæ ex legibus iudiciorum publicorum vertuntur. ut, Iulia maieſtatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de ſiccariis & ueneficiis, Pompeia de parricidiis, Cornelia de teſtamentis.

Publica uerba, dicuntur quæ in communi ſunt conſuetudine & uſu. Seneca, Magnam ex epiſtola tua percepi voluptatem. Pertinere enim mihi uti uerbis publicis, nec illa ad ſignificationem Stoicam reuoca.

Publicanos, adpellarunt maiores eos, qui uectigalia, & alios populi Romani reditus exigendos, certo

conſtituto precio redimebant: qui Daciarii vulgò dicuntur. Horum ordinem, & numero ampliſſimum, & perſonarum dignitate potentiſſimum fuiſſe conſtat. Cicero pro Plancio, Flos equitũ Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum reipublicæ publicanorum ordine continetur. Vlpianus, Publicani ſunt, qui publico fruuntur, nam inde nomen habent. Et omnes qui aliquid à fiſco conducunt, rectè uocãtur Publicani. Apud Gregorium, Publicani dicuntur, qui amiſſo pudore publicè peccant.

Publice, & publicitus, aduerb. à publico nomine deriuantur.

Publicitus, aduerbium, ſignificat publicè.

publico, cas, publicum facio, manifeſto. Iuſtinus: Nẽ contentus uoluptatum ſuarum tacita conſcientia, niſi etiam matrimonii reticẽda publicaret. Et publicare, eſt rem aliquam publicam, ſeu in reipublicæ poteſtate facere. Cicero lib. ii. Artis veter. Lex eſt apud Rhodios, vt ſi qua roſtrata in portu nauis deprehẽſa ſit, publicetur. Quũ magna in alto tempeſtas eſſet, uis ventorum (inuitis nautis) Rhodiorum in portũ nauim coegit. Quæſtor nauim populi vocat, nauis dominus negat oportere publicari.

publicola, cognomen Publii Valerii, qui primus cum Bruto (poſt exactos reges) conſul effectus eſt, quòd coleretur à populo, ſiue quòd populum coleret.

publicum conſilium, dictus eſt ſenatus. Cic. libro de Ora. Pericles Athenis plurimos annos princeps conſilii publici fuit.

publicum, aliquando pro populi conuerſatione & frequentia ponitur, vt cum dicimus, prodire in publicũ, abſtinere publico, vti, non credere ſe publico, quod vulgò dicunt nõ ſe mõſtrare. Tranquil. in Claudio: Senatum per præcones propere conuocauit, lachrymisq́; & uociferatione miſeratus eſt conditionem ſuam, cui nihil tuti uſquam eſſet, ac diu publico ſe abſtinuit. Et in Nerone, Quare nunquam poſtea publico ſe illud horæ ſine tribunis commiſit procul & occulte ſubſequentibus. Hoc à Græcis ὁ πεζὸν νομὸν dicitur Bud.

Publicus, ca, cum, quod non eſt priuatum alicuius, ſed populi. Hinc Reſpublica, res populi. Abuſiue tamen publica dicta ſunt bona ciuitatis. Sola enim publica ſunt, quæ Rom. pop. ſunt.

Publipor, publii puer. id eſt, ſeruus. Sic Marcipor, Marcipuer. Veteres enim à prænominibus puerorũ ſeruos in familia nominabãt. Vnde à Lucio Lucipores, à Quintio Quintipores. Et hoc eſt quod Plinius ait, id genus ſeruos dominorum fuiſſe gentiles. Id eſt, eodem nomine adpellatos, quo domini adpellabantur.

Publius, prænomen eius qui populo gratus fuit.

Pucinum, vocatur vinum quod gignitur Adriatico in ſinu, ſaxeo colle. Autor Plinius.

Pucinũ, urbs eſt Iſtriæ in mediterraneis, vt Ptolemæus ſcribit lib. iii. capite primo.

Pudefio, fis, à pudefacio fit, quod ſignificat pudorem iniicio. Gellius: Tibiam pudefactus oris deformitate abiecit. id eſt, verecundatus.

Pudenda, virilia: quæ & verenda dicuntur, quòd (vt ait Auguſt. lib. xv. de ciuitate Dei) libidinis nos maxime pudeat.

Pudens, verecundus. Cuius contrarium eſt impudens. A' quibus pudenter, & Impudenter.

Pudeo, des, dui, ditum, cum adcuſatiuo. Luca. Semper metuit quem ſæua pudebunt. Impeſonale. Pudet, puduit, & puditum eſt, ſecundũ Priſcianum, & à parte antè conſtruitur cum adcuſatiuo, & aliquando cũ datiuo: Sylius lib. vii. Reſides ad bella uocanſ. Quis pudeat certare ſenes. Quis pro quibus. Plautus in Bacchid. Neq́; me neq́; te tuis intus puditũ eſt factis quæ facis. Vbi patet, quòd non ſolum cum genitiuo, ſed etiam cum ablatiuo à parte pòſt conſtrui poteſt. Differt autem pudere à pigere, quod Pudere verecundiæ ſit, pigere pœnitentiæ. Salluſtius in Iugurt. Nam poſtea quæ fecerit, incertũ habeo pudeat an pigeat magis. Donatus Pudere, eſt in his quæ turpiter fiunt: Pigere, in his quæ cũ damno ac malo. Pudere, ad dedecus, Pigere ad dolorem refertur. Terentius in Adelph. Fratris me quidem pudet pigetq́;. Compoſita ſunt Depudet, & Diſpudet, penultima correpta, quod eſt bis ſeu valde pudet. Idem in Eunuc. Diſpudet mihi ſic data eſſe uerba. Suppudet, parum pudet.

Pudibunde, cum pudore.

Pudibundus, qui pudore dicitur.

Pudicitia, modò pro caſtitate, modò pro religioſa mũditia ponitur. Verg. Caſta pudicitiam ſeruat domus. Quandoq́; Dea, quæ Romæ colebatur.

Pudicus, caſtus, à quo fit pudicitia, caſtitas. Quorum cõtraria ſunt Impudicus, & Impudicitia. A' pudicus etiam fit depudico.

Pudorem, philoſophi definiunt eſſe modeſtiam quæ animum reprimit, ne procaciter aut inordinate, aut turpiter quid peragat. Cur autem erubeſcant quos puduit, dicitur à philoſophis: quoniam pudefactus ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita ut ſuperficiẽ occupet. Pudor à verecundia ſic ſeparatur à quibuſdã, vt pudor ſit rei turpiter actæ, verecundia etiam rectè facti atq́; honeſti.

Puellaris & hoc puellare, idem quod puerilis. Quint. de filia defuncta, Tum ætate tam puellari, præſertim meæ comparata.

Puelaſcere, eſt effœminari. Pacuuius, Puellaſcunt laſciuia adoleſcentes. Aliquãdo reflorere, & quaſi ad pueritiam redire. Varro, Qui non ſolũ in nube fiunt cõmunes, verumetiam veteres puellaſcunt.

Puellus, diminutiuum à puer, ſignificat paruũ puerũ, ſiue paruum filium. Luciſius,
Quumq́; hic tã formoſus tibi, ac te dignus puellus.
Sic puella, à puera per diminutionem.

Puer, tribus modis dicitur. Primò, quum ſeruum ſignificamus. Terentius in Andr. Et puerum inde abiens conueni. Secundò, quum puerum contrario nomine puellæ dicimus, marem denotantes. Tertiò, quum ætatem puerilem intelligimus. Ponitur interdum etiam pro filio. Vergilius, Aſcaniusq́; puer. Interdum pro cinædo, & eſt generis communis ſecũ-

dum Priſcianum. Liuius in Odyſſ. Sancta puer Saturni filia, Declinatur & hic puerus, hæc puera, ſicut puellus, & puella. Plaut. in Mercatore, Tu puere abi hinc intrò ocyus. Varro, Properate uiuere puere, quas ſinit ætatula ludere & amare, & Veneris tenere leges.

Puerarius, qui pueros amat, ſectaturq;, vt eos præpoſtera libidine exerceat.

Puераſcere, dicuntur qui exacta infantia pueritiam inchoant. A' quo Repueraſcere, quod eſt, in puerilem ætatem reuerti. Quod de ſenibus ferè dicitur, quum deſipere vitio ætatis incipiunt. Cicero in Catone, Ex hac ætate repueraſcam, & in cunis uagiam. Plautus in Merc. Senex quum extemplò eſt, iam nec ſentit nec ſapit, aiunt ſolere eum rurſum repueraſcere.

Puerilis, & hoc puerile, quod eſt pueri. vt Aetas puerilis, Facta puerilia, Geſtus pueriles.

Puerilitas, ſignificat actum aliquem puerilem. Seneca, Qui pueritiam eius, ſiue potius puerilitatem, ludibrio habuit.

Pueritia, ætas puerilis. Quandoq; etiam ſumitur pro puritate. Varr. Ea erat matronæ ſimplicitas, & pueritia & honeſtas.

Puerpera, mulier quæ recens peperit, ſiue puerum ſiue puellam. Vulgò paiola dicitur.

Puerperium, tempus quo puerpera ex dolore partus cubat. Aliquando etiam proles ipſa. Gell. Diuo Auguſto imperante, ancilla eius in agro Laurēte peperit quinq; pueros, qui pauculos dies uixerũt. Mater quoq; non multò pòſt mortua, monumētumq; ei factum, iuſſu Auguſti, in uia Laurētina, in quo ſcriptũ fuiſſe conſtat numerũ puerperii. Suet. de Cali. Quũ Agrippina bis in ea regione filias enixa ſit, & qualiſcunq; partus, ſine ullo ſexus diſcrimine, puerperiũ vocitetur, quòd antiqui etiam puellas pueras, ſicut pueros & puellos dictitant.

Pugil, à pugna, vel à pugno. Eſt autē qui pugnare cõſueuit. A' quo pugillatus, tus, pugilum uſus.

Pugilice, aduerb. ſignificat firmiter, valenter. Plaut. in Epid. Quid herilis noſter filius? Valet pugilice atq; athleticè.

Pugillaris, maſcul. generis, & hoc Pugillare, ſiue Pugillar. Auſonius, Bipatēns pugillar Expedi. Et pugillarem in Euangelio legimus. In plurali pugillares & pugillaria. Apuleius, Dolebam me hercle, quòd pugillares & ſtylum non habebam, qui tam bellam fabellam pernotarem. Catullus ad Egnatiũ, En negat mihi veſtra redditurum pugillaria, ſi pati poteſtis. Sunt autem pugillares, tabellæ ceræ, vel ligneæ, ſiue alterius materiæ, in quibus ſtylo ſcribimus. Dictæ quòd pugno comprehendantur. Vel à pungendo, qđ ſtylo in his pungēdo ſcribat. Variis autem nominibus dicebãt pugillares apud veteres. Alii duplices, alii triplices, alii quintuplices nominabãt. Erant & citrei, eborei, membranei dicti, qui ex citro, ebore, membranis erant confecti.

Pugillus, diminutiuum à pugno, ſignificat paruum pugnum.

Pugio, genus teli. dictus à pugno, quo facile adprehenditur, vel quòd eo præſentius pugnetur. ut inquit Feſtus, Frontinus libro ſecundo Strategematon. Q. Sertorius, quum acie decertaret, barbarum (qui ei nunciauerat Hirtuleium periiſſe) pugione traiecit.

Pugiunculus, paruus pugio. Cicero, Hiſpanienſem pugiunculum Gnæ. Piſonem adpellat.

Pugna, lucta, vel prælium. Licet quandoq; apud poetas pro ſtupro ponatur. Terentius, Dabit hic aliquã pugnam. Huius diminutiuum eſt pugnicula.

Pugnax, bellicoſus. A' quo Pugnacior, pugnaciſſimus, & pugnacitas. Auguſtinus lib. viii. Cõfeſſionũ, Sed tamē conſuetudo aduerſus me pugnacior ex me facta erat. Et lib. v. Nulla pugnacitas calumnioſarum quæſtionum extorquere mihi potuit.

Pugno, gnas, dimico, refertur q; ad animata. vt, Pugno cum hoſte. Lactantius libro tertio, Mutorum animalium, quæ ob hoc vel acerrime pugnant. Quandoq; Pugnare, eſt committere. Gellius libro ſecundo, Dum Pyrrhus rex in Italia eſſet & vnam atque alteram pugnam proſpere pugnaſſet. Huius compoſita ſunt Depugno, quod idem eſt quod pugno. Plautus in Sticho. Ita ingenium meum eſt, qui cum uiris depugno, multò facilius quàm cum fame. Compugno, ſimul pugno. Hieronym. in præfatiõne libri paralip. Totusq; orbis inter ſe trifaria uarietate compugnat. Expugno, pugnando vel oppugnando vinco. Et de perſonis, oppidis, caſtris, nauibus, cæteriſq; huiuſmodi dicitur. Interdum Expugnare, non eſt pugnando vincere. ſed ſolum oppugnare. Hieronymus libro ſecundo Machab. Simon adplicuit ad Bethſuram, & expugnabat eam multis diebus. Et in Pſalmo: Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Expugnatur autem nauis (ſecundum Calliſtratum Iureconſultum) quum ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſoluitur, aut perfunditur, aut funes eius excidunt. Iuſtinus, Occupata arce Tarentinorum, expugnatis ueteribus incolis. Liuius, Vnà duas naues expugnauit. Oppugno, pugnando vincere contendo. Impugno, valde aduerſor, confuto. Lactantius libro. vii. Redeunt protinus uitia, quæ virtutem ſemper impugnant. Propugno, aduerſus pugnantes, ſeu procul me defendo. Vnde & Propugnacula. Repugno, pugnando reſiſto, contradico, refragor.

Pugnus, à pũctione. id eſt, ꝑcuſſione, vel à pugno. Donatus in Adelphis, An pugnus à pugna ſit dictus, an ab illo pugna. Quidam à Græco deducunt πυγμή.

Pulcher, chra, chrum, quod antiq; polcrũ dixere, quod nõ eſt deformè, à pollēdo, quòd polleat forma. Ex quo intelligi dat hoc nomē adſpirationē nõ habere, licet vſus vicerit (cui vix repugnari poteſt) vt pulcher in primo & qnto caſu cũ adſpiratione ꝓnuncief. Natura ãt non ineſſe adſpirationē docere hoc ſatis poteſt, qđ eius dimin. Pulcellus, la, lũ, adſpiret minime. Interdũ Pulcher ſumit pro bono, ſicut bonũ pro pulchro. Terentius. Forma bona fortaſſe. Et econtrario, malum pro deformi. Interdum pro forti. Vergilius,

Status Hercule pelchro Pulcher Auentinus.
A' pulchro, fit comparatiuum pulchrior, & ſuperlatiuum pulcherrimus, pulchrius, pulcherrimè, pulchrè, & pulchriter. Pulchralis, pro pulchro Ennius, Pulchralibus ludis.

pulchreſco, ſcis, pulcher fio. Augu. Quicquid pulchreſcit viſu, quicquid lenocinatur odoratu, quicqd molleſcit attactu.

pulchritas, idē ſignificat quod pulchritudo. Cæcilius, Dii boni, quid illud eſt pulchritatis? Ce.

pulchritudo, (vt Cicero lib. iiii. Tuſculan. quæſt. inqt) eſt quædam apta figura membrorū, cū coloris quadam ſuauitate. Et proprie de magno corpore dicit. Venuſtas, eſt gratia quam adfert pulchritudo.

Pulex, animal notum, dictū eſt, quòd puluere generet. Quo nomine etiam dictus eſt vermiculus, herbis, & præcipue braſſicis infeſtus. A' pulex fit pulicinus, ſicut à muſca muſcinus: à formica formicinus.

Pulicoſus, pulicibus plenus. Col. lib. viii. Pulicoſæ cani remedia ſunt. Sume cyminum tritum, pari pōdere cum veratro, aquaq; mixtum, & illitū, ſeu cucumeris anguinei ſuccus: vel (ſi hæc non ſunt) uetus amurca, p totum corpus infuſa.

Pullari, dicuntur feles, à Lucilio: quod pullos gallinaceos inquirant.

Pullarius, qui pullorū curam habet. Liui. lib. x. Nam quū pulli non paſcerent pullarius auſpiciū mentiri auſus, tripudiū ſoliſtimum nunciauit conſuli.

Pullaſter, & pullaſtra, ſignificat gallum ſiue gallinam adoleſcentes, ſicut etiam à nobis dicitur lingua vernacula, nō enim diminutiua ſunt. Sic à Mar. Varrone Pullaſtræ dicitur iuuencæ gallinæ. Alt enim, Et ea quæ ſubiicias potius vetulis quàm pullaſtris, & q̃ roſtra aut vngues non habeant acutos.

Pullatio, apud Columellam accipit pro fœtura pullorum, quæ & pullitio dicitur.

Pullatus pulla veſte indutus. hoc eſt, lugubrē habitū ferens ex parentū morte, q & atratus dicit. Qui mos à Lydis cœptus eſt. Cicero in Vati. Quis vnquā cœnauit atratus, quū ipſe epuli dominus Quintus Arrius albatus eſſet? Quandoq; pullatus accipit pro viliori perſona ſiue rudi & imperita. Suetonius de Auguſto, Militem ſecreuit à populo, multis ex plebe proprios ordines adſignauit, prætextatis cuneū ſuū, & proximū pædagogis: ſanxitq; ne quis pullatorū media cauea ſederet. Quintil. Ferire pectus, frontem cædere, mire ad pullatū circulū facit. hoc eſt, ad cumulū rudiū atq; imperitorū hominū.

Pulegiū, genus herbæ ſeu fruticis medicinalis. Eſt enim calida & ſicca in tertio gradu. Ambr. ad Felicē, Non mediocrem ſumpſi ad conualeſcendū gratiam, quaſi quodam tui adloquii pulegio refotus. Hiero. Pulegiū apud Indos pipere precioſius eſt. Col. libr. ix. Pulegii ſurculis fumigentur.

Pulleſco, ſcis, idē quod pullulaſco. Col. lib. v. Quicqd eſt ſupra vetuſta brachia ampulet, & ita ex nouello palmite vitis pulleſcit. Hinc fit compoſitū Repulleſco. Idem ibidem, Quum ferè plurimarū ſtirpiū natura ſic ſe commodet, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repulleſcant.

Pulliceñus, diminutiuū à pullus. & eſt q ex gallinarū ouis naſcit. Helius Spartianus, ſiue Lampridius, de Alexandro Seuero, Et ne eorum paſtus grauaret annonam ſeruos habuit vectigales qui eos ex ouis & pullicenis & pipionibus alerent.

Pullities, pullatio. Col. libro. ix. de turture: Huius auis ætas ad ſaginam non tam vetus eſt idonea, quàm nouella. Itaq; circa menſam, quū iam confirmata eſt pullities, eligitur. Idem de apibus. Quū primū verò in eo vaſe nata eſt pullities, nouus rex elidit.

Pulligo, idem quod pullus color. Pli. Fuluas oues Tarentū habet & alias ſuæ pulliginis.

Pullinus, lina, num, quod eſt pulli. Vnde pullini dētes quos primū equi iaciūt.

Pullipremones, dicuntur pedicones, à premendis pullis. id eſt pueris teneræ ætatis. Priſci pullū, dicebant puerū ab aliquo amatū. Hos Lucil. ſuppilones, & ſtibulones, alii ſubactores, Auſonius poſtico vulnere foſſores vocat.

Pullulaſco, ſcis, pullulans fio. Col. lib. v. Ex nouello palmite uitis pullulaſcit.

Pulluli, plantariorū ſunt. Pullulus enim à pullus deducit per diminutionem.

Pullulo, las, penultima correpta, quaſi fœtifico. Nam Pullulare dicimus arbores, quū à radice nouæ plantæ ſurgunt. Plin. Natura & plantaria demonſtrauit, multarū radicibus pullulante ſobole, denſa & pariente matre quos enecet. Eius quippe vmbra turba intedigeſta premitur, vt in lauris, platanis, ceraſis, prunis: paucorum in hoc genere rami parcunt ſoboli, vt vlmorum, palmarumq;. Nullis verò tales pulluli proueniunt, niſi quarum radices (more Solis atq; imbris) in ſumma tellure ſpaciantur. Huius compoſitum eſt Expullulo, quod ſignificat extra pullulo, vel extra fructum produco. Columella libro quarto, Nec dubium quin gemmæ quæ cacumini proximæ ſunt, infœcundæ in eo relinquantur, ex quibus pampinus expullulat.

Pullus, quod quidam per ſyncopam à puellus dictū volūt, ſignificat nouellū, id eſt, paruū puerū, & paruū filiū. Vnde paruos fœtus quorumcunq; animalium; quinetiam arborum atq; plantarum, Pullos dicimus. vt, Pullus hirundinis, pullus aſini, pulli ranarum.
  Horatius in Sermonibus,
Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis.
Quinetiā priſci, Pullos dicebant ſuos catamitos. Vnde Q. Fabius, cui Eburno cognomē fuit propter candorem, quòd eius natis icta eſſet fulmine, pullus Iouis adpellatus eſt. Sunt qui pulus, quum de equo dicitur, per ſimplex l, ſcribunt, quoniam πῶλος Græcis dicatur. Pulus verò gallinæ, per duplex ll.

Pullus, la, um, quod eſt, natiui coloris. id eſt, nō plene obſcurum, atrum, leucopo contrarium, quò d pulli ouium ferè eo colore naſcunt. Vergilius,
Ne maculis infuſcent vellera pullis. Tibullus,
  Concidit ad magicos hoſtia pulla deos.
Vnde veſtis pulla, dicit, fuſca, atra, qua quis in luctu induit. Cicero in Vati. Atq; etiā & à te ſcire cupio;

quo conſilio aut qua mente feceris, vti in epulo Q. Arrhii familiaris mei cũ toga pulla adcũberes. Sunt tñ qui dicant hunc colorem Hiſpanũ ſiue Bethycum dici. à quo pullati etiam Bethycarii dicunť. Martia. Et Bethycatus ſimul atq; leucopatus.

Cuius eſſe rationem dicunt, quòd natiuus color in Hiſpania ſubnigrior eſt, ideoq; minus uilis. Hic enim color ad nigredinẽ tendit, alicubi plenior, alicubi dilutior. Huic proximus color eſt niger, qui & fuſcus dicitur, & ater. Similiter pullus color, diciť impluuiatus, quaſi fumo ex ſtillicidio implutus. Plau. Impluuiatus facit veſtimentis nomina. Item ſuauus. ut apud eund. Sordida & ſuaua amictus togula. Poniť tamẽ pullus pro nigro. Columel. Atq; oleris pulli radix. hoc eſt, oleris atri.

Pulmentariũ, diciť quod inter cibos ſumiť in ſimilitudinem pultis factum. hoc eſt, quod pulmenti vicem præbet. Iuuena. Veniet qui pulmentaria condit. Pli. primũ in Latio cibũ pultem fuiſſe, non panẽ ſcribit: argumẽto q; ad id eſſe, quòd pulmentaria pro cibis ſua etiam ætate dicerenť. In Euangelio quoq; legimus, Nunquid pulmentariũ habetis? Poſſet etiam dici pulmentariũ, pulmenti repoſitorium.

Pulmentariũ teſtuacium, dicitur torta quæ coquitur ſub teſta.

Pulmentũ, ipſa puls, uel aliud cibariũ ad modũ pultis factum. Apuleius ius porcorũ, pullorũ, piſciũ, & ius pulmentorũ, largiſſimas epulas.

Pulmo, eſt vnũ de viſceribus, de natura ſui ſpongioſus, & ideo ſpiritus capax. Qui diuidiť in ſimilitudinem vngulæ bouis, & duæ illæ partes fibræ uocantur, ſicut in omnibus viſceribus. Reſpiramus autẽ pulmone. Vnde Perſius, Qui pulmo animæ prælargus anhelet. Attollitur enim ſpiritus attrahẽdo, & emittẽdo deprimiť. Ex pulmone naſcitur tabes, quã Græci phthiſin vocant. Tunc enim pulmo tabeſcit. Oui.

Cernis vt è molli ſanguis pulmone remiſſus,
Ad ſtygias certo limite ducat aquas.

Apud veteres pluraliter tantum pulmones dicebanť, ſicut & ceruices. Plau. in Curc. Pulmones diſtrahunť, cruciatur cor. Cicero lib. ii. Tuſc. quæſt. Quæ lateri inhærẽs, morſu lacerat viſcera, vrgens q; grauiter pulmonum haurit ſpiritus.

Pulmonarius, ria, rium, quod laborat pulmonis morbo. ut, Ouis pulmonaria, apud Columellam, quã lib. octauo ait curari ſimiliter vt ſuem, inſerta per auriculam quam veterinarii conſiliginem vocant. Dicitur etiam pulmonarius, de morbo: quem Græco vocabulo pneumonicum & pneumaticum adpellant. Et herba pulmonaria vocatur à medicis quæ eſt, foliis mollibus, albo maculatis.

Pulmonea poma, dicſitur, quæ vulgò centumfolida adpellantur.

Pulpa, quando q; dicitur neruus ille, qui ab aliquibus dicitur ἰνίον, à Theophraſto ἶνα. Inter pulpas (inqt Plinius) & venas, diſcrimen facile. Venæ latiores cãdidiores q; ſunt, pulpæ filiſilibus inſunt.

Pulpamentũ, à pulpa dictũ eſt, & accipitur pro cibo lautiore. Teren. Lepus tute es, & pulpamẽtũ quæris.

Pulpitum, locus ante ſcenam æditior, in quo omnis comœdia recitabatur. Græcè λογεῖον. Ponitur etiã pro ſuggeſto. id eſt, pro quocunq; loco ædito, vnde ſermo habeatur ad populum.

Puls, vict⁹ antiqſſimus ex farina, aqua, melle, ſeu caſeo, ouo decocto factus, quo p pane veteres utebantur. Dicta, quod ita ſonet, quũ aqua feruẽter adſpgitur.

Pulſatiles venæ, ſunt qbus pulſus exploratur, quas antiqui arterias vocant. Sunt autem arteriæ ſpiritus ſemitæ, ſicut uenæ ſanguinis riui.

Pulſo, ſas, frequentatiuũ à pello, ſignificat ſæpe percutio, verbero. Cicero de Supp. Lictores conſiſtunt valentiſſimi, ad pulſandos verberandos q; homines exercitatiſſimi. Terentius in Adelphis, Sed quis hoc oſtium pulſauit? Transfertur & ad animum. Ambr. Dehinc terroribus pulſat. Plautus in Epid. Id ego experior, cui in vnum multa confluſit, quæ meum pectus pulſant. Interdum pulſare, eſt uiolare, lædere.

Vergilius libro duodecimo,

Pulſatos, referens, infecto fœdere diuos.

Interdum ſonare. vt, Pulſo lyram. Pertinet q; pulſare ad homines, ſonare ad inſtrumenta. vt, Sonat campana. Vnde dicimus, pulſatum eſt ad tertiam, non autẽ, ſonatũ. Quũ autem dicimus, Pulſo cithara. idem eſt quod cano, vel ludo. Vergilius,

Iam pectine pulſat eburno.

Huius compoſita ſunt Compulſo, Expulſo, quod eſt valde pulſo. Auguſt. Mortuus eſt, qui quantumlibet expulſes, quantumlibet lanies, quãtumlibet vellices, non expergiſcitur.

Pulſus, eſt ille vbi coniungitur manus lacerto. Plinius, Arteriarũ pulſus, in cacumine membrorũ euidẽs, maximè index morborũ, in modulos leges q; metricas, per ætates ſtabilis, aut citatius, aut tardius. Idem alibi, Pulſum percuſſum adpellat. Nam uitæ gubernacula tenet, & ictu crebro aut lãguido valetudinem indicat. Nam lib. vii. ſic ait, Venarum inæquali aut formicante percuſſu. Sed hoc ex arteriis eſt.

Pultacius, à pulte accipitur pro vaſe pultis. Cornelius Celſus: Si cætera defecerint, caliculus aut pultarius oris compreſſioris ei rei commode aptatur.

Pulticula, diminutiuum à pulte, quo vſus eſt Plinius lib. xxvi.

Pultiphagonides, id eſt, pultis deuorator.

Pulto, tas, idẽ quod pulſo, fitq; à ſupino pultũ, quo antiqui vtebantur. Plautus, Pultãdo confregi fores. Terentius, Ceſſo iam pultare oſtium.

Pulueresco, in puluerem redigor, quod à puluereo fit. Vnde & Diſpulue reo, pro diſſoluor.

Puluero, ras, in puluerem redigo. Colu. lib. xiii. Priuſquàm vineæ puluerentur. Hinc puluératio, quæ eſt genus culturæ (vt inqt Seruius) quo imminutæ glebæ vitibus adplicantur. Pulueret Plautus dixit, pro puluere plenum fit. Ait enim, Exitu Daue, age, ſparge mundum eſſe hoc veſtibulum uolo, Venus ventura eſt noſtra, nolo hoc pulueret.

Puluinar, penult. produc. quaſi pluminar, eſt quod capiti dormituri ſupponimus, ad pluminorum ſimilitudinem. Iuuenalis,

Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Quo etiam nomine dicitur lectulus, qui in templis ſterni conſueuit numini dicatus. Vnde lectiſterniũ nuncupatur: ſicut docet Auguſtinus lib. iii. de Ciuitate Dei: Liuius: Curatum lectiſternium, & per triduũ habitum decemuiris ſacrorum curantibus: & puluinaria in conſpectu fuere Ioui & Iunoni: Alterum Neptuno & Mineruæ. Tertium Marti & Veneri. Quartum Apollini & Dianæ. Quintum Vulcano ac Veſtæ. Sextum Mercurio & Cereri. Videtur autem dici Puluinar, à pluma qua fulcitur. Abuſiue tamen Puluinaria pro templis dicuntur. Inde apud Liuium legitur, ad omnia puluinaria ſacrificatum fuiſſe. Videtur etiam accipi pro illis puluinis, in quibus ſimulachra Deorum recumbentia collocantur. Acron: Puluinaria dicebantur, aut lecticæ diuorum, aut tabulata, in quibus ſtabant numina, vt eminentiora viderentur.

Puluinatus, ta, tum, quod eſt ad ſimilitudinem puluini, molle ac conuexum. Plinius: Lanuginoſo ac puluinato calice.

Puluinus, ſeu puluillus, à pluma: quaſi plumin⁹, quòd plumis pullorum fiat, ceruical, ſeu plumatius. Hiero. In terra pro puluillo capiti ſupponebát. Quandoq; accipitur pro lecto. Cicero in Verrem actione ſeptima: Nam vt mos fuit Bithyniæ regibus, lectica aperta foro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitenſi roſa decoratus. Apuleius: Quatuor Eunuchi confeſtim puluinis compluribus, vento tumentibus, pluma delicata, terreſtrem nobis cubitum perſtruunt. Item Puluini vocantur, qui ſcabellis ſuperimponuntur, quò mollior ſit ſeſſio. hoc eſt, lectuli quidam exigui, lana, vel ramento, vel pluma, vel alio genere pleni: vulgo cuſſini. Cicero: Adſerri iuſſit Puluinos & oẽs in ſuis ſedibus ſederunt. Iuuenalis,

De puluino ſurgat equeſter. Et Puluini, areolæ, terra elata inter duos ſulcos in hortis: quæ porca, à porrigendo, in agris adpellatur. Habet enim veluti puluinorum in quibus ſedemus ſimilitudinem, propter quod & torus à quibuſdam dicitur. Plinius: Areis diſtingui, easq; reſupinis puluinorum toris ambiri ſingulis tramitum ſulcis, qua datur acceſſus homini, ſcatebrisq; decurſus. Columella libro. xii. Vlpicum habet uelut allium, plures cohærentes ſpicas: hæq; quum ſint diuiſæ, liratim ſeri debebunt, ut in puluinis poſitæ, minus infeſtentur hyemis aquis. Idem lib. iii. Omnium autem generum ramos circa calendas Martias in hortis per puluinos arearum diſponere conuenit. Item Puluinus, arena durior, quæ in modum ſaxi lapideſcit. Victruuius libro. v. Puluinus firmiſſime ſtruatur. Ab hoc Puluino arenario, videtur Plautus in Caſina per tranſlationem dixiſſe: Ibo intrò, ſubducam nauem rurſum in puluinarium. Item Puluinus, machina qua naues in portũ ſubducitur.

Puluis, generis maſculini & fœminini. Propertius,

Si mihi perpetuæ puluis Hetruſca dolor. Dicit autem Puluis (vt quidam putant) à pellendo, quod pellatur vi venti. Apud antiquos etiam Puluer dicebat. Sed ab eo quod eſt Puluis, genitiuus erit puluis: à Puluer verò, pulueris. Verũ in vſu eſt tantum puluis in recto: Pulueris in obliquis.

Puluiſculus, & puluiſculum diminutiua ſunt à puluis. Et generaliter de omni puluere dici poteſt. Apule. Miſi ut petiſti munditias dentium, nitellas oris, ex Arabicis frugibus, tenuem, candificum, nobilem puluiſculum, complanatorem tumidæ gingiuulæ. Hieronymus: Neſcio quid puluiſculum. Proprie autem ſignificat puluerem illum, quo vtuntur puellæ: q & cinis dicitur. Ad cuius differentiam alius cinis immũdus adpellatur. Vergilius,

Et cinerem immundũ iactos iactare per agros.

Hinc Puluereus, rea, reũ, & puluerulentus, ta, tũ.

Pumex, lapis cauernoſus: q ad corpora leuigãda laudatiſſimus eſt. Verg. lib. xii. Vt cũ latebroſo pumice paſtor. Catullus fœminino genere protulit. Pumices præcipui ſunt in Aeoliis inſulis. Probatio eorũ eſt in candore ac minimo põdere: & vt maxime ſpõgioſi atq; aridi ſint, ac teri faciles, nec in fricãdo arenoſi, A' Græcis dr̃ ciſſeris, à cis vermiculo.

Pumico, cas, pen. cor. pumice polio, leuigo. Tibul.

Pumicet, & canas tondeat antè comas.

Vnde Pumicatũ, pumice politum.

Pumicoſus, ſa, ſum, quod pumicis vel naturam vel ſimilitudinem habet. Et Pumicoſus, dicitur locus pumicibus plenus.

Pumilis, penul. corre. paruus, nanus. Columel. lib. ix. Pumiles aues (niſi quem humilitas earum delectat) nec propter fœcunditatem, nec propter aliũ redditũ nimiũ probo.

Pumilus, & Pumilio, autore Placiade, mollis & eneruis dicitur.

Pũctim, aduerbiũ, ſignificat per punctiones infixiones q; gladii: ſiue pũgendo.

Punctim cæſimq;, prouerbium à gladiatoribus tractum: qui in hoſtem irruentes, nunc punctim nunc cæſim lancinant.

Punctus, (quod non niſi deprauate barbareq; dicitur in neutro.) Seneca, Pũctum & adhuc puncto minus, quod incolimus. Plini. lib. ii. Non aliud eſt terra vniuerſa, quàm mundi punctus. Tradũt Geometræ, Pũctum eſſe corpus indiuiduũ, in quo neq; longitudo, neq; latitudo, neq; altitudo deprehenditur, & ob incomprehenſibilem breuitatem ſui, in partes diuidi non poſſe: quod protractum lineam efficit. id eſt, corpus vnius dimenſionis. Longum enim eſt ſine lato: & duobus punctis ex vtraq; parte ſolam longitudinem terminantibus continet. Hanc lineam ſi geminamus, alterum corpus efficitur, quod duabus dimenſionibus extruitur, ex longo latoq;, ſed alto caret. Punctis autem quatuor continetur, per ſingulas ſcilicet lineas binis, & hoc Græci ἐπίπεδον, noſtri planum ſiue ſuperficiem vocant. Quandoq; tamen punctũ, ſumitur pro temporis vel horæ momento. Cicero, Itaq; ne pũctũ quidẽ temporis in ipſa fortuna fuiſſe. Quãdoq; pro minima cuiuſq; rei particula. Idẽ pro Plancio, Nam quòd quæſitus eſt plures teſtes te habere, quàm quòd in ea tribu puncta tuleris. Quandoque pro ſuffragiis & fauore:

quoniam veteres ſuffragia non ſcribebant, ſed pungebant notabant. Vnde Expuncti, dicebantur viles, eiecti, ſiue fauore priuati. Horatius,
Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci. Hoc eſt, Solus ſuffragia iudicum tulit, qui & vtile & dulce ſcripſit: quoniam prodeſſet & delectaret.

Pungo gis, pupugi, vel punxi, punctum, non ſolum de ferro, ſed de quacunque alia re dicitur. Varro, Admota aſpis ſi quem pupugerit, ſi non occidat, ſciat ex pſillo rum eſſe ſtirpe. Huius compoſita ſunt Compungo, quod eſt, totum pungo, ferio, ſeu ſigno. Cicer. lib. ij. Offic. Ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, & eum quidē (vt ſcriptum eſt) compſictum notis Thraciis, diſtricto gladio iubebat anteire. id eſt, ſignatum vel percurſum. Vnde ſequitur: O miſerum, qui & barbarum & ſtigmaticum fideliorem putaret quàm coniugem. Expungo, foras mitto. Perſius, Quem proximus hæres, Impello expungam. Cornutus, Proprie expungam, id eſt, foras mittam. Tractum à militibus: qui Expuncti dicuntur, dum è militia mittuntur. Repungo, de quo alibi.

Punicus, ca, cum, penulti. correp. quaſi Pœnicus, à Pœnis: qui à Phœnicia, detracta adſpiratione. Vergil. Punica regna vides. Et punicus color, ſiue puniceus, qui eſt coloris rubentis: qui Græcè phœnicos dicitur. Horat. Puniceis inuecta roſis. Nam exuperantiam ruboris, & ſplendorem (teſte Gellio) ſignificat. Punica mala, granata: quæ hoc cognomen ſibi circa Carthaginem vendicarunt, vbi & multa & inſignia naſci perhibētur. Granata dicuntur à granis, quibus ſunt referta.

Punio, nis, niui, nitum, quod & Pœnio dicitur: quaſi pœna adficio. Hinc Impunitus, non punitus. Sallu. Impunitos eos dimiſere. Item Impunitas.

Pupilla, ſiue pupula, pars oculi parua, qua cōtinet vis vidēdi. Hanc Lactātius ſcintillam luminis adpellat. Suſpicor, & fama eſt, oculis quoque pupula duplex. Et Plinius libr. xi. ſcribit, abſolutam vim ſpeculi in oculis, vt tam parua illa pupula, totam imaginē redda hominis.

Pupillaris, à pupillo deducitur. Inde pupillaris ætas, pupillare negocium. Cornucopiæ.

Pupillus, à pupus deriuat, pro impube, qui deſiit eſſe in patris poteſtate, vel morte, vel emācipatione. Hierony. Pupillus dr, qui nō habet patrem. Orphanus, qui nec patrem habet nec matrem.

Puppes, & Puppis, utroque modo dr pro naui. Ouide Pont. Dum mea puppis erat valida fundata carina.

Pupula, Vide in dictione pupilla.

Pupulum, vrbs eſt à latere Meridionalis Sardiniæ.

Pupulus, & pupula dimin. à pupus & pupa. Catullus, Deprehendi modò pupulum puellæ.

Pupus, puer paruulus, tenerior. Pupa, puella. Varro: Mām à lactantis ſugentē paſcere pupū. Auſonius,
Barbara quae Latias vincis alumna pupas. Mart.
Pupam ſe dicit Gellia quum ſit anus. Et à ſimilitudine, Pupa quoque paruula puellaris imago dicitur. Var. in Orig. Itaque breui tempore magna pars in deſyderium puparum & ſigillorum ueniebat. Moris autem fuit veterum puellarum, paruula quædam puellaria ſimulachra ex linteo inſuere: dē inde tomēto infarcire, tum veſtibus amicire. Has virgines pueritiam egreſſæ Veneri (tanquā virginitatis ſuæ inſignia) condonabant, vt fauſtum futurum matrimonium cederet. Vnde Perſius,
Dicite pontifices in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine pupæ.

Purgamen, ſeu Purgamentum, fordes quæ ex re aliqua immunda & lurida tergitur & repurgatur. Græcè periphſma dicitur. Columella libro. i. Sterquilinia quoque duo ſunt. Vnum quod noua purgamenta recipiat, & in annum conſeruet: alterum uerò, ex quo vetera vehantur.

Purgo, gas, mundo: quaſi purum ago. hoc eſt, educo. Columel. lib. iii. Itaque cauatum foramen quum purgauerimus vndique, adraſos ſurculos inſerimus. Teren. in Adelphis, Piſces cæteros purga Dromo: congrum iſtum in aqua ſinito ludere paulisper. Per trāſlationem Purgare, ſignificat excuſare. Idem in Eunucho, Sed heus tu, purgem me de iſthac Thaidi, quòd eam me amare ſuſpicata eſt? Purgari rationes dicuntur, quando deciduntur ſuperflua aut obſtantia, collatione facta accepti & expenſi. Huius uerbi compoſita ſunt Depurgo. Expurgo, perfectè mūdo, ſeu palàm excuſo. Columella lib. ii. Quū rurſus amplior meſſis prouenerit, quicquid exteretur capiſterio expurgandum erit. Idem lib. v. Dolabella conuenit expurgari, quicquid emortuum eſt: deīnde falce radi uiuo tenus. Terentius in Hecyra: Quod me adcuſat nunc vis, ſum extra noxam: ſed nō facile expurgatur, ita animum induxerunt, ſocrus omnes eſſe iniquas. Perpurgo, valde purgo. Cato de Re ruſt. Aluū mouebit, & poſtridie perpurgabit ſine periculo. Repurgo, rurſus purgo. Lactan. lib. iiii. Pollutos & adſperſos maculis repurgabit.

Purifico, mundo. A' quo Purificatiō: & (quo nōnulli vtuntur) Purificus. Cornucopiæ.

Purimè, dixerunt veteres, pro puriſſimè. Cc.

Puritas, & munditiam, & inanem ſimplicitatem ſignificat. Cuius contrarium eſt Impuritas, turpitudo, ſeu Improbitas.

Puritius, pro ſtulto à Plauto ponitur.

Puro, ras, purum facio: quaſi purem extrahō. A' quo Depuro, penultima producta. vnde Depuratum, dicimus mundatū. Suppuro, de quo ſuo loco.

Purpura, piſcis ex concharum genere, annis ſeptenis viuens. Congregatur verno tempore: mutuoque attritu lentorem quendam, veloti ceræ, emittit. Sed nobilem illum ſuccum ad tingendas veſtes in mediis faucibus habet. Reliquo tempore ferè ſterilis, cum vita ſuccum emittit: & ideo viuas capere oportet. Porphyra à Græcis à noſtris Purpura. Hinc porphyriacus, purpureus. Ouidius,
Et porphyriacis ſigere labra genis.
Hinc etiam Purpureus color dicitur: qui nigricantis roſæ ſplendore ſublucet, ex cæterorum omnium colorum gratiſſimus, et tingendis ueſtibus maxime expetitus. Hinc Purpureæ ueſtes dictæ ſunt Tyriæ, à lo

co vbi purpura fit. Purpureus tamen niger color eſt, & cæruleus dicitur, præcipue quando de mari & flumine dicitur: quòd ex altitudine nigrum accipimus. Vnde Vergilius lib. IIII. Georgicorum,

In mare purpureum violentior influit amnis.

Inde Purpuraſcit. id eſt, purpureum fit. Cicero lib. II. Acad. Quid mare non'ne cæruleum? aut eius vnda, quum eſt pulſa remis purpuraſcit? Sciendum autem eſt (vt Victruuius inquit) quòd purpura, pro Solis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem procreat Aphrica. id eſt, quaſi violaceum colorem: Tyros autem rubeum. Purpura in violæ colorem tendens, violacea dicitur. Cornelius Nepos: Me iuuene, violacea purpura vigebat. Accipitur quandoq; purpureus pro pulchro. Vergilius,

Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

Purpura, à pelago, pelagia adpellatur.

Purpurarius, ria, rium, quod ad purpuram pertinet. vt, Officina purpuraria, in qua purpura fit. Plinius, Alterum genus eius eſt in purpurariis officinis.

Purpuratus, ta, tum, quod eſt purpura ornatum. Vnde purpurati leguntur ii, qui apud principes dignitate anteirent. Cice. lib. I. Tuſcul. quæſt. Iſtis quæſo, inqt, iſta horribilia minitare purpuratis tuis.

Purpureus, rea, reum, quod eſt totum ex purpura. Inuenitur etiam Purpureus, pro Purpurato. Horatius libro primo Carminum,

Et purpurei metuunt tyranni.

Purpuriſſa, color qui bombyci mixtus, mulierum genas tingit.

Purpuriſſo, ſas, purpuriſſa inficio. Plautus in Truculẽ. Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes.

Purpuriſſum, genus coloris factitii, quo genas obliniunt mulieres: & quo vtuntur pictores, & cum purpuris pariter tingitur. Plinius libr. XXXV. Et reliquis coloribus, quos à dominis dari diximus, ꝓpter magnitudinem precii, ante omnes eſt puriſſimum: è creta argẽtaria cum purpuris pariter tingitur. Hoc Græci vocant andricelon.

Purulentia, tiæ, ipſa puris plenitudo: vel vulnus plenũ pure. Hierony. in Eſaia, Linteola quæ ad exiccandã ſaniem & purulentias iniiciuntur vulneribus.

Purulentus, ta, tum, quod ſanie plenum eſt. Hieron. ad Ocea. Quoties lauit purulentam vulnerum ſaniem, quam alius adſpicere non audebat?

Purus, ra, rum, mundum, ſine ſorde. Hinc Pura veſtimẽta à veteribus dicebantur, quæ ſacerdotes ad ſacrificia ſumebant. id eſt, non obſita, non fucata, non maculam habentia. Et pure lautum, quod aqua pura lotum erat. Et purum aorum, quod expurgatum coctumq; eſſet. Vlpianus purum locũ eſſe definit, qui nec ſanctus, nec ſacer, nec religioſus eſt. Huius contrarium eſt Impurus: quod modò ſordidum contaminatumq; ſignificat. Cicero, Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribus familias in illa terra atque impora legatione vim attuliſſe exiſtimatis? Modò improbum. Terentius, Mei loci atque ordinis hominem haud impurum.

Pus, puris, generis maſculini, ſanies eſt, & quicũq; humor in putredinẽm verſus. Hinc purulentus, ta, tum.

Puſillanimis, qui eſt puſilli animi: quem Græci μικρό-ψυχον micropſychon dicunt. A quo puſillanimitas. Et puſillanimiter aduerbium. Cc.

Puſillus, diminutiuum eſt à puſio. id eſt, paruulus. A quo fit aliud diminutiuum Puſillulus.

Puſio, paruus puer. Veteres enim Puſum et Puſam, pro puero & puella vſurpabant. Cicero pro Cælio: Et ꝓpter nocturnos quoſdam manes metu tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit. Capitur tamen ferè ſemper pro maſculo ſcorto.

Puſtula, eſt ſpecies occultæ vomicæ, ſiue tuberculum in ſummitate cutis naſcens. Martialis,

Feruida ne triro tibi pollice puſtula ſurgat,
Exorment docilem garrula plectra lyram.

Græci puſtulas vocant phlyctenas: quarum tria ſunt genera. Exanthemata, quæ Plinius eruptiones pituitæ, aliquando papulas vocat. Pſydracion, paulò durios eſt, ac ſubalbidum & acutum. Epynictis, puſtula ſubliuida, modice tumeſcens, & plena ſanguinis in tibiis & pedibus, ferè noctu maximè infeſtãs, à quo nomen trahit.

Puſtulatum argentum, à puſtulis dicitur, quæ in argẽto cælato in aſpredinem quandam exciſæ viſuntur: ſicut puſtulæ in corpore oriuntur, ſimiles illis puſtulis. quæ ex verruca vel ſudore naſcuntur.

Puſula, eſt tumefactio illa leuis, quæ in coquendo pane ſolet adſurgere: quam Feſtus hetá quoq; vocari ſcribit: quod pro re nullius precii ponit. Puſula etiã morbi genus, qui alio nomine dicitur ſacer ignis. Columel. lib. VIII. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quã Puſulã vocant paſtores. Hinc Puſuloſus, qui eo morbo laborat. Idem ibidem: Viuam pecudem quæ fuerit puſuloſa, reſupinam obruamos.

Putamen, rerum repurgamẽtum. Nam quicquid ex aliqua re proiicitur. Putamen adpellatur. Plautus in Capti. Nucleum amiſi, reliqui pignori putamina.

Puteal, prætoris tribunal vel ſubſelliũ dr. Horatius,

Forum putealq; Libonis Mãdabo ſiccis. Perſius,
Si puteal multa cautus uibice flagellas.

Et puteal quo cooperitur puteus.

Putealis, & hoc puteale, quod ex puteo eſt. Ouidi.

Vt quò dux Pœnus merſit putealibus vndis.

Puteanus, a, um, eiuſdem ſignificationis. vnde aquã puteanam dicimus. Plin. lib. XVI. Deinde quantum expreſſere adiiciunt vinaceis aquæ puteanæ, vt & ſeſquidarium paſſum faciant.

Putearius, qui puteos fodit. Plinius, Depreſſis puteis ſulphurata vel aluminoſa occurrentia putearios necant.

Puteo, putes, putui, fœteo, & mali odoris ſum: producit primam ſyllabam. Horatius, Putet aper rhombusq; recens. Perſius, Nec inuideas quòd multa fidelia putet In locuplete penu. Hinc Puteſco, mali odoris fio.

Puteoli, ciuitas Campaniæ, ab aquæ calidæ putore dicta (vt inquit Feſtus) licet alii putent à multitudine puteorum earſidem aquarum gratia factorum. Hæc etiam vocata eſt Dicæarchia (à iuſtitia adminiſtra-

tionis & gubernationis) à Samiis condita, vt voluit Euſebius eo tēpore quo Tarquinii à Bruto ſunt expulſi. Hinc fit Puteolanus, a, um. Cicero Thermo. Ciuuius Puteolanus valde me obſeruat. Legitur frequentius pluratiuè.

Puteus, qui perpetuas habet aquas (vt docet Auguſtinus) & de viuo fonte manantes. Dictus quòd puteat dum cauatur. Ciſterna eſt quæ refrigerat aquas ſuas, externas & aduentitias poſſidet. Huius diminutiuū eſt Puteolus.

Puticuli, ſunt adpellati à puteis, quòd ibi cadauera in puteis obruerentur. vel ab eo, quòd in his corpora putreſcerent. Romæ vltra exquilias fuit locus publicus, dictus Puticuli: quoniam illic erat commune ſepulchrum miſeræ plebi.

Putidam orationem, dicimus per metaphorā, quæ auribus auſtera, inſuauis, & (vt ita dicam) rancida eſt. Cornucopiæ.

Putidus, a, um, penul. corre. & Putulentus, a, um, quod eſt mali odoris. Cicero, Putidas ac pecunioſas aures. Nonius, Putidum non ſolum ore fœtido & graui, quod naribus probatur: ſed etiam quod auribus triſte, inſuaue, auſterum, rancidum, putidum dici poſſe autoritas vetuſtatis admiſit. Hinc Putidiuſculus diminutiuum. Cicero Cæſari: Sumus enim putidiuſculi quàm per te vix licet: verum video licebit. Alii Pudentiuſculi legunt.

Putillatum aurum, id eſt, purgatum. Apud Iuriſcōſultos putum enim purum dicebant veteres.

Putiſco, putidus, vel mali odoris fio. Cic. lib. v. de Finibus, Non inſcite illud dictum videatur, inſuauem animū, illi pecudi datum, pro ſale, ne putiſceret.

Putitius, pro ſtulto à Plauto ponitur.

Puto, as, ꝓprie ſignificat falſa, ſuperflua, & infructifera ex quacunq; re, à feris & fertilibus reſeco, & purgo, & deputo. Hinc Putari arbores dicuntur. Columella libro. ii. Neq; arent, neq; vitem aut arborem putent. Vnde arborum purgatores, Putatores dicuntur. Et Putari ratio dicitur, in qua ſententia pura fit. Hinc factum eſt, vt Putare pro cogitare & conſyderare capiatur. Cogitando enim reſecamus mente, quæ falſa aut inutilia ſunt. Et quod verum ac bonum eſt, huic cogitādo hæremus. Vnde putare rem dicitur, quod eſt diſputare de re, & declarare quid res ipſa velit. Teren. Mittó maledicta omnia, rem ipſam putemus. Interdum ſumiť Putare, pro colligere, conferre. Plaut. in Aulu. Putatur ratio cum argentario. Interdū aptare: Titin. Da penſam lanam, qui non reddet tempori putatam, rete facite vt multetur malo. Interdū æſtimare, iudicare. Terentius in And. Recte putas. Ambroſi. Subrepunt etiam fabulæ frequenter, de ſeculo ac voluptatibus claudere aures non potes, prohibere putatur ſuperbiæ. id eſt, attribuitur ſi caſus datiui eſt, vel æſtimatur ſi genitiui. Compoſita ſunt Amputo, à quo Peramputo, Computo, Deputo, Diſputo, Exputo, Imputo, quod eſt quaſi intus annumero, cōpenſo. Vlpianus, Præterea ſi matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum poſſe: ſed eſt verius non niſi per quem egenti dedit, imputare eum oportere. Et Imputare, eſt adſcribere, attribuere, & culpam dare. Plin. in Paneg. Illum cæteris gentibus poſteris imputare, non potes nobis. Imputatus vero ta, tum, pro non amputato ſumitur. Plin. lib. xiiii. Eadē lege ex imputata vite libari vina diis nefas ſtatuit. Interputo, in medium puto. Colu. lib. iii. Roſam fruticibus ac ſurculis diſponi per pluſculos pedales cōuenit, per idem tēpus quo & viola: ſed omnibus annis fodi antè Calē. Martias, & interputari oportet. Hoc modo annis multis perennat. Opputo, circūputo. Plin. lib. xvii. Opputatť autē quicquid ꝓximo tulit fructū. Perputo, perfecte puto, declaro, & vti dici debet ꝓfero. Plautus in Caſ. Nſic operā date, vt ego argumentū hoc vobis planè perputem. Reputo, rurſus ſeu ſæpe puto, retracto: quod dicimus cogito, & recogito, ſeu multū conſydero ac mecum voluo. Lactan. Cogitanti mihi & animo meo ſæpe reputanti, priorē illum generis humani ſtatū, & mirum pariter & indignū videri ſolet. Salluſt. Quum ſententia nōnullorum ipſe mecum reputo. Liuius libr. i. Qui ſis, non vnde natus ſis reputa. id eſt, bene conſydera. Et Reputare, eſt computare. Vlpianus, Item ſumptus litis tutor reputabit, vt viatica, ſi ex officio neceſſario habuit aliquò exire vel proficiſci. Supputo, calculo, numero. Hiero. ad Heliodorū, Aedificaturus turrim, futuri operis ſumptus ſupputa. Et omnia habēt penultimam correptam.

Putor, fœtor.

Putrefacio, reſoluo. Colum. lib. iiii. Per apertam vitis medullam, nimius humor trahitur, idemq; truncum cauat vnde formicis aliiſq; animalibus quæ putrefaciunt crura vitium latebræ præbentur.

Putreo, es, marceo, & in pus ſoluor. Pacuuius, Quanquam annis & ætate hoc corpus putret.

Putreſco, is, putridus fio. Columella lib. ii. Vt herbarum culmis cæteriſq; rebus immixta putreſcant, quę vernacula lingua dicimus maſrare. Idem in eodē, Totum ſterquilinium raſtris permiſceri oportet, quo facilius putreſcat, & ſit aruis idoneum. Huius cōpoſita ſunt Computreſco. Hierony. in Exod. Et computreſcent aquæ. Imputreſco, intus reſoluor. Colu. libro vii. Nam animal ipſum oleo merſum necatur, & quū imputruit conteritur.

Putris, & hoc putre, quod eſt corruptum, ac reſolutum. Vergilius libro vndecimo,

Quadrupedum putrem curſu quatit ungula cāpum.

Idē li. i. Georg. Et zephyro putris ſe gleba reſoluit. Super quo Seruius, Putris gleba, ſolubilis. Colu. lib. ii. Idem pinguis ac putris, quia quum plurimum reddat, minimū poſcit. Et quod poſtulat exiguo labore atq; impenſa conficit. Hinc Putridus, a, um. & Putredo, inis, corruptio reſolutio.

Putus, ta, tum, idem quod purus. Vnde Putum argentum. id eſt, purgatum. Iuuenalis,

Pauca licet portes argenti uaſcula puti.

P ANTE Y.

Pycnoſtylon, ædificiū in quo ſunt denſæ columnæ.

Pyctas. πύκτας, Græci uocant pugiles. Lāprid. in Heliog. Gladiatores antè cōuiuiū pugnantes ſibi &

pyctas frequenter exhibuit. Hinc pyctale, pro certamine. Seruius Pyctale certamen adpellat pugnã cæſtuum. Hinc Colu. lib. ix. gallinaceum in certaminibus Gallorum pugnacem pycten vocat. Non rixoſarum auium laniſtæ, cuius plerũq; totum patrimoniũ pignus aleæ victor gallinaceus, pyctes abſtulit.

Pyctatium, apud Lamprid. in Alexand. vita, dicitur album. hoc eſt, tabella dealbata, in qua nomina iudicũ ſelectorum deſcribebantur. ſic enim inquit, Denique quum inter militares aliquid ageretur multorum dicebat nomina. De promouendis etiã ſibi annotabat, & perlegebat cuncta pyctatia, & ſic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & quis & qualis eſſet in ciuitate promotus.

Pyga, πυγὴ, dictio Græca ſignificat extremã partem, tam anteriorem, quàm poſteriorẽ. Hinc eſt quòd & membrum & nates ſignificat. Trunci enim extremũ vtrunq; eſt. A' quo fit verbum πυγίζω. Vnde apud Martial. vetus legitur epigrãmatis inſcriptio, philopygiſta, quæ uoces pluribus verbis aperiendæ non ſunt ab eo qui ſe religioni dicauerit.

Pygargus, caprea quædam ſylueſtris, non diſſimilis damis. Plin. lib. x. Pro quodam aquilarum genere accipit. Secundi generis, inquit, pygargus in oppidis & in campis albicante cauda, ex πυγὴ, nates: & ἀργὸς, album. Sunt qui putant eſſe herodiorum genus, quæ ales adeò coitui infeſta eſt, vt quũ vir eũ muliere coire velit acri dolore oculorum utrinq; ſoluantur, ac morientium penè ſimiles abeant.

Pygiſtæ, πυγισαὶ, dicuntur puerarii, & emaſculatores, quando libido præpoſtera virilem animum effœminat, à contractandis natibus ſic adpellati, qui & Pæderaſtæ & puerarii à Latinis vocantur, & Emaſculatores & puiliprxmones.

Pygmachia, cæſtuum pugna. πυγμὴ enim cæſtus dicit.

Pygmachus, pugil.

Pygmæi, vt lib. vii. ſcribit Plinius, populi in extrema parte montiũ Indiæ habitãtes, ſalubri cœlo, ſempq; vernante, qui ternos dodrãtes non excedunt. πυγμὴ enim cubitus dicitur. Auguſtinus lib. xvi. Ciui. Dei: Alios ſtatura cubitales quos pygmæos à cubito græci vocant, pugnant cum gruibus, ſed vincũtur. Horũ mulieres quinto anno pariunt, & ſeneſcunt octauo. De Pygmæis Iuuenalis loquitur Satyra. xiii.

Ad ſubitas Thracum uolucres nubemq; ſonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hoſti, raptusq; per aera curuis
Vnguibus à ſæua fertur grue. ſi videas hoc
Gentibus in noſtris, riſu quatiere: ſed illic,
Quanquam eadem aſſidue ſpectentur prælia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non eſt altior uno.

Pylæmenes, dux paphlagonũ, qui ad auxiliũ Troianorum profectus eſt. Et Pylæmeneus à poetis dicitur.

Pylæus, nomen proprium. Cc.

Pylartes, vir Troianus fuit. Cc.

Pylas, πύλας Græci portas vocãt. unde Thermopylæ in anguſtiis Theſſaliæ dictæ ſunt. Cc.

Pylene, Aetoliæ oppidum. Papin. Senſit ſcopuloſa Pylene Fletaq; cognatis auibus Meleagrea pleuron.

Pylos, oppidum iuxta Theſſaliam, à Neleo conditũ. Vnde Neſtor dictus eſt Pylius. Ouidius.
Illius attactu pylius iuueneſcere poſſet.
Sunt & aliæ duæ ciuitates hoc nomine.

Pympla, & pympleiades, Vide Muſa.

Pyr, Latinè ignis. à quo multa per cõpoſitionem ſiũt. Et pyr, oliuæ nucleus, quòd facile ignem concipiat.

Pyra, lignorũ cõgeries. Virg. Innumeras ſtruxere pyras. In his cremare corpora antiqui conſueuerunt.

Pyrachanta, nomen eſt herbæ apud Dioſcoridem.

Pyracmõ, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος, id eſt, ab igne & incude. Nam πῦρ, ignis, ἄκμων, incus: qui nunquã à calenti incude diſcedit.

Pyralis, pennata beſtiola, magnitudine muſcæ, ex igne proueniens. Vnde & nomen. à quibuſdam Pyrauſta adpellatur. Quamdiu eſt in igne viuit, quum euaſit longiore paulum uolatu tunc emoritur.

Pyrama, lachrymæ genus ex metopio arbore ſtillans, eſt enim pingua & reſinoſum. Cc.

Pyramis, idis, moles maxima, quadrata, ita conſtructa, vt è lato in acutum tendat in formam flammæ, quæ latior ſurgens, in acutũ deſinit, quales Romæ adhuc extant duæ, iam uetuſtate fatiſcẽtes. Dicta Pyramis, quòd flammæ ſimilitudinem habeat: uel à lapide pyropœcilo, qui & Thebaicus, ex quo ædificabatur, ab ignea quadam uarietate. πῦρ enim ignis dicitur, ποικίλος, uarius pyramidem noſtri metã vocant, quòd termini curſi qui à metiendo, id eſt, menſurando metæ dicuntur forma pyramidum ædificari ſolent, atq; ea figura Pyramidalis uocatur. Erant pyramides in Aegypto, ſtructuræ ex quadratis lapidibus admirãdæ, faſtigiatæ vltra omnem excelſitatem quæ manu fieri poſſet (vt ſcribit Solinus) & ſub eis ſepulti reges. Excogitatæ primum à regibus Aegypti ne plebs eſſet ocioſa, vel ne pecuniam ſucceſſoribus relinquerent.

Pyramus, pen. cor. proprium adoleſcentis Memphitici nomen, qui Tisbes amore ardens, ſeipſum interemit. Hoc nomine etiam dictus eſt fluuius, inſtar Nili limum deferens, qui magnam Ciliciæ partẽ adiecit. De quo extat illud oraculum.

Tunc erit vndiſonus late quum pyramus olim
Littora perfundens Cyprum labetur in almam.

Pyratæ, & pyratica, Vide pirata.

Pyratium, genus potionis, quod ex pyris factum creditur, & loco vini ſumebatur. Hieronymus contra Iouinia. Timotheo dolenti ſtomachum, vinũ ſuadet bibere non pyratium.

Pyrauſta, apud Ariſtotelem uermiculus eſt, quẽ & cleron vocat aranei ſpecie, nocentem fauis.

Pyrene, nomen puellæ, Bebricis filiæ, in pyreneo mõte ab Hercule cõpreſſæ, atq; à feris laniatæ, & ibi ſepultæ. Qui mõs quoq; à poetis pyrene nũcupatur. Silius,
Pyrene celſa nimboſi verticis arce.
Diuiſos Celtis latus proſpectat Iberus. Tibullus,
Non ſine me eſt tibi partus honos tua bella pyrene
Teſtis & Oceani littora Santonici.
Hic mons Hiſpaniæ Galliam ab Hiſpania diuidit. ab exortu æquinoctiali, in occaſum brumalem porrectus: à

Rus: à crebris fulminum ignibus, vel ἀπὸ τοῦ πυρὸς
id eſt, igne. Nam (vt ſcribit Diod. lib. vi.) ſyluæ in Py-
reneo frequentes iniecto à paſtoribus igne, priſci tē-
poris flagrauerunt. Hinc Pyreneus. Silius, à Pyrene
puella, Pyreneum ſaltum dici autumat. Dicitur autem
mons ipſe Pyrene, & Pyreneus mons. Pyrene etiam
fontis nomē fuit (vt inquit Probus) in Helicone Mu-
ſis conſecratus. Strabo autem pyrenen fontem, ſub
Acro Corintho monte nominauit. Cuius meminit
Perſius, & Plaut. in Aul. interbibere ſola ſi uino ſca-
teat Corinthienſem fontem Pyrenea poteſt. Statius
lib. I. Syl. Nec conſcia detur.
Pyrene largos potius mihi gurges inhauſtus.

Pyrenes, pen. produ. ſunt ceraſorum oſſa ſeu baccæ. ut
apud Ariſtotel. lib. II. Meteororum in fine, vbi ſic le-
git. γίνεσθαι τὴν ἔκθλιψιν. ὥσπερ οἱ πυρῆνες τῶν δα-
κτύλων πηδῶντες, id eſt, fieri eliſionem & nuclei è di-
gitis exilientes.

Pyretra, herba medicinalis, quam vulgò nunc draco-
nem uocant, linguam adurens & mordicans. Eius
folia in acetariis probantur, radice vtuntur pigmen-
tarii. Pyretrum Macer uſurpat.
Eſt pyretrum calidum ſiccumq; & quartus in illo
Eſt gradus, excutiat dentes ſi frigidus humor,
Maſticet hæc patiens, teneatq; diutius ore.

Pyretrus, febris ab incendio adpellata, quemadmodū
apud nos febris à feruore.

Pyreus, Athenienſium portus, cui urbs coniungebatur
muro protracto, ex oppido, in modum duorum cru-
rum, ob aduentantium multitudinem ſemper fer-
uens. vel à Pyreo promontorio, quod radiis Solis
excuritur. Pyreus verò, cum i, Latino nomen eſt viri
proprium.

Pyrga, teſticulorum burſa.

Pyrgobaris, turris, vel dom⁹ in modū turris ædificata.

Pyrgoteles, penult. cor. proprium nomen gemmarum
ſculptoris nobiliſſimi, adeò vt Alexander Macedo
edictum fecerit ne imagines ſuæ ab alio quàm à Pyr
gotele ſculperentur.

Pyrgum, Tuſciæ oppidū, quod & pyrgi numero plur.
dicitur. Vergilius,
Et pyrgi veteres intempeſtæq; Grauiſcæ.

Pyrgus, Latinè dicitur, quod fulgureis ignibus feriri
turres conſueuerunt. A cuius ſimilitudine pyrgus
etiam vaſis genus dicitur cauitate ſeſſili, quo conie-
cti tali, agitatiq; mittuntur, antequam in alueolum
emittantur. Horatius,
Mitteret in pyrgum talos.
Cuius effigies inſtar turriculæ eſt, unde nomen mu-
tuatur. Mart. turricula Latino uocabulo vſus eſt,
Perſius orcam dixit.
Scire erat in uoto damnoſa canicula quantum
Raderet anguſtæ collo non fallier orcæ.
Hæc eſt illa turricula, ſiue pyrgus, quæ alio nomine
Fritillus dicit̄ à poetis. Vnde Porphyrius dicit Pyr-
gum ſignificare, quod nos Fritillum dicimus, in quo
coniectæ teſſeræ agitatæq; mittuntur. Iuuenalis,
Paruoq; eadem mouet arma fritillo.
Quibus uerbis clarū fit de turricula dictum eſſe, non
de tabula luſoria, quæ lata & ſpatioſa eſſe conſueuit,
& quæ alueus ſiue alueolus, ſiue latruncularia tabu-
la dicitur. Pyrgus etiam militaris ordo dicitur, & tur-
na equeſtris. Sunt qui pyrgum dicunt ἀπὸ τοῦ πυρὸς,
quia tendat in acutum.

Pyria, urbs inſulæ Lesbi.

Pyriaſis, fomentum contra pyretum febrim. Cc.

Pyricauta πυρίκαυτα, Latinè ambuſta dicuntur. hoc
eſt, aduſtiones & aduſta.

Pyrites, lapis, quòd plurimus illic ignis ſit. hunc nos
ignarium dicimus, quidam etiam viuum vocant, qui
à clauo vel altero percuſſus lapide ſcintillas edit. Au
gu. lib. xxi. Ciui. Dei, Pyretem lapidem Perſicum tenē
tis manum, ſi vehemētius prematur adurere, propter
quod ab igne nomē accepit. Præterea lapis molaris,
Pyrites vocatur, quòd in eo quoq; ignis cōſpiciatur
Et eſt alius Pyrites, æris ſimilitudine in Cypro re-
periri ſolitus, & circa Acarnaniam, cuius uſus in me-
dicina non paruus eſt.

Pyrobolarii, ſunt iaculatores pyrobolorum.

Pyroboli, penultima correp. ſunt tela ignita, & arden-
tia, quæ cum flamma mittuntur. Vnde Plutarchus
in Dione ſcribit pyrobolorum incendio complures
extinctos.

Pyrobolia, malleus, quòd ignita percutiat.

Pyrocorax, auis luteo roſtro, nigra, præcipuo ſapore,
nomen habet à colore roſtri igneo. Latinè ignitus
coruus dicitur.

Pyrodes, Cilicis filius, qui primus è ſilice excuſſiſſe
ignem dicitur, quemadmodum aſſeruaſſe in ferula
Prometheus. Pyrodes præterea eſt lapis qui & pyri-
tes dicitur. Cc.

Pyrolabes, quòd ea quæ ignita ſunt capiat.

Pyromantia, cum accentu in penultima, genus diuina-
tionis, quæ fit per ignem. Vide in Magia.

Pyropœcilus, genus lapidis, de quo in dict. Piramis
dictum eſt.

Pyrous, nomen unius ex equis Solis, quaſi ardens. nā
quatuor eſſe perhibentur. Pyrous ſcilicet, Aethon,
Phlegon, Eous. Sunt qui declinent Pyrois, entis, ſicut
Simois, entis.

Pyrpile, inſula ſic dicta, quòd ignis ibi primò reper-
tus fuerit, hanc Delon dicunt eſſe. Cc.

Pyrrha, Deucalionis vxor. de qua Iuuenalis,
Et maribus nudas oſtendit Pyrrha puellas.
Eſt & hoc noīe Cariæ ciuitas, iuxta myrtorū pelag⁹.

Pyrrhica, cæ, ſiue Pyrrhice, ces, ſaltatio Græcanica quā
Pyrrhus in Creta primus inſtituit, ut lib. vii. ſcribit
Strabo lib. x. docet Pyrrhicam repertam fuiſſe à Pyr
rhico, pro iuuenibus ad diſciplinam militarem exer-
cendis. Plato. lib. vii. de Legibus: Motus pyrrhicos
imitatur, flexus corporum quibus tela plagæq; uitā-
tur. Suetonius de Cæſare, Pyrrhicen ſaltauerūt Aſiæ,
Bythyniæq; principum ludis.

Pyrrhicarii, dicuntur ſaltatores pyrrhicæ.

Pyrrichius, genus pedis, qui cōſtat ex duabus ſyllabis
breuibus. dictus à Pyrrho, qui primus uictoria poti-
tus, frequentibus pyrrichiis laudatus ſit.

Pyrrho, nomen proprium philoſophi, à quo philoſo-

phi Pyrrhonij, dicti quos Græco cognométo σκεπτικοὺς. id eſt, cõſyderatores adpellant. Nihil enim decernunt, ſed in quærendo ſemper conſyderando ꝗ ſunt. Ac ne uidere quidem planè quicquàm neq; audire ſeſe putant. Aiuntq; ueritatem incomprehenſibilem uideri. Idem ἀπορητικοὶ, id eſt, ambigentes dicuntur, quoniam nihil adfirmant, & de omnibus ambigunt. Hic patria Elidenſis fuit: primò pictor, deínde Anaxarchi diſcipulus. Pinxit annis fermè nonaginta.

Pyrrhus, Latinè flauus, ſiue rufus. Quo nomine dicti fuere Achillis filius & Epirotarum rex, qui bellum cum Romanis geſſit, eò quòd rufi eſſent.

Pyrus, arbor. Pyrum, fructus, dictum quòd ad ſimilitudinem pyramidis è lato tendat in acutum, flammæ ſimilitudinẽ reddens. Cuius diminut. Pyrulũ ꝓtulit. Augu. lib. I. Confeſſionum, Nam hæc ipſa, quæ pedagogis & magiſtris, à nucibus & pyrulis, et paſſeribus ad præfectos & reges aurum, prædia, mancipia. Pyros etiam Latinè frumentum dicitur.

Pythagorei, dicti ſunt qui ſectam Pythagoræ tenent.

Pythagoras, nomen philoſophi. de quo dictum eſt.

Mente Deos adiit, & quæ natura negauit
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Hic in Italia, in ea parte quæ magna Græcia dicta eſt, maximam iuuenum multitudinem philoſophiam docuit, vbi uice numinis cultus eſt. Ex quibus Archita Tarentinus, Alcmeon Crotoniata, Hippaſis Metapõtinus, Philolaus Crotoniata, maxime floruerũt, q dicti ſunt Pythagorei. Et Italica philoſophia q̃ à pythagora defluit. Dictus Pythagoras, quòd vera Pythio non minus loqueretur. Venit autem in Italiam Tarquinio Superbo regnum obtinente. Ferunt Pythagoram ab Aegyptiis ſacerdotibus, ceremonias, potentiasq; numerorum, admirandas vices, geometriæ ſolertiſſimas formulas, à Chaldæis ſideralem ſcientiam planetarum & ſtellarum ſtatus, ambitus, effectus in genituris hominũ didiciſſe. Cui Bragmanes Indorum philoſophi, pleraq; philoſophiæ documenta contulerunt. Hic leges dedit Italis apud Crotoniatas & Metapontinos, cuius non minus ſexcentis diſcipuli erant, qui noctu ad eum audiendum cõfluebant.

pithagoriſtæ, qui vitam Pythagoræ ſequuntur.

Pytheas, & Pythremus, propria nomina à pytho deriuantur, & Pythodorus, qui marmoris ſculptor eximius fuit. Ce.

pythia, thiorũ, ludi Apollinares, qui in Apollinis honorem ſunt inſtituti. Ouid. lib. i. Metam.

Inſtituit ſacros celebri certamine ludos
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.

pythius, cognomẽ Apollinis à Pythone dracone, quẽ ipſe in prima infantia ſagittis ĩterfecit, Iunonis nutu immiſſum, ſecũdum poetarum fabulas. Alii ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, quod eſt interrogare & conſultare. Inde vaticinantes Phœbades Pythiæ cognominantur, vt ſcribit Strabo lib. ix. Alii ab πύθειν, putreſcere, quòd nunquam ſine ui caloris efficitur.

Python, ſerpens: à πυθώ, quod putredo, quoniã ex putredine terræ poſt diluuium Deucalionis natus ſit. Et eſt tã maſculini quàm fœminini generis. Claudianus, Cæruleus tali proſtratus Apollini Python. Tibullus, Vbi Delphica Python. Hinc Apollo Pythius, eſt & Python (vt Solinus inqt) locus in Aſia, in campis patentibus, vbi primò aduentus ſui tempore aduolant ciconiæ.

Pythopolis, ciuitas eſt in Aſia, parte eius quæ Myſia vocatur.

Pytiſma, atis, leuis ſputi irroratio. ab πυτίζειν, quod eſt ſputo leui & crebro irrorare. Sunt qui ſcribant Pityſma cum y, in ſecunda, ab πτύζειν, ſpuere. Iuuenalis,

Qui Lacedæmonium pityſmate lubricat orbem.

Id eſt qui lubricat annulum ſputo.

Pyxacantha, medicamentum quoddam, à buxo cui ſimilis eſt folio.

Pyxis, idis, πυξίς, Græcũ nomen eſt à buxo, quod Græcè πύξος pyxon, Latinè buxolum, vaſculum è buxo, quanquam & ex alia materia dici poſſit, quoniam ex eo ligno fieri cœpit. Nam (ut docet Quinti. lib. viii.) Pyxides cuiuſcunq; materiæ ſunt, quarum uſus variis rebus eſt adcommodatus. Pli. lib. xviii. Primori ineſt pyxis ferrea. Apul. de Aſi. lib. iii. Arcula quadam recluſa pyxides pluſculas inde depromit. Huius diminutiuum eſt Pyxidicula, in qua aromata continentur. Cor. Celſus lib. vi. Liquidũ collyrium pyxidicula ſeruatur. A' pyxide etiã Pyxidatus dicitur, ſignificat q; ad effigiem pyxidis in commiſſura formatum. Pli. li. xxxi. Commiſſuris Pyxidatis.

DE LITERA Q.

Q Litera muta eſt, ſuperuacua dicitur, ſicut & k, quoniam c, poteſt implere earum vocabulum, & propter nihil aliud ſcribenda videtur, niſi vt oſtẽdatur ſequens u, ante alteram vocalem, in eadem ſyllaba poſitũ, perdere vim literæ in metro. Et vt pinguior per eam ſonus habeatur, quam per c, haberi poſſit. Quod ſanè terminatio ipſius q, & neceſſariã conſequentia alterius u, poſt illud, & ante alteram vocalẽ indicare poteſt. Nunquã enim in eadem ſyllaba, vocalem poſt q, ponere poſſumus, quin inter q, & vocalẽ interponamus u, vt qualis, quatuor, ſequitur, loquor, quum (vt Victorino placet) quamuis, hoc nonnulli per vnum u, ſcribi uelint. Transfertur autem q, in c, vt loquor, locutus: ſequor, ſecutus. In ſ, vt torqueo, torſi. In x, vt coquo, coxi.

Qua, aduerbium, modo ſignificat per quem locum. Vergil. Dic mihi quà ſit iter. Modò inquantum. Seneca, Hominem quippe quà animalem moueri ſenſu oportet. Modò partim. Plin. Medium tempus diſtẽtum impedimentum q;, quà officiis maximis, amicitia principum egiſſe.

Quadantenus, pen. cor. vſq; ad quandam partem.

Quadi populi ſunt Hiero. Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes, equorum & vulpium

carnibus delectantur.

Quadra, æ, menſarium inſtrumentum, ex ſtanno vel argento, ſuper quod dapes ſcinduntur, ſiue adponuntur ſciſſæ, quòd quadrata forma fieri ſoleat, veluti rotũda repoſitoria orbes dicimus, qui vulgò inciſoria dicuntur. Fitq; aliquando etiam ex pane. Verg. lib. ii. Georg. Patulis nec parcere quadris. Iuuena.

Vt bona ſumma putes aliena viuere quadra.

Sunt qui dicant Quadram panis fragmentum ſiue fruſtum eſſe, quia olim apud Romanos quadrati panes dicerentur. Martialis,

Committis turdumq; mihi quadramq; placentæ.

Quadrageſima, abſolute dicit pro quarta parte. Suet. de Cal. pro litibus atq; iudiciis vbicunq; conceptis quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur, exigebat. Sic dicimus decimam, vigeſimam, quinquageſimam, centeſimam. Et Quadragenarius, & Quadragies aduerbium.

Quadraginta, quaſi quater decem. Cc.

Quadrangulum, quod habet quatuor angulos.

Quadrans, genus numi, quòd ſit quarta pars aſſis, hoc eſt, vnciæ tres. Iuuenalis,

Nam ſi pierla quadrans tibi nullus in arca Oſtẽdat.

Quadrantal, figura eſt quæ omni ex parte quadrata ſit, quales ſunt cubi & teſſeræ, quibus in alueolo luditur. In quancunq; enim partem incubuerint, immotam habẽt ſtabilitatem. Eſt & genus vaſis pedẽ quadratum habens, & continet. xlviii. ſextarios. Plautus, Anus hæc ſitit. Quantillum ſitit? Modica eſt, capit quadrantal.

Quadrantaria, dicitur per cõtemptum, vt mulier quadrantaria, hoc eſt, quæ ex quadrantibus numis habere poſſit, vel ex labore vel ex concubitu.

Quadrata ſtatura, dicit q̃ non eſt nimis lõga: ſed quodam medi ocritatis tẽperamẽto decora. Vnde Suet. ſcribit Veſpaſianum fuiſſe ſtatura quadrata.

Quadratũ, figura eſt, rectas atq; æquales lineas quatuor, & quatuor rectos angulos habens.

Quadratura, ipſa quadratio. Vnde Archimedes ſcripſit de quadratura circuli.

Quadricornũ, dicimus quod quatuor cornua habet.

Quadriduum, ſpatium quatuor dierum: à quo Quadriduanus, na, num.

Quadriennium, ſpatium quatuor annorum. Cc.

Quadrifariã, aduerbiũ, quadripertitò. Varro, Et ea q̃ ad mortales pertineant quadrifariam diſpertiuerim.

Quadrifidus, a, um, penul. cor. quod in quatuor partes findi poteſt. Vergil. lib. ii. Georgic.

Quadrifidaſq; ſudes & acuto robore vallos.

Quadriforme, quod habet quatuor formas.

Quadriga, penult. produ. quaſi quadriiuga, à quatuor equis quibus iungebantur, adpellata eſt. Gell. Quadrigas Cæſar, etiam ſi currus unus equorum quatuor iunctorum agmen vnum ſit pluratiuo numero ſemper dicendas putat. Aliquando Quadrigarum nomine intelliguntur equi, qui quadrigas agunt. Colu. lib. iiii. Vnde ſacrorum certaminũ ſtudio perniciſſimarũ quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt, & ſpem futuram victoriarum cõcipiunt propagata ſobole generoſi armenti.

Quadrigarius, qui quadrigam agit, eſt & nomen proprium autoris.

Quadriiugi, ſiue Quadriiuges. penult. correpta, equi quaterni, ad vnum iugum alligati. Sic biiugi, triiugi, & ſeiugi, quũ duo, vel tres, uel ſex equi ad unum curſum adhibentur.

Quadrilaterum, quod habet quatuor latera.

Quadrilinguis, qui quatuor linguas habet, vel modò vnum, modò aliud loquitur. Cc.

Quadrimembris, quatuor partium. Cc.

Quadrimus, ma, mum. quod habet quatuor annos. à quo fit diminutiuum Quadrimulus, mula, mulum.

Quadringenti, quater centum. Cc.

Quadrinoctium, quatuor noctes, ſicut binoctiũ, duas noctes ſignificat.

Quadripertior, in quatuor partes diuido, vnde Quadripertitum, in quatuor partes diuiſum.

Quadripertito, aduerbium, ſignificat in quatuor partes.

Quadriremis, pen. prod. nauis quæ quatuor remorum ordinem habet.

Quadriſyllabum, quod ex quatuor ſyllabis conſtat.

Quadriuium, dicitur vbi quatuor viæ conueniunt.

Quadro, as, in quadrum redigo. Horat. in Epiſtolis, Et quæ pars quadret aceruum.

Per tranſlationem Quadrare ponitur pro cõſentire, & ex omni parte cõuenire. Tractũ à lapidibus quadris, qui inter ſe optime conueniunt. Vergil.

Arboribus poſitis ſecta via limite quadret.

Apuleius, Vt omnia ad calamitatem quadrarent.

Quadrupedo, as, pen. corr. quatuor pedibus gradior. Vnde quadrupedantia animalia quadrupedia dicũtur. Verg. de equis. Perfractaq; quadrupedantũ Pectora pectoribus rumpunt. Plin. lib. viii. Theſſalorũ gentis inuentum eſt, equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare.

Quadrupes, qđ quatuor pedes habet. Hinc Quadrupedus, da, dum. Ambr. lib. Hexa. Demerſa magis quadrupedo corporis greſſu, & velut affixa terris videas eſſe, quam libera.

Quadruplatores, à quadruplo, as, vel quadruplor. Plau. in Perſ. quadruplatores adpellat delatores, q dannati quartam partem bonorum indipiſcebãtur. Aſco. Quadruplatores delatores erant criminũ publicorum, in qua re quartam partem de proſcriptorũ bonis quos detulerant, conſequebantur.

Quadruplex, & Quadruplico, & quadruplicco, à quater, ſiue quatuor. Cc.

Quadruplor, aris, delator fio, & dannati quartam partem accipio. Plautus in Perſ. Neq; quadruplari me volo.

Quadruplus, a, um, quod eſt quatuor. à quo Quadrupliciter, & Quadruplico, cas.

Quadrus, a, um, quod eſt quadratum.

Quæ, nomen relatiuum, cum æ, diph. ſcribitur, eũ omnibus compoſitis, ut differat à quæ cõiunctione: ut, quænam, quæq;. quædam, quæuis, quæcunq;, quælibet, & cætera huiuſmodi.

Quæcunq;,vim relatiui in ſe cõtinet,vt,Feci quæcūq; iuſſiſti. Aliquādo ſimpliciter,& ſignificat omnia. Cic. Quāobrem quæcunq; à me ornamenta vitæ pſicíſcentur,elaborabo,ut omnes intelligant à me habitam eſſe rationem tuæ dignitatis.

Quærcerus,a,um,penulti. correp. quod eſt frigidum cum tremore. Lucil. Lactans me ut febris quærcera. Gell.lib.vlti. An tu fortè morbum adpellari hic putas ægrotationem,cum febri rabida & quærcera. Et Feſtus ait antiquos quærceram dixiſſe,grauem & magnam.

Quærceus,a,um,idem quod quærnus,a,um. Seruius, Quærceam coronam accipiebant,qui in bello ciuē ſeruaſſent.

Quærcicus,ca,cum,quod eſt ex quærcu. Sueto.in Calig. Primo dir phalerato equo,inſigniq; quærcica corona,& cetra,& gladio,aureaq; chlamyde.

Quærcus,dr quòd id genus arboris graue ſit,ac durum,tum etiā quòd in ingentem euadat amplitudinem. Et tam ſecſidæ,quàm quartæ declinationis eſt. Cicero,Ibi quærcorum rami ad terram iacent.

Quærito,as,frequentatiuum,ſignificat inſtāter quæro. Et proprie de iis dicitur,qui quotidie inquirēdo vix victum inueniunt(vt inquit Donatus) Terētius in And. Lana ac tela victum quæritās. Plautus,Qui inops & ſordidus quæritando alit familiam. id eſt, oſtiatim quærendo victum: quod mendici faciunt, qui & rogatores dicūtur. Plautus,Vt rogator oſtiatim petam panem.

Quærneus,nea,neum,poſſeſſiuū. idem eſt quòd quærceus. Colu.lib.vii. Probatur maxime vlmea,pòſt fraxinea,& ab hac pòpulnea,vltima ſunt illignæa,& quærnea,& laurea.

Quærnus,a,um,quod eſt ex quærcu. Vergil.libro.i. Georgi. Sed tamen & quernas glandes.

Quæro,ris,quæſiui,itum,& quæſtum per ſyncopen, ex quæ & res cõponi videtur. Nam proprie Quærere eſt,quæ ſit res aliqua inueſtigare. Et dicimus: Quæro te hanc rem,& quæro te de hac re,& quæro hanc rem abs te,quæro rem,inueſtigo veritatem. Terentius in Adelph. Quære rem,imò extorque. Item Quærere eſt lucrari. Vnde Auguſt.lib.xvii. Ciuitate Dei,In Latina lingua hoc verbū quærit,accipit præpòſitionem,& acquirit dicitur:quāquàm & ſine additamento præpoſitionis,Quærere intelligatur acquirere,ex quo lucra vocantur & quæſtus. Huius verbi compoſita mutant æ,in i,productam,quæ ſunt Acquiro,Inquiro,Circunquiro,Conquiro,quod eſt vndequaque quæro. Lactantius libro ſecundo, Eiecit hominem de paradiſo,vt victum ſibi labore conquireret. Diſquiro,quærendo diſcerno. Augu.lib.ii. Ciuitate Dei,Vnde poſtea nobis erit in Dei veri domini voluntate diſquirendi ac differendi locus. Exquiro,Inqro,inueſtigo,quaſi bene intus quæro. Lactan.lib.iii. Nam ſi quis mores eorum diligenter inquirat,inuenit iracſidos,cupidòs. Perquiro,veſtigo. Requiſo,de quo infrà.

Quærquetum,ſiue Quærcetum,lòcus vbi cõſitæ ſunt quærcus. Varro,Si ad limitem quærcetum habet,nō poſſis rectè ſecundum eam ſyluam ſerere oleam. A Quærceto autem dicuntur Quærquetulanæ Nymphæ,quærqueto præſidentes.

Quæſo,primam perſonam indicatiui tantum habet, quamuis Quæſere apud Salluſtium & Ciceronem legatur. Modò quæſo,ac Quæſumus dicimus pro rogo. Sunt tamē qui declinent: Quæſo,quæſis,quæſit, quæſum,vel ſecundum Probum quæſiui,quæſitum. Lucretius lib.i. præſenti vſus eſt.

Ni diuum pacem votis adit & prece quæſit.

Salluſt.lib.i.Hiſto. Curionem quæſiuit vti adoleſcētior,& à pòpuli ſuffragiis integer ætati concederet Mamerti. Huius frequentatiuum eſt Quæſito,as. Priſcianus: Quæro,quærito differentiæ cauſſa facit:qa à quæſo quæſito fit.

Quæſſere,ab antiquis ponitur pro quærere.

Quæſticulus,diminutiuū,ſignificat paruum lucrum. Cicer. lib. de Orato. Aut quid fiſcum rhetoris cum lucello meo,aut meus quæſticulus cum cœlo,terra rerumq; natura.

Quæſtio,à quæſtum ſupino fit,& quandoq; ſignificat dubitationem,ſiue interrogationem:ut,Quæſtio eſt an infidus æternus ſit. Eius diminutiuū eſt Quæſtiuncula. Hierony. Quæſtiunculam propoſuiſti,qd ſit villicus iniquitatis. Græcè Quæſtiones zetemata & problemata adpellantur. Quandoq; ſignificat cōtrouerſiam,vt apud Rhetores. Quandoq; torturam, & corporis dolorem,qui datur alicui facinoroſo ad eruendam ueritatem:ſicut in iudiciis.

Quæſtionarii,ſunt inqſitores,examinatoresq;. Vnde de diuo Anaſtaſio legit,quòd maximū pòdus argēti quæſtionariis clanculū filii Ieſdim obtulerunt.

Quæſtionor,naris,perquiro,examino,à quo Quæſtionarius.

Quæſtor,præpoſitus pecuniæ publicæ,qui curā ærarii habet. Cicero lib.ii. Artis ue. Rhodii quoſdam legarunt Athenas,legatis quæſtores ſumptum,quem oportebat dari,non dederunt. Hic Vrbanus dicebatur,qui etiam vectigalia exigebat à prouinciis. Vñ Lentulus quæſtor ſenatui ſcribit. Et quamprimum ad meum officium reuertendum mihi exiſtimaui,& ut reliqua uectigalia exigerem,& quam poſui pecuniam colligerem,quicquid ex ea correptum eſſet,aut quorum id culpa accidiſſet,cognoſcerem. Quæſtor quoq;,qui imperatoris uice fungitur,in exercitu. Cicero in Cato. Sed tamen hoc queo dicere,non me quidem his eſſe uiribus,quibus aut miles Punico bello,aut quæſtor in eodem bello,aut conſul in Hiſpania fuerim. Et hic erat primus honoris gradus apud Romanos. Et prætorem,quæſtori ſuo,parentis loco eſſe oportebat. Item Quæſtor,q præeſt iudiciis exercendis,& maleficiis puniendis,quem maleficiorum iudicem adpellare ſolemus,qui & Quæſitor uocat. Vergil. Quæſitor Minos urnam mouet. Claud. Quæſitor in alto Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos. Dictus Quæſtor à quærendo,qui conquiret publicas pecunias,& maleficia,quæ triūuiri capitales nūc conqrunt. Ab his poſtea qui quæſtionem & iudicia exercent,Quæſtores dicti.

Quæſtorius,

Quæſtorius,a,um,quod ad quæſtorem ptinet. Cicer. Caninio: Quod ego officio quæſtorio.

Quæſtorius,rii,qui quæſtor fuit,vt vir quæſtorius.

Quæſtuarius,qui quæſtus gratia artẽ aliquã exercet, & Quæſtuariæ artes,quæ lucri gratia exercentur.

Quæſtuoſus,a,um,idẽ quod lucroſus: vt quæſtuoſus homo: qui lucri cauſſa auidior vndiq; lucella quæritat. Colu.lib.vii. in ruſticatione vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi pecoris,eademq; quæſtuoſiſſima.

Quæſtura,quæſtoris dignitas:ſicut à prætore pratura. Cicero, Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia: inde à quæſtura mea Siciliensi.

Quæſtus,quæſtus,& quæſti. Plaut.in Aulu. Nam hic apud nos nihil eſt quæſti. Datiuum & ablatiuũ plurales facit quæſtibus,ſignificatq; lucrum nummarium. Eſt enim lucrũ amicorũ & gloriæ & ſcientiæ. Interdum ponitur pro actione ipſa,atq; artificio lucrandæ pecuniæ. Cicer. Nam de artificiis & quæſtibus q liberales habendi ſunt,qui ſordidi. Quintil. Nam vt lingua primum eſſe cœpit in quæſtu.

Qualis,relatiuum qualitatis eſt:vt, Qualis pater,talis filius. Ponitur & interrogatiue:vt, Quale ei reſponſum dediſti? Interdum infinite: vt, Noui qualis ſis. Reſpondet quandoq; ſequenti ſubſtantiuo,& quandoq; antecedenti. Horat.in Epod. Sed incitat me pectus & mãmæ putres, Equina quales vbera.

Qualitas,eſt ſecundum quam quale. dicimur:vt,albedo,nigredo,aduocatio, prouocatio,legatio, paternitas,filiatio.

Qualitates, ſunt quòd ſecundum eas albos, nigros, aduocatos,procuratores,legatos, patres, filios eſſe dicimus.

Qualus,genus vaſis viminei,per quòd vinum guttatim defluit,quum calcatur vua (à colando) reliqua verò materia exire prohibetur. Vergilius,

Tu ſpiſſo vimine quallos

Colla q; prælorum fumoſis diripe tectis.

Ponitur etiam pro ciſtula,in qua mulieres ponebãt penſa lanæ. Horatius lib.iii. Carminum,

Tibi qualum Cythereæ puer ales.

Apud Apuleium accipitur pro caniſtro, quo panis ſeruatur.

Quam, coniunctio diſcretiua, vel electiua: vt, Diues opto eſſe quàm pauper. Sed videtur iſta particula Quàm proprie ſignificare quòd: quamuis videatur vi quadam verborum ad alia trahi,vt quando: proſequentibus ita ſignificabit, vt quàm venies? quàm ero illi? Aliquando ponitur pro poſtquàm,ſiue ex quo. Liuius lib.vi. Iupiter atq; Dii omnes hæc dederunt,vt T. Quintius dictator oppida nouem caperet die vigeſimo quàm creatus erat. Aliquando pro antequàm. Sueto.in Cæſ. Et pridie quàm occideretur in ſermone nato,ſuper cœnam, quiſnã eſſet finis vitæ commodiſſimus,repentinũ,inopinatumq; prætulerit. Aliquando pro quum. Cicer. Tironi: Menandrius poſtridie ad me venit quàm expectarem. De his etiam in Poſtridie dictum eſt latius. Aliquando ſumitur pro quantum: & tam poſitiuo quàm comparatiuo & ſuperlatiuo iungitur:vt, Quàm bene moreri directa eſt femina pontis. Id eſt, quantum bene. Cicero: Quàm moroſi ſunt qui amant,ex hoc potes intelligere. Quintil.lib.i. Quàm in his quoq; libri erant omnia compoſitiora, & quàm nos poterimus elaborata. id eſt,quanto. Varro lib.ii. de canibus loquens,ait: Quàm paucisſimos, tam optimi in alendo fient. Cato: Quàm acerbiſſima olea erit,& oleum facies,tam oleum optimum erit. Vbi etiam ipſum quantum, frequentiſſime ponitur. Cicer. Niſi quòd tanta eſt inter eos quanta maxima poteſt morum ſtudiorumq; diſtantia. Ab quando pro valde. Sicq; tam poſitiuum quàm ſuperlatiuum requirit. Cicer. Cum quo ſemper quàm familiariſſime vixerat. Curti. Collemq; traiecto quàm celerrime flumine occupat. Cæſar lib.iiii. Vt quàm celerem atq; inſtabilem motum haberet. id eſt, valde celerem. Cicer. in Læli. Quàm multa enim, quæ noſtra cauſſa nunquã faceremus, facimus cauſſa amicorum. Iungitur etiam comparatiuo. Idem lib.v. Tuſcula. Abacosq; quàm plures ornauit argento auroq; cælato. Seneca epiſt. lxxviii. Cõuocauit quàm plures amicos. Iungitur etiã in hac ſignificatione his dictionibus perquàm. Plin. Perquàm ſcire velim. Teren. Perpol quàm paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores, quod ſic reſoluitur. Pol perquàm paucos. Sanequàm. Gellius: Sanequàm vtile eſt. Cicero: Nam quod Põpeio Caninius ait ſanequàm refrixit. Admodũquàm. Gellius: Voce admodũquàm ſuaui. Oppidoquàm. Idẽ, Oppidoquàm libens audiui. Aliquando Quàm cõparatiue ponitur,licet non ſit comparatio: quando ſcilicet res rei comparatur. Plautus in Ru. Tacita bona'ſt mulier ſemper,quàm loquẽs. Et in lib. Iob: Duplo accepit quàm perdiderat.

Quamlibet,Quantumuis,Quantumlibet,idem ſignificant. Plinius: Iam pudica mulier quantumlibet facinus audet.

Quàm mox,ſignificat quàm cito? valde cito.

Quamobrem,quum ponitur cauſatiue,tam plurali reſpõdet quàm ſingulari. Singulari ſic: Vnum eſt quãobrem te amandũ putent. id eſt, propter quod vnũ. Plurali ſic. Quatuor ſunt quãobrem imperator maxime laudetur. id eſt propter quatuor. Cicer. Appio: Multaq; mihi veniebant in mentem quãobrem iſtũ laborem tibi etiam honori putarem fore.

Quampridem,ſignificat multo tempore antè. Cicero: Quãpridem nomen Fannii detuliſti.

Quamprimum,tota vna dictio, ſignificat valde cito.

Quãuis,& Quanquã,cõiunctiones aduerſatiuæ. Verg. Quanquàm animus meminiſſe horret. Interdum tamen Quamuis ponitur pro quantumuis. id eſt,valde. Plautus in Menæ. Quãuis ridiculus eſt,vbi vxor non adeſt. Terent.in Adelph. Ne tam quidem quãuis maneo hic ocioſus.

Quandiu,quanto tempore: cuius relatiuũ eſt tandiu.

Quando,aduerbium temporis: ſignificat quo tempore: acuitur in prima,poniturq; modò interrogatiue: vt, Quando venies? Modò relatiue: vt, Quando erã iuuenis literis operam dabam. Et correlatiuum eſt tũc. Sicut enim tot,quot,talis,qualis,tãtus,quantus:

ita tunc quando dicimus. Infinite vt, Quando veniã te alloquar. Ponitur interdum pro aliquando, præſertim quum præcedit num: vt, Num quando me audiuiſti? Quæ interrogatio facit hoc ſignificare. Num aliquando. In quem modum aliqui accipiunt illud Lucæ: Num quando vos miſi ſine ſacculo & pera & calciamentis, quid vobis defuit? Interdum pro ſiquidem, vel quoniam. Et ſic eſt coniunctio cauſalis, habetq́; accentum acutum in vltima. Vergilius,

Hic tibi labor enim, quando hæc te cura remordet.

Terentius in Adelphis, Poſtremò quando conſcia ſum, à me culpam hanc eſſe procul.

Quandoq;, ſignifi. aliquo tempore, ſic Aliquando, & Siquando.

Quandoquidem, coniunctio cauſalis: pro ſiquidem ſeu quoniam. Vergilius,

Quandoq̃dem Auſonios non fas cõtingere portus.

Colu lib. viii. Nam niſi procedat ſtare debet: quãdo quidem paſtoris officium, ſublime celſiſſimam, oculorum veluti ſpeculam deſyderat.

Quandudum, interrogantis: Iandudum, reſpondentis. Plautus, Quandudum è foro adueniſti domum? Non ita diu.

Quantiſper, ſignificat quanto tempore: ſicut tãtiſper, tanto tempore.

Quantulus, & Quantillus, diminutiua ſunt: ſicut à tãtus, tantulus, & tãtillus: & ſignificãt quàm exiguus. Hinc fit Quantuluſcũq;. Auguſt. lib. xiii. Ciuita. Dei, Nam ideo dicitur immortalis, quia modo quodam quantulocunq; non deſinit viuere atq; ſentire.

Quantus, refertur ad numerum, ad pondus, & ad menſuram. Et modò interrogatiuum eſt, modò relatiuũ; modò infinitiuum. Cuius compoſita ſunt Aliquantus, Quantiſper, Quantuſcunq;, Quantuſquantus, & Quantuslibet.

Quantuſcunq;, id eſt, quàm magnus, vel etiam quot. Nam Quantus interdum pro quot legimus.

Quantuslibet, idem quod quantuſcũq;, vel ſignificat vnum quantum tibi capere licet, non omne: vt, quantũlibet ſpatiũ, non omnẽ quantitatẽ ſpatii, ſed vnã quã tibi capere libet. Aug. li. xii. Ciui. Dei. Quãtuslibet finitus numerus fuiſſet animarũ infinitis retro ſeculis ſufficere non valeret. id eſt, quantuſcunq;.

Quantuſquantus, Quantuſcunq;. Teren. in Adelph. Tu quantuſquantus nihil niſi ſapientia es.

Quapropter, aduerbium, ſignificat propter quod.

Quaquauerſus, ſiue Quaquauerſum, ſignificat in oẽm partem. Augu. lib. viii. Ciui. Dei, Quàm longè lateq́; potuit peregrinatus eſt, quaquauerſum eum alicuius nobilitate ſcientiæ percipiendæ fama rapiebat.

Quarta claſſis, continebat cenſus quinq; & viginti millium, totidem cẽturiæ factæ, arma mutata, nihil præter haſtam & verutum datum. Ce.

Quartanarius, qui quartanam febrem patitur.

Quartarius, mulo mercenarius: quòd quartam partẽ quæſtus capiat.

Quartò & Quartũ aduerbia, inter ſe differunt. Nam Quartò conſul. ſignificat locũ conſulũ, vel ordinem hoc modo. Marcus fuit quartò conſul, id eſt, quòd tres cõſules ab origine & inſtitutione & ordine conſulatus, antè fuerunt, q̃ Marcus fuiſſet cõſul, q tenet nunc quartò conſulatũ. Quartum aũt conſul ſignificat perſonam quòd quater fuerit conſul.

Quaſi, aduerbium ſimilitudinis, ſignificat ita vt, imaginem enim innuit, vt iraſceris quaſi canis. Quæ oratio reſoluitur per verbum repetitum, hoc eſt, iraſceris quaſi canis iraſcitur. Et non ſolum imaginem, ſed ipſam planè veritatem ſignificat: vt, Tu pater non amas me quaſi filium. Habet etiam quiddam ꝓprium quale eſt, Tu obiicis quòd vxorem repudiauerim, quaſi tu idem non feceris.

Quaſillus, & Quaſillum, diminutiuum à qualus. Feſtus, Calathos Græci, nos dicimus quaſillos. Cicero in Phil. An nõ inter quaſilla pendetaurum. Et corripit primã ſyllabã, quãuis qualus illam ꝑducat. Tibul.

Sit tibi cura togæ potior preſſiq́; quaſillum.

Romani veteres quaſillum tallaſionem appellarunt, vt autor eſt Varro, Vnde Tallaſii nomen in nuptiis frequentabant, ad lanificiũ nouas nuptas inuitãtes.

Quaſſo, as, frequentatiuũ. Plautus in Tri. Quid quaſſas caput? Aliqũ Quaſſare, rumpere. Vergilius,

Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. Hinc Conquaſſo. Cice. lib. iiii. Tuſcu. Ita illa duo, morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis cõquaſſatione & perturbatione gignuntur.

Quaſſus, a, um, idem eſt quod quaſſatus, fractus. Plin. lib. xviii. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, quaſſata ſarcire.

Quatenus, pe. cor. propriè ſignificat quantũ: ſicut eatenus, tantum. Cice. in Læli. Videndum eſt quatenus amicitiæ tribuendũ ſit. Idem lib. i. Tuſcula. Magna culpa Pelopis qui non erudierit, nec docuerit quatenus eſſet quicquã curandũ. Auguſti. lib. ii. Soliloq. Profectò cernis, quantæ inquiſitionis indigeat, quatenus iſta progredi debeant, ne in quaſdam inexcuſabiles turpitudines decidatur. Aliquando ſignificat quo fine: vt, Verberaui filium quatenus ſit bonus. id eſt, ad hoc, vel ad hunc finem, vt eſſet bonus. Aliquãdo ſignificat quoniam. Plin. Et quatenus negatur nobis diu viuere, relinquamus aliquid quò nos vixiſſe teſtemur. Docet etiam Acron eſſe aduerbium loci. Interdum ponitur pro quomodo. Lactan. libro. iiii. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui viderit, quatenus adiurati per Chriſtum, de corporibus, quæ obſederint, fugiant. Idem, Plerique vias ſibi deuias per præcipitia condiderunt, per quæ plebem incautam ad mortem deducerent: quod quatenus accidat, exponam.

Quaternio quatuor chartarũ, ſiue alterius cuiuſcũq; rei cõpoſitio, vt in Actibus Apoſtolicis: Tradens q́; quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum.

Quaternus quatuor: Plinius, Quaterni renes coruis ſunt in Brileto.

Quatinus, cum i, correp. coniunctio eſt, & ſignificat quia. Iuuenalis,

Quatinus hic non ſunt nec venales elephanti.

Quatio, is, ſſi, ſſum, ſignificat moueo, concutio. Lact. lib. ii. Mentes furoribus quatiunt. Liuius, Carthagi-

bis mœnia nunc quatit ariete. Aliquando ponitur Quatere pro moleſtare. Vergil. lib. ix.

Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.

Aliquando pro eiicere. Teren. in Eunu. Nimu ſi homo quarier certe eſt domo foras. Cõpoſita eius mutant q, in c, & abiicitur a, vt Abſcutio, quod eſt amouro. Cõcutio, totum cõmoueo. Lact. lib. vii. Ac primum concutit terram quàm validiſſime, & à motu eius ſcindẽtur montes Syriæ. Decutio, Diſcutio, Excutio, Incutio, Percutio. Recutio, iterũ quatio. Succutio, ſubtus quatio. Augu. lib. viii. Confeſſ. tria horũ verba complexus eſt. Quanto propius admouebatur, tantò ampliorem incutiebat horrorem, ſed non recutiebat retro nec auertebat, ſed ſuſpendebat: retinebant nugæ nugarum & vanitates vanitatũ, & ſuccutiebant veſtem meam.

Quatrurbem, Accius adpellauit Athenas, quòd eius coloni ex quatuor vrbibus in vnum illud oppidum ſe contulere. Cornucopiæ.

Quatuor, nomen numerale binarium numerum in ſe bis cõtinens, à quo Quater aduerbi. Quartus, Quaternus, Quaternarius, Quaternio, Quadruplus, Quadruplum, Quadriennium, Quadrimus, Quadratum, Quadrum, Quadrantal, Quadrans, & multa huiuſmodi.

Que, abſq; diphthõgo, coniũctio, modò copulatiua: ut, Arma viriſq; cano. Modò accuſatiua, pro quã. Cic. Nõ ſolũ nobis nati ſumus: ortusq; noſtri partẽ patria vendicat, partẽ amici. Modò expletiua, quando ſcilicet ornatus tantũ cauſſa ponitur. Proper.

Deiphobumq;, Helenũq;, & Polydamãtas in armis.

Quandoq; ponitur pro, id eſt. Plaut. Rudis eſt, neſcitq; quid expediat. Quãdoq; pro etiã. Apul. Id ei ſerioq; loquẽti non credere. id eſt. etiam ſerio loquẽti. In compoſitione autem ſemper poſtponitur, ac cõiunctionis vim amittit: ſed vim ſyllabicæ dictionis obtinet: vt, Nanq;, Quoq;, Atq;, Itaq;, Vndiq;, Vterque, Plerique. Cõponitur etiam cum quis, qui, quæ, quod, vel quid: vt, Quisq;, Quiq;, Quæq;, Quodq;, Quidq;. Et adiecta cum: vt, Quicunq;, Quæcunq;, Quodcunq;, & præpoſitione abs: vt, Abſq;, cum aduerbio: vt, Neque, cum coniunctione: vt, Atque. Differunt autẽ inter ſe, que, ac, & atque. Quia Que poſtpoſitiua eſt, & encleticæ Ac, ſemper præpoſitiua, Atq; tam præpoſitiua, quàm poſtpoſitiua. Sciendum quoque eſt, quòd Quæ aliquando producitur. Vergilius libro tertio. Liminaq; laurusq; Dei.

Quod hac ratione defendi poteſt: quia omnia monoſyllaba ad artem non pertinent, & his licenter vti poſſumus. Aut certe omne μόριον. id eſt, particula quæ ſui ſubſtantiam non habet, membrum ſuperioris putatur dictionis, vel orationis. Liminaq;, quaſi vna orationis ſit pars, & poteſt quæ finalitatis ratione produci uel corripi.

Quemadmodum, dictio compoſita ex quem, & ad, & modum, ponitur pro aduerbio ſimilitudinis: vt, Fiat miſericordia tua ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te. Ponitur nonnunquàm interrogatiue, pro quomodo, ſiue ad quem modum. Ambroſ. libro primo Offici. Nam licet interdum honeſta ioca, ac ſuauia ſint: tamẽ ab eccleſiaſtica abhorrẽt regula. Quoniam quæ in ſcripturis non reperimus, ea quemadmodũ vſurpare poſſumus? Et lib. de Paradiſo, Si igitur viro culpæ autor eſt mulier, quemadmodũ pro bono videtur adiecta?

Queo, is, quiui, vel qui, quitum, ſignificat poſſum. Salluſt. Sed neq; precio neq; gratia impelli quiuit. Dictum Queo (vt quidam putant) quaſi qui eo. Vnde antiqui Nequeunt, quandoq; pro non eum dicebãt quũ tamẽ Nequeo ſignificet non poſſum. Terẽtius autẽ Quitur, a, um, à queor dixit in Hecy. Nam quũ cõpreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt. Sed antique (vt ait Donatus) dixit.

Querela, Querimonia, & Queſtio, eiuſdẽ ſignificationis ſunt. Colu. Quoſdam etiam prædictas querimonias veluti ratione certa mitigantes. Cicero, Sæpe interfui querelis meorum æqualium.

Queribundus, lamentabilis. Cicer. Humili ac queribũda voce.

Querimoniarius, qui querimoniam exponit.

Queror, ris, queſtus, lamentor. Sallu. Sæpe de luxuria & auaritia noſtrorum ciuium queſtus ſum, habetq; pen. correp. et differat à quæror paſſiuo verbi quæro. Dicimus autem queror illud & queror de te cum illo, vel illi. Cice. Quorum pleriq; aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant. Idem Lentulo: Multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſari. Aliquando abſolute, vt apud eundem: Quid multa? Conqueſtus eſt grauiter. Huius compoſitum eſt Conqueror, penulti. correpta.

Querulus, a, um, quod conqueritur, ſiue quod querelis plenũ eſt: licet quandoq; à poetis pro canoro ponatur. Vergil. libro ſecũdo Georgico.

Et cantu querulæ rũpent arbuſta cicadæ.

Seruius, Querulæ cicadæ, canoræ. Horatius,

Sub cantu querulæ deſpicit tibiæ.

Querquedula, auis ſemper in aquis natans: ſicut anas, quã quallam dicimus à voce.

Queſtus, quarti ordinis: ſed tantũmodo plurali numero pro lamentatione. Cuius datiuus & ablatiuus eſt queſtubus per u, ſicut portubus.

Qui, quum ſit relatiuum ſubſtantiæ, ponitur tamen aliquando aduerbialiter pro quomodo. Cice. Qui fieri poterat, vt eius dolore non augerer, qui mecũ ſemper familiariſſimè vixiſſet. Aliquando pro quẽadmodum: quamuis in idem ferè recidat. Teren. in Andr. Nũc ſi qd potes, aut tu, aut hic Birria facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi. Aliquando ſumitur pro ut. Idem in eadem: Non qui argumentum narret, ſed qui veteris poetæ maledictis reſpondeat. Aliquando pro utinam. Idem in Phorm. Qui illum Dii omnes perdant. Aliquando pro unde. Idẽ in Hecy. Nec qui hoc mihi eueniat ſcio. Et in And. Nam qui iſthæc tibi incidit ſuſpicio? Aliquãdo pro quur, quamobrem. Cice. libro. v. Tuſcul. Qui enim beatior Epicurus, quòd in patria viuebat, quàm Metrodorus qui Athenis. Teren. in Andr. Non poteſt, qui: Donatus, qui, id eſt, quamobrem. Compoſita

à quiſunt, Quidam, Quicunque, Quiuis, Quilibet, à quo Vnuſquilibet.

Quia, coniunctio cauſalis, quæ interdum bis repetiť, ſequente ſubiunctiuo vel indicatiuo. Quintil. Nam quia prodeſſe nunquam ſatis ſit: ſed quia hoc proſpicere debet, ne quid peius quàm fecerit faciat.

Quianam, aduerb. interrogandi, ſignificat quare. Vergilius libro quinto,

Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?

Quiane, una particula eſt, & ſignificat certe, reuera. Vergilius lib. iiii.

Quiane auxilio iuuat ante leuatos.

Quiatis, antiqui pro cuias dixere. Accius, Qui neq; quiatis eſſet nunquam potuimus multa rogantes ſcire. Cornucopiæ.

Quibus, In extremis eleganter dicitur pro quorum in extremo. Cice. Literæ dantur mihi à te, quibus in extremis ſcriptum eſt.

Quid, nomen ſubſtantiuum: vt, Quid negocii tibi eſt? Interdum ponit pro aliquid: vt, Si quid habes noui, mihi ſcribe. Aliqñ eſt aduerbium interrogandi, pro quur vel quare. Teren. in And. Sed quidnā Pamphilũ exanimatum video, vt ſit quidnam hoc? Ouidius, Quid facis Oenone, quid mādas ſemina arenæ? Aliquando ponitur pro in quo. Cice. in Læl. Quid enim indigens Aphricanus mei? Quintil. Quid tibi tantum malum feci, quid offendi? Similiter apud Lucam, Et ſi quid aliquē defraudaui, reddo quadruplũ. Compoſita ſunt Quicquid, Quanquàm, Quidam, Quidq; Quidpiam, Nequidquā, Quidnam, Nunqd, Quidne, Quidni, Quilibet, Quidcunq;, Vnũquidq;, Vnumquilibet. ASCEN. Vſus habet vt d, ſequēte q, mutetur in c, vt Quicq;, Quicquā, & ſequente p, in p, vt Quippiam. Quidcñq; autem, & Vnumquidquid, aut Vnumquidq;, aut Vnumquidlibet, nequaquàm dixero: ſed Quodcunq;, Vnũquodq;, Quodlibet vnum, &c.

Quid agimus? conſilium quærentis eſt.

Quidem, aduerbium adfirmandi, quo ſignificatur certe. Et tribus modis in oratione accipi ſolet. Vno ad diſtinguendas res: vt, Ego quidem ſcribo, tu uero legis, ille autem dormit. In quo modo duobus tantum comitibus vti poteſt, ſcilicet verò & autem. Altero quaſi per acceptionem eius, quod adfirmes. Quint. Torquebis quidem filium, ſed fatebitur mater. Cice. lib. iii. Offi. Ab optimis illis quidem viris, ſed non ſatis eruditis. Pluresq; in hoc modo comites habere hoc aduerbium poteſt: vt, verum, veruntamen, ſed, tamen, at, attamen, cæterum. Tertiò, quum nulla ſequiť ex prædictis coniunctionibus, vt apud eundem. Aut enim nemo, quod quidē magis credo, aut ſi quiſquā eſt ille ſapiens. Fuit. Eius compoſita ſunt Equidē, Siquidem, de quibus alibi.

Quid hominis habes? cum contemptu dicitur. Teren. in Hecyra: Sed quid mulieres vxorem habes?

Quid iſtic? aduerbiũ confirmandi, ſicut quid ni? quur non profectò. Et ſic eſt tanquàm ſi diceres, quid? & abundat iſtic. Vel potius Quid iſtic, ſignificat hominem de loco, & de ſententia decedere. Terēt. in And. Quid iſtic, ſi ita iſtuc animum induxiſti eſſe vtile, nolo tibi ullum commodum in me claudier.

Quid ita, ſignificat quur.

Quidnā, & Nanquid, & Quidne, interrogatiua, vel nomina, vel aduerbia.

Quidni, ſignificat certe, vel certum eſt, videlicet quur non? Et duæ partes ſunt, ſecundum Priſcianum, ſicut quur non. Terentius in Eunu. Habes ne hominem amabo? Quid ni habeam? Veteres enim ni pro ne ponebant, & ne pro non. Plaut. Ni ſtulta ſis. Et neuult pro nonuult.

Quid quæris, ſignificat quid plura? vel quid opus eſt verbis? Modus dicendi, quum paucis volumus oſtendere aliquid. Horatius,

Quid quæris? viuo, & regno ſimul iſta reliqui.

Quidquid (vt quidam aiunt) mutat d, in c, ne bis interrogare videamur. Sic quicquàm, ne ſi d ſcriberetur, modo cōſimili quid ſit quàm interrogare videamur. Sed non eſt ratio ſatis ponderoſa, ut putē non reprehendēdum qui ſcripſerit quidquid, et quidquàm. Eſt aũt Quidquid ſubſtantiuũ, ſicut & quid. Ideo genitiuũ ſubſtantiui vel adiectiuũ exigit, ut quicquid pecuniarum, quicquid molle. Quodcunq; adiectiuum, ideo ſubſtātiuũ in eodem caſu patitur, ſicut & quod, vt quodcunq; cælum, adiectiuum reſpuit.

Quid tum deniq;, Quid ergo, & Quid tum poſtea, & Quid itaq;, & Quid interea, & Quid demum, omnia ſignificant quò pertinet iſtud de quo loqueris? ſiue quid attinet hæc dicere? ſiue quid ſibi vult hic ſermo?

Quies, ſubſtātiuum, fœminini generis, quamuis etiam adiectiuum trium generum inueniatur. Sallu. lib. ii. Hiſto. Et in qete noīe hiſtrionis vix ſanè burbulleiũ adpellabat. A quo ſimiliter Inquies, generis omnis ſecundum Priſcianum, Poteſt facere genitiuum quietis & quiei, quintæ declinationis. Vnde & Requies, requiem & requietem adcuſatiuum facit. Cicero in Catone: Vt meæ ſenectutis requietem delectamentaq; nōſcatis. Differunt, vt quidam aiunt, Quies & tranquillitas, quòd Quies corporis ſit, tranquillitas animi. Cice. in p. olo lib. de Ora. Nam qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maxime moles moleſtiarum, & turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt. Eſt autem proprie Quies, ſomnus dicta, quaſi qui tibi es, & nullo alio negocio diſtineris. Tunc enim cæteris negociis vacamus, quum dormimus. Salluſt. Namq; animus impurus, Diis, hominibusq; infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ſedari potuit, ita conſcientia mentem excitatam vexabat. Propter quod etiam Quies pro trāquillitate accipitur. Cuius cōtrarium eſt Inquies, hoc eſt cura & ſollicitudo & moleſtia. Hinc quietus, tranquillus, Inquietus, turbatus ſollicitus. Quietudo & Inquietudo.

Quieſco, is, quieui, quietum, modò dormio ſignificat, modò ſto, non moueor, vt quum dicimus Quieſco, modò curis ſiue labore vaco: modò quieſcere facio, præſertim ſi adcuſa. iungatur. Vnde Seruius in Buc. Requierunt flumina curſus. id eſt, quietos eſſe fecerunt. Sic Salluſti. Paululum requietis militibus.

Quieſco enim ego, aliter dicimus & aliter quieſco ſeruum, id eſt quieſcere facio. Plaut. Quieſce tumultum hunc, qui eſt ante oſtium. Hinc componuntur Acquieſco, aliquantum quieſco. Cicero Ser. Sulp. His verò temporibus habemus aliud nihil in quo acquieſcamus. Quandoq; ſignificat conſentio, condeſcendo. Hierony. in prolog. Iudith, Sed quia hunc librum ſynodus Nicena in numero ſanctarum ſcripturarum legitur computaſſe, acquieui poſtulationi veſtræ. Conquieſco, bene quieſco. Cicero Lentulo: Tu niſi perſpectare, de me non conqueſti. Requieſco, ſicut quieſco. Vergilius,

Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte
Fronde ſuper viridi. id eſt, dormire. Idem,
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. id eſt geſtos eſſe fecerunt. Hiero in Geneſ. Et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.

Quilibet, vnus quem tibi capere libet. Recentiores tñ philoſophi pro vniuerſali termino accipiunt. Ponit etiam aliquando pro vili & obſcuro. Pli lib. vii. Bis ab Annibale captus neq; eſt quolibet hoſte res fuit. Huic ſimile eſt Horatianum illud,

Non cuius homini contigit adire Corinthum.

Quin, variis modis dicitur. Nam aliquando, ponitur quo quur non: quum ſcilicet increpantes, vel interrogantes, vel exhortantes dicimus, Quin venis? quin fugis? Vergilius,

Quin tu aliquid ſaltem potius quorum indiget uſus,
Viminibus molli q; paras detexere iunco?

Cicero pro Rabi. Quin compeſcitis iſtam uocem indicem ſtultitiæ? Aliquando pro quòd, ſeu ut. Idem, Non dubito quin eo ſis animo, quo ego eſſem ſi quid tu me rogares. Teren. Non dubium eſt, quin uxorem nolit filius. Aliquando pro quinetiam. id eſt, inſuper præter id, ſiue atq; etiã. Tunc enim per hanc particulam magis confirmamus. Verg. Quin aſpera Iuno,

Quæ mare nunc terras q; metu cœlum q; fatigat,
Conſilia in melius referet.

Quod & quinimò quandoq; dicitur. Aliquando ita ponitur, quaſi videatur eſſe contrarium priori ſignificato, quòd non, vel vt non. Cice. Non idcirco cauſas Iſocrates non defendit, quin id vtile eſſe & honeſtum exiſtimaret. Similiter quum dicimus, Non poſſum me continere quin geſtiam. id eſt, ut non, uel quominus geſtiam. Vergilius,

Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti,
Quin uatem inſanã adſpicias. Id eſt, vt non. Aliquando ponitur pro qui non. Cicero, Nemo eſt noſtrorũ, quin vota victoriæ ſuæ fecerit.

Quincunces, unciæ quinq;, hinc Quincuncialis ordinũ ratio. de qua apud Varronem, Pli & Colu. fit mẽtio. Quincialis verò herba dicitur, vt trientalis à mẽſura. id eſt. quæ ſolio quincuncem aut trientem æquet amplitudine. Quincunces etiam uſuræ ſunt, quoties ex centum nummis (ut exempli gratia ſit) quinque nummos uſuræ nomine percipimus. Sic ſemiſſes uſuræ, triẽtes, beſſes, & huiuſmodi.

Quinimò, quin potius: vt, Quinimò, beati qui audiũt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Quinquatria, orum, ab eo quod quinquatre, in ſingulari ſicut bacchanale & vulcanale. Feſta erãt quæ quinque diebus Palladi fiebant, vt Ouidius lib. iii. Faſto. innuit, ita adpellata, quoniã quinq; diebus poſt Idus celebrabantur. Nã dies poſt idus alter erat, Inde quinquatria. quaſi quinq; ab atro die. Primo die fiebãt ſacrificia, tribus ſequẽtibus gladiatores in theatro certabant quinto die erat luſtratio. Vnde ait,

Vna dies media eſt, poſt fiunt ſacra Mineruæ,
Nomina quæ à iunctis quinq; diebus habent.
Sanguine prima uacat, nec fas eſt currere ferro.
Cauſſa quòd eſt illo nata Minerua die.
Altera, tres q; ſuper ſtrata celebrantur arena,
Enſibus exertis, bellica læta Dea eſt.

Sunt qui dicant hanc diem Munuſculorum quoq; eſſe quo tempore matronæ inter ſe inuicem munera miſſitabant, & cœnas ſeruis adponebant, vt uiri Saturnalibus. Dicit & Quinquatrus, ſicut triatrus, ſexatrus, ſeptimatrus, decimatrus. Iungitur q; hæc particula atrus, quæ nihil ſignificat ſupplemẽti cauſſa. Var. lib. i. de lingua Lat. Quinquatrum diem unum feſtũ eſſe dicit: ſic adpellatum, quod erat poſt diem quintum idus Martii, ſicut ſexatus ab Tuſculanis uocatur dies poſt diem ſextum: & ſeptimatus poſt diem ſeptimũ. Declinatur autem ſubſtantiue in plurali, tam tertiæ, quàm ſecundæ decli. ſicut cætera feſtorum nomina. Iuuen. Incipit optare & totis quinquatribus optat. Cic. Ita tumultuoſe contentiones, ita moleſtæ quinquatriis adferebantur. Diomed uerò Quinquatriæ in prima decli. protulit.

Quinq;, nomen numerale & inuariabile: à quo Quintus, ta, um. Quinus, a, um. Quinarius, a, um. Quinques, Quincunx, Quinqueremoſtris, Quincupertitus, Quincuplex, Quindecim, Quinquaginta, Quingẽti, Quinquageſimus & huiuſmodi.

Quinquertium, & Quinquertiones. uide in dictione Pentathli.

Quinqueuiratus, dicitur officium ſiue magiſtratus, in quo ſunt quinq; uiri, & hi quinqueuiri una dictione uocitantur ſicut triumuiri. Cc.

Quinta claſſis, aucta, fundas, lapides miſſiles huius ordinis homines ſecum gerebant. In his accenſi cornicines, tibicines q; in treis centurias diſtributi. Vndecim milibus hæc claſſis cenſebatur. Ce.

Quintilis, menſis, ideo dictus eſt, quòd quintus in ordine eſſet à Martio, qui apud antiquos primus anni menſis erat, ſed poſtea in honore Iulii Cæſaris dictatoris M. Antonio, M. filio conſule legem, ferente Iulius adpellatus eſt.

Quintus, & Quintius, ſunt cognomina. Vnde Quintia, porta trans Tyberim, à Quintio Cincinnato. Et Quintana, porta in caſtris, poſt prætorium, ubi uenalium rerum forum ſolet eſſe. Et Quintipor, ſeruile nomen apud ueteres. Cc.

Quipote, pen. corre. ſignificat quomodo poſſibile eſt. Componitur autem ex qui & pote.

Quippe, ſignificat quia certe. Verg. Sed læta & fortia ſurgunt, Quippe ſolo natura ſubeſt. Interdum ſignificat quidem, hoc eſt, certum eſt. Idem,

Atq; hominum queritur curare triumphos,
Quippe ubi fas uerſum atq; nefas, tot bella per orbẽ,
Tam multæ ſcelerum facies.

Quirinalia, vocabant diem quo ſacra Quirino fiebãt.

Quirinalis collis, dictus eſt quòd in eo Quirini templum erat, ſiue quòd in eum commigrauere Sabini à Curibus veniẽtes. Et Quirinalis porta, Romæ dicta, quòd eà in collem Quirinalem itur, vel quòd proxime eam eſſet Quirini ſacellum.

Quirinus, pen. prod. vide in dictione Quirites.

Quirites, pen. prod. Romani dicti ſunt à Quirino. id eſt, à Romulo vrbis Romæ conditore, qui à quiri haſta, Quirinus adpellatus eſt: quòd haſta aſſiduè uteretur, quæ Sabinorũ lingua quiris dicitur. Vnde quidam ſecurim dictã putant, quaſi ſemiquirim, quanq; à ſecando etiã dici poteſt. Siue quòd Cures uicerit: ſiue quòd Græci regem κοίρανον dicunt. Conſtat autem Romanos eo tempore Græcos fuiſſe. Ouid. in Faſt.

Siue quòd haſta quiris priſcis eſt dicta Latinis,
Bellicus à telo uenit in aſtra Deus.
Siue ſua regi nomen poſuere Quirites,
Seu quia Romanus uicerat ille Cures.

Alii Quirinum dici exiſtimant, ob generis nobilitatẽ à p̃re ſuo Quirino. hoc eſt, Marte. Romani enim Martem dum ſæuiret, Gradiuũ, dum trãquillus eſſet, Quirinum nominabant. Et quanq; hoc nomẽ Quirites quidam tantum pluraliter declinari velint, apud poetas tñ reperimus Quiritẽ à quiris quiritis, vel quirites, itis, vel hic & hæc q̃ritis. In gen. plur. quiritiũ, & quiritum per ſyncopam. Perſius,

Heu ſteriles veri quibus vna Quiritẽ Vertigo facit.

Ouid. An ſi pulſaſſem minimũ de plebe Quiritem.

Quirito, as, pe. prod. quod & Quiritor dicitur, ſignif. clamo. Romanos commoueo, & Quiritum auxilium inuoco. Varro, Quiritare, Quirites ciere. Noni. Quiritare, eſt clamare. Luc. lib. xii. Saty. Concuſſans ueluti ancarius clareq; quiritans. Ab Apuleio ponitur pro ſuppetias petere.

Quis, Qui, Quæ, Quod, vel Quid, quandoq; interrogatiue ponuntur. Mart. Nam tantos rogo quis ferat labores? Apuleius, Quinã hic nouus eſt hoſpes? Gel. Quænam malum eſt iſta intemperies? Plaut. Quod facinus auſi tantum? Idem, Quid ad illas artes optei, ſi optio adueniat tibi? Aliquando infinite. Plin. Tũ mihi neſcio quid in aurem inſuſurrauit. Idem, Morbus neſcio qui ante eam ætatem incognitus, noſtris. Cice. Quum præcepta neſcio quæ, diſcipulis ſuis palàm tradidiſſet. Plaut. Nec mihi quod facimus conficerem, inueni. Sene. Paululum neſcio quid viſus eſt balbutire. Qui, Quæ, Quod, relatiuè ſæpe ponũtur: referunt enim antecedens, Quis verò, & Quid, nunq;. Vnde notandũ eſt Qui Quæ, Quod relatiue poſita, quandoq; diſſentire à ſuo antecedẽte. Cic. Omnes tenues atq; humiles, quæ maxima in populo multitudo eſt, ſibi præſidium paratum putant. Salluſt. Eſt locus in carcere quod Tullianum adpellatur. Nonnunquam Quis ponitur pro aliquis. Plaut. Si quem ſeruorum domi habes. Nam Qui pro aliquis, in nominatiuo caſu, rarò præterq; apud vetuſtiſſimos inueni tur. Cicero, Si, q̃ ſunt in hac re difficultates. Etenim non quæ, ſed qua pro aliqua dicimus. Martialis,

Si qua fides veri præſaſi maxime Cæſar.

Plautus, Si quod poſthac verbum fecero. Vergilius,

Spero equidem mediis ſi quid pia numina poſſunt
Supplicia hauſurum ſcopulis.

Ponitur item Quis admirantis pro qualis. vt,

Quis globus ò ciues.

Et tam fœminino quàm maſcul. genere proferri poteſt. Plau. in Aul. Dic mihi ſi audes, quis ea eſt quam vis ducere uxorem? Vergil.

Qui cum partiri curas.

De ſocia Camillæ loquitur. id eſt, cum qua. Quis (ut inquit Auguſt.) antiqui hic & hæc quis, ablatiuo ab hoc & ab hac qui, ſicut facilis, facili. Inuenitur etiam Quis in datiuo & ablatiuo pluralibus, ſed producitur, quum in nominatiuo ſingulari corripiatur. Luc. lib. ii.

Proſata quis ille,
Quis fuit ille dies.

Horatius in Serm.

Quis humana ſibi doleat natura negatis.

Quod autem adiectiuum eſt, ideo ſemper ſubſtantiuo iungitur, Quid verò ſubſtãtiuum. Præterea Qui, Quæ, Quod, frequenter accipiunt pro tantus, a, um. Et hoc tribus modis. Nam & cuius humanitatis es dicere poſſumus, & qua humanitate eſset quæ eſt tua humanitas, pro tantæ humanitatis es, tanta eſt tua humanitas. Quintil. Hoc ſi ſciſſes pater, affirmo, pro miſto cuius pietatis es, nemo te anteceſſiſſet. Idem Quæ tua pietas eſt. In eundem ſenſum accipi ſitur, is, ea, id, vt, eius pietatis es: ea pietate es: ea tua eſt pietas. Compoſita à Quis, ſunt Siquis, Aliquis, Nequis, Quiſquis, Quiſq; à quo Vnuſquiſq;, Quiſnam, Quiſputas, Quiſpiam, Quiſquam. Seruius, Quis & Quibus ſecundum artem dicimus. ab eo enim quod eſt Qui in bus, mittit: ab eo quod eſt à Quo in is, ſed à tertia declinatione in vſu ſunt, datiuus & ablatiuus plurales, licet antiqui omnibus uſi ſunt caſibus. Deniq; Cato in Origi. ait, Ques ſunt populi. & declinauit Ques, Quium, ſicut puppes, puppium. Hæc ille in primum Aeneid.

Quiſnam, interrogatiuum eſt. id eſt, nam quis?

Quiſputas, id eſt, quis credis?

Quiſquam, & Quiſpiam, idem quod aliquis. Quiſquã, tam maſculino quàm fœminino iungitur. Terent. in Eunuch. Quandoquidem illarum neq; quiſquam te nouit, neq; ſit qui ſciet. Verg. iiii. Georg.

Non illis quiſquam cunctantibus altum.
Ite iter, aut caſtris audebit uellera ſigna.

Quiſquiliæ, purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorumq;, & florum decidit, unde nomen venit quicquid cadit. velut quis quærat illas? Obid Cæcilius quiſquilias volantes dixit. Et Neuius, Deturbato ſaxo, homo non quiſquilia eſt.

Quiſquilium, uocant exiguum fruticem ilicis, producentem coccum, quod granũ eſt ad tingendas veſtes gratiſſimum. Hinc natum eſſe putatur vt veſtis coccinea, literis per imperitiã interceptis, ſqualiata vulgò hodie dicatur, pro quiſquiliata.

Quiſq;, Quicunq;, Quiſq; idẽ ſignificant, ſcilicet oẽs. Quo accipitur pro qualiſq. vt quum dicimus, ad ma

gis quò magis. Aliquando eſt aduerbium loci. Vergilius, Quo' ue teneris iter. id eſt, ad quem locum tenditis. Aliquando eſt coniunctio, & ſignificat ut. Plin. Neq; enim id feci quo tibi moleſtus eſſem. Aliquando ponit pro quare, vt inquit Donatus, Terẽt. in Andria: Quo æquior ſum Pamphilo. Et Quo, pro ad quid, vel in quem uſum, Horatius,

Quo mihi fortuna ſi non conceditur vti? id eſt, ad qd vultis mihi eſſe bona fortunæ. Sic venuſte interdum deſunt verba in oratione. Et apud Eſaiam, Quo mihi multitudinem victimarũ veſtrarum? Hinc fiunt compoſita, Vſquequo, Quoad, Quocirca, Quouſq;, Quomodo, Quoquomodo, Quoquo uerſus, Quoquàm, Quoq;, Aliquo, Aliquoties.

Quoaxo, xas, proprium ranarum eſt. Feſtus, Quoaxare ranæ dicuntur, quum uocem emittunt.

Quoad, componi videtur ex quo & ad, ſed præpoſtere, ſicut hactenus, quatenus. Et ſignificat donec, ſiue quamdiu, vel quouſq;. vt, Quoad viuam, ero tibi amicus. Cice. libro primo Officiorum, Tamdiu autem uelle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit. Nihil autem differt ita loqui, Quoad viuam, & quoad moriar. hæc enim quamuis contraria eſſe videantur, idem tamen ſignificãt. quoniam duo tempora quam inter ſe oppoſita ſunt, atq; ita cohærentia, vt alterius finis, cum alterius initio miſceatur, non refert, vtrum per extremitatem prioris, an per initium ſequentis locus ipſe confinis demonſtretur. Poteſt autem eſſe interrogatiuum. Teren. in Phor. Quid ſenẽ quoad expectatis veſtrũ? Relatiuũ. vt, Quoad iuſſiſti, parui. Infinitũ. vt, Quoad libet ſtudeo. Cicero, Trebatio, Itaq; ego quoad opinatus ſum me in prouinciam exiturum, quæ ibi ultrò obtulerim meminiſſe te credo. Aliquando rei & ingenii facultatem, ſiue temporis commoditatem ſignificat, ut apud eundem in Lælium, Vt quoad poſſem ei liceret ab eius latere nunquàm diſcederem. id eſt, quantum. Aliquando quantitatem rerum tantum denotat, Idem pro lege Agraria, Audite vos qui ampliſſimi populi, ſenatus & iudicio exercitus habuiſtis, & bella geſſiſtis, quoad quenq; peruenit aut peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Et ſic ſemper exponitur pro quantum.

Quoadeius, tota una dictio ſignificat uſq;, vel inquantum, uel quantum ad eius vires, uel quantum ab eo. Cicero lib. i. de Ora. Officiũ eſt de iis rebus poſſe dicere, quæ ad vſum ciuilem moribus et legibus conſtitutæ ſunt, cum aſſenſione auditorũ quoadeius fieri poterit. Idem, Elaboro quoadeius facere poſſum, ut conſilia hoſtium intelligam.

Quoaduſq;, eiuſdem ſignificationis eſt ſicut Quoadeius, ſcilicet quantum uel quouſque. Accius, Nihil te impedio quoaduſq; rem peragas.

Quocirca, ſignificat quamobrem.

Quod, nomen relatiuum eſt, & coniunctio cauſalis quum ponitur pro quia. vt, Quòd ſcribas lætor. Et non caſtigo te quòd odio habeam, ſed quò meliorẽ efficiam. ubi enim poteſt eſſe quòd ibi etiam quia. Et vbi poteſt eſſe ut, ibi poteſt eſſe quo, & econtrario. vt, Non te caſtigo quia odio habeam, ſed vt melior efficiam. Quandoq; ponitur pro ſed, & in principio clauſulæ locari ſolet. Cice. Quòd ſi quis à me huius conſilii mei cauſſam quærat, ita reſpõdeo. A' Quod fit Quoddam, Quodpiam, Quodq;, Quodcunq;, Quodlibet, Vnumquodq;.

Quo iure, Quaq; iniuria, puerbiale eſt, quaſi per fas, nefas uelis nolis. Terent. in Andria, Quo iure quaq; iniuria me præcipitem in piſtrinum dabit.

Quominus, ſignificat ut non. Terent. Si poterit fieri vt ne pater per me ſtetiſſe credat, quo minus hæ fierent nuptiæ. Interdum ſtatim, Vergilius,

Et quominus arua Inſequitur.

Quomodo, tota una dictio, ſignificat quemadmodũ. Cicero, Quomodo potuiſſem, te conueniſſem. Tale eſt ac ſi diceretur, ſi quatuor pedibus ad te uenire neceſſe fuiſſet. Quomodo. id eſt, qualicunq; ratione, utcunq;, qualitercunq;.

Quondam, aduerbium temporis, & modo præteritum tempus denotat, pro olim uel aliquando. Cicero, Fuit iſta quondam in hac repub. uirtus. Modò futurum. ut, Quondam tua dicere facta Tempus erit. Modò præſens. Vergilius,

Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus.

Ponitur quandoq; pro ſemper. Idem,

Vt quondam in ſtipulis magnus ſine uiribus ignis.

Quoniam, coniunctio cauſalis. ut, Quoniam prodeſt lege. Poteſt eſſe ſubcontinuatiua. ut, Quoniam ambulat, mouetur. Interdum (autore Feſto) ſignificat poſtquàm.

Quoquam, ſignificat aliquò. id eſt, ad aliquam partẽ locum'ue.

Quoq;, ponitur pro etiã. Seneca, Tu quoq; ſimili modo exercere te debes. Aliquádo pro ſimiliter. Verg. Votabere tu quoq; uotis.

Quoquo uerſus, uel Quoquo verſum, ſignificat uerſus omnes partes, quod uernacula lingua dicimus, in qualmane ſe uoglia. ut, Quoquo uerſum ſe uerterit anima hominis, ad dolores figit, alibi ſperquã in se.

Quorſum, uerſus quem locum, quaſi quò verſum. ut, Quorſum vadis? quorſum ſeruus tuus iuerat tu iuiſti, quorſum ſit res euaſura dubito.

Quot, nomen numerale. vt, Quot numi tibi ſunt, Scio quot numos habes, habeo tot quot tu.

Quotennis, ſignificat quot annorũ, habet enim antecedentia nomina numeralia, uel compoſita ex numeralibus & anno. ut, anniculus, biennis, triennis. ut, Tu es biennis, quotennis ille. Quidam etiã uſurpant quotennis ſicut ſeptennis.

Quotenus, relatiuũ diuiſiuũ, ſignif uſq; ad quem numerũ. Cicero, ad Atticũ, In ripa neſcio quotenorũ iugerum.

Quotidie, vide in dictione Cotidie.

Quotquot, id eſt, omnes q.

Quotuplex, quot generũ.

Quotuplus, ad menſuram, uel ad pondus refert. ut, me' ager reddit decuplũ, quotuplũ nõ reddit tuus.

Quotus, relatiuũ ordinale quo ſignat cuius numeri, ſiue in quo numero, aut ordine. ut, Si primus in ciui

tate, quotus es in tua. Quãq; ponit̃ pro quot. Mart.
Dic quotus es quanti cupias cœnare, nec vllum
Addideris verbum, menſa parata tibi eſt.
id eſt, quot eſtis, & quot tecum habes. Quandoq; ſignificat cõtinuam quantitatem, & ponitur pro quãtus. Iuuenal. Quota portio facis Achææ.

Quotuſquiſq;, in ſingulari, idem ſignificat quod nomen numerale quot. ut, Quotuſquiſq; eſt q aliter ſentiat? Auguſt. lib. xix. Ciui. Dei, Quotuſquiſq; hominum eſt, cui profunditas vtilitatis huius adpareat. Et eſt vetus elegans q; locutio per interrogationem & ad paucitatẽ refert̃. ut, quotuſquiſq; ſtudet. id eſt, quot ſtudent, hoc eſt, quàm pauci ſunt qui ſtudeant. Cicero pro Plancio: Quotuſquiſq; iuris peritus eſt, quotuſquiſq; diſertus eſt?

Quouſq;, Quandiu, vel Vſq; ad quod tempus. Et ponitur interrogatiue. Cicero. Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Relatiuè. vt, quouſque volui, comedi. id eſt, tamdiu comedi, quamdiu volui. Infinite, vt, quouſq; eſſes didici. Aliquando ſignificat. vſq; ad quem locum. ut, Quouſq; agri tui fines protraxiſti.

Quum primum, duæ partes ſunt, neceſſe q; eſt eis iungi duo verba, & ſignificat ſtatim. Vergilius,
Quum primum paſti repetent præſepia tauri,
Si qua tibi Corydonis habet te cura veniuto.

DE LITERA R.

R Litera ſemiuocalis eſt, & liquida, quæ poſt mutã in eadem ſyllaba poſita, præcedentem ſyllabam, modo lõgam, modo breuem facit. ut Ouidius in dictione patrem exemplum poſuit.
Iam patrẽ, famulos q; patris, lucem q; timebam.
vbi pa, ſyllaba & producitur & corripitur. Et apud Græcos in initio dictionum r, litera recipit adſpirationem. ut Rhadamantus, Rhea, & huiuſmodi. Conuertitur q; nonnunquàm in l, vt intelligo pro interlego, pelluceo pro perluceo. In ſimplicibus. ut niger, nigellus: vmbra, vmbrella. In ſ, vt arbos pro arbor, odos pro odor. Tranſit in duo ſſ, vt vro viſſugero, geſſi. In u, conſonantem. vt ſero, ſeui: tero, triui. In n, vt æneus, pro æreus.

Rabbath, metropolis eſt filiorũ Ammon, q̃ hodie à rege Aegypti, Ptolemæo, cognomẽto Philadelpho, q Arabiã tenuit cũ Iudæa Philadelphia nominatur.

Rabidus, qui rabiem habet.

Rabies, iei, & Rabia, æ, à rapio. morbus canum, quum veluti furore quodam acti, huc atq; illuc rapiuntur, nec vllum quietis locũ inueniunt. Alii Rabiẽ, quaſi raulem dici putant, à raucitate vocis quam rabioſi habent, ſimilem canis latratui. Hinc Rabioſus, qui rabiem habet. Pli. lib. xxix. Datur morſis à rabioſo ne rabidi fiant. Ponitur quãq; Rabioſus pro iracundia pleno, qui veluti rabie agitatus videatur.

Rabio, is, nimia ira et quaſi rabie agitor. Varro, Quid eſt quod latres? quid rabis? quid uis? Cæcilius, Rabie rabire ſe aic.

Rabioſulus, diminutiuum. Cicero Trebatio: Primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti.

Rabula, à rabie (vt quidam volũt) & à raui. id eſt, rauciare, ut is ſit Rabula, qui in negotiis agendis acer eſt & rabioſus. Vnde & pro aduocato, & cauſarum patrono accipi ſolet. Vel dicitur à radẽdis auribus. Nam ut à fando fabula, à nando nabula, à ſtãdo ſtabula, à paſcendo pabula, ita à radendo rabula. Nec alia rõne Rabulas in foro dictos puto, quàm quòd radant. id eſt, offendant aures: & (ut ait Quintilianus) nimia uerboſitate feriant. quaſi ab inſtrumento illo nuncupari, quòd rabula cõmodius quàm radula uocari poſſit. Hodie quoq; vulgus ipſos garrulos & linguaces ab alio inſtrumento tudiculas & piſtillos cognominat. Quintilianus, Sup omnia petit illa quæ Cice. in Ora. Non enim declamatorem aliquem deludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum aut perfectiſſimum quærimus. Idem, Quaſi rabulæ qui ſibi diſerti non uidentur, niſi omnia tumultu & uociferatione concuſſerint.

Racemarius, malleolus ex quo pampini pullulant, uel ſteriles uel certe minus feraces, ut inquit Columella libro quarto.

Racematio, racemorũ uindemia: ut quando à uindemiatoribus racemi rari prætereuntur, ſicut in meſſibus peractis quod ſupereſt, ſpecilegium dicitur.

Racematus, a, um, quod racemos habet. Plin. lib. xviii. de Panico, Paruis racemato paniculis.

Racemoſus, moſa, mõſum, quod eſt racemis plenum. Plin. Hedera modo racemoſa eſt.

Racemus, penulti. produ. pars botryonis ſiue potius ipſe botryon, q & botrys more Græco, & botryus. hoc eſt, integer vuæ racemus. Eſt enim illa ſeſta vuarum plurima grana continens. Et non ſolum de uite, ſed etiam de aliis plantis dicitur. Plinius de Hederis. Aliis denſius acinus & grandior racemus, in orbem circumactis.

Racha, nomen Hebræum eſt (inquit Hierony.) quod idẽ eſt quod κενὸς, id eſt, inanis, aut uacuus, quẽ nos poſſimus uulgata iniuria abſq; cerebro nuncupare. Quidã etymologiam huius nominis de Græco trahere uoluerunt, putantes dici pãnoſum. Græcè enim pannus ῥάκος dicitur. Sed nos huius uerbi proprietatem ſubtilius perſpiciẽtes, nihil intelligimus aliud eſſe Racha, niſi uocem incognitam, irati animi commotionem ſignificantis: quales ſunt interiectiones apud Grammaticos, ſicut à dolente heu, ab iraſcente hem, & huiuſmodi. Auguſt. ſuper Matth. Racha uox indignantis animi motum ſignificans.

Radicitus, pen. cor. aduerbium, ſignificat à radice, unde & pro omnino quandoq; ponitur.

Radico, as, penultima producta, radicem facio, & radicem capio dicitur. Plinius libro xviii. Frumenta multa radicantur fibris. Hinc componitur Eradico, quod eſt uſq; ad radices euello. Hieronym. in præfa. Pſalmorum, Cogitis ergo, ut ueluti quoddam nouale ſciſſum iam aruũ exerceam, & obliquis ſulcis renas

ſcentes ſpinas eradicem.

Radicula,parua radix.Colu.lib.iiii.Idem pœnus autor probat vinacea ꝑmixta ſtercori,depoſitis ſeminibus,in ſcrobē mouere,quòd illa ꝓuocēt, & alliciant nouas radiculas. Et Radicula,vocaẜ herba,ſuccum habēs lauādis lanis cōmodiſſimū, Hanc Græci ſtruthion,& lanaria ob id à noſtris vocatur.

Radifico,as,ſimiliter ſignificat radico , radices facio.

Radio,radios emitto,fulgeo. Hiero.in prolo. Pſalm. Vbicū q; aſteriſcos.id eſt,ſtellas radiare in hoc volumine videritis,ibi ſciatis de Hebræo additū,quod in Latinis codicibus nō habeẜ. Ouid.lib.ii. Meta.
Argenti bifores radiabant limina valuæ.
Hinc cōponiẜ Irradio,quod eſt illuſtro , & quaſi intus radio.Plautus,Faciunt quod conſueuerunt,irradiāt ſalibus menſam,omnes ad riſum prouocant.

Radius,ſplēdor à Sole micās. Varro,O' ſumme Sol, qui totam hanc mundi compaginem, tuis radiis illuſtras. Transfertur & ad fulgorem oculorū. Plin. Cuius ex oculis radii noctemicantes cernunẜ.Gellius, Stoici cauſſas eſſe videndi dicunt radiorū ex oculis in ea quæ videri queunt emiſſionē. Item Radius dẜ virga qua Geometræ lineas iudicant. Vergilius,
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem.
Inuenta autem eſt hæc ars,tempore quo Nilus, plus æquo creſcens,confudit terminos poſſeſſionum. Ad quos innouandos , adhibiti ſunt philoſophi , qui lineis diuiſerunt agros.Inde Geometria dicitur,quum non tantum terræ,ſed etiā maris & cœli & aeris ſpatia metiri conſueuerint.Item textoris inſtrumentum quod vulgo druellem nominant,quo telæ annectuntur,Radius dẜ:nunc Nauicula adpellatur. Idem,
Excuſſi manibus radii reuolutaq; penſa.
Radii quoq; rotarum dicuntur,vt apud eundem:
Hinc radios triuere rotis.
Inſtrumentum etiam quo raduntur menſuræ,Radius uocatur , quod alio nomine Hoſtorium nominant. Plautus : Dii Deæ q; omnes , tantam nobis lætitiam, tot gaudia , ſine radio cumulent. Et Radii dicuntur oliuæ oblongæ. Vergilius,
Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ
Orchades & radii,& amara pauſia bacca.

Radix,dicta eſt quòd ſæpe effoſſa,parumper terra raditur,vt arbor melius fruticeſcat.Plinius,Quum pali de fixi radices cœpiſſet. Huius diminu.eſt Radicula.

Rado,is,ſi,ſum,complano,incido,extirpo,mūdo.Columella lib.ix. Sic tamen ne quid radatur. Hierony. in Leuit.Die ſeptima radet capillos capitis,barbāq; & ſupercilia,ac totius corporis pilos. Iuuenalis,
Nam Sergiolus iam radere guttur Cœperat. Per tranſlationem ponitur pro lædo lacero q;. Quintilianus libro.iii.Ne ieiuna atque arida traditio auerteret animos , & aures præſertim delicatas raderet. hoc eſt,offenderet,fatigaret q;. Huius cōpoſita ſunt Abrado. Adrado,iuxtà rado.Columel. libro tertio. Reliquam partem,quæ continens matri eſt, adradito nec ſuperuacua ſarmenta procreet. Circumrado. Idem libro.iiii.Quàm recentiſſimum eligatur ſarmētum,& leuiter circumraſum,vt cortex tantum detrahatur. Corrado. Derado , de aliquo rado. Plinius, Quod deraſum eſt teritur & cribratur.Erado , extra rado.Columella libro tertio.Poſtea ſurculos , quos inſerere voles eradito,tam alte quàm cuneum demiſiſti:ſed ita ne medullam ne'ue alterius partis corticem lædas. Interrado , in medio rado. Idem in eodem:Nam ſi ſpiſſe poſueris , neq; in terra quid ferre poteris , nec ipſæ fructuoſæ erunt niſi interraſeris. Obrado,circumrado. Et omnia habent penultimam productam.

Radula,pen.corre.inſtrumentum ferreum,à radendo dictū. Vnde Pix radulana eſt dicta,quæ radula eradiẜ.Pli.li.14.Radulana pice ac reſina cōdire muſta.

Ragades,& Ragadia,fiſſuræ ſunt & rimæ , inter ſedis vitia adnumeratæ:quorum crebra mentio eſt apud Plinium: Auicenna non ſolum in ano,ſed in mentula naſci ragadas prodidit.De quo & in dictione Cōdylomata.

Raia,genus piſcis plani & cartilaginei. Raias Græci βάτους dicunt,à rubi nomine propter aculeos.

Ralla,genus veſtis,à raritate. Nam Rarum,facit diminutiuū Rallum.Plautus, Toga ralla,tunica ſpiſſa.

Rallum,à radendo,ferrum illud quo vomeres identidem purgantur in arando.

Ramale,idem quod ramus. Ouid.lib.viii. Meta.
Multifidas q; faces,ramalia q; arida tecto.
Perſius, Vt ramale vetus.

Ramentum,tenuis cuiuſque rei particula.à radendo; quaſi raſura. Vnde Ramenta auri, Ramenta argenti lignorū,& cæterarū rerū dicimus:quum foratur aliquid ex tritu,ſiue ex curſu , aut ex arena fluuiorum. Vnde Plin.lib.xxxiii. Apud nos tribus modis,fluminū ramētis,ſcilicet aurū inuenitur:nec vllum abſolutius aurū eſt,curſu ipſo tritu q; perpolitum.

Rameus,a,um,quod ex ramo eſt. Vergil.libro.iiii. Georgico. Et ramea coſtis
Subiiciunt fragmenta,thymum,caſias q; recentes.

Ramex,genus herniæ : vide in dictione Hernia. hinc Ramicoſus,qui patiẜ illum morbū. Columel. lib.x. aliter accipit Ramices,quum inquit de Viuario conſtituendo:Deinde ꝑ tranſuerſa laterū caua tranſmittuntur ramices:qui exitus ferarum obſerent.

Ramnus,genus ſentium,aſperrimū aculeis,& flore gratiſſimum,vt ait Hierony.ſuper illud Pſalmiſtæ:Priuſquàm intelligerent ſpinæ veſtræ ramnum.

Ramus,arboris pars eſt. Cuius diminutiuū eſt Ramuſculus.Dẜ & Ramulus.Columel. Et quum primū germina tumebunt,de ramulis amiculis eos ligato.

Rana,genus animalis paluſtris.Ranarum aliæ ſunt terreſtres(licet in aquis dulcibus degant)aliæ marinæ. Ex terreſtribus quædam in vepribus tantū viuunt,& Rubetæ adpellantur:aliæ inter arundines frutices q; verſanẜ. Eſt & rana arborem ſcandens,& ex ea vociferans:ob id à calamis Calamita. Rana etiā morbus eſt,qui bobus accidere ſolet.Colu.libro.vii. Solent etiam faſtidioſa cibo adferre vitioſa incrementa linguæ:quas Ranas vocant veterinarii.

Ranceo,ces,rancui,rancorem habeo,ſiue puteo.

Rancidus,da,dum,quod eſt rācore putidum,vt, Caro

rancida. Horatius,

Rancidum aprum antiqui laudabant, non qa naſus
Illis nullus erat:ſed(credo)hac mente, quòd hoſpes
Tardius adueniens vitiatum commodius,quàm
Integrum edax dominus conſumeret.

Interdum pro inſuaui ponitur. Huius eſt diminu. Rãcidulus. Iuuenalis,

Non tñ his illa vnquàm opſonia fiunt Rancidula.

Rancor,putor quidã à ranceo:nomen verbale: ſicut acor,ab aceo:albor ab albeo. Palladius in Rebus ruſticis: Receptacula olei ſemper ſint munda,ne nouos ſapores veteri rancore infecta corrumpant.

Rantum,dixerunt veteres quadrantem:quòd in eo & triẽnte ratis fuerit effigies:quẽadmodũ nauis in aſſe.

Ranunculus,diminutiuum eſt à rana. Ambroſius lib. Hexam. Culices & ranunculi circa genitales ſtrepũt paludes.

Rapa,pæ,dicitur quod paſſim rapiatur. Palladius: Rapa mutatur in napos,in alio ſolo per biennium ſata, alia vero napus tranſit in rapam. Dicitur & Rapum neutro genere. Martialis,

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa.

Vario, Ex ſemine braſſicæ vetere ſato,naſci aiunt rapa,& contrà ex raporum braſſicam. Colu. lib. ii. Ab his leguminibus ratio eſt habenda naporum raporumq́;:magis vtilia rapa ſunt. Hieronymus uero ad Euſtochium, Vix raris fabis & rapis cum rudi hordeaceo pane ſaturantur.

Rapacia,ciorum,raporum frondes:quas homines decoctas in cibum ſumunt. Plinius, Et homini non minor rapaciorum gratia quàm cimarum.

Rapax,auidus,& rapinis ſemper intentus. Suetonius, Inopia rapax,metu ſæuus. Hinc Rapacitas. Columel, libro primo. Niſi maxima vel negligentia ſerui, vel rapacitas interuenit.

Raphanus,pen.correp.genus radicis notæ,comeſtibilisq́;. Plin. Fertur in tẽplo Apollinis Delphici adeò cæteris herbis prælatus raphanus,vt ex auro dicaretur:beta ex argento:rapum ex plũbo. Refert Alexãder Aphrodiſeus eſſe calidum, humores exiccare & attenuare:mouere ex humoribus ſpiritus , ac eos exhaurire & exinanire,dũ per os eructat. Eſt & aliud Raphani genus,quod armoratia à noſtris dr. Quidam hoc nomen adſpirant in prima.

Rapidus,velox, ab eorum qui rapiunt celeritate dictus. Vnde & amnis rapidus, qui cum celeritate & furore labitur.

Rapinator, à rapina,raptor dicitur. Lucilius, Homo impudicus impune eſt rapinator.

Rapio,pis,pui,ptum,ſignificat per vim, aut cum feſtinantia,ſiue cum furore rapio,traho,euello, auſero. Teren. in And. Sublimem hunc intrò rape quantum potes. Lactantius libro. v. Alios etiam in conſortio mali ſui rapiſit,qua ſi habituri ſolatium de perditione multorum,id eſt,trahunt. Vergilius,

Quid faceret? quò ſe rapta bis coniuge ferret?

id eſt,ablata Et libro primo Georgicorum,

Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

id eſt,ſubitò rapit. Aliquando Rapere,eſt vim adferre,vitiare. & ꝓprie de virginibus atq́; impuberibus pueris:etiã ſi loco non dimoueantur. Vergilius,

Et rapti Ganymedis honores. Seneca, Rapta raptoris aut mortẽ aut indotatas nuptias optet. Cõpoſita Abripio, Arripio, Corripio, Deripio, Diripio, Eripio, Irripio, Præripio, Proripio, & Surripio.

Rapo,ponis,idem quod raptor. Pomponius, Ne vos conturbent auri argentiq́; rapones.

Raptim,aduerbium.ſignificat cum feſtinatione.

Raptio, Rapina, & Raptus, diſtinguuntur ab inuicem: quòd Raptio ad perſonam, Rapina ad rem, Raptus ad ſtuprum referatur. Terentius in Adelph. Diſperii Cteſiphonem audiui filium unà in raptione fuiſſe cũ Aeſchino. Cice. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in ſupplicits,auaritia in rapinis,ſuperbia in cõtumeliis efficere potuiſſet. Idem, Matronarũ cædes, virginum raptus. Columella etiam Rapinas vocat culturas raptorum.

Raptito,tas,pen.cor.frequentatiuum à rapto,ptas.

Rapto,tas,frequenter rapio,traho. Vergilius,

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Idem libro tertio Georgicorum,

Sed me Parnaſi deſerta ꝑ auia dulcis Raptat amor.

Raptor,qui rapit. Ambroſi. Raptores non niſi aliena diripiunt.

Rapulum,diminutiuũ à rapum. Horatius in Serm.

Captus vt aiebat cœnæ pater atria circum Rapula:

Idem Satyra ſecunda: Quum rapula plenus

Atq; acidas mauult inulas.

Rapunculus,à rapo radicis exiguæ,qui comeditur in acetariis.

Rapuntium,vernaculi noſtri dictitant.

Rareſacio,rarum facio. Colu. lib. iiii. Hoc autem facile contingit,ſi prius rareſeceris etiam eas partes, ſupra quas ramũ ſecaturus es:fœno aut ſtramẽtis texeris.

Rareſio,paſſiuum à rareſacio. Cc.

Rarenter,aduerbium:idem quod rarò. Gellius libro primo. A' rarus,non dicitur rarè:ſed alii rarò dicũt, alii rarenter.

Rareſcere,ſignificat rarũ fieri,ſiue deficere. Columel. lib. iiii. Negligentia cultorum magna pars deperit:et interius ſeminum cæteraq́; virentia rareſcunt. Lact. lib. vii. Ita enim iuſtitia rareſcet:& impietas,& auaritia,& cupiditas,& libido crebreſcet.

Raripilus,pila,lum,pen.cor.quod habet raros pilos. Colu. in præfatione, Et idipſum aliter curatur mutilum & raripilum,aliter cornutum & ſetoſum.

Raro,ras,rarum facio. Cuius compoſita ſunt Diſraro, & Interraro,quod eſt,in medio rarum facio. quo Columel. lib. v. vtitur.

Rarus,ra,um,ꝓprie dr quod non eſt denſum. Interdũ ponitur pro præſtanti: qm̃ oĩa præclara rara ſunt. Vergil. Hic rarum tamen in dumis holus.

Hierony. Rara eſt virtus,nec à pluribus adpetitur.

Raſamentum,idem quod raſura. Colu. lib. v. Terebra Gallica non ſcobem,ſed raſamenta facit.

Raſilis,& hoc Raſile,pe.cor.quaſi raſum, nihil extantis ac redundãtis plenitudinis. Vergilius tñ dixit:

Et torno raſile buxum, quaſi raſibile.

Raſito,as,pe. cor. ſignificat ſæpe rado. Gellius lib.ii. Comperimus a ſit cæteros quoq; in his temporibus nobiles viros,barbã in eiuſmodi ætate raſitauiſſe.

Raſores,qui radunt.Et per tranſlationẽ fidicines:qui videntur chordas ictu radere.

Raſorius,ſoria,rium,quod ad radẽdum pertinet. Vnde dicimus cultros raſorios.

Raſtelli,vide in dictione Raſtrum.

Raſtrum,& Raſter,maſculini generis. Terentius, At iſtos raſtros interea depone. Vergilius,

Raſtraq; incuruos æuum tribuere ligones. Dicunt autem Raſtra, ſeu Raſtri (qui & rutabri vocantur) proprie,quibus per fœniſecia feſtucas abradimus, à quo abraſu Raſtelli ſunt nominati. vt inquit Varro lib.I.de Re ruſtica: Tum de pratis (inquit) ſtipulam raſtellis eradi,atq; addere fœniſecio cumulum: quo facto,ſicilięda prata.id eſt,falcibus conſectanda. Verum & ſtabulariorũ vſibus deputantur:iiſdẽ quoq; terram effodiunt. Sueto.in Nero. Tubaq; ſigno dato,primus raſtello humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit.

Raſura,ipſe radendi actus.Columel.lib.v. Eaq; raſura ita deducitur.

Ratare,veteres pro ratificare dicebant: vnde Irritare, contrarium.

Ratariæ naues,à ratiũ ſimilitudĩe adpellatæ ſunt. Cc.

Ratifico,cas,adprobo,& quod actum eſt confirmo.

Ratio,à ratum ſupino fit.et eſt vis illa animi,qua à cæteris animalibus homo diſiungitur. Quæ ſic diffinit ab Auguſtino lib.ii.de Ordine:quòd ſit mentis motio ad ea quæ diſcutiunt,diſtinguendi & cõnectendi potens. Vnde ab Horatio ponitur pro ratiocinatione & diſcurſu animi,ad inueſtigandum verum.Cicero lib.II.ad Herennium: Ratio, eſt cauſſa quæ demonſtrat verum eſſe id quod intendimus, breui ſubiectione. Seneca: Quid eſt ratio, niſi naturæ imitatio? Sequitur ratio naturam:& bonum ſine ratione nullum eſt:& virtus nõ aliud quàm recta ratio. Aliquando tamen Ratio ponitur pro reſpectu & cura. Cicero Planco. Peto à te vt mei rationem habere velis, & ſalutis & dignitatis meæ. Sic dicimus. Habenda eſt ratio honoris,ratio rei familiaris. Idem libro.ii.Officiorum, Habenda ratio eſt rei familiaris: quam quidem delabi ſinere flagitioſum eſt. Si uero iungatur cum præpoſitione cum, ſignificat negotiũ. Idem in Catone,Rationem habet cum terra,quæ nunquàm recuſat imperium.Idem ad Atticum,Cum omnibus Muſis rationem habere cogito. Aliquãdo ponitur pro cauſſa.vt apud eundem M.Catonem,Quũ autem ad Gibilſtra propter rationem belli quinque dies eſſem moratus. Aliquãdo pro modo,via,& forma. Salluſtius, At ego vobis(inquit) ſi modo vultis eſſe viri,rationem oſtendam,qua tanta iſta fugiatis. Et Ratio quandoq; dicitur ſupputacio,vel calculus, ſiue expenſæ.Plautus in Aulul. Supputatur ratio cũ argentario. Idem in Amphitryone, Et vt res rationesq; veſtrorum omnium bene expedire vultis. Ratio etiam proportio dicitur: vt ſi quando numerus ad numerum habet proportionem: quem nos rectũ dicimus rationem vel duplam vel triplã. ut quatuor ad duo: & ſex ad duo.

Ratiocinatio,eſt(vt inquit Auguſtinus lib. de Immortali.ani.) à certis ad incertorum indagationem, nitens cogitatio.

Ratiocinatores,dicti ſunt,qui calculatores vulgò nominant dictione Latina. Mart. Nec calculator,nec notarius velox,Maiore quiſquàm circulo coronet.

Ratiocinor,penul.cor.ſignificat per rationem quaſdam deprehendo,colligo computo.Gellius libro.i. Plutarchus in libro quẽ ὁ πόσον ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ φύσιν καὶ ἀρετὴν διαφορά. (Id eſt,Quantum inter homines,animi corporisq; ingenio atq; virtutis interſit) cõſcripſit,ſcite ſubtiliterq; ratiocinatum Pythagoram dicit, In reperienda modulandaq; ſtatus longitudinis q; eius præſtantia.Cicero libro.i.Tuſculanarum quæſtionũ: At nos metiendi ratiocinandiq; utilitate inſpecta, huius artis terminauimus modum.

Rationabile, dicitur quod cum ratione factum dictum'ue eſt. Cuius contrariũ eſt Irrationabile. Itaq; domum aliquam Rationabilẽ poſſumus dicere,noſtrumq; ſermonem. Rationales autem vel illum qui hanc fecit,vel nos qui loquimur. Ergo procedit ratio ab anima rationali,in ea quæ vel fiunt rationabilia,vel dicunt. Duo ergo ſunt in quibus potentia vel vis rationis poſſit etiã ipſis ſenſibus admoueri,opera hominum quæ videntur, & verba quæ audiunt. In vtroq; autem utitur mens gemino nuncio pro corporis neceſſitate. Vno,qui oculorum eſt:altero, qui aurium. Ita quum aliquid uidemus,congruentibus ſibi partibus figuratum,non abſurde dicimus Rationabiliter adparere. Item quum aliquid bene cõcinere audimus,non dubitamus dicere, quòd rationabiliter ſonat. Irrationabile vero,quod his caret. Quintilia.lib.ii. Sed quia carent ſermone, quæ id faciunt, muta atq; Irrationabilia vocantur.

Rationale,philoſophi dixerunt eſſe,quòd ratione vteretur,uel uti poſſet. Vnde dicimus,hominem eſſe animal rationale,& mortale. Hic genere poſito, quòd animal eſt dictum, uidemus additas duas differentias,quibus admonendus erat homo, & quò ſibi redeundum eſſet,& unde fugiendum. Nam ut progreſſus animæ uſq; ad mortalia lapſus eſt, ita regreſſus eſſe in rationem debet. Vno uerbo à beſtiis quod rationale,alio à diuinis ſeparatur quod mortale dicitur. Illud niſi tenuerit,beſtia erit. Hinc niſi ſe auerterit,diuina non erit.

Rationale,ſubſtantiuum,genus veſtis ſacerdotalis eſt. Hieronymus ad Fabianũ, Rationale etiam dr̃ genus veſtis,apud Hebræos oſuin, Græce logion,nos Rationale poſſumus adpellare. Pannus eſt breuis ex auro,habens magnitudinem palmi,per quadrum & duplex,ne facile rumpatur.

Rationarius, liber in quo rationes rerum geſtarum continentur. Suetonius in Auguſt. Rurſus tædio diuturnæ valetudinis, quũ etiã magiſtratibus ac ſenatu domũ accitis,rationariũ iperii tradidit. Et Rationarius liber, in quo accepti & expenſi rationes deſcrib

buntur. Suetonius in Cæſare, Seruitia recentiora, immenſo pretio, & cuius etiam ipſum puderet, ſic vt vetaret rationibus inferri. id eſt, nolebat in rationario perſcribi eam ſummam, quam impenderat in emptione ſeruorum. Item Rationarius, qui rationarium cõficit, vel qui rationibus præeſt. Marcellinus, Quidã ex mercatore opulento rationarius adparitor.

Rationem conſtare, eſt æquam legitimamq́ rationem oſtendi, aut adparere oſtendi poſſe. Plinius Iunior: Mirum eſt quàm ſingulis diebus in vrbe ratio aut conſtet, aut cõſtare videatur pluribus cunctisq́ non conſtet.

Rationem purgare, vide in dictione Purgo.

Ratis, & Rates, (ſecundum Probum) efferri poteſt. Et proprie Rates dicuntur connexæ & recte compactæ inuicem trabes, quæ per aquam trahuntur. Abuſiue à poetis uſurpantur pro nauibus. Vergilius, Diſiecitq́ rates.

Ratiuncula, diminutiuum. Terent. in Phor. Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pauxillulum nummorum.

Ratumenna, auriga fuit, qui quum in ludis Circẽſibus excuſſus fuiſſet, equi ſui cum corona & palma in Capitolium peruenerũt, ſedemq́ ter luſtrarunt. Ex quo factum eſt, ut porta per quam intrauerant. Ratumena diceretur. Cc.

Ratus, ta, tum, participiũ à reor, reris, quod ſignificat puto, imaginor. Priſcianus, Reor quoq; Ratus facit participium, ut puto differentiæ cauſſa, q̃a ritus aliud ſignificat. Et retus, pro reatus dicebant, quomodo ſaucius pro ſauciatus, laſſus pro laſſatus. Plautus in Amphitryone. Victus hoſtibus, quos nemo ſuperari poſſe ratus eſt. Aliquãdo Ratus, dicitur firmus, certus. Terent. in Hecyra, Ne quod egiſſem eſſet ratum.

Raucæ, vermes terreni, radices arborum lædentes. Plinius, Olea vbi quercus effoſſa ſit male ponitur, quãdo uermes qui raucæ uocantur, in radice quercus naſcuntur & tranſeunt.

Raucio, cis, rauſi, ſum, raucus ſum, à quo Irraucio. Eſt & Raucco, ces, à quo Rauceſco, & Irrauceo.

Raucus, qui nimio clamore vel alia cauſſa vocem obtuſam habet. Aliquando tamen refertur ad optimam uocem. Vergilius,

Dant ſonitum rauci per ſaxa liquentia cygni.

Hinc Raucitas & Raucedo, pro uocis obtuſitate.

Raudum, dicebatur es, uide in dictione Rudus.

Rauduſcula, porta Romæ adpellata eſt, à raudo. id eſt, ære, quòd ærata erat. Cc.

Rauenna, urbs in octaua regione Italiæ Sabinorũ oppidum, in ora littoris Adriatici, olim tota ligneis cõpacta ædificiis, aquis diffuſa, pontibusq́ ac lembis peragrata. à Teſſalis condita perhibetur. Alii poſt excisam Troiam, alii poſt confuſa hominum labia in Babylone, conſtructam fabulantur. Et quum à mari fiunt inũdationes, non mediocrem accipit partẽ cœni paluſtris. De hac Sylius libro octauo.

Lenta paludoſo proſcindunt ſtagna Rauennæ.

Hinc ortus eſt Caſſiodorus ſenator, qui multa eruditiſſime ſcripſit. Hanc vrbẽ vetuſtam eſſe, res ab Oſtrogottis geſtæ commemorant, qui eam regiam poſuere. Liuius autor eſt, ab Auguſto muris cinctã fuiſſe, quos Valentianus iperator poſtea ampliauit, eiusq́ archiepiſcopo duodecim ciuitatum epiſcopos ſubiecit. Ariminum, Cæſenæ, Fori Liuii, Fori Cornelii, Fauẽtiæ, Brutii, Bononiæ, Mutinæ, Rhegii, Parmæ, & Placentiæ, quæ ciuitates deinceps ſub Exarchatu fuere. Et Alaricus ſubinde eam magnificauit, ſic & Theodoricus, qui in ea octo & triginta annis regni ſedem habuit. Nunc à ſenatu Veneto ſic inſtaurata, vt renouata dici poſſit. Hæc fuit patria beati Apollinaris, primi eius epiſcopi, et Vitalis, et Geruaſii, et Protaſii. Hic ortus eſt Petrus ille Rauennas, illuſtris Fori Cornelii epiſcopus, qui multa in Teologia ſapienter ſcripſit.

Rauilliæ, dicuntur qui rauos oculos habent, quemadmodum qui cæſii cæſiliæ. Cc.

Rauis, raucedo uocatur, quæ fit aut nimia ſiccitate, propter clamorẽ aut nimio humore, ad uocis locũ fluente, ex quibus uox homini plerunq; negatur. Plautus in Aulularia: Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimũ, vbi ſiquid poſcamus, ad rauim poſcamus, priuſquàm quicquàm detur. Apuleius lib. iii. florum, Claritudo arteriis obſoleſcit, identidẽ boando purgant rauim. Hinc Rauio, uis, & Rauus, ua, uum.

Rauiſcellus, diminutiuum à rauus. Plautus, Quis (inquit) hæc mulier, & ille rauiſcellus qui venit?

Rauum, veteres dixerũt obtuſum, vnde Raua uox, obtuſa, & parum liquida. Rauus color, obtuſus. id eſt, mixtus niger cum fuluo, color inter flauum & cæſii. Cicero lib. iiii. Academi. Quia nobiſmetipſis tum cæruleum tum rauum uidetur, quodq́ nunc Sole collucet. Sic ab Horatio, Raua lupa dicitur.

R ANTE E

RE, præpoſitio, per apocopen à retro facta uidetur. Vnde Reſpicio, retro aſpicio. Reuertor, retrouertor. Repoſco, rem datam retropoſco. Et non niſi compoſita reperitur. Quæ etiam alias ſignificationes habet. Nam quandoq; perfectionem denotat. vt Recognoſco. Quandoq; reciprocationem. vt Redamo. Quãdoq; contra, ſiue aduerſus. ut Relector, repugno, reſiſto. Quandoq; iterum atque iterum, ſeu ſæpe. ut Reputo. Quandoq; de nouo. vt Renouo, quod eſt, ruſus nouum facio. Quandoq; inde. vt Remoueo. Quandoq; valde. vt Redundo. Quandoq; longè. Vergilius lib. iii.

Italiam petere, & terras tentare repoſtas.

Seruius. id eſt, longè poſitas. Quandoq; denotat cõtrarietatem ſuorum ſimplicium. vt Retego, quod eſt tectum denudo. Reſigno, quod ſignatũ erat aperio. Recludo clauſum patefacio. Quandoq; habet diuerſam, licet non contrariam à ſuis ſimplicibus ſignificationẽ. vt Reſciſco. Nam quũ ſcire, ſit cognoſcere. Reſcire tamen, ſiue Reſciſcere, non eſt ruſus cognoſcere, ſed factũ aliquod occultius & inopinatum inſperatumq́ cognoſcere, ſcire aduertere. de hoc ſuo loco Sic Reſpondeo, quod non ſolum redico, aut repromitto, ſed re atq; adſectu ſatisfacio ſignificat. Habet aliquando Re, eandem ſignificationem quam habet ſimplex.

ſimplex. vt Repræſento. Cōponitur aūt cum dictione a b a, incipiente. vt Redamo, Redarguo. b, vt Rebello. c. vt Recurro. d, vt Reddo. e, vt Redeo. f, vt Refero. g, vt Regredior. h, vt Redhibeo. i, vt Reiicio. l, vt Relego. m, vt Remigro. n, vt Renitor. p, vt Repugno. q, vt Requiro. ſ, vt Reſactio. t, vt Retineo. u, vt Reuertor. Sed cum a, e, & h, interponiť d, cauſſa euphoniæ.

Realis actio, diciť quæ in bona tantū extenditur. Cc.

Reapſe, ſignificat re ipſa. Pacuuius, Si non eſt ingratū reapſe quod feci.

Reate, ciuitas in Vmbria, ex qua Veſpaſianus originem ducit.

Reatus, tus, culpa crimen.

Rebello, las, ex re & bello, proprie ſignificat repugno. Vnde rebelles dicuntur, qui in fide non permanent, & iuſſis poteſtatum repugnant. Et rebellio, repugnātia. Rebellare vulnera ſeu alia vitia dicuntur, quādo ſemel curata repullulant. Plinius, Strumea herba eſt, qua rurſus ſata, rebellare credunt herbarii, qui curauerunt vitia.

Rebla, regio Babyloniorum, vel vrbs, quæ nunc Antiochia.

Reboo, boas, ex re & boo, mugio. Græcum eſt, ut inquit Seruius in Commentariis. Gellius, Nā apud Latinos nullum uerbum eſt, quod ante o, finalem habeat o, excepto inchoo, quod tamen maiores aliter ſcribebant, adſpirationem interponentes duabus uocalibus, & dicebant incoho. Per tranſlationem tamē Reboare, ſignificat reſonare. Vergil. lib. iii. Georgic. Reboant ſyluæ q; & magnus Olympus.

Recaleſco, rurſus caleſco. Cic. lib. iii. de Natura Deorū. Quod noſtris quoq; corporibus contingit, quū motu atq; agitatione recaleſcunt.

Recaluaſter, diminutiuum eſt, ſignificat eum qui fronte calua eſt, non toto capite, quaſi recaluatulus. Legi quendam (alioqui eruditum) exponentem, Recaluaſtrum, eſſe retro caluum. quod falſum eſſe conſtat ex autoritate Hieronymi, in Leuitico ſcribentis. Si à fronte ceciderint pili recaluaſter & mundus.

Recaluus, idem ſignificat quod recaluaſter, Plautus in Rudente. Ecquem recaluum ac Silonem ſenem. Hierony. contra Iouinianum. Recalua fronte. de Socrate. Hinc Recaluo, uas.

Recanetum, ciuitas in Italia, quæ à priſcis Recinata dicebatur.

Recellicluniæ, dictæ ſunt meritoriæ meretrices, quæ deſultura quadā & aſſultura mouent clunes, uti Venus cōcinnior inſcenſori præſtetur. Plautus in Pœnulo: An ibi vis inter iſtas verſarier, proſedas piſtorum amicas, recellicluniias (aliàs reliquias) alicarias.

Recello, lis, reduco, reclino, ſicut Excello, in altū extollo. Apul. lib. x. de Aſino. Illa enim quoties ei parcēs, nates recellebam accedens, toties niſu rabido & ſpinam prehēdens ad eam adpliciore nexu inhærebat. Liuius libr. xxiiii. Ferrea manus quum iniecta proræ eſſet, graui q; libramento plumbi recelleret, ad ſolum ſuſpenſa prora, nauim in puppi ſtatuebat.

Recens, nomen. ſignificat nouum. hoc eſt, quod nuper accidit. Vnde Recentior, Recentiſſimus, & aduerbiū Recenter. Cicero, Horum recentiorum nunquàm dictum ab illo quod ſciam. Idem Auguſt. Cecinnæ, Cōmemorarem nō ſolum veterum, ſed horum etiam recentium, vel ducum vel comitū tuorum grauiſſimos caſus. Inuenitur etiam Recens aduerbium. Plautus Qui recens ex agro venerat. Vergilius, Sole recens orto. id eſt, recenti tempore.

Recenſeo, recognoſco, & ſummam totius populi per numeros colligo. Vnde Recenſus, pro recenſione & recognitione dicitur. Et Recenſiti, qui per recenſum numerati ſunt. Sueto. in Cæſ. Recenſum populi uicatim per dominos inſularum egit.

Recentari, renouari, & denuo recens fieri Actius, Iam iam albicaſcit Phœbus, & Recentatur, cōmune lumen hominibus & uoluptas.

Receptaculum, locus in quem ſe tutò recipiunt. Cicero; Omnium bonarum artium receptaculum.

Recepti in ciuitatem, dicuntur, qui cum ſuffragio ciues ſunt effecti, ut apud Liuium ſæpe legitur.

Receptitius, tia, tium, quod reſeruatur. Vnde Receptitius ſeruus, adpellatus eſt nuptæ mulieris proprius, quem reſeruauit quū dotem marito daret. Quoties enim mulier in danda uiro dote, aliqua ex ſuis bonis retinet, nec ea ad uirum tranſmittit, Recipere ea dicitur. Qui & ſuperdotalis dicitur dominæ futurus.

Recepto, ptas, frequentatiuū à recipio. Terētius, Meū receptas filium.

Receptus mos, eſt quem ſpōtè ciuitas alienū adſciuit.

Receptus, ptus, reductio. id eſt, quò ſe tutus recipit exercitus. Vnde Receptui canere dicimus, quum tuba exercitus è prælio reuocatur. Vergil. lib. xi. Planities inculta iacet, tuti q; receptus.

Recidipna, veſtes quas vocāt cœnatorias. Iuuen. Ruſticus ille tuus ſumit recidipna Quirine. Compoſitum nomen ex Latino & Græco, ſcilicet ex recinio. Δεῖπνον verò cœnam ſignificat. Eadem etiā triclinaria dicuntur.

Recidiuus, a, um, pe. prod. ſignificat qđ recidit. Verg. lib. iiii. Et recidiua manu poſuiſſem Pergama victis. id eſt, quæ reciderunt. Quaſi Didoni ſe purgans dicat Aeneas, Si mihi licuiſſet, ruinas Troiæ protinus inſtauraſſem, non tot tantis q; laboribus ac periculis condere nouam urbem quæſiſſem. Similiter capitur illud ex libro ſeptimo,

Quin idem Veneri partus ſuus, & Paris alter,
Funeſtæ q; iterum recidiua in Pergama tedæ.

Licet Serui. interpreteť Recidiua, poſt caſum reſtituta. Quod minime uerum eſt, quum nunquàm reſtituta fuerint. Nam etſi febres à Plinio Recidiuæ dicantur, hoc non proprie, ne q; ex vocabuli ſignificatione fit, ſed ex adpellatione tantum, quaſi recidiuorū febres, propter eos qui in eas incidunt, & poſt earum depulſionem reſtituuntur. Rediuiuæ propriæ, non Recidiuæ dicuntur, quia tunc non recidunt, ſiue non depelluntur, ſed reuiuiſcunt, & integrantur. Recidiuus igitur, qui recidit. id eſt, qui retro vel rurſus cadit, & non poſſit permanere. Vnde etiam eius ſimplex Caduus, qui cadit. Plinius lib. xv. Colligi mala poſt æquinoctium autumnale, ne q; ante ſextamde-

dinam Lunam,neq; ante primam horam, cadiua ſeparari,ſtramentis,ſtoreis,paleis ue ſubſterni, cara cõponi,ut limites perui ſpiritum æqualem accipiant, Similem ſignificationem habent reliqua nomina in uus terminata.vt natiuus,votiuus,rediuiuus.

Recido, dis, penultima correpta, cecidt, recaſum ſignificat retro, ſiue iterum cado. Et ſemper producitce. Propertius,

Recidit inq; ſuos menſa ſupina pedes.

Recido,dis,di,ciſum pen.pro.ex re & cædo,quod inciſo ſignificat,quaſi retro ſeco. Vnde Reciſos ramos dicimus id eſt,reſecatos.

Recinium,vide in dictione Ricinus.

Reciperatia,à ueteribus dicebatur, quum inter ciuitates peregrinas lex conuenit, vt res priuatæ reddantur ſingulis,recipecentur q;.

Recipio,cipis,pen.cor.ex re & capio. Proprie Recipere dicimus, quando quis aliquid quod tradidit recipit:quaſi retro,uel rurſus capit. Liui.lib.ix.Recipiãt arma,quæ per pactionem tradiderunt. Quãdo q; ponitur,pro admittere,accipere.Cicero lib.ii.Offic.Cyrillum quendam ſuadentẽ vt in urbe manerent, Xerxem q; reciperent, lapidibus obruerunt. Quando q; pro reuocare. Verg. Sic ore effata Recipit ad ſeſe. Quando q; in tutum reducere,liberare. Idem, Medio q; ex hoſte recepi. Hinc Receptus, ptus,pro reductione. Et Recipere ſeruum Vlpianus dicit, refugium abſcondendi cauſſa ſeruo præſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno loco ædificio ue, quod Receptũ dare vulgò dicitur. Quando q; ſimpliciter reducere. Plautus in Captiuis. Inde me continuo recipiam rurſum domum. Quando q; recuperare. Cicero in Catone. Tarentum vero,qua vigilantia, quo conſilio recepit,tum quidem me audiente, ſaluatori, qui amiſſo oppido fugerat in arcem,gloriãti atq; dicenti: Mea opera Quinte Fabi, Tarentum recepiſti. Et certe(inquit cidens)niſi tu amiſiſſes nunquàm recepiſſem. Quando q; excipere ad uſum ſuum,& reſeruare,quod fit,quum quis venditis cæteris, ſibi quidpiam reſeruat. Plautus in Trinummo, Vbi nunc adoleſcens habet, poſticulum hoc recepit quum ædes venderet. Hinc Receptitius ſeruus. Quandoque proſternere. Vergilius lib.viii.

Totum cui comminus enſem.

Condidit adſorgens, & multa morte recepit. quod & pro decepit exponi poteſt, ſicut quũ dicimus, Accepit eum crudeliter,vel malis modis. Significat etiã facienda ſuſcipere,& cũ obligatione promittere. Cicero Craſſo, Quæ tibi promitto, ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturum. Q ñ q; ſimpliciter promittere. Cecina ad Ciceronem, Sed tamen ego filio dixeram, librum legeret & ea conditione daret, ſi reciperes te correcturũ. Cicero Bruto pro polliceor poſuit, quũ inquit, In ipſa cauſſa exponenda ſatis etiam de probitate dixi, ſed tamen ſeparatim ex me recipio, fore eum tibi & voluptati & vſui. Nam & modeſtum hominem cognoſco & prudentem,& à cupiditate omni remotiſſimum, præterea magni laboris, ſummæ q; induſtriæ. Ne q; hæc polliceri debeo, quæ tibi ipſi(ſi bene cognoris)iudicanda ſunt. Seruat Cicero morẽ ſuum,vt difficile verbũ Recipio, per facile polliceor poſtea doceat.

Reciproco,cas,repeto,reflecto,remitto,retrogradior. Liui.lib.ii.de bello Punico; Quum iam ſpiritum includeret ventus,nec reciprocare animam ſineret,auerſi à vento parumper conſedere. Gellius, In eam phyſtulã, per quam ſpiritus reciprocatur. Cicero lib.i.de Diuinat. Siquidem iſta ſic reciprocantur, vt ſi diuinatio ſit,Dii ſint,& ſi Dii ſint,diuinatio ſit.

Reciprocus,ca,cum,pen.cor.quod eſt repetitum. Vnde pronomen Reciprocum dicitur,quia in ſeipſum reflectitur. Varrò à recipiendo deriuat Reciprocum, & id eſſe adſerit,quod alicunde profectum, redit eò vnde profectum eſt.

Reciſamentum,à recido; paruum fruſtum, & quaſi ramentum ex aliquo reciſum. Plinius, Ocyſſime vero æruginem contrahit æs coronarium, reciſamentis in acetum additis.

Recito,citas, ex re & cito, ſignificat ſcripturam clara voce,vt alii audiant intelligant q;,lego. Vnde poetæ & alii ſcriptores recitabãt publicè opera ſua,& nõnulli aliena. Aliquando non legendo,ſed memoriter referẽdo fit recitatio. Quintilianus At iſta legem recitat,loquẽs de muliere quæ cæca erat.

Reclamo,mas,pen.prod. clamore aduerſor, nõ adgreſco. Cicero pro Pompeio, Propterea quòd iſtis reclamantibus,vos vnum illum elegiſtis,quem bello prædonum præponeretis. Idem Len. Eius orationi uehementer reclamatum eſt.

Recludo, dis, pen.prod. modò ſignificat probe claudo. Hiero. Oſtium quod patebat, recludens ſera obfirmauit. Modò habet ſignificationem contrariam ſuo ſimplici. Plautus in Capti. Cellas reſiegit omnes intus,recluſit q; armarium.

Recluuium,morbus quum circa ungues cutis ſe ſoluit. Cluere enim ſoluere eſt.

Recoctam,vulgò dicunt, qui & ſecũdarius caſeus dr.

Recognoſco,rurſus cognoſco. Ambroſi. Fraudis ſuæ vaſculum diabolus recognouit. Interdum perfecte cognoſco. Lact.lib.ii. Quæ facta quum pater recognouiſſet,abdicauit atq; expulit filium. Interdũ eſt, vt ſe aliquid habet reuideo. Colu.lib.i. Panis potionis q; bonitatem guſtu ſuo exploret veſtem,manicas, pedum q; tegmina recognoſcat. Inde etiã, quũ opus compoſitum emendãdi cauſſa reuidemus Recognoſcere dicimus.

Recolo,lis,penultima correpta, ſignificat reputo,repeto,meditor,& mente tracto. Diomedes, Supereſt ut ſingula recolendo memoriætenus mandentur,ne fruſtra cum tempore euaneſcant. Cic.pro Archia, Quantum alii tribuunt tempeſtiuis conuiuiis, quãtum denique aleæ, quantum q; pilæ, tantum ego mihimet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero. Interdum Recolere,eſt rurſus colere, celebrare, reuidere, ſeu requirere. Hieronymus in Prologo Paralippomenon, Si quis in hac interpretatione uoluerit aliquid reprehẽdere,interroget Hebræos,ſuam conſcientiam recolat, videat ordinem textum q; ſermonis,& tunc noſtro la.

hori, ſi poterit detrahat. Idē pro recitare poſuit, ſcribens ad Principiam. Sæpe & multum flagitas virgo Chriſti Principia, vt memoriā ſanctæ fœminæ Marcellæ literis recolam, & bonum quo diu fruiti ſumus, etiam cæteris noſcēdum imitādumq́ deſcribā. Interdum ſignificat ad mentē ſeu memoriam trahere. Auguſtinus lib. ix. Confeſſionū, Ad hæc ei quid reſponderim, non ſatis recolo.

Reconciliare, eſt in gratiam reſtituere, quoties ſcilicet amici, qui (interpoſita aliqua offenſa) aliquandiu fuerant inimici, in priſtinam redeunt beneuolentiam ac familiaritatem, à quo Reconciliatio.

Recondo, dis, repono, & contego.

Recordor, rurſus in cor reuoco, vel iterum rem cordi do. Et dicimus, Recordor huius rei, & hanc rem. Cicero in Catone, Vt pedeſtres nauales'ue pugnas, ut bella à ſe geſta, triumphosq́ recordentur. Inuenitur & commune. Hieronymus in Ezechiele, Omnes iuſtitiæ quas fecerat non recordabantur.

Recreo, as, vnde Recreatio, verbale. uide in dictione Creo. Cornucopiæ.

Recreſco, rurſus creſco. Plinius, Cartilago rupta non ſolidescit, nec præciſa oſſa recreſcunt.

Recrudeſco, renouo. Tractum à vulneribus, quæ agitatione nimia interdum recrudeſcunt. id eſt, cruda & noua fiunt.

Recta, abſolute, à veteribus dicebatur cœna, quā clientibus, & conuictoribus, & recto ordine diſcumbentibus, lautè principes dabant. Suetonius de Auguſto, Conuiuabatur & aſſiduè, nec vnquàm niſi recta, non ſine magno ordinum hominūq́ delectu. Mart. Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt.
Sportula uerò, ſpecimē erat puſilli parciq́ hominis. Suetonius in Nero. Adhibitus ſumptibus modus, publicæ cœnæ ad ſportulas redactæ. Inuenitur etiā Rectà aduerbium. Plinius, Quum domum rectà proficiſceretur. Et autor obſcœni carminis. Non aliſus faciunt, eunt q́ rectà.

Recta tunica, dicebatur quæ ita contexta erat, ut uelut rigēs ſtaret. Vel quæ à ſtantibus ab imo in altum texebatur. Hac Tirones & nouæ nuptæ induebātur.

Rectangulus, eſt quum lineæ ita coniunguntur, vt nulla pars magis declinet.

Rectè, aduerbium, ſignificat bene, iuſte. Et differt Rectè dicere, & verè dicere, quòd rectè dicere ad verba uerè dicere ad ſententiam referatur. Nā poſſumus rectè & falſum dicere dummodo nullo uitio uerborum dicatur. Teren. Et rectè & uerè dicis.

Rectum, dicitur inteſtinum, quia in imo, vnde excernitur dingitur.

Rectus, cta, ctum, à rego fit, & id eſt quod regitur, ſicut Rector, qui regit. Aliquando Rectus dicitur qui ſtat & erectus eſt. Vnde dicimus? ille incedit rectus. hoc eſt, non flexus. Aliquando dicitur qui nullam in partem flectitur, cuius contrarium eſt obliquus. Vnde per tranſlationem Recti homines, vocant iuſti, & Rectum, iuſtum. Item Rectum, dicitur perfectū officium, quod Græci cathorthoma vocant. Rectus itē apud Grammaticos, dicitur primus caſus, qui tamen impropriè dicitur caſus, quum nominatiuus à nullo flectatur, & cæteri caſus, ab eo flectant & cadant, ideo q́ dicuntur caſus.

Recubo, bas, penultima cor. & Recumbo bis, quieſco, iaceo. Vergilius,
Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.
Et iterum, In te omnis domus inclinata recūbit.

Recula, læ, pen. cor. diminutiuum eſt à res.

Recuperatores, ſunt iudices.

Recupero, ras, penultima correpta, redimo, & rē amiſſam rurſus adquiro. Vnde nos recuperamus quod debebatur. Liuius lib. v. Ferro non auro, recuperare patriam iubet.

Recuſo, ſas, pen. prod. ex re & cuſo, quod à cudo, dis, fit, ſignificat refuto. Plin. Imperatoris nomen à militibus, & à ſenatu triumphum recuſauit oblatum.

Recutitus, pen. prod. curtatus, & cui à glande reſecta eſt cutis. Quo nomine dicti ſunt Iudæi. Sidonius,
Fert recutitorum primordia Iudæorum.
Cauſſa quur hoc fiat, refertur à Lactantio, Deus cupiens (ut Socrati pariter placebat) corpora humana eſſe feneſtrata, nil tecti & obuoluti in finibus cordis, iuſſit nudandam glandem, hoc eſt, cor diſcooperiendum, quod figurata ſimilitudine glandi conuenit, ut ſignificaretur cor ipſum retegēdum, & pura nuditate nudandum. Recutiti ergo, à reciſa verēdorum cute vocati ſunt Iudæi. Martialis,
Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum.
Etiam quia ſanior eſt glans à ſanie. Aliquando Recutitus, ruptus & exulceratus dicit. Idem,
Nec ruptæ recutita colla mulæ.

Reda, vide in dictione Rheda.

Redamo, mas, pen. cor. ſignificat contra, uel ſimiliter, ſiue me amantē amo. Cic. de Amicitia, Quid enim tā abſurdū, quàm delectari multis innanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut ueſtitu, cultuq́ corporis animo autē uirtute prædicto, eo qui vel amare, vel (ut ita dicam) redamari poſſit, non admodum delectari.

Redandruo, druas, de priſcis dictionibus eſt, ex re & andro compoſitum ſignificat redeo.

Reddo, dis, didi, ditum, p duplex dd, differētiæ cauſſa, vel euphoniæ, quaſi retro do. Nam propriè Reddere, eſt acceptum vel ablatum reſtituere. Terēt. in Phorm. Si quis quid reddit, magna eſt habēda gratia. Ponitur etiam pro dare. Celſus Iureconſultus, Reddēdi verbum, quanquàm ſignificationē habet retro dandi, accipit tamē & per ſe dandi ſignificationē. vt, Reddo tibi literas, quas mihi Cic. ad te dedit. Itē pro facere. ut, Reddo te certiorem. &, Tu me reddidiſti probum uirum. Vergilius,
Tu das epulis accumbere diuum.
Itē & reponere. Plautus, Tēpeſtas uenit, conſtringit tegulas imbricesq́, ibi dominus indulgēs redere, alias neuult. Itē pro producere. Idē in Trinummo, Id frumētū, quādo alibi meſſis maxima eſt, tribus tātis illis minus reddit quàm obſeueris. Itē pro exponere. Itē in Aulularia. Tibi ego rationē reddam ſtimulorum ſeges!

Redemptito, ptas, frequentatiuũ eſt. A quo Redemptito, ptitas, Plaut. Redemptitauere ad vnum captos.

Redeo, dis, diui, et redii, ditum, retro eo, ſiue reuertor. Terentius, Redeo inde iratus atq; ægre ferens. Interdum reuocor. Vergilius,

Redit agricolis labor actus in orbem.

Redhibeo, bes, pen. cor. ex re & habeo, d, interpoſita, cauſſa melioris ſoni: & abiecta adſpiratione. Et eſt Redhibere (vt Vlp. inqt) facere vt rurſus habeat venditor quod habuerat. Feſt. Redhiberi id dicitur, qđ redditum eſt, improbatumq́;: & qui dedit, rurſus coactus eſt habere id quod antè habuit. Hinc Redhibitio, actus ipſe reſtitutionis.

Rediculi, fanũ Romæ erat, extra portam Capenam: idcirco dictũ, quia accedẽs ad vrbẽ Hannibal, ex eo loco redierit, uiſis quibuſdam perterritus. Ce.

Redigo, gis, pen. cor. ex re & ago, a, in i, conuerſa, & d, interpoſita, ſignificat quadã ui & induſtria reduco. Et ſemper accuſatiuũ cum præpoſitione poſtulat, multisq́; adcõmodatur actibus. Plautus in Amphitryone, Demq; Alcmenam rediget antiquam in concordiã coniugis. Idem in Aſinaria, Redigam te vnde orta es, ad ægeſtatis terminos. Cice. libr. iiii. Philippic. Potentiſſimos reges, bellicoſiſſimas gẽtes, in deditionem huius imperii redegerunt. Et lib. v. Quibus rebus tanta pecunia vna in domo coaceruata eſt: vt ſi hoc genus in vnum redigitur, non ſit pecunia reipublicæ defutura. Lactan. lib. iii. Quid ille, qui patrimonium in numos redactum effudit in mare? Et iterum: Sed ſi id feciſſet, ipſe ſe in populum redegiſſet. Teren. in Adel. Tu homo rediges me ad inſaniã. Et in Phor. Ego me negotiu qui ais, redige in memoriam. Et iterum: In id redactus ſum loci, vt qđ agam ex illo, neſciam prorſus.

Redimicula, ornamenta capitis mulierũ, & vittarũ termiæ, pẽdẽtes à poſteriori pte mitræ. Iuu. Accipiẽt te Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt, Frontibus & toto poſuere monilia collo.

Redimio, dimis, dimiui, dimitum, pen. produ. ex re & emio, d, interpoſita, & e, in i, mutata, ſignificat orno, corono, acu pingo. Claud. lib. ii. de Raptu:

Nec ſic innumeros arcu mutante colores,
Incipiens redimitur hyems cum tramite flexo
Semita diſcretis interuiret humida nimbis. Et li. 3.
Mediis inuenimus aruis
Exanimem Cyane certus redimita iacebat.

Nã eius ſimplex Emio, orno ſeu decoro ſigñat. Ouid. lib. i. Hero. Quod tibi donauit perfide littus emi.

Redimo, mis, pen. corr. ex re & emo, d, interpoſita, euphoniæ cauſſa, ſignificat emo. Cice. Qui merces redimunt, vt ſtatim vendant. Et in iure ciuili: Redemptores, vectigalium emptores adpellãtur. Cicero in Verrem actione ii. Vt primum ex prouincia rediit, redẽptio huius iudicii eſt facta grandi pecunia. Et Redimere, eſt recuperare, quod vernacula lingua dicimus reſcodere. Cicero, Re viliſſima & parua maximam redemit: Vnde qui ab hoſtibus capti ſunt, vel qui alicui pœnæ ſunt obnoxii, ſoluto precio rediminntur. Item qui iniuſte vexantur, ſi per ſolutionem pecuniæ liberati fuerint, redemiſſe vexationem dicitur. Plautus in Aſinaria: Redime iſthoc beneficio te ab hoc, & tibi eme hunc iſto argẽto. Curti. Sed medici quoque grauiores morbos aſperis remediis curát. Et gubernator vbi naufragium timet, iactura quicquid ſeruari poteſt redimit. Terentius in Eunucho, Quid agas, niſi vt te redimas captũ, quàm queas minimo? ſi nequeas paululo, at quanti queas. Hieronymus in Exod. Omne primogenitum hominis, de filiis tuis precio redimes. Rurſus Redimere, emendare: quod tamen ferè in idem recidit. Cice. Non enim præteritam culpam videri volo redemiſſe. Ille enim præteritam culpam Redimere dicitur, qui aliquo egregio facto eam compenſat.

Redinunt, pro redeant, ſcripſerunt antiqui. Ce.

Redito, tas, pen. corr. frequentatiuũ. ſignificat ſtatim ſiue cõtinue redeo. Plau. in Captiuis, Nunc ita conuenit inter me atq; hunc Tindare, vt te æſtimatum in Aulidem mittam ad patrem, ſi non reditas.

Reditus, tus, penultima correp. duo ſignificat, ſcilicet reuerſionem. Ouidius,

Vela q̃ror reditu verba carere fide. Et prouẽtũ: eò quòd ſingulis ãnis reditus redeat. Idẽ li. ii. de Põto,
At reditus iam quiſq; ſuos amat, & ſibi quid ſit
Vtile ſolliciti ſupputat articulis.

Rediua, morbus eſt, quum cutis extra vngues ſe ſoluit: quia Rediuire eſt ſoluere. Græcè παρωνυχία dicitur. Plinius li. xxix. Lana ſuccida rediuias ſanat ex aqua frigida. Placidus Grãmaticus accipit Rediuias, pro ſerpentium genere exuuiis.

Rediuiua, quæ poſt interitum redeunt: vel quod mortuum ad vitam redire poteſt. Cyprianus, Ad hanc ſpem rediuiuiũ corpus animatur. Vel Rediuiua ſunt, quæ ex vetuſto renouantur. Quod & Seneca ſentire videtur lib. iii. Declamationum.

Rediuiuum me ſenem meretrix vocat. Iuuenalis,
Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum,
Ac velut exhauſta rediuiuus pullulet arca
Nummus, & è pleno ſemper tollatur aceruo.

Rediuiuus, vermiculus, ſeu beſtiola quædam, quæ infixo ſemper ſanguini capite uiuit: cui uni ex omnibus animalibus cibi exitus nõ eſt: ſed vſq; adeò intumeſcit ſatietate, vt ipſo alimento moriatur. Hoc Græci κρότωνα vocant. Latini Rediuiũ à rediuiẽdo, id eſt, ſoluendo: quòd carnem animalium ſuctu reſoluat. Vernaculi noſtri cecas adpellant. Columella lib. vii. Ventri quoq; & ſub fœmina manum ſubiicere cõuenit, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum paueſcãt & vt rediuii: qui plerunq; fœminibus inhærent, eximantur. Naſcuntur autem ſub gramine.

Redoleo, les, pen. cor. vide in dictione Oleo.

Redorior, rurſus incipio.

Redoſtire, eſt retribuere.

Reducem, & Reduces, pen. cor. illos dicimus, qui à periculis in tutũ, ab exilio ſiue captiuitate reducuntur in patriam. Cicero pro Milone: Quid me reducem eſſe voluiſtis? An vt ſpectante me expellarẽtur ii, per quos eſſem reſtitutus? Vergilius,

Nanq; tibi reduces ſocios, claſſemq́; relatã Nuncio.

Reduco,

Reduco,cis,penul.produ.retroduco, retraho. Iuſtin. lib.ii. Reliquas copias rex ipſe reducere in regnum parat. Suetonius de Caligula: Equitem Romanum obiectum feris,quum ſe innocentem proclamaſſet,reduxit,abſciſſaq; lingua, rurſus induxit. Item Reducere,eſt liberare,& ſine periculo recipere. Apuleius, Meq; oppido in arcē reduco. hinc Reduces. Itē replicare,à quo Reductũ,replicabilē dicimus. Verg. Inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.
Itē reconciliare.vt illud eiuſdē. Numenq; reducāt. Huius verbi quandoq; prima producitur,quandoq; corripitur.Producitur apud Horatium libro Sermonum, Dii tibi dent capta claſſem reducere Troia. Corripitur verò apud Vergilium lib.iiii.
Eiectam claſſem ſocios à morte reduxi.

Reduleeror,ab vlcere fit.vt,Cutis reduleeratur putridis humoribus.id eſt,in vlcus prouenit.

Redundo,das,ex re & undo,d,interpoſita, ſignificat ſuperabundo. Plinius in Paneg. Non alii marcidi ſomno,heſternaq; cœna redundantes, comitiorum ſuorum nuntios operiebantur. Et redundare refluere,ſeu recidere.Plautus:Hoc facinus in tuum redundabit caput.

Refello,lis,ex re & fallo, ſignificat quod dictum eſt, arguēdo falſum oſtēdo.Cic.lib.ii.Tuſcula.quæſtio. Et refellere ſine pertinacia,& refelli ſine iracundia,parati ſumus. Et differt à purgo:quòd Refellere dicitur de eo qui factum negat:purgare, de eo qui fatetur quidē factum,ſed defendit.

Refercio,cis,ferſi,ex re & farcio, ſignificat repleo,quod alii quidē cum ablatiuo,alii verò cum genitiuo cōſtruunt. Cicero pro Cor. Quòd eis rebus vrbē Italiamq; referſerunt. Gellius: Is librum multæ variæq; hiſtoriæ refertum compoſuit.

Refero,penulti.corr.reporto:quaſi retro fero. Quintilianus, Ad patrē arma non retulit. Aliquādo in cōſultationē pono. & ſic conſtruitur cum accuſatiuo mediante ad. Salluſtius, Refer(inquit) ad ſenatum. id eſt,fer in conſultationem. vbi ſolet iungi de.vt,De omnibus retulit ad ſenatum. Hinc Relationes dicuntur fieri in ſenatum. Seneca, Ex relationibus manant ſenatuſconſulta. Quod etiam in facto ſolet. ut Cicero, Si ad vnum omnia referēda ſunt, digniſſimū eſſe Pompeium.hoc eſt,ſi vni omnia deſcribēda ſunt.Aliquando reuoco,redeo. Vergilius, Ille pedem referens. Cic. Referebam me ad illud incredibile. Aliquando recenſeo. Vergilius,Cogere donec oues ſtabulis,numerumq; referre iuſſit. Aliquando ſignificat adſcribo. Suetonius, Eā in Deorum numerum retulit. Aliquando conuerto. Vergilius libro.xi.
Multa dies variusq; labor mutabilis æui. Retulit in melius. Aliquando renouo,& quaſi rurſus fero. Idē lib.v. Hunc morē,hos curſus,atq; hæc certamina primus Aſcanius lōgā muris quū cingeret Albā Rettulit: Aliqñ produco.Plin.lib.xxi.Diximus & terram referre mulſū.Aliqñ narro, indico. Vergilius, Referes ergo hæc & nuncius ibis Pelidæ genitori. Aliquando oſtendo. Lucretius libro primo,
Vñ refert nobis victor quid poſſit oriri, Quid nequeat.
Aliqñ dico.vt,Retulit mihi. Aliqñ exprimo,imitor. Iuuena. Et multum referēs de Mecœnate ſupino. Aliquando reddo. Vergilius libro octauo,
O' mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos Qualis eram. Etiā quū de beneficio reddēdo loquimur,gratia in ſingulari pro beneficio iuum debet.vt,Referam gratiā. Quin et ad maleficiū reddendum eo autores vtuntur.Plautus in Curcul.Ni argētum referas. Sed quomodo differat ab ago & habeo, vide in dictione Ago. Aliquando porto. Cornelius Taci. Quum ex agris ſegetes domum referrent. In tertia verò perſona ponitur pro æſtimandum eſt, ſiue valet,aut intereſt,ſiue vtile aut commodum eſt. Et contra naturam re,ſyllaba producitur. Cicero Publio Seruilio: Sperare tamen videor Cæſari collegæ nos fore curæ & eſſe, vt habeamus aliquam rem publicam, cuius conſilii magni referebat te intereſſe.id eſt,æſtimandū erat. Pli. Infinitū refert Lunaris ratio.id eſt,valet in infinito.Idem,Quippe victimas cædi ſine precatione non videtur referre, nec Deos rite conſuli. Id eſt,intereſſe. Quādoq; ponitur pro obeſt. Terētius in Phormione, Quid tua(malum)id refert? Magnē Demipho.Columel.lib.viii.de canibus loquēs: Nō multum refert,an villatici corporibus graues & parum veloces ſint.id eſt, præiudicat, ſiue incommodum eſt, ſiue æſtimandum eſt. Plautus in Rudente, Quomodo habeas id refert, iure an iniuria. Plinius libro.vi.Nec terræ tantum natura circa has refert.id eſt,vtile eſt. Liuius verò libro ſecūd.aliter. Adeo'ne eſt fundata leuiter fides,vt vbi ſim,quàm qui ſim magis referat? id eſt, æſtimetur,ſiue exiſtimetur, cureturue. Aliquando ſumitur pro neceſſe eſt. Salluſti. Quare vanum quidem hoc conſilium eſt,ſi periculū ex illis timuit,ſi in tanto omnium metu ſolus non timet:eò magis refert me mihi atq; nobis timere. Vergilius libro ſecundo Georgico.
Neq; enim numero comprehēdere refert.
Habet hoc verbū præteritum Retuli, & ſupinū Relatum:quorū unum per duplex tt,alterum per duplex ll, quādoq; apud poetas ſcribitur. Horatius,
Rettulit acceptos regale numiſma philippos. Lucill. Id rurſum cœli rellatū i tēpla receptāt. Catul.aliter:
Si reditum retuliſſet is,aut in tēpore longo.
Ouidius lib.xv.Metamorphoſeos,
Eſſe fidē digitis ad fontē ſæpe relatis.

Refero acceptum,fateor me accepiſſe ab aliquo.Cicero, Vitam acceptam refert clemētiæ tuæ. In malum. Idē:Omnia deniq; quæ poſtea vidimus (Quid autē mali non vidimus?)ſi rectè ratiocinabimur,vni accepta referemus Antonio.

Refero impēſum, eſt rationem de expenſis vel facio, vel reddo.

Reficio,ficis,pen.cor.recreo,reſtauro.Plinius, Quum reficiēdi animi gratia id feciſſet. Vñ Refectum, inſtauratum,renouatū,& quod corruptum erat in ſtatum priſtinum reductum, dicitur:quaſi rurſus factum. Vlpianus, Verbo Reficiēdi tegere,ſubſtruere, farcire,edificare,& aduehere,adportareq; ea quæ ad eandem rem opus erit,continētur.

Refigo, gis, pen. prod. quod fixum erat educo.

Reflatus, us, flatus, id eſt, ventus contrarius. Cicero ad Atticum: Nauis relata in Vticã reflatu. Veſtis autẽ reflata, apud Apuleium, ſignificat quaſi flante vento renudatam. Fit autẽ à Reflo, flas.

Refluo, fluis, retro ſeu rurſus fluo. Vñ Fluxus & Refluxus maris dicitur.

Refractarius, dicit qui contumax eſt & nimis ſuæ ſententiæ tenax. Seneca, Exiſtimant philoſophiæ fideliter deditos, contumaces eſſe ac refractarios. Dictus Refractarius à refringẽdo: tanquàm liberrimus ſit, & cuncta obſtãtia refringẽs, vt nullo ſeruitutis clauſtro cohibeatur.

Refragor, pen. pdu. verbum deponẽs, (licet & Refrago legat) ſignificat modò reſiſto, modò ſuffragor. Siſenna lib. xxii. Multi populi plurimæ cõcionis dictaturam, omnibus animis & ſtudiis refragauere. id eſt, dictaturæ ſuffragati ſunt.

Refringo, gis, i. ſpendo a pio. Plau. in Captiuis: Cellas refregit omnes intus, recluſitq; armarium. Plinius in Epiſt. Enotuerſit quidam tui verſus, & inuito te clauſtra tua refregerunt.

Refrico, cas, pen. cor. renouo. Tractum à vulneribus, quæ pleriq; fricando renouantur. Cic. Sex. Sin aſit omnia quæ ſentio pſcripſerim, ne refricẽ meis literis deſyderium ac dolorẽ tuum.

Refrigeratorius, ria, rium, quod refrigerat. Plin. li. xxii. Refrigeratoriam tamẽ uim eſſe conuenit.

Refrigero, ras, penul. cor. frigus induco: vel rem calidam frigidam facio. Cic. in Cat. Vbi enim poteſt illa ætas aut caleſcere, aut apricatiõe melius, vel igni, aut viciſſim vmbris aquiſ'ue refrigerari ſalubrius? Colu. lib. ii. Atq; ita ſurſus in Sole ſiccata, & mox refrigerata reconditur. Aliquando Refrigerare, eſt ſubleuare, recreare. Vnde Refrigeriũ, ſubleuatio, & quaſi recreatio mentis. Tractum ab æſtuantibus, qui flabellis & frigida aura recreantur. Aliquando diminuere, ſiue dimittere: ſicut econtrario feruere, pro creſcere, & frequentari.

Refrina, penul. pdu. inquit Feſtus, quoniã (vt ait Cincius) ad ſacrificium referri faba ſolet à ſegete, auſpitii cauſſa: quaſi reuocantis fruges, & domum denuo reuerti ad rem diuinam faciendam. Hanc opinionem adiuuat, quòd in ſacrificiis publicis, quum puls fabacea Diis præbetur, nominatur Refrina.

Refuga, gæ, penul. cor. generis cõmu. qui aliorum dominium refugit. Eſt & Refugus, ga, gum, quod eſt recliue ac reiectum. Sidonius, Capitis apex rotundus in patulum, à planicie frontis verticem cæſaries refuga criſpatur. id eſt, in frontẽ reiecta.

Refugio, gis, vide in dictione Fugio.

Refutatio, vna pars orationis dr: quæ alio nomine cõfutatio nominatur.

Refuto, tas, penul. pdu. à futo, quod frequentatiuum eſt à fuo fuis, quod protulit Plaut. in Amphitry. Nequiſquàm tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi. Præſertim quum dicat Feſtus: Futare, arguere eſt. vnde & Confutare. Sed Cato hoc pro ſæpius fuiſſe poſuit. Ergo (iuxta Feſtum) Refutare, redarguere eſt, ſiue non ita eſſe oſtendere. Cicero Dolabellæ: Non tam id laboro, vt ſi qui mihi obtrectent, à te refutẽtur: quàm intelligi cupio (quod certe intelligitur) me à te amari. Alio modo dixit Lactan. lib. iiii. Quæ omnia, nec ingenio nec doctrina defendere ac refutare poſſent. id eſt, refellere. Quãuis etiã pro redarguere ſumi queat. Inde Refutatio.

Regale vnguentũ, quo Parthorum reges vngebantur.

Regaliolus, auis, quam Plinius lib. x. ſcribit adpellari regem auium in Italia, propter diſſidia & bella quæ ſunt inter eam & aquilam. Alii putant galgulum: quæ auis Græcè dicitur icteros, à colore. Suetoni. Pridie autem eaſdem idus auem regaliolum cum laureo ramo, Pompeianæ curiæ ſe inferentem, volucres varii generis proximo nemore proſequutæ, ibidem diſcerpſerunt.

Regalis, & hoc regale, ad claritudinẽ ptinet, & ſignificat dignum rege. Cicero in Cato. Nihil ei tam regale videri, quam ſtudium agri colẽdi. Hinc Regaliter, pro ſplendide, & munifice, pariter & Regiè, quod idem ſignificat. Cornucopiæ.

Regelo, las, pen. cor. contrarium eſt ſuo ſimplici. Columella libro. ii. Quanto fuerit edificii ſolum pronius Orienti, & æſtatem liberius capere, per flatus & hyemis procellas minus infeſtari, & matutino regelari ortu poterit, ut concreti rores liqueſcant.

Regero, ris, penul. cor. vide in dictione Gero.

Regia, giæ, domicilium & aula regis. Liuius lib. i. Eo tempore in regia prodigium viſu euentuq; mirabile fuit omen. Iuſtinus: In regiam ſe recipit.

Regia via, militaris. hoc eſt, cõmunis: quæ latior eſſe conſueuit. Hiero. in lib. Nume. Via regia gradiemur. Supra etiam dixit: Per tritam uiam gradiemur. &, Gradiemur via publica.

Regieſco, ſcis, veteres pro creſco uſurparunt.

Regificus, a, um, quod regem facit.

Regifugium, ſacrum quo die Tarquinius fugit ex urbe Roma.

Regilla, veſtis, quæ & baſilica & trabea dicitur: quoniam ea reges uterent, auro & purpura intexta. Plautus, Baſilicam an regillam induam tunicam.

Regillus, eſt dimi. à rex, & nomẽ proprium viri. Regillus præterea lacus eſt in Algidæ ſyluæ ingreſſu, ad quem Aul. Poſthumius dictator, pſpere aduerſum Tarquinium Supbum, patria electum, & Latinos bellum inferẽtes pugnauit.

Regina, regis vxor vel quæ regnum poſſidet, etiam ſi virum nunquàm habuerit: vtpote ad quam regnum ex ſucceſſione peruenit. Quandoq; ponit pro diuite. Terẽ. Quia ſolæ his utunt reginæ.

Regio, dicta à rego: quòd priuſquàm prouinciæ fierent, regiones ſub regibus erant, atq; ab his regebantur. Poſtea maiores in vrbe partes, Regiones adpellari cœptæ: à ſimilitudine earum regionum in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerunt antiquitus vrbis Romæ regiones: è quibus prima Regio Suburrana, ſecunda Exquilina, tertia Collina, quarta Palatina. Regiones cœli quatuor ſunt: Ortus, Occaſus, Meridies, & Septentrio. Ortus & Occaſus mobilia

& varia ſunt: Meridies Septentrio'q; perpetuo ſtatu permanent. Oritur quippe Sol, non itidem ſemper: ſed aut æquinoctialis Oriens dicit, aut ſolſtitialis, aut brumalis. Item non in eundem ſemper occidit locum: ſed occaſus eius ſimiliter fit aut æquinoctialis, aut ſolſtitialis, aut brumalis. Ab his quatuor regionibus quatuor venti flare dicuntur: qui ſunt Eurus, Auſter, Fauonius, Aqlo: Sunt tñ & alii uenti, de quibus alibi. A' Regio fit Eregione, qđ eſt, ex aduerſo.

Regionatim, aduerbiũ, ſignificat p ſingulas regiones. Sueto. in Cæſa. Ludos etiam regionatim urbe tota, & quidẽ per omnium linguarum hiſtriones.

Regium, oppidum ciſalpinæ Galliæ, à Lepido edificatum. unde & Regium Lepidum vocat. Regium, ꝓpter pulchritudinem & amœnitatem. Eſt & aliud Rhegyum, quod cum h, & y, de quo infrà. Ab illo Rhegyenſes: ab iſto Regini ſunt adpellati.

Regius, gia, gium, quod eſt regis. Cice. lib. iii. Officio. Erat autem regius paſtor. Aliquando dicitur, quod rege dignum.

Regius morbus, dictus eſt, quòd mulſo (quod genus potionis in regum deliciis erat) curaretur, inquit Varro, Vel quia (vt Celſus ſcribit) eo morbo adfectos adparatu regio, hoc eſt, lecto & conclaui cultiore, & ludis, laſciuia'q; vti, ꝓutile eſt: per quæ mẽs ægrotantis exhilaretur. Horatius,

Aut mala quẽ ſcabies, aut morbus regius urget.

Idẽ morbus aurigo antè dicebat: à colore auri, quẽ bilis, ꝑ totum corpus diffuſa repræſentat. Arcuatus quoq; morbus adpellat, quòd cœleſti arcui ſit concolor: vel quòd ita ſtringat humana corpora, vt in arcum ducat. Græci ictericum nominant.

Regno, gnas, regnũ poſſideo. Priſcian. Rex ſolũ, quod à regendo naſcit, peperit ex ſe aliud verbum regno. Cice. lib. iii. Offic. Nam ſi uiolandum eſt ius, regnandi gratia violandum eſt. Hinc fit Conregno. Ambro. Si tolerabimus, & conregnabimus.

Regnum, dicitur tam regio ipſa ſubiecta quæ à rege poſſidetur, quàm ipſe dominatus. Cicero Caſſ. Non regno, ſed rege liberati uidemur. Interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Regnum etiam dici poteſt, quicquid poſſidetur. Idem libro. i. de Oratore: Quare negaſti te fuiſſe latutum, niſi in regno meo eſſes: id eſt, in Tuſculano. Vnde Interregnum proprie adpellatur id tẽpus quo regnum uacat rege. hoc eſt, antè quàm in demortui locum nouus rex præficiatur. Per tranſlationem tamen Interregnum eſt dictum, quum loco magiſtratus interrex creatur. Liui. Quum ſine Curuli magiſtratu Reſpub. eſſet, patricii coiere, & interregem creauere. Contẽtio, conſules'ne an tribuni militum crearentur in interregno, rem cõplures dies tenuit.

Rego, gis, xi, ctum, guberno: quaſi rem populi ago. Verg. Pacatum'q; reget patriis uirtutibus orbẽ. Et Regere, eſt rectum tenere. Corneli. Qui nimio dolore regere caput non poſſet. Huius compoſita ſunt Arrigo, quod eſt, erigo, eleuo. Terentius in And. Arrige aures Pamphile. Salluſtius, Sed vbi primum dubiis rebus nouandis, ſpes oblata eſt, vetus certamen animos eorũ arrexit. Corrigo, Dirigo, Erigo, Pergo, Porrigo, Surgo, ſiue Surrigo, ſurſum rego. Ver. li. 4.

Tot linguæ, tot'q; ora ſonant. tot ſurrigit aures.

Ambro. lib. Hexa. Subrigo uſurpat: Aſt vbi ad æſtiuas conuerſiones in Septentrionem ſe ſubrigit, ſpacia diurna producit.

Regrador, penult. correp. quaſi retro grador, & per gradus retro cedo. Hieronymus contra Rufinum: Sacerdotes qui peccauerant, regradabantur in ædituos & oſtiarios.

Regredior, Regreſſio, & Regreſſus, vide in dictione Gradior.

Regula, norma qua lineæ diriguntur: quaſi menſuram regens. Per tranſlationem dicitur breuis rerum præceptio.

Regularis, & hoc Regulare, quod ſecundum regulam eſt, vel quod in regulam trahi poteſt. Vnde æs Regulare dictum eſt, quod à caldario coronario'q; diſtinguitur. Coronarium eſt, quod tenuatur in laminas, taurorum'q; felle tinctum, ſpeciem auri præbet, in hiſtrionum coronis. Caldarium, quod funditur, tantum malleis fragile eſt. Regulare, quod obſequitur malleis: & ab aliis ductile adpellatur. Sed in cæteris metallis Regulare dicitur, quod excoctum igni diligentius eſt, vitiis'q; purgatum.

Regulo, las, à regula, ſignificat dirigo.

Regulus, diminutiuum, quaſi paruus rex. Non quòd paruæ ſtaturæ: ſed quòd alicuius vrbis aut oppidi dominus ſit, q generali uocabulo dominus aut princeps dicit. Quãuis proprie Reguli, ſint filii aut nepotes regũ. Eſt & Regulus dictus auis minima: à quibuſdam regaliolus dictus: alio nomine trochilus: & ab Ariſtotele τύραννος, quaſi rex & præſes auium dicitur. Et Regulus, genus ſerpẽtis eſt, quem Græci baſiliſcum vocant.

Reiectanea, ſiue Reiecta, à philoſophis dicunt mala, qualia ſunt morbus, ægeſtas, dolor. Ex eo dicta quòd reiiciant, repellantur'q; tanquàm noxia. Quæ etiam alio nomine dicunt relationes.

Reiectio ſanguinis, Græcè dicitur αἵματος ἀναγωγή, trium generum. Ἀναβρωσις, quoties exeſa parte aliqua ſanguis expuit. Rhegmochaſmos. Id eſt, ῥῆγμα χάσματος, quoties id fractura contigit. Tertium anaſtomoſis, quoties venarum alicuius ore patefacto effunditur.

Reiecculæ, oues, q̃ ætate vel morbo reiiciunt. Varro: Scire oportet in grege, quòd reiecculæ ſint aliẽnádæ.

Reiicio, cis, penul. cor. retro iacio. Vergilius,

Reiiciunt parmas, & equos ad mœnia ducunt.

In quo ꝓducitur re, ſyllaba. Corripit verò apud Statium lib. 4. Thebaid. Tela manu reiicit'q; canes.

Quandoq; Reiicere, eſt repellere. Vergilius,

Tityre paſcentes à flumine reiice capellas.

Quandoque refutare, abiicere, & pro vili habere. Apuleius, Me vero tanquàm inutilem reiecerunt. Quandoq; euomere. Suetonius de Auguſto: Senos ſextantes non exceſſit, aut ſi exceſſiſſet, reiiciebantur. Hinc Reiecto, ctas, Spartianus de Antonino Pio: Quũ caſeum Alpinũ in cœna ediſſet, auidius nocte

rejectauit. Relectio, & Rejectus pro vomitu. Plinius, Et vernatio vtilis erat, ſi poſtquam ſorpta fuerit, ſtatim rejectio ſequatur. Aliquando Rejectio dicitur electio. Vnde apud Aſconiū, Rejectos iudices, electos intelligimus. Celſus, Et rejectus cibi non erit inutilis, ſi raro fiat.

Relatiuum, à Grammaticis dicitur, quod aliquid ſuperius dictū refert. vt, qui, quæ, quod. Dialectici dicunt Relatiuum eſſe, quod aliquid refert, ſine quo nec ipſum poteſt conſiſtere. vt pater & filius, dominus & ſeruus, relatiua ſunt: quia nec pater eſſe poteſt ſi filiū nō habeat, nec dominus niſi ſeruū: & talis reſpectus Relatio vocatur. Notādum, quòd Relatiuum trahit ad ſe ſæpe antecedens, præſertim quum antecedens poſtponitur. Quintilianus: Timeo ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Præterea Relatiuum ſubſtantiæ, ſæpe pro relatiuo accidētis ponitur. vt, Nō ſum is quem putas, id eſt, talis qualem putas. Interdum diſcordat à ſuo antecedente, & concordat cum ſubſtantiuo, tam in genere quàm in numero. Salluſt. Eſt locus in carcere quo Tullianū adpellatur. Liuius, Anxur fuit quæ nunc Thrachinæ ſunt. Cicero, Omnes tenues atq; inertes (quæ maxima in populo multitudo eſt) ſibi præſidium paratum putant. Interdum ad ſe trahit nomen ſubſequens ſubſtātiuum. Liuius: Cui Africano fuit cognomen.

Relego, gas, penultima producta, ſeparo, remoueo. Vergilius lib. iii. Georgicorum,

Atq; ideo tauros procul atq; in ſola relegant Paſcua,

Cic. lib. iij. Offic. Criminabatur etiam, quod Titum filium qui poſtea Torquatus eſt adpellatus, ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet. Aliquando remitto. Pli. lib. vii. Nec tamē ego in pleriſq; eorum obſtringam fidē meam potiusq; ad autores relegabo, qui de dubiis rogent omnibus. Aliquando exulem facio, in exilium mitto. Vnde Relegati dicūtur in exilium miſſi. Hiero. Herodes ille, qui cū Pilato poſtea amicitiam fecit, huius Herodis filius eſt frater Archelai, quem & ipſum Tiberius Cæſar Lugdunū relegauit, quæ eſt Galliarum ciuitas.

Relego, gis, pen. cor. ruſus lego. Ouidius,

Quum relego, ſcripſiſſe pudet, nam plurima cerno,
Me quoq; qui ſcripſi iudice digna lini.

Relicinus, pen. prod. ſignificat in occiput, refugiēte capillamēto, recriſpum. Nomē (vt quidam putant) à recello deductum, quod ſignificat retraho, reuibro, reclino, & curſim reduco. Et quoniam ad craneū capillitium retorquetur, inde Relicinus, veluti recellinus, crinis adpellatus, euphoniæ cauſſa. Apuleius lib. i. Flo. Laudauit ſeſe, quòd erat & coma relicinus, & barba ſqualidus, & pectore hirſutus. Et Relicina frons dicit. ut idem paulò pòſt. Et tabulis, & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingeniū maximi bellatoris, eadē forma viridis iuuētæ, eadē gratia relicinæ frontis cerneretur. Idē etiam frontē relicinam in Alexandro Magno fuiſſe laudat, quæ ſcilicet lata, aperta, ſpectabilis, & à capillorum tegumēto libera uiſeretur.

Religio, (vt Cicero lib. ii. Artis vete. inquit) eſt quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam uocant, curam ceremoniamq; adfert. Plutarchus in Pauli Aemylii uita dicit, Religionē eſſe diuinarum rerum ſciētiā, à philoſophis adpellatam. Maſſurius Sabinus ſcribit Religioſum eſſe id, quod propter ſanctitatē aliquam remotum ac ſepoſitum ſit à nobis, à relinquendo dictum. Vnde Vergilius,

Eſt ingēs gelidum lucus propè Ceritis amnē,
Religione patrum latè ſacer: vndiq; colles.
Incluſere caui, & nigra nemus abiete cingunt.

Oſtēdit enim religioſum locum eſſe à populi communione ſeparatum, difficultate adeundi. Lactant. à religando Religionē dictam, lib. 4. adſerit: Hac cōditione (inquit) gignimur, vt generati nos Deo iuſta & debita obſequia præbeamus. Hunc ſolum nouerimus, hunc ſequamur, hoc vinculo pietatis adſtricti Deo & religati ſumus: vnde ipſa Religio nomē accepit, non (vt Cic. interpretatus eſt) à relegēdo. Augu. verò lib. x. de Ciuit. Dei, à religēdo Religionē dici exiſtimat, quū inquit: Hunc eligentes, aut potius religētes: amiſeramus enim negligētes: hunc ergo religētes: vnde & Religio dicta phibetur. Quandoq; tamē Religio accipitur pro metu. Connexa enim ſunt timor & Religio. Statius,

Primos in orbe Deos fecit timor. Vergilius,

Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci.

Vbi Seruius: Religio, id eſt, metus, vel ſollicitudo, ab eo quòd mētē religet. Inde dies religioſi, infames vel infauſti dicti ſunt. Suetonius de Auguſto: Huc introire (niſi neceſſario & caſte) religio eſt. id eſt, nefas, non licet, metus eſt. Aliquando ſumitur pro ſuperſtitione. Vnde Religioſus, dicitur, quòd nimia & ſuperſtitioſa religione ſe adligauit. Terētius in Heautontimor. Vt ſtultæ & miſeræ oēs ſumus religioſæ. Religioſus tamē homo etiam dicit, qui amat Religionē. Sepulchra & monumenta religioſa ſunt, id eſt, habēt in ſe religionem. Ille adorat, hæc adorantur. Religioſi dies (vt lib. 4. docet Gellius) dicuntur triſti omine infames, impeditiq;: in quibus res diuinas facere, & rem quampiam exordiri nouam temperandum eſt, quos vulgus nefaſtos uocat. Hinc Cicero ad Atticū, diem Allienſis pugnæ religioſum eſſe, dicit. Macrobius lib. iii. Saturnaliū, Religioſi ſunt dies, qui faciēda & vitanda diſcernunt.

Religo, gas, pen. cor. Vide in dictione Ligo.

Relinquo, quis, retro dimitto. Lactan. lib. i. Fur ac nebulo Mercurius, qui ad famam ſui nil reliquit, niſi memoriam fraudum ſuarum. Et Relinquere, eſt aliqd pro ſuo alicui dimittere, ſeu relegare. Plautus in Aulularia: Agri reliquit ei nō magnum modum: quò cū labore magno & miſere uiueret. Huius compoſitum eſt Derelinquo.

Reliquiæ, quiarum, dicuntur pauca quæ relicta ſunt. Vergil. His accēſa ſup iactatos æquore toto Troas reliquias Danaum.

Reliquum feci, eleganter pro reliqui, ſicut miſſum feci, pro dimiſi.

Reliquus, qua, quum, penul. cor. ſignificat id quod ſupereſt. Cæſar li. i. Commēt. Demonſtrant ſibi præter

agri ſolum nihil eſſe reliquũ. Cicero Cur. Reliquũ eſt, vt certemus officiis inter nos. Terẽt. in And. Vt gnoſcatis quid ſpei ſit reliquum.

Reluctor, ctaris, vide in dictione Luctor.

Reluo, luis, rurſus lauo, & ſic cõponitur ex re & luo: ſicut diluo. Quandoq; ſignificat ſoluo, ſiue repignero. Plautus: Repignerat, reluit, vẽdit. Et ſic ex re & luo componitur.

Remandere, ruminare. Plinius lib. x. Pontici mures ſimili modo remandunt.

Remanſio, à remaneo, ſicut à maneo manſio. Cicero ad Q. Frat. Primum tuam remanſionẽ etiam atq; etiam probo.

Remeculi, nauigiorũ genera, quibus Lemnij vtebantur.

Remedior, diaris, deponẽs, remediũ adhibeo. Hieron. contra Iouinianum, Multi impatiẽtiam gulæ uomitu remediantur.

Remedium, à medeor, deris, deſcendit.

Remeligines, remoræ à morando. Plautus, Quid nunc ille tandiu remorantur remeligines?

Remẽdo, das, uide in dictione Mẽda.

Remeo, meas, retro meo, redeo. Vergilius,

Si patrios vnquàm remeaſſem victor ad Argos.

Remiges, nautici qui remos agunt, & remigrandi miniſterio mancipati ſunt. Huius nominatiuus ſingularis eſt Remex, remigis. Curtius, Remex militis officia turbabat.

Remigium, ipſa remorum agitatio, & remigatio.

Vergilius lib. i. Georgicorum,

Non aliter quàm qui aduerſo uix flumine lembum
Remigiis ſubiget. Idem tranſtulit ad aues,
Volat ille per aera, magno. Remigio alarum.

Aliquando ponitur pro remigum multitudine. Idem lib. 3. Remigiũ ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis.

Remigo, gas, penultima correpta, remis nauigo, quaſi remis ago. Cicero libro. 4. Tuſculan. Vtrum igitur mauis nos ſtatim vela facere, an quaſi è portu egreſſi, etes paulum remigare? Huius cõpoſita ſunt Eremigo, pro enauigo, emetior. Pli. Circa Caſpiũ quoq; multa Oceani littora explorata, paruo q; breuius, quàm totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus. Subremigo, ſubtus remigo. Idem libro nono: Cæteris ſubremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo dirigit.

Remillum, repandum dicitur à remi ſimilitudine.

Reminiſcor, recordor, quod fit, quum ea quæ mens tenuit repetuntur: quaſi iterum rem in mẽtem reuoco. Componiturq; ex re, & miniſcor. Vnde & Comminiſcor. Eſt autem miniſci, fingere & formare. Reminiſci, reformare. & iterum componere quæ lapſa erãt. Qui vero reminiſcitur, iterum in mentem reuocat. Ex quare homo ſapientior redditur: & ideo recordatur. Id eſt, iterum cordatus fit. Differt memoria à Reminiſcentia, quia illa communis eſt omnium animantium, hæc ad homines tantum, quum ſit diſcurſus rerum cum ratione ab vniuerſali ad particularia, & à remotis à ſenſu.

Remiſſe, aduerbium modò humiliter. Salluſtius, Pauca timide remiſſe q; locutus, abſceſſit. Modò læte, & veluti remiſſo, id eſt, relaxato animo. Cic. lib. de Oratore, Quis vnquàm res, præter hũc, tragicas penè comice, triſtes remiſſe, ſeueras hilare, forenſes ſcenica propè venuſtate tractauit?

Remitto, mittis, pprie retrò mitto. Plau. Munera accipit frequens, remittitq; nunquàm. Cõſtruitur quãdoq; cum abla. precii, ut apud Curtium lib. ii. Captiuos ſi placet reddi, honeſtius dono donabimus quã precio remittemus. Aliquando rurſus mitto. Col. li. i. Et eadem cumulata mundiora ſunt, lapillisq; carẽt & glebulis, quas per trituram ferre, terrena demittit area. Aliquando ſimpliciter pro mitto ponitur. Lucilius: Cohibet domũ mœſtus ſe Albinus quòd repudium filiæ remiſit. Aliquando pro relaxo, & ad negligentiam deſcendo. Vnde animum remittere dicimur, quum deponimus curas & negligimus. Cuius contrariũ eſt intendo, ſumpta tranſlatione ab arcu. Cicero, Quæro non quibus intendam animum rebus, ſed quibus remittam. Hinc Remiſſio, ralaxatio animi dicitur. Aliquando pro concedo, condono, & dimitto, & tunc conſtruitur cum datiuo. Vatinius Ciceroni, Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo vſurus eram in eum quem cæpiſſem, remitto tibi & condono. Iuſtin. Igitur magi ad fauorem populi conciliãdum, tributa & militiæ vacationem in triennium remittunt, id eſt, concedunt. Lactant. lib. v. Et ideo cum nephãda perpetimur, uerbo quidẽ reluctamur: ſed Deo remittimus ultionem, id eſt, dimittimus, ſiue committimus. Aliquando pro demitto. Cic. lib. I. Offi. Ex oculorũ obtuitu, ex eleuatione & remiſſione ſuperciliorũ, aut ex contractione. Aliquando pro relinquo. Colu. li. i. Nunquid abſentia ſua de diſciplina & cuſtodia remiſeris num aliqua uitis inũ arbor? num fruges abfuit. Aliquando pro intermitto. Terẽtius in Heaut. Nullum remittis tempus, neq; te reſpicis. Aliquando pro ceſſo. Idem in Hecyra. Nam ſi remitteret quidpiam Philomena doloris, omnem rem narrabit ſcio.

Remo, mis, repeto. Ennius, Riuos campos q; remant. Alii Remere, putant dictum quaſi remeare.

Remora, pen. cor. animal aquatile, admodum breue. A Græcis echineis dicitur, ſpinis & cruſtis tectum, à remorando dictum, quòd nauem cui adnixum fuerit remoretur. Plinius lib. ix. Eſt paruus admodũ piſcis, adſuetus petris echineis adpellatus: hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur. Inde nomine impoſito, Remora, à remorando dicitur. Remora etiam retardatio dr. Lucil. Quæ nam vox ex te reſonans meo gradu remoram fecit? Plautus in Trinummo: Ita vincunt illud cõducibile gratiæ quæ in rebus multis obſtant, odioſæq; ſunt, remoramq; faciunt rei priuatæ & publicæ.

Remorbeſco, beſcis, ſignificat in morbum recido.

Remordeo, des, crucio, ſollicito. Verg.

Quando hæc te cura remordet.

Remores, aues in auſpicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt.

Remoria, locus in ſummo Auentino, vbi Remus de urbe condita fuerat auſpicatus. Cc.

Remoror, pen. cor. retardo, retineo, à remóra piſce, ut inquit Donatus, Teren. in And. Ne quid veſtrum remoreter commodum. Apul. Sic me abire oppido uolentem, ſuaui remoratur illecebra.

Remulculo, proprie eſt remigãdo è ſcapha grandiorem nauim traho. Quod aliquando non neceſſitatis gratia fit, ſed ut nauis quietius agatur. Hinc Remulculare, aliquando dicimus molli ac leni tractu ad progreſſum mulcere. Siſenna lib. ii. Si quæ celeriter ſolui poterat, in altum remulculando trahitur. Et à remulcendo fit. In eadem ſignificatione ſunt Remulco, cas, & Promulco, cas.

Remulinus, ager dictus à Remo poſſeſſus. Cc.

Remus, nomen proprium fratris Romuli, & inſtrumẽtum quo naues aguntur, ἀπὸ τοῦ ῥέω. Item, Remus dicitur lorum quod continet tubam, ut inquit Seruius in cõmentar. lib. vi. Aeneid.

Renarro, ſignificat ſicut ſimplex. Vel re, pro diligẽter ſiue adſatim accipiẽdum puto. Verg. lib. 3. Aeneid.

Sic pater Aeneas intentis omnibus unus
Fata renarrabat diuum, curſusq; docebat.

Renes, ſunt qui lumbis adhærent, ἀπὸ τοῦ ῥέω, quod eſt fluo: quòd riuis ab his obſcœni humoris oriunt. Hi à veteribus nephrundines vocabantur, qui à Græcis dicuntur νεφροί, νεφρός ren. νεφρῖτις, morbus renum, νεφριτικός, qui renum morbo laborat. Diminutiuum à Ren eſt Renunculus.

Renideo, des, uide in dictione Nideo.

Renones, uide Rhenones.

Renunciata, inſula in Aethiopico mari, quæ (vt Plini. lib. vi. ſcibit) ita diues eſt, vt equos talentis auri incolæ permutent.

Renũcio, cias, refero, ſiue reporto, vt miſſi nuncii referre ſolẽt de his ad quæ miſſi ſunt. Cæſar in Comment. primo, Qualis eſſet natura montis, & qualis eſſet in circuitu aſcenſus, qui cognoſcerent miſit, renunciatũ eſt facilem eſſe. Aliquando Renũciare, eſt adperte nunciare, ſignificare. Terentius in Andria, Quaſi tibi renunciata ſint hæc ſic fore. Et iterum. Id ego iam nunc tibi here renuncio futurum, vt ſis ſciens, ne tu hoc mihi poſterius dicas, Daui factum conſilio aut dolis. Donatus: Renunciare, eſt quaſi ſecretum conſilium vel malum nunciare. Re, enim ſyllaba apud veteres interdum abundat. Aliquando ſignificat renuere, cedere, reſignare, ſeu reſtituere. Cicero in Verrem actione quarta, Atq; iſte Stenio vehementer incenſus, hoſpitium ei renunciat, domo eius emigrat. Hinc renunciatio, ceſſio. Inde componitur Abrenuncio.

Reor, reris, ratus, exiſtimo, opinor. Plautus in Amphi.
Quid me non rere expectatum?

Repagulum, & Repages, gis, penultima producta, ex re & pago dici poſſunt obices. Ouidius libro quinto Metamorphoſeos;
Raptaq; de dextro robuſta repagula poſti Oſſibus illiſit. Proprie Repagula dicuntur, quæ patefaciendi cauſſa ita figunt, vt ecõtrario pangantur. In oſtio enim duo ſunt poſtes, qui cardinibus continentur, & repagulis clauduntur. Cicero lib. de Diuina. Herculis valuæ clauſæ repagulis, ſubitò ſeipſæ aperuerunt. Plinius Firmiſſima in rectum abies, eadem valuarum repagulis, & ad quælibet inteſtina opera, aptiſſima. Inde Repagula pro omnibus clauſtris obicibusq; ponuntur. Lucanus, Pedibusq; repagula laxat.

Repandus, da, dum, quod eſt recuruũ, & ſimum, & quod retrorſum patet. Hieronym. de Socrate ſcribit, quòd eſſet repandis cruribus.

Reparamen, idem quod reparatio.

Reparo, ras, penultima correpta, reſtauro, & in priſtinum ſtatum reſtigo, quaſi paro rurſus. Curtius, ille non ignarus, & principes amicorũ, & exercitũ offenſi, gratiam liberalitate donisq; reparare tentabat. Lactantius libro ſexto: Nam parcere, id eſt, medriocriter vti pecunia, quaſi quædam puſillanimitas animi eſt, aut prætimentis ne ſibi deſit, aut deſperantis poſſe illa reparare.

Repaſtino, nas, pen. prod. ex re & paſtino, quod eſt fodio. Vide in dictione Paſtino.

Repauſo, cum accuſatiuo, quietem capio. Auguſtinus in Manua. Quæ fatigatum ſpiritum repauſat, & cor triſte lætificet.

Repedo, pas, pen. cor. pedem retraho, recedo, vide in dictione Pedo, das.

Repello, lis, repuli repulſum, ſignificat retro pello, reiicio. Ouidius,
Quæq; ferox repuli doctis medicantibus ignes.
Plautus in Caſina, Repulit mihi manũ. Apud poetas Reppuli, per duplex pp, quandoq; ſcribitur. Luca.
Reppulit à Lybicis immenſum Syrtibus æquor.

Rependo, dis, retribuo, recompenſo. Tractum à pecunia. Verg. Fatis contraria fata Rependens. Plaut. in Pſeud. Sine modò, rependã ego cuncta ob hæc here ele vna opera.

Repenſo, ſas, pondero, & rependero, ſeu realdeo, & ſubtiliter iudico. Lactan. Nam qui violauerit impie humilem, ſentiet in poteſtate vltorem, eaq; omnia quæ legunt & non intelligunt repenſante Deo patientur. Et Repenſare, recompẽſare. Auguſtinus Sermone de Inimicorũ dilectione, Beatus Ioſeph, pro parricidii crimine impiis fratribus ſuis, non animi amaritudinem: ſed charitatis dulcedinem repenſauit.

Repentè, aduerbium, ſignificat ſubitò, quod quidam à repo, pis, deriuant, per antiphraſim. Sed non videtur uerum, quòd Repentè primam correptam habeat: ſed magis à repens, cuius prima ſimiliter corripitur. Ouidius in Faſtis,
Bina repens oculis occulit ora meis.

Repẽtinus, na, num, pen. prod. quod eſt ſubitarium, vt Mors repentina, Bellum repentinum.

Reperio, peris, pen. corr. reperi, vel repperi, apud poetas, per duplex pp, ex re & pario. Vnde Repertum, quaſi repartum, & in lucẽ proditum. Et proprie Reperire, fortunæ eſt, inuenire conſilii. Ouidius,
Tu non inuenta reperta es.
Auſonius uno diſticho primã huius præteriti & productam, & correptam protulit, quando dicit.
At qui condiderat poſtquam non repperit aurum,
Aptauit collo quem reperit laqueum.

Repeto,tis,penultima correpta,proprie reſtituendum peto. Cic.lib.ii.ad Herennium i Id quod argentario obtuleris,expẽſum à ſocio eius recte repetere poſſit. Terentius in Eunu. Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa abs te quicquàm precii. Interdum repetere, eſt ſæpius petere. Idem, Cæſari repetenti negare non potui. Interdum reiterare,reſumere,inchoare. Cic. de Oratore, Repetam & non ab incunabulis noſtræ ueteris puerilisq; doctrinæ, quendam ordinem præceptorum. Cæſar Comment. libro primo Bello Heluetiorum confecto, totius ferè Galliæ legati principes ciuitatum,ad Cæſarem congratulatum venerunt, intelligere ſeſe tametſi pro veteribus Heluetiorum iniuriis populus Romanus ab his pœnas repetiſſet, tñ eam rem non minus ex vſu terræ Galliæ,quàm populi Romani accidiſſe.id eſt,reſumpſiſſet. Interdum reuoluere, ſiue volutare, cum ablatiuo huius nominis memoria. Cicero in Oratore, Cogitanti mihi ſæpenumero,& memoria vetera repetenti. Interdum ſignificat redire. Vergilius,

Quum primum paſtu repetent præſepia tauri.

Liuius lib.i. Quippe vera fuga,qui ſimulantes paulò antè ſicuti erant,oppidum repetebant.

Repetũdarum,à prouincialibus adcuſatur is qui præſes prouinciæ, alienas pecunias aut vi aut dolo expilauit. Vnde Iurecõſ.lib.xlviii.Digeſtorum, Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu legatione vel alio officio miniſterio'ue acceperit. Sed poſtea latius patuit, ut hoc noı̃e omnia quibus diuitiæ conſtant contineatur, vt vaſa precioſa, veſtes, frumentum, nauigia, vt etiam ſi quis populus alteri populo iniuriam fecerit, aut captiuorũ, aut incendii, aut prædæ, qui iniuriam repeteret, diceretur agere Repetundarum rerum. Ergo quum repetuntur quæ ſunt ablata, tunc Repetundarum rerum agitur, vel de Repetundis. Nec habet plures caſus. A Repeto,is,e,in u,mutata, quia id tertia cõiug.præter cæteras patiſ. Et ut differret ab illo qđ dicitur, Miſſi ſunt legati ad res repetendas, quo ſignificatur, principi vel populo erepta eſſe vel pecorum, vel hominũ, vel locorum corpora.

Repignero,neras,pignus recipio ſoluto ꝓcio. Iurecõſ. titulo commodati, Non repigneras vt mihi reddas.

Replaudo,dis,repercutio. Plaudo enim, quod & plodo dr,manibus pulſo,& ſtrepitum facio. Vnde Plauſus,quo boni recipiebantur, quũ mali exſibilarẽtur.

Replico,vide in dictione Plico.

Replumbari,à iuriſconſultis poſitum eſt pro eo quod eſt refelli,& reſolui emblemata, & vaſis & lapidibus incluſa.

Repo,pis,pſi,ptum,proprie dr.de animalibus quæ pedibus & ventre gradiuntur, vt ſunt vermes, quæ Reptilia dicuntur, à rependo. Quamuis & ea quæ paruos pedes habent, Repere dicantur, vt ſunt lacertæ, et ſimilia. Transfertur etiam ad radices. Colu.lib.viii. Spacium autem radicibus quà repant lapides præbent. Huius compoſita ſunt Adrepo, quod eſt, ad aliquid repo. Correpo, ſimul repo, ſimul tereo. Varro in prologo libri ſecundi de Re ruſtica, Igitur quòd nunc intra murum ferè patresfamiliæ correpſerunt, relictis falce & aratro. Columella in præfatione, Patresfamiliæ falce & aratro relictis, intra murum correpſimus, & in circis potius ac theatris, quàm in ſegetibus ac vinetis, manus mouemus. Erepo, difficulter loca aſpera & ædita ſcando, tanquàm opus ſit erepere magis quà ambulare. Suetonius in Tyberio, Territus, quòd is à tergo inſulæ per aſpera & deuia erepſiſſet ad ſe. Irrepo, intro ſeu latenter repo. Hierony. ad Damaſum, Nunc illud quod non quæſieras, dum aliud agimus irrepſit. Obrepo i Prærepo, extra, ſeu quàmprimum, aut antè repo. Columella libro quinto, Videtur etiam ſocaneus palmes, qui ſolet in bifurco medius prærepere i & idcirco cum prædicto vocabulo ruſtici adpellãt, quòd inter duo brachia qua ſe diuidit vitis, enatus, velut fauces obſidet. Prorepo, vltra repo. Idem lib.4. Vt mota æqualiter humus nouellis radicibus, quacunq; in partem prorepſerit. Prorepo valde, ſeu ad finem, & cum labore repo. Columella libro.x. Tota maceries opere tectorio leuigatur extra intraq;, ne feles aut vipera perrepat. Surrepo, ſubtus, vel latenter repo. Et habent penultimã productam.

Repono,nis,pen.prod.rurſus pono. Vergil.

Ariſq; reponimus ignem. id eſt, rurſus adhibemus ignem & ſacrificamus. Martialis; Vllus ſi pudor eſt repone cœnam. Vnde Reponere ſabulas & ſcripta poetæ dicuntur, quum ſecundo hæc in ſcenam adponunt. id eſt, quum rurſus recitant. Solebant enim (ut inquit Porphyrio) qui ludis apud veteres præerant ſcriptores, quum primum in ſcenam prodirent, benigne excipere, vt ſi fortè nõ recte egiſſent, iterum ad ſcribendum audientium benignitate allicerentur. Vnde Horatius, Fabula quæ poſci vult & ſpectata reponi. Id eſt, primò & ſecundò recitari. Quandoque Reponere, eſt recondere, & collocare. Vergilius,

Manet alta mente repoſtũ Iudicium Paridis. Hora.

Inſpice ſi poſſit donata reponere lætus. Lucre.lib.4.

Quamuis multa quidem ſapientum turba putaret
Senſum animi certa non eſſe in parte locatum,
Verum habitum quendam uitalem corporis eſſe,
Αρμονίαν Graii quam dicunt, quòd faciat nos
Viuere cum ſenſu, nulla quum in parte ſiet mens.
Vt bona ſæpe ualetudo quum dicitur eſſe
Corporis, & non eſt tamen hæc pars vlla valentis,
Sic animi ſenſum non certa parte reponunt.

Quandoq; reddere, vel reſtituere, quaſi retro adponere. Plaut. in Perſa, Des mihi numos ſexcẽtos, quos pro capite illius pẽdam, quos continuò tibi reponã in hoc triduo aut quatriduo. Et (autore Seneca ad Lucilium) priſci ſignate dixerunt id Reponi, quod creditori debemus. Iuuenalis,

Semper ego auditor tantum: nunquámne reponã?

Quæ verba indignantis ſunt, vtpote ſemper audientis, & nunquàm ſcripturi. Quandoq; reuocare, reprimere cohibere. Statius,

Quoties iam torta reponam
Fulmina, quàm rarus terris hic imperet ignis.

Quandoq; reducere, reficere. Verg. lib. ii. Georg.
Et quantum longis carpēt armēta diebus.
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Quādoq; ſuperaggerare. Idem lib. iii. Georg. Atqui non Maſſica Bacchi Munera, nō illis epulæ nocuere repoſtæ. Quandoq; ſcribere. Horatius,
Scriptor honoratum ſi fortè reponis Achillē.
Quandoq; retro ſeu ſeorſum ponere. Hieronymus libro primo Regum, Da partē quam dedi ut reponeres ſeorſum apud te.

Reporto, tas, retro porto, reueho. Hiero. in libris Regum, Reporta arcam in vrbē.

Repoſitorium, vas in quo reliquiæ ciborum, & mēſæ inſtrumēta reconduntur: ſiue ex corio ſit, ſiue ex alia materia Plinius, Bibēte cōuiua, mēſam vel repoſitorium tolli, inauſpicatiſſimum habetur.

Repotia, dicta ſunt quæ poſtridie nuptias apud nouū maritum cœnatur: quòd quaſi reficiatur potatio. Horatius, Ille repotia natales alios'ue deorum Feſtos ablatus celebret.

Reprehendo, retraho, quaſi retro prehendo. Liuius: Adeò turbati erant dextræ alæ equites pedites q;, vt quoſdam conſul Cato, manu ipſe reprehēderit, verterit q; in hoſtem. Propertius,
Quàm poſſit noſtros quiſquam reprehēdere curſus.
Alias ſignificat arguo, increpo.

Repræſento, as, ad præſens adfero. Aliquū Repræſentare, eſt referre vel reddere. Sueton. in Clau. Repſentaturus pro opa dignam cuiq; mercedē. Et alibi repſentādo præmia dixit in prima ſignificatione. Quintil. Repſentatis iudiciis. Colu. Itaq; non ægre conſequetur, ſi ſemper ſe repræſentauerit. Idem, Repſentāt uiridē ſaporē oliuarum, id eſt, referunt.

Reprimo, mis, pen. cor. contineo, cohibeo. Cice. Reprime impetum. Verg. Dextramq; repreſſit.

Reprobo, improbo, & quaſi refuto. Cc.

Reprobus, improbus. Cornucopiæ.

Reproces, pro aſperis & difficilibus vſurpatur. Plin. lib. xviii. in reprocibus ac ſupinis lateribus procumbere quaſdam occæcari & in alias dirigi.

Repromitto, iterū ſiue maxime promitto. Cice. in Bruto; Non me hercule repromittere iſtuc quidē auſus ſum, neminē amplius eo nomine petiturum.

Reptile, penultima correpta, quicquid repit. Ambroſius lib. Hexa. Scimus reptilia dici genera ſerpentiū, eò quòd ſuper terram repant: ſed multò magis omne quod natat, reptandi habet vel ſpeciem vel naturam. Hieronymus in Gene. Producant aquæ reptile animæ viuētis.

Repto, as, frequētatiuum, ſignificat ſæpe ſeu continuò repo. Hierony. ad Furiam, An vereris ne proles Furiana deficiat, & ex te parens tuus nō habeat puſionē, qui repet in pectore. Et Reptare dicimus eū qui ſegniter & quaſi teſtudineo paſſu incedit, quales ſunt qui in hortis aut vinetis ſpatiantur. Horatius,
An tacitum ſyluas inter reptare ſalubres.

Repudio, as, matrimonium dirimo, et quaſi ob rem pudendam aliquam repello. Suetonius in Cæſa. Neq; vt repudiaret illam compelli à dictatore Sylla nullo modo potuit. Interdum ponitur ſimpliciter pro non accipio, recuſo. Terētius in And. Repudio conſilium quod primum intenderam.

Repueraſco, quaſi in puerilē ætatem reuertor, quod de ſenibus ferè dicitur, quum deſipere vitio ætatis incipiunt. Cornucopiæ.

Repulſa, reiectio, ab honore ſeu magiſtratu.

Repungo, quādo de ratione, vel calēdario loquimur, facit præteritum repunxi. Quando verò vicem reddituram oſtendimus, repupugi. Cice. Lentulo, Darēt mihi ipſi alium rubium, in quo poſſem illorum animos mediocriter laceſſitus repungere.

Reputo, as, pen. cor. vide in dictione Puto.

Requiro, is, penul. prod. ſæpius, vel rurſus quæro. Terentius in Adel. Ibo ac requiram fratrem, vt in eum hæc euomam. Plaut. in Ciſt. Veſtigium hic requiro, quā aufugit mihi. Plinius in epiſt. A quibus libēter requiſierim cur concedant (ſi concedunt tamen) hiſtoriam debere recitari.

Requiſito, tas, frequentatiuum. Plaut. in Moſt. Quid tu otioſus res nouas requiſitas?

Res, generalem habet ſignificationē. Nam (vt Paulus Iureconſultus inquit) ſiue corporalia, ſiue incorporalia comprehendit. Corporales res ſunt, quæ verè tangi poſſunt: vt homo, veſtis. Incorporales, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt iſta, quæ in iure cōſiſtunt: ſicut hæreditas, vſuſfructus, obligationes ſunt. Et à dialecticis dicitur terminus tranſcendens, quo ſubſtantia, qualitas, actio comprehendunt. Sumitur quandoq; Res pro ſtatu ac cōditione, vt reſpublica, res priuata, res familiaris, res uxoria, res mea, res tua. Cicero, Id enim rebus noſtris minime conducebat. id eſt, ſtatui noſtro. Sall. At nobis eſt domi inopia, foris æs alienum, mala res, ſpes multo aſperior. Quādoq; res dicit prout diſtinguitur à perſona. Vnde loci argumentorum ſunt à rebus, & à perſonis. Quandoq; prout diſtinguitur à verbis. Horatius,
Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur. Sumitur & pro contentione, lite, negocio ſiue commercio, ut eſt mihi res cū latrone. Terentius, Quid huic rei eſt, id eſt, negotii. Cicero pro muræ. Nondum potuiſſe ſtatuere iuriſconſultos, vtrum rem, an litem dici oporteret. Item pro cauſſa: vt, quā ob rem. id eſt, propter quam cauſſam: qua de re, de qua cauſſa: ab re, ſine cauſſa. Item pro cenſu ſiue diuitiis. Terentius in Eunuch. Eius frater aliquantulum eſt ad rem auidior. Item pro imperio. Vergilius, Poſtquàm res Aſiæ Priamiq; euertere gentem Immeritam viſum ſuperis. Item pro vtilitate. Terentius in Hecy. Si in rem eſt Bacchidis. Et iterum: Neque in rem noſtram eſt, ut quiſquàm amator nuptiis lætetur. Donat. In vtilitatem. id eſt, pro commodo. Item pro actu venereo. Idem: Miles cum quo tum rem habebat. Donatus Rem habere, honeſtè res impura dicitur. De triplici ſignificatione Auſonii verſus eſt in monoſyllabis.
Imperium, litem, venerem, quur vna notet res.
Item pro experientia ſiue effectu. Teren. in Adel. Re ipſa reperi, facilitate nihil eſſe melius, neq; clementia. Cicero in Catone, Habui hæc de ſenectute quæ

diceirem

dicerem vobis ad quam vt perueniatis, vt ea quæ ex me audiſtis re ex parte probare poſſitis. Item pro valore, pretio, vel æſtimatione. Terentius in Phor. At ſi talentū rem reliquiſſet decem, primus eſſes, ſcilicet cognatus. Item pro periculo, ut apud eundem. Veri pone eſſe victum eum tandē: tamen non capitis eius res agitur, ſed pecuniæ. Et Res dicitur veritas. Terentius in Adelphis, Verū cogito quod res eſt. Huius diminutiuum eſt Recula.

Res comperendinata, dicitur quum cauſſa, id eſt, iudicium in diem tertium conſtituta eſt.

Res iudicata, dicitur quæ finem controuerſiarū pronunciatione accipit, vel quod condēnatione vel abſolutione contingit, vt autor eſt Vlpianus.

Res forenſis, dicitur cauſſa quæ agitur in foro: & ad cauſidicos pertinet.

Reſpublica, ciuitas libera, quæ iure regitur.

Reſcindo, is, cædo, tollo, aufero, deſtruo. Cæſar in Com. Pontem qui erat ad Genuam, iubet reſcindi. Quod verbum ad omnia, quæ reſcinduntur ferè proprie pertinet. Columel. lib. ii. Et quæ falx reliquerit priuſquàm inareſcat vomis reſcindat atque obruat. Id enim cedit pro ſtercore. Vergilius libro tertio Georgicorum,

Non tamen vlla magis præſens fortuna laborū eſt,
Quod ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os, alitur vitiū viuitq; tegēdo. id eſt, aperire.

Idem lib. i. Georg. Cœlū reſcindere fratres Ter ſunt conati, id eſt oppugnare. Et Reſcindere eſt rurſus ſcindere. Hiero. contra Rufi. Quid meruit homo latens, vt nudares cicatricē eius, & obductā cutem inſperato dolore reſcinderes? Aliquando nō ratū habere, irritum facere. Salluſt. in Iugur. Iugurtha inter alias res, ait oportere quinquēnii conſulta & decreta omnia reſcindi, id eſt, tolli & deſtrui.

Reſcio, ſiue Reſciſco, is, eſt factum aliquod occultius, aut inopinatū, inſperatumq; cognoſco. Teren. in Hecy. Nam vt hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem vt ſiet reſciuerit, non ædepol clàm me eſt, cùm hoc quod leuius eſt tam animo iracundo tulit. Idem in Adelph. Reſciui omnem rem. Plautus in Menæch. Vxor reſciuit rem omnem, vt factum eſt ordine.

Reſcribo, rurſus, vel retro ſcribo, Ouidius,

Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni. Et Reſcribere, ſignificat reddere, ſeu renunciare. Terentius in Phor. Atq; illud mihi argētum rurſum iube reſcribi. Donatus: Reſcribi reddi, ſeu de mēſæ ſcriptura dari, quoniā ad pecuniæ renumerationem antecedit ſcriptura. Reſcribere dicebāt pro renumerare. Vnde hodie datur chirographis, Domo ex area ſua, vel ex mēſæ ſcriptura. Seruius: Scribi eſt dari. Horatius,

Scribi decem Nerio, non ſatis eſt, adde cicutæ.

Reſcribi verò reddi. Idem,

Dictantis quod tu nunquàm reſcribere poſſis.

Reſeco, cas pen. cor. aui, atum, & reſecui, ctum, ſignificat reſcindo, vide in dictione Seco.

Reſecro as iterum obſecro, itero obſecrationem. Plautus in Aulula. Reſecro mater quod dudum obſecraueram. Aut Reſecro, religione abſoluo: vtique quum reus populū comitiis orauerat per Deos, vt eo periculo liberaret, iubebat magiſtratus eum reſecrare.

Reſegmen, quod ex vnguibus amputatur. Plinius lib. ii. Nec pauci apud Græcos ſingulorum viſcerū, membrorumq; etiam ſapores dixere, omnia perſecuti vſque ad reſegmina unguium. Eſt ergo generale amputamentum.

Reſero, ras, penulti. corr透. aperio, à ſera deductum. Cicero, Nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitati aperire non poſſit: nec ita reſeranda, vt pateat omnibus.

Reſero, is. pen. corre. reſeui, reſitum, rurſus ſemino, ſeu rurſus planto. Plinius lib. xviii. Nam quum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos menſe Martio.

Reſeruo as, quaſi retro ſeruo. ab aliis ſeruo. Lactan. libro. ii. Fabricauit arcam in qua ipſe cum coniuge ac tribus filiis reſeruatus eſt quum aqua vniuerſos montes altiſſimos operuiſſet. Hierony. ad Iuli. Nihil tibi ob metum inopiæ reſeruaueris, ne cum Anania damneris & Saphyra.

Reſes idis à reſide: qui remanet, ſiue reſtat ocioſus à labore ſeu opere, quod exercere ſolebat. Liui. lib. ii. Timuere patres reſidem in vrbe plebem, incerti, manere eam, an abire mallent.

Reſex, ecis, Columella libro. 4. Nam confiteor pampinarios quoq; quum è duro proceſſerint tempore anni ſequentis acquirere fœcunditatem, & ideo reſecem ſummitti ut progenerare poſſit. Verum eiuſmodi partum comperimus non tam ipſiue reſecis, quàm materni eſſe muneris.

Reſideo, des, pen. correp. quieſco, ſedeo, firmiter ſto. Nam hic Re nihil ſignificat. Vergilius, Omniſq; repente Reſedit flatus. Hieronymus. Atq; in regni ſolio ſublimata poſt Chriſtum glorioſa reſedit. Lactan. lib. ii. Poſteri Hebræi dicti penes quos religio Dei reſedit. Id eſt, reſtitit.

Reſigno, as. quod ſignatum erat, aperio, relaxo, patefacio. Eſt enim contrarium ſuo ſimplici ſigno, quod eſt anulo ſignum imprimo. Plautus in Trinum. Iam ſi obſignatas non feret, dici hoc poteſt apud portitorem, eas res reſignatas tibi, inſpectaſq; eſſe. Hinc Reſignatio teſtamentorum adpellata. Item Reſignare, eſt perfecte ſignare. Columel. lib. iiii. Priuſquàm arbuſculas transferas, rubrica reſignato: vt hiſdem quibus antè ſteterunt conſtituas eas. Item Reſignare, claudere. Vergilius libro quarto, Et lumina morte reſignāt. Antiqui etiam Reſignare, pro reſcribere, dicebant: ſicut ſubſignare, pro ſubſcribere. Et Reſignatum æs dicebatur militi, quum ob delictum, iuſſu tribuni militum, ne ſtipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Item Reſignare, reddere: quod fit quum in libris datorum & acceptorum pecuniam quam acceptam ſignauimus, redditam demonſtramus. Horatius libro ſecundo Carmi.

Res reſigno quas dedit.

Reſiliare, uete es dicebāt pro eo qđ eſt ſæpe reſilire.

Reſilio ſilis, pen. cor. uide in dictione Reſulto.

Reſimus, penulti. produ. ex re & ſimus, idem eſt quod

ſimus, hoc eſt, qui ſurſum verſus depreſſas habet nares. Verg. Simus poſuit: Dum tenera attondent, ſimæ virgulta capellæ. Seruí. Simæ Græcum eſt nomen. id eſt, preſſis naribus. vnde & ſimias dicimus. De Reſimus, Colu. lib. v. loquēs de boum indole: Pā dorſi (inqt) naribus reſimis patulis. Huius contrariū eſt Deſimus, pro eo qui non eſt preſſis naribus.

Reſina, penul. correp. humor ex arboribus defluens, in iiſdemq́; reſidens. Et à medicis multiplex deſcribitur. Duæ tamen ſunt ſpecies, arida vna, humida altera, & pro ſus omnis ſtomacho facit, & ſanguinis reiectioni: inprimisq́; probatur, quæ à terebynto arbore terebinthina eſt adpellata. Et naſcitur in Arabia, in Iudæa, in Syria, in Cypro, in Lycia, & in Cycladibus. Quæ alba, præſtantior eſt, nitri colorem habens, & nonnihil cærulei.

Reſinatus, a, um, quod eſt reſina illitū: ſicut à pice picatum. Iuuena. Quid enim reſinata iuuentus.

Reſipiſco, vide in dictione Deſipio.

Reſiſto, is, retro ſiſto. Hieron. libro. ii. Reg. Quumq́; tráſiſſet vniuerſus populus, & rex Iordanem reſtitit, & oſculatus eſt rex Berzelai. Et Reſiſtere, eſt aduerſari, repugnare. Cice. Quum reſiſtere eius improbitati non poſſem.

Reſoluo, quaſi diſſoluo. Colu. lib. ii. Ex his nihil non melius reſoluta humo quàm dēſa puenit. Itē Reſoluere, deſtruere, amouere. Verg. lib. i. Georg.
Inuitat genialis hyems curasq́; reſoluit. id eſt, amouet. Itē diſſoluere, eſt quod ligatū erat, nō ligatum facere. Ouidius libro. i. Metamorpho.
Et velate caput cinctasq́; reſoluite veſtes.

Reſpecto, as, ſæpe video, amo, adiuuo. Vergil.
Siqua pios reſpectant numina.

Reſpectus, modo ipſam reſpectationem. Plautus, Et me reſpectu terruit. Modo rationem qu. ad aliquid agendum mouemur. Plin. Namq́; eo reſpectu commotus abſceſſerat.

Reſpicio, retro aſpicio. Plautus in Aulu. Tu ſi ex hoc loco digitū tranſuerſum, aut vnguē latum exceſſeris, aut ſi reſpexeris donec ego te iuſſero. Interdū Reſpicere, eſt reſpectum habere, puidere, remediare. Plancus Ciceroni: Quòd ſi aut Cæſar reſpexerit ſe, aut Africanæ legiones celeriter venerint: ſecuros nos ex hac parte reddemus. Terentius in Andria: Carine me & te imprudens, niſi quid Dii reſpiciunt, perdidi. id eſt, prouident vel remedium adferunt. Interdum cuſtodire, reſeruare, amare. Idem in Heauton. Deniq́; nullum amittis tempus, neq́; te reſpicis. id eſt, cuſtodis. Et in Phormi. Dii nos reſpiciunt, gnatam inueni nuptam cum tuo filio. id eſt, diligunt.

Reſpiro, ſpiritum capio, reſuſcito, ſeu in ſtatum priſtinum redeo. Plaut. in Epidi. Mane, ſine reſpirem quæſo, imò acquieſce, animo male eſt, recipiam anhelitū. Cic. Aulo Torquato: Si armis aut conditione poſitis, aut fatigatione abiectis, aut victoria detractis, ciuitas reſpirauerit, & dignitate tua tibi & fortuna vti licebit. id eſt, in ſtatum priſtinum redierit.

Reſpondeo, es, & Reſpondeo, is. Manilius libro. v. Sic etiam magno quædā reſpondere mundo. Eſt autem Reſpondere, poſteriore loco dicere, à quo Reſponſum & Reſponſio. Et dicimus: Ego reſpondebo tibi & ad te. Plinius: Quum ad eos breuiſſime reſpō diſſem Græci tamen meliorem modum habent. Vnde Xenophon in libro quem fecit de materia tyrannorum: καὶ ὁ Ἱέρων ὑπολαβὼν ὅτι νὴ Δία ἔφη, ὦ Σιμωνίδη καὶ ἐξ ὧν ἀπεχθάνονται οἱ ἄνθρωποι, πολὺ πλείω τοῖς ἰδιωτῶν ἀνάγκη ἐπὶ πραγματεύεσθαι. id eſt, Hieron exiſtimans per Iouem ait, O Simonide ex quibus odio habētur homines nos multo plura idiotis negociari neceſſe eſt. Aliquando ſignificat conuenire, conſentire, & parem eſſe. Verg. Dictis reſpondent cætera matris. id eſt, conſentiūt & cōformia ſunt. Plin. lib. xxxvi. Structuram ad normam & libellam, & ad perpendiculum reſpondere oportet. Cicero libro Tuſculana. Nec tamen ſi qui magnis ingeniis in eo genere extiterunt, non ſatis Græcorum gloriæ reſponderunt. id eſt, acceſſerunt vel pares fuerūt. Hieronymus ad Furiam: Et quibus nati ſunt liberi ſuo generi reſponderunt. id eſt, ſimiles fuerunt. Cice. Trebo. Cui quidem amori, utinam cæteris rebus poſſem, amore certe reſpōdebo. id eſt, ſatisfaciam, vel par ero. Vergilius,
Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolæ.
Aliqn̄ reſpicere, ſiue contra poſitū eſſe. Idem lib. vi.
Contrà elata mari reſpondent Gnoſia tellus.

Reſponſus, conuenientia, conſenſusq́;. Victruuius Symmetrica eſt ex ipſius operis membris rata partis reſponſus.

Reſpuo, vide in dictione Spuo.

Raſtagnare, extra redundare, ſeu aquam continere. Colu. lib. ii. Ita ſi qua palus in aliqua parte ſubſidēs, reſtagnat ſulcis, deriuanda eſt, quippe aquarū abſidantia atq́; penuria graminibus æque eſt exitio. Cōponitur autem ex re & ſtagnare.

Reſtare, ſupeſſe. Cicero in Catone: Nec eſt æqualibus ſolum, qui pauci admodū reſtant. Item remotū eſſe. Ennius: Reſtat vſus ſuit. id eſt, diſtat & remotum eſt. Item retro ſtare. Terentius in Eunu. Vtinam illum Dii Deæq́; omnes ſenē perdant, qui me hodie remoratus eſt, meq́; adeò qui reſtiterim. Item reſiſtere. Cicero de Finibus: Nullā quærentes voluptatē Stoici reſtāt. Item Reſtare cum datiuo ſignificat manere, & cū adcuſatiuo: ut, Hoc mihi reſtat. id eſt, hoc me manet. Verg. lib. vii. Hoc latio reſtare canunt, qui ſanguine noſtrum Nomen in aſtra ferant.

Reſtauro, ras, ex re & ſtauro, vnde & Inſtauro, ſignificat redintegro. Iuſti. lib. ii. Interea & Darius quū bellum reſtauraret in ipſo, adparatu decidit.

Reſtibilis, qui reſtituitur & reſerit. Plinius lib. xxviii. Conceptum leporis utero exemptum, his quæ parere deſierint, reſtibilem fœcunditatem adferre. Vnde ager reſtibilis. Columella libro ſecundo: Faſellus terræ mandabitur, vel inueterato, vel melius pingui & reſtibili agro. Feſtus, Reſtibilis ager fit, qui cōtinuo biennio ſeritur. Reſtibilis ſeges, eſt quæ regerminat, quaſi cuius fœcunditas in ſequentem quoque annum reſilit. Græci palimplaſton vocant. Plinius & vbertatis tamen tantæ ſunt, vt ſequente anno ſponte re

ſtibilis fiat ſeges.

Reſtinguo,is,xi,ctum,à ſtingo compoſitum eſt. vnde & Diſtinguo,& Extinguo. Stingo vero (vt opinor) ſignificat obſcuro,de quo Priſcia. Extinguo,extinxi, cuius ſimplex in raro vſu eſt. Cicero tamen in Arato participio vſus eſt.

Quem neq; tempeſtas perimet,neq; longa vetuſtas. Interimet ſtinguẽs,præclars inſignia cœlũ. Idem in Prog. Vt quũ Luna means,hyperionis officit orbi, Stinguitur radii cæca caligine tecti. Reſtinguere a ſit, eſt quod vernacula lingua dicimus remorſare. Plaut. in Caſſ. Ignẽ reſtinguat aqua. Vergil. Qualis per æſtum, Dulcis aquæ ſaliẽte ſitim reſtinguere riuo.

Reſtio,onis,funiculus. Quo etiam nomine dictus fuit pauus Auguſti. Accipit apud Plautũ pro eo qui ſe penſilem facit laqueo, reſti. ſtrangulatur. Ait enim Illi erunt bucced æ potius,quàm ego ſim reſtio. Qđ ſignificat illi potius cædentur bubulis loris, quàm ego me ſuſpendam.

Reſtipulari, (vt Lactantius inquit) eſt contra ſpõſionem factam pecuniam obligare Varro li.ii. Nec dubitauit reſtipulari.

Reſtire, eſt ad referẽdum,laborãdũ,colẽdum'ue ſpeũ eſſe. Colu. lib. iiii. Nam ut quæ q; reſtire incipiant,tẽpeſtiue leguntur,& quæ nondum maturitatem cepe runt vuæ ſine diſpẽdio differuntur.

Reſtis,funis,à reſto (vt quidam aiunt) quòd quæeũq; ligata ſtare faciat. Apuleius: Reſtim qua grabatulus erat intextus adgredior expedire. Ad reſtim res redit,ſignificat res deperdita eſſe, & de ſuſpendio cogitandum. In ſaltatione Reſtim ducere dicuntur chori,puerorum puellarum q; manu conſerti. Terentius, Tu inter eas reſtim ductitans ſaltabis. A qua ſimilitudine alliorum connexa capita Reſtes dicuntur. Plinius libr.xx. Allium ad ſerpentium ictus poſitum,cum reſtibus ſuis. Liuius libro.xxvii. Per manus reſte data,virgines ſono uocis, pulſu pedum modulantes inceſſerunt.

Reſtito,as,ſæpe moras facio. Terẽ. in Eunu. Exi foras ſceleſte,ac etiam reſtitas? fugitiue prodi.

Reſtituo,is,modò ſignificat reddo. Terẽ. Gnatum ei reſtituit,modò in ſtatum priſtinũ reduco. Iuſtinus Hunc regno à patre priuatum filius reſtituerat. Et proprie reſtituuntur uolẽtes, cupiẽtes q;, vt ciuis patriæ,& filius patri. Hinc Reſtitutio,repoſitio. Caius Reſtituere (inquit) plus eſt quàm exhibere. Nam exhibere eſt,præſentiam,corporis præbere: Reſtituere vero,eſt etiam poſſeſſorem facere,fructus q; addere. Hinc Reſtibilis ager. Aliquando reſtituere ſignificat inſtaurare, ac reficere. Cicero in Top. Ei cui domus vſus fructus legatus ſit, non reſtituturum hæredem ſi corruerit.

Reſtringo,is,retro ſtringo. Plin. li. xxxv. Itẽ belli imaginẽ pinxit reſtrictis à tergo manibus. Alexãdro in curru triumphante. Aliquãdo valde ſeu pfecte ſtringo. Plaut. in Capt. Saltem ſi non arriderẽt, dẽtes vt reſtringerẽt. Plin. lib. xxxv. Nam ſumptus candidatorum fœdos illos & infames,ambitus lege reſtrinxit. Aliqñ ſoluo. Apul. Iumẽtum reſtringit, abire q; ſtabulo liberum ſinit, quod ſtabularius inuentũ mox domum reducit. Aliqñ rurſus ſtringo. Idem: Et duplici,ne ſolui facile queat,reſtringit.

Reſulto,à reſilio fit,quod ſignificat in contrarium ſalio,reuertor,agor,rebello. Plin. Q ñq; reſilit vulnus, & curare ſcalpello oportet. Et reſilire, eſt cito recedere. Quadrigarius lib. vi. Artorius caute dextrũ humerum ſauciat,atq; reſiliuit. Reſultare igitur reſilire,reluctari,in contrariũ ferri, ſeu reaudiri ac reclamari. Verg. lib. v. Pulſati colles clamore reſultant. Sic & Diſſulto,vt apud eundem libro. viii. Impulſu quo maximus intonat æther. Diſſultant ripæ.

Reſumo,pen.produ.rurſus ſumo. Plinius, Reſumptis poſt longam ægritudinẽ viribus.

Reſupino,nas,rurſum reuoluo. Nam ſupinare,eſt ſurſum uoluere à ſupinis. Iuuena. Et multum referẽs de Mecœnate ſupino. Nam pronus, ſupinus,ac reſupinus contraria ſunt. Colu. lib. iiii. Quia ſiue pronum, ſiue reſupinum. Plin. Eos q; Sciopodas vocari qui in maiori æſtu humi iacẽtes reſupini, vmbra ſe pedum ptegunt. Itẽ reſupinus,proiectus molliter. Ouid. Et modo cantabam veteres reſupinus amores. Reſupinare igitur eſt inuertere,ſubuertere. Interdum etiam à propoſito ſeu incepto reuocare,differre, puertere. Iuuena. Aulam reſupinat amici. Idẽ, Et reſupinati ceſſantia tympana Galli. Sed hæc per tranſlationem.

Retæ,ſunt arbores quæ ex ripis fluminum eminẽt,aut in alueis ipſorum erant,à retibus dictæ, quòd prætereũtes naues retinerẽt inſtar retium. Vnde in edicto prætorum legitur,retanda flumina: quod ſignificat purganda,ne quid moræ ſiue piculi, nauibus in ea virgulta incidẽtibus fiat.

Rete,is,neut.gen.& Retis, maſculi. ac fœmin. & hæc Retia,æ,à rapio,vel à raritate,vt inquit Varr. Plaut. in Ru. Non vides proferre me uuidum retẽ ſine ſquamoſo pecu. Et iterum ibi. Nam tunc & operam & ludos facit & retiam, vt tẽpeſtas eſt. A Rete uerò in ablatiuo rete pro reti. Ouidius libro. v. Faſt. poſuit: Quur tibi pro Libicis clauduntur rete leones?

Hinc fit Irretio,is.

Retego,pen.cor. quod tectum erat denudo.

Retẽto,as frequẽtatiuum,ſæpe retineo. Plautus in Aſinaria: Quur me retẽtas? Et Retẽtare, iterum tẽtare. Ouidius libro primo Metamorpho.

Erigitur metuit q; loqui ne more iuuẽcæ,
Mugiat & timide uerba intermiſſa retẽtat.

id eſt, iterum tẽtat proferre.

Retexo,is,cõtrarium eſt ſuo ſimplici,ſignificat enim quod textum erat,reddo nõ textum. Tractum à telis quæ deſtruuntur quum retexuntur, unde & pro deſtruere ponitur. Et Retexere, rurſus texere,renouare. Marius Cic. An quod adoleſcẽs præſtiti quum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata commutẽ, ac me ipſe retexam. Itẽ ſignificat apire, diſſoluere.

Retiaculum, diminutiuum à retia. Hieronymus in Pſalm. Cadẽt in retiaculum peccatores. Plaut. in Aſi. Iubeas vna opera me piſcare in aera, uenari autem

retiaculo in medio mari.

Retiarius, dicebatur qui rete immittebat. Nam compoſiti gladiatores, per paria, diuerſa nomina ſortiebantur. Nam alter dicebat Retiarius, quòd rete iaceret, alter ſecutor, proinde ac retiarium fugiens vel fugam ſimulans ſequeretur. Hoc genus pugnæ inſtituit Pittacus, vnus ex ſeptem ſapientibus.

Reticula, diminutiuum à retis, fœminino genere.

Reticulatus, lata, latum, quod eſt factum in modũ retis. Plin. lib. xxxvi. Reticulatam ſtructurã, quàm frequentiſſime Romæ ſtruunt, rimis opportunam.

Reticulum, diminutiuum à rete. Quo nomine vtitur ſæpe Hieronymus in inſtrumento veteri. Eſt et genus retis, quod in orbem ſpargitur, quod aliquando capitur pro tegmine muliebris capitis, quod capillos continet. Iuuenalis,

Reticulumq; comis auratum ingentibus implet.

Eſt & Reticulum ſacculus in modũ retis, quo viatores denarios & panem geſtant. Horat. Vt ſi Reticulum panis venales inter onuſto Fortè uehas humero. Alio nomine dicitur funda.

Retinacula, quibus aliquid retinetur ſiue remoratur. Vergilius lib. i. Georgicorum,

Atq; amerina parant lentæ retinacula viti.

Retineo, tines, penul. corre. remoror vnde Retinacula. per tranſlationem ponitur pro recordor, vt quum dicimus, Si retines quæ dicta ſunt. Aliquando pro cohibere. Terẽ. in Adel. Pudore & liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo, quàm metu. Aliquãdo pro non permittere, vt quicquàm perdatur vel conſumatur. Lactantius lib. vi. Nomen itaq; ſolum retinuerunt, uim uerò & rationem & effectum perdiderũt. Salluſtius, Nam imperium his artibus retinetur. id eſt, conſeruatur.

Retiolum, idẽ quod reticulũ, ſcilicet tegmen capitis.

Retorqueo, es, retrò iacio, vel remitto. Cicero in Cat. Quo quidẽ me proficiſcentem haud ſanè quis facile retraxerit, nec tanquàm pilam retorſerit.

Retorreſcere, idẽ eſt quod retorridum fieri. Colu. lib. iiii. Deinde ſata non ita enutriunt, vt antè conualeſcant ac proſiliant quàm retorreſcant.

Retorridus, da, dum, quod intempeſtiue amiſſis viribus, à Sole torretur. Colu. lib. iii. Si in olea vnus ramus aliquantò cæteris lætior eſt, niſi eum reciderls, arbor tota fiet retorrida.

Retracto, as, à retraho, quod ſignificat rurſus traho, reuoco'ue, vnde liber Retractationũ, quẽ pater meus Aug. edidit, rectè adpellatus eſt, in quo quæ minus doctè alibi tractauerat, retractauit. Id eſt, reuocauit. Aliquando Retractare, eſt retro trahere, excuſare, reiicere. Vergil. lib. x. Aeneid.

Semianimesq; micant digiti ferrumq; retractant.

Colu. lib. v. Hæc eorumq; ſimilia poſt putationẽ retractanda ſunt, retro trahenda & remouenda.

Retribuo, recompendo, quaſi retro tribuo.

Retricam, aquam veteres adpellarunt qua horti irrigantur.

Retrimentum, à retero, is, uidetur eſſe, ſicut detrimentum à detero. Varro, Amurca quum ex olea eſt expreſſa, quæ eſt humor aquatilis ac retrimentũ condit. quod in uas fictile. Retrimentũ eſt excrementum, excultæ, & ſtercus. Macrobius lib. vii. In ventre fit prima digeſtio, cuius fæx retrimenta ſunt, quæ per inteſtina inferiora officio trudẽte labuntur. Idẽ aridiora retrimenta in aluum conuenire refert. humidiora in veſicam trahi, intelligens ſtercora & urinam.

Retrocedo, uide Cedo.

Retrorſum, retro uerſum. Horatius,

Retrorſum uela iterare curſus. Hinc

Retrorſus, a, um. Apul. lib. ii. de Aſin. Deniq; ſæpe retrorſa reſpiciẽs ſubſiſtit. id eſt, reflexa, obliquata retro conuerſa.

Retrudo, is, pen. prod. retro trudo. Plaut. in Epi. Cœpit rurſum uorſum ad illas pauxillatim accedere, quaſi retruderet hominum me uis inuitum.

Retundo, vide in dictione Tundo.

Reualeſco, is, ad ſanitatem redigor. Gellius, Quod in eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet.

Reuello, is, uide in dictione Vello.

Reuelo, as, pen. prod. cõtrarium eſt ſuo ſimplici uelo, quod tego ſignificat, ut, Reuela oculos meos. id eſt, aperi & detege.

Reuenio, uenis, pen. cor. retrò uenio, reuertor.

Reuereor, à uereor fit, & ſignificat honoro, à quo Reuerentia, quã tam in uerbis, quàm in factis alicui exhibemus. Vnde aliquã rem turpem nominaturi, dicere ſolemus, ſalua reuerentia, ſaluo honore, reuerentia ſit auribus ueſtris, honor ſit audientium auribus. Itẽ Reuerendus, dignus reuerentia, & Reuerenter, cum reuerentia. Ce.

Reuertor, deponens, & Reuertor, redeo, quaſi retro uerto. Cic. Appio, Conſcendens iam nauem Epheſo Laodiciam iam reuertit. Et lib. ii. Offi. Factus eſt alter eius ſiſtendiuas, ut ſi ille nõ reuertiſſet, moriendũ eſſet ipſi. Aliqñ reuerti ponitur ſimpliciter pro uertere, diuertere. Idẽ, Ad Chryſippi laqueos reuertamur, quum nihil de Chryſippo antea dixiſſet.

Reuiſo, is, redeo ut uideam. Teren. in And. Reuiſo qd agant, aut quid capiant conſilii. Plaut. in Tru. Num quid nam me uis aliud ut quando otium tibi ſit, me reuiſas. id eſt, ad uidendum me reuenias.

Reuiuiſco, is, reuixi, rurſum uiuus fio.

Reuoco, as, pe. cor. retrouoco, reduco, retraho, retrouertor, reſuſcito. Hieron. Nẽ illum uxoris lachrimæ, nec communio ſanguinis, non deſpectans cuncta ex alto Deus à ſcelere reuocat. id eſt, retrahit. unde & Reuocare pedẽ, dicimus non modò de animalibus, ſed etiam de fluminibus. Vergilius,

Cunctaſ & armis Rauca ſonans reuocatq; pedẽ.

Salluſt. Sæpius uindicatũ eſt in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnauerant, quiq; tardius reuocati prælio exceſſerant, quàm qui ſigna reliquerant, aut pulſi loco, cedere auſi erant. Id eſt, retro uocati. Plau. in Cur. Poſtquàm hæc mihi narrauit, abiit ab illo, reuocat me illicò. id eſt, ut redeam uocat. Lact. lib. iiii. Iacentia mortuorũ corpora erexit, eosq; nominibus ſuis iclamatos, à morte reuocauit. id eſt, reſuſcitauit.

Aliquando

Aliquando Reuocare, ſignificat per vices mutuo vocare. Varro, Quod nobis miniſtrare pueri diebus feſtis dicet viſide, qui nos prouocare quum audeant, nos illos reuocare timemus. Huius compoſitum eſt Adreuoco. Cic. lib. i Offic. Danda igitur opera eſt, ut ſi etiam aberrare ad alia cœperit, adreuocetur oratio.

Reuolo, las, pen. cor. retrò volo. Cic. lib. iii. de Natu. Deo. Aeque in tergo præuolãtium colla & capita reponunt, quod quia ipſe dux facere non poteſt (quia non habet vbi nitaẽ) reuolat vt ipſe quoq; quieſcat. In eius locum ſuccedit ex iis quæ adſequitur, eaq; uiciſſitudo in omni curſu conſeruatur.

Reus, dr̃ quicunq; in litem adduciẽ, etiã ſi nihil admiſerit. id eſt, contra quem quiſpiam agit. Cic. lib. ii. de Orat. Reos adpello, non modo eos qui arguuntur: ſed omnes de quorum re diſceptatur. Vnde à re diciẽ Reus, quòd rei alicui obnoxius ſit: vel à re quã promiſit. Reum fieri (vt Aſcon. inquit) nihil aliud eſt, niſi apud prætorem legibus interrogari.

Reus agitur, qui adcuſatur.

Reus peragitur, qui damnatur. Plin. iunior, Dum ille peragitur reus, ſedimus Iureconſ. Peregiſſe reum non aliàs quis videtur, niſi condemnauerit.

Reus ſtipulando, qui ſtipulatur.

Reus promittendo, qui ſuo nomine quid pro altero promittit.

Reus uoti, inquit Macrobius qui ſuſcepto voto ſe numinibus obligat.

Rex (vt philoſophus Speuſip. ait) imperans eſt ſecundũ leges ſubiectus, irreprehenſibilis, ciuilis ordinis inſtitutor. Vnde Reges dicuntur qui regna Poſſidẽt. Regna verò vocantur integræ regiones, quæ ab vno rege poſſidentur, vt Gallia regnum eſt & qui Galliã poſſidet rex Galliæ dicitur. Sic enim olim diſtinctus erat orbis terrarum, vt ſingulæ ferè regiones regna dicerentur, & reges proprios haberẽt, à quibus ipſæ regiones adpellatæ, quos ad faſtigium maieſtatis, nõ ambitio popularis, ſed virtus & ſpectata inter bonos moderatio prouehebat. Dici tamẽ reges poſſunt, etiã ſi vnius tantum vrbis imperium habeant. Sic principio Reges Romanorum, dicti ſunt quibus imperium vrbis permittebatur. Hinc Interrex, qui poſt prioris deceſſum interea regis locũ tenet, donec nouus præficiatur. Aliquando Rex ponitur pro domino, quãuis etiam per tyrannidem occupauerit imperiũ. Aliquando pro potentiore, & eo quem nobis veluti in patronum eligimus, quem ſequamur. Mart. Qui rex eſt regem maxime non habeat. Colum. An honeſtius mercenarii ſalutatoris mendaciſſimũ aucupiũ circũuolitanti limina potentiorum, ſomnium q; regis ſui rumoribus aucupantis, Neq; enim roganti quid agatur intus reſpondere dignantur ſerui. Aliquãdo pro diuite. Horatius, Siue reges Siue inopes erimus coloni. Terent. in Phorm. Regem me eſſe oportuit.

R ANTE H

Rha, fluuius, à quo nomen medicamento notabili (vt Ammianus inqt) quòd Rheon ſeu Rha barbarum aeq; Ponticum uocatur.

Rhachinon, genus phalangii diciẽ, ore nigro, minimo, ſub albo, pedibus breuiſſimis tanquàm imperfectis, dolorem morſu qualem ſcorpio facit. &c.

Rhadamãthus, Iouis ex Europa filius, & rex Lyciæ, q quod ſeuerus fuerit, & iuſtitiæ executor, fingitur à poetis apud inferos nocentum explorare culpas. De quo Vergilius libro ſexto,

Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna,
Caſtigatq; auditq; dolos, ſubigitq; fateri.
Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Rhagades, & Rhagadia, uocãtur ſciſſuræ, quæ in ſede & pedibus proueniunt. Dictæ Rhagades, à verbo Græco ῥηγνύω, quod ſignificat abrumpo. De hoc in dictione Condylomata. Comedo vulgariter manzadure de muro.

Rhagæ, arum, nomen ciuitatis Medorum ab auulſione terræmotus.

Rhagion, ſignificat apud Græcos acinum paruum.

Rhamnetes, nomen proprium viri.

Rhamnuſia, indignationis Dea, quam Græci νέμεσιν vocant, nam quum Narciſſus formæ bonitate abuteretur, ſuperbius, rectè fingiẽ eiuſmodi Dea aduerſus eum, qui præſentibus bonis ſit indignus. Nemeſis inquam indignationem ſignificat, cuius ſimulachrum pulcherrimum eo in loco colebatur. Quod quidam marmoreum tradunt, à Phidia, vlnarum in altitudine decem factum. De hac Ouid. lib. v. de Triſtibus,

Exiget ad dignas vltrix Rhamnuſia pœnas.

Rhamnus, cum h, genitiuum facit Rhamnuntis, ſicut Amatus amathũtis, Trapeſus Trapeſuntis, eſt Atticæ regionis pagus, ex quo formatur Rhamnuſius, a, um, quod eſt ex Rhamno. Terent. in And. Hoc certe ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat, vnde Rhamnuſia Dea.

Rhampſinitus, nomen proprium regis Aegypti, ut Herodo. lib. ii Hiſto. refert.

Rhea, cœli & terræ filia, quæ alio nomine Cybele dicitur.

Rhea Sylula, filia fuit Numitoris. Remi & Romuli mater.

Rhebantus, fluuius in faucibus Boſphori Thracii, vt Plinius lib. v. teſtatur.

Rheda, vocabulum Gallicum, ut inquit Quint. Et ſignificat carrucam. Vnde à Cicerone Rhedarius, dictus eſt auriga rectorq; ipſius rhedæ, inde Epirhedium.

Rhegyum, oppidũ ſitum in margine Italiæ, cui Græci nomẽ dedere, à fractura per y, Rhegion enim Græce abruptũ dr̃. Hic enim Sicilia auulſa abruptaq; eſt ab Italia, Trogus quoniam (inquit) Græce abrupta hoc nomine pronuntiantur, Græci à dehiſcendi argumẽto nomen dedere. Olim Rhegynæ ciuitatis ingens fuit potentia, ob eamq; cauſſam nomẽ ciuitati factũ eſſe autumãt, quaſi regia urbs foret. Vnde & Strabo ſcribit quoſdam exiſtimaſſe à quodam rege dici potuiſſe. Sicq; abſq; adſpiratione ſcribendum eſſet. Ab hoc Rhegyo, dicti ſunt Rhegyni. Eſt aliud Rhegium ciſalpinæ Galliæ oppidũ, non longè à Parma & Mutina, à Lepido inſtauratum, quod & Rhegium Lepidi pro differentia alterius dicitur, à quo Rhegiẽſes: ſed melius dicitur Rhegium Longobardiæ.

Rhemi,populi Galliæ, vnde precioſiſſimũ telæ genus Rhemenſe, communicata aliis quoq; Galliarum populis textrini gloria.

Rhenones,veſtes pellicæ, præcipue ferinæ, ad uſum humanũ redactæ, dictæ quòd calidos teneant renes, ſiue quòd ῥήν pellis dicitur, quòd Rhenani populi hiſce peculiariter vtebantur. Cæſ. com.vi.ſcribit Germanos vti paruis rhenonum tegmentis.

Rhenus, & Rhenum vtroq; modo dicitur pro fluuio Galliæ, qui de iugo Rheticarũ alpium vſq; in Oceani profunda curſum ſuum dirigit, Romanis memorãdus aduerſum feras gentes murus imperii. Vergilius, Rhenusq; bicornis. Horatius,

Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.

Rheon,idem quod rha barbarum, quod vulgò Rheubarbarum dicitur.

Rheſus,rex Thraciæ, quem Homerus ſcribit quum eqs albis in auxilium Troianorum veniſſe, & à Diomede interfectum. Quo nomine etiam dictus eſt quidã Troianus fluuius.

Rheti,populi à Thuſcis cõditi, qui duce Rheto, à Gallis pulſi, alpes occupauerunt, & à nomine ducis Rheto condiderunt Rhetiam. Hinc Rheticæ vites, & Rheticum vinum, quod inter generoſa Italiæ vina numeratur. Quod (vt Strabo lib.4.ſcribit) in montanis Rhetorum radicibus naſcitur, qui populi Veronam, Comumq; uſq; peruenerunt.

Rhetis,regio Europæ eſt, quæ (vt lib.ii.Ptol.refert) ab Occaſu limites habet montem Adulam, & fontes Danubii & Rheni, ab Ortu Lycium fluuium qui in Danubium exit, & Rhetiam à Vindelicia diuidit, à Septentrione Danubiũ, à Meridie alpibus terminatur ſupra Galliam ciſalpinam. Poſt Rhetiam, verſus Oriẽtem ſequitur Vindelicia, cui Noricum adhæret, Enotantum fluuio diſiuncta. Quidam eam Bauariam adpellant.

Rhetor, Latine orator, quanquàm differãt, quòd orator ſit, qui in iudiciis & cõcionibus cauſſas agit. Rhetor, qui Rhetoricen profitetur. Declamator, qui aut docendi alios, aut exercendi ſe gratia, fictã cauſſam agit, vt in veris poſtea cauſſis poſſit orare. Aliquãdo tamen Rhetor, ponitur pro oratore.

Rhetorica, oratoria.

Rhetoricor,aris, rhetorum more loquor. Hierony. cõtra Heluı. Rhetoricati ſumus, & in morem declamatorum paululum luſimus.

Rhetoricus, modo pro rhetore, modo pro oratore ſumitur.

Rhetoriſſo,as, rhetorice loquor.

Rhetus,gygas quem Dionyſius in leonem conuerſus occidit.

Rheuma,atis, ſeu Rheumatiſmus. Latine eruptio, ſiue fluxus dicit, à ῥέω, fluo. Ambr.lib.Hexam. Dicas ſi aſcendentes videas, rheuma quoddam eſſe, ita proruunt, fluctusq; interſecant per Propontidem in Euxinum pontum violento impetu profluẽtes, vnde & pituita dicitur quum fluat.

Rhexia,herba eſt efficaciſſima contra ſerpentes. Cc.

Rhibis,fruticis genus, quod & Siſamon adpellant, folio vitium, caule ferulaceo, ſemine ad ſimilitudinem Ricini. Cornucopiæ.

Rhieſes, ſiue Rhenes, vide Renes.

Rhinocerõ,ontis, & Rhinoceros,otis, animal quadrupes, habens in nare vnum cornu, vt ait Plini. Genitus hoſtis elephanto, cornu ad ſaxa limato, præparat ſe pugnæ, in dimicatione aluum maxime petens, quam ſcit ſuis ictibus peruiam eſſe. Solinus dicit repandũ eſſe, id eſt, recuruum eius cornu, & attritum cautibus in mucronem excitare, pugnare cum elephantibus, lõgitudine parem, breuiorem cruribus. Pauſanias adfirmat Rhinocerota duo habere cornua, alterũ inſigni magnitudine ex naribus extans, alterũ quod ſuperne erumpit exiguum quidem, ſed validiſſimum. Hinc ſagacem & prudẽtem virum naſum rhinocerotis habere dicimus. Martialis, Iuuenesq; ſenexq;

Et pueri naſum rhinocerotis habent.

Compoſitum nomen à ῥὶν, ῥινὸς, quod naſum ſignificat, & κέρας, cornu. Ponitur & pro quodã vaſe, oleũ gutatim fundente, lauantibus ſe in balneis. Mart. Geſtauit fronte modo me iuuẽcus rhinoceronta me potabis pleno gutto. A' Rhinoceron fit adiectiuũ Rhinocerontius,a,um. vt cornua rhinocerontia.

Rhipheus, vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius. Fuit & vir Troianus, de quo meminit Vergilius libro. ii. Aeneidos.

Rhizias, ſuccus eſt è radice laſerpitii profluens. Cc.

Rhodanus,pe.cor. fluuius Galliæ, à Rhoda Rhodiorum oppido, vt ait Plin. lib.iii. Hieron. in Comm. epiſtolæ ad Gala. Rhodam Rhodiorum coloni locauerunt. Vnde amnis Rhodanus nomen accepit. Adeò magni curſus eſt, vt vix aduerſa poſſit nauigari aqua. Ferunt hunc amnem ex alpibus oriri, quæ Italiam à Gallia diuidunt, non longè à fontibus Rheni & Danubii. Fertur per Lemanum lacum, & verſus Occidẽtem, per Galliam fluens, Ararim ſuſcipit. Inde ad Meridiem conuerſus, & Iſaram Druentiamq; ſuſcipiens, apud Heracleã, vno oſtio, & paulò vlterius, duobus aliis, in mare Tyrrhenũ irrũpit. De hoc Ambr.li. Hexa. Rhodanus rapido cõcitus curſu, Tyrrheni equoris freta ſcindit, in quo non mediocre fertur nauigantium periculum dũ iter ſe maris fluctus, et amnis fluenta decernunt.

Rhodia, Nymphæ nomẽ à fluẽdo. Eſt & ſpecies vitis, de qua Vergil. in.ii. Geor. Tranſierim Rhodia. Cc.

Rhodinum oleum, è roſis, quod Roſaceum noſtri nuncupauerunt.

Rhodinum vnguentum, quod fit oleo roſaceo.

Rhodites, gemma à roſa vocata. Cc.

Rhododaphne, roſa laurea.

Rhododendron, frutex, quẽ & Rhododaphnen nominant, folio ſimilis amygdalæ, ſed maiori pinguiorique ſemine patẽti. ῥόδον καὶ δένδρον. id eſt roſa & arbor.

Rhodogune, fuit filia Darii, quæ poſt mortem viri nutricem quæ illi ſecundas nuptias ſuadebat occidit.

Rhodonia, ῥοδωνιά. roſarium, id eſt, locus roſis conſitus, quod & roſetum dicitur, ut lilietum.

Rhodope, mons Thraciæ, à Rhodope Thracum regina vbi ſepulta. Vel à Rhodope Strimonis amnis fi

lis, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui & ipſe monti nomen dedit. Sed Ouidius ipſam Rhodopem conuerſam tradidit, quòd Deos appellaretur. Eſt & Rhodope Ioniæ ciuitas, cuius prima coꝛr. Ouid. Quà patet vmbroſum Rhodope glacialis ad Hæmū. At Rhodope, pro nomine proprio meretricis Thraciæ (quam Plin. lib. xxxvi. ſcribit feciſſe quæſtu ſuo pyramidem laudatiſſimam, & conſeruam fuiſſe Aeſopi, fabularum philoſophi) primum prod. Hanc etiam Rhodopin declinationis tertiæ vocant, vt nominatiuus ſit Rhodopis, idis. A Rhodope fit adiectiuum Rhodopeius, a, um.

Rhodophone, Syria dicta eſt in ea parte, qua tranſit Taurum montem.

Rhodora, herba quæ caulē habet uirgæ ficulneæ modo geniculatū, folia vrticæ, in medio exalbida, eadē procedente tempore tota rubentia, florem argenteū ad ſimilitudinem roſæ. Cc.

Rhodos, Latine roſa. Inde Cynorhodos, & Rhododaphne. Et Rhodos nomen vrbis (vt inquit Str.) ſuper Orientali promontorio ſita: dicta quòd capulo roſæ illic inuento ſit ædificata. Sa portubus olim & uiis & mœnibus & reliquis ornamentis tantopere cæteras ſuperauit, vt nulla putaretur æqualis, legū præſtātia, & naualis rei peritia adeò ualuit, vt annis multis Martis imperio potiretur, & pyratarum latrocinia ſuſtulerit. Quo etiam nomine dicta eſt inſula in qua ea vrbs, quam Plin. Lyciæ & primam cyclādum ſcribit eſſe, venientibus ab Oriente. Hæc inſula noningentorum, ac viginti ſtadiorum ambitu patet, inter Aſiaticas inſulas tertia. Nam Lesbus & Cyprus maiores habentur. Prius Ophiuſa dicta eſt, deinde Stadia, poſtea Telchinis, eò quòd Telchines inſulam incolerent, quos nonnulli maleficos, alii eximios artifices fuiſſe tradunt, qui æris & ferri fabricam inueniſſe dicuntur. Sunt qui hanc inſulam Carpathio mari adiiignant, vt ex Luciano verſu intelligi licet,

Rhodos Carpathium in pelagus ſe inclinat apertū.

Soli ſacra eſt, qui puellæ nomine Rhodiæ amore captus, Rhodum ab ea nominauit, vt Diod. li. vi. refert. Nam & Solinus autor eſt, nunquàm ita cœlum nubilum eſt, vt in Sole Rhodos non ſit. Aurum Rhodi pluiſſe ob felicitatem inſulæ cecinit Pindarus, vbi ſtudia liberalium artium & in primis oratoriæ facultatis floruerunt. In ea fuit admirādæ magnitudinis coloſſus, à quo poſtea Rhodii adpellati ſunt Coloſſenſes, ad quos Apoſtolus epiſtolam ſcripſit. In ea etiā vrbs opulentiſſima Lyndus, ex qua Cares ſtatuarius qui coloſſum extruxit. A Rhodus fiſit adiectiua Rhodius, & Rhodienſis, & Rhodiacus.

Rhœteus, cum œ diphthongis Troiæ, in quo Aiax Thelamonius ſepultus traditur.

Rhoicæ, mulieres quarum vuluæ rheumatiſmo, id eſt, fluxionibus laborant.

Rhoiton, à Græcis dicit̄ vinum quod è granis malorum punicorum exprimitur.

Rhombus, Græca uox eſt, ſignificat́q; figuram quadratam, ſolidam, cuius latera omnia ſunt æqualia, anguli vero obliqui tetrapleuros, id eſt, quatuor laterū.

Hic ſi in terram iactetur, uoluitur ad ſimilitudinem ferè cylindri. Vtebātur eo maleficæ mulieres ad deducendam Lunam, tortis filis conſecto. Ouid.

Quid torto concita rhombo Licia. Martialis,

Quæ nunc Theſſalico Lunā deducere rhōbo. Prop.

Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi.

Eſt & Rhombus piſcis genus. Iuuenalis,

Incidit Adriaci ſpacium admirabile Rhombi.

Ante domum Veneris. Item Rhombus eſt torques, ſiue machinula illa quam vertendo mulieres trahūt ad laniſicium nent.

Rhomphea, genus gladii. Valerius Flaccus lib. vi.

Aequa q; nec ferro breuior, nec rhomphea ligno.

Rhopadron, herba quam et leontopetalon uocant de qua ſuperius.

Rhopalon, herba quæ & Nymphea & Heracleon, de quibus ſuperius.

Rhoxia, regio Septentrionalis quam Poloniæ & Sarmatæ ſuam eſſe dicunt.

Rhoxolani, populi Scythici vltra Danubiū, quos quidam Rhutenos eſſe putant.

Rhuteni, populi Galliæ Aquitanicæ, vt inquit Plin. cō termini Narbonēſi prouinciæ, de quibus Luca. lib. i.

Soluuntur flaui, longa ſtatione Rhuteni.

Rhymnus, fluuius à quo populi & montes Rhymnici dicti ſunt.

Rhyndacus, pen. cor. fluuius qui in pontum euoluit. Hinc Rhindacius, a, um.

Rhynton, Tarētinus nugator uiliſſimus in agendis præcipue fabulis, à quo Rhyntonicæ fabulæ dictæ ſunt.

Rhyparographus, ſordidarum rerum, humiliumq; pictor. Sic enim cognominatus fuit Pyreicus, pictor excellens quidem, ſed qui tonſtrinas, ac ſutrinas, aſellos, opſonia aliaq; huiuſmodi humilia ſecutus: nam ῥυπαρὸν Græci ſordidum dicunt.

Rhytion, uaſis genus, Lunari ſpecie. Martialis,

In Rhytio poteris phœbe lauare pedes.

Rhythmus, Latine numerus, harmonia. Quintilianus lib. ix. de Inſtit. Sunt numeri rhythmi qui neq; finem habent certum, nec ullam in contextu uarietatem, ſed qua cœperunt ſublatione, ad poſitionem uſque decurrunt.

R ANTE I.

Rica, quadratum ueſtimentum, fimbriatum & purpureum, quo pro palliolo ſeu uitta utebātur Flaminicæ. Eſt & ueli genus quo mulieres capita tegunt. Dictum à ritu (vt Varro autor eſt) quòd Romano ritu ſacrificia fœminæ quū faciunt capita tegunt. Huius diminutiuum eſt Ricula, quod pro ſudario ponitur. Ricæ quoq; & Riculæ vocant parua recinia, vt palliola ad uſum capitis facta crinii. At recte adpellantur veſtimenta virilia, quæ patres liberis ſuis conficienda curant: honoris cauſſa, ita vſurpata, quòd à ſtantibus & in altum texantur.

Ricinus, & Ricinium, dicitur à reiiciendo, ueſtis antiquiſſima, quadrata (vt inquit Varro) cuius mediam partem retrorſum iaciebant. unde Recinati mimi. Seruius in Com. lib. i. Aeneid. Ricinus dicitur ab eo quòd poſt tergum reiicit. Feſtus Recinū eſt omne

veſtimentum quadratum. Idem etiam hi qui. xii. tabulas interpretati ſunt eſſe dixerunt. Qua toga mulieres vtebantur prætextum clauo purpureo. Eſt & Ricinus genus cucumeris, & vermis, canes acrius atque boues infeſtant. Varro, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt catulorũ aures, quod ricini ſoleant (ſi hoc vnguine non ſis vſus) eas exulcerare. Ab huius animalis ſimilitudine Ricinus dicitur herba inſtar arboris, quam Dioſcorides arboroſum fruticẽ vocat ſimilem ficui, ſed minorem, folia habentẽ ſimilia platano, ſed maiora lenia & nigriora, ex qua exprimitur oleum cizynium.

Rictus, us, & Rictum, non ſolum hiatum ſignificat, vnde verba exeunt: ſed pars illa, circa ipſum hiatũ, quæ in homine ridente, vel alio modo os torquẽte, lineis quibuſdam terminatur, vt maxime ſunt labia. Lactátius, Sic oris quoq; ſpecies & rictus, ex tráuerſo patefactus, quàm vtilis, & quàm decens ſit enarrari nõ poteſt. Putatur & Rictus eſſe figura, in ore ad tempus aliquo modo contracta, vel producta, vel inuerſa, vel extenſa, quæ paulò pòſt reditura ſit in naturalem formam. Eſt & communis tam beluis quàm hominibus. Horatius,

Ergo nõ ſatis eſt riſu diducere rictũ. Lucre. lib. v.

Moloſſum Mollia dicta pmiſit duros nudátia dentes. Aliquando accipitur pro roſtro. Vnde nonnulli à Græcis deductum uolunt, apud quos ῥύγχος roſtrum dicitur.

Rideo, des, riſi, riſum, ſine caſu conſtruitur ſecũdũ cõſuetudinem. Gell. lib. i. Rex, quaſi anus ætate deſiperet, riſit. Aliqñ ſignificat lætum eſſe. Vergil.

Mixtaq; ridenti colocaſia fundat achanto.

Quum autẽ adcuſatiuum habet, ſignificat derideo. Lact. lib. i. Si quis autem accepta ſapientia, depoſuerit errorem profectò ridebit ineptias hominũ penè demẽtium. Huius compoſita ſunt Arrideo, quod eſt in alicuius gratiam placide rideo, adplaudo, & lætitiam animi ridendo oſtendo. Ouidius,

Arriſit paries adueniente Dea. Terent. Arridens omnibus. Corrideo, ſimul rideo. Hiero. in Gen. Quicunq; audierit, corridebit mihi. Derideo, deludo, cõtemno, & cum irriſione ac contemptu rideo. Plau. in Aulula. Neq; ædepol ego te deriſum venio, neq; derideo, neq; dignum arbitror. Irrideo, Idem quod derideo. Terentius in Hecy. prol. Ne cum circumuentum iniqui irrideant. Obrideo. Subrideo, parũ ſeu latenter rideo. Omniaq; habent penultimam productam.

Ridicæ, pedamenta vinearum, quæ è quercu & iunipero ſolent fieri optima (vt Varro lib. i. de Re ruſt. docet) Colu. lib. v. Hic annus nondum uehementem palum aut ridicam deſyderat.

Ridiculare idem quod ridiculum. Plau. in Aſin. Mitte ridicularia. id eſt, deceptiones quæ deriſionem præbent, ſeu quæ riſu dignæ ſunt.

Ridiculum ſignificat ſermonem, riſum excitantem. Cice. lib. de Orat. Sæpe etiam ſententioſe ridicula dicũtur. Plautus in Sti. Me meum obtenturum ridiculis meis. Hinc Gell. formauit compoſitum Deridiculũ, Vt vel ipſa te quòd ita dicebat opprobare aduerſariis, & per facetias oſtentare faceret eos, deridiculũ quòd proinde Cælio formam crimini darent.

Ridiculus, dicitur qui aliis riſui eſt, & de quo alii rident. Iuuenalis,

Nil habet infelix paupertas durius in ſe,

Quàm quod ridiculos homines facit.

Interdum ſignificat eum qui alios ridere facit. Plau. in Sti. Vides ridiculos nihil fieri. Cicero, C. Sicinius homo impurus: ſed admodum ridiculus. Sic dicimus, iocos ridiculos. Plau. in Sti. Iocos ridiculos vẽdo, age licemini.

Rigeo, es, ui, frigeo, à quo Rigeſco, frigeſco. Per tráſlationem Rigeſcere capitur pro indurari, vel erectum ſeu contractum eſſe: quoniam quæ frigent, horrẽt & induteſcunt. Cice. lib. i. Tuſcula. Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calóre.

Vergilius libro ſecundo Georgico.

Æraq; diſiliunt vulgo veſteſq; rigeſcunt. Serui. Durant, vt ẽ. angi potius quàm ſcindi poſſe videantur. Huius compoſita ſunt Dirigeo, à quo Dirigeſco: Obrigeo, Obrigeſco, quod eſt totus frigore contrahor, & quaſi indureſco & rigidus fio. Columel. lib. v. Cõpeſcitur harundo, quum obriguit hyberno frigore. Sene. Ita mẽbra frigore obriguerant ut ſeminecem putaremus. Hierony. lib. ii. Reg. Ipſe ſtetit & percuſſit Philiſteos donec deficeret manus eius, & obrigeſceret cum gladio.

Rigidus, a, um, idem quod frigidus. Vergilius,

Tellurem Borea rigidam ſpirante moueri. Aliquádo ponitur pro duro, vnde rigidus homo, dicitur aſper & Rigiditas aſperitas. Aliquando pro erecto, quod non niſi ex duricie accidit. Idem,

Tum rigidas motare cacumina quercus.

Rigo, as, madefacio, adaquo. Hieronymus in Paulo: Talia eo loquente longæuus viator ubertim faciem lachrymis rigabat, quas magnitudo lætitiæ indices cordis effuderat. Huius compoſitum eſt Irrigo, as, de quo alibi.

Rigor, modo ſimiliter pro frigore, modo pro duricie. Vergil. Et ferri rigor.

Riguus, a, um, quod rigatur, ſeu quod rigari facilè poteſt. Col. lib. ii. de prato loquẽs. Eius (inqt) aĩaduertimus duo genera, quorũ alterũ eſt ſiccaneum, alterũ riguum. Siccaneum, quod rigari nunquàm, aut non facilè poteſt intelligo. Riguum, quod facilè.

Rima, fiſſura, & proprie Rimæ dicuntur exiguæ diſtantiæ tabularum in iuncturis. Vnde tractum eſt, vt omnes fiſſuræ Rimæ dicantur: & Rimas agere, findi. Huius diminutiuum eſt Rimula. Hieronymus per tranſlationem dixit. Si tenui cuiuſuis dilectionis rimula continuus inſidiatur diabolus, intuitum valet infigere.

Rimor, aris, & Rimo, as, ſecundum Priſcia. diligenter quæro, ſcrutor: quaſi rimulas quaſq; perquiro. Tractum à ſuibus, qui glandes rimantur de rimis terrarum. id eſt, fiſſuris. Vergilius lib. i. Georgico.

Dulcibus in ſtagnis rimantur prata cayſtri. id eſt, paſcũtur in pratis, & cibũ p oẽs rimas terræ perquirunt.

runt. Interdum Rimari eſt ſcindere, & quaſi in rimas agere. Idem, Ergo agrę raſtris terram rimantur.

Interdum explorari, ut apud eundem.

Rimanturq́; oculis habitatq́; ſub alto Pectore:

Rimoſus, a, um, quod eſt rimis plenum. Colu. lib. ix. Quicquid ab inferiore mox adpoſueris, fiſſum erit rimoſumq́;.

Ringo, is, xi, rictū, quod & Ringor dicitur, ſignificat os torqueo, quod canes faciunt dum latraturi ſunt, vel quum ex ira in rugas deducunt os. Hinc Ringi, pro iraſci, indignari, adlatrare, pulſare, conuiciari, murmurare ponitur. Terentius in Phormio. Quum ille & cura & ſumptu abſumitur, dum tibi fit quod placeat, ille ringitur, tu rides. Sidoni. Multum ringitur ocioſa uirtus. Dicitur autem Ringi à nariū tortura, Nam ῥὶν, naris dicitur: vt ſit Ringi quaſi narem agi. id eſt, torqueri. Hinc Rictus, us, & Rictum, de quo ſuprà.

Ripa, extremitas terrę, dicta quòd aquarum agitatione rumpat. Et ꝓprie eſt aquarum currentium. Littus ea pars quam alluit mare. Poteſt etiā lacuum & ſtagnorum eſſe, quę maris imaginem habent.

Ripę, ſiue Ripei, ſine h, montes Arcadię, quam addimus, quoties Ripheos montes Scythię ſignificamus. Vergilius,

Quiq́; Ripas letulumq́; tenent atq; arua Celenę.

Riparia, auis quę in ripis habitat. Plinius libro. xxx. Multo tamen efficaciſſime ripariarum pulli, ita vocant, in riparum cauis nidificantes.

Riphęi, montes Scythici, à ῥιπῶν (vt quidam putāt) id eſt, ventorū perpetuo iactu, vel ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν. id eſt, proiicere. Vergilius libro tertio Georgico.

Gens effrena virum Riphęo tunditur Euro. Et ῥιπίζω Gręce flo ſignificat. Vnde & Riphęi cum h, in prima ſcribūt, Riphęos populos Riphaath filius Gomer inſtituit, quos à ſe Riphęos nominauit, ut ſcribit Ioſephus libro primo.

Riſcus, (vt inquit Donat.) ciſta eſt ex pelle contexta. Seruı. vero ait eſſe feneſtram paruam in pariete. Teren. in Eunu. Abi ciſtellam domo adfer, cum monumentis: vbi ſita eſt in riſco.

Ritè, aduerbium, à Rito verbo ſecūdum Priſcia. & ſignificat rectè: quia nihil traditur ritibus, quod non rectum eſſe credatur: uel (ut inquit Varro) q̄a quod fit rite, id ratum & rectum eſt.

Rito, as, à ruo, is deducitur. Cuius compoſita ſunt Irrito, prouoco, & Prorito.

Rituales, Hetruſcorū libri, in quibus ſcriptum eſt, quo ritu vrbes cōderent, arę, ędesq́; ſacrentur: curię, tribus, & centurię diſtribuātur. Cc.

Ritus, tus, mos & adprobata cōſuetudo, quā oēs ratam hn̄t. Dr̄ etiā rites, is. Statius lib. xi. Theb.

Hei mihi primitiis ararum & rite nefaſto.

Riuales, & Corriuales, dicuntur ęmuli de mulieribus: quaſi in vnum amorē deriuantes. Terent. in Eunuc. Militem ego riualem recipiendū cenſeo. Tranſlatio vel à beſtiis quę ſitientes, quū ex eodem riuulo hauſtum petunt, prælium contra ſe inuicem cōcitant: vel à re ruſtica. Nam Riuales dicuntur ii, quorum agros riuus aliquis diſterminat, qui incertitudine & mutatione crebra curſus, lites ſæpe inter eos ſuſcitat: Et Vlp. Riuales qui per eundē riuum aquā ducunt, inter quos ſæpe contentio eſt de aquę vſu. Itē Riuales dicunt, qui in riuis habitant Columel. lib. ix. Datur camarus & riualis alecula, vel ſi qua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia.

Riualitas, dicta eſt ęmulatio illa inter amaſios. Cice. in Tuſc. Obtrectare vero alteri, aut illa uitioſa ęmulatione, quę riualitati ſimilis eſt.

Riuinus, idem quod riualis. Plaut. in Aſin. Cedit noctem filius riuinus amens ob raptam mulierem.

Riuus, à ῥέω fluo, locus depreſſus per longitudinem aquę currētis. Hinc Deriuo, as, & Corriuo, as. quod proprie de brutis dicitur, quum potandi gratia ad eundem riuum conueniunt. Huius diminutiuum eſt Riuulus, paruus riuus.

Rixa, nomē fictitiū à ringendo, quod eſt canū, qn̄ irritant. Hinc Rixoſus, a, um, contentioſus. Feſtus, Rictus rixę, rixoſe, ringitur, dici vidētur, quia in diuerſum rumpantur, contrariaq́; ſint recto.

Rixor, aris, iurgor, contendo.

R ANTE O.

Robigo, pen. prod. Dea quā Romani putabant robiginem auertere. Ouidius,

Flamen in antiquū lucum robiginis ibat.

Erat & Robigus Deus cui robigalia ſacra. vii. kalen. Maii fiebant, quoniam tunc ferè ſegetes robigo occupat, ut ait Pli. Eſt & Robigo morbus ſegetum, qui culmis frumētorum innaſcitur ex nimio humore, vt ait Varro. Verg. lib. i. Geor. Vt mala culmos Eſſet robigo. Seruius uero dicit: Rubigo genus vitii quo culmi pereunt, ſed abuſiue Robigo dicitur, Nam proprie Rubigo dicitur. Varro dicit uitiū eſſe obſcœnę libidinis quod vlcus vocatur.

Roboraria, antiq adpellauerūt oīa ędificia, ſepta, villas, q̄ incluſa hn̄t aīalia, à tabulis roboreis quibus ſepta erant antequàm mœnibus cingerentur. Cc.

Roboreus, a, um, quod eſt ex materia roboris. Colu. lib. xii. Materies ſi roborea eſt, ab vno fabro dolari ad vnguem debet.

Roboro, as, pen. cor. fortifico. Hierony. lib. ii. Regū, Roboramini & eſtote viri fortes. Hinc componitur Corroboro, quod eſt totum ſimul fortifico. Cicero Caſſio, Manebat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & vrbi & ocio diffiderem vrbano.

Robur, ſiue Robor, proprie ſpecies quercus eſt duriſſimę, etiam per tranſlationem ſumitur pro animi fortitudine, qua quis durat aduerſus pericula. Capitur & pro corporis firmitate, quę aduerſus omneis difficultates firmiter obnititur. Demum omnium rerū firmitatem, duritiamq́; Robur dicimus. Columel. libro. ii. Quod protinus exile natum ſit, nunquàm robur accipere manifeſtum eſt. Vnde Seruius dicit, omne quod forte eſt, robur vocamus. Vergil. libro. vii. Aeternaq́; ferri Robora.

Robus, apud veteres dicebatur rubeus: & bouem robum idcirco ruſtici uocabant. Vnde & materia, quę

plurimas huius coloris venas habet, dicta eſt robur, & homines valētes ac boni coloris, robuſti. Robus etiā genus tritici, maxime laudabile (ut inqt Colu.) quum & pondere & nitore præſtet.

Robuſtus, a, um, quod eſt multi roboris. Colu. lib. ii. Neq; dubium eſt ex robuſto ſemine poſſe fieri non robuſtum.

Rodo, is, roſi, roſum, proprie murium eſt, & ſimilium, qui dentibus ferè ſemper aliquid demoliuntur. Per tranſlationem quādoq; pro detraho ſumitur. Hier. in præfa. lib. Paral. Hæc pace veterū loquor, & obtrectatoribus meis tantum reſpōdeo, qui canino dēte me rodunt, in publico detrahentes, legentes in angulis. Huius compoſita ſunt Arrodo. Cice. pro Sex. Vt illa ex vepreculis extracta nitedula rempu. conaretur arrodere. Corrodo, Erodo, & Prærodo, quod eſt ante rodo. Colu. lib. quarto, Nam ſi ſæpius cacumina manu præfracta, aut à pecore prærosa fuerint in perpetuum corrumpuntur.

Rogamen, rogationem ſeu precem ſignificat.

Rogatores, poſtulatores & mendici, qui eleemoſynam poſtulant. Plautus, Vt rogator oſtiatim petam panem.

Rogatorius, tabellio. qui rogat quod quiſq; ſtipuletur, hoc eſt, promittat.

Rogito, as, frequentatiuum, ſæpe precor, & ſæpe ſciſcitor. Plin. Patrē adit, rogitat ut ſui miſereat. Vergil. Multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa. Hinc componitur Erogito, quod eſt valde ſtricte' ue rogito. Plautus in Capti. Ex hac ſtatua veruecea uolo erogitare meo minore quid factum ſit filio.

Rogo, as, poſco. Gellius, Crepidarium cultellum rogauit à crepidario ſutore. Quandoq; Rogare eſt quærere. Cice. Roga ipſum quemadmodum Arimini ego eum acceperim. Quandoq; orare, deprecari. Vergil. lib. vii. Littus q; rogamus innocuum. Quandoq; ſtatuere. Gellius lib. i. Lex dēinde Licinia rogata eſt Cicero lib. ii. Phil. Ego ad eam belli ciuilis cauſſam attuli, ego leges pernicioſas rogaui. Hinc Legis rogatio dicitur, quoniam rogare populū magiſtratus ſolebant, an id placeret, quod ſtatuerant: Hinc etiā Derogare legi, & Abrogare legem dicimus. Et rogationis nomine cōtinetur lex, plebiſcitum, & priuilegiū. Eſt enim quaſi caput & fons totius iuris popularis, nam Rogare populum, eſt agere cum populo In qua re hæc erant verba ſolennia. Velitis'ne, iubeatis'ne quirites ut hoc uel illud fiat. Vnde Rogatio, quaſi quædam interrogatio. Sueto. in Cæſ. Reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit. id eſt lege à Plotio lata. Componitur hoc uerbum cum ad, ut Arrogo: cum b, ut Abrogo: cum con, ut Corrogo. Cic. lib. iiii ad Heren. Si Prometheus cum mortalibus ignem diuidere vellet, ipſe à uicinis cum teſta ambulans, carbunculus corrogaret, num ridiculus uideretur? Cum de, ut Derogo: cum e, ut Erogo: à quo Supererogo: cum in, ut Irrogo: cū pro, ut Prorogo: quod eſt protraho, prolongo. Columel. lib. i. Quis enim dubitet eam maxime probatam haberi, ſine qua nemo noſtrum vel proſperæ vel aduerſæ valetudinis vitam prorogat? Cicero Appio, Illud pugna atq; enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. Prorogare imperium, ſignificat, noua rogatione in longiora tempora pferre. Cum ſub, ut Subrogo, quod eſt ſubſtituo. Quint. Quum defuncto patruo in eius locum ſubrogatus fuiſſes. Et omnia habent penul. cor.

Rogus, ſtrues lignorum, ad cremāda cadauera, dictus quod in eo Dii manes rogentur.

Roma, vrbs Italiæ, regina urbium & totius orbis caput. Hæc paruum ab initio oppidum fuit, à iuuentute Latina, Valentia adpellatum. Quod quum Euander ad ea loca ueniens extendiſſet, ſeruata prius impoſiti nominis ſignificatione Romam nuncupauit. Siquidem Græci ῥώμην, robur adpellant. Hierony. contra Iouī. Roma aſit fortitudinis nomen eſt apud Græcos, aut ſublimitatis iuxta Hebræos. Alii uolunt Troia capta quoſdam ex Achiuis in ea loca ubi nūc Roma eſt, deueniſſe per Tyberim. Dēinde ſuadente nobiliſſima captiuarum, cui Romæ nomen erat, incenſis nauibus poſuiſſe ſedes, & ſtructo oppido nomen ab ea uocaſſe. Alii Romam à Romulo dictam uolunt. Romulus uerò à Romula arbore, id eſt, ficu, ſub qua Romulus & Remus pueri, inuenti ſunt cum lupa præbente infantibus rumen, id eſt, mammam. Vel à ruminando, quòd æſtate ſub ea pecudes ruminabant. Sunt etiam qui Romulum & Remum à robore, ἀπὸ τῆς ῥώμης, adpellatos uolunt. A Roma fit Romanus, a, um, quod è Roma eſt, vel qui Romam inhabitat. Romanenſis, qui alibi ortus eſt, ſed in Roma uerſatur. Vnde Cato ſeu Varro in lib. de Re ruſt. Salem Romanenſem adpellat non Romæ factum, ſed qui Romæ uendebatur. Romæ ambitum uarie prodiderunt autores. Scribit Plinius diui Veſpaſiani temporibus milia paſſuum. 13. & 200. vrbis ambitum fuiſſe. Fla. autem Vopiſcus tradit Aurelii imperatorem ambitum vrbis ad triginta milia paſſuum ampliaſſe.

Romādui, (vt refert Volaterranus ex Ptolemæo) ſunt Normanni. Scribit Ptolomæus libro ſecundo capite nono.

Rumaniam, M. Ant. Sabellicus Thraciam uocat.

Romanula porta, erat in urbe habens gradus in Noualia ad ædem Volupiæ. Ce.

Romula, arbor dicebatur ſub qua Remus & Romulus pueri inuenti ſunt. Ce.

Romulus, nomen proprium eius qui Romam condidit, à quo Romulida, et Romulia tribus. Fuit et alius Romulus Grammaticus, qui ſublatis multis Græcis induxit Latina. Hic centeſimum exceſſit annum intus mulſo, foris oleo perunctus.

Ronchiſonus, penulti. corre. qui ſonat ronchos, & deriſor eſt. Sidonius,

Nec nos ronchiſonos rhinocerote notat.

Ronchiſſo, chiſſas, ſterto, Plaut. Cyatiſſat dum cœnat. dum dormit ronchiſſat.

Ronchus, ſtertentis ſonus, nomē fictitiū. Martial.

Maiores nuſquàm ronchi iuuenes q; ſenes q;,

Et pueri naſum rhinocerotis habent. Ponitur quandoq; pro deriſione.

Rorarii milites, qui armatura leui, prælium primi cõmittebant: quòd ut ante pluuias cœlum rorare ſolet, ſic illi ante grauem armaturam qui prodibãt, rorarii adpellabantur, qui & ferentarii.

Rorarium uinum, quod rorariis dabatur.

Roreſco, ſcis, à roreo, es, conuenit eſſe. Plin. lib. xviii. Aquilonẽ pronunciat terra ſicceſcens, ſed roreſcens repentè hauſtrũ immiſcet, humeſcens in rore oculto.

Roro, as, humorem inſtar roris paulatim demitto. Vergilius libro octauo.

Raptabatq; uiri mendacis uiſcera Tullus,
Per ſyluam & ſparſi rorabant ſanguine uepres.

Hinc compoſitum Irroro, penultima prod. quod eſt intus uel ſupra rorem ſpargo & madefacio. Idem li. pri. Georgic.

At cum Sole nouo terras irrorat Eous.

Rorulentus, a, um, quod eſt plenum rore. Colu. lib. vi. Cauendum ne aut Septentrionalibus uentis, aut rorulentæ, ſed ſiccæ ſeranẽ uites. Idem, Rorulentæ baccæ non legantur.

Ros, humor, qui ſereno tempore cœlo fluit: ſerena nocte, non gelu neq; ardoribus neq; uentis exiſtentibus. Ariſtote. lib. i. Metror. ſcribit rorem fieri ex uaporatione modica, quum pluuia ex largo uapore progeneretur. Apul. libro de Mundo, Ros nocturnus humor quem ſerenitatis tenuitas ſpargit, à Græcis dicitur δρόσος.

Roſa, flos è ſpina naſcens, qui propter pulchritudinẽ & ſuauem odorem Veneri ſacer eſt, & fortaſſe non abſurde. Hæc enim eſt cauſſa: quia ſicut roſa breui uiget, ita & uenerea uoluptas. Quo pacto autẽ Roſa, quæ prius candida fuit, cruore Veneris infecta purpureum colorem traxerit, ex Aphthonii fabella cognoſces. De roſis plura apud Plin. lib. xxi. inuenies.

Roſaceus a, um, quod ex roſa factum eſt. unde Roſaceum oleum, ex roſis. Plinius lib. xx. Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo & aceto, febrium ardores refrigerat.

Roſalia, coronæ è roſis factæ.

Roſarium, copiam fruticum ſignificat, vno loco roſas gignentium Plinius, Roſaria à Fauonio foſſa oportet eſſe.

Roſcius, pprium hiſtrionis nobiliſſimi nomẽ, à quo omnes in aliqua re perfecti Roſcii dicuntur.

Roſea, campus in agro Reatino: quòd in eo arua rore humida, ſemper feruntur.

Roſetum, idem quod roſarium.

Roſeus, a, um. ut roſeus color, à roſarum ſimilitudine, à quo & Roſeus pannus, roſea ueſtis. Plinius: Aſini, à coitu, ſpuma collecta, roſeo panno; & incluſa argẽto, venerem ſtimulat. Roſeæ, purpureæ genæ.

Roſidus, a, um, quod eſt rore perfuſum. unde Nox roſida dicitur quæ rore humecta eſt. Plinius lib. xviii. Quidam pridie rigãt prata, vbi ſunt rigua noctibus roſidis ſiccari melius. Similiter mala roſida quæ matutino rore humecta ſunt. Vergilius,

Sepibus in noſtris paruam te roſida mala,
Dux ego veſter eram, vidi cum matre legentem.

Roſmarinum, vocant fruticem, quem & libanotidem vocant, de quo Plinius & Dioſcorides. Cc.

Roſtellum, paruum roſtrum. Plinius, Muris roſtellũ. Columel. libro. ix. Animaduertat an pulli roſtellis oua percuderint.

Roſtrum, quo aues aliquid adprehendunt. Nec ſolum de auibus, ſed de reliquis quoque animalibus & de ipſo homine dicitur. Plin. Et mugilis roſtrum. Plaut. Ad vſq; roſtrum hominis. A' ſimilitudine autem roſtri auium, dicta eſt pars illa exporrecta atq; acuta, è prora, à quo naues ipſæ Roſtratæ dicuntur. Et ſicut ſcribit Liuius, Roſtra dictum eſt templum ſeu forum ante curiam Hoſtiliam, in quo erat pulpitum ornatum ex roſtris nauium Antiatum: ex quo loco cõcionari ſolebant. Vnde ſæpe legimus pro roſtris. id eſt, in roſtris. In eo enim loco roſtra ab hoſtibus capta & fixa erant.

Rota, à rotunditate, ſeu à ruendo: ruit enim facile in ſuos orbes. Rotæ etiam à Latinis dicuntur capræ, ut inquit Varro lib. ii. de Re ruſt. Huius diminu. eſt Rotula: Rotam Anacharſis Schytes, uel (ut alii uolunt) Hiſperbios Corinthius, inuenit.

Rotella, diminutiuum à rotula. Auguſt. Breuis etiam rotella orbiculus adpellatur.

Roto, as, verto. Columel. li. ix de pauonibus loquens Signa ſunt extimulatæ libidinis, quum ſemetipſum veluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis protegit. Idq; quum facit, rotari dicitur.

Rotundum, dicitur collectum, & per omnem circuitũ leue, ſine offenſione, aſperi anguli. dictum quaſi retundum à retundendo: quòd omnis vndiq; retuſa et veluti detornata ſit aſperitas. Habet enim quod rotundum eſt, vnicam ſuperficiem, in qua nec principium notari poteſt, nec finis. Rotundum etiam à radendo dici poteſt: quòd circum raſum atq; expolitũ ſit. Transfertur quoq; ad animum, & pro collecto, concinno, ac perfecto accipitur. Vnde ore rotundo loqui dicuntur, qui multa paucis exprimunt. Capacioris enim formæ uidentur horum verba, quàm eorum qui multis pauca dicunt. Horatius,

Grais ingeniũ Grais dedit ore rotũdo Muſa loq.

Gellius, Criſpum ſanè agmen orationis, rotũdumq; ac modulo ipſo numerorum venuſtum. Cice. Theodectes autem præfator, nec ſatis (vt ita dicam) rotũdus, primus inſtituit dilatare uerbis. Idem, Accedunt verba apte & rotunde diſpoſita. id eſt, collecta eleganter concinneq;.

R ANTE V.

RVbefacio, notæ ſignificatiõis: à quo rubefio. Rubellæ, vites adpellatæ ſunt, & Rubellæ uineæ: quòd vitiũ ipſarũ materia rubra ſit. Pli. lib. 4. Proxima dignitas Nomẽtanis, rubente materia. Quapropter qdã Rubellas adpellauere vineas.

Rubellum, vinum ſubrubeum. Martialis,

Et Veientani bibitur fex craſſa rubelli.

Rubro, rubes, rubui, rubeus ſum. Vergil.

Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis.

Hierony. Inter cadẽtia lilia & rubentes roſas.

Ruber, bra, brum, idẽ quod rubeus. Hora. lib. Serm.

Obſcœnoq; rubet porrectus ab inguine palus.

Rubeſco, rubens fio. Vergilius,
Iamq́ rubeſcebat ſtellis aurata fugatis.
Hinc cōponit Erubeſco, eiuſdē ſignificationis. Oui.
Tum pater vt terras mundumq́ rubeſcere vidit.
Transfertur ſæpenumero ad verecundiam. Verg.
Noſtra nec erubuit ſyluas habitare Thalia.

Rubeta, ranæ genus venenoſum, in ſicco ſemper rubens, & à rubis nomen trahit in quibus plerum que victitat. Iuuenalis,
Porrectura viro miſcet ſitiente rubetam.

Rubetum, locusruborum in quo rubi ſunt.

Rubeus, & Rufus, generalia nomina ſunt, ac omnia quæ quomodolibet rubent, & enim ſanguineus, croceus, aureus, oſtrinus, fuluus, flauus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, ſpadyceus, rubei ſeu rufi coloris ſunt, vt acuentes eum quaſi incendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes. Gellius libro primo, Sed quum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrum, aliter croci. Has ſingulas rufi varietates, Latina oratio, ſingulis ꝓpriisq́ vocabulis condemonſtrat, oīa q́ iſta ſignificat vna ruboris adpellatione, quumtñ ex ipſis rebus vocabula mutuētur, & igneum aliquid dicit & flammeum & ſanguineum & croceum & oſtrinum & aureum. Aliquando Rubeus ponitur pro ſpineus, à rubo, qui et vitiliſ vſu commendatur à Plinio, vel à rubis oppido Campaniæ, vt putat Vergilio verſu.
Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga.
Sunt tñ qui negāt Rubeū dici debere, ſed Rubentē.

Rubi, orum tantum pluraliter, oppidum Campaniæ, à ruborum frequentia, ſeu à colore ruboris. Horatius in Serm. Inde rubos feſſi peruenimus, vtpote longum Carpentes, Inde adferebantur rubea vimina pro fiſcellis. Vergilius,
Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga.

Rubia, herba, tingendis lanis ac coriis idonea, vulgò nota.

Rubicon, penul. cor. fluuius qui diſterminat Italiam à Gallia citeriore, quem Plin. in octaua regione Italiæ collocat, Suetonius in Cæſa. Conſecutusq́ cohortes ad Rubiconem flumen qui prouinciæ eius finis erat paulum conſtitit.

Rubicfidus, rubore plenus, ſiue abſide rubens. In quo alternitatis cauſſa (ut inqt Priſcianus) c, loco b, ponitur, ne ſit abſonum ſi rubibundus dicatur.

Rubidus, da, dum, quod eſt colore rufo, atrore multo mixtum. Aliqſi tamen Rhubidus, ſcaber atq́ aſper dicitur. Vnde à ſcabricie, panis ſecundò coctus, Rubidus vocatur, qui à nautarum uſu nauticus adpellatur. Plaut. Exiguam buccellam rubidi panis. Itē ſcortex ampullæ, rugoſæ, Rubidæ dicuntur. Quidam etiā Ruuidus ſcribunt.

Rubigino, as, pen. cor. rubiginem contraho. Apul. lib. iii. Flor. Profectò, vt gladius vſu ſpiēdeſcit, ſitu rubiginatur: ita vox in vagina ſilentii cōdita, diutino torpore hebetatur.

Rubigo, quæ in metallis ſitu quodam contrahitur arida & rubra, metallum paulatim abſumens, qualem in ferro videmus. Dicta à colore, nam veteres robum, rubeum dicebāt. Ærugo uero, proprie fit in ære, ſicut ferrugo in ferro, & contrahitur ex humore non ruſa & ſicca, qualem diximus rubiginem eſſe, ſed viridis atq́ humida. Inde fit Rubiginoſus, a, um. vide in dictione Robigo.

Rubor, ipſe color rubeus, qui & Rubedo dicitur.

Rubrica, pe. pro. terra ſubei coloris, & minio ꝓxima. Col. li. 3. Oēs arbuſculas priuſquàm trāsferas, rubrica notare conuenit, vt quā ſerentur, eaſdem cœli partes adſpiciant, quas etiam in ſeminariis conſpexerāt. Hac legum tituli & capita notabantur. Perſius, Præſertim ſi quid maſuri rubrica notauit. Hinc

Rubricatus, ta, tum, quod eſt rubrica infectum. Hiero. in Ezo. Pelles arietum rubricatas.

Rubriceta, vulgò roſetum dicitur. Plaut. in Truc. Buccas rubriceta omne corpus intinxit tibi.

Rubrum mare, dicitur, quia aquas rubere credebant. Quidam à Solis repercuſſu, exiſtimarūt talem reddi colorem. Alii ab arena terraq́. Quod Latini Rubrū mare nuncupāt, Græci Erythræum vocant. Erythros enim rubrum Latine dicitur. Curtius ab Erythro rege inditum eſſe nomen exiſtimat.

Rubus, ſentis genus, mora agreſtis, ſic enim à ruſticis in Italia adpellatur. Horatius lib. i. Carminum,
Seu virides rubi. Serenus,
Manditur apta rubus gingiuis & bona labris.

Ructo, as, à quo Ructito, frequentatiuum. vide in dictione Eructo. & ibidem vide Ructuo, as.

Ructus, eſt proprie digeſtio cibi, & cōcoctarum eſcarum in ventum efflatio. Plaut. in Pſeud. Perigin' tu ructare in os, Suauis mihi ructus eſt.

Rudatum, pro rudimento poſuit Apuleius.

Rudens, à rudo, dis, participium eſt: quando q́ nomē ſubſtantiuum, tam maſcul. quàm fœm. generis. & ſignificat funem nauticum, quoniam quum funes vento agitantur, rudere videntur. Tametſi primæ ſyllabæ quantitas non ſeruetur. Vergilius,
Inſequitur clamorq́ virum ſtridorq́ rudentum. Catullus, Candida q́ intorti ſuſtollant vela rudentes.

Ruderarium cribrum, vilius, & furfurarium, & ad ruderam expurganda adcommodatum, quaſi ſtercorariū. Apul. dixit econtrario liberale pani ganratiori conficiundo, perquàm adcommodum Polinarium dicitur Plauto & cæteris. hoc pollinem, hoc eſt, florem farinæ trāſmittit. Bo ſiliginarii vtunt & polintores. Qui ruderarium cribrū facie & rudiora linteamina, Rudiarius uocatur.

Rudero, as, eſt rudus induco. Victruuius, Ne minori ſaxo, quàm quod poſſit manus implere cruſtuminationibus inductis ruderetur. vnde Ruderatus ager, dicitur qui veterum ædificiorum materia ſcatet. Pli. lib. xxi. Roſam ſiccis locis, quàm humidis odoratiorem conſtat naſci: ſerendam nec pinguibus nec argylloſis locis contentamq́ raris, proprie q́ ruderatum agrum amare. Eruderare verò, eſt rudus eiicere.

Rudetum, plenū rudere: ſiue terra quæ prius rudis fuerat & inculta, tum autem arata. Cato: Lentem in rudeto & rubricoſo qui herboſus non ſiet, ſerito.

Rudiæ, rudiarum, vrbs Salentinorum. Sylius,

Miſerunt Calabri Rudiæ genuere vetuſtæ.

Rudiarii, dicti ſunt qui impetrarunt miſſionem artis gladiatoriæ, donati rude. Sueton. in Tib. Rudiariis quoq; quibuſdam reuocatis autoramento centũ milium dedit. Itẽ Rudiarii, dicuntur qui ſaga ruuida & noua poliunt. Itẽ qui ruderarium cribrum facit, & rudiora linteamina, Rudiarius dicitur.

Rudicula, diminutiuum, parua virga, impolita ad multa vtilis. Cato, Igni bene coquito rudicula, agitato crebro, uſq; adeò dum fiat tam craſſum quàm mel. Plin. lib. xx. Non eſt opus in hoc vſu lanas rudiculis eſſe curatas. Item Rudicula (vt Colu. inquit) eſt organum erectæ tabulæ ſimile.

Rudimentum, principium, ſiue prima diſciplina, quæ rudibus committitur: quod & tyrocinium & nouitas adpellatur. vt rudimentum ſeruitii. apud Pli. Rudimẽtum lucis pro initio uitæ.

Rudio, dis, rudiui, & rudii, ruditum, rudem doceo. vñ Erudio, qđ eſt ꝑfecte, q̃ rudes ſcire oportet, doceo.

Rudis, fœm. gene. virga qua gladiatores ſexagenarios, ab eo munere prætor eximebat, quòs quaſi probi fuiſſent, qui multa reportaſſent lemniſcata, Tiberius ad maiorem ludorum ſuorum magnificentiam reuocatus, centenis numũ milibus donauit. Cicero in Phil. Tam bonus gladiator, rudem tam cito accepiſti. Rudibus autem ſolitos pugnare gladiatores, teſtis eſt Lampridius, qui ait Commodum in arena rudibus, inter cubiculares gladiatores depugnaſſe. Quoniam vero hi gladiatores, dum libertate donabãtur, ne gladiaturam amplius exercerent, uirga donari ſolebant: factum vt pro libertate & pro fine, rudis aliquando ponatur. Iuuenalis, Ergo ſibi dabit ipſe rudem. Aliquando ponit' pro rutabulo, ſiue impolita uirga. Pli. lib. 34. Vritur in platinis per laminas minutas, cum ſulphure, verſatũ rudibus ferreis aut ferulaceis.

Rudis vero adiectiuum, idem eſt quod recens, impolitus, imperfectus, durus. Transfert' inde ad animum, Rudesq; illi dicuntur, qui adhuc animum non expoliuere diſciplinis, & doctrina, rerumq; uſu. Terent. in Phormi. Adeon' te eſſe ingenio rudi & inexorabili. Pli. lib. i. Sedere cœpit ſententia hæc, pariterq; & eruditum vulgus & rude in eam curſu uadit.

Ruditas, imperitia, & obtuſitas ingenii.

Rudo, rudis, rudi, proprie ad aſinos pertinet. Nam Rudere aſini dicuntur, quum uocem emittunt. Perſius,

Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Abuſiue & de leonibus, & de hominibus dicitur. Verg. Sera ſub nocte rudentum. Et alibi.

Incluſumq; cauo ſaxo atq; inſueta rudentem.

Vbi ſciendum quod apud Vergilium ru, ſyllaba breuis eſt, quum apud Perſium producatur.

Rudus, eris, duplex eſt: nouum ſcilicet & vetus. Nouũ rudus, eſt materia pauimẽti, hoc eſt, ſaxa de nouo cõtuſa, ſeu teſtæ confractæ, cum calce ad pauimentum faciendum. Victruuius lib. vii. Deinde ruderi nouo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur, calcisq; duæ partes, ad quinq; mortarii mixti, omnibus præſtent reſponſum. Vetus Rudus, eſt materia ueterum pauimẽtorum & diruptorum edificiorum, quæ lapidibus & teſtis confractis, calceq; arena cõmixta conſtat. Pli. Complanatæ ueteri ruderæ erãt uiæ. Item Rudus, dicitur ſtercus quod raditur. Et Rudus, ſiue Randus, & Randuſculus à ueteribus dicebatur æs, res rudis aſpera & impolita. Vnde Feſtus, Ráduſculana porta Romæ dicta, quòd rudis & impolita ſit.

Rufeo, es, à quo Rufeſco, rufus fio. Pli. Grues ſenectute nigreſcunt: merula ex nigra rufeſcit.

Ruſo, rufas, rufum facio. Plin. Eadem rufat capillum.

Rufuli, adpellati ſunt tribuni militum, non à populo, ſed à conſule facti, quòd de eorum iure Rutilius Rufus legẽ tulerit. Hi poſtea mutatione unius literæ Rutuli ſunt adpellati.

Rufus, color non plenè ruber. Martialis,

Roma magis fuſcis veſtitur Gallia rufis.

Eſt & Rufus nomen proprium, à quo per diminutionem fit Rufinus.

Ruga, non ſolum in corporibus dici ſolet, quæ fit præ ſenectute: ſed etiã in ueſtibus, uulgò falda. Pli. li. 35. Præterq; in ueſte rugas & ſinus inuenit. Ruga exterior eſt, ſinus interior. Cicero in Catone: Non cani, non rugæ repente autoritatem arripere poſſunt.

Rugio, gis, rugiui, & rugii, unde Rugitus, qui proprie leonis eſt, quum uocem emittit. Hierony. Amos. iii. Leo rugiet, quis non timebit? Hinc componitur Irrugio, gis.

Rugo, as, rugas contraho. Plautus in Caſſ. Vide palliolum ut rugat. Huic contrarium eſt Erugo, penult. cor. Plin. lib xxi. Furfures in facie emendant & erugant corpora.

Rugo, is, xi, ctum, ructum emitto. Cuius cõpoſitũ eſt Erugo à quibus Ructo, & Eructo frequentatiua, & Ructito, & Ructuo, de quibus in Eructo.

Ruina, caſus, excidiũq; dicit'. Nam (ut inquit Hieron.) Ruina eſt quum parietes domorum diruũt. Hinc Ruinoſus, a, um, quod eſt ruinis plenum, hoc eſt, caſurũ. Aug. li. i. Conf. Anguſta eſt domus animæ meæ, quò uenias ad eam dilatetur abs te. Ruinoſa eſt refice eã. Accipitur & Ruina pro tonitru.

Rulla, inſtrumentum ferreum, ſtimulo ruſticorum additum, ad uomerem detergendum. Pli. Purget uomerem ſubinde ſtimulus cuſpidarius rulla. Eſt autẽ diminutiuũ à runa, quod eſt teli genus. Ennius, Runata recedit, id eſt, runis preliata. Habet autem hoc telum latiorem cuſpidem.

Ruma, à ueteribus dicebatur mamma. Et Ruma gutturis pars eminens. Serui. Ruminatio dicta eſt, à ruma eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus à certis reuocatur animalibus.

Rumen, eminens ſub mẽto gutturis pars, qua cibus in aluũ demittit'. Inde fit Rumino, nas, Eſt & Rumen mamma. Pli. lib. xv. Quoniã ſub ea inuẽta eſt lupa infantibus præbens rumen. Ita enim vocabãt mammã. Nonius docet Rumen eſſe locũ in uentre, quo ſumit' cibus & unde redditur. Pomponius: Ego rumorem parui facio dum ſit rumen qui impleam.

Rumentum, abruptio.

Rumex, lapathii ſylueſtris genus, cuius ſuccus ĩpoſitus ſcabiei, ſtatim illam purgat. Vergilius in Moreto:

Fœcundusq́. rumex maluæ uiolæq́ virebant.

Et Rumex genus teli, ſimile ſpari Gallici. Lucilius,
Tum ſpara tum rumices portantur tragula porrò.

Rumia, dicta eſt Dea, quæ rumis. id eſt, mámis, hoc eſt, pueris lactentibus præſidebat. Varro: Non negarim inquam ideo apud diuæ Rumiæ ſacellum à paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolent ſacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus.

Rumifero, as, rumoré fero, quod & Rumigero, as, dr. Plaut. in Amph. Thebani verò rumiferant probam. Rumigero nonnulli uſurparunt, & Rumito. Neuius: Simul alius aliunde rumitant inter ſeſe. Cc.

Rumigare, idé eſt quod ruminare, & quod Quintil. ac Plin. aiunt, remandere & commanducare. Apul. lib. 4 de Aſin. Iam ferè tertium palàm rumigabam.

Rumigerulus, pen. cor. qui rumorem gerit.

Ruminalis, ficus, ſub qua lupa Romulo & Remo dr mammam præbuiſſe, q̃ & Romula uocitata eſt. Oui.
Romula nunc ficus Rumula ficus erat.
Siue quòd ſub ea pecudes æſtatis tépore frigora captantes, herbas ruminare conſueuerunt.

Rumino, as, pen. cor. & Ruminor, deponens, ſignificat reuomo ac ruſus conſumo, quaſi cibũ ad rumen reuoco, iterumq́ conficio. Colu lib. vii. Propter quæ bos neq; ruminat, neq; lingua ſe deterget. Per tranſlationem ponitur pro in memoriã reuoco. Varro, Nõ modo abſens de te ſæpius cogitabit, ſed ruminabit humanitatem tuam.

Rumis, máma. Varr. Antiquo vocabulo máma rumis.

Rumo, as, lacto: quaſi mammã immitto, à quo Irrumpo, & Subrumari agni dicuntur, qui ad mammam admouentur.

Rumor, ſermo in populo, ſine certo autore in bonum uel in malum de recenti diſperſus re. Cice. in Phil. Improbiſſimis rumoribus diſſipatis. Terenti. in Andria, Meum gnatum rumor eſt amare. Aliquando ponitur pro fauore. Vergilius,
Ergo iter inceptum peragunt rumore ſecundo.

Rumpo, pis, rupi, ruptum, frango. Verg. lib. x. Rumpimus inuiti tua vincula. Rupiſſe eũ vtiq; accipiemus, qui vulnerauerit, vel virgis, aut loris, pugnis'ue ceciderit, vel telo, vel quo alio vt ſcinderet alicui corpus, vel tumorem fecerit. Interdum Rumpere ponit̃ pro defatigare. Teren in Hecy. Vt me ambulãdo rumperet. Interdum pro diſſicere. Vergilius,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Rumpere, ſilentium, & Rumpere vocem, eſt loqui, ſed diu tacita proferre. Vergilius,
Quid me alta ſilentia cogis Rumpere?
Rumpere moras, eſt auferre. Vergilius libro tertio Georgicorum, En age ſegnis Rumpe moras.
Huius verbi compoſita ſunt, Abrumpo, Corrumpo, Dirumpo, Erumpo, Irrumpo, Interrumpo, Perrumpo, & Prorumpo.

Rumpotinus, genus arbuſti Gallici, inquit Colu li. vi. Et alibi: Arboribus rumpotinis frumentum non inſeritur, ſi in vtranq; partem viginti pedũ ſpatia interueniunt. Cæterum adpellatio rumpotini hodie quoq; durat in Liguria & Inſubria. Hinc Rumpotinetũ, vbi rumpotini ſunt.

Rumuſculus, diminutiuum, paruus rumor.

Runcinæ, penultima producta. apud Plin. ſunt maiores ſerræ, quibus fabri materiarij ſecant arborum moles ſubiectis canteriis. Sed & Runcinos agreſte vulgus, dicit minores equos ex hac fortaſſe runcinarum origine. Runcina etiam romphea ferrea & ligo ad dumeta excidenda. Plaut. Deruncinare vſurpat pro diſſecare, diſſipareq́, & runcando excidere, & mundiere excolere. Præterea Runcina putabatur Dea, quæ runcationi præeſſet. Auguſtinus lib. 4. Ciui. Dei: Quum runcantur. id eſt, à terra auferuntur. Deam Runcinam præfecerunt. Veteres etiam Runcam pro Runcina dixerunt.

Runco, cas, eruo, euello. Cornutus, Runcari proprie ſegetes vel herbæ dicuntur. Colu. lib. ii Frequẽtem tñ exigunt ſarritionem & runcationem, vt herbis liberẽtur. Hinc componitur Erũco, quaſi extra rũco, à quo Aberunco, de quo ſupra.

Ruo, rui, rutum, & ruitum. Ruere proprie eſt cõcidere. Vergil. Ruit alto à culmine Troia.
Per tranſlationem quandoque ponitur pro effundi.
Idem libro ſexto,
Vnde ruunt totidem uoces reſponſa Sibyllæ.
Quandoq; pro decipi. Cic. lib. 3. Offic. Sed hoc non eſt emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudẽ incurrere. Quandoq; pro euertere, diruere, cõplanare. Et ſic habet adcuſatiuum, quum alibi abſolutum ſit. Verg. lib. i. Georgic.
Quid dicam iacto qui ſemine comminus arua
Inſequitur, cumulosq́ ruit male pinguis arenæ?
Quandoq; pro feſtinanter ire, ſeu in præceps ferri, & ſine cautela in aliquem impetum facere. Idem lib. v.
Quò moriture ruis, maioraq́ viribus audes?
Quandoq; pro impellere. Terẽt. in Adelph. Cæteros ruerem, agerẽ, raperem, tunderẽ, proſternerem. Quãq; pro eruere, eleuare. Plin. Herbas ruentibus limumq́ redunca vt ſuum generi. Verg. lib. xi.
Confuſa ruebant Oſſa uocis. Quandoq; percrepare. Idem, Ruit arduus æther. Id eſt, tonitru percrebat. Sic Ruina pro tonitru. vt, Cæliq́ ruina. Huius compoſita ſunt Adruo, Corruo, ſimul ruo, ſiue deorſum me totum deiicio. Liuius lib. i. Duo Romani ſuper alium alius vulneratis tribus Albanis expirantes corruerunt. Diruo, varie ruo. Terentius in Adel. Hanc in horto maceriam iube dirui. Liui. lib. i. Iam fragor tectorum quæ diruebantur vltimis vrbis partibus audiebatur. Eruo, Irruo, Obruo, & Subruo. Sciendum eſt quòd Ruo quum ſit neutrum, inuenitur habere ſignificationem actiuam. Vergil. Et ruit atram
Ad cœlum picea craſſus caligine nubem.
Ex quo etiam Eruo, Diruo, & Obruo, actiua ſunt. Et omnia habent per ultimam ſupini correptam.

Rupes, ſunt præruptæ partes terræ, propter altitudinẽ ac procliuitatẽ inacceſſæ: quòd veluti abruptæ ſint, à rumpendo dictæ, quales ſunt quæ in torrentibus fiunt. Vnde fluminum quoq; altiores atq; inacceſſæ ripæ, Rupes dicuntur. Nam ripæ planæ ſunt, quas Vlpianus definit eſſe quæ flumen continent naturalem

curſus ſui rigorem continentes. Rupes propriè de mõtibus dicuntur.

Rupicapra, capra ſyluſtris. Cc.

Ruptus, pta, ptum, præter ſignificationes, à rumpo ſumptas, etiam ſignificat delaſſatum, & membris fractum ex diutino labore. Apuleius, Quouſq; ruptum iſtum aſellum, nunc etiam claudum, fruſtra paſcemus? Aliàs Ruptus, dicitur veſtibus laceris, pannoſus. Martialis, Qui ſanet ruptos, dic mihi Galle quis eſt?

Ruralis, & hoc Rurale, quod ad rus pertinet. Ambroſius libro de Paradiſo, Et quamuis paradiſus operibus ruralibus non egeret, tamen in paradiſo ſpeciem laboris ſuſcepit. Ruralibus autem Diis Mercurio Panią; ſacrificabant placentas & vinum. Vnde Leonides in Epigrammatis,

Αὖλια καὶ νυμφῶν ἱερὸς πάγος αἵ θ' ὑπὸ πέτρῃ
Πίδακες, ἥ θ' ὕδασιν γείτων ἱερὰ πίτυς.
Καὶ σὺ τετράγλωχιν μηλοσσόε Μαιάδος Ἑρμῆ.
Ὅς τε τὸν αἰγιβότην Πὰν κατέχεις σκόπελον
Ἵλαοι τὰ ψαιστὰ τό τε σκύφος ἔμπλεον οἴνου,
Δέξασθ' Αἰακίδεω δῶρα Νεοπτολέμου.

Id eſt, Stabula, & Nympharum ſacer pagus, uos ſub ſaxo fōtes, tuq; aquis vicina pinus, & quadrate ouiū ſeruator Maiæ Mercuri, quiq; capris depaſtum Pan occupas ſcopulū, propicii hæc liba, quo poculū plenum vino, ſuſcipite, Aeacidæ dona Neoptolemi.

Rureſtris, & hoc Rureſtre, quod eſt ruris. Apuleius, Rureſtri vocabulo vulgus indoctum roſas laureas adpellat.

Ruricola, qui rus colit. Cc.

Rurigena, qui ruri gignitur. Cc.

Ruro, ras, ſecundum rus facio. Plau. in Capt. Dum ruri rurant homines. Dicitur & Ruror deponens. Varro, Dum in agro ſtudioſius ruror Triptolemon ſculponeatum bigas ſequi cornutas.

Rurſus, & Rurſum, aduerbium, ſignificat retrouerſum. Terē. in Hecy. Tace, trepidari ſētio, & curſari rurſum pſus. Donatus, Rurſum, pprie retro ante ſignificat, ſicut dicimus, ſurſum deorſum, intro foras, hac illac. Quandoq; ponitur Rurſus, pro econtrario. Vergil. Haud rurſum enodes trunci reſecantur.

Rus, locus extra vrbem, vbi agri ſunt & uillæ. Dictum, quòd in agris quotannis rurſus eadem fiāt. id eſt, colantur, vt rurſus capiatur fructus.

Ruſcum, Seruius, Ruſcum, virgultum eſt, vnde vites ligantur. Quidam accipiunt pro frutice ex quo nunc ſcopæ fiunt, qui folia habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora. Verg. lib. ii. Georg. Necnon etiam aſpera ruſci. Vimina per ſyluam. Alii pro theca, in qua includitur ſemen aſparagi. Columella,
Et Scyla thyrſuto ſæpe nunc horrida ruſco.

Ruſpor, ſparis, ſæpe ſeu diligenter ſcrutor. Actius, Vacantes ruſpantur ſyluas. Proprie vero Ruſpari dicuntur gallinæ. hoc eſt, ſcalpere. Hinc componitur Corruſpor, pro conquiro. Plaut. Corruſpare tua conſilia in pectore.

Ruſſus, & Ruſſeus, adpellatione ruſi coloris ſunt. Apud Plinium mentio eſt, Ruſſæ ſeu Ruſſati, aurigæ.

Ruſtica, auis perdici ſimilis, niſi quòd roſtrum longius habet. Martialis,
Ruſtica ſum pdix, quid refert ſi ſapor idem.
Carior eſt perdix, ſic ſapit illa magis.

Ruſtica vinalia, quartodecimo calendas Septembris celebrabantur, quo die primum in vrbem uinum deferebant. Cc.

Ruſticanus, na, num, idem quod ruſticus. Ambroſius, Cultu ruſticani laboris adquiritur.

Ruſticarius, ria, rium, quod ad rus pertinet. Vnde falces ruſticarias dicimus. Vide in dictione Syluaticus.

Ruſticatim, aduerbium, pro ruſticè. Pomponius, Ego ruſticatim tangam, vrbanatim neſcio.

Ruſticitas, urbanitati contraria eſt. Eſt autem vrbanitas, qua ſignificamus proprium quendam geſtum verbis, & ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem. Ponitur quandoq; pro inepta & timida verecundia. Ouidius,
Et ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat.
Cicero: Deterruit me pudor quidam ſubruſticus.

Ruſticor, ruri, dego. Pli. Quum ſimul æſtate ruſticaremur. Cicero Tironi, Liceat modo ruſticari.

Ruſticus, ca, cum, pen. cor. idem quod rureſtris. vt Domus ruſtica. Quandoq; Ruſticus, dicitur moribus & vita incultus: quaſi ſemibarbarus. Vnde ueteres Ruſticè, pro barbarè vſurpabāt. Eſt etiam Ruſticus, nomen viri proprium.

Ruta, apud Iureconſultos, quaſi eruta dicuntur. vt arena, creta & his ſimilia.

Ruta, herba à ruendo, id eſt, eruēdo dicta. quòd una ex omnibus herbis, propter multiplices eius vſus maxime eruatur. Peculiaris eſt illi autoritas, propter uenena, quibus remedium exhibet præſentaneū. Vnde & muſtellæ contra ſerpentes dimicaturæ, ruta ſe muniunt. Hinc Rutaceus, a, um, & Rutatus, a, um, quod ex ruta materiatum eſt. Plinius, Inuenio muſtū rutatum, populo datum.

Rutabulum, pprie inſtrumentum, quo ruſtici vtunť in proruendo igne, panis coquēdi gratia. Feſtus autor. Hodieq; id nomen cuſtodiť apud nos.

Rutheni, populi Galliæ, non longè ab Aluernis & Santonibus.

Rutilo, las, penul. cor. ſplendeo. Vnde dicimus aurum Rutilare.

Rutilum, ruſum quod habet aliquid nigroris, cuius coloris ſtudioſæ mulieres, Rutilæ dictæ ſunt. Et veſtes Rutilæ, quæ & hyacinthinæ. & hiſginæ, ab hiſge herba vocātur. Hinc cõponitur Irrutilo, quod eſt, valde rutilo. Ambr. li. Hex. Irrutiles igiť licet, ò homo, aut ſplendore nobilitatis, aut faſtigio poteſtatis, aut fulgore virtutis, ſemper tibi ſpina proxima eſt.

Ruto, tas frequentatiuum eſt verbi ruo, ruis.

Rutrum, quo quid eruitur, à ruendo. Nam ſicut ab arãdo aratrum: ſic rutum rutrum facit. Feſtus: Rutrum (inquit) tenentis iuuenis effigies in capitolio Ephebi fuit, more Græcorum arenam eruentis exercitationis gratia: quod ſignum deportauit ex Bithynia Romã Pompeius Bithynicus: Huius dimi. Rutellum Lucil. Frumentarius eſt, medicum hic ſecſi atq;

rutellum. Vrum adfert.

Rutubam, veteres turbationem adpellabãt. Varro, Id poſtea videri⁊mus, nunc ſumus in rutuba. Cc.

Rutuli, pen. cor. populi Italici, non longè ab vrbe Roma, vbi Ardea oppidum eſt.

Rutupinum, penultima produ. promontorium Britanniæ. Lucanus libro ſexto.

Aut vaga quum Thetys Rutupina'ue litora ſeruent,
Vnde Caledonios neſcit turbata Britannos.

DE LITERA S.

S Litera ſemiuocalis. Quæ ſi antecedat m, vel p, vel t, in ſimplicibus dictionibus, eiuſdem eſt ſyllabæ. vt Coſmus, proſper, teſtis. In cõpoſitis vero aliud eſt. Nam aruſpex (teſte Quintiliano) quia pars eius poſterior à ſpectando eſt, tertiæ dabimus. Abſtemius vero, quia ex abſtinentia temeti cõpoſita vox eſt, primæ relinquiƗ. Tranſit quandoq; ſ, in m, vt Ruſum, pro rurſus: Dimminuo, pro diſminuo. In n, vt Sanguis, ſanguinis. In r, vt Flos, floris.

Saba, ciuitas regia Aethiopiæ, inquit Ioſeph. quam poſtea Cambyſes, à ſororis ſuæ nomine, Meroen denominauit. Hanc Nilus circundans, inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba ἀπὸ τοῦ σέβειν, quod eſt ſacrificare: quia thus mittit, quo in ſacrificiis utuntur. Sunt qui dicant, Saba Arabum lingua myſterium ſignificari. Hieronymus vero conuerſionem ſonare au tumat. Hinc Sabæus, bæa, bæum.

Sabæi, populi felicis Arabiæ ditiſſimi, ſyluarum fertilitate odorifera. Hos Ioſephus lib. I. à Saba Cuſi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos adfirmat.

Sabaoth, numeri pluralis, & generis fœminini, interpretatur militiarũ, vel exercituum, ſiue uirtutum. Vt ſi dominus ſabaoth, inquit Hieronymus.

Sabate, lacus eſt. Vnde fit Sabatinus, na, num. Colu. lib. ix. Inde Velinus, inde etiã Sabatinus, item Volſinenſis, et Ciminus, lupos auratas q; procreauerunt.

Sabath, nomen propriũ, à quo Sabatheni nominanƗ qui à Græcis Hiſtabari dicunƗ. vt Ioſephus inquit.

Sabbatarius, qui diem ſabbati ſeruat.

Sabbatiſmus, vacatio facta poſt labores.

Sabbatizare, eſt ſabbatum obſeruare. Hieronymus in Leuitico. Quando fueris in terra hoſtili, ſabbatizabit, & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ.

Sabbatum, Hebraica lingua dies quietis diciƗ. Et Sabath Græcè, Latinè quies. Et eſt ſeptimus dies quo requieuit Deus ab operibus ſuis. Prima Sabbati, dicitur primus dies: quẽ dominicũ etiam nominamus. Secũda ſabbati, ſecũdus dies. Tertia ſabbati, tertius dies. Quarta ſabbati, quartus dies. Quinta ſabbati, quintus dies. Sexta ſabbati, ſextus dies, à die dominico. Et ipſum Sabbatum, ſeptimus dies. Quod etiã nomen, ab Hebræis (ſicut Ioſephus refert) ſeptimana dicitur. Hanc ethnici idolorum & elementorum nominibus adpellant: vt ſecunda ſabbati à Luna ſit, tertia à Marte, quarta à Mercurio, q̃nta à Ioue, ſexta à Venere.

Sabe, Syrorum lingua, menſis Februarius dicitur.

Sabellus, la, lum, ex tuatum nomen à Sabinis. Sunt aũt Sabelli populi à Sabinis orti: qui incolũt montes qui ſunt inter Sabinos & Marſos. De his Vergil. libro ſecundo Georgic. Hæc genus acre virũ Marſos pubemq; Sabellam.

Sabim, Arabes Deum adpellant: & illi decimas menſura non pondere perſoluunt. Cc.

Sabinã, Illyrii adpellabãt telũ venabuli ſimile. Enni⁹, Illyrii reſtant ſici, ſabinisq; fodentes. Cc.

Sabini, populi ſunt in quarta Italiæ regione, nõ procul à Roma, à religione & cultu Deorum cognominati, quaſi ſebini, ἀπὸ τοῦ σέβειν. Silius uero, à Sabo auctore gentis, Sabinos dici putat: qui lib. viii. ait:

Ductorem gentis pars laudes ore ferebant
Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

Hos Plinius Apẽninis iugis vallatos vtrinq; ſcribit. Strabo Sabinos ait anguſtum incolere agrum, in longitudinem protenſum à Tyberi vſq; Nomentum oppidũ, ſtad. mille uſq; ad Veſtinos.

Sabis, fluuius. vide Samarobrini.

Sabiuſa, porta dicebatur, quæ rectà in Sabinos ducebat. Cornucopiæ.

Sablo, blonis, idem quod ſabulum. Ambroſius libro Hexameron. Infirmiſſimo ita omnium talis ſablonis puluere vis, maris intẽpeſtas cohibetur: vt velut habenis quibuſdã cœleſtis imperii preſcripto ſibi fine reuocatur, violentiq; æquoris motus in ſeſe frangiƗ, atq; in reductos ſinus ſuos ſcinditur.

Sabora, vrbs Arabiæ in mõte excelſo, à quo octo mãſionibus diſtat regio eorum odorifera. Cc.

Sabucus, ſine m, ante b, arboris genus notæ.

Sabuletum, dicitur locus in quo ſabulum abundat. Cornucopiæ.

Sabulum, arena groſſior. Hinc Sabuloſus, ſa, ſum. Columel. lib. v. de Caſtanea: Pullam terram & reſolutam deſyderat: ſabulum humidum uel refractum tophum non reſpuit.

Saburra, licet ſecundum Priſcianũ gemino bb, ſcribatur, apud Vergilium tamen eius prima corripitur.

Vt cimbæ inſtabiles fluctu iactãte ſaburrã. Tollũt

Eſt aũt Saburra proprie nauiũ, ex quacũq; materia: ſed Sabulum ferè ſignificat quo naues onerari ſolẽt vſq; ad certam menſurã quo ſtabiliores ſint.

Saburrare, ſiue Suburrare, eſt ſatagere ſ ſabulo, ac merſare: vt puluerare in puluere. Plinius lib. xviii. Echinũ adfligentes ſeſe, aut arena ſuburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. Solinus: Grues volaturæ arenas deuorãt, ſublatisq. lapillis ad moderatam grauitatem ſuburrantur. Et Suburra, vrbis regio. Et Saburrana tribus: quam veteres pro c, noſtri per b, ſcribebant, hoc eſt, Succurram, non Suburram: quia (vt Val. Flaccus ait) à pago Succuſano dicerentur: vel à ſtatiuo præſidio, quòd ſolitum ſit Eſquiliis ſuccurrère, Gabinis infeſtantibus.

Sacal, in Aegypto naſciƗ, & eſt electri ſpecies. Cc.

Sacarum

Sacarum regio (vt Ptolemæus inquit) eſt in Aſia viltra mare Caſpium, Sogdianis cōtermina: in qua nec vrbes nec vicos eſſe teſtatur, ſed incolæ eius regionis nemora & ſpecus habitant, ſagitandi arte peritiſſimi. Qui olim Bactrianam prouinciam occupauere, & optimam Armeniæ regionem adepti ſunt. ut lib. xi. Strabo refert, atque vſq; ad Cappadocas proceſſerunt. Sed quum ex ſpoliis feſta celebrarent, Perſarū imperatores, eos noctu adorti, funditus deleuere. Hos quidam Sacaſſanos vocant.

Sacaſſani, vide in dictione Sacarum.

Saccaria, riæ, ſaccorū mercatura. Apul. lib. i. de Aſino aureo: Saccariam faciens merebam.

Sacarium, Vlpianus titulo de Contrahenda emptione, accipit non pro negotiatione, ſed pro baiulo, ſcribens: Si quid ex ſacco ſaccarii cecidiſſet.

Saccarum, pen. cor. dicitur mel in harundinibus collectum, gummi modo candidum ac fragile. Naſcit in Arabia, India, Creta, Italia, & Sicilia. Vnde Oxyſaccaron, potionis genus ex ſaccaro & aceto.

Saccellare, eſt vinum ſaccis perfuſum corrigere.

Sacciperium, maior crumena, & minoris marſupii receptaculum. Plautus in Rudente: Meum marſupiū, quod plenum argenti fuit in ſacciperio.

Sacconia, quidam pro territoria accipiunt: ſeu pro panniculo terſorio. Victruuius lib. ix. Aurum ad ſacconiā adpendit, redēptoris opus manu factum ſubtiliter regi adprobauit. Nam ſacconia, hoc eſt, tela tegebantur, vt poſſet inhærere pictura.

Saccularii, apud Iuriſcōſultos accipi ſitur pro fraudulentis impoſtoribus, qui vetitas in ſacculo artes exercent, & partem ſubducunt, partem ſubtrahunt: quos Vlpianus ait plus quàm fures puniendos.

Saccus culeus eſt vt illud in Iona: Omnes induti ſunt ſaccis. Dictus (ut quidā uolunt) à ſago: quod eſt genus veſtis, æqualiter latæ ex parte ſuperiore & inferiore. Hinc Sacculus, & Saccellus, diminutiua qbus ſignificātur marſupia. Aſconius: Sacci, ſacculi, & ſaccelli. Saccus frumentarius, quo frumentum geritur. Saccus vinarius, quo vini feces colantur.

Sacellum, diminutiuum à ſacrum, & ſignificat locum paruum Deo ſacratum cum ara. Trebatius Iureconſultus ſcribit, Sacellum compoſitum verbum, quaſi ſacra cella.

Sacellus, diminutiuum à ſaccus, pro marſupio. Auguſtinus, Per diem vexaris laboribus, per noctem agitaris timoribus: anima tua febricitat curis, vt anima tua impleatur nummis.

Sacer, ſacra, crum, idem quod venerabile. Vergil. Extulit os ſacrum cœlo. Capitur nonnūquàm pro execrando, ſceleſto. ut idem, Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames. Et antiquitus homo Sacer dicebatur, quem populus ob maleficium iudicaſſet, neq; fas erat eum molere. Et ſi quis eum occidiſſet, parricidii nō damnabatur. Ex quo omnis homo malus atque improbus, Sacer adpellari ſolet. Horatius, Inteſtabilis & ſacer eſto.

Sacer ignis, morbus, cuius multa ſunt genera, q̄ apud Plinium habentur. Colu. lib. viii. Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quā puſulam vocant paſtores. Ea niſi cōpeſcitur intra primā pecudē quæ tali modo correpta eſt, vniuerſum gregem contagione proſternit. Si quidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam penè ad omnem tactum excandeſcit.

Sacer locus, locus conſecratus.

Sacer mons, trans Anienem fluuium vltra tertiū miliarium adpellatur qui Ioui fuerat conſecratus: vel mons in finibus Galatiæ aurum ferens.

Sacer morbus, adpellat comitialis quòd Hercules eū paſſus fuerit ex Græcis, niſi Gallicum dici dubito.

Sacer ſerpens, minutus, quem angues prægmagni fugiunt. Magnitudo huic ad cubitum, ſpecies hirſuta. Quicquid momorderit, continuo putreſcit.

Sacerani, dicti fuerunt Reate orti: qui ex Septimōtio Ligures Siculosq; eiecerunt. Sic adpellati, quòd vere ſacro nati fuiſſent.

Sacerdos, qui Deo dicatus eſt ad ſacrificia facienda à ſacris dictus. Apud Romanos varia erant ſacerdotū genera: Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salii, Pontifices minores, Pontifices maximi. Reges ſacrorū, Sacrificuli, & Galli q Cybeles ſacra faciebāt.

Sacerdotium, modò ſacerdotis dignitatē ſignificat: vt eſt illud: Fungi ſacerdotio. Modò ſacerdotis prouentū. Nā apud Gentiles ea ſacerdotia fuerunt, quæ ſlia nos Chriſtiani propriori uocabulo beneficia adpellamus. Vnde Liuius lib. ix. Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familiare ſacerdotium erat. Sacerdotiorum autem, ſicut & beneficiorum, duo fuerunt genera. Vnum, quod ſacris eſſet adictum locis, quæ rei publicæ, aut principum, aut pontificum collegii collationis eſſent. Alterum, quod ædis aut ſacelli iuris eſſet, à patrefamiliàs ea ratione erecti dedicatiq;, ut & ſacrorum cura, & fructuum ipſius ſacerdotii perceptio, ad ſolam gentem familiamq; ſuam perpetuis ſucceſſoribus deuoueretur. Quæ ſacerdotia à priſcis gentilicia beneficia, à noſtris iuris patronatus adpellata ſunt. Cornelius Tacitus de Othone: Atrecēs ab exilio reuerſos adoleſcentes, auitis & paternis ſacerdotiis in ſolatium repoſuit.

Sacon, Indi uocant colorem hiacynthinum. Co.

Sacondion, genus gemmæ, coloris hyacinthini.

Sacra via, in vrbe Roma vocitata eſt, quòd in ea ictū fœdus ſit inter Romulum & Tatium. Hac triumphātes in capitolium ibant. Tendebat autem à regia vſq; in arcem. Hanc Horatius libro Carminum ſacrū clivum nuncupauit.

Sacra certamina, Græciæ quatuor, à Tacito ludicra vocātur. In his morem fuiſſe, ut patres & patriæ vincentium præconis voce nominarentur.

Sacramentum, dicitur quod iuſiurādi ſacratione interpoſita geritur. Et Sacramentum, quo milites ſcribendi à ſacerdotibus adigebantur: nec prius militare, aut poſtquàm eo abſoluti eſſent, in hoſtem pugnare poterant. Varro de lingua Latina: Sacramentum, à ſacro, qui petebat, & qui inficiebatur, vterq; quingenta æris ad pontificem deponebat. De aliis item rebus alio certo numero, qui iudicio uicerat, ſuum ſacramētum à ſacro auferebat: victi ad ærariū

redibant. Ex quibus verbis conſtat, quod Sacramentum, alia quàm Dei inuocationis (quæ per iuſiurandum fit) obligatio rerum erat. Seruius de Sacramento militari ſic ſcribit. Legitima militia erat eorum, qui ſinguli iurabant pro re publica ſe eſſe facturos: nec diſcedebant niſi completis ſtipendiis: & Sacramentum vocabatur. Vegetius de Re militari, lib. ii. Milites iurare ſolent: & ideo militiæ ſacramenta dicũtur. Iurant autem ſe omnia ſtrenuè facturos quæ præceperit imperator: nunquàm deſerturos militiã pro Romana re publica. Hinc milites, à Iuuenale Sacramenta dicuntur illo verſu:

Præmia nunc alia atq; emolumẽta notemus Sacramentorũ. Suetonius in Cæſare, Sanxit ne quis ciuis, maior viginti annis, minor've decem, qui ſacramẽto non teneref, plus triennio continuo Italia abeſſet.

Sacrarium, locus ſacer in templo, & in quo ſacra reponuntur. Vnde à Cicerone Sacrarium bonæ Deæ nominatur. Seneca lib. v. Quæſt. Arcana illa rerum naturæ ſacra, non promiſcue & omnibus patent: reducta, & interiori ſunt clauſa ſacrario. Quid interſit inter ſacrum locũ & Sacrarium, oſtendit Vlpianus inquiens: Sacer locus, eſt conſecratus: Sacrarium, in quo ſacra reponunf. Suetonius tamen de Auguſto, non tam pro ſacrorum repoſitorio, quàm pro ſacello loco'q; ſacrato ſumpſit. Natus eſt (inquit) Auguſtus ad capita bubula, vbi nunc ſacrarium habet, aliquantò poſt quàm exceſſit conſtitutum.

Sacratæ leges, quibus ſancitum erat, vt ſi quis aduerſus eas feciſſet, ſacer alicui Deorum cum familia pecuniaq; eſſet.

Sacres, porci adpellabantur, quoniam puri eſſent ad ſacrificium, vt imolarẽtur quum depulſi ſunt à mãma. Qui à partu decimo die habentur puri, & ab eo adpellabantur ab antiquis Sacres, quòd tum ad ſacrificia idonei primũ dicunf. Plaut. in Menæhmis, Quanti hic porci ſunt ſacres?

Sacrifico, cas, ſacrũ facio. Interdum veniã peto. Lito verò, veniam impetro. Plautus in Penula. Si hercle iſtuc vnquàm factũ eſt, tum me Iupiter faciat vt ſemper ſacrificem, neque vnquàm litem. Confunduntur tamen quandoq;.

Sacrificulus, rex ſacrorum.

Sacrilegium, ipſum ſacrorum furtum.

Sacrilegus, penult. correp. qui ſacra aut de loco ſacro legit, id eſt, furatur. Nam legere, quandoq; furarĩ ſignificat.

Sacrimum, vocabant muſtum, quod Libero patri ſacrificabant, pro vineis, & vaſis, & ipſo uino conſeruandis. Cornucopiæ.

Sacriſcrinius, dictio compoſita ex recto & obliquo. Sacræ enim dicuntur epiſtolæ imperiales, & is dicif qui præeſt regalibus epiſtolis, vel cuſtos librorum: qui etiam à cõmentariis dicitur.

Sacrium, ſuccini genus è Scythia ueniens. Cc.

Sacro, cras, Deo dedico, & ſacrum facio. Plinius libro xxxvi. Eiuſdem remanet & alius centum cubitorum: quem poſt cæcitatem, viſu reddito, ex oraculo Soli ſacrauit. Huius compoſita ſunt Conſecro, eiuſdem ſignificati. Deſecro, ex ſacro prophanũ facio, & quod vulgò dicitur degrado. Plaut. Deſecrare eum prius oportet, ne manus contaminem. Obſecro, Reſecro, religione abſoluo. Plautus, Reſecro mater, quod dudum obſecraueram. Proſecro, id eſt ſacrificium facio. Lactan. lib. iiii. Quod quum intelligerent, haruſpices (inſtigantibus iiſdem dæmoniis quibus proſecrant) conquerentes, profanos hoĩs ſacris intereſſe, adegerunt principes ſuos in furorem. At hæc omnia habent penultimam correptam.

Sacroſanctum, dicebatur, quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum: vt qui violaſſet, morte pœnas penderet.

Sacrum, nomẽ ſubſtantiuũ, dicif omne quod Deorũ habetur. Vnde Vergilius quoties Sacrum nominat, additionem ferè Deorum facit.

Sacra Dionææ matri diuis'q; ferebam. Idem:

Sacra Ioui ſtygio quæ rite incœpta parabam.

Ponitur etiam pro ſacrificio. Macrobius in Saturnalibus: Sacra celebritas eſt, quum ſacrificia offeruntur: vel quum dies diuinis celebrantur epulationibus: vel quum ludi in honorem aguntur Deorum: vel quum feriæ obſeruantur. Item Sacrum, dicitur tẽplum. Paulus iurecõſultus: Sunt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilarint. At qui priuata ſacra vel ædiculas incuſtoditas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi merentur. Et Sacrum, dicitur Magicum quoddam ad compeſcendas detrahentium linguas. Ouidius libro. ii. Faſtor.

Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis,
Sacra facit tacitè, nec tamen ipſa tacet.

Sacrum promontorium, quod nunc adpellant caput ſancti Vincentii.

Saducei, dicuntur, qui Saduceum quendam magiſtrũ legis ſequentes, neq; reſurrectionem credebant, neq; angelos neq; ſpiritus eſſe.

Sæculum, à ſequendo ſeiѐ quòd ſequatur, atq; in ſe reuoluatur. Varro à ſene deriuat: quia ſenem proceſſiſſimam deſignabat. Placuit antiquis, ſignificationis cauſſa primam ſyllabam producere, & per diphthongum ſcribere. Eſt autẽ propriè Sæculũ ſpacium centũ annorum. Vnde carmen Sæculare Horatii dicitur, in quo tractatur de ſacrificiis, quæ fiebant de centeſimo in centeſimũ annum. Hoc oſtendit Liuius libro ab Vrbe condita quia dicit Põpilium ante Pythagoram ducentis fermè annis fuiſſe. Vnde Cicero: Ex quo etiam quidam Numam Pompilium regẽ noſtrum, fuiſſe Pythagoreum ferunt: qui annis permultis antè fuit quàm ipſe Pythagoras. Quò etiam maior vir habendus eſt, quum illam ſapientiam conſtituendæ ciuitatis, duobus propè ſæculis antè cognouit, quàm eam Græci natam eſſe ſenſerunt. Sunt etiã qui Sæculum, triginta annorum tempus exiſtiment: vt cuius eſt Saturni. Alii mille annos ſæculum habere putant. Poetæ frequenter pro tempore vſurpãt ſicut in hymnis ſacris canitur.

Sæpe, aduer. ſignificat frequenter, recipit'q; diphth. vt differat à ſepe ablatiuo nois ſepes. Alii, ſi ornatus cauſſa iũgif numero, et fit una dictio Sæpenumero.

Sæpicule, diminutiuũ à ſæpe: ſicut à ſæpius Sæpiuſcule. Apul. Nam ut lachrymæ ſæpiculæ, de gaudio prodeunt. Plautus in Caſina, Sæpiuſcule peccas.

Sæuio, ſæuis, ſæuiui, & ſæuii, ſæuitum, iraſcor. Pacuui. Quid cõmerui? Quid in me ſæuis pater? Aliquando Sæuire, eſt fortiter facere. Martialis,

Belliger inuictis quòd Mars tibi ſæuit in armis.

Vergilius libro quinto Aeneidos,

Tum pater Aeneas procedere longius iras,

Et ſæuire animis Entellum haud paſſus acerbis.

Idem libro tertio Georgic. Sæuit & in lucem. Aliquando immanitatem exercere. Liuius: Quum poſt victoriam quoq; in hoſtem ſæuiret. Huius compoſita ſunt Deſæuio, quod eſt, valde crudelitatem exerceo. Luca. Nec dum deſæuiat ira Expectat. Obſæuio, cõtra ſæuio. Plau. in Epid. Tu is es, qui per voluptatem in mea ærumna obſæuiſti grauiter.

Sæuitia, & Sæuitudo, crudelitas. Plaut. Vincula, virgæ molles, ſæuitudo mala ſit peior.

Sæuus, durus, horridus. Vergilius,

Quum ſæuo è ſcopulo multa uix arte reuulſus.

Per trãſlationẽ modo pro inimico crudeliq; ponit. Idem, Sæuæ memorem Iunonis ob iram. Quãq; pro forti. ut, Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector. Quãdoq; pro irato. ut, Et ſæuũ ambobus Achillẽ. Quandoq; pro magno. Idem de Aenea pio: Maternis ſæuus in armis.

Saga, mulier prudẽs, verſuta. Itẽ perita ſacrorũ, & diuina. Vñ Præſagia prædiuinationes mẽtis. Et Saga, dr̃ mulier ad libidinẽ virorum indagatrix. Et habet penul. produ. Martial. Exorat noctes dum mihi ſaga tuas. Acron. Saga dicta eſt uenefica, quòd ſatis agat: & ea eſt quæ carminibus & herbis mala hominibus dicebat uel arcere uel impellere. Horatius,

Quæ ſaga quis eſt ſoluere Theſſalis Magnus venenis.

Sagana, pen. cor. vas in quo aliquid teritur. Quo nomine etiam dicta fuit meretrix quædam.

Sagaria eſt exercitiũ uẽdendi ſaga, ſicut ab argẽto argẽtaria. Vlpianus de Tributaria actione, Duas negotiationes exercebat puer: ſagariam & lintteariam.

Sagarius, qui vendit ſaga.

Sagatus, qui ſago indutus eſt. Suetonius in Cæſare, Duobus tricliniis: vno, quo ſagati palliatiue. altero, quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumberent. Martialis,

Vix te purpureum Marce ſagatus amem.

Sagax, generis omnis, acutus, ſolers: & habet primam correptam. Vnde & canes indagatores, Sagaces adpellati ſunt. Hinc Sagacitas: pro aſtutia. Et Sagaciter, aduerbium.

Sagda, gemma porracei coloris: quam Chaldæi adhærentem maribus habent. Cc.

Sagena, pen prod. genus retis piſcatorii. σαγήνη Latini uerticulum adpellant. Manil. lib. v.

Excipitur vaſta circumuallata ſagena.

Sagina, næ pen prod. cibus quo quis pinguis efficit. Quãq; etiã dicitur pinguedo ſuperuacua arte nõ natura adaucta, per totũ diſperſa corpus. Iuſtinus lib. xx. Sublatis deinde æmulis, in ſegnitiam lapſus, ſaginam corporis ex nimia luxuria oculorumq; valetudinẽ contraxit. Et à ſagino deſcendit. Niſi enim quis prius ſaginatus fuiſſet, non eſſet in eo ſagina. Iuuenalis. Genialis agatur.

Iſte dies propera ſtomachum laxare ſaginis.

Saginarium, Locus vbi ſaginãtur altilia. Varro libro iii. de Re ruſt. Pullos anſerũ includunt in ſaginario, ibiq; polentam & pollinem aqua madefactam dant cibum, ita ut per dies ſaturent.

Saginarius, ria, rium, quod ſaginatum eſt. Vnde à Seruio mulus Saginarius, & Mula ſaginaria.

Sagino, ginas, pe. pdu. pingue facio. Colu. lib. vii. Ea herba uiridis, nec tarde tñ arida fœni uice ſaginat iumenta: verũ modice danda, ne nimio ſagimine ſtrangulent pecora. Interdum ablatiuo iungit, quum res qua quid ſaginatur exprimitur: vt apud eundẽ libro nono, Formantur offæ quibus auis ſaginatur.

Sagio, gis, giui gitum, acutè ſentio. Cicero lib. i. de Diui. Sagire, eſt acute ſentire. Hinc Præſagio, quod præſentio & diuino ſignificat. Idem ibidem: Neq; enim temere illud verbum cõſuetudo adprobauiſſet, ſi ea res nulla eſſet omnino. Præſagibat animus me frustra quum exirem domo.

Sagitta, iaculi genus quod arcu emittitur: quòd ſatis longè agat. Vel à ſatis & ictus. Ad longũ enim ſpatium pfert ictum ſuũ: vel quòd ſagax ſit ictus eius. Sagitta etiã à rei ruſticæ ſcriptoribus ſumit pro nouiſſima ſurculi parte: ſiue quia longius receſſit à matre, & quaſi emicuit atq; proſiluit. Seu quia cacumine attenuata prædicti teli ſpeciem gerit.

Sagittarius, ria, rium, quod ad ſagittas ptinet: ſiue idoneum eſt vt eo fiant ſagittæ. Plin. lib. xvi. Suum genus ſagittario calamo.

Sagittarius, q ſagittas emittit: vt in ſacris liſis. Percuſſus eſt à ſagittariis. Eſt & Sagittarius, ſignũ cœleſte: quẽ alii Centaurũ Chironẽ arbitrãtur, alii Erotum filium Euphemis nutricis Muſarum & habitaſſe in Parnaſo cum Muſis, & venationi incubuiſſe: vnde et vſum ſagittis, & equo inſediſſe. Poſt mortẽ precibus Muſarum, à Ioue inter aſtra relatum, & uaria forma conſcriptum. Idibus Februarii ueſpere occidit, ac vehementer hyemat. inquit Columella.

Sagitto, tas, ſagittas iaculo. Hierony. in Pſalmo, Vt ſagittent in occultis immaculatum.

Sagma gmæ, & Sagma, gmatis, ſella quam vulgus baſtum adpellat: ſuper quo componuntur ſarcinæ. Sed & pro ſarcina quandoq; ponitur. Interdum Sagmata dicuntur unguenta, quæ ſucco conſtant; quaſi diſtillationes. Quæ autem corpore conſtat, dicuntur hediſmata, ἥδυσμα Græci condimentum dicunt. Et Sagma cumulus dicitur.

Sagmina quaſi ſanctimina: quoniam è loco ſancto capiebãtur, legatis ad indicendũ bellum, aut fœdus iniiciendũ proficiſcentibus. Vel à ſanciendo. id eſt, confirmando. Vel ab agendo, quòd è ſacris agatur. herba eſt quæ uocatur uerbena. Plinius libro. xxii. Quoniam nõ aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris legationibus, quàm verbenæ. Certe vtroq; nomine idem ſignificatur, hoc eſt, gramen ex

mæ cũ ſua terra euulſum. Hac ſemper & legati, quũ ad hoſtes clarigatum´q; mitterentur, uſi ſunt.

Sagum, chlamys militaris quadra. Iuuenalis,
Anſaga vendenti nubias caupone relicto.
Scribit Cic. in Philippicis, Saga ſumi ſolere in bello atq; tumultu. Et qñ in ſagis tota ciuitas erat, conſulares viri togari eſſe ſolebant. Sueto. Ferebatur & uagari noctibus ſolitus, atq; inualidũ quemq; obuiorũ vel potulentũ corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Huius diminutiuũ eſt Sagulum. Vergilius lib. viii. Virgatis lucent ſagulis.

Saguntus, Hiſpaniæ ciuitas, quam Romanis fideliſſimam, Annibal ad internecionem deleuit. Hinc Saguntinus, na, num, ut, Vaſa Saguntina, quæ maxime commendantur. Martialis,
Sume Saguntino pocula facta luto.

Sais, vrbs eſt Aegypti, & unum ex oſtiis Nili, ex qua oſtium Saiticum dictum eſt. Cc.

Sal, λέξις ἑλληνική. ἅλς δὲ λέγεται, ἀλλὰ μετάθεσιν ἐστὶ λατινικήν, id eſt, Dictio Græca. ἅλς, id eſt Sal autē dicitur, ſed metatheſis, id eſt tranſpoſitio eſt Latinis. quo vtimur in condiendis cibis. Vtroq; numero, & tā maſculino quàm neutro genere dicit. Cato, Ex ſale qui apud Carthaginienſes fit. Salluſtius in Iugurth. Neq; ſalem, neq; alia gulæ irritamenta. Afranius in Compitis, Quicquid loquitur ſal merum eſt. Columella, Carnem ſalibus adſperſam. Paulus Iureconſultus. Cotem ferro ſubigendā, neceſſaria quoq; hoſtibus venundari, vt ferrum, & frumētum, & ſales, non ſine capitis periculo licet. Dicitur etiā hoc Sale, ſecundum Priſcianum. Ennius lib. 4. Annalium,
Cæruleum ſpumat ſale conferta rate Pulſum mare.
Aliquando Sal ponitur pro ſapientia, & maſculino tantum genere proferri conſueuit. Aliquando pro urbanitate, ioco, & ridiculo, & dictis ad riſum vel delectationem compoſitis tam ſingulari quàm plurali numero. Catullus,
Nulla eſt in toto corpore mica ſalis. hoc eſt, nihil venuſtum & ſapienter dictum. Cicero, Publius Scipio omnes ſale & facetiis ſuperabat. Lucanus, Nõ ſoliti luſere ſales. Quintilianus lib. vi. Salſum (inquit) in conſuetudine pro ridiculo tātum accipimus: natura non vtiq; hoc eſt, quāquàm & ridicula oporteat eſſe ſalſa. Nam ſicut Sal ſuauitatem quandam cũ mordacitate habet, ita etiam vrbanorum ioca. Sales enim (pro Ciceronis ſententia) ſunt ipſa ridicula, quæ neceſſariò ſalſa oportet eſſe. Nam ſalſum erit, quod non erit inſulſum, velut quoddam oris condimentũ, quod ſentitur latente iudicio, & ueluti palatum excitat. Quandoq; Sal, mare dicitur. Vergilius,
Et ſpumas ſalis ære ruebant.

Sala, nomen ſex vrbium. & nomē fluuii in Germania. vt Strabo lib. vii. ſcribit. Inter quem & Rhenum, quũ Druſus Germanicus belligeraret, domitis hoſtibus victor oppetiit.

Salacia, Dea aquæ, à ſalo ciendo adpellata. Vnde & à poetis ſumitur pro aqua. Pacuuius: Hinc Salatiæ ſeuitiam fugimus.

Salaconia, ſuperbia. Et Salacones, ſuperbi dicuntur. Salacon enim (utinquit Suidas) vir fuit, qui quũ pauper eſſet, ſe diuitem ſimulabat.

Salamādra, animal lacerti figura, ſtellatum, nunquàm niſi magnis imbribus proueniēs, & æſtate deficiens. Cui tantus rigor eſt, ut ignem tactu extinguat, nõ aliter quàm glacies. Et licet venenatiſſimũ ſit, (nā ſi arbori irrepſerit, omnia poma veneno inficit, & eos q̄ ederint interimit. Idem facit ſi in puteũ cadat) à ſuibus tamen ſine nocumēto manditur. Noſter Suidas: Ζῶον ὡς σαύρα τὸ μέγεθος, ψυχρότατον τὴν φύσιν, ὃ καὶ τὸ πῦρ ἀσθενίζον τὴν φλόγα σβεννύει, καὶ αὐτὸ μὴ πίμπρασθαι. id eſt, animal lacertæ magnitudine, frigidiſſimæ naturæ ignem ſubiens, flammā extinguit, nec comburitur.

Salamin, ſiue Salamis, & Salamina, inſula in Euboico mari, contra Athenas ſita, in qua urbs eſt eiuſdem nominis, ubi Thelamon Aiacis & Teucri pater regnauit. Sed quum Teucer à bello Troiano reuerſus, de Aiacis inimicis ultus non fuiſſet, expulſus à patre in Cyprum nauigauit, ibiq; urbem aliam condidit, nomine Salaminam, quæ nunc Conſtantia dicitur, ubi amnis nomine Cõſtantia, peſtifer & æſtuoſus. Dicta prima, à Salamine Aſopi filia.

Salaminius, ex Salamine urbe, unde Solon Salaminius dicitur. Cc.

Salanga, mons altiſſimus, mari imminens, inter Britanniam & Hiberniam. à Salanga, Barculani primi habitatoris Hyberniæ filio dictus. Hodie mons Domini adpellatur, à templo domini ibi condito.

Salapuſius, à ſale & puſius compoſitũ nomen. Puſius enim, ſiue puſus, & puſio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus eſt Caluus, Catulli familiaris, tanquàm puer, ob ſtaturam puerilem, plenus ſalis, & oratoriæ mordacitatis.

Salaria, via Romæ dicta eſt, quòd per eam Sabini ſal à mari deferebant.

Salarium, dicitur ſtipendium vel merces, quàm quis pro ſeruitio meritus eſt. Augu. lib. i de Ciui. Dei, Doctores ipſos inſuper & ſalario publico & honoribus digniſſimos habuerunt. Dictum Salarium, quòd ita neceſſarium ſit ut homini ſal.

Salarius, qui ſal vel ſalſamenta vendit. Martia.
Quod viles pueri ſalariorum.

Salarius, a, um, quod ad ſal pertinet. Liuius lib. xxix. Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerūt.

Salaſi, vide in dictione Saliſi.

Salax, dicit libidine pruriēs, fortis in coitu & creber: cuius membrum facile ſalit. id eſt, arrigitur. Vel quia ex humore ſalſo citat libido. Vnde Venus dicta eſt à mari orta. Varro, Gallos ſalaces. Et Salaces aquæ ſcaturientes, quaſi è terra proſilientes. Vnde etiam Nymphæ ſalaces dicuntur. Ouidius, Nymphæq; ſalaces. Et Salaces cibi, Venerem citantes.

Salebræ, à ſaltu dictæ. ſunt loca inæqualia & aſpera, quæ quaſi ſine ſaltu præteriri non poſſunt. Per tranſlationem Cicero de Finibus bonorum & malorum, dixit. Hic ſi definire, ſi diuidere potuiſſet, ſi loquēdi, ſi deniq; conſuetudinem uerborũ teneret, nunquàm in tantas ſalebras incidiſſet. id eſt, in tantas aſperitates, ſiue

tes, ſiue

tes,ſiue incultas orationes. Hinc Salebroſus ſa,ſum, quod multas habet ſalebras.id eſt, quod eſt aſperū. Vergil. Non tam ſalebroſus ut antè.

Salentini,populi dicti, quòd in ſalo amicitiam fecerint Idomenæus & Locrenſes. Hos Strabo ſcribit eſſe Cretenſes.

Salentinorum regio,quæ nunc(vt quidā volunt)terra Idrunti, ſiue terra de Bari vocat.in Italia ſita eſt, & Apuliæ finitima. De quibus Verg.lib.3.
Et Salentinos obſedit milite campos.
In ea eſt Iapygium promontorium, quod & Salentinum dicit. Salluſtius,Omnis Italia coacta in anguſtias, ſcinditur in duo promontoria, Pachynum,& Salentinum.

Salentinus,lacus eſt Salentinorum, iuxta Arduriam oppidum.Hic ad margines vſq; plenus, neq; exhauſtis minuitur,neq; ſuperfuſis augetur aquis.

Salgama,pen.corr.adpellabantur à priſcis quæcunq; conditanea ad victum noſtrum in vaſis ſeruabantur, vt puta mala,pira,fici,vuæ,rapæ. Columella,
Tempore non alio vili quoq; ſalgama merce.
Inde Salgamarii,qui ſalgama vendunt.

Sal hamoniacus, ſic dictus eſt,quia ſub arenis inuenitur. Similis colore eſt alumini,medicinæ vtilis.

Sali,per ſimplex i,auiculæ ſunt, quas Ariſtoteles ægithos adpellat: fœcunditatis magnæ. vt perdices, gallinæq;.

Saliaris,& hoc Saliare,quod ad Salios pertinet. Vnde Saliares cœnæ adpellatæ ſunt: quas Salii faciebát ampliſſimo adparatu. Ex quo opiparæ ac copioſæ cœnæ, Saliares dicuntur.

Salicaſtrum,genus labruſcæ,in ſalictis naſcens.

Saliectum,& per ſyncopen Salictum, locus ſalicibus conſitus. Varro,Idoneus locus eligendus, vbi facias ſalictum &,arundinetum.

Salientes,à Latinis dicuntur fiſtulæ,ſiue aquæductus. Græci κρουνοὺς dicunt. Vitruuius lib.viii. Hæc maxime conſyderantur Athenis. Ibi enim ex eiuſmodi locis & fontibus maſti, vſq; ad portum Pyrrhei ducti ſunt ſalientes,è quibus bibit nemo, ſed lauationibus & reliquis rebus vtuntur. Bibunt autem ex puteis.

Salignus,gna,gnū,quod ex ſalice materiatū eſt. Verg.
Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna.

Salii,ſacerdotes Martis,ſic dicti, quòd in portandis ancilibus ſaltare eos mos eſſet. Liuius, Numa item ſalios duodecim Martio Gradiuo legit,tunicæq; pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegmen cœleſtiaq; arma(quæ ancilia adpellantur) ferre,ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis ſolenniq; ſaltatu iuſſit.

Salillum,diminutiuum paruum ſalinum.

Salina,locus vbi fit ſal, Plin.lib.xxxi. Fit ſal vulgaris plurimusq; in ſalinis effuſo mari,non ſine aquæ dulcis riguis,ſed imbre maximè iuuante. Sed quoniam ſal pro facetiis ponit nonnunquàm pro apophthegmatibus,& facetii, & ſcommatibus tranſlatiue apud Ciceronem poſitum reperitur.

Salinæ,narum.vrbs Siciliæ, iuxta Lilybeum, palmis abundans: quòd iuxta eam ſalinæ fuerint, id eſt, foſſæ,in quibus fit ſal.

Salinator,dictus eſt Liuius Romanus, propter vectigal: quòd nouum ex ſalaria annona commentus eſt in cenſura.

Salinum,vaſculum in quo ſal reponitur, tum ad menſæ uſum,tum ad ſacrificia paratum. In eo enim cum ſale Diis primitiæ offerebantur. Perſius,
Purum & ſine labe ſalinum.
Ponitur tamen pro quocunq; vaſe fictili menſæ pauperis. Horat.lib.ii.Carminum, Cui paternum.
Splendet in menſa tenui ſalinum.

Salio,lis,quartæ coniugationis, & prima cor.ſignificat ſale condio. Tibullus: Farre pio placet & ſaliente ſale. Huius præteritum ſalui,ſupinum ſalitum. Vnde Salitus,& Saliturus. Liuius, Saliturus iſta eſſe mittam ſalem. Cornelius Seuerus, Ad quem ſaliti pomiliones adferebantur.

Salio,lis,per ſimplex i,ſalui,vel ſalii,ſeu ſalui, diuiſas ſyllabas. ſupinum ſaltum.& habet primam correptā. Verg. Mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres. ſignificat ſalto. Compoſita tamen magis præteritum per ui.diuiſas ſyllabas faciūt. vt Adſilio,adſilui,tum. Conſilio,lui,tum,Deſilio,lui,tum. Vergilius,
Deſiluit Turnus biiugis. Diſſilio,Exilio,extra ſalio. Inſilio. Profilio,vltra,ſeu foras,vel ante ſalio,prorumpo. Lactantius lib.iiii. Nanq; quum ſit impaterent, Ictu virgæ rupe percuſſa,profiluit fons aquæ. Verg. lib.v. Aeneidos, Finibus omnes
Haud mora profiluere ſuis,ferit æthera clamor
Nauticus. Liuius li.ii. Propè attonitus miraculo rex, quum à ſede profiluiſſet. Præſilio,ante ſalia. Reſilio, Subſilio,ſurſum deorſum ſalio. Hieronymus libr.ii. Regum: Micol uidit Dauid ſubſilientem. Tranſilio, vltra ſalio. Liuius libro primo, Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros. Salire tamen dicuntur animalia ratione carentia; quando mares ineunt fœminas. Nam ſaliendo aſcendunt. Vnde. Læta ſalitur ouis.

A' Salio, fit Salto frequentatiuum. Cuius compoſita mutant a,in u,vt Adſulto,Conſulto, Diſſulto, Deſulto,Exulto,Proſulto,Præſulto, Reſulto, & Subſulto. Plautus in Caſina, Vt feſtinabat miſer, vt ſubſultabat,poſtquàm vicit villicus. Tranſulto. Idem in Captiuis, Tu tranſultas, ego miſer vix adſto præ formidine.

Saliſi,populi Alpini, Boiis Heluetiisq; finitimi,quos Cato Tauriſcæ gentis eſſe arbitratur. Saliſorum tellus aurifodinas habet, diuq; olim potentes fuerunt, ſed Auguſtus eos deuictos,omnes ſub corona vendidit. vt autor eſt Strabo lib.iiii.

Salitura,idem quod ſalſura. Colu.lib.xii. Poſt ſalituram muſti.

Saliuarius,qui ſaliuat. Plin.lib.ix. Quæ durioris teſtæ ſunt,vt murices,purpuræ,ſaliuario lentore pariunt.

Saliuo,uas,ſanū facio. Pli.li.ix. Congregant verno tēpore purpuræ,mutuoq; attritu lentorē cuiuſdā ceræ ſaliuant. Colu.lib.vii. Tunc panacis & eryngii radices,fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti ac moliti tritici farina candentiq; aqua conſpergendæ,

eoq; medicamine ſaliuandum ægrotum pecus.

Saliuum, & Salua, ſputum: quòd ferè ſalis ſaporem habet. Vel à ſaliendo: quod in ore ſaliat & creſcat. Salitam virginem dixit Auguſtinus, quæ ſtomacho ieiuno manauit.

Salix, arbor: à ſaliendo: uel quòd ſata, uel caſu terræ compacta, ſalit ac ſurgit. Hæc arbor talem habet naturam. Eſt quidem lignum infructuoſum. Et dicitur, ſi quis ex illa accipiat potioné, aut manducet, filios non facit.

Sallo, lis, per duplex ll, tertiæ coniugationis, ſalli, ſalſum, et ſalſum, in eadem ſignificatione. Vnde Saltus, & Salturus, Salſus, & Salſurus. Lucil. lib. iiii. Sallere murænas, & frigidaria ferre.

Participiū paſſiuæ ſignificationis in duo poſuit Colu. libr. viii. quum inquit: Quòd ſi ea res ægritudiné non depellit, uẽdenda ſunt pecora. Vel ſi neq; id cõtingere poteſt, ferro necanda, ſallendaq;.

Salmacis, fons in Caria, iuxta Alicarnaſum. Dictus Venereus, ab amœnitate incolarum, vbi paulatim homines illecti omnem feritatem depoſuerunt. Strabo li. xiiii. Salmacis fons, neſcio quam ob rem calumniatus, tanquàm emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim mollicies videtur ab aere, vel ab aqua, quũ ea minime ſit cauſſa mollitiei, ſed diuitiæ & victus incontinentia. Spolia quoq; ſine labore porta, Salmatia dicuntur. Et Salmatias balas dixit Macer.

Salmo, genus piſcis, quod in Rheno & Rhodano inuenitur, & præfertur aliis piſcibus marinis.

Salmoneus, Aeoli filius fuit, regnauitq; per Elidẽ. Qui quum diuinos ſibi honores petulantius quæreret, Iouemq; in iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus, in infernum detruſus eſt.

Salnacidus, da, dum, quod ſalis ſaporem habet. Plin. Nam nitroſas aquas, atq; ſalnacidas, & fæculẽtas, addita polenta vtiles eſſe aiunt.

Salnitrum, vt modo in conſuetudinem vulgi, dicitur factitium, & ad tormenta ignium miſſilia repertum, veteribus fuiſſe videtur incognitum. Corrupta tamen dictio eſt. Nam legitur apud Plinium, Sal & nitrum ſulphuri concoctum, in lapidem vertitur. Vide in dictione Nitrum.

Salo, fluuius qui & Bilbilis dicit, quo temperatur ferrum atq; acrius redditur.

Salomon, nomen regis Hieruſalem, & pacificus interpretatur. Pacem enim habuit cum omnibus regibus, ſapientiſſimus iudicatur. Tẽplum Deo pulcherrimũ extruxit, vt in literis ſacris habetur.

Salomonius, a, um, poſſeſſiuum. ut Templum Salomonium. apud Lactantium.

Salon, regio Bithyniæ, paſcendis bobus idonea. Vnde & Salonenſis caſeus.

Salone, vrbs inſignis Liburniæ, inter Dalmatas & Illyricos, quam Pollio deuicit.

Salpa, genus piſcis, circa Ebuſum, obſcœnus alibi, & q coqui non poſſit, niſi ferula percuſſus. Cc.

Salpyga, pe. pro. genus formicarũ venenatarũ. Luca. lib. x. Quis calcare tuas metuat ſalpyga latebras? Cicero adpellat eas ſolifugas.

Salſamentarius, qui ſalſamẽta uendit, qui & Salarius.

Salſamentarius, ria, riũ, quod ad ſalſamenta pertinet. Plin. Quin & teſtis cadi ſalſamentarii tuſis cum axungia vetere mirum in modum prodeſt. Colu. lib. ii. Ita rurſus in Sole ſiccata, & mox refrigerata, condatur in vaſis olearis ſalſariis q;.

Salſamentum, quod eſt ex ſale cõpoſitum ad vſum ciborum. vt piſces ſalſi, & lardum, quæ per ſyncopen Salmenta dici poſſunt.

Salſedo, ſedinis, ipſe ſalis ſapor.

Salſicortex, arbor cui glans amara, quam præter ſues nullum animal attingit. Cc.

Salſilago. idem ſignificat quod ſalſugo. Pli. Natura deceris eſt gigni cum ſalſilagine.

Salſugo, adpellatur in Salinis, tota liquida, marina aqua ſalſior. Salſugo etiam dicitur humor cum ſapore ſalis.

Salſura, idem quod ſalſamentum. Colu. li. ix. Nulla iſtæquè quàm prædictæ ſalſuræ pabula cõmode dantur.

Salſus, ſa, ſum, quod ſalis ſaporem habet: ſiue quod ſale denſatum eſt. A quo fit Salſior, Salſiſſimus, & diminutiuum Salſuſculus. Auguſtin. libro. viii. Confeſſ. Ebrioſi quædam ſalſiuſcula comedunt, quò fiat moleſtus ardor: quem dum extinguit potatio, fiat delectatio.

Saltatio, illa hominum iactatio, quam vulgus tripudium vocant.

Saltatores, & Saltatrices, qui quæ'ue in tripudiis ſaltaculisq; dandis ſunt elegantiores.

Saltatorius, ria, rium, quod ad ſaltationem pertinet: vt Ludus ſaltatorius, in quo ſaltare docetur. Macrobius lib. iii. Saturnalium, Filii ſenatorum in ludum ſaltatorium commeabant, & illi crotalla geſtãtes, ſaltare diſcebant.

Saltatus, tus, idẽ quod ſaltatio. Liuius, Per vrbẽ ire canentes carmina cũ tripudiis ſolenniq; ſaltatu iuſſit.

Saltem coniunctio, per defectionem dicitur, quaſi ſi aliter non poteſt. Vel (ut inquit Gellius) u, litera abiecta. Nam à principio Salutem dicebant, quod nos Saltem dicimus. Nam quum alia quædam petita & nõ impetrata ſunt, hinc ſolemus, quaſi extremum aliquid petituri quod negari minime debeat, dicere, hoc ſaltem fieri aut dari oportere. tanquàm ſalutem poſtremo petentes, quam impetrari ſit æquiſſimum. Seruius, Saltem vel hoc tractum à captiuis, qui quum tenerentur ab hoſtibus, dicebant ſublatis manibus, Salutem cõcede. Hinc per ſynæreſim natus eſt ſermo, vt in conceptu rerum multarum petituri aliquid ſaltem dicamus.

Saltiæ, populi ſunt iuxta pontũ Euxinum à veteribus ſic dicti. Aliter enim Phthyrophagi vocantur. Cc.

Saltim, ſiue Saltuatim, ſignificat per ſaltus. Gelli. Nos vna in æſtate, in Aſia & Græcia geſta, literis idcirco continentia mãdauimus: ne villicatim aut Saltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.

Saltito, tas, pen. cor. frequentatiuum eſt à ſalto, tas.

Salto, tas, ſignificat tripudio. Salluſtius, Sed in his Sempronia, quæ multa virilis audaciæ commiſerat. Hæc mulier genere atq; forma, præterea viro liberisq;

fatis fortunata fuit, literis Græcis atq; Latinis docta, pſallere, & ſaltare, & cantare elegantius quàm neceſſe eſt probæ, multaq; alia q̃ luxuriæ inſtrumenta ſunt. Hinc Saltatio, & Saltus.

Saltuarius, ſyluarum ſeu ſaltus cuſtos. Pomponius, Dominus proprietatis etiam inuito vſufructuario, fundum vel ædes per ſaltarium vel inſularium cuſtodire poteſt.

Saltuoſus, locus ſaltibus plenus.

Saltus, tus, & ſalti, denſior ſylua & inuia eſt: quòd ibi arbores ſaliant, in quo paſci & æſtiuare pecudes ſolent. Sunt q dicant, Saltus eſſe loca arboribus expedita, q a facile in his ſaltetur. Verg. lib. iii. Georg.

Saltibus in uacuis paſcunt plena ſecundū Flumina.

Ponit & pro loco nemoroſo, vbi latrones inſidiari conſueuerunt. Et ſaltus ceruorum eſt. Idem lib. ix.

Tum demum ſaltu præceps ſeſe omnibus armis
In fluuium dedit.

Saluber, pen. prod. maſcul. gene. Salubris fœmini. Salubre neutri. & hic & hæc Salubris, & hoc Salubre, quod præbet ſanitatem. Vnde aer, cibus, locus, Salubres dicuntur. Colu. lib. i. Salubri cœlo. Idem, Fundum ſicuti ne fœcundiſſimi quidem ſoli, quum ſit inſalubris, ita nec effœti ſit parandum. Aliquando Salubris accipitur pro ſano. Salluſtius, Genus hominū ſalubri corpore. Liuius, Grauiore tempore anni circumacto; defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere. Hinc Salubritas, ſanitas.

Salue, verbum ſalutantis, hoc eſt, ſaluus ſis. Et habet tantum Salueto, Saluetote, Saluete, & Saluere. vt, Iube Scipionem ſaluere. id eſt, ſaluta Scipionem. Vide in dictione Valeo.

Saluia, herba, dicta quòd diuerſos ſanet morbos. Græcè eleliſphacon dicitur. Prodeſt paralyticis, & contra ſerpentium morſus remediū exhibet. Fuit & Saluia, mater Apuleii.

Saluiatum, genus potionis eſt, quo veterinarii & mulomedici vtuntur in ægrotatione animalium. Græcè ποτὸν vocant, à ſaliua, quam veteres pro ſucco accipere conſueuerunt, cuius meminit Colu. Quidam tamē legunt Saliuatum, à ſaliua ſucco.

Saluifico, idem quod ſaluo.

Salſi mare, à ſapore ſalis. Vel à verbo Græco σαλεύω, quod ſignificat mouere, fluctuare. Vergilius,

Per q; vndas ſuperante ſalo.

Salus, incolumitas. Aliquando etiā remediū. Verg.

Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem.

Et Salus, Dea ſalutis credita, vñ ſalutaris porta Romæ adpellata, ab huius Deæ æde, q̃ ei proxima fuit.

Salutaris, idem quod ſaluber. hoc eſt, ſanitatem præbens, vel ad ſanitatem præbendam idoneum. Cicero ad Octauium, Nulla remedia tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria.

Salutaris, digitus, qui pollici eſt proximus, qui & index dicitur. Sueton. de Auguſto. Dextræq; manus digitum ſalutarem tam imbecillum interdum ſentiebat, vt torpentem contractumq; frigore, vix cornei circuli ſupplemento ſcripturæ admoueret. Martian. de Nupt. Verum quidam redimitus puer, ad os compreſſo digito ſalutari, ſilentium commonebat. Dicit autem Salutaris, uel quia non ſalutamus niſi viſa & indicata. Verg. Italiam læto Teucri clamore ſalutant. Vel quia eo comprimimus os ad ſilentium, quod ſalutare eſt præceptum.

Salutariter, aduerbium, ſignificat quod vulgò dr, ad ſaluamentum. Plancus Ciceroni, Quadraginta miliū paſſuum ſpacio relicto, conſedi eo conſilio, vt vel celeriter accedere, vel ſalutariter recipere me poſſem.

Salutiger, (quo nomine vtitur Apuleius) videtur eſſe, non qui dat ſalutem, ſed qui nunciat, tanquàm interpres & adminiſter ſuperiorum. Plautus in Aulularia,

Salutigerulos pueros.

Saluto, tas, ſalutem dico, viſito, colloquor. quod non accedentibus tantum, ſed abeuntibus quoq; attribuitur. vt Statius lib. iiii. The.

Stant tamen, & nota puppim de rupe ſalutant.

Terent. in Adel. Opperiar hominem hic, vt ſalutem & colloquar. id eſt, viſitem. Et Salutare, eſt venerari. Terentius, Hinc Deos domum ſalutatum pergam. Vnde mortuos, & res inanimatas venerātes, Salutare ſolemus, non ſalutem imprecantes (quæ nulla in his eſſe poteſt) ſed venerationem indicentes. Huius compoſita Cōſaluto, ſimul ſaluto. Liuius lib. i. Vtrunq; regē ſua multitudo conſalutauerat. Obſaluto, ſalutandi gratiam offero. Reſaluto, me ſalutantem ſaluto. Inſalutatus, non ſalutatus.

Saluus, ua, uum, quod eſt ſanū. A' quo Saluo, uas, qđ eſt, ſaluum facio. Vnde & Saluator, qui ſaluat. Græcè dicitur ſoter σωτήρ.

Samara, promontorium in Oceano Orientali, vbi deficit Caucaſus.

Samaria, ciuitas regalis in Iſrael: à qua tota regio decem tribuum dicta eſt ſamaria: Poſtea ſebaſte dicta ab Auguſti nomine. Dicitur quoq; ſichar, & ſichem, & ſichima, ea eſt Paleſtinæ īter Iudæā et Galilæā ſitā. Hinc ſamaritani & ſamaritæ dicti ſunt, qui ſamariam habitant. Hieronymus ad Alga. Hoſtili inter ſe ſamaritani atq; Iudæi diſcordant odio. Idem ibidem. Nō receperunt eam ſamaritæ.

Samarobrinæ, fuerunt populi in Gallia inter Belgas, vbi Cæſar Gallorum concilium indixit. Hanc Cameracenſem eſſe urbem nonnulli autumant, quam ſabis fluuius interfluit.

Sambuca, dictio barbara, quo ſignificatur quoddam inſtrumenti Muſici genus. ut eſt apud Danielē, Quū audieritis ſonum ſambucæ. Hiero. ad Dardan. oſtendit, quomodo ſambuca conficeretur. Sambuca (inqt Porphyrius in Ptolemæi harmonica) triangulum inſtrumentum eſt, quod ex inæqualibus longitudine, ſicut et craſſitudine, neruis efficit. At Ephorus et Diomedes, Prima (inquiunt) vſa eſt Sibylla, inuentā aūt à ſambuco primum, & inde nomen obtinuiſſe. Eſt & genus machinæ militaris, qua vrbes expugnari conſueuerunt. in qua ſic funes intendebantur, ſicut in organo muſico chordæ. Item ſambuca (vt Polibius ait) illa dicitur, quæ & ſambuciſtria adpellatur. Ad hanc priſci iambos canebant.

Sambucina, penult. corrept quæ ſambuca canit, ſicut

fidicina, quæ fidibus. Plaut. in Stich. Fidicinas, tibicinas, ſambucinas.

Sambuciſtria, quæ ſambuca canit.

Samia, ſubſtantiuum. vaſa à Samo inſula dicta: ſicut Maiorica ab Hiſpania. Cice. libro. iiii. ad Herennium: Nos Samiis delectabimur.

Samius, mia, mium, quod è Samo eſt. vt homo Samius. Veteres tamen quandoq; Samium pro acuto ponebant, & Samiare, pro acuere & quaſi Samiæ teſtæ acumen inducere.

Sanniones, à Sannis dicuntur: qui ſunt in dictis fatui, & in moribus obſcœni. Cicero lib. de Oratore, Quid porrò tam ridiculum quàm Sannio eſt? qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, deniq; corpore ridetur ipſo. Quidam tamen Sanniones à ſanna deductum nomen arbitrantur.

Samnites, penulti. produ. populi in Samnio: quod nunc Aprucium vocamus regio Italiæ inter Picenſi, Campaniam, & Apuliam. Vrbes in ea ſunt Adria, Aquila, Amiternum, Sulmo, Ortona, Arpinſi, Aquinum, Athina, Beneuentum, Corfinium. Vel Samnites dicti ſunt à Samnio colle: in quo è Sabinis venientes conſederunt, & eiuſdem nominis oppidum ædificauerunt. Quidam etiam Sannites per duplex nn, ſcribunt. Hi quondam apud Caudinas furculas Romanum exercitum profligauerunt, quos poſtea L. Papyrius ſub iugum miſit.

Samos, altitudo & ſummitas interpretatur. & eſt nomen duarum inſularum. Vna eſt in mari Icario, modica, & Iunoni dicatiſſima: quòd in ea nata fuerit & educata, & Ioui nupta. Scribit Varro, Samon prius Partheniam nominatam, vbi antiquiſſimum fuit templum, & ſimulachrum in habitu nubẽtis figuratum: & ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrabãtur. A' qua & Iuno Samia dicta eſt. In ea Pythagoras quoq; philoſophus ortum habuit: necnõ & vna ex Sibyllis, quæ éxinde Samia dicta eſt, quam ferunt de Chriſto prædixiſſe: Tu enim ſtulta Iudæa Deum tuum non cognouiſti, ludentem mortalium mentibus: ſed & ſpinis coronaſti, horridumq; fel miſcuiſti. Fiebant etiam in ea vaſa fictilia egregie excreta fabricata, quæ Samia uocabantur. Ferunt hanc inſulam Thraciæ adiacere. quæ poſtea ex commixtis Thraciæ populis Samothracia adpellabatur. Verg. Threiciamq; Samum quæ nũc Samothracia fertur. Altera uero eſt Samos iſula, à Plinio collocata propè Ithacam apud Dulichium. De qua uidetur Suetonius intelligere, quum non multum diſtet ab Epiro, vbi de Auguſto ait: Ab Actio quum in Samum inſulam in hyberna ſe recepiſſet. Sane uerò (vt inquit Seruius) ciuitas Thraciæ eſt in Cephalea. Apud Strabonem tamen legimus Samum & Samen, Samum vrbem eſſe, Samen uerò inſulam. Sunt qui ſcribant Samothraciam inſulam eſſe, quæ prius Dardania vocabatur: à Dardano, qui palladium Mineruæ ſecum ferens, eò confugiſſe traditur. Pòſt Samiis inſula bello eiectis, quum eò ſe in Thraciam ex Aſia reciperent, Inditum nomen, vt pro Dardania, Samothracia vocaretur.

Samſucus, herbã, quam nunc maioranam adpellant. aliorũ nomine amaracus dicitur.

Sanates, populi qui ſupra infraq; Romam habitauerunt. Quod nomen ideo eſt inditum, quia quum deſeciſſent à Romanis, breui pòſt in amicitiam, quaſi ſanata mente, redierunt.

Sancio, cis, ciui, citum, vel ſanxi, ſanctum, ſignificat aliquid ſanctum vel cõſecratum facio, ſub ſanguine hoſtiæ. Vnde Sanctum (autore Seruio) dicitur, quaſi ſanguine conſecratum. Et Sanctio vocatur lex, cum terrore pœnæ. Aliquando Sancire, eſt firmare, munire, roborare. Terentius in Hecy. Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud vos poſſem fidẽ, ſanctius quàm iuſiurandum id pollicerer tibi. Inde Sanctio, & Sancta res dicitur. id eſt, decreta & inuiolabilis. Martianus ait, Sanctum proprie dici, quod ab iniuria hominum defenſum atq; munitum eſt. Tractum à ſagminibus herbis, quæ legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos uiolaret. Iuuenalis,

Ve ſanctam filius omni
Adſpiciat ſine labe domum, uitioq; carentem.

Vlpian. de Verb. ſignifi. ſcribit Sanctum eſſe, quod nec ſacrum nec prophanum eſt: ſed ſanctione aliqua firmatum. ut Sanctæ leges, hoc eſt, ſanctione quadã ſubnixæ. Alii dicunt Sanctum eſſe religioſum & ſacrum incorruptum. Vergilius,

Sancta ad vos anima atq; iſtius inſcia culpæ
Deſcendam. id eſt, incorrupta. Idem, Tuq; ò ſanctiſſima coniunx, Felix morte tua. id eſt, caſtiſſima.

Vnde Sanctus vir, dicitur integer moribus. Donatus: Sanctum dicitur, quod omni obſeruatione inuiolatum eſt. Et ſecundum ſcripturarum ſacrarum idioma, Sanctum dicitur, purificatum atq; expiatũ. Vnde Sancti dicũtur fidelium filii, quòd quaſi candidati ſint, & nullis idololatriæ ſordibus polluanſ. Vaſa quoq; ſancta in tabernaculo legimus, & cætera quæ ad ritum ceremoniarum pertinent: quũ utiq; ſancta eſſe non poſſint, niſi ea quæ ſentiunt & uenerantur Deum. Sic & Bethſabee ſanctificata ſcribitur ab immunditia ſua. Et ipſum templum ſanctuarium nominatur.

Sanctifico, à ſanctus: quaſi ſanctum facio. A' quo Sãctificator, Sanctificatrix, Sanctificatio. Cc.

Sanctimoniales, dicuntur monachæ. Auguſtin. ſuper Pſalm. Iubilate, Iuueniles ſanctimoniales indiſciplinatas. nunquid ideo ſanctimonium reprehẽdendũ eſt?

Sanctimonium, vocatur ſanctimonialiũ profeſſio.

Sanctitas, Sanctitudo, & Sãctimonia, idẽ ſignificãt.

Sanctuarium, ſacer locus, templum, ſacrarium. Sanctuarium quoq; ſiue Sanctaria Plinius Mithridatis adpellauit, q̃ alio loco arcana, & Plutarchus ἀπόῤῥητα vocauit.

Sanctus, cta, ctum, participiũ à ſancio. de quo mox. Cuius diminutiuũ formauit Hierony. cõtra Ruffinũ, quum ait: Tibi quaſi religioſus & ſanctulus perſonam humilitatis imponis. Ab aduerbio Sanctè, fit Perſanctè, quod eſt, valde firmiter. Plautus, Id q; perſanctè iurauit ſe facturum.

Sandaliotis, Sardinia inſula denominata eſt, ab effigie ſandalii.

ſandalii. hoc eſt, ſoleæ: quam nonnulli Ichnuſam vocãt, à ſimilitudine veſtigii, quod Græcè ἴχνος dr.

Sandaliũ, calceorũ genus, ſiue caligarum. Græci σανδάλιον ſoleã dicunt. Teren. in Eunu. Vtinam tibi cõmitigari uideam ſandalio caput. Hinc Sandalarius Apollo dictus eſt, à uico cuius meminit Gellius lib. xvii. In ſandalario forte apud librarios fuimus.

Sandaraca, genus coloris qui inuenitur in aurariis & argentariis metallis: adulteratᷓ ex ceruſa in fornace cocta. Hæc ſi torreatur, æqua parte rubrica admixta ſandicem facit. Quanquam hanc herbam eſſe Vergilius ſcribit. Hoc nomine aiunt quidã ſignificari vermiculi cuius fumus præ ceteris dolorem dentium leuare dicitur: vt eſt apud Auicennam: Græci σανδαράχης dicunt.

Sandaracinus, color à Sandaraca. Neuius: Sandaracino ore.

Sandraſtos, gẽma eſt, quam aliqui gramãtida uocãt. Habet uelut in tranſlucido ſtellantes intus aureas guttas, & ferè Hyadum numero. Sandaſiten alii nominãt: Nicãder ſandaphorion, alii ſandareſon. Ce.

Sandyx, dicis, pe. prod. (ſi Vergilio, & eius interpreti Seruio, nec non & quibuſdã creditur) maſculini gene. herba eſt delicatæ olfacturæ, breui caule, & in aliis fœniculo ſimilis. Vergilius,

Sponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos. Proper.

Illaq; plebeio uel ſi ſandycis amictu. Huius herbæ peculiaris laus (inqt Pli. lib. xii.) quòd fatigato Venere corpori ſuccurrit. Naſciᷓ in inſula maris rubri. Eſt & Sandyx genus coloris, ex ſandaracha & ceruſa factus. A' Sãdyx fit Sãdycinꝰ, na, nũ. vt color ſandycinus, q eſt flãmeus, ex rubrica & ſandaracha factus.

Sanè, aduerbium. qñq; adfirmatiue ponitur, pro eo quod eſt, certè. ut, Ita ſanè, Sanè uero. Qñq; pmiſſiue, qñ aliqd aduerſario tribuimus. ut ſit, Sanè ut uis. pro, eſto ut uis. Cicero: Quid enim habet commodi? Quid nõ potius laboris? Sed habeat ſanè. hoc eſt, in bona hora, aut in Dei noĩe. Quintil. Tulerit ſanè filius noſter, merito pœnas dederit ſpiritũ ſupplicio, nihil de præteritis loquimur. quaſi dicat: Eſto ita ſit vt tu vis. Qñq; ponitur pro valdè: quoniam qui ſanus eſt, validus eſt. Suetonius, Bellum ſanè difficile geſſit. Iungitur nonnunquàm cum &, adfirmatiuaq; eſt. Quintilianus, Et ſanè quis concipiat uel declamantis habitũ, vel orantis uocem, inceſſum pronunciationẽ: illum deniq; animi & corporis motum? Itẽ cum quàm. Gellius, Sanè quàm utile eſt.

Saneſco, ſanus fio. Columella lib. vii. Sed vulnera ſacta interdum ſaneſcunt. Huius compoſita ſunt Conſaneſco, & Reſaneſco. Idem lib. v. Tum etiam uitem minus cicatricoſam reddit: quoniam id ex quo viride & tenerum decerptum eſt, celeriter cõſaneſcit. Lactan. lib. v. Non modo ut ſuſceptis Deorum cultibus reſaneſcant: ſed etiam pertinaci obſtinatione depoſita, corporis cruciamenta deuitent.

Sanga, Cantabrorũ fluuius. Sanga præterea eſt ſerui nomen apud Terentium in Eunucho. Ce.

Sangaris, fluuius Gallogræciæ: qui per Phrygiam defluens, tandem in Propontidem influit.

Sangenos, gemma eſt, quam & pæderoteri uocamus. Cornucopiæ.

Sanguiculus, ſanguis hœdi, ſiue ſuis, in cibum formatus. Plin. Vtunᷓ ad utrũq; uitiũ & coagulo hœdi, in vino myrteo magnitudine fabæ poto, & ſanguine eiuſdẽ in cibũ formato: quem ſanguiculum uocant.

Sanguinare, eſt ſanguine manare. Quintilianus in Declamat. Tum repetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes lacerti. Et iterum. Mulier quæ ſanguinantes porrigit ad iudicem lacertos.

Sanguinaria, herba, dicta eſt: quia ſuccus eius infuſus naribus, ſupprimit ſanguinem. Columel. lib. viii. Eſt etiam grauis pernicies herbæ ſanguinariæ: quam ſi paſta eſt ouis, toto uentre diſtenditur cõtrahiturq;, & ſpumam quandam tenuẽ tetri odoris expuit. Græci eam polygonon adpellant.

Sanguinarius, ſæuus, & crudelis. Cicero, Itaq; grauem illam ac ſanguinariam uocem audiuimus? Sic ſanguinarius homo, dicitur à Seneca, qui gaudet humano ſanguine, & crudelis eſt.

Sanguineus, a, um, modò ad corpus refertur, & ſignificat plenum ſanguine: modò ad animum, et ſignificat crudelem cruentumq;. Apul. Immani ac ſanguinea voce perterruit. Modò ad arborem, & ſignificat qđ eſt ex arbore quæ ſanguen adpellatur. Plinius, Si qa duas virgas ſanguineas manu tulerit.

Sanguinolentus, idem quod ſanguineus. Varro, Itaq; propter amorem imperii, magiſtratus gradatim ſeditionem ſanguinolentis urbem perturbauere.

Sanguis, qđ & ſanguen neu. gen. ab antiqs dicebatur. Lucre. Viſceribus uiſcus gigni, ſanguenq; creari. Diciturq; ſit ſanguis, qui eſt intra uenas: cruor, fuſus, ſiue ſanies. Ponitur interdũ pro genere. Vergil.

Troiano à ſanguine duci Audierat.

Quò ad primum ſignificatum, fit compoſitum Exanguis. Quò ad ſecundum, fit Cõſanguineus: licet Sanguineus aliud ſignificet. Etiam dicitur arbor, cuius cortex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet. à quo Sanguineus, nea, neum.

Sanguiſuga, penul. produ. vermis, qui & hirudo dicitur, & Sanguiſugia. Ce.

Sanies, ſanguis corruptus. quod qdã à tabo ſic diſtinguũt, ut illud de mortuo, hoc de uiuo dicatᷓ. Vergil.

Et ſanie taboq; fluentes.

Sanna, per duplex nn, irriſio. quæ (vt inquit Hieronymus) ab occipitio diſtorto, ore & labris contractis fit, anteriorum dentium oſtentatione. Quo uocabulo uſus eſt Iuuenalis.

I nunc & dubita qua ſorbet aera ſanna Tullia.

Hinc Sãniones, & Sannii, ut inquit Probus. Quáuis & Sanniones dicãtur, qui ſic irrident. Deſanno, nas, quod eſt, per faſtidiũ derideo. Subſanno, as, de quo alibi. Similiter Sãnatores, qui eo modo irrident.

Sannaus, lacus, de quo Plinius lib. ii. Lacus (inquit) Sannaus in Aſia circumnaſcente abſynthio inficitur. A' Ptolemæo Sannis adpellatur. Apud Græcos per ſimplex n, ſcribitur.

Sano, nas, ſanum facio, redintegro, & incolumitati reſtituo. Hinc fiunt cõpoſita Conſano quod eſt ſimul

omnes ſano. Colu. lib.v. Et ſic vitis laniata ſcabrataq́ putreſcat humoribus, nec plagæ conſanentur. Reſano, rurſus ſano. Lactan. libr.v. Quibus poſtea eiectis, omnes qui reſanati fuerint adhærent religioni. Et habent penultimam productam.

Sanqualis, auis, quam quidam oſſifragam adpellant. de qua Pli. Sanqualem autem augures Romani magnæ quæſtioni habent.

Sanſæ, oſſicula oliuarum. Columel. lib. xiii. Et quum eſt oliua in ſanſam redacta, tunc ſal coctus tritusq́ manu permiſcetur cum cæteris aridis condimentis.

Santernam, noſtri uocant, quod Græci chryſocollã. hoc eſt, auri ferruminationem. Cc.

Santones, & Santoni, penul. cor. & Santonici, populi quidam Galliæ, nõ longè à Toloſatiũ finibus: quæ ciuitas eſt in prouincia: vt Cæſar Cõmentario primo ſcribit. Luca. lib.i. Gaudetq́ amoto Sãtonis hoſte. Iuuen. Tẽpora Santonico velas adoperta cucullo.

Sanus, proprie dicitur integer, & incorruptus. A quo Sanitas, Incolumitas. Transfertur quoq; ad animũ. Vnde dicitur hominem ſana mente, ſanoq́ conſilio. Ex quo Inſanus, demens: qui mentem non habet integram. Et Inſania, ſtultitia: quæ & Inſanitas dicitur. Cicero, Inſipientia, quaſi inſanitas, eademq́ dementia. Et Inſanio, pro decipio. Interdum tamen Sanũ dicitur, quod ſanitatem præbet, Siquidem dicimus Sanum aerem, & Sanum cibum: quaſi ſalubrem, & ſanitatem prebentem.

Sapa, à ſapiditate dr̃. & eſt muſtum, uſq; ad tertiam partẽ, vel (vt quidã volunt) ad dimidiã partem decoctũ. Vide in dictione Defrutum, Græcè hepſema, ab ἕψειν, quod decoquere dicitur. De hoc Martialis,

Et Laletanæ nigra lagæna ſapæ.

Saperda, dici poteſt ſapiens, elegans. Varro: Oẽs videmur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ: quũ ſimus canopi. Et Saperda, genus eſt conchæ, mali ſaporis: & nõnunquàm pro ſterquilinio ponitur. Perſius,

Et qd agam? rogitas? en ſaperdam adueho ponto.

Sapidus, da, dum, quod gratum ſaporẽ habet. Cuius contrarium eſt Inſipidus, ſine ſapore. ut Caſeus ſapidus, Vinum Inſipidum.

Sapiens, tribus modis dicitur. Primò, qui ſcientiã aliquam optime tenet. ut Ariſtoteles in philoſophia: Accilius in Iure ciuili. Secundò, qui per longã ætatẽ & rerum multarum cognitionẽ adeptus eſt. ut Cato. Tertiò, qui circa præcepta bene uiuẽdi & cognitionem uerſatur: ut fuit in Lælio.

Sapientia, eſt rerum diuinarum atq; humanarũ ſcientia. Græcè ſophia dicitur. Et qui eam profitetur ſophus, hoc eſt, ſapiens adpellat̃. Quod nomen inditũ fuit illis ſeptẽ clariſſimis uiris: ſcilicet Thaleti Mileſio, Soloni Salaminio ſeu Athenienſi, Chiloni Lacedæmonio, Pitthaco Mitylenæo, Bianti Pryenæo, Cleobolo Lydio, Periandro Corinthio. Sed poſtea Pythagoras primus non ſophum ſe, ſed philoſophũ adpellauit. hoc eſt, non ſapientem, ſed ſapiẽtiæ amatorem. Et Sapientiam ipſam, non ſophiam, ſed philoſophiam nuncupandam exiſtimauit: quòd nullus hominum, ſed ſolus Deus ſapiens eſſet. Et Sapientia, quæ nunc philoſophia dicitur, ſicut Sapientes olim qui poſtea philoſophi. Ariſtoteles fontem eſſe putat atque principium rerum metaphyſicarum. Poetæ tamen pro aſtutia & ſagacitate ponere ſolent. Quod etiam diuus Hieronymus in ueteri Inſtrumento uſurpauit, quum dixit. Erat ibi ſerpens ſapientior omnibus beſtiis.

Sapinos, genus gemmæ eſt, quæ & paranites. Cc.

Sapio, pis. piui, vel ſapii, ſapitum, penultima product. vel ſapui, ſapitum, penultima correp. proprie pertinet ad ſenſum corporis: vt ſic ſapere, quod vulgò dicitur ſaporitum eſſe. Iuuenalis,

Qui meminit calidæ ſapiat quid vulua popinæ.

Hinc Sapor, & ſapidus. Aliqñ ſapere, ſaporem habere: quod vernaculo ſermone dicimus, Sapere de la coſa. ut, Hoc ſapit hæreſim. Hieron. ad Pammac. Simplices epiſtolæ tuæ olent prophetas, apoſtolos ſapiũt. Trãsfert̃ & ad animũ, pro ſapientẽ eſſe, ſeu rectã ſnĩam uel opinionẽ habere. Terentius, Si ſapis, neq; præter quas ipſe amor moleſtias habet, addas: & illas quas habet, recte feras. Martialis,

Nubere uis Priſco? non miror Paula ſapiſti.

Quandoq; datiuo iungitur. Plautus in Trinummo: Haben' tu amicum aut familiarem, cui pectus ſapiat? Huius compoſita ſunt Deſipio, & Reſipio: vide in dictione Deſipio.

Sapor, qui ſapit. Plin. lib. xv. cap. xxvii. Interim quæ ſunt communia & pomis, omnibusq́ ſuccis ſaporũ genera. xiii. reperiuntur, dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, ſalſus. Præter hæc tria genera ſunt mirabili maximè natura: Vnum in quo plures pariter ſentiuntur ſapores, ut vinis &c.

Sapphiratus, ſaphiris maculatus, & varieganter intextus. Sidonius, Ac ſi ſub uerſicoloribus figuris vernans herbida cruſta ſapphiratos.

Sapphirus, per p, ante ph, & penulti. produ. lapis pretioſus, coloris aerii. Vñ fit Sapphirinus, rina, num. Plin. lib. xxxvii. cap. ix. Ineſt aliquãdo & aureus puluis, non qualis in ſaphirinis. Sapphirus enim & aureis punctis collucet.

Sappho, per p, ante ph, nomen mulieris uatis. Ferunt nõnulli fuiſſe duas hoc noĩe: quarũ una Ereſia, quæ & antiquior Lyrica, qua tẽpeſtate Alceus claruit, Terpſichorus, & Pittacus, tempore Tarquinii priſci. Ea plectrum prima inuenit. Scripſit Lyricos modulos, epigrammata, elegidia, iambos, & monades. Altera Mithylenæa, longè iunior: cuius pulcherrimũ opus ad amicũ Phaonẽ extat. Scripſit & alia multa apud Græcos, ut merito nona inter Lyricos poetas adnumeretur. Antipater autem Sidonius ſic de ea ſcribit. Μνημοσύναν ἕλε θάμβος ὅτ᾽ ἔκλυε τᾶς μελιφώνου σαπφοῦς, μὴ δεκάταν μοῦσαν ἔχουσι βροτοί. id eſt, Mnemoſynem matrem Muſarum cœpit ſtupor, quãdo audiuit dulciſonam uocem Sapphus: numqd decimam muſam habent mortales.

Sapinus, pen. pd. pars eſt abietis inferior, quæ enodis eſt, ſicut ſupior quæ nodoſa eſt durior, fuſterna.

Sapros, Græcè σαπρός, Latinè marcidus, putris, vel

tæſeus dr: qui ad multa (ut Plinius probat) vtilis eſt.

Sapſa, à ueteribus dictum eſt pro ipſa. Ennius: Quæ res ſapſam loco ſeſe oſtendat. Cc.

Sarcarius, fluuius eſt, quẽ in Phrygia eſſe aiunt qdã.

Sarcaſmos, Latinè dr̃ iocus cũ amaritudine: ut apud Verg. Referes ergo hæc, & nuncius ibis
Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta.
Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

Sarcimen, ſutura. Apul. Tunc tenui ſarcimine ſummas oras eius adæquanimus, & iuncturæ ſimã ſetæ denſitate ſepimus.

Sarcina, pen. cor. proprie vtenſilium eſt, & eorũ quæ ad cultum & ad cæterarum vſum pertinent: ueluti faſcis, quem quis in itinere faciendo comportare poſſit. Hinc milites, quum caſtra mouere uolunt, ſarcinas colligere dicũtur. Et qui in aliam domum immigrant, ſarcinas ſuas componere ſolent. Res etiam noſtras domi ciſtis capſiſq; compoſitas, etiam ſarcinas vocamus. Quintil. Iacent relictæ ſine hærede ſarcinæ. Per tranſlationẽ quandoq; Sarcina ponitur pro inutili onere. Aug. Et hanc corporis ſarcinam aliqñ deponerem. Huius diminu. eſt ſarcinula.

Sarcinatrix, mulier quæ veſtes ſuit.

Sarcino, nas, ſarcinas ſumo. Interdum ſarcinare capit̃ pro ſuere. Lucilius, Sarcinatorem eſſe ſummũ, ſuere centonem optime. Huius compoſitum eſt Conſarcino, quod eſt ſarcinas colligo: quod uernacula lĩgua dicimus enfardelare, o affamare. Gellius lib. i. Verſus hi ſunt Cæcilii, trunca quædam ex Menãdro dicentis, & conſarcinãtis uerba tragici tumoris.

Sarcio, cis, ciui, itum, & ſarxi, ſarctum, ſignificat integrum facio. Vnde ſarctores dicti, qui veſtes ſarciunt. Et ſarcta tecta, opera publica: quæ locantur ut integra præſtentur. Et ſarctè, integrè. Item ſarcire, componere. Tractum à uetuſtibus, quæ diſſutæ ſartiuntur. id eſt, cõponunt̃. Per tranſlationẽ ponit̃ pro dãnum ſoluere. Pacuuius, Tu dãni noſtri cauſſa fuiſti, tu nobis ſarcito ut debes. Hinc componit̃ Reſarcio. pro inſtauro, & quaſi nouam formam induco.

Sarcion, eſt gemmæ ſpecies colorem carneum præ ſe ferens: aliter ſmaragdites vocata. Cc.

Sarcophagus, pen. correp. Latinè carnem comedens dicitur. Plin. Sarcophagus lapis eſt fiſſili uena. Corpora defunctorum condita in eo abſumi intra quadrageſimum diem cõſtat, exceptis dentibus: ideo nomen habet à carne edenda. σὰρξ, σαρκὸς enim caro eſt, φάγω comedo. Vnde conuenienter pro ſepulchro poni conſueuit. Auguſt. lib. xviii. de Ciui. Dei: Quia enim arca in qua mortuus ponitur, quod omnes iam ſarcophagũ vocant, σορὸς Græcè dicitur: à noſtris pro ſepulchro uſurpatur.

Sarcta tecta, uide in dictione ſarcio.

Sarculo, las, ſarculo fodio. Columel. lib. vi. Primò plãtæ ſarculari debent, ita ut ſimplex ſtylus altitudinẽ maxime ſcrobis excedat.

Sarculum, genus raſtri. hoc eſt, crates illa dentata quæ ſubtrahitur ſatis, à ſarriendo, uel ſerendo, ut inquit Varro: Alii putant eſſe ligonem: ſeu quam vulgus vannam vocat. Horatius lib. Carmi. Gaudentem patrio findere ſarculo.

Sarda, gemma vulgaris, primum à Sardibus reperta. Vocatur & ſardacathes. Cc.

Sardanapalus, penulti. product. vltimus Aſſyriorum rex: de quo Iuſtinus lib. i. Fuit hic omnis generis luxuriæ deditus: nec erubuit inter ſcortorum gregea nere, & muliebri habitu fœminas omnis laſciuia anteire. Quãobrem indignati Aſſyrii tali fœminæ parere, duce Arbace deſciſcentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui uictus, in regiam ſe recepit: & extructa pyra, ſe atq; diuitias in incendium miſit. Hic fuit à Nino trigeſimus rex, ut inquit Diodorus libro. iii. Biblio. Et moriens condidit hoc epitaphium:
Ede, bibe, lude, poſt mortẽ nulla uoluptas. &,
Quum te mortalem noris, præſentibus exple
Delitiis animũ, poſt mortẽ nulla voluptas. Iuuen.
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

Sardanis, uir Lydius, qui Crœſo ſuadere conatus eſt, ut Perſis bellum inferret.

Sardi, indigenæ qui in Sardinia nati ſunt.

Sardinia, inſula in Tyrrheno ſeu Liguſtico mari. à Sardo Herculis filio (ſicut Strabo & Solinus ſcribunt) qui è Libya ueniens, cum multitudine colonorum, inſulam occupauit: quum antea Sandalionis adpellaret̃: ab effigie ſoleæ, quam Græci ſandalion vocant. & Ichnuſa: à ſimilitudine veſtigii, quod Græcè dicitur ichnos. Huius latitudo eſt millium paſſuum nonaginta octo: longitudo ducentorum uiginti, quanquàm alii ſtadia multa adiiciant. Mirum in ea inſula neq; lupum gigni, neq; ſerpentem reperiri. Habet ciuitates multas: ſed omnium præclariſſima Calaris eſt, vbi coraliorum piſcatio eſt. In qua diui Auguſtini, patris mei, oſſa tandiu cõquieuere, quoad ab Halitprando rege Papiam tranſlata ſunt. Hæc ciuitas Iole à priſcis adpellabatur: ab Iole illa, quam Hercules perditiſſime amauit. Inſulam Pœni occupauere: ſed à Romanis expulſi tãdem primo bello Punico, amiſere. A' Sardinia, Sardus, Sardous, & Sardinienſis adiectiua fiunt.

Sardinẽſes, q ſardiniã incolũt, vt ibi negotiẽtur.

Sardis, tãtũ pluraliter. vrbs Lydiæ magna, poſterior Troianis rebus: & Crœſi regia. Horatius,
Quid cõcinna Samos, quid Crœſi regia Sardis?
Terminat aũt noĩatiuũ & accuſatiuũ in is product. quomodo Trallis, & Syrtis. Ex Sardis fuere duo Diodori oratores: quorũ iunior Strabonis amicus fuit, et hiſtorias ſcripſit, et poemata. In Sardibus eccleſia fuit vna ex ſeptẽ Aſiæ: quarũ Ioãnes meminit.

Sardo, das, antiq pro intelligo uſurpabãt. Næuius:
Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

Sardoa, herba apiaſtro ſimilis, q̃ naſcit̃ in Sardinia, et in fontium de fluuiis largius prouenit. Ea ſi qs veſcatur, neruos cõtrahit, & rictu diducit ora: ut q moriuntur, veluti ridentium facie intereant.

Sardonychatus, ſardonyche ornatus. Martial.
Cuius et hinc lucet ſardonychata manus.

Sardonyx, nychis, penulti. corr. ſicut onyx onychis, à quo cõponitur: iam maſculini quàm fœmi. generis. Cõponit̃ enim ex ſardo: q lapis fuit in Sardinia pri.

mum compertus,coloris, rubei, & onyx gemma,cui eſt candor ſubcādidus,vnguis humani ſimilitudine: quaſi vtriuſq; colorem,obtineat. Iuuenalis,

In manibus dēſi radiāt teſtudine tota Sardonyches.

Perſius fœminino genere dixit:

Et natalitia tandem cum ſardonyche albus.

Dicitur & ſardonychus,& ſarda. Iuuenalis,

Arguit ipſorum quos litera linguaq; princeps.

Sardonychus.Plinius,E' diuerſo ad hæc ſarda vtiliſſima,quæ nomen cum ſardonyche communicauit,ipſa gemma vulgaris & primū à ſardibus reperta. Ptolemæus ſardonychen à ſardoniche Indiæ monte deriuari ſcribit.

Sardous,doa,doum.poſſeſſiuum. Ouid.lib.iiii Faſt.

Sardoaq; regna ſiniſtris Reſpicit à remis.

Sarepta, vrbs Sydoniorum, vbi diuinus vates Helias eſurientē viduam miraculo pauiſſe creditur. Hinc ſareptanus,na,num, Sidon.

Vina mihi non ſunt Gazetica,Chia,Falerna.

Quæq; ſareptano palmite miſſa bibas.

Sargacæ,populi(Pomponio autore)iuxta Mæotidē, quorum oppida Murmetion, Panticapæum, Theodoſia,Hermiſium.

Sargus,piſcis genus.Ce.

Sari,neutri generis.genus herbæ quæ ꝓuenit in aqua, radice dura intortaq;, ferrariis officinis vtilis. Theophraſtus lib.iiii. Tria in Aegypto celebrantur,papyrus,ſari,mnaſi.

Sariſſa,haſta prælonga. Liuius lib.xxvii.Prælongas haſtas Macedones ſariſſas uocant. Suidas, Σάρισσα εἶδος ἀκοντίου ἑλληνικοῦ δόρυ.μακρὸν παρὰ Μακεδόσι,id eſt, Sariſſa ſpecies iaculi Græci,haſta prælonga apud Macedones, Aelianus docet, Sariſſam eſſe lanceam qua vtitur phalanx Macedonica longitudine quatuordecim cubitorum, quorum duos manus continent,reliqua duodecim prominent.Inde Sariſſophori,qui Sariſſas geſtant.

Sarmatæ,populi Scythiæ iuxta Danubium, in Mæoticam paludem vergentes,qui à Græcis Sauromatæ dicuntur,& regio eorum ſarmatia dicitur. Pli.lib.iiii. Sauromatas gentes Scytharum Græci vocant, quas Sarmatas Romani dicunt.Dicti Sauromatæ,ab oculis lacertarum. σαῦρος enim lacerta eſt,ὄμμα oculus. Vtuntur plauſtris pro domibus, paſcunturq; lacte equino. Vnde quidā eos ἱππομόλγους,hoc eſt,equorum mulſores,alii γαλακτοφάγους,id eſt,lactiphagos vocant. A' Sarmatia fit Sarmatis,tidis. Ouidius,

Terreat haud manes Sarmatis vmbra meos.

Sunt autem duæ Sarmatiæ(ſecundum Ptolemæum) quarum vna eſt in Europa, quæ(vt lib.tertio ſcribit) à Septentrione Oceano terminatur, ab Occaſu parte Germaniæ,à Meridie Iazigibus Metanaſtis.In ea eſt Oliba,quam nunc Ruſſiam & Tartariam eſſe crediderunt. Altera Sarmatia eſt in Aſia,(vt eodem lib.quinto refert)quæ à Septentrione terra incognita terminatur ab Occaſu Sarmatia Europæ,& Tanai fluuio.In ea ſunt Caucaſii montes.

Sarmenta,virgulæ vitium ſuperuacuæ abſciſſæ. Inde Sarmentitius,tia,tium,quod eſt ex materia ſarmentorum.Colum.lib.vii. Verum vulnera eius ſarmentitio cinere linienda ſunt.

Sarmētus,nomē viri proprīū, qui ſcurrilitate claruit.

Sarnois,fluuius eſt Phrigiæ.Ce.

Sarnus,fluuius Campaniæ, oriens à Sarrano monte, inter Pompeianum agrum & Salernum, iuxta oppidum Sarni in radicibus montis poſitum. A' quo Sarraſtes populi ſunt cognominati. Vergilius,

Sarraſtes populos & quæ rigat æquora ſarnus.

Saronicus,ſinus eſt contra Corinthiacum Iſthmū, habens nomen à ſaron, quod quercum ſignificat apud Græcos,quia olim redimitum erat quercubus.

Sarpa,vinea putata.Nam Sarpere,antiqui pro purgare vſurpabant.

Sarpedon,pen.produ.rex Lyciæ,qui Troianis aduerſus Græcos tulit auxilium.

Sarra,nomen vxoris Habrææ,& nomen ciuitatis,quæ poſtea Tyrus dicta eſt.à qua ſarranus. Sed id quoq; nomen à piſce quodam accepit, qui illic abundat, & ſar illa lingua vocatur, ex cuius ſanguine ſericum in purpuram tingebatur. Eſt & Sarra inſula Epiros,à qua Sarrana etiam dicuntur.

Saraballa,Chaldaicum nomen neutri generis,& numeri pluralis ſunt brachæ:vt apud Danielem prophetā. Quidam dicunt eſſe fluxas veſtes & ſinuoſas, quæ à Germanis Rhenones dicuntur, veſtes pelliceæ,q̄bus in caſtris vtuntur.

Sarraca,nomen eſt duarum vrbium,quarum vna eſt in Media,alia in felici Arabia.

Sarraceni,populi poſt Nabatheos, à Sarraca(vt Stephanus inquit)quæ eſt pars Arabiæ.

Sarracum, vehiculi genus, quo ligna & lapides vehi conſueuerunt. Iuuenalis,

Longa coruſcat Sarraco veniente abies. Idem,

Frigida circumagunt pigri Sarraca bootæ.

Sarranus,na,num,quod ex ſarra Tyro eſt, unde ſarranæ veſtes Tyriæ dictæ ſunt,quæ & oſtrinæ & purpureæ. Vergilius,

Et ſarrano dormiat oſtro. Iuuenalis,

Aut pictæ ſarrana ferrētem Ex humeris aulæa togæ.

Sarrio,ris,riui,ritum,ſignificat ſarculis ſodio, purgo, quod fit.quum ſegetes leuiter ſcalpendo, & raſtris,à noxiis herbis purgamus.Plau. Semper occant,prius quàm ſarriunt ruſtici. Plini.lib xviii.Qui ſarriet,caueat ne frumenti radices effodiat. Hinc componitur Reſarrio,quod eſt rurſus ſarrio.Idem,Quum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt,reſarientes campos.

Sarritor,pen.prod.qui ſarrit.Colu.lib.ii. Tritici modii quatuor vel quinq; bubulcorum operas occupāt quatuor,occatoris vnam,ſarritoris duas.

Sarritura purgatura.

Sarſina,vetus ciuitas in Aemylia,ex qua Plautus poeta comicus ortus eſt.

Sartæ.populi ſunt Europæ, Scythiæ conterminí,q(vt Pomponius ait)ob ſæua hyemis admodum, aſſidue demerſis in humum ſedibus,ſpecus aut ſuffoſſa habitant, totum brachati corpus, niſi qua vident, etiam ora veſtiti.

Sartago, patella in qua caro frigitur. A' σάζω quæ caro eſt, nomen aſſumpſit. Latinè frixorium dicitur, ab illo frixationis ſono quia crepitũ confuſum in frictu emittit. Hieron. in lib. Machab. Iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine. Apud antiquos etiam ad alios vſus adhibebatur.

Sartor, purgator. Plau. in Captiuis, Sator, ſartorq́ ſcelerum, & meſſor optime.

Sartura, ipſa purgandi actio. Pli. lib. xviii. Sartura nocere & vineæ & ſegeti exiſtimatur.

Sas, veteres pro ſuas dixere, & Sam, pro eam. Ennius, Virgines nam ſibi quiſq; domi Romanus habet ſas. Idem, Nec quiſquàm philoſophiam in ſomnis uidit, priuſquàm ſam diſcere cœpit. Idẽ ſapſam pro ipſam poſuit lib. decimotertio Quo res ſapſa loco ſeſe oſtẽtatq́, iubetq́.

Saſo, inſula, quæ à Brunduſio quinque milia paſſuum diſtat. Inde in Epirum totidem diſtat, vt ait Strabo.

Saſon, ſonis, pen. prod. fluuius. de quo Sylius,
Adriaci fugite infauſtas ſaſonis arenas. Et alibi,
Expauit ſonitus tremefacto littore ſaſon.

Satago. is, pen. cor. ex ſat & ago compoſitum videtur, vnde ſategi præteritum, ſatactũ ſupinum facit. Et eſt ſatagere, anxiũ eſſe, & quod vulgò dicit̃ ſatis habeo quod agam. Terentius in Heaut. Nam hic Clinia, & ſiis quoq; rerum ſuarum ſatagit, attamen habet bene & pudice eductam, ignaram artis meretriciæ. Aliquãdo ſignificat diligentem eſſe, ſeu feſtinare. Plautus in Aſin. Nunc ſatagit, adducit domum ei vltrò & ſcribit numos.

Satagytæ, populi in Aſia Scythica, vt lib. iiii. teſtatur Herodo.

Satarchæ, populi in Scythia, qui (vt Solinus refert) damnato auri & argenti vſu, ſe à publica auaritia abdicarunt.

Satelles, miles mercede conductus, vt ab imperatoris latere non diſcedat. Et ſatelles, qui ſontibus capiendis præeſt, qui & adparitor dicitur.

Satellitium, ipſa ſatellitum actio. Augu. lib. v. Cõfeſſ. Procuraui aliam non vtiq; coniugem, quò tanquàm ſuſtentarétur, & produceretur, vel integer, vel auctior morbus animæ meæ, ſatellitio perdurantis conſuetudinis in regnum vxorium.

Saterona, animal ambiguum in humore pariter & in ſicco viuens.

Sathanas interpretatur aduerſarius. Quo nomine adpellatus eſt diabolus, quod Chriſti aduerſarius ſit. Quicquid enim animæ ad Deum tendenti reſiſtit & aduerſatur, & quicquid paci contrarium eſt, & hoc ſathanas eſſe nominatur. Sicut legitur in regnorum libris: Quia ſuſcitauit Deus Salomoni ſathanam, aduerſus eum qui erat pacificus.

Satiabilis, qui ſatiari poteſt facile, cuius contrariũ eſt Inſatiabilis. Salluſt. Auaritia inſatiabilis eſt, neq; copia neq; inopia minuitur.

Satietas, plerumq; pro faſtidio ſumitur. Cic. in Cato. Omnino quidẽ vt mihi videt̃, ſtudiorum omniũ ſatietas facit vitæ ſatietatẽ. Dicit̃ & ſatias, pro ſatietas. Teren. in Eunuc. Ex meo propinquo rure, hoc capio commodi. Neq; agri, neq; vrbis odium me vnquàm percipit, vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Sall. Hi ſaltibus occupatis externorum agros inuaſere, frumentiq́ ex inopia graui ſatias facta.

Satin', pro ſatis' ne? Terentius, Satin' ſana es?

Satio, as, à ſat deduci videtur, & ſaturo ſeu expleo ſignificat, pertinetq́ ad omnes ſenſus, & frequẽter ad animum Cic. in Cato. Satiari delectatione non poſſum, vt meæ ſenectutis requiem oblectamentũq́ noſcat. Ad corpus vſus eſt Colu. libr. ix. Satiatq́ ſemodius cibi, in diebus ſingulis, vicenos & centenos turtures. Hinc componitur Exatio.

Satis, aduerbium, & per apocopen Sat, ſignificat abundè, quantum opus eſt. Cic. lib. artis orat. Lõgum eſt, quod pluribus ſententiis vltra quàm ſatis eſt producitur. Aliquando ponitur loco nominis, vt, Satis eloquentiæ habeo. Sic etiam nomina pro aduerbiis ponuntur: vt, ſponte ſua: mane nouum. Et quum ſatis ſignificet quantitatem, Satios tamen comparatiuum, qualitatem denotat, quia deriuatiuum nõ ſemper ſeruat ſenſum primitiui. Vergilius,
Non'ne fuit ſatios triſtis Amaryllidis iras.
Atq; ſuperba pati faſtidia? id eſt, melius.

Satiſaccipio. dictũ eſt eodem modo quo & ſatisfacio. Vnde & ſatiſacceptio, quæ eſt (vt Pomponius inquit) ſtipulatio quæ ita obligat promiſſorem, ut & promiſſores quoq; ab eo accipiantur. id eſt, qui idẽ promittant.

Satiſdo, das, ſignificat fideiubeo, promitto per vadẽs, ſiue fidem meam pignori do. & re ipſa certifico. Cic. Solpitio, Primum ut ſi quid ſatiſdãdum erit, amplius eo nomine peti cures ut ſatiſdetur fidei meæ. Cuius ſatiſdatio eodẽ modo adpellata eſt, quo ſatisfactio. Nam ut ſatisfacere dicimus ei, cuius deſyderium implemus, ita ſatiſdare dicimus aduerſario noſtro, aliquẽ dare qui pro eo quod à nobis petit̃, ita caueat, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus.

Satisfacio, tantum facio, quantũ ſatis ſit irato ad uindictam, inquit Aſconius, Et conſtruitur cum datiuo, ſed quum pro punio ponitur, accuſatiuum poſtulat. Cicero ad Heren. Non conuenit cenſores, iſtum ſatisfacere, ex eo quòd ait, ſe non potuiſſe, ita adeſſe, vt iuratus fuerat.

Satiſpræſto, as, idem eſt quod ſatiſdo.

Satiuus, a, um, quod ſeminatur, vel quod idoneum eſt ut ſeminetur. Gellius: Sed hi pleraſq; naues loris ſuebant, Græci magis cannabo & ſtupa cæterisq́ ſatiuis rebus.

Satrapa, penul. cor. dictio Perſica. et apud nos ſignificat præfectũ. Suidas: Σατραπεία, ἡ ἐπαρχία. Σατράπην δὲ σατράπου ἄρχον ἀξιώματος. id eſt, Satrapia eſt prouincia, et Satrapes ſatrapæ, genus dignitatis.

Satullo, as, idem quod ſaturo. Varro, Neq; in puluere mihi coquam carnes, quibus ſatullem corpora et ſamem ventris.

Satur, ra, rum, quod eſt cibo plenum. Terentius in Hecy. Sed tu quum ſatura atq; ebria eris, puer ut ſit ſatur facito. Sumitur interdum pro fœcundo & abundante. Perſius: Nec rus ſaturum laudare. Vergi

lius libro ſecundo Georgicorum,

Saltus & ſaturi petito longinqua Tarenti.

Vbi Seru. Saturi aut fœcundi aut quod iuxta oppidum Saturū. Tarētum enim & Saturum vicinæ ſunt Calabriæ ciuitates.

Saturea, herba fragrantis odoris, quæ & cunila dicit, & origanū heracleoticum à ſaturo dicta, quòd nullum ferè condimentum ſine ea fiebat, propter quod ſaturitatem inducere videbatur. Columella,

Et ſatura thymi referens tymbræq; ſaporem.

Alii tymbram vocant. Venerem emortuam ſuſcitat in cibis ſumpta. Vnde ex Græco (vt quidam volunt) nomen ſibi vendicauit, quaſi ſatyrea, vt ſatyri in Venerem proni & ſalaces.

Saturnalia, orum, feſta ſeptem ſeu quinq; dierū menſe Decembri Saturno dicata erantq; pleni lætitiæ, in quibus Romani ſyntheſin veſtē ſumebāt. Dies quoq; qbus munera vltro citroq; mitti remittiq; ſolebant, Saturnalia ſeu ſaturnalitia dicebantur. Suetonius in Aug. Saturnalibus & ſi quādo aliàs libuiſſet modo munera diuidebat, modo nummos omnis notæ.

Saturnalitius, a, um, quod ad ſaturnalia ptinet. Mart. Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ.

Saturnia, ſubſtātiuū, nomē regionis, & nomē oppidi. Vergil. Ianiculum illi fuerat ſaturnia nomen.

Aeditiora etiam loca (vt Diodorus ſcribit) Saturnia dici conſueuerunt. Poſidippus autem poeta in Epigrammatis ſcribit, Lyſippum ita feciſſe inter alia quæ ſcribit habitum Saturni.

Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω. τί δὲ ταρσοὺς
ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; ἀνδράσι δεῖγμα
ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ Δία. τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει; id eſt, Quur pinnæ inſiſtis? rotor aſſidue. Quur vero talaria bina geſtas in pedibus? uolo in aere. Tu dextra vero quur geris nouaculam? Signū hoc hominibus, quòd quauis ſum acutior acie. In facie vero quid capillicium? vt capiant me quibus offeror. At qui per Iouem quur caluet occipicium.

Saturniniani, hæretici à ſaturnio quodam nominati, qui mundum ſolos angelos ſeptem, præter conſcientiam Dei patris feciſſe dicebat.

Saturninus, mons quondam dicebatur, qui poſtea Tarpeius.

Saturnus, à poetis fingitur Deus, quòd annis ſaturet, vel quia ſe in deuorandis filiis ſaturauit. Ex ſe enim natos, comediſſe fingit, qa cōſumit ætas temporum ſpatia, annisq; pteritis inſaturabiliter expletur. Oui.

Tempus edax rerum tuq; inuidioſa vetuſtas,
Omnia deſtruitis vitiataq; dentibus æui
Paulatim nigra conſumitis omnia morte.

Vnde à Græcis Cronos dicit quod tēpus deſignat. Alii philoſophi interpretant Saturnum Cronon, velut à ſatietate intellectus, eò quòd Græcè ſatietas κόρος, intellectus vero, ſiue mens νοῦς dicitur, vt ſic nomen compoſitum Saturnus, ex prima parte Latina, & poſteriore Græca, ipſa ſatietas mentis. Sunt qui ſaturnum à ſatu deducant, quoniam peritiam ruſticā & ſatorum omnium primus edocuiſſe fertur. Quidam à verbo, quod Græci dicant σάτυς, quo virilia ſignificantur: quòd patris pudenda abſcidiſſe, atque in mare proleciſſe dicitur. vnde Venerem procreatā ferunt, quæ à ſpuma vnde coaluit Aphrodites nomē accepit. Hinc Saturnius, a, um, vt Iuno Saturnia, quæ fuit filia Saturni. Verſus quoq; quos olim Fauni vateſq; canebant ſaturnios antiqui nominabant, vt ait Varro.

Saturo, as, penultima correp. ſicut ſatio capitur, & ſimiliter ad omnes ſenſus pertinet. Cicero Iracundiam meam ſatura tuo ſanguine. Nonius Expleri & ſaturari hanc habent differentiam. Expleri eſt tantummodo plenum eſſe, ſaturari ſupra modum. Cicero libro vi. de Repub. Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædam cogunt atq; imperāt, quæ expleri atq; ſaturari nullo modo poſſunt. Cuius cōpoſita ſunt Exaturo, quod eſt perfecte ſaturo. Apul. Sed ille libidine exaturatus iacebat in grabatulo. Obſaturo, de quo alibi. Hinc ſaturitas pro ſatietate. Plaut. in Capti. Proin' tu Deum hunc ſaturitate tranquillum facias tibi. Quandoq; pro fœcunditate. Cicero in Catone, Neq; ſolum officio quòd hominum generi vniuerſorum cultura agrorū eſt ſalutaris, ſed etiam, delectatione quā dixi & ſaturitate, copiaq; rerum omnium quæ ad victum hominum, & ad cultū etiam Deorum pertinent.

Saturum, vrbs Calabriæ fuit nō longè à Tarento. Vnde Saturelanus, a, um, poſſeſſiuum. Horatius,

Me ſatureiano vectari, rure caballo.

Quidam etiam ſatyrum ſcribunt. Vnde & nonnulli agrum in quo Tarentum conditum eſt ſatyram uocari adfirmant.

Satus, ta, tum, à ſero, is, fit, pro ſemino. Vnde etiam à Vergilio ponitur pro genitus.

Satus, us, & ſatio, onis, ipſum ſerendi actum denotant. Plin. lib. xvii. Quapropter de talearum ſatu nunc diſcendum. id eſt, plantatione. Quandoq; etiam ſatus, ſemen dicitur.

Satum, ager, in quo ſemen eſt. vt Hierony. in li. Iudith. Et ſatum eodem autore, genus menſuræ quod iuxta morem prouinciæ Palæſtinæ, vnum & dimidium modium capiens. In Geneſi tamē non tantam capit ſummam, vbi ſcriptum eſt, Accelera tria ſata ſimilæ cōmiſce, & fac ſubcinericios panes.

Satyra, pen. cor. quaſi ſatura, dici videtur ob carminis varietatē, ſeu propter copiam rerum quæ ibi tractantur. Eſt enim ſatyra carmen maledicū, & ad carpēda vitia compoſitū: quale ſcripſerūt Lucilius, Horatius, Iuuenalis, Perſius, Accepit & id carminis hūc titulū, quòd perſonis factisq; ſatis tū abundare videatur. Quidā à ſatyra lance, quæ referta multis variisq; primitiis in ſacrificiis Diis offerebat. Alii à lege ſatyra dictā exiſtimant, q̄ vno rogatu multa ſimul cōprobat. De qua lege Sall. in Iugur. Deinde quaſi per ſatyrā ſentētiis exquiſitis in deditionē accipitur. Varr. à quodā ſarciminis genere, quod multis rebus refarciebatur, dictā ſatyrā eſſe ſcribit. Vnde in ſecūdo libro

Plautinarũ quæſtionũ habetur: Satyra eſt vua paſſa & pólẽta, & nuclei pinei ex muſto cõſperſi. Sunt q̃ à ſatyris deriuent, quòd in hoc genere carminis res ridiculæ pudendæq́ ſcribuntur, quemadmodum proferri à ſatyris ſolent. Donatus in Terentium, Déinde aliud genus fabulæ. id eſt, ſatyra, ſumpſit exordiũ, q̃ à ſatyris quos illotos ſemper ac petulantes eſſe legimus vocitata eſt. Poteſt etiã dici Satyrã ideo vocatã, quòd in antiqua ſatyra introducebant ſatyrorũ perſonæ, aut ſi q̃ erant ridiculæ ſimiles ſatyris. Duo quippe ſatyrarũ genera fuiſſe conſtat. Alterum antiquius, quod ſola carminum uarietate conſtabat. Alterum recentius, apertam hominum reprehenſionem continens. Hinc Satyrus, & Satyricus, pro eo qui ſatyram ſcripſit.

Satyri, dicti ſunt quòd in libidinẽ ſemper proni ſunt: à virili membro. quod veteres Græci σάτυρ adpellabant. Hi ſunt (vt Plin. lib. v ait) animalia quadrupedia, in ſubſolanis Indorum mõtibus perniciſſima, humana effigie, recte currentia. Veteres huiuſmodi mõſtra pro ſyluestribus Diis coluerunt. Vnde Hiero. Vidit homunculum (inquit) aduncis naribus, & fronte cornibus aſpera, cui extrema corporis in caprarũ pedes deſinebat. Et præmiſſo ſigno crucis quum quiſnam eſſet interrogaſſet Antonius, reſpondiſſe fertur, Mortalis ego ſum, vnus ex accolis eremi, quos uano errore deluſa gentilitas, Faunos, Satyrosq́;, & Incubos adpellat.

Satyria auis, coruus. L. Florus, Quum ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter ſpolia detraxit. Inde Torquati. Iterũ Pontino agro quũ in ſimili pugna L. Valerius inſidente galeæ ſatyria alite adiutus. Satyria etiam apud Latinos cibarium confuſaneum dicitur, ueluti cibus ex variis rebus compoſitus.

Satyriacum ſignum, ſimulachrum Priapi, quod in hortis apud antiquos ponebatur. Plin. lib. xix. Eſt & religio quædam hortosq́; & fores tantum contra inuidentium effaſcinationem dicari uidemus. In remediũ ſatyriaca ſigna.

Satyriaſis, pulſus teſtium, & velut ſingultus quidam inguinis, ſequens inflammatam quandam paſſionem ſeminalis receptaculi, cum intentione & tentigene. Quod ſi non ceſſauerit pulſus ille ſolent ſeminis receptacula intendi, vel ſpaſmus naſci: qui morbus etiam Priapiſmos dicitur.

Satyrice, aduerbium. ſignificat acriter cum conuitio.

Satyrion, herba foliis lilii rubri aliquãtò minoribus, tribus non amplius à terra exeuntibus, caule leui, cubitali modo, radice gemina. Hanc Arabice caſtalce vocant, orchis Græcè, quæ vox teſticulum denotat, Latinè vulpis teſticulus vel leporina.

Satyrorũ inſulæ, ſunt tres contra Indiã extra Gangem ſitæ, ſicut Ptolemæus li. vii. ſcribit, Quas qui habitãt, caudas habere dicuntur, quales ſatyris pinguntur.

Saucio, as, vulnero. à quo fit compoſitum Cõſaucio. Ambro. lib. i. Offic. Verberamur vocis noſtræ verbere quum loquimur ea, quorum ſono cæditur animus noſter, & mens conſauciatur.

Saucius, a, um, nomẽ quod naſcitᷣ à participio ſauciatus, quomodo laſſus à laſſatus, & lacerus, vel lacer à laceratus. Et eſt Saucius, vulneratus. Vergil.
Qualis mugitus fugit quum ſaucius aram Taurus.
Et non ſolum de vulnere, ſed etiam de labore dicitᷣ quaſi ſciſſus. Quod Apul. lib. ii. de Aſin. cum genitiuo iunxit, quum ait: Mihi vero fatigationis heſternæ etiam nũc ſaucio da veniam. Saucinus inguium, pro inguinibus, ſicut præſtans animi, quaſi habens inguina tumentia. Sicut enim membra in homine ſaucio intumeſcunt, ſic ſaucius inguinum, cuius turgent genitalia ex libidinis deſyderio.

Sauior, aris, vide in dictione Diſſauior.

Saura, lacerta, q̃ in maceriis, & in ſepibꝰ diu deliteſcit.

Saurities, gemmæ ſpecies, quæ in ventre viridis lacertæ traditur inueniri. Cc.

Sauromatæ, populi, vide in dictione Sarmatæ.

Saxatilis, & hoc & Saxatile. pen. cor. quod ſaxa incolit. vt, piſcis ſaxatilis. Et Saxatile dicitᷣ vernacula lingua daſaſſi. Plaut. in Rudente, Piſcatum hamatilem ſaxatilemq́; aggredimur.

Saxones, illuſtres Alemaniæ populi, q̃ Angelæ reginæ auſpitio Angliã deuicerunt, à qua etiã nomen ſortita eſt Anglia, quaſi angela, quũ prius Albion diceretur. Hos Ptolem. nõ lõgè à Cimbris in Oceani Septẽtrionalis littoribus & paludibus inuiis conſtituit.

Saxoſus, a, um, ſaxorũ copiã ſignificat, ut ſaxoſa uia.

Saxulum, diminutiuũ. Cic. lib. de Orat. Illam in aſperrimis ſaxulis tanquàm nidulum affixam.

Saxum, maius aſperius, duriusq́; quàm lapis, licet quãdoq́; ſaxum pro lapide ponatur. Hinc Saxeus, a, um, quod è ſaxo eſt.

Saxum ferratum, oppidum in piceni atq́; Vmbriæ finibus ſitum: ita adpellatum à ferro, propter fodinas ferrarias quas eo in loco multas fuiſſe earum reliquæ oſtendunt. Sentinum à veteribus dicebatur, à Sentino amne iuxta mœnia labente: quem nunc quoq́; incolæ Sentinum uocant.

S ANTE C

SCabellum, diminutiuum, ſignificat paruum ſcãnum. Nonnunquàm ponitur pro ſuppedaneo. Auguſtinus ſuper Pſal. Suppedaneum, dicitᷣ ſcabellum quod dicunt Græci ὑποπόδιον dixerunt Latini ſcabellum, & alii dixerunt ſuppedaneum, vide in dictione Scamnum.

Scaber, a, um, quod rubiginoſum eſt. Verg. lib. i. Geor.
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila.
Hinc vngues & dẽtes dicuntᷣ ſcabri, qui ſordidi ſunt, etiam ſi non ſunt aſperi tactu.

Scabies, à ſcabo, ſiue à corporis aſperitate dicta eſt, q̃ (ut Celſus ſcribit) eſt durior cutis rubicunda, ex qua puſtulæ oriuntur, quædam humidiores, quædam ſicciores. Exit à quibuſdã ſcabies, fitq́; ex his continua exulceratio pruriens. Hæc etiam pſora à Græcis dicitur. à Scabie fit Scabioſus, a, um,

Scabo, is, ſcabi, ſcabitum, ſignificat ſcalpo, conſoro, & quaſi vnguibus fodio. Plin. lib. viii. Si uerò ſquamæ obtorpuere ſpinis iuniperi ſe ſcabit.

Scabredo, aſperitas, ſicut quando caro contrahitur &

ſit rugoſa. Quo vocabulo vſus eſt Hiero. in diui Hylarionis vita.

Scabricia, & ſcabricies, rubiginoſitas: vnde Plinius vnguium ſcabriciam dixit.

Scabro, vermis qui naſcitur de carnibus equorum putridis.

Scæa, porta Troiana dicebatur à cadauere Laomedontis, hoc eſt, à Scænomate. id enim tabernaculum ſiue ſacculũ ſignificat, quod in eius ſublimine erat. Cc.

Scæi, ſunt Traces populi, Scæus, amnis. & Scæus, murus.

Scæna, cum æ, diphthongo. magis ex antiquorũ conſuetudine, quàm ex vera orthographia (vt inquit Priſcianus:) quia quum Græca ſit dictio, quæ apud illos ſine diphthongo σκηνὴ ſcribitur, apud nos etiam abſq; diphthongo debuit transferri. Alii in ſignum productionis per æ, diphthongum notandum putãt, vt Apuleius: Eſt autem Scæna inombratio ἀπὸ τῆς σκιᾶς. Quæ quidem (ut docet Seruius) à ruſticis primum inumbrationis cauſſa, comperta fuit: vbi prius carmina incondita decantabant. Quare & à nõnullis tabernaculũ ac papilio traductum fuit. Poſtea tabulata cœperũt cõponere, in modũ parietis. Vnũ hodie cõſuetudo permãſit, vt cõponantur pegmata à ludorũ theatraliũ æditoribus. Vnde Scænophegia, tabernaculorũ feſta. Sed quum in urbes deducta fuit ſcæna, redactũ eſt nomẽ ad eam partem theatri, quæ ab uno eius cornu, ad aliud ducebatur. Conſtat aũt ſcænam theatri frontẽ, binis pluribus'ue contignationibus conſtructã, in quibus hiſtriones recitabãt, mimiq;, mirmillones, & cæteri ludii uarios ludos ac geſticulationes ædebant. In ſcæna autem quum hemicycli formã haberet, gradus ſediliaq; fuere, de quibus primarii magiſtratus honoratioresq; ſpectarẽt, eorumq; ſedilia pars intima orcheſtra eſt dicta. Placidus Grãmaticus ſcribit Scænam eſſe camerã hinc inde cõpoſitam, quæ in vmbræ locũ in theatro erat, in quo ludi actitabantur. Item Scænam dici arborũ in ſe cubantium, quaſi concameratam denſationem, vt ſubterpoſitos tegere poſſit. Item Scænam uocari cõpoſitionẽ alicuius criminis quæ digna ſit in theatro, exclamationibus tragicis. Scæna ſic definitur à Labeone, quæ ſit ludorum faciendorum cauſſa quolibet loco ubi quis conſiſtat moueaturq; ſpectaculũ ſui præbiturus poſita ſit in publico priuatoq;, vel in uico quo tandem loco paſſim homines ſpectaculi cauſſa admittebantur. Hæc autem uerſatilis erat aut ductilis. Verſatilis, quæ ſubito tota machinis quibuſdam vertebatur, & aliam pictoræ faciem oſtẽdebat. Ductilis, quæ contractis tabulatis hac atq; illac interiorem picturæ ſpeciem denudabat.

Scænicus, a um, quod ad ſcænam pertinet. ut Scænici ludi. Auguſti. lib. iii. Confeſ. Sed qualis tandem miſericordia in rebus fictis & ſcænicis. Scænicus uero abſoluto uocabulo, hiſtrio dicitur. Suetonius de Nero. Ac ſpectaculis theatri clàm illatus cuidam ſcænico placenti nuncium miſit.

Scænitæ, cognominati ſunt quidam Arabiæ populi, à tabernaculis qui in tentoriis habitant (vt inquit Solinus) quæ caprarũ pilis texta ſunt: apud quos ſi ſuo vectus fuerit, illic moritur.

Scænofactorius, a, um, ut ars ſcænofactoria, qua fiunt vmbracula, vel tabernacula, vel funes.

Scænoma, atis, ſignificat tabernaculum ſeu ſacculum.

Scænophegia, orum, neu. ri gen. feſta tabernaculorũ, in quibus Iudæi faciebant tabernacula: ad ſimilitudinẽ tabernaculorũ in quibus habitauerunt quum ex Aegypto peregrinarentur in eremo. ab σκηνὴ, & πήγνυμι. Latini verò adſpirationem addiderunt.

Scænos, Latinè hitatio, vmbra, tabernaculũ, vel finis.

Scæua, dr̃ qui ſiniſtra manu utitur pro dextra. Quo nomine dictus fuit quidam Romanus: de quo Suetonius in Cæſ. Scæua excuſſo oculo, trãsfixos femore & humero, centum & uiginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam cõmiſſi caſtelli obtinuit.

Scæuola, à ſcæua, id eſt, ſiniſtra (ut inquit Varro) eò quòd q̃ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia putantur. Et Græci ſiniſtram σκαιὰν vocant. Hinc Scæuæ dicti ſunt. Hoc noĩe dictus eſt Mutius nobilis olĩ Romanus, qui debilitata dextra, ſiniſtra uſus eſt. Liuius lib. ii. Mutium demiſſum, cui poſtea ſcæuolæ à clade dextræ manus inditum nomen. Scæa enim ſiniſtra eſt, & Mutius ſiniſtra eſt vſus, exuſta dextra.

Scala, æ, & Scalæ, arum, utroq; modo dr̃, à ſcandẽdo, quòd his altiora ſcãdamus. Nam ꝓpriæ Scalæ ſunt, quæ ex pluribus gradibus conſtant. Diſtinguũt quidam ſic: Scala eſt quæ ex teretibus lignis, aut funibus, alia'ue materia ſimili huc atq; illuc trãſferri poteſt. Scalæ, quæ latiores habent gradus, & immobiles permanent. De hac Plinius, Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur. De illa Caius iurecõſul. Vel ſcalã ſciens cõmodauerit ad aſcendendum: ſed ſæpe confunduntur. Et ſcalas magis in uſu eſſe, quàm ſcalã dicimus. Salluſt. in Iugurt. Vnæ atq; alteræ ſcalæ cõminutæ ſunt, qui ſuperſteterãt adflicti ſunt. Non dixit vna atq; altera ſcalæ quibus per gyrum aſcendimus, à cochleæ forma, cochlides & cochleæ dicuntur. Quæ vero ex lignis teretibus ſine cannabinis funibus, à Capaneo inuentæ primũ fuerunt, vt eſt apud Vegetium libro de Re militari.

Scalmus, lignum teres cui nautæ remos loro quodã alligãt ad nauigãdum, ut firmius nauigent.

Scalpellus, & Scalpellum, diminutiua ſunt: vide in dictione Scalprum.

Scalpo, is, pſi, ptum, fodio, & vnguibus pruritum aufero. ſcalpunt enim homines unguibus, & gallinæ pedibus. Plin. lib. ix. Attrituq; petræ ſcalpentes piſces pruritus inuadit.

Scalprum, & Scalprus, & diminutiõe Scalpellum, & Scalpellus. ferrum quo aptatur corium, et quo raditur: uel celtis. Vtitur tamen eo inſtrumento diuerſi artifices. Cato de Re ruſtica: Ficos et oleas altero modo, quod genus aut ficum aut oleam eſſe uoles, inde librum ſcalpro eximito. Columel. lib. vii. Scabies ferro cæſa pluatur urina. Etiam ſæpe ſcalpello vſq; ad imum reſecare et amputare ſcabiẽ ſæpe profuit. Et lib. v. Scalprum quod deinde aduncũ eſt, roſtrũ adpellatur. Sueto. de Vitellio. Scalpro librario,

venas

veteras ſibi incidit. Scalpta ſutoria Horatius intelligi volunt illo verſu:

Si ſcalpra & formas non ſutor, nautica vela
Auerſus mercaturis delirus & amés Vndiq; dicaſ.

Liuius fabrile ſcalprum adpellat, quo magiſtri elephantos interimebant: inter aures beluæ adacto in ipſa compage qua coniungitur caput capiti. Cornelius Celſus Scalprum inter ferramenta chirurgica numerat, vbi ait libro octauo, Tum demum ad manū ſcalprumq; veniendum eſt. Colu. lib. ix. ferramentū ſcalpratum dixit ad ſimilitudinem ſcalpri formatū, quo ait opus eſſe ad caſtrandas apum alueos.

Scalptor, qui ſcalpit. Plinius libro. xxxvii. Expetunt à ſcalptoribus, ferro q; includuntur, nullam non duritiam ex facili cauantes.

Scalptura ſcalpendi actio. Plinius: Omnia autē hæc genera ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt. Diomedes Grāmaticus Scalpturam dici probat nō Sculpturā: Scalpta (inquit) gemma dicendum eſt, non ſculpta: quoniam adiecta præpoſitione facit inſculpta.

Scalpturatum, genus pauimenti quod & vermiculatum dicitur: quod factum poſt tertium Punicum bellum fuit ex teſſellis minutis, diuerſicoloribus, ut in templis antiquis. Et nos Moſaicam dicere ſolemus. In his pauimentis picturæ radendo fiebant: quomodo nūc ſcalpturata albaria in exteriore parte parietum ac murorum fiunt.

Scalpturio is, iui, itum, idem quod ſcalpo, quod proprium eſt galli gallinacei, quū terrā ſcalpit. Plau. in Aulu. Vbi hæc defoſſa occepit ſcalpturire vnguibus.

Scamander, fluuius qui Europam ab Aſia diuidit, & alio nomine dicitur Xanthus.

Scamandria, vrbs parua à portu Ilienſi parū remota.

Scamnum, eſt quod lecto veluti gradus adponitur, vt per id in lectum facilius aſcendatur. Varro ſcribit Scamnum eſſe quo duplici gradu in lectum altiorē conſcendebant: Scabellum, quo ſimplici ſcanſione in lectum non altum ſcandebant. Ouid. in Arte,

Et caua ſub tenerum ſcamna dediſſe pedem.

Et Scamnum dicitur terra illa altior, quæ inter duos ſulcos in colendo relinquitur. Plinius, Scamna inter duos ſulcos, cruda relinquantur. Et Columella lib. ii. uocat Scamnum crudum ſolum & immotum, minimeq; aratro proſciſſum. Idem lib. iiii. Duabus gēmis ſupra terram eminere, paſſim repoſita humo, exterra coæquant quæ faciunt in eadem linea intermiſſis totidem pedum ſcamnis dum peragant ordinem. Quoniam uerò in his ſedere conſueuimus, factum eſt vt Scānum & Scabellum ſæpe pro ſubſellis vſurpentur. Ouidius lib. i. Faſtorum:

Ante focos olim ſcamnis conſidere lōgis, Mos erat:

Scamna etiam in arboribus dicuntur rami & brachia, per quę vites aſcendunt.

Scamonea, frutex cuius ſuccus valet ad medicinas.

Scandalides, palmæ ſpecies, à ſimilitudine ſcandalarū dictæ. Cornucopiæ.

Scandalum, eſt quod nos offendiculum, vel ruinā vel impactionem poſſumus dicere. Quando ergo legimus: Quicunq; de minimis ſcandalizauerit quēpiā; intelligimus qui dicto facto'uc occaſionem ruinæ cuiquàm dederit. Hinc Scandalizo, lizas, quod eſt alicui ſcandalum præbeo.

Scandinauia, inſula eſt Oceani Septētrionalis, quam Plin. lib. iiii. incompertæ magnitudinis eſſe ſcribit. Eam alterum orbem terrarum eſſe crediderunt.

Scandix, herba quæ in holere ſylueſtri à Græcis ponitur.

Scando, dis, ſi, ſum, in altum uado. Cicero in Cato. Vt ſi qui gubernatorē in nauigando nihil agere dicant, quū alii ſcandant malos, alii per foros curſent. Hinc Scalæ dictæ ſunt, per quas in altum aſcendimus. Huius compoſita ſunt Aſcendo, quod eſt ſurſum ſcādo. Cuius contrariū eſt Deſcendo, deorſum ſcando. Conſcendo, ſimul ſurſum ſcando. Vergilius,

Biſdenis Phrygium conſcendi nauibus æquor
Matre Dea monſtrante uiam.

Inſcendo, ſicut eius ſimplex. Plaut. in Aſin. Neq; in lectum inſcendat proximū. Superſcando. Liuius, Iam euaſerant media caſtra, quum ſuperſcandēs vigilum ſtrato ſomno corpora miles oſtenſo ſcuto ſonitum præbuit. Tranſcēdo. Plaut. in Aulula. Hoc magnum eſt periculum me ab aſinis ad boues trāſcendere. Lactan. lib. ii. per trāſlationem dixit: Tum dedit ei certa mandata quæ ſi obſeruaſſet, immortalis maneret: ſi tranſcēdiſſet, morte afficeretur.

Scandulaca, herba, à ſcandendo, frugibus inimica: quòd eas velut hedera implicans nectat.

Scandulæ paruæ tabellæ, hoc eſt, in paruas laminas ſciſſæ è ligno, qbus tecta tegunt. Fiunt aūt ex robore, abiete, & picea fiſſis uel aſſulatim defectis. Dictæ Scandulæ, à ſcindēdo: quaſi ſcindulæ: vel à ſcādendo, qm̄ in culminibus tectorū ad tegulas, imbricesq; ſuſtinēdas collocātur, quò aſcēdentes ſcandere ſolemus. Inde tectū Scandulare, pars domicilii, pars ſuperior, quod ſcādulis cōminutum eſt, & quod ſcalis ſcandimus. Cornelius Nepos ſcribit Romam fuiſſe ſcandulis contectam vſq; ad bellum Pyrrhi.

Scanſile, penulti. correp. dicitur id per quod aſcendi poteſt.

Scantiana, poma ſunt quæ Cato tradit in doliis optime condi.

Scapha, nauicula in ligno cauata ab σκάπτω, fodio, cauo. Vnde & σκαφή, à multis foſſura, alueus, linter traducitur: quæ maiorem nauem ſequitur. Et paruæ ad piſcandum naues Scaphæ dicuntur. Hinc Scaphiarius: ſicut à claſſe claſſiarius.

Scaphium, uas concauum, in quo cacare & meiere cōſueuerunt, dictum à ſimilitudine ſcaphæ nauis. Latini matulam vocant. Iuuenalis,

Et, ride poſitis ſcaphium quum ſumitur armis.

Propriè tū (vt aliqui putant) vas fœminarū in quod mingunt, quemadmodū uiris laſanum neceſſarium erat, in quod uentris excrementa deiicerent. Erat & Scaphium vas æneum, in quo ſtyli in medio ſiti ſeceritas horarum ductus diſcriminabat. Plutarchus in Numa Scaphiū adpellat, quo ignis ſacer extinctus, Solis tantum radiis accendebatur. Suidas: Σκάφιον [illegible]

σκάφιον ἀποτετιλμένον. Id eſt, Scaphium ſpecies ton ſuræ aut cæſarici. Ariſtophanes: Tu copſicho ſimilis es reuulſo ſcaphio.

Scapilium, veteres pro tergo vſurparunt, & aliquádo pro ipſa ſcapula. Vnde & ſpatium quod inter ſcapulas quaſi vallecula, inter ſcapilium dicitur.

Scapienſula, locus in Macedonia, vbi argentum fodi ſolebat, ab σκάπτω, fodio. Lucretius,
Quales expirat ſcaptenſula ſubter odores.

Scaptia, vrbs, à qua Scaptia tribus vocitata eſt. Ce.

Scapulæ, humerus ſiue dorſa, à ſcandendo (vt quidā voluit) quæ mobiles veluti molibus iugulis à ceruice demittuntur. Plaut. in Aſina. Mirabar quid dudū ſcapulæ geſtibant mihi: hariolari cœperant mihi in mundo malum.

Scapulares, ſerui dicti ſunt quia ſcapulis cæduntur.

Scapularis veſtis, quæ tantum ſcapulas tegit.

Scaphus, dicitur id in quo quarundā herbarū depēdent, vt in papauere. Plini. In papauere & ſimilibus ſcapus in harūdinibus, in glādibus, in auellanis, panicula adpellať. Et Scapi, in quibus vuarum grana ſunt. Varro, Quæ calcatæ vuæ erunt, eorum ſcapi cū folliculis ſubiiciendi ſub prælum, vt ſi quid reliqui habeant muſti, exprimantur in eundem lacum.

Scarabæus, animal paruum volatile, vulgò ſcarauatius dr. Scarabæorum aũt diuerſa ſunt genera. Nam quidam ſunt coloris uiridis, è vermibus, fimo bouis, aut iumenti creati. Alii grandiores, cornua prælonga, biſulcis dentata forficibus in cacumine habētes: alii è fimo ingentes pilas auerſis pedibus uolutant. Hos Aegyptii ſummopere uenerabantur, animatam Solis effigiem eſſe putantes, ut inquit Euſebius lib. Præpara. Scarabæus autem omnis uirilem ſexū habet, & ſpermate in ſtercus infuſo, pila deinde confecta pedibus inuoluit.

Scardona, inſula in mari Adriatico, adiacens Illyrico (vt Ptole. lib. ii. refert.) in ea ſunt duæ vrbes, Collentum & Arba.

Scarifico, cas, ſcalpello aperio, quò aliquid facilius exeat. Vnde ſcarificatio dr, qū tenui vulnere ſanguis emittitur. Plin. Dentiū dolores ſedanť oſſibus draconis marini, ſcarificatis gingiuis. Scarificare dolorē, ſignificat ſcarificando dolorem expellere. Idem præterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maxime ſimile, hoc ſcarificari dolorem putant.

Scarites, gēma eſt, quæ ſcari piſcis coloris eſt. Ce.

Scarus, piſcis, qui ſolus piſcium dr ruminare, herbiſq; paſci quo carpathiū pelagus abundat. Oppianus,
Hic ſcarus ſaxa frequentat,
Qui mites inter piſces clamore tremendo
Intonat, & ſolus pallentes ruminat herbas.

Scatebræ, pen. cor. ebullitiones aquæ ſurgētis. Verg. lib. i. Georg. Scatebriſq; arentia tēperat arua.
Sic ſcaturies, & ſcaturigo.

Scateo, tes, ſcatui, ſignificat emano, erumpo, ebullio, vt Antiochus ſcatere cœpit uermibus.

Scatinia lex, erat in eos q̄ nefando ſcelere laborabāt.

Scaturigo, pen. prod. idē quod ſcatebra. Augu. ſuper Pſal. Scaturigines dicimus, ab imo aquas ebulliētes,

Colum. lib. iiii. Nam præſtat non conſerere, quàm in ſumma terra ſuſpendere: niſi tamen ſcaturigo paluſtris obuia ſit: ſicut in agro Rauennatæ pluſquàm ſeſquipedem prohibeat infodere.

Scaturio, ris, penul. produ. pro ſuo primitiuo ſcateo ponitur, quod eſt non ſolum aquarū, ſed herbarum & cæterorum ſua ſponte vbertim naſcentium. Hieronyi. In ſepulchro eius nō niſi manna inuenitur, quod & ſcaturire cernitur.

Scauri, dicti ſunt qui talos pedum tumentes ac porrectos habent: vel qui pedes inflexo talo tardigradi ſunt. Horatius libro. i. Sermo.
Illum balbutit ſcaurum prauis fultum male talis.
Fuit & Scaurus cognomē familiæ Romanæ, ex qua Aemylius Scaurus nobilis & pauper ſed eloquentia ſua gloriam peperit. Cōſul Ligures & Gantiſcos domuit, atq; triumphauit. Cenſor uiam Aemyliam ſtrauit, pontem Aemylium fecit.

Scazones, verſus vocātur delumbes, ſiue claudi. ἀπὸ τοῦ σκάζειν, quod ſignificat claudicare. Priſcian.
Hunc trimetrum veteres Graii cognomine dicunt,
Quod pedibus iunctis hūc ſcādere ſæpe ſolebant.
Ponitur aut ſcazon ſpondeon finis habebit. Ce.

Sceda, vide Scheda.

Sceleratus, ita diſtingui ſolet à ſceleroſo: ut Sceleroſus ſit autor ſceleris: Sceleratus, in quo iā ſcelus conſtitutum aut cōmiſſum. Terē. in Eunu. Vbi ego illū ſceleroſum atq; impiū inueniam? Aliquando tamen Sceleratus ponitur pro nocēte. Verg. At ſceleratum exquire frigus Difficile eſt. Scelerata porta Romæ dicta eſt, & ſceleratus campus. hoc eſt pollutus.

Scelero, ras, polluo. Verg. Parce pias ſcelerare manus.
Hinc Sceleratus, rata, ratum.

Scelus, flagitiū, facinus, à quo ſceleſtus, & ſceleroſus.

Sceparnon, ſecia tegumē etiam dicitur ſceparnon.

Scepſis, ciuitas Phrygiæ, quam quidam Aeneæ regiam fuiſſe tradūt. Hinc Scepſius, a, um. Ex hac fuerūt Metrodorus, qui artem memoriæ conſummauit: & Demetrius Grammaticus, qui Troianam extructionem expoſuit.

Scepticus, nomen eſt hæreſeos: cuiuſmodi fuere Pyronii & Herillii, quorū placita Sextus Empiricus multis lib. complexus eſt.

Sceptrum, virga qua reges utebantur. Hinc reges σκηπτούχους. & σκηπτροφόρους, id eſt, ſceptrigeros adpellant.

Scheda, tabella ſiue pagella phylliracea, hoc eſt, tiliacea, qua pro chartis priſcos uti ſolitos Euſtachius & Aelianus adſerūt. hodieq; Græcum vulgus Schedas vocat tabulas eas quibus ſupputatores numeris ſcribendis utuntur, ut mox litu ſpongiæ leuiter aboleri poſſint. Accipitur qūq; pro folio chartæ ſiue papyri nondū compacti & ligati, quod & phylluram Græco vocabulo nuncupamus, Plinius, Sed ratio deprehendit vitium unius ſchedæ reuulſione. Quidā detracta aſpiratione Scedam ſcribunt. Quintil. Nam qui oēs etiam indignas lectione ſcedas excutit, anilibus quoq; fabulis accōmodare operam poteſt. Vnde & pro libris monumētis q; literarū, Schedæ qūq; accu

ſpuuntur. Martialis, Ohe iam ſatis eſt Ohe libelle,
Tu procedere adhuc & ire quæris,
Nec ſumma potes in ſcheda teneri.

Schedia, nauigii genus inconditum & trabibus tantum inter ſe connexis factum, quales ſunt rates. Et apud Græcos Schedia, ſunt quæ nos extemporalia vocamus. Vnde & pro inconditis & extemporariis carminibus dicunt, quæ noſtri ſyluas adpellant. Græci enim σχέδιον vocant, quod ex tempore compoſitum eſt: quaſi duntaxat in ſchedis ſcriptum, & primo rudera tu deformatū, nō adhuc expolitū. σχεδιάζω, ſignificat rē ruditer incipio. Schedicus, a, um. Apul. in Deo Socratis: In iſto ſchedico & incondito experimini an idem ſim repentinus qui præparatus.

Schedula, diminutiuū à ſcheda, & id eſt quod vulgò dicunt boletinum, non ut multi dicunt cedulam. Hierony. ad Alga. Detulit mihi in parua ſchedula maximas quæſtiones, quas à te datas, mihiq; tradēdas diceret. Ponitur & pro libro.

Schema, matis, & ſchematum. & ſchema, mæ, forma, figura ſiue cultus, ornatus'ue Latine dicitur: quia p hoc quodāmodo ueſtitur & ornatur oratio. Plau. in Perſa, Lepida cum decora ſchema. Huius multæ ſunt ſpecies. videlicet Prolepſis, Zeugma, Hypozeuſis, Syllepſis, Anadiploſis, Anaſionomaton, Paromæon, Homœoptoton, Polyptōton, Irimos, Polyſyntheton, Dialyton. Priſci Latini abſq; adſpiratione pronuntiabant, & declinatione ſecunda. Vnde vetuſti codices Plautini habent ſcriptum: Quod ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſcema. id eſt habitu.

Schesis, dici poteſt habitudo, quum multitudo nominum in coniūctorū quodā ambitu copulatur. ut nubila, nix, grando, procellæ, fulmina, venti.

Schimuſa, inſula una ex Sporadibus. Ce.

Schiſma, atis, Latinè ſciſſura, ab σχίζω, quod eſt ſcindo. Hinc diuiſionem eccleſiæ, Schiſma dicimus non ſciſma, vt multi proferunt male.

Schiſton, vna ſpecies eſt lactis: quaſi diuiſum. ἀπὸ τοῦ σχίζειν. quod diuidere eſt.

Schœniſmos, menſura terræ eſt.

Schœnitæ penul. produ. populi ſic dicti à tabernaculis, in quibus degunt qui ciliciis metantur.

Schœnobates, pen. cor. qui per funes ludendo gradit. σχοῖνος, funis dicitur & βαίνω, aſcendo: quaſi funis ambulus. Iuuenalis,
Augur ſchœnobates medicus magus omnia nouit.
Hi à Firmico dicuntur neurobatæ. funerepei, & funepei ab Apuleio, funambuli ab omnibus.

Schœnoplocos, funarius & reſtio Latinè adpellatur. hoc eſt, qui funes facit.

Schœnos, σχοῖνος Latinè funis. Quo noīe etiā dicta fuit vrbs Bœotiæ à Schœno, Atlātis patre ſic adpellata. Schœnos quoq; menſura terræ, quinquaginta ſtadia cōtinens, vt inquit Herodotus lib. ii.

Schœnum, locus in Bœotia collocatur.

Schœnus untis, flumen Athenis proximum (vt inquit Strabo) à iuncis dictum. Proindeq; iuncarios in Hiſpania campos ſchœnuntas uocat. Sed in Arcadia Schœnuntis fit mentio, ab amne quem ſchœnicam adpellant. Item Schœnus arbor lentiſci.

Schola, literarum ludum ſignificat, à uerbo Græco σχολάζω, quod eſt vaco: quia cæteris rebus omiſſis vacare liberalibus ſtudiis pueri debent. Auſonius tamen ab σχολή, id eſt, ab vacatione & laxamento, quod pueris interdum dandum eſſe præſcribit, dici ſentit. Sic enim ait: Graio ſchola nomine dicta eſt, Iuſta laboriferis tribuantur vt ocia Muſis. Plurali numero Scholæ apud Feſtum. Erat & in balneis ſchola apud Vitruui. pars labri ſiue aluei, à præſtolando (vt quidam arbitrātur) dicta: ut occupato ab his qui priores ueniſſent labro in ſchola cæteri circūſpectantes recte ſtare poſſent. Erat & in porticibus autore Plinio: Alexandrū (inquit) & Philippum cū Minerua qui ſunt in ſchola in Octauiæ porticibus & Philippi. Cicer. lib. i. Tuſcula. poſuit ſcholas pro diſputationibus & controuerſiis, quæ in ſcholis inter doctorem & diſcipulos ocioſe agitari ſolent, quum inquit: Hanc perfectam philoſophiā ſemper iudicaui quæ de maximis quæſtionibus copioſe poſſet ornateq; dicere, in quam exercitationem ita nos ſtudioſe operam dedimus, ut iam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus.

Scholaris & hoc ſcholare, quod ad ſcholam pertinet. Hieronymus ad Dama. Nec aures Quintiliani floſculis & ſcholari declamatione mulcendæ.

Scholaſticus, ca, cum, idem quod Scholaris. Vnī ſcholaſtica diſciplina, & ſcholaſticos vocamus diſcipulos, qui diſcendi gratia ſcholas frequentant.

Sciens feci, Inſciens feci, illud eſt, quod quum facerē aliquid, ſciui me facere: hoc autem ignoraui.

Scienter feci, id eſt. cum ſcientia & doctrina feci, ſemperq; in laudem. Inſcienter ſemper vituperabile.

Scientia, à participio ſciens fit. Eſt autem ſcientia qua aliquid ſcitur. Cuius contrarium eſt inſcientia. Cice. Quod autem erat ſenſu comprehēſum, id ipſum ſenſum appellabat. Et ſi ita erat comprehenſum ut conuelli ratione non poſſet, ſcientiam ſim aliter, inſcientiam nominabat. Colu. lib. iiii. Quæruntur q; nō reſpondere ſibi vineta, quæ per auaritiam vel inſcientiam, vel negligentiam perdiderunt. Hæc etiam Inſcitia dicitur, ut apud eundem: Nam plurimos per hāc inſcitiam vaſtare vineta comperi.

Scilicet aduerbium, ſignificat certe, quaſi ſcire licet. Et modò affirmatiue. Liuius, Terram oſculo contegit, ſcilicet quòd ea communis mater omnium mortalium eſſet. Ouidius,
Scilicet eſt aliquid cum ſæuis viuere ventis. hoc eſt, profectò multum eſt. Modò ironice, vt quum pronunciatur cum quadam acerbitate. nam tum negat quod dicitur. Vergilius, Scilicet is ſuperis labor eſt? Cice. Furnio: Scilicet id agitur? quaſi dicat non agitur. Interdum ſignificat ad hoc. Hierony. in Paulo: Et inter equuleum laminasq; victorem iuſſit melle perungi, ſcilicet ut muſcarum aculeis cederet, q igniat ſartagines ante ſuperaſſet.

Scilla, ſtirpis ſpecies eſt. Ariſto. lib. primo de Vegetātibus. Quædam (inquit) habent vnam tantum radicem, ut ſcilla: quia illa naſcit ex ſolo raro, pceditq;

inferne dilatando ſe. Ruſus Scilla eſt genus cepæ. Colu. lib. vii. Sed etiã remedio cum dulci vino tritũ ſerpillum & conciſa & in aqua macerata ſcilla. Suid. Σκίλλα εἶδος βοτάνης πικρᾶς καὶ θανατηφόρον τοῖς ὀδοῦσι. Id eſt, Scilla herbæ genus, amaræ & comedentibus letiferæ.

Scincus, genus crocodili in Nilo natus, præcipuũ contra omnia venena antidotum. Cc.

Scindo, is, di, ſſum, per duplex ſſ, ſignificat findo, frango. Verg. Scindit̃ incertũ ſtudia in cõtraria vulgus. Huius verbi compoſita ſunt, Abſcindo, Conſcindo. Hiero. ad Cteſi. In mentem tibi veniat tunicã ſaluatoris nec à militibus ſuiſſe conſciſſam. Diſcindo, varie ſcindo. Terentius in Eun. Veſtem omnem miſere diſcidit. Interſcindo, per medium ſcindo. Lactã. lib. de Opifi. Labra ipſa q̃ quaſi antea cohærebant quã decenter interſcidit. Proſcindo, valde, vel vltra, vel ſubtus ſcindo. Reſcindo, de quibus alibi.

Scinpoda, pen. cor. Græci dicunt ſcabellum & grabatum. Eius diminutiuum Scinpodion. Gell. lib. xviii. Offendimus eum cubantem in ſcinpodio Græcienſi.

Scintilla, quaſi ſcindilla, quòd ſcindatur à re ignita. vide in Fauilla.

Scintillo, as, ſplendeo, mico.

Scio, is, iui, itum, futuro, ſciã & ſcibo. Teren. in Adel. Hinc ſcibo iam vbi fiet. Et proprie Scire, eſt rem per cauſſam cognoſcere. Huius compoſita ſunt Aſſcio, Abſcio, Conſcio, Deſcio, Neſcio, Præſcio, & Reſcio, à quibus Aſciſco, Conſciſco, Deſciſco, Præſciſco, & Reſciſco, de quibus alibi.

Sciolus, diminutiuum eſt, & ſumitur pro aliquantulũ docto. Hieronym. in Prolog. Danielis, Qui mihi videbar ſciolus inter Hebræos, cœpi ruſus diſcipulus eſſe Chaldaicus.

Sciomantia, diuinatio, quæ fit aqua vel vmbra.

Sciona, vrbs eſt Campaniæ. Cc.

Sciopodes, pe. cor. vmbri pedes dicunt̃, homines ſunt Indici, ſingulis cruribus, miræ pernicitatis ad ſaltum, ſic dicti quòd in maiore æſtu humi iacentes σκιᾷ τῶν ποδῶν, hoc eſt, vmbra pedis ſe protegant. Augu. lib. xvi. de Ciui. Dei, Ferunt eſſe gentem vbi ſingula crura in pedibus habent. Nec poplitẽ flectũt, & ſunt mirabilis celeritatis, quos Sciopodas vocit, quòd per æſtũ in terra iacentes, reſupini vmbra ſe pedum protegãt.

Scipio Africanus, qui Carthaginem tributariam Romanis fecit.

Scipio minor, qui Carthaginem deleuit, & Numantiã deuicit. Conſtat familiæ Corneliorum, cognomentũ Scipionum inditum eſſe: ex eo quòd Cornelius, qui patrem luminibus carentem pro luminibus regebat, Scipio cognominatus, nomen ex cognomine poſteris dedit. Scipio enim virga ſiue baculus dicitur.

Scire vti foro, eſt ſe adcommodare ad mores aliorum, nec eorum opinioni ſtudiiſq; aduerſari. Donatus verò, Sciſti vti foro. id eſt, ſcis quid facere oportet.

Sciron, latro fuit, cuius oſſa quum in mare cecidiſſent, in ſcopulos conuerſa feruntur, quæ adhuc Scironia ſaxa vocantur. Sunt autem in Attica regione ſimul cum oppido eiuſdem nominis non lõgè à Megaris iuxta mare ita ſita, vt tranſitum non relinquãt. Hinc Athenienſes ventum ab his locis flantem procelloſum Scironem adpellãt, quoniam ſpirat à ſaxis quæ Sciron latro incoluit. Hic paulò ab Argeſte deflexus eſſe dicitur, qui & Olympius uocatur, & à nonnullis Helleſpontius, Seneca li. iii. Naturalium quæſtionũ, Atabulus Apuliam infeſtat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Galliam Circius.

Scirpus, vide in dictione Sirpus.

Scirron, per duplex rr. Nam Græce σκίῤῥος ſcribitur, eſt illud quod gignitur in ventre viri. Hoc ſplenis hepatiſq; uitio extuberat, præſertim in hydropicis.

Sciſco, is, & Sciſcitor, deponens (vt inquit Priſcianus) unde & Sciſcito, as, & Sciſcitor, deponens, idẽ ſignificant quod ſcitor, & magis in vſu eſt. Plaut. in Cap. Secede huc. Nam ſunt quæ ex te ſolo ſciſcitari uolo, quarum rerum te falſiloquũ eſſe nolo. Siſcito tamen apud antiquos ſignificat ſententiam dico. Sciſcere uerò eſt ſcire. Idem in Amphitry. Ocyus adcurro, vt ſciſcam quid velit. Aliquando etiam ponitur pro ſtatuere, decernere. Idem in Curcu. Rogationes plurimas propter uos populus ſciuit, quas uos rogatas rumpitis.

Sciſſile, pen. cor. quod ſcindi poteſt.

Sciſſio, Sciſſura, & Sciſſus, ſſus, idẽ ſignificant. Varro Sciſſu materiæ fatigatus quieſcebat lectulo.

Scitamenta, ſunt edulia, ex eo dicta, quòd ſciti ſaporis ſint, hoc eſt, egregii & præcellentis. Macrob. lib. vlt. Satur. Apud popinatores, pleraq; ſcitamentorũ cernimus, propoſita ampliora ſpecie quàm corpore. idẽ eſt, iucundiora pulmẽta. Gell. per tranſlationẽ poſuit pro exornationibus orationis, quæ in collocandis uerbis (ſi immodice uſurpentur) non carent reprehenſione.

Scitè, aduerbium, ſignificat docte, artificioſeq;, ſeu cũ bona ſcientia uel cum bona ratione. Gell. ſcite ſubtiliterq; ratiocinatum Pythagoram philoſophũ dicit. Col. lib. v. contrarium poſuit. Nam id plurimum refert inſcite non facere.

Scitor, aris, deponẽs, Interrogo, ſeu inueſtigo, quæ occulta magis ac ſecretiora ſunt. Vergilius,

Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus. ſed in raro uſu eſt, niſi apud poetas.

Scitrophorion, menſis qui à Latinis dicitur Maius.

Scitum, ſubſtantiuum, ſignificat decretum. Liuius lib. i. Cætera quoq; omnia publica priuataq; ſacra pontificis ſcitis ſubiecit. Hiero. Quare diſcipulos meos arguendos creditis, quòd ſeniorem iuſſa paruipendant, vt Dei ſcita cuſtodiant. Hinc Plebiſcitum plebis ſtatutum. Cice. lib. i. ad Heren. In rem confertur, vt ſi quis ex teſtamento, quod facere iuſſus eſt, ex plebiſcito vetetur.

Scitus, dicitur qui ſciens & argutus eſt, & vulgò dicitur ſaputus. Vnde ſcitæ Platonis interrogationes, dicuntur aſtutæ & vafræ, & magna arte compoſitæ. Teren. in Eun. Scitum hercle hominem, hic proſus ex ſtultis inſanos facit. Cice. in Læli. Scitũ eſt illud Catonis. Multò melius de quibuſdã acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui dulces uideantur. In-

terdum

terdum Scitus dicitur elegans, formoſus. Terentius in And. Scitus puer natus è Pamphilo eſt. Plautus in Amph. Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto, côducto male. Huic côtrariũ eſt Inſcitus, pen. prod. quod modò pro ignorante & imprudente ponit. vt apud Terentium in Hecyra, Nã ſi id nunc facis facturá'ue es, bonas quod par eſt facere, Inſcitum offerre tibi iniuriam me immerenti, iniquum eſt.

Sciurus, animal, quod caudam pro tecto habet. ἀπὸ σκιᾶς τῆς οὐρᾶς.

Scius, qui ſcit, à quo Conſcius, Inſcius, Neſcius, & Præſcius.

Sclopus, ſonus eſt factitius, qui ex inflatione buccarũ rumpit. Perſi. Nec ſclopo tumidas intendis rumpere buccas. Cornucopiæ.

Scobina, pen. prod. limatura, quæ etiam ſcobs dicit. Inde Deſcobinatus, pro ſaucio, abraſo, & deſecto. Sunt etiam qui Scobinam dicant inſtrumentum fabrile, quo arcus præcipue leuigantur.

Scobs, fœminini generis ſecundum Priſcianũ: uel hic Scobis ſecundum Phocam. Et eſt id quod ab aliqua materia minutiſſimũ decidit, dũ vel per ſerrã ſecatur, vel terebram perforatur. Nec non ex attritione laterũ, ſcobs habetur, qua frequenter ad metalla & pauimenta tergẽda ſedulí miniſtri vtũtur. Horat. in Serm.

Vilibus in ſcopis in mapis in ſcobe quantus
Conſiſtit ſumptus neglectis flagitium ingens,
Ter lapides varios lutulenta radere palma.

Pli. lib. xxxiiii. Alii elimatam ſcobem in fictili cado coquunt, in caminis donec percoquatur figlinum.

Scolecia, genus æruginis à ſpecie vermiculorum. Græcè enim σκωλήκιον dicitur vermiculus.

Scolopendra, animal è vermibus terræ, pilosũ, multis pedibus arcuatim repens, tractuq; contrahens ſe, quod ab aliis multipeda, ab aliis centipeda, ab aliis millepeda dicitur.

Scolus, pagus eſt non longè à Cytherone, vbi eſt iucũda ſedes atq; aſpera. vnde natũ eſt prouerbium. Ad ſcolum neq; ipſe accedes, neq; alterum comitaberis. Eſt etiam uicus in Heraclia quem præterfluit Aſopus amnis. Cornucopiæ.

Scolymos, agreſtis herba ſpinoſa, quam & Pli. Scolymum uocat, aliqui pro cardui flore capiunt. Ce.

Scombrus, genus piſcis marini, cui in aquis ſulphureus color eſt, extra aquam qui cæteris. Scombrorum tãta multitudo in freto Hiſpano eſt, vt inſula ad Carthaginem nouã ſpectans à Scombris Scombria ſit nominata.

Scomma, Latinè cauillum. Nam (vt Macrobi. inquit) eſt morſus figuratus, qui ſæpe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud ſonet, aliud intelligat, nec tamẽ ſemper ad amaritudinem pergit. Lœdoria verò exprobratio eſt ac directa contumelia. vt Niearchus. Εἰ με φιλῶν μισεῖς με, καὶ ἢ μισῶν οὐ φιλεῖς με. Εἰ δέ με μὴ μισεῖς, φίλτατε μή με φιλῶ. Id eſt, Si me amas, odio habes me, ſi odio me habes, amas: ſi verò non odiſti me, amiciſſime ne me ama.

Scopa, inſtrumentum quo pauimẽta verruntur Plaut. in Sti. Mundicias volo fieri hic, ferte huc ſcopas, ſimulq; harũdinem, vt operam omnem aranearũ perdam. & texturam improbam, déhinc iamq; carũ omnes telas. Dictæ Scopæ, quaſi ſcobæ, quòd his purgamenta veluti ſcobem educimus. Hoc inſtrumẽto plectuntur ſontes ob noxam dum cæduntur ſcoparum faſciculo manuali circumducti per fora: vt vibices rubentes exiſtant in tergo. Hoc vulgò dicitur Scopare. Huius diminutiuum eſt Scopula. Eſt & Scopa nomẽ villæ in Lybia.

Scoparii, dicũtur miniſtri, quorum miniſterium eſt, vt ſcopis deuerrant pauimenta ſordentia. Vlpi. tit. de fundo inſtructo. Si villa cultior ſit, accedere inſtrumento fundi atrienſes & ſcoparios.

Scopas, nomen viri proprium.

Scopei, homuli parui, qui etiam ab aliquibus Stilpones vocantur.

Scopes, (vt autor eſt Homerus) aues ſunt. Ce.

Scopo, pas, paui, & Scopo, pis, pſi, ſignificat ſicut ſonat. Hiero. in Eſaia: Et ſcopabo eam in ſcopa terens. Idem in Pſal. Et ſcopebam ſpiritum meum.

Scopula, diminutiuum, parua ſcopa. Colu. li. iii. Deinde peniculo detergit, & feruentiſſima pice infuſa nouo alio rutabulo & ſcopula picatur.

Scopus, & diminutiue Scopulus, ſaxũ eminens, à ſpeculando dictus, σκοπεῖν enim ſpeculari eſt. Vnde Græci Scopon dicunt locum in quem ſagittando tela diriguntur. Suetonius de Domiti. Nõnunquàm in pueri procul ſtantis, præbentiſq; pro ſcopulo diſpẽſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, vt oẽs p interualla innocue euaderẽt. Vegetius li. ii. refert, quòd ſagittarii, funditores'ue ponere ſolebant pro ſcopo. hoc eſt, ſigno, ſcopas, id eſt, fruticum vel ſtraminũ faſces. Macrobius Propoſitũ vocat quod Græci σκοπὸν nominãt. Similiter apud oratores Scopos quò tendit omnis ductus oratorius. Et Græci σκόπελον, locũ eminentẽ, id eſt, ſpeculam nominant. Poteſt etiã dici Scopulus (vt inqt Serui.) à tegumento nauium, ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν. Scopi etiam dicuntur vuæ, quum fuerint calcatæ, & folliculi cortices.

Scoria, metallorum purgatio, quaſi fex, ſicut ſpuma quæ ex feruefcente materia tollitur. Plin. lib. xxxiiii. Spurcitia in omni metallo ſcoria vocatur. Ponitur interdũ pro cura & paſſione. Verg. ad Meſſal.

Et ſcoria patiar tabeſcere tali.

Scorodon, σκόροδον, Latinè alium dicitur.

Scorpæna, genus piſcis, de quo Ambroſi. Scorpæna quoq; caſtitatem immaculati connubii generi ſuo ſeruat, non percutit, ſed reficit.

Scorpionarii, qui ſcorpionibus. id eſt, arcubus vtunt, vt ſagittis feriant.

Scorpites gemma eſt ſcorpionis colore. Ce.

Scorpiuros, herba eſt, quam alii heliotropium vocãt. Cornucopiæ.

Scorpius, & Scorpio, vtroq; modo dicit pro animali veneno ſo, cauda feriente, quamuis Valla diſſentiat. Plin. lib. xi. cap. xxv. Atq; Scorpiones in totum nulli nocere quibus non ſit ſanguis. Scorpius etiam ſiue Scorpio, cœleſte ſignum. Colu. Sol ingreditur Scorpium. xiiii. Calend. Nouembris. Item militare inſtru-

mentum, quòd paruis ac ſubtilibus ſpiculis inſerat mortem: ſiue quòd ſcorpionis ſimilitudinē habeat, quum arcus hinc atq; hinc chelarū ſimilitudine præ ſe ferant ſpiculum caudæ. Sunt qui hunc arcubaliſtā adpellent. Quidam etiam accipiunt Scorpium pro genere inſtrumenti torquendi. vt ſunt rubi aculeati, vel flagellum uirgarum, vt ſcutica habens in ſummitate glandes plumbeas. Quo quidem tormenti genere ſæpe legimus matyres adflictos fuiſſe. Præterea Scorpius herba eſt ſemen habens ad ſimilitudinē ſcorpionis, quæ valet aduerſus animal ſui nominis.

Scortea, dicuntur ea quæ ex corio & pellibus ſunt facta. Ouidius in Faſt.

Scortea non vlli fas eſt inferre ſacello.

Scortei numi, qui fiebant ex corio. Hieron. De thesauris tuis ne ſcorteum quidem numum proferre poſſis. Donatus quoq; in Com. Verg. pecuniam autumat ex corio bubalo, priſcis tēporibus fuiſſe, & inde dictā pecuniam quòd ex pecore fieret.

Scortes, teſtiū arietinorū pelles. hinc Scorteus, a, um, quicqd ex pelle eſt. Et omnia ex pellibus facta Scortea dicuntur, vel ab eo quod eſt σκῦτος.

Scortor, aris, ſæpe meretriculā duco. Terent. in Heaut. Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò conuiuarier.

Scortum, idem quod corium. vnde & Scortum meretrix dicitur, quòd ſicut pellicula ſubigatur, quum ſolum calciamētorum omnibus ſubiectū ſit: vel quòd in grabatulis pelles ſtratas tenere cōſueuerunt. Scortum enim dī corium, quod eſt animalium quæ craſſiorem ac duriorem pellem habent. Plaut in Aſinaria apud ſcortū corruptelæ, & liberis luſtris ſtudet.

Scoti, populi Britanici, apud quos nulla cōiunx propria eſt. Hieron. Quid loquar de cæteris nationibus, quum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim Scotos gentem Britannicā, humanis veſci carnibus? Et quum per ſyluas porcorum greges & armentorū pecudūq; reperiant, paſtorū nates, & fœminarū papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborum delitias arbitrari.

Scotomia, infirmitas quædā tenebroſitatem inducēs. Vnde & obtenebratio dici poteſt. Nam ab σκοτόμαι deducitur, quod eſt vertiginor.

Scoton, vocant fruticis genus, quod & alii rhibin. Cc.

Scotos, Græcè Latinè tenebræ dicuntur. Scotizo enim ſignificat obſcuro.

Scotuſſæ, loca ſunt in Macedonia & Theſſalia, quarū altera inſignis eſt victoria Romanorum contra Philippum regem, Flamino duce.

Scranteum, pellem vocant in qua ſagittæ reponuntur, & à ſcorto deductum exiſtimant. Cc.

Scraptia, æ, vermiculus habitans in frondibus. vnde Scraptiæ, & Scrupeæ, meretrices ſordidæ & deformes dicuntur, vel ab excreando, quod vitium eſt in vetula. Scrupeæ verò ſiue ſcrupidæ à duritia moleſtia q; lapillorum, qui ſcrupi, & per diminutionem Scrupuli dicuntur. Plaut. Scraptiæ ſcrupeæ de ſtrato vuluæ ſordidæ.

Screabile, quod ſcreari poteſt. Pli. lib. ii. Pulmonum vitia excreabilia facit.

Screatus, atus, ipſa ſcreatio. Terētius in Heautont. Geminitus, ſcreatus tuſſis.

Screo, eas, ſignificat cum conatu quodam de pectore ſputum eiicio. Pli lib. xxiii. Eadem in iumento hominemq; phlegma aut ſanguinem qui ſcreatur, talo circumligato ſanat. Hoc verbum quidam à creo ducūt. Huius compoſitum eſt Excreo. Pli. li. xx. Medius ad hæc & ſanguinem excreātibus coctos dari iubet. Tibullus, Antè ipſas excreat ille fores.

Scriba, qui literas, vel geſta, vel tabellas, & alia quæcūque ſcribit noīe regis vel alterius. Liuius lib. i. de Gn. Mutio loquens. Ibi quum militibus ſtipendium forte daretur, & ſcriba cū rege ſedens pari ferè ornatu multa ageret, & paulò poſt. Scribā pro rege obtruncat. Cic. Ruſo: Ad ea quæ ſcripſiſti cōmodius equidē poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius ſcriba meus adeſſet. Scribæ etiā dicunt librarii, q alīis editos ſcribunt. Item ſcribæ tabellarii, qui dicuntur tabelliones & notarii, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis. Græci γραμματεῖς dicunt.

Scribello, veteres vſi ſunt pro ſcribo, à quo cōpoſitum fit Conſcribello. Varro: Aſtrologi nō ſunt q conſcribellauerunt pingentes cœlum. Cc.

Scriblita, genus cibi adpellata eſt, quòd in circuitu ad reſtis modum torqueretur. Hoc ſolum differens à placenta, quòd ſine melle coquebatur, & feruentiſſima edi ſolebat. Martialis,

Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis.
Vrebat nimio ſæua calore manus.

Plaut. Dum ludi fiunt, in popinā pediſſequi irruptionem facite, nūc dum occaſio eſt, nunc dum ſcriblitæ æſtuant occurrite.

Scribo, is, pſi, ptum. Scribere eorū proprie eſt, qui aliquid condunt. Vnde Scriptores: Nam librarii, & qui ab exemplaribus aliquid exſcribendum ſumunt, non proprie ſcriptores ſunt, nec proprie ſcribunt, ſed deſcribunt, aut exſcribunt, trāſcribunt ue. Cice. Cornifi. Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicendi. Vide in dictione Deſcribo. Interdum etiam ſcribere accipitur pro manu propria literas fingere, quod & librarii faciunt. Q̄ſq; ſcribere ſignificat pingere. Plin. de Nicomacho pictore, Scripſit & Apollinem & Dianā Deumq; Martem in Leone ſedentem. Vnde & picturas legere dicimus. Vergilius,

Quin protinus omnia Perlegerent oculis.

Huius compoſita ſunt Adſcribo, Conſcribo, Circumſcribo, Deſcribo, Exſcribo, Inſcribo, Perſcribo, Præſcribo, Proſcribo, Reſcribo, Subſcribo, Superſcribo, vnde & Superſcriptio, Tranſcribo, quæ habent penultimam productam.

Scriniarius, ſcriniorum cuſtos. id eſt, rerū ſecretarum.

Scrinium, à ſecernendo, arca dicit qua ſeruant pretioſa ac ſecreta. Pli. Alexander cœpit ſcrinium vnguentorum. Huius diminutiuum eſt Scriniolum.

Scriptio, epigramma, ſiue id quod ſcribitur, vt ſit memorabile. Cice. pro Archia: Quàm multas nobis imagines, verum etiam ad imitandum fortiſſimorū virorum expreſſas ſcriptiones & Græci & Latini reliquerunt, quas ego mihi ſemper in adminiſtranda repub. proponens, animum & mētem meam ipſam, in cogi

ſatione hominum excellẽtium confirmabam. Idẽ Dolabellæ: Oratiunculam pro Deiotario, quam requirebas habebam mecum, quod non putaram. Ita q; eam tibi miſi, quam velim ſic legas, vt rem tenuẽ & inopẽ, nec ſcriptione magnopere dignam. Ponitur etiã pro quacunq; ſcriptura. Varro, Auarus fœnerator, ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat.

Scripto, as, frequentatiuum, à quo fit aliud frequentatiuum Scriptito, as.

Scriptor, qui ſcribit ſiue texit epiſtolam, orationem, librum, opus'ue quodcunq;. Liuius lib. i. Et ſi in tãta ſcriptorũ turba mea fama in obſcuro eſt. Don. in pl. Teren. Indifferenter (inquit) omnis qui aliquid ſcripſiſſet, ſcriptor à veteribus dicebatur.

Scriptorius, a, um, quod aptum eſt vt ex eo ſcribatur, ſeu quod ad ſcriptorem pertinet, vt atramentum ſcriptorium.

Scriptum, quamuis adiectiuum etiam habeatur, ſubſtãtiuum tamẽ ſæpiſſime reperitur ſicut dictũ, factũq;. Reſpicit autem proprie ad tempus præteritum. Et ſignificat generatim quodcunq; ſcriptum eſt. Cicero lib. I. ad Heren. Ex ſcripto ſententiæ, controuerſia naſcitur hoc modo. Quum videbitur ſcriptoris voluntas cum ſcripto ipſo diſſentire. Aliquando etiam futurum & quaſi præſens tẽpus adſpicit. Idem Luceio, Ardeo cupiditate incredibili, neq; vt ego arbitror reprehendenda, nomen vt noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis.

Scriptura, eſt id quod ſcribimus, vel ſcribendum cenſuimus, cenſemus'ue. Cice. lib. iii. ad Heren. Non ſum neſcius quantum ſuſceperim negotii, qui motus corporis exprimere verbis, & imitari ſcriptura conatus ſim voces. ſcriptura, id eſt, ſcribendo. Et lib. iiii. Reliquum ſcripturæ conſumetur in exemplis. id eſt, eius quod ſcribẽdum eſt. Aliqñ capitur pro ſtylo quo qs vtitur in ſcribendo. Idem Trebo. Quum vero ea quæ ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris. Cecinna Ciceroni, Genus autẽ hoc ſcripturæ non modo liberum, ſed incitatum atq; latum eſſe quis ignorat?

Scripturarius, qui ſcripturis omnia, vel vrbium vel prouinciarum geſta publice computat. Luci. Publicanus verò vt Aſiæ fiã ſcripturarius. Idẽ & tabellio dicit.

Scripturio, is, ſcriptionem adfecto: ſicut parturio, parere cupio.

Scrobs, generis tam maſcul. quàm fœmi. ſecundũ Priſcianũ, Seruius tñ ait magis maſculinũ eſſe quàm fœmininum, & allegat Plautum q dixit ſexagenos ſcrobes. Lucret. uerò ait: Exigua poſuit ſcrobe. ſed cõtrã artem. Sunt aũt ſcrobes, foſſiones vt putei vel foueæ, intra terram manu factæ, ad vineas vel arbores conſerendas, vel ad metalla, & quæcunq; alia fodienda. Colu. Ante annũ quàm poma diſponere voles ſcrobes fodito. Huius diminutiuum eſt ſcrobiculus. Plin. lib. xxi. Atq; in ſcrobiculis ſeruntur, hominis fæcis circumfuſis. Colu. li. v. Et id quod à matre abſciſſum receſſit, confeſtim à latere circũfoditur, & ſcrobiculo facto ad imum ſolum præciditur.

Scropha, quæ multos peperit porcos. Varro, Propterea matrẽ ſcropham ſua quæq; hora, ſuos alat oportet, quæ alios aſpernatur. Fuit & Scropha cognomẽ familiæ Romanæ.

Scrotum pellis, quæ teſticulos continet. Quidam tamen ſcrotũ, non ſcrotũ legũt, quod Græce oſcheon, quòd ille ſinus inuoluet, ſeret & obnubat teſtes: vel à ſero, is, quod ſeminalis principii & initialis ſit retinaculum. Scrota etiam, quidam interpretantur imagunculas pueriles, delitiarii operis, quæ populo circumferebantur bellariorum talium liguritori cupientiſſimo. Hæc vendebantur priapi ſiliginei ſcroto & teſtibus inſignita quæ erant exquiſitioris ganeæ. Dicitur & ſcruta. Horatius,

Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.

Scrupulatim, per ſcrupula. Plin. lib. xxii. Scrupulatim quidẽ colligere ac miſcere vires non coniecturæ humanæ opus, ſed impudentiæ eſt.

Scrupulus, diminutiuum à ſcrupus, proprie lapillus breuis, & aſper, qui in calceo latens, plerunq; nos lædit. Nam preſſus pede, ſollicitudinem creat. Vnde pro ſollicitudine & difficultate ponitur. Terentius in Adelph. Inieci ſcrupulum. Aug lib. ix. Ciui. Dei. Non multum de nomine diſputãdum eſt, quum res ipſa ita clara ſit, vt à ſcrupulo dubitationis aliena ſit. Et ſcrupuloſum, ſollicitum & anxium dicimus, Vale. Maxi. lib. I. Qui tam ſcrupuloſa cura, paruula quæq; momẽta religionis examinari uidentur. Item ſcrupuloſa res dicit, quæ habet in ſe aliquid aſperi. Scrupulus etiã, & Scrupulum, ſiue Scrypulus, & Scrypulum nomen eſt ponderis, Latine obolus, & ſex ſiliquis conficiebatur, & ex tribus ſcrupulis drachma. ſic ait Priſci. In ſcrupulis trinis drachmam. Vale. Max. libr. iiii. de Paupertate: Eadem gens nullum antè ſcrupulum auri habuit. Ouidius de Remedio.

Quinq; parant marathri ſcrypula myrrha nouem.

Scrupulus etiam menſura eſt, in metiendis terris. Columella libro ſexto, Igitur iugerum habet quadratorum pedum milia, xxviii. dccc. qui pedes efficiunt ſcrupula. cclxxxviii.

Scrupus, proprie lapillus breuis, q preſſus ſollicitudinẽ creat. Scrupeus, a, um, quod eſt lapilloſum. Verg. lib. vi. Spelunca alta fuit vaſto q; immanis hiatu

Scrupea tuta lacu nigro.

Scruta, attritæ vſu veſtes dimidiatæ ſtrigiles, & iumentorum ſoleæ, refixi claui, id q; genus alia, quæ viliſſimi prœnetæ venalia habent quos antiqui ſcrutarios adpellabant. Lucilius,

Quid ni ſcruta quidem, vt vendat ſcrutarius laudat.

Scrutaria, æ, ſcrutatio ipſa, ſeu veſtigatio, vt ſagaria, cœnacularia, lintearia. Apule. lib. iiii. Scrutariã facitis.

Scrutellus, dicitur uenter ſuillus, condito farre expletus. Cornucopiæ.

Scrutiniũ inueſtigatio, à ſcrutor. Apuleius lib. ix. Poſtremum magiſtratibus placuit obſtinate denegantẽ ſcrutinio detegere.

Scrutor, inquiro. vt, Dominus ſcrutat corda hominũ. Dicit & Scruto, as, vnde & Perſcruto, ſicut & Perſcrutor. Hiero. ſuper Pſal. Quàm bonus. Perſcrutaui etiã laborioſe exiſtimaui.

Scrotum, vide in dictione Scrotum.

Sculnam veteres pro ſequeſtre vſurparunt: quaſi ſecqulnam, quo verbo vſus eſt Varro. Ce.

Sculpo, is, pſi, ptum, ſignificat cædendo imaginem aliquam efficio. Et proprie in marmore & aliis lapidibus ſculptura fieri dicitur. Conflatura in metallis quæ ſolui poſſunt, atq; conflari. vt auro argento, & cæteris. Verum ſcalpo, nō ſculpo dici debere, autor eſt Diomedes.

Sculponeæ, calcei ex lana confecti. Plaut. in Caſ. Quid quæſo potius quàm ſculponeas quibus batuaſ tibi os. Neuius, Sculponeis batuenda ſunt latera. Hinc ſculponeatus, dicitſ qui eſt ſculponeis indutus. Varro, Adſpicio ſculponeatā, bigas ſequi cornutas. Scribit Cato ſculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ ruſticanæ.

Sculptile, pen. cor. quod ſculptum eſt, ſiue quod ſculpitſ. ut ſculptile ſimulachrū, quod ſculptū eſt. Hiero. in Exodo, Non facies tibi ſculptile. Et in Eſaia, Numquid ſculptile cōflabit faber?

Scurra, qui riſum ab audientibus captat nō habita ratione uerecundiæ aut dignitatis. Dictur ſcurra (vt q; dam uolſit) à ſequendo: quòd id genus homines ſeqqui ſoleāt opulentiores aliquid promerendi cauſſa, quos Græci βωμολόχους dicunt. Inde ſcurrilitas, uitium urbanitati oppoſitum. Et Scurrile, penul. producta, ridiculum cum turpitudine.

Scurro, idem quod ſcurra. Hiero. ad Ocea. Vinolētia ſcurrorum eſt & comeſſatorum.

Scuta, vaſis genus, quod & ſcutula dī, de quo infrà.

Scutarius, qui ſcutorum curam habet. Plau. In Epi. Id modo uidendum ut materia ſuppetat ſcutariis.

Scutarius, a, um, quod ad ſcuta pertinet. Vnde Vegetius li. ii. In Romana militia habebāt fabricas ſcutarias & loricarias, qbus armorū genera formabanſ.

Scutatus, ſcuto armatus.

Scutella, vaſis genus rotundi, concaui, quo minutal ex carne uel holeribus in mēſam exhibeſ, à ſcutra: ſicut à mitra mitella: ſeu à ſcutula. Cicero libro Tuſcula. Demus ſcutulam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi.

Scutica, pen. corre. genus uerberis è loris facti, à Græco σκῦτος, corium uel pellis, quia ex corio fit. Huius diminu. eſt ſcuticula.

Scutigerulus, à Plau. ſumitur pro armigero, qui ſcutū domini gerit.

Scutriſcum, uaſis genus apud Catonem: & uidetur ex figura Græca deriuari, à ſcutra. Eſt enim ſcutra uaſis genus, quod & ſcutula dicitur.

Scutula, ſcutulæ, forma rotunda, quales aranea contexit. Plin. li. xi. Quanta arte cxlauit pedicas, ſcutulato rete ad capiendas muſcas circa graſſantes. Eſt & ſcutula uas octo unciarum capax. Martialis,

Beſſalē ad ſcutulam ſexto peruenimus anno. Idem,

Sic implet gabatas, paropſides q;

Et leues ſcutulas cauas q; lances. Eſt & ſcutula ſerpētis genus in Aphrica. Item ſcutula haſta teres, qua lina tunduntur.

Scutulata veſtis, dicitur quæ habet quoſdam orbes, vel circulos, quaſi ſcutulis diſtincta. Nam ſi. ut diuerſus colores pictura Babyloni, plurimis uero liciis Alexandrini texere, quæ polymita adpellantur: ita Galli ſcutulis ueſtes diuidere quæ ſcutulata dixerunt, inſtituere. Plin. Scutulatorem araneū adpellat, qui inſolubili nodo implicat pedicas. Poteſt etiam dici ueſtis Scutulata à colore. Eſt enim ſcutulatus color (vt Palladius inquit) colores hii præcipui albineus, ruſſeus, murreus, ceruinus, gilbus, ſcutulatus, albus, guttatus, niger, preſſus.

Scutulum, tenue ac macrum, in quo tantū exilis pellicula cernitur, diminutiuum à ſcuto. Cic. lib. ii. de Natu. Deorum, Cum pelle caprina, cū haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

Scutum, & ſcuta, ſcu'æ. ſecundū Priſcianū: cuius diminutiuū eſt ſcutella, necnō & ſcutula: ab σκῦτος, pellis: quòd non ſine pellibus fiat: uel à ſectura (vt inqt Varro) quòd è minutis confectum ſit tabulis.

Scylace, urbs circa Cyzicū, vt inqt Hecateus. Pōponi. Placia & Scylace paruæ Pelaſgorum coloniæ.

Scylax, σκύλαξ Græce, catulus Latine dicitur.

Scylla, ſaxum in mari, periculoſum mare faciens nautis. vnde eſt illud. Decidit in ſcyllam cupiens vitare charybdim. Eſt & Scylla filia Nyſi, Megarenſiū regis, quæ Minois amore capta, ſed ab ipſo ſpreta, quum ex dolore defeciſſet, in auem ſui nominis mutata eſt. Ouidius,

Filia purpureos Nyſi furata capillos,

Puppe cadens mulr, facta refertur auis.

Altera fuit Scylla Phorci filia, quæ verſa fertur in ſaxum, cui nomen eſt ſcylla in mari periculoſum, lege Seruium, qui latius ea pertractat. Item ſcylla genus piſcis, quo maxime abundat Lyris amnis Campaniæ, Minturnenſium urbem interfluens. Horatius,

Adfertur ſcyllas inter muræna natantes. Martial.

Cæruleus nos Lyris amat quam ſylua maricæ

Protegit, hinc ſcyllæ maxima turba ſumus.

Scyllacæum, Athenienſium colonia, in ultimo Italiæ, ab Athenienſibus duu condererent ſcylletium dictū, à quo ſinus ſcyllaceus, qui ad Hipponiatem ſinum Iſthmum facit. Vergilius libro tertio,

Caulonis q; arces & naufragum Scyllacæum.

Scylleta, loca in quibus ſcyllæ piſces capiuntur. Cicer. Hac lege tribunitia, decem viri vendent agrum Campanum, accedet ei mons Caurus, accedent ſcylleta ad Minturnas.

Scylleum, promontorium in Peloponneſo, ut Plini. Strabo q; teſtanſ: ſed ſinu Argolico iuxta Hermionem, quo Scylla Nyſi filia fluctibus eiecta creditur.

Scyllis, nomen proprium eius qui anchoras Perſicæ claſſis natando urinando q; præcidit.

Scyllus, untis, oppidum Achaiæ (vt Strabo ſcribit) quo Xenophon donatus eſt à Lacedæmoniis.

Scyllus, li, proprium nomen fratris Dipeli.

Scylurus, per e, & y, pe. produ. nomen uiri proprium, qui (vt Plutarchus autor eſt) quum relictis maribus filiis octoginta, diem eſſet obiturus, haſtilium faſcē cui q; obtēdens, ut illum confringeret iubebat. Id autem ſingulis ſe poſſe negātibus, ipſe ſingillatim educta haſtilia

ĉta haſtilia omnia facile confregit. Ita docens illos, vbi vnà eſſe perſeuerarent, firmos ac potẽtes fore: Imbecillos autem, ſi ſepararentur ac diſſiderent.

Scymnus, ſignificat leonis catulum: vt aliarũ ferrarum ſcylacia, Iulio Polluce autore. Lucan. lib. v.

Ad catuli panterarum ſcymnumq́ leonum.

Eſt & uiri proprium nomen.

Scyniſes, genus animalis quod pennis ſuſpẽditur, per aera uolitãs: ſed adeò ſubtile eſt & minutum, ut oculi viſum, niſi acute cernentis, eludat. Corpus tñ quum inſederit, acerbiſſimo terebrat ſtimulo: ita ut quẽ uolantẽ quis uidere non ualet, ſentiat ſtimulantem.

Scyphus, uaſis potorii genus, quod proprie Herculi attribuitur: ſicut cantharus Libero patri. Hoc veteres in ſacris uſi ſunt, & in conuiuiis. Vergilius,

Et ſacer impleuit dextram ſcyphus.

Scyricum, color ſilaceus ſiue ceruleus.

Scyritæ, gẽtes ſunt inter Nomadas Indos (ſicuti Plin. libro ſeptimo refert) quæ narium loco foramina tantum habent.

Scyros, inſula eſt cõtra Magneſiã, in mari Aegæo, una ex cycladibus, Lycomedis regis patria: vbi Achilles puellari habitu educatus eſt, & in qua eſt urbs eiuſdẽ nominis. Patet hæc inſula (Plinio teſte) longitudine xxv. mil. paſſuũ, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem cõminutum mergi. Hinc Scyrius, a, um, & Scyrias, quorum prima producitur. Ouid.

Sæpe malis ſtupeo, rerumq́ oblita iociq́,

Ignara tetigi ſcyria membra manu. Idem libro primo de Arte,

Scyrias Aemonio iuncta puella uiro. Sunt autẽ tres, nominibus confines inſulæ, Scyros, Scyrnos, et Syros, ex qua Pherecides: ne errent qui aut Scyriũ aut Syrum quaſi è terra Scyria ſcripſere. Dicta eſt autem Scyros, quia σκῦρος dicatur ſalebra & aſperitas, vt inquit Euſtathius.

Scytala, mus, araneus Latine dicitur. Colu. libro. vii. Mus araneus, Græci σκυτάλην adpellant.

Scytanum, medicamentum eſt ſorbere cogens. Ce.

Scythia, regio ſeptentrionalis, à Scytha Herculis filio (vt inquit Herodotus) ita dicta. Hæc diuidit à Thanai fluuio, & pars una remanet in Europa, altera in Aſiam protenditur. Scythia Europæ, terminatur ad Thraciam, in ea ſolum eſt, aurum producens (vt Pomponius refert) inhabitabile tamen propter gryphos, aurum cuſtodientes. In ea regione ſunt Arimaſpi homines quibus ſinguli oculi eſſe dicuntur. Ibi Boryſthenes, qui gentem ſui nominis aluit inter Scythiæ amnes amœniſſimus. Scythia uero Aſiæ, ita à Iuſtino libro. ii. deſcribitur. Scythia in Orientem porrecta, includitur ab vno latere põto, & ab altero montibus ryphæis, à tergo Aſia & Thapſi flumine. Multum in lõgitudinẽ & latitudinem patet. Hominibus inter ſe fines nulli: neq; enim agrum exercent, nec domus illis ulla aut tectum, aut ſedes eſt, armenta & pecora ſemper paſcentibus, & per incultas ſolitudines errare ſolitis. Vxores liberosq́. ſecum in plauſtris vehunt. Quibus coriis, imbrium, hyemiſq́ cauſſa tectis, pro domibus utuntur. Iuſtitia gentis, ingeniis culta, nõ legibus. Nullum ſcelus apud eos furto grauius. Quippe ſine tecto & munimento pecora & armenta habentibus quid ſaluum eſſet, ſi furari liceret? Aurum & argentũ proinde adſpernantur, ac reliqui mortales adpetunt. Lacte & melle ueſcuntur. Lanæ iis uſus ac ueſtium ignotus. Et quanquàm continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis aut murinis ueſtiuntur. Hæc continentia illis morũ quoq; iuſtitiam dedit, nec alienum concupiſcentibus, quippe diuitiarũ cupido ibi eſt ubi & uſus. Atq; utinam reliquis mortalibus ſimilis moderatio & abſtinentia alieni foret, profectò nõ bellorum tantũ per omnia ſecula terris omnibus continuaretur, nec plus hominum ferrum & arma quã naturalis fatorũ conditio raperet. Scythæ ab alieno imperio, aut intacti, aut inuicti manſerunt. Darium regem Perſarum turpi à Scythia ſummouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexãdri magni ducem cum copiis uniuerſis deleuerunt. Romanorum audiuere, non ſenſere arma. Gens & laboribus & bellis aſpera. Vires corporum immenſæ. Inde dicti ſunt Scythæ populi qui bipertiti ſunt. Alteri Europei, alteri Aſiatici. A' ſcythia fit ſcythicus, ca, cum. Apuleius, Pieriq; eorum ſcythicis moribus viuebant.

Scythis, idis, genus lapilli. Martian. Vt quarũ ſmaragdus una, ſcythos altera, iaſpis tertia notabat.

Scythos, Latine coriũ. unde Scythotomus, cerdo, inciſor corii.

Scythotauri, populi ſcythiæ, qui (ut Solinus ſcribit) pro hoſtiis aduenas cædere conſueuerunt.

Scytrops, & ſcytropos, penultima producta, triſtem, mœſtum ſignificat.

S ANTE E.

SE, duobus modis dicitur, nam & pronomen & præpoſitio eſt. Pronomen autem quandoq́ per ſe profertur, quum aliquem quidpiam in alium feciſſe oſtendimus, ut Hic fatetur ſe nocuiſſe mihi. Quũ autem in ſeipſum, tunc geminatur & dicimus ſeſe. Se præpoſitio, ſemper compoſita inuenitur, & modò vim ſeparatiuam habet, ut ſeparo, ſeduco: modò abnegatiuam, ut ſecurus. Fitq́ (vt quibuſdam placet) à ſemis, quod ſeparationem facit: ſiue à ſecus. Sed magis puto ſemis & ſecus, ſicut & ſeorſum à ſe præpoſitione fieri. Componitur vero cum dictione incipiente à c, ut Secedo. d, ut Seduco. e, ut Sedeo, unde Seditio, ubi d, interponitur euphoniæ cauſſa. g, ut Segrego. i, ut Seiungo. l, ut Seligo. p, ut Separo. o, ut Seuoco.

Sebaſton, σεβαστὸν Latinè auguſtum & uenerabile. vnde Sebaſtia, ciuitas Auguſti nomini dedicata.

Sebennytum, vrbs in Aegypto, vbi et palus et amnis ſunt cognomines. Vnde præfectura quoque Sebennytica, & Sebennyticum Nili oſtium uocari conſtat, quod in duo alia diuiditur, ſcilicet in Saiticum & Mendeſium.

Sebethos, penulti. produ. fons apud Neapolim, cuius aqua uicatim decurrens, omneſq́. ferè uſus Neapolitanis præſtat. Papinius libro primo Syluarum.

Et pulchra tumeat Sebethos alumna. Huius Ver-

gilius, Statius, Colum. meminerunt, quod quidē no-
men ſine r, litera proculdubio ſcribendum eſt, & ſi
ſciam, qui ſebethius p r, legunt, teſtis eſt, vt alia omit
tam tabella marmorea uetuſtiſſima Neapoli in mu-
rorum fundamentis reperta, quæ habet P. Meuius
Eutychus ædiculam reſtituit Sebetho.

Sebinus, penul. produ. lacus quem facit fluuius Lol-
lius apud Samicum, uallis Calepinæ oppidum. Ho-
die vulgus ipſum lacum Iſei adpellat.

Sebritæ, populi q aliquando Sembritæ ab inſula Me
roe vicina.

Secale, penul. produ. frugis genus tantum ad arcendā
famem utile, fœcunda ſed gracili ſtipula. Huic milium
miſcetur, paniſq; fit melior.

Secedo, is. penultima produ. ſeorſum uado, ſeu ſeor-
ſum uenio. Plautus in Amphit. Secede huc tu Soſia.
Idem in Cur. Fugite omnes, abite, & de uia ſecedite.
Item Secedere, ſignificat ſpatiari & à negociis uaca-
re, inde Seceſſio.

Secerno, is, ſecreui, ſecretum, ſignificat diuido. Cicero:
Secernant ſe mali à bonis. Hinc Secretum locum di-
cimus, ſolum, & quaſi à cæteris ſeparatum. Et Secre-
ta mādata, & Secretas literas, quæ uel nullis uel pau-
cis cōmunicantur. Et à ſecretis, cui ſecreta committū-
tur. Aliquando Secernere, eſt ſeponere. Cicero Lu-
ceio: Quod mihi acciderit optatius ſi in hac ſenten-
tia fueris, ut à continentibus tuis ſcriptis in quibus
perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecte-
ris, ſecernas hanc quaſi fabulam, rerum euentorumq;
noſtrorum.

Seceſpita, culter ferreus, oblōgus, manubrio eburneo,
rotundo ſolido, iuncto ad capulum argēto auroq;,
fixo clauis æneis, ære cyprio: quo flamines ad ſacrifi
cia utebantur, à ſecando dicta. Suetonius in Tib. Nā
& inter pontifices ſacrificāti ſimul pro ſeceſpita pli-
beum cultrum ſubiiciendum curauit.

Seceſſus, us, modò pro diſceſſu ponitur, modò pro ua
catione, modò pro ſinu ſecretiore. Vergilius,
Eſt in ſeceſſu longo locus.

Secium, à veteribus dicebantur libum, quod in ſacrifi
cio ſeceſpita ſecabatur.

Secius, quidam à ſecus deriuant, quidam à ſero: vnde
q̄ſiq; ſumitur pro poſitiuo, q̄ſi q. pro minus uel tar-
dius. Vergilius, Necſecius omnis in unguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Apuleius, Nec eò ſecius adprobabitur tibi, nſic etiā
firmitas animi mei. Accius, Si fortè paulò quàm ue
niam ſecius.

Secludo, is, penulti. produ. ſeorſum cludo. Id eſt, clau
do. Cicero libro primo Tuſcula. His demum quod-
dam iter eſſe ſecluſum à concilio Deorum. Quan-
doque excludo. Vergilius,
Soluite corde metum Teucri, ſecludite curas.

Secluſa ſacra, à priſcis dicebātur, quæ Græci myſteria
adpellant: ab eo, quòd ſeparatò ac ſeorſum clauſa à
nobis, propter ſanctitatem aliquam eſſe debeant.
Hinc Plinius ſacra quædā adpellat opertanea, quòd
in operto occulta ſint: ne oculis prophanorū obuia
polluantur.

Seco, as, ſecui, ſectum, proprie excido. Columel. libro
ſecūdó, Quum ſecueris autē herbā medicam ſæpius
eam rigato. Et quoniā dū iter facimus quodā modo
viam diuidere videmur, Secare pro ducere ponitur.
Vergilius libro. vi. Ille viam ſecat ad naues.
Et Secare eſt ſequi. Idem lib. x.
Quæ cuiq; eſt fortuna hodie quā quiſq; ſecat ſpem.
Huius verbi compoſita ſunt, Conſeco, quod eſt etiā
ſeu totum ſeco. Cicero lib. I. Officio. Id agēdum etiā
eſt vt ea facere ne videamur irati: ſicut ad vrendum,
& ad cōſecandum, ſic & ad hoc genus caſtigandi ra-
ro inuitiq; ueniemus. Circūſeco. Cato de Re ruſtic.
Quantum putabis ei rei ſatis eſſe uini, tot uites abla-
queato & ſignato, earum radices, circūſecato & pur
gato. Deſeco, deorſum, ſeu de aliqua re ſeco Columel
la lib. II. Ea bubus cæteriſq; pecudibus optime deſe
cta præbetur. Et lib. III. Si fieri poteſt, iuxta aliquem
nodum ſerrula deſecato. Diſſeco, uariis modis ſeco,
dilanio. uide in dictione Diſſecatus, Execo, extra ſe-
co, excido. Lactan. lib. I. Et eum cum pellice depre-
henſum, exectis uirilibus ſemiuirium reddidit. Colu.
libro. III. Arborem quā inſerere uoles, diligenter exe
cato ea parte quæ maxime nitida eſt. Inſeco, intus ſe-
co. Idem lib. v. Sequenti deinde anno inſecatur ſupe
rior pars curuaturæ uſq; ad medullas. Interſeco, per
medium ſeco. Perſeco. perfecte ſeco. Proſeco. ſeco. vn
de Proſecta, exta quæ ſacrificiis adhibētur. Præſeco,
præcido, ante ſeu prius ſeco. Columel. lib. III. Radi-
cem arundinis acuta falce præſectam, impēdenti plu
uia diſponito. Reſeco, reſcindo, de aliquo excido.
Idem in eodem, Veterem vineam ſi in ſummo radi-
ces habebit, reſecare nolito: alioqui etiam nouellam
vineā quæ ex reſectione enata fuerit, vini inutilē ha-
bebis. Cicero in Læli. pro reſtringo poſuit. Neq; id
ad uiuum reſeco, ut illi qui hæc ſubtilius diſſerunt
fortaſſe uere, ſed ad communem utilitatem parum.
Subſeco, ſubtus ſeu paulatim ſeco. Columel. libr. II.
Quædam etiam ſubterraneæ peſtes adultas ſegetes,
radicibus ſubſectis enecant. Et omnia habent penul
timam correptam.

Secors, & Socors, dicit qui in corde nihil ſe ad pro-
bitatem exercet, & qui tardus vel negligens eſt in cō
ſulendo, meditādo, proſpiciendo ue quid opus ſit fa
cto. Compoſitū nomen ex ſe & cor quaſi ſeorſum à
corde. unde Secordia, & Socordia. pro ipſo uitio
quo quis in huiuſmodi tardus aut negligens eſt.

Secretarium, rerū ſecretarū repoſitoriū. Ioſephus lib.
xviii. Antiquitatū: Philonē ex ſecretario Caius iubet
excludi, abſentemq; fieri. Apuleius ī Coſmographia
adpellat ſecretaria terræ, occultiora ſub terra loca.

Secta, à ſector ſeu à ſectus ductus fieri conſtat. Ea in-
ter philoſophos eſt, aut philoſophis ſimiles. ut Pla-
tonici, Ariſtotelici. A' Græcis hæreſis dicitur. Colu-
mella lib. II. Quare antiquiſſimum eſt formam huius
operis conſcribere, quam uelut ſectam legemq; in
proſcindendis agris ſequantur agricolæ. Vnde Se-
cta Epicureorum, qui ſummum bonum in voluptate
collocabāt, ab Epicuro philoſopho uoluptario eo-
rum doctore, de quibus Sidonius

Aſt Epicureos eliminat undiq; uirtus.

Hic Epicurus fuit Athenienſis, pago Gargetius, hortorũ magiſter. Vnde à Papinio in Syluis dicitur:

Mallet deſerto ſenior Gargetius horto.

Hic Neoclis Athenienſis filius maieſtati Deorum detrahere conatur, ac ſemper uniuerſum ſic ſe habuiſſe, neq; aliquid noui fieri adſerit, præter id quod tempore infinito iam factum eſt, corpusq; eſſe uniuerſum, non ſolum immutabile, verum etiam infinitum. Finem bonorum uoluptatem ſtatuit. Scribitur Græce cum ου, diphthõ. ἐπίκουρος, ἀπὸ τοῦ ἐπικουρεῖν. Hinc Conſectaneus, qui eiuſdem ſectæ eſt. Auguſtinus libro decimo Ciuita. Dei, Quantò humanius & tollerabilius conſectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit.

Sectacula, diminuti. à ſecta: quaſi ſequæla quædam & propagatio. Apule. Occipiunt ſciſcitari qualis ei maritus, & vnde natalium ſectacula proueniret.

Sectarius veruex, qui gregem agnorum præcedens ducit.

Sectile, penultima correp. quod ſectum eſt, aut excidi poteſt.

Sectile porrũ, dr̃ ſectũ & ſua ſpontè conciſum. Nam conciſum & ſectum introrſus videtur. Iuuenalis,

Quis tecum ſectile porrum Sutor?

Sectio, modò cõciſio dicitur, modò pars dimidia vel aliqua pars bonorũ qua quis multatur. Cæſar Commen. iii. Poſtridie eius diei ecfractis portis, quũ iam defenderet nemo, atq; intromiſſis militibus noſtris, ſectionem eius oppidi uniuerſam Cæſar uendidit. id eſt, bona oppidi vendidit ſub haſta.

Sectiuus, a, um, penulti. product. vt porrum ſectiuum, quòd folia eius ſæpius ſecantur ut profundius creſcat. Duo enim ſunt porri genera, vnum capitatum, alterum ſectiuum. Colu. Porrum ſi ſectiuum facere velis denſius ſatum præceperunt priores relinqui, & ita quum increuerit ſecari.

Sector, aris, frequenter ſequor: quod fit quum quis aliquem ſequi frequentat, ut eum poſſit uel uidere uel alloqui. Plautus in Ciſ. Anum ſectatus ſum clamore per uias. Eſt & Sectari continue ſequi, vt fit quum quempiam in ſermonibus, in ſentẽtiis, in diſciplinis, & cæteris factis ſedulò perpetuoq; ſequimur ac imitamur. Vnde & Sectæ philoſophorũ. id eſt, ductus. Terentius in Eunuc. Ibi homo cœpit me obſecrare, ut ſibi liceret diſcere id à me. Sectari iuſſi ſi potius eſt. Huius compoſita ſunt Aſſector, Conſector. Lactan. libr. i. Qui ſi aſino, aut ſui aut cani, facultas loquendi tribuatur: quæraſq; ab his, quid ſibi velint quum fœminas tam rabide conſectantur, ut uix diuelli queant? Inſector, Perſector.

Sectores, q ſpem ſui lucri ſecuti, bona dãnatorũ emebãt in auctionibus, ac poſtea pro cõpẽdio venditabãt, quòd empta ſua ꝓſequãtur. Inde à Cicerone M. Antonius ſector Põpeii adpellatur, quia in ſubhaſtatione bona Cn. Pompeii redemerat. Cicero pro Roſcio: Neſcis per iſta tẽpora eoſdẽ ferè ſectores fuiſſe bonorũ & colorũ. Item Sectores, ſunt qui ex dãnatione adcuſati, dimidiũ bonorum expectãt aut certe aliquam partem, & id perſequuntur.

Sectura, ipſa ſectio. Plinius lib. xxxvii. Et quidem Callaides tali ſectura formantur. Item Secturæ, cauernæ ſubterraneæ: quod à terra ſectæ. id eſt, diuiſæ ſunt. Cæſar Commẽ. iiii. Quibus fortiter reſiſtentibus, uineas turresq; ſubegit, illi aliàs eruptione tentata, alias cuniculis ad aggerem uineasq; actis, cuius rei ſunt longè peritiſſimi Aquitani, ꝓpterea quòd multis locis ærariæ ſecturæ ſunt.

Secubo, as, penul. cor. quære in dictione Cubo.

Secula, penul. corr. falx, à ſecando dicta. Hac vtuntur qui in pratis herbas ſecant.

Secunda claſſis, uide Claſſis.

Secũdæ, mẽſæ, dicũtur ſecũdi cibi. Verg. in Georgi.

Non ego te Diis & menſis accepta ſecundis
Tranſierim Rhodia. Cornucopiæ.

Secũdæ, duarũ, tantum pluraliter, pro membrana illa qua partus obuolutus, utero prodit. Dictæ quòd naſcentem infantem ſequanť. Plin. Braſſicæ ſemen contra ardorem febriũ facit, & ſtomachi uitia, & ad ſecũdas. Hæ etiam uolucrum adpellantur.

Secũdarius, a, um, quaſi ſecundi ordinis, ut panis ſecũdarius, vulgaris dẽ, & cibarius. Suet. in Auguſt. Cibi minimi erat atq; vulgaris ferè: ſecundarium panẽ & piſciculos minutos maxime adpetebat. Pli. lib. xviii. Præterea floris ſemodium, & cibarii (quod ſecundarium uocant) ſextarios quatuor: furfuris ſextarios totidem. Hic etiam Secundus dicitur.

Horatius, Paſti ſiliquis & pane ſecundo.

Secundò, aduerbiũ, modò ſecũdo loco ſignificat: ut, Primò, ſecũdò, tertiò. Modo bis: ut, Secũdò cõſul. id eſt, bis cõſul. &, Secũdò eum noueram. id eſt, bis. Modò rurſus. Cicero, Semel hominem adloquutus fueram: an ſecundò mihi redeũdum eſſet, ignorabã.

Secundo loco, ornatè dicitur, pro eo quod eſt, ſecundò.

Secundo, cundas, proſpero. Propertius,

Iam liquidum nautis aura ſecundat iter.

Hinc Obſecundo, das, de quo alibi.

Secundum, aduerbialiter ponitur pro iuxta, ſiue propè. Nam quod ſecundo loco eſt, propè eſt. Seruius Sulpitius: Duo vulnera accepiſſe: vnũ in ſtomacho, alterum in capite ſecũdum aurem. Aliquando ſumiť pro pòſt: quaſi ſecundo loco. Quintilianus, Nam quod vnum mihi ſecundum patrem fortuna videbatur paraſſe præſidium, id ego ſperare in alia ſorte nõ poteram. Cicero, Proxime autem & ſecundum Deos homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt. Aliquando ſignificat pro: ut, Secundum te litem do, Secundum me iudica. id eſt, pro te, pro me. Sueton. in Claudio: Abſentibus ſecũdum præſentes dabat. Aliquando in: ut, Secundum quietem. id eſt, in quiete. Idem in Auguſto: Adfirmabat ipſum eſſe, cuius imago ſecundum quietem ſibi obuerſata ſit. Aliquando ſuper. Salluſt. in Iugurthi. Secundum ea ut deliberetis &c. Aliquando ad æmulationem: ut, Secundum Pythagorã uiuo. id eſt, ſimiliter illi. Aliquando eam vim habet, quam iuxta ſententiam: ut, Secundũ Platonem, Secundum Ariſtotelem.

Secundus, cunda, cundum, quod immediate ſequitur primum. id eſt, quod ſecundo loco eſt. Et tam numerum quàm ordinem denotat. Per tráſlationem ponitur pro proſpero: quòd ita uti uolumus ſecet. id eſt, ſequatur: uel quòd quæ adſunt, proſpera eſſe dicuntur. Hinc Secunda fortuna, quæ uel nobis adeſt, uel nobis obſequitur. Et res ſecũdæ, quæ pro noſtro deſyderio ſequuntur. Vergilius,

Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.

Et Secũdo flumine nauigat, qui aqua ſequente nauigat. id eſt, in eã partẽ fluente ad quã tendimus. Sicut aduerſo flumine nauigat, qui contra aquam nauigat.

Securis, inſtrumentum ad ſecanda ligna, quaſi ſemiquiris, vt inquit Seruius, Sabini enim quirim haſtam appellant. Vergilius lib xi.

Aeratam quatiens Tarpeia ſecurim.

Huius inſtrumẽti inuẽtrix fuit Pantheſilea Amazon. Vnde & Amazones Securigeræ à poetis dictæ ſunt. Aliquando Securis ponitur pro dignitate & magiſtratu, quoniam conſules habebãt duodecim lictores, qui geſtabant faſces uirgarum ſecuribus adligatos. Huius diminutiuum eſt Securicula.

Securo, ras, ſecurum facio. Auguſtinus lib. Soliloqor. Quæ quũ conſydero, cõtremiſcunt omnia oſſa mea, quoniam non ſecuratur homo viuens ſuper terram. Et lib. ii. Acade. At ſi in quo quàm fortaſſe aberrauero, ſecurabis id, vt deinceps huiuſmodi delegationẽ non pertimeſcam.

Securus, tranquillus, qui ſine cura eſt: quaſi ſeorſum à cura. Et differt à tutus: quòd Securus dicatur is qui non timet, etiam ſi immineat periculum, tutus, eſt extra periculum, quamuis etiam timeat. Aliquando Securus capitur pro contemptore. Vergilius,

Securus amorum Germanæ.

Hinc Securitas, tranquillitas.

Secus, ꝓpoſitio, ſignificat propè, hoc eſt, quod immediate ſecat. id eſt, ſequitur: ut, Secus, decurſus aquarũ ſeruntur ſalices. Aliquando eſt aduerbium, & ſignificat aliter, præſertim quando non vel haud, ſecum comites habet. Vergilius,

Haud ſecus Androgeus uiſu tremefactus abibat.

Sed, coniũctio quãdoq; inceptiua eſt. Teren. in And. Sed Pamphilum uideo. pro atq;. Quandoq; diſcretiua: vt ſi dicam. Non ſepiens, ſed miſer es.

Sedenim, interdum eſt dictio inceptiua, quemadmodum ſuum ſimplex, ſcilicet ſed. In quo ſenſu capitur etiam Sedtamen.

Sedentarius, ria, rium, quod ſedendo fit. Vnde Sedentarium laborem dicimus, qui ſedendo contrahitur. Apule. Vt etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterẽ. Et Sedentaria opera, quæ ſedẽdo fit. Colu. Neq; enim ſdentaria eius opera: ſed modò ad telam debebit accedere, modò eos qui cibum familia conficiunt inuiſere. Sedentarii, qui ſedendo opus faciunt, ſicut ſutores, vt eſt apud Plautum in Aulularia.

Sedeo, des, ſedi, ſeſſum, quamuis neutrum ſit, inuenitur tamen in tertia perſona paſſiuæ vocis prolatum. Hieronymus libro tertio Regum, Et domuncula in qua ſedebatur ad iudicandum, erat in medio porticu ſimili opere. Cõponitur autem Sedeo, à ſe & eo, uiſi ſeorſum eo. Nam ſeorſum ire videmur, & quaſi à cæteris ſeparari, dum ſedemus. Quidam à do fieri exiſtimant, quòd qui ſedet, ſeorſum ſe dare videtur. Eſt & Sedere, oppoſitũ ſtare, ſeu pergere. Plautus, Si nõ vbi ſedeas locus eſt, at eſt vbi ambules. Dicimusq;, Sedeo ſuper equum, & Sedeo equo. Hieronymus in libro Nume. Stetit angelus domini in uia contra Balaam, qui ſedebat aſinæ. De auibus verò Sedere dicitur, in loco altiore eſſe: vt, Paſſer ſedet in tecto, Cornix ſedet in arbore. Vergilius,

Nocte ſedens ſerum canit importuna per umbras.

Quintil. Vt ſi quæratur, an ſit credibile, ſuper caput Valerii pugnantis ſediſſe coruum, qui os oculosq; hoſtis Galli roſtro atq; alis euerberaret. Ita enim de auibus Sedere dicit, vt de hoïe dũ ſedet ſuper equũ quocunq; modo, aut quocunq; corporis habitu ibi maneat. Aliquando ignauiã ceſſationemq; denotat. Vergilius, Sedeant ſpectentq; Latini.

Teren. An ſedere oportuit domi virginem tam grandem? Aliquando Sedere, ponitur pro placere, & tunc cum datiuo conſtruitur. Vergilius,

Idq; pio ſedet Aeneæ, probat autor Aceſtes.

Hieronymus in Deuteronomio, Si autem poſtea nõ ſedet animo tuo, dimittes eam liberam. Aliquando pro manere, immorari. Liuius libro ſecundo, de ſecũdo bello Punico: Id horreum fuit præſidium Pœnis ſedentibus ad Trebiam. Aliquando Sedere, eſt conſilium capere conſyderare, vt apud Vergilius,

Celſa ſedet Aeolus arce. &, Turnus ſecreta valle ſedebat. Plautus: ſine iuxta aram ſedeam, & dabo meliora conſilia. Et ſecundum augures, Sedere, eſt augurium capere, nam poſt deſignatas cœli partes, à ſedẽtibus captantur auguria. Huius verbi compoſita ſunt Aſſideo. Conſideo, ſimul ſedeo. Cicero libro Academic. Conſedimus omnes: tum Varro ita exorſus eſt. Circumſedeo, Diſſideo, Deſideo, Inſideo, Obſideo, Præſideo, Reſideo, Subſideo, & Superſedeo. In quibus ſyllaba ſi, corripitur. Sedere ad Eurotam, eſt nihil agere.

Sedes, locus in quo ſedemus, quæ & ſella, & ſedile dicitur. Interdum ponitur pro habitaculo ac domicilio. Cæſar, Creſcente enim populi multitudine, mutare ſedes ſtatuerunt. Interdum ponitur pro ſepulchro. Vergilius,

Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam.

Interdum pro podice, & ani circulo. Galenus: Fiunt de nigra cholera, quando in venas circa ſedem denſus inciderit. Plin. libro vigeſimotertio, Cinis ſarmẽtorum, vitiumq;, & vinaceorum condylomatis & ſedis vitiis medetur.

Sedicula, parua ſedes, ſicut ædicula, ab ædes.

Sedile, pen. prod. locus ad ſedendum, à ſede dictum.

Seditio, à ſe, hoc eſt, ſeorſum, & itio componitur: quod nomen fit ab eo, is. Niſi velimus ab ipſo verbo eo, cõpoſitionem initam fuiſſe: vt ſit Sedio, dis, quamuis in vſu non ſit. Cicero lib. vi. de Republica declarat, Seditionis proprietatem à diſſenſione ciuium dictam

eſſe. quòd ſeorſum eant alii ad alium. Eſt enim proprie, quum populo diſcordante itur ad manus. Qualem deſcribit Vergilius, quando dicit,

Ac veluti magno in populo quum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Similiter Seditio in exercitu dicitur, in claſſe, in campo, & vbicumq; eſt multitudo hominum.

Seditionarius, qui ſeditionem facit. Vnde ſcribitur diſtinctione. xlvii. Seditionarios ſtatuimus nunquàm ordinãdos clericos.

Seditioſus, qui ſeditionem amat.

Sedo. das, à ſe & do componitur, & multa ſignificat, vt ſunt res de quibus agitur, quæ tamen ad vnum redeũt, ſcilicet mitigo, placo, lenio, remoueo, freno, extingo, & alia. Salluſtius, Nãq; animus impurus, Diis hominibusq; infeſtus, neq; vigiliis neq; quietibus ſedari potuit, ita conſcientia mẽtem excitam vexabat. id eſt, pacari. Cicero libro quarto ad Herennium, Et hic ſitiens quàm maxime loquat, neq; habeat qui ſitim ſuam ſedet, id eſt, extinguat. Aliæ autem ſignificationes legentibus obuenient. Quidam cum diphthõgo ſcribunt, vt ſit Sædo, quaſi ſanum do, hoc eſt ab ira & furore ad lenitatem animi reuoco. Hinc Seditio, de qua Cicero libro primo Officiorum, Temperantia & modus, omniſq; ſedatio perturbationum animi.

Seduco, cis, pen. prod. proprie ſeorſum duco ab aliis: quaſi de rebus aliqbus loquuturus. Cicero Trebat. Quòd à te viro optimo ſeduct⁹ eſt: tuoq; beneficio adhuc viuit hæc peſtis. Plaut. in Aulula Eò nunc ſecretò ego te huc foras ſeduxi. Cic. lib. I. Tuſculanarum quæſtionum, ad animũ trãſtulit, inquiens, Quũ à negocio omni auocamus animum, quid inquam tũ agimus, niſi animũ ad ſeipſum aduocamus, ſecũ eſſe cogimus, maximeq; corpore ſeducimus? In malã partem per tranſlationem ſignificat decipio. Terentius in Andria, Etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulat. Cicero pro Flacco, vſus eſt pro depono, quum inquit, Remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſeducant arrogantiam.

Seductile, penul. cor. quod ſeduci, id eſt, decipi poteſt. Auguſtinus libro ſecundo Confeſſionum, Calcabat me inimicus inuiſibilis, & ſeducebat me: quia ego ſeductilis eram.

Seduculum, quaſi ſudaculũ dictum, genus flagelli eſt, quòd vapulantes ſudare faciat.

Sedulò, aduerbium ſecus à dolo, ſiue inſtanter, diligẽter, quaſi aſſidendo, hoc eſt, ſine intermiſſione. Terẽ. in Eunuc. Faciam ſedulò, ac dabo operam. Plaut. in Menæch. Propterea heri imperium exequor, bene, & ſedulò ſeruio.

Sedulus, penultima correpta, dicitur (teſte Donato & Nonio) qui ex animo. & ſine dolo. & inſtanter intentus eſt, vt ſit quaſi aſſiduus: quia neglıgẽtes doloſi dicuntur. Hinc Sedulitas, pro inſtanti & fideli officio, ac diligentia.

Sedum herba, quæ & ſemperuiua dicitur, à ſemper ſedendo. vel (vt Merula inquit) quam anagorum alio nomine vocant. Hanc alii ſaxum, alii ſiluitem vocãt Naſcit in tegulis, & apud noſtros Bergomates Oregina dicitur.

Seges, proprie fruges eorum ſeminum, ex quibus conficitur panis, nondum demeſſa. Quandoq; accipitur pro ipſo humo ad accipiẽda ſemina ſubacta, nondũ ſata. Nam quando ager ſatus, nouallis dicitur. Vnde Varro ait, Seges dicit, quod aratum, ſed necdum ſatum eſt, à ſatu, id eſt, ſemine. Vergilius,

Illa ſeges demum votis reſpondet auari.
Agricolæ, bis quæ Solem bis frigora ſenſit.

Plin lib. xviii. Segetes quæ interquieuere fundũt roſam odoratiorẽ, ſatiua ãdeo terra non ceſſat parere.

Segetia, Dea: quam priſci colebant, vt lætas faceret ſegetes.

Segmen, idem quod ſegmẽtum. id eſt, ſectiones, à quo fiunt Præſegmen, & Reſegmen.

Segmenta, proprie ſegmina. id eſt, ſectiones, à ſecãdo, quaſi ſecamenta & ramenta, c, in g, mutata, vt à fingo figmentum, à ſtringo ſtrigmentum. Quod ex Plinio intelligi poteſt, quum ſecandorum marmorum rationem adſerens, ait libro trigeſimoſexto: Craſſior arena laxioribus ſegmentis terit, & plus erodit marmoris. Gellius: Vnguium dialis & capilli ſegmina, ſubter arborum felicem terra operiunt. Hieronymus, Segmenta eboris in medelas varias adſumſitur. Segmenta etiam inciſuræ & virgulæ ſectæ ex gemmis & vnionibus. Vnde partes, & (vt ita dicam) membra mundi, in quæ vniuerſa terra digeritur (quæ noſtri circulos, Græci parallelos adpellant, & climata) Segmenta dicuntur. Plin. lib. vi. Plura autem ſunt Segmẽta mundi. Principium habet Indiæ pars verſa ad Auſtrum, patetq; vſq; ad Arabiam, & rubri maris adcolas. Idem: Quod ſupereſt terrarum, tribus adſignant ſegmentis. Et quoniam ornamentum colli, quod monile vocat, ex ſegmentis fieri conſueuit. Id eſt, ex bracteolis argenteis, aureis'ue, Segmentum etiã adpellatur. Valer. Maxim. Datum eſt mulieribus, ut ſegmenta aurea geſtarent. Iuuenalis,

Segmenta, & longos habitus, & flammea ſumit.

Sunt tamẽ qui ibi ſegmenta interpretentur faſciolas, quæ in ordine veſtis extrema parte aſſutæ iunctæq;, ornamento ſint indumẽtis muliebribus: vel quibus noua nupta amicitur, vt ait Probus. Alii accipiũt pro margaritis & murænulis. hoc eſt torquibus.

Segmentarii, qui veſtes ex auro laborant.

Segmentatæ veſtes, dicũtur purpureæ, ſegmẽtis, id eſt, bracteolis, lanceolis, mæandris, limis, & orbiculis, varieganter intextæ. Ouid. lib. iii. de Arte amandi,

Quid de veſte loquar? non iam ſegmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Quicquid etiam ex tenuiſſimis ſegmentis uermiculatim compoſitum eſt, etiam ſi ſegmenta lignea ſunt. Segmentatum dicitur. Iuuenalis,

Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis. id eſt, vermiculato emblemate pictis, vel Præſegminibus. id eſt tenuiſſimis ligneis ramentis ac verſicoloribus depictis. Quãuis etiã intelligi poſſit, ſegmento textis. Hoc in pauimentis teſſellatum dicitur. de quo alibi.

Ornamentum quoq; equorum à collo in pectus præpendens, ſegmentum dici poteſt.

Segnis, quaſi ſeorſum à recto nitēs, g, interpoſita cauſſa euphoniæ. Et fortè magis ad differētiam ſenis. Cōponitur igitur Segnis, à ſe & nitor. Vel dicitur Segnis, quaſi ſine igne. Vnde Segnis homo, id eſt, tardus & ignarus, ſicut econtrario ardens, pro feſtinante & alacri ingenio. Vergilius lib. iii.

Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos.

Interdum ponitur pro infœcundo & inutili. Idem libro primo Georgicorum,

Segniſq; horreret in aruis Carduus,

Hinc Segnicies, ſiue Segnicia, tarditas, negligentia ad agendum: quòd (vt Feſtus inquit) ſit ſine nitendo quid utile & honeſtum. Socordia verò, eſt negligentia in conſulendo, meditando, proſpiciendo, quid opus ſit facto. Terentius in Andria, Enimuero Daue nihil loci eſt ſegniciæ neq; ſocordiæ. Quandoq; Segnicies dicitur infœcunditas. Plinius, Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum ſegnicies. Legitur & Segnitas, pro ſegnitia. Cicero libro de Oratore. Et quando de prudentia diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem.

Segobriga, oppidum Celtiberiæ, vbi Sertorius & Metellus prælium commiſere.

Segor, fuit quinta ciuitas poſt Sodomam & Seboim quæ ad preces Loth ſeruata eſt.

Segrego, gas, pen. cor. ex ſe & grego. vnde & Congrego, quæ ſunt cōtraria. Eſt enim Segregare, ab aliorū numero, vel ſocietate, vel grege ſeparare. Terent. in Hecyra, Nam ſi ita eſt, vt hæc nunc Pamphilum vere à ſe ſegregarit.

Seir, mons in terra Edom, in quo habitauit Eſau, in regione Gabalena, quæ ex eo quòd Eſau piloſus eſſet & hiſpidus, Seir, id eſt, piloſi nomen accepit.

Seiugi, & Seiuges, pen. cor. dicuntur equi ſeni ad vnū currum adhibiti. Apul. in Flor. Vir cui omnes prouinciæ quadriiuges & ſeiiuges currus vbiq; gentium ponere gratulantur.

Seiungo, ſeorſum iungo, & per ſe pono, ſiue ſeparo. Cicero Lentulo, Tibi autē multò notior atq; illuſtrior meus in te animus eſſet, ſi hoc tempore omni quo ſeiuncti fuimus, & vnà & Romæ fuiſſemus.

Selemetes, lapis in Perſide, cuius interior candor (vt ſcribit Auguſt. lib. xxi. de Ciuitate Dei) quum Luna creſcit & deficit.

Seleucia, prima Syriæ ciuitas, vt inquit Strabo, iuxta quam Orontes adfluit amnis. Hanc alii à Nicanore, alii à Nicatore conditam ferunt. Strabo, Seleuciam (inquit) ad Tigrim amnem, iuxta Babylonem, tercentis ferè ſtadiis, Seleucus Nicator exædificauit. Ptolemæus tres ſeleucias facit: Pieriam, ad Euphratem, ad Belum. Scribit Plinius lib. xi. Seleuciā plerumq; Meſopotamiam dictam fuiſſe.

Seleucus, fuit vnus ex principibus Alexandri, qui primus poſt Alexādri mortem regnauit in Syria annos quadraginta. Fuerunt & alii Seleuci.

Selibra, dimidia libra.

Seligo, gis, penult. correp. ſeorſum colligo, ſecerno. Cicero de Optimo genere dicendi, Quæ exempla ſelegiſſem, niſi vel nota eſſe arbitrarer, vel poſſe eligere qui quærerent.

Selinis, vrbis nomen, à Selino, quòd ibi plurimum naſcatur.

Selinon, Latine apiū, à quo Petroſelinō, herbæ genus.

Selinus, pen. prod. nomen fluuii, à quo etiam oppido nomen datum eſt. Silius,

Nec nō q potat Hipſamq; alabynq; ſonoros Selin⁹.

Seliquaſtra, genus ſedilis ē eſt antiqui generis, d, litera in l, conuerſa, ſicut & in ſella & ſolio factum eſt, quæ omnia à ſedendo dicta ſunt.

Sella, quaſi ſeda, à ſedēdo. Et erat apud Romanos magiſtratuum Aedilis & Prætoris ſedes, qua per vrbem ius dicentes comportabantur. Græci autem θρόνος ſellam dicunt.

Sellaria, dicta ſunt loca, in quibus ſedes diſponi ſolebant. Plin. lib. xxxiiii. Atq; ex omnibus quæ retuli, clariſſima quæq; in vrbe, iam ſunt dicata à Veſpaſiano principe in templo pacis, aliiſq; eius operibus, violentia Neronis in vrbem conuecta, & in ſellariis domus aureæ diſpoſita. Suetonius in Tyber. Seceſſu verò Capreēſi, etiam ſellariam excogitauit ſedem arcanarum libidinū. Huius diminutiuum eſt Sellariola. Mart. In ſellariolis vagus popinis.

Sellularii, opifices, qui ſedendo opus faciunt, quos Liuius lib. viii. ſcribit militiæ minimè aptos. Sic ſedentarium opus, de quo ſuprà.

Semel, aduerbium, quaſi vnà, non diuiſim, vel vno (vt ita dicam) tempore. Nam quod ſemel fit, nullam recipit diuiſionem. Aliquando accipitur pro vno loco, pro omnibus, ſiue ſummatim, aut in ſumma. Quintilianus, Deniq; (vt ſemel finiam) ſic ferè componendum quum pronunciabilis erit. Idem, Et vt ſemel omnia complectar. Vnde & pro immutabiliter & irreuocabiliter poni conſueuit, quia quod ſemel tantum fit, non habet regreſſum vt ruſus fiat. Hieron. in Pſalmo, Semel loquutus eſt Deus, duo hæc audiui. Aliquando ſignificat cito. Vergilius,

Qui ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit.

Ouidius, Nulla reparabilis arte.
Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel.

Semele, pen. cor. Cadmi filia, de qua Propertius,
Narrabis ſemele quæ ſit formoſa.

Semen, quaſi ſerimen, à ſero, ris, quod etiam de virgultis & ſurculis dicitur. Vergilius,

Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius,

Colu. lib. iii. Si compluribus vindemiis eundem tenorem ſeruauerint, ex eiuſmodi vitibus lecta ſemina multum bonum q; vini præbebunt. Eſt & ſemen frumenti genus, quod zeam adpellant ſimile farri. Ex ea alica fit, præclara res.

Sementicus, ca, cum pen. cor. quod ſeminari poteſt. Plinius lib. xviii. Sementica autem triticum, hordeum, frumenta, multis radicantur fibris.

Sementinæ feriæ, à ſemente, quæ ideo inſtitutæ ſunt, vt ſementem maiorem facere poſſent.

Semẽtinus,na,num,vt Diſtinctione quinta,& ſunt verba Gregorii, Ab omnibus quoque quæ ſementinam trahunt originem carnis ieiunemus,à lacte videlicet, caſeo,& ouis.

Sementis,fœminini generis, ſignificat ipſam ſationẽ, ſeu ſeminationem.Plin.lib.xviii. Sunt qui properent atq; ita pronuncient Feſtinatam ſementem ſæpe decipere,ſerotinam ſemper. Colu.lib.xii.Quibus magna ſementis præparatur. Liuius, Vt campani ſementem facere poſſent. Accipitur nonnunquàm pro ſemine. Hieron.in Geneſi, Et habẽt vnumquodq; ſementem iuxta genus ſuum. Ouid.lib.i.Faſtorum,

Villice da requiem terræ ſemente peracta.

Nonnunquàm pro ſeminandi tempore.Columella libro ſecundo,Prima ſementis rarius ſerere permitit, nouiſſima ſpiſſius poſtulat.Id eſt,primum tempus ſationis.Idem, Seminari debet poſt æquinoctium media ferè ſementi,læto ſolo.

Semento tas,ſemen produco.Plin.lib.xviii.Eſt in primis inutile naſci herbas ſementaturas.

Semeſtre aurum,ſex menſium annona pecuniaria.

Semeſtris Luna,dicitur,quum menſis medium permẽſa eſt ſpacium.

Semeſtris res,quæ eſt ſex menſium.

Semeſum,pen.prod.ſemicomeſtum. Eadem enim forma dicit̃ qua Ambeſum,& Comeſum. Sueto.in Tyb. Solemnibus ipſe cœnis pridiana ſæpe ac ſemeſa opſonia adpoſuit.

Semianimis,quaſi exanimatus.

Semicirculus,medius circulus.

Semicinctium ſuccinctorium,quòd medium hominẽ cingat.Id eſt,veſtiat. Eſt enim genus veſtis breuiſſimæ,quo venter & velanda teguntur.Hieronymus cõtra Rufinum:Hoc ſolum requiro ab eximia ſanctitate & cenſura tua,cuius tanta eſt puritas, vt ad ſudaria ſemicinctia tua dæmones fugiant , cuius exẽplum in ſcribendo ſequaris.

Semiferus,penultima correpta , non prorſus ferus,ut ceruus.

Semimares,pen.corr.ſemiuiri, non perfecti viri.id eſt, eunuchi.

Semimetrum,pen.cor.media menſura.

Seminarium,eſt locus ex quo transferuntur plantæ in aliam terram.Colu.lib.iii.Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debet, ſic enim ſciet,cuius generis vitem poſiturus ſit. Idem libro ſexto,Operã dabit̃, ne emortuis arboribus rareſcat, ac primam quanque ſenio ac tempeſtate adflictam ſummoueat , & inuicem nouellam ſobolem ſubſtituat.Id autem facile conſequi poterit,ſi vlmorum ſeminarium paratum habuerit. Aliquando ſeminarium,dicitur arbor de qua aliquid ſumitur vt plantetur.Idem ſatoris officium eſt, de ſeminario transferre plantam.

Seminium,idem quod ſemen,vel herba, vel quid producibile. Columella lib.ii. Nonnunquàm ſuperfuſa terra latentibus ſeminiis. Quãdoq; accipitur pro ſeminis lucro.Plautus in Rudente: Vendidatur merces non hoc ſuo ſeminio.

Semino,nas,notæ ſignificationis. Columella, Seminari debet hordeum poſt æquinoctium. Per tranſlationem ſignificat ſpargo, diuulgo. Lactantius lib.iiii. Et cultum Dei per totam terram ſeminaret. Huius cõpoſita ſunt Diſſemino, quod eſt varie vel diuerſis locis ſemino. Hieronymus in Geneſi, Tres iſti ſunt filii Noe,& ab his diſſeminatum eſt omne hominũ genus ſuper vniuerſam terram.Inſemino,intus ſemino. Gel. Talemq; & morbos ſenſim atq; in diem longam viſceribus inſeminare. Superſemino. Auguſtinus, Venit diabolus & ſupſeminauit eos,quos malos filios dominus interpretatur.

Seminudus,dimidia parte nudatus.

Semiobolus,dimidius obolus.Cc.

Semipes,dimidius pes.

Semiplagium,paruum rete.

Semiplenus,non perfectè plenus.

Semiplotia,ſoleæ quibus vtebantur in venando,quò planius pedem ponerent.

Semiquinaria diuiſio,eſt quũ in ſcandẽdo qnq; pedes per dimidiũ diuidunt̃,ita vt poſt duos pedes ultima dictionis ſyllaba ſuperſit,vt, Arma virum q; cano.

Semiramis,mis,vel midis.vnde accuſatiuũ ſemiramin vel ſemiramidẽ facit Fuit nomen Aſſyriorũ reginæ, Nini regis vxoris q̃ mortuo viro res preclaras geſſit. Verum eadem impudica & mollis fuiſſe traditur , ut pote quæ filii concubitum expetierit,& equum uſq; ad coitũ adamaſſe dicat̃. De hac Plutarchus in Apophtegmatis ſic ſcribit,ſemiramis,quod ſibi ſepulchrũ conſtruxerat,inſcripſit literis,Quicunq; rex pecuniis indiguerit,pateſacto monumento quod voluerit accipito.Itaq; Darius,ſublato lapide , pecuniarũ nihil inuenit,ſed alias reperit literas,quæ hæc dicerent.Niſi malus uir eſſes ac nummis inſatiabilis cadauerum loculos non moueres. Semiramis , lingua Syriaca,auẽ ſignificat.Nanq; ab auibus adhuc infans nutrita dicitur. Scribit Valerius Max.Dum die quodã circa cultum corporis occupata eſſet,& nunciaretur,ei Babylonem defeciſſe ſoluta adhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnandam cucurrit , nec prius decorem capillorum redegit in ordinem , quã iam ã vrbem in ſuam poteſtatem reſtituerit. Huius penult. ſyllaba correpta eſt. Iuuenalis,

Quod neq; in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe.

Exercitum ipſius ſcribit Suidas: Πεζοῦ μὲν μυριάδας σε δέκα, ἱππικοῦ δὲ ἑκατὸν, δρεπανηφόρων δὲ ἁρμάτων μυριάδας δέκα. ἀνδρῶν τε ἐπὶ καμήλων μαχομένων τὸ ἴσον πλῆθος, ἄλλων δὲ καμήλων ἔτι ἂν ἐγὼ δέκα μυριάδας ἄκεοι, βύρσαι δὲ βοῶν ἀμφιβαφεῖς τῶν ἐν τριάκοντα μυριάδας, νῆες δὲ αἱ βάκτραις πηγνύμεναι τρισχίλιαι. Id eſt.Peditatus decẽ milia & tercẽtũ,eqtatus cẽtũ,falciferorũ et plauſtrorũ decies decẽ milia. Virorũ in camelis pugnãtiũ par numerus Aliorũ verò camelorum(ſi ego indigeo) vicies decem milia. Terga verò boum latos humeros habentium, tricies dena milia. Naues verò in bactris fabricatas ter mile.Et multa alia q̃ proſeqtur admiranda.

Semirutus,pen.cor.ex parte dirutus.

Semis,ſignificat dimidiũ,ut ſemideus, ſemiuiuus. Ali

quando accipitur pro media libra. Verum quádoq; indeclinabile eſt, ut Duos & ſemis cubitos habet. Quandoq; Semis genitiuum facit, Hierony. in Exodo, Duos cubitos & dimidiũ tenebit lõgitudo eius: & cubitum ad ſemiſſem latitudo.

Semiſeptenaria diuiſio, eſt quum in ſcandendo ſeptẽ pedes per dimidium diuiduntur: ita vt poſt tres pedes vltima dictionis ſyllaba ſuperſit: vt, Arma virumq; cano Troiæ.

Semiſpathium, breuior enſis.

Semiſſis, genus mẽſuræ id eſt, cubiti pars, & monetæ.

Semiſſis homo, dicitur homo uilis, & quaſi ſemi homo: ſicut Semiſſem, ſemiaſſem dicimus. Vati. Ciceroni: Simul verò ſemiſſis homo cõtra me arma tulit.

Semiſſis vſura, dr̃ quoties de centum nummis ſenos nummos vſuræ nomine percipimus. Capitol. in Alexan. Trieťarium fœnus ait eum, vt æquiſſimum & leuiſſimum, exercuiſſe, ad uſum reipublicæ.

Semita, penul. corre. quaſi ſemi iter, via arcta, dimidia uia. Eſt enim minor quàm via. Vnde Semito, tas, de quo in dictione Limito.

Semitogiũ, breuis, & quaſi dimidiata toga, à quo Semitogatus.

Semiuir, non perfectus vir, vtpote eunuchus.

Semiuiuus, idem quod ſemimortuus. Et quádoq; debilis dicitur, & vigoris exigui.

Semiuncia, dimidia vncia. Perſius, Sed nullo thure litabis. Hæreat in ſtultis breuis ut ſemiuncia recti.

Semiuocales, quaſi dimidiũ vocaliũ ſonũ habentes.

Semiuſtus, dimidia parte uſtus.

Semodius, quaſi ſemis modius. Iuuenalis, Et ſi vno Semodio ſcobis hæc emundat ſeruulus vnus.

Semoueo, moues, penul. corre. ſeorſum moueo. Plau. in Aſi. Culpa tua iſthæc, quæ diſcipulum ſemidoctũ abs te ſemoues. Terent. in And. Iam fermè moriens me uocat: acceſſi: Vos ſemotæ, nos ſoli.

Semperuiuum, herba, quæ Græce aizon dicitur, ἀεὶ ſemper, ζῶ viuo. Herba hæc folio carnoſo, leni, atq; oblongo. Duo eius genera ſunt. Maius in fictilibus vaſculis ſeritur: quod aliqui buphthalmon, à ſimilitudine. hoc eſt, bouis oculum uocant, βοῦς enim bos, ὀφθαλμὸς oculus. Alii ζωόφθαλμον. hoc eſt, animalis oculum, ζῶον enim animal eſt, καὶ ὄντα ἐστὶ τὸ ἔρον, ἔνθεν ὀφθαλμός. Alii hypogeſon: quoniam ferè in ſubgrundiis naſcitur. Alterum genus eſt minuſculum, quod Erithelles uocatur: quaſi amor floreſcens, θάλλω enim floreſco ſignificat. Aliud trithelles, quòd ter floreat. Aliud chryſothelles, quòd aureum florem producat. Latini primum genus à ſemper ſedendo ſedum: quum cubiti altitudinem excedat, craſſitudine plus quàm pollicari. Secundum verò oculum uocant, aut digitellum: vtrumq; Semperuiuum. Quod minus eſt, in muris parietinisq; naſcitur, et tegulis.

Sempiternum quaſi ſemper æternum. Vide in dictione perpetuum.

Sena, inſula in Britãnico mari, aduerſa littoribus Galliæ, autor Pomponius lib iii. Eſt & nomen ciuitatis inclytæ in Tuſcia: quam Brenus Gallorum dux pro ſenibus valetudinariisq; & armentis extruxit, anno ante Chriſti aduentum. ccclxii.

Senaculum, vbi ſenatores conſultandi gratia conſiſtebant. Valerius Maxi. ſcribit, ſenatum apud ſenaculũ habitare conſueuiſſe: vt quum à curia vocaretur, preſtò adeſſet. Senaculum etiam paruum ſenatũ eſſe putamus, à fœminis apud Romanos conſtitutum. Fuerunt autẽ tria ſenacula Romæ. Vnum vbi nunc eſt ædes Concordiæ, inter capitolium & forum: in quo ſedebant magiſtratus, de re publica cum ſenioribus deliberantes. Alterum ad portam Capenam. Tertiũ intra ædẽ Bellonæ. Autor Nicoſtratus libro de Senatu habendo.

Senarius, ria, rium, quod conſtat ex ſex rebus: ut, Senarius numerus. Hinc Senarioli dicti ſunt verſus, à ſex pedibus. Cicero lib. v. Tuſculan. Tenebam enim quoſdam ſenariolos, quos in eius monumento eſſe inſcriptos acceperam: qui declarabant in ſummo ſepulchro ſphæram eſſe poſitam cum cylindro.

Senatores, (inq; Plutarchus in Problematibus) alios patres uocant alios patres conſcriptos: quia primis à Romulo alii additi & conſcripti: vel quia qui ſententiam dicunt, conſcripti ſunt: qui nõ ſolum patres vocati. Vlpianus dicit, Senatores, qui à patriciis & conſularibus vſque ad omnes illuſtres viros deſcendunt: quia hi ſoli in ſenatu dicere ſentẽtiam poſſunt, appellatiq; ſunt ab ætate prouecta, quòd tales in principio in ſenatum electi fuere. Sed à ſinendo dici poſſunt Senatores: quoniam ipſi agendi facultatem dabant.

Senatorius, a, um, quod eſt ſenatoris: vt, Senatoria dignitas. Augu. lib. ii. de Ciui. Dei, Romani hominibus ſcenicis nec plebeiam tribum, quanto minus ſenatoriam dehoneſtari ſinunt.

Senatus, tus, & ſenati, à ſenectute, vel à ſinendo: quia magiſtratibus non plus licebat quàm ſenatus permitteret. Et ſigni. tam locum in quem ſenatores conueniunt, quàm ipſos ſenatores.

Senatuſconſultũ, id eſt, ſenatus ſentẽtia. Quod fiebat aut per rogationẽ, quũ rogabatur unuſquiſq; ſentẽtiam quá uerbis efferebat: aut per diſceſſionem, quãdo pleriq; idem ſentientes, in vnam partem pedibus ibant, ſicut teſtatur Gelli. lib. i. Flauius Vopiſcus de Aureliano: Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſñiam euntibus, pleriſq; verbo conſentiẽtibus, conditum eſt ſenatuſconſultum.

Seneca, Cordubenſis. Romam uenit, declamator egregius, & philoſophus eximius: & poeta inſignis euaſit. Sub Nerone mortuus eſt, ſolutis uenis. Cc.

Senecio, diminutiuũ eſt à ſenex. Quo noĩe etiá dicta eſt herba, quòd vere caneſcat: quæ alio noĩe erigerõ vocatur, in tegulis & in muris naſcens, ſpecie & mollitia erixaginis, cauliculis ſubrubicundis.

Senectus, ſenecta, ſenium, ſenitudo, & ſenitas, in eodem ſenſu accipiuntur pro ſenum ætate. Sed non dicitus Senecta ætas: niſi dicamus, Aetas ſenecta. Eſt aũt Senectus, ſexta hominũ ætas, dicta à ſenario numero, vel ſentiẽdo. quòd in ea ſenſus deficiat. Siue à ſeneſco, ſcis, ſenui, ſenectum. Vñ Senectus, cta, ctum,

nomen

nomen verbale. Salluſtius libro.iiii. Hiſtor. Omnes quibus ſenecto corpore animus militaris erat. Aetas prima quidẽ incipit ab infantia, uſq; ad ſeptimũ annum: quæ dicitur à non fando, quia homo in ea non fatur: vel ſi fatur, imperfectus eſt ſermo. Secũda pueritia: cuius pars eſt pubertas, vſq; ad annum decimũquartum. Tertia adoleſcentia. Quarta iuuẽta. Quinta virilis ætas. Sexta ſenectus: cuius pars eſt decrepitas. Senectus etiam dicitur corium vetus, quo ſerpẽtes exuuntur. Vide in dictione Vernatio.

Seneo, nes, nui, nectum, à quo Seneſco, ſenex fio. vnde & Cõſeneſco, quod Varro poſuit pro putreſio, quũ ait: Ob quamrem oua aut inæqualiter matureſcunt, aut conſeneſcunt.

Senex, dictus uidetur quaſi ſeminex, quòd acta maioris ſuæ ætatis parte, iam morti ꝓpinquior fit. Et eſt generis cõmunis ſecũdum Priſcianum. Varro de lingua Latina: Et tua amica ſenex. Huius genitiuus eſt ſenis, vel ſcenicis ſecundum analogiam. Plautus in Ciſtellaria, Vos negocioſi ſenicis ſoletis eſſe. Comparatiuum eſt ſenior, quòd valde ſenem ſignificat. Ouidius libro.xii. Metamorphoſeos,

Tum ſenior quamuis obſtet mihi longa uetuſtas.

Quintilianus de Iſocrate. Eo nanq; ſeniore (octauũ enim & nonageſimum compleuit annum) præcipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœpit. Capitur quãdoq; etiam Senior pro magis ſene. Senec. epiſt. lxxv. Quemadmodum ex duobus ſapiẽtibus qui ſenior deceſſit, nõ eſt beatior eo, cuius inter pauciores annos terminata eſt uirtus. Senes uocantur, quantũ ad priuatam ipſorum uitam: quòd uſq; ad ſenilem ætatem uixerunt. Veteres, quantum ad publicum tẽpus: quòd alia ætate vixerunt, etiam ſi ad ſenium nõ peruenerunt. Vtriq; antiqui dicuntur: ſed magis ueteres quàm ſenes.

Senio, in talis ſex puncta continet. Nam à ſenario numero dici videtur. vnde & eius iactus perutilis erat. Interdum etiam damnoſus: ſicut & canis. Nam qui iecerat canem, aut ſenionem, ille denarios ſingulos conferebat in medium, vt eſt apud Suetonium in Auguſto. De Senione & cane Martialis,

Senio nec noſtrũ cum cane quaſſat ebur. Perſius,

Iure etenim id ſummum quid dexter ſenio ferret,
Scire erat in uoto. Exiſtimant eruditi ſenionem ſignificare quaternariũ: quòd ſcilicet qui iecerat duos ſeniones, ille quatuor numos lucrabatur.

Senium, idẽ quod ſenectus. Dicimus enim, Hic homo confectus eſt ſenio. Qñq; etiã dr̃ tædium, triſtitia, & moleſtia: quòd ſenes omnibus odio ſunt. Turpilius, Quia odio ac ſenio mihi nuptiæ ſunt. Neuius Seniũ ſonticum adpellat, quaſi nocens: quia ſenectus naturalis morbus eſt, ut inquit Ariſtoteles.

Senaar, campus Babylonis, in quo turris extructa eſt. Inde egreſſus Aſſur ædificauit Niniuen.

Senogallia, ciuitas dicta, à Senonibus Gallis, qui eã condiderunt. De hac Silius,

Et glanis & rubico, & Senonum de nõie Sena.

Senones, populi Galliæ, finitimi Belgis: qui olim urbem Romã incenderũt, & Capitolium obſederunt. Hos ſuriter Camillus adgreſſus ideo excidit, vt incendiorũ ueſtigia Gallici ſanguinis inũdatione deleret. Scribit Verrius ideo Senones adpellari, q̃ noui venerſit ex trãſalpina Gallia, quaſi cænonas litera immutata, καινὸς enim Græcè, Latinè nouus dr̃.

Senſibile, dicitur de eo quòd ſentitur, & de eo q̃d ſentit. Dicitur autem ſenſibile, quòd per oculos, vel aures, vel olfactum, vel guſtum, vel tactum, quaſi quandam notitiam præbeat ſui.

Senſiculus, dimin. à ſenſu. Quintil. Inde minuti corruptiq; ſenſiculi, & extra rem petici.

Senſificus, ca, cum, quod ſenſus cauſſam ꝑſtat. Macr. Spiramentum ſenſificum, ad ſua quæq; loca naturali lege ducentes.

Senſile, penult. correp. idem quod ſenſibile, hoc eſt, quod ſenſui ſubiectum eſt. Inſenſibile, quod ſentiri nõ poteſt. Lucretius lib. ii. Ex inſenſibilibus nec credas ſenſile gigni.

Senſim, aduerbium, ſignificat paulatim: quia ea maxime ſenſum faciunt quæ morantur: quaſi cum meditatione & ſenſu. Plau. in Caſſina: Senſim ſuper atolle limẽ pedes noua nupta. Cicero libro primo Offici. Magis decere cẽſent ſapientes ſenſim diluere, quàm repente præcidere.

Senſus, ſus, à ſentio: quòd per eos tanquàm per quaſdam feneſtras animus ſentit. Nam Senſus ſunt q̃ ſentiunt: Senſa, quæ ſentiſitur. Plin. libr. x. cap. lxix. Ex ſenſibus ante cætera homini tactus, deinde guſtus: reliquis ſuperatẽ à multis: Aq̃læ clarius cernũt, vultures ſagacius odorantẽ, liq̃dius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denſo atq; ſurdo naturæ elemento. Et licet proprie Senſus ſint corporis, conſuetudo tamẽ iam tenuit, vt mente concepta Senſus vocaremus, q̃ etiam Senſa dicuntur. Cice. de Orat. Et quod dicendo exprimere ſenſa poſſumus. Terentius in Adelph. Quin tu ocioſus es: ego illius ſenſum pulchrè calleo. Plaut. in Moſt. Non ego ita extemplo me ſi oſtẽdam ſenſum: diſſimulabo, me horum quicquàm ſcire quandoq; Senſus, pro intelligentia.

Senſus, ſa, ſum, particip. Vnde dicimus, Dolor ſenſus eſt à me.

Senta, Dea eſt, quam nõnulli bonam Deam uocant: ueteres Faunam & Fatuam dixerunt. Hanc Varro ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, vt nemo illam dum vixit, præter virum ſuum mas viderit, nec nomen eius audierit. Propter quod illi in operto mulieris ſacrificabant, & bonam Deam nominabant. Ce.

Sententia, modò iudicium dicitur. id eſt, Id quod animus ſentit: quod & crudelitas & opinio uocari ſolet: ut, Nemo eſt in ciuitate, cui non liceat libere ſententiam ſuam dicere. id eſt, pronunciare quod habet in animo. Salluſt. At M. Porcius Cato, rogatus ſententiam, huiuſmodi orationem habuit. Modò dicitẽ iudicatum. hoc eſt, quum ex lege, vel ex æquo & bono ſententia dicitur: vt, Iudex in cauſſa mea ſententiam dixit. Id eſt, ſanciuit quod ius vellet. Et (vt in Digeſt. de Arabit. ſcribit Paulus) Dicere ſententiam æſtimatur is, qui ea mente id pronunciat, vt ſecundũ hoc diſcedere eos qui litigant à tota cõtrouerſia ve-

lit. Modò capitur pro eo quod verba ſonant: Vnde dicere ſolemus: Hic tam obſcure loqtur, vt nulla ex verbis eius ſententia colligi poſſit. Quæ ſic definiri ſolet. Sententia, eſt oratio generalem pronunciationem habẽs: quæ vel hortatur, vel dehortatur, vel demonſtrat, vt nil metuant q non deliquerunt pœnas. Sentẽtias etiã vocamus lumina orationis, præſertim quæ in clauſulis ſunt breuiter collecta: vt, Obſequiũ amicos, veritas odium parit. Hinc Sententioſus, ſa, ſum. Cicero definit ſentẽtiam hoc modo: Sententia, eſt oratio ſumpta de uita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breuiter oſtendit.

Senticetum, locus in quo ſentes ſunt.

Sentina, penul. product. pars nauis inferior, in quam quicquid inſtillat aquarum defluit, corruptæq́; male olent, à ſentio, tis, quòd eius fœtor ſentiatur. Nam odorem fœtidum emittit. Iuuenalis,
Si iubeat coniunx, durum eſt conſcendere nauem
Tunc ſentina grauis, tunc ſummus vertitur aer.
Per tranſlationem Sentina dicitur omnis locus, qui ſceleratorum hominum receptaculum fit.

Sentino, nas, ſatago, ac ſubtiliter periculum euito. A' ſentina nauis: quam quiſque ut aqua liberet, euacuare contendit. Cecilius, Capit conſilium, poſtquàm ſentinat ſatis.

Sentinum, Vmbriæ oppidũ: quod nunc Saxũ ſerratũ adpellatur, à quo ſentinates populi dicti ſunt. Vocatum ſentinum, ab amne qui ſentinus dicitur.

Sentio, tis, ſi, ſum, ſenſu percipio, quod ad corpus pertinet. Vnde quinq; corporis ſenſus adpellati ſunt: viſus, auditus, guſtus, oduratus, & tactus. Interdũ ſentire ponitur pro intelligere. Cice. Nã & ipſe animus ſentit, neſcio quid in ſe eſſe diuinum. Hiero. ad Paulinum, Nolo ut offendaris in ſcripturis ſanctis in ſimplicitate, & quaſi vtilitate verborũ: quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolata ſunt vt ruſticã concionem facilius inſtruerẽt, & in una eademq́; hora aliter doctus, aliter ſentiret indoctus. Interdum iudicare. Plinius Iunior: Cupio abs te intelligere quid ſentias. Interdum aduertere. Plautus in Amphi. Nec noſtrũ quiſquàm ſenſimus quum peperit. Huius cõpoſita ſunt Aſſentio, Conſentio, quod eſt conuenio. Lactantius libro primo, Si congruentes annos diuidas, numerus conſentiet. Inde Cõſentaneus, nea, neũ, pro conuenienti. Cicero libro primo Officio. Hæ igitur diſciplinæ ſibi ſe conſentaneæ uelint eſſe, de officio nihil queant dicere. Aliquando Conſentire, eſt acquieſcere. Vnde Conſenſus. Aſſentio, Diſſentio, Præſentio, ante vel prius ſentio, hoc eſt, aduerto & præcognoſco. Cicero de Diuina. Quia commodius arbitratus es ſeparatim id quæri, de eoq; differi. Id eſt, de diuinatione: quæ eſt earum rerum quæ fortuitæ putantur prædictio atque præſentio. Hinc Præſentiſco. Perſentio, perfectè ſentio, à quo Præſentiſco. Terentius in Heautontim. Merito nunc ego ſucſenſeo, quot res dedere, vbi poſſem perſentiſcere. Subſentio aliquantum ſentio, aduerto. Idem in Eunucho: Et ſi ſubſenſi id quoq;, illos ibi eſſe, id agere inter ſe clanculum.

Sentis, ſpina: quòd à tangentibus quàmprimum ſentiatur. Hinc Senticoſus, ſa, ſum, ſpinoſus, & aſper. Lucilius, Quàm ſenticoſa uerba pertorquet.

Sentus, piloſus, horridus, quaſi ſpinoſus. Terentius in Eunu. Video ſentum, ſqualidum, ægrum annis pannisq́; obſitum.

Seorſum, aduerbium vernacula lingua ſignificat, da parte. Hieronymus libro primo Regum, Da partem quam dedi tibi, & pcepi ut reponeres ſeorſum apud te. Dicit & ſeorſus, ſa, ſum, remotus. Vergilius libro de Eſt & Non. Pariter nonnũquàm ſæpe ſeorſis Obſiſtunt dubiis.

Separo, paras, penultima correp. diuido, diſtraho, à ſe & paro. Hinc Diſſeparo, & aduerbium ſeparatim, diuiſim. Salluſti. Omnia uirtutis præmia ambitio poſſidet: neque mirum, vbi vos ſeparatim quiſque conſilium capitis.

Sepedes, penul. cor. dicuntur formicæ, à numero pedum. Formicis enim ſeni pedes ſunt.

Sepelio, lis, penultima correp. liui, litum, & ſepultum. Ouidius in Hero. Et ſepeli lachrymis perfuſa fidelibus oſſa. Quod uerbum à ſepio quidam deducunt: quia cadauer terra, vel alio materiæ genere circumſepitur.

Sepes, pis, & ſeps, pis, fœminini generis, quæ obiecta introitum prohibet.

Sepia, genus piſcis, q emiſſo cruore atro occultat iter. Perſius, Nigra quod infuſa uaneſcat ſepia lymphs. Eſt & Sepia ſcopulus iuxta Athenienſium littus, ut inquit Herodotus. Suidas: Σηπία ὁ ἰχθύς. Ἀριστοφάνης. Κάθησο τοίνυν σηπίας πατούμενος ὡσεὶ τρυφῶν διὰ τὴν ἐξουσίαν. id eſt, Sepeia, piſcis. Ariſtophanes: Sedebas igitur ſepias premens, tanquàm delicians propter poteſtatem.

Sepimentum, id dicitur, quo aliquid ſepitur. Varro, Primum naturale ſepimentum, quod obſeri ſolet uirgultis aut ſpinis, quod habet radices, uiuæ ſepis.

Sepio, pis, piui, pitum, vel ſepſi, ptum, ſignificat teneo, impedio. Dictum à ſepibus, quæ obiectæ intercludunt iter. Hieronymus in Eſaia, Sepiuit eam, & lapides elegit ex ea. Huius compoſita ſunt Conſepio, Circumſepio, Interſepio. Præſepio, quod eſt, ſeptem ante facio.

Sepius, ciuitas quæ nunc Sipontum dicitur, à ſepiarium multitudine fluctibus eiectarum.

Seplaſia, fuit forum Capuæ, in quo vnguenta negociabantur: cuius deliciis fractam fuiſſe Punicam ferociam, teſtatur Valerius Maxi. libr. ix. Cicero contra Rul. Iam uero qui metus erat tunicatorum illorum in Albana & Seplaſia. Hinc Seplaſiarius, pro unguentario & effœminato. Lampridius in Heliogabalo: Pinxit ſe ut cupedinarium, ut ſeplaſiarium, ut popinarium, propter vnguenta quæ Seplaſiæ conficiebantur.

Sepono, nis, penul. product. diuido, & miſſum facio, quod dicimus, mettere da canto. Quint. lib. xii. In cõſiliis uero, quæ ratio ſuadendi eſt, ab honeſti quæſtione ſepoſita eſt. id eſt, diuiſa. Liuius libro. I. Pecuniam in ædificationem eius templi ſepoſuit. Lactã-

lib.ii, Seponatur interim nobis hic locus de ira Dei diſſerendi. Hiero. Sepoſitis occupationibus quibus arctabar, huic unam lucubrationem dedi.

Seps, maſculini generis, paruus ſerpens, ex cuius ictu membra percuſſa putreſcunt, ab σήπω, quod eſt putrefacio. Nã quicquid momorderit, reſoluit in putredinẽ. Luca. Oſſaq́ diſſoluẽs cũ corpore tabificus ſeps. Pli. lib. xxix. Lacerta quã ſepa alii chalcidẽ vocãt. Auſo. An Lybiæ ferale malum ſit Romula vox ſeps. Suidas tamen σὴς αὐτὸς ὁ σκώληξ λέγει. id eſt, Ses, ſetos, tinea dicit.

Septa, generali uocabulo dicuntur oĩa loca munita, & quodã ſepimẽto vallata. Inde ſtabula ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, Septa nũcupant. Vnde & Septa aliquãdo pro ouilibus ponitur. Vergilius, Quamuis multa meis exiret victima ſeptis. E cõuerſo Luca. Et miſeræ maculauit ouilia Romæ. Inde in Martio cãpo loca incluſa tabulatis, in quibus ſtans populus Romanus ſuffragia ferre conſueuerat, Septa dici meruerunt, ad ſimilitudinem ouilium. De quibus Martialis,

In ſeptis Mamura multumq́; diuq́; uagatus.

Varro de Re ruſtica adpellat Septa omnia quæ habent incluſa animalia quæ paſcuntur. Idem inquit: Intra ſepta uillæ habeas aquam. Apud eũdem inſcriptio eſt de fundo & ſeptis. A ſepio munio. Inde Septus locus, Septa uilla, Septum tectum. Iuriſconſulti accipiũt Septa pro obicibus & clauſtris, quibus utimur ad impetus fluuiorum cohercendos.

Septangulus, dicitur quod ſeptem angulos habet. Cornucopiæ.

Septem, numerale nomen eſt. quid ſignificet notum, à Græco tamen (vt pleraq́; alia) deductum. Illi enim ἑπτὰ dicunt, ſpiritu adſpirato in ſ mutato, & uocali ultima in em. Nos Septẽ dicimus. Ex quo multa deductiua habet originem. Cc.

September, menſis dictus eſt, quòd ſit ſeptimus in ordine. Cornucopiæ.

Septẽdecim, apud Apuleiũ, ſeptẽdecim denariũm.

Septennis, id eſt, ſeptem annorum.

Septẽtriones, ſunt ſeptem ſtellæ, ex quibus quaſi iunctiones triones figurantur. Scribit Varro, Triones ruſticorum uocabulo boues uocari: quaſi teriones, hoc eſt, arandæ terræ ac colendæ idonei. Vel ideo magis hæ ſeptem ſtellæ Triones adpellatæ ſunt, quoniam ita ſitæ ſunt, ut ternæ quæq́; ſtellæ proxima inter ſe, trigona, id eſt, triquetram figuram conſtituant: quã recentiores uocant triangulum. Ex ſeptem ſiquidem ſtellis duæ pariles uno in loco uidentur, quæ pro bobus accipiuntur: reliquæ quinq́; plauſtri figuram deſignant. Itaq́; & proximum huius ſidus Bubulcus, id eſt, Bootes adpellatur, qui more bubulci currum ſequitur. Hoc ſidus à figura, quia ſimile plauſtro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαι, id eſt, plauſtrũ dixerunt: noſtri à bobus iunctis, Septentriones adpellarunt. Ab his etiam ventus ſpirat, qui Auſtro obiectus eſt: & Latine Septentrio, & Septentrionalis vẽtus, & Septentrionarius. Græce uerò, quòd ab Arcto fiet, Aparctias adpellatur.

Septiana mala, dicuntur à Septio Libertino cõſ primo inſtitore, inſigni rotunditate. Cc.

Septicollis, vrbs Roma, quòd ſeptem colles habeat: Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cælium, Viminalem, Exquilinum, & Ianicularem.

Septicus, ca, cum, ut, Vis ſeptica. id eſt, corroſiua. Nã Græci omnia medicamenta quæ habent uim erodendi, Septas vocant.

Septunx, nomen dictum à ſeptem & vncia.

Sepulchrale, quod ad ſepulchrũ pertinet, vt, Ceremoniæ ſepulchrales, quæ pertinent ad funerationem, impenſam, ſtructuramq́ ſepulchrorũ. Titulus eſt apud Iuriſconſultos de Religioſis & ſumptibus funerum. Cicero refert leges, quibus præcipitur ſepulchrorum magnificentiam eſſe minuendam.

Sepulchrum, locus in quo corpus oſſaq́ hominis ſepulta ſunt, quaſi ſeorſum à pulchro (vt inquit Seruius) propter recordationem doloris. Vel dicitur à ſemis: quia pulchrum ſuperficie, intus oſſibus plenum eſt: vel (ſecũdum Donatum) quòd ſine re pulchra ſit: aut quod ibi ſine pulſu ſint. id eſt, mortui. Aut à ſeparando, quòd illic animæ a uiuis ſeparentur. Sed melius eſt, ut Sepulchrum dicatur à ſepeliendo: ſicut ſimulachrum à ſimulando: & lauachrum à lauãdo, tamẽ cum h, ſcribendum cenſeo. Sepulchri autem adiectione, omnis ſepulturæ locus continetur.

Sepultura, quandoq́ ſepulchrum dicitur: quandoq́ ſepeliendi actus. Plinius, Poſt ſepulturam aliæ manium ambages ſunt.

Sepultus, dicitur quomodocunq́; conditus ſit: humatus verò, non niſi humo contectus. Aliquando Sepultus, ſumitur pro eo qui mortuo ſimilis, quaſi ſine ſenſu iacet. Vergilius,

Inuadunt urbem ſomno vinoq́; ſepultam.

Sepum, quod & Seuum dicitur, fit ex animalibus vna parte dentatis, & cornigeris. Hinc Sepatius, tia, tium, quod ex ſepo eſt: ut, Cãdelæ ſepatiæ. Aulus Gellius: Tota domus completur tedis, lucernis, cæteris ſepatiis, & cæteris nocturni luminis inſtrumentis. Sunt qui legant Sebum, & Sebo, bas.

Sequana, penulti. correp. fluuius Belgarum in Gallia: iuxta quẽ habitantes Sequanici dicti ſunt, & Sequani. Hodie Burgũdiæ ducatũ incolẽtes, Heluetiis, Heduis, ac Lingonibus finitimi. Lucanus lib. i.

Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis.

Martialis, Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam.

Sequax, quod aliquid ſequitur. Seneca: Cæteriq́ Ariſtippi ſequaces. Leo papa: Sed tu Iudaicæ cæcitatis ſequacior, non imitaris fidẽ gentium. Aliquando ſignificat id quod ſe ſpargendo dilatat. Perſius,

Quorum imagines lambunt Hederæ ſequaces.

Sequacẽ uerò materiã adpellat Plinius inhærentẽ.

Sequela, penul. produ. ipſe ſequendi actus.

Sequeſter, Sequeſtris, Sequeſtre: & hic & hæc Sequeſtris, & hoc Sequeſtre: & Sequeſter, a, um. Et pace ſequeſtra, inquit Vergil. Et Plautus: Haud fugio ſequeſtrum. Eſt autem Sequeſter, apud quẽ plures eandem rem de qua cõtrouerſia eſt, depoſuerit. Dictus

(vt docet Gellius) quòd eius qui electus ſit, vtraque pars fidem ſequat. Eſt enim medius inter duos altercantes, apud quem aliquid ſeponitur. Quapropter Vergilius pacem Sequeſtram, inducias adpellauit, quod media ſit inter bellum præteritum & futurum. Vnde Aſconius, Sequeſtres ſunt, apud quos pecunia deponitur, Cicero in Verrem: Aut ſequeſtros aut interpretes corrumpendi iudicii.

Sequeſtro, ſtras, apud ſequeſtrum depono. Vnde Sequeſtrata res dicit. interdum Sequeſtrare eſt ſeparare. Hiero. Quia petiſtis vt vobis diuerſos pſalmos per ordinem ſequeſtrem.

Sequeſtrò, aduerbium. Cato: Per Deum immortalem nolite vos ſequeſtrò ponere.

Sequor, queris, ſequutus, à ſeco fit, & eſt verbũ cõmune ſecundũ Priſcianum, Vnde & in Euangelio legimus in ſignificatione paſſiua, Et perſequimini de ciuitate in ciuitatem. Huius compoſita ſunt Adſequor, Cõſequor, Exequor, Inſequor, Obſequor, Perſequor, Proſequor, Subſequor, Pediſſequus, ſequa, Odoriſequus, quæ oĩa habent penultimam correptam.

Sera, per ſimplex r, inſtrumentum eſt quo clauduntur oſtia. Ab adſerere, quod ſignificat admouere, quòd foribus admotæ ſeræ opponuntur, defixæ poſtibus. Et primam correp. habet. Iuuenalis,

Pone ſeram, cohibe, ſed quis cuſtodiet ipſos?

Hanc etiam patibulũ vocant, quòd ea remota valuæ paleſcunt. Varro à ſarrire deriuat, aperire. Eſt & Sera nomen vrbis in Aſia Scythica.

Seranus, cognomen, ſumptum à ſero, pro ſemino, ſeu planto. Cornutus. Q. Cincinnatus, quum ſuum agrũ & araret & ſereret dictatura ei à populo Rom. delata eſt. Qui contra Samnites profectus, victor extitit, qui à ſerendo Seranus adpellatus eſt.

Seraphim, cum m, tam neutri quàm maſculini generis eſt. Hieronymus ad Furiam: Hæc ſunt duo Seraphim, ter glorificantia trinitatem. Seraphin, cum, n, pluralis numeri, neutri generis eſt, pro choro angelorum. Vnde quotidie in Miſſa dicimus, Beata ſeraphin.

Serapis, pis, & pidis, & Seraphis, cum ph, ab aliquibus ſcribitur, cuius pen. indifferens eſt. Martialis,

Vincebant nec quæ turba ſerapin amant. Idem,

Iſæum ſeraphim Nilus veneratur Oſirim.

Fuit cognomen Oſiridis, de quo in dict. Apis dictũ eſt. Serapium verò, dicitur ædes Serapidis, ſicut templum Iſidis Iſium. Lampri. in Alexandro, Iſium & Serapium decenter ornauit, additis ſignis.

Serbonis, palus iuxta montẽ Caſiũ, autor Herodotus.

Sereno, nas, clarifico, tranquillo. Vergilius,

Vultu quo cœlum tempeſtatesq́; ſerenat.

Serenus, na, num, pen. prod. ſignificat trãquillum, ſine nubibus, ſine imbre: quòd id maxime tempus ſationi aptum ſit. Quandoq; ponitur pro ſicco. Vergil.

Vnde ſerenas Ventus agat nubes.

Seres, populi Aſiæ Scythicæ, à ſera vrbe ſic dicti, apud quos arbores ſunt, quæ non ſolum folia, ſed lanam quoq; proferunt tenuiſſimam. Nam ex earum frondibus caniciẽ depectunt aqua perfuſam: ex quo vellere veſtimenta cõficiunt, quæ Serica nuncupãtur. Verg.

Velleraq́; vt foliis depectant tenuia Seres.

Huius nominis noĩatiuus ſingularis eſt Ser. Sidon.

Aſſyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus. Auſon.

Iam pelago volitat mercator veſtifluus Ser.

Nam & vermiculus ipſe (ut autor eſt Pauſa.) Ser adpellatur.

Sereſco, ſcis, ſiccus fio, quaſi ſerenteſco, & ſerenus fio: quoniam ſerenitas ſicca eſt. Lucilius,

Deinque fluctiuago ſuſpenſæ littore veſtes

Vueſcunt, tandem candenti Sole ſereſcunt.

Aliquando Sereſcere eſt, in ſerum abire. Plinius libro vndecimo: Omne autem lac igne ſpiſſatur, frigore ſereſcit.

Sergia, oliuæ genus. Co.

Seria, ſunt quæ locis opponuntur, nam ſunt vera & grauia. Accius, Vos nugas adfertis, nos ſeria loquimur. Martialis,

Parce precor ſocero, ſerio forſan amat.

Seria, riæ, vas fictile oblongum. Liuius libro quarto de ſecundo bello Punico: Et in vico hiſtrio fontẽ ſub terra tanta vi aquam fluxiſſe, vt ſerias doliaq́;, quæ in eo loco erant prouoluta, velut impetus torrentis tulerit. Eſt & Serio nomen vrbis Turditanorum in Hiſpania.

Sericarius, textor ſericorũ. Iulius Firmicus libro. viii. Matheſeos, refert ſericarũ textorẽ naſci, qui habuerit horoſcopum in vigeſima octaua parte Arietis.

Sericatus, qui eſt indutus ſerico. Sueton. de Caligula: Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus & cycladatus.

Sericum, ſubſtantiuum, veſtis ſerica. Hieronymus ad Paulam: Habeant ſibi cæteri (ſi velint) ſuas opes, vaſe gemmato bibant, ſerico niteant, plauſu populi delectentur, & per varias voluptates ſuas diuitias vincere nequeant.

Sericus, ca, cum, penultima correpta, quòd eſt confectum ex ea lana. Vnde veſtem Sericã dicimus. Hinc fit Holoſericus, vt, Veſtis holoſerica, ex ſerico contexta ſiue alia materia. Subſericus, ca, cum, quod non eſt plene ex ſerico.

Series, ordo, & quaſi q̃dã rerũ cõtinuata progreſſio. A' ſerendo, id eſt, ordinãdo dicta: vt, In ſerie orationis. id eſt, in contextu. Valer. Max. Quis compos mẽtis domeſticæ peregrinæq́; hiſtoriæ ſeriem, felici ſuperiorũ ſtylo conditam, vel attentiore cura, vel præſtantiore facundia, traditurum ſe ſperauerit?

Serilla, nauigia dicimus. Ce.

Seriò, aduerbiũ ſignificat vere & cum grauitate. Plautus in Amphitryone. Nunc quidem præter nos nemo eſt, dic mihi verum ſeriò. id eſt, ſine riſu. Terenti. in Eunuc. Miſit porrò orare vt venirem ſeriò. id eſt, cum adfectu.

Seriola, diminutiuum à ſeria. Perſius,

Seriolæ veterem metuens deradere limum.

Seriphus, inſula in Aegæo maris vna ex Cycladibus, vt Strabo lib. x. ſcribit. A' qua fit adiectiuum Seriphius, a, um, vt eſt illud Themiſtoclis, Neq; enim vel tu, ſi Athenienſis eſſet, clarus extitiſſes, aut ego, ſi Seriphius

riphius eſſem, ignobilis. Meminit ranarum Seriphiarum Plinius lib. viii. capite quinquageſimooctauo, Mutæ (inquit) et annum ſunt ranæ in ſeripho inſula. Manauit inde adagiũ βάτραχος ἐκ σερίφου. in mutos, ac dicendi canendiq́; prorſus imperitos.

Serita, eſt oxearum ordo directus.

Serius, fluuius ciſalpinæ Galliæ, per Bergomatẽ agrũ, in Aduam fluẽs, à quo uallis ſerania in eodem agro, populoſa, artificioſaq́; nominata eſt.

Serius, ria, rium, ſignificat graue. Terenti. in Eunu. Ait rem diuinã feciſſe, & rem ſeriã uelle agere mecũ.

Sermo, loquela, à cõpoſitis & ſimul contextis uerbis. Eſt autem ſermo (ut Cicero libro tertio ad Herennium ſcribit) oratio remiſſa, & finitima quotidianæ loquutioni. Seruius, Sermo, eſt conſertio orationis, & confabulatio duorum uel plurium. Huius diminutiuum eſt ſermuſculus. Hieronym. ad Marcel. Duas epiſtolas, quas ad ſororem tuam Paulam huic ſermunculo adnexui.

Sermocinor, penult. cor. ſermonem facio. Plinius libr. decimo, Super omnia humanas voces reddũt pſittaci, & quidem ſermocinantes.

Sero, ras, claudo. Columella libro ſeptimo, de mulæ fœminibus loquens, Fœmina (inquit) ſerari, et interdum inuri ſolent. Huius compoſita ſunt Obſero, pro occludo. Terentius in Eunucho, Tu abi atq; obſera oſtium intus. Reſero, aperio.

Sero, ris, ſeui, ſatum, ſignificat ſemino. Hieronymus in Leuitico, Si triginta modiis hordei ſerit terra, quinquaginta ſiclis vendetur argenti. Aliquãdo ſignificat planto. Lactantius libro. ii. Terram ſtudioſe coluit, ac vineam ſua manu ſeuit. Vnde arguuntur, qui autorem vini Liberum putant. Per tranſlationem Serere quandoq; capitur pro generare. Vnde Satus, id eſt, generatus. Huius compoſita ſunt Adſero, Circũſero. Plinius lib xxi. Et geniſtas circumſeri aluearijs gratiſſimum. Conſero, Deſero, Diſſero, Exero, Inſero, Interſero, Obſero, Reſero, & Subſero, quæ habent pen. correp. de quibus ſuis locis.

Sero, ris, rui, diuiſas ſyllabas, ſertum, ſignificat admoueo. Vnde Adſerere manum, veteres dicebant comprehendere, quum eam prehendebant in libertatem. Item texere, & ordinare, quoniam ea quæ ordinãtur, adnectuntur inuicem atq; cohærẽt. Inde Serta, coronæ dicuntur. Et Series,

Serò, aduerbium, ſignificat tarde. Seneca in Tragœd. Serò nos illa referat ſenectus. Nemo ad id serò venit. Aliquãdo ſignificat veſperè, quod eſt poſt Occaſum, Aliquando poſt tempus. Quod enim poſt Solis lucem eſt, id uere poſt tẽpus dici poteſt. Cicero, quũ accuſator Milonis identidẽ interrogatus perſtaret, quo tẽpore Clodius eſſet occiſus, vrbanè reſpondit: Serò, quaſi poſt id tempus quo debuiſſet occidi.

Seropta, ciuitas Phœniciæ, apud quam naſcebatur vinũ laudatiſſimum. Vnde ſeroptanũ vinũ. Sidonius,

Quæq; ſeroptano palmite miſſa bibas.

Serotinus, a, um, pen. cor. à ſero, pro veſpere fit: vt Hora ſerotina, Tempus ſerotinum. Et ſerotinus, à ſero, p tarde: vt, Poma ſerotina, quæ poſt legitimum tempus vel tardius cæteris matureſcunt. Colu. lib. iii. Locis frigidis, & Autumni temporibus aquoſis, præcoces ſerito, locis hybernis ſerotinas ſerito.

Serotum, vide in dictione Scrotum.

Serpens, modò participium, modò nomẽ, tam maſculini quàm fœminini generis, generale eſt ad omnia q ſerpunt citra uſum pedum, à ſerpendo dictum. Hinc Serpentinus, na, num. ut, Vox ſerpentina.

Serperaſta, uocant inſtrumenta, quæ geniculis puerorum adligantur, vt cum his deprauata corrigant crura, à ſerpendo dicta. Serpũt enim magis pueri quàm gradiantur.

Serpillus, herba paruorum foliorum, capillis per terrã ſerpẽtibus, à quibus nomen accepit, & in Græco adſpirationem habet, ἕρπυλλον λέγουσι, ὅτι ἕρπει τὸ ἑρπύζω. id eſt, Serpillum dicũt, quod ἕρπω, eſt ſerpo. in multis enim nominibus quæ in Græco adſpirationem habẽt pro adſpiratione ſ, ponit: vt, ἕξ ſex ἑπτὰ ſeptem, ἕρπυλλον ſerpillum.

Serpo, pis, pſi, ptum, ſignificat repo, & quãdoq; quaſi in modum ſerpẽtis circuo, paulatimq́; decurro. Hierony. Quum leni iuxtà murmure ſerperet riuus. Hinc componuntur Inſerpo, intrò ſerpo. Claud. lib. i.

Et raucum bibulis Inſerpere murmur arenis.

Proſerpo, porrò ſerpo. Plinius, Hæc herba, niſi ſata ſit, mire proſerpit. Hinc Proſerpina.

Serpula, à veteribus dicebatur, quam nos ſerpentem dicimus.

Serra per duplex rr, inſtrumentum dentatũ, quo ligna & lapides ſecantur. Colu. lib. vi. Vno ictu arborem præcidi, ſi minus, ſerra deſecari. Martialis,

Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt.

Item Serra inſtrumẽtum ligneum dentatum, quo trahentibus bobus homines torquebantur. Item eſt genus piſcis maritimi, vt apud Ambroſium libr. Hexameron, ſerra præliari dicitur, quum aſſidue acceditur recediturq́;, nec ullo tempore conſiſtitur, vt ſerra facit, dum aliquid ſecatur.

Serratus, ta, tum, quod ex ſerra ſectum eſt, & quod ad modum ſerræ factum eſt. Vnde ſerrati dentes, qui inter ſe diſtincti ſunt, ad ſimilitudinem dentium ſerræ pectinatim ſeſe ſtipãtes. Plinius, Dentium tria genera, Serrati, aut Continui, aut Exerti. Serrati pectinatim coeuntes ne contrario occurſu atterantur, vt ſerpentibus, piſcibus, canibus. Cõtinui, ut homini, equo. Exerti: vt apro, elephanto.

Serro, ras, ſerra, per medium ſeco. Hieronym. lib. ii. Regum, Populum eius adducens ſerrauit. Silius lib. vi. Auro ſerrauit ramos Iunonius anguis.

Serrula. diminutiuum, parua ſerra. Columella libro tertio, Etſi fieri poteſt, iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato.

Serta, coronæ dicuntur, à ſertis, hoc eſt, à digeſtis inuicem floribus frondibusq́;, ex quibus ab initio fieri coronæ ſolebant. Et ſubſtantiuũ eſt. Verg. Sertisq́; recentibus halant. &, Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. Quum tamen dicamus Sertus, ta, tũ, vt, Sertos, flores, Sertas coronas. Lucanus,

Accipiant ſertas nardo florente coronas.

Sertula regia, herba eſt, à ſertis quæ ex ea fiunt ſic dicta, quæ & mellealotos à Græcis dicitur. Ce.
Seruile, quod ſeruorum eſt, vel quod ad ſeruos pertinet, vt, Seruilis conditio, & Seruile officium.
Seruio, uis, uiui, uitum, proprie ad ſeruos pertinet. Eſt enim ſeruire, in ſeruitute eſſe. Interdum parcere ſeruare. Terent. Rus habitatum abii, cōcedens vobis, & rei ſeruiens. Huius compoſita ſunt Adſeruio. Cic. lib. ii. Tuſculanarum quæſtionum, Toto corpore contentioni uocis adſeruiunt. Deſeruio, Inſeruio, quod eſt obſequor, & quaſi officium ſeruientis alicui præſto: ſiue in rebus & negociis alicuius ſtudioſus ſum. Cic. libro primo Officiorum, A' quo plurimum ſperant, etiam ſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſeruit. Subſeruio, parum vel leuiter ſeruio. Interdum quadro, conuenio reſpondeo. Terentius, Venire me adſimulabo, tu vt ſubſeruias orationi, vbicūq; opus ſit verbis.
Seruitium, idem quod ſeruitus. Terent. Ego Pāphile, hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus pedibuſq; nocteſq; & dies capitis periculum adire dum proſim. In plurali vero ſeruitia quādoq; ipſi ſerui dicuntur. Salluſt. Interea ſeruitia repudiabat, quorum in initio magnæ copiæ ad eum concurrebant.
Seruitus, pen. cor. ipſa ſeruiendi conditio. Aliquando dominatus dicitur. Terent. in Andria: Vt ſemper tibi apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus.
Seruius, & Seruilius, cognomina ſunt virorum. Eſt præterea Seruilius, locus Romæ, à cōditore ſic vocatus. Cornucopiæ.
Seruo, uas, libero. Vergilius,
Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum
Accipiunt. Item cuſtodio, tueor, vt,
Dii patrii ſeruate domum, ſeruate nepotem.
Item ſollicite ac diligenter obſeruo. Plautus in Aſin. Tuus ſeruus ſeruet, Veneri'ne eas det an viro. Itē inhabito, poſſideo. Vergil lib 4. Georgico.
Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant.
Item teneo. Idem libro ſeptimo.
Curuam ſeruans ſub imagine falcem.
Huius compoſita ſunt Adſeruo. Plaut. in Capti. Adſeruate iſtunc fultis ſeruis: ego ibo vt conueniam ſenē. Conſeruo Cicero libro. ii. Officiorum, Res familiaris quæri debet his rebus, à quibus abeſt turpitudo, cōſeruari autem diligētia & parſimonia. Obſeruo, Præſeruo, & Reſeruo.
Serum, ſubſtantiuum, ſignificat extremam partē diei. Liuius, Erat iam diei ſerum. Sueton. in Auguſto: Nec multò pòſt, nauali prælio apud Actium vicit, in ſerū dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit. id eſt, in horam veſpertinam. Et ſerū, dicitur aqua lactis: ad multos morbos vtilis. Vergilius,
Acremq; moloſſum Paſce ſero pingui.
Serus, ra, rum, modo tardū ſignificat. Plaut. Quid tam ſero aduenis? Hinc Colu. li. i. comparatiuū formauit. Sationes (inquit) eius duas ſeruamus, alteram maturam per medium ſementem, ſeriorem alteram menſe Februario. Actius: Ne ſi fortè paulò quàm tu veniā ſerius. Modò ſignificat grauem, magnum. Salluſtius, Serum bellum in anguſtiis. Vergilius,
Sera q; terrifici cecinerunt omnia vates.
Seruus, dictus à ſeruo, uas. Auguſt. lib. xix. de Ciuitate Dei: Origo uocabuli ſeruorum inde creditur ducta, quòd ii qui iure belli poſſent occidi, à victoribus cō ſeruabantur, & ſerui fiebant, à ſeruando adpellati. Et eſt Seruus, qui domino alieno contra naturam iuris inſtitutionis ſubiicitur. Huius diminutiuum eſt Seruulus, Compoſitum Conſeruus, qui in ſeruitute pariter eſt. hoc eſt, qui eiuſdem domini ſeruus eſt.
Seſcuplum, erat vſuræ genus in Iure pontificio damnatum. quod fit quum datur ſumma aliqua, & recipitur ſumma illa cum ſua plica. id eſt, medietate vt Diſtinctione. xlvii. Non licet fœnerari miniſtris altaris, vel lucra quæ ſeſcupla dicuntur accipere.
Seſelis, herbæ genus, qua paſci dicuntur ceruæ parituræ. Cic. lib. de natura Deorum, Paulò ante partum cerux perpurgant ſe quadam herbula, quæ ſeſelis dicitur. Hoc & Ariſtoteles confirmat. Hæc etiam quandoq; Sile dicitur.
Seſqui, uerbum (vt Auguſtinus interpretatur) pro eo quod eſt, ſe abſque dictum videri poteſt.
Seſquialtera, proportio eſt, quæ tantundem et dimidium habet.
Seſquiculcare, uas quod continet culeum & dimidiū alterius.
Seſquihora, vna hora cum dimidia.
Seſquilibra, vna libra cum dimidia alterius.
Seſquimenſis, vnus mēſis cum dimidia parte alterius. Varro libro primo de Re ruſtica: Annus eſt diuiſus in quatuor partes totus, & idem ſubtilius in ſeſquimenſes octo.
Seſquimodius, qui continet vnum modium cum dimidia parte alterius. Varro libro primo de Re ruſti. Vt nuces integras, quas vno modio comprehendere poſſis, quòd putamina ſuo quæque habent loco natura compoſita, quum eaſdem ſi fregeris, vix ſeſquimodio concipere poſſis.
Seſquiopera, Columella libro ſecūdo, Fabæ occantur ſeſquiopera.
Seſquipes, vnum pedem & ſemis continet.
Seſquiplum, idem ſignificat quod ſeſquialterū, quod Græci hemiolion adpellant.
Seſſiles, pen. cor. lactucæ dicuntur, quaſi ſedentes.
Seſſio, modò ipſum ſedendi actū ſignificat, modò ipſum ſedile. Cicero, Tot locis ſeſſiones gymnaſiorū. id eſt, tot ſedilia.
Seſtertius, & ſeſtertiū, per ſ, ante t, quaſi ſemis tertius, eò quòd contineat in ſe aſſes duos & dimidiatum tertium. Veteris conſuetudinis fuit vt ſemis antepo nerent, vt, ſemiſquartus, ſemiſquintus, ſemiſtertius, à quo ſeſtertius, Et eſt compoſitio Attico more facta. Illi enim ἑπτὰ ἥμισυ τάλαντα, hoc eſt, ſeptem ſemis talenta dixerunt: ſeruantes illud, vt expreſſius numerus pro dimidio caperetur. Apud Rom. ex ære ſignato cōtinet libras ac ſemis, vel diſpondiū ac ſemiſſem, & per duo II, & ſ, notabatur, vt apud Cic. in Verr. Valebat q; mille nummos, vt ex Plinio intelligi licet qui ſcribit Aſinium Celerem ſeſtertiis octo mullum emiſ-

ſe. Quod precium fuiſſe octo millium nummum Macrob. tradit. Et nemo in ordine equeſtri ſedebat ſpectaturus, niſi ſeſtertia quadraginta milia poſſideret. Apud eruditos quandoq; ſeruatur, vt ſeſtertius maſculini generis vſurpent, ſignificãtes minutulam ſummam, Seſtertia vero pro maioribus ſummis, vt Quadringenta ſeſtertio, pro quadringentis millibus, quæ ſumma eſt cenſus equeſtris. Eſt etiam ſeſtertiũ, genus veli triplici licio texti, vt tertium filũ duobus impar ſit Suetonius in Auguſto, Ita vt in extremis ſpaciis ſubſultim diſcurrere, ſeſtertio vel lodicula inolutus. Huius diminutiuum eſt ſeſtertiolus, vel ſeſtertiolum, cum accentu in antepenult.

Seſtos, vrbs erat in oſtiis Ponti. Cc.

Setæ, dicuntur pili craſſiores, rigidiq; atq; erecti, quales ſues habent. Vnde dictæ ſunt ſetæ, quaſi ſuetæ. A' quo & ſuo, ſuis, deducitur.

Setania, ſpecies meſpili arboris, quæ fert fructum grandiorem & candidiorem acinosq; ligno molliori. Cc.

Setanum, frumenti genus, quod & trimeſtre dicitur, quod inopiæ ſubſidio inuentum, Plinius & Columella prædicant. Sed & meſpili quoddam faſtigium uocant Setanum.

Setia, vrbs Campaniæ, à qua Setinum vinum. Mart.
Pendula Pontinos quæ ſpectat Setia campos,
Exigua vetulos miſit ab vrbe cados.

Setoſus, toſa, toſum, quod eſt ſetis plenũ, vt Setoſum, ſeu ſetigerum animal.

Setta, genus arboris naſcẽtis in eremo, ſpinæ albæ habens ſimilitudinẽ, vnde omnia ligna archæ & tabernaculi facta ſunt, & adpellatur Settim, Quod lignum imputribile & leuiſſimum omnium lignorum tam in fortitudine quàm in nitore, ſoliditatem ſuperat & pulchritudinem.

Setuoſum, à veteribus dicebatur obſcurum. Liuius, Setuoſæ abs te datur, quod conſequuta ſapiens ægre contulit.

Seueriana, ſpecies ſunt pyrorũ, ab inſitore Seuero (vt opinor) dicta. Cc.

Seueritas, grauitas, quæ eſt pars iuſtitiæ, qua iudex nihil omnino de ſupplicio remittit, neq; à vero diſcedit: adeò vt videatur miſericordiæ contraria. Vnde & pro crudelitate & quadam naturæ toruitate ponitur, quæ & ſeueritudo dicitur. Plaut. Quid illud eſt, quòd illi caperatur frons ſeueritudine?

Seuerus, ra, rum, penulti. produ. quaſi ſecus, id eſt, iuſta verũ. Vel dicitur à ſæuus, detracta a, et prima ſyllaba correpta. Et modò ponitur pro graui & cenſorio. Vergilius,
Romulidis, Tatioq; ſeni, Curibusq; ſeueris.
Modò pro crudeli & aſpero. Idem,
Qui tetricæ horrentis rupes montemq; ſeuerum.
Modò pro triſti, vitabili. Idem,
Inuidia infelix furias amnemq; ſeuerum.
Hinc Adſeuero, & Perſeuero.

Seuoco, cas, penul. cor. ſeorſum, ſeu in alteram partem voco, duco'ue. Cice. lib. ii. Philip. Et ob eius conſilii ſocietatem quum interficeretur Cæſar, tum te à Trebonio vidimus ſeuocari.

Seuum, pinguedo ex qua fiunt candelæ. Plinius lib. iii. Seuum ex omento pecudis. Serenus,
Parua ſabucus ineſt hircino colliita ſeuo.
Et eſt cornigerorum duntaxat, quæ in vna parte dentata ſunt, & quæ in pedibus talos habent. Biſulca verò, & quæ pedes ſciſſos in digitos habent, & carent cornibus, non ſeuum ſed adipem habent, qui concretus eſt, & quum refrixit facile frangitur, ſemperq; eſt in fine carnis ſine ſenſu, quia nec arterias habet nec venas. Cõtrà, pingue inter carnem cutemq; eſt, ſucco liquidũ, quod etiam in aliquibus ſine ſenſu eſſe manifeſtum eſt. Vnde ſues viuentes, à muribus tradunt roſas. Inde pingue in ſue, laridum dicitur. Hinc ſeuoſus, ſa, ſum, quod inſtar ſeui vngit. Legitur tamen et ſepũ. A' quo ſeuo, uas, ſeu ſepo, pas, quod eſt ſeuum impono, ſeu candelas ex ſeuo facio. Colu. lib. ii. Feriis autẽ ritus maiorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſeuare, ſeu (vt quidam legunt) ſebare, aut ſepare.

Sex, numerale nomen, à Græcis dictum, adſpiratione in ſ, verſa. illi enim ἕξ dicũt. Ex quo ſextus, xta, xtum. Aduerbium. Sexies, & Sexaginta, & Sexcenti, tæ, ta. & Sexagenus, na, num. Cc.

Sextans, ſexta pars aſſis. hoc eſt, duæ vnciæ.

Sextarius, dicitur, quòd ſit ſexta pars congii, quæ menſura apud antiquos tam liquidis quàm aridis ſeruiebat. Cice. lib. ii. Officiorum: Si emere ſextariũ aquæ mina cogeretur.

Sextula, ſexta pars vnciæ.

Sextus, philoſophus Cheronenſis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit Marci Antonini imperatoris. de quo Iulius Capitolinus, Audiuit & ſextum philoſophum Cheronenſem.

Sexus, xus, maſculini generis, & hoc ſexus, xi, ſecundũ Priſcianũ. Plautus in Rudẽte, Virile ſexus nunquàm habui vilum. Varro lib. i. de Anal. Sexus vtrum virile an muliebre, an neutrũ ſit. Dici poteſt habitus, vel natura, ab ἕξω, futuro ĩdicatiui, quod eſt habebo, adſpiratione in ſ, mutata.

S ANTE I.

SI, coniunctio quandoq; adſictiua. vt, Si venias; faciam. Quandoq; cauſſalis. vt, Eris doctus ſi legas. Q.ſiq; adprobatiua. vt, Si conceſſa peto. Et ſi qua eſt cœlo pietas. Seruius ibi ſi, exponit pro ſiquidem, & tunc iungitur indicatiuo. Nam ſubiunctiuo coniuncta, abnegatiua eſt vt, Facerem ſi poſſem. Ponitur interdum pro vtinam. Vergilius lib. vi.
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat.
Interdum pro poſtquàm. Terentius in Phor. Herus ſi redierit, molendum uſq; in piſtrino. Quãdoq; pro non. Hiero. in lib. Numeri, Quibus iratus dominus, iurauit dicens, Si videbunt homines iſti qui aſcenderunt ex Aegypto terram &c. Nonnunquàm pro quia ſeu ſiquidem. Eſt enim confirmantis. Plau. in Amph.
Si ſimilem rem ipſe in legem iuſſit eſſe Iupiter. Vergilius libro primo Georgicorum,
Veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.
Eius compoſita ſin, ſiquid, ſiue, O ſi, Etſi, Et ſiquis.

Si eſt vt admiſerit, id eſt, ſi admiſit. apud Terentium.
Siambis, inſula eſt in Oceano Britannico. Cc.
Sibaris, oppidum antiquiſſimum, ab vrbe duodecim milibus paſſuũ diſtans. Aliud eſt oppidũ Calabriæ, quod tercentum militum milia contra Crotoniatas armauit. Cuius populi Sibaritæ dicti ſunt, diuitiis & luxuria intẽperantes: qui à Crotoniatis turpiter victi fuere. Vnde apud idoneos autores Sibaris pro mollitie capitur: quòd ſcilicet omnium molliſſimi & delicatiſſimi fuerunt Sibaritæ. Ex quo, vice puerbil, Sibariticæ, & Sibaricæ deliciæ dicuntur. Et Sibaritici ludi, quum modum excedunt. Sibaritici libelli, laſciui, improbi, petulãtes. A' Sibaris etiam fit Sibaritanus, a, um. Scribiẽ à nonnullis per y, pſilon. Fuit & hoc nomine fluuius in Calabria: & iuuenis apud Hor. Lydia dic per omnes Te Deos oro.
Sibarim quur properes amando Perdere.
Sibilo, ſibilum facio. Hieronymus per tranſlationem ad Cteſiam. Quod per os eorum intolerabilẽ diabolus ſibilet blaſphemiam. Huius compoſita ſunt Adſibilo, quod eſt iuxta ſeu retro ſibilo. Claud. libro. ii. Gorgoneis ꝗ; prement adſimulat hydris. Exibilo, extrà ſeu valde ſibilo, aut tumultuaria ſibilatione eiicio. Cic. in Paradoxis: Hiſtrio ſi paululũ ſe moueat extra numerũ aut ſi verſus pronũciatus una ſyllaba breuior, aut longior, exibilatur & exploditur.
Sibilus, pen. cor. in ſingulari, generis maſculini: in plurali maſculini & neutri. Luca. lib. ix.
Cerberus Orpheo leniuit ſibila cantu. Eſt autẽ Sibilus, qui fit ore. ut equi, bouis, & huiuſmodi, iis ad bibendum ducantur. Colu. libro. ii. Sibilo ꝗ; allectari, quo libentius bibant. Quod tamen & de vento & huiuſmodi dicitur. Vergilius in Buco.
Nam neꝗ; me tantum venientis ſibilus Auſtri,
Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxoſas inter decurrunt flumina valles.
Sibur, veteres vocabant callidum & acutum.
Sibylla, cum y, ante geminum ll, puella dicitur, cuius pectus non decipit, & quæ uaticinatur. ut Lactãtius & Varro teſtantur. Et à conſiliis Deorum nunciandis veteres hoc nomen impoſuerunt. Aeoles enim σιοὺς Deos dicunt. βουλὴ ſententia ſeu conſilium dicit. Ergo Sibyllas, quaſi ſibullas. Id eſt, quæ Dei ſententias dixerunt. Hieronymus cõtra Iouinia. Quòd ſi Aeolici ſermonis genere Sibylla θιοβουλή adpellatur, recte cõſilium Dei ſola ſcribitur noſſe virginitas. Sibyllas decem fuiſſe ſcribit Varro: Prima fuit Perſica, Secũda Libyca, Tertia Delphica, Quarta Cumæa in Italia, Quinta Erythrea, Sexta Samia, Septima Cumana, Amalthea nomine. Octaua Helleſpontiaca, Nona Phrygia, Decima Tyburtina, nomine Albunea. Suidas autẽ plura ſcribit de ipſis & alio modo. Sed quoniam Suidæ noſtri mentio facta eſt, codices impreſſi ſunt emendandi, vbi eſt maximus error. Nam dicitur, Σίβυλλα ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶν ἑρμηνευομένη προφῆτις ἤγουν μάντις. Id eſt, Sibylla Romana dictio, eſt interpretata propheta & vates. Imò debet dicere Σίβυλλα ῥωμαϊκὴ λέξις οὐκ ἐστί. Id eſt, Sibylla, Romana dictio non eſt.

Sic, aduerbium adfirmantis. ut, Feciſti'ne hoc? Sic. Quandoꝗ; ſimilitudinis. Vergilius,
Nõ ſic aggeribus ruptis quũ ſpumeus amnis Exiit,
Quandoꝗ; optandi. Idem,
Sic pater ille Deum faciat, ſic magnus Apollo.
Eſt & coniunctio illatiua. Cicer. Sic tot ſimul uirtutes continentiæ grauitatis, iuſtitiæ, fidei, defecerunt. id eſt, igitur. Nonnunquàm capitur pro ualde. Apuleius: Nec ego rebar ſic multorum id opus dierum eſſe Frequentius tñ in hoc ſenſu compoſitum Sicꝗ; reperitur. Duplicatur autem, maioris expreſſionis cauſſa. Vergil. Sic ſic iuuat ire per vmbras.
Fit autem Sic, à ſi.
Sica, genus gladii breuioris, quaſi ſeca: à ſecando.
Sicambri, populi Germaniæ, Menapiis finitimi, ad vtramꝗ; Rheni ripam habitantes. Hi crines natura flauos habent, quos creſcere ſinunt, & artificio quodam intorquent. Martialis libro primo.
Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.
Quidam cum y, Græco ſcribunt.
Sicani, populi Hiſpani, à fluuio Sicare dicti. De quo Lucanus: Heſperios inter Sicaris nõ ultimus amnis. Hi duce Siculo, excluſis Aborigínibus, Italiã tenuerũtꝗ; ipſiꝗ; poſtea ab ipſis pulſi quos antè pepulerãt, Inſulã uicinam Italiæ occupauerunt, & eam Sicaniã à ſuo nomine nuncupauerunt. Huius dictionis ſyllaba ca, indifferenter ponitur. Vergil. lib. iii.
Sicano prætenta ſinu iacet inſula cõtra. Silius li. xiii.
Sidera eliſeis aderat gens Sicana votis.
Sicania, dicta eſt inſulæ Siciliæ quædam pars, in finibus Agrigentinis. Et amnis in ea Sicanis olim fuit. Sed & inſula quãdoꝗ; tota, Sicania dicta eſt, à Briarei Cyclopis filio Sicano: uel à Sicanis populis, qui primi eam inſulam incoluiſſe feruntur: qui tamen nõ ſunt indigenæ, ſed Hiſpani. Sicilia uero, à ducis nomine. ut inquit Seruius.
Sicaris, penul. cor. nomẽ eſt fluuii in Hiſpania, à quo Sicani populi dicti ſunt.
Sicarius, q ſicca, id eſt gladio hominẽ interficit. Per abuſionem dr, qui ex dẽ telo quocũꝗ; cõmiſerit.
Siccaneus, nea, neum, quod eſt naturaliter ſiccũ. Columel. lib. ii Eius prati animaduertimus duo genera quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguum.
Siccesco, ſcis, à ſicco, ces. Plini. lib. xviii. Aquilonem prænſitiat terra ſiccescẽs: ſed roreſcens repentè Auſtrũ immiſcet in rore occulto. Colu. lib. ultí. Fœnum Græcũ uetere ulno macerato, deinde in Sole expoſito, aut in fumo, ut ſicceſcat. Hinc Adſicceſco. Idem ibidem: In muria luere oportet, & expreſſos in cratibus pandere, dum adſicceſcant.
Siccine, aduerbium interrogantis eſt. Plautus, Siccine tu illam? Siccine nos habes ludibrio omnes?
Siccitas, & Siccitudo, Colu. lib. ii. Si vero torpor cæli, ſiccitasꝗ; regionis ſuadebit, Februario ſtatim proſcindendi ſunt.
Sicco, cas, tam in paſſiua quàm in actiua ſignificatione reperitur. Lactã. lib. vii. Flumina & ſtagna ſiccauerint. Id eſt, ſicca facta fuerint. Colu. lib. ii. Si humidus erit, abundantia vliginis antè ſiccetur foſſis. Huius

ſus compoſita ſunt Adſicco, quod eſt, valde ſicco. Idem in eodem, Ea quum ſpicas ederint, priuſquàm ſemina hient æſtibus, manu carpuntur: & ſuſpenſa in Sole quum adſiccauerint reconduntur, atq; ita repoſita perennant æuo diutius quàm cætera. Adſicco: Idem lib. i. Plurimũ refert, non abſiccato ſucco ſimũ vires cõtinere, & aſſiduo macerari liquore. Deſicco, valde ſicco. Exicco, extrà ſicco, euacuo.

Siccus, ca, cum, per duplex cc, quod eſt aridum, & ſine humore. Vergilius,

Summa petit ſcopuli, ſiccaq; in rupe reſedit.

Per tranſlationẽ ponitur pro exercito: quaſi nimio labore exhauſto. Plau. Sic ſiccũ, frugi, continentem, amantẽ vxoris maxime. Item pro cõtinente, ſobrio: cuius contrariũ eſt madidũ, quod ſignificat ebrium.

Sicelis, lidis, forma Græca à Sicilia fit. Vergil.

Sicelides Muſæ paulò maiora canamus.

Sicera, ræ, penul. cor. nuncupatur omnis potio apud Hebræos, quæ inebriare poteſt: (vt ſcribit Hierony. ad Nepotia,) ſiue illa quæ fermento conficitur, ſiue pomorum ſucco aut faui decoquuntur in dulcem & barbaram potionem: aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisq; frugibus aqua pinguior coloratur.

Sichem, filius Canaan, qui ciuitatẽ ſui nõis edificauit in Phœnice: quæ Sidon à Græcis adpellata eſt.

Sicileo, les, cilui, uel ſicilio, lis, liui, litum. Sicilire, eſt quæ male ſecta ſunt ſecare: vt fit quũ fœniſeces prætereunt in pratis. Plinius lib. xviii. Prata quoties ſecta ſunt, ſicilire oportet. hoc eſt, quod fœniſeces prætererunt ſecare. Varro lib. i. de re Ruſti. Quo facto, ſicilienda prata. id eſt, falcibus conſectanda quæ fœniſecæ prætererunt, ac quaſi herba tuberoſum reliquerunt campum, à qua ſectione arbitror dictum, Sicilire pratum.

Sicilia, Italiæ inſula, à Siculo Neptuni filio dicta. Vel Sicilia, quaſi ſiecliita. hoc eſt, execta. Nam olim agro Brutio adnexa: mox interfuſo mari Siculo auulſa. Ob hoc Græci Rhegyo nomen dedere, quaſi auulſo. Vnde Vergilius lib. iii.

Hæc loca vi quondam & vaſta conuulſa ruina

(Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas.)

Diſſiluiſſe ferunt, quum protinus vtraq; tellus Vna foret. Eam Græci Siceliam dixerunt. Olim Trinacria adpellata eſt: quòd tria acra. hoc eſt, tria cacumina habeat. Nam tribus promõtoriis in diuerſa procurrit. Vel Triquetra: quòd trianguli figurã habeat huiuſmodi Δ, Triquetram enim figuram, triangularem dixerunt. Quorũ unus angulus, qui in Meridiẽ vergit, Pachynus dr. Alter Pelorus, q ad Septentrionem ſpectat, & ab Italia mille quingẽtis paſſibus diſtat. Tertius Lilybæus, qui Carthaginẽ maxime ſpectare videtur, & ab Aphricæ litoribus centum uiginti milibus paſſuũ diſtare prodiderunt. Hæc ab Oriẽte, & Occidente, Septentrioneq; Tyrrheno mari, à Meridie Aphrico alluitur. Patet in longitudine à Peloro uſq; ad Pachynum, milia paſſuum cẽtum octoginta ſeptem: in latitudine centum octoginta nouẽ. Sicania præterea dicta eſt, à Sicanis Hiſpaniæ populis: qui duce Sicano primum in Italiam ueniſſe feruntur. Hæc à principio (vt Iuſtinus ſcribit) Cyclopũ patria fuit: quibus extinctis Aeolus regnum inſulæ occupauit. Vnde Vergilius lib. iii.

Ignariq; viæ Cyclopũ allabimur oris. Et illud:

Exulat, æthnæos vidit Cyclopas Vlyſſes.

De hac Diodorus ſic ſcribit: Sicilia, optima inſularũ omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea ſunt Panhormus, Cathana, Syracuſæ, vndecia olympiade conditæ. Præterea Meſſana, Eryx. & Leontinum, Gorgiæ philoſophi patria. Ibi Arethuſa fons: Eryx & Aethna montes. Eſt & Sicilia herba, à ſiciliendo dicta: quam alio nomine fœnogræcum vocant: quòd nullius ferè cultus ſit, ſed tantum ſicilitur. hoc eſt, ſecatur. In ea primum ſeminatum eſt: & comœdia primum inuenta eſt. Hinc Archimedes natus: qui ſiderum diſciplinam machinatus eſt. In ea ſpecus Læſtrigonum, vbi habitabant: & achates lapis inuenitur.

Sicilicus, ſcrupulos ſex continet, ſiue drachmas duas. Dictus quòd ſemunciam ſecet.

Sicilienſes, dicuntur qui alibi orti, in Sicilia uerſant.

Siciliſſo, ſas, Sicula lingua loquor. Plau. Non Atticiſſat, ſed Siciliſſat.

Sicilites, haſtarum ſpicula lata.

Sicimina, quidam ita ediſſerũt, (inquit Hieronymus) vt ea genus arborũ adpellare uelint, quæ Palæſtinæ naſcuntur in campeſtribus: quæ ſi non uellicentur, amariſſimas caryculas faciunt, & à culicibus conſpuuntur. Nobis autem (quia ſolitudo in qua morabatur Amos, nullam huiuſmodi gignit arborẽ) magis videtur rubos dicere, qui adferunt mora, & paſtorũ famem ac penuriam conſolantur.

Sicinnium, genus veteris ſaltationis: quaſi Siticiniũ. hoc eſt, cantũ apud Sitos. Vnde Siticen, q apud Sitos canere ſolitus eſt. hoc ẽ, uita functos et ſepultos.

Sicinius Dentatus, ſtrẽnuus bellator: qui (ob ingentẽ fortitudinem) Achilles Romanus adpellatus eſt. Is pugnaſſe dr cẽtum & viginti præliis. Cicatricẽ auerſam nullam, aduerſas quadragintaquinq; tuliſſe fertur. Coronis aureis octo donatus eſt. Triumphauit cum imperatoribus ſuis triumphos nouem.

Siclus, apud Hebræos, dr vncia: apud Græcos Latinosq; quarta pars vnciæ eſt, & ſtateris medietas, drachmas duas adpendens.

Sicubi, penul. corre. ſi alicubi. Hieronymus in prologo Ioſue: Et ſicubi in antiquorum voluminibus lectione dubitauerint, hoc illis conferentes, inueniant quod requirant.

Siculi, qui è Sicilia ſunt, vel incolæ, vel indigenæ.

Siculum mare, anguſtũ atq; anceps alterno curſu, modo in Tuſcum, modo in Ionium pelagus influit: uorticoſum, & Scyllæ ac Charibdis ſæuitia inclytum.

Sicunde, aduerbium, ſignificat ex aliquo loco.

Sicut, & Sicuti, aduerbia ſimilitudinis ſunt. Interdum tamen non res ſimiles, ſed diuerſas & planè contrarias denotant. Quintilianus: Sed hæc eloquendi præcepta ſicuti cognitioni ſunt neceſſaria: ita nõ ſatis ad vim dicendi valent, niſi illis quædam facilitas

(quæ apud Græcos lexis nominatur)acceſſerit Habet etiam uenuſtatem atq; utilitatem magnam,quoties antecedentem ſentẽtiam adnectit cum ſequenti. Plinius, Ferunt Craſſum auum Craſſi, in Parthis interempti,nunquàm riſiſſe, ob id agelaſtum vocatũ ſicuti nec fleſſe multos.

Sicyonia,iſula eſt in mari Aegeo,ex oppoſito ad Epidaurum,alta quidẽ,& eminens. vt refert Plinius, Eſt & Sicyonia,ſeu Sicyon, vrbs in Achaia,nõ procul à Corintho: in qua primus regnaſſe fertur Aegialeus: quæ nunc Clarentia dicitur. Sicyonem fuiſſe officinarũ omniũ metallorũ patriam,Plinius ſcribit:In ea etiam(Cicerone teſte)molles & muliebres calcei cõfici ſolebant. Vnde Sicyonia calciamẽta dicta ſunt. Lucil. Et pedibus læua Sicyonia demit honeſta.

Siderari,eſt ſidere adflari. Hinc Sideratio morbi genus,partẽ aliquã corporis,ſæpe penè totum corpus percutientis ſubitò atq; exiccantis, & plerũq; hominẽ enecantis. Quod quũ repentino quodã eueniat impetu,& è cœlo ui quadam ſideris prouenire putatur. Vnde Plinius, Sideratio tota è cœlo eſt.Idcirco à ſidere nomen adſumpſit. Sideratio etiam dicitur, quòd corpus ſtupore quodam attonitum ſubitò cõficiat.Nec in humanis tantum corporibus,ſed in arboribus ac plantis ſideratio eſt,quando vaporũ ſiccitate arbores moriuntur. ut inquit Plinius libro.x. Hunc morbum Græci ἀστροβολίαν nominant:à ſideris percuſſione, maximo Saturni & Martis coitu in ſede Virginis, aut Geminorum, Lunæ Solisq; defectu. Hinc Præſiderari dicitur,quum maturius hyberna tẽpeſtas mouetur:quaſi antè ſideris tempus.

Siderati, dicuntur qui ſidere vexantur & læduntur.id eſt,qui vim & malignitatẽ alicuius ſideris,ſtatutis tẽporibus ſentiunt.Plinius, Fluuiatilium Silurus, Caniculæ exortu ſideratur,& aliàs fulgore ſopit̃. Plautus, Sideratus eſt,moueri non poteſt.

Sidereus,a,um,qđ ex ſidere eſt. ut ſplendor ſidereus. Aliquando ponitur pro altu. Martialis,
Hic vbi ſidereus propius uidit aſtra coloſſus. Aliquãdo pro fulgenti. Vergilius,
Et ſplendidus æthra Siderea polus.

Siderepecios,gemma eſt nigra,multis variantibus guttis.Cornucopiæ.

Siderion,heracleum,herba ab Hercule inuenta, caule tenui,digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, folijs coriandri,iuxta amnes & lacus naſcens,& omnia vulnera ferro illata ſanans.

Sideris, fluuius eſt Hircaniæ. Cornucopiæ.

Siderites,pen.prod.quæ et aſteriſcũ,folio ſimilis ocymo,nigrior tantum,naſcẽs in tegulis parietinis.

Sideritis,lapis,quem alio nomine heracleon,alio magnetem uocamus ἀπὸ τοῦ σιδήρου, hoc eſt,à ferro. nam à magnete trahitur ferrum.

Sideriton,herba eſt, minutioribus quàm fœniculi folijs ueſtita ab imo.Cornucopiæ.

Sido,dis,ſedi,ſeſſum. Mutuatur enim præteritũ à ſedeo. Eſt autem Sidere, deorſum deſcẽdere.ſeu ad ſedendum,firmandum,manendum'ue ponere. Verg. Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt.

Huius compoſita ſunt Adſido,Conſido, Circumſido, Deſido.Inſido,Obſido,Perſido,quod eſt ualde, ſeu perfecte ſido,perſiſto. Vergilius lib.iii.Georgico,
Turpis oues tentat ſcabies ubi frigidus imber,
Altius in uiuũ pſidit et horrida cano Bruma gelu.
Subſido,ſubtus cado,deſcẽdo,decurro. Idem lib.v.
Subſidunt undæ,tumidumq; ſub axe tonanti
Sternit̃ æquor aqs.id eſt,ſublabunt̃. Oui.lib.i.Me.
Iam mare littus habet,plenos capit alueus amnes,
Flumina ſubſidunt,colles exire uidentur.
Iuſſit et extendi campos ſubſidere ualles. Id eſt, deſcendere.

Sidon,urbs Phœnicis inſignis Cananæorum ad Aquilonẽ reſpiciẽs,et poſtea regionis Iudææ. Hanc Phœnices(vt quidã aiunt)condidere,qui terræmotu,relicto patrio ſolo, Aſſyrium ſtagnũ primò mox mari proximum littus incoluere,condita ibi vrbe quam à piſciũ vbertate Sidona vocauere:eò quòd tali noie piſcem vocent. Sed deinde poſt multos annos expugnati ciues ſunt, qui nauibus adpulſi Tyron vrbem anno Troianæ cladis condiderũt. Hanc Euſtathius à Sida Beli filia dictã putat, Ioſephus à Sichem filio Canaan,quæ apud Hebræos etiam Sichem uocatur.Hinc Sidonius,nia,niũ. vt veſtis Sidonia,id eſt, purpurea, quoniam Sidon in Tyro eſt, Et licet do, ſyllabam correptã habeat. Verg. Sidoniasq; oſtẽtat opes. Et idem: Sidonio eſt inuectus equo. inuenitur tamen quãdoq; producta,vt apud eundem.
Obſtupuit primo adſpectu Sidonia Dido.
Sicut in primitiuo. Teucrũ memini Sidona uenire.

Sidonii,populi Sidonis urbis. Sidones verò populi Thraciæ propè Hebrum, quos Plinius Sidonos adpellat. Sunt & alii Sidones in Scythia.

Sidus,licet quidã Græcum eſſe velint,& ἀπὸ τοῦ σὺν, quod eſt ſimul,& ἰδεῖν, videre: quòd plures ſtellæ ſimul cõſpiciant̃:alii ab συνεῖναι, quod eſt cõmeo & conuenio:vt ſit plurium ſtellarum conuentus, Latinum tamen eſſe putatur,& à Sido deduci,quod eſt fixus maneo,quòd ſidera inſidant.Id eſt, fixa ſtent. Eſt enim Sidus, quod ad aliquod ſignum cõpluriũ ſtellarum compoſitum eſt.ut, Aries, Taurus, Andromeda,Perſeus,corona, & quæcũq; uariarum generis formarum cõpoſita feruntur in cœlum recepta. Stella verò ſingularis eſt,quæ non admixta alijs ſola fertur. Sic apud Græcos aſter,& aſtron diuerſa ſunt. Et aſter ſtella vna:aſtron ſignum ſtellis coactum,quod nos ſidus uocamus. Quandoq; tamẽ Sidus pro ſtella ponitur. Cicero, Itaq; neſciunt hos ſiderum errores. Quinti. Quid hæc fulgentium ſiderum veneranda facies,quæ quadã velut infixa ac cohærentia perpetua ſemel capta ſede collucẽt. Alia toto ſparſa cœlo,uagos curſus,certis emetiuntur erroribus.

Sifilatores,à veteribus dicebantur ſibilatores. & Siſilare,quod nos ſibilare dicimus.

Sigæum, Troiæ promontorium adpellatum eſt propter Herculis taciturnitatem. Hic enim quia prohibitus hoſpitio fuerat:ſimulauit abſceſſum. Moxq; per ſilentium aduerſus Troiam ueniens,eam cœpit. σιγᾶν enim ſilentium facere Græci dicunt. Tamen contra

Suidas aliter inquit, dicit enim. Σίγειον πόλις τῆς Τρῳάδος. ὁ ἀπὸ ταύτης σιγειὸν καὶ σίγειον ἄκρωτήριον. Id eſt, Sigæum urbs Troadis. ab hac Sigæus & Sigæum promontorium.

Sigala, genus frumenti, quod alio nomine ſiligo dr. Hiero. in Ezechiele, Quum nos uitiam interpretati ſumus, alii auenam, alii ſigalam putant.

Sigalion, ſimulachrum quod Harpocrates alio nomine, dicitur à ſilentio. σιγάω, Græcè ſileo, & σιγή, ſilentium.

Sigillaria opera, ſunt paruæ imagines fictilibus deſcriptæ: dicta à ſigillis. id eſt, paruis ſignis.

Sigillaria, vicus erat vbi ſigilla vendebantur. Gellius lib. v. Apud ſigillaria fortè in libraria ego & L. Paulus poeta conſederamus.

Sigillatim, aduerbium, ſignificat per ſingulos.

Sigillo, as, ſignum imprimo. Hinc Sigillatæ dicuntur literæ, id eſt clauſæ, & anulo impreſſæ. Propter quod veteres Sigillare pro claudere vſurpabant. Varro, Contra lex nimis impia eſt, ne filii patribus luce ſigillent oculos.

Sigillum, diminutiuum, id eſt, paruum ſignum, prout ſignum ſtatuam ſignificat.

Sigma, atis, menſula excuſſa, quæ ſex caperet cõuiuas, in ſimilitudinem elementi Græcanici. Vnde fortè & nomẽ accepit, quẽadmodũ zeta ſiue zetula à z, literæ figura. Lampri. de Helioga. Primus inuenit ſigma in terras ſternere. Idẽ, Vt de croco ſigma ſtrauerit, quum ſummos uiros uocaret ad prandium.

Signaculum, propriè eſt ſignum alicui rei impreſſum, vt lateat quouſq; reſeretur.

Signatores, dicebãtur qui aut teſtamentis aut cauſis ſeſe ſubſignabãt. Salluſt. Multis modis mala facinora docebat. Ex illis teſtes ſignatoresq; falſos cõmodare: fidem, fortunas, pericula, vilia habere.

Signatorius, a, um, quod ſignat, ſeu quo ad ſignandũ vtimur, ut ſignatorius annulus. Valerius Maximus: Vt annulo quo ſignatorio utebatur. Paul. Iureconſult. Annulus ſignatorius ornamenti adpellatione non continetur.

Signatus, a, um, pro inſigni aliquando captum à ueteribus legitur. unde Signatã uirginem dicebãt: quaſi inſignem virginitate. Plautus, Negat ſe puellã ſignatam domum reuerſuram. Ce.

Signia, vrbs Campaniæ, in Lepino monte poſita. Colu. Quæ marrucini, quæ Signia monte Lepino.

Signifer, q ſigna fert. hoc eſt, vexillifer. Et Signifer dr circulus, in quo duodecim ſigna ſunt, q Græcè Zodiacus adpellat ab effigiæ aĩalium quæ in eo ſunt.

Signifex, qui facit ſigna, hoc eſt, ſtatuas. Apuleius lib. ii. Egregius ille ſignifex.

Significo, ficas, ſignũ facio, ſiue per ſigna notũ facio, demonſtro. Cicero, Heu quæ ſignificatio doloris. Hinc Cõſignifico. Apule. Ea furoris conſignificatione perterriti omnes. Et uerbalia, Significator, ſignificatrix, & ſignificatio, & ſignificantia. item aduerbia Significanter, & ſignificantius, id eſt, expreſſe, & expreſſius. Cornucopiæ.

Signinum opus, quod fractis teſtis, addita calce conficiebatur. Colu. lib. i. Cuius ſolũ terrenũ priuſquàm conſternatur perfoſſum & amurca recẽti madefactũ, velut ſigninum opus, pilis condenſatur.

Signio, is, iui, itum, ſigno aliquo noto. A' quo fit compoſitum Inſignio. unde Inſignitus.

Signo, nas, ſignum imprimo. Vergilius,

Et ſummo ueſtigia puluere ſignent. Vnde Signare epiſtolam dicimus, anulo ſignum imprimere. Cuius contrarium eſt Reſigno, quod eſt deleto ſigno aperio. Sic Signatam pecuniam dicimus. Hieronymus, Habitacula in quibus ſcabræ etiam incudes et mallei quibus pecunia ſignatur vilebantur. Sic ſignata pecora, quæ ſignis notata ſunt, & quæ notam inuſtam habent. Interdum ſignare, ſignificat oſtẽdere, indicare ſigno. Plaut. in Ciſt. Cui hæc excidit ciſtella? recte eccum locus ſignat, vbi ea excidit. Idem, Hic meretricem deperit, ſignat tamen ſe eam non amare. Interdum ſcribere. Colu. lib. i. Huc pertinet præclara noſtri poetæ ſententia.

Laudato ingentia rura, Exiguum colito. quod uir eruditiſſimus (vt mea fert opinio) traditũ vetus præceptũ numeris ſignauit. Vñ & Subſignare, ſubſcribere dicimus. Et Signare, deſignare. Verg. lib. 2. Geor. Quinetiam cœli regionem in cortice ſignant.

Huius cõpoſita ſunt Adſigno, quod eſt attribuo, do. Cicero lib. i. ad Heren. Sed ſi quò tardius hæc quàm ſtudes abſoluetur, tum rerum magnitudini, tum occupationibus adſignare debebis. Lactan. lib. 3. Exiſtimauit oportere, etiam mulieres militare, & conciliis publicis intereſſe, & magiſtratus gerere, & imperia ſuſcipere: ita his arma & equos adſignauit. id eſt, dedit. Conſigno, ſigillo. Plaut. in Curcul. Eamus intrò nunc, ut tabellas cõſignemus. Lactan. lib. de ira Dei, pro mando uſurpauit. Quum hæc etiam ſcriptis ad æternam memoriam conſignaret. Circũſigno. Colu. lib. iii. In his déinde obſeruato gemmam, quæ bene adparebit, certamq; ſpeciem geminis habebit, eam vndecim digitis quadratis circumſignato. Deſigno. Exigno, perfecte ſigno, noto'ue. Liui. lib. i. Eiq; ſacra oĩa excripta exignataq; attribuit, qbus hoſtiis, qbus diebus, ad quæ templa ſacra fierent. Obſigno, Reſigno, & Subſigno.

Signum, propriè eſt parua quædam ſignificatio, Indicans totius rei qualitatem, inqt Donatus. Terẽ. Num eius color pudoris ſignum uſquàm indicat? Hinc literarum notæ, Signa dicuntur. Item notæ genitiuæ, & quæ pecudibus inuruntur. Hinc duodecim ſigna cœleſtia, Signa dicũtur, quæ in Zodiaco ſunt: quia notæ quorũdam animalium ſunt, quæ ad naturam Solis iure referuntur. ſcilicet Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. Item Signum, vexillum dr, ab effigie animalium quæ in vexillis fieri cõſueuerunt. Lucanus:

Signa pares aqlas ac pila minãtia pilis. Hinc Anteſignanus, ſignorum propugnator, qui ante ſignum conſtituitur in acie. Signa quoque dicũtur ſculptilia ſiue fuſilia, ad effigiem animalium fabricata, quẽadmodum tabulæ opera pictorũ. Vñ ſigna & tabulas

dicimus pro cælatis operibus atq; depictis. Siquidē in tabulis antiqui pingebant, non in parietibus. Tabulæ igitur picturæ ſunt. Signa verò ſtatuæ. vnde apud Salluſtium, Signa & tabulas pictas, vaſa cœlata mirari, ea priuatim & publicè rapere, delubra ſpoliare. hinc fit Inſignis. In figuris autem (vt Auguſt. li. de Quantitate animæ ſcribit) ſignum dicitur, ſi principium lineæ eſt, aut etiam finis: vel quum omnino aliquid notat quod ſine partibus intelligendum ſit, nec tamen obtineat figuræ medium. Punctum, quum medium tenet figuræ. Eſt igitur ſignum, nota ſine partibus, punctum, nota medium figuræ tenens. Ita fit, vt omne punctum etiam ſignum ſit, nō autem omne ſignum, punctum videatur. Signum etiam miraculum, inſolitum, prodigium dicitur, quod quaſi præſentat, mirum eſt, & in futuro aliquid præmonſtrat.

Sil, ſilis, idem quod cæruleū. vt eſt apud Pli. lib. xxxiv. Auſo. Sit ne peregrini vox nominis an Latii ſil.

Silanus, mons Hyberniæ inſulæ altiſſimus, à Silanio rege in vertice eius ſepulto, dictus.

Sile, herba, quam alio nomine Siſelim vocāt, cuius vel radice vel ſemine vinum condiebant, quod ante meridiem ſumere mos erat. Propterea Silatum antiqui dixere, quod nunc ientaculum dicimus.

Silenicium, corymbi genus eſt, cuius minor eſt acinus & ſparſior racemus. Co.

Silentia, dicuntur loca in quibus ſiletur.

Silentiarii, dicti ſunt qui honeſtati ſunt ab imperatore. Accurſius ſilētiarios dicit, quos vulgò ſecretarios adpellamus. Sic enim ait Iuriſcōſul. in Codice, Viros clariſſimos ſacri noſtri palatii ſilentiarios circa latus noſtrum militantes de tutelis & curationibus excuſari ſancimus.

Silentium, taciturnitas. vnde ſilentium noctis, pro intempeſta nocte ponitur: quam alii concubiū, alii conticinium vocant.

Silenus, Bacchi nutritius fuit.

Sileo, les, lui, ſignificat taceo: quāuis inter ſe differāt, quòd ſilere dicatur qui nondum cœpit loqui, tacere, qui iam cœpit. Si hæc differentia vera eſt quā ponit Serui. falſi ſunt, qui dicunt ſilere factitiū verbum eſſe, ab ſ, litera quæ ſilentii nota eſt, quoniam in ludis literariis publicisq; conuentibus, dum volunt ſilentium indicere, ſ, literam quaſi ſibilando pronuntiant. Hinc fit compoſitum Conſileo.

Siler, gen. neu. arbor quā vulgò ſalicē vocāt. Verg. li. ii. Geor. Nanq; aliæ nullis hominū cogentibus ipſæ
Sponte ſua veniunt campoſq; & flumina late
Curua tenent, vt molle ſilex lentæq; geniſtæ.

Siler, generis maſcul. fluuius Picentinorum, iuxta ſalernum decurrens, qui & ſilerus dicitur. Luca. lib. ii. Radensq; ſalerni. Tecta ſiler. Hic Lucaniam diuidit à Picentinis Campanorū, cuius aqua virgulta induraſcunt, vt inquit Sylius.

Silerus, pe. cor. fluuius de quo modo. Sylius lib. viii. Nunc ſilerus quò nutrit aquis.

Sileſco, tacitus fio. Terent. in Adelph. Quid ego nunc agam niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulū aliquò abeam.

Silex, maſcul. gen. lapis durus ex quo ignis excuti ſolet. Dictus quòd de eo ignis ſaliat, vel quòd ſilentē intra ſe ignem habeat, q attritu aut percuſſu excitet. Verg. lib. vii. tamen fœminino genere vſus eſt,
Stabat acuta ſilex præciſis vndiq; ſaxis. Ouid. li. vii. Meta Aut vbi terrena ſilices fornace ſoluti.
Hunc lapidem iuraturi per Iouem tenebant, dicentes, ſiſciens fallo, qui me deſpicit, ſalua vrbe, arceq;, is me eiiciat, vti hunc ego lapidem.

Silicatus, cata, catum, quod eſt ex ſilice factum. Vnde ſtratæ viæ dicuntur ſilicatæ.

Silicernium, varie exponi ſolet. Scribit Nonius eſſe funebre conuiuium, quod ſenibus exhibetur. Feſtus docet eſſe farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur, quia cuius nomine inſtituebatur ea res, is iam ſilentiū cerneret. Cæcilius, Credidi me ſilicerniū eius eſſe eſurum. Donatus inquit eſſe cœnam quæ infertur Diis manibus: vel quòd eam ſilentes cernant vmbræ, vel quòd qui hæc inferunt, cernant neq; degustent. Nam de iis quæ libantur inferis quiſquis ederit aut biberit, funeſtatur. Hinc Terētius in Adel. adpellat ſenem ſilicernium, qui iamiam ſilentibus cernendus ſit. Alii ſilicernium nomen fictum à Terētio exiſtimarunt pro ſene, quòd in curuitate ſilices ſpectet. Qui recte ſentiunt, adfirmant ſilicerniū funebre conuiuium eſſe, quod apud veteres ſenibus exhiberi ſolebat, dictum quòd cum ſilentio edentes cernerentur, vel quòd cogitarent ſe mox illum ſequuturos. Quapropter abeuntes à conuiuio, veluti ſe amplius non viſuri, mutuò ſe ſalutabant. Varro, Funus executi, laude ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium cō fecimus. id eſt, conuiuium, in quo pranſi diſcedentes dicimus aliis alii, Vale. Silicernium ergo Terentius ſenem vocat atq; decrepitum. id eſt, dignum, vel cui ſilicernium fiat, vel qui ad ſilicernium vocetur.

Siliceus, a, um, quod eſt ex ſilice.

Silicia, ſiue ſilicula, herba quæ alio nomine dicitur fœnum Græcum, & telis à Dioſcoride vocatur. à Theophraſto buceras vocatur, ab aliquibus ceraitis.

Siligo, penultima correpta, à Priſciano ſumitur pro magudari, qui lib. vii. inducit Plautum in Rud. Seu tibi confidis fore multam magudarim. id eſt, fugis genus. hoc eſt, caulis, qui naſcitur ex ea parte cuius radix ſtirpis auellitur, vel potius (vt alii dicunt) ſiliginem. Plinius verò. Siligo nunquàm matureſcit pariter nec ulla ſegetum minus dilationem patitur, propter teneritatem iis, quæ maturuere, granū dimittentibus, ſed minus quàm cætera frumenta in ſtipula periclitatur, quoniam ſemper habet rectam ſpicam, nec rorem continet qui rubiginem faciat. Idem libr. xvi. Siligine lautiſſimus panis, piſtrinarumq; opera laudatiſſima, præcellit in Italia. Columella libro ſecūdo, Omne triticum ſolo vliginoſo poſt tertiam arationē conuertitur in ſiliginem. Ex quo hic patet ſiliginem eſſe tritici genus. Hinc ſiligineus, a, um, quod eſt materiatum ex ſiligine. vt panis ſiligineus, quem Seneca commendat his verbis, Malum panem inquis. Expecta, bonus fiet, etiam illum tenerum tibi & ſiligineū, fames reddet.

Siliqua,pen.cor.ſolliculum ſeu integumentũ vbi grana leguminum includũtur,& ſi quid leguminibus eſt ſimile. Verg.lib.i.Georgicorum.

Grandior vt fœtus ſiliquis fallacibus eſſet.

Plinius lib.xviii.de fabis loquens,ait,Nã ſiliquæ caules q; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Neſcio an Ambroſius de hac intelligat,quum ſuper Lucam inquit, Qui autem aptior huiuſmodi cibus quàm is,qui ſiliquæ modo intus inanis,foris mollis eſt, quo corpus non reficitur, ſed impletur, vt ſit magis oneri quàm vſui. Siliqua itẽ graui genus eſt.ut eſt apud Columellã, Siliq̃ modii ſex vel ſeptẽ, totidẽ operis obruunt, metuntur vnã.Item ſiliqua fructus arboris. Horat. Viuit ſiliquis & pane ſecundo. Arbor ipſa ſimiliter ſiliqua adpellat,prædulcis eſt,& cortex ipſe(vt Plin. ſcribit)mãditur,digitorũ hominis longitudinem habet,latitudinem verò pollicarem, & nonnunquàm falcata eſt. Quidam ex recentioribus non indoctus, ſcribit ſiliquã eſſe granum thecæ incluſum,quo abundat Apulia,varioq; vocabulo apud Italicos,thecaq; oblonga,& plana ſaporis dulcedinem habet Genuẽſes carubum uocaut,& alii fabam Græcam. Vnde & primum omniũ & minimũ pondus erat apud Romanos.Poſt ſiliquã erat ſcrup⁹ Græcè, Latinè obolus, qui ſex ſiliquis conficiebat,quẽ nos penſum denariũ iã dicimus.Eſt verò vigeſimaquarta pars vnciæ. Supra ſcrupulum drachma erat,quæ ex ſcrupulis tribus conſtabat.xviii.ſiliquas cõprehendens. Sextula a ſit ex quatuor ſcrupulis,hoc eſt,drachmã & tertiã continebat,dicta quòd ſexta ſit pars vnciæ.Hanc quodã tẽpore vetuſtiores denariũ adpellarunt,denarius ſic argenteus minimus erat ponderis,ſiliquarum.xxiiii. quanquàm denarius proprie de decem aſſium pondo conſtet,atq; erat apud antiquos minima æris ſignati pars. Supra ſextulã ſemunciã legimus dimidiũ unciæ continentem.Vncia ab uno denominatur.qđ ex duodecim ea vncia eſt pars aſſis ,& ea ex octo drachmis cõficiebatur,ſiue ſex denariis,Vnciæ duæ ſextans,quaſi ſexta pars aſſis nuncupatur.Quadrans, quarta pars. Triens,tertia pars.uide in dictione As. Inde as ex duodecim unciis conſtans,quæ & libra dicitur,ex.xcvi.drachmis,ſiue denariis.lxxii.confecta. Supra aſſem erat dupõdius duæ libræ,à duobus põderibus.Pondus enim & pondo aſſis pondere dicebat.Vnũ & unũ pondus eſt,aſſipondiũ adpellatum. Vltra dupondium eſt ſeſtertius,libræ duæ & ſemis, quaſi ſemiſtertius,hõc eſt,poſt ſequens tertio loco ſemis.Quod enim fiebat ex duobus aſſibus, & tertio ſemiſſe ſeſtertium ueteres uocauerunt.Supra ſeſtertiũ treſſis,à tribus aſſibus. Octuſſis quoq; ac nonuſſis, decuſſisq; reperitur,octo nouem,ac decem aſſes.Decuſſem uerò denarium,& à decẽ aſſibus nominauerunt.A duobus deinde decuſſibus uiceſſis.id eſt,uiginti aſſes.A tribus triceſſis,triginta ages,à centũ cẽtuſſis,centũ aſſes,q̃ erãt breues ex ære numi. Supra centuſſem maius æris uocabulum non habemus.

Siliquaſtrum herba hortenſis quæ alio nomine piperitis nominatur,ut meminit Plinius.

Siliquor,aris,ſiliquas facio,hoc eſt,integumenta.Plin. lib.xvii. Inter omnes autem conſtat nihil eſſe utilius lupini ſegete priuſquàm ſiliquetur aratro,uel bidentibus uerſa.

Silis,amnis Venetiæ primus in ſtagnum cadens, ubi nunc habentur ſuburbanæ Venetiarum inſulæ. Murianum,Torcellumq;.

Silla,(ut Diodo.)ſiue ſilia(ut Strabo)ſtagnum eſt in Indis,in quo nihil innatat,ſed omnia merguntur.

Silli,per duplex ll,nam apud Græcos σίλλοι ſcribit, pro dicacitatibus & ſalibus. Vnde Gellius refert Timonem quẽdam ſcripſiſſe librum maledicentiſſimũ, qui ſillo inſcribitur.

Silura,inſula in Oceano Britãnico(ut Solinus inqt) cuius homines numos refutant.Dant res & accipiũt mutationibus.

Silo,qui prominentia habet ſupercilia,à ſileno,quem hirſutis ſuperciliis fuiſſe tradunt.

Silon,inſulã Indiæ docet eſſe Aug.de Ciui.Dei,li.xxi. Quæ ex eo cæteris terris præfertur, quòd,oĩs arbor quæ in ea gignitur,nunquàm foliis nudatur.

Siloſon,uir egregius,aliqñ exilio mulctatus eſt. Sed quia diuitiis & corporis præſtãtia adflueret,chlamydem ſumptuoſam ſemper geſtabat.Quam quũ Dario (qui poſtea Perſarũ rex effectus eſt)dóno dediſſet,is poſtea regnum adeptus,beneficii memor, Siloſontẽ ſolo natalitio reſtituit.Vnde tractum eſt prouerbiũ de chlamyde ſiloſontis , quod dr̃ de his qui iactant ſe magnificentia ueſtimentorum.Ce.

Silphion,à Latinis laſerpitium dicitur.Ce.

Silurus,pen.prod peculiaris Nili piſcis traditur,quãquàm & in Danubio reperiatur, quem non abſimilẽ ei putant quidã doctiſſimi,quem ſturionem adpellamus. Ambro.lib.Hexam.Captus eſt ſilurus, & inutilis præda detecta eſt.Et rurſus.Et ſilurum qui minorum piſcium ulſeribus aluum replet.

Silus,naſus ſurſum uerſus,adſicuus. Vnde Galeæ quoque à ſimilitudine ſilæ adpellatæ ſunt,quemadmodum ſimus uocatur qui preſſis eſt naribus.

Silys,fluuius.de quo Pli. Tanaim(inquit)Scythæ Silyn uocant.

Simbella, læ, dimidium,hoc eſt, ſignum ſemis aſſis. Item inſtrumentum paruum quo ſinguli numi penderãtur.

Simiæ,& Simii,hominum figuris proxima animalia, quæ cauda carent,& in Libya naſcũtur,dictæ quòd ſimæ ſint,id eſt, naribus depreſſis , uel quaſi mimæ, hoc eſt,imitatrices. Martialis,

Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas.

Simila,æ, pen.cor.farina alba & flos ſeu delitiæ farinæ trititiæ. Mart. Nec poteſt ſimilæ dotes numerare ne uſus.Hierony.in Geneſi, Accelera tria ſata ſimilæ commiſce & fac ſubcinericios panes.

Similago,pe.prod.idem quod ſimila.Plinius,Similago ex tritico fit laudatiſſima.

Similax,uide infra in dictione Smilax.

Similis,quaſi ſimulis,quum ad morum uel doctrinæ uel huiuſmodi imitationem refertur, iungitur genitiuo . ut, Verſus Lucani non ſunt ſimiles uerſuum Vergilii. Horatius in Sermo.

Similesq́ meorum Mille die verſus deſcribi poſſe Trebati. Cicero, Vt aliquorum ſimiles in dicendo valeamus eſſe. Quando verò, vel in forma, vel in ætate, vel in fortunis, aut aliis huiuſmodi rebus ſimilitudo eſt, datiuo iñgitur. Vergilius,

Os humerosq́ Deo ſimilis. Plinius, Effigie ac lineamentis corporis, patri ſimilis. Sed confunditur quandoq́ apud autores hæc differentia. Compoſita ſunt Abſimilis, Diſſimilis. Adſimilis qui eſt alicui ſimilis. Plaut. in Merc. Quaſi tu nunquàm quicquàm adſimile eius facti feceris. Conſimilis, & Veriſimilis.

Similitudo, quæ & ſimilitas dicit apud veteres. Cæcilius, Vide quid ferat morum ſimilitas. Eius contrarium eſt Diſſimilitudo. Cic. in Læli. Diſpares mores, diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias.

Similo, las, ſimilis ſum, cõſtruit cũ accuſatiuo. Mart. Quum ſint crura tibi ſimilent quæ cornua Lunæ. Hinc componitur Adſimilo, quod eſt comparo.

Similtu, pro ſimul. Plaut. in Mer. Ita tres ſimiltu res agẽdæ ſunt. Idem in Amphit. Non ego cum uino ſimiltu ebibi imperium tuum.

Simois, fluuius qui ex Ida monte Troiano defluens, iuxta Troiam labitur, & mari adpropinquans, commiſcetur Xantho, ac in paludem cogitur: déinde exit in mare iuxta Sigæum promontorium.

Simones, qui ſine naribus nati ſunt, vt inquit Pli. li. xi.

Simoniam, vulgares vocant à Simone mago, quã Latini ambitum vocãt. Cc.

Simonides, nomẽ viri propriũ è Cæa iſula, q Melicus dictus eſt. Hic longas & duplices literas inuenit. Lõgas, η, ω. Euſtachius inquit duplices, cuiuſmodi ſunt, ζ, ξ, ψ. Palamedes verò, θ, ξ, φ, χ, & υ. Præterea memoriæ artem & lyræ tertium ſonum comperit. At Plin. octauam inquit, chordã addidit Simonides. Fuit & alius Simonides poeta Iãbicus, ex Amorgo inſula.

Simplariæ, res dicebantur minutæ, & nullius precii.

Simplex, nomẽ numerale. vt Simplex, duplex triplex. Aliquandó ponitur pro vero & ſyncero, ſicut econtrario duplex pro fallaci. Cice. Tuum erga me animũ ſimplicem atq́ amicũm aperuit. Horatius,

Aut curſus duplicis per mare Vlyſſei.

Inde ſimplicitas, & ſimpliciter aduerbium, & ſimplicitus, quo veteres pro ſimpliciter vtebãtur.

Simplus, nomẽ numerale, & ſignificat ſemel tantũ. Sic duplus bis tantum, triplus ter tantum, & huiuſmodi.

Simpulum, calix fictilis quo vinũ in ſacrificiis libabatur, à ſumendo, quòd eo vinum ſumebãt minutatim. Plin lib. xxxv. Sed fictilibus prolibabatur ſimpulis innocentius. Apul. Catinũ & ſimpulũ ſacrificiis adhiberi ſolita oſtẽdit his verbis. Paupertas populo Romano, ipſũ à primordio fundauit, proq́ eo ĩ hodiernũ; Diis ĩmortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat.

Simul, aduerbium congregandi. vt, Omnes ſimul currunt. Aliquando ponitur pro déinde vel etiam. Vatinius Ciceroni, Ciues Romanos occidit, abripuit, diſpdidit, regiones vaſtauit ſimul verò ſemiſſis homo contra me arma tulit. Salluſt. His amicis ſociisq́ confiſus Catilina ſimul quod æs alienum per oẽs terras ingens erat. id eſt, etiã. Inuenitur quandoq́ geminata, & habet quaſi eandem uim, quam cum & tum ſiue partim. Quintilian. Simul vt pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei, ſimul ne vulgarem viam ingreſſus alienis veſtigiis inſiſterem. Hinc ſiunt inſimul, quod eſt vnà, Simulac & Simulatq́.

Simulac, & Simulatq́, ſignificat quàmprimum, vel ſtatim cum, ſiue poſtquàm. Salluſtius, Iam primũ iuuentus ſimulac belli patiens erat. Col. lib. vi. Semper cõueniet ſimulatq́ folia agere cœperint, ficus rubricã amurca diluere. Cic. Apio, Gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me ſimulatq́ adeptus eris miſeris.

Simulachrum, pen. prod. à ſimulo, as, & proprie dicitur alicuius ficta imago. Simulachra enim principio ex deſyderio mortuorum orta ſunt, vt qui iam deceſſerunt, uiuere viderentur.

Simulo, las, à ſimilis, & ſignificat imitor, refero, qdam à ſimul deriuant. Nihil enim aliud eſt ſimulare, quã ea q̃ abſunt, ſimul eſſe oſtendere. Horat. in Epiſtolis,

Duceret æra Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Hinc quoniam proxima eſt ſignificatio ſimulare ponitur pro fingere. Cicero, Simulabat ſe Romam rediturum quum in Aphricã nauigaturus eſſet. Huius cõpoſita ſunt Adſimulo, valde ſimulo, ſeu oſtendo vnã rem pro alia. Plaut. in Amph. Sedata adſimulauit ſe quaſi Amphitryo ſiet. Diſſimulo, et Inſimulo, de qbus ſlibi. Hinc Simulatio, quæ Græcè ironia dicitur.

Simultas, dicta eſt à contrario ſenſu, quia non ſunt ſimul. Poteſt etiã dici à ſimulatione, quòd qui ſimultates exercent inter ſe ſimulata loquuntur. Eſt autem ſimultas odiũ, q̃ plerunq́ intelligi contenta eſt, quã inimicitia opere ſe oſtendat. Cice. pro Man. Vt ſimultas ſimultates partim occultas, partim apertas intelliga mihi eſſe ſuſceſidas. Neq́ politicus eſt, neq́ tyrãnus tam felix, qui hãc euadere potuerit. Vnde merito Demoſth. in Philip. Μὴ γὰρ ὡς θεῷ νομίζετε ἐκείνῳ τὰ παρόντα πεπηγέναι πράγματα ἀθάνατα, ἀλλὰ καὶ μισεῖ τις ἐκεῖνον καὶ δέδιεν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. id eſt, Nõ putate illi périnde ac Deo pſentia infixa eſſe, ſed aliquis odit illũ & timet uiri Athenĩẽſes.

Simulter, aduerbiũ dixerunt antiq pro ſimiliter. Plau. Exoſſabo ego eum ſimulter vt murænam coquus.

Simulto, as, ſimultates exerceo.

Simus, a, um, quod eſt preſſum. Hier. de Socrate, Quæ quum crebro inter ſe iurgarentur, & ille eas irridere eſſet ſolitus, quòd propter ſe fœdiſſimum hominem, ſimis naribus, recalua fronte, piloſis humeris, & repãdis cruribus, diſceptarent. Vergilius,

Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.

Huius diminutiuum eſt ſimilus. Cõpoſita Deſimus, q eſt contrarius ſimo. vt depes, denares, depiles, deplumes, & mille alia. Subſimus, parũ ſimus. Varro lib. ii. de Re ruſt. Vt ſint bene compoſitæ, vt integris mẽbris piloſis oblongæ, amplæ ſubſimi, nec gibberi. Reſimus, de quo alibi.

Sin, ex ſi & ne componitur abiecta e, ſignificatq́ ſi vero, quod nunquàm in prima parte collocatur, niſi pceſſerit ſi, ſed in ſecunda, vbi ferè duorum eſt oppoſitio. Terent. Si illum relinquo eius vitæ timeo, ſin

opitulor, huius minas. Habet enim quandam uim negationis, perinde ac ſi diceretur. Si autem non relinquo, ſed opitulor. Aliquando ſin ſolum reperitur, ſed quod ſecundi loci uim obtinet. Salluſtius, Imperat vt pretio ſicuti multa cõfecerat inſidiatores maxime paret, ac maxime occulte, ſin id parū procedat, quouis modo Numidam interficiat. id eſt, ſi poteſt occultè, ſi non poteſt, vtcunq́.

Sina, vrbs Meſopotamiæ, quo nomine etiam dictus eſt mons Petreæ & Arabiæ. Apoſtolus, Sina mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei quæ nunc eſt Hieruſalem.

Sinapis, pen. prod. fœm. gen. & hoc ſinapi, indeclinabile herba ſeu ſemen quod proſilit cum tanta acrimonia, vt lachrymas ciat comedenti. Id autem tritū, admixto, muſto, ac melle, ac vua paſſa, necnon defruti paululum, confectionē guſtu ſuauē efficit, nec decreſcit, ſi adiiciat cynnama, & garyophilō. Columella hoc Sinape declinat, At enim ſinape atq́ coryandrū vti ſata ſunt, ſua ſede immota pmanent. Plau. in Pſeu. gen. fœm. vſus eſt. Teritur ſcelerata ſinapis cum illis. Macer, Inter eas quas Pythagoras laudauerat herbas, adſeritur primam laudem tribuiſſe ſinapi.

Sinapium, à ſinapi, ſicut ab ailio alliatum. Quidam tamen per y, ſcribunt, ſed male.

Sinapodes, populi fuerunt in deſertis Aphricæ, qui (vt Pomponius refert) inflexi lentis cruribus ſerpere magis quàm ingredi traduntur.

Sinarum regio, (autore Ptolemæo lib. vii.) terminatꝰ à Septentrione parte ſerū, ab Ortu Solis terra incognita, ab Occaſu India extra Gangem.

Sinciput, pars capitis anterior. vt Sinciput verrinum, vide Syncipuт.

Sindon, velom ſubtiliſſimum. vt in Euágelio, Et inuoluit eum in ſindone munda.

Sine. præpoſitio ſemper ſeparatiua, & ſignificat abſq́. vt, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Eſt & imperatiuum verbi ſino, is. vt, ſine videamus an veniat Helias ad deponendum eum.

Singillatim, à ſingulo, idem quod ſingulatim. Lucil. Singillatim vnuſquiſq; noſtrum mouetur. Sueto. in Augu. Atq; etiam ſingillatim è certo genere hominū libētrs ac pro facultate quiſq́ pecunias contulerūt. Horatius lib. Serm. per ſyncopen dixit,

Vt ueni coràm ſinglatim pauca locutus.

Verius legitur ſingultim.

Singulare, quod eſt vnicum excellens, & tam in malū quàm in bonum ſumit. Cicero pro Sylla, Me ſingulari immanitate & crudelitate præditum.

Singulariter, vniuocè, excellenter.

Singulatim, multi ſeparatim, & vnūquodq́ per ſe. Cæcil. Primum mala publicò ſingulatim gratias agere.

Singultus, dicitur quoties ſpiritus vacans ab humore, in loco ſpiritui deputato retinetur. hic enim dū emittitur, nec poteſt erumpere, & diſtentionem inducit, q̃ adpellatur Singultus. A quo fit ſingultio uerbum, hoc eſt. ſingultus emitto. Cc.

Singulus, a, um, quaſi ſine angulo, quòd ea quæ vnica ſunt, nequeant conſtituere angulum. Dicuntur autem Singuli vnuſquiſq́ per ſe, hoc eſt, ſeparatim ab aliis. Plau. in Ciſt. At ſingulum video veſtigium. Idem in Amphitryone, Rex Creon vigiles, nocturnos ſingulos ſemper locat.

Siniſtimū, antiqui dixerunt pro ſiniſtro. Con. Siniſtimū ſuperlatiuū eſt à ſiniſter, ut multorū eſt opinio.

Siniſtra, manus læua, à ſino, is, qd̓ gerere nos dextra mano quæ aptior eſt, ſinat. Siniſtrum autem quantū ad auguria pertinet, ſignificat proſperum, quòd nos agere aliquid ſinat. Aliquando dicitur aduerſum, noxium. Verg. lib. i. Georg.

Arboribusq́; ſatisq́; Notus pecoriq́; ſiniſter.

Siniſtrorſum, aduerbium, ſignificat uerſus ſiniſtram partem.

Sino, is, ſiui, ſitum permitto. Var. Sine is ad pubertatis annos perueniat. Huius compoſitum eſt Deſino, quòd eſt ceſſo, termino.

Sinope, es, pen. prod. vrbs Ponti. Valerius Flac. lib. v. Aſſyrios complexa ſinus ſtat optima ſinope. Hanc Mileſii condiderunt, cuius potētia magna fuit, quæ claſſe comparata, mari quod intra Cyaneas eſt imperauit, ædificia in urbe magnificè extructa, gymnaſium. & forum, & porticus, & templa ſplendida. Hinc Diogenes Cynicus, & Timotheus Patrien, & Diphilus comicus orti ſunt. Eſt & Sinope nomen regis Numidarum.

Sinopis, idis, color quidam natiuus ſeu rubrica dicit, quæ primò apud Sinopen inuenta eſt. Victr. lib. 7. eam rubricā ſinopicā adpellauit. de qua Strabo li. xii. ſic ſcribit: In Cappadocia naſcit ea quæ ſinopica rubrica dicitur, omnium optima, quæ eſt Iberica decertat. Idcirco ſinopica adpellatur, quòd eam mercatores eò deferebant priuſquàm Epheſiorum emporium tam celebre eſſet.

Sinueſſa, ciuitas mediterranea Campaniæ, uino ſatis abundans, quod ſinueſſanum dicitur. De hac Liuius lib. x. In ſaltu Veſtino, Falernum contingente agrū, Sinope dicitur Græca vrbs fuiſſe. Sinueſſa deinde à Romanis colonis adpellata. Strabo lib. v. Sinueſſa in Sentino ſita eſt ſinu, à quo nomen vendicat, ei proximæ calidæ ſunt balneæ ad ægritudines quaſdam accommodatiſſimæ.

Sinuo, as. curuo, in ſinus flecto. Verg. lib. ii. Sinuatq́ immenſa volumine terga. id eſt, in ſinus flectit. Oui. lib. ii. Meta. Tremulæ ſinuātur flumine veſtes. id eſt, formantur, rugant, vel in ſinus colligunt. Claud. li. i.

Cœperat & vitreis ſummo iam margine texi
Oceanum, ſinuare uadis id eſt, nodoſum facere.

Hinc componitur Inſinuo, quod proprie ſignificat conſigo, & quaſi in ſinum pono, immitto inſluo. Iuſtinus, Cui ſe celeriter officii comitate & obſequendi gr̄a inſinuauit. Lact. li. 4. Deſcendens itaq́ de cœlo ſanctus ille ſpiritus Dei ſanctam virginem cuius utero ſe inſinuaret, elegit. id eſt, immitteret. Idē in codē, Item ſurdorū patefactis auribus, inſinuabat auditū. Plau. in Ciſtel. Obſecro quo is homo īſinuauit pacto ſe ad te. id eſt, introduxit. Et Inſinuare eſt oſtēdere. Hieronym. ad Ruſticum, Totumq́ inſinuare tibi cupio. Et in prolog. Heſter: Volentes. lxx. interpretum

erditem per hoc Inſinuare ſtudioſo lectori. Similiter Inſinuare dicimus non apertè & ſimpliciter rem exponere, ſed latenter vel caute in animum audiẽtis veluti in ſinum quod volumus inmittere & ingredi facere. Ciceró Pub. Figulo: Nam & complector eius familiariſſimos, qui me admodũ diligunt, multumq́ mecum ſunt, & in ipſis conſuetudinem quam adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo. Hinc Inſinuatio occulta ingreſſio: quæ eſt exordij pars qua artificioſe diſſimulãterq́ ſurrepimus animis iudicum, in cauſſa non ſatis fauorabili. Idem ad Herẽ. Ergo ſi fidem factã putabimus, his rebus ĩſinuabimus ad cauſſam. id eſt, per ſinum, locum dicẽdi, quem ſumpſimus, occulte ingrediemur. Sic Inſinuatus ſumiť pro cõciliato in amicitiã, qui non rectà, ſed per quoſdã ſinus & quaſi diuerticula intrat in amicitiam latenter.

Sinuoſus, a, um, quod habet multos ſinus: vt mare ſinuoſum, vela ſinuoſa quæ ſinus, id eſt, curuationes faciunt. Clau. lib. i. de Ra. Sinuoſa draconum Mẽbra tegens. id eſt, nodoſa.

Sinus, us, penul. corr. dť illa pars quæ eſt intra pectoris brachiorumq́ complexum. Hinc Sinus ueſtiũ adpellati ſunt, quales erant tunicæ Romanorum, & laxitas illa ſupra cincturã. Verg. Sinus collecta fluentes. Per tranſlationẽ Sinus vocantur litora curua ad ſimilitudinem ſinus, & quaſi brachiis mare amplectantia. Græci κόλπον vocant, à quo curuitas ipſa Sinuatio dť, & Sinuatim, per ſinus. Aliquando Sinus dicitur concauitas óculorum, ſcilicet palpebræ vbi lachrymarum conceptacula ſunt, propter quandam ſimilitudinem. Vergilius libro quarto.
Sic effata ſinum lachrymis impleuit obortis. Aliquãdo ponitur pro quacũq́ re fluẽte ob laxitatem atq́ capacitatẽ. Iuue. Fata regunt hoĩes fatum eſt In partibus illis Quas ſinus abſcondit. Vñ & retia Sinus vocanť. Idem, Impleuitq́ ſinus Aliqñ ponitur pro velo, quod ventis flantibus curuatur & ſinum facit. Idem, Totos pande ſinus. Et Sinus in ſacra ſcriptura, locus eſt in quo Habraam cum ſanctis patribus vſq́ ad Chriſti aduentum perſtitit.

Sinus, us, & Sinum. penul. produ. genus vaſis, ſicut galeola. Plautus in Curculi. Hic cum uino ſinus fertur. Varro, Vbi erat vinum poſitum in menſa, aut galeola, aut ſinu. Vergil. Sinum lactis, &c. quidam accipiunt pro flaſco.

Siparium, uelum mimicum, quod Apuleius adpellat ſcenicum, eo vtebantur mimi, ſceniciq́ artifices ad ſcenam uelandam. Et hæc Siparia pro aulæis poſtera ætas uſurpauit.

Siphnos, Inſula in mari Aegeo, in qua auri & argenti fodinæ erant, ut Herod. ait.

Siphones, penul. produ. canales tubi fiſtulæ per quas vrgente ſpiritu aqua uel alius liquor emittitur, à ſono uocis dicti, ſi ſi ſi. Vnde illud Iuuenalis,
Effigiemq́ Deæ longis ſiphonibus implent.
Plin. lib. ii. De aqua in ſumma iuga erumpẽte quo ſpiritu acta & pondere terræ preſſa ſiphonum modo emicat. Tales ſunt in fontibus manu fabrefactis, in quibus ſunt huiuſmodi lingulæ plures prominẽtes, & aquas pluriſariam euomentes. Plin. ad Apollinarẽ: In hoc fonte crater, circa ſiphũculi plures miſcent iucundiſſimũ murmur. Et autem Siphunculus diminutiuum à ſiphone, & accipitur pro exigua fiſtula ex ære vel marmore, alia ue materia, ex qua aqua exilit è fonte.

Sipo, as, ſpargo. Hinc fiunt compoſita Diſſipo, quod eſt deſtruo. Cicero Mar. Habemus etiam rationẽ rei familiaris tuæ quam diſſipari nolumus. Aliquando Diſſipare, eſt diſpergere, diuulgare. Colu. lib. ii. Grumosq́ quos ad verſuram pleruq́ tractæ faciunt crates diſſipabimus. Inſipo, inijcio, intus iacio. Cato de Re ruſtica: Pultem punicam ſic coquito, libram alicæ in aquam indito, vti bene madeat, id infundito in alueum. Patum eo caſei recentis p. 4. mellis p. 5. ouum vnum omnia vnà permiſceto, bene ita inſipito in aulam nouam. Obſipo, de quo alibi.

Sipontum, vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem, à Diomede edificata, quæ & Sipus: & à Græcis (ob multitudinem ſepiarum quæ ibi capiuntur) Sepius, untis, dicitur. Hinc Sipontinus, à ſiponto: & Sepiuntinus, à ſepiunte.

Siquidem, habet accentum in antepe. Componiturq́ ex ſi & quidem: quãuis ſi per ſe producatur ibiq́ correpta ſit, nec ſignificationem partium habeat ex quibus componitur. Signific. enim nam, ſeu quoniam. Cicero Dolabellæ: Gratulor Baiis noſtris, ſiquidem vt ſcribis ſalubres repente factæ ſunt. Ponitur & pro ſi certe dubitatiua coniunctione. Aſinius Cice. Nam & robur & ſoboles militum interiit, ſiquidem quæ nũciant uera ſunt. Colu. in præfatione: Accedit huc quòd ille quem nos perfectum eſſe uolumus agricolam, ſiquidem artis conſummatæ ſit. id eſt, ſi uero. Quidam duplam eſſe putant: ſed vnam dictionem oſtendit Ouid. qui in hoc eodem ſignificato vtitur prima breui, quod non accideret niſi eſſet cõpoſita.
Quæ mihi ventura ſiquidem ventura ſenectus,
Quum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis.
Valla quoq́ ſic legit, ſed duas particulas cẽſet: uera autem lectio eſt ſi qua eſt.

Si quis alius, elocutio ornata. ut quum dicimus: Varro doctus eſt, ſi quis alius. hoc eſt, prout quiſpiam alius doctus reperiri poteſt. Sueto. in Claud. Si quẽ alium & ſe liberum eſſe.

Siren, & Sirena, monſtrũ maris, ab ἄρειν, quod connectere uel retinere ſignificat. Vel ab σειρά, catena: eò quòd libidinis uinculũ Sirenes fuerint. Sunt & qui hoc nomẽ ab σύρω, traho deducant: vnde fit ut quidam per i, Latinum, quidã per y, pſilon ſcribãt. Hiero. in prolo. Ioſue: Et nos ad patriã feſtinantes, mortiferos ſirenarum cantus, ſurda debemus aure tranſire. Fuerunt autẽ Sirenes Acheloi & Calliopes filiæ, ore & pube tenus uirgines, reliqua parte corporis piſces, Siculum litius incolentes: quarum nomina fuerunt Parthenope, Lygia, & Leucoſia.

Siri, defoſſiones terræ in modũ puteorũ, ubi trãſmarinæ puinciæ loco horreorũ frumẽta defoſſa ſeruãt. ut Colu. lib. i. et Varro de Re ruſtica ſcribunt.

Sirius, ſtella in ora canis periculoſa. Continet enĩ canis

xviii.

xviii. ſtellas. Lucanus li.x. Rapidus qua Sirius ignes Exerit. Statius lib.i. Syl. Nec calido latrauit Sirius aſtro. Ductum nomen ἀπὸ τοῦ σάρειν, hio: quod p æſtum præcipue canes faciunt, quo tempore plerūq; in rabiem conuertuntur. Vel ἀπὸ τοῦ σειραίνω. quod eſt areſacio: quia tūc maxima ſiccitas eſt amnibus ac fontibus deficientibus. Vel dicitur Sirius à longo tractu, quoniam magnitudine ſua trium ſignorū ſpatiū occupauere uidetur. Hæc annis omnibus (vt inquit Seruius) oritur circa. viii. Cal. Iulii. Nā Suidas: Σείριον ἐκάλουν λεπτὸν ἱμάτιον ἀναίθυτον. id eſt, Sirion uocabāt tenue pallium incuulſum. Et ſubdit, Solem Sirium dici, & omnia aſtra nominari Siria. Σείριον τὸν κύνα, οἱ δὲ καὶ τὸν Ἥλιον, Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα Σείρια λέγει, id eſt, Sirion canem quidam Solem, Ibycus omnia aſtra Siria dicit. Etiā ex autoritate Aeliani dicit quòd Sol dici poteſt Sir, ſiros, & Sirius, vt, καὶ Σείρ, σειρὸς, ὁ Ἥλιος· οἱ δὲ καὶ Σείριος, id eſt. & Sir, ſirios, Sol, & ſirius.

Simmion, vrbs eſt Pannoniæ, vt Ptolæmeus inquit.

Sirpea, quæ virgis ſirpaſ, hoc eſt, colligādo īplicatur, in qua ſtercus aliud'ue ſimile uehiſ iumētis. Ouid. In plauſtro ſirpea lata fuit. Cato crates ſeſternarias vimine contextas adpellat ſirpeas. Sirpea ſimulacra vocat Ouidi lib.v. Faſtor. pro uimineis argæis. Sirpea dolia quaſſa.

Sirpi, iunci fragiles paluſtresq; ſunt, nec in fruticū veprium'ue aut caulium ſiue herbarū genere numerantur. Ex his teguntſ domus, & tegetes fiunt: his velificant in pado nautici, & dicuntur ſtoreæ. Donatus: Sirpus ſine nodo & lenis iunci ſpecies paluſtris res. Hinc factum eſt prouerbium. Nodum in ſirpo quæris. de his qui in rebus claris atque apertis difficultatem faciunt. Hiero. ad Pama. Qui inimicus eſt etiam in ſirpo nodum quærit. Sirpi etiam dicuntur nodoſa poemata, & implicata inſtar viminū, capreolatim ſirpata, vt enodari nō poſſint. Gell. lib. xi. Quæ Græci enigmata, Latini Sirpos adpellauerunt, tales etiā Græcis itidem gryphi uocitantur.

Sirpiculæ, falces quibus in ſirpandis, hoc eſt, ligandis vineis vtimur, ad amputāda ſuperflua ligamentorū. Varro: Falces dicunſ uineaticæ opus eſſe ſex, ſirpiculæ qnq;. Hæ etiam dicuntur ſirpariæ falces.

Sirpiculum, caniſtrū: vel quòd de ſpinis confectū eſt: vel quod verius videtur, à ſirpando.

Sirpo, as, vincio, ligo, innecto, implico, à ſirpis dictū.

Sirtites, vide ſyrtites.

Siſamum, Dioſcorides inquit, mali ſtomachi eſt, come ſtum oris fœtorem facit. Leguminis genus eſt, ſed p e, Seſamum legendum eſt. Græcè enim σήσαμον dr̄i inde Seſaminum oleum dictum.

Siſamus, teſte Homero, fuit urbs Paphlagoniæ.

Siſapo, pen. corr. locus in Hiſpania vbi minium celeberrimum naſcebatur: vnde & ſiſaponenſis regio. Pli. lib. 33. Celeberrimum minium ex ſiſaponenſi regione Bæthica miniario metallo.

Siſarum, frutex eſt quem & ericam uocant, folia habet tamaraci ſimilia. Cc.

Siſelis Cyprius, herba eſt quam & ricinum uocant, nonnulli pentadactylum. Cc.

Siſer, herba cuius radicē olim nobilitauit Tyberius flagitans eam omnibus annis à Germania.

Siſto, ſiſti, ſupinum non habet, & ſignificat ſtare facio ſeu retineo: ut ſiſte gradū, ſiſte lachrymas. Plin. Sanguinis profluuiū ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrū. Quādoq; ſiſtere ſignificat præſentare, & quaſi præſentiam corporis exhibere, comparere. Dictum ab eo, quòd eò non tantum comparere quis debet, ſed etiā manere. Cicero ad Atticū, Des operā id quod mihi adfirmaſti, ut te ante Calē. Ianuarias ubicūq; erimus ſiſtas. Idem. Vas factus eſt alter eius ſiſtendi, vt ſi ille non reuertiſſet moriendum eſſet ſibi. Quandoq; eſt confirmare, corroborare. ut, Hic rem Romanā magno turbante tumultu Siſtet eques. Sto, tamen, ſteti, ſtatum facit unde ſtator: nō autem à ſiſto, ut quidam putauerunt: quum (teſte Priſciano) nullum habeat ſupinum, nec vllum vocabulum à ſiſto profectū legamus. Nam ſi ſupinum haberet, non ſtatum, ſed ſtitum eſſet: quoniam eius præteritum non ſteti eſt (vt Priſcianus quoſdā velle dicit) neq; ſtatui, ut ipſe ſentit, quoniam tūc ſtatutum ſupinū faceret: ſed ſtiti eſt, ſi Gellio credimus ita dicenti: In libro uetere M. Catonis, qui inſcribitur contra Tyberium exulem, ſcriptum quidem ſic erat: Quid ſi uadimoniū capite obuoluto ſtitiſſes? recte illi ſtitiſſes ſcripſit, ſed falſi & audaces emendatores excriptos per libros ſtetiſſes fecerūt, tanquàm ſtitiſſes vanū & nihili uerbum eſſet, quū potius ipſi nequàm & nihili ſint q ignorāt ſtitiſſes dictum à Catone, quoniā ſiſteretur vadimonū, non ſtareſ. Igitur quum ſupinum huius uerbi ſi habet, conueniat eſſe ſtitum non ſtatum, iam conſtat ſtator à ſtatum non à ſtitum eſſe formatū. Præterea quū nullū uocabulū à ſiſto deſcendat, multa uerò à ſto, nemini dubium eſſe debet, quin ſiſto ſupino careat, niſi forrè à ſtatuo mutuetur. Hinc enim ſtabilis, ſtabilio, ſtellæ, ſtaturus, & multa alia. Nec quia Romulus orauit Iouem ut ſuorum fugam ſiſteret, & ſtatori Ioui templum uouerit, idcirco à ſiſto ſtator eſt. Non enim dicit Liuius, propterea quòd Romulus precatus eſt Iouē vt ſuos ſiſteret, inde Iouē ſtatorem adpellatū, nec Romulus Iouem ſtatorē ſe adpellaturū ſi ſuos ſiſteret, ſed ait: Hic ego tibi templū ſtatori Ioui. id eſt, qui es ſtator propria virtute ſtans & rerū ſtabilior tanquàm ſtabilitori noſtro futuro templū quod monumentū ſit poſteris, tua præſentia præſeruatam eſſe vrbem, voueo. Nam quòd Romulus dixit, fugam fœdam ſiſte: non ſic accipiēdum eſt, quòd precatus ſit Iouem vt ſuos ſolū ſiſteret (hoc enim ridiculū foret) ſed vt ſic ſiſteret vt in Sabinos īpugnātes ac inſectantes ſtarent, illiſq; reſiſterent. Quod Liuius eodem loco tangit quum ait: Hæc præcatus, veluti ſi ſenſiſſet auditas preces. Hic (inquit) Romani Iupiter Optimus Maximus reſiſtere atq; iterare pugnā iubet. Reſiſtere Romani tanquàm cœleſti uoce iuſſi. Hoc etiam Cice. lib. i. Inuec. proprie poſuit: Tum tu Iupiter qui iiſdem quibus hæc cōdita auſpiciis à Romulo es cōſtitutus, quem ſtatorem huius urbis atq; imperii uerè nominamus, hūc & huius ſocios à tuis

aris cæteriſq; templis à tectis vrbis, à mœnibus, à vita, fortunisq; ciuiū omniū acerbis. Et lib. 3. de Fin. ad ſeruandū genus humanū natura incitantur, atq; etiā Iouem quē Optimū Maximū dicimus, quumq; eum ſalutarem, hoſpitalē, ſtatorem, hoc intelligi volumus, ſalutem hominū in eius eſſe tutela. Ex his cōſtat Iouem cognominatū ſtatorē fuiſſe, non à ſiſtendo (vt Valla dixit) ſed à ſtando. Quia tum ſtare ſolus putaretur aduerſus, templo ſibi dicato, tanquàm vrbis Romæ Romaniq; populi ſtabiliori, vt ibi pro tutela Romanorum veneratus ſtaret hoſpitalis, eò quòd Romanos aduerſus Sabinos ſtare feciſſe crederet. Quod & pater meus Auguſt. lib. 3. de Ciuita. Dei paucis uerbis cōplexus eſt dicens. Hic tñ Romulus de ſuorum virtute deſperans, Iouem orauit vt ſtarent, atq; ille hac occaſione nomen ſtatoris inuenit. Nec mirum ſi à ſto ſtator ſit: quoniam ſtare eſt virorum fortiter pugnantium: vt apud Plaut. in Amphit. Si in fugā ſe tamen nemo conuertit, nec recedit loco quin ſtatim rem gerat, animam omittunt prius quàm loco demigrent, quiſq; ut ſteterat iacet obtinetq; ordinem. A' Siſto fiunt compoſita Abſiſto, Adſiſto, quod eſt præſentem me exhibeo, ſiue coram me firmo. Terent. in Adel. Accede huc Parmeno nimium iſthoc abiſti, hic propter hunc adſiſte. Vergil. Ac Libyæ citus adſtitit oris. id eſt, præſentauit. Conſiſto, Circūſiſto, Deſiſto, Exiſto, Inſiſto, Obſiſto, Perſiſto, duro, perſeuero. Apul. Quum me rogaſſent an in propoſito perſiſterem. Præſiſto, ante ſiſto. Reſiſto, Subſiſto.

Siſtrum, muſicum inſtrumentum, hoc eſt, cornu recuruum, peculiare Aegyptiorum quo vtūtur in Iſidis ſacris: argutum & ſonorum dum percuteretur, qui ob id Siſtrati dicuntur. Ouidius,

Per tua ſiſtra precor per Anubidis ora verendi.

Apuleius, Aereis & argenteis & aureis ſiſtris argutū tinnitum conſtrepentes. Martialis,

Si quis plorator collo tibi vernula pendet,
 Hæc quatiet tenera garrula ſiſtra manu.

Hoc tamen inſtrm apud Aegyptios vicem tubæ exhibebat. Verg. Patrio uocat agmina ſiſtro. Inde à Martiale dicitur Siſtrata tuba.

Siſyphus, pen. cor. fuit Aeoli filius, qui ob latrocinia à Theſeo fertur occiſus, & hac pœna apud inferos affici, vt grande ſaxū ſupra mōtem portare coactus, quum ad apicem deduxerit, continuò ad ima relaxetur: vnde Ouid. libro. xiii. Metamorpho.

Aut petis aut urges rediturum Siſyphe ſaxum.

Sitanius panis, dicitur ex nouo frumento intra trimeſtre ſpatium à tempore meſſis factus. Cc.

Sitarchia, uas repoſitorium, ſiue ſaccus vel pera in qua poni cōſueuit cibus. σῖτον enim cibus. Hieron. lib. 3. Regum, Panis deficit in ſitarchiis noſtris, & ſportulam non habemus.

Sithonia, regio littoralis Macedoniæ, verſus Thermopontū, in qua mons eſt Sithon niuoſus. Vergil.

Sithoniasq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.

Hoc etiā nomine dicta fuit Thracia, ut inquit Gelli. lib. a. Vnde ſpirat Aquilo, quoniam ad Septētrionē expoſita. Ouid. Et Sithonio Aquilonē.

Siti, dicunť etiam qui conditi ſunt, nec tñ eorum ante ſepulchrum quàm iuſta facta & corpus cæſum.

Sitibundus, abundè ſitiens.

Siticen, qui apud ſitos. id eſt, vita functos & ſepultos cantare ſolitus eſt. Cornucopiæ.

Siticuloſus, qui ſemper ſitit. Inde Horatius, Siticuloſam vocat Apuliam.

Sitis, proprie bibendi adpetitus. Per tranſlationē ponitť pro nimia auiditate cuiuſq; rei. Plancus: Cupio te amplecti, neq; aliter ſitim iandiu cōceptam ſedare poſſum. Hinc Sitio, is, luſti. Satiare (inquit) ſanguine quem ſitiſti. Huius diminu. eſt Siticula.

Sitometra, menſura frumenti ad largiendum.

Situla, ciſta, qua populi ſuffragia in creādis magiſtratibus, legibuſq; ferendis colligebātur. Plaut. in Caſ. Sortitia illa in ſitula. Situla etiā uas ad hauriēdum aquā adcōmodū, quòd aquam ſitiat. Idem, Si hanc ſitulā accepero, oēm illi puteo animā intertraxero. Huius diminutiuū eſt Sitella. Cicer. pro Corne. Neq; maius eſt legere codicem quum intercedatur, quàm ſitellam ipſam cum ipſo interceſſore deferre.

Situlum barbarū, vulgus adpellat vas aquariū, breue & latū, quod Græci nanū dicunt, à natando. Cc.

Situs, a, um, poſitus. Et Situm eſt quicquid loco ſuo poſitum non euertitur. Teren. in Adelph. In quo noſtræ ſpes opeſq; omnes ſitæ erant.

Situs, us, larugo ex humore creata, qui fit in locis Sole carentibus. Donatus exponens illud Verg. lib. vii. Sed te victa ſitu. ſic ſcribit. Situs eſt corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fiunt ſpecies, uno loco, & prolixo tēpore conſtitutæ. Victa ſitu, quaſi quæ ſenio eſſet, & nihil agendo corrupta. Solet autē in locis ſitulentis odor quidam teter & aſpernabilis olfactantium nares offendere, q & ipſe Situs dicitur. Plin. lib. xxi. Peſſimum eſt crocum quod ſitum redolet. Sed etiam ſitus vultu, capite, totoq; corpore & habitu, præſertim inopū, qualē Lucretius deſcribit: Fœda ſitu macies. Hūc etiam pedorem dicimus. Columel. lib. v. Vitibus ſitum dedit: iam verò muſcus qui more compedis crura vitium & vineta comprimit, ſituq; & veterno macerat, ferro diſtringēdus & eradendus eſt. Præterea Situs dť loci qualitas. vt de Situ Syracuſarū. Verg. lib. i. Georg. Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. id eſt, ſicut ſiat.

S ANTE M.

SMaragdites, gēma circa Calcedonē. Cc.

Smaragdus, gemma qua oculorū acies recreať, qua nihil viridius. Hinc Smaragdinus, a, um, penul. cor. Suidas: Σμάραγδος θηλυκῶς λέγεται. ἔστι δ' ἄλλος λίθου πολυτίμου ἔλεγχος δὲ ἀνδρεία τινος τὴν θεοσεβάνε, καὶ λοιπά. id eſt, ſmaragdus fœminine dicitur. eſt enim lapidis genus pretioſi, argumentum conſtantiæ, pietatis, & reliqua.

Smigma, atis, dicitur omne illud quod purgat. ab σμήχω, purgo, abſtergo. Et eſt generale nomen quo medicamentū omne ſignificatur, quod valet ad emaculandam faciem, & abſtergenda corporum deho

ueſtamenta. Hieronymus in Daniele: Adferte mihi oleum & ſmigmata.

Smigticus,a,um,vt vis Smigtica,efficacia ſmigmatis.

Smilax,arbor quam Latini taxum vocant. Et eſt genus herbæ,hederæ ſimilis, denſis geniculatæ, caulibus ſpinoſæ, fruticoſæ ramis,folio herbaceo, flore candido olente lilium. Ouid.lib.4. Metamorpho. Et crocon in paruos uerſum cum ſmilace flores. Sunt qui Smilacem autophorum uocant,quaſi ſeipſum ferentem. Hinc ſmilaceus,a,um,quod eſt factum ex ſmilace. Galien.inquit ueteres etiam ſine ſ,protuliſſe,hoc eſt,ſmilax,& milax.

Smyntheus,uocatus eſt Apollo,quòd feruens currat. Cornucopiæ.

Smyrna,vrbs in minori Aſia, quam fluuius Meles circumfluit. Hanc Theſeus Theſſalus, in memoriā vxoris ſuæ,quæ ſmyrna uocabatur,extruxit. Ex hac Homerum ortum habuiſſe quidam exiſtimant. Etiam ſmyrna à Græcis myrra dicitur. Inde ſmyrnium herba,quæ & oliſatrum.

S ANTE O.

SOana, fluuius Aſiæ.

Soanes,populi Aſiæ,Caucaſi extremà obtinētes (ſicut Strabo refert lib.xi.) qui ducenta hominū millia cogunt in exercitum.

Soboles,ſucceſſio,ab oleſcēdo, id eſt,creſcēdo dicta.

Sobrini,duarū pluriumúe ſororum filii:quaſi ſororini. Patrueles patruorum filii, id eſt,duorū aut pluriũ fratrum filii.

Sobrius,dr homo ſanæ mētis:quaſi ſepatus ab ebrio. Terentius in And. Tu pol homo non es ſobrius.

Socculus,paruus ſoccus. Sueto.in Vitel. Pro maximo munere à Meſſalina petiit, ut ſibi pedes pberet excalciandos,detractumq́ ſocculum dextrum inter togam tunicasq́ geſtauit.

Soccus,per duplex cc,genus calciamenti, à ſacco deductum nomen, ad cuius ſimilitudinē erat factum: ita quod ligatum ſupra pedem plicas multas per totum effundebat, quod non tantū comœdorum erat (vt apud Horat. Hunc ſocci cœpere pedem.) ſed etiā mulierum. Hiero.ad Saluinam, Quæ pullam tunicā, nigrosq́ calceolos cādidæ ueſtis & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti. Sueto.de Cali. Sæpe gemmatas depictasq́ penulas manuleatus & armillatus in publicū proceſſit. Aliquādo ſericatus & cycladatus,ac modo in crepidis & cothurnis,modo in ſpiculatoria caliga nonnunquàm ſocco muliebri.

Socer,vxoris meæ pater. Socrus, vxoris meæ mater. Socer magnus,vxoris meæ auus,qui & Proſocer dicitur,& ego ſum illius progener. Et auus meus, Socer magnus eſt uxoris meæ:illa illi pronurus. Socer autem & ſocrus dicitur,quia ſibi generum adſociēt. A ſocer fiunt Conſocer,& Adſocer. Conſoceros uocant,quorū filii inter ſe matrimonio copulati ſunt. Verbi gratia. Ergo illi conſocer ſum,& ille mihi cō ſocer eſt,cuius filio filia mea nupſit. Proſocer,& Abſocer,eodem modo dicuntur quo prauus & abauus.

Socialis,& hoc ſociale,quod eſt ſociorum: vnde ſociale bellū,quod cum ſociis geſtum eſt: hoc dictum eſt Marſicum,quū à Marſis rebellandi ſuſcitatū fuerat initium. Sociale autem,quia omne Latium, Picenum & Hetruria omnis,atque Campania, poſtremò Italia contra Romam conſurrexerunt.

Socienus,dicebatur ſocius. Plautus, Ibo intrò atq́ illi ſocieno tuo iam interſtringam gulam.

Societas,quaſi pticipatio. Liui. Infida regni ſocietas.

Socio,as,iungo:quaſi ſociū ſocio adpono. Colu.lib. 4. At ſi quis cum ſcientia ſociauerit diligentiā. Eius compoſita ſunt Adſocio,Conſocio,eiuſdē ſignificationis cum primitiuo. Lactan.lib.vii. Licet anima et corpus conſociata ſint. Diſſocio,deiungo: ſicut diſſuadeo,dehortor. Nam dis interdum non diuerſitatem,ſed diuiſionem facit:ſicut diſſimilitudo,diſpar, & huiuſmodi. Cicero: Quorum diſſimilitudo diſſociat amicitiam.

Socius,dicit quod ſit eiuſdem ſortis: vel quòd ſecet, id eſt,diuidat laborem alterius: vel quòd cum in re laborioſa ſequatur:uel à ſocco qui calceus eſt utriq́ pedi aptus:quoniam ſocius ſe amico commodum in utraq́ fortuna præbeat. Sūt autem ſocii qui pari cōſilio & autoritate rem ſimul aggrediuntur. Et qui in re ſeria & laborioſa aliquorum pares ſunt. Vnde ſocii populi Romani dicebantur,ita cum is fœdere cōiuncti,ut pacis ac belli participes eſſent:quāuis plus ſit ſocius quàm particeps. Comites qui conſulendo, operamúe præſtando, ſubſequuntur: & proprie in itinere,qui non ſua cauſſa iter capiunt, ſed ut alium proſequantur. Cæſar: Quum ſe victoriæ Pompeii comitem eſſe mallet quàm ſocium Cæſaris. Et generaliter quicūq́ aliquem ſequitur,comes adpellatur. Cice. Eſt gloria comes uirtutis. Gloria enim ſequitur honeſtatem,ſicut umbra corpus. Sodales in rebus leuioribus & ferè in conuiuiis dicuntur, quaſi ſimul edales:vel quia vnà ſederent,& eſſent ſimul in menſa:vel quòd ex ſuo datis veſci ſolerent vel quòd inter ſe ſuaderent quod utile eſſet. Quintil. Et tempeſtiua conuiuia, & peruigiles iocos aduocata ſodalium turba ſolutus atq́ effluens agerem. Caius, Sodales ſunt qui eiuſdem collegii ſunt. Cum eo ſentire videtur apud Ciceronem Antonius,qui Norbanum quæſtorem ſuum adpellat ſodalem.

Socrates,pen.cor.philoſophus Athenienſis,vnus omnium ſapientiſſimus iudicatus,qui philoſophiā naturalem in moralem tranſtulit. Suidas: Σωκράτης Σωφρονίσκου λιθοξόου καὶ μητρὸς Φαιναρέτης μαίας πρότερον γενόμενος λιθοξόος ὥς τε καὶ φασὶν αὐτοῦ ἔργον εἶναι τὰς ἀθήνησιν ἐνδεδυμένας χάριτας. εἶτα ἐφιλοσόφησεν ἐπὶ τὸ ἀκοῦσαι Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζομενίου. id eſt, Socrates ſophroniſci lapidarii fabri & Phænaretæ obſtetricis filius, primum ſtatuarius, aiuntq́ gratias Athenis opus eius eſſe,poſtea philoſophiæ dans operā, Anaxagorā Clazomeniū audiuit. Hic æquabilitatē in omni uita ſeruauit:vt idem ſemp vultus,eadēq́ frons,ſiue proſperis ſiue aduerſis rebus extiterit uſq́ ad extremū. Pli.lib.vii. Fertur Socratē clarū ſapientia,eodē ſemp uiſum uultu, nec aut hilari magis aut turbato. Habuit duas uxores, Xantippen & Myrtonen uno tēpore:quæ quum cre-

bro inter ſe iurgarent, & ille eas eſſet ſolitus deridere, quòd propter ſe fœdiſſimum hominem, ſimis naribus, recalua fronte, piloſis humeris, repandis cruribus diſceptarent, nouiſſime verterunt in eum impetum, & male multatũ fugientemq́ diu perſecutæ ſunt. Quondam quum infinita conuitia ex ſuperiori loco ingerenti Xantippæ reſtitiſſet, aqua perfuſus immunda, nihil amplius reſpõdit, quàm capite deterſo: Sciebam (inquit) futurum vt poſt iſta tonitrua hymber ſubſequeret. Interrogauit Alcibiades, quur mulierẽ tam acerbam domo non exigeret? Quoniam (inquit Socrates) quũ illam domi talem perpetior, inſueſco & exerceor quò foris petulantium iniuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi intolerandam eſſe Xantippes maledicentiam. Tu (inquit) non ne toleras anſeres clamore perſtrepentes? Illo annuẽte, quoniam mihi oua & pullos pariunt. Et mihi ait Xantippe filios gignit. Pater Socratis fuit, Sophroniſcus lapidarius, mater Phænareta obſtetrix. Qui in paupertate beatiſſimus, amicis olim audientibus, Emiſſem pallium ſi nummos haberem. Neminem popoſcit, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Hic auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, poſtea ad Archelaum Phyſicum ſe contulit. Qui animaduertens, naturalis ſpeculationis fructum nullũ eſſe, inuenit primus ethicen, id eſt, moralem philoſophiã, ad quem tranſiens, fertur dixiſſe, Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Autor eſt Xenophon Socratẽ nunquàm de natura rerũ, neq; de ſublimioribus rebus diſputaſſe, quum ea ſint ſupra captum hominũ. Ex Socratis variis in omnem partem diffuſis diſputationibus, plures fluxere diſcipuli. Et quum alius aliud adprehenderet, proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe, quũ tamen omnes ſe philoſophos Socraticos & dici vellent & eſſe arbitrarentur. Primum ab ipſo Socrate Plato, à Platone Ariſtoteles & Xenocrates. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam & duriciam in ſocratico ſermone maxime adamarat Cynica ab Ariſtippo quem maxime voluptariæ diſputationes delectarũt, Cyrenaica philoſophia manauerunt. Fuerunt etiam alia genera philoſophorum. vt Eretricorum, Megaricorum, Pyrhoniorum qui ſe ſocraticos eſſe dicerent. Vnde merito philoſophorum fons Socrates adpellatus eſt.

Socus, per ſimplex c, fuit vir Troianus animo & corporis dignitate generoſus.

Sodalis, vide in dictione ſocius. Hinc ſodalitas & ſodalitium, quæ ſignificant collegium multorum ſeu conuiuium. Cic. Sodalites me quæſtore ſunt inſtitutæ. Idem in Arte veteri: Venit in ædes quaſdam in quibus ſodalitium erat futurum eodem die.

Sodes, quidam aduerbium precationem vel exhortationẽ denotans, arbitrantur. Priſcianus putat eſſe verbum, ait enim quædã verba eſſe quæ in vſu deficiunt perſonis. vt cedo, ſodes, ſalue, aue, fuis, infit, inquam, foret, fio. Dictum ſodes, pro ſi audes, vt ſis, pro ſi uis, ilico, pro in loco.

Sodoma, mæ, & ſodomum, & ſodoma, orum, plurali tantum. oppidum fuit Iudææ, de quo legitur in Geneſi, Antequàm ſubuerteret dominus ſodomam & Gomorram. Et iterum, Habitauit in ſodomis. Solinus de Situ Iudææ, Ibi duo oppida vnum ſodomũ, alterum Gomorrum. Hinc ſodomitæ, dicti ſunt Sodomorum incolæ.

Sodomito, tas, pen. prod. verbum obſcœnum. Cicero lib. i. Offic. Latrocinari, fraudare, adulterare, ſodomitare turpe eſt, ſed dicitur non obſcœne.

Sogdiana, prouincia Aſiæ, quæ (vt li. vi. ſcribit Ptol.) à Septentrione parte ſcythiæ terminatur, ab Oriente Sacis, à Meridie & Occaſu Bactriana. In ea ſunt vrbes, Oxiana, Maruca, & Alexãdria, quam (ut Solinus ait) Alexander tertiam condidit ad conteſtandos itineris ſui terminos.

Sol, fax cœleſtis antea dicebatur, & mũdi oculus, cor cœli, iucunditas diei, naturæ gratia ſiue regimen, ac numen ſyderum ipſorum, cœliq́ rector. Speuſippus philoſophus, Sol eſt cœleſtis ignis qui ſolum ab Ortu ad Occaſum ab oculis adſpici poſſit, aliter ſempiternum aſtrum, animatum, diurnum ac maximũ. Vel quòd vnus ſit & non plures vt ſentit Cicero, quodq́ tantum claritatem ſolus obtineat. à ſolus fit: quòd ſolus quum eſt exortus obſcuratis omnibus aliis adparet, vel (ut ſcribit Diomedes) ab Hyperionis filio, qui liber à Romanis adpellatus eſt, quòd liber & vagus ſit. Soles tamẽ plurali numero, pro die legimus. Verg. lib. iii. Tres adeò incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago. Et ſoles, Solis ſplendores vel radii dicuntur. Martialis,

Hybernis obiecta locis ſpecularia puros
Admittunt ſoles & ſine fæce dies.

Item ſoles, æſtus vel ardores ſolis.

Corporis exigui præcanũ ſolibus aptum. Hinc inſolo, as, de quo ſupra. Sol a ſit Græce dicitur ἥλιος.

Solamen, idem quod ſolatium. Cic. in Lxl. Et ſi illis planè orbatus eſſem, magnũ tñ ferret mihi ætas ipſa ſolamẽ. Verg. Solamẽq́ mali de collo fiſtula pẽdet.

Solanus, a, um, pen. prod. idẽ quod ſolaris. Hinc Subſolanus ventus, qui ſub ſole oriente naſci videtur.

Solario, as, pen. prod. in altum ædifico.

Solaris, & hoc Solare, quod eſt Solis. ut radii ſolares annus ſolaris, quum ſol expleto per omnia ſigna circuitu ad id vnde digreſſus fuerat rediit, quòd fit ferè. ccclxv. diebus. Et Solaris herba quæ Græce heliotropium dicitur, quòd ſe cum ſole circumuagat, etiã nubilo die. Tantus eſt eius ſideris amor.

Solariũ, locus in quo horæ ad ſolẽ conſpiciuntur. Primus Romanis hoc ſtatuiſſe dr̃ L. Papyrius curſor ad ædẽ Quirini ante duodecim annos quàm eũ Pyrrho bellatũ eſt. Nã prius Ortus tantũ & Occaſus ſolis nominabant, poſt aliquot annos adiecto Meridie. Dr̃ & ſolarium, locus in domo ſuperior ſtratus. Hieron. lib. ii. Reg. Vidit mulierem ſe lauantem ex aduerſo, ſuper ſolarium ſuum. Nam Latini ſolaria vocant plana tecta, quæ Græci domata, vt idem Hieron. eſt autor. Præterea ſolariũ adpellãt Iuriſconſulti vectigal, quod pro ſolo pẽditur titulo, ne qđ in publico fiat.

Solati, dicuntur qui ſoli correpti ſunt quemadmodũ ſiderati, qui ſidere. Plinius, Sic & ſolatis proſunt.

Solatium, ipſa conſolatio, & proprie rebus fit. Hiero. Mittitis ſolatia ſumptuum. Quintil. Cæcitatis miſeriæ ſolatium eſt habere rem videntium.

Solea, quæ ſolo pedis ſubiicitur. quandoq; etiam id genus calceorum eſt, quo plantarum calces tantum obteguntur, cæteris propè relictis nudis, pedis partibus teretibus, ſuperne pedē vinciens anſis, quas ligulas vocant alio nomine ſuberes dicuntur, & à Græcis crepidæ, licet hæc differre putent aliqui. Dictæ Soleæ, quòd ſola pedibus ſubiiciantur. Plautus in Tru. Date iam ſoleas, atq; intrò me actutum ducite. Fiunt autem quandoque ſoleæ quum ſolea capitur pro ea quæ ſolo pedis ſubiicitur ex ferro vel argēto, corio, vel alia materia. Nam equis & bobus ſoleæ ferreæ adplicantur. Catullus,

Et ſupinam animam graui delinquere cœno.
Ferream vt ſoleam tenaci in voragine mula.

Ponitur interdum pro calceo. Propertius,

Proſilit in laxa nixa pedem ſolea.

Item Solea genus piſcis plani, à ſimilitudine ſoleæ, de quo Columel. Pli. lib. xi Rumbi, ſoleæ, paſſeres, habent formam planam. Et ſolea dicitur materia roborea, ſuper quam paries cratitius extruitur. Iuuenalis,

Et ſolea pulſare nates.

Solearii, ſolearum ſutores. Plautus in Aulul. Solearii adſtant, adſtant molochinarii.

Soleatus, dicit qui ſoleiis indutus eſt. Gellius, Quur ſoleatos dixiſſet, qui Gallicas non haberent ſoleas.

Solenes, genus concharum, quod & onychas & digitos vocamus, itemq; donacas & aulos.

Solennis, & hoc Solenne, per duplex nn, quod omnibus annis præſtari debet. compoſitum nomen ex ſolo & anno. Vale. Maxim. Maiores ſtatas ſolennesq; ceremonias pontificum ſcientia bene gerēdarum rerum autoritate, &c. Hinc ſolennitas.

Solennitus, veteres pro ſolēniter ſcripſerūt. Lucilius, Solennitusq; eum laudet lubens. Cc.

Solennium, ii, & Solennia, ſolenniorum, feſta quæ ſingulis annis certo tempore fiunt.

Soleo, es, ſolitus. quaſi ſolus, id eſt, totus eo, Sallu. lib. ii. Hiſt. etiam ſolui præteritum vſurpauit. Neq; (inqt) ſubſidiis vti ſoluerat compoſitis. Eius ſignificatio nota eſt. Accipitur enim pro ſolere, eſſere vſato. Verg.

Vnde omnis Troia videri
Et Danaum ſolitæ naues & Achaica caſtra.

Huius cōpoſita ſunt, Aſſoleo, Abſoleo, Obſoleo, Inſoleo, Inſolens, Inſolitus, pro Inſueto.

Solers, contrarius maxime eſt inerti. hoc eſt, totus ingenioſus, & artificioſus, quaſi totus ex arte, vel quaſi ſolus in arte ſit, quiq; in omnibus rebus prudens eſt. Teren. in Eun. Fac periculū in literis, fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo. Hinc Solertia, quæ eſt ingenium totum acutū & artificioſum mentis perſpicacia atq; induſtria, qua quidem bene vtuntur, quidā male. Bene, Cicero in Cato. Tū eum dixiſſe mirari, ſe nonmodo diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius à quo eſſent illa dimenſa atq; deſcripta. Male. Idem lib. i. Offic. Itaq; eorum fines ſicut ipſi dixerant terminauit & in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Vnde hoc improbans Cicero, ſequitur & ait, Decipere hoc quidem eſt, non iudicare, Quocirca in omni re fugienda eſt talis ſolertia. Ex quo adparet etiā quòd ſolers, quis bonus, vel malus erit pro qualitate ſolertiæ qua vtitur. De cuius proprietate Claudianus lib. iii. de Raptu, ſic inquit, Rerūq; remotas

Ingenioſa vias paulatim explorat egeſtas,
Vtq; artes pariat ſolertia nutriat uſus.

Solet, īperſonale, paſſiuæ ſignificatiōis. Cice. in Læl. Quum in hortos D. Bruti cōmentandi cauſſa (vt ad ſolet) venimus, tu non adfuiſti.

Solis, ciuitas inſignis Ciliciæ, ab Achiuis & Rhodiis ædificata, poſtea Pompeiopolis adpellata, à Pōpeio, qui pyratas in eam tranſtulit, quos dignos exiſtimauit vt ſeruarentur. Hinc fuit Chryſippus philoſophus ſtoicus, & Philemō comicus poeta, & Aratus qui de aſtris verſu conſcripſit, cuius plurima carmina Cicero in Latinum vertit.

Sollicito, as, pen. cor. ſpem metumq; oſtendo. vt, Sollicito plebem. Aliquando inquieto, & curam iniicio ſeu contriſtor. Terent. in Andr. Quur meam ſenectutem ſolicito huius amentia? Hinc Solicitatio, quæ fit ab alio. Aliquando inſto. vt, Solicito te promiſſis. Curtius li. ii. Verum enimuerò quum modò milites meos literis ad proditionem, modò amicos ad perniciem pecunia ſolicitet, ad internecionem mihi perſequendus eſt, non vt iniuſtus hoſtis, ſed vt percuſſor veneficus. Dictum Solicitare, quaſi ſolo citare. i. d eſt, ex ſuo loco mouere. Proprie enim ſignificat terram verto. Tibul. Et teneram ferro ſolicitauit humum. Sed quia ſolum etiam de mari dicitur, ponitur quandoq; pro nauigare, & mare vertere. Claudianus,

Et rudibus remis ſolicitauit aquas.

Solicitudo, cura, & mentis inquietudo, quæ mentibus inhæret. Terenti. in And. Quantas hic conficit ſolicitudines.

Solicitus, inquietus, & curis adfectus, non autem diligens. Cicero Cælio, Deſunt autē propter hanc cauſſam, quòd mirificè ſum ſolicitus, quidnā de prouinciis decernatur.

Solideſco, ſolidus fio. Plinius, Veſica membrana conſtat vulnerata cicatrice non ſolideſcit.

Solido, as, pe. cor. roboro, firmo, quod vernacula lingua dicimus ſaldare. Verg. lib. i. Georg.

Area tum primum ingenti eſt æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta ſolidanda tenaci.

Soldurius, lingua Gallica dicitur deuotus. Cæſar, Cū ſexcentis deuotis quos Galli ſoldurios adpellant, quorum eſt conditio, vt omnibus vitæ cōmodis vnà cum his fruantur quorum ſe amicitiæ dediderunt. Si quicquàm vni accidat, aut eundem caſum vnà ferát, aut ſibi mortem conſciſcant.

Solidus, a, um, pen. cor. modò iuge ac continuū ſignificat. Plau. Decē annos ſolidos errauit puer. Modò plenum, integrum, nihil cōcaui aut vacui habens, vnde ſolidum corpus dicimus, quod conſtat longitudine, latitudine, & altitudine. Verg. Solidoq; adamante columnæ. Hinc fit inſolidum aduerbialiter, quod

ſignificat in integrum: ut, Omnes promiſerunt inſolidum ſe ſatisfacturos. id eſt, integrè unuſquiſq; pro ſe & non omnes ſimul. Solidon quidam à ſolo terra deducunt, alii à Solon Oſcorum uocabulo quod totum ſignificat. Eſt & Solidus ſubſtantiuum genus nummi, quo in præſentia utimur, quum dicimus uiginti ſolidos libram conſtituere.

Soliferreum, genus teli adpellatũ, quaſi totum ferreũ: nam ſolon ſignificat totum & ſolidum.

Solifuga, genus formicæ uenenatæ, à fugiendo Sole dicta.

Soliloquium, quod per nos contemplando loqui ſolemus.

Soliloquus, pen. cor. qui ſolus loquitur.

Solipugna, ſeu Solifuga, genus beſtiolæ maleficæ, q acrius cõcitatius q; fert calore ſolis, ũ nomẽ traxit.

Solis gemma, quæ ad ſpeciem Solis fulgentes in orbẽ radios habet.

Solis inſula, eſt in mari Indico, ſemper rubẽs, & (vt Solinus refert) omni animantium generi inacceſſa, qm eò ingreſſos vis circunfuſi aeris cõfeſtim exanimat.

Soliſtimum, pen. cor. quod eſt ſoli: ita enim à ſolo ſoliſtimum fit, ſicut à medio mediaſtinũ. De ſoliſtimo tripudio, vide in dictione Tripudium.

Solitarius, a, um, vt Solitarius, qui ſolus viuit. Hinc Solitarius piſcis, & Solitaria vita.

Solitaurilia, immolatio trium hoſtiarum erat diuerſi generis, tauri, arietis, & verris, quia omnes ſolidi, integri q; corporis ſint. Plin. lib. viii. Si potiatur Marti ſolitaurilibus piaculum fieri. Hoc ſacrificium cenſores (ut ſcribit Aſcon.) vrbẽ, completo quinquennio luſtrantes, de ſue, oue, tauro, faciebant.

Solito, as, frequenter ſoleo. Gellius. Scipionem Africanum ſolitauiſſe noctis extremo priuſquàm dilucularet in capitolium ventitare.

Solitus, a, um, pen. cor. ab eo quod eſt ſolus. Plaut. in Amphit. Qui ſoliti inuiti cubant. Eſt & Solitus à ſoleo. Ab eo fit compoſitum Inſolitus.

Soliuagus, pen. cor. qui ſolus vagatur. Augu. li. xii. de Ciuitate Dei: Nam quſ animantes alias ſolitarias & quodammodo ſoliuagas. id eſt, quæ ſolitudinem magis adpetant, ſicuti ſunt aquilæ, milui, leones, lupi.

Solium, armarium, ex vno ligno factum in quo reges ob corporis ſui tutelam ſedebant: dictum quaſi ſolidum, quoniã ex prædura materia arboris fiebat. Vel dr̃ quaſi ſolum, quòd in his ſoli ſederent. Sili.

Conſedit ſolio rerum q; inuaſit habenas.

Vel ſecundum Aſperum, per antiſtichon quaſi ſediſi, à ſedendo, Nam & ſella quaſi ſeda dicta eſt. Abuſiuè tamen qñq; ponitur pro ſella regali. Vergil.

Præfatus, diuos ſolio rex infit ab alto.

Quandoq; pro vaſe ſaligno vel abiete. Eo etiam vtimur ad vnum plurimos q; liquores transferendos, & ad pannos lineos cũ lixiuio calido & cinere emaculandos adcõmodato, & quo in balneis ſedentes lauamur. Celſus ĩterpoſitis duabus horis in ſoliũ, is aquæ calidæ reſupinus dimittendus eſt, ſicut à genibus ad vmbilicũ aqua teneat. Martia. Nõ uis in ſolio prius lauari. Sueto. de Auguſt. At quoties neruorũ cauſſa marinis albuliſq; calidis vtendũ eſſet, cõtentus hoc erat, vt inſidẽs ligneo ſolio, quod ipſe Hiſpanico verbo, duretã vocabat manus ac pedes alternis iactaret. Nonnunquàm huic ſimile vas dr̃, ſeu loculamentum ſepulchrale, in quo cõduntur defuncti. Plin. li. xxxv. Quoniam & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis cõdi maluere. Curtius, Septimus dies erat ex quo corpus regis iacebat in ſolio.

Solo, as, idẽ q ſolor, vñ & Deſolo, de quo loco ſuo.

Solœciſmus, eſt impar, & inconueniens compoſitura partium orationis, à noſtris imparilitas, à vetuſtioribus Latinis ſcribligo dicebatur, inuerſura & prauitate tortuoſa orationis, tanquàm ſtrebligo quædã. Siquidẽ στρεβλόω torqueo ac deprauo ſignificat. Per tranſlationem dicitur à poetis error. Iuuena.

Solœciſmum liceat feciſſe marito. Martialis,

Sæpe ſolœciſmum mentula noſtra facit.

Dicitur etiã Solœcũ, ſicut barbariſmus & barbaron. Solœci a ſit nomen à Solone deductum, Laertius teſtatur. Qui quum in Sicilia vrbem à ſuo noĩe Soloe condidiſſet, pauci ex Athenienſibus, quos in ea reliquit, non multo interiecto tempore, corrupto patrio ſermone, inconuenienti partium ſtructura loqui cœperũt. Quapropter qui eo vitio aliquando vterent, dicti ſunt σολοικίζειν, hoc eſt, ſolœciſſare. Suidas: Σόλοι Σικελίας πόλις καὶ Κύπρου ἀφ' ὧν, οἱ σολοικισμὸν βαρβαριζόντων κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶσσαν, Σόλων δὲ ταύτην κτίζει. id eſt, Soli Siciliæ vrbs & Cypri, à quibus ſolœciſmos barbarizantium, in propria lingua, Solon vero hanc condidit.

Solœcophanes, quæ & alœoſis, figura eſt. vt, Præneſte ſub ipſa. quum Præneſte ſit generis neutri, ſed retulit ad ciuitatem. Et Terentius in Eunuchum ſuam, referens ad comœdiam cogitatum.

Solon, fuit vnus ex ſeptẽ ſapiẽtibus Græciæ, patria Salaminius, q (teſte Gell. li. xvii.) Athenis claruit, Tarquinio Priſco Romæ regnãte. Hic Atheniẽſib[9] leges dedit, cũ tanto temperamento compoſitas, quòd parẽ gratiam à ſenatu & plebe contraheret, quanquàm plebs & ſenatus in ſumma prius eſſent diſſenſione.

Solophytus, iuuenis fuit regius, qui cũ Ilino regio ſimiliter per optimatum factionẽ, domo regia pulſus, ingentem iuuentutem ſecum contraxit, & in Cappadociæ ora conſedit. Cc.

Solor, aris, à ſolum, pro terra ſolida fieri quidã exiſtimant, ſolidum redintegro. Vergilius,

Interea longum cantu ſolata laborem.

Arguto coniunx percurrit pectine telas.

Hinc ſunt compoſita Conſolor Cicero Serui. Sulp. Quid me iſta res cõſolatur in tantis tenebris & quaſi perpetuis reipubl. Eſt enim vix conſolabilis dolor, tanta eſt omnium rerum amiſſio & deſperatio recuperandi. Deſolor, contrariũ eſt. Hiero. ad Tita. Sola deſperatione dormientis æſtuans, deſolatus ſolatio pii pignoris iactor. Et habent penul. productam.

Solox, lana craſſa, quaſi ſolida. item pecus, lana tectũ. Titinnius, Lana ſoloci ad purpuram data. Lucilius,

Montano hirco atq; ſoloce.

Solſtitialis herba, quæ Græcè heliotropium & helios

tropos dicitur, quòd tropas. id eſt, ſolſtitia ſpectet.

Solſtitium, ſolis ſtatio, quum Sol ultrà non progreditur, ſed retrocedere incipit. Singulis quippe annis duo ſolſtitia ſunt. vnum æſtiuum, alterum hyemale. Sunt enim duo tropici. hybernus & æſtiuus. Hybernus enim eſt per quem Sol trāſmittens octauam Capricorni partem Solſtitium hybernum facit. viii. Cal. Ianuarias, die quo tempore Sol altiores incipit circulos petere. Aeſtiuus vero, per quem ſol octauam partem cancri tranſmittens, Solſtitium æſtiuū facit. viii. Cal. Iulii, quo tempore remeare Sol ad inferiores incipit circulos. Sanè veteres Solſtitium ferè vocant æſtiuum, licet nihil adiiciatur. Verg. lib. i. Georg.

Humida Solſtitia atq; hyemes optate ſerenas Agricolæ.

Nam inuenias vbi adiicit brumale, vbi de hyberno fit mentio. Colum. xvi. Cal. Ianuarii Sol in Capricornum tranſitum facit brumale Solſtitium.

Soluendo non ſum, ſignificant non ſatisfacio pro eo quod obligatus ſum, ſiue pecunia, ſiue remuneratione. Cice. in Philip. Tu nec ſoluendo eras. id eſt, ſoluere debita non poteras.

Solum, dicitur omne quod ſuſtinet, & vnicuique rei ſubiacet, vbi aliquid poteſt. Vnde aquæ ſuperficies dicitur ſolum, quia nauium fundamentum eſt. Vergilius lib. v.

Subtrahitur q; ſolum.

Cœlum ſtellarum ſolum eſt. Ouid. lib. i. Meta.

Aſtra tenent cœleſte ſolum.

Ennius verò ſola terrarum plurali numero dixit. Aer etiam ſolum dicit, quia auium ſuſtentaculum. Hinc ſolum pro loco, ſeu ſedili ponitur. Item pro terra, quòd hominum & animalium fundamentum ſit. Colum. libr. ii. Nam quod ſicco ſolo ingeſtum & iam inoccatum périnde ac ſi repoſitum in horreo non corrumpitur. Vnde Natale ſolum, dicimus patriam, hoc eſt, terram in qua nati ſumus. Vnde exul, qui extra ſolum, hoc eſt, patriam eiectus eſt. Vergilius libro ſeptimo etiam menſam adpellauit ſolum.

Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.

Rurſus ſolum, inferior pedis pars, quam vulgò ſoleā vocant, q̄ calloſa ſit, & dura etiā diſcalciatis. Cic. lib. v. Tuſcul. Mihi amictui eſt Scythicū tegmen calciamentum ſolorum callū, cubile terra. Et ſolum dictū eſt, pro ſolea calciamenti & corio. Martialis,

Sordidus antiquas ſolitus producere pelles,
Et mordere luto putre vetus q; ſolum.

Proprie tamen Solum terra dicitur.

Soluo, is, ui, lutum, quod ligatum erat, non ligatum facio, enodo. Vergilius, libro ſeptimo,

Soluite crinales vittas capite orgia mecum.

Plaut. in Amph. Nam noctu hac ſoluta eſt nauis noſtra è portu Perſico. Sed quoniam qui debent, quodammodo obligati ſunt creditori: Soluere etiā pro debitum reddere ponitur. Cic. in Verr. Pro quo frumento, pecunia ſoluta non eſt. Hinc per tranſlationē Solutionis vocabulū ad omnē liberationē quoquo modo factā transfertur, magis q; ad ſubiectum obligationis, quàm ad numorū ſolutionē. Vnde Soluere pro ſatisfacere. Terent. in Adel. Neq; tu verbis vnquàm ſolues, quod mihi re malefeceris. Quandoque pro dimittere. Vergil. lib. ii. Georgic.

Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus.

Quādoq; pro liberare. Idem: Soluite corda metu Teucri. Vnde Solutus riſus dicitur magnus, & à curis liber. Idem: Riſuq; ſoluto. Quandoq; pro mollem facere. Horat. lib. i. Carm.

Soluitur acris hyems grata uice veris.

Soluere fidem, eſt rūpere, uel nō ſeruare fidem. Terē. In And. Soluiſti fidem. Et ſoluere eſt aperire. Col. li. vii. Ea porrò vena quæ in aure videtur eſſe ampliſſima, ſarmento prius verberat, déinde quū ad ictū intumuit, cultello ſoluitur. Cōpoſita huius uerbi ſunt. Abſoluo, Diſſoluo, Exoluo, Perſoluo, & Reſoluo.

Solus, à Solon, quod Oſcorum lingua totum ſignificat: nam qui vnus eſt, totus eſt. Hinc Solitudo, quæ & ſolitas à veteribus dicebatur. Sciēdum quòd ſolus, & vnus pro ſolus, more ſuperlatiuorum genitiuum regunt. vt, Solus vel unus omnium acipenſer ſquamis ad os verſis, cōtra aquas natandō meat, inquit Plinius: Item dicimus ſolus uel unus ex omnibus, vel inter omnes. Et quum ſingularitatem ſignificet, inuenitur tamen pluraliter. Terentius In Adelphis, Solæ ſumus. Quandoq; ſolus dicitur deſertus. Vergilius libro tertio Georgicorum,

Heu male tum Lybiæ, ſolis erratur in aruis.

Teren. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Idē, Non ne huc abiici oportet in ſolas terras? Facit q; genitiuum ſolius, & ſoli, ſolæ, ſoli. Idem in Eunuch. Mihi ſolæ ridiculō fuit.

Solutilis, pe. cor. quaſi ſolubilis, q facile ſolui pōt, vel q ſolutus, & nō fideliter cōſutus eſt. vt nauis qua Nero per inſidias matri Agrippinæ fecit naufragium.

Solutus, a, um, præter ſignificationes quas cōmunes habet cum ſoluo ponitur pro raro, quod eſt cōtrarium ſpiſſo. Colu. lib. i. Soli pinguis vel macri, ſoluti vel ſpiſſi, humidi vel ſicci.

Solymi, fuerunt populi iuxta Lyciam, quos Homerus pugnaciſſimos fuiſſe ſcribit, & à Bellerophōte deuictos. Cornelius Tacitus de Iudæorum origine, Alii clara Iudæorum initia Solymos carminibus celebratam, Homeri gentem cōditam urbem Hieroſolymam nomine ſuo feciſſe. vnde Iuuenalis, Interpres legum Solymarum. At declinat urbs Solymæ, arū, & Hieroſolymæ, arum, & Hieroſolyma, mæ. vnde Hieroſolymitanus.

Somatophylaces, cuſtodes corpis regis, quos Latinè priſco uocabulo latrones dixerūt, quaſi laterones.

Somatopeia, Latine corporis factura. Et eſt figura quū incorporeū, modo corporeo loq introducit.

Somniculoſus, à ſomniculo magis fit, quàm à ſomno. & is dicitur qui ad ſomnos uacat. id eſt, ſomno plenus & ignauiæ. Interdum dicitur non qui ſomno indulget, ſed qui in ſomnū inducit, habetq; uim ſomnificam. vnde Siſenna aſpidē uocat ſomniculoſam: non quòd ipſa dormiat, ſed quòd ui ſomnifica homines percuſſos enecet.

Somnifer, a, um, quod adfert ſomnū. Plinius lib. xviii.

Vis q; ſomnifera etiam ſatiuo papaueri.

Somnificus, a, um, q ſomnū inducit, ut uis ſomnifica.

Somnio,nias,per quietem aliqd, quaſi vigilás video: vnde Somniator apud Geneſim. Plaut. in Curculio. Quos tu mihi luſcos libertos, quos ſumanos ſomnias.id eſt,ſomniando loqueris. Auguſti. lib.de Ciuitate Dei abſolute poſuit.Et dormiuit in loco illo, & ſomniauit.

Somnolentus,ſomno plenus.Ce.

Somnorinū,apud antiquos diecbať id quod in ſomnis videť. Varro, Hic ſomnorinas imagines adfatur.

Somnus,Græcè ὕπνος, Latine apud antiquiſſimos ſypnus,poſtea ſopnus,mutata adſpiratione in s, & y, in o,ſicut fit in herpillon,ſerpillum. Sunt tamen q magis ſomnus vſurpent ſine p. Et dicitur Somnus quū dormimus. Vergilius libro primo Georgico.

Nec ſomnos abrumpit aura quietos. Somniū verò, illuſio quam patimur dum dormimus. Hieronymus ad Euſtoch. Nec uerò ſopor ille fuerat,nec vana ſomnia,quibus ſæpe deludimur.Ponitur quádoq; Somnus pro Deo. Martialis,

Et quia nulla venit tu mihi ſomne veni. Seruius tñ Cōmē.lib.vi.Aeneid.ait: Somnus ipſe Deus: Somniū,quod dormimus: Inſomniū, quod in ſomnis videmus.ut, Falſa ad cœlū mittunt inſomnia manes. Sciendum tamen(vt Macrobius docet) quòd eorū quæ dormientes uidere nobis uidemur, quinq; ſunt genera: ſomniū ſcilicet,viſio,inſomniū,oraculum,viſus,qui à Græcis phātaſma dicitur. Ex his inſomniū & phantaſma quum falſa ſint, interpretatione nō indigent,tria reliqua vates interpretantur. Et oraculū quidem eſt,quum quis in ſomnis aliquid nobis denuntiat. Viſio,quum id quis uidet quod eodem modo quo adparuerat euenit. Somnium autem proprie uocatur quod tegitur figuris, & velatur ambagibus non niſi interpretatione intelligendis. A' Somnus fit Inſomnis,quod eſt peruigil. Vnde Inſomnes noctes,dicuntur peruigiles.

Sonchos,herba quam ſeariolam Punici vocāt,& quā pimpinellam vulgus nominat.

Sonipes,penulti.corre.ſignificat celerem equum: à ſonitu pedis,quòd pedibus ſonet.

Sonito,as,pen.cor.frequentatiuum eſt à ſono.

Sonitus,us,pen.cor.idem quod ſonor. Verg.lib.iii. Dum flammas Iouis & ſonitus imitatus olympi.

Sono,as,aui,atum.vñ ſonatus,ſonaturus. Hor.lib.i. Ser. Magna ſonaturum des nōīs huius honorem. Dř & Sono,is,ui,itū. Accius:Clamore & gemitu tēplum reſonuit. Eſt autē ſonare muſico aliquo inſtrumēto canere.& cōſtruitur cū ablatiuo. Vergilius, Non arguta ſonant tenui pſalteria chorda. Et, Reſonāt arbuſta cicadis. Aliqñ ſignificat effingere, & ſic cōſtruiť cum adcuſatiuo. Verg.lib.i.Aeneid. Nec uox hominem ſonat. Manilius lib.v. Aura per extremas reſonauit flebile rupes. Aliquādo proferre,pronunciare.Hieronymus in prolo.Danī. Si ut uerum fatear,uſq; ad præſentē diem, magis poſſum ſermonem Chaldaicum legere & intelligere quàm ſonare. Aliquando laudare. Idem in prolog. Parali. Vnde & nobis curæ fuit,vt circuiremus prouinciam, quam uniuerſæ Chriſti eccleſiæ reſonant. Aliquando ſignificare.Idem ibi. Sed & ipſe adpellationes non homines ut plerīq; exiſtimāt,ſed vrbes, & regiones,& ſaltus, & prouincias ſonant. Quandoq; indicare,exprimere. Idem, Quid aliud ſonant Euangelia,niſi naſcentem dominum ex Maria uirgine? Illud autem eiuſdem. Habet neſcio quid latentis energiæ,uiua uox, & in aures diſcipuli autoris uoce transfuſa,fortius ſonat.hoc eſt, imprimit vel ingreditur.Huius compoſita ſunt Adſono, reſpondeo, ſeu iuxta ſono. Perſius, Reparabilis adſonat Echo. Interdum male ſono. Cōſono,ſimul ſono, cōcordo. à quo Cōſonantia,cōcordia vocum, quæ & vocalitas Latinè,Græcè euphonia dicitur.Circumſono.Cicero lib.iii.Offic. Tamen cōducere arbitror talibus aures tuas vocibus vndiq; circumſonare.Diſſono,diuerſe ſono,diſcordo.hinc Diſſonātia,uocum diſcordantia.Inſono,valde ſono. ut, Inſonuit nemus. Interſono,in medio ſono. Perſono,valde ſono,ſiue perfecte ſono,vel ſonando ſono. Lactā.lib.i. Qui quū frequenter citharæ cantu perſonaret,Citheron adpellatus eſt. Hierony.de Pauli. Cuius q; doctrinæ academiæ gymnaſia perſonabant id eſt,diuulgabant. Reſono,proprie contra ſonantem ſono. Vergil.

Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.

Et Reſonare,ſonum reddere. Apuleius, Et cicadarū cantu agri reſonarent. Item ſonum repræſentare,explicare. Hierony.in Iob: Hæc autem tranſlatio,nullū de veteribus ſeqtur interpretem, ſed ex ipſo Hebraico Arabico q; ſermone,& interdum nunc verba,nūc ſenſum,nunc ſimul vtrunq; reſonabit. Et illud. Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiā,ſua uerba reſonantē. id eſt, proferentē. Et omnia habent penultimā correptam.

Sonor,vehementior ſonus. Vergilius,

Magno veluti quum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni.

Sonorus,ra,rum,penult.produ.quod graue ſonat. Et proprie epitheton tempeſtatis eſt. Vergilius,

Luctantes uentos tempeſtates q; ſonoras.

Hinc Sonoroſitas,& Sonoritas.

Sons,ꝓprie dř cuius culpa iam ſonat, hoc eſt,q erroris cōuictus eſt. Vnde Inſontē dicimus eum,q innocēs repertus eſt.Item Sons eſt,qui cuiquàm rei nocet.

Sonticus,ca,cum pen corr.quod nocet. Vnde Sonticus morbus, qui totum inuadit corpus. Venuleius: Quoties morbus ſonticus nominatur, eum ſignificari Caſſius ait,qui noceat. Nocere autem intelligitur, qui perpetuus,non qui tempore finitur. Plinius: Gagates lapis,nomen habet loci,& amnis Gagatis Lyciæ. Niger eſt,planus,pumicoſus,non multū à ligno differens,leuis,fragilis:odore(ſi teratur)grauis. Fictilia ex eo inſcripta, non delentur. Quum uritur, odorem ſulphureum reddit. Mirumq;, accenditur aqua,oleo reſtinguitur. Fugat ſerpentes: ita deprehendit ſonticum morbum & virginitatem ſuffitus. Deprehendit,inquit:hoc eſt,vtrum perpetuus ſit, an interualla habeat. Quoniam autem Sonticus morbus eſt iuſta cauſſa abſentiæ, interdum Sonticū pro iuſto ponitur. Næuius: Sonticam eſſe oportet cauſſam,quamobrem perdas mulierem.

Sonus, dicitur omnis uox, & quicquid auribus pcipi poteſt. Hieronymus tamen in interpretatione Pſalmorum, docet Sonū proprie dici, quum auditur tantūmodo ſonus, & vox nō intelligitur. Soni tria ſunt genera. Aut enim uoce conſtat per fauces: aut flatu per tubam: aut pulſu per lyram, & omnia crepitantia. A' Sonus fiunt Abſonus, ſine ſono, inconueniēs. Altiſonus, Armiſonus. Bombiſonus, bōbum ſonans. Conſonus, conueniens, & ſimul ſonans. Diſſonus, diuerſe ſonans, inconueniens. Dulciſonus. Et omnia habent penultimam correptam.

Sophaci, adpellati ſunt Aphri. à Sophano, q in Aphrica regnauit.

Sophia, Σοφία, Latinè ſapiētia dr. & q eam pfitent, Sophi adpellant. σοφὸς enim ſapiēs, doctus. Mart. Quum tibi ſit ſophiæ par cura & cura Deorum.

Sophiſma, ſmatis, dicitur cōmentum & oratio ita cōpoſita, ut uera eſſe uideatur. Quo nomine etiam dicitur fraus, deceptio, cautela.

Sophiſta, Σοφιστὴς, & Sophiſtes, dicitur qui ſophiæ cauillator eſt. Vnde ea pars Dialectices nomē ſumpſit Sophiſticæ. Quid ſit, Suidas ait ſic. Σοφιστὴς πᾶς τεχνίτης, καὶ ὁ τὸ λεκτικὸν ἀσκῶν, καὶ ὁ ἐμπορεύων ὀχῶν ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἀπατῶν. id eſt. Sophiſta omnis artifex, & qui eloquentiam exercet, & qui in uerbis calſimiatur atq; fallaciis. Capitur nonnunquàm pro adparente & non exiſtente ſopho. Item pro ſapiente, nec nō & eo qui in arte Rhetorica proponit, quæ imitari debeamus. Plato ait Sophiſtas eſſe rhetores: qui veluti venatores parati ſunt ad capiendos iuuenum animos. Ariſtoteles lib. x. Ethicorū inquit: Scientiam gubernandarum rerum publicarum ſophiſtæ profitentur: quorum nullus rem publicam gerit. Hinc Antiſophiſtæ à Suetonio dicuntur inter ſe cōpugnantes ſophiſtæ.

Sophiſtica diſciplina, quam uenalem per urbes circunferunt, verbo demonſtrantes ſe oratoriæ & ciuilis diſciplinæ eſſe profeſſores, quum re uera ſint corruptores.

Sophocles, nomen poetæ tragici, qui inter Græcos principatum obtinet. Hunc Cicero diuinum poetam libro. i. de Diuina. uocauit. Hinc Sophocleus, a, um. Vnde carmina ſophoclea.

Sophron, Σώφρων, ονος, Latine temperantia qua carnales frenantur libidines, ne in quæq; uitia mentem conſentientem trahant.

Sophronium, nomen eſt fœminæ, per diminutionem adulationis amatoriæ prolatum, & ab σωφροσύνη, quæ eſt prudentia, deductū: velut totula prudens.

Sophroſynæ, temperantia, modeſtia, caſtitas. Hieronymus contra Iouinianum, Non enim (vt male habetur in Latinis codicibus) ſobrietas eſt legenda, ſed caſtitas. id eſt σωφροσύνη.

Sophus, Σοφός, Latine ſapiens. Vergilius,
Hinc omnis certat dialectica turba ſophorum.
Vnde ſophiſtæ dicti ſunt, antè quàm Philoſophi dicerentur. Pythagoras enim primus, honeſtatis gratia, non ſophum, ſed philoſophum uoluit ſe adpellari, vt Cicero teſtatur.

Sopio, pis, piui, pitum, ſignificat ſoporo. Quintil. illa ſtatim nocte iam totam domum ac familiam quies prima ſopiuerat. Vnde Sopitū dicimus, qui iam cœpit dormire. Vergilius tamen ſopitum ſomno dixit, quaſi irrogatum. Et Sopitus dicitur, qui ſenſus amiſit: Vulgò ſtramortitus dicitur. Liuius li. i. iubet bono animo eſſe, ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu: ferrum haud alte in corpus deſcendiſſe, iam ad ſe rediſſe: inſpectum vulnus abſterſo cruore, omnia ſalubria eſſe, confidere propédiem ipſum eos uiſuros. Huius cōpoſitum eſt Conſopio, quod eſt, totus ſopore obruor. Cice. lib. i. Tuſcul. quæſt. Num igitur eum curare cenſes quum Luna laborat: à qua conſopitus putatur, ut eum dormientem oſculetur?

Sopor, idem quod ſomnus. A' quo ſoporifer.

Soporo, ras, pen. prod. ſoporem induco. Vnde ſoporatus, cui ueluti irrigatus eſt ſomnus.

Sora, fuit oppidum Volſcorum. de quo Liui. lib. ix. & Iuuenalis eius meminit, quum ait:
Optima Soræ Aut Phabraterie domus.

Soracte, mons in Phaliſcis, Apollini ſacer: quo ſpelunca cooperta, latebram ſibi elegit diuus Syluester. Et eſt gene. neutr. Quod & hæc ſorax, & hóc ſoracte, ctis, dicitur. Silius libro octauo.
Et ſacrum Phœbo ſoracte frequētant. Verg. lib. xi.
Summe Deum ſancti cuſtos Soractis Apollo.
Item dr ſoractis, ctis, ſicut Præneſte & Præneſtis.

Sorbeo, bes, bui, bitum. vnde ſorbitio. Dicitur & ſorbo, bis, pſi, ptum. Eſt autem ſorbere, deglutire quicquàm molle. Factitium uerbum à ſono uocis, quem faciunt qui ſorbent. Transfertur & ad alia. Hieronymus in Pau. Fontem luciditſimum oſtendens tantūmodo foris, eundem quem genuerat, terra ſorbebat. Huius compoſita ſunt Abſorbeo, uel Abſorbo. Lucanus libro quarto.
Abſorpſit penitus rupes & tecta ferarum.
Plaut. in Bacch. Apage iſtas à me ſorores, quæ hominum ſorbent ſanguinem. Exorbeo, vel Exorbo, extra ſorbeo. Cice. lib. ii. Philippi. Sanguinem ciuilem exhauſit, vel potius exorbuit. Plau. in Epid. Iam ego me conuertam in hirundinem, atq; eorum exorbebo ſanguinem. Obſorbeo, uel Obſorbo, totum ſorbeo. Idem in Curculione: Vin' aquam? Si fruſculenta eſt da obſecro, hercle obſorbeam.

Sorbillo, las, diminutiuū à Sorbeo. & ꝓprie eſt parū ſed frequenter Sorbeo, Teren. in Adel. Et cyatos ſorbillans paulatim hunc producam diem.

Sorbities, idem quod Sorbitio.

Sorbitio, ipſe ſorbendi actus. Perſius,
Barbatum hæc crede magiſtrum
Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicutæ.

Sorbitiuncula, diminutiuum eſt à ſorbitio: & ſumit pro cibo. qui de facili ſorbetur.

Sorbum. genus fructus, ſimilis pyri, quod ſiccum aluum ſiſtit. Martialis,
Sorba ſumus molles nimium durantia uentres,
Aptius hæc puero quàm tibi poma dabis.
Colu. Sorba manu lecta, ſureeolos picatos adiicito.

Sordeo, des, dui, ſordibus ſum. Plin. lib. xxxv. Vitam

iuuare non fortaſſis credet aliquis, quum hæc quoq; noſtra friuola exiſtimentur, adeò delicijs ſordent & quæ ad ſalutem pertinent.

Sordes, immũdicia. A quo ſordidus, da, dum.

Sordeſco, ſordidus fio. ut, Qui ſordet, ſordeſcat adhuc. Hinc Exordeſco, quod eſt, valde ſordeſco. Gelli. Quur ergo nõ patimur nomẽ philoſophiæ illuſtriſſimũ in hominibus deterrimis exordeſcere?

Sordido, das, ſordidũ facio, fœdo. Plaut. In Aſi. Quãquam ego ſum ſordidatus, frugi tamen ſum.

Sordidus, da, dum, quod eſt ſordibus infectũ. Liuius, Terentius Varro loco non humili ſolum, ſed etiam ſordido ortus.

Sorech, eſt genus uitis optimæ (vt aiunt Hebræi) quæ vberes fructus facit, atq; perpetuos. Alij interpretantur Sorech callicarpos: quos pulcherrimos fructus poſſumus uertere.

Sorex, animal paruum. à ſono vocis, quem rodendo facit, dictum. Vide in dictione Mus. Hinc Soriceus, cea, ceum.

Soricinus, na, num, à ſorex. Vnde Soricinos dentes, dixit Plau.

Soriculata ueſtis, quæ uarijs conſerta coloribus erat. Varro, Vermiculatam ac ſoriculatam ueſtem. Cc.

Soritæ, populi ſunt phthirophagi, quos Arabis fluuius ab Indis determinat: nullum alium cibum noſcentes quàm piſcium: quos vnguibus diſſectos torrent Sole, panemq́ ex eis conficiunt.

Soritas, Græci uocant captioſum & multiplex argumentandi genus, in quo ex uno conceſſo, ad multas concluſiones connexas adſurgunt. A σωρὸς, quæ ſignificat cumulum & aggerẽ: quoniam ſemper aſcendunt in cumulum hæc argumenta. Perſius, Inuentus Chryſippe tui finitor acerui. Cicero Soritas interpretatur aceruales, lib. ij. de Diuin. alij aceruationes. Hoc genus argumentandi inuentum eſt à Chryſippo philoſopho Stoico. Hinc Soritici ſyllogiſmi dicti ſunt à Victorino.

Soror, dicta eſt, quòd quaſi ſeorſum à ſua ſtirpe naſcitur, ſeparaturq́ ab ea domo in qua oritur, & in aliam familiam tranſgreditur. Vel Soror, quaſi diuerſa ſorte orta.

Sororiæ, puellarum mãmæ uocãtur, quũ intumeſcũt.

Sororius, dictus eſt, cui ſoror mea nupſit. Similiter frater & ſororis filius, Sororius dicitur.

Soros, Græcè, apud nos aceruus ſiue cumulus dicitur. Vnde Serapis, quaſi ſoros apis.

Sorilla, nauigia Iſtrica uocantur: quòd lino et ſparto conſerantur & condenſentur. Cc.

Sors, à ſerie, ſecundum Var. ponitur pro fortuito alicuius rei euentu. Vide Sortior uerbũ. Quid ſit Sors, Auguſt. in Pſal. interp. oſtendit his uerbis: Sors, eſt res in dubitatione humana, diuinam indicans uoluntatem. Nam & ſortes miſerunt apoſtoli: electi ſunt duo iudicio humano: & electus de duobus iudicio diuino. Vnde ſcribitur. Cecidit ſors ſuper Mathiam. Ponitur ergo Sors pro gratia, qua ſaluamur: quia in ſortem non eſt electio, ſed voluntas Dei. Nam vbi dicitur, Iſte facit, iſte non facit, merita conſyderantur: & vbi merita conſyderantur, electio eſt, non ſors. Quoniam autem Deus nulla merita noſtra inuenit, ſorte uoluntatis ſuæ nos ſaluos fecit: quia voluit, nõ quia digni fuimus. Hæc eſt Sors. Vnde in Actibus apoſtolicis. Quia exiſtimaſti donũ Dei pecunia cõparari, non eſt tibi pars neque ſors in fide hac. id eſt, gratia. Non pertines ad iſtam gratiam quam gratis omnes accepimus. Et Sortes ex promiſſione Dei, partes hæreditatis uocantur, quæ populo ſunt diſtributæ. Vnde tribus Leui præceptum eſt, non habere ſortem inter fratres ſuos: quòd ex eorum decimis ſuſtẽtaretur. Hinc Sors dicitur patrimoniũ. Vnde Conſortes, & Conſortia, qui aliquod patrimonium ſimul habent. Et Sors, ſumma eſt, ſiue caput & prima pecunia, quæ confertur in ſocietatem ut inde lucrum fiat. Terentius in Adel. Hei mihi, etiam de ſorte nunc venio in dubium. hoc eſt, de pretio quo empta erat fidicina. Inde Conſortes, qui tantundem ſortis attulerant ad ſocietatem, quantũ ille cum quo eſt ſocietas. Item Sors, eſt fatalis neceſſitas, ſiue Parcæ: quòd ita vnicuiq; ſortitum ſit, ut ipſe voluerunt. Vergil.

Hic exitus illum Sorte tulit,

Item dicitur iudicium. Idem:

Nec vero hæ ſine ſorte datæ ſine iudice ſedes.

Tractum ex Romano more. Non enim audiebantur cauſſæ, niſi per ſortem ordinatæ. Nam quo tempore cauſſæ agebantur, conueniebant omnes, & ex ſorte dierum ordinem accipiebant: puta quòd poſt triginta dies cauſſas ſuas exequerentur. Sortes etiam oracula ſeu reſponſa erant. Nam ſyngrapha erant, in quibus reſponſa inſcripta continebantur. Valer. lib. primo. Cuius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicum oraculum miſſi, retulerũt præcipi ſortibus, vt aquã eius lacus emiſſam, per agros diffunderent.

Sortilegus, pen. cor. qui per ſortes futura præñſciat & qui per ſortem aliquid eligit. Sortes etiã Sortilegiq́. improbantur exemplis diuinæ ſcripturæ, diſt. uigeſima ſext quæſtio. i. vbi ſcriptũ legimus. Sortilegi ſunt, qui ſub noĩe fictæ religionis, per quaſdã (quas ſanctorũ ſeu apoſtolorũ vocant) ſortes diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarũcũq; ſcripturarum inſpectatione futura promittunt. Hinc Sortilegium.

Sortior, tiris, ſortes facio: ſiue per ſortes aliquid recipio, & ſorte aliquid conſequor. Lactã. lib. vij. Vnde adparet hominẽ qui eo utitur, immortalẽ ſortitum eſſe cõditionẽ. Suetonius in Augu. Ex prætura Macedoniam ſortitus. Aliquando Sortiri, ſignificat diſponere. Vergilius, Sic fata Deum rex.

Sortitur, voluitq́ vices, ſic vertitur ordo.

Sortito, penult. prod. aduerbium qualitatis, ſignificat ex ſorte. Horat. lib. Carm. Lu is & agnis quanto ſortitò obtigit.

Soſia, nomen viri proprium apud Comicos.

Soſpes, generis communis, quãuis Soſpita fœmininũ habeat. Et non ſolum qui ſeruatur. id eſt, ſaluus eſt, Soſpes dicitur: ſed etiam qui ſeruat. Vnde Ennius Soſpitem pro ſeruatore poſuit.

Soſpitalis, qui ſoſpitatem dat. Plaut. in Pſeud. Quis eſt qui moram occupato moleſtam obtulit? qui tibi

ſoſpitatis fuit.

Soſpito, tas, pen. cor. incolumen ſeruo. Liui. libro. i. Propitius ſuam ſemper ſoſpitat progeniem.

Soſtratus, fuit uir Aegenita, Laodomantis filius.

Sotadicum carmen, pedes habet ſeptem. Primus ſpondæus, Secundus Pariambus, Tertius ſpõdæus, Quartus Periambus, Quintus & Sextus Tribrachis, Vltimus ſpondæus. Et (quod magis mirum eſt) totus Sotadeus numerus è trochæis poteſt cõſtare pedibus. Hæc Fortunatianus.

Soter, Σώτηρ, (vt Cicero in Verrẽ actione quarta inquit) vno verbo exprimi non poteſt: quum eum ſignificet qui ſalutem dedit. Soteria, Σωτηρία, ſalus. Soterion, Σωτήριον, ſalutare dicitur.

Soticera, Iuno dicta eſt ab antiquis: quaſi ſalutaris & ſoſpitatrix.

Sotularis, calceus. Hierony. contra Iouinia. Legimus quendã apud Romanos nobilem, quum eum amici arguerẽt, quare vxorem formoſam & caſtam & diuitem repudiaſſet, protendiſſe pedem, & dixiſſe eis: Et hic ſotularis quem cernitis, videtur vobis nouus & elegans: ſed nemo ſcit præter me, vbi premat.

S A N T E P.

SPadicus, pen. prod. color, qui & Phœniceus. id eſt, coccinus. quòd non ſit diſſimilis fructui palmæ arboris, nondum Sole incocto.

Spadix, (teſte Gellio lib. ii.) eſt auulſus à palma termes cum fructu. hoc eſt, palmes. Eſt & color Phœniceus, ſignificat q; exuberantiam ſplendorem q; ruboris. Verg. lib. iii. Georg. Luxuriat q; toris animoſum pectus, honeſti Spadices, glauci q;.

Spado, & eunuchus, Græcè dictiones ſunt, in nullo differentes: niſi quòd elegantius et magis Atticũ eſt, Eunuchũ quàm Spadonem dicere. Fit autẽ Spado ab σπάω, quod eſt aufero, euello: quòd ab eo pars maxima virilitatis auferatur.

Spadonia, lauri ſpecies, ſimilis taxæ: præter quàm quòd lacinia caret. Ca.

Spargapiſes, fuit (teſte Herodoto) filius Tomyris, Maſſagetarum reginæ.

Spargo, gis, ſi, ſum, paſſim aliquid iacto. Vergil. Iam cornu petat & pedibus qui ſpargat harenam. Et Spargere, ſternere. Idem, Spargite humũ foliis Quãq; guttatim infundere. Idem, Spargit rara ungula rores Sanguinis. Quãq; madefacere. Vñ Adſpergere dicimus. Solebãt eñi veteres (vt nos quoq; facimus) aqua corpus purgationis cauſſa madefacere, Diis inferis ſacrificaturi. Huius cõpoſita ſunt Adſpergo, Conſpergo. Columel. lib. iii. Stercore uel palea conſpergito ſolum ante brumam. id eſt, perfecte ſpargito. Diſpergo, diuerſe ſpargo. Lactan. libr. iiii. Vbi animus in multa diſperſus, huc atque illuc diuagatur. Circumſpergo. Plin. lib. xviii. Ibiq; ſe purificãtes ſolẽniter aqua circumſpergi. Inſpergo, intus uel ualde ſpargo. Reſpergo ſatis bene ſpargo. Liuius libro primo. Ne ſanguine ſe nefando soceri generiq; reſpergerẽt. Colu. lib. i. Deinde quum prædictum tectorium inaruit, rurſus amurca reſpergitur.

Spartea, ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas. Nummorum enim receptacula variis nominibus adpellata fuere. Nam ut ſacci, ſacculi, ſacellũ, crumenæ, ſcortea, mantica, & marſupia, ita fiſci, fiſcinæ, & fiſcellæ.

Spartha, lacus in Atropacia: in quo ſales naſcuntur & congelaſcunt.

Sparta, tæ, & ſparte, tes, eadẽ eſt quæ & Lacedæmon vrbs Laconiæ in Peloponneſo. à Sparto Phoronei filio (qui eam condidit) adpellata ſparta. Fuit autẽ ciuitas Græciæ inſignis quæ diu cum Athenienſibus grauia bella geſſit: quæ Lycurgi legibus optime inſtituta fuit. Ab ea dicti ſunt ſpartiatæ, ſpartæ, & ſpartani. Spartiatas legimus in libris Machabæorũ, Romanis fuiſſe confœderatos. Vergilius,

Veloces ſpartæ catulos, acrem q; moloſſum
Paſce ſero pingui. Idem:
Virginis os habitum q; gerens, & virginis arma ſpartanæ.

Σπάρτη, Latine filum, linea carpẽtarii, ſiue rubrica, transferri põt, Suidas: Σπάρτη σχοινία, Σπάρτη ἡ πόλις τῶν λακεδαιμονίων, ὁ ἀπὸ τούτου Σπαρτιάτης. καὶ Σπαρτιάτιας. id eſt, Sparta funis, & Sparta urbs Lacedæmoniorum: à quo Spartiates, & Spartianus.

Spartacus, famoſus gladiator fuit, ex Thracia oriundus robore animi & corporis præſtans: qui unà cũ Chryſo & Oenomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum ſeptuaginta gladiatoribus erupit Capuæ: manuq; ſeruorum congregata, quaſi iuſto exercitu comparato, bellum ingens excitauit: ſed uictus à Craſſo fuit. de quo Lucanus:

Vt ſimili cauſſa caderes qua Spartacus hoſtis.

Spartopolia, gemma poliæ colore contraria.

Spartopolis, ſignificat caniciem. Sed in tragœdia, virili ſpecie, nigra, ac ſubpallida: in comedia uerò muliebri erat habitu. Nam inter perſonas tragicas & comicas (vt ait Iulius Pollux) numerant Polia & Spartopolis. Polia (inquit) erat anus, ætate dignitate q; cæteris anteſtans.

Spartũ, genus herbæ, apud Hiſpanos frequentis. Quidam Latini hanc geniſtam interpretantur. A' Sparto fit Sparteus, tea, teum.

Sparus, ſeu ſparum, telum ruſticum, in modum pedis recuruum. Vergilius libro. v.

Agreſtis q; manus armat ſparus.

Saluſt. Sed ex omni copia circiter quarta pars militaribus armis inſtructa: cæteri ut quoſq; caſus armauerat ſparis aut lãceis, alii præacutas ſudes portabant. Feſtus, Spara, paruiſſimi generis ſunt iacula. à ſpargẽdo dicta, quòd paſſim pugnãdo ſpargerent. Luca. Tum ſpara tum murices portantur tragula porrò.

Spaſtici, dicuntur quibus aliquid intus cõuulſum eſt. Plinius lib. xviii. Tremulis ſpaſticis exilientibus.

Spatha, à σπάζω ſcindo, uel dilacero. Vel ab σπάω, qđ euello ſiue euagino ſignificat. Apuleius, Et militaris ſacramẽti genũ ob amiſſam ſpatham verebatur. Vegetius gladios maiores Spathas uocari docet: minores uero Semiſpathas. Hæc etiam (autore Auguſtino) dicitur framea, & alio nomine romphea. Et Spatha apud Pliniũ, inſtrumẽtũ eſt, & rudicula, qua

utimur in verſandis rebus quæ coquuntur.

Spathalion, à ſpatha, palmæ ramulus, cũ dactylis dependentibus. Eſt etiam ornamentum muliebre, inter delitias fœminarum adnumeratum. à verbo Græco σπαθᾶν, ſiue σπαθαλᾶν, quod ſignificat, delitias ago & laſciuio. Plinius libro. xiii. Iuba tradit circa Troglodıtarum inſulas fruticem qui vocetur charithoblepharon efficacem in amatoriis, Spathalia eo facere & monilia fœminas. Plautus in Menæch. Amabo Menæhme inauris da mihi faciendas, pondo duum numum ſpathalia, vt te libenter videam, quum ad nos veneris.

Spathula, etiam diminutiuum à ſpathes, ſiue ſpatha. dicit̃ ramus vel folium palmæ. Spathes enim ramus palmæ vocatur, à quo pẽdent balani. hoc eſt, palmulæ ſiue palmæ.

Spaticus, dicitur quaſi maligno ſpiritu correptus, qui in aliquo loco nequit cõſiſtere, ſed ſubitò mouetur. Plinius lib. xxiii. Neq; expaueſcentibus repentè, nec ſpaticis, aut rurſus torpentibus, nec ſuper ſomnos genitura effundatur.

Spatior, ſpatiatum eo. Vergil. lib. i. Georg.
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur harena.
Et ſpatiari, eſt intra certum ſpatium deambulare. Idẽ:
Aut ante Deum pingues ſpatiatur ad aras.
Feſtus: Spatiatorem pro erratore poſuit Cato.

Spatiũ, non ſolũ de loco dicitur, ſed etiam de tempore. Cic. lib. ii. ad Herenniũ, Spatiũ ita conſyderatur, ſatis'ne longum fuerit ad eam rem tranſigendam, ſcierit'ne ſatis ad perficiendum ſpatii futurum.

Specialis, & hoc ſpeciale, ſignificat non tã particulare quàm propriũ, & veluti peculiare, ſicut ait Iulius Capitolinus: Macrianorũ familiam id ſpeciale ſemper habuiſſe, vt Alexãdrum Mag. in auro & argento exculptum ſemper haberent.

Speciatim, aduerbium. ſignificat particulariter.

Species, effigies, facies, vel imago. Cicero lib. i. Offic. Quæ autem ſpecie quadã vtilitatis, hãc Græci idean vocant. Et in Topicis. In diuiſione formarum, quas Græci ideas vocãt, noſtri (ſi qui hæc fortè tractant) Species adpellant. Item Cæſar Commentario quarto, Auxillaresq;, quibus ad pugnã nõ multum Craſſus confidebat, lapidibus telisq; ſubminiſtrandum, et ad aggerem ceſpitibus compoſtandum, ſpeciem atq; oppugnationem pugnantium præberent. Id eſt, demonſtrationẽ ſiue ſimulationem, prætextũ, & quaſi velamentũ. Quandoq; ſpecies ſumitur pro adſpectu & re uiſa. Vergilius,
Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorebus.
Quandoq; pro pulchritudine ſeu deformitate, à ſpeciendo. Vnde dicimus: Specioſus forma præ filiis hominum. Quandoq; ſpecies ſumitur pro aromatibus. Macrobius lib. vltimo Saturnaliũ: Species & acrea & calidæ, ſuperficiem (quum adponſitur) exulcerãt. Hieron. In Cant. homilia, dixit aromata quidem ſpecies eſſe, ſed non ſimpliciter, addidit enim: Species pigmentorum. Martianus Iureconſultus: Species ptinentes ad vectigal cinnamomum, piper longum, piper album. Sic dicitur vicus Speciarius, à ſpeciebus Arabis peregrinisq;.

Specificus, ca, cum, quod eſt particulare.

Specillum, diminutiuum, paruum ſpecium, Cornelius Celſus lib. v. Ante omnia autem ſpecillum dimitti in fiſtulam cõuenit, vt quò tendat, & quàm alte perueniat, ſcire poſſimus. Hinc auricularium ſpecillum dicitur, quod curandis auribus adhibetur. Eſt & Specillum, inſtrumẽtum quo oculos inungimus. Plinius lib. vii. C. Iulius medicus dum inungit, ſpecillum per oculos trahens. Celſus lib. vii. Specillo ſuper oculũ inducatur. Specillum etiam inſtrumentum vitreum, quod oculis admouemus, quò facilius ſpectemus aliquid. Opilius Aurelius ait, Specillum vocari capræ barbam.

Specimen, pen. cor. experimẽtum, probatio, ſiue exemplar. Nam eſt illud parum, quod in mercibus emptori oſtẽdi ſolet, vt in pannis, vel deguſtatio in eſculentis. Cicero in Tuſcul. Quid illud? num dubitas quin ſpecimen naturæ capi deceat ex optima quaq; natura? Item ſpecimen, pulchritudo, & quod ſpectandum obiicitur, Specimen dicitur. Dicitur & in malũ. Apuleius in Flor. Sed marſias (quod ſtultitiæ maximum ſpecimen) non intelligens ſe derídiculo haberi, quædam delirämenta effutiuit.

Specio, cis, xi, ctum, apud antiquos in vſu fuit, quod videre ſignificat. vnde augures Specere, hoc eſt, inſpicere aues dicebantur. Ennius, Vos epulo poſtquàm ſpexit. Eius compoſitis tantum vtimur, Adſpicio, Cõſpicio, Circumſpicio, Deſpicio, Diſpicio, Inſpicio. Perſpicio, Proſpicio, Præſpicio, Reſpicio, Introſpicio, Suſpicio, & Tranſpicio.

Specioſus, pulcher, ſemper enim in bonum accipitur. Quamuis ſpecies medium vocabulum ſit. Vergilius, Neq; enim ſpecie famaue mouetur. hoc eſt, nec præſenti deformitate, nec rumore mox futuro. Sic & formoſus. licet forma indifferenter ponatur.

Specium, inſtrumentum teres & paruũ, quo medici ad tentandum vulnerum ac fiſtularum viam & profunditatẽ vtuntur. Pacuuius, Vt medici faciũt, qui prius ſpecio vulnus tentant. Fit autem à ſpecio.

Spectabilis, ſpectatione dignus, et quaſi admiratione dignus. Apuleius, Iubet conſtrui pulchrum & ſpectabilem currum.

Spectaculum, dicitur id quod ſpectatur. hoc eſt, ludi qui ſpectantur. Vergilius,
Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane.
Liuius, lib. i. Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet. Aliqũ dicit̃ ipſa ſpectatio. Cicero, O grane acerbumq; ſpectaculum. Aliquando locus vnde ſpectat̃. Sueto. De ſpectaculo excitatus deſcendit. Liuius, Tũ primum circo qui maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca patribus equitibusq;, ut ſpectacula ſibi quiſq; faceret fori adpellati.

Spectatores, qui ad ludos ſpectãdi cauſſa conueniũt. Plautus, Nunc ſpectatores, Iouis ſummi cauſſa clare plaudite. Et Spectatores, probatores dicuntur, Terẽtius in Eunucho, Quũ meipſum noris, quàm elegãs formarum ſpectator ſiem.

Spectatus, probatus, cuius ſcilicet ſpectata iam uirtus eſt. Vergi. Sunt nobis ſortia bello.
Pectora, ſunt animi & rebus ſpectata iuuentus.

Spectio, auium inſpectio & contemplatio.

Specto, ctas, frequentatiuum. ſignificat ſæpe ſeu fixe intueor. Lactant. lib. ii. Spectare nos cœlum Deus voluit, vtiq; non fruſtra. Et referſ ad omnia, ſed proprie ad voluntatem. Vnde Spectacula dicta ſunt. Interdum adprobo. Cice. lib. v. Tuſcul. Non igitur ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectandi ſunt. Vnde & Spectatores pecuniæ dicuntur, qui eam probant. Interdum caueo, inſpicio. Plautus, Spectandum ne tibi annulum det, neq; roget. Interdum tẽdo, & quaſi reſpiciendo tendo, vt apud Ciceronem, Ad extremum ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutẽ anteponet ſaluti patris. Quintil. Et quod ad peſſimum ſpectat euentũ, miſerabilis ſis oportet, vt amator eſſe videaris. Interdum comparare. Vergilius,
Si ad vitulam ſpectes nihil eſt quod pocula laudes.

Spectra, ſimulachra. Cic. Caſſ. His autem ſpectris, etiã ſi oculi poſſent feriri. id eſt, imaginibus mentis.

Specula, læ, accipitur pro loco ædito & eminenti, vnde aliquid longè videri & ſpeculari poteſt, ſiue ſit mons, ſiue turris, ſiue lapis, ſiue arbor, ſiue quid aliud eminens. Vergilius,
Specula de montis in altum Deferar. Ouidius,
In ſpeculis omnis Abydos erat. Eſt & ſpecula diminutiuum à ſpe, & ſignificat paruam ſpem, quod fit blandimenti cauſſa. Cice. Cælio: Hac tamen oblectabar Specula. ſcilicet Tullia. Vt enim à res recula, ita à ſpes Specula fit.

Speculare, & apocopen ſpecular, & ſpecularium, idẽ quod ſpeculum. Interdum ponitur pro vitreata, ſiue pro ocularиis, vtpote olim facta è ſpeculari lapide trãſlucido, nunc autem è uitreis orbibus, vel teſſellis plumbo iunctis. Vlpia. Specularia & vela, q̃ frigoris cauſſa vel imbriũ in domo ſunt, inſtrumento domus non contineri, Caſſius exiſtimauit. Iuuenalis,
Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro.
Specularis aũt lapis dictus eſt, quòd ad ſpeculi ſimilitudinẽ luceat, atq; imaginẽ reddat. Finditur in tenuiſſimas cruſtas. Plin. Multi aluearia & à ſpeculari lapide fecere, vt operantes intus ſpectarent. Idem lib. xxxvi. In Arabia quoq; eſſe lapidẽ uitri modo trãſlucidũ, quo vtunſ ꝓ ſpecularibus, Iuba autor eſt. Speculariorũ vſum clarũ tranſmittentium lumen, memoria ſua prodiiſſe ſcribit Seneca in Epiſtolis. Qui item de Scipione ait, quòd non in caldarium ſuum latis ſpecularibus diem admiſerit. Martialis,
Hibernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittit Soles, & ſine fæce dies.

Speculatorium. à Cypriano ſumitur pro ſpecula & loco unde ſpeculamur.

Speculor, à ſpecula fit : quaſi è ſpecula proſpecto, vel vt uideam intendo. Vnde Speculatores qui è ſpecula adſpiciunt, vel in bello ante exercitum explorandi gratia mitti ſolent. Per tranſlationem Speculari ponitur pro ſcrutari, & exacte conſyderare. A' quo fit cõpoſitum Præſpeculor, quod eſt ante ſpeculor. Suetoni. de Cæſare, Exercitum neq; per inſidioſa itinera duxit vnquàm, niſi præſpeculatus locorum ſitus.

Speculum, in quod aſpicimus, ac ſpeciem, id eſt, imaginem noſtram contemplamur. Quod datum nobis à natura fuit, vt noſmetipſos noſceremus, & formoſi deuitaremus infamiam, deformes redimendum ſciremus eſſe uirtutibus quicqd corpori deeſſet, ſicut Socrates monebat adoleſcentes.

Specus, à ſpecio. Eſt enim (vt in problematibus Plutarchus inquit) locus vnde deſpicitur, & inde Spectacula dicitur. Vnde Specula dicta eſt. Et Dicimus, Specus, cus. & ſpecus, ci, tam maſcul. quàm fœminini generis, ſimiliter & ſpecus, coris, pro ſpelunca, q̃ à Græcis ſpeſæum. Vnde Vergilius, ad imitationem Græcorum, ſpelæa ferarum dixit. Gellius lib. vi. Sole medio & arido ac flagranti, ſpecũ quandam nactus remotã latebroſamq; penetro. Horatius lib. iii. Carm. Quæ nemora aut quos agor in ſpecus. Inuenitur etiã hæc ſpeca, hoc ſpecum, & hoc ſpecu: & in plurali hæ ſpecus. Seruius docet, ſpecus apud maiores trium generum fuiſſe: quo hodie in numero ſingulari tribus tantum utimur caſibus. In plurali à genere maſculino habet omnes caſus.

Spelæum, à noſtris dicitur ſpelunca. Vergil.
Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarũ Malle pati.

Sperchius, fluuius Theſſaliæ, quẽ Pelion mons effundit, & uelociſſimo curſu defluit in ſinum malliacum.

Sperma, matis. Græcum eſt, & Latinè ſemen dici ſi generale ad omnia ſemina.

Sperno, nis, ſpreui, ſpretum, faſtidio, deſpicio. Antiqui etiã ſpernere pro ſeparare poſuerũt. Ennius. Ius atq; æquum ſe à malis ſpernit Procul. Hinc fit compoſitũ Deſperno, quod eſt, ualde ſperno. Varro, Homo ridiculus, & ab omni pube deſpretus.

Spero, ad dolorem & ad uoluptatem refertur. Verg.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et perferre ſoror potero. Sperare (inquit) eſt futurũ opinari, ſiue timere. Plinius lib. xi. Speratur largior prouentus. Hinc Beneſpero, & Male ſpero dicimus. Aliquando Sperare, eſt exiſtimare, ſeu credere, & tam de præſenti quàm de præterito dicitur. De præſenti. Quintilianus, Facilis (ut animaduertere uos ſpero) defenſionis meæ curſus eſt. De præterito. Idem. Et innocẽtiam quidẽ puellæ ſatis (ut ſpero) defendimus. Hinc ſperatum ueteres dicebant eum qui uxorem petit, & ſperatam uirginem quæ petiſ. Afranius, Curre & nuntia uenire, & mecũ ſperatam adducere, ut uideat puellam. Poſtquàm verò ſponſio facta erat, nõ ſperata, ſed uel dicta. uel pacta uel ſponſa uocabaſ. A' Spero, fit compoſitũ Deſpero & Inſperatus.

Spes, ſpei, & ſperes, ris, antiqui protulerunt. Varro, Quibus ſuam delectet ipſe amicã, & ſeſe ſperibus iactet ſuis. Idem: Sublimis ſperibus omnes deridet. Vnde Aſpere, quaſi ſine ſpere & Proſpere, pro ſpere. In plurali habet omnes caſus, & maxime ſpes & ſpebus. Hieronymus in libris Macchabæorum: Noli extolli vanis ſpebus. Eſt autem ſpes, opinio futurorum, refertur q; tam ad mala quàm ad bona. Huius diminutiuum eſt ſpecula. De quo ſuprà, Et compoſitum

Expes ſine ſpe.

Speoſici panes, dicti ſunt à feſtinatione, σπεύδω enim Græcè ſignificat feſtino.

Speuſippus, philoſophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos, qui octo annos Platonicæ ſcholæ præfuit. Ferunt hunc ſenio confectum, ſibi mortem conſciuiſſe mærore impulſum. Plutarchus verò ſcribit, illum pediculis effluueſcētibus interiiſſe. Primus inuenit, quo pacto ex gracilioribus lignis fierent uaſa capacia.

Sphæca, Græci dicunt veſpam σφὴξ σφηκός. Vnde Pſeudoſphæces, falſa mentitaque veſpa dicitur.

Sphæra, Latinè globus. & id eſt, quod ex omni parte rotundum adparet. Nam Græcè σφαῖρα dicta (ut Euſebius lib. Præpar.) quaſi ſphæra. hoc eſt, corpus æthereum. Manilius,

Ingenti ſphæra totum præcingit Olympum.

Higinius. Sphæra, eſt ſpecies quædam in rotundo cō formata, oībus ex partibus æqualis adparens. Quidā aūt ſpæram ſine ph. ſcribendum putauerunt. Huius diminutiuum eſt ſphærula, vel ſpærula, parua rotunditas. Suidas: Σφαῖρα ὁ ἄβολος τὴν δὲ σφαῖραν εὗρεν Ἀγάλλις ἡ Κερκυραία γραμματικὴ τιμῶσα, τῇ Ἀλκινόου θυγατρὶ ὅ πατρὶ θεοῖς. Id eſt, Sphæram inuenit Anagalis Nauſicaæ Corcyrenſis Grāmatica Alcinoi filiæ obtulit. Pro pila luſoria etiam ponitur.

Sphæriſterium, locus balnei, ſpecie rotunda, in quo varia exercitationum genera veteres habuere. Plinius in Epiſtolis: Apoditerio ſuppoſitū eſt ſphæriſteriū quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. Sed in primis ad exercitiū pilæ deputatus eſt quam Græci σφαῖραν adpellāt. Nam σφαιρίζω ſignificat pila ludo. Lampridius, Poſt lectionem operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat.

Sphæromachia, pilæ luſoriæ certamen, à ſphærica circularique figura dicta eſt.

Sphennida, pilæ genus groſſius quàm pila paganica, tenuius quàm follis. Ex panno ferè fit: aliquando ex pelle. Cornucopiæ.

Sphecote, vna eſt ex duodecim vrbibus Atticæ. Ce.

Sphigmos, σφυγμός, id eſt, pulſus, & definitur quòd ſit diſparatio & contractio indiuiſibilis arteriæ & cordis. Vel pulſus, eſt ſubſultio & palpitatio, vel ebullitio venæ & arteriæ.

Sphinx, gis. vel gos, & Sphingium monſtrū apud Thebas: cuius caput & manus puellæ, corpus canis, alæ auis, vox hominis, vngues leonis, cauda draconis. Et (vt inquit Plinius lib. viii.) à ſtringendo dictum. hoc eſt, ἀπὸ τοῦ σφίγγειν. Quod quidem monſtrum Chimera produxit ab Orco compreſſa. Dictum Sphinx, quòd cogeret tranſeuntes conſiſtere, quibus ænigma proponebat, quidnam id eſſet in orbe terrarū, quod quaternis primū pedibus inambularet, inde tribus, duobus porrò, atque mox tribus, & poſtremò quaternis. Quos neſcientes diluere, ſublatos in rupem agebat præcipites. Oedipus illac iter habens, ænigma diluit. Quum hominibus offertur, ſi illum præſentiat ſaluatur, ſi uerò beſtia, prius hominem ſenſerit, perditur homo. Albertus magnus li. xxii. de Animalibus, inter ſimiarum genera enumerat Spinga inſignē, dilbus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris ſubnigri oblonga. Solinus. Inter ſimias habentur & ſphinges villoſæ comis, mammis prominentibus, dociles ad feritatis obliuionem.

Sphondylium, internodium ſeu vertebrum ſpinæ. Dicitur & Sphondylus, pen. prod. Sunt aūt decem & ſeptem ſphondyli, quorum duodecim ſpinam faciunt, reliqui verò lumbos. Sunt & qui ſphondylos dicant cubos. Seneca & Macrobius videntur accipere pro quodam piſcis genere, quem iuniores ſchiralum dictitāt. Ariſtoteles Sphondilenā uocat. Pli. lib. xxvii. Cæterum nullū animal radices à nobis dictas attingit, excepta ſphondyle, quæ omnes perſequit ſerpentes. Genus id ſerpentis eſt. Sed & calculus is æneus, quo ſuffragia ſua iudices Athenis dabant Sphondylus vocabatur. vt eſt apud Iulium Pollucem, Sphondylus etiam verticulum dicitur adpoſitum fuſis, vt nē do melius vertatur. A cuius ſimilitudine callus ſiue caro interior oſtreorum omnium ſphondylus dicit. Plinius lib. xxxii. Intus pro ſphondylo. Martialis eo vtitur pro animalium oſſiculis, lib. vii.

Raſos tepenti ſphondylos ſinu condit.

Eſt & ſalſamenti cuiuſdam genus ſphondilos, ſecundum Atheneum.

Sphragide, lapidis genus, ſic dictæ quòd optime ſigniet. σφραγίζειν enim Græci ſignare dicunt. Ce.

Sphyrena, piſcis, qui & ceſtra. vt Pollux inquit.

Spica, cæ, & ſpicus, & ſpicum, dicitur, quum per culmi folliculum, id eſt, extremum tumorē, ariſtæ adhuc tenues, in modum ſpiculi eminent. Abuſiue tamen & de maturis frugibus dicitur, & de quocunque acumine, ad ſpicæ ſimilitudinem facto. Dicta Spica, à ſpe. vt inquit Varro. Nam quum fruges in ſpicam exit, ſpem præbet hominibus. Spica in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam. Sciendum eſt à ſpicus vtriſque numerum eſſe: à ſpicum tantum ſingularem. Cicero in Arato,

Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo.

Eſt & ſignum in cælo oriens in Virginis parte decima. Firmic. Quicunque in ortu ſpicæ natus fuerit, erit ruralibus officiis ſemper adplicatus, & multas fruges horreis condet.

Spica, mutica, quæ non habet ariſtā. Ariſtæ enim quaſi cornua ſunt ſpicarum.

Spiceus, cea, ceum, quod ex ſpicis eſt. Tibullus,

Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona Spicea.

Spicifera, à poetis dicitur Dea Ceres.

Spicilegium, collectio ſpicarum. Varro, Ad corbem meſſe facta ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam.

Spico, cas, ſpicas emitto. Plin. lib. xviii. Grana in ſtipula crinito textu ſpicātur. Vnde Inſpico, cas, pen. pro. quod eſt, ad ſpicarum ſimilitudinē incido vel fodio. Hinc Spicatus, ta, tum, quod habet ſpicas. Idē li. xxi. Aliud rurſum ſpicatarum genus herbarum.

Speculatores, dicti ſunt ſatellites principum, à ſpiculis quæ geſtant. Cornelius Tacitus, Dilapſis ſpeculatoribus, cætera cohors nō adſpernata cōcionantē. Qui,

dam etiam accipiunt Spiculatorem pro carnifice.

Spiculo, las, cuſpidē acuo. Plin. lib. xi. Telum verò perfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio?

Spiculum, lancea breuis, ſeu (vt Vegetius ait) teli miſſile, cuius ferrum eſt triangulum, unciarū nouem, haſtile pedum quinq; & ſemis. Antiqui pilum neutro genere vocauerunt. Ad huius ictum exercebantur milites, quòd arte & virtute directa, ſcutatos pedites, et loricatos equites, ſæpe tranſuerberabant. Nunc Spiculū dicit. Ab hoc genere telorū ſpiculatores dicti. Accipitur & pro ſagitta. Vergilius,

Spicula conuerſo ſugientia dirigit arcu.

Aliquando ſagittæ ferrum, ſeu cuſpis ipſa & aculeus, vt ſunt ſpicula ſagittarum, & aculei apium. Curt. Alexander ſagitta ictus eſt, q̃ in medio crure reliquerat ſpiculum. Ver. de Apib. Et ſpicula cæca relinquunt Adfixæ venis. Dictum ſpiculum, à ſpicarum ſpecie.

Spilumenen, Græci dicunt inquinatā & ſordidam mulierem. Pſilumenen verò glabram & depilem. vnde nomen etiam pſilothro.

Spina, ſentis qua pungimur. Hinc Spineus, nea, um. vt, Corona ſpinea, quæ ex ſpinis facta eſt. Spinoſus, a. um, ſpinis abundans. Spina etiā dicitur à collo uſq; ad natium flexum: depreſſa quaſi vallis eſt, inter colles quos uocant dorſa. Plinius lib. xi. Spina lumbus oſſea, ſed tereti ſtructura. per media foramina à cerebro medulla deſcendente Eſſe ei naturam quam cerebro colligunt. quoniam prætenui eius membrana modo inciſa, ſtatim expiretur. In ſpinæ igitur parte ſuperiore ſcapulæ, à lateribus dorſa, quæ omnia dicuntur terga.

Spineoli, ex ſpinis ſructus ſunt, qui dicitur & pruneo litignoti prorſus veteribus. Ce.

Spinter, fibula in humeris, aut armilla. ut inqt Priſcianus: Plautus in Menæh. Iubeas ſpinter nouum reconcinnarier. Hoc armillæ genere mulieres vtebātur, brachio ſummo ſiniſtro: ſolis q; fœminis decorem fuiſſe, veſtem lōgè lateq; diffuſam, ad ultras crura q; ab oculis defendendas.

Spintriæ, dicti ſunt repertores monſtruoſæ libidinis, nouiq; cōcubitus Sueto. in Tyber. Monſtroſiq; cōcubitus repertores, quos ſpintrias adpellabat

Spinturnix, inauſpicata auis, q̃ & incendiaria dicitur.

Spinus, pyrorū ſeu prunorum arbor, quòd ſpinis referta ſit. Vergilius lib. iiii. Georgic.

Eduramq; pyrum & ſpinos iam pruna ſerenteis.

Spio. Nympha. à ſpeluncis maris, in quibus habitare Nymphæ dicuntur. τέος enim ſpelunca eſt. Ce.

Spirabile, vitale quo ſpiramus. Vergil. lib. ii. Aeneid. Per ſidera teſtor,

Per ſuperos, atq; hoc cœli ſpirabile lumen.

Cicero tamē Spiritabile dixit in lib. de Nat. Deorū.

Spiraculū, ſpiramentum. Vergil. Sæui ſpiracula Ditis. Hieronym. in Gene. poſuit pro ipſo ſpiritu. Et inſpirauit (ait) in faciem eius ſpiraculum uitæ.

Spiræ, ſunt reuolutiones ſiue circuli, qui in ſe ipſos nō recurrunt. Hinc in ornamentis capitis matronarum, & in ſerpentibus eſt Spira, quum ſe in gyrum voluit. Vnde & pro ſerpentibus quandoq; ponitur. Pli. lib. ix. Lolliā Paulinam, quæ fuit Caii principis matrona, vidi ſmaragdis margaritis q; opertam, alterno textu, fulgentibus toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, monilibus, digitisq;. Verg. lib. ii. Georg.

Nec rapit immenſos orbes per humum, neq; tanto

Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Id eſt, in circulum. Et lib. ii. Aenei. Spirisq; ligant ingentibus, & iam Bis medium amplexi. Seruius, Spiris, nodis. Vnde & baſes columnarū Spirulas dicūt. Nam proprie Spira, eſt uolubilitas funium puta quū funis nauticus in orbem conuolutus eſt. Item Spira dicit funis, qui à pileo ad fauces diſtenditur, & ſub mento alligatur. Iuuena. De faucibus aurea quum ſe Porrigit, & longo iactetur ſpira galero.

Item dicitur baſis columnæ, vnius tori aut duorum. Plinius: In Epheſiæ Dianæ æde primum columnis ſpiræ ſubditæ, & capitella addita. Item Spira genus operis piſtorii. Ennius etiam Spiram hominum multitudinem vocauit.

Spiramentum, eſt per quod exit ſpiritus. Vergil. lib. 4. Georg. In tectis certatim tenuia cera

Spiramenta linunt.

Spirarchus, quaſi primipilaris, aut cohortis p̄fectus.

Spiritale, & per ſyncopiam Spiritale, idem quod ſpiritus.

Spiritus, halitus. Idē enim ſunt ſpiritus, halitus, & anima. Plinius: Animæ leonis virus graue, vt ſi peſtilens hominis tantū anima infici voluit pluribus modis. Aliquando etiam ſpiritus dicitur ventus.

Spiro, ras, exhalo. Plinius: Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent. Aliquando Spirare, emittere eſt: & ſic conſtruitur cum adcuſatiuo. Vergilius,

Ambroſiæq; comæ diuinum à vertice odorem

Spirauere. Colum. lib. i. Reliquiisq; immundiciis tetrum odorem ſpirantibus. Si autem de morte fit ſermo, abſolutum eſt. Huius verbi cōpoſita ſunt Adſpiro, Cōſpiro, Expiro, Inſpiro, Interſpiro, Proſpiro, Reſpiro, & Suſpico.

Spiſſigradus, qui frequenti paſſuum motu in ambulando vtit. A quo Spiſſigradior, & Spiſſigradiſſimus. Plautus, Homines ſpiſſigradiſſimos tardiores quàm corbitæ ſunt in tranquillo mari. Ce.

Spiſſo, ſas, ſpiſſum facio. Cuius compoſita Inſpiſſo, & Conſpiſſo, quod eſt, totum ſimul denſo. Col. lib. viii. Atq; vbi duratus eſt, vehementius premitur, vt conſpiſſetur caſeus.

Spiſſus, a, um proprie denſum ſignificat à ſepium denſitate Vergil. Scrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager. Quandoq; ſignificat tardum. Plautus, Spiſſum hoc eſt amanti dicere ueniet. Idem, Quia quod bene promittunt haruſpices perſpiſſe euenit. Id quod male promittūt, præſentaneum eſt. Hinc Spiſſitas, & Spiſſitudo.

Spitama, σπιθαμή, Id eſt, palmus, qui conſtat ex duodecim digitis. Auguſt. ſuper librum Exodi, Spithamum eſſe menſuram extentæ palmæ, à fine pollicis uſq; ad finem digiti.

Spitrillum, barba capræ.

Splen, dicitur qui & lien. Celſus lib. iiii. Splen in ſiniſtra parte eſt inteſtino innixus, natura mollis & rarus, longitudinis & craſſitudinis modicæ.

Splendeo, es, ui, luceo. vnde Splendeſco, ſcis. ſplendidus fio. Apuleius, Quum iam aurora ſplendeſceret. Huius compoſitum Reſplendeo.

Splendidus, da, dum, clarus, fulgens. Et Splēdidi dicūtur, qui operas ſuas ad liberalitatē conuertunt: ecōuerſo ſordidi, auari. Horat. Quatinus id facis ut q̄dā memoratur Athenis. Sordidus ac diues. Et alibi, Obiicit nemo ſordes. id eſt, auaritiam.

Splendor, lux. Per tranſlationē ponit̄ pro decore, dignitate, gloria. Vnde Splendor noīs, Splendor familiæ, Splendor virtutum. hoc eſt, claritas.

Splendóphorus, propriū nomen ex Græco et Latino compoſitum: quaſi ſplendorem ferens. Cc.

Spleneticus, qui ex ſplene laborat.

Splenium, eſt (vt Iulius Pollux inq̄t) caput ſplenis pinguis. Hinc Splenia, velut per ſimilitudinem dicitur facta ex pāno laneo uel lineo: quæ ad curam corporis ſuperimponi ſolent. Plinius, Superimponi oportet ſplenium è melle decoctum.

Spoletium, cū̆, ante um, ciui as in Vmbria: quæ nunc ducatus Spoletinus dicitur, nō Spoletanus: ſicut ab Aretio Aretinus. Martialis,

De Spoletinis quæ ſunt carioſa lagenis,
Malueris, quàm ſi uina falerna bibas. Sic Cicero lib. de Claris orat. P. Cominiū Spoletinū dixit.

Spolio, lias, priuo. Tractum à militibus. Spolia enim dicunt̄, quæ ſiq; hoſti detrahuntur. Teren. in Hecy. Quin ſpolies, mutiles, laceres. Huius compoſita ſunt Deſpolio. Diſpolio, uapne ſpolio. Ambroſius, Hi aūt diſpoliāt quæ accepimus indumenta gratiæ ſpiritualis. Expolio, p̄rectè ſpolio. vt apud Apoſtolū, Expoliantes uos ueterem hominum, induite nouum.

Sponda, latus lecti. Nam ſpondæ ſunt tabulæ, quæ vtrinq; lectum ſuſtinent. Martialis,
Nec nudi ſponda grabati.

Spondeo, des, ſpopōdi, ſponſum uide in dictione Deſpondeo. Eius compoſita ſunt Conſpōdeo. vnde veteres Conſponſos dicebant, fide mutua obligatos. Et Conſponſores, ſibi inuicem promittentes. Cicero Leptæ: De negotio tuo, quòd ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. Deſpondeo, & Reſpondeo, de quibus alibi.

Spondeus, pes duabus ſyllabis lōgis cōſtans. Legitimus pes: qui in Heroico uerſu omnem ſibi uendicat locū: licet raro quinto loco repiat̄. Dictus, quòd in ſacrificiis & libamentis eo maxime uterentur. Nam σπονδὴ libamentū fœdusq; ac ſponſionē ſignificat.

Spondium, fit è plumbo, ſicut ex ære quod deraditur ex parietibus fornacum, mixtis ſcintillis, aliquando etiam carbonibus. Cc.

Spongia, apud antiquos in vſu erat tergendarū menſarū: adhibebaturq; ad obſcœna emūdāda. Martial.
Hæc ubi fortè datur tergendis ſpongia menſis.
Seneca li. x. Epiſt. Vnus è Germanis lignū id quod ad emūdanda obſcœna, adhærente ſpongia, totum in gulā farſit, & in præcluſis faucibus ſpiritum emiſit. Accipitur & ſpongia pro aſparagi ſatiui radice. apud Plin. & Col.

Spongiare, ſignificat ſpongia extergere: quo frequenter utitur Apitius.

Spongites, gemma eſt à Spōgiæ ſimilitudine. Hæc tamen interdum rufa inuenitur. Cornucopiæ.

Sponſalia, liorū, promiſſio ſiue cōtractus ſtipulatiorum futurarū nuptiarū. Spōſalia hoc modo fiebāt. Qui uxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat ſtipulabatur eam in matrimoniū ductū iri. Qui daturus erat, itidem ſpondebat daturum. Is contractus ſtipulationū ſponſionumq;, dicebatur Sponſalia.

Sponſalis, & hoc ſpōſale, quod ad ſponſionē ptinet. Vnde ſponſalis dies dr̄, quo puella promittitur.

Sponſio, nō ſolū promiſſio dr̄: ſed etiam actionis genus eſt. Caper. Religione ſancitur fœdus: at ſponſio pœna. Paulus Iureconſultus Sponſionem dici adfirmat, non ſolū quæ per ſponſi interrogationē fit: ſed etiam oēm ſtipulationem promiſſionemq;. Et Spōſor, pro fideiuſſore quandoq; ponitur.

Sponſo, ſas, frequentatiuum. à quo Deſponſo, ſas, & Deſponſor, ſaris.

Sponſus, ſus, ſpōſio. Seruius Sulpitius: Si poſt eas ſtipulationes vxor non dabat̄: qui ſtipulabatur ex ſpōſu agebat, iudices cognoſcebant.

Sponſus, ſa, ſum participium. Terentius in Eunucho: Scis ſponſam mihi? & deeſt eſſe.

Spontalis, & hoc ſpontale, idem ſignificat quod ſpontaneū, vltroneum. Apule. lib. iiii. Quumq; nulli noſtrū ſpontale parricidiū ſuadens perſuadere poſſet, gladiū per mediū pectus ictu fortiſſimo trāſadigit.

Spontè, aduerbium, ſignificat naturaliter. ut, multæ arbores ſpontè naſcuntur. id eſt, naturaliter, & non ab hominibus ſatæ. Aliquando ſignificat ſine requiſitione. ut, Spontè ad te venio. Capitur nonnunquàm nominaliter, & in ablatiuo tantum. ut, Sponte mea. Sponte tua. Vergilius,
Sponte ſua ſandix paſcentes ueſtiet agnos.
Hinc Spōtaneus, nea, neum, quod eſt voluntariū, aut naturale. Ambroſius, Terra aūt ſpontaneos fructus germinat: aut creditos vberiore cumulo effundit.

Sporades, inſulæ quædam circa Cretam in mari Carpathio. ſicut Strabo lib. x. ſcribit: Dictæ quòd in mari ſparſæ ſint. Sunt autem horum nomina: Helene, Phocuſa, Hecaria, Schinuſa, Polegrados, Thera, Anephæ, Aſtypalia, Laguſa, Ion: vbi ſepultus fertur Homerus.

Sporos, Græcè, Latinè ſemen dicitur.

Sporta, quæ & ſportula, aut à ſparto herba, quæ frequens apud Hiſpanos naſcitur: aut ab aſportādo vaſis genus, quaſi fiſcella. Salluſt. lib. ii. Hiſto. E muris canes ſportis dimittebant. Et quoniam in ſportis pecunia, quandoq; etiam cibus in quotidianum uſum deferri ſolebat, modò pro diſtributione ad populū, modò pro ipſis cibis ſumit̄. Suetonius in Claudio: Exhibuit anniuerſarium in caſtris prætorianis, ſine veneratione adparatuq;, iuſtū atq; legitimū, in ſeptis ibidē extraordinariū & breue, dierumq; paucorum: quodq; adpellare cœpit Sportulā, quia primū daturum

daturum ſe dixerat, velut ad ſubitã dictamq́; cœnulã inuitare ſe populũ. Idem dicit, Neronẽ cœnas ad ſportulas reuocaſſe. id eſt, ad parua cõuiuia. Iuuena.
Non'ne vides quanto celebretur ſportula fumo?
Erat & Sportula locus in atrio domus, vbi proponebanť eo die, quæ dono danda erant. Diminutiuũ à ſporta eſt ſportula, à quo fit ſportella.

Spudacten, quidã interpretanť amatorẽ. Hieron. lib. de uiris illuſt. vbi de diuo Luca ait: Sed & Tertullianus, vicinus eorum temporũ, refert presbyterũ quendam in Aſia σπουδαστὴν, Id eſt, amatorem Pauli, conuictum apud Ioãnẽ, quòd autor eſſet libri, & cõfeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, loco exidiſſe.

Spuma, ſordes earum rerũ à quibus eiicitur. Vergil.
Spumas ſalis ære ruebant. Hinc ſpumeus & ſpumoſus.

Spumo, mas, ſpumam facio. à quo Deſpumo, de quo alibi.

Spuo, ſpuis, ſpui, ſputũ, ſaliuã emitto. Ver. li. 4. Geor.
Nanq; illæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
Quum venit, & terrã ſicco ſpuit ore, viator Aridus.
Huius compoſita ſunt Cõſpuo, ſimul ſpuo, vel ſputo aliquem fœdo. Lactan. lib. 4. Poſt hæc conſpuerunt in faciem eius. Plaut. Ab omnibus deriſus atq; conſputus. Deſpuo, Exſpuo. Inſpuo, in aliquem ſpuo. Plinius lib. xxii. Tradunt'q; commãducata ea, ſi inſpuatur, mori ſerpentem. Reſpuo, repudio, & quaſi cum ſputo per contemptum reiicio. Lactantius lib. primo. Hanc totam opinionem, quaſi à poetis cõfictã, Sallustius reſpuit.

Spurcitia, & Spurcities, immũditia. Lucretius lib. vi.
At contrà nobis cœna teterrima quum ſit,
Spurcities eadem porcis hæc munda videtur.

Spurco, cas, fœdo, vitio. Celſus Iurecõſul. Quum ego agi poſſe Aquilia, qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo uitiauit. Plaut. Spurcatur naſum odore illutibili. Antiqui Spurcum vinũ dicebant, cum aqua mixtum: tanquàm non amplius purum foret: aut igne calefactum: aut muſtum antè quàm deferueſcat. Hinc fit compoſitum Cõſpurco. Columel. lib. ix. Nam ſuperſiliens auis, proluuie uentris cibos & aquam conſpurcat.

Spurcus, ca, cum. quod eſt impurum, obſcœnum, lutulentũ. A ſpuendo dictũ, quòd tale ſit ut de eo ſpuatur. Plaut. Tot noctes reddat ſpurcas, quot puras habuit. Aliquando ponitur pro fœtido. Apuleius: Tam multæ res ſpurcæ & graues nares infeſtant. Aliquando pro vehemẽti, aſpero. Cicc. Iactati tempeſtate ſpurciſſima. Colu. Atq; in his ipſis haberet cognitum quid recuſaret collis, quid campeſtris poſitio, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus & ſpurcus ager. Aliquando pro ſæuo, & ſanguinario. Varro: Spurcus gladiator & carnifex.

Spurius, Incerto patre natus, ab σπείρειν, ſeminare: qa nihil habet à patre niſi ſemen. Vnde Spurios verſus dicimus, alterius aut incerti autoris. Auſonius:
Quiq́; notas ſpuriis uerſibus adpoſuit. Seruius, Spurius dr̃, q ex muliere nõ nota ortus ẽ. Inter prænomina antiquorũ duabus literis Sp. ſpurius notať.

Sputamen, idem quod ſputũ. Hieronymus in lib. Iud. Quomodo ſi rumpat quis filum, idem quod ſtupa contortum ſputamine.

Sputo, tas, frequentatiuum. Plaut. Nam illic iſti, q ſputatur interdum morbus venit.

Sputum, ſaliua, quod à pus deſcendit. Dicitur & Sputus, tus. Lactantius libro quarto, Dabunt autẽ Deo alapas, manibus inceſtis, et impurato ore expuẽt uenenatos ſputus.

S ANTE Q.

SQualdam veſtem, pro ſqualida veſte dixere veteres. Ennius, Fleuere lachrymis veſtem ſqualdam et ſordidam. Cornucopiæ.

Squalleo, les, lui, à ſquãmarum crebritate et aſperitate dictum. Vnde et Squallens pro fulgenti, pleno, diuite, onerato, abundantiq́; ponitur. Quicquid enim nimis inculcatum obſitumq́; aliqua re erat, ita vt incuteret viſentibus horrorem, Squallere veteres dicebant. Vergilius libro. xii.
Per tunicam ſquallentem auro latus haurit apertũ.
Hinc poſtea tractum eſt vt corpora inculta, et ueluti ſquamoſa alta congerie ſordium, ſquallere dicantur. Idem libro ſecundo.
Squallentem barbam, et concretos ſanguine crines.
Et lib. I. Squallent abductis arua colonis.

Squallidus, ſordidus, incultus. Vnde ager non aratus, Squallidus dicitur. Aliquando ponitur pro fulgenti. Vergilius,
Alter erit maculis auro ſquallentibus ardens.

Squalor, inquinatio, ſordes. Gellius, in corporibus incultis ſquammoſis alta congerie ſordium, Squallor adpellabatur.

Squammæ, quibus corium piſcis, aut ſerpẽtis tegitur. Hinc Deſquammo, mas, quod eſt, ſquammas detraho. Plautus in Aulularia: Dromo deſquãma piſces. Ab harum ſimilitudine loricarum quoq; catenulæ Squammæ dicitur. Vergil. Quem pellis ahenis, In plumam ſquammis auro conſerta tegebat.

Squammificus, ſquammis ſqualens. Cc.

Squaroſus, à ſquãmarum ſimilitudine dr̃, cuius cutis exurgit ob aſſiduam illuuiem. Lucilius,
Varonem ac rapicum ſquaroſa incondita roſtra.

Squatina, ex planorum piſcium genere quo (propter ſquallorem, hoc eſt, aſperitatem cutis) ligna & ebora poliuntur.

Squillæ, genus arboris. Varro libr. I. de re Ruſt. Alia in mari, ut palmas et ſquillas.

Squinitii, erant Italiæ populi: quos Sabellos et Samnitas uocat Plinius libro tertio.

S ANTE T.

STabilio, lis, ſtabilẽ facio, firmo. Plau. in Amphit. Regiq́; Thebano Creonti regnũ ſtabiliuit ſuum. Hinc Conſtabilio, quod eſt, totum ſtabilio. Idem in Capti. Ego rem meam conſtabiliui, quum illum emi de præda ab quæſtoribus.

Stabilis, qui eſt aptus ad ſtandum.

Stabulariæ mulieres, (inquit Augu. lib. viii. de Ciuit. Dei) dicunť quæ exercent ſtabulum, et uiatores mercede paſcant. Vnde apud Ambroſium legimus, He-

lenam Conſtantini matrem ſtabulariam fuiſſe.

Stabularius, hoſpes viatores precio recipiens. Apule. Sumo ſarcinulam, et precio manſionis ſtabulario perſoluto, capeſſimus viam. Vlpianus, Caupones & ſtabularios eos æque accipiemus, qui cauponam & ſtabulum exercent. Et ſtabularius dicitur, qui ſtabuli, hoc eſt, loci vbi animalia ſtant, curam gerit. Colu. lib. vii. Hic enim recognoſci grex poterit, numerusq́; conſtare, ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularii caſtra manſerint.

Stabulo, las, neutrum, & Stabulor, deponens, ſignificat ſto, diuerto, & quaſi ſtationē habeo, ſiue etiā in ſtabulo guberno. Varro lib. i. de re Ruſtica, Si prata ſint in fundo, neq; pecus dominus habet, danda opera, vt pabulo vēdito, alienum pecus in ſuo fundo paſcat & ſtabulet. Colu. lib. vii. Si idoneis temporibus ad præſepia, ad aquam, ad exercitationē pecus duxerimus, curæq́; fuerit ut ſtabulentur ſicco in loco: ne humore madeſcant vngulæ. Quod facile uitabimus, ſi ſtabula roboreis aſſeribus conſtrata, aut diligenter ſub'inde emundata fuerint humo, & palea ſuperiecta. Statius libro primo Theb. Geticæq́; pecus ſtabulare ſub Hæmo. Ouid. lib. xiii. Metamor.

Hoc pecus omne meum multæ ſtabulantur in antris.

Gellius: Tubero in hiſtoriis ſcriptum reliquit, Atilium conſulem in Aphrica apud Bragadam flumen grande feciſſe aduerſus ſerpentem, in illis locis ſtabulantem prælium. Hinc ſtabulatio, manſio in ſtabulo. Colu. lib. vii. Calore boues ſub dio, frigoribus intra tectum manere oportet. Itaque hyberna ſtabulatio eorum præparanda eſt. id eſt, locus ſtabuli, uel ubi ſtabulentur.

Stabulum, à ſtando. locus dicitur, in quem longo itinere feſſi ſuccedere ſolēt: quod & diuerſorium, & hoſpitium dici ſolet. Vnde & Proſtibulæ meretrices dictæ, quòd quæſtus copioſioris gratia, concurrentibus illuc aduenis, manſiones ante ſtabula habuere. Petronius in Satyr. Sed nec viam diligenter tenebā, quia nec quò ſtabulū eſſe ſciebam. Hinc Stabula dicuntur loca generaliter, in quibus armenta gregesq́; conſiſtunt, in agris, & ſub dio: veluti quædam ſtationes animalium. Nam vbi equi tenentur, ſpecialiter equile: vbi oues, ouile: vbi ſues, haram dixere. Bouile quoq; à bobus: caprile à capris nomen traxerit, Vnde Vergilius.

Quatuor à ſtabulis p̄ſtāti corpore tauros Auertit.

Idem: interea quum iam ſtabulis ſaturata moueret. Amphitryoniades armenta, abituḿq́; pararet.

Poteſt etiam præſepe in hoſpitiis Stabulū dici. Apuleius, Duriſſimo caſui meo ſeruiens, ad equum illum vectorem meū probiſſimum in ſtabulum concedo: vbi alium etiam Milonis quondam hoſpitis mei aſinum ſtabulantem inueni. id eſt, quaſi hoſpitantē. Stabulū etiā ſumitur pro quacūq; ſtatione ſeu habitatione & loco, vbi quis ſtare conſueuit. Vergil.

Ardua tecta petit ſtabuli & de culmine ſummo
Paſtorale canit ſignū. A' Stabulū, fit Proſtibulum.

Stachys, στάχυς Latinè ſpica. Vnde Nardi ſtachys. id eſt, nardi ſpica: ex qua vnguentū generoſum concinnatur. Nam (vt ſcribit Plinius) vnguentarii non ſolum folia, ſed etiam ſpicas nardi in vnguento celebrant. A folio verò nardi, foliata nuncupantur vnguenta nardina.

Stactis, myrrhæ flos adpellatur. Hieronymus, Narrāt & hi qui aromatum nouere virtutes, Stacten florem eſſe myrrhæ. Hæc & gutta alio nomine dicitur, ſiue ſtilla, & aloe. Vnde in Euangelio legimus, quòd Nicodemus centum libras myrrhæ & aloes ad ſepeliēdum dominum præparauerit.

Stadiodromi, dicti ſunt, q in ſtadio curſu certant. Iul. Firmicus, Si Mars reſpexerit leporem cœleſtē in horoſcopo, faciet ſtadiodromos. Stadiodromos etiam locus, in quo ludi & curſus exercentur. Plinius lib. xxxiiii. Eundem vicit & Leontius, qui fecit ſtadiodromon aſtylon, qui olympiæ oſtenditur.

Stadium, Latinè curriculū ſiue locus, in quo equi homines'ue currunt, & certant athletæ. Nam & Domitianus inter cætera ſtadium extruxit. Dictū Stadiū, ἀπὸ τῆς στάσεως. hoc eſt, à ſtatione: quod Hercules eo ſpacio uno ſpiritu confecto cōſtitiſſet. Nam clariſſimum fuit curriculum ſtadii Olympii: quod Hercules ſuis pedibus metatus fertur, continetq́; octauam mille paſſuum partem, quod centum vigintiq; noſtros efficit paſſus. hoc eſt, pedes ſexcentos vigintiquinq; ut ſcribit Plin. Quæ menſura octies, efficit mille paſſus. Dicimus autem: Curro ſtadium, in ſtadio, & per ſtadium.

Stagno, gnas, ſtagnum facio, aquam contineo. Vergilius libro quarto Georgico.

Nam quos Pellæi gens fortunata Canopi,
Adcolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.

Et dicimus Stagnare aquam, quum non effluit, neq; ſorbetur. Plinius, Vbi marini fluctus effuſi ſtagnare ſolent. Et Stagnare terrā, quæ non abſorbet, ſed continet aquam. Idem, agris humidis atq; ſtagnātibus. Huius compoſitum eſt Reſtagno, quod eſt exundo. vt apud eundem lib. ix. Idem tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos, altis ſcrobibus, in his locis vbi nullæ reſtagnent aquæ.

Stagnum, à ſtando, dicitur aqua ſtans. Vergilius Stagnū pro parte maris profundiſſima poſuit: quòd ea minime moueatur, ſemperq́; ſtet. id eſt, quieſcat.

Emiſſamq́; hyemem ſenſit Neptunus, & imis
Stagna refuſa vadis. Stagnum etiam metallum eſt. à quo Stagneus, gnea, gneum. Plinius li. xxx. Pyxide ſtagnea dixit. Hoc & Stannum dicitur.

Stalagmium, genus inaurium fuiſſe oſtendit Nonius, allegans Cæcilium qui ait: Ex auro eius ſtalagmium domi habeo.

Stamen, à ſtando, quòd eo ſtat in tela omne velamentū: eò quòd firme ſtat dum texitur: non id quod hinc inde trahit. Subtegmen, quod ſubit ſtamini, Dicitur etiā Stamen, quicquid in colo ad nendum ponitur. Hiero. ad Fabiolam, Ex quibus facta fila retorquentur, cum ſubtegmine trium colorum hiacynthi, cocci, purpuræ, & cum ſtamine byſſino.

Stannum, plūbum, à ſtando dici videt, quòd in fornacibus primū fluat, ac per ſe ſtet. Quod et ſtagnum,

& Græcè caſſiterũ,ſiue catiteron,ſiue caſſiriton,im-
mutatis ab Homero literis. Nam plumbi ſunt duo ge
nera:nigrum ſcilicet, & album. Hinc Stanneus,nea,
neum. Vnde vaſa Stannea.
Stapedes,pen.cor.machinulæ ferreæ,in,quibus pedes
habere ſolemus dum equitamus.
Staphile,vitis alba : quam alii ampeloleucen vocant,
alii melothron.
Staphilus, Sicheni filius, primus aquam vino miſce-
re docuit.
Staphis,uitis eſt, cauliculis nigris rectis,foliis labru-
ſcæ:fert ſolliculos verius quàm acinos,uirides,ſimi-
les ciceri. Cornucopiæ.
Staphylinus,paſtinaca agreſtis. Colu.lib.x. Tum agre
ſtis paſtinaca, & eiuſdem nominis edomita : quam
Græci Σταφυλῖν vocāt. Hæc etiam Staphys dr̃. Pal
ladius. Staphys agria perimit pediculos gallinarũ.
Staphys, Vide in dictio. Staphylinus. de quo modo.
Stare,à ſto,ſtas,ſteti,ſtatum:proprie ſignificat in ſe et
ſua mole conſiſtere. Et non tantũ de animalis,ſed de
inanimatis quoque dicit̃.ut: Nauis ſtat, Flumen ſtat,
Currus ſtat. Sol ſtat. Vnde Solſtitium. Item auis in
aere ſtat, Arbor ſtat. Vergil. Stabat acuta ſilex
Item Stare,ſignificat erectum eſſe. Seneca, Alios ſtan
tes,alios genibus flexos vidiſſes:ſedentem aut cubā-
tem neminẽ. Itẽ Permanere,durare. Cice. Facere pro-
miſſa,ſtare cõuentis,reddere depoſitum. Vergil.
Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.
Item horrere. Cæcilius, Stat ager ſentibus. Item ple-
num eſſe. Vergil. Iam puluere cœlum Stare vi-
dent. Item prominere. Lucilius,
Hic corpus ſolidum inuenies,hic ſtare papillas,
Pictos marmoreo. Item præſtitutum eſſe, & immo-
bilem. Vergil. Stat ſua cuiq; dies Ouidius,
Sic ſtat ſententia. id eſt,immobilis & fixa eſt. Item
In animo eſſe.ut, Stat conferre manum Aeneæ. Item
poſitum eſſe. Vergilius,
Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.
Item quieſcere. Apuleius, Dum fortè ſtarent in taber
na ludẽtes. Item in priſtino ſtatu manere. Vergil.
Troiaq; nunc ſtares,Priamiq; arx alta maneres.
Item Conſtare,in precio eſſe. Liuius lib. xxiii. Mul-
toq; ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſte-
tit. Gellius, Magno ei ſtet, ea nocte abſentem fuiſſe.
Quintilia. Neq; ipſe hoc periculũ ignoro,expertus
nõ leui documento,quanti ſteterit mihi,quòd ſemel
imperata nõ feci. Stare firmũ,eſt nõ moueri:ſed con
ſtantẽ eſſe. Liuius, Reſiſtis autẽ aduerſus famam ru-
moresq; hominum, ſi ſatis firmus ſteteris. Stare per
me,per te, per illum dicitur, quum nos, aut aliquid
aliud,cauſſa ſumus,ne quid fiat. Plinius lib. xviii. Nõ
ſtat per me quo minus cœlum intelligas, & cœleſtia
ſcias. Quintil. Non per me ſtetit,ſed per illa. Compo
ſita huius verbi ſunt, Abſto, Adſto,vel Aſto, Conſto,
Circſiſto, Anteſto. Contraſto,pro aduerſor. Næuius;
Contraſtat ſemper,nec me ſinit loquier. Exto,à quo
Superexto. Inſto, Interſto, Diſto, Obſto, Perſto. Præ-
ſto, Proſto. Reſto, Subſto. Superſto,et (ſecundum ali
quos) Maniſeſto,quod eſt quaſi ad manus foris ſtò.

Præterea Solſtitium & Iuſtitium à ſto deducuntur.
Sta hic, Siſte huc,dicimus.
Stata ſacrificia,quæ certis ac ſtatutis diebus fiebant:
quæ non mutabant̃,ſed firma & ſtabilia erant. Cato,
Sacra ſtata,ſolẽnia ſancta ſeruaſti. Ennius modicam
& modeſtā formam mulieris, Statam uocauit.
Statarius,ria,rium,à participio ſtatus: quaſi ſtabilis,
ſiue idoneus ad ſtandum. Terentius in Heau. Adeſte
æquo animo,date mihi poteſtatem ſtatariam, agere
vt mihi liceat per ſilentium. Liuius lib. ix. Statarius
uterq; miles ordines ſeruans.
Stater,teris,pen.corr.generis maſculini. (teſte Hiero-
nymo in Matthæũ) dicit̃ qui duo habet didrachma-
ta. Idem lib. Regum: Ecce inuenta eſt in manu mea
quarta pars ſtateris argenti. Et Hiero. Et adpendit ei
argentum,ſeptem ſtateres, & decem argẽteos. Fit au
tem à Græco ἵστημι, quod eſt pondero, η, in α, con-
uerſo:ſicut & ab ἵστημι quod eſt ſto,fit στάσις ſtatio,
pari modo η,in α, mutata. A' cuius accuſat. Græco
στατῆρα formauerunt. Quidam hoc nomen adſpirāt,
atq; ab σταθμίζω, quod eſt trutino uel pondero de-
ducunt, Suid. Στατὴρ τὸ ἐν χρυσοῦ νόμισμα. τῶν βα
λαντίων. ὁ συνωρὶς τὸ μὲν εἶχεν ὀβολοὺς ἐκ χαλκοῦ
τὸ δὲ στατῆρας χρυσίου τῶν εὐμήλου ἵππων πολὺ
μᾶλλον ἀλλήλοις ἐοικότας. Id eſt. Stater, aureus nu-
mus crumenarum. Synoris quidem habuit obolos
ex ære, ſtateras auri equorum Eumeli multo magis
ad inuicem ſimiles.
Statera,teræ,pen.prod.à ſtando dicta eſt:quia ſtante
libra penſatur aurũ vel argentum Eſt enim inſtrumẽ
tum,quo res ponderantur ſine bilancibus.
Staticulum,diminutiuum à ſtatua. Hierony. in tranſla
tione homiliæ Origenis: Sed vxor eius immemor præ
cepti,retrorſum reſpicit, impoſitam legem rupit, fit
ſtaticulum ſalis. Staticulum etiam dicitur in vehicu-
lis:ſicut eſſedum in equo, & petoritum in mula. Pli.
libro ulti. Reddum ſpecies fluminum, nemorum, &
iumentorum,et eſſeda, et ſtaticula, et equorum or-
namenta. Apud Plautum in Perſa, Staticuli ſunt
motus ex arte ſaltatoria, & geſticuli,in quibus ad nu
meros modulosq; muſicos conſiſtunt. Cato: Spacia
torem & feſcenium uocat Cæcilium ſenatorẽ, quòd
elegantius ſaltaret, & ſtaticulos daret, quàm deceret
virum probum.
Statilinus, & Statanus, Dii præſides: quaſi nobis ad-
ſtantes.
Statim,aduerbiũ,conſtanter,perſeueranter,continue:
quaſi inſiſtendo, & vno ſtatu,à ſtando. Plaut. in Am-
phitryo. Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat. Idẽ
in eodem: Neq; Veſperugo,neq; Veſgiliæ occidũt,
ita ſtatim ſtant. Terent. In Phormione, Bina talenta
capiebant ſtatim. Aliquando mox, illico:quòd ea
quæ mox fiunt,continenter fieri uideant̃. Cicero in
Verrem, Statim Meſſanam literas dedit.
Statina,pen.cor. inſulæ de qua Papĩ. in Syl.
Aenariæq; lacus medicos,ſtatinasq; renatas.
Statio,locus in quo naues aut milites tutò ad tẽpus
ſtant,vel in quo frequenter conſiſtit̃. Curtius: Cogni
tum id per exploratores,qui ſtationes hoſtiũ fuerāt

ingreſſi. Item Statio, dicitur locus ad cuſtodiam adſignatus, quando milites ſtantes uigilant. Vergilius, Sternuntq; vices ſtatione relicta.
Ipſe comes Nyſo graditur. Hinc Stationarii milites. Item officina in quam multi conueniunt vt de aliqua re decernatur, & ius dicatur, ſtatio adpellatur. Gelli. Quæſitum eſſe memini, in pleriſq; vrbis ſtationibus, ius publice docentium. Iuuen. Stationes omne theatrum. Similiter errantium ſtellarum matutinæ (quas primas vocant) & veſpertinæ (quas ſecundas) quum ſtare ſpectantibus uideanſ in Oriente & Occidente, ſtationes uocantur. Et ſtatio, ipſe ſtandi actus, vnde & nomen accepit ſtatio. Hiero. Ieſus filius Naue ſtationem impetrauit Soli & Lunæ. id eſt, vt ſtarent.

Stationalis, firmiter ſtans. Plinius de ſideribus, Eadem ſtationalis ſenis menſibus cōmoratur in ſignis, alioqui bimeſtris, quum cæteræ utraq; ſtatione quaternos menſes non impleant.

Stationarii, milites dicũtur. quibus cuſtodiæ aut præſidii gratia ſtatio adſignata eſt. Item qui in vrbibus aut prouincıis tenentur ad populorum quietem tuēdam, Stationarii vocantur.

Statiuncula, diminutiuũ, id eſt, parua ſtatio, ſicut à ratione ratiuncula.

Statiua, & Statiuæ, quaſi ſtationes dicuntur, ſiue munitiones, In quibus vt propius pugnent milites conſident. Liuius lib. i. Tentata res, ſi primo impetu capi Ardea poſſet. Vbi id parum proceſſit, obſidione & munitionibus cœpti premi hoſtes. In his ſtatiuis (vt fit) longo magis quàm acri bello ſatis liberi cōmeatus erant. Et libr. ix. Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.

Statius, nomē poetæ comici fuit, qui Cæcilius dictus eſt. Statius a ſit adpellatus fuit, quoniam ſeruus fuit. Statius enim nomen ſeruile eſt. Fuit & alius poeta hoc noīe, qui heroico carmine multa conſcripſit.

Stator, qui apud magiſtratum aſſidue eſt, à crebra ſtatione, quales ſunt nuncii, vel tabellarii, vel apparitores, qui reos in ius uel in carcerem ducunt, quoniam apud magiſtratum dicati ſunt, ut ſtent parati ire quò ab illo miſſi fuerint. Vnde Plancus de ſtatore Lētuli conſulis ad Ciceronem ſcribit, Præſtò mihi fuit ſtator eius cũ literis, quibus ne venirem denunciabat. Et ſtator dictus eſt Iupiter, quoniā ſtare fecerit Romanos in fugā, à Samnitibus verſos. de quo in Siſto dictum eſt. Non enim à Siſto, ſed à ſto deſcēdit, quod patet ex eius compoſito Antiſtor, quod compoſitionem & ſignificationem habet à ſto: ſicut & Antiſtes. Et dicitur Stator Iupiter, qui ſtare animo facit.

Statua, à ſtatuo deduci uidetur, et eſt imago alicuius. Quāuis īter ſe differāt, qđ ſtatuæ ſint æneæ, eboreæ, lapideæ, imagines cereæ & pictæ. Suetonius in Tyberio, Etiam ſtatuas atq; imagines (niſi permittente ſe) poni prohibuit.

Statuaria, riæ, ars ipſa faciendi ſtatuas.

Statuarius, qui ſtatuas fingit, ſeu qui imagines fundit. In qua nimirum arte excelluere Lyſippus, Apelles, Praxiteles, Myron, & Polycletus.

Statuarius, a, um, quod ad ſtatuam pertinet: ut, Opus ſtatuarium.

Statumen, pe. prod. dicitur id quo fulcitur vitis, vt pali, & pedamenta, & quicquid pro munimento accedit, Statumen dici poteſt, quaſi armamētum, quo res ſtare poſſit. ipſa quoq; pedamenta uitium, ob hoc armamenta quandoq; nominantur. apud Vitruuium Statumē dicit, quicquid pro ſtrato adiicitur. Et ſtatumina à ſtatu arborum dicuntur prout creſcendo ſtatum accipiunt rami. Quò ad primum ſignificatũ. Colu. lib. v. Cũ menſem. xxx. exceſſit, poſita uinea, id eſt, tertio autumno, uehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedanda eſt.

Statumino, nas, ſtatuminibus firmo. Plin. lib. xviii. In ſolutiore terra ſepibus firmari, ora utrinq; lapidibus ſtatuminari, & alto ſuperintegi.

Statuo, uis, ui, utum, delibero, ordino, dedico, firmiter pono. Lactan. lib. ii. Abſtinere prælio ſtatuiſſet. Et lib. vi. Sed his omnibus certos limites ſtatuit. id eſt, ordinauit. Vergilius,
Craterasq; duos ſtatuam tibi pinguis oliuæ.
id eſt, dedicabo. Terentius pro concutere poſuit, quum ait: Sublimem illum arriperem, & caput primum in terram ſtatuerem, vt cerebro diſpergat viam. Huius compoſita ſunt Conſtituo. Deſtituo, Inſtituo, Præſtituo, Proſtituo, Reſtituo, & Subſtituo.

Statura, proprie corporis quantitatem ſignificat. Suetonius, Statura fuit eminenti, corpore pallido. Cornucopiæ.

Staturoſus, qui ſtatura, id eſt, magno corpore eſt. Auguſti. Fortè habens ſeruũ formoſum, ſtaturoſum, bene compoſitum, habens alium fortè ſtatura paruũ.

Staturus, tura, turum, participium eſt à ſto, ſtas.

Status, tus, conditio, habitus. Hieronymus, Nam corporis noſtri certus eſt ſtatus, ut omnium animantium. Sed quoniam apud Deum non de ſtatu corporis noſtri, ſed de vitæ meritis iudicamur, adparet omnem hominem mente ſua ſibiipſi ſtatum nomenq; formare. Colum. lib. viii. Quare ſtatus eius longior productiorq; ad hos caſus magis habilis eſt. Cicero, Qui ſtatus rerum? Quæ conditio temporum? Donatus: Status ad habitum refertur, Statura corpori adſcribitur. Status eſt ſcenici, ſtatura longitudo corporis. Quādoq; apud Rhetores Status dicitur, in quo cauſſa maxime uertitur. Cicero, Status eſt in quo primò inſiſtis, quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Quintilianus, Status eſt, quod ex prima conflictione naſcitur. Exempli cauſſa: Intentio eſt, Feciſti homicidium, Depulſio eſt, Non feci: Quæſtio, an fecerit. Hinc conſtitutio coniecturalis, quæ & Status dicitur. Tres autem eſſe ſtatus quidam dixerunt, cōiecturalem, iuridicialem, & finitiuum ſiue legalem. De quibus in Rhetoricis.

Status, ta, tum, id eſt quod firmus. Plinius lib. xviii. Iam primum hanc iniuriam omnibus annis accidere nō poſſe, propter ſtatus ſiderum curſus.

Stati dies, dicebantur, qui iudicii cauſſa cum peregrino inſtituuntur. Plaut. in Curcul. Status conditus cũ hoſte intercedit dies.

Statyelli, populi Alexādrini: & Statyellæ aquæ. Strabo:

bo. Via ea quæ ab oppido Genua ducit Placentiam, aquæ Statyellæ habent. Hinc Statyellẽſis Georgius Merula dictus eſt, quòd ibi natus ſit: vbi nunc Alexandria apud Ligures eſt.

Steatites, gemma ſimilitudinem ſeui oſtentans: quod Græci στέαρ vocant. Cc.

Stechades, penultima correp. ſunt tres inſulæ in Rhodani oſtio vicinæ Maſſilienſibus, ſic dictæ propter ordinem quo ſitæ ſunt. Græci enim Stichum dicunt ordinem & verſum. Lucanus ſingulariter protulit, quando dixit:

Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis,
Stechados ora tenens.

Stega, locus in naui contectus. Nam & ſtega tugurium eſt. Plaut. in Epidice, Adſcẽdi in ſtega. Hinc Præſtega, & Triſtega dicitur. Vnde in Geneſi capite ſexto legitur: Oſtium autem arcæ pones in latere deorſum. Cœnacula & triſtega facies in ea. Stega à Stegazo, quod eſt tego.

Stelæ, per ſimplex l, columnæ quas Latini pilas uocãt. Pli. lib. vi. Stelæ lapideæ literis incognitis.

Stelis, viſci genus eſt, quod in Eubœa creſcit. Cc.

Stella, à ſtando, quòd ſtare ſtellæ videantur. Sunt autem ſingulares ſtellæ, non admiſtæ aliis. Sidera verò, ſiue aſtra ſunt, quæ ad aliquod ſignum compluribus ſtellarum compoſita ſunt, vt, Aries, Taurus. Eſt & Stella, nomen poetæ Patauini lepidiſſimi, de quo meminerũt Martialis & Statius, & amauit Violantilam virginem Neapolitanam. Et nomen piſcis vel conchæ potius: adeo natura calida eſt, vt omnia contacta protinus cõcoquat. Forma eius ſimilis eſt ſtellis, quæ pinguntur.

Stellio, animal ſimile lacertæ, tergo depictum, lucentibus guttis, ad modũ ſtellarum. Vulgò tarantula dicitur: à Græcis aſcalabotes quòd apud eos ἄσκαλα circulus eſt. Stellio autem circulis quibuſdam depictus eſt, & veluti lucentibus guttis in modum ſtellarum. Morſus eius perraro interemit hominem: tamẽ ſemiſtupium facit, & variè adficit. Pli. lib. xxx. cap. x. Tunicula ſtellionis quam eodem modo vt anguis exuit, pota. Eſt & alius ſtellio, ex araneorum genere, lentiginoſus, in cauerniculis dehiſcentis per æſtum terræ habitans. In Apulia frequẽs viſitur, & ſimiliter tarantula dicitur, ſcorpionibus ita contrarius, vt viſus ab eis pauorẽ ipſis adferat & torporẽ. Auguſt. lib. x. Confeſſionũ, Quid quũ me domi ſedẽtem ſtellio muſcas captans vel aranea retibus ſuis irruẽtes implicans ſæpe intentum facit. Hinc Stellare, pro inuidere, ſed & maledicta, hinc & ſtellionatus crimẽ et ſtellaturã accipere apud Spartianũ q ait, Tribunos, q ſtellaturas militibus tuliſſent capitali pœna affecit.

Stellionatus, crimen, apud iuriſc. à ſtellione nomen ſumpſit. Quod fit, quum aliquid dolo factũ eſt, ut ſi quis rem alii obligatã, diſſimulata obligatione, per calliditatem alii diſtraxerit: aut ſi quis merces corruperit, aut impoſturam fecerit, cuius nulla ordinaria pœna eſt; ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidem ſpectat.

Stello, las, luceo, & quaſi ſtellas facio. Martialis,

Et numeroſa linunt ſtellantem ſplẽdida frontem.

Plin. lib. xxxvii. Quoniam ſtellarum Hyadum & numero & diſpoſitione ſtellãtur. Hinc ſtellatum, ſtellis plenum quod eſt cœli epitheton, quum ſerenum eſt. Interdũ ſtellare, eſt ad modum ſtellarum factũ eſſe. Dicimus, facto de ſtelle. Claud. lib. ii.

Ducitur in thalamum virgo, ſtat pronuba iuxta
Stellantes nox picta ſinus. Idem lib. iii.
Vt patuit ſtellata domus conſidere iuſſi.

Interdũ ſignificat inuidere, à ſtellione animali, cuius natura eſt inuidiã habere, de quo Plin. lib. trigeſimo.

Stemma, matis, coronamentum, quod ex multis floribus compoſitum eſt. Dictũ à Græco, quaſi στεφάνωμα, στέφω corono, vel στέφανος corona. Iulius Firmicus libro. iii. Magnos viros faciet Mercurius, qui ſacris & glorioſis ſtemmatibus coronentur. Quandoq; ſignificat claram familiã, in qua inſignes viri, vt in ſertis flores eluceſcunt, & quæ plerunq; ex victoriis et coronis maiorum contrahitur. Iuuenalis,

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri?

Sueton. Quod in vetere gentiliũ ſtemmate C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Quoniam verò mos erat apud antiquos, vt viri ob res bene geſtas coronis donarẽtur, & eadem ſtatuarum capitibus imponerentur, inualuit conſuetudo, vt ſtemma aliquando pro facinore accipiatur. Aliquando pro ipſis imaginibus maiorum, quæ poni ſolebant in atriis. Martialis,

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.

Seu pro gradibus generis, et ordinibus deſcendẽtiũ qui ramis quibuſdã, & velut intercurrentibus lineis diſtinguebantur. Pli. lib. xxxv. Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Quin & pro inſcriptionibus ſaxorum. Martialis,

Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

Stenio, fuit vna ex filiabus Phorci & Cetus beluæ marinæ, Meduſæ ſoror. Cc.

Stenobœa, proprium nomen mulieris, Prœti regis Ephyræ uxor, quæ Bellerophontem amauit. Cc.

Stentor, ab homero inducitur vocaliſſimus, cuius tantus vocis erat ſonus, quãtus aliorum quinquaginta.

Stephanoma, pen. prod. στεφάνωμα, Latinè coronariũ genus oleris quodcunq; foliaceum.

Stephanoplocus, dr̃ coronarius. id eſt, q coronas cõficit, στέφανος enim coronã ſignat, & πλέκω texo. Cc.

Stephanus, Latine corona, à quo Stephanium, & Stephaniſcum diminutiua. Hinc aliud diminutiuum Stephaniſtidium.

Stercorarius, ria, rium, quod ad ſtercora pertinet. Varro lib. i. de Re ruſtica, Sic è ligno & ferro vt plauſtra maiora tria, aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor.

Stercoratum, ſtercore infectum dicitur. Colu. lib. i. Pomaria quoq; & hortos oportet ſepto circundari, & eſſe in propinquo, atq; in ea parte qua poſſit omnis ſtercorata colluuies cohortis balneariorũq; et oleis expreſſa amurcæ ſanies influere.

Stercoro, ras, fimũ agris fœcunditatis gratia adhibeo. Plin. lib. xviii. Ager ſi non ſtercoratur, alget: ſi nimiũ

ſtercoratus eſt, adaritur. Colum. Lupinum vbi in florem verterit, nihil agri ſtercoraueris. Et Stercorare, eſt pinguefacere. Idem lib. xii. Vitia & faba ſtercorare agrum dicuntur.

Stercus, ab extergendo deduci videtur: quòd undiq; abſtergi ſoleat.

Stercutius, dictus eſt Saturnus: quòd primus ſtercorandi agri rationem inuenerit.

Steresis, Græcè, orbitas à Latinis dicitur. Cc.

Sterileſcere, ſignificat ſterilem fieri. Palladius de gallinis loquens. Vinaciæ (inquit) cibo ſterileſcunt, hordeo ſemicocto & parere ſæpe coguntur, & reddunt oua maiora. Plinius lib. viii. Capræ pinguedine ſterileſcunt. Cornucopiæ.

Sterilis, infœcundus, & fructum non ferens, ſine prole, στερέω enim priuo dicis, ſeu careo. Et στερητικὸς ſterile. Græci στέρησιν orbitatem dicunt. Hinc ſterileſco.

Sterinon, Græcè, Latinè ſterile dicimus. Cc.

Sternax equus, dicitur qui ſeſſorem excutit, ac in terrá deiicit. hoc eſt, ferox. Vergilius, Et ſternacis equi.

Sterno, nis, ſtraui, ſtratum, de ſtatu deiicio, & quaſi in terram extendo. Verg. lib. x. Sternitur infelix alieno vulnere. Hinc cæſum exercitum, ſtratũ dicimus. Inde Strages. Per tranſlationẽ ſternere pro extẽdere quãdoq; ponitur. Vnde ſternere humi tapetas, frondes, & huiuſmodi dicimus. Et quoniam ſternendo fit, vt id ſupra quod ſternimus, hoc eſt, extẽdimus aliquid, tegamus, ſternere etiã pro tegere atq; implere ſumit. Vnde ſternere equos dicimus. hoc eſt, ſtratis tegere. Hieron. in Geneſi, Habraam de nocte conſurgens ſtrauit aſinum. Sic ſternere equos, cooperire: Sternere humum floribus, implere. Vergilius, Sternitur omne ſolũ iaculis. Item qm̃ ſternẽdo, id eſt, extendendo, & id quod extẽdimus complanamus atq; cõponimus, fit vt ſternere quoq; pro componere ac complanare vſurpemus, & Stratum dicamus complanatum atque compoſitum. Vnde ſtratum mare dicimus, quando nullo vrgente in fluctus vento, æquatũ manet. Verg.

Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor.

Et ſtratas vias dicimus, ſiue quòd complanatæ ſint ſiue quòd lapidibus tectæ. Idem,

Miratur portas ſtrepitumq; & ſtrata viarum.

Item quia iacendo quodammodo extendimur, fit vt eos etiam ſe ſternere dicamus, qui ſe ad iacendum collocant, vt quieſcant. Idem lib. iiii. Georgic.

Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore Phocæ.

Huius verbi compoſita ſunt Conſterno. Externo, à quo ſupſterno. Deſterno, Inſterno, Proſterno, & Subſterno, à quo Subſtratus.

Sternuo, nuis, nui, nutũ. à quo fit frequentatiuũ ſternuto, tas, pen. prod. Inde ſternutatio, inflatio, quæ à pectore exurgens, totum caput concutit. Propertius,

Num tibi naſcenti primis mea vita diebus.
   Aridus argutum ſternuit omen amor?

Colu. li. viii. At ſi moleſta pituita eſt, cunilæ bubulæ, vel ſurculi nepetæ ſylueſtris, lana inuoluti, naribus inſeruntur verſanturq;, donec ſternuat ouis.

Stereogonia, gen⁹ thuris, quod Latini maſculũ dicũt, à ſoliditate, στερεὸν enim Græci ſolidum dicunt, Cc.

Steropæ, à fulgetra nomen ſortitus eſt: quæ Græcè στεροπὴ dicitur. Fuit vnus ex famulis Vulcani.

Sterquilinium, locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculũ. Colu. lib. i. Sterquilinia duo ſunt: Vnũ quod noua purgamenta recipiat, & in annum conſeruet, Alterum. ex quo vetera vehantur.

Sterpſiceros, animal eſt, quod Afri addacem vocant. Huic Græci à cõtortis cornib⁹ nomẽ indiderũt. Cc.

Sterto, tis, tui, dormio. Terentius in Eunucho, Fatuus, inſulſus, tardus, ſtertit noctes dieſq;. Hinc fit compoſitum Deſterto. Perſius,

Cor iubet hoc Ennii poſtquàm deſtertuit eſſe.
Mæonides quintus pauone ex Pythagoreo.

Steſichorites, Italis numer⁹ eſt octonarius, à Steſichori poetæ ſepulchro, quod octo talorum figura confectum fuit. Cc.

Steſichorus, pen. cor. nomen poetæ ex Himera Siciliæ vrbe: ex qua Himereus eſt dictus. Alii ex Methauria vrbe natum dicũt. Alii ex Palantio Arcadiæ oppido. Ferunt inde profugum Catanã veniſſe, eoq; in loco defunctum, & extra portã vrbis ſepultum fuiſſe, portamq; ab eo Steſichoriam nuncupatam. Floruit triгeſimaſeptima. Olympiade ſextaq; & quinquageſima obiit. Fertur luſciniam aliquando in ore Steſichori infantis ceciniſſe mirabili auſpicio, ſummum eum poetam futurum, & cantus ſuauitate omnes qui ante eum fuerunt ſuperaturũ. Horatius, Steſichoriq; graues camœnæ. Fuit enim excellentiſſimus lyricus, à quo Steſichorium carmen dictum. Ideo autem dictus eſt Steſichorus, quòd primus ſaltare ad citharam inſtituit, hoc eſt, coream ducere. Antè Tiſias uocabatur.

Stibadium, accipitur pro ſella & abaco, quo fulti diſcumbunt conuiuæ, quod primò herbidum fuit: poſtea (inualeſcente luxuria) marmoreum. Hic torus rectius adpellabatur, quando à tortis herbis inflectatur. Nam apud Græcos ſtibades, herbæ ſunt, aptæ ad diſcumbendum. Hinc ſtibadion, cubile ex ſtibade herba conſtructum. Pli. li. v. Epiſto. Ex ſtibadio aqua velut expreſſa cubantium pondere ſiphunculus effluit. Sunt qui dicant, ſtibadia eſſe paruas cœnationes, in quibus ſcriptum eſſe ſolebat, quot cõuiuas cœnatio caperet. Seruius in Commentario in primum librum Aeneidos, dicit, Stibadia antiqui non habebant, ſed ſtratis tribus lectis epulabantur. Vnde & triclinium ſterni dicitur. Martialis, Stibadium

Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma,
   Octo capit, veniat quiſquis amicus erit.

Stibium, dicitur quo ad venuſtandos oculos peculiariter vtebantur. In argenti enim metallis, inuenitur lapis ſpumæ candidæ atq; nitentis, quem alii ſtibium, alii alabaſtrũ, alii turbaſin adpellant. Cuius uis principalis eſt circa oculos, quos dilatat, quorumq; fluxiones exulcerationesq; inhibet. Ideo id Græci platyophtalmon dixere, ab oculorum dilatatione. De quo Plinius lib. xxxiii. cap. vi. Hieronymus ad Furiã, Non habuit criſpantes mitras, nec ſtridentes calceolos, nec orbes ſtibio fulginatos. Et de Paula, Turbanda eſt facies, quam (contra Dei præceptum) purpu-

ſtiſſo, ceruſa, & ſtibio ſemper depinxit. Hinc Stibinus, a, um, pen. produ. quod ſtibii colorem habet, vt apud librum primum Paralippom. Hieronymus, Onychinos ſtibinos dixit.

Stichos, Latinè verſus ſiue ordo dr. Vnde Diſtichus.

Stigma, tis, notæ ſiue ſigna quæ inuruntur, ab στίζω pungo. Martialis,

Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt.

Per tranſlationem quãdoq; ponitur pro ſuggillatione & infamia. Suetonius, Val. Catullum, à quo ſibi verſiculis de mamurra perpetua ſtigmata impoſita, non diſſimulauerat ſatis facientem, eadem die adhibuit cœnæ hoſpitioq; patris eius. Stigmata (ut inquit Plinius) delentur columbino fimo.

Stigmatici, dicuntur famoſi & nocentes, qui nota aliqua aduſti ſunt, vt ſemper adpareant. Stigmaticos dici voluerũt notis & ſtigmate punctos. Cicero ſcribit Alexandrum Phereũ, quũ ad uxorem in cubiculũ veniret, ſolitum præmittere ſeruũ ſtigmaticum compũctum notis Thraciis diſtricto gladio ob metum.

Stigo, as, ſtimulo, irrito, à quo Inſtigo, Caſtigo, Fuſtigo, quamuis quidam ab ago compoſita eſſe velint.

Stilbo, philoſophus fuit, qui capta patria, amiſſis liberis & vxore, quum ex incẽdio ſolus, & tamen beatus exiret, inter roganti Demetrio (cui cognomen ab exitio urbium Polyorcetes fuit) num quid perdidiſſet? Omnia (inquit) mea bona mecum ſunt. Quo dicto dubitare Demetriũ coegit an uiciſſet: Nihil (inquit) perdidi, omnia mea mecum ſunt, videlicet virtutes, quas nulla vis hoſtilis eripere nequit, quibus ſapiens ſeptus nullum poteſt ſubire diſpendium.

Stilbon, ontis. Mercurii ſtella dicitur, id eſt, radians. Fit à verbo Græco στίλβω, reſplendeo, quòd eius orbis ſplendeat.

Stilla, diminutiuũ à ſtiria (vt inquit Feſtus) & accipitur pro gutta, vt ſtilla olei, ſtilla aquæ. Apuleius, Et ſanguinis eruptionem vtriculo admoto, excipit diligẽter, ve nulla ſtilla compareat vſquàm. Victruuius libro ſecundo, Faſtigia facientes, luto inducto proclinatis tectis ſtillicidia deducebant, per id ſtillæ decidunt in impluuium. Martialis,

Atq; olei ſtillam donaret Opelliculus vnctor.

Stillicidium, quaſi ſtillarum cadiũ, quòd ſtillatim cadat vbi è tectis guttæ fluunt. Hierony. in Pſalm. Sicut ſtillicidia ſtillantia.

Sillititia reſina, dicit̃ quæ ruſo colore lenteſcit, dicta quòd guttatim ſtillaret.

Stillo, as, guttatim fluo, ſiue emitto. Plin. Frutex eſt reſina ſtillans. Huius compoſita ſunt Diſtillo, deorſum ſtillo. Vergil. lib. iii. Georgic.

Lentum diſtillat ab inguine virus.

Et Diſtillare, eſt paulatim fluere. vnde fluxus humoris, à capite, dicitur Diſtillatio. Item ſignificat guttatim humorem extrahere. Vnde Diſtillare herbas, eſt humorẽ ex his paulatim extrahere. Hinc Diſtillatio, liquamen quo vtitur cum pulmentariis. Et Diſtillarius, dictus eſt concinnator diſtillationem & venditor. Seneca: Iam libarii uarias exclamationes & botularium, & diſtillarium, & omnes popinarum inſtitores, mercem ſuam quadã inſignita modulatione vendentes. Extillo, perfecte ſeu totum ſtillo. Terentius in Phorm. Hiſce ego illãm dictis, ita tibi incenſam dabo, vt ne reſtinguas lachrymas, ſi extillaueris. Inſtillo, intrò ſtillo. Plin. lib. x. Et aurium grauitati ſuccum raphani inſtillant.

Stilpones, dicuntur ab aliquibus homines parui, qui nani vocitantur.

Stimulam, Deam ueteres dixerunt, quæ ad agendum aliquid ſtimularet. Cc.

Stimulo, as, pungo. Terentius in Heaut. Magis nunc me amicæ dicta ſtimulant. Hinc Extimulo, quod eſt valde ſtimulo. Columella libro ſeptimo, Libidinis extimulatur furiis.

Stimulus, ἀπὸ τοῦ στίζω, proprie dicitur fuſtis acutæ cuſpidis, quo ruſtici boues ſuppungunt. Plaut. in Aſina. Vtinam nunc ſtimulus in manu mihi ſit. Per trãſlationem dicit̃ omne illud à quo vexamur. Hinc ſtimulum carnis, & uitiorum dicimus.

Stingo, & Stinguo, is, xi, ctum, eiuſdem ſignificationis eſt cum extinguo. Cicero in progno.

Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguntur radii cæca caligine tecti.

Huius compoſita ſunt Diſtinguo, Extinguo, Interſtingo, inſtingo, & Reſtingo.

Stiparius, a, um, quod ad ſtipandum pertinet. Pli. lib. xix. Mox ſiccatæ in ſaxo tunduntur ſtipareo malleo.

Stipatores, qui in nauibus onera cõponunt, & qui regum vel aliorum corpora cuſtodiunt, à ſtipe, quã accipiebant: vel quòd reges ſtipent & vndique circundent, ac claudant penè conſtringentes, inſtar apum circa ipſarum regem: aut quòd ipſi ferro ſtipati ſunt. Cicero lib. ii. Offic. Præmittebantq;, de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarẽtur arculas muliebres, & ne quod in veſtimentis telum occultaretur, exquirerent. Hos antiqui à latere latrones uocabant.

Stipendiale, quod petinet ad ſtipendium. Sidonius, Poſſit fœdere ſub ſtipendiali.

Stipendiarium, certum vectigal. Cic. in Verrẽ actl. v. Inter Siciliam cæteras q; prouincias in agrorum vectigalium ratione hoc intereſt, quòd cæteris aut ipoſitũ vectigal certum quod ſtipendiarium dicitur.

Stipendiarius, tributarius, qui ſoluendo ſtipẽdio obnoxius eſt, qui alio noĩe vectigalis dr. Vnde multi populi ſtipendiarii erant reipub. Romanæ. hoc eſt, qui ſoluebant ſtipendium. Cæſar Cõment. primo, Reliquasq; ciuitates ſtipendiarias haberent. id eſt tributarias. Vulgus perperã adpellat ſtipẽdiarios milites, q ſtipendia faciunt, quũ tales mercenarii ſiue ærarii milites ſint nuncupandi, quos Vegetius ſtipẽdioſos vocat: quamuis & ſtipendioſi dicantur ſtipendiis pleni. hoc eſt, qui ſtipendia plurima fecerunt.

Stipendiatus, à ſtipendior, aris, qui ſtipẽdium recipit, & alio nomine mercenarius dicitur, vt ſunt ii qui ad militiam adſcribuntur. Plin. lib. vi. Regi eorum peditum ſexcenta milia, equitum triginta milia elephantorum nouem, per omnes dies ſtipendiantur.

Stipẽdioſus, de quo modò in dictione Stipẽdiarius.

Stipẽdium, æs militare, ſeu præmium quod militibus

datur. Compoſitum nomen ex ſtipe & pendo: quaſi ſtips ponderata ſit. Stips autem, dicebatur ab antiquis æs, eò quòd antequàm ſignatum eſſet, non numerabat, ſed penſabat. Quod qui ſupra as (vt Varro inquit) acceperant ſua neceſſitate maiorem numerum non in arca ponebant, aut in loculis, ſed in theſauris ſtipabant. id eſt, in anguſtum ponebant, quò minus loci occuparet. Vlpi. Stipendiū à ſtipe adpellatum eſt, quòd per ſtipes, id eſt, modica æra colligat. Sed quoniam ſtipendium, quod militi dabatur, perpetuū erat, quouſque exautoraretur diminueretur ue, ſolidéq; dabatur, tractum videmus vt dici cœperit cum militem ad ſolidū cōduci, cui promitteret ſtipendiū licet annuū. Caſſiodorus, Vegetius, & Frontinus ſolidatū in militia fuiſſe ſcribunt eum cui ſtipendia ab imperatore promiſſa erant. Stipendium etiam dicit, quod quis tenet ſoluere principi, aut reipubli. Liui. lib.ii. Vt diuites conferrent, qui oneri ferēdo eſſent, pauperes ſatis ſtipēdii pēdere ſi liberos educent.

Stipes, fuſtis terræ defixus, qui quoniam pullulare aliquando cōſueuit, putant aliqui ſtirpem ab eo dictā. Item Stipes, dicit torris lignum, & quodlibet aliud quod facile incenditur.

Stipholus, vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. Cornucopiæ.

Stipo, pas, rimas obturo, condenſo, quia in hoc ſtupa vti ſolemus, eſt enim deterius linum quod rimis maxime nauium claudendis adhibetur. Vnde Stipatores dicti ſunt, qui in nauibus ſtipam, hoc eſt, ſtupam cōponunt. Hinc Stipare pro claudendo coarctare, denſareq; accipitur: ſicut in nauibus fieri uidemus. Vergilius, Stipatq; carinis Ingens argentum. Et Stipare ſignificat circundare aliquem defendendi cauſſa. Liuius lib.i. Stipatus agmine armatorum in forum irrumpit. Hinc Conſtipo.

Stips, ſtipis, & Stipis, is, merces quæ ſtipatoribus & militibus dabatur. Et quum ſpondetur pecunia, Stipulari dicit. id eſt, ſtipem obligare. Pecunia quoque quam vel in ærariū reponebant, uel Diis offerebant, uel mendicis porrigebant ad ſuſtentationem uitæ, Stips dicebatur à ſtipādo: propterea quòd in cella ſtipabant, id eſt, componebant.

Stipula, à ſtipa, hoc eſt, ſtupa deducitur: ſiue quòd ſtipæ inſtar vrat: ſiue quòd ea quo q; ſtipari tectorum rimæ conſueuerunt. Eſt autem Stipula, calamus frumenti, puta tritici, hordei, & ſimilium: quòd ſcilicet continet ſpicā cuius internodia genicula dicunt, aliquando genua à ſimilitudine genuū animalis. Plini. Frumenta quædam in genu tertio, ſpicam incipiunt concipere. Idem, Genicula ſunt tritico quaterna, farri ſena, hordeo octona. Stipula etiam dicit, quæ remanet in campo demeſſo frumento. Item ea pars quæ è frumento demeſſo contuſa ſpica ſuperſtat, ſimiliter Stipula generali uocabulo adpellatur.

Stipulatus, us, idē quod ſtipulatio. Plinius, Iouis decorſum ſummi ſtipulatu.

Stipulor, pen. cor. à ſtipando, ſignificat promitto, ſeu pecuniam ſpondeo, ſtipem obligo, obligationē, vel per obligationem habeo. Nam proprie de pecunia dicit, quamuis ad omnes rogationes quæ ſolenniter fiunt tranſlatum ſit. Hinc Stipulatores dicuntur qui per interrogationem obligant promiſſorem. Hæc enim duo Stipulator & Promiſſor opponunt. Q. docet Iuriſconſ. titu. de Verborum obligationibus. Eſt autem Stipulatio (vt inquit Pompo.) verborum cōceptio, quibus is, qui interrogatur daturum facturum'ue ſe id quod interrogatus, reſpondet. Eſt autē Stipulor (ſecundum Priſcianum) verbum commune, quod tam in actiua, quàm in paſſiua ſignificatione, ablatiuo iūgit. Dicimus enim, Stipulor abs te, rogo te, peto, abs te: & Stipulor abs te, pro rogor abs te. Iuue. Quātū vis ſtipulare & ptinus accipe quod do, Vt toties illum pater audiat. ſubaudit à me ſtipulare. Eſt enim actiuæ ſignificantiæ. Suetonius uerò paſſiue protulit: Prætorum lectoria, quæ uetat minorem annis uigintiquinq; ſtipulari. id eſt, interrogari. Plautus quoq; paſſiue dixit: Niſi dolo malo inſtipulatus ſis. Stipulator, qui rogat & qui rogatur. Huius verbi compoſita ſunt, Adſtipulor, quod eſt conſentio. Cicero libro Acad. Falſum eſſe Stoici dicunt, & eorum adſtipulator Antiochus. Inſtipulor. Plautus in Pſeud. Menſuræ viginti ſaluæ, & ſanæ ſunt, tibi hodie quas abs te eſt inſtipulatus etiam Pſeudolus: Reſtipulor, quod eſt contra ſponſionem, pecuniam obligo.

Stiria, proprie eſt aqua frigore concreta, pendens, guttatimq; ſtillans. Vergilius,
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.
Plin. Diſtillantes hyberno gelu ſtirias. Inde Stiricidium, quod eſt quaſi ſtiriæ cadium.

Stirpices, qui ſtirpes euellunt. Quæ tñ omnia à ſtipe incipiendo à quibuſdam cum y, pſilon ſcribuntur.

Stirpitus, penul. correp. aduerbium, ſignificat radicitus. Cicero lib. iiii. Tuſcula. Hunc errorem quaſi radicem omnium malorum ſtirpitus philoſophia, ſe extracturam pollicetur.

Stirpo, es, radices auſero, à quo Extirpo. Per trāſlationem Extirpari uitia dicimus, quaſi funditus tolli.

Stirps, quum de hominibus dicitur, generis fœminini eſt, & ſignificat originem. Vergilius,
Heu ſtirpem inuiſam.
Quum uerò de arboribus, pro trunco, gener. maſculi. Idem lib. xii.
Quum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum.
Inuenitur etiam fœmininum. Horatius,
Stirpesq; raptasq; & pecus & domos.

Stiua, aratri manica, quæ tenet manibus quum arat. Verg. Stiuaq; quæ currus à tergo torqueat imos. Dicta Stiua à ſtando, quia ſuper eam regula ſtat, & eſt quaſi temo inter boues.

Stlata, genus nauigii latum magis, quàm altum, à latitudine ſic adpellactū: ſed ea conſuetudine qua ſtlotū pro lotum, ſtlitem pro litem dicebant antiqui: qui dictionibus ab l, incipientibus, ſt literas præponere ſolebant. A' Stlata Stlatarius dicit: ſicut à ſcapha ſcapharius. Stlatarium quandoque dicitur, quod mari portatum eſt, quaſi ſtlata aduectum.

Stlembus, grauis & tardus. Lucilius,

Atque

Atque equum pedibus ſtlembum.

Stlitibus iudicandis, dicebant veteres pro litibus iudicandis.

Stlopus, ſonus q ex inflatione buccarũ erũpit, Perſius: Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. Poſtea Sclopus & Sclopetus.

Stœchades, tres inſulæ, quarũ hæc ſunt noĩa: Themiſta, Põponiana, tertia Hypea. autor Martianus.

Stoici, philoſophi adpellati ſunt, ab στοὰ, quod ſignificat porticum, quo conuenire ac differere ſolebant, Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile, ex uarietate picturæ. Græci enim ποικίλον, uarium dicunt. Suidas noſter: στοὰ ἡ ἐν Ἀθήναις διατριβὴ διὰ τοῦ συμπεσεῖν ἐκεῖ δὲ ἐπ' αὐτῆς διὰ τοῦ μεγάλου ὄντος ἀναπαύεσθαι κατιέναι, ἔτερον δὲ ζωγραφηθῆναι ποικίλην ἐκλήθη τὴν στοὰν τὴν ἐκτὸς ἐφίστω ἀποτεθειμένην ἐς τὸ ἱερόν. In hac porticu Zeno philoſophus diſcipulos docebat. Vnde & ſecta Stoica, & philoſophi Stoici nũcupati ſunt, qui antea Zenonii dicebatur à Zenone doctore. Hæc eſt illa porticus Stoicorũ memoratiſſima, quã Chryſippus dictus eſt fulcire, quã pinxit Polygnotus gratuitò.

Stola, apud veteres dicebatur quicquid tegebat, & apud Græcos στολὴ indumentũ ſignificat, vnde Stola deducitur. Poſtea ad honeſtæ tantum matronæ ueſtem, hoc nomen tranſlatum eſt, quæ uſque ad imos pedes demiſſa erat. Tibullus,

Impediat crines nec ſtola longa pedes.

Hinc Stola pro matrona, honeſta muliere ponitur. Papin. Omnis plebeio teritur prætexta tumultu. Hinc eques hinc iuuenum cœtu ſtola miſta laborat. Et Stolatũ matronale atq; honeſtũ dicimus. Mart.

Quis ſtolalla ueſtit & ſtolatum
Permiſit meretricibus pudorem.

Valerius Maximus li. ii. Sed quo matronale decus uerecundiæ munimento tutius eſſet, in ius uocãti matronã, corpus eius attingere non permiſerunt, ut inuiolata manus alienæ tactu ſtolæ relinqueref. Stola etiã accipitur pro veſte ſacerdotali, quod & orarium vocant. Apuleius libro ultimo Metamor. Proceſſi duodecim ſacratus ſtolis.

Stolatus, a, um, quod eſt ſtola indutum, & pro honeſto capitur.

Stolidus, ponitur pro excordi, tetro, moleſto, atque illepi[do].

Stolo, nis, inutilis, & quaſi ſtolida eſt fruticatio, ex arborum radicibus. Plin. Fuerũt ab arboribus cognomina antiquis, ut Fronditio militi illi qui præclara facinora Vulturnum tranſnatãs, frondi capiti impoſita aduerſus Hannibalem edidit, Stolonum Liciniæ genti: ita enim adpellatur, in his arboribus fruticatio inutilis. Varro libro primo de Re ruſtica: Nam Stolonis illa lex quæ uetat plus quingẽta iugera habere ciuem Romanum. Et qui propter diligentiã culturæ Stolonum confirmauit cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat ſtolo: quòd effodiebat circa arbores radices, quæ naſcerẽtur è ſolo, quos ſtolones a[d]pellabant.

Stomachicus, qui ex ſtomacho laborat. Plinius libro xxv. ſcribit helleborum mederi ſtomachicis.

Stomachor, indignor ac turbor. Cicero Caſſ. Si enim ſtomachabere & moleſte feres plura dicemus. Hinc Subſtomachor, paulũ faſtidio. Auguſt. lib. iii. Cõfeſſionum: Ille iam ſubſtomachans tedio. Vade (inqt) à me, ita uiuas: fieri non poteſt, ut filius iſtarum lachrymarum pereat.

Stomachoſus, qui facile indignatur, ac efficta faſtidit. Cice. Appio Pul. accipit pro eo qui iniuriam, contumeliamq; facit. Stomachoſiores (inquit) meas literas quas dicas non intelligo.

Stomachus, fiſtula per quam cibus deſcendit: ſed ponitur pro uentriculo, id eſt, receptaculo ciborum. Eſt enim principium inteſtinorum à ſeptimæ ſpinæ vertebra incipiens, circa præcordia, cum uentriculo cõnexus, ab στόμα, τοῦ στόματος, ore & ἔχω, habeo, ἔχειν, quia os ſic habens, ut effundat aliò. Iuuenal. Si ſtomachus domini feruet uinoq; ciboq;. Interdum Stomachus ponitur pro indignatione & ira & odio & faſtidio. Cice. lib. iiii. Tuſcul. Tractata definitione fortitudinis, intelligens eam ſtomacho non egere. Sic dicimus: Non poſſum ſine ſtomacho dicere, hoc eſt, cũ faſtidio & indignatione. Interdum in bonam partem capitur pro facilitate. Plinius in ꝓlo. Argumentũ huius ſtomachi mei habebis. id eſt, huius meæ facilitatis & mãſuetudinis & benignitatis.

Storax, genus aromatis, & arbor unde fluit. Dr̃ et Styrax. Plin. lib. xii. Arabes ex Syria reuehunt ſtyracẽ. Ex hac fiebat omne vnguentum.

Storea, quam extendimus ſuper terrã. Pli. lib. xv. Colligi mala poſt æquinoctiũ autũnale, neq; ante ſextã decimam Lunã, neq; ante primam horã, cadiua ſeparari ſtramentis, ſtoreis, paleis'ue ſubſterni. Dicta Storea ἀπὸ τοῦ στορέννυμι, quod ſignificat ſternere. Hæc alio nomine & teges, & matta vocatur.

Strages, ſignificat cladem, depulſionem, profligationem, lacturam. Nam antiqui ſterno & ſligo in eadẽ ſignificatione accipiebant.

Stragulum, genus ueſtis, ut Aſconius. Vlpi. Stragulã veſtem accipit pro ueſtimento quod inijcitur: quale eſt Græcorum pallium. Sed Hierony. pro ueſte muliebri poſuit, quum inquit: Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentum eius. Alii accipiunt pro lectorum opertorio, vbi & dormiebant antiqui, & diſcumbebant vario deliniamento figurarum, aut acu picto. Varro: Quicquid inſternebant, à ſternendo Stragulum adpellabant, quicquid culcitræ ſternitur. Tibullus,

Nam neq; tunc plumæ nec ſtragula picta ſoporem.

Et Stragulas veſtes, aulea & tapetas intelligimus.

Stramen, quod ſolo quieſcendi gratia ſternitur. Dicitur & Stramẽtum, & proprie eſt ſtipula. Varro: Tertio modò metitur ut ſtramentum medium ſubſecent, quod manu ſiniſtra ſummum prehendunt, à quo medio meſſem dictam puto. infra manum ſtramentum quod terræ hæret, poſtea ſubſecatur. Dictum Stramentum à ſtando, vel à ſtratu, quòd id ſubſternatur pecori.

Stramentitius, a, um, quod ex ſtramento fit.

Stramineus,a,um,quod ex ſtramine. Propertius,
Straminea poſſet dux habitare caſa.

Strangulo,as,ſtringendo gulam neco. Plinius lib.vii. Fabius ſenator pictor in lactis hauſtu vno pilo ſtrágulatus eſt.

Stranguria,difficultas vrinæ,quãdo guttatim micturiunt,ab ϛραγγαλίω, conſtringo & τὸ οὖρον,vrinai vel ab ϛράξ,γὸς, quod apud nos guttam ſignificat, οὐρέω, mingo. Latinè ſubſtillum dicitur.

Stratagemata,aſtutiæ rei militaris,geſta militaria,exẽpla,ſiue cõſilia militaria,quibus hoĩes ad ſimilia faciẽda ducunt,ϛρατὸς enim exercitus,ἄγω,duco.

Strategus,penultima product. dux exercitus. Plautus in Curcul. Nec ſtrategus nec tyrannus quiſquàm nec agoranomus.

Stratia,militia,exercitus.

Stratiotes,miles.

Stratioticus,militaris.

Stratiphocles,ſtratos, exercitus,phos, vir,cleos,gloria,nomen viri proprium.

Stratius,ſiue ſtratiuus, dicitur militaris, vnde Iupiter Stratius à veteribus coli dicebatur.

Stratius,fuit unus ex filiis Neſtoris. Cc.

Strato,nomen proprium Sidonis reguli, qui(vt Hierony. ſcribit)manu propria ſe uolens confodere, ne imminentibus Perſis ludibrio foret, quorum fœdus Aegyptii regis ſocietate neglexerit,retrahebat formidine,& gladium quem arripuerat,circũſpectans,hoſtiũ pauidus expectabat aduentum. Quẽ iamiamq; capiendum vxor intelligẽs,extorſit acinacem de manu, & latus eius tranſuerberauit. Compoſitoq; ex more cadauere ſe moriens ſuperiecit,ne poſt uirginalia fœdera alterius coitum ſuſtineret.

Stratomata,tubercula. Cornucopiæ.

Straton,(vt ſcribit Suid.) Lãpſacenus philoſophus fuit, Theophraſti familiaris, & ſucceſſor, q uocatus eſt phyſicus ꝓpter ſpeculationẽ phyſicæ. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi:ſcripſit multos libros.

Stratorium,quod ſterni ſolet. Hierony. lib.ii. Regum Obtulerunt ei ſtratoria & tapetia.

Stratum,participium ſiue ſupinum verbi ſterno, & ſignificat id,quod ſterni ſolet. Vergilius,
Strata iacent paſſim,ſua quæque ſub arbore poma.
Stratum verò nomẽ ponitur pro lecto, vt in Pſalm. Stratũ lachrymis meis rigabo. Strata etiam dicunt omnia veſtimenta,quæ ſternuntur, vt teſtes tragulæ, & periſtromata. Ouidius,
Strataq; quæ membris intepuere tuis. Rurſus Strata,ſeu inſtrata generaliter dicuntur omnia,quæ equis,mulis'ue inſternuntur,& dicimus equos Stratos,inſtratosq; eis ornatos. Liui. lib.vii. Strata detrahi iubet. Et libro de ſecũdo bello Punico : Armatos deinde Inſtratis q; equis ſignum expectare. Seneca ad Lucil. Stultus eſt,qui equum empturus,non ipſum inſpicit,ſed ſtratum eius & frenos. Strataq; ſine adpoſitione viæ. dicitur via lapidibus tecta, vt ſunt, viæ Romanæ,in omnes Italiæ vrbes ſilicibus ſtratæ. Ideo q; plus ſceleris latro,prædo,percuſſor q; cõmittit,ſi in via ſtrata in uiatorem graſſatur.

Stratumino,à ſterno,ſiue ſtratum deriuatur,quod eſt ſtratum firmo. Pli. Maiores potentioresq; ſi ſit occaſio ſilice uel glarea ſterni, ora utrinq; lapidibus ſtratuminari & alio ſuperintegi.

Stractus,us,lectus. Hierony. lib.ii. Regum, Accidit ut ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo.

Strena,munus quod datur die feſto ominis boni gratia,qualia quæ paſſim dantur die dominicæ natiuitatis,& principio anni noui,à numero quo ſignificatur alterũ tertiumq; venturum ſimilis cõmodi,uelut trena quæ præpoſita ſ litera dicitur ſtrena,ut in lite ſolebant antiqui dicentes Slitem. Quidam à ſtrenuitate Strenam dici putant. Pomponius: Affide,ſi qua ventura eſt,alia ſtrena ſtrenæ. Suetonius de Caii. Et ne ſordidus ſœtidusq; imperator eam conſuetudinis priſcorum liberalitatis gloriam conſeruaret, ineunte anno dixit ſe per Calendas Ianuarii ſtrenas recepturum,ſtetitq; in ueſtibulo ædium Calendarũ die,ad captandas ſtipes quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis turba ferebat.

Strenuus,fortis,celer,uigilãs,& ad res gerẽdas promptus. Sallu. Nã ut quiſq; ſtrenuus ceciderat in bello. Colu. lib.viii. Magiſter pecoris acer,durus,ſtrenuus, laboris patientiſſimus,alacer atq; audax eſſe debet. Hinc Strenuitas, Ouid. Priſcaq; ſtrenuitas mãſit.

Strepito,ſtrepitas,penultima correp. ſæpe ſtrepitum facio. Vergilius libro primo Georgic.
Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti
Inter ſe foliis ſtrepitant.

Strepitus,us,vide in dictione Strepo.

Strepo,pis,pui,pitum, unde Strepitus,us, qui ꝓprie pedum ambulantium manuumq; aliquid pertractãtium ſonus eſt. Adpellatur & faſtus & pompa diuitiarum,quaſi à ſtrepitu comitãtium, ut apud Quintil. Hic quum me euocaſſet ſubitò trepidum, totoq; fortunæ ſuæ ſtrepitu circumſtetiſſet. Hinc componitur Conſtrepo. Gellius lib. ii. Atq; omnium bonorum & teſtimoniis & exemplis conſtrepebat. Circũſtrepo. Auguſt. lib.iii. Confeſſionũ: Veni Carthaginem & circumſtrepebat me undiq; ſartago flagitioſorum amorum. Inſtrepo,cõtra vel valde ſtrepo, aut cum ſtrepitu nomino. Vergil. lib.iii. Georg. Poſt valido nitẽs ſub põdere faginꝰ axis Inſtrepit. Idẽ,
Digna ſed argutos interſtrepere anſer olores.
Obſtrepo,contra aliquem ſtrepitũ facio. Salluſtius, Adhæc maledicta alia quum adderet,obſtrepere omnes hoſtem atq; parricidam uocare. Perſtrepo, valde ſtrepo. Terent. in Eunuch. Foras ſimul prorũunt ſe, abeunt lauatum,perſtrepũt:ita ut fit domini ubi abſunt. Et omnia habent penultimam productam.

Striæ,& Striaturæ,ſunt quaſi canaliculæ & ſulci quibus quoddam colũnarum genus excauatur. Vectruui. libr.iii. Columnarum ſtriæ faciendæ ſunt viginti quatuor,ita excauatæ, ut norma in cauo ſtriæ quum fuerit coniecta circumacta ancombus ſtriarum dextra ac ſiniſtra tangat acumen. Hinc Striatas columnas dicimus, quæ ſtriis diſtinctæ ſunt. Plinius libro xxi. Candor eius eximius foliis foris ſtriatis. Apule. frontem ſtriatam vocat,contractam,caperatamq;,&.

quaſi ſulcos facientem, præ triſtitudine. Striare etiam uidentur boues quum peracto aut nõ peracto priore uerſu alius initur. Hoc autem fieri, dum boues adhuc in priore uerſu anhelant, non conuenit.

Stribiligo, à vetuſtioribus Latinis dicebatur ſolœciſmus, à tortuoſæ orationis prauitate ac uerſura.

Stricte, ſign. arcte à quo formantur Strictius & Strictiſſime.

Strictim, aduerbium, ſignificat ſingula ſtringẽdo. Vñ Strictim referri, dicimus ea quæ quum ſparſa ac fuſa eſſent, breuiter, & quaſi ſummatim colliguntur.

Strictiuæ oliuæ, quæ manu colliguntur, ad differẽtiam caducarum.

Stricturæ, ꝑprie dicuntur ſcintillæ, quæ de ferro candenti micant, eunt́q;, quum maſſa malleis tunditur, aut quòd ſtricte emittuntur. id eſt, celeriter, aut quòd oculos ſuo fulgore perſtringunt. Verg. lib. viii.
Stricturæ chalybum & fornacibus ignis anhelat.
Seruius uerò ait: Strictura, eſt terra ferri in maſſam coacta, ibiq; ponitur ſtrictura pro ferri maſſis.

Strideo, des, dui: & Strido, dis, di. Vergilius: Stridunt́q; caminis Stricturæ chalybum. Et proprie Stridere dicitur, quum funes ſonum faciunt. Idem: Stridorq; rudentum. Quamuis etiam ad alia transferatur. Horatius in Serm. Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros.

Stridon, oppidum in agro Iuſtinopolitano, à quo diuus Hierony. ortũ habuit. Quod à Gothis euerſum, Dalmatiæ quondam Pãnoniæq; confinium fuit.

Strigæ, ordines rerum inter ſe continuatæ collocatarũ, quòd vnà ſunt conſtrictæ. Colu. lib. ii. Vtrunq; ſiccatũ coarctabimus in ſtrigam, atq; ita manipulos vinciemus. Item longitudo maior latitudine dicitur Striga, à quo Strigatus ager uocatur qui per ſtrigas creſcit, à Septentrione in Meridiem.

Strigil, inſtrumentũ proprie è ferro dentatum, à ſtringendo, id eſt, radẽdo, quo equos & id genus iumenta expoliri ſolẽt equiſones, è corpore ſordes abradẽdo. Eo vtebantur ueteres ad radendas ſordes corporis, ſudorémq; tergendum præcipue in balneis, antequàm comederẽt, ex auro, argẽto, ferro, interdũ etiã lapidibus quibuſdam, ut nunc linteis. Perſius:
I puer & ſtrigiles criſpini ad balnea defer.
Quidam Strigiles accipiunt pro pectinibus fricatoriis, quos Indi ex hebeno faciebant. Legimus apud Strab. lib. xv. de Moribus Indorum. Illos exercitiũ præcipue frictionem probare, & maxime ſtrigilibus hebeni leuibus, corpora expolire, reges quoq; corpora à ſtrigilum perfrictione curare. Strigiles etiam ſunt uelaria, unde athletæ poſt laborem ſtringũtur. Plin. de ſpongia: Cinis eius plurimum proficit cõtra ſcabrieies genarum, & quicqd opus diſtringere, præſtat & ſtrigilum uicem, linteorumq; adfectis corporibus. Alii Strigilem accipiunt pro quodam uaſis genere. Stra. Inde ſtrigilum & ampullarum artifices mature euaſerunt. Plau. in Perſa: Ampullã, ſtrigilem, ſcaphiũ, ſoccos, pallium, marſupiũ habeat. Cice. lib. iiii. de Fin. Si ad illam uitã quæ cum uirtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat. Et hinc Hiſpani Strigiles etiam uocabant auri paruulas maſſas. Item Strigil aluminis genus pumicoſum & foraminoſum, fiſtulis ſpongiæ, ſimile, rotundũq; natura. Cornelius Celſus medicamentum in aurem per ſtrigillem inſtillari iubet. Strigiles etiamnum ſermone uernaculo piſciculi quidam dicuntur, quorum frequens fit captura per hyemes. Hãc dictionem Priſcianus à ſtringo, uel à Græco ϛλεγγὶς deduci exiſtimat.

Strigilecula, diminutiuũ à ſtrigil, pro uaſe. Apul. Strigilis & gutti ſpeciem graphice deſcribens, ſic inquit: Qui magno incœptu prædicauit, fabricatum ſemet ſibi ampullam quoq; olearia, quã geſtabat lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotũditate, iuxtaq; honeſtam ſtrigilecula, recta faſtigatione clauſulæ, flexa tribulo ligulæ, ut & ipſa in manu capula moraretur, & ſudor ex ea riuulo laberetur.

Strigillo, verbũ à ſtringo, quod idem ſignificat, à quo Obſtrigillo, quod ſignificat obſto. Cc.

Strigium, veſtis Hiſpanica. Plautus, Nudus eſt, iurat ſe ſtrigium oppigneraſſe.

Strigmenta, ſordes quæ ex corporibus raduntur. Vnde Strigmẽta olei dicimus cæromata, id eſt, ſordes olei, quæ ex unctorum athletarum corporibus radũtur. Plin. Notum eſt magiſtratus honoris eius octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei uendidiſſe.

Strigones, denſarum uirium homines, quòd in ſe conſtricti atque arctati ſunt.

Strigoſus, a, um, quod eſt exhauſtum & macilentum quaſi ſtringoſum. unde iumenta ſtrigoſa dicta ſunt, quòd corpora eorũ reſtricta ſint fame, aut alia uitii cauſſa. Colu. lib. vii. Quanquàm poſſit huic aliquatenus cõparari, quod progenerat onager, niſi & indomitum & ſeruire contumax ſylueſtri more ſtrigoſum patris præferret habitum. Et lib. viii. Placide ac lente pabulentur, vt & largi ſit uberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis. Hic etiam male habitus dicitur. Gelli. Equum ſtrigoſum & male habitum: ſed equitẽ eius vberrimum & habitiſſimum uiderunt.

Strimon, fluuius Thraciæ. unde fit Strimonius, a, um. Vergilius libro primo Georgicor.
Strimoniæq; grues, & amaris intyba fibris.
De primitiuo. Idem:
Rupe ſub aduerſa deſerti ad Strimonis vndam.

Stringo, gis, xi, ſtrictũ, arcto. Plinius: Adprehenſamq; manu ſtringit. Per tranſlationẽ Stringere quandoq; pro percutere ponitur. Vergil. libro. x.
Atq; animum patriæ ſtrinxit pietatis imago.
Qñq; pro rareſacere, excidere. Idem in Buco.
Hic ubi denſas Agricolæ ſtringunt frondes.
Qñq; pro decerpere, colligere. Idẽ lib. ii. Georg.
Sed tũ & quernas glandes tunc ſtringere tempus,
Et lauri baccas. Qñq; pro radere. Idem lib. viii.
Ego ſum pleno quẽ flumine cernis Stringẽtẽ ripas.
Quandoq; pro vulnerare. Idem in eodem:
Hunc primum leuis haſta Themillæ Strinxerat.
Quandoq; pro attenuare, cõponere: quod ſtringendo fieri ſolet, vt Stringite remos. Stringere enſem, eſt nudare. Idẽ lib. xi. Strictum rotat acer Lucagus enſem. Huius cõpoſita ſunt Adſtringo, quod eſt iuxta,

ſtringo. Conſtringo, ſimul totum ſtringo. Colu. lib. vi. Si eodẽ ſcrobe duas aut tres arbuſculas voles conſtituere, cauato ne pariter ſe conſtringant. Diſtringo, valde ſiue diuerſis modis ſtringo. Deſtringo, deorſum aut valde ſtringo, excido. Colum. libr. v. Iam verò muſcus, qui more compedis crura uitiũ & vineta comprimit, ſituq; & ueterno macerat, ferro deſtringendus & eradendus eſt, atq; hoc in ima parte uitis. Extringo, extra ſtringo. Hiero ad Cteſi. Tamẽ in præſenti epiſt. hoc breuiter extrinxiſſe ſufficiat, quòd iuſti adpellentur, non quo omni vitio careãt, ſed ex maiore parte virtutum. Obſtringo, Perſtringo, Præſtringo, Reſtringo, & Subſtringo. Colu. lib. ii. Boues quũ ab opere diſiūxerit, ſubſtrictos confricet, manibusq; comprimat dorſum.

Stritomellus, auis eſt, paſſer marinus. Ce.

Strix, ſtrigis, auis, quædam nocturna & importuna, à ſtridendo dicta. Lucanus libro ſexto,

Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna q̃runt.

Adgreditur pueros nutricis egentes, & ex illorum corpuſculis vitalem ſanguinẽ abſorbet. A' cuius auis nocumento Striges adpellamus mulieres, puellulos faſcinantes, ſuo contactu & lactis munerumq; oblatione. Serenus,

Præterea ſi fortè premit ſtrix atra puellos,
Viroſa immulgens exertis vbera labris.

Striges etiam ſunt olera villa, vt apud Plau. in Pſeud. Hei homines cœnas ſibi coquunt, quum cõdiunt nõ condimentis condiunt, ſed ſtrigibus. Iuuenalis,

Et ſonat vnctis Strigibus. Legitur & ſtrigilibus.

Strobilus, nucle⁹ pineus. Similiter et arbores nucleos pineos ferentes, Strobili dicuntur apud Dioſcoridẽ & Galenum, Dictus ſtrobilus quaſi ſapidus.

Stroma, atis, omne quod ſternitur, à quo fit Periſtroma. Stromata etiam dicuntur commentaria, ſcientiæ, varietates. Vnde Origines ſtromatum libros compoſuit Stromateum varietas, tanquàm opus varietate contextum.

Stroniben, ladani genus vocant in nabatheis. Eſt autẽ Ladanum pingue inſidens ladæ herbæ.

Strongylos, & Strongylæ, es, pen. corr. inſula in mari Aegæo, vna ex Aeoliis ſic dicta, quia ſit rotunda, & globoſa, quod ſtrongylon Græcè deſignat. Hæc (vt Pli. lib. iii. ſcribit) vinearum fertilis eſt, cuius ambitus patet. lxxv. milibus paſſuum. Ea nunc Naxos, ſed antea Dia vocata. Syl lib. xiiii.

Mille agathima dedit perflataq; ſtrangylos hauſtris.

Stropha, acumen, ſubtilitas, ab τροφὴ, cõuerſio. Hiero. contra Rufinum, Vis ſcire totas argutiarum tuarum ſtrophas, vel ſpecularum inſidias.

Strophades, ſunt duæ inſulæ in mari Ionio, quæ antea Plotæ uocabantur. Vergilius,

Accipiunt Strophades Graio ſunt nomine dictæ
Inſulæ Ionio in magno.

Dictæ ſtrophades ab τροφὴ conuerſio. Suidas autem τρόφιον τὸ τρογγύλον ζωνάριον. Id eſt, Straphium zonula rotunda, et ſubdit: ὡς τρόφιον διαδήματι ὅπερ οἱ ἱερεῖς φοροῦσι. id eſt, Strophium in diademate ſacerdotes gerunt.

Strophas, adis. Latinè conuerſio vertigo.

Strophiũ, faſcia pectoralis, quæ virginalem tumorem cohibet pupillarũ. Turpilius, Me miſeram quòd inter vias epiſtola excidit mihi, infelix inter tuniculam ac ſtrophium collocaram. Strophia etiã corona ab inſigni quod imponebaꝛ capitibus ſacerdotũ, quod fit ἀπὸ τοῦ τρέφειν, hoc eſt, à vertendo. Plinius lib. xxi. Tenuioribus vtebanꝛ antiqui coronis, ſtrophia adpellantes. Huius diminutiuum eſt Strophiolum.

Strophius, proprium nomen Phocenſis regis.

Strophos, dolor inteſtinorum, quos tormines Latini vocant.

Strophus, à Græcis dicitꝛ ſacculi funiculus, à ſtrepho, verto, quòd circũquaq; vertatur. Itẽ Strophus quod ſacerdotes habent in capite, pro inſigni. Quidam coronam eſſe dicunt, aut quòd pro corona Inſigne in caput imponitur, quale ſit ſtrophium.

Structilis, & hoc ſtructile, pen. cor. vt Structiles colũnæ, quæ non ſunt ex vno lapide, ſed ex multis.

Structor, qui aliquid ordinat. Poniꝛ & pro cellario, qui inſtruendæ menſæ & ciborũ curã habet, à ſtruẽdo, id eſt, ordinando & componendo, qui cultello ſcindit in fruſtula. Martialis,

Et quæ non egeant ferro ſtructoris ofellæ.
Qui verò cõuiuii princeps eſt, Architriclinus vocaꝛ.

Structura, ædificium, ſiue compoſitio, & ordinatio. Colu. lib. i. Igitur ad ſtructuram quũ primum ſtatim fundamenta iaciuntur, euitandum eſt.

Strues, à ſtruo, propriè lignorum congeries eſt. Et Strues, dicitur genus libi, quod addebatur in ſacris. Ouidius libro primo Faſt.

Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.

Struſetani, dicebantur qui farra ad ſacra ferebant. Ce.

Struices, omnium rerum extructiones. Plautus in Menæ. Tantas ſtruices concinnant patinarias.

Struma, tumor, vel morbus, q à ſcrophis quæ id morbi patiuntur, ſcrophula dicitur. In quo ſubtus concretæ quædam & putræ & ſanguineæ, quaſi glandulæ oriuntur. Inde ſtrumoſi dicuntur qui id vitium patiũtur. At Cornel. Celſus ſcribit, Struma extantia quædam in tergo, gibbus verò in pectore. Alii ſtrumam vitium gutturis eſſe putant. Catul. in opprobrium dixit, Sella in curruli ſtruma Nonius ſedet. Inde Strumoſus. Iuuenalis,

Nec prætextatum rapuit Nero loripidem vel Strumoſum atque vtero pariter gibboq; tumentem.

Plin. lib. xi. Guttur homini tantum & ſuibus intumeſcit, aquarum quæ potantur plerunq; vitio, propter quod quædam tubera ſpongioſa per corpus aliquãdo inſperſa ſcrophulæ dicuntur, quæ etiam ſub ſtrumæ adpellatione cõtinenꝛ: vt rectius ſtrumulæ quaſi paruæ ſtrumæ, quàm ſcrophulæ nominẽtur.

Strumum, vide ſtrignon.

Struo, is, xi, ctum, ordino, ſeu ordinatè apto. Liuius libro i. Poſtquàm ſtructi vtrinq; ſtabant cum paucis procerum in medium duces prodeunt. Compoſita huius verbi ſunt Adſtruo, Deſtruo, Extruo, Inſtruo, Obſtruo, Præſtruo, Subſtruo, & Superſtruo, quæ ſecundum vim præpoſitionum ſignificant, Hieronym.

ad Terentiam, Hinc valles ſubſtructionibus opplendo. Cyprianus, Ad certamen animus antè præſtruit, quando ſe aduerſarius confitetur.

Strutea. Plin. lib. xv. de cydoniis: Minora ex eodem genere ſtrutea.

Strutheus, membrum virile à priſcis dicitur, à ſalacitate paſſeris, qui Græcè στρουθὸς dicitur.

Struthiocamelus, maxima auium eſt, ſi tamen auis eſt dicenda quum pennas duntaxat habeat vt adiuuent ad currendum, cætero volucris nõ ſit, nec à terra tollatur. Vngulas habet ceruinis ſimiles, biſulcas, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra ſequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcunq; deuorat, ſiue aliquo delectu. Mira in eo ſtoliditas. Etenim in tanta corporis altitudine, ſi colla frutice occultauerit, latere ſe putat. Oua eius in pretio ſunt ꝑpter amplitudinẽ: & pennæ, quia galeas variis coloribus infectæ adornant.

Struthius, et pro fœmin. Struthio, auis eſt corpore grãdis, grauisq;. Hierony. in Iob: Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennæ herodii & accipitris.

Struthopus, dicitur modicæ magnitudinis & quaſi paſſerculi pes.

Strychnis, herba eſt, quam furialem antiqui dixerunt. Similiter & ſtrychnium. Cc.

Strygnon, herba eſt quam alii conſeruam vocant, alii coagulum, alii ſtrumum, potius ſpongia aquarum dulcium quàm muſcus.

Studeo, des, dui, itum, ſtudium adhibeo, do operã alicui rei. Cæſar Cõment. i. Cupiditate regni adductus, nouis rebus ſtudebat. id eſt, vacabat. Conſtruitur etiã cum ablatiuo mediante in, vel etiam accuſatiuo, præſertim ſi aliqđ ſtudioſius legimus. Titin. i Pſal. Ferẽtinatis populus Græca ſtudet. Et ſtudere eſt amare ſiue fauere. Saluſt. Neq; ſtudere neq; odiſſe, ſed minime iraſci decet. Ouid. lib. ix. Metamor.

Cui ſtudeat Deus omnis habet. Item eniti. Cicero lib. i. Offi. Quorum verò patres aut maiores aliqua gloria preſtiterunt, ii ſtudent plerunq; in eodem genere laudis excellere. Lactan. lib. iii. duo ſignificata eius comprehendit: Qui ſapientiæ ſtudet, vtiq; nondum ſapit: ſed vt ſapere poſſit ſtudet.

Studioſus, modò aſſiduum ac perſeuerantem ſignific. Cicer. ad Heren. Ideoq; bonis viris & ſtudioſis amicus erat. Modò cupidum, & alicui rei deditum atq; additum, vt ſtudioſus laudis, id eſt, cupidus, et ſtudioſus Cæſaris, id eſt, amator vel beneuolus. Cicero Cecin. Viri ſunt optimi & tui ſtudioſi, & mei neceſſarii. Hinc fit Perſtudioſus. Idem in Catone, Attributo literis Græcis quarum conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute.

Studium, eſt vehemens adplicatio animi ad aliquid peragendum. Accipitur qñq; pro exercitatione, vt quum dicimus ſtudia literarum. Colu. Et ne ſingula perſequar, ei ſtudio quod quiſq; agere velit, conſultiſſimũ rectorem adhibeat. id eſt, exercitio vel operi vel arti. Quandoq; pro diligentia. Qñq; pro fauore ſeu amore. Saluſt. D. Sylianum certo ſcio quæ dixerit ſtudio reipublicæ dixiſſe. Quandoq; pro voluntate, vt: Scinditur incertũ ſtudia in cõtraria vulgus.

Stultus, imprudens, improuidus. Nam & multi non inſipientes aliquando ſtultè aliquid vel agunt vel loquuntur. Fatuus, planè inſipiens. Afrani. Ego ſtultũ me exſtimo, fatuũ eſſe non opinor. Inſanus, qui abiecta ratione cum furore & impetu omnia facit. Rudis, qui nunquàm didicit. Stultitia quatuor modis dignoſcitur. Aut quum non venerit in mentem quod oportet, aut ſi venerit non tenere, aut bonum conſilium non admittere, aut malum admittere. Hinc Heſiodus econuerſo,

Optimus ille quidem qui per ſeſe omnia noſcens,
Præceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit.
Ruſus & ille bonus monitus qui recta ſequetur,
Qui non ipſe ſapit neq; credit recta monenti.
Hic nullam in partem vtilis eſt.

Stupa, linum vile, quod lini cortici proximum eſt, vt inquit Plin. ab Græco στυπεῖον, quod ſtupam ſignificat: vel à ſtipando, quòd ea ſtipẽtur naues. Hinc ſtupeus, a, um. Vergilius,

Subiiciunt lapſus & ſtupea vincula collo.

Stuparius, a, um, quod ad ſtupam pertinet, vt ſtuparius malleus, quo lina tunduntur.

Stupeo, ſtupes, ſtupui, ſignificat quodã modo ſenſum rerum non habere. Perſi. Sed ſtupet hic vitio. id eſt, inſanus eſt factus vitiis. Iungitur & cum accuſatiuo. Cic. de Finib. bonorum: Hæc quum loqueris Varrones ſtupemus. Huius cõpoſita ſunt Obſtupeo, & Subſtupeo, à quibus Stupeſco, Obſtupeſco: Stupefacio, Obſtupefacio: Stupefio, & Obſtupefio.

Stupidus, quãdoq; pro ſtupefacto, quandoq; pro inſenſato accipitur. Vnde Stupentia, ſiue Stupida dicitur, qñ vel paruum, vel nullum habent ſenſum.

Stupor, eſt alienatio q̃dam ſenſuũ, quod ſcilicet ſenſus conſtipẽtur. Eſt & admirationis ſpecies, ex magnitudine miraculi proueniens, ita vt etiã impediatur inueſtigatione cauſſæ miraculi adparentis.

Stupro, as, uitio, ſtupro. Plau. in Aulu. Is adoleſcentis illius eſt auunculus, qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigiliis. Cic. li. 4. ad Heren. Qui violaſſet ingenuã, matrem conſtupraſſet.

Stuprum, eſt coitus lege vetitus, qui duplex eſt. Vnus cum nupta, quod adulterium dicitur, aut cum puero, aut cum ſanguine coniunctis, ſiue ſacris virginibus. Alter, quum vis adfertur cuilibet perſonæ etiam ſi ancilla ſit. Aliquando Stuprum ponitur pro turpitudine. Neuius: Perire malunt ibidem, quàm cum ſtupro redire ad ſuos populares. Ennius, Fœde ſtupreq; caſtigor quotidie turpiter.

Stura, Inſula eſt in mari vltra Tyberina oſtia in Antiano. Cornucopiæ.

Stygius, a, um. Seneca: Hic ſæuus vmbras territat ſtygius canis. Ariſtophanes autem in ea comœdia, quæ Βάτραχοι ἐγγράφεται· ἐντεῦθεν αὐλῶν τίς σε περίεισι πνοή, ὄψει τε φῶς κάλλιστον ὥσπερ ἐνθάδε, καὶ μυῤῥινῶνας καὶ θιάσους εὐδαίμονας ἀνδρῶν, γυναικῶν καὶ κρότον χειρῶν πολύν id eſt, Rana inſcribit. Hinc atriorum quis tibi adeſt ſpiritus, viſui q; lumen optimum quemadmodum hic & tripudia felicia virorum, mu-

ſterum, & plauſum manuũ magnum. Nam Styx proxima eſt Elyſio.

Stylis, columnella Latine, quo nomine dictus eſt locus quidam, qui turriculæ modo erectus ex aduerſo turrem in Peloro ſitam reſpicit, hodieq; à multis adpellatur Stylarion. Dicitur & Stelæ, per ſimplex l, id eſt, columnæ, quas Latine pilas uocant.

Stylobatæ, στῦλος τὸ κατὰ ξύλον λέγεται, καὶ βαίνω βαδίζω, ἀπ' οὗ γίνεται ὁ σχοινοβάτης. Id eſt, Stylus pertica dicitur, & βαίνω, vado: componitur vt, σχοινοβάτης, id eſt, funambulus, σχοῖνος, funis, & βαίνω, cōſcendo, ſic στῦλος, palus, lignum, trabs, per quam uadat aqua, quaſi canalis ligneus, & inſtrumentum ligneũ, quo aqua traiiciatur, vt ſub tegulis fieri ſolet. Varr. libro. 1. de Re ruſti. Cohortes in fundo magno duæ aptiores, vna vt interdiu compluuium habet lacum, vbi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas quum uenit, fit piſcina. Boues enim ex aratro æſtate reducti, hic bibunt, hic perfunduntur. Et libro tertio, Subtus colũnarum ſtylobatem.

Stylus, ſiue Stylum, cum y, dici poteſt columna. unde Epiſtylium, capitellum quod ſuper columnã locat. Stylus etiam dicitur modus dicendi. Terent. in Prolo. An diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtylo. Donatus, Oratio in ſenſu, ſtylus in verbis, oratio ad res, ſtylus ad verbum.

Stymma, eſt ſpiſſamentum, & domitura vnguẽti ut inquit Dioſcorides.

Stymphalus, lacus in Arcadia, in cuius ripis erat Stymphalum oppidum. Ouidius lib. ii. Faſtorum,

Teſtis erit Pholoe teſtis Stymphalides vndæ.

A' ſtymphalo lacu ſtymphalides aues adpellatæ, ſunt tantæ magnitudinis, vt Solis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuaſtantes. Hierony. Ce: berum & ſtymphalidas narrant fabulæ poetarũ. A' ſtymphalo oppido fit ſtymphalius, a, um, & Stymphalis, idis. Idem cōtra Iouinianum. Ariſtoclides Orcomeni tyrannus adamauit virginem ſtymphalidẽ, quæ quum patre occiſo ad templum Dianæ concelſiſſet, & ſimulachrum eius teneret, nec vi poſſet auelli, in eodem loco confoſſa eſt. Ob cuius necẽ tanto omnis Arcadiæ dolore commota eſt, vt bellum publicè ſumeret, & necem virginis vlciſceretur.

Stypticus, idẽ quod ſtrictus, ab στύφω, obturo, ſtringo.

Styx, gis, generis fœminini, proprie mœſtitiã deſignat. στυγνὸς enim triſtis dicitur, στυγνάζω, mæreo: vel dicit ab στυγῶ, timeo, odi, quòd terrori omnibus ſit. Vergilius, Stygiamq; paludem.

Dii cuius iurare timens & fallere numen.

Fingitur à poetis quòd ſit infernalis palus, quum ſit fons in Arcadia exitioſus animalibus, cuius aqua illico necat ex nimio frigore, ut puta quum perfluens ipſa ſtatim lapideſcat. Tradunt hac aqua æs, ferrumq; erodi, & omnia vaſa in ea miſſa frãgi præter cornea. Eſt & alia palus in Aegypto iuxta Memphim, quam veteres Styga vocauere. Hinc Stygius.

S ANTE V

Suadela, pen. prod. ſuaſio dicitur, eſt diminutiuum à ſuada. Suadeo, des, ſi, ſum, ſecũdum naturã biſyllabum eſt, licet multi triſyllabum putent. Quod & ſi inueniat, ſolutio dicẽda eſt. à ſuaue & do, pro dico compoſitum eſſe quidam arbitrantur, hoc eſt, ſuaue dico. Eſt enim ſuadere, adcommodatis, & ſuauibus verbis aliquem in opinionem noſtram inducere conari. hoc eſt, hortari aliquem ad id quod intẽdimus. Cuius cōtrarium eſt Diſſuadere. De Perſuadeo ſupra habitum eſt.

Suadibile, qđ ſuaderi facile poteſt. Inde ſuadibiliter, aduerbium.

Sualternicum, electri ſpecies fulua. Ce.

Suapte, ſua ipſius naturã, & ſuopte, ſuo ipſius, ſicut Meopte, meo ipſius. Cic. lib. i. Tuſc. Terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur.

Suacius, ſilium cuſtos. Ce.

Suaſorius, ria, rium, quod ſuadendum pertinet, ut ſuaſorium munus. Id eſt, officium ſuadendi. Et pars deliberatiua à rhetoricis ſuaſoria dicitur.

Suaſum, color ex ſtillicidio fumoſo ĩ veſtimẽto albo. Sunt & qui omnẽ colorem ſuaſum velint adpellari, quòd quaſi perſuadetur in alium colorem tranſire.

Suatim, ad ſimilitudinem ſuis. Ce.

Suauior, aris, & ſauior, ſignificat cũ voluptate, aut p gaudio oſculor, Catul. ad Veranium, Lucidum os, oculosq; ſuauiabor. De hoc etiam in Diſſauior.

Suauis, dulcis, à quo Suauitas, & ſuauitudo pro dulcedine. Plaut. Suauitudo mea. Quorũ contraria ſunt Inſuauis, auſterus aſper, Inſuauitas, Inſuauitudo. Aduerbia Suauiter, Inſuauiter, Suaue, & Inſuaue. Verg. Et ſuaue rubens hyacinthus.

Suauium, quod & Sauiũ dr per diminutionem u, voluptas dicitur. Teren. O' thais meum ſuauium.

Sub, præpoſitio, & ſeparatur & componitur. Separata aliquando denotat tempus, & accuſatiuo iungit, ſignificatq; circa vel per. Verg. Sub lucem exportãt calathis. Id eſt, per lucem, vel adueniente luce. Aliqñ ponitur pro in: vt, ſub idem tempus, ſub eandem horam. id eſt, in eodem tempore, in eadem hora. Quanquàm & per idem tempus, & per eandem horam, vel circa idem tempus, & circa eandem horam exponi poſſit. Liuius, Vtrinq; legati ferè ſub idem tempus ad res repetendas miſſi. Sueto. de Aug. Sub horã pugnæ tam arcto repente ſomno deuictus vt ad dandũ ſignũ ab amicis excitaret. Aliqñ pro ſtatim poſt: vt, ſub hæc verba. Cic. Plãco: Sub eas a ſit redditæ ſunt. Aliqñ ſignificat ad locũ, & pro ante ſumitur. Verg. Poſtesq; ſub ipſos Nituntur gradibus. Aliquãdo in loco, & pro ſubter capitur, conſtruiturq; cum ablatiuo. Idem libro octauo:

Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.

Item cum ablatiuo accipitur pro in, vt apud eundem. Nanq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo.

Item propè: vt, Quò deinde ſub ipſo Ecce volat.

Item ſignificat cũ: vt, ſub ſarcinis, id eſt, cum ſarcinis. Cōpoſita plerunq; localem ſignificationem retinet quæ illi ppria eſt. vt Subeo, ſuppono: id eſt, ſubter. Interdum ſignificat inſ a: vt, Caudamq; remulcens, Subiecit pauitantem vtero ſyluasq; petiuit.

Interdum diminutionem, vt Subdubito, Subiraſcor. Id eſt, aliquantulum. Eſt enim (vt Donatus inquit) temperamentum plenæ pronunciationis. Interdum ſignificat ſupra: vt, Corpora ſaltu Subiiciunt in equos. id eſt, ſupra iaciunt. Interdum proſpere: vt, Succedit. Interdũ poſt, vel quàmprimũ, vt, Subſequor. Interdum contrà vel propè, vt, Subſiſto. Cæſari Audacius ſubſiſtere, nonnunquàm & nouiſſimo agmine prælio noſtros laceſſere. Interdum prudenter ſeu diligenter: vt ſubſeruio. Interdum in promptu: vt, Quo modo ratio non ſubeſt. Interdum latenter: vt, Suppilo. Interdũ ſenſim: vt, Surrepo. Interdum adhuc. Liuius, Tanquàm ſpes ſubeſſet. Cõponitur autem ferè cum omnibus literis: a, vt ſubaro: b, vt ſubibo: c, vt ſuccido: d, vt ſubdo: e, vt ſubeo: f, vt ſuffero: g, vt ſuggero: h, vt ſubhaſto: i, vt ſubiungo: l, vt ſubleuo: m, vt ſubmoneo: n, vt ſubnecto: o, vt ſuborior: p, vt ſuppono: r, vt ſurripio: ſ, vt ſubſanno: t, vt ſubtraho: u, vt ſubuenio. Sed quoties ſubiungitur uocalibus vel b, d, h, l, n, s, t, remanet b, ĩtegra. In aliis mutatur b, in literam ſequentem, niſi in ſubrideo, ſubrogo, ſubruo. Suſtineo uero, ſuſpiro, ſuſpicor, ſuſpicio, ſuſtuli, ſuſtollo, & huiuſmodi ſine b, ſcribẽda ſunt: quia non à ſub, ſed à ſuſum ſiue ſurſum compoſita ſunt.

Sub corona venundari, captiui dicebantur, quia coronati vendebantur.

Sub dio, aliquid eſſe dicimus, quod non eſt ſub tecto, ſed in nudo, & ſub cœlo. Aliter dicitur ſub Ioue: ab eo, quòd Græci Iouem τὸν Δία dicunt. Horat libro Carminum: Vitamq́ ſub dio Et trepidus agat.

Sub iugum, dicebãtur hoſtes miſſi eſſe, qui duabus haſtis in terra defixis tertiaq́ ſuperligata, inermes ſub ea tranſire cogebantur.

Sub manu, vulgaris locutio, & ſignificat ſtatim, temporisq́ momentum, quaſi de manu in manum. Seneca lib. x. Epiſt. ad Lucilium: Cõſilium naſci ſub die debet, & hoc quoq́ tardum eſt nimis, ſub manu quoq́ quod aiunt conſilium naſcatur. Sueton. de Augu. Et quò celerius ac ſub manu annunciari cognoſciq́ poſſet, quòd in ꝓuincia quaq́ gereretur iuuenes primò modicis interuallis per militares vias dehinc uehicula diſpoſuit.

Subpatentibus campis, id eſt, ſub monte exporrectis. Apule. Immitto me campis ſubpatentibus.

Sub uitem haſtas iacere, dicebatur ueles, quum ſub manum ſurſum haſtam mittebat.

Sub uitem præliari, milites dicebantur, quum ſub uitea militari pugnabant.

Sub vineam iacere, quum adſtantibus centurionibus ſudes iacere cogebantur.

Subactus, a, um, vide in dictione ſubigo.

Subæratum aurũ, à ſub æs, æris, aurum quod habet æs ſubtus. Perſius, Ne qua ſubærato mendoſum tinniat auro.

Subæro, ære commiſceo.

Subagito, ſubagitas, ſignificat ineo. Plaut. Dum ille me retricem ſubagitat, ego quieſco.

Subalaris, & hoc ſubalare, quod ſub alis eſt. Vnde ſcribit Lampridius, Heliogabalum ſolitum fuiſſe in accubitis habere plumas ſubalares.

Subalpini, populi qui ſunt ſub alpibus.

Subaquaneus, nea, neum, quod ſub aqua manet, vt ſcopulus ſubaquaneus.

Subcerniculum, farinarium cribrum, quod fit è ſetis equorum, quemadmodum excuſſorium, & pollinarium fit è lino. Excuſſoria cribra ſunt quibus furfur ſecernitur. Pollinaria, quibus pollen, hoc eſt, groſſior puluiſculus farinæ diuiditur.

Subcineritius, a, um, quod ſub cinere coquitur. vnde ſubcineritium panem legimus.

Subcutaneus, ſiue ſubtercutaneus morbus, dr̃ qui intra cutem, ſiue ſub cute eſt, ſiue ſubter cutem, &c.

Subdiale, quod ſub dio permanet. id eſt, ſub aere. Plinius: illa ſuper terram ex ſubdialibus petris cæditur: hæc ex obrutis. Subdialis, à Græcis primò habita qbus contegerentur domus extunſa teſta & pedali craſſitudine feſtucata. Hinc ſubdialia pauimẽta, & ſubdiales deambulationes, quas Vitruuius Græco vocabulo uocat hypæthras. Terracium nunc adpellatur.

Subdititius, ſuppoſitiuus. vñ à Plauto Iupiter dictus eſt ſubdititius Amphitryo. Sueton. Non modò uerſus cenſoria quadã uirgula notare & libros, qui falsò uiderentur inſcripti, tanquàm ſubdititios, ſummouere familia permiſerint ſibi.

Subditiuus, qui ſubditus eſt. Plaut. in Amphi. Subditiuus eccum exit foras.

Subditus, qui alicuius imperio ſubiectus eſt. Subditũ etiam partum dicimus ſuppoſitum, hoc eſt, ſublatũ ab ea muliere quæ peperit, & alteri adpoſitum. Item apud Iuriſconſultos ſubditum teſtamentum dicitur, quum vero teſtamento occultato, aliud eiàm fuit adpoſitum.

Subditus iudex, qui loco mortui datur.

Subdo, dis, ſuppono, ſubiicio. Cato de Re ruſtica: Ignem ſubdito, ubi bullabit uinum, ignem ſubducito. & Subdere, ſubiungere. Quintilianus, His dictis & alta ſubdidit.

Subdolus, penultima correpta, occultè decipiens.

Subduco, is, pen. prod. ſubter duco. Interdũ ſubtraho. Cato: ignem ſubdito, ubi bullabit uinum, ignem ſubducito. Sunt enim contraria ſubdo, & ſubduco. Iuuenalis, Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Interdum ſurripio. Vergil. Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis. Interdum ſurſum duco, leuo, extollo. Idem: Quà ſe ſubducere colles Incipiunt. Hinc ſubducere naues, dicimus in terram trahere, quòd terra altior mari ſit, ſicut econtrario deducere, in mare è terra ducere. Idem, Quaſſatam uentis liceat ſubducere claſſem. Plautus in Caſi. Ibo intrò ut ſubducam nauim rurſum in puluinarium. Interdum ſubducere cum hoc nomine ratio ſignificat computare, calculare. Cicero Lentulo: Rationibusq́ ſubductis ſummam feci cogitationum mearum. Plaut. In Cap. Subducam ratiunculam, quantilum argentum mihi apud trapezitam ſiet. Et Subducere, eſt furtim ſubtrahere. Idem in Curcul. Propino magnũ poculum, ille bibit, caput ponit, quum dormiſcit, ego ei ſubduco annulum. Saluſtius, Præterea ex grega-

ſiis militibus,quenq; armatum,in prima acie ſubducit.i.d eſt,extrahit,& alibi locat.

Subeo,is,iui,uel ſubii,itum,ingredior. Cæſar Cõmen. primo: Qui intra annos quatuordecim tectum non ſubiiſſent. Lact. Siue uirtutes inſeras,uitia ſua ſponte decedẽt:ſiue uitia eximas,uirtutes ultrò ſubibũt. Paſſiuum protulit Iuuenalis,

Quod ſi ſubeuntur proſpera caſtra.

Et Subire,eſt ſuſcipere,aut pati, ut Subeo periculũ, ſubeo crucem,mortem. Cicero libro tertio Officiorum,Qui retinẽdi officii cauſſa cruciatus ſubierit vltrò. Item ſuccreſcere. Vergilius,

Ne ſubeant herbæ,neu puluere uicta fatiſcat.

Item in memoriam uenire. Et modò cum datiuo,modò cũ adcuſatiuo conſtruit:ut,ſubiit mihi. Curtius: Sera pœnitẽtia ſubiit regem.id eſt,in mẽtem, vel in memoriã uenit. Itẽ ſubdere,ſupponere. Verg.lib.x.

Aeneas ſubiit mucronem,ipſumq; morando

Suſtinuit: Item extolli. Plin. Sed hi rationẽ adſerunt quòd leuiſſima ſit imbrium ciſternarũ aqua,vt quæ ſubire potuerit & pendere in aere. Idem:Nec leuitatis in pluuia aqua,argumentũ eſt ſubiiſſe eam in cœlũ,quũ etiã lapides ſubiſſe adpareat. Item ſuccedere. Varro, In quarum locum ſubierunt inquilinæ impietas,perfidia,impudicitia. Item reſpondere, ſeu reſiſtere. Cice.in Verrẽ,Diuinatione poteris ne orationem eius ſubire? Item adgredi. Hiero. Nunc deprecor Deſyderi chariſſime,quia me tantum opus ſubire feciſti. Item ſcandere, Plinius libro quarto, Hemi excelſitas ſex milia paſſuum ſubitur.

Subfibulum,vide in dictione Fibula.

Subhaſtare,eſt ſub haſta mittere,hoc eſt, per actionẽ vendere. Haſta enim erat virga, quæ dabatur quum poteſtas alicui daretur de aliqua merce.

Subiacto,as,ſæpe in altum iacto: quod fit quum in areis frumenta à paleis ſecernuntur. Varro, His tritis oportet è terra ſubiactari vallis aut vẽtilabris, quũ ventus ſpirat lenis. Ita fit ut quod leuiſſimũ eſt in ea, atq; adpellatur acus,euannetur foras, ac frumentum quod eſt ponderoſum,purum ueniat.

Subices,penulti. cor. dicuntur ſubiecti. Ennius: Ergo Deum ſublimis ſubices, humidus vnde oritur imber ſonitu ſæuo & ſtrepitu.

Subiecto,ctas,ſæpe ſubiicio. Vergilius,

Nigramq; alte ſubiectat arenam.

Subigo,gis,penultima correpta,ſignificat cogo. Salluſti. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. Quãq; Subigere,eſt ſubiicere,donare. Idem, Poſtea verò quàm in Aſia, Cyrus in Græcia Lacedæmonii & Athenienſes cœpere vrbes atque nationes ſubigere. Quãdoq; ſummittere:ut, Subige ſub arbore pecus. Quandoq; acuere. Vergilius lib.vii.

Pars leues clypeos & ſpicula lucida tergunt

Aruina pingui,ſubiguntq; in cote ſecures.

Quandoq; attrectare,agitare. Cato: Farinã in mortariũ indito,aquã paulatim addito,ſubigitoq; pulchrè. Quãq; bene arare,bene colere. Vergilius,

Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni.

Columella lib.ii. Sequitur vt tempora quoq; ſubigẽdi arui præcipiamus. Cice. per tranſlationẽ lib.ii.de Ora. pro exercere poſuit: Subacto mihi ĩgenio opus eſt,ut agro non ſemel arato, ſed nouato, & iterato. Quandoq; ſuffodere. Vergil.lib.ii.Georgi.

Tamen hæc quoq; ſi quis

Inſerat aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis.

Quandoq; ſubagitare. Cicero: Gallam ſubigo. Quãdoq; ſurſum agere. Et tunc à ſus,quod ſignificat ſurſum,cõponitur. Vergilius lib.i.Georgico.

Non aliter quàm qui aduerſo vix flumine lembum

Remigiis ſubigit. A' Subigo fit aliud compoſitum Proſubigo,de quo ſuprà.

Subiicio,cis,penul.correp.ſuppono. Vergilius,

Et ramea coſtis Subiiciunt fragmenta. Et illud,

Subiicientibus prunas inſultat leuita Chriſti. Aliquã ſubiugo. Cicero: Tot ſibi populis repentè ſubiectis. Aliquando ſurſum iacio. Vergilius, Et corpora ſaltu Subiiciunt in equos.

Subinde,cum accentu in antepe. ſignificat dẽinde vel ſtatim poſt. Horatius,

Si rectè dicet primum gaudere ſubinde,

Præceptũ auriculis hoc inſtillare memẽto. Liuius,

Vno alteroq; ſubinde ictu uẽtrẽ atq; ĩguina hauſit. Interdũ ſignificat frequenter,ſiue(vt propriè dicam) idẽtidẽ,hoc eſt,crebro,cum quodã interuallo. Suet. in Tyb. Læua natura ne in puero quidẽ latuit, quã Theodorus Gãdareus & proſpexiſſe primus ſagaciter,& adſimulaſſe aptiſſime uiſus eſt: ſubinde in obiurgando adpellans eum lutum à ſanguine maceratum. Dicitur & Subin: ſicut Prõin,& Dẽin.

Subire aleam,eſt periclitari,& obiectare ſeſe fortunæ dubiæ. Tractum ab aleatoribus,qui in foro aleatorio varie agitantur,& repente victores, repente victi dubio euentu exanimantur, Liuius, In dubiã ſeruitii imperiiq; aleam imus.

Subiugalis,ſub iugo adſuetus,& domitus. unde pullus ſubiugalis,in Euangelio legitur.

Subiugo,as,pen.corr.debello, & imperio meo ſubiicio. quaſi ſub iugo pono. Lactan.lib.iii. Totum hominem alienæ ditioni ſubiugauerunt.

Subiungo,gis,addo. Vnde Subiunctiuus modus dictus eſt,quia ſubiungitur alteri uerbo. Nam eget aliqua re ut impleat ſententiam, ut ſi dico: Quum clamem quare me tacere dicis? Ideo ergo Subiunctiuus modus dictus eſt,quia ei coniungitur aliquid,ut ſententia locutionis plena ſit.

Subitaneus,nea, neum, eo modò dicitur quo ſubitarius,vt Subitanea mors.

Subitarius,na,nũ,repẽtinus:licet quãq; pro extẽporali ſumat. Celſus: Quid ſibi vellet ſubitaria dictio.

Subitatus,a,um, quod eſt ſubito mutatum. Cyprianus ad Cornelium: Steterunt fortes & ipſo dolore pœnitentiæ,facti ad prælium fortiores:ut adpareat nuper ſubitatos eſſe & nouæ atq; inſuetæ rei pauore trepidaſſe.

Subitus,a,um,à ſubeo,is,idẽ quod repẽtinus. Verg. Quum ſubitò adſurgens fluctu nimboſus Orion.

Hinc Subitò,aduerbium. Martialis, Nam ſubitò collapſa ruit.

Sublabor,

Sublabor, penul. prod. ſignificat prætereo ſiue latenter decurro, aut fugio.

Sublabro, as, penul. cor. intra labra mitto. Neui. Iam ego illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſynciput.

Sublego, as, penultima producta, ſubſtituo. Iuſtinus lib. iii. Senatui cuſtodiam legum populo ſublegandi ſenatum vel creandi quos uellet magiſtratus poteſtatem permiſit.

Sublego, is, pen. corr. furto aliqd ſubripio. Vergil. Vel quæ ſublegit tacitus tibi carmina nuper.

Subleſta, Infirma, leuia, friuola, debilia. Plaut. In Perſa, Grauior pauper fides ſubleſtior. Idē dixit vinū ſubleſtiſſimū, quia infirmos facit vel corpore vel animo.

Subleuo, as, penul. cor. alleuio. auxilium præſto, defendo. Cicero, Zophyrus qui ſe naturam cuiuſq; ex forma proſpicere profitebatur, deriſus à cæteris eſt, qui illa in Socrate uitia non agnoſcebant, quæ ipſe ex illius adſpectu multa collegerat. Ab ipſo autem Socrate ſubleuatus, quum illa ſibi ingenita, ſed rōne à ſe deuicta diceret. Et Subleuare, ſurſum leuare, ſuſtentare. Sueto. de Veſpaſi. Aluo repente uſq; ad defectionem ſoluta imperatorē ait ſtātem mori oportere, dumq; ſurgit ac nititur, inter manus ſubleuantium extinctus eſt.

Sublicæ, perticæ, & pali lignei. vñ pons Romæ Sublicius, qa ex ſublicis ita ſtructus ſine ferreo clauo fuit, vt trabes ſine fulturis eximerent. Cæſar in deſcriptione Rhenani pontis, inquit: Non ſublicæ modò directæ ad perpendiculum, ſed pronæ ac faſtigiatæ, ut ſecundum naturam fluminis procumberent.

Subligar, penul. corre. ſiue Subligaculum, dicitur quo pudende partes obteguntur. Martialis.

Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris,
Si pudor eſt, transfer ſubligar in faciem.

Cicero lib. de officiis: Scenicorum mos tantam habet uetere diſciplina uerecundiam, ut in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. Dicitur & ſuccinctoriū, fœmorale, fœminale, campeſtræ, bracha, perizoma, & lumbare.

Subligo, as, penulti, correp. ſubtus ligo. vnde & Subligaculum.

Sublimis, penul. produ. in altum eleuatus, à limine ſuperiore dictus: quod ſupra nos eſt. Vergil. Ipſa paphos ſublimis abit. Colu. lib. ii. Igitur in opere boues arcte iunctos habere cōuenit, quò ſpecioſius ingrediātur ſublimes & elatis capitibus. Hinc Sublimitas, exaltatio, & aduerbium Sublimiter.

Sublimo, mas, exalto, in altū mitto, vado'ue. Ennius: Sol qui candentem in cœlo ſublimat facem.

Sublino, is, penul. correp. aliquantulum tingo, ſeu noto. Cornelius Celſus, Idem quoq; vmbilico ſublitū facit. Inde Sublitio, quæ eſt quaſi primum tectoriū & fundamentum coloris eius quem reddi uolumus inductione manus vltima. Aliquando illudo, & pro ridiculo habeo. Tractum à genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur, vt apud Plautum in Aulularia. Ah ſubleuit mihi os peſſime.

Subluco, as, pen. prod. à loco, ſignificat ramos arborum ſupputo, & veluti ſubtus lucē mitto. Cōlucare autem, eſt ſucciſis arboribus lucum luce implere.

Subluo, is, expurgo.

Subluſtria verba, dicuntur non ex toto luminoſa, ſed aliquid luminis habentia. Subluſtris nox, & Subluſtris umbra, quæ habet aliquid luminis.

Subluuies, dr̄ ſicut & illuuies & proluuies, pro ſordibus & immunditiis. Apud Columellā genus morbi in diſcrimine vngulæ ouium naſcens, ait enim libro octauo: Claui quoq; dupliciter infeſtant ouem: ſiue quū ſubluuies atq; intertrigo in ipſo diſcrimine vngulæ naſcitur ſubluuies pice liquida eruitur.

Subnecto, is, ſubligo, adpēdo, ſubſcribo'ue ſignificat.

Subneruo, as, vide in dictione Neruus.

Subnitor, pen. pdu. ſuffulcio. vide in dictione Nitor.

Subo, as, Subare dicūtur ſues, quum libidinē exercēt, aut adpetūt: quāuis & ad alia animalia etiam ad homines transferatur. Horatius, ſamq; ſubando te cubilia rectaq; rumpit. Ariſtote. lib. de Animal. vi. Ita ſubare dr̄ in ſuibus, quēadmodū equæ libidine ſtimulatæ dicuntur equire. Tertullanus in Apologetico ſcribit Iouem fœde ſubantem in ſororem fuiſſe. Id eſt, libidinantem, & rei venereæ inhiantem.

Suborior, ſubnaſcor, & exurgo, vt ſubortus eſt rumor. Cornucopiæ.

Suborno, nas, aliquātulum orno, hoc eſt, honoro ſiue laudo. Plancus Cice. Tu Cicero quod adhuc feciſti, Idem præſta ut uigilanter neruoſeq; nos qui ſtamus in acie ſubornes. Et Subornare, eſt latenter ſeducere. Gell. In caput meum ſubornauit.

Subreptitiæ, literæ dicuntur quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt. Cc.

Subrideo, latenter vel aliquantum rideo, vel riſus ſigna oſtendo. Vergilius,
Olli ſubridens hominum ſator atq; Deorum.

Subriplo, furor, clām auſero. Quando q; etiam in altum tollo. vnde fit Subreptio: quod modò furtum ſignificat, modò imperationē, quæ fit à principe ſiue magiſtratu per falſam rei narrationem.

Subrogo, penulti. correp. ſubſtituo. Plini. de uiris illuſtr. Quia in locum Tricipitini collegæ conſulem ſubrogauerat.

Subrumi, dicti ſunt agni, qui adhuc ſunt ſub mamma, quæ rumus à ueteribus dicebatur. Inde Subrumari, quod eſt, ſub ruma, id eſt, mamma ſubmittere. Columel. libro octauo. Diligenti cura ſeruādum eſt, vt in ſuis quotidie matribus & alienis non amantibus agni ſubrumentur.

Subruo, is, cum impetu ſubingredior. Aliquando parum vel aliquantulum vel latenter ruo, & hoc ex vi præpoſitionis ſub. Aliquādo offodio. Seneca: Subruunt terram, theſauros quæritant.

Subſanno, as. non à ſano, ſed à ſanna fit, quæ eſt irriſio. Eſt autem Subſannare, irridere: & conſtruitur cū adcuſatiuo. Hieronymus contra Vigilantiū: Rideas forſitan & mulierculārum deliramenta ſubſannes. Et ad Marcellum: Quadrante indigniam eloquentiam nare ſubſanno, quid ad te qui diſertus es? Hinc Subſannatio, quæ proprie rugata fronte & contracto naſo exprimitur.

Subſcribo,ſubnoto,ſubſigno:ſicut ſolent principes q ſubſcribunt ea quæ rata habent. Alexander Romanus imperator ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum operá dabat poſt horas meridianas. Aliàs Subſcribere ſignificat fauere. Colum. Quod ſi fortuna ſubſcripſerit. Verbum eſt iudiciis & foro adcōmodatū. Vnde ſubſcriptores, fautores, adprobatoresq́ dicti ſunt. Cicero, Venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis & diſertis. Vbi Aſconius, Scriptores dicunt, qui adiuuare adcuſatorem dici ſolent.

Subſcudes,penul. produ. tabulæ quibus tabellæ inter ſe configunt, quia quò innituntur ſuccidit. Pacuuius: Nec vlla ſubſcus cohibes compagem.

Subſellia,ſedes & pulpita,vel (vt ita dicam) ſcamna,in quibus audientes poetas recitantes ſedére conſueuerunt: vel in quibus ab equitibus ſpectabantur ludi, à ſubſedendo, quaſi ſubſedia. per mutationem d,in l,ut ſella pro ſeda. Nam ſenatores in ſellis altioribus conſidebant. Perſius,

Troſſulus exultat tibi per ſubſellia leuis.

Scribit Aſconius Subſellia eſſe tribunorum, trium uirorum quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentium: qui non in ſellis curulibus nec tribunalibus, ſed in ſubſellis conſidebant. Vnde à Varrone Subſcilium dictum eſt, quod nō ſit planè ſella. Vnde ſciendū, quòd Subſellium quandoq; accipitur pro ſede in foro ubi iudices electi, in publico iudicio ſedebant: vt, Quintilianus lib. xii. Nōnonquàm etiam inter ipſa ſubſellia didiciſſe ſe gloriantur. Quādoq; Subſellia erát in curia, vbi ſenatores ſedebát, ut oſtédit Cicero in Orat. cōtra Catil. Quandoq; erant ſedes in theatro. Suetonius in Augu. Facto igitur decreto patrum, ut quoties quid ſpectandi uſquàm publicè ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacaret ſenatoribus. Et Subſellia, vbi ſedebant rei & adcuſatores & teſtes.

Subſequor,penul.corr. ſtatim ſequor.

Subſero,is,penul.cor. ſubtus ſemino uel planto. Colu. lib. v. Nam plurimum intereſt adhuc noua conſitione pedamen omne ueſtiri, nec mox vineatū ſubſeri, quum fructus capiendus eſt.

Subſeſſæ,dicuntur à Vegetio, inſidiæ qbus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tali ſuſpicans opprimi ſolet. Subſidere enim ſignifi. delitefcere. vñ Subſeſſores dicti, q delitefcētes inſidiantur & inſidiis circūuētos interimūt. Contrà Subſeſſos uocamus hoſtibus circūuētos. A' Valerio. Subſeſſor alieni matrimonii dictus eſt, qui pudicitiæ alienæ coniugis inſidiatur.

Subſideo,des,pen.cor. ſubtus ſedeo. Columel. Villica debet curam adhibere, vt ſi quæ fæces aut amurcæ in fundis uaſorum ſubſederint, ſemel ſtatim emundentur. Inde Subſellia. Eſt & Subſidere inſidiari, inde ſubſeſſores, & ſubſeſſæ.

Subſidium, quære in dictione Præſidium.

Subſilio, & ſubſulto, parum ſalto, à quo ſubſultim aduerbium.

Subſiſto,is, contra ſiſto. Cæſar, Audacius ſubſiſtere nonnūquàm & nouiſſimo agmine prælio noſtro laceſſere. Quandoq́ ſignificat gradum ſiſto. Hieronymus in lib. Regum: Tu autem ſubſiſte paulisper, vt indicē tibi uerbum domini. Propriè tamē ſubſiſtere, eſt per ſe exiſtere, ut eſt ſubſtantia quæ per ſe exiſtit: quod de accidentibus intelligi non poteſt, vt inquit Auguſtinus libro ſeptimo de Trinitate: Hoc eſt Deo eſſe quod ſubſiſtere.

Subſolanus, ventus dicitur, qui Sole oriente ſubnaſci videtur. A' Græcis Apeliotes, ἀπὸ τοῦ ἡλίου, id eſt à Sole dictus. Cornucopiæ.

Subſortitus, dicitur qui alicuius occupati fungitur officio. Vnde Subſortitos iudices dicimus, qui etiam ſubſtituti adpellantur.

Subſtantia, eſt quæ per ſe ſubſtat, & fundamentū eſt: Græci modò ὑπόστασιν, modò οὐσίαν vocant: Latini vtrūq; interpretātur ſubſtantiam, quáuis ſint qui ὑπόστασιν, ſubſtantiam: οὐσίαν, eſſentiam dicant. Quandoq; etiam Subſtātia ponitur pro materia, & quaſi eſſentia & ſoliditate, ac neruis cuiuſq; rei. Plin. Subſtantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacem. Quintil. Prima apud rhetorem elementa & quæ de ipſa rhetoricæ ſubſtantia quærſitur tractabimus. Qñq; Subſtātia ponitur pro facultatibus. Idē: Vt plus ſubſtantiæ filio relinquerem.

Subſtantiuus,a,um, quod per ſe ſtare poteſt.

Subſtillum, tēpus dicitur, quod ante pluuiam vel poſt pluuiam eſt, nō ſiccum, ſed humidum: quòd aut iam ſtillet aut nondum ſtillare deſiſtat. Apud Catonem lib. de Re ruſt. ponitur pro ægritudine, quando ſubſtillatim vrina emittitur.

Subſtituo,is, ſubordino, vt quū quis defuncto uel abrogato ſubſtituitur in eius locum.

Subſto,as, ſuſtineo, & conſtans ſum Terent. Perii metuo, ne ſubeſt hoſpes. Et Subſtare, eſt rem aliquā conſtanter ſubſtinere. Nam Subſtare dicitur aliquid, ut aliis ſubeſt.

Subſtruo, ſubtus ſtruo. Columell. lib. I. Quum ex depreſſiore loco fuerint orſa fundamenta, nō ſolum ſuperficiem ſuam ſubſtinebunt facile, ſed & pro fultura & ſubſtructione fungentur aduerſus ea quæ mox ſi fortè uillam prolatare libuerit, ad ſuperiorem partem adplicabuntur.

Subſum, infra ſum. Plini. Suberant tecto abiegnæ trabes. Aliqñ Subeſſe, ſignificat latenter ineſſe. Vergil. lib. ii. Georg. Quippe ſolo natura ſubeſt. quia naturaliter rerum omnium mater eſt terra, & uniuerſa intra ſe continet ſemina, licet non adpareant. Vñ Epicurei dicunt nihil eſſe quod non habeat originē ſui.

Subtal, ex ſub & talo componitur: ſignificatq́ cauū pedis, quáuis & pro uola quandoq; accipiatur.

Subtegmen, dicitur filum quod ſub ſtamine texitur. Terentius in Heautonti. Anus ſubtegmen nebat: præterea vna ancilla erat. Plau. in Merc. Pollin' tu, ſi vſus venerit, ſubtegmen tenue nere?

Subtegulanea, loca ſub tegulis, diſtinguitur à ſubdialibus, quæ Græci uocant ὑπαίθρια. ſicut priora illa ὑπόστεγα, & κατάστεγα, ſiue στεγνά.

Subter, præpoſitio, cuius relatiuum eſt Super. ut, Hic mirificè natat duratq́ ſubter aqua. Et tam ablatiuo quàm adcuſatiuo iungitur: licet quidam nō niſi figu

rate hoc fieri poteſt, ſicut poſt, circum, & ante. Verg.
Ferre iuuat denſa ſubter teſtudine caſus.

Subterraneus, a, um, quod eſt ſub terra. Colu. Victis quàm ſaluberrimum ſubterraneũ ergaſtulũ, plurimis ſitq́; id anguſtis illuſtratũ feneſtris. Idem: Nam ferè cum his partibus edificia rimas egerſit caua præbẽt, & latebras ſubterraneis animalibus.

Subturpe, latenter turpe: quando id quod natura turpe eſt, verbis tamen honeſtis dicitur.

Subucula, genus veſtis q̃ ferè ex lino fit, dicta quòd ea ſubter induamur. Varro de Vita paſt. Poſtquàm binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt uocare ſubuculam. Eſt & Subucula, libum quod Diis dabatur, ex alica, oleo, & melle compoſitum.

Subuenio, nis, proprie ſubtus venio. Hierony. in expoſitione Symbo. Diſcute ſi potes, quæ habentur in manibus, & tunc ad horum ſublimiora ſubuenies. Per tráſlationem ſubuenire, eſt auxilium præbere. Plaut. Qui tolles tibi miſero ſubueni.

Subueteribus, eſt loci nomen in vrbe Roma, ſicut & Subnouis, Plaut. in Curcul. Subueteribus ibi ſunt q dant, quiq́; accipiunt fœnore. Sueton. in Auguſt. Bifariam laudatus eſt, pro æde diui Iulii à Tyberio. & pro roſtris Subueteribus. Varro, Subnouis dicta pars in foro edificiorũ, quod vocabulum eius peruetuſtum.

Subula, penul. cor instrumentum cerdonũ, quo perforandis calceis utuntur ſutores. Martialis,
Quodq́; tibi tribuit ſubula, ſica rapit.

Subulcus, qui ſuum dux eſt: uel cui porcorum nutriendorum cura cõmiſſa eſt. Var. Altitudinis haræ modus ſit, ut ſubulcus facile circunſpicere poſſit, ne quis porcellus à matre opprimatur.

Subulo, pe. cor. lingua Hetruſca dicitur tibicen. Apud Ennium: Subulo vicinas propter adſtabat aquas. In alio ſignificatu Subulones dicũtur cerui, quibus ſunt cornua ſimplicia, minimeq́; ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinẽ (vt docet Ariſtoteles lib. x. de Animalibus) Plin. lib. xi. Aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis.

Suburbanũ, predium, ſeu villa ſub vrbe. Colu. lib. vii. Nam ſuburbanis lactens porcus acere nutricandus eſt. Sueto. de Aug. Nutrimentorum eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Velitras permodicus. Plinius eleganter ſuburbaná adpellat Itáliá, eam partem quæ erat proxima vrbi Romæ.

Suburbia, plurali tantum numero, quaſi uia ſub urbe, hoc eſt, vrbi contigua, ſunt frequentes extra vrbem domus inſtar vici vrbani. Vicus enim proprie pars vrbis eſt.

Suburra, vicus Romæ, à quo regio Suburrana eſt dicta (vt ſcribit Iunius) ab eo quòd fuerit ſub vrbe antiqua. Varro verò à pago Succuſano putat dictam Succuſam, inde mutatis literis Suburram. Cuius rei indicium eſt, quòd antiquitus per c, literam, nõ per b, ſcribebatur. Hinc Suburranus, na, num. ut regio Suburrana, in qua meretricum diuerſoria erant: quæ ob id Suburranæ dicũtur à poetis.

Succedaneus, qui ſuccedit, ſuppoſitus vicarius. Plaut. In Epidi. Mẽ piacularẽ oportet fieri ob ſtultitiam tuá vt meũ tergũ ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum.

Succedo, is, pe. pd. ſignĩat eo ſub. Verg. lib. iii. Georg.
Aut tecto adſuetus coluber ſuccedere & umbræ,
Peſtis acerba boum pecoriq́; aſpergere virus.
Et Succedere, eſt ingredi. Idem libro ſeptimo.
Et noſtris ſuccede penatibus hoſpes.
Item in alterius locum venire. Cicero lib. iii Officio. Quid ergo hic: non'ne noceet, qui quodam quaſi veneno perficiat vt veros hæredes moueat, in eorũ locum ipſe ſuccedat. Inde Succeſſor, & Succeſſio. Item proſpere cedere, euenire. Teren. in And. Hæc nõ ſucceſſit, alia adgrediamur via.

Succenſeo, ſes, ſignificat in re graui & iuſta ex cauſſa iraſci, & quaſi ſeceſſuram exercere. Teren. in Phor. Sed parum quòd omnibus nunc ſuccenſet ſenex.

Succenturio, as. vide in dictione Centurio.

Succerda, ſtercus ſuillum. Titinnius, Quid habes niſi vnam arcam ſine claue, eò condis ſuccerdas.

Succeſſus, us, pro euẽtu tá malo q̃ bono. De malo ut, Succeſſus indignos noli tu ferre moleſte. Verg. li. ii.
Atq; hoc ſucceſſu exultans animisq́; Chorebus.

Succida, penul. correp. lana à ſuccidendo, quòd talis ſit, qualis ſucciſa eſt. hoc eſt plena ſordibus. Varro à ſudore deriuat, dicit enim: Tonſuræ tempus inter æquinoctium vernum & Solſtitium, quum ſudare inceperunt oues, à quo ſudore recens lana tonſa ſuccida eſt adpellata. Iuuenalis,
Qualis cœna tñ? vinũ q̃ ſuccida nollet Lana pati.

Succidaneæ hoſtiæ, dicebantur, quæ ſecundo loco cædebantur. Apud veteres enim ſi primis hoſtiis litatũ non fuerat, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebantur duæ, quæ prioribus iam cæſis luendi piaculi gratia ſubdebantur.

Succidia, tergum ſiue maſſa carnis porcina ſalita, et in neceſſarium vſum ſeruata: quæ quoties opus eſt ſuccidiatur. Noni. Succidiam pro lardo exponit. Succidia cõtinet pernam, petaſonem, & lardum. Cicero in Catone, Iam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alterá adpellant. Varro non à ſuccidendo, ſed à ſuibus cædendis ſiue edendis. Nam id pecus primum occidere cœperunt, & vt id ſeruarent ſallire. Idem: Et qui non audierit patres noſtros dicere ignauum & ſumptuoſum eſſe, q ſuccidiam ſuſpenderit in carnario potius è laniario, quàm è domeſtico fundo.

Succido, is, pen. prod. ex ſub & cædo, ſignificat ſubcido. Hiero. in præfatione Pſalmorum: Cogitis vt veluti quoddã nouale ſciſſum iam aruum exerceá, & obliqs ſulcis renaſcentes ſpinas eradicẽ, æquum eſſe dicẽtes, vt quod crebro male pullulat, crebrius ſuccidatur. Aliqñ Succidere, ſignificat metere. Vergil.
At rubicũda Ceres medio ſuccidit æſtu.
Aliquádo poſt cædere: ſicut præcidere, ante cædere.

Succido, is, pen. corre. ex ſub & cado, quaſi ſubtus cado. Gell. Iam continuo labore grauia genua ſucciderant. Plau. in Curc. Genua mea ſuccidunt laſſitudine.

Succidus, qui eſt pronus ad cadendum, ſiue fermè cadens. Claud. lib. iii. Succidui titubant greſſus.

Succiduus, a, um, à ſuccedo, vt inquit Lactan. tardás à

ſuccedendo,ſiue vt fœturæ ſuccedens dicitur. Plin. in Epiſt. Si hominibus lætum eſt & glorioſum filios habere conſimiles, & tunc magis generaſſe delectat, ſi ad patrem lineamentis paribus ſoboles ſuccidua reſpondeat. Statius lib. iiii. Theb.

Dum premis obnixo venabula cominus apro
Poplite ſucciduo. id eſt, ſummiſſo. Alibi,
Vbera ſucciduos´q; adportat in artubus agnos.

Item de eo quod eſt pronum ad cadendum. Claud. Succidui titubant greſſus. Sed hoc fit à ſuccido,is, penul. cor. quod eſt quaſi ſubtus cado.

Succino,is,pen.cor.ex ſub et cano,quaſi ſubmiſſa voce cano. Hinc Succento,as,frequentatiuum,& ſuccentor. Inter cantores,occentores,& ſuccẽtores quidam ita diſtinguunt,vt cantores ſint, qui maxime eleuant & acuunt vocem,ſuccentores,qui minimum:occentores,qui inter vtrunq; mediũ tenent,quæ varietas mirabilẽ ſeruata muſica ratione concentũ reddit.

Succinũ,pe.cor.electrũ deſudãs ab arboribus. Mart.

Quum phaetontea formica uagatur in umbra,
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.

Eſt & gẽma nigri coloris,vulgò ambrum dicitur. Suidas tamen ait. Σούκινοι καὶ ἐλεφάντινοι δάκτυλοι ταῖς γυναιξὶν εἰσὶ σύμφοροι. Id eſt, Succini & elephãtini annuli mulieribus ſunt vtiles.

Succiſiuum tempus, dicitur quod ſubtrahitur à rebus neceſſariis,vt ad aliquem vſum accommodemus, vulgò dicitur tempus furto ſubtractum. Gellius: Quantum autem vitæ mihi déinceps Deum voluntate erit, quantũq; à cura & à re familiari procurando q; cultu liberorũ dabitur, eorum ocii, omnia ſucciſiua & ſubſecundaria tempora, ad colligendas huiuſmodi memoriarũ delectatiunculas conferã. Menſores autem terræ nonnunquàm dicunt ſucceiſiuã eſſe vnciã, agri aſſit ſextantem. Dictum Succiſiuum à ſuccidendo.

Succollo,as,collum ſuppono ſubſtollo,ſubleuoq; ceruicibus ſubiectis, quod proprie eorũ eſt qui aliquẽ in lectica geſtant. Sueton. de Nerone, Matris ſæpe lectica per publicum ſimul vectus eſt, ei ſuccollabant bini duodeni q; ſerui, qbus longo in itinere vicariũ in laborem alii ſuccollabãt. De hoc etiam apud Varronem lib. iii. de re Ruſtica.

Succubo,as,penul cor. & eſt Succubare,iniri. vnde & ſuccubi dæmones dicuntur, qui ſub humana ſpecie corporibus adſumptis ſe viris ſubiiciunt: ſicut incubi, qui mulieres ineunt.

Succumbo,is,bui,itum,ſignificat ſubiicior,& aliquando ſubiungor.

Succurro,ris,auxilium præſto. Vergil. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Item ſuccurrere,eſt in mentẽ uenire. Cice. Neq; enim mihi ſuccurrebãt verba,quæ ante diſceſſum à Dolabella audieramus.

Succus,à ſugo:quaſi ſugus,humor quẽ ex alimẽtis mẽbra ſugunt,vt ſe repleant. Terenti. in Eunuc. Corpus ſolidum & ſucci plenum. Item ſuccus dicitur, quod ab aliqua re producitur,puta ab arbore liquor. Plinius, Arborum ex quibus manat ſuccus,aliæ, picem, aliæ reſinam mittunt. Hinc Succulentus, ſucco plenus,& Inſucco,de quo ſuprà.

Suctus,us,à ſugo,gis,ipſa humoris ſorbitio. Plin. lib. x. Caprarumq; vberibus aduolãt ſuctum propter lactis,qua iniuria vber emoritur.

Succuſo,as,frequenter ſuccum excutio.

Succuſſo,ſuccuſſas,ſignificat frequẽter excutio, quod proprie de equo dr̃,qui gradario contrarius eſt. Nã eſt qui concutiendo ſeſſorem graditur,& equus ipſe ſuccuſſor ſiue ſuccuſſarius & ſuccuſſator uocatur. Acci. Agite ac vulnꝰ ne ſuccuſſet greſſus caute ĩgredimini. Lucilius, Succuſſatoris tardi rari q; caballi. Talis greſſus ſuccuſatura adpellatur.

Succutio,is,penult.corre.ex ſub et quatio. De quo in dict. Quatio.

Succula,pen.cor.diminutiuũ à ſue. Et ſuccula dictæ ſunt ſtellæ, q̃ alio nomine Hyades uocãtur, à pluuia. Nam & orientes & occidentes tẽpeſtates & pluuias cient. Exoriuntur. xiii. Calend. Iunii. Eſt & ſuccula, genus intimæ veſtis. Plaut. Eſt ſuccula argenteola & duæ connexæ nauiculæ.

Sudarium,linteum quo ſudor facie detergit̃, & nares purgantur. Suetonius de Nerone: Adoperto capite & ante faciem obtenſo ſudario equum aſcendit quatuor ſolis comitantibus. & mox, Ligato circa collum ſudario,prodierat in publicum. Huius diminutiuum eſt Sudariolum.

Sudes,pertica,ſeu genus teli militaris, hoc eſt, paxillus igni torridus. Vergilius,

Sudibus'ue præuſtis. Idem lib. i. Georgicorum,
Quadrifidas'ue ſudes & acuto robore vallos.

Seruius, Vallus & ſudes idem eſt.

Sudo,as, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, quod aquam vndamq; ſignificat,deriuatum exiſtimant. Et modò abſolute ponitur. Hora. Sudauit & alſit. Modò cum ablatiuo iungitur. Liui. Et ſcuta duo ſanguine ſudaſſe. Modò cum accuſatiuo,& ſignificat produco. Vergil.

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Huius compoſita ſunt Cõſudo,quod eſt ſimul vel totus ſudo. Cato de re Ruſtica: Poſtea quã detonderis, vnguito totas, ſinito biduum aut triduum conſudẽt, deinde lauato in mari. Exudo,emitto quaſi per ſudorem. Plin. Frutex eſt liquorem exudãs. Deſudo,valde ſudo,à quo Deſudaſco,& imperſonale Deſudaſcitur. Plau. Homo adoleſcens penetrare huiuſmodi palæſtrã,vbi damnis deſudaſcitur. Inſudo, pro defatigor. Præſudo,prius ſudo. Claudianus lib. ii.

Dum matutinis præſudat ſolibus aer.

Et hæc habent penultimam productam. Inuenitur & ſudeſco,is,quod eſt à ſudeo, es, niſi textus falſus ſit. Colu. lib. viii. Superpoſito copioſo ſale, ita vt oliuã contegat, triginta dies pati conſudeſcere atq; omnẽ amurcam extillare.

Sudum,quaſi ſemiudum. Eſt enim proprie pars ſerena inter nubes. Ponitur tamen quandoq; pro ſereno poſt pluuiam. Vergilius, Ergo vbi vernactæ ſudum. Sunt qui dicant ſudum ſine vdo, hoc eſt, ſiccum non humidum.

Suefacio,à quo adſuefacio, & Conſuefacio. vnde ſueſio, Adſueſio, Conſueſio. Liuius lib. i. Sed initium turbandi omnia à fœminis ortum eſt, ea ſecretis uiri

alieni

alieni adſuefacta. Terent. in Adelph. Ea ne me celet condſueſeci filium.

Sueſco, is, ſueui, etum, ſuetudinem capio. Cicero Metello: A' te id quod ſueſti peto, me abſentẽ diligas atq; defendas. Claud. lib. iii. Poſt hæc cunabula dulci
Ferre ſinu ſummo q; Ioui deducere paruam,
Sueuerat & genibus ludentem aptare paternis.
Huius compoſita ſunt Adſueſco, quod eſt alicuius rei conſuetudinem habeo. Lactan. lib. vi. Adſueti dulcibus & politis, ſiue orationibus ſiue carminibus. Conſueſco, Deſueſco, quæ ſunt contraria. Inſueſco, valde vel intus ſueſco. Terent. in Adel. Qui mentiri aut fallere inſueuerit patrẽ: tãtò magis audebit cæteros. Inſuetus tñ non adſuetus dicitur. Cic. lib. iiii. ad Heren. Sin autem iſtud artificioſum egregium ducitis, videte ne inſueti rerum maiorum videamini.

Sueui, populi Germaniæ, Bauaris finitimi, qui plus quàm centum pagus habuerunt. Gens valida & bellicoſiſſima, de qua Lucanus,
Fundit ab extremo flauos aquilone Sueuos.

Suffarraneus, à farre, quemadmodum Cõfarratio, deduci videtur: & ſignificat eum qui far in caſtra conuehit, ſed modicum alienum'ue non iuſto commeatu aliquo, ſed crebris & vilibus inſtitorum vecturis.

Suffero, pen. cor. ſuſtineo, patior. Vergilius,
Nec, clauſtra nec ipſi Cuſtodes ſufferre valent.
Aliquãdo ſuppono. Plautus, Intro ad vxorem meam ſufferamq; & meum tergum ob iniuriam.

Suffes, etis, lingua Punica conſul dicitur. Liuius, Senatum itaq; ſuffetes quod velut conſulare imperium apud Carthaginenſes erat, vocauerunt.

Suffibulum, vide in dictione Fibula.

Sufficio, ex ſub & facio, ſignificat Sufficere, ſatis eſſe, conſtruiturq; cum datiuo. Statius lib. v. Syluarum,
Vadẽ puer, tantisq; enixus ſuffice donis.
Id eſt, ſatis eſt. Vergil. lib. v.
Nec nos obniti contrà nec tendere tantum
Sufficimus. Interdum iungitur infinitiuo, & fit impersonale: ſicut conuenit, vacat. Hiero. ad Euſto. Vel ſufficit ſcire quod bonum eſt, niſi cuſtodiatur attentius quod electum eſt. Aliquando ſignificat durare. Verg. lib. xi. Nec ſufficit umbo Ictibus. Aliquando ſubminiſtrare. Idem lib. ii. Georgic. Ipſa ſatis tellus cum dente recluditur vnco Sufficit humorem.
Aliquando ſubſtituere. Idem in eodem lib. i.
Atq; aliam ex alia generando ſuffice prolem.
Vnde Suffectos conſules dicimus, qui in demortuorum locum ſubſtituti ſunt. Aliquando inficere, maculare. Cicero in Hort. Vt ii qui conuiuiis purpurã tamen ſufficiunt, poſt ſanant medicamentis quibuſdã.

Suffimentum, idẽ quod ſuffitus, & ſufficio. Pli. Quod & ſuffimentis quibuſdam facere conſueuerunt. Suffimenta quoq; à veteribus dicta ſunt, quæ fieri ſolebant ex faba milio q; molito, mulſo ſparſo, vt inquit Feſtus. Ea Diis eo tempore dabantur, quo vuæ calcatæ prælo premebantur.

Suffio, fis, fiui, vel fii, fitũ, ex ſub & fio ſignificat ſuffumigo. Plin. Hippocrates ruta vuluarum cauſſa naturam ſuffire iubet. Vergil. lib. iiii. Georgic.
At ſuffire thymo, ceraſq; recidere inanes Quis dubitet? Et licet à fio componatur, eſt tñ Suffio actiuũ.

Suffitio, tionis, idem quod ſuffitus. Plin. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones commendare.

Suffitores, qui ignem inſufflant inflatis buccis.

Suffitus, ta, tum, pen. prod. ſuffumigatus. Plin. Aniſum dolores capitis leuigat ſuffitum naribus.

Suffitus, fitus, ſuffumigatio. Plin. Et vuluarum conuerſionem ſuffitu excitant.

Sufflamẽ, retinaculum quo decurrens rota inhibetur. Eſt enim machinæ genus, quo in deſcenſu vel procurſu nimio, rota ſolet retineri.

Sufflo, flas, ſubtus flo, quod fieri ſolet quũ ignem accendi volumus. Pli. Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantem languidos ignes.

Suffoco, cas, penul. produ. ex ſub & faux, au, in o, productam conuerſa, ſignificat ſpiritum præcludo, & velutì obſtrictis faucibus. Ouidius,
Suffocent animam dira venena tuam.

Suffoſſi equi, dicitur, quos vulgò ceſpitatores vocãt. Vergilius lib. xi. Suffoſſo reuolutus equo.

Suffragium, modò auxilium ſignificat: modò illas voces quæ dabantur in comitiis, & in tabellis deſcribebantur, quibus vnuſquiſq; ſuam declarabat voluntatem de aliquo in magiſtratum eligendo. Iuuenalis,
Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam. Inuenitur etiam ſuffragium à frango, gis, fra, ſyllaba correpta. Ouidius de Nuce,
Quid niſi niſi ſuffragium nymbis ruitantibus eſſe?

Suffrago, ginis, penultima producta, dicitur in poſterioribus pedibus animalium, quod in prioribus genua. Vel eſt nodus ſub crure, quo pedis verſura conſtat, tibiæq; ita adnectiť pes ut uerti poſſit: id quod ſpectamus in bobus, equis, & cæteris armẽtis. Dictæ Suffragines, quòd ſuffringantur. hoc eſt, in alium frangantur. Conſtat ſanè genua animalium quæ animal generant, ante ſe flectere, ſuffraginum verò artus in aduerſum. Quemadmodum igitur poplites dicti ſunt, quòd pòſt plicentur: ita Suffragines quòd ſupra frangãtur. Plini. Victimarum probatio in vitulo, vt cauda articulum ſuffraginis contingat. Idem, Aues & quadrupedes alas in priora curuãt, ſuffragines in poſteriora. Hinc Suffraginoſi equi, quorum ſuffragines morbo uitiatæ ſunt. Columel. lib. vii. Suffraginoſæ hordeacea farina imponitur. Suffragines etiam dicuntur uitis ſoboles. Columel. libr. v. Et ſi ſoboles (quam ruſtici ſuffraginem uocant) radicibus adhæret, diligenter expiantanda, ferroq; euellenda eſt, ut hybernas aquas reſpuat.

Suffragor, penultima producta, ſignificat adiuuò, fauorem fero. Cuius contrarium eſt Refragor, pro repugno, aduerſor. Vergilius,
Copia me perdit, tu ſuffragare rogatus.

Suffultio, ſuſtẽto. Varro, Vt maioribus perticis ſuffultæ uites, auras non pertimeſcant.

Suffundo, dis, uide in dictione Fundo.

Suggero, ris, pen. cor. ſuggeſſi, ſtum. uide Gero.

Suggeſtus, uel ſuggeſtum, à ſuggero: quòd ibi ligna

ſuggeratur in quibus ſtari poſſit. Significat enim locum editiorem, puta pulpitum. ut apud Varronē lib. iii. de re Ruſt. Ex ſuggeſto ſaliens, ubi ſolent eſſe peripetaſmata, prodeunt aues in ſtagnum.

Suggrundia, partes tecti prominentes. Varro lib. iii. de re Ruſticas Subgrundas adpellat. Aues (inquit) ſubtus ſubgrundas ab initio uillatico uſq; tecto.

Suggrūdaria, ueteres dicebant ſepulchra infantium, q necdum quadraginta dies impleſſent, ut inquit Fulgentius Placiades, quum nec buſta dici potuerunt, qa oſſa quæ comburerentur non erant, nec tanta magnitudo cadaueris, quæ loco tumeſceret.

Suggillo, as, ex percuſſu carnem maculo, à ſuggendo, quòd ſuccus, hoc eſt, liuor deducatur. Hinc ſuggillati dicuntur, qui ex percuſſione tumorē maculamq; cōtraxerunt. Pli. li. xxvii. Caſeus recēs cū melle, ſuggillata emēdat. Et li. xx. Cinis alii ex oleo & garo illitus, ſuggillata aut liuentia ad colorem reducit. Interdum Suggillare, eſt deridere, detrahere, adcuſare, dānare, reprehēdere. Liuius, Legati grauiter ferētes ſe ſuggillatos eſſe. Hierony. in præfatione Pentateuchi: Qui me adſerunt in ſeptuaginta interpretum ſuggillatione, noua pro veteribus cudere: non damno, non reprehendo ſeptuaginta, ſed confidenter cunctis illis apoſtolos præfero.

Sugo, gis, xi, ctum, & ſugitum. Hinc Suctus, ctus, & Sugitus, & Sugiturus. Auguſtinus, Multi præcones præceſſerunt adhuc naſciturum de virgine Maria, futurum infantem, & ſogiturum lac. Dicitur et Sogeo, ges, vnde Exugeo: ſicut Adſugo, Exugo, quod eſt ſuccum extraho. Plautus in Epidi. Ego me vertam in hirundinem, atq; eorum exugebo ſanguinē. Suetonius in Auguſto: Pſyllos admouit, qui venenum ac virus exugerent.

Sui, & eius deriuatiuum Suus, a, um, ſunt pronomina reciproca. Proptrrea ſic dicta, quòd ſicut reciprocat ſpiritus quum recipitur, ita hæc pronomina ad id vnde prodierant reuertuntur. Vnde nō rectè dicimus: Ego dixi ſibi, Non eſt ſibi curæ reſpublica, Tu fuiſti ſecum: quia nulla in his reciprocatio. Sed dicendum: Ego dixi ei, Non eſt ei curæ reſpublica, Tu fuiſti cum eo. Similiter non dicimus: Vidi Ciceronem & fratrē ſuum, ſed fratrem eius. Econtrario non recte dicitur: Omnia à te expectant, vt des illis cibum in tempore, quum ſibi dicendum ſit. Sicut enim recte dicimus: Omnes expectamus vt des nobis eſcam: Omnes expectatis vt det uobis eſcam, ita dicēdum eſt: Omnes expectant vt det ſibi eſcam. Et tamen quando indifferēter ponitur, prout ad illius de quo loquimur, vel ad noſtram perſonam ſermonem referimus. In quorum primo reciprocatio eſt, aliter nullam habet reciprocationem. vt, Omnes optant quod ſibi vtile eſt. &, Omnes optant quod ipſis vtile eſt. Illud ad perſonā eius de quo loquimur refertur & manifeſtam habet reciprocationem, hoc ad perſonam noſtram, Ideoq; nulla eſt in eo reciprocatio. Cice. Multi dubitabant quod optimum eſſet, multi quod ſibi expediret. Idē: Legatus in pacem profectus, in prouincia pacatiſſima ita ſe geſſit, vt ei pacem eſſe expediret. Notandū quòd aliquādo pro ſui, ſiue ſuus, ponitur is, aut ipſe, aut ille, duntaxat ad euitandam amphibologiam. Cice. in Bru. Is ſoceri inſtituto, quem quia cooptatus in augurum collegium, non admodū diligebat, præſertim quum ille Q. Scæuolam ſibi minorem natu generum prætuliſſet. Item ſciendum, quòd Suus quandoq; pro proprius accipit. vt, Velle ſuum cuiq; eſt. Interdum etiā additur Sibi, nulla neceſſitate: ſed tantum veluti cuiuſdam feſtiuitatis gratia. Cicero, Suo ſibi victitant ſucco. Colu. Suo ſibi iure abluuntur. Dicimus etiam: ſuus eſt illius mos, Sua eſt iſtius natura, Suus eſt Ariſtotelis modus, Suū Platonis genus. Habetq; hoc pronomen Suus vocatiuum, vt ſi dicā. Defendite Cæſarem ô amici ſui.

Suinus, na, nū, quod ex ſue eſt. A' quo fit diminutiuū. Suillus, la, lum, vt, Caro ſuilla.

Sulcatim, aduerbium, ſignificat per ſulcos.

Sulco, cas, ſulcos facio, proſcindo. Colu lib. xi. In ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur.

Sulcus, proſciſſio terræ. Vnde tertio, quarto, quinto ſulco ſerere dicimus. id eſt, ter, quater, quinquies arando. Plin. Quarto ſeri ſulco Vergilius exiſtimatur voluiſſe quum ait:

Ipſa ſeges demum votis reſpondet auari
Agricolæ, bis quæ Solem bis frigora ſenſit.

hoc eſt, quæ bis per æſtatem, bis per hyemem aratur. id eſt, ſpiſſius ſolum (ſicut plerunque in Italia) quinto ſulco ſeri melius eſt. Aliquando Sulcus ponitur pro foſſa. Quandoque & ipſa quædam terræ proſciſſio eſt. Vergilius,

Auſim vel tenui vitem committere ſulco.

Propriè verò ſignificat quicquid aculeatum in longitudine eſt. Idem:

Et linguis micat ore triſulcis.

Hinc Biſulcus, ca, cum. Vnde Biſulcum animal, quod non ſolidas, ſed fiſſas vngulas habet. Triſulcus, ca, cum. vt, Triſulcum telum, quod eſt trifidū. id eſt, tres acies habens, à tribus partibus findens.

Sulmo, oppidum in Brutiis Pelignæ regionis: Ouidii patria. Vnde ipſe ait:

Sulmo mihi patria eſt gelidis vberrimus vndis:
Millia qui nouies diſtat ab vrbe decem.

Dictus Sulmo, à Solymo Aeneæ comite, conditore eius vrbis. Ouidius,

Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida,
A' quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Sulphur, naſcit in Inſulis Aeoliis, inter Siciliā & Italiam: ſed nobiliſſimū in Melo. vt ſcribit Pli. lib. 35. Hinc Sulphureus, rea, reum, quod eſt ex ſulphure.

Sulphuraria, riæ, locus vbi ſulphur coquitur.

Sulphuratus, ta, tum, quod ſulphur habet. Vnde ſulphurata dicuntur ligna exilia, ſulphure ex vtraq; parte intincta, ad accendendas lucernas. Martialis,

Qui pallentia ſulphurata fractis permutat vitreis.

Sultanus, vocatur rex Aegypti.

Sultis, veteres dixerunt pro ſi vultis. Cc.

Sum, es, eſt, multis capitur modis, varieq; conſtruitur. Nam ſubſtantiuum dictum eſt, quod per ſe ſubſiſtet, nec indigeat alio: ſed in ipſum cætera verba reſoluãtur

tur.vt, Ego lego.id eſt, ego ſum qui lego: Tu legis.id eſt, tu es qui legis. Propterea etiam frequenter præpoſitis pronominibus demonſtratiuis, non poſitum intelligitur. Vergilius, Tu'ne ille Aeneas quem Dardanio Anchiſæ. Et, Nam Polydorus ego.

Exiſtimat autem Plato, illa non eſſe, quæ oriantur vt intereant, augeſcant, ſeneſcant. Id verò proprie eſſe dicit, quod æternum eſt, neque mutabile, neq; corruptibile, quod Dei proprium eſt. Vnde eſt illud: Ego ſum qui ſum, tanquàm ſolus Deus eſſe dicatur. Deus enim (autore Auguſtino) ſumma eſſentia eſt: rebus autem eſſe dedit, ſed non ſumme eſſe ſicut ipſe eſt. Et aliis dedit eſſe amplius, aliis minus. Vnde in Abac. ſcribitur: Ipſi quoq; erunt quaſi nô ſint. Et in Heſter: Ne tradas domine regnum tuum iis qui non ſunt. Copulat hoc verbum quandoq; ſimiles caſus. vt, Cicero fuit eloquentiſſimus. Quandoq; vltra nominatiuum conſtruitur cum datiuo. Hieronymus: Sicut enim abſcindendos & erudiendos infideles ac perfidos homines, qui ſcandalum ſunt corpori eccleſiæ, dominus præcipit. Qui tamen nominatiuus à parte pòſt in datiuo poni poteſt. vt, Qui ſunt ſcandalo corpori eccleſiæ. Quandoq; cum geniti. & hoc multis modis: vt quum poſſeſſionem denotat. vt, Prædicamenta ſunt Ariſtotelis. Quum ponitur pro æſtimo, ſiue valeo, ſed hoc duntaxat in tertia perſona tam ſingularis quàm plur. numeri. Salluſtius in Iugur. Nſ vos æſtimate facta an dicta pluris ſint. Terentius in Adelphis: Argenti quanti eſt ſumito. id eſt, quanto precio valet. Cicero lib. ii. Offic. Vt commodius putarent numerari ſibi quòd tanti eſſet, quàm ſuum recuperare. Eſſet, id eſt, exiſtimaretur. Similiter quum ſignificat pertinet, ſeu officium eſt, & hoc in tertia perſona ſingularis numeri tantum. vt, Religioſi viri eſt pudicitiam ſeruare. id eſt, officium eſt, vel ad religioſum virum pertinet. Item quum ſignificatur laus, vel vituperatio. vt, Tu es egregiæ laudis. &, Hæc res eſt magni laboris, vel periculi. Item quum ſignificamus manſionem. vt, Ego ſum domi meæ. Quandoq; iungitur datiuo, & tunc ſignificat habeo. Vergilius,

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ.

Iungimus plerunq; duos datiuos, & ſignificat do, vel adficio. Cicero Q. Marco: Si enim mihi ſtudii fidelitas eſt tantæ voluptati quantæ eſſe in iſto, hæc eadẽ bona debẽt additis literis ſermonibus, humanitate, quæ ſunt in ipſis his commodis potiora. id eſt, dat vel afficit voluptate. Qui modus dicendi frequens apud autores inuenitur. Ponitur & pro cõuenit, ſiue contingit, ſed in tertia tantum perſona ſingularis numeri. Val. Max. lib. I. Non eſt inter patrem & filium vllius rei cõparationem fieri: præſertim diuinitatis faſtigio iunctos. Vergilius,

Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnum

Cernere erat. id eſt, licebat. Quale eſt illud Apoſtoli, Conuenientibus vobis in vnum iam non eſt cœnam dominicam manducare. Adponitur quandoq; huic verbo ablatiuus, ſine præpoſitione. vt, Tuo beneficio liber ſum. Et tu es magni ui animi & corporis. Aliquando etiam cum præpoſitione. ut, Hæc res eſt in poteſtate mea: Vis eſt in armis. Omnes ſub cœlo ſumus: Sum pro tribunali, Sum in ludo literario, Hoc eſt ab re. id eſt, non decet, uel eſt in decorum alienum, Abſurdum, à uobis eſt, Veſter eſt. ſicut Verbum eſt à Cicerone. id eſt, uerbum eſt Ciceronis. Quandoque conſtruitur cum adcuſatiuo, mediante apud, uel penes. ut, Hæc ſententia eſt apud Ariſtotelem. Interdum mediante ad, & tunc Eſt ſignificat expoſitum eſt, uel uergit. Cæſar, Aquitania à Garumna flumine ad Pyreneos montes, & eam partem, quæ eſt ad Heſperiam. Ponitur nonnunquàm ſine caſu à parte pòſt. vt in Exodo. Qui eſt me miſit. Et illud:

Quæ ſunt, quæ fuerant, & quæ pòſt facta ſequentur.

Aliquando Eſt, ſumitur pro habes. vt, Non eſt quòd moleſte feras mortem patris. Præterea iungitur aduerbio. vt, Hic illius arma, Hic currus fuit. Item iungitur infinitiuo alterius uerbi. ut, Magnæ laudis eſt uacare ſapientiæ. &, Animi fortitudo eſt aduerſa cõtemnere. Huius verbi compoſita ſunt Abſum, Adſum, Deſum. Exſi, apud ueteres pro extra ſum. Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitare ſolebat: Hoſtis uictus, mulier uirgo exeſto. hoc eſt, non introito. Inſum, Interſum, Obſum, Poſſum, Præſum, Proſum, Perſum, ualde ſum. Gellius libro. ii. Phædon Platoni & Socrati perſuit familiaris. Subſum, & Superſum.

Sumanalia, dicunt liba farinacea in modũ rotæ facta.

Sumanus, dicitur, qui libenter ex alieno ſumit.

Sumen, fit ex papillis ſuillis, uno die poſt partum ſectis, ac ſalitis. Martialis,

Eſſe putas ſumen, nondum ſic ubere largo.

Effluit, & uiuo lacte papilla tumet.

Plaut. in Cap. Quanta labes larido, quanta ſumini abſumedo. Alii putant eſſe lac ſuis extractum ac deſſatum ſue occiſa. Vel quaſi rumen. id eſt, mulieris mãma, nomen à ſugendo deductum.

Summa, eſt ſententiæ alicuius, aut rerum de quibus uerba fiunt, collectio. Vergilius lib. iiii.

Nauiget, hæc ſumma eſt.

Huius diminutiuũ eſt Sũmula. id eſt, parua ſumma.

Summates, principes in ciuitate, qui & optimates, & primates adpellantur.

Summatim, per ſingulas ſummas. Apuleius: Omnia ſummatim tetigerat. Item breuiter, & omnibus quaſi ſimul comprehẽſis. Plinius: Sed vt hac de re ſummatim dicam. Huius ſignificantiæ ſunt, In ſumma, & Ad ſummam, quæ ita ſignificant ac ſi diceremus: quod ut ſummatim comprehendam. Quintilianus. In ſumma, non recedo: fas eſt mihi (inuitis etiam parentibus) piè facere. Cic. li. Offi. Ad ſummã ne agam de ſingulis, communem totius humani ſocietatem, congregationem, & conciliationẽ colere tueri, cõſeruare debemus. Sed ſi ad ſummũ dicimus, ſiue Summũ, ſine ad, ſignificat ad plus. Cic. pro Milone: Vnus aut ad ſummũ duo, inuenti ſunt, qui Milonis cauſſam non probarent. id eſt, nõ plures quàm unus aut duo ex omnibus. Hoc modo dicẽdi frequenter vti ſolet Quintil. per aduerbium ſemel. Et ut ſemel omnia cõplectar,

id eſt, In ſumma. In eundem ſenſum etiam qñq. ſumitur breuiter. Quintilianus: Breuiter tamẽ longæ crudelitatis explicanda ſæuitia eſt, ex omnibus quæ ꝑtuli leuiſſimum fuit quòd occiſus eſt. Plinius, A' reliqua uerò Gallia cultu uirorum, morum dignatione, amplitudine opum præferenda, breuiterq́ Italia uerius quàm prouincia. Aliquando etiam Summatim à ſummus fit, & ſignificat ꝑ ſumma. hoc eſt, alta. Colu. lib. iii. Sin autẽ eouſq́ exaruit (ſcilicet uineæ truncus) ut curuari nõ poſſit, primo anno ſummatim, ita ne radices crudas aut læſas, ablaqueato.

Summe, aduerbium à ſummus, ſignificatq́ maxime, excellenterq́.

Summitudo, à nõnullis pro ſummitate capitur. Cc.

Summiſſus, humilis. de quo infrà. Vergilius,
Summiſſi petimus terram. Et Summiſſus murmurator, qui non aperte loquit. Hinc Summiſſim aduerbiũ. Sueto. in Aug. Nam & ad cõmunionẽ ſermonis tacentes, etiã ſummiſſim fabulantes prouocabat.

Summito, clanculũ & furtim ĩmitto. Sueton. in Cæſa. Summiſſis nonnunquàm lictoribus atq́ militibus. Et Summittere, eſt ꝑmittere, creſcere. Idem in eodẽ: Audita clade Titurιana, barbã capillumq́ ſummiſerit. Nanq́ Summittere barbam & capillũ dicimur, quãdo neq́ tondemus neq́ radimus, permittẽtes ad enormitatem adoleſcere: quod ſpecimen eſt maximi doloris. Id etiam promittere, & immittere dicit. Aliquando ſubdere, inclinare, ſupponere. Lucilius,
Summittas alios ſi quos poſſe cenſeas.
Aliquando demittere. Vergilius,
Paſcite ut antè boues pueri, ſummittite tauros.
Hinc Summiſſum, humile dicimus. Cice. Neq́ ſummiſſum nimis, neq́ ſe nimium efferentem.

Summo, mas, ſummatim facio. Hinc Cõſummo, as, de quo alibi.

Summœnium, dicebatur locus lupanaris, quòd ferè ſub mœnibus eſſet: quaſi ſubmœnium. Inde Submœnlæ, meretrices dicuntur. Martialis,
Conuiua quiſquis Zoili poteſt eſſe.
Summœnias cœnet inter vxores. Cc.

Summum precium, eſt libertas. Teren. in And. Quod habui ſummum precium perſolui tibi.

Summus, ma, mum, quod eſt omnium altiſſimum. ut, Hic ſummum locum in vrbe tenuit. Vergil.
Summoq́ ulularunt uertice Nymphæ.
Aliqñ dicit extremum. Cicero in Hortenſium, Vixit ad ſummã ſenectutẽ valetudine optima. Vergil.
Venit ſumma dies & ineluctabile tẽpus Dardaniæ.
Aliquando maximum, quo nihil ſit maius. Sic Iupiter Summus dicitur. Cicero libro. ii. Tuſcula. Summum, quo nihil ſit ſuperius. Et à Vergilio dictũ eſt, Summe Deum. pro maxime Deorum. Aliquãdo laudabile, glorioſum. Vergilius,
Me'ne igitur ſocium ſummis adiungere rebus,
Nyſe fugis? Hinc Summitas, altitudo: ex quo altior pars montis ſummitas dicitur.

Sumo, mis, pſi, ptum, per ſimplex m, ſignificat multum & penè nimium mihi tribuo. Cicero pro Planco: Quanquàm non mihi tantum ſumo iudices, neque arrogo Itẽ ſignificat accipio. Salluſtius Epiſtolam ſuper caput temere poſitam ſumit. Item eligo. Plaut. Sumat aliquem ex populo monitorem officii ſui. Item conduco. Cicer. Quoad enim peruentum quo ſumpta nauis eſt: non domini eſt nauis, ſed nauigantium. Item conſumo. Teren. in Adel. I ergo intrò, & cui rei opus eſt, hilarem hunc ſumamus diem. Itẽ impendo: Idem in Phormio. Nunc argentum attuli, fructum, quem Lemni vxoris reddunt prædia, id ſumã. id eſt, impendam. ut Donatus exponit. Vnde Sumptus: Huius compoſita ſunt Abſumo, Adſumo, Conſumo, Deſumo, Inſumo, Præſumo, Reſumo, Tranſſumo: quæ habent penultimam productam.

Sumptifacio, is, ſicut ſonat. Plaut. Si nunc me ſuſpendam, meam operam juſſerim, ut præter operã reſtim ſumpti fecerim.

Sumptuarius, ria, rium, quod ad ſumptũ pertinet. ut, Lex ſumptuaria: quæ de moderãdis ſumptibus lata eſt: quam Cato cibariam adpellat. Cicero Pæto: Ad fungos me tuos conferam domum, ſi habebo in denos dies ſingulos, ſumptuariæ legis dies conferam. Tertul. in Apolog. ſic ſcribit: Leges ſumptum cõprimentes, centũ æra non amplius in cœnam ſubſcribi iubebant, non amplius quàm vnam inferre gallinã, & eam non ſaginatã. Centenarias adpellauere antiqui cœnas: ab impenſa centum ſeſtertiorum.

Sumptuoſus, qui immoderatum ſumptum facit. Sumptuoſa cœna, in qua multum impenſæ datum eſt. Cicero Pæto: Expecta igitur hoſpitẽ tum minime edacem, tum inimicum cœnis ſumptuoſis.

Sumptus, a, um, captus uel electus. ut, Sũptus ẽ cibus.

Sumptus, tus, impenſa: quòd pecunia impendatur vel exponatur. Plinius: Qui eam domũ magno ſumptu ædificauerat.

Suo, ſuis, ſui, ſutum, ſartio. Vnde Sutores, qui calceos ſuunt, Et à ſue quidam hoc verbũ deducunt: q̃a huius animalis pilis inſuendo Sutores utũtur. Per trãſlationẽ Suere, ponitur pro coniungere, nectere, ligare, ſtringere. Gellius: Sed hi pleraſq́ naues loris ſuebant. Huius compoſita ſunt Adſuo, quod eſt, ad aliquid ſuo, ſiue ſuendo adnecto. Conſuo, Circunſuo. Plinius lib. vii. Etiã nunc in Britãnico Oceano, vitiles corio circũſutæ fiunt rates. Deſuo, quod ſutũ erat diſſoluo. Similiter Diſſuo. Cicero in Lælio: Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſiore uſu deſuendæ, & (vt Catonem dicere audiui) diſſuendæ magis quàm diſcindẽdæ. Exuo. Inſuo, intus ſuo, ſiue ligo. Valerius Maxim. lib. i. Tarquinius M. Tullium duumuirum, quòd librũ ſecreta ciuiliũ ſacrorũ continentẽ, cuſtodiæ ſuæ cõmiſſum, pecunia corruptus, Petronio Sabino ſcribendũ dediſſet, culeo inſutum, in mare abiici iuſſit. Interſuo, interpono, intermitto. Perſuo, in totum ſuo. Præſuo, ante ſuo Reſuo, rurſus ſuo. Aliquãdo etiam eſt cõtrarium ſuo ſimplici. Reſuimus enim quæ ſuta ſunt: ſicut recludimus quæ clauſa. Suetonius de Augusto: Sumenti uirilem togam, tunica laticlaui reſuta ex utraq́ parte, ad pedes decidit. Subſuo, Subterſuo. Tranſuo, ad modum acus tranſeo. Columella libro. vii. Media pars deſcripti orbiculi

eadem

eadem fibula tranſuitur.

Supellex, ſupellectilis fœmi. gene. & hic & hæc Supellectilis, & hoc ſupellectile. in plurali ſupellectilia: in ablatiuo ſingulari ſupellectile & ſupellectili. dicit domeſticum patrisfamilias inſtrumentum, ut dicunt Iuriſconſulti, apud quos titulus eſt de Supellectili legata. Cuius nomine (vt inquit Pomponius) continentur menſæ, trappæ, amphora, delphica, ſubſellia, ſcamna, lecti, margaritæ, culcitræ, et oralia, imperialia, pelles, laquimmaria, candelabra, lucernæ, & trulla, vaſa ænea, vulgaria, id eſt, quæ non ꝓprio ſunt loco attributa, capſæ, armaria, vitrea, eſcaria, & potoria.

Super, & Supra, ὑπὲρ, υ, ἀρ ου, λαττῖσιν, καὶ ... ἀρ σ, τρέπεται. id eſt, ὑπὲρ, υ in ου. Latinis & aſpirata in σ, vertit. Præpoſitiones à Supera deductæ, idem ſignificant. Super quidẽ per apocopen: Supra, per ſyncopen. Super, utriq; caſui ſeruit: Supra accuſatiuo tantum. Et Super, in ſignificato contrariatur ſubter: Supra uero infra. Quòd autẽ quidam dicit, Super continuum eſſe. ut, Sedeo ſuper lapidem: Supra interiectio ſpacio. ut, Nubes impendent ſupra nos, non uſque quaque ſeruatum eſt ab autoribus. Liuius libro. xliiii. Vbi citra muros, ſupra ſubterq; terram per dies uigintiquinq; pugnatum eſt. Sciendum eſt, quòd Super, ſeparata, & ablatiuo iuncta, modò ſignificat de. Vergilius,

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa

Modò in. ut,

Fronde ſuper viridi ſunt nobis mitia poma.

Modò pro. ut apud Vergilium,

Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem. Iuncta verò accuſatiuo, ſignificat ultra. ut, Super Garamãtes & Indos Proferet Imperium. Apuleius, Iam enim ſuper oppidum profectus, nos citra reliquerat. Vergilius lib. ix. ablatiuo iunxit, quando dixit. Nocte ſuper media. Id eſt, vltra mediam noctem. Et eſt bona eloquutio. ut ſi dicas: Legi noctem ſuper mediã. Aliquando deſuper. Vergilius,

Et ſuper è vallo ꝓſpectant Troes. Aliqñ ualde. ut,

His accenſa ſuper iactatos æquore toto.

Troas relliquias Danaum, atq; immitis Achillei.

Qñq; abſolute ponit̃ in ſignificatiõe naturali. Plau.

Hinc atque hinc ſuper ſubterq; premor anguſtiis.

Quandoq; ponitur pro ſupereſt. Vergilius,

Nec fuga iam ſuper. Quandoque pro inſuper, & amplius. Idem,

Cui neq; apud Danaos uſquàm locus, & ſuper ipſi

Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt.

Compoſita habent ſignificationem, & componitur cũ dictione incipiente ab a, vt Superaddo: c, vt Supercido: d, vt Superduco: e, vt Superequo: f, vt Superfluo: i, vt Superincido: m, vt Supermeo: p, vt Superpono: ſ, vt Superſedeo: u, vt Superuacuus. A' Super, fit cõparatiuum Superior, ſuperlatiuum Supremus. Compoſita ſunt Inſuper, & Deſuper.

Superbia, eſt ſupergrediens elatio mentis. Auguſtin. Quid eſt enim ſuperbia aliud, niſi deſerto ſecretario conſcientiæ foris videri velle, quod non eſt!

Superbio, bis, ex ſuper & eo, is: b, melioris ſoni gratia interpoſita. & e, in i, mutata. Niſi velimus Superbio à ſuperbia deriuatum eſſe: quod tamen non abnuo. Superbio tamen naturalem ab eo, is, compoſitionẽ & ſignificationem paſſiuam habere oſtenditur. Vnde quicquid in aliqua re excellit, Superbum dicere poſſumus: quaſi ſuper alia iens. Vergilius, Ceciditq; ſuperbum Ilion. hoc eſt, nobile, magnificum. Plin. lib. xxxvii. Superbio, pro ſuperbus eo, vel ſuperbus ſum poſuit, quum inquit. Hinc geminæ certe apud Menandrum & Philomenem tabulæ ſuperbiunt. Claud. lib. iiii. de Raptu,

Phlegræis ſylua ſuperbit

Exuuiis, totumq; nemus uictoria ueſtit. hoc eſt, nobilitatur, celebratur, illuſtratur.

Superbus, elatus, arrogans. Verg. lib. iii. Aeneidos,

Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemq; ſuperbum.

Aliquando nobilis, magnificus, excellens. ut,

Hinc populo late regem belloq; ſuperbũ. Aliqñ altus, elatus. Idem, Arua petens tiburq; ſuperbum.

Aliquando ornatus. Idem,

Barbarico poſtes auro ſpoliisq; ſuperbi.

Aliqñ opulẽtus. ut apud eundẽ. Simul enſe ſupbũ Rhamnetem adgreditur. Aliquando iniquus. ut,

Quos illi bello profugos egere ſuperbo. Antiqui etiam Superbos, propter pompam funeris, mortuos dixere. Plau. in Amphit. Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi tu hinc abis.

Supercido, dis, pen. cor. ex ſuper et cado. Colu. lib. v. Ne ſi tranſuerſa fuerit cicatrix, cœleſtem ſupercidentem aquam contineat.

Superciliosus, dicitur auſterus et grauis.

Supercilium, ex ſuper et cilium. Supercilia data ſunt homini, pilis breuibus adornata, quæ quaſi geminis aggeribus munimentũ oculis præſtarent, ne qd ſupernè incideret, et ſimul ſpeciẽ præberent. Hæc et pariter et alternè mouentur. Supercilia, dicuntur ultima pars frontis pilis ueſtita: quæ ciliis ꝓminet. Sed qm his adnuimus, his negamus, ideo Supercilium qñq; pro faſtu et ſuperbia ponitur. Iuuenalis,

Si cum magnis virtutibus adfers

Grande ſupercilium, et numeras in dote triumphos.

Qñq; etiã pro eminẽtiori loco ponit̃. Verg. i Geor.

Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam Elicit.

Interdum ponitur pro grauitate, auſteritate, et ſeueritate. Vnde in Priapo legimus,

Conueniens Latio pone ſupercilium. id eſt, grauitatem. Et apud Valerium Maximum legitur Supercilium cenſorium. Is uerò cui ſupercilia porriguntur et prominent, Silo dicitur.

Supercubo, bas, pen. cor. ſuperiaceo, ſuperdormio. Colu. lib. viii. Perforatis tabulis quibus ouilia conſternuntur, ut grex ſupercubet.

Superduco, quaſi ſuperpono.

Superedo, penul. correp. ſupermando: quaſi poſt comedo. Plini. lib. xix. Menander è Græcis autor eſt, alium edentibus betæ radicem in pruna toſtam, ſi ſuperederint, odorem extingui.

Supererogo, ex ſuper, et e, et rogo, ſignificat ſupertribuo. Auguſtinus lib. I. Cõfeſſionum: Supererogatur

tibi ut debeas. Et quis habet aliquid non tuum?

Superexto, tas, componiť ex ſuper, et ex, et ſto.

Superficiariæ ædes (inquit Gaius) quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt: quarum proprietas et ciuili et naturali iure eius eſt, cuius et ſolum.

Superficiarius, qui in alieno ſolo ſuperficiem habet: ita ut certam penſionē præſtet. autor Vlpianus.

Superficies, dicitur quæ ex lineis ducitur: quia duæ lineæ iſictæ, faciunt ſuperficiē vnius anguli, vel acuti, vel obtuſi. Dicta ſuperficies: quaſi ſuperior facies.

Superſoraneum, quaſi pro ſuperuacaneo Sidonius Apollinaris uſurpat.

Superiacio, iacis, pen. cor. ſuperpono, vel ſuperextendo. Columel. libro. ii. Seminibusq; de tabulato ſuperiectis. Lactan. de Opific. Et ea viſcera formata in eum modum qui contexit, unicuiq; generi ac loco aptus fuit ſuperiecta pelle.

Superincido, dis, pen. cor. ex ſuper, & in, & cado componitur. ſignificatq; ſupra in aliquem, vel aliquid cado. Liuius lib. ii. Multisq; ſuperincidentibus telis, incolumis ad ſuos tranauit.

Superiorem, & inferiorem, dicimus ferè, quando de malis loquimur. ut Dionyſius ſuperior, & Dionyſius inferior. Quum de bonis loquimur. ſi tempus denotamus, Superior & poſterior dicimus. ut Cyrus ſuperior, & Cyrus poſterior. Si vero dignitatem, maior & minor. ut, Maior & minor Scipio. & hoc de duobus. Nam ſi de pluribus, vtimur ſuperlatiuo vel poſitiuo. ut Magnus Pompeius, Alexander magnus. Superiores comparatiue ſumptum, ſignificat qui magis ſupra ſunt: quibus contrarii ſunt inferiores. Interdū habet vim poſitiui, quum intelliguntur ii qui ſunt ſupra gradum quartum cognationis vel adfinitatis: ſicut inferiores, qui ſunt infra ipſum gradum. Varro lib. ii. de Re ruſt. Itaq; proauos ac ſuperiores de Tremeliis, nemo adpellatus Scropha.

Supermeo, as, ſuperfluo, ſiue ſuperlabor. Plinius lib. i. Quædam vero etiam dulces inter ſe ſupermeāt aliass vt in Fucino lacu.

Supernati, dicūtur quibus fœmina ſucciſa ſunt, in modum ſuillarū pernarum.

Supernia, fœmina ipſa ita ſucciſa.

Supernus, na, num, quod eſt ſupra. ut Superna regio. Hinc Superne, aduerbium: quod ſignificat de parte ſuperiore. Plinius, Argentum ſuperne innatat, ut oleum aquis.

Supero, ras, penul. correp. ꝓprie ſignificat ſuperegredior, & quaſi ſupra aſcendo. Verg. lib. iii. Georg.
Superant montes & flumina tranant. Plin. lib. vii. Arbores, quæ quidem tantæ proceritatis traduntur, vt ſagittis ſuperari nequeant. Per tranſlationem Superare, ponitur pro uincere. Vergilius,
Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo?
Item ſuperabundare. ut,
Si ſuperent fœtus pariter frumenta ſequentur.
Item ſuperuiuere, & quaſi ſuperſtitem eſſe. ut,
Quid puer Aſcanius, ſuperat'ne, & veſciť aura Aetherea? Item reſtare. Cicero, Deq; eo quod ipſis ſuperat aliis gratificari uolunt. Item occidere. Vergilius,
Clàm ferro incautū ſuperat. Huius compoſita ſunt Exupero, abundo. Proſupero, ſuperabundo.

Superpondium, ſignificat pondus illud quaſi auctarium, quod ſuper ſarcinam legitimam imponiť. Dictio compoſita ex integro & corrupto: ſicut centūpondium: aſſipondium. Apule. lib. vii. Exiguum ſcilicet & illud tantæ molis ſuperpondium.

Superſedeo, ſedes, non mutata e, in i, ſicut cætera à ſedeo compoſita: ut obſideo, reſideo, præſideo, ſignificatq; omitto: & ablatiuo ſæpius conſtruitur. Cæſar lib. i. Commen. Et propter multitudinem hoſtium, et ꝓpter eximiam opinionē uirtutis, prælio ſuperſedere ſtatuit. Et licet prælio datiuus eſſe uideatur, per ablatiuum tamē ſic reſolui oportet: Prælio ſuperſedere, id eſt, ſedere ſuper prælio. Quo item modo Cicero lib. iii. ad Herē. loquutus eſt: Cōmodo poterimus principio ſuperſedere. Idem tamen Sulpitio ſcribēs, ablatiuo conſtruxit: Tu (inquit) ſi uidebitur, ita cenſeo facias, ut ſi habes iam ſtatutum quid tibi agendū putes, in quo non ſit conſilium tuum cum meo, ſuperſedeas hoc labore itineris. id eſt, omittas ad me uenire. Gellius autem lib. ii. adcuſatiuo conſtruxit, quum ait: Alia luce auis in paſtum profecta eſt: cognati & adfines operam quam dare rogati ſunt ſuperſedent. Qui tamē adcuſatiuus reſoluitur in ablatiuum. Nam Super, utriq; caſui deſeruit. Hierony. contra Iouinia. cum infinitiuo iunxit, dicens: Cicero rogatus ab Hircio, ut poſt repudium Terentiæ, ſororem eius duceret, omnino facere ſuperſedit, dicens: nō poſſe ſe vxori & philoſophiæ pariter operam dare. Idem contra Pelagianos datiuo iunxit: Vnde ſuperſedēdum huic labori cenſeo.

Superſtes, qui ex mortuis, quaſi ſolus viuus ſuperſtat. Quintilianus: Defuncta vxore, liberis tamen ſuperſtitibus. Superſtes quoque dicitur, qui ſaluus eſt, & uiuit inter uiuos, etiam ſine morte ſuorum omnium. Terentius in Andria: Deos quæſo ut ſit ſuperſtes. Antiqui etiam teſtes. Superſtites adpellarunt. Aliqū Superſtes pro præſenti ſumitur. Plautus, Superſtitē vtrunq; monui, ne iniuſſi abeant.

Superſtitioſi, proprietatem habēt (ut Cicero lib. ii. de Natura Deorum tradit) ex hoc, quòd præ cultura Deorum ſuperſedeāt: qui ſine cauſſa timidi ſunt. Qui Deum timent in rebus etiam non timendis. Hi ſunt, q apud ueteres totos dies precabantur, & immolabāt, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent. Ideo non ſolū philoſophi, verumetiam maiores omnes ſuperſtitionem à religione ſeparauerunt. Omnis tamen importuna ineptaq; religio (ſecundum Gellium) Superſtitio dici poteſt. Lactantius docet, Superſtitionem & Superſtitioſos dici, qui ſuperſtitem memoriam eorum colunt: aut qui parentibus ſuis ſuperſtites, colebant imagines eorum domi tanquàm Deos. Superſtitio autem nihil aliud eſt quàm falſi Dei cultus. Et ſicut religio colit Deos: ita ſuperſtitio uiolat: ut inquit Seneca. A' quo Superſtitio, dicitur error inſanus. Seruius, A' ſuperſtite ſuperſtitio dicta: quæ anicularum propria eſt, quæ multis per ætatem ſuperſtites ſunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum uolunt uideri

nimis religioſæ, Superſtitioſæ fiunt,& ita delirant. Lucretius refert quòd Superſtitio ſit ſuperſtantium rerum. id eſt, cœleſtium & diuinarū quæ ſuper nos ſtant, inanis & ſuperfluus timor.

Superſtito,tas, frequentatiuū, quo veteres uſi ſunt. ſignificat ſaluo,& incolumen reddo. Ennius,
Regnumq; ueſtrū ut ſoſpitent ſuperſtitentq;.

Superſto,ſtas, ſupra aliquid ſto. Gellius, Quum ſedēti aquila ſuperſtaret. Quandoq; Superſtare, eſt ſupereſſe. Vnde Superſtites dicti ſunt.

Superſtruo,ſtruis, ſuperædifico. Lactantius libro.vi. Manentibus enim præceptis eorum, quæ ſolent ad proprietatem recte dari ignota illis ſuperſtruemus ad perficiendam conſumendamq; iuſtitiam, quam non tenent.

Superſum, adfluo, abundo. Vergilius,
Auxilio vrbes Italiæ populiq; ſuperſunt.
Interdum Supereſſe, ſignificat reliquum eſſe. Ennius lib.iii.Annal.
Inde ſibi memorat vnum ſupereſſe laborem.
Interdū ſupſtitem eſſe. Plaut.in Aſina. Sicut tuū vis unicū gnatum tuæ ſupeſſe vitæ ſoſpitem & ſupſtitē. Interdum uincere, ſuperiorum eſſe. Vergilius,
Ferrea quæ blando nequeant ſupeſſe labori. id eſt, uincere laborē. Interdum ſuperfluum eſſe. Gellius, Memini ego prætoris docti hominis tribunali me fortè adſiſtere,atq; ibi aduocatum rerū non habere. Et quū is qui verba faciebat reclamaſſet: Ego illi ſuperium, reſpondiſſe prætorem feſtiuiter: Tu planè ſuperes,nō ades. hoc eſt, ſuperfluus, ſuperuacaneus es. Interdum durare. Vergilius,
Primus ego in patriam mecum modo vita ſuperſit.
Interdum defendere, & aduocatum eſſe. Suetonius de Auguſto. Cunctari ſe ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum.

Superuacaneus,nea,um, idem quod ſuperuacuus. Cicero Apio, Confirmata amicitia & pſpecta fide, cōmemoratio officiorū ſuperuacanea eſt.

Superuacuus,a,um, quod non eſt neceſſarium. Colu. lib.iii. Itaq; Superuacuū eſt hoc repetere, iam tradita ratione terebrationis.

Superuaganeus,nea,neum, à uagor fit. Vnde auis ſuperuaganea dicebatur ab auguribus, quū ex ſummo cacumine uocem emiſiſſet. Vaganeus ſimplex nō legitur. vnde & deriuatiuum eſt.

Superuiuere, is dicitur, qui quum iam mortuus uideretur, refocillatus ſeſe ſpirat, ac ueluti reuixit.

Superū mare, Adriaticū nūcupatur, per reſpectum ad Tyrrhenum: quod Græci inferum uocauere.

Superus,ra,rum, penulti. correp. à ſuper fit. Et quamuis Superus & Inferus, uideantur eſſe poſitiua ſuperioris & inferioris, tamen in vſu Superi pro cœleſtibus ſiue viuis: inferi autē pro manibus ſiue mortuis accipi ſolent.

Supinū, à quibuſdam dicitur verbum participiale: ſicut gerūdiua ſunt nomina participialia. Et habet duas terminationes: ſcilicet um,& u.ut lectū, lectu. Quod in um finitur, habet ſignificationem actiuam. Salluſtius, Legatos ad Iugurtham de muris quæſitum miſit.id eſt, qui quærerentur. Idem, Non mea culpa ſæpe ad uos oratum mitto P.C. hoc eſt, qui orent. Do filiam nuptum dicimus. hoc eſt, quæ nubat. Do venum, vendo, Spectatum admiſſi ſumus. id eſt, vt ſpectemus. in u, uero, ſignificationis paſſiuæ eſt, iungiturq; nominibus adiectiuis. Vergilius,
Nec viſu facilis, nec dictu effabilis ulli. hoc eſt, qđ nec uideri nec dici facile poſſit. Plinius, Accipienſer, piſcis rarus inuentu. hoc eſt, qui rarò inuenitur. Dicimus præterea, dignum ſiue indignum relatu, quod feratur. Impium tactu, ſi fiat. Horrendum aſpectu, ſi aſpiciatur. Iucundum cogitatu, ſi cogitetur. Obſcœnum uiſu, ſi uideatur. & ſic de reliquis.

Supinus,na,num, quod iacet uentre cœlum uerſus. Iuuenal. Cubat in faciem mox deinde ſupinus.
Ponitur nōnūquàm pro otioſo, molli, negligentiq;. Tractum à re ipſa. Qui enim ſupini iacent; ocioſe, molliter, negligenterq; degūt. Seneca ad Lucilliū, Eſt quidē, mi Lucilli, ſupinus & negligens, q in amici memoria ab aliqua regione admonitus reducitur. Iuuen. Et multū referens de Mœcenate ſupino.
Inde Supinor. Mart. Nuſquàm deliciæ ſupiniores.
Et Supinus, dr̄ montuoſus. Horatius lib.i.Carmi.
Seu mihi frigidū Præneſte ſeu Tybur ſupinum.
Eſt enim ciuitas in aſcenſu montis poſita.

Suplementum, quod ſupplet. Cicero Apio. Pul. Cenſebant omnes ferè, ut in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.

Suppar, ex ſub & par: quaſi æqualis. Ambro. lib. Hexa. Præſtantiſſimū quoq; candidum munus eſt, & uſui ſuppar grātia. Idem lib. de Abel, Tertiū genus eſt peccati quidem minoris, ſed ſupparis arrogātiæ: eorū ſcilicet, qui datorem bonorū Deū non negāt, ſed quæ acciderint, ea ſibi ꝓpter prudentiam ſuā cæterarumq; merita uirtutū iure delata arbitrantur.

Supparaſitor, pen. correp. paraſito miniſtro. Plautus in Amph. Accedam atq; hanc adpellabo, & ſupparaſitabor patri.

Suppariū, velū tenuiſſimū ad ſcenas velandas. Cicero de prouinciis conſularibus. Quibus cum iam ex orcheſtra heluat, ante poſt ſupparū ſolebat. Apuleius in Metamor. Oro te inquā aulcū tragicū dimoueto, & ſupparium ſcenicū complicato.

Supparus, uel Suppariū, pen. cor. utroq; modo dicit, pro genere leuis atq; anguſtæ togæ: quòd eo ſuperinduamur. Lucan. Suppara nudatos cingūt anguſta lacertos. Feſtus, Suppariū, ueſtimentū puellare linteum: quod etiam ſubucula. hoc eſt, camiſia dicit. Eſt & Suppariū nauium inſigne. Seneca lib. xi. Epiſtol. ſcribit, Supparum Alexandrinarum nauium inſigne indicium eſſe. Sunt enim Suppara uela uelorum, quæ ſuper antennas explicantur. De quibus Lucanus: Imaq; pandens Suppara uelorum perituras accipit auras.

Suppedaneum, dicitur id quod ſub pedibus eſt dū ſedemus. Auguſtinus, Et non tantum ſuppedaneū Chriſti; quantum ſub pedibus ſeruorum eius uos Iudæos adduxit.

Suppedito, tas, penul. correp. ſubiugo, ſubminiſtro.

à ſub & per pedis. Vel à pedito, tas. Quamuis pedito nõ ſit in uſu, quaſi à pedio primitiuo. Varro: Largiore cibatu ſuſtentare debet, quò facilius lac ſuppeditare poſſit. Plaut. in Aſina. Luxuriæ ſumptus ſuppleditare ut poſſes. Terent. in Eunuc. Et neceſſe eſt multum accipere Thaidẽ, vt tuo amori ſuppeditare poſſit ſine ſumptu tuo. Eſt & Suppeditare, opprimere. Cicero, Nunc video in iudicio mecum contendere non uis, ubi ſuppeditare turpiſſimum, ſuperare pulcherrimum eſt.

Suppellecticarii, dicunt̃ ſerui, q̃ ſunt in ſuppellectile.

Suppetiæ, & Suppetias, tantum habemus à ſuppeto. Quo nomine Valla auxilium ſignificari exiſtimat: ſed magis ſubſidium eſt. Plaut. in Epid. Auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi. Si enim auxilia & ſuppetiæ idem eſſent, fruſtra alterum eorũ poneretur. Propter quod ſciendum, quòd ſicut inter præſidium & ſubſidium intereſt, quòd præſidium ſit auxiliũ quod præſtatur alicui, & præſertim quod ſatis videtur ad defenſionem fore: ſubſidium, quod ad ſuccurrendum venit: Ita Suppetiæ ſunt, quæ ad rem, ne labatur aut pereat, ſuſtentandam mittuntur: vt eſt ad ſuccurrendũ oppidis & obſeſſis, multiſq; laborantibus, quod ſuccurſum milites adpellant, & eſt ferè idem quod ſubſidium. Dictæ ſuppetiæ, quia ſuppetũt oppreſſis. Id eſt, præſtò ſunt, ſiue ſuccurrunt eis, & à ſidis ſuppeditantur. Auxilium verò proprie ad augendas copias atq; vires, & peti & mitti ſolet. Cæſar Cõment. xii. Et nũciabantur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias venire. id eſt, in ſubſidium.

Suppetior, tiaris, auxilior, ſuccurro. Apuleius lib. viii. At vobis facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni.

Suppeto, tis, pen. cor. ſignificat latenter, ſeu per fraudẽ peto. Vlpianus, Apud Labeonem relatum eſt, ſi ſiligi nario quis dixerit, vt ſi quis nomine eius ſiliginem petiſſet, ei daret: Et quidam ex tranſeuntibus quũ audiſſet, petiit eius nomine: & accepit furti actionem aduerſus eum, qui ſuppetiit ſiliginaria non mihi. Nõ enim mihi negotiũ, ſed ſibi ſiliginarius geſſit. Suppetit verò, in tertia perſona, & Suppetunt, ſignificat in promptu eſt, vel ſuccurrit, & huiuſmodi. Plin. Iunior, Cui abunde ſuppetunt facultates.

Suppilones, dicti ſunt emaſculatores pædicones: q̃ ſubtus podicis pilos tondant.

Suppilo, las, pen. prod. rapio, inuoluo, cum fraude. à pilorum raptu, ſiue à πιλῶ complano. Plau. in Truculento. Hæc video fieri, ſuffuror, ſuppilo, & de præda prædam facio.

Supplanto, tas, pedem ſuppono. & ſic à plãta fit. Cic. lib. iii. Offi. Contendere debet quàm maxime poſſit, vt vincat ſupplantare eum qui cum eo certat, ac manu depellere nullo modo debet. Per tranſlationem ſupplantare, ſignificat decipere. Hiero. ad Iulia. Ne lubrica laude ſupplantẽ. Et Supplantare, ſubtus plantare: ſicq; à planto compoſitũ eſt. Col. lib. iii. Et vitem ita ſupplantato, ne radicem abrumpas.

Suppleo, ples, qd ſigñet, ex voce ſua demõſtrat̃. Ver. lib. iii. Remigiũ ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. Et ſupplere, eſt æquare. Idem, Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. Id eſt, Si tot agnos habuero quot oues. autore Seruio. Sũt qui hoc verbum per ſimplex p, ſcribi velint. Vnde & Supellex.

Supplex, qui flexis genibus precatur. à quo Suppliciter aduerb.

Supplicium, ſupplicatio. Salluſt. Non votis, neq; ſupplicijs muliebribus Deorum auxilia parantur. Varro, Boues ad victimas faciunt, atq; ad Deorũ ſupplicia. Et Suppliciũ pœna, ſiue tormentum. Vergil. Supplicia hauſurum ſcopulis.

Supplico, cas, pen. cor. humiliter & cũ reuerentia precor, Cic. in Læl. Quàm multa enim, q̃ noſtra cauſſa nunquàm faceremus, facimus cauſſa amicorum, precari ab indigno ſupplicare.

Supplodo, dis, pe. pro. eſt quaſi ſuccutio, ſiue pede ſiue alio ſigno. Cic. ad Heren. Pedis dextri rara ſupploſione. Aliquando ſignificat reiicio. Damaſus Hieronymo: Rogamus, vt abſciſſis opinionibus, ambiguitatibusq; ſupploſis, qui ſe habeat ſcribas.

Supprimo, mis, pe. cor. ſubtus teneo. Ouid. li. i. Meta. Supprimit extẽplò vocẽ. Vnde Suppreſſus, ſubmerſus: quod & pro occulto quoq; ponitur. Seneca, E' cuius operibus quædam edita, alia ſuppreſſa ſunt.

Suppudet, pen. corr. aliquantulum pudet. Cic. Caſſio: Puto te iam ſuppudere, quum hæc tertia iam epiſtola antè te oppreſſit.

Suppuratorius, ria, rium, quod ad ſuppurationẽm pertinet. Col. Ideo miſcent̃ ſuppuratoriis medicamẽtis.

Suppuro, ras, pe. prod. Suppurare, eſt apoſtema fieri. Col. lib. vii. Hic idem ſanguis niſi emiſſus fuerit, ſamẽ creabit, q̃ ſi ſuppurauerit, tarde procurat̃. Hinc Suppurantia, ſiue ſuppuratio, cum vlcus ad ſaniem tẽdit. Vocatur & apoſtema: à pure. Pus enim ſanies eſt, & quicunq; humor in putredinem verſus. Col. lib. vii. Et quum maturuerit ſuppuratio, reſcinditur ferro.

Supra, modò præpoſitio eſt. Vergilius,
Olli cæruleus ſupra caput adſtitit imber.
Modò aduerbium. Salluſtius in Iug. Pauca ſuper repetam. Præpoſitio compoſita, pro valde ponitur. vt, Supra morem, Supra modum, Supra iuſtum. Vergilius libro ſecundo Georgicorum,
Rara ſit an ſupra morem ſit denſa requiras.
Antiqui etiam ſupera protulerunt, ſicut infra, & infera. Cic. Huc ſupera duplices humeros adfixa videtur Stella micans.

Supraquam, ſignificat ſupra id quantum quod, vel ſupra in quod. Salluſt. Corpus patiens inediæ, algoris & vigiliæ, ſupraquàm cuiquàm credibile eſt. id eſt, ſupra id quantum.

Supremus, extremus. Verg. Qui ſupremum contentur honorem. Aliquãdo ſummus, altus, maximus. Sueto. Verum ſupremum cœlum intuentem ſtupidũ cubuiſſe. Terent. Proh ſupreme Iupiter. Sic dicitur ſuprema multa, pro maxima.

Sura, poſterior pars cruris carnoſa. Quñq; pro toto crure ſumitur. Vergil. Suras vincire cothurno.

Surculaceus, a, um, ſurcularis. Columella: Surculacea in folliculo ſunt.

Surcularis,& hoc ſurculare. vt terra ſurcularis,quæ ſurculos generat. Colu.lib.iiii. Conſyderádum eſt,antequàm paſtinemus,ſurcularis nec ne ſit terra.

Surculus,à ſurcus diminutiuum, palus qui inſeritur. Hinc ſurculoſus,ſa,um,quod ſurculis abundat. Plin. Ramis hyſſopi ſurculoſam.

Surdaſter,diminutionem ſurditatis ſignificat.hoc eſt, non planè ſurdus,ſed(vt ſic dicam)ſurdulus:qui parum ſurdus eſt.

Surdeo,des,dui,ſurdus ſum. A' quo ſurdeſco, ſurdus fio. A' quibus Obſurdeo,& Obſurdeſco.

Surdo,das,actiuum eſt,ſurdum facio. à quo Exurdo. vide Surdus.

Surdus,qui habet aures obtuſas.ab aurium ſordibus, quæ in duritiem verſæ, marmora aurium dicuntur, nec ſinſit audire. Et tam paſſiuè quàm actiuè dicit. Nam Surdus,qui non audit,& qui non auditur. Iuuenalis, Surda nihil gemeret.
Et herbæ ſurdæ à Plinio dicuntur, quarum nomina non ſunt hinc Abſurdum dictum quia tale nuſquàm eſt auditum. Surdum item dicitur, cuius odor non ſentitur. Perſius,
Nec ſpirent cinnama ſurdum. Et ea quæ guſtum andſerunt,Exurdata dicuntur. Horatius in Serm.
Feruida quod ſubtile exurdant vina palatum.
Refertur etiam ad viſum.Pli.lib.xvi. Surdusq; color fit. Locus etiam Surdus dicitur, in quo non facile auditur. Vitruuius lib.v. Diligenter eſt animaduertendum,ne ſit locus ſurdus.

Surgo,gis,ſurrexi, ctum, ex ſurſum & rego.ſignificat erigo. Teren. Vt triduo hoc ꝑpetuo è lecto nequeat ſurgere. Hinc ſurgere venti dicuntur, quum veluti ſe erigentes flare incipiunt. Vergilius,
Et fando ſurgentes demoror auſtros.
Aliqñ ſurgere ponitur pro creſcere,ſeu naſci. Idem,
Aſcanium ſurgentem,& ſpes hæredis Iuli.
Inde Adſurgo,in honorem alicuius erigor:& datiuo iungitur. Vergilius,
Vtq; viro Phœbi chorus adſurrexerit omnis.
Aliquando Adſurgere,ponit pro cedere. Auſonius,
Adſurgit Muſæ noſtra camœna tuæ.
Aliquando ſimpliciter pro erigere,ſiue creſcere. Columel.libr.ii. Collem molliter adſurgentem,montem ſublimem & aſperum. Vergil.lib.iii.Georg.
Septemq; adſurgit in vlnas.
Conſurgo,ſimul ſurgo. Sallust. Conſurrexere omnes, ſimulq; in eum impetū fecerunt. Exurgo, è loco ſurgo. Cicero,Exurgite omnes. Diſſurgo diuerſe ſurgo. Inſurgo,in aliquem inſilio. Præſurgo,anteſurgo. Reſurgo,rurſus ſurgo.

Surrepo,pis,penultima producta, ſenſim, ſeu ſubtus, aut latenter ingredior.

Surrhentum,oppidum fuit Campaniæ, à Græcis conditum,cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondam ſedes. Hinc Surrhentina vina dicta ſunt, & Surrhentini calices.

Surripio,pis,pen.cor.latenter rapio,ſeu furor. Aliquando in altum tollo. Quandoq; per mendacem narrationem aliquid extorqueo,& quaſi furor. Hinc ſurreptum,pro furto & pro impetratione quæ fit à principe vel magiſtratu per falſam narrationem.

Surſum,quid ſignificet,notum eſt.cuius contrariū eſt deorſum. Capiuntur tamen interdū ambo pro vltro citroq;. Terent.in Eunuc. Ne ſurſum deorſum ne curſites. Tractum ab Athenis, cujus portus eſt in imo, vrbs vero in editiore loco. Ce.

Sus,præpoſitio,pro ſurſum accipitur.vt, Suſpicio.

Sus,ſuis,generis communis.ſecundum Priſcianum, & dicitur tam de feris quàm de domeſticis. Cuius diminutiuum eſt Sucula. Plautus in Rudente, Directa eſt ſucula & porculis. A' ſus fit poſſeſſiuum Suinus,na,num. Varro,Hic enim conciliator ſuinæ carnis datur populo. A' Suinus,ſic diminutiuum ſuillus. Græce autem ὗς dicitur,olim θύτης. ab illo verbo dictus quod dicit θύειν, quod eſt immolare. A' ſuillo enim pecore immolandi initium primum ſumptum uidetur. Cuius veſtigia,quòd initiis Cereris porci immolantur, & quòd initiis pacis quum fœdus feriretur, porcus occiditur. Suillum pecus donatum à natura dicunt ad epulandum.

Susq; deq; fero,quod & Susq; deq; habeo, dicimus. ſignificat æquo animo ſum:& quod accidit non magnifacio,interdum negligo, atq; contemno.hoc eſt, ſurſum an deorſum feratur res, parui facio.

Suſa,ſæ,& Suſa, ſorum,oppidum & metropolis Perſidis, in Suſia quæ Perſiæ eſt pars. à ſuſo fluuio ſic vocata. Propertius,
Non tot Achæmeniis armantur Suſa ſagittis,
Spicula quot noſtro pectore fixit amor.
Hæc vrbs(vt ſcribit Plinius) à Dario Hidaſpis filio condita fuit. Ibi fuit regia Cyri,lapide candido & vario,columnis aureis & lacunaribus,gemmisq; diſtincta,cœli continens ſimulachrum, ſtellis micantibus inſignitum: & incredibilia multa. Ibi Aſuerus conuiuium maximis diuitiis & delitiis copioſum celebrauit. Inde Suſinus,na,num.vt, Suſinum vnguentū. Cornucopiæ.

Suſcipio,pis,pen.cor.à ſuſum vel ſurſum,quaſi ſurſum capio, tam ad animum quàm ad corpus refertur. vt, Suſcepi onus,ſuſcepi voluptatem.id eſt, accepi. Aliquando Suſcipere,eſt gignere. Plautus,Qui geminos ex ancilla ſuſcepit liberos.

Suſcitabulum,incitamentum dicitur. Varro: Simphonia vocis ſuſcitabulum.

Suſcito,tas,pen.cor.excito,plerunq; uiuifico. Nec tā ſanare languentem viſus eſt (inquit Seneca) quàm mortuum ſuſcitare.

Suſiana, prouincia Aſiæ(vt lib.vi.refert Ptolemæus) quæ à Septentrione terminat Aſſyria, ab Occaſu Babyloniæ adiacet: ab Oriente habet Perſidem,à Meridie partem Perſici ſinus, Cuius ciuitates inſignes Traiana & Suſa,in qua templum Dianæ Suſiæ.

Suſpecto,ctas,modò ſurſum ſpecto. Martianus,Oculisq; ſuſpectans ſidera. Modò deorſum ſpecto,& ſic à ſub componitur. Martialis,
Sed ſuſpectat oculis deuorantibus draucos.

Suſpendioſus,qui laqueo nexili ſtrangulatus eſt. Plin. ſcribit, laqueum ſuſpendioſi circundatum temporis

bus, dolorem capitis ſedare. Idem pœnam laquei ſuſpendiam adpellat, ex eo quòd includatur ſpiritus, cui exitus quærendus eſt.

Suſpendium, pro ſuſpenſione. Gell. Suſpendio vitam finiuit.

Suſpendo, ſurſum pendo, alte ligo. Vergilius,
Antè nouis rubeant quàm prata coloribus, antè
Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Quandoq; Suſpendere, eſt ſubleuare, ſuſtollere. Apuleius, Quum deberet manum porrigere, capiſtro ſuſpendere, cauda ſubleuare, nullum mihi ferebat auxilium. Quandoq; pendendo interimere. Lactant. lib.iiii. Tum ſuſpenderũt eum inter duos noxios medium: qui ob latrocinia damnati erant. Quandoque anxium eſſe. Plautus, Vix compos mentis ſum, ita mihi ſuſpendit animum. Vergilius,
Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus. Et quoniam dum anxii ſumus, etiam dubii efficimur. Suſpenſum modò pro dubio ponitur. Seneca Suſpẽſus, animo, quid ageret cogitabat. Modò pro placido ac ſilenti. Teren. in Phor. Hæc vbi audiui, ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi.

Suſpicio, cis, pe. cor. ſurſum aſpicio. Verg. Et mœnia ſuſpicit vrbis. Interdum veneror. Lactantius lib. ii. Et tamen factorem ipſum nemo ſuſpicit aut veretur. Cice. lib. ii Offi. Itaq; eos viros ſuſpiciũt, maximisq; efferunt laudibus. Sic Deſpicio, pro contemno. Suſpicere etiam eſt reſpondere. Vergil. Lib. vi.
Suſpicit Anchiſes, atq; ordine ſingula pandit.
Item ſuſpectũ habere. vt apud Salluſtium in Iugur. Per idem tempus Bomilcar (cuius impulſus Iugurtha deditionem, quam metu deſeruit, inceperat) ſuſpectus regi & eum ſuſpiciẽs, nouas res cupere, ac perniciem eius dolo quærere.

Suſpicio, cionis, ſi eſt venio iungatur, paſſiue accipit. vt, Veni in ſuſpicionem. id eſt, factus ſum ſuſpectus.

Suſpicioſus, qui ſuſpicionem habet. Teren. in Adelph. Omnes quibus res minus ſecũdæ magis ſunt neſcio quomodo ſuſpicioſi, ad cõtumeliã omnia accipiunt, magis propter ſuam impotentiam ſeſe ſemper credunt negligi. Accipitur etiam quandoque pro eo qui ſuſpectus eſt.

Suſpirioſi, qui ſpirandi difficultatẽ patiuntur, vel quibus vitioſa eſt reſpiratio: quos Græci aſthmaticos vocant. Plin. lib. xx. Podagris cum articulorum morbis, decoctum cucumerem in aceto illiniunt: præſentaneo remedio ſuſpirioſis prodeſt.

Suſpirium, ipſa ſuſpiratio. hoc eſt, ab imo pectore ſpiratio. Et aliquando ipſa, ſpirãdi difficultas. Eſt enim morbus q ex pulmone fit, qui & ſuſpiratus dicitur. Ouidius, Et ſuſpiratibus hauſtis.

Suſpiro ras, pen. pro. ſignificat ſpiritum ab imo pectore traho, quod ſollicitudinis aut doloris argumentũ eſt. Nam ex ſus & ſpiro componitur. Per tranſlationẽ Suſpirare eſt deſyderare: & modò datiuo, modò accuſatiuo iungitur. Auguſt. lib. v. de Ciuitate Dei. Inde fidei pignus accepimus, quandiu peregrinãtes, eius pulchritudini ſuſpiramus. Hiero. Carnes Aegyptiacas ſuſpirabant. Iuuenalis,
Suſpirant longo non viſam tempore matrem.

Suſtentaculum, dicitur quod aliquid ſuſtinet.

Suſtento, tas, frequentatiuum. ſæpe aut continue ſuſtineo, manuteneo, nutrico. Lactant. lib. iiii. Incredibili beneficentia genus humanũ ſuſtentat, & quaſi paterna indulgentia fouet. Et lib. v. Non amplius quærit, quàm vnde vitam ſuſtentet.

Suſtineo, nes, pe. cor. à ſurſum teneo. Plau. in Menæch. Suſtine has pœnicule exuuias. Idem in Pœnulo: quãtum hominum terra ſuſtinet. Aliquando ſignificat pati. Plaut. in Merc. Non tu ſcis quantum malarum rerum ſuſtineam. Plin. in epiſt. Et cur, inquit, me putas hos tantos dolores tandiu ſuſtinere? Aliquando alo, reficio. Liuius, Milites fluuiatili piſce & herbis ſuſtinebantur. id eſt, cibabantur. Verg. lib. ii. Georg. Hinc patriam paruosq; nepotes Suſtinet.

Suſtollo, lis, ex ſurſum & tollo. ſuſtuli, ſublatum, apud veteres in vſu fuit. Diomedes: Tollo, tuli: quod in cõpoſitione ſuſtuli facit. Eius tñ perfecti inſtans apud veteres ſuſtollo. Nunc verò à tollo ſuſtuli, quòd eſt, ſuſcepi, ſiue habui. Nam quemadmodum de matre dicitur, peperit filium, ita de patre, Suſtulit filium. Aliquando ſuſtuli, capitur pro educaui. Verg. lib. ix.
Mæonio regi quem ſerua Licinia furtim Suſtulerat.
Aliqñ ſurſum tuli. Idẽ: Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas. Aliquando erexi, ſuſcitaui. Aliquando abſtuli. vt, Iubet & ſublata reponi.

Suſurro, ras, furtim & ſummiſſa voce loquor. Terentius, Iam Suſurrare audio ciuem Atticam eſſe hanc. Idem, Syrus cum illo noſtro cõſuſurrant, conferunt. Hinc Inſuſurro, & Conſuſurro.

Suſurro, ronis, qui ſuſurrat, qui occulte maledicendo, odium in aliquem aut diſſenſionem mòlitur. Verbũ factitium eſt, vt apud Apoſtolum: Suſurrones, detractores, Deo odibiles.

Suſurrus, & Suſurrium paruũ & ſummiſſum murmur. Horat. lib. i. Carminũ: Leuesq; ſub noctem Suſurri. Hieronymus, Suſurrus auium, inquit libro contra Iouinianum: Idem in Iob: Et quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius. Declinatur etiam hoc ſuſurrũ. Ouidius lib. vii. Metamor.
Procrin adit, linguaq; refert audita ſuſurra.
Suſurrus quoq;, ſeu Suſurramen, incantamentum, qđ voce ſummiſſa (ne prophani percipiant) fieri ſolet. Magia enim (vt inquit Apuleius) occulta res eſt, plerumq; noctibus vigilata, & tenebris obſtruſa, & arbitris ſolitaria, & carminibus murmurata, cui paucilſumi adhibeantur.

Sutates, dicunt q quaſi continue ſuẽtes vel ſtãtes in ſutrina. Plau. in Aulul. Sedẽtarii, ſutores, diabathrarii.

Sutella, doloſa aſtutia, à ſimilitudine ſuentium dicta.

Suterna, ipſa ſutura, ſiue opus ſutorium. Varro: Quod ſuternas facere inſcius nihil homo agit.

Sutilis, & hoc ſutile, pen. cor. quod ſutum eſt. Vnde coronæ Sutiles dicuntur, ſicut pactiles coronæ. Et veſtis Sutilis, Conſutilis, & Inconſutilis.

Sutores, qui calceos ſuũt. Proprie enim artifex calceorum Sutor adpellatur: quum ille qui ſuit pannos, elegantius ſarcinator quàm ſutor dicatur.

Sutorium atramentum, adpellatur tinctura, qua ſutores pelles & calceos tingūt. Cicero, Iā pater eius adcuſatus à M. Anto. ſutorio atramento abſolutus eſt.

Sutorius, ria, rium, quod ad ſutorem pertinet. vt, Ars ſutoria inſtrumentum ſutorium.

Sutrina, pen. prod. locus vbi calcei ſuuntur, & venditur. A' quo Sutor dicitur.

Sutrus, nomen impoſitiuum. Cato vni elephanto, qui in Punica acie fortiſſime fuerat præliatus, Sutrum nomen impoſuit.

Suturnium, vrceolus eſt ſiue vas, ex quo aqua in polubrum demittitur. Ce.

S ANTE Y.

SYagros, Latine aper dicitur, Nam quod apud Græcos σῦς apud nos ſus. & ἄγριος ferus dicitur.

Sybotæ, populi habitãtes ſecundùm flumen Aſtapū, ad Septentrionem vergentes. autor Plinius.

Sychæus, cum diphthongo, nomen proprium.

Sycomorus, pen. prod. ficus fatua grandior. σῦκον ficus, μωρὸς fatuus, quæ & mariſca dicitur. Dioſcorides ſcribit, Sycomorum eſſe arborem magnam, ſimilem arbori ficuum, habentem lactis multitudinem: cuius fructus non egreditur ex ſummitatibus ramorum ſicut ficus, ſed ex ramis ipſis. Et eſt dulcis, ſimilis fructui ficus agreſtis. Grana eius ſunt minora quàm grana ficus: & non maturantur, niſi radantur inſtrumento ferreo. Et naſcitur multum apud Rhodum, & in locis vbi abundat frumentum. Celſus Moroſycon (inuerſis literis) vocat arborem, quaſi fatuam. hoc eſt, non fructiferam ficum dicas. Gignit enim pilulas albicantes, quæ inſtar olynthorum, hoc eſt, groſſorum fici adpetente maturitate decidunt. Peculiaris Aegypti in aggeribus Niloticis præcipue prouenlens, quæ radicibus ſuis Niloticas ripas colligabat ad cohercendum Nilum. Strabo libro xviii. ait. Morum naſci in Lybia, quæ fructum fert, qui Sycomorum dicitur.

Sycophanta, ad verbum dicitur ficorum comeſtor, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τὰ σῦκα. hoc eſt, à ficis edendis. Ponitur & pro calumniatore. Nā aiunt Atticos iuuenes ſolitos in hortos irrumpere, ficosq́; deligere. Quam ob cauſſam lege eſt conſtitutum, ut qui id feciſſent, capite truncarentur. Quam pœnam qui perſequerentur (ob paruula detrimēta) Sycophantas adpellatos. Alia ratio ſumit apud Syneſium Grammaticum Græcum, qui inquit: quòd ex duobus ſeruis cuiuſdam viri Græci, alter ficus quæ domi paratæ erant abſumpſit, alter qs priſus exediſſet ignorabat. Quærenti eas domino, à ſonte inſons adcuſatus eſt. Herus vtriq; calidam aquam præbuit, ſolus qui deliquerat euomuit. Ex quo natum eſt id nomen Sycophanta. id eſt, calumniator, quia inſontem falſo crimine calumniabatur.

Sycophantia, mendacium calumnia, atq; fallacia. Plau. Per fallaciam quam amabam abduxit à lenone mulierem neq; puduit id ætatis ſycophantias ſtruere.

Sycophantiſſo, ſas, ſycophantias ſtruo. Plutarchus in Solone, deducit ἀπὸ τοῦ φαίνειν. id eſt, ab oſtēdēdo, quòd q ficus fures oſtēdiſſent, ſycophātæ dicti ſunt.

Sycos, Latinè ficus. Neuius, Hodie ſycos mihi receris fuit. Significat etiam morbum, qui alio nomine dicitur ſycoſis & mariſca.

Sycoſis, morbus, quem nos ficum ſiue mariſcam adpellamus.

Syene, vrbs in confinibus æthiopiæ atq; Aegypti, ſupra Alexandriam, verſus Meridiem quinque milibus ſtadiis, ſub tropico Cancri directe locata. Vnde ſole exiſtente in Cancro, medio ſolſtitii die ſupra verticē ciuitatis cadens, nullam prorſus in ea vmbram facit, vt inquit Plinius lib. ii. Lucanus lib. ii.

Vmbras nuſquàm flectente ſyene.

Sygæum, promontorium Troiæ. Sic dictum ꝓpter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hoſpitio ſimulauit abſceſſum, & inde contra Troiam per ſilentium uenit, quod σιγῇ dicitur.

Syla, per ſimplex l, mons Lucaniæ & ſylua in illo. Sic dicta quaſi σύρω. Id eſt, tracta. hoc eſt, latronibus frequentata. vt Salluſtius de fugitiuis, In ſylua (inquit) ſyla fuerunt.

Sylla, cum duplicato ll, fuit Romanus nobilis, ex antiqua Scipionum familia. Hic catenas Iugurthæ manibus iniecit, Mithridatem compeſcuit, ſocialis belli fluctus repreſſit, Cinnæ dominationem fregit, & Mariū ꝓſcripſit. Fuit literis Græcis et Latinis doctiſſimus, facundus, acer, animo grandis, ita vt dicat Saluſt. Dubitari potuit, fortior an felicior eſſet. Nam felix eò dici voluit, quòd de inimicis Marianis feliciter vltus fuit. Inde dictator factus, ita rem publicā ſuppreſſit, vt nemo illo inuito nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poſſet. Tandem pediculari morbo interiit.

Scilla, verò per c, aliud ſignificat, de quo ſuo loco. Sed nota quòd ratio militat contra vſum iſtius cacographiæ, quia per iota ſcribi oportet Sylla, quaſi Sibylla, ſed corrupto nomine ponitur Sylla.

Syllaba, eſt comprehenſio literarum, vel vnius vocalis enunciatio tēporum capax. Quia omnis ſyllaba aut breuis eſt, & vnum tempus recipit: quod athomum metrici vocant. vt pater. Aut longa, & duo recipit tēpora. vt Mater. Nam ma, longitudine ſui circūflexus, tantum temporis bis occupat, quantum occupat pa, ſemel quum acute dicitur, páter. Dicta eſt autem Syllaba à συμβάλλω, quod eſt, comprehendo. Vel à σὺν ſimul, λαμβάνω capio. Proprie enim illa eſt Syllaba, quæ ex pluribus conſtat. vt, Stirps. Quæ autē de vna vocali perficitur, abuſiue Syllaba vocatur, et vnigramma adpellatur. Aliæ dicuntur bigrammæ, vt, Ne, vſq; ad exagrammam: vt, Stirps. Accidunt Syllabæ quattuor: tenor, ſpiritus, tempus, & numerus literarum. Tenores tres ſunt: acutus, grauis, & circumflexus. Spiritus duo: aſper, & lenis. Tempora tria: breue, longum, & commune. Numerus, quia conſtare poteſt ex ſex literis.

Syllabatim, aduerbiū. ſignificat per ſyllabas. Augu. lib. x. de Ciuit. Dei: Et ſyllabatim per tranſitorias tēporū morulas humanæ linguæ vocibus loqueret.

Syllanion, ſtatuarius, nullo doctore nobilis.

Syllepſis, dici poteſt cōceptio, ab σὺν con, λῆψις acceptio. Quæ fit quū pluralis dictio ſingulari verbo

copulatur. Vergilius, Socijs & rege recepto. Aut ſingularis plurali uerbo connectitur. ut, Sunt nobis mitia poma. Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Aut quum pro multis vnus ponitur. ut, Armato milite cõplēt. Item pro vno multi. ut, Vos o Calliope precor adſpirate canenti. Rectius enim dixiſſet: O' vos Muſæ.

Syllogiſmus, computatio, penſatio. ab σὺν, καὶ λέγομαι, quod eſt, computo, concludo. Vel ab λογίζομαι ratiocinor.

Sylloſon, fuit (teſte Hieronymo) Samiorum tyrãnus.

Sylpion, à Latinis laſerpitium dicitur.

Sylua, nomen generale eſt, non ſolũ arborũ, ſed etiam herbarũ. Verg. lib. i. Georg. Subit aſpera ſylua Lappæq́; tribuliq́;. Proprie tamen arborum, & quæ cædua eſt. hoc eſt, quæ habet in eum uſum, ut ex ea materia cædatur. Quod ſi ſuccisa ſit, nihilominus dicitur Sylua: quoniam rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur. Dicta Sylua, quaſi ſolua. Vel ab eo quod Græcè ὕλη, id eſt, materia dicitur. Et vt illi hylen pro materia, ſic noſtri Syluam poſuerunt. Et eſt aut glandifera, cuius arbores non cæduntur, ſed ad eſcam quadrupedibus præbēdam ſeruantur. Aut cædua, quòd in ea arbores, quũ ad iuſtam proceritatē creuerint, cæduntur: ut ædificationibus uel alijs vſibus materiam præbeant. Lucus nõ eſt cæduus: ſed manu conſitus, religioſusq́; Deo, vel hominis alicuius cineri dedicatus, circa delubrum Dei uel ſepulchri. Saltus, eſt ſylua inuia, vbi paſci & æſtiuare vel hyemare pecudes ſolent. Nemora, voluptatis cauſſa comparata, & plena amœnitatis. Quandoq; Sylua dicitur, quod ex tēpore ſcribitur velociſſime, eſtq́; velut prima materia: quales ſunt Papinij Syluæ, de qbus ipſe ſic ſcribit: An hos libellos (qui mihi ſubito calore, & quadam feſtinandi voluptate fluxerunt) quũ ſinguli de ſinu meo prodiiſſent, congregatos ipſe dimitterem? Quintilianus, Diuerſum eſt huic eorũ uitium, qui primo decurrere per materiam ſtylo quàm velociſſimo volunt, & ſequentes calorem atq; impetum ex tempore ſcribunt: hanc Syluam vocant. Syluam etiam poetæ nominãt elementorũ congeriem, vnde cuncta procreantur. Hinc Syluula, & Syluecula diminutiua: & Syluicola compoſitum.

Syluanus, ſyluarũ Deus, quem Græci Pana vocant.

Syluaticus, ca, cum, quod eſt ſyluæ, ſeu quod ad Syluã pertinet. Varro libro primo de Re ruſt. Vt falces dicuntur ab eodem ſcriptore vineaticæ opus eſſe ſex, ſirpiculæ quinque, ſyluaticæ quinque, arboreæ tres, ruſticariæ decem. Per tranſlationem Syluaticum dici poteſt, incultum moribus.

Syluеſcere, eſt in ſyluam redigi: ſeu ſylueſtrem, aut infructuoſas arbores, ſarmenta'ue fieri. Cicero in Catone, Quem ſerpentem multiplici lapſu & erratico ferro amputans, coercet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimis fundatur. Columel. lib. v Nec pati uitem ſuperuacuis frondibus luxuriantem ſylueſcere.

Syluеſter, ſtris, ſtre, vel hic & hæc Sylueſtris, & hoc Sylueſtre, quod eſt ſyluæ. Vergil. Aecloga prima. Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena. Aliquando dicitur quod eſt in ſylua. Cicero in Læl. Quum locis ipſis delectemur montuoſis & ſylueſtribus, in quibus diutius cõmorati ſumus. hoc eſt, locis qui in montibus ſunt & ſyluis.

Syluius, nomen eſt eius qui in ſylua natus eſt.

Syma, vrbs fuit in Aſia. Quin & pro monte iuxta Pontum poſuit Orpheus in Argonauticis.

Symballora, ſunt coacti per ſe velleris implexu, potius quàm textu condita, ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν.

Symbebicota, dicuntur accidentia.

Symbebicos, accidens. ὅτι συμβαίνει ῥῆμα, ὅθεν μετοχὴ γίνεται ἃ λέγομεν λατῖνοι τοσοῦτον ἀρχόντως. id eſt. συμβαίνει verbum, vnde participium ſymbebicos, ab re Latini tantum capiunt.

Symbole, Latinè commiſſura.

Symbolum, pen. cor. & indicium dici poteſt & collatio. ab συμβάλλω confero. hoc eſt, quod plures conferunt in vnum, ita vt cœna illa dicatur collatio, in quam comparandam plures aliquid cõtulerunt. Terentius in Andria, Symbolum dedit. Et in Parabolis, Noli eſſe in cõuiuijs potatorũ, nec in comeſſationibus eorum qui carnes ad veſcendũ conferunt: quia vacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumētur. Id enim fecerunt apoſtoli, in vnum conferendo quod vnuſquiſq; de Deo ſenſit. Indicium autem vel ſignum idcirco dicitur, quia in illo tempore circumeuntibus Iudæis ſimulabant ſe eſſe apoſtolos Chriſti: & lucri alicuius vel ventris gratia ad prædicandum proficiſcebãtur, nominantes quidem Chriſtum, ſed non integris traditionũ lineis nunciantes. Idcirco iſtud indicium poſuerunt, per quod agnoſceretur is, qui Chriſtũ uere ſecundum apoſtolicas regulas prædicaret. Deniq; & in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferunt, quoniam & armorum habitus par, & ſonus vocis idem, & mos unus eſt, atq; eadem inſtituta bellandi, ne qua doli ſurreptio fiat, ſymbola diſtincta vnuſquiſq; dux ſuis militibus tradit, quæ Latinè ſigna vel indicia nuncupantur: ut ſi forte occurrerit quis de quo dubitetur, ſymbolũ prodat, ſi ſit hoſtis vel ſocius. Augu. lib. v. contra hæreſes, Symbolũ interpretatur conſilium, vel conſiliarius. Iulius Pollux dicit Symbolum paruum numiſma eſſe. Ariſtoteles originem, id eſt, etymologiã uocabulorum ſymbolũ adpellat, per quam vis verbi vel nominis per interpretationem cognoſcitur. Alij ſimilitudinem interpretantur. Græcè quoque Symbolum dicitur augurium, et vaticinium. In arcanis quoque priſcorum myſterijs ſymbola habebantur, Verbi gratia, Papauer ſymbolum erat fertilitatis. Ex hoc genere fuit ſymbola Pythagoræ, ſcilicet indicia quædam myſteriorum doctrinæ ſanctioris, quibus ſententiæ morales & ſalutaria documenta continentur. Dicitur & Symbolus. Plautus in Bacchidibus, Chryſalus oſtendit ſymbolum, quem tute dederat. Et in Pſeudolo, Dato eum ſymbolum illi.

Symbolus, penultima correp. annulus dictus eſt, quaſi ſit nota & ſignum. Iuſtinus libro. ii. poſuit Symbolos, pro literis. Sollicitare inquietos in partes ſuas

ſtatuit

ſtatuit & quum colloquendi copiam non haberent, quò adpliciturii erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat.

Symbulus, à Græcis dicitur homo prudēs, probuſq; conſilio. σύμβουλος, cuius contrarium eſt ἄβουλος. hoc eſt, conſilio carens, inconſultus.

Syme, inſula quæ prius Aegle uocabatur, atq; Metapontus. à Syma Iabyſſi filia ſic adpellata.

Symeon, nomen uiri proprium fuit.

Symethus, fluuius Siciliæ, nō longè à Catinēſi vrbe.

Symmachia, auxilium, cōcertatio, ſocietas, σὺν ſimul, μάχομαι bellator ſum, pugno.

Symmachus, penulti. correp. proprium nomen, quod ſignificat concertatorem, auxiliarium, & ſocium in bello proprie.

Symmathites, Latinè condiſcipulus, diſcipulus.

Symmetria, dici poteſt commenſuratio.

Symmetros, commenſuratiuus, moderatus.

Sympathia, Latinè compaſſio dici poteſt. Hippocrates ſcribit oculos cum vulua ſympathian quandam habere.

Symphaciā, Græci dixerūt ſomniorum cognitionem.

Symphitum, herba quæ Latinè coagulum ſiue conſerua uocatur.

Sympho, ſonitus quidam cum conſonantia.

Symphoneo, cōuenio, pactū facio, cōſentio, cōcinno.

Symphoneſis, paſſio quæ metris accidit, quū duæ ſcilicet ſyllabæ ſcādendo in unā coeunt. Hoc aūt fit, quū in diuerſis dictionibus, una parte orationis uocali uel m, ſta terminata, ſequēs item à uocali incipit. ut, Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. Fit etiā Symphoneſis in eadē dictione quatuor modis. Vel quū duæ ſyllabæ lōgæ pro una lōga ponūtur. ut, Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei. Vel quum duæ breues pro una breui. ut, Cornua uelatarum obuertimus antemnarum. Vel quū longa & breuis pro una longa. ut, Fixerat acripedem ceruam. Vel quum breuis & longa pro vna longa. ut, Dependent lychni laquearibus aureis. Hæc etiā Synalœphe dicitur.

Symphonia, apud Latinos pen. cor. ἀπὸ τοῦ σὺν, καὶ φωνῶ, καὶ φωνὴ, φθέγγομαι, καὶ φθόγγος παράγεται, Id eſt, ἀ σὺν, quod eſt con, & φωνῶ dico, & φωνὴ uox, & φθέγγομαι, loquor, & φθόγγος, Id eſt, ſonus deducitur. Latinè conſonantia, & muſicus concentus. Muſici ſymphonias multas habent, quæ & harmoniæ dicuntur: ſed illam clariſſimam quæ adpellatur Diateſſaron, & alteram quæ dicitur Diapente. Harmoniam uerò Diapaſon uocant. hoc eſt, vniuerſalitatem concentus: quæ ex ſeptem tonis conſiſtitur. Hieronymus uerò ad Damaſum ſic habet: Symphonia non eſt genus organi, ut male quidam de Latinis putant: quum ſit chorus in laude Dei cōcinens, & hoc vocabulo ſignificet. Symphonia quippe in Latinum conſonantia exprimitur.

Symphoniaci, pueri à Cicerone dicti ſunt, qui ad modulationes muſicas concentuſq; conficiendos comparantur.

Symphonon, conſonans, pactum.

Sympinium, uas uinarium non diſſimile cyatho, quo in ſacrificiis utebantur. Ex σὺν, quod eſt con, & πίνω bibo. Iuuenalis,
Et quis tunc hominum contēptor numinis, aut quis Sympinium ridere Numæ, nigrumq; catinum?
Varro Latinū facit. ait enim: Vt vinum minutatim funderet à guttis, guttū adpellatunt: quod ſumebāt minutatim, à ſumēdo ſympinium adpellarūt. Aliqñ etiam Sympunium, mutata i, in u, dicitur.

Symplator, amicus ſponſi: qui cum eo per conuiuia ambulat.

Symplega, uidetur eſſe opus, in quo luctantes, & omnino concertatores ſpectantur.

Symplegades, pen. pdu. inſulæ duæ, ſiue duo ſcopuli in Boſphoro. Dictæ, quòd inter ſe aliqñ concurriſſe fabulis traditur. Id aūt fictum idcirco eſt quoniā paruo diſcretæ interuallo, ex aduerſo intrantibus, geminæ cernebantur, pauloq; deflexa acie coeuntium ſpeciem præbebant: mille quingentis paſſibus ab Europa diſtantes. Cyaneæ ab aliis dictæ. Ouidius, Compreſſos utinam Symplegades eliſiſſent.

Symplegma, gmatis, Latinè complexus, concurſus dicitur.

Symplones, dicebantur conuiuæ.

Sympoſiaſtes, conuiuator.

Sympoſium, compotatio, conuiuium. Vnde Sympoſiarchen, & Archipoſitan conuiuii præpoſitum ſeu præfectum dicimus.

Sympotin, compotorem, Græcè συμπότην.

Sympotria, compotrix.

Sympſalma dicitur vocū in cantādo copulatio. Diapſalma diſiūctio earum, vbi quædam requies diſtinctæ cōtinuationis oſtenditur. Pſalma, quod pſallitur.

Symmyſta, συμμύστης, ſecretarius, ſeu ſecretorum conſcius: vt apud Origenē: ſicut Ioannes Symyſta pronunciat dicens: Quia & ſi quis peccauerit, aduocatū habemus apud Deum, Ieſum Chriſtum.

Syn, præpoſitio Græca: quæ in compoſitione ſignificat ſimul, quemadmodum apud nos con.

Synæreſis, contractio: figura qua plura per unū coniungitur. Ex σὺν, & αἱρεῖν diuiſio quaſi diuiſorū coniunctio. vt Bigæ pro biiugæ.

Synagoga coadunatio, cōgregatio, vel cōtractio. Ex σὺν ſimul, ἀγωγὴ ductio. Et pro re, & pro loco capit. Et habet penultimam longā, quoniam eſt ω.

Synalœphe, dici poteſt compreſſio, cæſura eſt, quum de fine dictionis vocalis abiicitur, ſequente dictione incipiente à vocali. vt, Semper ego auditor tātū. Ex σὺν & ἀλείφω preſſio.

Synanche, angina, morbus qui ſpiritum ſuffocat. Ex σὺν & ἄγχω adfligo, ango.

Synathriſmus, figura, quæ & ſingulis uerbis, & plurium uerborum coniunctione fieri poteſt. Singulis hoc modo: Sed quum ad ſupplicium ſumendum ſe confirmaret, multa ſimul cum reuocabant, officia, conſuetudo, tempus, exiſtimatio, periculum, religio. Plurium uerborum coniunctione ſic: Nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt iudices: ſed multa ſimul eū perturbant, quod adeſt ſollicitudinis plenum, quod ſu-

turum eſt formidoloſum,lex paratum ſupplicii oſtē tans,vitia ex viriis coacta,occaſionem arguendi ma leficii captans inimicus:quæ quotidie eius animum vehementer excruciant.
Syncaceoſis,figura quæ docet diuerſas res cōſigere, & cōmuni opinioni cum ratione aduerſari. vt,Nec hominis auarii atq; aſoti unum atq; idem uitiū eſt. Vterq; enim neſcit vti,atq; vtriq; pecunia dedecoti eſt. Quare merito vtrique pari pœna adficiuntur, quos pariter non decet habere.
Syncatateſis, Latinè adſenſio, adprobatio, vide in Adſentio.
Syncategorema,conſignificans.
Syncategorematica,conſignificatiua.
Synceraſtus,antiquū vocabulum Græcū:quo ſignificatur medulla.hoc eſt,medulloſus. A' quo fit Exynceraſtus.Id eſt,ſine synceraſto. Plautus in Pœnulo: Si me herus meus eſſe locutum cuiquàm ſciat mortali, continuo is me exynceraſtum fecerit.
Syncerus,ra,rum,proprie dicitur quod eſt integrum. Tractū ab eo quòd qui diuidere fructum cōmunem alueorum cum ſocio uolunt,ſimul cum cæra mel partiuntur. Quod ſi mel tantū ſine cæra cōſignent,fraudant ſocium,nec agūt integre. Syncerum itaq;,quaſi ſimul cum cæra. Alii putant Syncerum à carie deductū:quaſi ſine carie. Ideſt,corruptione. Vnde & pro puro,incorrupto,& immaculato ponit. Horatius, Syncerum eſt niſi uas,quodcunq; infundis aceſcit. Huic contrarium eſt Inſyncerus, pro uitiato & corrupto. Vergil. Inſyncerus apes tulit cruor.
Synchronos,contemporaneus. Vnde ſcribit Hieronymus Oſeam prophetam fuiſſe ſynchronon Eſaiæ. Et Varro aitnō eſſe dubium,quin aliquo tempore eodem uixerint Homerus & Heſiodus, eosq; ſynchronos fuiſſe teſtatur.
Synchyſis,confuſio. Eſt enim(vt ſcribit Donatus) hyperbaton vndiq; confuſum.ut illud Vergilianum: Tres nothus abreptas in ſaxa latentia torquet, Saxa uocant Itali mediis quæ in fluctibus aras. χύσις enim fuſio dicitur,συγχέω confundo.
Synciput,quaſi ſemicaput (inqt Phocas grāmaticus) ſignificatq; partem porcini capitis conditam, & ad edendū paratam. Nam inter edulia adnumeratur. Plinius lib.viii. Interdicta quoq; cœnis abdomina,glādia,teſticuli,uuluæ, ſyncipitia uerrina. Eſt & Synciput anterior pars capitis, aures temporaq; complectens. Cornutus in Perſium: Synciput anterior, occipitium dicitur poſterior pars capitis. Apollinaris ad Valerium Maioranum: Partemq; cerebri Hic galeæ cum parte rapit,fortiq; lacerto. Diſicit ancipiti miſerabile ſynciput enſe. Plautus in Menæchmis partem pro toto poſuit,ac de homine: quod eſt contra Georgium Merulā, qui negat inueniri Synciput pro anteriore capitis parte. Ait enim: Non eſt tibi ſanum ſynciput aduleſcens.
Syncopa,conciſio,κόπτω, incido. figura quum litera vel ſyllaba è medio dictionis abſcinditur. ut, Compoſtus,pro compoſitus.
Syndicus,Latinè communis,vel defenſor.
Syndipnum,dicitur Latinè concœnatio.
Syndulon,Σύνδουλοι,Græci conſeruum dicunt.
Synecdoche,conceptio dicitur:quum à parte totum, uel à toto pars intelligit.ut puppis,pro naui: & annus pro hyeme. Vergilius, Quàm multæ glomerantur aues vbi frigidus annus Trans pontum fugat. id eſt,frigida hyems.
Synechon,dici poteſt continens. Nam componitur ex σὺν,quod eſt ſimul,& ἔχω habeo.
Synephœbi,pen.produ.dicunt aduleſcentes ſimul pubeſcentes. Quod nomen inditum eſt comœdiæ Statii Cæcilii, ut eſt apud Ciceronem lib. Tuſculanarū quæſtionum.
Synephites,gēma eſt,quæ & leucongra dicitur. Cc.
Syneſius,nomen uiri proprium,deductum à σύνεσις, quæ eſt,conſcientia.
Syngrapha,Syngraphus,& Syngraphū, ſcriptura ſiue ſchedula quæ ſit propria manu eorum,qui paciſcuntur in alicuius rei fidem. Plaut. In Aſin. Age iſtū oſtē de quem conſcripſi ſyngraphum,inter me, & amicū, & lenam. Cicero Trebatio, Tanquàm enim ſyngrapham ad imperatorem attuliſſes,non epiſtolā:ſi pecunia ablata domum redire properabas. Suetonius cuius parti non dubitauit à quibuſdam iuſiurādum atq; etiam ſyngrapham exigere. Dicta Syngraphe, ἀπὸ τοῦ σὺν, ſimul, καὶ γράφω ſcribo. quòd ſimul ſcriptum ſit à pluribus: quòd propria manu eorum qui conueniunt ſcripta ſit.
Synnada,ciuitas Aſiatica ad Cariæ fines. De hac Strabo lib.xii.ſic ſcribit. Synnada,vrbs non magna:ante quam planicies iacet oleis conſita, ſexaginta ferè ſtadiorum. Vltrius eſt Docimia uicus, & Synnadicū lapidis ſodina(ſic enim eum Romani adpellant) indigenæ vero docimitem,& docimeū. Vena in initio paruas glebas emittebat: nunc(ppter maximos Romanorum ſumptus) coſſinæ integræ & ingentes extrahuntur: & uarietate alabaſtritæ lapidi proximæ. Dicitur & Synnas,nadis,ut apud Sidonium.
Synochitidr,gemma,qua euocari dicunt in necromātia umbras inferorum. Cc.
Synodicus,ca,cum,quod ad ſynodum pertinet. Hieronym. Ante annos plurimos quum iuuarem Damaſum Romanæ vrbis epiſcopum,& Orientis atq; Occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderem.
Synodontides,gemma ex cerebro piſcis, qui ſynodus adpellatur. Cornucopiæ.
Synodus,di pen.cor.ex σὺν,& ὁδὸς via:quaſi conuētus ſit,vel cœtus. generis fœminini eſt.
Synodus,duntis,piſcis genus putatur.
Synœciſis,dici poteſt cohabitatio. & ſcribitur eū œ, diphthongo.
Synœcus,cohabitator,contubernalis.
Synonia,inſula eſt ultra Tybrrina Oſtia. Cc.
Synonyma, dicuntur quæ ſub diuerſis uocibus idem ſignificant.ut, Enſis,mucro,gladius. Eadem dicuntur polyonyma. Verum aliter traditum eſt in dictione Homonyma. Eſt & Synonyma,figura, quæ cōmunio nominis interpretatur. Vtimur autem eo genere elocutionis,quoties uno uerbo non ſatis uidemur di

gnitatem aut magnitudinẽ rei demonſtrare. Ideoq́ in eandem ſignificationem plura conferũtur. ut ſi dicamus: Proſtrauit, adflixit, perculit.

Synopis, rubricæ ſpecies, primum in Ponto inuenta: à qua nomen habet Synope urbs. Cc.

Synſtratiotas, Συστρατιώτας, Græci cõmilitones, qui & commilites dicuntur.

Syntagma, gmatis, tractatus, ordinatio, rerum conſtitutio, documentum. ab σύν & τάγμα, ordo vel ordinatio. Hieronymus in præfatione Pẽtateuchi: Et multa alia quæ proprium ſyntagma deſyderãt: id eſt, tractatum: ut ipſemet contra Rufinũ exponit. Et libro de uiris illuſtribus, Scripſit de Ogdoade egregium ſyntagma. id eſt, documentum, ſeu tractatum.

Syntaxis, dici poteſt conſtructio & ſeries. τάξις enim ſeries & ordo dicitur.

Syntecxis, Latinè defectio dicitur. Plinius, Tali ſorbitionis genere emendantur ſyntecxes. id eſt, defectiones ex longis morbis ſumptæ. Hæc autem emendatio, propriè recreatio & reſtauratio dicitur. Idem: Aqua mulſa præclaram utilitatem habet uiribus recreandis. Inde Syntectici dicti ſunt. Idem, Præcordiorum uitiis ſyntecticis, comitialibus, laſer cum uino in aqua mulſa datur.

Syteresis, penulti. breui, dici poteſt attentio ſeu cõſeruatio. Nam ab συντηρέω quod eſt conſeruo deriuatur. Et ea pars animæ eſt quæ uitiis aduerſatur, & ſeſe ſemper immaculatam cupit à peccato ſeruare, & ppetrata mala continuò arguit: quam corrupte theologi noſtri temporis Synderesin dicunt.

Synthema, matis, compoſitum, conſtitutum, & ſigni quod datur militibus. Hieronymus ad Iulian. Iam dimiſſo ſynthemate, equus publicus ſternebatur.

Synthesis, penulti. correp. Latinè compoſitio dicitur. figura, quum ſingulare nomen multitudinem ſignificans, verbo pluralis numeri iungitur. ut, Pars in fruſtra ſecant. Eſt enim Synthesis genus ueſtis, breuis & negotiis aptæ. Hac Romani peculiariter in Saturnalibus utebantur. Illis enim diebus omnes exuebant togam, & ſyntheſin induebant. Dicta Synthesis ab eo quòd conſuta cõtextaq́ eſſet compoſitione quadam uerſicolori. Hinc Syntheſiatus, qui ſyntheſi indutus eſt. De hac ueſte Martialis loquitur, quando dicit.

De noſtra praſina ſyntheſis empta toga. Item Synthesis, eſt genus uaſis fictilis, ex diuerſis uaſis cõpoſiti. Papi. lib. iiii. Syl.

Vnam mittere ſyntheſin quid horres,
Alborum calicum atq́ cacaborum?

Præterea Synthesis generali uocabulo Græco, cõpoſitio dicitur. Serenus, Vilem deprendit in illis
Syntheſin, & vulgata ſatis medicamina riſit. Idem,
Syntheſis hæc prodeſt, vnda mollita calent.
Inde Aſyntheta cryſtalla Plinius uocat, quæ ſunt pura, & ſine uitio.

Syntomon, pen. cor. σύντομον. Latinè circunciſum.

Sypharium, uelum fuit (vt inquit Probus) ſub quo latebant paradoxi quum in ſcenam prodibant, aut hoſtium mimi. Alii dicunt eſſe omne quod ante cantãtem mimum præmium ſuſpenditur. Iuuenalis,
Conſumptus voce Damaſippe locaſti Sypharium.

Syphax, fuit Numidarũ rex: cuiꝰ Liuiꝰ ſæpe meminit.

Sympudearia, à veteribus funera dicebantur, quibus ludos adhibebant, quaſi ſimul pudenda. Cc.

Syracuſæ, ciuitas Siciliæ, ſub Pachyno monte ſita, vbi fons Arctuſæ. Cice. lib. vi. In Verrem, ſcribit, Syracuſas urbẽ eſſe maximã Græcarum urbium, pulcherrimãq́, quæ ex quatuor quaſi urbibus maximis cõſtare uidebatᷣ, quarũ vna inſula nominatᷣ, altera Achradina, tertia Tyche, quarta Neapolis. Syracuſani multos claros principes habuerunt, ſed præcipue clariſſimum Dionyſium ſeniorem. Qui quum apud filium Dionyſium uidiſſet ingentem uaſorum aureorum argenteorumq́ copiam, exclamans inquit, In te adfectus regius non eſt, qui ex tanta poculorum ui amicum neminẽ tibi conciliaſti. Ambo tamen Dionyſii philoſophi fuere, amboq́ Platonẽ audierunt. Ex Syracuſis fuit Archimedes mathematicus, & Theocritus poeta bucolici carminis ſcriptor, quẽ Vergilius imitatus eſt. Solinus in Polyhiſtore ſcribit in Sicilia primum comœdiam inuentam fuiſſe.

Syracuſius, a, um, poſſeſſiuum. Vergilius,
Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu.
Sed Græcè dicitur, nam Latinè Syracuſanus, a, um,

Syria, regio Aſiæ, quæ ab Oriẽte fluuio Euphrate, ab Occidẽte nr̃o mari & Aegypto terminatur, à Septẽtrione habet Ciliciã, & partẽ Cappadociæ, à Meridie Arabiã. Cuius inſignes ciuitates (vt libro quinto refert Ptolem.) ſunt Laodicea, Hierapolis, Anthiochia, Apamia, Palmira, Heliopolis, Ptolemaida, Sidon, Tyrus, Beritus, Botris, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæſarea, & Damaſcus. Mõtes clari: Carmelus, Caſius, Libanus. Fluuii: Euphrates, Criſoras, Singas. Regiones: Phœnicia, Palæſtina, Iudæa, Idumæa, Comagena, & Samaria. Hæc regio in medio orbis conſtituta eſt, quò fit ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripertitã faciunt diuiſionẽ, in Syrios, Aſſyrios, Leucoſyrios, & Cœloſyrios. Plinius duplicẽ facit: vnã Palæſtinã, alteram Antiochiam. Huius nominis Syria prima corripitur.

Syriacum, raphani ſpecies, rapi ferè figura, ſuauiſſima & tenerrima: à cuius ſimilitudine pyra Syriaca dicũtur, quæ corocla dicuntur. Cc.

Syrictæ, populi dicti ſunt, ſiue à foraminibus & fiſtulis, quas naſi loco præferſit, ſiue à fiſtulis & calamis auenarũ. Solinus, Alii concretum os habent, modicum tantum foramen quo calamis auenarum cibos hauriunt. Syringas enim Græci fiſtulas adpellant.

Syricũ, color fictitius ex ſinopide & ſandyce mixtis, quo minium adulteratur. Plin. lib. xxx. Sublini autẽ Syrico minium cõpendii ratio demonſtrat. Scyricũ vero ſcilaceus ſiue cæruleus color eſt.

Syringites, gemma quæ ſtipulæ internodio ſimilis eſt ac perpetua fiſtula cauatur.

Syrinx, gis, & Syringa, gæ, à noſtris fiſtula trãsfertur. Inſtrumentum muſicum, quo ore modulamur. Fuit enim Nympha quædam in cannam conuerſa. De qua Ouid. libro primo Metamorpho.

Naias vna fuit, Nymphæ Syringa vocabant.

Syriſca, à Syrus fit, ſicut ciliſca à cilix.

Syriſſus, a, um, idem quod Syrius. Vergilius,
Coppa ſyriſſa caput Graia redimita mitella.

Syrma, atis, & ſyrma, mæ, genus ueſtis tragicorum, uel cauda, ſiue tractus ueſtis fœminarum. Martialis,
Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi.

Seneca de Baccho, qui habitu muliebri nõnunquàm ſe ornabat. Auro deorum ſyrma barbaricum. Sumit interdum pro longa tragicæ orationis ſerie, tenorẽ ſuum u. q. in ultimum protrahente. ab σύρω, traho.

Syrmea, genus raphani, ut Plinius interpretatur.

Syrophœnix, ora maritima Syriæ, circa Euphratem, cuius pars Idumæa & Iudæa.

Syſigabis, Darii mater, quæ audita morte Alexandri ſeſe perpetuæ nocti dedit.

Syrtes, ſunt loca circa fines Aphricæ, Aegyptum verſus periculoſiſſima. ab σύρειν, trahere. Eſt enim inæqualitas maris & terræ magna: & in vno loco profundiſſima, in alio vero, ſatis vndoſa. Spiranteque vento cumulus arenæ, qui ſupra mare fuerat, in profundiſſimas reſidet valles. Et qui deprimebatur, mox ſuper aquas egeritur. Et ſunt duæ pares natura, impares magnitudine, quæ dicuntur maiores & minores, & ſpatio paſſuum ducentorum quinquaginta milium ſeparantur. Minor à Carthagine trecẽtis milibus paſſuũ diſtat, & totidem ambitus. Maior quadringentis viginti quinque milibus paſſuum. Seruius vero vbicũque ſunt arenoſa loca in mari Syrtes adſerit vocari. Hoc nomen etiam declinatur hæc ſyrtis, & has ſyrtis, vt inquit Priſcianus. Vergilius lib. x.
In ſyrtis in ſaxa volans uos Turnus adoro.

Syrigiæ, nerui ſunt à cerebro ad oculos: ſed is qui à dextra incipit tendit ad ſiniſtrum: is vero qui à ſiniſtra, tẽdit ad dextrum oculum: ideo vt ſe iungant ad ſimilitudinem crucis. Vnde Sygias dictos putant. συζυγία enim coniugium dicitur.

Syrupus, ſuccus qui trahit. ab σύρω, traho, &c.

Syrus, a, um, & ſyrius, a, um, quod ex ſyria eſt. Vnde ſyri, & ſyrii, qui ex Syria ſunt. Suidas, Σύροι πρὸς Φοίνικας ἑκάτερα τὰ ἔθνη διαβέβληνται ὡς πανοῦργα. Id eſt, Syri apud Phœnices, ſingulæ nationes crimine inceſſuntur vt aſtutæ.

Syrus, inſula Ionica, & Aſiæ adpoſita: cuius prima producitur. à qua Pherecydes Syrus ortum habuit, non à Syria regione. Scyrus vero Thraciæ adſcripta eſt. vt Strabo & Plin. teſtantur, longè à Rhodo.

Syſſitia, ſodalitates dicuntur & conuiuia. Vnde Caius Iurecõſultus. Sodales ſunt qui eiuſdem collegii ſunt, quos Græci συσσίτους vocant.

Syſſitos, Latinè ſodalis.

Syſtole, dici poteſt correptio, figura eſt quum longa ſyllaba contra eius naturam corripitur. vt apud Vergilium. Connubio iungam ſtabili propriamque dicabo. vbi nu, breuem poſuit, quæ naturaliter longa eſt. Nam alio loco longam poſuit.
Hectoris Andromache Pyrrhi connubia ſeruas.

Sytropes, pedis, & Citropes, genus vaſis fictilis cum tribus pedibus,

DE LITERA T.

T Litera muta eſt, & apud vetuſtiſſimos in aliquibus dictionibus ſcribebatur, in quibus nunc ſ, ſcribimus. Nã mertare & pultare antiqui dicebãt, nos merſare & pulſare dicimus. Mutatur nõnunquàm t, in ſ, & in x, vt verto, uerſus: mitto, miſſus, flecto, flexui: pecto, pexui.

Tabanus, animal paruum volatile, alio nomine aſilus, & œſtrus Græcè dicitur. Plin. lib. xi. cap. xxviii. Reliquorũ quibuſdã aculeus in ore, vt aſilo, ſiue tabanũ dici placet: item culicibus & quibuſdam muſcis.

Tabefacio, corrumpo, & quaſi in tabem verto.

Tabellarius, qui tabellas, id eſt, literas defert. Hieronym. ad Niciam. Rudes illi Italiæ homines quos Caſcos Ennius adpellat, qui ſibi (vt in Rhetoricis Cicero ait) victu ſerino victum requirebant, ante chartæ & membranarum vſum, aut in dedolatis ex ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutua epiſtolarum alloquia mitſitabant. Vnde & portitores earũ tabellarios, & ſcriptores à libris arborum librarios vocauere.

Tabeliones, qui & libelliones adpellati ſunt, qui tabulas, hoc eſt, teſtamenta & publicas ſcripturas conficiunt. Nam nunc notarii dicuntur barbare, qui tamẽ aliud ſunt, vt qui notarent in ſenatu.

Taberna, quaſi trabea dr̃ à validioribus trabibus (vt inquit Dona.) quibus ſuperioſa ſunt ſuſpenſa. Et accipitur pro omni ædificio quod eſt vtile ad habitãdũ, ex eo quòd taberna tabulis claudebatur ſiue cooperiebatur. Hinc contubernium, & Contubernalis. Et Taberna dicitur vbi opera ipſa cæteræque merces venditantur. Officina, vbi fiunt opera. Et Tabernarũ quædam lanaria, quædã vinaria, quædam olearia, & huiuſmodi. Nonius ſcribit Tabernas non tantum vinarias eſſe, ſed & omnes quæ ſunt popularis vſus.

Tabernaculum non eſt diminutiuũ, ſicut nec cœnaculum. Eſt autem Tabernaculum, tectũ caſtrenſe. quòd veluti taberna quædam ſit, & (vt Hiero. inquit) ſemper mutatur tabernaculũ, & huc illucque transfertur. Augu. Tabernaculũ belli res eſt. Vnde & Cõtubernales milites dicti ſunt, tanquàm ſimul habẽtes tabernacula. Eſt enim proprie pugnantium, & quodammodo militantium, & aduerſus hoſtem pugnantiũ. Domus eſt, vbi ſemper manemus. Auguſtale, in quo habitat dux belli, vt inquit Quintilianus.

Tabernariæ fabulæ, vide in dictione Togatæ.

Tabernarius, qui in taberna venditat. Cicero L. Flacco, Opifices & taberrtarios atque illam omnem fæcem ciuitatum, quid eſt negotii cõcitare? Eſt & Tabernarius, qui vinum venditat: ſicut aquarius, qui vẽdit aquam. Idem, Sed dici non poteſt quomodo hic omnia taceant, niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem.

Tabes, is, corruptio, pro morbo. à quo Tabidus, &

Tabidum corpus dicit. Huius tres ſunt ſpecies: vna, quum corpus non alitur, & ita ſumma oritur macies: & niſi occurratur, occidit, quæ & atrophia dicitur à Græcis. Inde atrophi, qui atrophia laborant. Altera, vbi malus corporis habitus eſt, ideoq; omnia alimẽta corrumpuntur. Hanc Græci cacesiam nominant. Tertia, quàm Græci phthiſin uocant, quum in pulmonem deſcendit à capite pituita, & frequens tuſſis oritur. Interdum aliquid cruentum ſignificat, quod proprie tabum nominãt. Eſtq; ſanies & ſanguis corruptus, quod & aliquando dicitur tabes. Dicit tamẽ Seruius Tabo nomen eſſe caſus ſeptimi tantum vt ſponte. Quod ſi uelis declinare, hæc tabes huius tabis dices. Vergilius,

Et terram tabo maculant.

Tabeſco, is, tabui ſignificat langueo, deficio, tabidus fio, à tabeo, bes. Et proprie in amore & mœrore Tabeſcere dicimus: quamuis de aliis dici poſſit. Gellius, Delphinus amãs, deſyderio tabuit, exanimatusq; eſt. Plautus in Capti. Tuo mœrore maceror, maceſco, cõſeneſco, & tabeſco miſer. Cato de Re ruſt. Id aliquoties in die quotidie facito, vſq; adeò donec ſal deſierit tabeſcere. Compoſita huius verbi ſunt. Contabeſco Plaut. in Mercat. Cor ædepol miſerum meum, quod guttatim contabeſcit, quaſi in aquam tu indideris ſalem. Diſtabeſco, varie ſiue vehementer tabeſco abſumor, corrumpor. Auguſti. lib. iii. Confeſſ. In quãtas iniquitates diſtabui, & ſacrilega curioſitate ſecutus ſum. Intabeſco, valde tabeſco. Columel. lib. v. Ad vltimam reducitur maciem, & ſic intabeſcit vt nullis deinceps impenſis recreari poſſit. Extabeſco, valde tabeſco. Cicero. lib. ii. Tuſcul. Sic corpus clade horribili abſumptum extabuit. id eſt, tabo & corrupto ſanguine computruit.

Tabidus, corruptus, qui tabem patitur. & Tabidus, languidus, fragilis. Aug. in Expoſi. Pſal. Quid tabidius aranea?

Tabificus, qui tabem inducit. Vnde à Cicerone li. iiii. Tuſcul. ægritudo & metus tabificæ mentis perturbationes dicuntur: quoniam mentem lacerant, tabem, cruciatum, & adflictionem inferunt. Tabificabile dicebat à veteribus. Accius: Par neci orbificor liberorum letho & tabificabili.

Tablinum locus hybernæ ſtationis, atrio proximus, quòd ferè ex tabulis conſtaret. Plin. lib. xxxv. Tablina codicibus implebantur & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Apuleius libro vltimo Floridorum: Medici quum intrauerint ad ægrum vti viſant, nemo eorũ quòd perpulchra tablina in ædibus viſant & lacunaria auro oblita. Dicitur autem Tablinum non tabulinum: quemadmodum & figlinum, non figulinum. Et videtur eſſe quod Græci pinacothecam dicunt quamuis in pinacothecis tabulæ pictæ, in tablino rerum in magiſtratu geſtarum monumenta continebantur.

Tabor, mons in medio Galileæ, rotundus ac ſublimis.

Tabula, à quo ꝑ diminutionẽ fit Tabella. Sunt autem Tabulæ ſiue Tabellæ, teſtamenta vel publicæ ſcripturæ ex quacunq; materia: quòd initio ceratis tabulis ſcribi conſueuerant. Vnde Cicero Terentiæ tabulã pro lege poſuiſſe videtur, quum ait: Quemadmodũ à Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſes, & Tabula dicebatur in quam mittebãt teſſeras, quæ luſoria, & quandoq; latruncularia, & pyrgus ſiue alueus alueolusue dicebatur. Tabulæ nouæ adpellãtur quãdo debitores creditas pecunias cum vſuris perſoluere non coguntur ipſis creditoribus, & abolitis prioribus debitis nouæ tabulæ conficiuntur. Cice. lib. ii. Offic. Tabulæ nouæ quod habent argumenti, niſi vt emas mea pecunia fundum, & cum tu habeas, ego nõ habeam pecuniam. Sallu. Tunc Catilina polliceri cœpit tabulas nouas, proſcriptionem locupletium.

Tabularia, (Seru. autore) loca ſunt in quibus tabulæ, hoc eſt inſtrumenta, & literæ, & actus publici reponuntur. Vergil. lib. iii. Georgic.

Inſanumq; forum & populi tabularia vidit.

Tabularius, ratiocinator, ſupputator. Phylaciſta qui in tabula nomina & rationes obſeruat. Sidonius ad Petreium, Sed & ille ſuſcipiebat hunc granditer habens in eo conſiliarium in iudiciis, vicarium in eccleſiis procuratorem in negotiis, uillicum in prædiis, tabularium in tributis, in lectionibus comitem, in expoſitionibus interpretem, in itineribus contubernalem.

Tabulata, quæ ſunt ex tabulis facta. Hierony. Diſpoſitoq; per tabulata milite. Accipiuntur etiam pro parietibus ſiue ædificiis lapidibus in tabularum modũ quadratis conſtructis. Idem: Vbi in eius honorem fabricata eſt eccleſia, muro lapideo tabulato. Rurſus Tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in planã extendentes, non in altiora creſcentes. Verg. lib. ii. Georg. Summasq; ſequi tabulata per vlmos. Colu. lib. vi. Quum deinde adoleſcere incipiẽt ulmi, falce formãdæ ſunt & tabulata inſtituẽda. Hoc enim nomine vſurpant agricolæ ramos truncosq; prominentes, eosq; vel propius ferro compeſcunt, vel longius promittunt, vt vites laxius diffundantur.

Tabulo, as, tabulis aliquid conſtruo. Hinc Tabulatio, tabularũ coaſſatio & textura: ſicut aſſerũ coaſſatio. Hinc & Cõtabulo. Sueton. in Cali. Qui non ſine admiratione Helleſpontum contabulauerit.

Taburnus, mons Campaniæ, oliuetis abũdans. Verg.

Iuuat Iſmara Baccho.

Conſerere, atq; olea magnum veſtire taburnum.

Tacape, ciuitas Aphricæ, in mediis ſita arenis, vt inquit Plinius.

Taceo, taces, tacui, tacitũ, nihil loquor: licet quãq; etiã dicatur de hiis quæ ſine voce ſunt Verg. lib. iiii.

Totumq; pererrat Luminibus tacitis. Et alibi,

Quin tacet omnis ager. Tacere enim pro quieſcere capitur, vnde Tacitum mare, dicimus quum placidum eſt, & nullis fluctibus agitatur. Quoniam verò quum aliquid laude dignum eſt, laudamus: & econtrario malefacta non laudamus, factũ eſt vt tacenda non laudanda, & non tacenda laudanda dicantur. Quãq; Tacere ſignificat ſecurum eſſe: quoniam q ſecuri ſunt, nullam quærẽdi cauſſam habent. Teren. in Adelph. Tace, egomet conueniam Pamphilũ. Huius compoſita Conticeo, Obticeo, quod eſt de iis, quæ

nor pudet loqui. Terentius in Phormione, Hem num quid obtices. Reticeo, pfecte taceo, ſiue à locutione me contineo. Hieronymus contra Heluidium: vt diſcat aliquando reticere, qui nunquàm didicit loqui. Hinc Reticentia. Cicero lib. i. Offi. Ex mœſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex locutione, ex reticentia. Subticeo, taceo. Habentq; ti, ſyllabam correptam.

Tachempſo, teſte Herodoto lib. ii. Hiſtor. quædam Nili inſula eſt.

Tacitum mel, quod per ſe fluit, & eſt optimum.

Taciturnus, qui natura facile tacet. Hinc Taciturnitas, quæ eſt obſeruantiæ genus in ſilentio conſtituta. Teren. in Andr. Sed his quas ſemper intellexi in te ſitas fide, & taciturnitate. Huius diminutiuũ eſt Taciturnulus. Apuleius, Blanda mulier & taciturnula.

Tacitus, qui tacet, & qui ſcit tenere ſecreta. Actionem enim ſignificat, quandoq; etiam paſſionem. Vergil. Quis te magne Cato tacitum aut te Coſſe relinquat?

Tactici, à Græcis dicuntur magiſtri & doctores armorum, vt eſt apud Vegetium.

Tactus, participiũ à tango, & aliquando ponitur pro adflato, & leuiter fulminato. Cicero: Tactus etiam ille qui hanc vrbem condidit. Intactus, pro intemerato & non tacto ſumitur.

Tactus, us, nomen: vnus eſt ex quinq; corporis ſenſibus qui & Tactio dicitur. Cicero lib. iiii. Tuſculan. Qualis eſt hæc aurium tales ſunt oculorum & tactionum & odorationum & ſaporum, quæ ſunt omnes vnius generis ad perfundendum animum tanquàm illiquefactæ voluptatates.

Taddæus, nomen viri proprium.

Tædeo, des, tæduí, & teſus ſum, ſed non eſt in vſu ſicut cōpoſitum Pertæſus: quamuis Seruius dicat eſſe participium ſine verbo. Sueton. Pertæſus ignauiam ſuã. Gell. lib. i. Has ille inanis quum flaret glorias, iamq; omnes finem cuperent verbisq; eius fatigati, pertæduiſſent. Fitq; Tædeo ab τῆλε, l, litera in d, conuerſa, ideo cum æ diphth. ſcribit. Nã longitudo atq; prolixitas actionis ſiue paſſionis alicuius tædium generare ſolet. Tædet imperſonale, facit præteritũ tæduit & tæſum vel magis ptæſum eſt. Hiero. in Eccleſiaſtico, Idcirco tæduit me vitæ meæ. Ver. lib. iiii. Aeneid. Si non pertæſum thalami tædæq; fuiſſet.

Tædium, angor mentis & animi, non corporis ualetudo, inquit Seruius.

Tædulus, pen. cor. dicitur faſtidioſus, ſenex, qui omnibus tædio eſt.

Tænarus, pen. corre. locus vmbroſus in radice Maleæ pmontorii Laconiæ iuxta Spartã ciuitatem. In quo quia hiatus magnus eſt, & ſtrepitus progredientium percipiũtur, dixerunt veteres per hunc eſſe deſcẽſum ad inferos. Vergilius,
Tænarias etiam fauces alta oſtia ditis.
Ibi erant latomiæ, hoc eſt lapidicinæ lapidum pretioſorũ, qui et Laconica marmora, & Tænarei lapides vocantur. Propertius. lib. ii.
Quod non Tænareis domus eſt mihi fulta colũnis.
Et in ſingulari generis maſcul. eſt, in plurali neutri. Græcè ταίναρος, à quo Tænarum oppidum dictum eſt. Suidas: Ταίναρον ἀκρωτήριον Λακωνικῆς, ἐν ᾧ στόμιον ἦν κατάγον εἰς ᾅδου, ἔνθα καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν ἀσφαλίου. ἱκέτας δὲ τοὺς εἵλωτας ἱκετεύοντας ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ποσειδῶνος οὐδὲν δείσαντες ἀνεῖλον οἱ Λακεδαιμόνιοι. id eſt, Tænarum promontorium Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, vbi & Neptuni munientis templum, illic ſupplicantes in ſacello Nuptuni nihil timentes Lacedæmonii, interfecerunt.

Tæniæ, vittarum extremitates, vt quæ ab infulis pendent. Vergil. Fit longæ tænia vittæ.
Quandoq; accipitur pro tota vitta. Idem lib. v. Puniceis tempora tænis. A' Tæna non tænia: nam & Tæna & Tænia dicitur. Proprie tamen Tænia eſt faſcia, vnde & lapides ſub aquis candicãtes in longum porrectos, Tænias vocamus: à falſciarum ſimilitudine. Pli. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. Eſt & Tænia piſciculi genus apud Ariſtotelem, à gracilitate & longitudine dictum.

Tænon, fuit vrbs in Laconia. à qua mulier Poetria nomine Herina ortũ habuit. Fuit & in Achaia urbs τενεόν, id eſt, Teneium, & Tenea vicus inter Micenas & Corinthum.

Tagaſta, ciuitas Aphricæ, ex qua pater meus Auguſtinus Tagaſtenſis adpellatus eſt.

Tagax, furunculus, à tago, quod eſt tango. Lucilius, Proſcribere poſſe tagacem mutonis manum.

Tages, gis, fuit qui primus Hetruſcis haruſpicii diſciplinam dedit.

Tago, gis, apud veteres in vſu fuit pro tãgo. à quo etiã componitur Attigo, pro attingo. Plautus in Bac. Ne attigas puerum iſta cauſſa quando fecit ſtrenue. Feſtus: Tagit ſimpliciter dicitur, quod attigit, contigit, facit compoſitum.

Tagrus, mons in Luſitania, apud quem quædã equæ dicuntur è vento concipere.

Tagus, fluuius Luſitaniæ, habens arenas aureas. Iuue. Quod Tagus & rutila Pactolus voluit arena.

Talaria, calciamenta alata Mercurii. Vergilius, Pedibus talaria nectit Aurea.

Talaris, et hoc Talare. vt veſtis talaris, q̃ ad talos uſq; deſcendit.

Talarius, a, um, quod pertinet ad talos, vt lex talaria aduerſus eos qui talis luſitant. Talarii ludi, quibus videntur vti ſaltando. Cic. lib. i. Offi. Adde his ſi placet vnguentariis ſaltatores totũq; ludum talarium.

Talea, fruſtum ligni præciſum ex vtraq; parte, vt in terra inſeratur, Præciſis enim lignis vel pedali vel cubitali magnitudine nõnullæ arbores ſeruuntur: idq; lignum ita præciſum Græco nomine generali ξύλον, Latinè talea dicitur. Plin. lib. xvi. Seruandum in eo ante omnia vt taleæ ex feracibus fiant arboribus, nec curtæ ne'ue ſcabræ aut bifurcæ. Cato: Taleas oleaginas quas in ſcrobe ſaturus eris tripedaneas facito. Et ſicut Talea dicitur lignum quod in terra ſeritur, ita quod inſeritur ramo calamus, & teſſera ſeu teſſella quòd inſtar teſſeræ ſit vocatur. Plini. Quod ſi longius adferantur pomorum calami, rapo infixoa opti

me cuſtodire ſuccum arbitrantur. A' quibuſdam etiã ponitur pro teſſera, hoc eſt, ligno complanato, quo numeros notant ruſtici idiotæ. Quidam hoc nomen cum h, ſcribunt, quòd Græcam originem habere autumant & vſq; adeò Latinum factum vt Taleare pro incidere uſurpet ruſtica ſimplicitas. Hinc & Talea numaria ſermone militari dicitur. Quod genus cum edicto principis vel reipub. conceditur, clarigatio dici poteſt. Liuius lib. viii. Veliterninis deiecti muri, ipſi vrbe abducti iuſſi trãs Tyberim habitare, vt eius qui cis Tyberim captus fuiſſet ad mille pondo clarigatio eſſet. Talcari lignum dicitur dum ſcinditur. Intaliari, dum præcidendo formatur, ait Varro.

Talentũ, apud priſcos diuerſi ponderis fuit. Nã Atticum talẽtũ (vt docet Pli.) ſexdecim ſeſtertia valebat. hoc eſt, pondo quadraginta. Aegyptiũ, põdo octoginta. Cleopatra, pondo centũ, vigintiquinq; talẽtũ fecit. hoc eſt, ſeſtertiorũ quinquaginta. Africanus talẽtũ omne põdo ſexaginta tradit. Quia vero libræ, hoc eſt põdo apud alios maiores, apud alios minores ſunt, hinc efficiť vt talenta quoq; non idẽ vbiq; valeant pollux inquit, pro aureis numis tribus imputabať numus aureus, pro drachmis duabus Atticis. Erant ergo talentorum multa nomina. Ptolemaicũ, Syrium, Tyrium, Antiochenum, Atticum. Pondere quidem pari omnia, ſed ad numum collata differũt. Atticum, Tyrio æquale, ſed plus quadruplo valens quàm Ptolemaicum, ſeſquitertio quàm Syrium Antiochenumq;. Babylonicum talentum duo millia & ſeptuaginta minas Atticas fuiſſe tradunt. Euboicum quatuor milia denariorum valebat. Rhodium, quingentorum denariorum. Neapolitanum, ſex denariũ. Syracuſanum, trium denarium. Alii minimum libris quinquaginta: maius. lxxii. maximũ. cxx. faciũt Athenæus Talentum ſex milibus numum Italicorum permutari tradit. Numum eſſe drachmam, hoc eſt, denarium: centum drachmis, hoc eſt, denariis centum argenteis æquare libram. Plutarchus in Pom. refert, minam vocans eam.

Talge, inſula in mari Hyrcano (vt Pomponius refert) ſine cultu, fertilis omni fruge ac fructibus abundans.

Talia, taliæ, folliculum caparum.

Talio, vindicta, hoſtimentum: vt ſi quis manum alicui amputauerit, illi manus Romanorum lege amputari debet. Hinc Retaliare Gellius formauit, quod ſignificat talione hominem repercutere. Martialis, Corrumpit ſine talione cœlebs.

Talipedo, as, penultima correpta, pedibus vacillo, & quaſi ſupra talos inſiſto.

Talpa, gen. maſc. & fœm. animal captum oculis, muri ſimile. Vergilius,

Aut oculis capti fodére cubilia talpæ.

Talus, duo ſignificat. ſcilicet partem pedis. id eſt, os propè calcaneum quod extuberat. Horat. in Serm.

Ad talos ſtola demiſſa & circundata palla.

Eſt & Talus oſſis in articulo pedis, ventre eminens concaua in vertebra. de quo in dictione Teſſera. Ariſtot & Pli. negant in homine eſſe talos.

Tam, & Quàm, Priſciani ſententia aduerbia ſunt, & comparatiuo & ſuperlatiuo adiiciuntur, quum duo vel plures comparatiui & ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis poſiti inter ſe æquantur, vel iidem geminantur: vt tam iuſtior quàm felicior Aeneas Hectore. Cicero pro Deio. Iſtam inquam dexteram non tam in bellis, neq; in præliis, quàm in promiſſis & fide firmiorem. Bis et infirmiorem intelligendũ eſt. Iungiť & poſitiuo. vt, Tam bonus Vergilius quàm bonus Homerus. Cicero: Tã ſum amicus reipublicæ, quàm qui maxime ſcilicet eſt amicus. Hoc eſt, tã amo rempublicam, quàm ille qui plurimum amat. Et apud veteres Tam pro tamen, & pro modo ponebatur. Cõponitur Tam cũ etſi, & ſignificat quamuis. Plini. Dedit quantum maximũ potuit, daturus amplius ſi potuiſſet, tametſi quid homini dari poteſt maius, quàm gloria, laus, æternitas?

Tama, diciť quum labore viæ ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit.

Tamaricæ, pen prod. genus fruticis bis in anno florẽtis. à Græcis ericæ dicitur. vnde & ericeum mel celebrať. Videtur etiam recte dici Tamarix, & Tamaricum etiam legitur. Hanc quidam eandem eſſe quam myricam exiſtimant, licet Plinius libro. xxviii. diuerſa eſſe dixerit.

Tamaritæ, penult. prod. populi Aſiatici, non longè à Caſpio mari.

Tamen, ſignificat nihilominus. Quæ vbi pcedit quãquàm, quamuis, & alia huiuſmodi, dat principium conſtructionis, ipſa dictione tamen excuſſa. Quod ideo in ligatura & quaſi iunctura orationis incertũ eſt, quia oratio vnde non debuerat, inceperat. Idcircò tamen abiicitur, tanquàm functa officio ſuo. Aliquando inceptiua eſt. Cicero Pæto, Tamen non diſcedis à malitia. Aliquãdo ponitur pro ſtatim. Ver.

Hic hœdos depone tamen veniemus in vrbem.

Aliquando pro tandem. Salluſt. lib. iii. Hiſtor. Nam qui enare conati ſunt, icti fragmentis nauium aut adflicti à ſuis undarum ui, multato fœdè corpore, &c. Plaut. Ita faciam, ita placet, quid tum tamen? Aliquãdo pro duntaxat. Terẽ. In Hecy. Quod potero faciã tũ ut pietatem colam. Donat. Duntaxat vel ita tamẽ vt pietatem colam. Hinc componuntur Attamen, & Veruntamen, eiuſdem ferè ſignificationis.

Tametſi, coniunctiua particula, in principiis orationum poſita, indicatiuo gaudet. Secundo autem loco etiam ſubiunctiuo.

Tamino, minas, pen. cor. corrũpo: licet non ſit in uſu, Cuius compoſita ſunt Attamino, Contamino, & Intamino. vnde et Intaminatus.

Tamnus, herba eſt minutis foliis & aculeata.

Tanager, fluuius Lucaniæ, qui eſt inter Campaniam & Calabriam. De quo Vergil. lib. iii. Georg.

Et ſicci ripa tanagri.

Tanagra, Perſidis oppidum.

Tanais, fluuius Scythiæ qui diuidit Aſiã ab Europa. Ferturq; à Septẽtriõe Nilo cõtrarius, paulò in orientalior non ſolum per Scythias in Mæotim defluẽs, ſed & per Sauromatas. Originẽ eius incertã aliqui putant. Ptolæmeus ex montibus Ripheis prodire

putat, qui magis hauſtraies ſunt, quàm hyperborei. Alii aiunt eſſe paludē non admodū magnā, ex qua Tanais naſcitur, qui duobus hoſtiis Mæotim ingredi, ſiquæ ſtadii intra ſe circiter ſeptuaginta diſtare ſeritur. Alii ex Caucaſiis montibus oriri exiſtimant.

Tanas, oppidū non longè à Tana, & Venetis paret. Vnde & nobiliſſimæ pelles ferunt, et mancipia, quæ à Scytis emunt, quos adpellant Carcaſos.

Tandem, ſignificat poſtremum. Vergilius, Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Per interrogationem habet vrgens quiddam & accelerās. Cicero, Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Aliquando eſt coniunctio expletiua. Teren. in Phorm. Ita'ne tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Interdum ponitur pro aliquando, ut apud eundem: Ita'ne tandem ſororem duxit? Nōnunquàm pro uix. Cicero, Tandem aliquando Quirites. Item pro ſaltem. Teren. in Eunuch. Perfice hoc precibus aut pretio ut hæream parte aliqua apud Thaidem tandem. Item pro tamen. Cicero, In qua ciuitate tandem arbitrare te uiuere.

Tandiu, tanto tempore. Cc.

Tango, gis, tetigi, tactum, ſecundum conſuetudinem. Lucretius, Tangere enim & tangi niſi corpus nulla poteſt res. Sed quoniam tangēdo quodāmodo moueri videntur ea, quæ tangūtur, Tangere quandoq; pro cōmouere ac ferire capitur. Idem libro primo. Nec bene pro meritis capitur nec tangit ira. Verg. De cœlo tactas memini prædicere quercus. Quāq; pro circūuenire. Turpilius, At etiam ineptus meus eſt mihi pater iratus, quia cum talento argenti tetigi veteri exemplo amātis. Aliqū pro cernere, intelligere. Cicero, Poſtquàm autem conſilia eius omnia tetigi. Aliquando pro peruenire. Idem, Verres ſimul ac tetigit prouinciā. Sunt qui velint tango, táxi præteritum facere, tago, tetigi, ſicut pango, panxi, & pago, pepigi. Compoſita à tango ſunt Attingo, Contingo, Obtingo, Pertingo, quod eſt perfecte tango. Quod & pro conſequor plerunq; poni ſolet.

Tanis, metropolis Aegypti, ubi Moyſes mirabilia fecit.

Tanos, gēma inter ſmaragdos nigra & uiridis & intus ſordida.

Tantalus, Iouis ex Piote Nympha filius fuit, quem Euſebius regem Phrygiæ cum Troo Dardaniæ rege bellum geſſiſſe ſcribit, quòd Ganymedē rapuerit. Agamēnonis & Menelai auus, Vnde & Tātalides dicti ſunt. Hic ob filium interfectū detruſus ad inferos ſiti torquetur & fame. Plato in Cratilo ſcribit Tantalum dictum eſſe quaſi talantaton, hoc eſt, infeliciſſimum. Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex ob pietatem Deorum menſis dignatus. Alius Thieſtæ ex Merope filius, interfectus & adpoſitus eſca patri. Hinc fit Tantaleus, a, um. Propertius,

Tantalea poterit tradere poma manu. Suidas, Ἐπίκειται ὁ λίθος ἐπ' αὐτὸν, δίψῃ δ' ἐτήκετο. Ταντάλου κήπους τρυγᾷν, ἴσχειν τοῦ ἐντέρου ποτίμου ὄντα τεταμένου, ὕστερον δὲ συμφορήσαντος. id eſt, Cadebat lapis ī ipſm, ſiti abſumebat. Tātali hortos uindemiare Iſæi rhetoris prodigi, poſtea modeſti effecti.

Tanti, & Quanti, cum eorum compoſitis, Tantidem, Quantilibet, Quantiſcūq; ſimiliter Totidem, Pluris, Minoris, iungunt uerbis pretium ſignificantibus qualia ſunt emo, vendo, veno, mercor, comparo, æſtimo, conſtat, conduco, loco, Emereor, paciſcor, pago, pepigi, condēno, poſtulo, & ſi qua ſunt alia, & tamē in aliis à prædictis ablatiuum poſtulant. Terentius, Quid agar, niſi ut te redimas captū, quàm queas minimo. Et ſi nequeas paululò, at quanti queas. id eſt, tāti te redimas, quanti queas. Liuius lib. xlviii. Mācipia minora annis uiginti, quæ poſt proximū luſtrū, decē milibus æris, aut pluris uæniſſent, ea quoq; decem tantò pluris, quàm quāti eſſent æſtimarentur.

Tantiſper, aduerbium. ſignificat tandiu: poſtulatq; poſt ſe, dum, donec, ſiue quādiu, vel quoad. Cicero, In carcerem ductus, ut ibi eſſet tantiſper dum culeus in quē deiectus deferretur, compararet. Terētius in Heaut. Ego te meum eſſe dici tātiſper uolo, dū quod te dignū eſt facias. Sic cætera à per compoſita, temporis breuitatē ſignificāt. ut quātiſper, parūper, pauliſper, aliquātiſper. Ponitur etiā Tantiſper ſine dum, & ſignificat tātūmodo, ſiue interea. Hierony. Vnde de iis ex quibus certi ſumus tantiſper loquamur. Liuius lib. i. Tamen id imperium ei ad puberem ætatē incolume manſit tantiſper tutela muliebri. Cice. lib. v. Tuſcul. Sed videro quid efficiat tantiſper, hoc ipſum magni æſtimo quod pollicetur.

Tantopere, & tanto opere, ſignificat tantū, tam vehementer. Terent. in Adel. Ego hac in re nihil reperio quamobrem lauder tantopere.

Tantum, aduerbium, ſignificat ſolum, quod et Tantūmodo dicitur. Aliquando ſignificat uſqueadeo.

Tantū abeſt, ſignificat nō ſolū non eſt. Cice. lib. Offi. Tantū abeſt ab offi io, vt nihil officio magis poſſit eſſe contrariū. hoc eſt, non modo officium nō eſt, verum etiā nihil magis officio poteſt eſſe contrarium: vel tantū abeſt ut officium ſit, vt nihil officio, &c.

Tantūdem, quaſi tantum idē, ſignificat æque tantum, vulgò alterū tātum. Colu. lib. vii. Tum paribus caſiæ, myrrhæq;, & thuris ponderibus, ac tantūdē ſanguinis marinæ teſtudinis miſcetur. Terent. in Phor. in ea ſignificatione, ſed aliter dixit. Num tu? Nihil. Phæd. tantūdem ego. Hoc nomen non habet niſi genitiuum tantidē, quod ſignificat pro tāto pretio ſolum. Teren. in Adelphis, Domo me eripuit, uerberauit, me inuito abduxit meam, ob malefacta hæc tantidem poſtulat emptam ſibi tradier.

Tantūmum, non tam negare uidetur, quàm adfirmare, accipiturq; pro etiā. Sueto. in Tybe. Tantūmum aduerſis tēpeſtatibus Rhodanū enauigauit. Id eſt, etiā aduerſis tēpeſtatibus. Alii exponunt quatenus à tempeſtatibus non impediretur. Similiter Silius. Tantumnum ſtrictis mucronibus. Videturq; ea figura dici, qua etiamnum. Sic Liuius lib. xxxvii. Vidit nō poſſe æquare ordinē Romanos, & tantumnum iam circuiri à dextro cornu concidat naues.

Tantus, a, um, à tam deduci videt, quātitatemq; ſignificat. Et modò demonſtratiuū eſt. Vergilius,

Tantæ

Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Modò relatiuum. Plautus, Et tantum quantum po‑ tui præſtiti tibi. Huius diminutiuum eſt Tantulus, à quo Tantillus.

Tanurita, labruſca eſt. Cornucopiæ.

Taos, gẽma pauoni ſimilis, qui Græcè ταὼς dicitur. Cornucopiæ.

Tapedogogia, omniũ tapetorum ſupellex intelligiť.

Tapetum, Tapes, is, & Tapete, pen. prod. tegmẽ mire pictum variis coloribus, quo equi, mẽſæ, ſeu pauimẽ ta ſternunť. Verg. lib. x. Qui fortè tapetibus altis Extructus toto perflabat pectore ſomnũ. Idẽ li. 7. Luſtratos oſtro alipedes pictiſq; tapetis. Declina‑ tur enim Græcè τάπης, τάπητος. Statius lib. i. Theb. Alioſq; inferre tapetas. accuſatiuus Græcus eſt à Ta pes, etis. Plautus, Vt ne periſtromata quidem æque ſint Campanica, neq; Alexandrina beluata conſuta tapetia. A' tapete eſt.

Taphiæ, quædam inſulæ (ut inquit Stra.) quaſi unà Taphios, ταφίους.

Taphii, dicti ſunt populi, à Tapho Neptuni filio, qui Echinadibus inſulis imperauit. Hunc Neptunus (ut eſt in fabulis) inuictum fecitut quandiu quẽ in uer‑ tice aureum dederat capillum, haberet incolumem, tandiu foret inſuperabilis.

Taphuſſa, oppidum Cephaloniæ, quondam Taphos adpellata.

Taphnis, ciuitas ĩ Aegypto, à qua Taphnei dicti ſunt viri in ea habitantes. Hieronymus in Hier. Filii quo‑ que Mempheos & Taphneos conſtuprauerunt te uſq; ad uerticem.

Taphos, Latinè ſepulchrum dr. vnde Epitaphium.

Tapinoſis, pen. prod. Latinè humiliatio dr. Eſt enim rei magnæ humilis expoſitio. ταπεινός, humilis. ut, Adparent rari nantes in gurgite vaſto.

Tapoſiris, ciuitas in Aegypto. Steph. Taphoſirim ad‑ pellat, qa ſit ſepultus in ea Oſiris. Strabo duas facit Taposires: vnã mari propiorẽ, alteram remotiorem.

Taprobane, inſula in mari Indico ſatis ampla inter or tum occaſumq; Solis, ut Solinus refert. Patet in lon gitudine ſtadiorũ ſeptem milibus, in latitudine qnq; milibus. Nulla in nauigãdo ſiderum obſeruatio. Ibi Septẽtriones nequaquàm adſpiciũtur. Lucet ibi Ca nopos ſidus clarũ & ampliſſimum. Homines corpo rum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci uiſu, terrifico ſono uocis. Viuunt vltra annos centum. Naſcuntur in ea berylli, & hyacinthi, ut Pto lemæus lib. vii. refert. Plinius lib. vi. ſcribit quingen‑ ta oppida comperta fuiſſe. In ea (ſicut Geometræ ſcri bunt) ſunt duæ æſtates.

Tapſus, inſula decẽ ſtadiis à Sicilia diſtans uerſus Sy‑ racuſas. Verg. lib. iii. Tapſumq; iacentem.

Tapyri, populi in Parthia (ut lib. xi. refert Strabo) qi‑ bus mos eſt ut proprias vxores aliis viris nuptui cõ cedant, quum duos aut tres filios ex eis ſuſceperint.

Taracina, oppidum Volſcorũ in Cãpania. ante Tra‑ chyna, id eſt, aſpera, à loci aſpredine, & lingua Vol‑ ſcorum Anxur dicebatur prius: diuerſam fortunam à Rhegynis experta, à ταράττω, conturbo. Liuius li bro quarto. Anxur fuit quà nunc Taracinæ ſunt, ci‑ uitas prona in paludes.

Taracon, penulti. corre. inſignis Hiſpaniæ ciuitas, Sci pionum opus, à qua ꝓuincia ipſa Taraconia & Ta‑ raconenſis uocatur: quæ (vt Pompo. ſcribit lib. ii.) al tero capite Gallias, altero Bæthycam Luſitaniamq; cõiungens mari latera obiicit noſtro quà Meridiẽ, quà Septẽtrionem ſpectat Oceano. Vrbium è medi terraneis clariſſimæ fuerunt Pallantia & Numantia. Nunc eſt Cæſarea Auguſta. Hinc Taraconẽſia vina, nobilitantur elegantia. Martialis,
Taraco Campano tantum ceſſura Lyeo.

Tarantula, ſtellionis genus, cuius morſus perrarò in‑ terimit hominẽ, ſemiſtupidũ tñ facit & varie adficit.

Taras, fuit Neptuni filius, quem Tarentum ædificaſſe nonnulli autumant.

Tarchetius, nomen fuit impii Albanorum regis.

Tarchon, nomen ꝓprium Hetruriæ ducis & aruſpicis.

Tardigradus, pen. cor. qui tarde graditur.

Tardiloquus, qui tarde loquitur. Ce.

Tarditas, Tarditudo, & Tardities, pro pigritia. Plau‑ tus in Pœnu. Prodigioſi eſtis & uiciſtis cochleas tar ditudine. Accius, Multa miſtuntur tarditiæ & ſo‑ cordiæ.

Tardo, as, moror, tardus ſum. à quo Retardo, moram facio, retineo. Cicero in Catone, Ad quem fruendum non modò ſe non retardat, verumetiam inuitat.

Tardus, piger. Verg. Sæpe oleis tardi coſtas agita‑ tor aſelli Vilibus aut onerat pomis.
Per tranſlationem quandoq; pro rudi & ſtulto po‑ nitur. Idem, Tardi venere ſubulci. Teren. in Eunu. Fatuus eſt inſulſus, tardus. Quandoq; pro perſeue‑ ranti & diuturno. Vergilius,
Media fert triſtis ſuccos tardumq; ſaporem.
Quandoq; pro denſo ac craſſo. Idem,
Vdo ſub robore viuit Stupa vomens tardũ fumũ.
Huius diminutiuum eſt Tardiuſculus.

Tarentina nux, fragili putamine eſt, & ita mollis, ut uix attractata rumpatur. Vnde quidam Tarentum adpellatum putant, quòd iuglandes nuces & pineas molles habeat, ac ſimiliter oues. Tarentum autẽ Sa‑ bini uocant molle, ad quod alludens Horatius ſcri‑ pſit: Et molle Tarentum.

Tarentum, fuit inclyta Calabriæ vrbs, in vltimo Italiæ circa Salentinorum confinia, à Tara Neptuni filio ædificata. Déinde à Laconibus aucta, qui duce Pha lanto illuc aduentantes expulſis incolis uti Iuſtinus lib. iii. ſcribit, eam tenuerunt.

Tarmes, genus uermiculi carnem exedens.

Tarpeius, mons Romæ, à Tarpeia uirgine ueſtali ſic dictus, quæ Sabinis arcem prodidit, & ibi necata ſepultaq; fuit. E' cuius nomine monumentum reli‑ ctum, quod rupes Tarpeia & Tarpeium ſaxum vo‑ citabatur. Hic prius Saturnius mons, poſtea Capito‑ lium dictum fuit.

Tarſus, vrbs præclariſſima, & Ciliciæ metropolis, quã Perſeus Danaes nobiliſſima proles ædificauit. Luca. lib. iiii. Deſeritur Taurique nemus Perſeaq; Tarſus. Hæc fuit apoſtoli Pauli patria. Dicta Tarſus (vt quis

dam exiſtimát) à ſiccitate, vel à parte pedis quæ Tarſos dicitur, vt in manu. Vel (vt Ioſephus ait lib. I.) à Tarſo nepote Iaphet. Tarſis verò lapidis genus eſt, vt inquit Hierony. ad Marcel. ut eſt illud in Daniele. Et corpus eiuſdé vt Tarſis, quod Aquila chryſolitũ, Symmachus hyacinthum interpretatũ. Et apud Ezechielem: Et ſpecies rotarum ſicut ſpecies tarſis. Eſt & Tarſis regio Iudææ, ad quã Ionas propheta ſe uelle ire dixit. Et Salomon & Ioſaphat naues habuerunt quæ de Tarſis ſolitæ ſunt exercere cõmercia. Ipſum quoq; mare quia cæruleum ſit, & ſæpe Solis radiis percuſſum, colorem ſupradictorum colorum trahat, à colore nomen accepit. Porrò Hebræi Tarſis mare dici generaliter autumant, ſecundum illud: In ſpiritu violento confringes naues Tarſis. Id eſt, maris. Et in Eſaia: Vlulate naues Tarſis. Tarſenſes adeò philoſophiæ ſtudioſi fuerunt, ut Athenienſes & Alexandrinos ſuperarent. Ex Tarſo fuerunt Antipater, Archelaus, & Neſtor, & duo Athenodori, quorũ qui Cordilion dictus eſt, cum M. Catone uixit, & apud eum mortuus eſt. Alter Canauita, à uico quodã, Cæſaris præceptor, & hi philoſophi ſtoici fuere.

Tartarinum, veteres dixerunt horrendum atq; terribile. Cornucopiæ.

Tartarus, penul. corr. in ſingulari generis maſculi. in plurali neutri, locus infernalis, à ταράττω, cõturbo: quia illic omnia perturbata dicuntur. ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id eſt, à tremore frigoris. Sole enim caret. Suidas: τάρταρος ὁ κατώτερος τοῦ ᾅδου τόπος. Τὸ ταρταροῦν τὸ περὶ τὰ ψυχὰ τόπον, καὶ περὶ ψυχῆς. Id eſt, Tartarus demiſſior inferni locus. & tartarum apud nubila locus, & animarũ. Hinc Tartareus, a, um. tartarum neut. gener. fæx vini dicitur.

Tarteſſus, vrbs fuit in littore propè Gades, unde familia Columellæ emanauit à tartaro dicta, ut meminit Strabo, propter ſubterraneas illic cauernas.

Taſcanium, eſt terra alba, ſimilis argillæ. Cc.

Taſium, genus eſt uini, à τάσις, quæ eſt detentio, deductum nomen: uel (ut Seruius ait) à Taſo inſula. unde & Taſiæ uites.

Taſmenes, unus ex Neſtoris filiis. Cc.

Tatham, pueri patrem vocant. Martialis,

Mammas atq; tathas habet Afra. Cornucopiæ.

Tatianus, nomen eſt uiri proprium.

Tattæus, Phrygius ſal uocatur, qui eſt utilis oculis, ut ex Dioſcoride qui ait: Ē ſtagnis ualidiſſimus omniũ eſt Phrygius, quem alii tattæon, alii tritæon, alii gantæon cognominãt. Ē Cappadocia quidem Galatiæ confinio Morimenorum gente ſtagno ibi ſalis natiui, quod tatam vocant vnde nomen.

Tauram, vaccam dici exiſtimant ſterilem, quòd hæc non magis pariat quàm tauri.

Taurani, populi in Taurica regione conſtituti.

Taurea, ſcutica ex corio bubulo facta. Iuuen. Taurea punit Continuo flexi crimen facinus q; capilli.

Taureus, Neptuni epitheton, quoniam ei tauros immolabantur: uel quia ſit Deus maris, quòd ſonum emittat ſimilem uoci taurinæ.

Tauri, numero plurali, & Taurilia, ludi in honorem Deorum inferorum facti, quos & boalia, & bupetias aliquando uocatos inuenimus. Sed propriè hi ludi ſunt boum gratia inſtituti. Item Tauri ſcarabei terreſtres ſunt, ricino ſimiles.

Taurica Cherſoneſus, peninſula prouincia eſt Europæ, ſicuti docet Ptolæmeus libro. iii. cuius fines ſunt Iſthmus, Palus Mæotis Pontis, & Cimmerius Boſphorus. Ibi ciuitates ſitæ ſunt Eupatoria & Theodoſia, nũc Capha. Eius ambitus. DCC. milia paſſ. cõplectiť, & à Mæotidis populis, qui margines ipſius habitant nomen adſumpſit. De hac Iuuenalis,

Aegyptus quippe illa nefandi taurica ſacri.

Et ipſi etiã Taurici immanes moribus, immanemq; famam habentes, quòd ſolerent pro victimis aduenas cædere.

Taurinus, na, num, quod eſt ex tauro boue. ut pellis taurina. Sic dicuntur omnia à mutis animalibus deriuata, & i. penulti produ ſeruant. ut leporinus, caprinus, formicinus, hirũdininũ. Plautus in Rud. Ad hirundininum nidum uiſa eſt mihi ſimia ut in aſcenſionem faceret. Verucinus, porcinus, ouinus, ſuinus, & huiuſmodi.

Tauromínium, mons Siciliæ, multis bobus abundãs, & ſupra eum urbs eiuſdem nominis quam ædificauerunt Zanclei, à quo Taurominitanus ager, & Taurominitani ciues. Vnde eſt illud:

Taurominitanam vincunt feruore charybdim.

Scribit Plinius hanc vrbẽ quoq; Naxon adpellatam.

Tauroſchytæ, populi Scytharum, qui taurum montẽ habitant.

Taurus, bos ad procreandum reſeruatus: ſicut in capris hircus. Accipitur & pro quocunq; forti boue. Vergilius libro primo Georgicorum.

Ergo age terræ
Pingue ſolum primis ex templo à menſibus anni
Fortes inuertant tauri.

Eſt & Taurus cœleſte ſignum. Ideo enim in cœlum tranſlatus fuiſſe taurus exiſtimatur, quòd Europam in Cretam inſulam trãſuexerit incolumem. lege fabulam. Et Taurus mons, qui ab Indico mari exurgens, uaſte ſatis attollitur, déin dextro latere ad Septentrionẽ, ſiniſtro ad Meridiem uerſus it in Occidentem, rectus & perpetuo iugo magnarum q; gentium qua dorſum agit terminus: ſed pro gentium ac linguarum varietate diuerſa habet nomina. Mons ei oppoſitus Antitaurus dicitur. Vbi in excelſiſſimam conſurgit ſublimitatem, Caucaſus adpellatur: quanquàm ſint qui Taurum à Caucaſo diuidant.

Tautologia, Latinè dici poteſt eiuſdem eloquium. Vergilius libro primo.

Si fata uirum ſeruant ſi ueſcitur aura
Aetherea neq; adhuc crudelibus occubat umbris.

Nam totum quod repetitur unum eſt, ſed ad exprimendum conceptum crebro ſermone denunciatur.

Tax, percuſſio, à ſonitu quem facit Plautus in Perſa: Tax tax, tergo erit meo.

Taxillus, diminutiuum eſt à talus.

Taxim, aduerbiũ, ſignificat ſenſim. Pomponius, Adoptare clandeſtino tacitus taxim perſpectam.

Taxo,as,ſignificat preſſius crebriusq́; quicquàm tango. vnde id procul dubio inclinatū eſt:vt iacto,multò fuſius largiusq́; eſt,quàm iaceo. Taxare etiā pro precio æſtimare ponitur. Plin. lib.xviii. Illos qui ſiuгiſeras tanti taxauerant. Item pro maledictis tangere. Suetonius lib.ii. Sed etiam ut numularii nepotē ſic taxat Auguſtum. Feſtus, Taxatores à ſcenicis dicuntur,qui alterutrum maledictis tangunt.

Taxus,arbor abieti ſimilis,baccasq́; ferens, quibus letale uenenum ineſt,præcipue in Hiſpania. Ab ea Toxicum dicitur:quaſi taxicum. Vergilius,

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Fumus enim taxi,mures necat. Taxus generis maſculini,animal eſt quod Taxo dicitur, & Melis ab auiditate mellis. Eſt enim aluearibus infeſtus.

Taygete,una eſt ex Pleiadibus.

Taygetus,eſt mons ſub quo Sparta & Amycle, ut inquit Strabo. Lucanus lib.iiii. Gelidiq́; inculta iuuentus Taygeti. Hic mons conſecratus eſt Baccho. & Home.in Hymnis ſic ait:

Κάστορα καὶ Πολυδεύκε' ἀείσεο μοῦσα λίγεια,
Τυνδαρίδας οἳ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἐξεγένοντο,
Τοὺς ὑπὸ Ταϋγέτου κορυφῇς τέκε πότνια λήδη
λάθρῃ ὑποδμηθεῖσα κελαινεφέϊ Κρονίωνι.
Χαίρετε Τυνδαρίδαι ταχέων ἐπιβήτορες ἵππων.

Id eſt, Caſtorea & Pollucem cantabis muſa ſtridula Tyndaridas qui Iouis Olympii nati ſunt, quos ſub Taygeti cacumine peperit ueneranda Leda, latenter commiſta nigro Saturnio. Saluete Tyndaridæ celerum cuſtodes equorum.

T A N T E E.

Earus,fluuius Thraciæ, ad cuius caput Darius ad Scythas proficiſcēs,adplicuit caſtra ubiq́; tribus diebus ſe continuit. Cuius dulciſſima aqua delectatus, eo in loco columnam Græcis literis inſcriptam adpoſuit.

Techna,Græcè τέχνη, Latinè ars. Inde Technites,artifex. Plau. Qui technas,hominis deprehendi ſolus. Vnde Galenus opus ſuum technen, id eſt, artem inſcripſit. Hinc Calotechnius,bonus artifex. Victruui. lib.iiii. Callimachus ob elegantiam & ſubtilitatē artis marmoreæ calotechnius eſt nominatus. Cacotechnius,malus artifex. Technicus,artificioſus.

Tecnophyon, Græca dictio qua ſignificatur artis productio. τέχνην, artem Græci dicunt,& φύω, produco. Suetonius in Auguſtum: Erat illi locus in edito ſingularis,quē Syracuſas & technophyum uocabat.

Tector,qui opus tectoriū facit. Varro, Quam nec pictor nec tector uidit unquàm,quā in roſea quæ eſt polita opere tectorio eleganter. Albarium quod ſuperponitur tectorio,niſi pingi tectorium oportet. nam quum pingendum eſt,non illinitur albario.

Tectorium,illinimentum quoddam eſt à tegendo,& quaſi pauimentum parietis atq; incruſtatio: quod fit cum calce aut cum gypſo ad maiorem ſpectantiū gratiam & decorem. Iuuenalis, Tectoria prima reponit. Plinius lib.xxxvi. Ideoq́; nulla tectoria corſiginæ ſedauere. Vnde inturicata dicuntur tectoria.

Tectorius,a,um, quod ad tegendum pertinet. Colu. Sed ea tota maceries opere tectorio leuigatur,ex vtraq; parte,ne feles,aut vipera prorepat.

Tectum,& participium & nomen eſſe poteſt. Participium,quum dicimus:ſcelus tuum tectum eſt. Nomē, quum ſignificat partem domus,quæ domum tegit, à tegendo dictum:quàuis etiam frequenter pro domo poni ſoleat,& generaliter pro omni loco, & pro tabulatis omnibus quibus & triclinia & cubicula & huiuſmodi teguntur,& in quibus tectis homines habitare ſolent. Vnde Architecti & Architectores dicti ſunt, qui ædificandi ſcientiam habent. Tectum etiam genus ouium: ſic dictum quòd maiore lana opertum ſit: vel quòd operimentis tegeretur. Plini. Ouium ſumma genera duo,tectum & colonicum. Illud mollius:hoc in paſcuis delicatius.

Teda,arbor è Laricum genere, quæ liquorem ſeu picem ſtillat:abſidans ſucco liquidiore,& ob hoc flammis & lumini ſacrorum grata,ut inquit Plinius. Inde Tedas uocamus faces,quæ optimæ ex ea arbore fiebant. Et Cererem Deam Tediferam poetæ uocant, quòd tedas dicitur inflammaſſe quum inueſtigare vellet filiam Proſerpinam à Plutone abreptam.

Tegæum,cum diphthō. in penul. oppidum Arcadiæ, à qua Tegeæus(ſicut à Nemea Nemeæus) ſiue Tegeaticus Deus,Pan dictus eſt. Propertius,

Fictilis & calami Pan tegeæ tui.

Vergilius verò primas ſyllabas produxit:

Lateri atq; humeris tegeæum ſubligat enſem.

A' Papinio verò Mercurius Tegeaticus dictus eſt illo uerſu. Et cū mænalia uolucer Tegeaticus umbra.

Olim Lacedæmonii bellum intulere Tegeatibus, ferentes ſecum compedes, tanquàm eſſent redacturi illos in captiuitatem. Sed congreſſi prælio ac fugati, quicunq; uiui capti ſunt, eiſdem quas ipſi attulerant compedibus,compediti, campum Tegeatem metiti ſunt coluerunt.

Teges,ſtraguli genus, ex ulua ſiue ſirpo aut ſparto in lodicis ſimilitudinem, quo uiliores utuntur. Hanc vulgò ſtoream uocant. Varro de re Ruſtica: Sicq́; fiunt de canabi, lino,iunco,palmo,ſirpo,aut funes, reſtes,tegetes. Iuuenalis,

Auſa palatino tegetem præferre cubili.

Tegeticula,diminutiuū,parua teges. Varro, Sed pro columbaris in pariete mutulos, aut palos in ordine ſupra quos tegeticulæ canabinæ ſint impoſitæ. Ouidius vocat tegetem mattam ſirpeam. Suſtulit, in plauſtro ſirpea matta fuit.

Tegillum,paruum tegmen. Varro: Ob aquam è nubibus tortam indicat fore ut tegillum paſtor ſibi ſumat. Eſt & tegillum cuculi uinculum è ſirpo. Plaut. Tegillum mihi aret,id ſi uis dabo. At tigillum diminutiuum à tignum eſt.

Tegmen,quod & tegimen,& tegmētum dicitur,ſignificat quicquid aliquid tegit.

Tego,gis,xi,ctum, operio. Lactantius libro.ii. Non texit patris nuditatem. Per tranſlationem tegere ſignificat celare. Martia.

Quod tegitur magis creditur eſſe malum.

Item defendere,conſeruare. Sallu. At Romani domi

militiæ'q; Intenti feſtinare parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, libertatem, patriá, parentisq; armis tegere. A' Tego fiunt compoſita Contego, totum tego. Hiero. de Paulo eremita. Animaduertit intus grande veſtibulum, quod aperto deſuper cœlo patulis diffuſa ramis, vetus palma contexerat. Detego, cõtrarium eſt ſuo ſimplici. Lactant. libro ſecundo. Nunc interim falſa ut corpimus detegamus. Intego, intus tego. Plinius, Ventricula atq; inteſtina pingui ac tenui omento integuntuntur. Obtego, circum ſeu ſupra tego. Colu. lib. iiii. Monendo necubi ſcamna omittantur, & quod eſt durum ſummis glebis obtegatur. Prætego, ante tego. Lactan. lib. iiii. Tamen vitia ſua capillis & pallio, & quod maximum eſt velamentum diuitiis prætegebat. Protego, tueor. Pertego perfecte tego. Plau. in Tri. Benefacta benefactis, aliis pertegito, ne perpluant. Retego, nudo aperio. Verg. Cæcumq; domus ſcelus omne retexit. Iuuena. Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ. Supertego. Colu. lib. x. Nihilominus congeſtu culmorum & frondium ſupertegemus quantumq; res patietur, à frigore & tempeſtate muniemus. Et omnia habent penul. correptam.

Tegula, læ, quòd domos tegat. Tegulæ autem quæ ad balneas adhibent, à laxitate dicunt mammatæ, aliæ coctiles vocantur.

Tegulum, pen. corr. idem quod tegmen. Plin. Tegulo enim aquaticarum harundinum domos ſuas Septentrionales populi operiunt.

Teium, vrbs in Paphlagonia (vt Salluſt. ſcribit) in qua ortus fuit Anacreon. vnde Teius, a, um, trium ſyllabarum. Ouidius,

Quid niſi cum muſto Venerem confundere vina
  Præcepit Lyrici Teia Muſa ſenis?

In hac fuit templum Apollinis. vnde Apollo Teius. Ex hac etiam Phileterus natus eſt autor generis regum Attalicorum.

Telamones, (vt inquit Serui.) à noſtris adpellantur ſigna quæ ſuſtinent, quæ Græci Atlantes vocitant. vide in dictione Atlas.

Telana, ſpecies ficus. Ce.

Teleboæ, Aetoliæ populi fuerunt.

Teleboas, vnus ex cẽtauris Ixionis & nubis filius. Ce.

Telchines, filij Mineruæ & Solis, vel (vt alij volunt) Saturni & Aliopes. Hi & Corybantes & Idæi dicti ſunt. Cornucopiæ.

Telechorus, vnus ex Caſtoris & Pollucis aurigis fuit. Cornucopiæ.

Telecrus, nomen proprium regis Laconiæ.

Telegonus, nomen proprium viri, quòd Latinè ſignificat nouiſſimo loco natũ. vnde pro humili & inglorio ponitur. Fuit etiam filius Vlyſſis ex Circe, qui patrẽ interfecit roſtro piſcis illius qui xiphia dicit, qđ eſt inſtar laminæ magni enſis, vt ſcribit Oppianus de piſcibus, quod genus enſis à matre accepit.

Telemachus, Vlyſſis ex Penelope filius.

Telephus, Myſiorum rex fuit & Herculis filius, ex Auge nympha, qui ex ceruæ nutritus fertur. Claudianus, Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis. Qui poſtea in Lycia imperauit. Etiam multi alij fuerunt, ut oſtẽdit Suidas, dicens: Τήλεφος ἐκ Περιδίου οὗτος πένης, καὶ Τήλεφος περγάμηνος γραμματικὸς ὃς πολλὰ γέγραφε. Id eſt, Telephus ex Peridio, hic pauper, & Telephus pergamenus grammaticus qui multa ſcripſit.

Teleſto, Nympha, à perficiendo dicta. τέλος enim dicitur finis.

Telicardios, gemma colore cordis exiſtens, Perſis maxime grata, quam & mucuculam adpellant. Ce.

Telina, vnguenta dicta ſunt, quæ à medicis commendantur. In ea eſt herba ſeu frutex teli, quæ fœnum Græcum ſignificat: quaſi frutex inſulæ, vel inſula frutici nomen dederit.

Telirrhizo, gemma quæ in colore coccino candidis radicibus ſpectatur. Ce.

Tellus, luris, terræ Dea eſt. Terra verò elementum ipſum, quamuis & pro ipſa terra accipiat, à tolerãdo, ſiue tollendo dicta, quòd eius fructus tollamus.

Tellus, telli, nomen viri proprium, quem Solon Crœſo beatiorem putauit.

Telonarii, ſiue Telones, publicani & tributorum collectores.

Telonem, agricolæ vocant lignum longum, quo vtuntur ad aquam è puteis hauriendam.

Telonium, pen. cor. Græcè τελώνιον, mẽſa publicanorum vbi vectigal exigitur.

Telos, Latinè finis, honor, legio, tributũ, vectigal, penſio. Eſt & nomen inſulæ: à qua Telina vnguenta.

Telpuſſa, ſine h, & duplici ſſ, vrbs in Arcadia.

Telum, dicitur omne quod manu iaci poteſt: quo nomine lapis, lignum, plumbum, ferrum continetur. Dictum ab eo quòd in lõginquum mittatur. Nã apud Græcos τῆλε, ſiue τηλοῦ, longè ſignificat. Vergilius pro gladio poſuit?

At nõ hoc telũ mea quod vi dextera verſat Effugies.

Temerarius, dicit non qui plus audet quàm oportet, ſed qui facile nullo adhibito conſilio credit. Ouid. Vtinã temeraria dicar Criminibus falſis inſimulaſſe virum. Item Temerarius, metuẽdus. Plau. Sed quid quòd picus vlmũ tundit? haud temerarium eſt. Item audax: vnde & Temeritas, & Temeritudo. Pacuui. Egon' tyranni non noui temeritudinem.

Temere, aduerbium, ſignificat male, ſtulte, inconſulte. Vide (inquit Terentius) ne quid temere agas. Hiero. Melius tamẽ Deo committimus, quàm aliquid temere definire velimus autoritate noſtra quod non probamus. Quidam etiam uſurpant pro ferè. Quintilianus: Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquàm peruenit ad frugem. Et Temere ſignificat ſine cauſſa, Terentius: Haud temere.

Temero, as pen. cor. ſcelero, corrũpo, cõtamino. Ambroſi. Ne temeratæ virginitatis aduretur infamia. Vnde Intemeratus, integer, incorruptus, inuiolatus. Verg. Intemerata fides.

Temetum, apud Horat. pen. pród. apud Iuuenalẽ corripitur, accipiturq; pro vino. dictũ eſt, quòd tentet, hoc eſt, labefactet mentẽ. Verg. Tenuiſq; Lageos Tentatura pedes olim vincturaq; linguam. Hinc

Temulentus, violentus, ebrioſus. Temulentia, ebrioſitas. Plinius libro. xiiii. Cato ideo propinquos fœminis oſculum dare iuſſit, vt ſcirent an temetum olerent. Hoc tum vino nomen erat. Vnde & Temulentia adpellata. Per contrarium Abſtemius, ſobrius.

Temno, nis, tẽpſi, temptum, ſperno. À τέμνω, quod inciſo, reſeco q́ ſignificat, quoniã quæ ſpernimus amputare & reſecare conſueuimus. Verg. Diſcite iuſtitiã moniti & non temnere diuos. hinc Contemno.

Temo, temonis, à tenendo dicitur, eſt enim qui continet iugum.

Tempe, neutro genere & numero plurali. ꝓprie Theſſaliæ loca quinq; milia paſſ. longitudine, & fermè ſex latitudine, pulcherrimus, ager, amœnus gramine, refertus arboribus, canorus auium concentu, iugis dextra leua q́ leniter ſeſe tollentibus, media interſecat Peneus amnis, cuius ripas arbores veſtiunt.

Ouidius lib. i. Metamorphoſeos,

Eſt nemus Hæmoniæ prærupta quod vndiq; claudit
Sylua, vocant tempe, per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis voluitur vndis.

Sunt & Tempe in Bœotia quæ Teumeſia dicuntur, à Teumeſſo monte Bœotiæ. & ab Ouid. Cygneia dicta. Sũt in Sicilia à nomine amnis Heloria. Abuſiue quæcũq; loca amœna, nemora præſertim atq; aquas habentia. Tempe vocamus. Verg. lib. ii. Georg.

Speluncæ viui q́ lacus ac frigida tempe.

Temperamentum, modificatio. Plin. tali adhibito temperamento, vt nec laxet nimis, nec arctum eſſe patiatur.

Temperantia vt Cicero lib. ii. Artis veteris ait. Eſt rationis in libidinem atq; in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio. Huius partes, continentia, clementia, modeſtia. Temperantia (inqt Seneca) voluptatibus imperat, alias odit atq; abigit, alias diſpenſat & ad ſanum modum redigit. Græcè σωφροσύνη, & tẽperans σώφρων. Pli. lib. xxviii. cap. v. Multò vtiliſſima eſt temperantia in cibis.

Temperatura, idem quod temperamentum. Pli. Ferrũ à rubigine vindicat ceruſa & gypſo & liquida pice. Hæc eſt temperatura à Græcis antipathia dicta.

Temperies, tẽperamentũ. Plin. Iunior, in quo ſaluberrima eſt aeris temperies. Pro hac quãdoq; temperaturam ponimus. Varro: Quæro vtrum hoc adduxerit cœli temperatura, an terræ bonitas? Quando q; temperies dicitur temperantia. Statius lib. ii. Sylua.

Tranquilla q́ morum temperies. Quando q; temporis accommoditas, ad aliquid agendum. Plin. Sic iudicatur anni temperies alibi tardius, alibi maturius.

Temperior, à tempore fit, id eſt, celerior, & quaſi tempeſtiuior. & Temporius, aduerbium, id eſt celerius & quaſi ante tempus. Columel. Et ante crepuſculum propter cibi ſpem temporius ad officinam redeant. Cornucopiæ.

Tempero, as, ſignificat rem ſuo ordine ac menſura adminiſtro. Cice. in Tuſcul. i. Rem verò publicã noſtri maiores certe melioribus temperauerũt & inſtitutis, & legibus. Vnde dicimus temperare vinũ adhibita aqua, temperare iram ſedato animo, temperare ferrũ flammis & ictibus. Temperamus ſtylum, calamum, adpetitum, & huiuſmodi. Hieronymus: Sic narrationis ſtylũ tẽperabo, vt non alia dicã, quàm q̃ aut ſcripta ſunt, aut conſequenter ſcribi potuerunt. Huius cõpoſita ſunt Attẽpero, quod eſt iuxta tempero ſeu cõcordo. Hiero. Prudẽs lector caue, ſemꝑ ſuꝑſtitioſam intelligentiam, vt non tuo ſenſu attẽperes ſcripturas, ſed ſcripturis iungas ſenſum tuũ. Obtẽpero, obedio.

Tempeſtas, modò ſignificat ipſum tempus. Salluſtius in Iugur. Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui & ignobiles. Modò tranquillum & ſerenum tempus. Vergilius,

Vnde hæc tam clara repente Tempeſtas?

Modò procellam. Pli. Hunc diẽ feſtũ tempeſtatibus leniendis ferunt inſtitutum. Idem Tempeſtates vocamus, in quibus grandines procellæ, cætera q́ ſimilia intelligunt, quæ quũ acciderint, vis maior adpellat.

Tempeſtiuus, a, um, opportunum, & quod ſuo tempore fit. Verg. lib. i. Georg. Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum. Hinc Tempeſtiuitas, pro opportunitate. Tempeſtiuè, opportune, & ſuo tempore. Quorum contraria ſunt Intempeſtiuus, & Intempeſtiue. Vnde Cicero nos admonet iraſcamur aduerſus eos qui nos intempeſtiue adeunt.

Tempeſtuoſum, procelloſum. Gellius, mare ſæuum ac tempeſtuoſum erat.

Tempeſtus, a, um, Tempeſtiuus, & Intempeſtus, pro intempeſtiuus. vnde nox intempeſta, quòd minime tẽpeſtiua ſit rebus agendis.

Templum. proprie locus vel in cœlo notatus ab augure: vel in terra, à tuendo, id eſt, conſpiciendo dictum, quod ex omni parte: vel ex quo omnis pars adſpici poſſit. Primò autem cœlum ipſum dictum eſt tẽplũ, quia ipſum primò tuemur. Ennius,

Contremuit templum magnum Iouis altitonantis.

Eius partes quatuor eſſe dicuntur, Siniſtra ab Oriente: dextra ab Occaſu: antica ad Meridiem, poſtica ad Septentrionem. In terris autem dictum eſt templum quod quibuſdam conceptis verbis ab augure finiebatur, vnde tueri quancunq; cœli partem cõmode poſſet. Hinc Contemplo, ſiue Contemplor, pro diligẽter intueor. In hoc templo per augures conſtituto ſenatuſcõſultũ fiebat, & niſi in eo fieret, non erat iuſtum. Ab hoc tẽplo non ſolũ ædes ſacræ, ſed & alia loca ſepta, & vnum tantum introitum habentia, dici templa cœpere. Quippe curia Hoſtilia tẽplũ erat, licet ſacra non eſſet. Item Tẽplũ vocatur tignum, quod in ædificio tranſuerſum ſupra canterios ponitur, vt inquit Feſtus. Vitr. lib. v. Et canterii prominẽtes ad extremam ſuggrundationem, ſupra canterios tẽpla. Item ſepulchrum dicitur Templũ. Verg. lib. ii.

Præterea fuit in tectis de marmore templum.

Coniugis antiqui. A' templũ fit aduerbiũ. Extẽplò.

Temporale, quod ad tempus durat. Opponitur enim æterno. Leo Pap. Intelligite dilectiſſimi quemadmodum ſit nouum ac vetus, temporale & æternum, corruptibile & incorruptibile, mortale & immortale paſcale myſterium. Interdum dicitur quod ad tempus fit. Vnde dicimus extemporalem orationem, impræ-

meditatam. Temporaliter, ad tempus. Extemporaliter, impræmeditatè. Suetonius de Tito: Latinæ Græcæq; linguæ, vel in orando, vel in fingendis poematibus facilis ad extemporalitatem uſq;.

Temporaneus, a, um, quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſubitò & in tempore fit. Hiero. in Deuter. Dabit pluuiam terræ veſtræ temporaneã & ſerotinam, vt colligatis frumentum. id eſt, ſecundum temporis exigentiam. Vnde Extemporaneũ, pro ſubitano ac impræmeditato. Contemporaneum, quod eſt eiuſdem temporis, & Græcè ſynchronium dicitur.

Temporarie, ſignificat ad tempus.

Temporarius, a, um, quod non eſt perpetuum: ſed ad tempus durans. vnde legimus, Scaurũ olim feciſſe in ædilitate theatrum temporarium. id eſt, tam diu duraturum, donec ſpectacula peragerentur. Plinius lib. xvi. Nec terræ tãtum natura circa has refert, aut perpetua cœli, verum & quædam temporaria uis imbrium. Temporarium etiam dicitur quod ad tempus pertinet. Vnde Extemporarium, pro ſubitario capitur. vt oratio extemporaria, id eſt, ſubitaria & impræmeditata.

Temporius, aduerbium deductum à tempori aduerbio, quod ſignificat opportunè, tempeſtiuè. Col. lib. ix. Eſca bis diuidenda, vt mane non protinus à cubili latius euagentur, & ante crepuſculum propter cibi ſpem, temporius ad officinam redeant. Ouid. lib. iiii. Metamor. Modò ſurgis Eoo

Temporius cœlo, modò ſerius incidis vndis.

Tempſa, fuit ciuitas Brutiorum.

Tempſis, cacumen eſt Tmoli montis. Ce.

Tempus, (vt Varro ſcribit) eſt interuallum mundi, & motus, diuiſum in partes aliquot, ab Solis & Lunæ curſu: à quorum tenore temperato Tempus dictum eſt. Tria verò ſunt tempora: præſens, præteritum, & futurum. Aliquando Tempus ponitur pro temporis conditione. Cicero, O mores, ô tempora. Et Tẽpus pars capitis eſt. Habet enim caput duo tempora, vnũ à dextra, alterum à ſiniſtra. ſic dicta, quia anni in eis cognoſcantur. Vergilius lib. v. Aeneidos,

Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.

Nam primò tempora caneſcunt, cauanturq; magna diuturnitate temporis. Colu. lib. vii. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, ſupercilia nonnunquàm caneſcere, & dentes prominere. Sciendum eſt quòd quum dicimus pro tempore aduerbialiter, ſignificat pro ratione temporis. Cum tempore, cum mora & ſpatio tẽporis. In tempore, opportunè. Ex tempore, ſubitò quaſi extra temporis commoditatẽ.

Tenacia, & Tenacitas, retentionem, & parſimoniã, & duritiam, perſeuerantiamq; ſignificat.

Tenaſmus, & Teneſmus, Græcè τεινεσμός, quum ſæpe quem eſt, ſed irrita deſidendi deiiciendiq; cupiditas, cum inflammatione ac tumore ſedis mucoſa & ſanguinolenta quædam egerentis.

Tenax, qui retinet, vt glutinum tenax. Aliquãdo dicitur parcus, auarusq;. Apuleius: Homo diues, ſed nimiũ tenax. Aliquando durus, conſtans, perſeuerans. Horat. Iuſtum & tenacem propoſiti virum.

Hinc Tenacior & Tenaciſſimus. Colu. lib. I. Poteſt etiam illiteratus dummodo tenaciſſimæ memoriæ, rem ſatis commode adminiſtrare. Huius compoſitũ eſt Pertinax, valde tenax.

Tendicula, læ, laqueus eſt quem auibus ſiue feris tendimus.

Tendo, dis, tetendi, tenſum, & tentum quaſi tenue do, Eſt enim Tendere, extendere, quod verò extenditur, attenuatur. Verg. Tendũt vela noti. Salluſtius, Manus ſupplices ad cœlum tendere. Hieron. ad Iulia. Et arbitraris ſine diu poſſe viuere, cuius vt ætas longa tendatur. Per tranſlationem ſumitur interdum pro inſidiari, quòd in hoc laqueos extendere ſolemus. Terent. in Phorm. Quia nec rete accipitri tenditur, nec miluo. Interdum pro conari. Vergilius,

Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos.

Interdum pro tentoria ponere & habitare. Valerius Maximus lib. ii. Ne quis eorũ intra caſtra tenderet. Verg. Hic Dolopũ manus, hic ſæuus tendebat Achilles. Extenduntur enim tentoria dum ponuntur. Interdum pro offerre, quòd protendendo manus fieri ſolet. Idem, Paruumq; patri tendebat Iulum. Interdum pro pergere, & nos ambulando iter videmur extendere. vt, Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium. Interdum pro ponere. Salluſtius, Interea Romæ multa ſimul molitur, conſuli inſidias tendere. Huius compoſita ſunt Attendo, Contendo, Circumtẽdo. Plin. Circuntendit retia, & omnes occupat ſaltus. Diſtendo, Extendo, extra ſeu vltra tendo. Lactantius lib. iiii. Extendit ergo in paſſione manus ſuas. Colu. lib. v. Quare quum ad ſummũ palum recta vitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur. Intendo, Obtendo, Oſtendo, Pertendo, Portendo, & Suſtendo, quod eſt decipiẽdi gratia ſubdo aliquid aut machinor. Salluſtius, Dum ſuſtendit inſidias militi.

Tendutes, dicebant veteres dentatos, & qui magnos habent dentes.

Tenebræ, pen. cor. priuatio lucis: quòd teneant, id eſt, impediant oculos & viſum prohibeant.

Tenebreſco, obſcurus fio. unde Auguſt. Aer contenebreſcat inquit. id eſt, tenebroſus fiat.

Tenebricor, pen. corr. tenebras facio. Auguſtinus Accedamus ad eũ, vt illuminemur. Non quo modo ad eum acceſſerunt Iudæi, vt tenebrarentur. Hinc Contenebro, & Obtenebro compoſita. Hieronymus in libro Numeri: At contenebrati aſcenderunt in verticem montis.

Tenebricoſus, a, um, quod tenebras inducit.

Tenebriones, mendaces, & doloſi, qui mendaciis, & aſtutiis ſuis quaſdam quaſi tenebras obiiciunt. Alii Tenebriones interpretantur lucifugos, quaſi in tenebris deliteſcentes. Afran. Si accuſator & reus, erunt tenebriones, vterq; vtrunq; vituperatur.

Tenebrones, à veteribus vocabatur nebulones. Varro: M. Cur. conſul in capitolio quum delectum haberet, nec citatus à tribunis quis reſpondiſſet, vendidit tenebronem. Cornucopiæ.

Tenebroſus, a, um, quod tenebris plenum eſt.

Tenedos, penul. correpta, inſula in mari Aegæo, inter

Mytilenem & Helleſpontum, contra Troiam propè Sigæum, ab oſtiis viginti paſſ. milibus diſtat. Abeſt à Leſbo.cvi.milia paſſ. Hæc prius Leucophrys adpellabatur, quam alii Calydnā dixerūt. In hāc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes, Cycni filius: conditaq; ex ſe vrbe Tenedon vocauit, à qua & inſula denominata eſt. Cicero: Tenem ipſum ex cuius nomine Tenedos nominatur. Hinc Tenedii, dicuntur eius incolæ.

Tenellus, a, um, diminutiuum vnde tenellam ætatem dicimus.

Teneo, nes, nui, tentum, adprehendo, detineo. Vergil. Nec te teneo, nec dicta refello. Per tranſlationem Tenere capitur pro habitare, poſſidere. Idem lib. iiii. Georgico. Quæ gurgitis huius ima tenens.
Aliquando pro conſtringere. Idem,
Texendæ ſepes etiam & pecus omne tenendum.
Aliquando pro tegere. Idem:
Et obducto late tenet omnia limo.
Aliquando pro dirigere. Idem:
Sed uos qui tandem quibus aut veniſtis ab oris.
Quò ue tenetis iter? Aliquando pro intelligere. Teren. Rem tenes. Aliquando pro morari. Verg. Hunc Phœniſſa tenet Dido. Aliquando pro implere perficere. Idem: Ni teneant curſus. Et Tenere, ſeruare, tueri. Cæſar Comment. iiii. Sabinus ideò omnibus rebus loco caſtris ſeſe tenebat. Idem eo abſente qui ſummam imperii teneret. id eſt haberet, adminiſtraret. Verg. Capitoliaq; alta tenebat. Id eſt, defendebat. Vnde ecōtrario victos, locò motos dicimus. Cice. Loco ille motus eſt. Item Teneri, eſt obligari. vt ſi quis furet rem ſacram de propbano, tenetur ne furti, an ſacrilegii? Item Tenere, eſt poſſidere. occupare. Salluſtius in Iugur. Fortè apud illum quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet potentiæ paucorum decus atq; libertatem ſuam gratificari. Huius compoſita ſunt Abſtineo, Attineo, Contineo, Detineo, Diſtineo. Obtineo, Pertineo, Retineo & Suſtineo, q habent ti, ſyllabam correptam.

Tener, ra, rum, quod eſt molle. Hinc Tenera ætas, pueriliſ. Transfertur & ad animū. Iuuenalis, Quum tener vxorem ducat ſpado. Item Tener, mitis dicitur q facile commiſeretur. Hinc teneritas & teneritudo, tenerè & teneriter aduerbia.

Teneraſco. tener fio miteſco, miſericordia ducor Lucil. li. i. Scilicet in tenero teneraſcere corpore mētes.

Teni tæ, credebantur eſſe ſortium Deæ, quòd tenendi poteſtatem haberent.

Tenontes, ſunt recti & valentes nerui, à rigore dicti, collum continentes, ſine quibus ſuſtinere caput non poſſent ceruicis vertebræ. Siquidem horū inter omnes flexus, alter ſemper intētus prolabi ſuperiora nō patitur. In ipſis quoq; pedibus neruum quendam latum, qui à poplite demiſſus procumbit in calcē, adpellant tenonta, vt inquit Iulius Pollux. Sed & neruos qui ex vtraq; ſtomachi parte ſunt, τένοντας uocant.

Tenor, accentus qui teneat, id eſt, dirigat ſermonem. Interdum dicitur ordo vel forma, continuatio. Val. Max. lib. i. Quo minus religionibus ſuus tenor ſuaq; obſeruatio redderetur.

Tenos, inſula vnā ex Cycladibus, in qua eſt oppidum eiuſdem nominis, quam propter aquarum abundātiā Ariſt. Hydruſam adpellatā dicit, alioq; ophiuſam.

Tentamentum, idem quod tentatio. Verg. lib. vii.
Nec prima per artem Tentamenta.

Tentigo, pen. prod. pruritus libidinis, quo virilia extenduntur. vt illud in Priapo,
Turpe quidem dictu, ſed ſi tentigine rumpar,
Falce mihi poſita fiet amica manus.

Tentipellium, genus calciamenti ferratum, quo pelles extenduntur.

Tento, as, quidam à tendo, quidam à teneo deducūt, tendo autem tentum. Vnde Tentigo, & Tentorium. Et ſic qui tentat, quaſi manum tendit, aut aliam corporis partem in id quod experiri vult & exquirere. Qui autem à teneo deriuant, hac ratione ducuntur, quòd Tētare experiri ſit, vel inquirere, & verbo vel re quaſi manu tenere. Col. lib. ix. Sæpius digitis loca fœminarum tentanda ſunt. Nam in promptu gerunt oua, qbus iam partus adpropinquat. Cic. in Parado. Tentare volui an ita dici poſſent, vt probarēt. Verg. Vix primi prælia tentant. Tentare igitur eſt rē nō intellectam atq; incertā adgredi, hoc eſt, experiri, vel diligenter inquirere. Tentare verò de pudicitiā, eſt quum id agitur vt aliquis fiat impudicus. Quum ergo vel à tendò, vel à teneo deriuatum ſit, Tento cōſtat ſimplici n, ſcribendum eſſe. Et ſic Tentatus, Tentatio. Cicero lib. i Offi. Tentata res eſt ab omni genere hominum. Verg lib. iiii.
Tentauit aditus & quæ molliſſima fandi Tēpora.

Tentorium, tabernaculum, quòd ibi vela aut aliquid velorum tenduntur, vel ipſa potius velamenta cōtra iniuriam cœli.

Tentum, accipitur pro membro virili. Catullus,
Grandia te medii tenta uorare uiri.

Tentyra, ciuitas inferioris Aegypti vnde & præfectura Tentyritica: vel (ut Plinius ait) inſula à Nilo circundata, in qua habitant homines qui crocodilos non timent.

Tentyri, ſiue tentyritæ, genus animalis ueneno ſi. Plin. lib. xxviii. In inſula Nili tentyri naſcentes tanto ſunt crocodilis terrori, vt vocem quoq; eorum fugiant.

Tenuiculus, diminutiuum à tenui. Cic. Pæto, Tenuiculo adparatu ſignificans Balbum fuiſſe contentum.

Tenuis, & hoc tenue, à teneo fieri uidet: quòd quæ tenuia ſunt facile teneantur. Eſt enim Tenue, exiguum paruum. Cicero in Horten. Fundum non modò mediocri pecunia, ſed etiam tenui percipere poſſumus. Colu. lib. ii. Quò tenue linum proueniat. Poteſt etiam & à tendo deduci: quoniam quæ extendūtur tenuia fiunt. Per tráſlationem nonnunquàm ponitur pro paupere, & tenuitas pro paupertate. Cicero Tyroni, Vt poſſum ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatem.

Tenuo. nuas, tenuem, ſubtilem. macrū, debilem facio, ſiue minuo. Vergil. lib. iiii. Georgic.
Ipſa autem macie tenuant armenta uolentes.
Compoſita ſunt Attenuo, & Extenuo.

Tenus,ni,laqueus. Seruius dici putat extremas partes arcus,vnde tractũ ſit,ut hactenus,hucuſq; ſignificet, quaſi uſq; ad finẽ. Apud Plautũ in Bac. Tenus magis pro laqueo accipi uidet,quàm pro arcu,quũ ait: Pendebit hodie ita pulchre intendit tenus.

Tenus,præpoſitio,ſignificat ꝓpinquitatẽ,& quod dicimus vſq; ad. Nam quod propinquũ eſt, quaſi tenere videt id cui eſt propinquũ. Quidam à tendẽdo, quòd hæc præpoſitio extenſionẽ quandã ſignificare videat,& ablatiuo deſeruit,ſemperq; in ſingulari poſtponitur ablatiuo: ut,hactenus, catenus,quatenus,verbotenus,oretenus, capulotenus. Aliquando etiã adcuſatiuo iungit. Flaccus in Argonau.

Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro.

In plurali ponitur etiam cum genitiuo. Vergil.

Crurum tenus à mento palearia pendent. Et Cumarum tenus,id eſt,uſq; ad Cumas. Curtius, Pauci hoſtium tenus exacti penetrauere ad portum. Horat. ſine caſu poſuit,tanquàm aduerbium: Eſt quoddam prodire tenus,ſi non datur vltra. Aliquando ſignificat non ultra:ut,Geſſit conſulatum titulotenus, id eſt,non ultra titulum.

Tepeſio,idem quod tepeſco. Ambroſius libro primo Officio. Quis neget verna temperie interiora terrarum tepeſieri, quos glacies hyberna conſtrinxerit. Fitq; à tepeſacio.

Tepeo,pes,pui,tepidus ſum. Cato de Re ruſtic. Lenibus lignis facito caleſcat: vbi temperate tepebit,tum cuminum indito. Hinc Tepeſco,tepidus fio. Leo papa: Feruor fidei non tepeſcat. Huius compoſitum eſt Intepeſco,quod eſt valde tepeſco. Columel. Nſic mitigato iam & intepeſcente frigore, largiſſimis oliuitatibus liberiq; vindemiis exuberent.

Tephrytes,gemma quæ nouæ Lunæ ſpeciem habet in cornua curuatæ nigri aut cinerei coloris. Ce.

Tepidarium,vas in quo aqua temperatur, ſiue cella in quam ex balneis exeuntes ingrediuntur.

Tepidus,pida,pidum, quod eſt medium inter calidũ & frigidum. Vnde interdum pro calido ponitur. Lucretius, Tepidusq; caminis. Interdum pro frigido,præſertim quando transfertur ad alia. Plautus, Hic homo factus eſt tepidior. id eſt, frigidior, ſegnior. Interdum pro inutili ſiue nocuo. Vergilius, Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ.

Hinc Subtepidus, aliquantum tepidus. Tepidulus, diminuti.

Tepor,& tepiditas,idem ſignificant. Colum. lib. ii. Si verò tepor cœli, ſiccitasq; regionis ſuadebit, Februario ſtatim proſcindendi ſunt.

Ter,aduerbiũ numerale,ſeu ordinale,ut bis, ter, quater. Hinc Tertius,tia,tium,à quo fiunt aduerbia Tertiò,et Tertium,& Ternarius,à,um,& Ternus,a,um. Cornucopiæ.

Terapne,Helenæ patria in Lacedæmone. Etiam inſula in mari Liguſtico,quam noſtri Corſicã uocant,quæ & Cyrnos dicta fuit. Hinc Terapneus,a,um. Ouid.

Rure Terapneo nata puella Phryge. Hanc dictionem alii cum adſpiratione ſcribunt, alii ſine p, Teranne,ſed male.

Terebinthus, arbor, nigrum lignum cum ſplendore præferens, habensq; ſoliditatem in buxi ſpeciem.

Vergilius libro decimo.

Incluſum buxo aut Erithia terebintho. Ex hac terebinthina reſina, quam nos trementinam adpellamus. Plinius, Terebentinam in faſtagine referuentis, hanc cæteris praeferuentes. Terebinthus maſcula & fœmina eſt. Maſcula,ſterilis, fœmina duplex eſt. Alteri rubet fructus magnitudine lentis: alteri fructus pallet,& cum vite matureſcit reſinoſus.

Terebra,ſiue terebrum,penulti.correp. inſtrumentum quo ligna perforantur: à tero. Eius diminutiuum eſt Terebellum.

Terebro,terebras,terendo perforo. Vergil.

Et terebrare cauas vteri & tentare latebras.

Huius cõpoſitũ eſt Exterebro, quod eſt extorqueo et ſcrutor. Plau. Exterebra prorſus atque excute.

Teredo,penulti.produ. vermis in ligno naſcens, à terendo dictus,uel à ſono qui eſt τερέδων. Eadem & tinea dicitur. Licet ſint qui diſtinguant,ut Teredines dicantur in mari, hoc eſt, in nauibus: Tineæ terreſtres ſint. Columella lib. quinto, Nam et teredinem formicamq; prohibet.

Terentius,poeta comicus,natione Afer. Ce.

Terentum,locus in campo Martio,quod in ara Ditis patris, in terra occultaretur. Erat hic locus Diti & Proſerpinæ ſacer, in quo omnium qui naſcerentur aut morerentur nomina ſcribi ſolebant, quoties ciuitas luſtrabatur. Martialis.

Bis mea Romano ſpectata eſt vita terento.

Et nihil extremos perdidit ante rogos.

Teres,teretis,penulti.correp. dicitur quicquid rotundum oblongumq; eſt, vt columna & arbor, quòd quaſi terendo ſit rotundum. Vergilius,

Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.

Teretrum,inſtrum̃ ferreum ad terendum lignum.

Tereus,rex Thracum, Martis ex Byſtonide Nympha filius. Ouid. lib. vi. Metamorph. Et genus à magno ducentem fortè gradiuo. lege fabulam.

Tergemini,dicuntur qui tres ex vno vtero, eodem die nati ſunt.

Tergeſte,oppidum ab Aquileia,ſtad. cẽtum octoginta diſtans,ut inquit Strabo. Hodie Trieſtum uocatur. Sed omnes mentiunt, nam τεργέστων λέγεται à Dionyſio Libyco, & Euſtachio, ſed inſcii tergeſtam vocant,quaſi ibi res ter geſta fuerit. Sed aliqui de talibus ſcribunt, qui forſan quandoque laudabuntur. Etiam Suidas: τεργεσταῖοι ἔθνος ὅθεν καὶ θηλυκῶς τεργέστη ὄνομα πόλεως πρὸς ἀκυλίαν. id eſt, Tegeſtæi nomen gentis & fœminine Tegeſte nomẽ vrbis verſus Acyliam.

Terginus,a,um,poſſeſſiuum à tergus, vt terginum lorum apud Plautum, quod ſignificat ſcuticam de tergore animalis.

Tergiuerſor, fallo,& dicta muto. Aliquando etiam contradico, quaſi terga verto. Nam uertere terga, fugere eſt, quod & Terga dare dicimus. Plautus, Quid expectas, quid tergiuerſaris? Proprie tamen Tergiuerſari, eſt eorum qui terga vertentes, adhuc tamen

pugnant,

pugnant, nec ſeſe uictos rationibus uolunt agnoſci. Cicero libro .iii. Tuſcul. Quid tergiuerſamur Epicure? nec fatemur eam non dicere uoluptatem, quam tu idem quũ os perfricuiſti ſoles dicere. Id eſt, diſſimulamus & ſubterfugimus. Antiqui Tergiuerſatorẽ dicebant bouinatorẽ. Iuriſconſulti accipiunt Tergiuerſari, pro in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere.

Tergo, gis, & Tergeo, ges, ſi, ſum, & ſecundũ antiquos tertum, ſignificat mundo, nitidum facio. Iuuenal.
Vaſa aſpera tergeat alter. Plaut. Ornantur, leuantur, tergentur, poliuntur. Huius compoſita ſunt Abſtergo, ſordes remoueo. Liuius libro primo, Inſpectũ vulnus abſterſo cruore, omnia ſalubria eſſe. Per tranſlationem ſignificat auſero. Cicero, Volo abſtergere animi tui metum. Attergo. Cice. In Verr. Quod ſanum denique, quod non auerſum neque atterſum reliqueris. Detergo, deorſum tergo, & ſordes auſero. Columel. lib. vii. Tum etiam ſpongia labra detergeri. Et lib. ii. Omnis humor Sole vẽto'ue deterſus eſt. Id eſt, ſiccatus. Extergo, perfectè tergo. Cato de Re ruſtic. Poſt diem omnino duodecimum pernas eximito, & ſalem omnem detergito, & ſuſpẽdito in ventum biduum, tertiò extergito.

Tergum, dorſum. Vergilius, Manibus poſt terga reuinctis. Ouidius libro primo Metamorpho.
Oſſaq́; poſt tergum magnæ iactata parentis.
Et non tantum animalium eſt, ſed etiam aquarum & aliarũ rerũ. Vñ à tergo, dicimus à parte poſteriore mẽbranæ, ſiue papyri aut alterius cuiuſq; rei. Iuue.
Scriptus & à tergo nec dum finitus Oreſtes.
Hinc Poſtergo, & Tergiuerſor. Aliqñ tamen Tergũ pro tergore ponitur. Vergilius,
Mercatiq́; ſolum facti de nomine byrſam,
Taurine quantum poſſent circundare tergo.
Item pro ſcuto: quoniam ſcuta pellibus tegi ſolent. Idem, Et tergo decutit haſtas. Et tam Tergus quàm Tergum à terendo dici videntur: quoniã vehendis oneribus teruntur.

Tergus, tergoris, corium. Vergilius,
Tergora diripiunt coſtis & viſcera nudant.

Terma, atis, extremum, terminus, finis, meta, planta pedis.

Termentarium, Varro vocat linteum, quo corpus tergitur: à terendo. Martialis,
Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi.

Termentum, apud Plautum pro detrimento. Cc.

Termes, ramus ex arbore decerptus cum fructu. Qui qñ in diuiſione agrorũ, antequàm metæ ponerentͬ figi ſolebat, termino nomen dedit. Et ꝓprie Termes (vt ait Porphyrio) eſt oliuæ: ſicut palmes uitis. Hora. Nunquàm fallentis termes oliuæ. Gellius Termitẽ palmæ ramũ, cum fructu auulſum dixit. Eſt & Termes vermiculi genus carnem exedens.

Termile, mons qui nunc Chimera dicitur in Lycia. Cornucopiæ.

Termillum, vaſis genus. Cornucopiæ.

Terminalia, Varro ideo adpellata eẽ exiſtimat, quòd is dies anni extremus erat conſtitutus. Ego potius à Termino Deo nomẽ ſumpſiſſe exiſtimo. Cc.

Terminalis lapis, dr̃ terminus ipſe lapideus. Cc.

Termino, as, finio. Lactan. lib. ii. Iam verò illa cõcluſio qua ſententiam terminauit Tullius, multò abſurdior. Huius cõpoſita ſunt Determino, quod eſt definio, delibero, & quaſi cogitationi terminũ impono. Idem libro quarto, Determinanda eſt nobis veritas breuiter, & in ſuo proprio domicilio collocanda. Diſtermino, diuido, diſſipo. Extermino, expello, & veluti extra terminos mitto.

Terminus, ꝓprie dicitur ſignũ, quod agrum ab agro diuidit. à terendo, quòd he partes maxime terãtur. Nã vtrinq; ab iis qui agrum ſuum colerent, fodiẽdo teritur. Hinc Terminus pro fine accipitur. Cicero, Quum nullum tot calamitatibus atq; ærumnis terminum inuenerimus. Et apud antiquos terminorũ Deus putabatͬ, in cuius tutela fines agrorum eſſe exiſtimabant, & in quo loco colebatur hic Deus, ibi ſuper eum foramen patebat in tecto, quòd nefas eſſe arbitrarentur terminum intra tectum cõſiſtere. Dialectici Terminum definiunt eſſe ſignum orationis conſtitutiuum. Huius compoſita ſunt Anterminus, quod eſt quaſi circunterminus, qui circa terminos prouinciæ manet. Conterminus, qui eſt vicinus & finitimus. Columella libro .i. Priuatos quoq; memoria tradidit & in regionibus Græciæ, & in hac ipſa Heſperia deteſtabiles fuiſſe vicinos, niſi aut olicus ille cuiquàm potuit tolerabilis eſſe cõterminus. aut auentini montis incola, palatinis ullum gaudium finitimis ſuis Cacus attulit.

Termonem, ueteres pro termino dixerunt Cc.

Tero, teris, triui, tritum, f.ico, tundo. Plautus in Aſina.
Numme illuc ducis ubi lapis lapidem terit? Plinius, Dẽin refrigeratum teritur in farinam. Terere iter, eſt iter agere. Vergilius,
Sepius è tectis penetralibus extulit oua
Anguſtum formica terens iter. Terere tempus, eſt conſumere: ſimiliter Terere ocium. Liuius libro primo, Quas in conuiuiis luxuq́; cum æqualibus uiderant tempus terentes. Idem in eodem: Regii quidam iuuenes, interdum ocium conuiuiis, comeſſationibusq́; inter ſe terebant. Huius compoſita ſunt Attero, quod eſt ad aliquid tero, frico. Plinius libro. ix. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis. Tibullus,
Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.
Aliquando ſignificat uehemẽter tero, frango, ad terram traho, aut valde rodo. Columella lib. ii.
Demergunt vngulas & atterunt ſcinduntq́; radices Herbarũ. Et lib. vi. Nã demiſſum ex eo palmitem germinantẽ inferior atteret & fructum. Vergilius,
Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.
id eſt, conſumpta vel attenuata. Et lib. i. Georg.
Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer.
id eſt, roſus. Salluſtius per tranſlationem dixit: Pòſt vbi eorum famam attriuerat, maiora alia impendebant. Id eſt, oppreſſerat. Contero totum ſimul tero, tundo, conſumo, frango. Plautus in Aſin. Vtinã mihi ſtimulus in manu ſit, qui latera conteram ſua. Lact. lib. iii. Qui quũ ætates ſuas, niſi ſtudio philoſophiæ

conterant. Colu. lib. viii. Remedio ſunt hyſſopum & ſal, æquis ponderibus contrita. Teren. in Hecy. Curſitando atq; ambulando totum hunc contriui diem. Detero, Diſtero, Extero, Intero, Intertero, Obtero, Protero, Pertero, valde tero. Columel. Per lineum fiſcum, quod pertriuerant, exprimunt. Retero, rurſus tero, purgo, excerno. Colu. lib. vii. Pura deinde frumenta, ſi in annos recondantur, reteri debent. Nam quãto ſunt expolitiora minus à curculionib⁹ exedũtur. Subtero, ſubtus tero. Plautus in Aſina. Eos aſinos prædicas vetulos, claudos, quibus ſubtritæ ad fœmina iam erant ungulæ. Semitero, quaſi medium tero. Columel. lib. vii. Huic autem nubilarium adplicari debet, maxime in Italia, propter inconſtantiam cœli, quo collata ſemitrita frumenta protegantur ſi ſubitaneus imber inceſſerit. Et omnia habent penultimam correptam.

Terpſicerotes, penul. produ. ductum nomen à modulatis, & quaſi ad lyram compoſitis cornibus.

Terpſichore penul. correp. fuit vna ex nouem Muſis. vide in dictione Muſa.

Terra, elementum per duplex rr, licet à tero, ris, deducatur: quòd ſcilicet teratur. Ab hac locus communis, qui circa oppidum colonis relinquitur, Territorium adpellatur. Et in ſingulari quidem Terra, totum elementum eſt. id eſt, ipſe orbis terræ. In plurali terras aliquas ſignificamus. Vergilius,

Multum ille & terris iactatus & alto. Ponitur tamen quandoq; Terra pro territorio, & pro prouincia ſeu regione. Cicer. Eorum qui in hac terra fuerũt, magnamq; Græciam, quæ tum florebat inſtitutis, & præceptis ſuis erudierunt. Vnde Conterraneus; qui ex eadem terra eſt. id eſt, prouincia. Quamuis hæc dictio apud neminem idoneum autorem, niſi apud Plinium legatur, & uno duntaxat loco, ubi Catullũ vocat conterraneum. Varro lib. i. de Re ruſtica, ſcribit terram tribus modis dici: communi, proprio, & miſto. Communi, ut quum dicimus, orbem terræ, & terram Italiam: quũ & lapis, & arena, & cætera eius generis ſint in nominando comprehenſa. Altero modo dicitur Terra ꝓprio nomine, quæ nullo alio uocabulo neq; cognomine adiecto adpellatur. Tertio modo dicitur Terra, quæ eſt miſta, in qua ſeri quid poteſt & naſci, ut argylloſa aut lapidoſa. Terra etiã vocatur veſta, eo quòd rebus omnibus ueſtiatur. ſeu quia vi ſua ſtat. Ouidius lib. vi. Faſto.

Stat ui terra ſua ui ſtando ueſta uocatur.

Dicitur & mater. Columella.

To penitus clatris eradere viſcera m̃ris Ne dubita.

Plinius libro. ii. Sequitur terra, cui uni rerum naturæ partium eximiæ, propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis. Nos naſcentes excipit, natos alit, ſemel editos ſuſtinet, & ſemper nouiſſime complexa gremio, iam ab reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens. Et paulò pòſt. Terra ſerpentem, homine percuſſo, amplius non recipit. Nicolaus Perottus edocet Terram unico r, ſcribi ſolere, & multi ex doctis id contendunt.

Terraceus, cea, ceum, quod ex terra eſt: ut, Domus terracea.

Terræmotus, dr̃ quum terræ incluſo ſpiritu contremiſcunt, magno ſæpe habitantium damno.

Terraneola, cum accentu in antepenul. auis alaudæ ſimilis: præter quàm quòd in capite apicem non habet ſicut alauda. Dicta Terraneola, quòd nõ in arboribus, ſed in terra uerſetur atq; nidificet.

Terrefacio, terrore adficio, à quo Terrificus, ca, cum, quod terrorem facit Compoſitum eſt Perterrefacio.

Terrenum, campus dicitur. Colu. lib. ii. Calidiſſimi ruſticarum rerum genera terreni tria eſſe dixerunt: cãpeſtre, collinum, mõtanum. Idem libro primo, Agrũ habebimus ſalubri cœlo, uberi gleba, parte campeſtri: parte alia collibus, uel ad Orientem, uel ad Meridiem molliter deuexis terrenisq; aliis, atque aliis ſylueſtribus & aſperis.

Terrenus, na, num, quod uel in terra natum eſt, uel in terra uiuit, uel aliquid cum terra commune habet, ut Terrenum animal. Et Terrenus, pro terreo. Columella. Area quoque ſi terrena erit, ut ſit ad tecturam ſatis habilis.

Terreo, res, rui, ritum, timorem alicui incutio. Hieron. ad Heliodorum, Nolo te antiquæ peregrinationis terreat difficultas. Huius compoſita Abſterreo, Conterreo. Columella in præfa. Qui tam uariæ tamq; vaſtæ ſcientiæ deſperatione conterriti, nollent experiri quod ſe adſequi poſſe diffident. Deterreo, Exterreo, Perterreo, eiuſdem ſignificationis.

Terreſtris, & hoc Terreſtre, idem quod terrenus, ut terreſtre animal.

Terreus, rea, reum, quod ex terra eſt, ut Vas terreũ. Colu. lib. i. Horreum camera contectũ, cuius ſolum terreum, priuſquàm conſternatur perfoſſum.

Terribile, formidabile, atq; horrendum.

Terricola, qui terram habitat.

Terricrepus, pa, pum, penultima correpta, terribiliter, ſeu cum terrore increpans Auguſtinus libro octauo Confeſſion. Quæ iſte ſenex ore terricrepo tot annos defenſitauerat.

Terriculamenta, terrores ſunt & formidamina.

Terrigena. penul. correp qui ex terra natus eſt.

Terripauium, deinde Terripudium, & tandem Tripudium dictum eſt. Ce.

Territo, tas, penul. corr. frequentatiuum. Terentius in Andr. Dii te eradicent, ita me miſeram territas.

Territorium, eſt (vt inquit Pomponius) uniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis. Quod ab eo dictum eſt, quòd maxime teratur. Vel quòd magiſtratus eius loci intra omnes fines terẽdi, id eſt, ſummouendi ius habeat.

Terror, timoris incuſſio. Cicer. lib. iiii. Tuſcula. Quæ autẽ ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic definiũt. Pigritiam metũ cõſequẽtis laboris, terrorẽ metũ concutientẽ. Ex quo fit, ut pudorẽ rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Seruius inter Terrorẽ & metum ſic diſtinguit, quòd Terror proprie ſit, qui aliis infertur, unde & Terribilis dicitur: metus quem habent timentes. Licet aliquàdo terror pro metu ponatur. Vergilius,

Quòd ſi tantus habet mentes & pectora terror.

Terta galea, id eſt, deterſa. Varro, Terta nitet galea. Cornucopie.

Tertiata uerba, adpellant imperfecta, lapſantia, & cū pauore nutabunda: quando qs exanimatus non pfert uerba integra, ſed vix tertia quæq; enunciat, mediis ex perturbatione ſuppreſſis. Apuleius libro. v. Tremens & exangui colore lurida, tertiata verba ſubſtrepens, ſic ad illas ait.

Tertio, tias, quaſi tertiatim facio, ſiue diuido. Columella libro ſecūdo, Sed iugerum talis ager quatuor operis expeditur. Nam commode proſcinditur duabus, una iteratur, tertiatur dodrante, in liram redigitur quadrante opere.

Tertullianus, nomen autoris, de quo ſic Auguſtinus inquit. Cuius multa leguntur opuſcula eloquentiſſime ſcripta. Hic (ſicut ſcripta eius indicant) animam dicit immortalem quidem, ſed eam effigiatā corpus eſſe contendit: neq; hanc tantum, ſed ipſum etiā Deū corporeum eſſe dicit, licet non effigiatum. Nec tamē hinc hæreticus creditur eſſe factus.

Teruncius, numus perexiguus, à tribus unciis.

Teſqua, loca augurio deſignata. Cicero aſpera ait eſſe, & difficilia. Feſt.

Teſſaradecas, dis, quaterdena dr, à teſſara quatuor, & decas decem. Quidam interponunt ſyllabam Teſſaraſedecas dicentes.

Teſſella, & Teſſerula, diminutiua ſunt à teſſera.

Teſſellatus, ta, tum, quod teſſellis, id eſt, paruis quadratis lapillis intextum eſt, ut Pauimentum teſſellatum, à teſſeris, quarū forma quadrata eſt. Suetonius de Cæſare: Munditiarum lautitiarumq; ſtudioſiſſimum multi prodiderunt: quamuis tenuem adhuc & obæratum in expeditionibus teſſellata & ſectilia pauimenta circumtuliſſe. Vitruuius libro ſeptimo meminit pauimentorum teſſellatorū atq; ſectilū, ſcribitq; pauimēta ſectilia & teſſeris ſtructa, oēs angulos æquales habere debere: & ſectilia: quoniā in particulas ſecta ſunt, ut quocūq; uelis poſſint circūferri. Erant & Teſſellatæ quædam tunicæ. Plinius libro xxxv. Zeuſis aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentabat.

Teſſera, Latinè quatuor dicitur. Vnde & id dicitur, quod omni ex parte quadratum eſt. Teſſeræ etiam dicuntur, quibus in tabula luſoria ludit. Sunt enim quadratæ, & puncta habent. Et quum iaciuntur, in quancunq; partem incubuerint, immotam habent ſtabilitatem, τέσσαρα, id eſt, quatuor. Cicero in Catone, Nobis ſenibus ex luſionibus multis, talos relinquant & teſſeras. Hæ alio nomine quadrātalia dicūtur: Græcè cubi, ut Gelli. & Macrob. ſcribunt. Inde cubicum corpus Talus, eſt quatuor laterum, & conuexus ad ſimilitudinem tali, qui eſt os in articulo pedis, ventre prominens, cōcaua uertebra ligatus, quadratus forma, altera parte concauus, altera ferè planus. Eſtq; in poſteriori ſuffragine dūtaxat, nūquàm in prioribus pedibus. Nec eſt homini, aut aliis animalibus habentibus digitos, nec ſolidas habentibus vngulas, ſed tantum biſulcis. Ex iactu talorum uaria puncta fiebant. Nam latus, quo vnitas ſignificabat, Canis ſiue Canicula adpellat: in quē, conuerſo talo, deponebatur ab eo qui iactauerat numus unus ſine aliquo lucro. Idcirco Canis damnoſa uocat. Ouid.

Quid valeant tali, quò poſſis plurima iactu
Figere, damnoſos effugiasq; canes.

Eius oppoſitum Venus dicit, ſeu cous: ſignificans ſeptenariū numerum. Et is qui talorum iactu hunc numerū reddidiſſet, ſex lucri faciebat: præterea quicquid eſſet caniculæ iactu raſum. Alia duo latera, Chius & Senio dicuntur: ternarium ille, hic quaternarium ſignificans. Nam binarius & quinarius numerus in talis non erat. Chius tres numos lucrabatur, Senio quatuor: ideo dexter, hoc eſt, felix & propitius dicebatur. Perſius: Quid dexter ſenio ferret Scire erat in uoto. Sueto. de Auguſto: Talis iactatis, ut quiſq; canem aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios conferebat in medium: quos tollebat vniuerſos qui Venerem iecerat. Aliæ quoque in hoc ludi genere differentiæ fuere. Nam & Voltorios habebant, & Herculem baſilicum. Plautus, Talos poſcit ſibi in manum, prouocat me in aleam, iacit Voltorios quatuor: Talos arripio, Herculem iacto baſilicum. Talus, Græcè aſtragalus: à quo aſtragalizo, talis ludo. Calculus eſt is, quem latronem & latrunculum antiqui adpellarunt: iuniores uerò ſcacum vocitant. Martialis,

Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto,
Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

Et iterū

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum,
Iſte tibi geminus miles & hoſtis erit.

Eſt item Teſſera ſignum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur, ſcilicet propter confuſionē: quod et ſymbolum dicitur, ut in bello Marii, Burdeus: In Syllæ, Apollo Delphicus: In Cæſaris, Venus genitrix. Vergilius libro ſeptimo. It bello teſſera ſignū. Liuius libro ſeptimo. Cæteris omnibus teſſeram dari iubet. Item Teſſera, eſt belli et pacis futuræ ſignum. Pomponius: Q. Mutius miſſus ad Carthaginenſes legatus, quum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli: arbitrio ſibi dato vtram vellet deferre, utranq; ſuſtulit, et ait: Carthaginenſes petere debere, vtram mallent accipere. Ponitur nonnunquàm pro ſigno frumentario, quo exhibito, vnuſquiſque frumentum pro portione accipiebat à principe: ſicut ex more vetuſto in patria noſtra fieri ſolitum eſt ab his, qui pauperum curam habent. Nam erogantur ſigna quædam plumbea: quibus exhibitis, ſigillatim accipiunt certam menſuram farinæ, vel panis, vini ue. Suetonius in Auguſto: Ac ne plebs frumentationum cauſſa, frequentius à negociis auocaretur, ter in annum quaternorum menſium teſſeras dare deſtinauit. Iuuenalis,

Simula ne pereat qua uilis teſſara uenit Frumēti.

Hæc Teſſera etiam frumentatio dicitur: præſertim quum frumentum erogatur. Sic etiam dicunt Teſſeræ numariæ: quibus exhibitis, ſumma numū præſcripta repenſari ſolet. Præterea Teſſera ſeu Teſſella, calamus eſt qui inſeritur ramo: quod verò in terra

ſtritur, talea vocatur. Plin. Quidã huic generi miſcuere fiſſuram in viribus, exempta cortice teſſella, ſurculo à latere plano adigendo. Item Teſſera, eſt lignum vtrinq; complanatum, in quo numeri deſcribuntur, quod & talea dicitur. Plautus: Suam vterq; teſſeram habet, ratio conſtat. Hoc & Teſſerula dicitur. Plini. Frumenti rationẽ teſſerulis oſtendebat. Et Teſſeræ, ſeu Teſſerulæ, lapilli ſunt, ad cõficienda ſternendaq; pauimenta. Cicero libro tertio de Oratore, Quæ lepidæ lexes ſyntheſis compoſitæ, & teſſerulæ omnes, arte pauimento, atq; emblemate vermiculato. Item teſſera, figura Geometrica, quæ cubus vocatur, cuius meminit Macrobius libro primo de Somnio Scipionis: Eſt & in Arithmetica numerus octonarius. Vnde Martianus in Arithmetica. Si teſſera teſſeram metitur.

Teſſerarius, qui teſſeram, id eſt, præceptum ducis, per contubernia militum nunciat.

Teſſerarius, a, um, quod ad teſſeras pertinet, vt, Ludus teſſerarius.

Teſſereſkedecatitæ, populi hinc adpellati ſunt, quòd nonniſi quartadecima Luna menſe Martio paſcha celebrabant.

Teſſo, ſis, ſi, ſum, id eſt, ſpolio, nudo. Plaut. in Amphit. Illic homo vult me de vno pallio deteſſere. Verg. Dum teſſit Imaona Haleſus. Vbi alii texit legunt. Aeneid. decimo:

Teſta, fruſtum uaſis fictilis, & cuiuſq; lateris. Plin. lib. xxxv. Si & teſtæ tuſæ tertia pars addatur, melior materia erit. Vnde & pro calculis ponitur: quos Græci oſtracos dicunt. Teſta quoq; dicitur vas figulinum in igne decoctum, quaſi toſta, quòd è molli creta fabrefacta torreatur, deinde coquatur. Tibullus:

Pax aluit uites, & ſuccos condidit uuæ,
Funderet vt nato teſta paterna merum.

Varro de lingua Latina, Teſtu indeclinabile pro Teſta poſuit. A' teſta, fit Teſtaceus, cea, ceum quod ex teſta eſt. Plinius: Inſectorum omnium, & quibus teſtacea operimenta, oculi mouentur. Item Teſtæ intelliguntur omnes piſces, qui duriori cortice teguntur.

Horatius in Sermonibus,

Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.

Teſteus, a, um, idẽ quod teſtaceus, vt apud Hieremiã prophetam. Vade & accipe lagunculam teſteam à ſenioribus populi.

Teſtamentarius, ria, rium, quod ad teſtamentum pertinet. Vnde Teſtamentariæ tabellæ, & Teſtamentaria lex, quæ Cornelia dicitur, quæ irrogat pœnam ei, qui teſtamentum vel aliud inſtrumentum ſignauerit, ſcripſerit recitauerit.

Teſtamentarius, qui teſtamenta falſa conficit. Cicero lib. li. Offi. Non de ſicariis, veneficis teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt.

Teſtamentum, dictum eſt, quòd ſit voluntatis noſtræ quaſi teſtimonium. Vnde & vltima voluntas adpellatur. Vlpianus, Teſtamentum, eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod poſt mortem fieri voluerimus. Et proprie quod perfectum eſt, Teſtamentum dicitur. Sed abuſiue quoq; Teſtamenta uocamus ea, quæ falſa, vel iniuſta, vel irrita, vel rupta, itemq; imperfecta ſunt. In ſacris quoq; literis, omne pactum et placitum Teſtamentum dicitur: vt in Pſalmo, Aduerſum te teſtamentum diſpoſuerũt. Sic Laban & Iacob Teſtamentum fecerunt, quòd vtiq; & inter uiuos ualeret. Teſtamentum, vocant prophetæ legem, quæ Iudæis data erat, q2 niſi teſtator mortuus fuerit, nec cõfirmari teſtamentum poteſt, nec ſciri quid in eo ſcriptum ſit, quia clauſum & obſignatum eſt. Itaq; niſi Chriſtus mortem ſuſcepiſſet, aperiri teſtamentum, id eſt, reuelari, & intelligi myſteriũ Dei non potuiſſet, Verũ ſcriptura omnis in duo Teſtamẽta diuiſa eſt. Illud quod aduentum domini paſſionemq; anteceſſit, id eſt, lex & prophetæ, vetus dicitur. Ea uero quæ poſt reſurrectionem eius ſcripta ſunt, nouũ teſtamẽtum nominatur. Iudæi veteri vtuntur, nos, nouo, ſed tamen diuiſa non ſunt, quia nouum veteris adimpletio. Et in vtroq; idem teſtator Chriſtus eſt, qui pro nobis morte ſuſcepta nos hæredes æterni regni fecit abdicato & exhæredato populo Iudæorum.

Teſtatim, aduerbium, ſignificat comminutim.

Teſtatio, & Teſtimonium, proprie ſunt teſtium dicta.

Teſtator, qui teſtamentum facit, vt eſt apud Apoſtolum, Vbi teſtamentum, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.

Teſtatus, qui teſtamentum condidit, cuius contrariũ eſt Inteſtatus, qui teſtamentum non condidit. Vnde & ab inteſtato dicimus aliquem diem obiiſſe. Et in ſignificatione paſſiua Teſtatus dicit, apertus, vulgatus, ab omnibus conditus: quòd id quaſi omnes teſtent. Cic. Curioni: Aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam quod ſenſerim. Hinc Teſtatior, Teſtatiſſimus. Hircius, Qua notior teſtatiorq; virtus eſſet.

Teſteus, a, um, idem quod teſtaceus, vt apud Hieremiã prophetam. Vade & accipe lagunculam teſteam à ſenioribus populi.

Teſticulor, quod & Teſtillor, dicit ſignificat iumẽtis maribus fœminas, vel fœminis maris admoueo.

Teſtificor, teſtimoniũ dico, vt eſt illud, Qui teſtificatus eſt de filio ſuo.

Teſtimonium quod & Teſtatio dicit, teſtium ſunt dicta. Quanquàm Teſtimonium ad abſentes proprie referat. Vnde Calliſtratus li. xxii. de probationibus & præſumptionibus inquit: Itẽ diuus Adrianus Ruſino proconſuli Macedoniæ reſcripſit, teſtibus ſe, nõ teſtimoniis crediturũ. Et pauiò pòſt Gabino in hæc verba reſcripſit. Alia eſt autoritas præſentium teſtiũ alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent.

Teſtis, generis communis, qui teſtimoniũ profert, ab eo dictus, quòd tueat ſtatum cauſſæ, vel quòd ante ſtet, quaſi anteſtis. id eſt, anteſtans. Hieronymus ad Euſtochium, neutro genere iunxit, quum inquit: Nec uerò inanis ſopor, aut vana ſomnia, quibus deludimur. Teſte eſt tribunal illud ante quod iacui: iudiciũ teſte eſt quod timui. Teſtis verò pro teſticulo maſculini generis eſt: dictus, qđ virilitatis teſtis ſit. Verg. Magnis teſtibus iſta Res agitur. Conteſtes, qui idẽ teſtificantur.

Teſtiuſſicium, uide in dictione Licia.

Teſtor, ſtaris, teſtimoniũ dico. Verg. Teſtor in occaſu veſtro. Aliqñ teſtem facio, vel in teſtimonium adduco, & alterius implorato teſtimonio adſero. Vergil. Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum. Teſtor numen ait. Interdum Teſtari, eſt precari: qa præcando ſolemus numina adhibere. Plautus, Ipſus tete per ſuperos omnes teſtatur. Et Teſtari, Teſtamẽtum facere. hoc eſt, voluntatem ſupremam teſtificari: quia in eo teſtatus eſt quid velit. Vnde Apoſtolus, Teſtamentum in morte confirmatum eſt, alio qui nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt. Sciendum quòd à Teſtor, quando ſignificat teſtimonium, fit Teſtificor, quando uerò ſignificat teſtamẽtum condo, fit Teſtator, & Teſtatrix. Quando ſignificat precor, fit ab eo Obteſtor & Deteſtor. Huius verbi compoſita ſunt Atteſtor, quod eſt, teſtimonium adduco, confirmo. Vnde Atteſtata fulgura dicta ſunt, quæ iterato fiebant, videlicet ſignificationem priorum atteſtantia. Plaut. in Perſa, Non'ne atteſtaris? Tua ne ego cauſſa carnifex cuiquàm mortali, liberò aures atteram? Conteſtor, teſtem facio, teſtem inuoco, vel teſtificando certifico. Cicero pro L. Flacco, O nox illa, quæ penè æternas huic vrbi tenebras attuliſti, quum Galli ad bellum, Catilina ad vrbem coniurati ad ferrum & flãmam vocabãtur, quum ego te Flacce, cœlum terramq́; cõteſtans. Idem Appio Pulegio, De me tibi ſic, conteſtans omneis Deos, promitto ac confirmo. Aliquando Conteſtari, eſt contrà teſtari. Lactantius lib. vii. Sacris literis conteſtantibus, non reſurrecturos eſſe impios in iudiciũ. Et ratione præpoſitionis con, poteſt ſignificare ſimul teſtari, ſicut & Cõteſtes. Conteſtari litem quid ſit, uide in ordine literarum. Deteſtor. Obteſtor, uehementer precor. Proteſtor, quod eſt, cauenda, & quæ fieri non debere manifeſte denuncio.

Teſtuaceum, qđ in teſtu calido coquebaſ. Cõdimentum ex variis eſculentis, à teſtu, ſub quo calido coquitur, vt inquit Var.

Teſtudinatum tectum, quod eſt deuexum in quatuor partes, ſicut pectinatum in duas. Victr. lib. ii. Tecta recidentes ad extremos tranſtra traiiciunt, gradatim contrahentes, & ita ex quatuor partibus ad altitudinem educunt medio metas, quas luto & fronde tegẽtes, efficiunt teſtudinata tecta.

Teſtudo, animal quod tarde graditur, & phthyſicis, lienoſis caducisq́; opitulatur. Dicta teſtudo (Varrone teſte) quòd teſta tegatur. Earum genera ſunt marinæ, paluſtres, terreſtres, & lutariæ: quæ in dulci aqua diuerſantur. Terreſtres limacas, à limo dicimus. Teſtudo etiam dicitur materia tabulatis cõtexta, & coriis cilicinis, aut centonibus, & aliis quæ difficulter comburi poſſunt, cõtecta. Hæc intrinſecus habet trabem, quæ vnco præfigebatur ferreo, & falx vocabaſ, ab eo quòd incuruata eſſet, & de muro extraheret lapides. Retro enim ducebatur trabs funiculis ſuſpenſa, ut reducta impetuoſius feriret. Ideoq́; & Teſtudo dicta à ſimilitudine reptilis, quòd caput nunc exerat, nunc reducat. Silius,

Tandem condenſis arcte teſtudinis armis.
Subducto Pœni vallo, cæcaq́; latebra,
Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus vrbem.

Hoc etiam inſtrumentum arietem adpellant: ab eo quòd aries fronte, id eſt, capite pugnat. Rurſus Teſtudines dicuntur loca in ædificiis camerata, ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum, quæ duris tergoribus ſunt & incuruis. Quæ ideo in templis ſic fiunt, vt ſimulachri imago cœli reddat imaginem: quod conſtat eſſe conuexum. Vergilius,

Tum foribus diuæ media teſtudine templi.

Hinc & ſcuta dicuntur Teſtudines, quæ ſint in teſtudinũ modũ curuata. Nam in armorum generibus milites plerũq; ſumſit ab animalibus nomina. Item Teſtudo lyra dr: qm̃ Mercurius citharam de teſtudine ſicca meditatus eſt. vt Higinius refert. Horatius,

O decus Phœbi & dapibus ſupremi
Grata teſtudo Iouis, ò laborum Dulce lenimen.

Teſtus, ſtus, tegmen teſtaceũ, ſub quo placentæ & alia coquuntur. Cato: In foco calido ſub teſtu coquito leniter. Dicitur & Teſtum, ſiue Teſtus, ſti. Plinius libro trigeſimoſecundo. Sub æreo teſto. Hoc Græci vocãt clybanum. Vnde panis teſtuaceus dicitur apud nos, quem illi clybanitin.

Tetanici, à tetano morbo dicti ſunt, quũ muſculi qui ſecundum ſpinam ſunt, rigent ita, ut ſe inflectere non poſſint. Id quum anterior pars afficitur, vt ſi mentũ pectori adnectitur, emproſthotonus: quum poſterior, opiſthotonus, vt ſi caput ſcapulis. Quum uerò ambæ rigent ex æquo, Tetanos uocatur, ut ſi ceruix recta & immobilis intenditur: etiam ſi (vt ait Celſus) quidam minus ſubtiliter & diſcrete his nominibus vtuntur.

Tetanothra, eiuſdem formæ ſunt cuius & pſillothra. Sed pſillothris ad pilos vellendos, tetanothris ad erugandam extendendamq́; in facie cutem vtimur.

Teter, tra, trum, dicitur quod eſt malum, fœdum, pollutum, crudele, & inſuaue: tum ad mentem pertinẽs, tum ad cæteros ſenſus: ut, Tetra belua, Teterrimus hoſtis, Teterrimum facinus, Teterrima mens. Item Tetro aſpectu, Tetra uoce, Tetro tactu, Inde Tetrior comparatiuum.

Tethiopobatæ, (teſte Herodoto) ſunt populi in Lybia.

Tethys, tethys, & tethyos. Cœli & Veſtæ filia, coniunx Neptuni, & Nympharum mater, ut inquit Saluſtius. at Ouidius libro quarto Faſtorum, videtur ſentire illam fuiſſe Titani filiam: qui fuit Saturni frater, natu maior. Ait enim:

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn.

Vnde & Oceani vxorẽ illã fuiſſe conſtat: quæ qñq; pro mari ponitur. Tethys autẽ maior filia fuit cœli & terræ. Heſiodus in Theogonia: τηθύν τ' ἐρατεινήν Τοὺς δὲ μεθ' ὁπλότατος γένετο κρόνος ἀγκυλομήτης Δεινότατος παίδων. Thetis uerò, uide ſuo loco.

Tetra, Græcè, Latinè quatuor, à qua dictione multa componuntur.

Tetrachordium, cithara cum quatuor chordis.

Tetracolon, quadrimembris ſententia.

Tetradoron, quatuor palmarum, δῶρον enim palmus. Plinius libro xxxv. Græci antiqui dorum palmam uocabant.

Tetraganthium, aranei ſiue phalangi genus. Cc.

Tetragnathii, ſunt ſcorpiones, à maxillarum numero ita dicti: quas Græci gnathos dicunt. Horum meminit Plin. libro decimo.

Tetragoniſmus, quadratio.

Tetragonus, pen. cor. quadrus, quadrangularis.

Tetragrammaton, quatuor literarum. Gramma enim litera dicitur.

Tetralidos, formula incenſi, quæ fit ex quatuor pigmẽtis. Tetra quatuor, idos formula.

Tetrametrum, penultima correpta, metrum quatuor pedum.

Tetraones, inter genera anſerũ Plinius libro decimo enumerat.

Tetrapharmacum, cibi genus; qđ ex quatuor precioſis opſoniis conſtabat: ſcilicet phaſiano, ſumine, perna, & cruſtulo.

Tetraplaſius, quadruplus.

Tetrapolis, dicta eſt Antiochia regio cognominata, vt inqt Strabo: in qua ſunt quatuor inſignia oppida.

Tetraptota, quatuor caſuum varietas.

Tetrarcha, qui quartam regni partem detinet. Græcè τετράρχης.

Tetraſtichia, ordo ex quatuor.

Tetraſyllabum, quatuor ſyllabarũ, ut imperator.

Tetrici, penultima correpta, homines triſtes ac ſeueri, à Sabinorum mõte tetrico dicti, qui aſperrimus eſt. Vergilius libro decimo.

Qui tetricæ horrentis rupes montemq́ ſeuerum.

Tetrinnare propriũ eſt anatũ natantium, ut illud.

In fluuiisq́ natans fortè tetrinnat anas.

Tetro, tras, fœdo, ſeu horridũ obſcurum'ue facio. Pacuuius, Beluarum ac ferarum aduentus loca tetret.

Tettigometra, dicitur cicadarum mater. Sunt enim Tettigometræ, cicadæ minores, τέττιξ Græcè, cicada, & μήτηρ mater. Cornucopiæ.

Tettius Caballus, uiri proprium, qui ſub Veſpaſiano & filiis claruit & propter ſcurrilitatem, à calcitratu, Caballi nomen adeptus eſt. Cc.

Teucer, qui & teucrus, nomen propriũ Troianorum regis. Quo etiã noĩe dictus eſt Telamonis filius.

Teucer, cra, crum, idem quod Troianus, ut eſt apud Vergil.

Teuchos, τεῦχος, τοσ, Latinè vas, inſtrumentum, volumen, hinc Pentateuchus.

Teutamedus, nomen patris Pelagi, vt inquit Homerus libro ſecundo Iliados.

Teumeſus, Bœotiæ exiguus mons. Hinc Teumeſius leo: quem Hercules adhuc penè puer occidit, eiq́ pellem detraxit, qua ſemper poſtea pro pallio vſus eſt. Cornucopiæ.

Teurion, herba eſt quæ & tripolion, à Lat. ſaliunca dicitur.

Teuta, regina Illyricorum: quæ ob caſtitatis meritum meruit, ut longo tempore viris fortiſſimis imperaret, & Romanos ſæpe frangeret.

Teutates, penul. produ. lingua Gallica dictus eſt Mercurius: qui ab illis humano ſanguine placabatũ. Hũc Plato inuentorem fuiſſe Geometriæ & Aſtronomiæ atq; talorum ſcribit. Lucanus lib. i.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro

Teutates, horrensq́ feris altaribus Heſus. Lactantius li. vii. Galli Heſum atq; Teutaten humano cruore placabant Deos: qui ſanè feralis ritus diu ſimiliter apud Italos ſtetit, qui Latialem Iouem & Saturnum humana placabant hoſtia.

Teutones, populi ſunt quos Alemanos uocant. Sic dicti à teutone eorum Deo, quem terra ortum exiſtimabant. Cornucopiæ.

Teutrania, (vt inquit Plinius libro. v.) Troadis pars eſt in Mediterraneo.

Texitechnos, dicitur labefactor ſuæ artis, ἀπὸ τοῦ τήκειν τὴν τέχνην. Hoc idem ſignificat & Cacizotechnos, ἀπὸ τοῦ κακίζειν τὴν τέχνην, quod eſt improbare artem ſuam.

Texo, xis, xui, xtum, proprie tela ſtruo. Teren. in Heauton. Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Per tranſlationem Texere ponitur pro componere, facere, fabricare, ſcribere, colligere: ut hiſtoriã, tabellas, & huiuſmodi. Hierony. in prologo libri Regum. Quanquàm diuerſo ſcribantur metro, tamen eiuſdẽ numeri texuntur alphabeto. id eſt, componũtur vel colligantur. Aliquando pro ornare, proferre, vt neglectum crinem more texere, & alia huiuſmodi. Huius compoſita ſunt Attexo, quod eſt adpono. Auguſtinus libro decimoquinto de Ciuita. Nam omnia quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt: ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiã quæ nihil ſignificant attexuntur. Contexo, compono, coniungo. Vergilius libro ſecũdo Aeneid. Quũ iam hic trabibus contextus acernis Staret equus. Detexo, quod textum erat deſtruo. Interdum etiam ſignificat ualde texo, finio, perficio. Vergilius, Viminibus molliq́ paras detexere iunco. Nam de, non minuentis eſt, ſed augentis, inquit Seruius. Intexo, intus texo, innecto, inuoluo. Verg. lib. iii. Georg. Vtq́ Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. id eſt, intus texti. Et libro. ii. Illa tibi lætis intexit vitibus vlmos. id eſt, innectit. Prætexo, ante texo. Retexo, & Subtexo, quod eſt iuxta ſeu ſubtus texo. Plinius lib. x. Quapropter ut ingeniorum prædictorum, ita & reliqua ſubtexet diſſertatio.

Textilis, & hoc textile, penultima correpta, quod texendo factum eſt: ut, Textilis corona, & Textilis veſtis: ante cuius ipſum fuit nexilis ueſtitus, ut docet Lucretius, quum ait,

Nexilis antè fuit ueſtis quàm textile tegmen.

Aegyptii primi inuenerunt textilia.

Textim, aduerbium. Id eſt, texendo.

Textor, & textrix, qui uel quæ texit.

Textricula, diminutiuum eſt à textrix.

Textrina, penul. produ. locus in quo texitur: quod & textrinum dicitur. Vnde Cicero accuſat Verrem, quòd nulla domus in Sicilia locuples fuerit, ubi ille nõ textrinũ inſtitueit. Interdũ etiam textrina, dicit

ars ſeu ſcientia texēdi Plin.lib.xi. Quàm nō ad hoc videtur pertinere crebra tapexitas telæ, & quædam politura artis, ipſa per ſe tenax ratio textrinæ.

Textura, opus ſiue actus ipſe textoris vel textricis.

T ANTE H.

THalamegos, penulti. produ. θαλαμηγὸς, nauis genus. Athenæus: Aedificauit Ptolemæus Philopater nauem etiam fluuialem, quæ thalamegos vocabatur. Longitudo eius ſemiſtadium: latitudo quæ eſſet ampliſſima, triginta cubitis: altitudo cū ſuggeſtu tabernaculi, paulò minor quadraginta cubitis, Figura eius, neq; longis nauibus neq; rotundis adſimilis. Hæc nauis aliis nominibus dr̄ nauithalamus, nauis cubiculata, & bucentaurus, & thalamiphora.

Thalamus, penul. correp. ec̄ tugis vtriuſq; cubiculum. Hinc Epithalamium, carmen nuptiale.

Thalaſſicus color, qui ſimilis eſt fluctibus marinis: Græci enim thalaſſam mare dicunt. Plau. Neſcio qs tecum incedit ornatu quidem thalaſſico.

Thalaſſio, carmen nuptiale, ita dictum à voce quā in nuptiis adferebant, quæ erat Thalaſſius. Lege Liuium. Varro ſcribit, Thalaſſionem in nuptiis ſignū eſſe lanificii. Thalaſſionem enim vocabant quaſillum, uas lanificiis aptum. Plutarchus verò hanc in nuptiis uocem primò habitam fuiſſe adfirmat, quòd Græci Thalaſſion lanificium vocant, ea ratione, vt prouocarentur virgines ad opera, & potiſſimum ad lanificia.

Thalaſſomeli, vnguentum quod fit æquis portionibus, maris, mellis, imbris: fictili q; vaſe depicato cōditur. Cornucopiæ.

Thalaſſometra, dicitur maris menſor. Ambroſius lib. Hexameron: Geometram audiuimus, thalaſſometrā nunquàm audiuimus.

Thales, fuit unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus: qui eodem tempore in Græcia fuerunt. Hic obiit quū certamen ſpectaret æſtu ac ſiti fatigatus. Hic fuit Geometriæ penes Graios primus repertor, & naturæ ſeu rerum certiſſimus explorator, & aſtrorum peritiſſimus contēplator: qui reperiſſe fertur temporū ambitus, uentorum flatus, ſtellarum motus, tonitruū ſonora miracula, ſyderum obliqua curricula, Solis annua reuerticula. Eius illud eſt: quum fortè interrogaretur quid eſſet difficile, ſeipſum (inquit) noſſe. Illud quoq; quū ſciſcitaretur quomodo optime & iuſtiſſime viueremus: Si (inquit) quæ in aliis reprehendimus, ipſi non faciamus. Hic materiam omnium rerū poſuit in humore. Eius diſcipulus fuit Anaximāder: cuius auditor Anaximenes, & Hecateus hiſtoricus, æquales ætate Straboni. Dicitur autem Thales, thaletis, & thalis, in genitiuo.

Thaleſtris, regina Amazonū: quā alii Minitheam vocāt. Hæc cum trecentis mulieribus occurrit triginta quinq; dierū inter cōfertiſſimas gentes itinere facto, Alexādro in Hircania res gerēti: vt liberos ex rege ſuſciperet: & ut uiſa eſt uterū impleuiſſe, diſceſſit.

Thali, dicuntur in porris & cepis & allio, medii ſtipites, à θάλλειν. id eſt, uireſcere. Vnde & pro germine arborum ponitur.

Thalia, cum accentu in penul. vna eſt Gratiarum. Græcè θαλία, à θάλλω germino, vel vireo: quoniā in longum tēpus poetarum laus parta uireſcat.

Thamnos, Latinè arbuſtum dicunt.

Thanatos, Latinè mors. A quo Athanatos, immortalis. Eſt & Thanatos inſula in Oceano Gallico, Britāniæ (vt Solinus refert) proxima, frumentariis cāpis felix. In ea nullus anguis viuere pōt. Quin aſportatos aliqua terra angues illico perimit. Dicta Thanatos, à morte ſerpentium.

Thanem, metropolim fuiſſe Aegypti declarāt: in qua Moſes multa ſigna fecit.

Thapſus, inſula, decem ſtadia à Siciliæ diſtans, plana & penitus iacens uerſus Syracuſas, ut undis merſa uideat. Dicta παρὰ τὸ θάπτω, ſepelio. Verg. lib. iii. Thapſumq; iacentem.

Tharſos, urbs eſt, Ciliciæ metropolis.

Thaſii, populi in Thaſo habitātes. Fuit hæc inſula aurea uocitata, propter aurū quod illic effodiebatur.

Thaſiū, genus uini, à thaſo inſula maris Aegæi, una ex Cycladibus: quæ à thaſo Phœnicis filio (qui eā incoluit) dicta eſt: vel à Thaſone Neptuni filio. Sic thaſiæ uites. Vergil. lib. iii. Georgicorum.

Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ.

Et Taſia nux, q; amygdala: à Thaſo Thraciæ inſula.

Thauma, apud Græcos miraculum & admirationem ſignificat.

Thea, Chironis centauri filia fuit. Quæ quū in monte Pelio ſeſe uenando exerceret, grauida facta, & ob id patris indignationē timens, Deorum miſeratione in equā cōuerſa eſt, & in cœlum tranſlata. Cc.

Theatralis, & hoc theatrale, idem quod theatricus: ſeu quod ad theatrum pertinet. Vnde dicimus theatralia ſpectacula.

Theatricus, ca, cum, nomen poſſeſſiuū. Auguſtinus libro tertio Confeſſionum: Rapiebant me ſpectacula theatrica, plena imaginibus miſeriarum.

Theatridion, diminutiuum forma Græca à theatro. Varr. lib. iii. de Re ruſti. Inter has exteriores gradatim ſubſtructū, ut theatridion auium mutuli crebri, in omnibus columnis impoſiti ſedilia auium.

Theatrum, Latinè uiſorium à Caſſiodoro, ſpeculatorium à Cypriano dicitur, à θεάομαι, quod eſt, uideor: quòd turba conueniens eminus uideatur & uideat. Eſt autem ædificium, in hemicycli ſpeciem factū, ad videnda ſpectacula idoneum. Aliquando tamen ponitur pro ſpectaculo. Martialis.

Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro
Dicitur, exhibuit Cæſar arena tibi.

Aliquando pro multitudine ſpectante: ut, Magno theatro hæc acta ſunt. id eſt, multis ſpectantibus.

Thebæi, qui ſunt ex thebis ciuitate Aegypti.

Thebaicæ, ſeu thebaides, dicuntur palmæ generoſiores. Plinius libro decimoquinto: Cruſta thebanicæ placent ſucco una & carice. Et alibi, Thebaidis fructus in cados conditur.

Thebais, baidis, & baidos, & hæc thebaida, dæ, ab accuſatiuo Græco formatū nomē: ſicut Perſis & Perſida. Aegyptii regiō à thebe denominata. Quod

nomen poteſt eſſe patronymicum à Thebe. Quo nomine etiam adpellatum eſt Statii opus, in quo de Thebis tractatur.

Thebani, qui ſunt ex Thebe ciuitate Bœotiæ.

Thebe, bes, & theba, bæ, & thebæ, barũ. Ouid. de fine ſtu. Quid referã Aſopon quẽ cepit Martia Thebe. Statius libro octauo Thebaidos,

Viue ſuperſtes ait, diræq́ ad mœnia Thebæ
Solus abi. Et libro vndecimo,
Aut Danaũs adſice rogos, aut prælia Thebis.

Nomina quarũdam vrbium, quarũ vna fuit in Aegypto, à Buſyride Aegypti rege condita, quæ Græcè Heliopolis, id eſt, Solis ciuitas, ambitu centum quadraginta ſtadiorum vt refert Herodotus, Vrbs inſignis publicis priuatisq́ ædificiis, quam Plinius totam penſilem fuiſſe ſcribit, quæ centum portas habuit, in quarum ſingulis memorantur ducenti cuſtodes excelluiſſe equis & curribus, ſubter quam reges ſoliti erant maximos exercitus armatorum educere, nullo ex oppidanis id ſentiente. Iuuen. Atq; vetus Thebe cẽtum iacet obruta portis. Ab hac (teſte Plinio libro trigeſimoſexto) regio Thebaica Aethiopiæ contermina, cognominata eſt. A' qua & Thebæi cum diphthongo, & fructus palmarum eius Thebaides & Thebaicæ dicuntur à Plinio. Alia Thebe fuit in Bœotia, à Cadmo Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornauit. Bacchi & Herculis clariſſima patria, ab Alexandro magno poſtea euerſa, quæ & Draconigena dicitur, quia à Cadmo cum quinque viris, ex dracone ab ipſo interfecto natis, conſtructa fuit. Varro tamen libro tertio de Re ruſtica ſcribit, hanc vrbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti ſunt. Hanc Heptapylon vocat Apuleius, ab eo quòd ſeptem portas habebat, inclyta duobus ducibus Epaminonda & Pelopida. Hæc etiã dicta fuit Dircæa, à Dirce fonte. Vnde & à Statio Dircæus ager, Thebanus vocatur. Hinc Pindarus poeta Lyricorum princeps habuit ortum. Bacchus in Aphrica vrbem condidit Thebas. Vnde Hieronymus in Cõmentario Epiſtolæ ad Galatas, Præterea Thebas Liberi, quas in Aphrica condidit, quæ ciuitas nũc Thebeſtis dicitur. Alia in Theſſalia, à qua etiam Thebani & Thebæi. Fuit & Thebe in Italia ciuitas. Fuit et alia Thebe (Homero teſte) in Cilicia, Andromaches vxoris Hectoris patria. Vnde Ouidius,

Nec cruciere minus quàm quũ Thebana cruentum
Hectora Theſſalico vidit ab axe trahi.

Alia fuit in Lucania, ab Aoniis colonis cõdita, quã interiiſſe autor eſt Cato. Fuerũt et Thebæ Corſicæ. Eſt et Thebe nomen virginis, è cuius gremio geminæ columbæ (vt eſt in fabulis) quũ euolaſſent, altera ad Hammonis fontem tetendit, et ibidem reſponſa dedit, altera ad ſyluam Dodoneã, vbi futura mortalibus præcinuit.

Theca, vagina, ſepulchrum, locus.

Thecla, nomen proprium mulieris ſanctiſſimæ.

Theleboæ, capræarum populi, quos Thelon ſuo ſubiugauit imperio. Capreæ autẽ inſula eſt, contra Neapolim ſita.

Thelegonus, Vlyſſis & Circes filius fuit. Cc.

Theligonũ, herba hñs vuas floribus oleæ ſimiles: ſed aliquãto pallidiores. vide Arſenogonon. Cc.

Telphiſſa, fons, cuius aquæ frigus Tireſias vates quũ ſenex potaſſet, & ferre non potuiſſet, extinctus eſt.

Thelphuſa, vrbs propè Orchomenũ Arcadiæ: à Thelphuſa Ladonis filia nomen habens.

Telphuſium, ſiue Tilphoſſium, oppidum eſt in Bœotia: vbi laudatus Bacchus eſt à Pindaro.

Thelypteris, filicis ſpecies. Cornucopiæ.

Thema, matis. Latinè poſitum ſeu poſitio dicitur.

Thembinaelia, regio, quæ & Nemæa dicitur. Cc.

Themes, antiquum oppidum Cypri eſt, in quo repertum primum æs, & ab eo ſumpſit cognomen. Ouidius de Arte.

Lunam deducente Themeſæaq́; concutit æra. Cc.

Themis, fuit vna ex tribus ſororibus Iouis, ex qua Mineruam ſuſcepit. Hæc cœli & terræ filia fuit: quæ Iouis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compreſſa fuit. Hæc Dea putabatur, quæ præciperet hominibus id petere quod fas eſt. Fuit & alia Themis: quæ alio nomine Carmentis dicta eſt.

Themiſones, ſiue Themiſonii, populi, à Themiſonio Phrygiæ maioris loco propè Liciam.

Themiſtius, philoſophus fuit temporibus Iuliani apoſtatæ: à quo etiam prætor Conſtantinopolis vrbis promotus eſt. Scripſit interpretationem Phyſices Ariſtotelis. & libri de Auditu, & Analiticorum, & multa alia.

Themiſtocles, nomen viri Athenienſis clariſſimi. Hic quum ab ingrata patria exul factus eſſet, & à Xerſe princeps exercitus aduerſus Athenienſes magno cũ honore creatus, quũ videret patriæ ſuæ ingentis cladis periculum imminere, hauſto tauri ſanguine ſeipſum interemit: ne aut regi de ſe merito infidelis eſſet, non pugnando viriliter, aut patriæ ſuæ hoſtis atque oppugnator videretur. Vide Plutarchum. Huic (vt autor eſt Aemylius) ob res bene geſtas nemo præfertur, & pauci pares putantur.

Thenſæ, (ut docet Aſconius) ſunt ſacra uehicula, pompa ordinum & officiorum. Sic dictæ, quòd ante eas lintea tendũtur, quæ gaudent manu tangere qui deducant. Vel ἀπὸ τοῦ θέου. id eſt, à re diuina, & ſic per th, ſcribitur. Cicero de Haruſpicum reſpõſis. Te adpello Lentule, cuius ſacerdotii ſunt thenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes. Liuius libro quinto. Quæ auguſtiſſima ueſtis eſt, thenſas ducentibus, triumphantibus'ue, ea veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere.

Theocritus, poeta Græcus: quem Vergilius imitatus eſt in Bucolicis. Ex Syracuſis ortus dicitur.

Theodectes, nomẽ philoſophi, diſcipuli Ariſtotelis: cui oratoriæ artis libros donauit, ut eos tanquàm ſuos ederet. Hic fertur multæ memoriæ fuiſſe.

Theodorus, cum accentu in penul. proprium nomen viri: quaſi donum Dei.

Theodoſius, nomẽ proprium duorum Romanorum principum.

Theognis, fuit poeta Græcus, de quo Plato in libro de Legibus,

de Legibus, cuius opus incipit: ὦ ἄνα Λατοῦς, ὦ Διὸς γόνε, οὔποτε σοῦ λήσομαι ἀρχόμενος οὐδ' ἀποπαυόμενος. id eſt, O rex Latonæ & Iouis filium quòm tui obliuiſcor exordiens neq; finiens.

Theogonius, genitus ex Deo.

Theoleptus, numine adflatus.

Theologia, ratio ſiue ſermo de diuinitate.

Theomachus, penultima correpta, Deo repugnans Latinè dicitur.

Theomenia, ira diuina.

Theon, nomen pictoris Samii, de quo Quintilianus libro .xii. de Inſtitutione Orat. Alter mathematicus, qui ſcribit de ſpiritibus ad Ptolemæum aſtrologum. Alter etiam interpres Apollonii Rhodii.

Theophiles, pius, amans Deorum.

Teophilus, nomen proprium, quo ſignificatur Dei amor.

Theophraſtus, philoſophus fuit ex Ereſſo Lesbi oppido, Tyrtamus initio uocatus Hic peripateticorum eloquentiſſimus doctiſſimusq; fuit: qui ex diuinitate loquẽdi nomen inuenit. Hic dicere ſolebat, doctũ hominem ex omnibus ſolum neq; alienis locis peregrinum eſſe, neq; inopem amicorum. Dictus Theophraſtus, quaſi diuina eloquentia, à θεὸς Deus, φράσις eloquentia.

Theopompus, nomen proprium tragici & oratoris. Quo noīe etiã dictus fuit vnus Spartanorum: cuius meminit Quintilianus, & etiã Valerius Maximus.

Theorema, matis, Latinè ſpeculatio.

Theoreſis, contemplatio.

Theoria, cum accentu in penultima. Latinè ſpeculatio & intellectus dicitur. Hinc Theoreticus, ſpeculatiuus. Græcè enim θεωρέω conſydero, cõtemplor. Ambroſius libro Hexamer. Namq; iſtarum artium aliæ ſunt actuoſæ, quæ ſunt in corporis motu, aut ſono vocis: aliæ ſunt theoreticæ, quæ uigorem mentis exercent. Idem ad Simplicianum: Vbi legis diuinæ præcepta numerauit, atque adnunciauit populo theoriam, poſtea intelligibilis illius arcæ teſtimonii, vel candelabri, vel thimiamatis loquuturus, immolauit hoſtias.

Theos, Deus, à quo multa per compoſitionem fiunt.

Theoſebes, pius, religioſus.

Theoſebia, pietas cultus Dei.

Theotimus, θεὸς Deus, τιμάω honoro: ſic Timotheus, quaſi honorans Deum.

Theotocos, Deum pariens, genitrix Dei.

Ther, θήρ Græcè, fera Latinè. vnde Therodamas.

Thera, inſula ſub Eubœa iuxta Atticã, de qua Plinius libro quarto. Protinus ab Io abeſt Thera, vigintiquinq; milibus paſſuum. In ea eſt Eleuſis ciuitas, ut libro tertio Ptolemæus refert. Ab Herodoto Thera ponitur inſula libro quarto, quã Iuſtinus putat Theramnem, alii Corſicam.

Therambum, vrbs eſt Theſſaliæ. Cornucopiæ.

Theriace, ſiue theriaca, à qua & theriaci paſtilli nominantur: quòd è uiperarũ carnibus conſtent: aut certè contra beſtiarũ venena proficiãt. Dicta ἀπὸ τοῦ θηρίου, hoc eſt, à feris ſiue beluis, uocitata: quòd hæc compoſitio aduerſus omnes beluas venenatas inſtituta ſit. Admiſcentur ei viperinæ carnes. Hãc vulgus tyriacam à tyro ſerpente adpellat.

Therimachus, nomen pictoris inſignis, de quo Plin. libro .xxxv.

Theriotrophion, locus vbi feræ aluntur. Var. lib. iii. de Re ruſti. Sylua erat ſupra quinquaginta iugerum maceria ſepta: quod non leporarium, ſed Theriotrophium adpellabant falsò.

Therioma, vlcus virilium, interim & ſedis & partium aliarũ, multo ac nigro ſanguine, mali odoris: atra fit caro, & corroditur. Ex quo naſci quoq; ſolet herpes eſthiomenus (ita vocatur vlcus) quoniã ſerpẽdo corpus oſſa uſq; deuorat, inæquale, ac cœno ſimile.

Therionarca, herba inter magicas. Dicta ſic, quòd torporem adferat ſerpentibus: quaſi θηρίων ναρκή.

Theriſtrum, uelamen, uel ueſtis tenuis, qua utebantur mulieres Palæſtinæ. Hierony. in Gene. Quæ depoſitis uiduitatis ueſtibus adſumpſit theriſtrũ. Et apud Eſaiam: In die illa auferet dominus ornamẽtũ calciamentorum & palliola, & linteamina. & theriſtra.

Thermæ, inuentæ ſunt ad excutiendũ de toto corpore ſudorẽ. Sunt enim balnea ea certe loca, quæ aut calentibus aquis, aut ipſo ſine fornice igni calefacto, lauãdi ſudandi ue uſibus deputata, thermas uocauere. Nã θερμὸν Græci calidũ dixerunt à θέρος æſtus. Quæ autem proprie ad ſudandum loca habentur, ea Seneca in Epiſtolis ſudatoria nuncupat. Quid (inquit) cum ſudatoriis? Omnis ſudor per laborem exeat. In quæ verò deſcendimus ut lauemur, balneas vocamus, & balnearia. Eſt & thermæ ciuitas in Thracia vnde thermaicus ſinus.

Thermefacio, ſignificat eſculẽtis atq; poculẽtis ingurgitatis & exhauſtis, in thermopolio calefacio. Plau. in Stich. Me Hercule verò eo quãtum poteſt, iam ne exta cocta ſunt quod thermefecerat.

Thermodoon, ſiue thermodon, Cappadociæ fluuius, quæ eſt regio Aſiatica: vt Plinius, Strabo, & Iuſtinus tradunt. Iuxta quem olim Amazones conſederunt. Quarum regina (vt Diodorus refert) in oſtiis Thermodoontis vrbem condidit, Themiſcyram nuncupatam, prius Onyzacham, poſtea Cæſaream. Eſt etiã Thermodon oppidũ Cappadociæ. A' Thermodon fiunt adiectiua Thermodõtius, Thermodoontæus, & Thermodontiacus. Vnde pugnæ Amazonum adpellantur Thermodontiacæ. Propertius,

Qualis amazonidum nudatis bellica mammis
 Thermodoontæis turba lauatur aquis.

Thermopolium, locus vbi calida excitamenta & potoria uenduntur. Plaut. in Curc. Tum iſti Græci palliati, capite opertò, qui ambulant ſemper, videas bibentes in thermopolio.

Thermopylæ, penultima correp. mons longiſſimus: qui incipiens à Leucade, in Occidentem & in Aegæum mare haud longè à Demetriade protendens, fauces habet anguſtiſſimas: iuxta quas calidæ aquæ ſcaturiunt. Ideò à caliditate portarum nomen inditũ eſt. Pylas enim portas Græci nominant: & thermon calidũ. Ibi enim ſunt (vt inquit Strabo) thermæ, id eſt,

calidæ aquæ, Herculi conſecratæ. Liuius lib. xxxvi. ſcribit, iugum Thermopylarum ita mediam Græciã dirimere, ut Apœnini dorſo Italia diuiditur. Et quia calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt, ideo (inqt) Thermopylæ locus adpellatur, nobilis Lacedæmoniorum, aduerſus Perſas, morte magis memorabili, quàm pugna.

Therodamas, quaſi ferarum domitor.

Theromachus, propriũ nomẽ viri ſtatuarii egregii.

Theron, nomẽ regis Hiſpaniæ citerioris, quaſi ardẽs.

Therſilochus, nomen proprium uiri.

Therſites, penultima prod. fuit Græcus quidam vir,
Quo non deformior alter.
Venerat ad Troiam, linguá'ue proteruior alter. Iuuen.
Malo pater tibi ſit Therſites, dum modo tu ſis
Aeacide ſimilis.

Theſaurarium, locus in quo ſeruantur theſauri. Auguſtinus ſuper Pſalmos: Inueniunt nummos, & ponunt in theſaurario.

Theſaurizo, zas, theſaurum colloco, repono in depoſito.

Theſaurus, & Theſaurũ, & eſt (vt Paulus Iureconſ. inquit) vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria: vt iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit, quòd non alterius ſit. Alioqui ſi quis aliquid lucri cauſſa, vel metus, vel cuſtodiæ, condiderit ſub terra, non eſt theſaurus, cuius etiam furtum fit. Aliquando tamen Theſaurus dicitur, cuius extat memoria, & dominum habet: vt in Euangelio, Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Ponitur interdũ pro loco, in quo aurum uel alia precioſa reconduntur, ut eſt illud. Et apertis theſauris ſuis obtulerũt ei munera, aurum, thus, & myrrhã. id eſt, in capſis uel uaſis. Nonnunquàm in malum accipitur, ut Plautus in Amphitryo. Qui domi vxorem meam impudicitia impediuit, teneo theſaurum ſtupri. Idem in Rudente neutro genere, pro auro ſeu argento poſuit: Quicquid ineſt graue quidem, theſaurum hic ego ineſſe reor.

Thesbitis, lacus per quẽ tranſit Tygris fluuius. Ce.

Theſeus, proprium nomen Athenarum regis, Aegei, et Aethræ filius. Hic uirtutis Herculeæ æmulus, poſt ſpl- clara edita facinora, extorris patria factus, in inſulã Syrum nauigauit: ubi periit, interemptus à Nicomede, uel (vt quidam volunt) ex loco edito poſt cœnã deambulando delapſus. Primus inſtituit Athenis panathenæa. hoc eſt, communem celebritatem in honorem Mineruæ: quæ Græce Athena nominatur. Idem in Iſthmo funebres ludos inſtituit. Huius geſta, natales, & obitum, ſcripſit Plutarchus. De quo ſcripta fabula eſt, nomine Theſeis. Hinc illud Iuuenalis. Rauci Theſeide Codri.

Theſiphone, vide retro Tiſiphone.

Theſis, Latinè poſitio, figura quæ diſtinguit ſenſus orationis per commata. Id eſt, ſubdiſtinctiones, quas nos virgula ſignamus: per cola, id eſt, membra, nos duobus punctis. per periodos, id eſt, terminos, finita ſententia puncto. Dicta poſitio, vel poſitura: qa p ſignis poſitis, conuenientes denotat ſenſuum partes. Vel qa ibi uox pro interuallo dictionis deponitur.

Theſmophoria, id eſt, Cerealia. Latinè ſacra Cereris: quæ Græcè dr̃ Theſmophora, quaſi legifera. Prima enim Ceres leges inueniſſe proditur: qa ante frumentũ inuentũ hoies ſine lege uagabantur, & ex agrorum diuiſione primò nata ſunt iura. Ouidius.
Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.
Græci θεσμοφόρον legiſlatorẽ adpellãt, & legiferã.

Theſpiæ, oppidum liberum in Bœotia, ad radicẽ Parnaſi, vt inquit Plinius: vel (ut Strabo inquit) Heliconi proximum. Theſpias nobilitauit, Praxitelis Cupido à Glycerio meretrice ibi conſecratus. Hinc Theſpiades dictæ ſunt Muſæ ſeu Nymphæ Theſpias incolentes.

Teſpici, populi ſunt Græciæ.

Theſſalia, regio Græciæ, quæ ſub Attica olim cõprehendebaẽ: ex una parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habẽs. Prius Aemonia, ab Aemone rege, & Pelaſgis, & Conargo, atque Hellas dicebaẽ. unde reges Hellenes: vt Plinius libro quarto refert: Dicta Theſſalia, à Theſſallo Aemonis uel Iaſonis & Medeæ filio. Hanc Homerus Argopelaſgicon noiat. Et Strabo lib. x. ſcribit, dictam fuiſſe priſcis ſeculis Pyrrheam, à Pyrrha Deucalionis vxore. In hac natus eſt Græcus rex: à quo Græcia. Ibi Deucalion cum uxore Pyrrha, quorũ tempore (vt inquit Ariſtoteles) ingẽs imbriũ illuuies maiorẽ partẽ populorum Theſſaliæ abſumpſit, paucis, qui ad montiũ culmina ſeſe receperãt, cõſeruatis. Inter quos Deucalion Parnaſum petierat: ratibusq; ad ſe confugientes per ſumma Parnaſi iuga benigne fouebat. Propter quod dictus eſt genus humanum reparaſſe. Huius ſcilicet Theſſaliæ, à mari & Thermopylis eſt littus, vſq; ad Penei eruptionem, & extrema Pelii. Dicta quoque fuit Pharſalia, Macedonia, Emathia, & Campi Philippici. In Theſſalia ſunt montes uigintiquatuor: quorum nobiliſſimi Pieria, parens domusq; Muſarum Pelion, & oſſa gygantũ bello memorati. Item Pindus, & Othrys Lapitharũ ſedes. Item Olympus: Flumina in ea (ut ſcribit Herodot.) ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamiſus, Peneus, & Phœnix. A' Theſſalia fit Theſſalus, la, lum, penultima correp. & Theſſalicus, ca, cum.

Theſſalonica, penultĩ produ. vrbs metropolis Macedoniæ: à qua Theſſalonicẽſes dicti ſunt populi. Hæc fuit patria Theodori Gazæ, q ætate noſtra in utraque lingua doctiſſimus habitus eſt. Qui è Græco in latinum, librum de animalibus Ariſtotelis tradauit: & alia multa opera edidit.

Theſtor, fuit uir Troianus, Calcanthis pater.

Theſtylis, nomen proprium mulieris, de qua Vergil. in Bucoli.

Theta, nomen eſt literæ Græcæ: quæ vim detinet th, adſpirati.

Thetis, tidis, Pelei Theſſaliæ regis uxor, Nerei marini Dei filia, & Achillis mater. De nuptiis huius Lucianus facit pulcherrimum dialogum. Cuius uerba Græca ponam, multorum loco Latinorum. ἆλλ' ἐπεὶ θετιν, χθὲς οὖν ἐπαίνεσεν ὁ ἔρις παρὰ τὸ δεῖπνον. Et ſubdit. ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον μῆλόν τι πάγ-

ὅλον χρύσεον ὅλον, ὦ Γαλήνη, ἐπεγέγραπτο δὲ, ἡ καλὴ λαβέτω. κυλινδούμενον δὲ τοῦτο, ὥσπερ ἐξεπίτηδες, ἧκεν ἔνθα Ἥρα τε καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ, κατεκλίνοντο, κἀπειδὴ ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος, ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα. Id eſt, Vidiſti ô Galene, heri qualia fecit Contentio ad cœnam. Et ſubdit: Iniecit in conuiuium pomum quoddam elegans, atq; adeò aureum prorſus ô Galene. Porrò huic inſcriptū erat: Formoſa accipiat: Voluebatur autem hoc, ſicuti de induſtria fit: venitq; deinde Iuno, Venus, atque Minerua, ac diſcumbebant. Verum vbi Mercurius accipiens, legiſſet quæ inſcripta erant.

Teucitis, iunci ſpecies in Nabathea creſcens, rotūdæ vinoſæ mordacitatis ad linguam. Cc.

Theumeſus, penulti. produ. mons Bœotiæ, à quo leo Theumeſius dictus, inauditæ magnitudinis, qui omnibus terrori erat, quem Hercules adhuc penè puer occidit, eiq; pellem detraxit, qua poſtea pro pallio ſemper viſus eſt. Eſt etiam hoc nomine fluuius, & regio, & paruulum oppidum in Thebanis finibus. Hic leo à Ioue in cœlū tranſlatus dr̄, ut gloriæ Herculis conſuleret, qui eum inermis occiderat.

Theutoni, penul. cor. populi Germaniæ: qui & Theutones, & Theutonici dicuntur. Lucanus lib. vi.

Cantaber exiguis, & longis Theutonus armis.

Hi (ut Pomponius ſcribit) loca incolunt propè mare Aciacum. Hi, duce Theutolocho, Romanorum fines inuaſerunt: quos Marius deuicit.

Theutras, fuit Ciliciū ac Myſorū rex, à quo Theuthrania regio: & Theuthrania urbs iuxta Pergamum.

Thiriomachus, unus ex filiis Herculis, ex Megara Creontis regis Thebani filia. Cc.

Thlaſias, dr̄ qui habet teſticulos attritos.

Thoa, fuit una ex Nymphis, filia Oceani & Thetyos.

Thoas, antis, fuit rex in Taurica regione. De quo Ouidius libro tertio de Ponto.

Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora,
 Nec fuit Euxinis notior alter aquis.

Alter rex Lemni fuit, Liberi pr̄is filius, & pater Hypſiphyles. Fuerunt & alii hoc nomine.

Thoes, ſunt lupi (vt libro octauo teſtatur Plinius) quos Solinus in æthiopia naſci tradit. Arrianus ait, Thoa eſſe tigrim Indicam.

Tholos, Græca dictio, qua ſignificatur ueluti ſcutum breue, quod modo in tecto ponitur: in quo trabes coeunt, & ad quod dona ſuſpendi conſueuerunt.

Vergilius libro nono.

Si qua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendiue tholo, aut alta ad faſtigia fixi.

Quidam accipiūt Tholū pro teſtudine alicuius ædificii: ſiue pro domo rotunda. Ouid. lib. vi. Faſto.

Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.

Thomas, nomen Hebraicum, uiri proprium.

Thon, thonos, fuit primus qui apud Aegyptios medicinam in artem redegit. Alter fuit rex Canopi.

Thonia, vrbs eſt & caput Gebanitarū: diſtatq; à Gaza noſtri littoris Iudææ oppido, mille quingenta triginta ſeptem milia paſſuum. Cc.

Thonius, unus ex Cētauris, Ixionis et nubis filius. Cc.

Thoon, per geminum oo, fuit vir Troianus.

Thoosa, Phorci filia: ex qua Polyphemum Neptunus genuit.

Thoracatus, qui thorace indutus eſt. Plinius libro triceſimo quinto. Parrhaſius pinxit Nauarchum thoracatum.

Thorax, Latinè pectus. Vnde & munimentum, ſiue laneum ſiue ferreum, quo pectus protegitur, Thorax adpellatur. Statius libro Thebaidos.

Propugnat pectora thorax.

Iulius Pollus ſcribit Thoracem eſſe, quicquid anterioris duntaxat partis à collo uſque in coxendicem protenditur: quem conficiunt crates coſtarum. Qui & κύτος, hoc eſt, mortarium dicitur. Medici tamen in reſectionibus humani corporis, Thoracem accipiunt inane quiddam in pectore, extremas coſtarum partes utrinque contingens. Vnde legimus Plinium dicentem: Thoracis uitia purgat, quæ uidelicet intra ſepta pectoris continentur. Et Cornel. Celſ. docet, Thoracem tuſſi obnoxium. Ambroſius lib. Hexameron accipit pro ea parte in quam alimenta recipiuntur, ait enim: Thorax ut ſuſcipit alimenta, ita ſuperflua ciborum & ſuccos ſalubres ſanguinemq; diſcernit. Iuuenalis pro tunica quæ tantum pectus tegit: cuiuſmodi infantes geſtare moris eſt, poſuit, quum dixit. Viridem thoraca iubebit. Suetonius de Auguſto. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ, thorace laneo, & fœmoralibus, & tibialibus muniebatur. Eſt etiam quando Thorax turrim ſignificet: & eſt generis maſculini. A' cuius accuſatiuo Græco θώρακα, quidam hæc Thoraca, cæ, declinant. Vnde Thoracatus.

Thous, fuit unus ex principibus Troianis.

Thrace, ces, & Thraca, cæ, & Thracia. Europæ regio, inter partes Scythiæ poſita, Macedoniam ſequens, quæ à Septentrione Iſtrum habet, ab Oriente Pontum, à Meridie Aegæū mare. Olim Scython, poſtea Thraciæ, à Thrace Martis filio, ſeu ab aſperitate dicta. Græcè enim τραχὺ aſperum dicitur. Eſt enim regio (vt Pomponius ſcribit) nec cœlo nec ſolo tractabilis, & (niſi qua mari propior eſt) infœcunda frigidaq;. Habet feros homīes, aſpero cultu. In ea ſunt vrbes celebriores Apollonia, Enos, Nicopolis, Bizantium, Perinthos, Lyſimachia, Calipolis. Amnes ſunt Hebrus, & Neſtos. Montes, Hemus, Rhodope, & Orbelos. A' Thracia fiūt adiectiua Thrax, Thracius, Thracius. & Thracenſis. A' Thrax fit fœmininū Thræſſa, vel Thraiſſa, diuiſa diphthongo, & adiectiuū Thraicus, & Thraicius. Item à Threix, quod Thracēſem indicat, fit fœmininū Threſſa, & Threiſſa, & adiectiua Threicus, Threicius. de quibus habentur exempla apud poetas.

Thraſceas, uentus, qui & Thraceas & Thraſcias dicitur. Ariſtoteles, Poſt Argeſten uentum flat Thraſceas. Spirat inter Septentrionem & Occaſum ſolſtitialem.

Thraſo, nomen uiri proprium apud Terentium.

Thraſumenus, penulti. produ. lacus in agro Peruſino, quē ſemel totum arſiſſe ſcribit Plinius libro ſecūdo,

De hoc Ouidius libro ſexto Faſtorum.
Sunt tibi Flaminius thraſumenta ꝗ́ littora teſtes,
Dictus à Thraſumeno puero, quem Aegyla Nympha rapuiſſe dicitur.

Thraſus, nomen viri: quod apud nos fiduciam ſignificat: quæ Græcè θράσος dicitur.

Thraſybulus, vir Athenienſis, de quo Aemylius Probus ait, quòd ſi per ſe virtus ponenda ſit, dubito an hunc primum omnium ponam. Illud ſine dubio, neminem huic præfero fide, conſtantia, magnitudine animi, & amore in patriam. Hic Athenas à triginta tyrannis oppreſſas, in libertatem redegit. Fuit & alius, Myleſiorum tyrannus.

Thraſyllus, nomen viri proprium, & Latinè dicitur temerarius, audax.

Thraſymedes, fuit filius Neſtoris.

Threnodia, cantus lugubris.

Threnos, generis neutri, Latine dicitur lamentũ quod in funeribus fit. Quo primum Simonides vſus eſt apud Græcos; θρῆνος enim planctus dicitur.

Thronus, à noſtris ſedes ſiue ſolium dicitur. Quamuis in ſcripturis ſacris Throni quandoq; non pro cathedris, ſed pro virtutibus aliquibus in cœleſtibus, in quibus Deus ſemper ſedeat: quaſi in quadriga ſua ponatur.

Thrulla, & Thrulliſſo, ſas, vide infrà in dictiõe trulla.

Thryallis: genus herbæ, quæ hodie in Ethruria vocatur ſthrella. Cæteri eam bibinellã ruſtica voce dicũt.

Thryus, untis, vrbs in Helide à Thryunte Athenienſi conditore dicta. Eſt & fluuius Helidis, qui in Alpheum decurrit, de quo Homerus libro ſecondo Iliados meminit.

Thryps, tinea. ἀπὸ τοῦ θρύπτειν, quod ſignificat terere. id eſt, frangere.

Thucidides, dis, & dæ, propriũ nomẽ hiſtorici Græci.

Thule, inſula Oceani, inter Septentrionalem & Occidentalem plagam, vltra Britãniam & Orchadas. Solinus: Multæ & aliæ circum Britanniam inſulæ: è quibus Thule vltima. Vltra Thulas accepimus pigrum & concretum mare, à Græcis θουλη.

Thunnus, per duplex nn, nomen piſcis.

Thurini, populi ſunt, quos Plinius in tertia Italiæ regione collocat.

Thurinum, oppidum inter duos amnes Cratim & Sybarim: vbi Herodotus condidit hiſtoriam.

Thurinus, genus eſt piſcis marinis.

Thurion, ciuitas fuit in ſinu Tarentino, quæ (vt quidam putant) etiam Thurana vocatur.

Thus, & thuſcia, vide in dictione Tus.

Thuſſagetæ, populi: de quibus Pompon. Thuſſagetæ Turcæq; vaſtas ſolitudines occupant, aluntur q; venando. Idem Thyſſagetæ adpellantur.

Thyxum, electri ſpecies: à Scythis ſacrium (vel melius dacrium) dictum. Cornucopiæ.

Thyamon, mons in Thraciæ regione.

Thyamas, fluuius (vt Thucydides ait) qui Theſprotidem Geſtrinam q; diſcriminat.

Thyas, Bacchi ſacrificula.

Thyaſus, ſaltatio & chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur. à θύω ſacrifico. Vergilius:
Inſtituit Daphnis thyaſos inducere Baccho.

Thyella, à noſtris procella dicitur, ἀπὸ τοῦ θύω dicta, quod impetum facio ſignificat, & ἴλλω voluo: quod cum impetu omnia voluat. Ponitur q; ab Homero pro vna harpyiarum.

Thyeſtes, fuit filius Pelopis, ex Hippodamia, & Atrei frater, ac Tantali nepos, de quo poetæ ſcripſerũt. Inde Thyeſtæus, æa, ſtæum. Ouidius libro decimo quinto Metamorphoſeos:
Neue Thyeſtæis cumulemus viſcera menſis.

Thyia, nomen cuiuſdam mulieris: quæ prima liberi patris initiata ſit orgiis. A' qua Thyiade, & Thyiæ.

Thymallus, genus piſcis precioſũ, de quo Ambroſius libro Hexa. Neq; te inhonoratum noſtra perſecutione thymalle dimittam, cui à flore nomen inoleuit, ſeu Ticini vndate fluminis, ſeu amœni Atheſis vmbra nutrierit, flos es. Quid ſpecie tua gratius? Quid ſuauitate iucundius? Quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo ſpiras.

Thymbra, genus herbæ aromaticæ, abundans in Phrygia: quam thymalem vocamus. Vergilius libro .iiii. Georgicorum.
Et grauiter ſpirantis copia thymbræ.
Herba hæc eſt calida & ſicca, & Latine dicitur ſatureia, à Satyris: quòd ſint in Venerem nimis hæc animalia prona.

Thymbræus, Apollo dictus eſt, ab agro Troiæ vicino thymbræ pleno: in quo eius eſt & nemus & tẽplum. Sanè per æ, ſcribitur, quia à θύμβρα. In deriuatiõe enim α, in diph. ſæpius mutat, vt αἰτναῖ ætnæus, διρκαῖ dircæus, κρήτη cretæus. Vel Thymbræus, quaſi τὸ ὄμβρον θύων, hoc eſt imbreis excitans.

Thymbrara, ciuitatis nomen, à qua Thymbrarenſes, & Thymbraræi, ſecundum pactola adpoſiti.

Thymbrius, (autore Stephano.) fluuius apud Thymbram fuit.

Thymele, pen. corr. nomen mulieris: quæ prima ſaltationem in ſcena docuit. Græci Thymelen ſcenam vocant. hoc eſt, eam theatri partem vbi geſtiunt hiſtriones. Martialis:
Qua thymelen ſpectas deriſorem q; Latinum.
Suidas ſcribit fuiſſe aram in theatris Thymelen.

Thymelici, ludii, hiſtriones. Vnde à Victruuio dictũ eſt. Scenici et Thymilici Græcè ſeparatim nominantur. In Decreti. diſtinct. vltima de Conſecratione, ſacerdotes admonentur de cõuiuio ſurgere debere, antequàm thymelici ingrediantur.

Thymiama, matis, odor ſuauiſſimus, thymi naturam referens. Hoc incendebatur in ſacrificiis, adpellabant q; Græci thymiateria, vaſa odorum, quæ maiores noſtri acerras dixerunt.

Thymos, Græcè θυμός, Latinè excandeſcentia.

Thymus, & thymum, herba apibus gratiſſima. Verg.
Dum q; Thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ.
Macer. Si deſit thymus ꝑ thymo ponere thymbrã.
Præcipiunt medici.
Sunt autem Thymi duo genera, album ſcilicet & nigrum. Vnde Bithymũ mel, quod ex vtroq; thymo

collectum eſt, Et Thymua (ot inquit Iulius Pollux) verrucula eſt Aegyptiæ fabæ magnitudine, ſcabra, & ſubrubens ſanguine: cuius ſumma pars (vt Celſus inquit) florem thymi repreſentat, in genitalibus ſede fœminibus palmis, & inferioribus pedum partibus.

Thyoneus, cognomen Bacchi, quod à θύω pro ſacrificio deductum putant: quòd illi adhuc inter humanos verſanti ſacrificaretur.

Thyre, ciuitas Meſſeniorum. Sed diuus Auguſtus Lacedæmoniis adſcripſit: quòd Meſſeni cum Antonio ſenſiſſe viderentur. Papi.
Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.
Hinc Thyreaticæ Spartanorum corollæ, quædam adpellatæ. Sciendum eſt, Thyræ numero plurali genere neutro, per ſynæreſin efferri, θυρέα vel θυρεὰ: etiã ſi numero ſingulari Thyrea quoq; dici poteſt. Strabo Thuriam adpellat. Eſt & Thyreum oppidum in Arcadia. Thyræ etiam Græcè, Latinè oſtia dicuntur, à quo Thyridion, oſtiolum.

Thyricos, populus in Attica ragione, ex Acamanteide tribu. autor Strabo.

Thyrſis, nomen paſtoris proprium.

Thyrſus, virga & caulis cuiuſlibet herbæ præſertim lactucæ. Plinius, Iuuentum omneis thyrſos vel folia lactucarum prorogare vrceis conditos, ac recentes in patinis. Idem. Folia lactucæ toſta thyrſusq; ex aceto bibuntur. Alii accipiunt Thyrſum pro haſta aculeata, hederis obtecta: quas in Orgiis Bacchicis quatiebant. Tacitus, Meſſalina crine fluxo thyrſum quatiẽs. Scribit Diodorus, Dionyſium in exercitu habuiſſe mulieres thyrſis armatas. Et Macrobius ait Liberum patrem tenere thyrſum, quod eſt latens telum cuius mucro hedera lambẽte protegitur. Vnde thyrſigerus dictus eſt Bacchus. Seneca in Medea: Candida Thyrſigeri proles. Lucretius accipit Thyrſum pro furore, ſeu ardore & inſtinctu, quum ait:
Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.

Thyſſagetæ, populi fuerunt in Scythia, vltra Sauromatas. In horum agro ſunt quatuor flumina, videlicet Lycus, Oarus, Tanais, & Syrgis.

Thysbe, sbes, uel Tisbes, sbe, nomen puellæ Babyloniæ, de qua Ouidius.

T ANTE I.

Tiara, penultima producta, generis fœminini, ornamentum capitis Perſicarum prius mulierum quo poſtea vſi ſunt reges & ſacerdotes. Iuuenalis, Et Phrygia veſtitur bucca tiara. Vergilius per vſurpationem dixit. Sceptrumq; ſacerq; tiaras. Hieronymus ad Fabiolam, Quartum eſt genus veſtimenti rotondum pileolum, quaſi ſphæra media ſit diuiſa & pars altera ponatur in capite, hoc Græci & noſtri tiaram, nonnulli galerum vocant. Non habent acumen in ſummo, nec totum vſque ad comas tegit, ſed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta conſtrictus eſt, vt non facile labatur ex capite.

Tiatira, vrbs in Myſia, ad ſiniſtram Caici fluminis partem, quæ fuit vna ex ſeptem eccleſiis, ad quas Ioannes apoſtolus ſcripſit apocalypſim.

Tibareni, (vt Herodotus libro tertio teſtatur) fuerunt populi Scythici in Aſia, de quibus Hieronymus: Tibareni (inquit) quos dilexerint ſenes ſuſpendũt in patibulis.

Tibia, proprie os crucis oppoſitum ſuræ. Item inſtrumentum muſicum, quo tibicines canunt. Sic dicta, quòd primò ex gruum tibiis facta ſit: à quibus nomen habet, quãuis ex harundinibus facta ſit. Horatius: Tibia non vt nunc oricalcho iuncta tubæq;.

Tibialia, ſubſtantiuum, dicuntur velamenta tibiarum. Quin etiam arma quibus crura muniuntur, Tibialia vocantur. Suetonius de Auguſto: Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucule thorace laneo, & fœminalibus, & tibialibus muniebatur. Paulus Iureconſultus, Si tibiale vel humerale miles alienauit, caſtigari verberibus debet.

Tibialis, & hoc tibiale, quod eſt idoneum ad tibias faciendas. Plin. Tertia harundo eſt tibialis calami, quã auleticon vocant.

Tibicen, penultima producta. qui tibia canit. Dicitur & Tibicina fœm. gene. Gellius, Fœminas etiam tibicinas in exercitu habuit. Martialis, Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. Et Tibicines in edificiis adpellantur columnellæ, quibus ruſtici tecta ſua fulcire ſolent, à ſimilitudine tibia canentium, qui vt cantantes ſuſtinent, ita illi ædificiorum tecta. Nec habet in hoc ſignificato niſi ablatiuũ in ſingulari. Iuuen.
Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam.
Quicquid etiam in ſuſtentaculom alterius ponitur, Tibicen dicitur. Ouidius lib iiii. Faſtorum,
Hec modò verſabat ſtantem tibicene telam.
Vnde Vergilius, per tranſlationem, ſua hemiſtichia Tibicines vocauit. Ipſe quoque particulæ quibus verſus replentur, Tibicenes à Grammaticis adpellãtur. Verg. Si fortè precatur. Nam fortè vacat.

Tibin, inquit Origenes ſuper Exodom, eſſe genus tegminis, ex virgis aut ex papyro contextum, vel etiam ex arborum cortice formatum: intra quod Moſes expoſitus fuit.

Tibiſis, fluuios in Scythia, vt autor eſt Herodotus libro quarto.

Ticinus, fluuius Inſubriæ in Eridanum fluens. A quo Ticinum vrbs: quæ nunc Papia dicitur, inſignis diui patria noſtri Auguſtini corpore, Serenus penult. huius nominis corripuit, quum ait, Alia præcepit Ticini ſententia necti.

Tigillus, diminutiuum à tignus. Tigillum, à tignum, ſicut ſigillum à ſignum.

Tignarius, faber, non ſolum is qui tigna dolat, ſed etiã qui Solaria lignea, hoc eſt, qui trabes cæteraq; ad tabulata domus vtilia, & omnis qui ædificat, intelligitur, inquit Caius.

Tignus, maſculini generis, & Tignũ, neutri, trabs qua varie diſpoſita domus extruitur. Et proprie cui ſuperponitur tectum, à tegendo nomen deductum. Et Tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia conſtant, continetur. Sed & in vineis Tigni adpellatione omnia vinea neceſſaria continentur: vt puta perticæ, pedamenta. Hinc Contigno, gnas, quod eſt

tigris tectum lungo. Plin. libro x. Alexandri magni claſſium præfecto prodidere in domibus fores maxillis beluarum, ſcilicet balænarum facere, oſſibus tecta, contignare: ex quibus multa quadragenum cubitorum longitudinis reperta. Contignatio, textura ipſa trabiũ ac tignorũ: Coaſſatio vero aſſium dicitur.

Tigrane, urbs in Media regione.

Tigranes, nis, & Tigranæ, penultima producta, proprium nomen regis Medorum, ſeu maioris Armeniæ. Lucanus libro ſecundo:

Tigranemq́ meum nec Pharnacis arma relinquas.

Tigris, animal velociſſimum, & truculentum, à velocitate nomen trahit. Nam Medi Tigrim ſagittam adpellant. Abundat Hyrcania tigribus. Vergilius.

Hyrcanæq́ admorunt vbera tigres. Arrianus (qui res geſtas Alexandri condidit) Tigrim feram Indicam non eam eſſe voluit, quam vulgus Tigrim nominat, ſed hanc eſſe thoas: Tigrim verò, equi magnitudine. Flumenq́ magnum Tigris etiam adpellatur, propter velocitatem: qui (inſtar beſtiæ) nimia pernicitate decurrit. Hic de paradiſo exiẽs, iuxta ſcripturæ fidẽ pgẽsq́ cõtra Aſſyrios, poſt multos circuitus (Ioſepho teſte) in mare rubrum defluit. Solinus Tigrim fluuium in Armenia caput attollere dicit, in loco edito, ex lucido conſpicuoq́ fonte, nec ab exordio ſtatim totum eſſe, ſed primò pigrè fluere, non cum ſuo nomine. At quum fines Medorum inuectus ſit, Tigrim ſtatim vocari, Aretuſam lacum influere grauia pondera ſuſtinentem: cuius piſces nunquam ſe alueo tigridis immiſceãt: ſicut nec amnici ſtagnum attingant Aretuſæ. Mox Arabas præterfluens, Meſopotamiam amplectitur: & Hidaſpem accipiens Euphratemq́, defertur in ſinum Perſicum. A' Tigri fluuio dicti ſunt Tranſtigritani, qui trans Tigrim habitant: ſicut Traſpadani. Et tam pro fluuio quam pro animali, tigris, vel tigridis genitiuum facit.

Tigurini, populi Germaniæ: qui quartã Heluetiæ partem continebant.

Tile, nomen duarum inſularum: quarum vna eſt in Oceano inter Septẽtrionalem & Occidẽtalem plagam, vltra Britanniam: quæ vltima ſuit ex cognitis à Romanis. Vergilius lib. i. Georg. Tibi ſeruiat vltima Tile. In ea ſolſtitio æſtiuo nullas eſſe noctes Plinius tradit: econtrario (ut Solinus refert) brumali ſolſtitio nullus penè dies. Vltra eam pigrum & concretum mare eſſe ferunt. Altera in Aphrica cõtra ſinum Carthaginiinis. Sunt tamen qui ſcribant Tyle per y, pſilon.

Tilia, arbor, quam Græci phyllira adpellant, quamuis ex aliis arboribus Tiliæ dicatur. Nam de interioribus corticis vlmi tunicis, è quibus vincula, tiliæ vocantur. Vnde Plinius de vltimo differens, Corticis (inquit) interior tilia leptas ſedat. De arbore tilia, Vergilius libro ſecundo Georgi.

Nec tiliæ leues, nec torno raſile buxum.

Hinc Tiliaceus, cea, um, Vnde Faſciæ tiliaceæ. Iulius Capitolinus de Antonino Pio, Quum ſenex (inquit) & longus eſſet, incuruareturq́, tiliaceis tabulis in pectore faſciabatur.

Tilium, urbs littoralis à latere Occidẽtali Sardiniæ.

Tilos, inſula eſt (vt ſcribit Plinius lib. vi.) cum oppido eiuſdem nominis in mari Indico, celeberrima plurimum margaritis. Ipſa fert palmas, oleas creat, vineis abundat. In ea omnis arbor nunquàm foliis ſpoliatur. Mons Caucaſus non longè ab ea incipit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadẽ inſula habet lanigeras arbores (ut ſcribit Plin. libro xii.) quæ cotonei mali amplitudine cucurbitas ferunt, & maturitate ruptæ, oſtendũt lanuginis pilas, ex quibus veſtes precioſæ fiunt.

Timæus, nomen proprium philoſophi Locrenſis: cui diuinum illud opus Plato inſcripſit, in quo de rerũ creatione differit, quod Cicero poſtea latinum fecit.

Timagoras, nomen philoſophi, de quo fit mentio apud Ciceronem.

Timantes, nomen pictoris celeberrimi, Parrhaſii æmuli. Inter eius verò ingenii monumenta, Iphigenia oratorum laudibus celebratur.

Timarchides, nomen viri proprium. Compoſitum ex τιμὴ qui eſt honor, & ἄρχοντος principis. Facitq́ in genitiuo timarchidis, & timarchidæ.

Timauus, pen. prod. nomen fluminis iuxta Aquileia, qui è montibus delatus, decidit in profundum, démde infra terram abſorptus ſtadiis circiter triginta & centum erumpit in mare.

Timens, & Timidus, ſic differunt, quia Timẽs ex cauſa ad tempus timet, Timidus verò ſemper timet.

Timeo, mes, mui, variis modis conſtruitur. Dicimus enim, Timeo te tanquàm inimicum, Timeo tibi tanquàm amico, ne quid mali tibi accidat. Teren. Pamphili vitæ timeo, Timeo mihi abs te. Idem, Hei mihi timeo à Chryſide. Inuenitur etiam cum ablatiuo mediante de. Ouid. lib. iiii. Faſt. Nec timui de morte tamen metus, abſtitit. Item dicimus, Timeo furem tauro. Iuuena. Quum furem nemo timeret Caulibus aut pomis. & Timeo mihi abs te mortem. Sciẽdum eſt hoc verbum Timeo idem efficere, vel cum negatione vel ſine ea. vt, Timeo vt moriatur, & Timeo ne moriatur. Hoc idem facit metuo, vereor, & huiuſmodi. Compoſita ſunt Extimeo, quod eſt valde timeo. Plau. in Ciſt. Extimuit tum illa. Hinc Extimeſco. Cicero in Cato. Quod igitur adoleſcentes & hi quidem non ſolum indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes extimeſcunt. Pertimeo, ſimiliter valde timeo. Idem lib. ii. ad Heren. defenſor ſi pertimuerit magnitudine periculi, non cognoſcentia peccati commotum ſe eſſe dicet. Si non pertimuerit, fretum innocentia negabit ſe eſſe commotum. Hinc Pertimeſco. Lactan. lib. iii. Quare nõ eſt quod philoſophis tantum honoris habeamus, vt eorum eloquẽtiam pertimeſcamus. Hieronymus huic verbo addidit valde. Ex quo (inquit) timeo, & valde pertimeſco. Prætimeo, ante tempus timeo. Lactan. lib. vi. Nam parcere, id eſt, mediocriter vti pecunia: quaſi quædam animi puſillanimitas eſt, aut prætimẽtis ne tibi deſit. Plautus in Amph. Humana matre natus, humano patre, mirari non eſt æquum ſibi ſi prætimet. Et habent ti, ſyllabam correptam.

Timiopolæ, à Græcis dicuntur, qui premercantur vt rerum precia accēdant, annonamq́ꝫ flagellent. id eſt, duriorem faciant & ingraueſcant, quaſi precio non parcentes.
Timoleon, uir Corinthius clariſſimus omnium iudicio: qui oppreſſam à tyranno patriam liberauit. de quo Plutarchus multa ſcripſit.
Timon, Apolloniates philoſophus, qui apud Chalcedoniam philoſophiam & oratoriam exercuit, charus Ptolomæo Philadelpho. Scripſit tragœdias, & comedias, & ſatyras. Dictus amarulentus & mordax Syllorum, id eſt, dicacitatum ſcriptor. de quo Gellius Timon amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit, qui Syllos inſcribitur. Fuit & alius Timon Athenienſis, qui ob naturæ aſperitatem inhumanus ac inhoſpitalis adpellatus ē, & miſanthropos. id eſt, oſor hominum. Fugiebat enim hominum cōgreſſus atq́ꝫ colloquia, præter vnius Alcibiadis. In eius ſepulchro hoc erat epitaphium, quod ipſe ſibi fecit.
Hic ſum poſt vitam miſeram q́ꝫ inopem q́ꝫ ſepultus.
Nomen non quæras, Dii lector te male perdant.
Timoniacus, fuit pictor Byzantius, Cæſaris dictatoris ætate, qui Aiacem Cæſari pinxit.
Timor, eſt (vt Cicero lib. iiii. Tuſculanarum quæſtionum inquit) metus mali adpropinquantis.
Timotheus, pen. cor. nomē proprium Cononis Athenienſis filii, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim diſertus, impiger, laborioſus, rei militaris peritus, & (quod ſuper omnia eſt) εὐτυχής. Id eſt, fortunatus Imperator habebatur, cui ſtatua publicitus in foro Athenis poſita eſt, ob victoriam, qua victis Lacedæmoniis, imperium Athenienſium auxit. Poſt huius obitum non fuit quiſquàm ferè Athenis dignus memoria. Fuit alter Timotheus, in arte tibiarum clarus: quem ferunt duplices, ab his quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, quā ſi rudes traderentur. Geminatum ſibi opus dicebat: dedocendi prius, mox docendi. Dictus Timotheus, à τιμή honor, & θεός Deus.
Tin, antiqui pro eum dixerunt. Cornucopiæ.
Tinctile, penult. corre. quod intinctum eſt. Ouid. de Triſtibus, Et tinctile virus. ſcilicet quod intinctum eſt ſpiculo ſagittæ.
Tinctura, infectio. Plinius lib. xxxvii. Adulteratur maxime tinctura, idq́ꝫ in gloriam regis Aegypti adſcribitur, qui primus eam tinxit.
Tinea, vermiculus eſt qui de carne editus, veſtes aut libros abrodit. Horatius ad librum.
Aut tineas paſces taciturnus inertes.
Aut fugies Vticam, aut victus mitteris Ilerdam.
Itē Tineæ ventris animalia ſunt, elminthes Græci dicunt, in inteſtini recti extremo repertæ. Has Gellius lumbricos adpellat. Item Tineæ ſunt vermes in aluearibus, apibus noxii. Colu. libro. x. Præterea vt tineæ, ſi adparuerint, euertantur, papiliones q́ꝫ enecētur: qui plerunq́ꝫ inter alueos morantes, apibus exitio ſunt. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo vermes ꝓgenerāt, quos alueorū tineas adpellamus, Hinc Tineoſus, ſa, ſum, vt aluei tineoſi apud Colu. lib. x.
Tingę, promontorium eſt Aphricæ: quod ferunt ab Anteo conditum. Vocatur aliter Ampeluſia. Cornu.
Tingo, gis, xi, ctum, vel Tinguo, ſignificat inficio, madefacio, immergo. Martialis:
Mentiris Iouenem tinctis Lentine capillis.
Lactātius libro quarto. Quum primum cœpit adoleſcere, tinctus eſt à Ioanne propheta in Iordane flumine. Vergilius:
Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles.
id eſt, immerge. Huius cōpoſitum eſt Intingo. Plin. Omnibus quæ condiuntur quæq́ꝫ intinguntur, deſyderatum fœtorem tollit manducatum.
Tinia, vaſa vinaria apud antiquos fuere, vt inquit Feſtus. Nonius Tinas adpellauit. Apud quos grandiora non erant, veluti apud nos ſub hoc vocabulo habentur: nec ad eos vſus parata. His nāq́ꝫ è ligno fabricatis, muſta cum vinaceis noſtri ebuliunt. Apud veteres autem inter epitrapezia numerantur.
Tinnio, nis, niui, nitum, proprie de metallis dicit̄, quū ex eorū pulſatiōe ſonus efficit̄. Tinnit enim aurū, argentū, æs, ferrū, ſtannum, aurichalcum, & huiuſmodi.
Tinnulus, la, lum, pen. cor. quod eſt acutum, vt vox tinnula. Et ſonus tinnulus, qui redditur ex æneis uaſis quum pulſantur. Ouid. Tinnulaq́ꝫ æra ſonant, & olent myrrhæ q́ꝫ crociq́ꝫ.
Tintinaculi, ſunt uirgatores, qui flagris cædunt ſontes ob noxam, & loris bubulis caſtigant, Fictitio uocabulo à ſonitu, quē uerbera efficiūt. Nā dū uerberant & cædūt flagris, tinnitū reddere uident̄ ex crepitu plagarū, quæ percuſſio à Plauto dicitur tax. per onomatopœiam, à ſonitu quem reddit. Id genus homines flagratores dicebantur. Quamuis quidam flagriones ponant, ut ſint qui mercede flagris cædunt̄.
Tintinnabulum, & Tintinnale, inſtrumentum æneum uulgò campanellus. Nomē factitium, à uoce quam facit tintin. Iuuenalis, Et tintinnabula dicas Pulſari nemo turbas.
Tintino, nas, pen. cor. ut Tintinatur, apud catullum in carmine Sapphico. Dicitur & Tintinno, nis, nui. Afranius, Tintinire ianitoris impedimenta audio.
Tiphernum. ciuitas Vmbriæ, quæ nunc ciuitas Caſtelli dicit̄, nobilis alumno Gregorio, Græcis Latinisq́ꝫ literis adprime docto, ſicuti eius opera eloquenter elucubrata manifeſtant.
Tiphys, uir arte carpentaria celebris, qui primus gubernandi naues adminicula inſtituit. Seneca in Medea. Tiphys in primis domitor profundi. Appollonius in principio.
Τῖφυς δὲ ἀγνιάδης οἰήϊα κέκλετο δῆμον.
Ibi aiunt Theon, & alii interpretes ἀγαθὸς μὲν καθ᾽ ἡμέραν τῷ ἡλίῳ, νυκτὸς δὲ πρὸς τινὰ τῶν ἀστέρων τὸν καιρὸν τοῦ πλοῦ τεκμαίρεσθαι. Id eſt. Tiphys bonus inter diu Sole, noctu ad aliquam ſtellam nauigationem coniectat.
Tipula, pen. cor. uermis ſex pedes habēs, ſed tantæ leuitatis, ut ſup aquā currēs nō deſidat. Plautus, Neq́ꝫ tipulæ leuius pondus eſt, quàm fides lenonina.
Tireſias, eſt quorūdam Latinorū hominum cacographia. id eſt, mala ratio ſcribendi. Quum per e, ſcribe

bitur in principio Τειρεσίας, σίου, μάντις ἐστὶ ὥσ ἄρα Σουιδᾶς. id eſt, Tireſias, ſæ, uates eſt, vt ait Suidas. Hic igitur rex Thebanus & augur (de quo Cicero lib. v. Tuſculanarũ meminit) cæcatus fuit ira Iunonis: cui ſcire futura Iupiter dedit, crimenq́ leuauit honore. Scribit Strabo, Tireſiæ monumentũ fuiſſe in Typhoſio monte Bœotiæ, iuxta fontem Tylphoſam: vbi profugus diem ſuum obiit. Ibi Thebani ciues ſepulto diuinos honores tribuere. Iuuenalis quũ cæcum dicere vellet, dixit Tireſiam illo uerſu.

Nec ſurdum nec Tireſiam quenquàm eſſe Deorum.

Hic habuit filiam nomine Manto, quæ oppidum in Italia condidit, quod poſtea ab Ocno eius ex Tyberino Thuſcorũ rege filio, Mantua, à matris nomine nuncupatum eſt. Id tamen Græci negant.

Tiridates, nomen proprium uiri magi: de quo apud Sueton. in Nerone, & apud Plini. lib. xxxvii. Erat & Romæ in ſeptima regione, via quæ lata dicebatur, locus ab equo Tiridatis regis Armeniorum nomen habens, ut Publius Victor ſcribit.

Tiryns, tis, generis maſculini. fluuius eſt in Argo.

Tiryns generis fœminini, nomen eſt patriæ Herculis in Peloponneſo, quæ proxima Argo. à Plinio tirynthia uocatur. Vnde & Hercules tirynthius adpellatus eſt: quamuis thebanus quoq; dicatur.

Tis, genitiuus eſt antiquus à tu pronomine. Cc.

Tiſias, Steſichorus poeta antea dictus eſt: ſed à chorea id nominis ſortitus eſt. Cc.

Tiſiphone penultima correpta, vltricem cædis ſignificat. Eſt enim vnà ex furiis, à cædibus plectẽdis dicta. τίσις vltio, vel pœna: φόνος vel φόνη cædes, aut mors: cui curæ ſit mortis vltio. Horatius in Sermonibus. Seruilibus utq;

Iam peritura modis, Hecaten vocat, altera ſæuam,
Altera Tiſiphonem.

Titan, & titanus, penulti. produ. Saturni frater, Cœli & Veſtæ filius: qui etiam pro Sole ponitur, quoniá à titanibus duxit originem. Tradunt titanas ſex fratres fuiſſe, & quinque ſorores, à Titea matre dictos: vt autor eſt Diodorus. Ex quibus unus fuit Iapetus pater Promethei. Hiperionq́ ex titanũ numero eſt: qui Solis ac Lunæ ſtellarumq́ motus obſeruaſſe atque demonſtraſſe primus fertur. Ideo Solis parẽs & auctorum fertur. Hinc Sol titan, Luna titanis à poetis dicuntur. Seruius ſic habet. Ferunt fabulæ, Titanas abirata contra Deos Terra in eius vltionẽ creatos. Vnde & titanes dicti ſunt. ἀπὸ τῆς τίσεως, id eſt, ab vltione.

Titanis, nidis, dicta eſt Luna.

Titanus, etiam dictus eſt mons theſſaliæ, à candore.

Tithonus, penulti. product. fuit Laomedontis filius: qui (ut fabulæ ferunt) quum iuuenis eſſet & decorus, ab Aurora dilectus & raptus fuit: ex qua Memnonem genuit. Sed tandem poſt longiſſimam vitam, audita Memnonis filii morte, in cicadam uerſus dicitur, dicente Horatio.

Longa Tithonum minuit ſenectus.

Tithymalus, penulti. correp. genus fruticis: quæ à noſtris lactucaria ina dicitur. Colu. li. x. Tithymalus maiorũm quoq; animalium ventrem ſoluit. Idẽ paulò ſupra. Maximusq́ vel minimus annus earum labor eſt initio ueris, quo tithymali floret frutex.

Titia curia, & Titienſis tribus, dicta eſt à Tito Tatio. Cornucopiæ.

Titi Liuii duo fuerunt, Alter tragœdiarum ſcriptor qui ob ingenii meritum, à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus eſt. Alter Patauinus, qui floruit ſub Auguſto: laudatur in hiſtoria, quã in ſit in narrando miræ iucũditatis, clariſſimiq́ candoris.

Titillo, las, per blandimenta ingero, prouoco, commoueo: ut fit, quum quis carnis pruritum ſentit. Nã Titillari dicũtur ſenſus, quando mouent geſtiunt q́ voluptatis dulcedine. Verbum tranſlatum à titillatu alarum, vbi dulcedo ſcalpendi eſt: ſicut ſcribit Plinius libr. xi. Lactantius libro ſexto. Ergo illecebræ iſtæ uoluptatum arma ſunt illius, cuius unum opus eſt expugnare uirtutem, iuſtitiamq́ ab hominibus excludere. His blandimentis & ſuauitatibus titillat animas. Scit enim, quia mortis fabricatrix eſt uoluptas. Cicero in Catone. At non uoluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus.

Titio, lignum adustũ, quod ab igne extrahitur. ut eſt apud Eſa. Noli timere, & cor tuum ne formidet, à duabus caudis titionum fumigantium iſtorum.

Titubo, bas, pe. corr. ꝓprie pedibus inſiſtere nequeo: quales ſunt ebrii, aut infirmi. Quintil. Sed iugulaſti vulneratũ, titubantẽ ſtrauiſti. Transfert ad animũ. vt apud eundẽ. Neq; ulla unquàm tanta fuerit dicendi facultas, quæ non titubet, aut hæreat, quoties ab animo uerba diſſentiunt. Titubare quoq; lingua & dentes dicũtur. Lactan. de ira Dei. Areſcant oculi, os tremat, lingua titubet dentes concrepent.

Titulo, as, titulũ impono. Hierony. in prologo ſuper Pſal. Sciẽdũ eſt centũ quinquaginta Pſalmos Dauid ceciniſſe, quãuis aliorum nominibus titulentur.

Titulotenus, dicitur non ultra titulum. Cc.

Titulus, index cuiuſcunque operis. Vnde in ſtatuis ſiue picturis Titulum dicimus literas, quæ uel artificis, vel eius cuius ſtatura vel imago eſt, nomẽ demõſtrat vel tempus quo factum eſt declarat. Sueto. Plurima & ampliſſima opera incendio conſumpta reſtituit, ſed omnia ſub titulo tantum ſuo, ac ſine vlla priſtini autoris memoria. Item Titulus libri dicitur, qui vel qualitatem operis, vel nomen autoris, vel numerum oſtendit. Martialis,

Primus ubi eſt inquis quum ſit liber iſte ſecundus?
Quid faciam ſi plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri ſi mauis regulæ primum,
Vnũ de titulo tollere tota potes. Oui. li. de Remed.

Legerat huius amor titulum nomenq́ libelli.

Dictus Titulus à tuẽdo, quaſi tituſus, quòd tueatur factũ autoris, & ſi qs alterius opus eſſe contẽdat, ueri opificis indicet nomẽ. Per tranſlationẽ quoq; ponit pro laude & dignitate. Ouid. lib. ii. de Faſtis.

At tua proſequimur ſtudioſo pectore Cæſar
Nomina per titulos ingredimurq́ tuos.

Aliquand. pro incremento, Agnæ. auorũ & pro-

ſuorum titulus clarus. Tituli etiam dicti ſunt milites, quaſi ituli i quòd patriam tuerentur. Vnde & Titi prænomen ortum eſt. Perſius,

Hic nec more probo videas nec voce ſerena.
Ingentes trepidare Titos.

Titus, prænomen Romanorum eſt, à τίω, honoro.

Tityrus, penult. correp. nomen paſtoris. Vergil. in Buccol. Tityre tu patulæ, &c. Et apud nos aries maior dicitur.

Tityus, Iouis filius. De quo Vergilius libro ſexto.

Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat. Hic (vt fertur in fabulis) quum Latonæ vim inferre vellet, ab Apolline ſagittis confoſſus, apud inferos magno cum cruciatu demerſus fuit. Ouidius lib. i. de Ponto.

Sic in conſumptum Tityi ſemperq; renaſcens,
Non perit ut poſſit ſæpe perire iecur.

Huius magnitudinem corporis poetæ dixerunt fuiſſe nouem iugerum. Vnde Tibullus.

Porrectusq; nouem Tityus per iugera terræ,
Aſſiduas atro uiſcere paſcit aues.

T ANTE L, & M.

Tlepolemus, Herculis & Aſtioches filius (ut meminit Homerus Iliad. β) clarus rebus bellicis, et longo latoq; corpore redimitus. Cc.

Tmolus, pen. produ. mons Lydiæ (vt ſcribit Plin. lib. v.) croco florētiſſimus & uitib' cōſitus. Seruius ſcribit eū eſſe Ciliciæ: de quo Ouid. Riget arduus alto

Tmolus in aſcenſu cliuo q; extenſus utroq;,
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hipæpis.

Eſt ergo iuxta Sardis, q vrbs ex Herodoti Pliniiq; teſtimonio in Lydia eſt. A' quo & nomē flumini datum eſt. Plinius lib. xxxiii. Non ſolitum inueniri niſi in flumine Tmolo. Apud Colu. lib. iiii. Tmolus videtur eſſe genus arbuſculæ, cuius flores ſūt crocei. A' poetis tamen quandoq; ſuperaddi i, poſt t, inuenimus. Ouidius libro ſexto Metamor.

Deſeruere ſui Nymphæ vineta Timoli.

T ANTE O.

Tocos, à τίκτω, pario: eſt id quod corruptè dicimus Stocus, præpoſitio ſ, ſicut fœnus à fœtu. Quia pecunia pecuniā parit. Tocos etiam genitrix vel parens. unde Theotocos dicitur Dei genitrix.

Toga ueſtis communis omniū Romanorum: tam fœminarum, quàm marium: ſed prætexta honeſtiorum, toga uiliorum. Dicta Toga à tegēdo, quòd corpus tegat. Hæc laxa erat, & in ſinum multis criſpulis ſubtracta ſuccingebatur. Tibullus.

Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu.

Hinc Romani togati dicuntur. Vergilius.

Romanos rerum dominos gentemq; togatam.

Quoniam uerò in pace tantum togæ uſus erat (nam in bello depoſita toga, chlamydem ſumebant aut lænam) factum eſt ut Toga pro pace ſicut arma pro bello, ponatur. Plinius, Vt dubiū ſit toga ne an bello præſtantior fuerit. Togarum uerò uaria erant genera. ut toga prætexta, toga uirilis toga picta, toga regia, quæ erat auro & purpura intexta, quæ reges utebantur, quæ à Liuio inter inſignia triumphantis numerantur, purpurea ante uocitata: & erat ſine pictura. Tunica palmata à latitudine clauorum dicebatur, quæ nunc à genere picturæ picta adpellatur. Interdum Toga accipitur pro peculiari habitu clientum, & ſalutatorum, qui togati ibant ſalutatum ut ſportulam conſequerentur. Martialis.

Mane uel à media nocte togatus ero.

Togatæ comœdiæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus Romanorum: ſicut Græcas fabulas ab illorum habitu palliatas adpellamus. Nam Græci ſupra tunicam pallium ferebant.

Togatæ tabernariæ, dicuntur comœdiæ, in quibus non magiſtratus, ſed humiles perſonæ inducuntur. Dictæ tabernariæ, quòd olim tabulis domus communiter tegerentur.

Togati, togis induti. vnde Romani togati dicti ſunt: quoniam toga Romanorum propria erat. Sic ii qui principes ciuitatis officii gratia, in forū deducebāt, ac deinde domum reducebant: quoniam togis amicti erant, Togati uocabantur. Iuuena.

Turbæ rapienda togatæ.

Hi etiam per diminutionem Togatuli dicebantur.

Tolero, as, uerbum eſt mala patientis: à cuius participio fit toleranter, tolerantia, & toleratus, us, ut hoc eſt difficile toleratu, per ſimplex l, ſemper ſcribitur.

Tolles, dicuntur quòd tollantur & tumeant. Cuius diminutiuum tonſillæ, quæ ſunt in homine ſicut glandulæ in fuce, quum tumor fauces occupat.

Tollo, is, ſuſtuli, & ſecundum antiquos tetuli, ſublatum, ſignificat eleuo, ſublimo. Plautus, Tolle caput. Vlpianus. Ius uicino non eſſe altius ædes tollere. Aliquādo Tollere eſt capere. Vergilius libro quarto Georgicorum. Et ſæpe lapillos

Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram
Tollunt, his ſeſe per inania nubila librant.

Aliquando ſuſcipere. Suetonius de Neronis parente: Deceſſitq; Pyrgis morbo aquæ intercutis, ſublato filio Nerone ex Aggripina Germanico genita. Aliquando nutrire. Terentius, Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. Aliquando auferre. Cicero in Lælio. Solem enim de mundo tollere uidētur, q amicitiam è uita tollunt. Aliqñ differre. Plau. Omnes tollo ex hoc die in alium diem. Aliqñ inferre. Verg.

Tollentemq; minas & ſibila colla tumentem.

Compoſita huius uerbi ſunt Atollo, quod eſt in altum eleuo. Contollo, contra tollo. Plautus in Aulu. Contollā gradū. Extollo, in altum eleuo, exalto, magnifico. Plau. in Amphi. Deuolāt angues iubati deorſum impluuium duo maximi cōtinuo extollunt ambo capita. Salluſt. Ita eorum, qui ea fecere tanta habentur quantum ea uerbis potuere extollere præclara ingenia. Interdū differo. Cæcilius, Abi intrò, atq; iſtæc aufer, tamen hodie extollat nuptias. Protollo, & Suſtollo, de quibus locis ſuis.

Tolutarius, ſiue tolutaris equus, quaſi volutarius, à pedum uolubilitate, qui alio nomine aſturco ab Aſturia Hiſpaniæ oppido adpellatur. Hos gradarios uocamus, qui molli gradu et ſine ſuccuſſatura geſtant. Vnde Martialis.

Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues,
Venit ab armigeris gentibus Aſtur equus.
Seneca in Epi. Aſturconibus (inquit) & tolutaribus mannis.

Tolutiloquentia, volubilis locutio. Neuius, O' peſtifera nux, acerba tolutiloquentia.

Tolutim, pen. prod. quaſi volutim, hoc eſt, volubiliter. Varro. Vt equus qui ad vehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, vt equiſo doceat tolutim incedere. Adequitatio hæc. ὑπόρομος à Iulio Polluce dicitur, quia carpat in curſu terram, & tollat volubiliter ac modice veſtigia.

Tolutus, quaſi volutus: à voluo. Cornucopiæ.

Tomacula, vel per ſyncopen Tomacla, edulia ſunt q̃ ferè ex iecore porcino minutatim conciſo & iam ſemicocto, infuſis ouis crudis, & caſeo optimo, & liquamine, pipere, aniſo, gingibere fieri conſueuerunt, teguntur q̃; omento ſuillo. Plin. Tomacinæ adpellantur, quæ tomacula Inſubres Galli noſtris temporibus tomacellas. Iuuena. Candiduli diuina tomacula porci. Varro. Quotannis è Gallia adportantur Romam pernæ, tomacinæ, & tomacæ, & petaſones.

Tomentum, lana breuis ac conciſa, quæ ex veſtibus à fullone poliendo detrahitur: & quicquid farciminis ex quacunq; re, ſiue ex fœno & palea, ſiue ex pluma fuerit, quo culcitræ farciuntur. Varro: Poſtquam tranſierunt ad culcitras, quòd in eas ſagos aut tomentum aliud'ue quid calcabant: ab inculcando culcitra dicta. Videtur autem Tomentum deduci à τέμνω, quod ſignificat incido: ſicut & tomos & tomicus. Suetonius in Tybe. Adeò alimenta Druſo ſubducta vt tomentum ex culcitra tentauerit mandere. Tomentorum autem aliud leuconicum dicebatur, quod fiebat ex lana alba conciſa. Aliud Circenſe, ex harundinibus conciſis factum. Id q̃; ſtramentum habebatur plebeiorum. Dictum circenſe, quòd in Circo Romano ſternebatur, illic q̃; egeſtoſi quieſcebant. Seneca libro de Beata vita: Nihilò miſerius ero ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat, ſi ſuper Circenſe tomentum per ſarcinas veteris lintei effluens incubabo. Martia.
Tomentum conciſa palus Circenſe vocatur.
Hec pro leuconico ſtramina pauper emit.

Tomices, pen. cor. Græco nomine adpellantur ex cannabi impolito & ſparto leuiter tortæ reſtes, ex quibus funes fiunt. Plinius lib. xvii. Tomice moris ſplenarum circunlita. Victru. lib. vii. docet aſſeres tomice religandos. Puluilli quoq; quos in collo habent animalia ne reſte lædantur, Tomices vocantur.

Tomos, ciuitas in Ponto: ab eo dicta, quòd illic Medea, Abſyrti fratris mẽbra fruſtulatim cõcidit. Oui.
Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.
Item Tomos, fragmentum libri eſt abſciſſum, quod tamen, & pro ipſo libro ſeu volumine imperfecto accipitur. Vnde Orige. tertium librorum ſuorum genus tomos inſcripſit: quos (vt ait Hieronymus) non poſſumus adpellare volumina. Idem ait: Edidit innumerabiles commẽtarios quos ipſe adpellat tomos.

Tomus thurarius, canis marinus dr̃ ab Athenæo.

Tomyris, pen. cor. fuit regina nobilis Maſſagetarum in Scythia quæ Cyrum debellauit & interemit, de qua Herodotus & Iuſtinus ſcripſerunt.

Tondeo, es, totondi, tonſum, licet eius compoſita nõ geminent ſyllabam præteriti, & ſignificat lanam ſiue capillos, & huiuſmodi incido. Cicero lib. v. Tuſcula. Regiæ virgines vt tonſtriculæ tondebãt barbam & capillum patris. Et Tondere, paſcere. Et aliquando ſecare. Vergilius lib. i. Georgicorum.
Ter centũ niuei tondent dumenta iuuenci. Idem
Nocte arida prata Tondentur, id eſt, ſecantur.
Huius verbi compoſita ſunt Attondeo, quod eſt perfecte tondeo. Hierony. ad Marcellam. Et curua attõdens vitem falce vinitor aliquid Dauidicum cantat. Plautus in Capti. Sed vtrũ ſtrictim me attõſum eſſe dicã, an per pectinẽ, neſcio. Detondeo: de quo ſupra.

Toneſcit, tonus fit. Varro: Tonitribus tẽplũ toneſcit.

Tonimus, veteres pro ſonamus vſurparunt. Ennius,
Et toto ſimul tonimus theatro Cornucopiæ.

Tonitruo, as, tonitrum facio. Hieronymus in Pſalm. expoſitione, Quando tonitruat Deus ſimilem vocem facit roiæ.

Tonitrus, us, & Tonitru, declinari poteſt. Ouid. lib. ii. Meta. Vnde ſolet tonitrus & flumina mittere terris. Iuuena. Et facient optata tonitrua cœnas. Eſt autem Tonitrus (vt in Queſtion. docet Seneca) nubis ictæ ſonus, qui & tonus dicitur.

Tono, nas, naui, natum, & Tono, nis, niui, nitum. Varro in Eum. Sonitus matris Deum tonimus tibi ſemiuiri. Et à tonatum fit Tonatio. A' tonitum fit Tonitus. Eſt autem Tonare, tonitum reddere, ſonare, altè loqui. Huius compoſita ſunt Attono: vnde Attonitus, ſtupefactus. Vergi. Talibus attonitus iuſſis Cõtono, ſimul tono. Hierony. ad Heliod. Diuinis vocibus euangelium contonat. Circuntono, circunſtrepitum facio. Hora. in Sermo.
Hunc circuntonuit gaudens bellona cruentis
Detono. Intono, valde tono. vt, Intonuit de cœlo dominus. Horatius in Epo. Intonata protulit. Pertono, perfecte tono, reſono. Hierony. contra Heluí. Quando vero vox illa pertonuit, tempus breuiatũ eſt, reliquum eſt, vt qui habent vxores ſic ſint quaſi non habentes. Et omnia habent penultimam correptam.

Tonſæ, dicuntur oues. Hieronymus in Can. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro Et Tonſæ, dicuntur remi, à circundendis fluctibus. Vergilius lib. vii.
Et in lento luctantur marmore tonſæ.

Tonſilis, & hoc Tonſile, quod tonſum eſt, ac in orbẽ & comam putatum. vt tonſiles oleæ, tonſilis buxus, habet q̃; penulti. correpf.

Tonſilla, tonſillæ, palus dolatus in acumine, & cuſpide præferratus, qui nauis religandæ cauſſa in littore figitur. Accius: Tecete & tonſillas in littore edite. Tonſillæ etiam diminutiuum à tole. Toles autem (vt inquit Feſtus) eſt tumor faucium. Et proprie ſiunt circa vuam ex vtraq; parte infra fauces vocanturq;

glandulæ ob quandam glandis ſimilitudinem. Poſ ſunt etiam dici Tonſillæ, tanquàm loca in quibus fiſtulæ & cibalis & ſpiritalis religatæ ſunt: vel qa huiuſmodi morbus tam vehemens acutusq́; eſt, vt non minus quàm acutiores paxiiii pungat.

Tonſo, as, frequentatiuum. vnde & Detonſo. Gelli. Capillos Dialis niſi qui liber homo eſt nõ detonſet.

Tonſor, & Tonſtrix, nomina verbalia.

Tonſorius, ria, rium, quod ad tondendum pertinet. vt cultus tonſorius. vide in dictione Candeo.

Tonſtrina, penul. prod. locus in quo tonderi ſolet. Plautus in Aſin. Libanum in tonſtrinam vt iuſſeram venire, is nullus venit.

Tonſus, a, um, participiũ, quod eſt coma abſciſſa. vt tõſus homo: ſicut Intonſus, capillatus. Hinc Tonſi montes, qui ſyluis carent: intonſi, ſyluoſi. Varro: Intonſi montes & feris pleni. Aliquando Tonſus ponitur ꝓ minuto. Verg. Tonſisq́; ferunt mantilia villis. Tonſa oliua, dicitur quæ minutis frondibus compta eſt, quaſi à tonſore compoſita. Verg. lib. v.
Ipſe caput tonſæ folijs euinctus oliuæ.

Tonſus, ſus, nomen. idem quod tonſio & tonſura.

Tonus, Græca vox eſt. Nam Græci τόνος dicunt ſonũ. Vnde accentum quoq; tonon adpellant, quos veteres noſtri imitati, tenorem quaſi tenorem accentũ vocauere. & Tonus, qui & Tonitrus. item Tonus, neruus qui ex vtraq; parte ſtomachi eſt. Itẽ Tonus ſpatium id quanto abeſt à terra circulus cæli citimus, hoc eſt, Lunaris, centum ſcilicet viginti ſex milia ſtadiorum, vt inquit Marti. quoniam vt in ſonis interuallum cum legitima quantitate minimum ex duobus ſonis inter ſe diuerſis, ita in cælo minimum à terra ſpatium ad Lunam tonum adpellare placuit. Huius menſuræ dimidium Hemitonion. Tonus verò cũ hemitonio proportionem facit ſeſquiplam, hoc eſt, ſeſquialteram.

Toparcha, dicitur ille qui vnius regionis vel loci curã adminiſtrat, quæ Toparchia vocabatur. Euſeb. in Hiſto. Eccle. Abagarus Vchame filius toparcha. Erant enim in Arabia præfecturæ, quas etiam tetrarchias adpellarunt.

Topazius, inſula eſt in mari rubro nebuloſa, & Troglodytæ eam dictam volunt à τοπάζειν, quod eorũ lingua ſignificat quærere.

Topeia, à Græcis dicuntur choedæ, τοπεῖα,

Tophus, genus lapidis aſperi, qui de facili in arenam reſoluitur. Ouid. Et leuibus tophis. Hinc Tophinus & Tophaceus adiectiua. Sueto. Quæ tophina ac lignea antea erant. Plin. Eſt alba, rufa, columbina, argyllacea, tophacea, arenacea.

Topiariũ, dicĩ opus ex arbore aut frutice aut herba factum ad decorẽ. vt ſunt teſtudines, cameræ, naues, auiculæ, & huiuſmodi, quæ ex buxo, vel hedera, & huiuſmodi, quarũ natura ſequax eſt & flexibilis, fieri cõſueuerũt. Dictũ Topiariũ ἀπὸ τῶν τόπων hoc eſt, à locis quæ his varia cõſtituunt. Quæ & Topia ab idoneis ſcriptoribus nũcupãtur. Victruuius lib. vii. Habentes Deorũ ſimulachra, ſeu fabularũ diſpoſitas explicationes, nõ minus Troianas pugnas, ſeu Vlyſſis errationes, per topia, cæteraq́; quæ ſunt eorum ſimilibus rationibus ab rerum natura procreata. Quidam à funiculis quos in oleo terẽdo circumligatos inſtrumentis illis topia Græci vocant. Cicero ad Q. Fratrem: Topiarium, laudauit ita omnia cõueſtiuit hedera. Plin. Accedit in topiario opere lauri genus quæ taxa dicitur, ramos ſpargit à radice topiarii ac coronarii operis, hinc Topiarii dicuntur, qui topiaria faciunt: ſicut coronarii, qui faciunt coronas. Idem: Satiuæ myrti genera topiarii faciunt. Et ars ipſa Topiaria dicitur, vt argentaria. Cicero: Vt deniq; illi palliati topiariam facere videantur.

Topographia, loci deſcriptio. Cornucopiæ.

Topos, Latinè locus. Topicus, localis. Vnde Ariſtoteles & Cicero Topica libros adpellarunt. id eſt, locorum ſedes, in quibus huiuſmodi loci demonſtrãtur. Hieronymus: Non topica. id eſt, locales ſedes argumentorum.

Topotheſia, dici poteſt loci poſitio vel deſcriptio. nã Topos, locus, theſis, poſitio.

Torale, & per apocopen Toral, à toro, mappa longa quam ſuper linteola ponimus. Et omnia lecti ſtragula Toralia dicuntur. Horatius,
Ne turpe toral, ne ſordida mappa.
Namq; ſuper toros ſternuntur veſtes, ſtragulæ purpureæ, ſeu virides aut verſicolores. Idem in Sermo.
Et tyrias dare circum illota toralia veſtes.

Torcoraſion, Latinè puella dicitur.

Torcularius, a, um, quod ad torcular pertinet. Varro, Si ſit centum iugerum habere oportet vaſa torcularia inſtructa trina.

Torculum, quod vſu Torculare, & per apocopẽ Torcular, penul. prod. ædificium vinarium & machina, à torquendo quo vua torquetur. Prælum, à prælucendo, pro trabe accipi ſolet, qua vuæ calcantur. Lacus, qui continet muſtum prælo ex vinaceis expreſſum. Impropriè autẽ lacus, prælum, & torcular pro eodem accipiuntur.

Toreuma, matis, & toreumatum, mati, opus politum cælatum. τορεύω enim ſculpto & cælo ſignificat. Sunt autem Toreumata opera delicate & eleganter ſculpta ſiue cælata. Saluſtius, Tabulas, ſigna, toreumata emunt. τορευτὴν cælatorem Græci dicunt. Toreutice, ars ipſa quæ & anaglyptice. Scribit Plinius lib. xxxiiii. Primum Phidiam artem toreuticem aperuiſſe & demonſtraſſe, quam Polycletus Sicyonius mox erudiuit ac cõſumauit. Martialis,
Artis Phidiacæ toreuma clarum.

Tormentum, ſupplicium quod datur alicui, ad perquirendam veritatem, vel ad cruciatum inferendum. vt eſt illud. Omnes ſancti quanta paſſi ſunt tormẽta. Varro meſſis trituram, tormentum adpellat, quòd ibi frumentum teratur. Et tormentum generale vocabulum eſt omnium machinarum ſaxa, tela, & id genus varia torquentium. Cæſar ſecundo Commentario. Ad extremas foſſas caſtella conſtituit, ibiq́; tormẽta collocauit. Dr̃ aũt Tormẽtũ à torquẽdo, ἑλληνιστὶ δὲ βάσανος καὶ βασανιστήριον καὶ τὸ ῥῆμα βασανίζω, id eſt, Græcè verò βάσανος, id eſt, tormẽtũ et

βασανιστὴς, id eſt, tortor: & βασανίζω, verbum, id eſt, torqueo.

Tormina, genus morbi, à torquendo: quum dolore torquentur inteſtina exulceratiōe. Græcè dyſenteria vt lib. iiii. ſcribit Celſus. Ex his cruor manat frequens deiiciendi cupiditas, dolor in ano eſt. Plin. Menta- ſtrum torminibus cholericis efficaciſſimū. Hinc Tor- minoſi, qui eū morbum patiuntur, quos & dyſenteri- cos Græco vocabulo adpellāt. Cicero: Itaq; dicimus grauedinoſos quoſdā torminoſos. Nonius Tormi- nes maſculino genere protulit. Hippocrates mortife- rū eſſe ſignū in dyſenteriā, ſi carnes egerantur. Gale- nus ſcribit dyſenteriam fieri, quando materia exube- rans calore æſtatis inficitur & fit ſalſa.

Tornatile, pen. cor. quod torno factum eſt.

Torniamē, ludus eſt, qui Troia dicebatur, quaſi pro Troiano agmine dicatur torniamen.

Torno, nas, ad tornum polio. Plin. lib. xxxvi. Lapis eſt qui cauatur, tornaturq; in vaſa, coquēdis cibis vti- lia. Item: Tornare, eſt circumagere. Idē in eodē: Qua- ſū in officina turbines ita vibrati pepēderūt, vt pue- ro circumagente tornarentur. Hieronymus in Eſaia vſurpauit Torno, niſi textus falſus eſt: ſic enim ait: Et circino torneauit illud. Hinc Detorno, quod eſt de aliquo torno. Plinius lib. xiii. Lignū grāde intus firmæq; duritiæ ex quo veteres detornāt anulos.

Tornus, inſtrūm fabrile quo ligna polita redduntur.

Toropetron, herbæ genus quam & dorypetron, & li- thoron vocant, caulibus veluti roſæ capita ſuſtinēs. Naſcitur in campeſtri & gracili ſolo. Cornucopiæ.

Torpedo, piſcis genus, qui limo merſus, occultat ſe, & piſces ſupra natantes torpētes facit. poſtquàm verò obtorpuere, deuorat. Ponitur & pro pigritia.

Torpeo, pes, pui. piger ſum. Vergilius lib. iii. Georg. Conſertoq; agmine cerui.

Torpent mole noua, & ſummis vix cornibus extant.

Hinc Torpeſco, piger fio. Salluſtius in Iugurtha: Cæ- terum ingenium quo neque melius, neq; amplius in natura mortalium eſt, incultu atq; ſocordia torpeſce- re ſinunt.

Torpor, animi & corporis debilitatio, à torpedine piſce, cuius contactu corpus hebeſcit.

Torporo, as, pen. prod. torporem induco. Turpilius: Stupidus aſtas, ita eius adſpectus torporauit homi- nis amore.

Torquatus, cognomen Titi Manlii, qui ad Anienem occiſo Gallo, torquem detraxit. Hic eſt ille Torqua- tus Manlius, cuius iniuſſu quum filius aduerſus hoſtē, à quo prouocatus fuerat, pugnaſſet, eoq; occiſo eque- ſtria ſpolia victor ad patrē tuliſſet, ſubitò eū quòd aduerſus edictum ſuum & rei militaris diſciplinam feciſſet, iuſſit occidi.

Torquatus, etiam palumbus dicitur. Martialis:

Inguina Torquati tardant hebetantq; palumbi,
Non edat hanc volucrem qui cupit eſſe ſalax. Cc.

Torqueo, es, ſi, ſum, & tortū, ſignifica inflecto. Plin. Nec tantū binas per diuerſas coaſſationes ſubternii, capita earū præfigi clauis ne torqueātur. Vergilius lib. ii. Georgicō. Ithyreos taxi torquētur in arcus. Id eſt, torquendo fiūt. Terent. Vide vt ille ſibi os cētorſit carnifex. Hinc aliquādo Torquere ponitur pro gyro celeri rotare. Vergil. Aſt illum ter flu- ctus ibidem Torquet agēs circū. Aliquando pro torquendo iacere. Ibidem:

In medios telum torſit primus Achiuos. Aliquan- do pro gubernare. vt, Cæli & terras qui numine torquet. Aliquādo pro ſuſtinere. vt, Vbi maximus Atlas Axem humero torquet. Aliquādo pro tor- mentū inferre. Lactan. lib. iii. Beatus eſt igitur ſa- piēs in tormentis. Sed quū torquetur pro fide, pro iuſtitia, pro Deo, illa patientia doloris beatiſſimū fa- ciet. Donatus: Torquemus hominē, extorquemus veritatem. Hinc Tormentū, & Tortura. Aliquādo pro filare, vt eſt illud Iuuenalis: Penelope melius, melius torquetis Arachne. Aliquādo pro trahere. Verg. Torquetq; ſonantia ſaxa. Huius compoſi- ta ſunt Abſtorqueo, quod eſt torquendo aufero. Contorqueo. Vergilius lib. i. Georgicorum.

Proluit inſano contorquens uertice ſyluas
Fluuiorum rex Eridanus. id eſt, euertens.

Detorqueo, Diſtorqueo, Extorqueo, Intorqueo, In- tertorqueo, Obtorqueo, Cōtraiorqueo, Retorqueo, retrotorqueo, iacio, remitto. Cicero in Catōne, Quo quidē me pficiſcentē haud ſanè qs facile retraxerit, nec tanquàm pilā retorſerit. Et Retorquere, eſt rur- ſus flectere. Colu. lib. v. Id vt ſcite fiat, meminerit al- ligator ne retorqueat ſarmentū, ſed tantū inflexum deuinciat. Prætorqueo, aut flecto. Idem lib. iiii. Sed Iulius Atticus prætorto capite & recuruato, ne paſti- natum effugiat, prædictum ſemen demerſit.

Torques, et torquis, tam maſculini quàm fœminini generis, ſecundum Probum, ſignificatq; circulum au- reum, flexilem, obtortum, colli ornamentum et ſum- mi pectoris. Propertius.

Torquis ab inciſa decidit unca gula.

Gellius, Caput galli præcidit, torquē detraxit, eamq; ſanguinolentā in collū poſuit. Refert Plinius, torqui- bus aureis auxiliares externos donatos fuiſſe à Ro- manis. At ciues nonniſi argenteis. Scribit Vegetius lib. ii. Quibus aureus torquis ad uirtutis præmium dabatur, et hi duplas conſequebantur annonas.

Torrefacio, comburo, coquere facio, aut multum cale- facio. Colu. lib. ii. Et ſubinde opportunis Solibus torquefacta proteritur.

Torrens, nomē generis maſculini, ſignificat fluuiū q non de fonte, neq; de viua aqua: ſed à pluuiis, vel de mōtibus in valles deſcēdit, & in mare vadit, & æſtu- te ſiccatur, aquis verò hyemalibus inūdat & currit. Interdum ſumitur pro fluuio. Hieronymus in Pſalm. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrēte de- litiarum tuarum potabis eos, non ſiccabitur. Torrēs verò participium poſuit Vergilius.

Hic tantum boreæ curamus frigora quantum,
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Id eſt, quæ torrentis more fluunt. Hinc Torrentior, & Torrentiſſimus. Iuuenalis: Et Iſæo torrentior. Id eſt, volubilior.

Torreo, res, rui, toſtum, ſicco atque areſacio. Quod

etiam

etiam de frigore poteſt intelligi. Varro: Frigore torret. Sed vſurpatur quandoq; pro vrere. Vergilius, Iam rapidus torrens ſitientes Tyrius Indos.
Quandoq; pro aſſare. Plinius lib. xix. Si radicem betæ in pruna toſtam ſuperederint odorem extingui. Vnde carnes toſtas adpellat vulgus. Quandoq; pro vertere. Lucanus, Ingẽtes fato torrente ruinas. Quidã hoc verbum ἀπὸ τοῦ τορεύειν, deriuant. quod eſt ſculpere, cælare.

Torreſco, torridus fio. à quo Retorreſco, rurſus coquo, vel rurſus vro. Colu. lib. iiii. Deinde ſata non ita nutriunt, vt antè cõualeſcant, quàm retorreſcant.

Torridus, rida, ridum, quod eſt aridũ. Vnde æſtas torrida dicitur. Hinc Retorridus. Colu. lib. iii. Niſi eum eeciderís, arbor tota fiet retorrida. Et inde Torrida zona, quæ an ſit habitabilis, vel non, nunc campum diſputandi non amplum habeo, ſed aliàs dicemus.

Torris, lignum teres quum ardet. Titio torris extinctus. Lactantius: Titionem vulgus adpellat extractum foco torrem ſemiuſtum extinctum.

Torrum, etiam pro torridum dicitur. Inde Torris fax adpellatur. Cornucopiæ.

Tortile, penultima correpta, quod retortum & replicatum eſt. Ouidius.
Tortilis à digitis excidit anſa meis.

Tortiuum vinum, eſt nouiſſime expreſſum. vt apud Catonem.

Torto, tas, frequentatiuum, ſignificat vehementer torqueo. Pomponius: Ibi inſilui in cochleatũ equuleum, vbi tolutim tortor.

Tortor, qui torquet, id eſt, cruciat, uel ad quæſtionem ponit, vel qui lapidem tormento iacit. Vnde ab Ammiano Tortores balliſtarum adpellati ſunt, qui ex balliſtis tela contorquent & iaculantur.

Tortum, machina ad torquendum ſaxa. Pacuuius: Nã te in tenebras ſæpe lacerabo fame clauſum, & fatigãs artus torto diſtraham.

Tortuoſus, a, um, quod eſt tortum. Cicero in Lælio: Neque enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium & tortuoſum.

Tortura, ſupplicium, in ſacris literis. Seruo maleuolo tortura & compedes.

Tortus, ta, tum, quod non eſt rectum, ſed flexum. Auguſtinus: Habes vnde corrigas quod in te tortũ eſt.

Toruitas, proprie taurorum eſt, dicta quaſi taurorum acerbitas. Cornucopiæ.

Torulus, diminutiuum à torus. id eſt, paruus lectus. Plautus in Amphi. Tum meo patri torulus inerit aureus ſub petaſo.

Torus, lectus: ab intortis herbis dictus. Vergilius: Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto.
Toros etiam adpellamus pulpam carnis muſculoſam, in qua eſt robur & valentia: vt ſunt partes membrorum neruoſæ calloſæq; & in ſe propemodũ collectæ. Vnde Toroſus, a, um, Scribit Colu. parandos eſſe boues nouellos, ceruice longa & toroſa. Vale. Flac. Protulit horrẽdosq; toris informibus artus. Quod & de venis quod dicitur, quũ varicum in morem quibuſdam in locis turgeſcunt. Cornelius Celſus lib. vii. Ac per ipſos venarũ toros inæquale eſt. In herbis Plinius vtitur hoc verbo de inula ſcribens. Breuior is eſt ſed toroſior amariorq; inula. Colu. lib. iii. Arbuſtiuam vitem quam putare tam alligare diligenter oportet. Nam in ea fructus maxime vis cõſiſtit, diutiuſq; perẽnat, quæ firmis toris & idoneis locis religata eſt.

Toruus, a, um, à terendo e, in o, mutata (ut ait Seruius.) vel à tauris, qui irati cum quadam truculentia reſpectant. Nam Toruitas proprie taurorum eſt, vel à torto aſpectu. hinc fiunt aduerbia Torue, Toruum, & Torua. Plautus: Quid me torue adſpectas? Apul. Quum toruum in eos intueretur. Vergilius: Talibus Aeneas ardentẽ & torua tuentẽ Lenibat dictis.

Totidem, ſignificat tot ſimiliter, ſeu planè tot, nec plures res, nec pauciores.

Totum, & Omne, ſic differunt: quod Totum dicimus corporis vnius plenitudinem. Omne, de vniuerſis. vt Totum auditorium habet ſcholaſticos. id eſt, plenũ eſt auditorium ſcholaſticis. Omne auditorium habet ſcholaſticos. id eſt, omnia auditoria. Poetæ tamen iſta confundunt. Fit autem Totus à tot: quãuis tot breue ſit, totus verò productũ. Quotus verò remanet breue. Sciendum quòd ſi Totum eſt pluralis numeri, partes quoq; pluralis numeri eſſe debẽt. vt, Binas litteras à te ſuſcepi, quarum alteris mihi gratularis, alteris ſignificas te eſſe incolumem. Si vero totum, licet pluralis ſit numeri ſingulare habeat, tum partes ſingulares eſſe debent. vt, delector duobus poetis, altero Græco, altero Latino.

Toxicum, dictum eſt quaſi taxicũ (vt inquit Plinius) quoniam taxos arbor eſt veneni præſentiſſimi, adeò vt ſi iumenta taxi folia comederint, emoriantur. Hãc quidam ſmilacem dixere & eſſe in Arcadia tam præſentis veneni, vt ſi quis ſub ea dormiat, cibum'ue capiat, moriatur.

T ANTE R.

TRabes, ſpecies tormentorum à trabibus. Hor. II. Car. Te ſemper ante it ſæua neceſſitas, clauos trabales.

Trabea, nomen poetæ cui inter cõmicos octauus locus adſignatur. Huius meminit Cicero libro quarto Tuſculanarum & de Finibus. Eſt & Trabea genus veſtis, cujus tria ſunt genera (ut Suetonius lib. de Veſtium genere inquit) Vnum quòd Diis ſacratur, tantum de purpura. Aliud purpureum, quod habet aliquid albi. Tertium augurale ex purpura & cocco mixtum. Erat autem veſtis togata purpura circundata ſubtegmine puniceo, quã aureæ fibulæ annectebant. Vergil. de trabea regali ait:
Ipſe quirinali lituo paruaq; ſedebat
Succinctus trabea læuaq; ancile gerebat.
Picus equum domitor. Hinc Trabeati, qui trabea ſunt induti. Ouidius libro de Faſtis primo:
Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
Quum rudibus populis annua iura daret.

Trabica, nauis dicta eſt, quòd ſit trabibus confixa. Pacuuius: Labitur trabica in alueos.

Trabes, & Trabes, bis, vtroq; modò dicitur genere fœ

mimino. dicta à trahendo, quòd in altum trahatur. Proprie Trabs (vt Feſtus ait) ſunt duo tigna ædificii gratia ſimul cõpacta. Nam quum ſimplicia ſunt, non trabes, ſed tigna dicuntur: quamuis abuſiue pro vno ligno quandoq; dicatur.

Trachea, uel trachia, arteria pulmonis, quæ & ſpiritalis fiſtula dicitur: vide in Fiſtula.

Trachelon, media pars eſt naualis veli, cuius ſumma carcheſium nominatur. Cc.

Trachelus, penultima produ. collum, ſpina à vertice ad finem.

Trachyna, oppidũ Cãpaniæ, quæ nunc interpoſita a, Tarachyna, vel Tarachynæ, narum, tantũ pluraliter, quod etiã Anxur antea dicebatur. Nunc aũt Taracina vocatur. uide ſuprà. Eſt & Thrachyna ciuitas Theſſaliæ, q̃ Heraclea ab Hercule cognominata eſt. Hinc ab Ouidio Trachinius dictus Ceix coniunx Alcyones. Græci Trachyna uocant aſpera. Vnde Taracinã quaſi trachinã ab aſpretis dici autumat Strabo. Et à Trachyna Theſſaliæ Sophoclis tragœdia Trachyna dicta eſt. Vnde Cicero lib. ii. Tuſculanarũ. Quas hic uoces apud Sophoclem in trachynis edit.

Trachys; Latine aſperum. hinc Trachyno, aſperum facio.

Tracoma, pen. prod. Græce enim τράχωμα vocatur ſcabricia palpebrarũ interior: ſicut in eadẽ parte glabritas, hoc eſt, defluuiũ pilorũ madroſis & milphoſis.

Traconitidis regio, pars Iudææ, quã ferunt inter montem Libani & lacũ Tyberiadis ſitam eſſe. Cuius tetrarches fuit Philippus iuxta Euangelium Lucæ. Eſt & (ut Hieronymus inquit) trans Boſdram Arabiæ ciuitatem, in deſerto, cõtra auſtralem plagam quaſi ad Damaſcum reſpiciens. Hanc gentẽ inſtituit Cis filius Aram, vt ſcribit Ioſephus libro primo Antiquitatis.

Tractim, aduerbium. ſignificat trahendo in lõgũ, ſine intermiſſione, lõgo tractu, diutine. Plaut. in Amphi.
Quid ſi ego tractim tangã vt dormiat. Vergil.
Tum ſonus auditur grauior tractimq; ſuſurrat.

Tracto, frequentatiuũ, eſt quaſi frequenter traho, vel ſurſum traho. Teren. in Heaut. Hæc arte tractabat vi rum, ut illius animũ cupidum inopia incenderet. Et Tractare, eſt mereri. ut, Bene tractaſti me. id eſt, bene meritus fuiſti de me. Item differere, quòd ea de quibus differimus frequenter tãgere videamur. hinc Tractatus. Item frequenter tangere. Columel. libro. vii. Talis notulæ vitulos oportet quum adhuc teneri ſunt, conſueſcere manu tractari. Iuuenalis,
Per puppim & duros gaudet tractare rudentes.
Item exercere. ut, Quod medicorum eſt,
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.
Item gubernare. Cice. Bruto: Fuit in Cilicia mecũ tribunus militum, quo in munere, ita ſe tractauit, ut accepiſſe ab eo beneficium videret non dediſſe. Huius compoſita ſunt Attrecto. Plaut. in Perſa: Ne me attrecta ſubigatrix. Contrecto, Detracto, Retracto. Obtrecto, quaſi aduerſus aliquem tracto. Pertracto, perfecte tracto.

Tractoria, organa adpellat Victruuius, machinas quibus onera pertrahuntur.

Tractus, tractus, ſpatium, regio, plaga. Vergil.
Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem.

Trado, dis, tradidi, itũ, ex trans & do, n, & s, abiectis, ſignificat in poteſtatẽ do. Teren. in Phor. Verũ, ſciẽtem, tacitum; cauſſam tradere aduerſariis, etiam'ne id lex coegit? Tradere etiam eſt docere. Auguſtinus: Quicquid de arte loquendi, & diſſerendi, quicquid de dimenſionibus figurarum, & de muſicis, & de numeris, ſine magna difficultate nullo hominum tradẽte intellexi. Item ſignificat dicere. Gellius, Demoſthenem tradunt, & veſtitu, cæteroq; cultu corporis nitido venuſtoq; nimisq; accurato fuiſſe. Item mandare. ut quum dicimus: memoriæ traditum eſt. Item fidei alicuius committere. ut, Nuper mihi tradidit Aegon. Item quaſi uendere. Hieronymus in Geneſis Pecunia digna tradat eam mihi coràm vobis in poſſeſſionem ſepulchri. Item permittere. Nam in ſacris literis Dei à quouis ſeceſſio, ſiue deſtitutio nominatur. Vnde Apoſtolus ad Roma. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. id eſt, à Deo permiſſi ſunt deferri in reprobum ſenſum.

Traduco, traducis, penult. produ. ex trans & duco: in quo n, & s, ſimiliter abiici ſitur. ſignificat de loco ad locum duco. Cæſar primo Cõment. Heluetii per anguſtias & fines Sequanorũ, ſuas copias traduxerãt, & in Heduorum fines peruenerant. Aliquando Traducere, eſt ad ulteriora ducere. Plau. Traduce adhuc lineam pluſculũ. Aliquando transferre. Martial. Traducta eſt Getulis. Vnde & Traducere librum ex una lingua in aliam quidã dic ſitur. Hoc eſt, interpretari. Aliquando agere ſiue præterire. Cicero Seruio Sulpitio: Qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus. Aliquando deridere & infamia afficere, & velutì in exẽplum proponere, ut eſt apud Euangeliumi Ioſeph quũ eſſet uir bonus & nollet eam traducere. Martial. Multoq; magis traduceris Apher.
Et Traducere, nutrire, ſouere, ſuſtinere. Iuuenal.
Altera quos nudo traducit Gallia talo.

Traduces, in uitibus dicuntur qui aliunde tracti ac propagati ſunt. Varro libro primo de Re ruſti. Arbuſta vbi traduces poſſint fieri vitium & Mediolanenſes faciunt arboribus, quas uocant opulos. Varro adpellat Traduces rumpos, vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. Huius ſingularis nominatiuus eſt Tradux. Colu. lib. xi. Si tradux, duæ cem non contingit, media virga inter eas diligetur. Transferturq; ad genituram ex corpore in corpus, de qua doctores eccleſiaſtici. Aliquãdo ad linguas. Vñ fama dicta eſt à Tertulliano, ſerpere in linguarum traduces & aurĩũ: propterea quòd fama in his qui loquuntur & his qui audiunt traducit, & quaſi ſerpendo per linguas rumigerulorum & aures curioſorum capit incrementum.

Tragea, ſiue tragia, inſula vna ex Cycladibus, ex qua Theogiton Peripateticus Ariſtoteli familiaris.

Tragelaphus, pen. correp. ſpecies cerui, qui hirco & ceruo ſimilis eſt, barba & uillo diſtans: ab aliis dicitur hircoceruus. τράγος, hircus: & ἔλαφος, ceruus. De quo in Deuter. habetur.

Tragemata, bellaria ſecūdum Macrobium, id eſt, omne menſæ ſecundæ genus.

Tragice, aduerbium. ſignificat crudeliter, quaſi more tragico.

Tragicus, quaſi hircinus, qui tragœdiam ſcribit.

Tragion, ſiue tragonis, herba quæ naſcitur in Creta, iunipero ſimilis.

Tragœdia, pen. cor. quāuis apud Græcos producat, ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς. hoc eſt, ab hirco & cantu: quaſi hyrci cantus. Nam hyrcus dabat in præmiū tragicis autoribus, qui ruſtici & paſtores erant. Vel ab hyrco vinearum hoſte, & à cantilena, eius ipſius rei apud Vergiliū plena. Vel quòd uter eius muſti plenus ſolēne præmiū cantoribus erat. Horatius,
Carmine qui tragico uilem certauit ob hyrcum.
Alii à fece putāt, quā Græcorū quidā τρύγα & tyrga vocāt, adpellatā: quòd ora ſua fæcibus perlinebāt ſcenici ante uſum perſonarū ab Aeſchylo repertū. Idem,
Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ,
Dicitur & plauſt. is uexiſſe poemata Theſpis,
Quæ canerent agerentq́; infecti fæcibus ora.

Tragœdus, qui tragœdiam canit & recitat.

Tragonia, herba, quæ adalligata triduo dicitur cōſumere lyenes.

Tragopa, auis in Aethiopiā, quæ cornibus arietinis præfert caput armatum.

Tragopagus, pen. cor. herba in acetariis laudata, q̄ à quibuſdā barbula hyrcina, ab aliis come: quia folia habet inſtar croci in rotūdum ſparſa. Vulgò barba petræ dr̄ in Gallia tranſpadana. Componitur aūt ex τράγος, quod ſignificat hyrcum, καὶ πώγων, barba: ut iure hyrcobarba nominetur.

Tragopanades, auis eſt maior aquila, cornua in temporibus curuata habens, ferruginei coloris, capite duntaxat phœniceo.

Tragoriganon, herba ſimilis ſerpillo ſylueſtri. Cornucopiæ.

Tragos, τράγος, Latinè hircus. vñ Tragœdia. Rurſus Tragos, herba quam aliqui ſcorpion vocāt, ſemiſpede alta, foliis puſillis racemis rubētibus, grano tritici. Hinc Paratragœdo verbum. Tragus, conchæ genus mali ſaporis. Suidas: Τράγος παρὰ τὸ τραχὺ δέρμα ἔχειν τράχος τις ὢν ἢ παρὰ τὸ τραχεῖαν φωνὴν ἔχειν ἢ ἀπὸ τοῦ τρέχειν καὶ τρωγεῖν φασὶ τὰς ἀμπέλους. id eſt, Tragos, id eſt, hyrcus, quoniā aſperam cutē habeat, aut forſan propter aſperitatem vocis, vel à currendo, vel à rodendo vites vt dicunt.

Tragula, genus teli, haſta dicit̃ quod ſcuto infixa trahatur. Salluſtius lib. iiii. Hiſtor. Auidiſſimis atq; præparatis ducibus & Metellus ictu tragulæ fauciaret̃. Plautus in Epid. Tragulā in te inijcere adornat: neſcio quam fabricam facit. Et Tragula, rete quod vulgò nunc tractam vocant. Plinius, Vſus ſuberis anchoralibus maxime nauium piſcātiumq́; tragulis & cadorum obturamentis. Dicta Tragula, quod ex vndis vt plurimum trahatur.

Tragum, neutro genere. genus piſcatoriæ retis, quod & verriculum dicitur.

Tragurium, inſula in mari Adriatico adiacens Dalmatiæ: in qua eſt ciuitas eiuſdem nominis, autor Ptolemæus libro ſecundo.

Traha, genus uehiculi ſine rotis, quo coloni utuntur, à trahendo dictum. Verg. lib. i. Georg. per epentheſim trahea dixit: ſicut nauita pro nauta.
Tribulaq́; traheæq́; & iniquo pondere raſtri.

Trahax, auidus, rapax, omnia ad ſe trahens. Plautus: Ehò lutum lenonium, ehò ſterquilinium publicum, impure, inhoneſte, iniure, illex, labes populi, pecuniæ accipiter, auide atq; inuide, procax, rapax, trahax: trecentis verſibus tuas impuritates loqui nemo poteſt.

Traho, trahis, traxi, tractum, per vim duco. Trahimur enim inuiti, ducimur uolentes. Vergilius,
Altaria ad ipſa Trementem traxit. Aliquando ſimpliciter ducere. Lactantius libro ſecundo. Nec quicquàm poſſit eſſe omnino, quod non originem à Deo traxerit. Aliquando leuare. Cicero. Atque etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahit. Aliquando protrahere. Salluſtius in Iugurth. Adherbal, vbi intelligit omnes fortunas ſuas in extremo ſitas, hoſtem infeſtum, auxilii ſpem eſſe nullam, penuria rerum neceſſariarum, bellum trahi non poſſe. Aliquando remouere. Salluſtius, Nulla ea res longius nos ab incepto traheret. Aliquando extendere. Vergilius, Ille horridus alter.
Deſidia latamq́; trahens inglorius aluum.
Aliter idem uſus eſt:
Necnon & uario noctem ſermone trahebant,
id eſt, terebant vel conſumebant. Huius verbi compoſita ſunt Abſtraho, Attraho, ad me traho. Cicero Trebatio. Me, qui te non Romam attraham, te qui nō huc aduolas. Cōtraho, Detraho, Diſtraho, Extraho, Intertraho, Pertraho, perfecte, ſeu ad finem traho. Protraho. differo, prolongo. Terent. in And. Impetrabo ut aliquot ſaltem nuptiis ptrahat dies. Retraho, retro, ſeu rurſus traho. Idem: Poſtquàm poeta vetus, poetam nō poteſt retrahere à ſtudio. Salluſt. Fuere tamē extra coniurationem cōplures, qui ad Catilinā initio profecti ſunt. In his erat Fuluius ſenatoris filius, quem retractū ex itinere parēs necari iuſſit. Subtraho, proprie ſignificat ſub ſiue de medio auffero. Lactātius lib. ſecūdo. Qui vel morte ſubtracti vel abſentia fuerint ſeparati. Hieronymus ad Iulian. Audio Fauſtinam ſubita tibi dormitione ſubtractā. Quandoq; ſurripio, furor. Plaut. in Cai. Nam peculii probū nihil habere addecet clàm uiro, & quæ habet partem eius haud commodi eſt, quin uiro aut ſubtrahat, aut ſtupro inuenerit.

Traiicio, cis, ex trans & iacio, remotis n, & s, ſignificat traduco, tranſporto, tranſueho. Nam proprie nauta quæ traiiciunt, tranſportare, ſeu tranſuehere, aut traducere dici poſſunt. Alii vero traducunt tantum, quum traiicere dicuntur: ſicut libro primo docet Liuius: Præ ſe armentum agens, nando traiecerat. Plancus Ciceroni: Exercitum ad Calendas Maias Rhodanum traieci. In his exemplis non capitur Traiicio pro tranſporto, ut quidam uolunt, dicētes: Traiicio exercitum, id eſt, tranſporto exercitū trans mare, aut trans flumen. Traiicio mare vel flumen, id eſt, traſeo

Liuius de ſecundo bello Punico. Amnem vado traiecit. Aliquando coniunctim. Idem, Traiecit copias Iberum. Aliquando Traiicere eſt transfigere, tranſuerberare. Idem libro ſecundo. Contra quem & ille concitat equum, tantaq; uis infeſtis uenientium haſtis fuit ut brachium Ebutio traiectũ, Manilio perculſum pectus. Hinc Traiectio, tráſitio. Cicero lib. i. de Diuina. Quum coelum ex omni parte patens atq; apertum intuerentur, traiectiones motusq; ſtellarum obſeruauerunt.

Trallis, vrbs Lydiæ, non longè à Magneſia ſita in uertice quodam, qui promontorium natura munitũ habet ab Argiuis, & à Thracibus quibuſdam condita. Sunt & aliæ Trallis in Phrygia, vbi ſunt Cariæ fines. Hæc aliis nominibus dicta eſt Euantia & Seleucia, & Antiochia. Hinc Trallianus, na, num. Cicero in Philip. Trallianam aut Epheſinam dicere putes. Ex Trallibus fuit Menodorus vir doctus. Hoc nomen Trallis ſecundũ Priſcianum, tantum pluraliter declinatur, & tam accuſatiuum, quàm nominatiuũ in is, tantum mittit: ſicut alpis, ſardis, ſyrtis.

Tralucidum quod per medium lucet. Plin. Suauiores albæ uiæ, quoniá è tralucido facilius accipit aer.

Trama, ſubtegmen. Perſius. Mihi trama figuræ Sic reliqua.

Trames, generis maſculini. ſemita tranſuerſa. Liuius libro. v. Obliquis tramitibus egreſſi.

Tranare, ſignificat ultra nare, id eſt, natare. Liuius libro ſecundo. Multisq; ſuperincidentibus telis, incolumis ad ſuos tranauit. Vergilius.

Superant montes, & flumina tranant.

Tranquillo, as, quietum facio. Plaut. in Capt. Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus, cui nunquam vultum tranquillauit gratus.

Tranquillus, la, lum, quietus. Plaut. in Ciſt. Si poſſum tranquillũ facere ex irato mihi. Idem in Trucul. Propemodum expertæ eſtis quàm ego ſim tranquillus vſq; homo. Teren. in And. Qui me hodie ex tranquilliſſima re coniecisti in nuptias.

Tranquillitas, tatis. Plin. in epiſto. Annum tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima tráquillitate, pari veneratione.

Tranquillè, aduerbium. Plaut. in Ciſt. Sed tranquille amabo, nequid quod illi doleat, dixeris.

Trans, præpoſitio eſt, quæ ſignificat ultra, ut quum de loco ad locum, & de uno ad alterum, & de una re ad alteram tranſitionem facimus. Separatur quandoq;, ut trans mare, trans montes. Sed plerunq; componitur, præſertim cum his literis. a, ut Tranſalpinus. c, ut Tranſcurro. d, ut Traduco. e, ut Tráſeo. f, ut Tráſfero. g. ut Tranſgredior. i, ut Traiicio. l, ut Tráſlego. m ut Tranſmigro. n, ut Trano. p, ut Tranſpono. ſ, ut Tranſcribo. t ut Tranſtygritanus, qui habitat trans Tygrim u, ut Tranſueho. Sed eſt ſciendum, quòd cõpoſita cum n, uel i, conſonante, uel d, amittit n, & s, ut trano, traiicio, traduco. In reliquis manet integra, niſi cum ſ, in quo ſ, tantum abiicimus, ut tranſcribo. Apuleius tamen docet, quòd ſi trans, ponatur cum eo, duco, pono, poteſt retinere & perdere ns, ut tráſduco, traduco: tranſpono, trapono: tranſeo, traeo. In aliis retinet ns, niſi in trano, trado, traiicio.

Tranſactus, participium. idem eſt quod præteritus. Cicero libro primo ad Herennium. In conſequenti tempore, ſpectabitur nunquid re tranſacta relictum ſit, quod indicet aut factum eſſe maleficium, aut à quo ſit factum.

Tranſalpinũ, dicimus ultra alpes. unde Galliam tráſalpinam vocant Galliam comatam, quæ diducitur in Belgicam, Celticam, & Lugdunẽſem: vt in dictione Gallia dictum eſt. Cornucopiæ.

Tranſcendo, ex trans & ſcando. ſignificat aſcendẽdo transgredior.

Tranſcribo, idem quod exſcribo. hoc eſt ab exemplariis quicquàm deſcribo. Quandoq; tamen ponitur pro trado. Vergilius libro ſeptimo.

Et tua Dardaneis tranſcribi ſceptra colonis.

Tranſcurro, ultra curro. Teren. in Eunu. Tu abi atq; obſera oſtium intus, dum ego tranſcurro ad forũ.

Tranſenna, per quam adſpectus tranſire poteſt. Cicer. lib. i. de Oratore pro feneſtra ſeu cãcello poſuit, quũ ait: Nunc petas à Craſſo, ut illam copiam, quam conſtructá uno in loco quaſi per tranſennam prætereuntes, ſtrictim adſpeximus in lucem proferat. Tranſenna etiam funis extentus dicitur. Salluſtius libro ſecundo Hiſtoriarũ. Tranſenna demiſſum victoriæ ſimulachrum, cum inclinato ſtrepitu tonitruum, coronam capiti imponebat Metello. Quandoq; ponitur pro decipulo, laqueo, & funiculo ad concipiendum concinnato. Plautus in Bacch. Nunc è tranſenna hic turdus lumbricum petit. Et in Rud. In ætate agenda hominum, plurimæ fiunt tranſennæ, ubi decipiuntur dolis, atque ædepol in eas plerunq; eſca imponitur: quam ſi quis auidus poſcit eſcam, auariter decipitur, ut tranſenna ſeu auaritia.

Tráſeo, is, iui, & tranſii, & ſitum, ultra eo. à quo Tráſitio, & Tranſitus, & compoſitum Pertranſeo.

Tranſeunter, aduerbium. à tráſiens, untis, formatum. Auguſti. libro tertio de Ciuitate Dei. Quod vitium Salluſt. magis tranſeunter attigit. hoc eſt, in tranſitu, ſiue tranſeundo.

Transferro, penul. correp. Transferri dicitur res, quæ non remanet apud eos, à quibus transfertur. Cicero libr. i. Officiorum. Quod ab Ennio poſitum in vna re transferri in multas poteſt. Hinc Tranſlatio, quæ fit, quoties vel deeſt verborum proprietas, vel vitiatur iteratio. Cicero autem tranſlationem verborum maxime probat libro de Optimo genere dicendi, quum inquit: Sed Phalerius Demetrius meo iudicio præſtat ceteris, cuius oratio, quum ſedate placideq; loquitur, tum illuſtrant eam quaſi ſtellæ quædam tranſlata verba atque immutata. Tranſlata dico vt ſæpe iam, quæ per ſimilitudinem ad aliam rem aut ſuauitatis, aut inopiæ cauſſa transferunt. Quintilianus autem quæ ſint verba propria, quæq; tranſlata, quomodo transferantur, quæ ſit uitioſa tráſlatio, & quur reperta ſit translatio, diffuſe tradit libro primo Inſtitutionum: dicens. Propria ſunt verba, quum id ſignificát, in quod denominata ſunt: tranſlata quum

alium

alium natura intellectum, alium loco præbent. Vſitatis tutius vtimur, noua non ſine periculo quodam fingimus. Et lib. viii. Transfertur igitur nomen aut verbum ex eo loco in quo proprium erat, in eum in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio melius eſt. Id facimus aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificantius eſt: aut ut dixi, decentius. Vbi nihil horum præſtabit, quod transfertur improprium. Aſconius ſcribit Tranſlatiua dicta eſſe, non noua, nec nuper inuenta: ſed aliunde tranſlata. Tranſlatiuum Græce μεταφορά, id eſt, promiſcuum, vulgare, publicum, indifferens. Tranſlatitia ſunt & uerba per metaphoram in alienum migrantia. Seneca, Tranſlatiua ſeu tranſlatitias ſententias, quæ ſua oratorum ſupellex eſt, pro locis communibus intelligit. Sunt & ſacra tranſlatitia apud Macrobium.

Transfigo, penul. pdu. transfodio, ſeu tranſuerbero. Liuius lib. i. Stricto itaque gladio ſimul uerbis increpans transfigit puellam.

Transfuga, pen. cor. qui transfugit. Liuius lib. ii. Deinde metuens, ne ſi conſulum iniuſſu & ignaris omnibus iret, deprehenſus fortè à cuſtodibus Romanis retraheretur ut transfuga fortuna tum urbis crimen, adfirmante, ſenatum adit. Nec ſolum (vt Iuriſconſultus inquit) Transfuga is accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut à bello transfugit: ſed & qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſpecta transfugit.

Transfugio, de loco ad locum fugio. Idem in eodem. Magna clientium comitatus manu transfugit.

Transfundo, is, de vaſe in vas fundo. Cato: Vbi dies triginta præterierint transfundito, ita relinquitur vſque ad vindemiam. Cicer. per tranſlationem Dolabellæ ſcripſit: Libentius omnes meas laudes (ſi modo ſunt aliquæ meæ laudes) ad te transfuderim.

Tranſgredior, tranſeo, à pedum greſſu proprie dicitur ſed autoritas vetuſta, liberiorem loquendi vſum dedit. Salluſtius lib. i. Hiſtoriarum: & de his qui nauigaſſent & de ipſis nauibus eo verbo vti voluit, in quibus gradus non ſit deceptio. Nactus obſcuram noctem æſtu ſecundo, ac inde tranſgreſſus omnes recipit mons præceptus à Luſitanis. Sic & Tranſgreſſus, us, pro tranſfretatione.

Tranſigo, tranſigis, penulti. correp. ex trans & ago, ſignificat tranſeo ſeu vltra traduco. Salluſt. Sed multi mortales dediti ventri atque ſomno, indocti, inculti que vitam ſicuti peregrinantes tranſegere. Aliquando ſignificat tracto. Terentius in Andria: Intus tranſigetur ſi quid eſt quod reſtat. Aliquando conuenio, concordo, paciſcor, compono, decido: quod pertinet ad creditores & debitores, ut debitor tranſigat cum creditore per deciſionem, & ita lis finiatur. Cicero pro Roſcio: Qui pro ſocijs tranſigit, ſatis dat neminem poſtea eorum petiturum. Apuleius, Quum luce iam tranſegerat. id eſt, quum vita deciderat tanquàm debitor cum creditore, vt nihil amplius ſibi fuerit cum luce, ut luci ſolueret totum quod debebat. Cicero Trebatio: Puto cum Auiano tranſigere poſſemus.

Tranſilio, ſilis, penul. cor. ex trans & ſalio: ſed s, abijcitur, ſignificat vltra ſalio. Colu. li. vii. Si foſſam ſine contatione tranſilit.

Tranſitorius, ria, um, quod cito tranſit. Leo papa: Hæc ergo non tranſitorie, ſed cum ingenti tremore debemus attendere.

Tranſlego, penultima correp. legendo tranſcurro, ſiue vltra lego. Plautus in Aſina. Age quæſo mi Hercle tranſlege.

Tranſmigro, tranſmigras, penultima communi. ſignificat habitatum eo, ſiue tranſeo, vel in longiorem locum domicilium habitationemque commuto. Sueto. in Tib. cap. xv. Statim è Carinis ac Pompeiana domo, Eſquilias in ortos mœcenatianos tranſmigrauit, totumque ſe in quietem contulit.

Tranſmitto, mittis, vltra de loco ad locum mitto. Plinius lib. xviii. Item cribraria quæ ſimili modo, in tertio remanſit cribro anguſtiſſimo, & tantum arenas tranſmittente. Aliquando celeriter tranſeo. Vergil.

Alia de parte patentes Tranſmittunt curſu campos.

Tranſpicio, vltra adſpicio. Lactan. de Opifice: Per eas igitur membranas ſenſus ille qui dicitur mens, ea quæ ſunt foris, tranſpicit.

Tranſtra, ſunt loca vel tabulæ ſuper quas ſedent remiges. Vergilius, Tranſtra per & remos Hæc etiam iuga dici ſolent. Vergilius,

Inde alias animas quæ per iuga longa ſedebant
Deturbat, laxatque foros.

Et Tranſtra tigna, quæ tranſuerſa à pariete in parietem porriguntur. Victruuius lib. v. Trabes etiam ſupra columnas & paraſtata & antes ponuntur in contignationibus, tigna & axes ſub tectis, ſi maiora ſpatia ſunt & tranſtra & capreoli, ſi commoda columen & canterij, ſed & ſedilia in nauibus.

Tranſtyberinus, dicitur aliquis habitans vltra Tyberim. Cornucopiæ.

Tranſuador, & Tranſuado, das, penul. cor. per vadum traijcio. Hieronymus ad Heliodorum per tranſlationem. Sed quoniam ſcopuloſis locis enauigauit oratio, & iter canas ſpumeis fluctibus cautes fragilis in altum cimba proceſſit, expandenda vela ſunt ventis, & quæſtionum ſcrupulis tranſuadatis, lætantium more nautarum epilogi celeuma cantandum eſt.

Tranſueho, vltra veho. Salluſtius in Iugurtha: Ex eo numero Medi & Perſæ & Armenij cum nauibus in Aphricam tranſuecti, proximos noſtro mari locos, occupauere.

Tranſuerbero, as, tranſfigo. Cicero Mario. Sed quæ poteſt eſſe homini polito delectatio, quum aut homo imbecillus, à ualentiſſima belua laniatur, aut præclara beſtia venabulo tranſuerberatur.

Tranſuerſus, à tranſuerto eſſe debet, quod eſt in obliquum verto: licet nondum legerim. Colu. lib. ii. Sed in arando maxime obſeruandum eſt, vt tranſuerſus mons ſulcetur. Cice. libro. iiii. ad Heren. Ecce ibi iſte de tranſuerſo, heus inquit adoleſcens, pueri tui modo me pulſarunt, ſatisfacias oportet.

Tranſuolo, las, penulti. correp. ad aues pertinet. Sed per tranſlationem ponitur pro tranſcurro, vel pro re-

pente accedo. Hieronymus ad Dama. Meq́ dubiũ & quid facerem neſcientem ita fruſtratus exterruit, vt omnibus prætermiſsis, ad ſcribendũ tranſuolarem. Plautus in Epid. pro transfugio poſuit: Tranſuolauerunt ad hoſtes.

Trãſumo, is, ex alio ſumo. vnde quæ ex primis tabulis tranſcripta ſunt, ſolennitate iuris adhibita, dicuntur Tranſumpta: & actus ipſe Tranſumptio. Idem: Trãſumptio figura eſt quam Græci μετάληψιν vocant, quum rem ex alio ad aliud tranſmouemus.

Tranſuo, is, ex trans & ſuo: ſed s, abiicitur. Colu. libro vii. Media ps deſcipii orbiculi eadẽ fibula trãſuitur.

Trapetes, vel Trapetum, pen. produ. mola olearia: à τρέπω, voluo, ſeu verto. Varro à terendo deducit. Verg. lib. ii. Geor. Teritur Sicyonia bacca trapetis.

Trapeza, menſa ſeu tabula qua argentarii vtuntur.

Trapezitæ, pen. prod. menſarii pecuniasũ campſores. Plautus in Capti. Subducam ratiunculam, quantillũ argenti mihi apud trapezitam ſiet. Hieronymus contra Ruffi. Quaſi bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet.

Trapezus, oppidum eſt Ponti Cappadocum: inde Trapezuntius.

Traſton, ſpecies eſt Hammoniaci thuris ſimilitudine, & maxime probatur. Cornucopiæ.

Trauli, qui maiori difficultate loquunt. vnde & Traulis. Lucretius lib. iiii. Magna atq; magnificata cataplexis plena q́ honoris balba loqui non quit, traulis muta pudens eſt.

Trebia, fluuius extra Placentiam, apud quẽ Annibal Romanos vicit. Eſt & Trebia Celtiberorum ciuitas, quæ ps eſt Hiſpaniæ. Inde Trebellicũ vinũ dicimus.

Trebula, oppidum fuit haud longè ab vrbe (vt ſcribit Plin.) Et olim Trebulanis ciuitas data fuit. Hinc caſei Trebulani, dicti ſunt. De quibus Martialis:

Trebulanos genuit commendat gratia duplex,
Siue leui flamma, ſiue domantur aqua.

Propè Trebulanos ſunt & alii populi, nomine Trebiani, autore Plin. lib. iii. Suetonius in Tyb. Iterum eo cenſente vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit.

Tremebundus, abundè tremens. Cicero lib. iii. ad Heren. Sin erit ſermo in locutione leuiter & tremebunda voce cum parua ſignificationis riſus.

Tremefacio, ſicut ſonat. Vergilius:

Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat pauor.

Tremiſco, tremore concutior. Vergilius lib. iii.

Sonitum q́ pedum vocem q́ tremiſco.

Hinc Contremiſco, & Pertremiſco. Lactant. lib. vii. Itaq; trepidabunt omnes, & ad luctuoſum illum ſonitum contremeſcent. Hierony. contra Vigil. Ita totus & corpore & animo pertremiſco.

Tremo, mis, à ſimilitudine vocis quæ tunc quum valde tremit adparet, Quo etiam in corpore pili, aut ariſta in ſpica hordei horrent. Et Tremere quidem commoueri ſeu agitari ſignificat. Plaut. in Aſin. Non placet, pro monſtro eſt: quorũ á qui ſudat, tremit. Interdum ponitur pro timere. Vergil. lib. ii.

Hic aliud maius miſeris multo q́; tremendum.

Huius compoſita ſunt Contremo. Intremo, intus ſeu valde tremo. Vergilius lib. iii.

Et feſſum quoties mutat latus intremere omnem
Murmure Trinacriam.

Pertremo, valde tremo, & habẽt penultimã corrept.

Tremor, modò ipſam commotionem ſeu agitationẽ, modò timorem ſignificat. Verg. lib. ii. Georg.

Vnde tremor terris? Et alibi:

Quur ante tubam tremor occupat artus? Venit tamen ex Græco τρέμω, & illa quæ deducuntur.

Trepido, as, pen. cor. timeo. Teren. in Eun. Quid eſt quod trepidas? ſatis'ne ſalue, dic mihi. Et Trepidare, feſtinare. Vergilius lib. iiii.

Dum trepidant alæ ſaltus q́; indagine cingunt.

Trepidus, da, dum, idem quod pauidus. Cuius eſt diminutiuum Trepidulus. Gellius: Pulli trepiduli circunſtrepere. Et Trepidus, feſtinus. Vergil. lib. iii.

Hic medium trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocii vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere. Seruius: Trepidi feſtini: ut per timorem, non per odium relictus fuiſſe videatur.

Treſſis, tres aſſes. Perſius: Non treſſis agaſo.

Treueri, populi Galliæ, inter Belgas, in confinibus Germaniæ Neruiis finitimi.

Triangulus, figura eſt tres angulos habens, quam Græci τρίγωνον vocant. Hinc Triangularis, & hoc Triangulare.

Triapalis, vermis eſt locuſtæ ſimilis ſine pennis, Græce: nam Latinum nomen non habet. Cc.

Triarchus, nauis triremis ꝓpoſitus ab archõ, princeps.

Triarii, erant milites fortiſsimi, qui in legione Romana vltimi erant. Hi ſi quando q; res fuiſſet in periculo, in fronte acierum poplitibus flexis ſtabant: ita vt potius animam amitterent, quàm de loco decederent. Vnde ortum eſt illud prouerbium, quum res ſunt dubiæ. Ventũ eſt ad triarios. Varro: Triarii dicti quòd in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponerentur. Plau. Agite nunc, ſubſidete omnes, quaſi ſolẽt triarii.

Tribaces, viri attriti flagris: nam tribo ſignificat tero.

Tribades, mulieres dictæ ſunt fricatrices, quæ portentuoſo coitus genere, in ſexum ſuum libidinem exercent, ἀπὸ τοῦ τρίβειν, quod ſignificat fricare.

Tribrachus, pen. corre. pes ex tribus breuibus ſyllabis conſtans: à τρεῖς, & βραχύς, quod ſignificat breue. vt, Te Corydon ô Alexi. Vbi don o a, tribrachus eſt: quum vocalis ante vocalem breuis fiat, verum don producitur.

Tribula, læ, & Tribulum, genus vehiculi, quo frumenta in area terentur: à tribus lateribus ſic adpellatum. Vergilius libro primo Georgico.

Tribula q́; traheæ q́; & iniquo pondere raſtri.

Varro: E ſpicis in area excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis & tribula.

Tribularium, à tribula fieri videtur, & ſignificat locũ vbi tribulæ reconduntur, vt eſt apud Columellam.

Tribulis, penultima producta, qui ex tribu eſt. Horatius in Epiſto.

Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.
Cicero Se. Lucio Coſſino amico & tribuli tuo valde familiariter vtor. Teren. in And. Eſt'ne hic Hegio tribulis noſter. Hinc Contribulis, qui ex eadem tribu eſt. Hieronymus lib. ii. Machabeorum: Quod quum rex annuiſſet, ſtatim ad gentilem ritum contribules ſuos transferre cœpit.

Tribulor, verbum factum ab anguſtia & dolore illorum qui tribulum ferri, vel tribulum herbam calcauerit, quæ oritur in lacubus & paludibus Trigoli vel ferrariæ: vulgariter etiam murex angulata eſt, iacitur vt vis, ſemper cuſpis eſt erecta, bellicum ferramentum eſt.

Tribulus, pen. cor. ſpinæ genus, à ſemine triangulari dictus: vel quòd cuſpidatus trifariam feriat. Ouid. libro decimo Metamorp. Lolium tribuliq́ fatigant Triticiæ meſſes.

Tribunal, pen. prod. locus excelſus in quo reſidebat, qui ius tribubus redderet.

Tribunatus, us, ipſa tribunorum dignitas. Cic. in Læl. De Caii autem Gracchi tribunatu quid expectem nõ libet augurari.

Tribuni, dicti, quòd tunc in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio crearentur: vel quia (vt Vegetius inquit) tribuebant iura militibus. Tribuni etiam vocati ſunt, qui magiſtratum gerebant. vt, Regum tempore tribuni celerum, qui centuriis præerant. Poſtea facti ſunt tribuni militares in caſtris, qui parem cum cõſulibus haberent poteſtatem: qui imperatori opponebantur pro militibus. Tribunorum militarium (ſicut docet Aſcon.) duo ſunt genera. Alii Rufuli dicſitur, qui in exercitu creari ſolent. Alii ſunt Comitiati, qui Romæ comitiis deſignãtur. Tribuni militaris officium eſt, vt miles veſte indutus, armis bene munitus, exercitationis vſu & diſciplina eruditus incedat. Olim tribuni militum cõſulari poteſtate promiſcue ex patribus ac plebe creati ſunt. Alii fuerunt Tribuni plebis, qui in ſeceſſiõe plebis à patribus facti ſunt: anno ferè xvii. poſt exactos reges. Alii Tribuni ærarii dicti ab eo quòd his attributa erat pecunia quam militi reddebant.

Tribunitius, qui tribunus fuit.

Tribunitius, nitia, nitium, quod ad tribunos pertinet. Saluſt. Nam poſtquàm Cn. Pompeio, & M. Craſſo conſulibus tribunitia poteſtas reſtituta eſt.

Tribuo, buis, bui, butum, quaſi tributum do, concedo. Cicero: Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum eſt. Aliquando capitur ſicut vendo. Hieronymus in Deuterono. Aquam pecunia tribuæ, & ſic bibemus. Aliquando capitur pro adſumo. vt, tu tibi multum tribuis. Aliquando pro fauere. Cicero Craſſipedi: Quũ vniuerſo ordini publicanorum ſemper libentiſſime tribuerim. Huius cõpoſita ſunt Attribuo. Cõtribuo, ſimul tribuo. hoc eſt, aliis partem facio. Diſtribuo, diuerſis modis tribuo: Retribuo, quaſi retro tribuo. hoc eſt, remunero.

Tribus, bus, à tributo dando: uel quòd ager Romanus, primò diuiſus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ. Vna Tatienſium à Tatio Sabinorum rege iam amico poſt fœdera. Alia Ramnium ſiue Rãnenſium, à Romulo. Tertia Lucerum à Lucumone. Varro enim ſcribit Romulum dimicantem contra Titum Tatium à Lucumonibus, hoc eſt, Tuſcis auxilia poſtulaſſe. Vnde quidam venit cum exercitu, cui, recepto iam Tatio, pars vrbis eſt data. Vnde in urbe Tuſcus dictus eſt vicus, Siue (ut aliqui volunt) à luco, quem aſylum vocauerat Romulus. Ergo in tres partes diuiſus erat populus, adeò vt qui etiam vni præerat parti, Tribunus diceretur, & ſumptus dati populo Tributa vocantur. Sed poſtea aliæ quoq; partes urbis factæ, quæ ſimiliter Tribus adpellatæ ſunt. Nam in ſex partes fuit diſtributa ciuitas: in primos, ſecundosq́ Tatienſes, Ramnes, Luceres. Quæ ſi bet ex tribubus decem curias continebat, quæ de nominibus Sabinarum, adpellatæ ſunt. Varro, Feſtus, Plutarchus, & Aſconius. Diſſentit paulum Liuius ſcribens à Romulo centurias equitum tres fuiſſe conſcriptas, Rammenſes & Tatienſes & Luceres, nec uidet existimare totum populum in hos fuiſſe diſtributũ, ſed ſolos equites. Auguſt. in Pſalmorum interpretatione ſic ſcribit, Tribus alio nomine dici poſſunt curiæ, ſed non propriè. Nam propriè ſi diximus curias non intelliguntur niſi curiæ quæ ſunt in ciuitatibus ſingulis ſingulæ. Vnde curiales & decuriones, id eſt, quòd ſint in curia uel de curia. Et noſtris, quia tales ſingulas curias habent ſingulæ ciuitates. Sunt autem uel erant aliquando in iſtis quoq; ciuitatibus curiæ etiam populorum, & una ciuitas multas curias habebat, ſicut Roma trigintaquinq; curias habet populi. Hæ dicuntur tribus. Has populus Iſrael duodecim habebat, ſecundum filios Iacob. Plin. refert quatuor ſolas urbanas tribus fuiſſe adpellatas, à partibus urbis in quibus habitabant. Nam Suburrana, Palatina, Collina, & Exquilina dicebantur.

Tributarius, qui ſoluendo tributo obnoxius eſt. Iuſti. lib. i. Sed ciuitates quæ Medorũ tributariæ fuerãt.

Tributim, aduerbium, ſignificat per ſingulas tribus.

Tributum, à tribubus Varro dictum oſtendit, quòd ea pecunia quæ populo imperata erat tributim ſolueebatur. Feſtus, Tributum dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur. Sumi poſtea hoc uocabulum cœpit largius pro omni munere quod à ſubditis ſoluitur. Dicitur & Tributus Plautus in Epid. His quibus tributus maior penditur.

Trica, Apuliæ oppidum. uide in dictione Apina.

Tricæ, capilli, pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti. Quoniam uero greſſum illorum impediant, factum eſt ut omnia impedimenta Tricæ uocent. Plautus in Curculi. Quod argentum tu mihi, quas mihi tricas narras? Inde Extricare & Intricare pro expedire & impedire.

Tricaptum, ueſtis genus eſt, quod tantæ ſubtilitatis fuit, ut pilorum & capillorum habuiſſe credat, pro quo Hieronymus interpretatus eſt illud Ezechielis, Et circundedit te tricapto. id eſt, ſubtilibus, nouis enim rebus noua fingenda ſunt nomina.

Tricenſi, à triginta dicimus, g litera in c mutata, ſicut

pro vigeno vicenum. Capitui autem Tricenum pro tricenteno: à trecentis per ſyncopam. Cc.

Tricephalus, pen. cor. qui habet tria capita.

Triceps, trium capitum. Seneca: Tricipitem ſecum beluam manibus trahens.

Tricerberus, magnus Cerberus. Cc.

Trichila, pen. cor. ſunt vaſa habentia tria labra, è quibus liquor efflui põt de qbus & apud Cæſarẽ Comm̃et. belli Põpeiani, & apud Columellã fit mentio.

Trichomanes, herba eſt quam capillum Veneris nonnulli adpellant. alii callitrichon, quòd pulchros facit crines. Cornucopiæ.

Triclinarium. Plinius lib. ix. Qua purpura quis non (inquit) triclinaria facit?

Triclinarius, miniſter. qui in triclinio miniſtrat.

Triclinarius, a, um, & Triclinaris, & hoc Triclinare, quod ad triclinium pertinet vt mappæ triclinares, & lecti triclinarii.

Triclinium, Latinè diſcubitoriũ dici poteſt. Eſt enim locus in quo diſcumbebant & cœnabant, præcipue in conuiuium accepti à tribus lectis, quos ſternebãt contiguis. Nam tris menſas in conuiuio adponere veteres ſolebant, & iacendo cœnare: ſicut Turcæ faciunt. τρεῖς enim tres, κλίνη, lectus dicit̃. Hinc Hor.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos,
E' quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos,
Præter eum qui pbet aquã. Iuuenalis: Ergo duos poſt
Si libuit menſes neglectũ adhibere clientem,
Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto.
Vnã ſimus ait. Vergilius:
Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto.

Quintilianus locum intellexit quum ait: Vix rõ limen egreſſo, triclinium illud ſupra cõuiuas corruit. Apul. lib. x. Iam deniq; cœnati è triclinio domini decefferamus. Hunc locum Cicero adpellat conclaue, cuius hæc ſunt verba. Hoc inter ſpacio conclaue illud concidit. Proprie tamen conclaue dr̃, quicſique locus ſecretior, vbi colloquia fieri ſolent. Habetq; vnam clauem communem domeſticis, nec eſt omnibus ad eum eundi poteſtas. Victruuius: In tricliniis cæteriſq; cõclauibus maximus eſt vſus luminũ. Conſtat igitur Triclinium, & lectos diſcubitorios, & ipſam cœnationem, id eſt, locũ vbi ſuper lectis cœnaturi diſcumbebant, ſignificare. Sed poſtea Triclinium per abuſionem adparatus ad mẽſam factus dici conſueuit, & coacta in locum vnum parandæ paucorũ cœnæ ſupellex neceſſaria. Hinc Architriclinius, qui huic miniſterio præeſt. Vnde Cice. Sterni triclinia & in foro ſterni iubebat. Sic Biclinium, locus attributus conuiuio à duplici ordine diſcumbentium. Plaut. in Bacchidib. Aduortite Mneſiloche. & tu Piſtoclere iam facite in biclinio cum amica ſua vterq; cubitum eatis.

Tricolon, pen. prod. Latinè trimembre dicitur.

Tricones, moroſi, & ad ridẽdũ duri. Vel (ut inqt Ioãnes Baptiſta Egnatius, vir vtiq; eruditiſſimus, ex ſententia Feſti) Tricones dicuntur contentioſi, & litiũ peramantes. Vnde Iul. Capi. in Aelio Vero. Fertur & nocte perpete alea luſiſſe, quum in Syria concepiſſet id vitium, atq; in tantum vitiorũ Caianorum & Neronianorum ac Vitellianorum fuiſſe æmulum, vt vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & commiſceretur cum triconibus, & cõmitteret rixas, diſſimulans quis eſſet, ſæpe adflictum liuida facie rediiſſe, ac in tabernis agnitum quum ſeſe abſconderet.

Tricongius, cognomen Nouelli Mediolanenſis, qui geſtis honoribus à prætura ad conſulatum vſq; peruenerat. Hic enim tribus congiis epotis ſpectante miraculi gratia Tyberio principe, præclarum cognomen ſibi vendicauit. Cc.

Tricornium, dicimus quod tria cornua habet. Cc.

Tricus, gẽma eſt, quæ licet nigra ſit, tres tamen ſuccos refert: à radice nigrum, à medio ſanguineum, à ſummo candidum.

Tridacna, oſtrea tantæ magnitudinis eſſe voluit nomenclator quidam, vt ter mordenda eſſent. δάκνω enim mordeo ſignific.

Tridens, Neptuni ſceptrum: & quicquid habet tres dẽtes, Tridens dicitur.

Triduum ſpatium trium dierũ. à quo Triduanus, na, num, Vnde Triduanas inducias legimus.

Triemeros, Latinè triduanus, penult. cor.

Triennis, trium annorum. nam Triẽnis, Trimus, & Trium annorũ, idem ſignificant. Vnde Hieronymus in teſtamento veteri. Sume mihi vaccam triẽnem, & caprã trimã, & arietem annorũ trium. Hinc Triẽniũ, ſpatium trium annorum, Triennale adiectiuum.

Triens, numi genus, tertia pars aſſis, Iuuenalis:
Nec habet infelix quem porrigat ore trientem.
Item ſumitur pro calice. Propertius.
Quum fuerit multis, exacta trientibus ora.

Apud Victruuium Triẽtes, ſiue quod idem eſt Triẽtalis materia nomen habent à menſura quòd aſſeres inſtrumenti eius trientali, hoc eſt, craſſitudine quatuor vnciarum eſſent.

Triental, vaſis genus, tertiam partem ſextarii capiens. Perſius: Calidumq; triental Excutit è manibus.

Trientalis herba, à menſura dicta eſt. Id eſt, quæ folio trientem æquet amplitudine.

Trierarchus, præfectus trieris. Cicer. in Verrẽ actiõe tertia. Qua de re Charidemũ Chiũ teſtimoniũ priore actiõe dicere audiſtis ſeſe quum eſſet trierarchus.

Trieris, pen. pro. nauis magna, quæ Græcè durachon à tribus ſeſſionibus, Latinè triremis, Herony. in lib. Numeri. Venient in trieribus de Italia ſuperabunt Aſſyrios.

Trietericus, triennalis, à τρεῖς, & ἔτος, annus. Hinc Trieterica adpellata ſunt ſacra Bacchi, quæ triẽnalia, q̃ tertio quoq; ãno ſumptuoſiora annuis eius orgiis agitabantur. Inſtituta ſunt enim quaſi ex India victor rediiſſet à triennio quo peregrinatus eſt. Ouidius libro nono Metamorphoſeos.

Vtq; tuo moto proles Semeleia thyrſo
Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.

Trieteris, pen. prod. ſpatium trium annorum. Statius libro quarto. The.
Ludus & atra ſacrũ recolet trieteris ophetẽ. Mart.

Adſpicis vt paruus nec adhuc triſteride plena
Regulus auditum laudet & ipſe patrem.

Trifariam, aduerbium. ſignificat tripertitò. Inde Trifarius, a, um,

Trifaux, tres fauces habens. vnde Cerberum trifaucem vocant.

Trifax; vel Triforum, telum longitudine trium cubitorum.

Trifer, ra, um, quod ter fructus producit.

Trifidus, a, um, penultima correpta, quod in tres partes diuidi poteſt.

Trifinium, dicitur vbi trium agrorum terminus eſt.

Trifolinum vinum, dictum à nomine agri. Cc.

Trifolium ſimonlanum, herba eſt quæ inuenitur fragoſis locis. efficaciſſima traditur contra viperæ venenum, odoris grauis, neq; abſimilis bitumini. Et idcirco Græci eam ἀσφάλτιον apellant, noſtri autẽ propter figuram acutam trifolium vocant. Nam longis & hirſutis foliis viret, caulemq; robuſtiorem facit, quàm pratenſe.

Trifur, Trifurcifer, Tricerberus, pluſquàm fur, pluſquã furcifer, magnus cerberus. Nam tris pro valde quandoq; accipitur à Græcis. Plautus: Non fur, ſed trifur.

Triga, quaſi triaga, à tribus equis iunctis. currus qui à tribus equis trahitur. Inde Trigarium dictum trigarum curule certamen. Plin lib. xxviii. Ferunt Neronem principem hac potione recreari ſolitum, quaſi ſic quoq; ſe trigario adprobare vellet. Et lib. xxi. Digeſt. Et ſi triga venierit retinenda erit rota, & ſi quadriga adhibeatur. Trigam etiam humum veteres vocabant.

Trigamus, penultima correpta qui tres duxit vxores. Hieronymus cõtra Iouinianum: Currit ad Habraam Iſaac & Iacob, ex quibus prior trigamus, ſecundus monogamus, tertius quatuor vxorũ eſt. Liæ, Rachel, Balæ, & Zelphæ.

Trigarius, locus iuxta campum Martium. Plin. lib. vltimo: Ne equos quidẽ in trigariis præferri vllis vernaculis animaduerto. Apud Martianum quoq; Capellam libro nono, qui de Muſica inſcribitur. Trigarium (inquit) ſupplicantis ſemper germinatis aduenit. hoc eſt trigemina (inquit) illa mulier ſiue tres in vnius nominis vocabulo conſpirantes.

Trigeminus, idem quod tres. Columella lib. viii. de capella. Parit autem ſi eſt generoſa proles frequenter duos, nonnunquàm trigeminos.

Trigemmis, quid ſignificet declarat Columel. lib. iiii. quum ait: Vallis & vliginoſi campi ſitu ſerimus etiã trigemmem, qui eſt paulò minor dodrante, longior vtiq; ſemipedeis q; non ab eo trigemmis dictus eſt, quòd omnino trium oculorum eſt, quum ferè circa plagam qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum ſed quòd his exceptis quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos totidemq; gẽmas habet.

Trigla, genus piſcis qui à noſtris mulus dicitur & barbo hinc Triglies, lapillus qui mulli colorem habet.

Trigo, as, ſtringo. vnde Obtrigo, quod eſt iureiurando adſtringo.

Trigon, pilæ genus & fustus.

Trigonia, ætas tertia.

Trigonus, penultima prod. triangulus, triangularis. Hinc Trigonalis forma, quæ tribus lineis conſtat, △.

Trilices, veſtes quæ ex tribus liciis conſtant. Interdũ tamen Trilicem triplicem dicimus.

Trilinguis, qui tres linguas habet vel vnum dicit aliud cogitat.

Trimeſtris, trium menſium.

Trimetrum, penultima correpta, carmen ex tribus pedibus conſtans.

Trimma, dicit vinum ex aromatis, in quod iuncus & myrrha & calamus inici ſolebat.

Trimorion, à tribus ſignis dictũ eſt. Tria uero ſigna partibus nonaginta conſtant. Erit ergo Trimorion pars ab horoſcopo genituræ nonageſima. Itemq; à ſitu Lunæ altera nonageſima: unde uaticinium uitæ ſubſtantiarumq; ſumatur.

Trimus, ma, mum, quod eſt trium annorum. A' quo Trimulus, diminutiuũ: & Trimatus, us, & trina dies.

Trimyxos, lucerna eſt ad tria ellychnia ferenda. Cc.

Trinacria, inſula quæ & Sicilia, Sicania, & Triquetra adpellatur, à tribus promontoriis dicta eſt Trinacria, Pachyno ſcilicet Lilybæo, & Peloro: & ἄκρη, ſummitas. Hinc Trinacris. Ouidius in Faſtis:

Terra tribus ſcopulis uaſtum procurrit in æquor,
Trinacris à poſitu nomen adepta loci.

Trinepos, penultima correp. abnepotis filius: quòd ſit poſt tres à nepote.

Trinundinum, uide in dictione Nundinæ.

Triobolus, pen. cor. quaſi homo parui pretii: à tribus obolis. Plautus. Non ego homo trioboli ſum. Hinc fit Triobolaris, uilis, & pretii trium obolorum.

Triodos, Latinè triuium dici poteſt.

Triones, quaſi teriones. boues aratorii. unde ſeptem ſtellas Septentriones noſtri ueteres à bobus iunctis adpellarunt, ex quibus figurantur.

Triopas, Theſſalorum rex fuit. Cc.

Triophthalmus, lapillus qui in Sicyone naſcit, trium oculorum effigiem præ ſe ferens. Cc.

Triorchus, auis eſt ex accipitrum genere, à teſtium numero.

Triparchus, ualde parcus. Vnde Triparcos homines uetulos dixerunt.

Tripertior, in tres partes diuido. à quo Tripertitò aduerb.

Tripes, dr habẽs tres pedes. inde Tripedaneus, a, um.

Triphyllon, Græci uocant herbam, quam nos trifolium. Cornucopiæ.

Triplaris numerus dicit quum ex duobus minor ter, in maiore numeratur. vt ſunt tria ad unum.

Triplex, quod eſt trium plicarum. Vnde Triplico, plicas. Interdum Triplex ſumitur pro quodam tabellæ genere, quo ſcribi epiſtolæ ſolebant. Martialis,

Tunc triplices noſtros non uilia dona putabis,
Quum ſe uenturam ſcribet amica tibi.

Vide ſupra in Dictione Duplex in alio ſignificato.

Triplium, uas eſt ſimile caniſtro. Cc.

Triplus, eius ſignificationis eſt cuius & triplex.

Tripolis, oppidum trigeminum: quoniam Tyrii, Si-

donij, & Arabij illud obtinent. Hinc Tripolitana regio dicta eſt. Sunt aūt duæ hoc noīe: Aphricana ſcilicet & Syriaca in Phœnice. Oppida tripolis Aphricanæ ſunt, Abrotanū, Tophia, & Leptis magna. Pōpontus: Locus ex numero tripolis dicitur.

Tripolium, herbam Græci vocant, quam nos ſaliuncam. Cornucopiæ.

Tripondium, à pondo, pondus trium aſſium. Cc.

Tripontium, Vmbriæ oppidū: ſic dictum quòd tres habeat pontes. Cornucopiæ.

Triptolemus, nomen ꝓpriū viri, qui (autore Ouidio) Celei & Menalinæ filius: fertur in attica regione vſum iugum primus inueniſſe.

Triptota, penul. prod. nomina ſunt quæ tribus tantū caſibus declinantur.

Tripudium, quaſi terripauium. Sic enim primò dictū eſt, poſt Terripudium, deinde Tripudium eſt dictū: à pauio, ferio. Vnde Tripudia ſoliſtima dicebantur auguria quæ fiebant quoties offa quæ pullis dabaͭ, aliquo modo cadebat in ſoliū. Ita enim à ſolo ſoliſtimum, ut à medio mediaſtimū dicitur. Quum igitur offa ex ore pulli ceciderat, tum auſpicanti tripudiū ſoliſtimum nuntiabatur. Tripudium etiam ſaltatio dicitur, ſimiliter à pauienda terra: quòd ſcilicet ſaltādo terra pauitur. Liuius, Ferre ac per vrbem ire cum tripudiis ſolēniq; ſaltatu iuſſit.

Tripus, tripodis, & Tripoda, tripodæ, penulti. corre. dicitur omne quod habet tres pedes. Vſi ſunt ueteres tripode tum ad delicias, tum ad edendi neceſſitatem. Tripodes erant menſæ in templo Apollinis Delphici, quibus ſuperponebant phœbades, quæ & cortinæ dicebanͭ, & vaticinabantur. Plinius lib. xxxiiii. Ex ære factitauerunt & cortinas tripodum nomine delphicas. Græci viros fortes tripodibus donabant, quia nō facile ſuccumbant. Vergil. lib. ix.

Et tripodas geminos auri duo magna talenta. Horatius libro quarto Carmi.

Donare tripodas præmia fortium Graiorum.

Triquetra, penul. produ. figura triangularis. Quo nomine dicta eſt Sicilia. Horatius,

Quid militibus promiſſa triquetra?

Inde Triquetrus, a, um. Silius lib. v.

Hunc ærea cohors triquetris quam miſerat oris.

Triremes, penul. ꝓdu. dictæ ſunt quas vulgus galeas vocat: licet duos tantum remorum ordines habeant in lateribus. Nam biremes naues duorum ordinum ſunt, triremes, triū, quadriremes, quatuor. Græci trieres uocant. Triremes inuenit Amodes Corinthius.

Tris, à Græco. nam Græci τρῖς dicunt. unde Trias, adis trinitas. Aliquando ſignificat ualde. hinc Triſur. Triſmegiſtus.

Triſulcum telum, dicimus trifidum. id eſt, tres acies habens, & à tribus partibus findens.

Triſmegiſtus, τρισμέγιστος, qui etiam ἑρμῆς τρισμέγιστος: Mercurius, quaſi ter maximus dictus, vel valde maximus: qui fuit nepos maioris Mercurii, quem fabulantur fuiſſe filium Nili. Hunc tamen ſecundū adſerunt occidiſſe Argum, Aegyptiisq; præfuiſſe, & leges literasq; tradidiſſe: ſed literas ſiue characteres animalium arborumq; figuras habuiſſe. Hic condidit vrbem, quàm à ſe Hermopolim nominauit. Dictus eſt autem Triſmegiſtus, quòd & philoſophus maximus & ſacerdos & maximus deniq; rex fuerit. Conſueuerunt enim Aegyptij ex omni philoſophorum numero ſacerdotes, ac rurſus ex ſacerdotibus regem eligere. Hic autem ut philoſophos ſapientia, ita religione ſacerdotes excelluit: ac mox in imperio adminiſtrando ſuperiores omnes reges ſuperauit. Hic primus à phyſicis ad diuinorum ſpeculationē ſe erexit. Primus de maieſtate Dei ad dæmonum ordine, animarumq; mutationibus ſapiētiſſime diſputauit. Scripſit multa uolumina quibus arcana myſteria & oracula panduntur. Non enim ut philoſophus ſolum, ſed vt propheta futura ſæpe prædicit.

Trigeſta, penul. indifferente, ſignificat tricameratum. nomen compoſitum à ſtega, qui eſt locus nauis. Stega vero à ſto, ſtas fit. Plautus in Bacchid. Fortè ut aſſedi in ſtega. Vel verius dictio Græca ἀπὸ τοῦ στέγους deducitur. Eſt autē στέγος, tectum: vel ἀπὸ τῆς στέγης. & eſt στέγη, caſa ſiue tectum. unde δίστεγα, & τρίστεγα, id eſt, bitecta, & tritecta, ſeu bicamerata, & tricamerata. Eſt autem nominatiuus pluralis, à ſingulari triſtegum.

Triſtis, propriè mœſtus dicitur. Vergilius,

Triſtis at ille tamen cantabitis Arcades inquit.

Sed quia triſtitia in fronte hominis crudelitatis, grauitatis, iræ, minarum, ſtudii, difficultatis indiciū eſt, fit ut Triſtis aliquando pro ſæuo accipiaͭ. Vergil.

Illi mea triſtia facta

Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.

Aliquando pro graui. Cicero, Qui numero optimatum & principum, reliquit grauitatis ſuæ illum triſtem & plenum dignitatis. Aliquando pro irato. Lucilius, Timeo certe ne mihi ſit triſtior. Aliquando pro minaci. Vergilius.

Hisq; adytis hæc triſtia dicta reportat. Aliquando pro docto. Lucilius. Addo eoſdem triſtes ac ſeueros philoſophos. Cicero. Iudex triſtis ac integer. Aliquando pro amaro. Vergilius.

Triſtisq; lupini Suſtuleris fragilis calamos.

Aliquando pro difficili. Cicero in Cato. Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, grauius ægrotant, triſtius curantur. Aliquando pro horrido. Martia.

Amator ille triſtium lacænarum.

Triſto, ſtas, triſtē facio. vnde & Contriſto. Vergil.

Et pluuio contriſtat frigore cœlum.

Eſt & Triſtor deponens. vnde & Contriſtor. ut, Contriſtatus eſt rex propter iuſiurandum.

Tritauus, & Tritauia, attaui pater & mater, quòd ſit tres ab auo. Cornucopiæ.

Tritheles, ambroſiæ ſpecies: ſic dicta quòd ter floreat. θάλλειν enim florere eſt. Cc.

Triticum, dr̄ quod tritū eſt ex ſpicis. Hinc Triticeus, cea, ceum, vt panis triticeus.

Trito, tas, frequentatiuum eſt à tero, ris, & ſignificat minutim tero.

Tritonia, dicta eſt Minerua, quòd temporibus Ogygii regis ad lacum tritonis uirginali primum habitu

adparuerit. Triton autem fingitur eſſe maris Deus Neptuni & Salaciæ marinæ Deæ filius, quòd primũ in Tritone Aphricæ palude viſus fuerit. Vbi ait Herodotus virgines annis ſingulis ſe purgare lampadibus & lignis in uenerationem Palladis. Diodorus ſcribit dictam Tritoniam à Cretæ filio Tritone.

Trituro,as,penul.produ.ſignificat tero: & ad ſegetes pertinet. Et habet primã ſyllabam longam: quaſi ab tero,triui,tritum. hinc Tritura. Vergilius.
Magnaq; cum magno veniet tritura calore.

Triuia,dicta eſt Diana,quòd triuiis præeſſet: propter quod tres facies habere fingebatur. Vergil.
Tria virginis ora Dianæ. Ouidius.
Ora uides Hecates in treis vergentia partes,
Seruet vt internas compita ſecta vias.

Triuialis,& hoc Triuiale, à triuio fit. unde Triuialis ſcientiæ magiſtri à Quintiliano dicuntur, qui in triuiis docent hinc Triuialiter aduerbium,quod ſignificat paſſim,vulgò,vbiq;. Grammatica dicitur triuialis ſcientia,quia in triuiis docebatur. Triuiali uero lingua vulgaris, qua in triuiis pueri grammaticam diſcentes utebantur.

Triuium,& Quadriuium, quamuis pro loco in quo tres vel quatuor ſunt viæ,poni conſueuerunt: ſumuntur tamen quandoque pro loco frequenti,quo antiqui conuenire ſolebant. Catullus.
Omnibus in triuiis vulgetur fabula paſſim. Iuuena.
Non'ne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio. Erant etiam ruſticorum ſacris attributa. Nam illic oues cædebantur, & ſerta adpendebantur. Tibullus.
Nam veneror ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu uetus in triuio florida ſerta lapis.

Trium literarum homo,dicitur fur,eſt prouerbium ex Plauto. Cornucopiæ.

Triumphale territorium, Romæ,quod nunc Vaticanum dicitur. Vnde Damaſus papa ſcribit beatum Petrum ſepultum fuiſſe in Vaticano iuxta triumphale territorium.

Triumphale,quod ad triumphum pertinet. Vñ Triũphales coronæ,quibus Imperatores in triumphis coronabantur.

Triumphalis porta, Romæ dicta eſt, quòd per eam triumphi agerentur.

Triumphalis uir,qui triumphauit: ſicut cõſularis,qui conſul fuit. Suetonius de Auguſt. Solos triumphales,quãquàm & ſocios expeditionum, & participes victoriarum ſuarum,nunquàm donis impartiendos putauit: quòd ipſi quoq; ius habuiſſent tribuendi ea quibus uellent.

Triumphator,qui triumphat,vel qui aliquando triũphauit.

Triumphatus,ta,tum,de quo triumphatum eſt. Vergilius libro tertio Georgico.
Bisq; triumphatas utroq; ab littore gentes.

Triumphatus,tus,ipſa triũphatio. Plinius. Ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius.

Triumpho,phas,triumphum ago. Cicero in Catone. M. Curius quum de Samnitibus triumphaſſet. Qui autem triumphabant apud Romanos,equis albis vehebantur,curru inaurato,capite coronato lauro, & ante ipſum triumphantẽ uictus hoſtis, oneratus colla catenis: & præeunte ſenatu capitoliũ aſcendebant ad templum Iouis optimi maximi, vbi mactato tauro albo,domum redibant. Lege Plutarchum & Liuium. Aliquando tamen Triumphare ponitur pro exultare. Cæſar Ciceroni: Atque ego cum ex ipſa re magnam capio voluptatem: tum meum factum probari abs te triumpho & gaudeo.

Triumphus,quidam Græcum putant. Nam θρίαμβον adpellant Græci. Nos adſpiratione ex prima in nouiſſimam ſyllabam tranſlata, & b,in p, mutata,dicimus Triumphum. Varrò à Baccho huius rei inuentore. Tranquillus dici exiſtimat triumphum, qã qui triumpharet, triplici iudicio honoraretur. Primò enim exercitus de triumpho diſcernendo duci iudicabat: ſecundò ſenatus: tertio populus. Erat autem triumphus omnium honorum qui à populo Romano dari ſolebant maximus. Nam illa pompa ſolennis erat,quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum uictoria. Michalus autem in Etymologicis ait: Θρίαμβος ἡ πομπὴ ἐν ταῖς πόλεσι, ὅταν νικήσαντες ἄνδρες καὶ παῖδες περιφέροντες σὺν αὐτοῖς θρῖον ἤτοι κλάδον φέρωνται, ἐμβάλλουσι [illegible], καὶ ὅτι νῦν φασὶν ἐν δήμῳ τοῦτο γίνεσθαι, καὶ τὰ [illegible] γράφα.

Triumuir,nomen magiſtratus,quem tres collegæ adminiſtrant. Triumuiri triplices fuere: capitales menſarii,nocturni. De capitalibus ſic habet Pomponius, de Origine iuris. Triumuiri capitales cõſtituti ſunt, qui carceris cuſtodiã haberent: & quum animaduerti oporteret,interuentu eorum fieret. De mẽſariis Liuius commemorat. Triumuiri menſarii creati ſunt: hiq; numulariis,& monetæ omnis generis,& formæ cuſoribus præerant. De nocturnis meminit Cornelius Tacitus. Triumuiri nocturni,quòd ad incendiũ in ſacra uia ortum tarde uenerant, à tribuno plebis die dicta damnati ſunt.

Triuncis,à tribus vnciis. dicebatur quadrans. Inde Triuncium,quod trium vnciarum eſt. Ce.

Troas, (vt inquit Hierony. libro de duodecim quæſtionibus) ciuitas eſt quæ prius Troia adpellabatur. Eſt & regio, quam Ptolemæus minorem Phrygiam adpellat. Adiacet Helleſponto. ut Plinius lib. v. ſeribit. Alii Myſiæ tribunt, quæ ad Occidentem ſubiacet,tota mari expoſita. Homerus ab Eſapo uſque ad Calci fluminis oſtia eius fines produxit. In ea Ilion, quæ & Troia,mille quingentis paſſibus à portu diſtans,omnium quæ ſub Sole ſunt inſigniſſima. Ciuitatis Troadis nobiliores,Dardanum, Simoentis fluminis oſtia, Antandrus, Smirna, Clazomene, Epheſus, Miletus,Pergamus, Tyatira,Philadelphia, Laodicia, Antiochia. Montes clari, Ida & Tmolus. A' Troas,fit Troadenſis.

Trochæus,pes celer volubilis: quod rotatim et celeriter diceretur. Nam τροχὸς Latinè rota dicitur. à Mercurio repertus. Tenet locum ultimum: conſtatq; ex duabus ſyllabis: prima longa, vltima breui. Vel dr̃ ἀπὸ τοῦ τρέχειν. id eſt, à currendo: quia curſum

ſuum habeat de longa ſyllaba in breuem. & à Græcis τροχαῖος adpellatur.

Trochilos, penul. pdu. parua auis, rex'q; auium dicit: qui alio nomine regulus, ſiue (vt Suetonius inquit) regaliolus. Ab Ariſtotele τρόχιλον quaſi rex & præſes auium. Vide ſupra in dictione Regaliolus.

Trochiſcus, diminutiuum parua rota. Vnde compoſitiones quædam medicorũ in formam rotulæ, Trochiſci dicuntur.

Trochum, neutro genere, eſt genus ſellæ.

Trochus, quo luſitant pueri turbo eſt, à rotando dictus. Nam τρέχω curro ſignificat & Trochus, rota, reuolutio. quæ rota (vt inquit Acron) à ludentibus pueris ſcutica agitabať & rotabatur.

Trocleæ, ſiue Trochalia, inſtrumenta cum orbiculis ad ſubleuanda & deprimenda onera. Vel rotulæ ſtriatæ ſunt è ligno vel ære, quibus aquas haurimus fune ductario & hydria. Lucretius.

Multaq; per trocleas & tympana pondere magno.
Commouet, atq; leui ſuſtollit machina nixu.

Ex interpretatione Diogenis Laertii ſic ſcriptũ eſt. Ego ita hiſce iampridẽ adſuetus ſum, ac ſi ſonũ iugiter troclearũ hauriam. Nam dum ſaxa, aquæ, ligna, marmora, & id genus cætera p trocleam ſurſum ductario fune trahuntur, crepitus conciliatur.

Troezene, fuit oppidũ Peloponeſi, in ſinu Argolico. à Troezene filio Pelopis. In eo educatus fuit Theſeus. Eſt & Troezena regio in minore Aſia. à qua Troezenii populi ſunt adpellati.

Troglodytæ, populi Aethiopiæ, cauernas incolentes. De quibus Plinius, & Hieronymus cõtra Iouinianũ: Nomades, & Troglodytæ, & Scythæ, & humanorũ noua feritas, ſemicrudis veſcuntur carnibus.

Troia, (vt Seruius ſcribit) regio minoris Aſiæ, in qua Ilion vrbs, & regia Priami: quæ etiam Troia dicebatur, à Troe rege: antea Teucria à Teucro, & Dardania, à Dardano. Scribiturq; Græca diphthongo, nec diuidiť i, conſona: adiectiuũ vero o, & i, vocales & diuiſæ. Et quũ prouinciã ſignificat, principale nomẽ eſt, & breuis eſt tro. Quando autẽ non eſt principale, & deriuatio eſt, tro longa eſt. Vergilius,

Et Troia gaza per undas. A Troia fit Tros. Idẽ.
Tros Tyriusq; mihi nullo diſcrimine agetur.

Troianus, na, num, vt Troianas opes. Troicus, ca, cum: ut, Troica caſtra. apud Vergiliũ Troius, a, um, ut Troiæ gaza. Troiugena. Ennius. Troiugenas bello claros. Sanè Troiugena & Graiugena, quũ gemino ii, ſcribi debuerint, mutarunt i, ſequens in u, alternitatis cauſſa: ut pro Troiigena & Graiigena, Troiugena & Graiugena factum ſit. Troia etiam ludus puerilis equeſtris, ab Aenea conſtitutus. Suetonius de Cæſare: Troiam luſit turma duplex maiorũ minorumq; puerorum. Vergilius.

Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmen.

Et Troia locus eſt in agro Laurente, in quo primum Aeneas conſtitit. Aſcenſius: Semper autem prima longa eſt.

Troizenus, fuit Thrax unus ex his, qui venerũt in auxilium Troianorum.

Tropei, dicuntur quaſi verſarii, qui alios vellicant infeſtantq;, & ne deprehendantur conuertunt ſe: Suetonius in Claudio: At quoties poſt cibum obdormiſceret, olearum ac palmularũ oſſibus inceſſebatur. Interdum ferula flagro'ue velut per ludum excitabatur à tropeis. τρέπω enim Græcè ſignificat verto: et τροπὴν verſionem. Inde & Tropei venti vocantur, quum è mari redeunt.

Trophæum, cum æ, diphthongo, à τροπῇ. hoc eſt, ab hoſtium conuerſione: vbi in fugam verſi ſunt hoſtes. Nam qui hoſtem fugaſſet, merebatur trophæum, qđ in teſtimonium victoriæ publico in loco ſtatuitur. vt apud Ciceronem lib. ii. ad Herenn. Qui Thebani equum æneum, in monumẽtum victoriæ contrà Lacedæmonios ſtatuerant trophæa. Apud Græcos fuerunt arbores amputatæ, in eo loco vbi hoſtes viciſſent, atque in fugam vertiſſent. Amputabant enim ramos arborum, ac deinde ſpoliis hoſti detractis ornabant, vt eſſent poſteris monumentum victoriæ in eo loco partæ. Deinde etiã cœpta ſunt poni in montibus, & locis eminẽtioribus. Hinc Salluſtius de Põpeio ait, quòd deuictis Hiſpanis trophæa in iugis Pyrenei montis poſuit. Et Romæ in arcubus figebantur ex ædificatis. Quæ verò ſpolia in trophæo figerentur, docet Vergilius libro vndecimo.

Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum
Bellipotens aptat roranteis ſanguine criſtas,
Telaq; trunca viri, & bis ſex thoraca petitum,
Perfoſſumq; locis, clypeumq; ex ære ſiniſtræ
Subligat, atq; enſem collo ſuſpendit eburnum.

Accipitur & Trophæum pro victoria, ſeu pro virtute qua parta eſt victoria. vt in hymno: Trophæa ſacra pangimus.

Trophimus, Græcè, Latine alumnus dicitur.

Tropologia, figurata loquutio Latinè dicitur.

Tropus, dici poteſt modus. figura, conuerſio. Et definitur à Quintiliano, quòd ſit verbi vel ſermonis à ꝓpria ſignificatione ad aliam cum virtute mutatio. Inde fit Tropicus, ca, cum, pro figuratiuo. Auguſtin. Quod ea loquutione dictum, quam Græci dicũt hyperbolen: quæ vtiq; tropica eſt, non propria.

Tros, nomen viri proprium, & nomen adiectiuum à Troia formatum: & facit genitiuum trois & troos. Quia (vt inquit Seruius) omnia nomina monoſyllaba Græca, quæ in Latinum ſermonem tranſeunt, tertiæ tantũ ſunt declinationis: & tam Latine quàm Græcè declinari poſſunt. ut, Tros, trois, troos. Pan, nis, panos.

Troſſulum, oppidum Tuſciæ. dictum, quòd ſine peditum adiumento equites cœpiſſent, à quo Troſſuli dicti ſunt eius incolæ. Troſſuli enim dicebať equites, quum antea Celeres, à Celere Remi interfectore: poſtea Flexumines, à flectendis animis, quoniam iudices erant, ſiue à flectendis equis. Iunius, Quod ad equeſtrem ordinẽ ptinet, antea troſſulos vocabãt, nũc eqtes uocãt. Eſt & alia ſignificatio, quã Philippus Beroaldus Bononiẽſis, vir nũq; ſatis laudatus, ſtudioſis attulit: qua ſignificať, Troſſulos dici delicatos, obeſos, ſucculentos, opimos: quaſi toroſuloſq; à

toroſa

toroſa ſcilicet carne. Hiero. contra Iouin. Vnius tantum philoſophi excellentiſſimum poſui, vt formoſuli noſtri, & troſſuli, & vix ſummis pedibus adumbrantes veſtigia, Imitentur ſaltem gentilium parcitatem. Varro. Nũc emunt troſſuli, nardo nitidi, vulgo Attico talento equum.

Troximon, apud Græcos τρώξιμον, vua edulis: quæ cibaria à Plinio vocatur. Apud Iureconſultos. Troximos vuas eſſe, quas non vini cauſſa habemus. Paulus in Pandectis. Qui fundum vendidit, pomum recepit, nuces, & ficos, & vuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eiuſdem generis eſſent, quas non vini cauſſa haberemus: quas Græci τρώξιμους adpellarent, recepta videri nunc τραγήματα, τραγήματα, τραγηματισμούς. Idem ſignificat ἐδωδίμους, quámuis etiam ad alia pertinet.

Trua, vaſis genus, à terendo dicitur, quaſi terua: quam nos diminutiue Trullam dicimus. Siue (vt Varro docet) à trauolando traiiciendóue: quòd per eam aqua traiiciatur.

Trucido, das, pen. prod. crudeliter neco. Lact. lib. I. Liberos populos aut trucidare, aut ſubiicere ſeruituti. Verg. Fit uia ui, rupẽre aditus, primosq́ trucidãt. Huius cõpoſita ſunt Obtrucido, quod eſt, auide trucido. Retrucido, iterũ trucido. Liuius. Offerre ſe corpora, ira retrucidaret.

Truculentus, qui vultu crudelitatem præfert, aliosq́ terret. Terent. in Adel. Ego ille agreſtis, ſæuus, parcus, triſtis, truculentus, tenax. Inde Truculentia: quæ & Truculentitas dicta.

Trudo, dis, ſi, ſum, proprie ſignificat violentia quadã expello. Plaut. in Aſina. Ille æcaſtor hinc trudetur. Aliquando Trudere, eſt obiicere, ſeu producere, Idẽ in Epidice. Quæ te intemperiæ tenent? Quas tu mihi tenebras trudis? Terent. in Andr. Fallacia alia aliã trudit. id eſt, inſequitur. Huius compoſita ſunt Abſtrudo, Contrudo, Detrudo, Extrudo, Intrudo, Obſtrudo, Obtrudo, & Retrudo: quæ habent primam productam.

Trulla, diminutiuum eſt à trua. Varro, Trulla ad ſimilitudinem truæ, quæ quòd magna, & hæc puſilla. ut trulla truæ: quæ è culina in lauatrinam aquam, fundunt. Hinc Detrullare, de quo alibi. Fuit etiã Trulla vas, in quo ventris onus deponitur. Martialis,

Clinicus Herodes trullam ſubduxerit ægro.

Item capitur pro vaſe lato profundoq́, quod in mẽſam inſeri plerũq; ſolet. Quod licet potui ineptum videaẽ, tñ uſurpatum fuiſſe legimus. Horatius,

Qui Veientanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla vappamq́ profeſtis. Iuuen.
Si trulla inuerſo crepitum dedit area fundo.

Vbi bibacem arguit, quòd in trulla bibat: ineptum: quòd crepitus inter bibendum edat. Plinius, Sunt ergo uáſa tantum Corinthia, quæ iſti elegantiores nunc æs ſculpendo transferunt, modò in lucernas, modò in trullas, nullo mũdiciarum deſpectu. Eſt & thrulla, cum adſpiratione, cementarii inſtrumentum, quo fabri murarii tectoriis linendis complanãdisq́ delutare ſolent: vt non ſolum parietes pulchritudinẽ accipiant, ſed & fortitudinem, contra iniuriam imbrium, & creberrimas tempeſtates. Inde Thruliſſare apud Victruuium legitur. Scribunt quidam Trullam eſſe felicis Arabiæ portum.

Trulleum, vaſis genus quo manus perluuntur, ſimile trullæ: niſi quòd latius erat. Varro de Vita paſtora. Itaq; ea ſibi nõ ponere ac ſuſpẽdere, quæ utilitas poſtularet trulleum, matellionem, peluim, naſiternam.

Trunco, cas, amputo. Cuius compoſita ſunt Detrunco, Diſtrunco, Obtrunco, Pertrunco, quod eſt, perfecte trunco. Plautus in Capt. Arripuit gladium, pertruncauit tribus tergoribus glandia. id eſt, colla. Et à Truncus fit Trunco: quia veteres plerunq; Truncum pro vnoquoque genere interemptum dixerunt, vt inquit Seruius.

Truncus, pars arboris quæ ramis truncatis ſuperſtat. Colu. lib. iiii. Vt ex his partibus trifici ſumatur, quæ & genitales ſunt, & maxime fertiles.

Truncus, ca, cum, quod eſt trſicatum. Ouid. Trunca manu. Columel. lib. iii. Quum deinde truncam reddideris. acuto ferramento plagam lenito.

Truo, auis quæ alio nomine Onocrotalus dicitur. Cæcil. Irrides magnitudinem naſi, pròh Dii immortales vnde proceſſit truo.

Truſatilis, pen cor. ut mola truſatilis id eſt, mola manuaria: quòd manibus trudatur. id eſt, pellatur.

Trutina pen. cor. ſtatera. Horatius, Trutina ponderis eadẽ. Victru. lib. xi. id autem ex trutinis (quæ ſtatere dicitur) licet cõſyderare. Per tranſlationẽ ponitur pro iudicio. Cice. lib. ii. de Orato. Ea probando quæ non artificis, ſed populari quadam trutina examinãtur. Cornutus tamen ſcribit, Trutinam foramẽ eſſe, intra quod eſt lingua bilancis, ad quod eſt examinatio: quod alii æquamentum, alii libramentum, alii æquilibrium uocant.

Trutino, nas, penulti. cor. examino penſiculo. Hiero. ad Damaſ. Sint alii diſerti, laudẽtur vt volũt, & inflatis buccis verba ſpumãtia trutinẽt. Eſt & Trutinor depon. Perſi. Atq; exporrecto trutinanẽ verba labello. Apuleius Trutinatam ſententiam, uocat grauem, & recte examinatam.

Trux ferox, crudelis. à quo Trucitas, crudelitas. Et Truciter aduerbium, id eſt, crudeliter.

T ANTE V.

TVatim, aduerbium, ſignificat tuo more.

Tuba, inſtrumẽtum muſicum, vulgò notum. à tubo canali ſic dicta. Nam ex lignis tubæ fiunt, & ex cornibus. Et quæ ex ære ſiunt, Tubæ ductiles adpellãtur, quæ ex ligno uel cornu, ligneæ uel corneæ. Tuba vtũtur milites, ad excitãdos animos in prælium. Hinc Tubicen, qui tuba canit.

Tuber, gen. neutri, genus cibi, collectũ ex tumentibus & quaſi prægnantibus arenis à tumore dictũ. Puto id eſſe quod vulgò tartaſus dr̃. Tubera enim vndiq; terra circũdata, nullisq́ fibris nixa, aut ſaltẽ capillamẽtis, nec vtiq; exuberãte in quo gignitur loco, aut rimam ingerẽte, neq; ipſa terræ cohærent, nec etiam includitur: vt planè nec terram eſſe poſſimus dicere, nec aliud quàm terræ callum. Quum fuerint im-

bres autumnales, ac tonitrua crebra, naſcitur, & maxime è tonitribus: nec vltra annum durant. Naſcuntur autem ex pituita arborum. Martialis.

Rumpimus altricem tenero de vertice terram,
Tubera boletis poma ſecunda ſumus.

Suetonius ſubſtantiuum fecit, & generis maſculi. Pridie quàm periret, quum oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet. Sunt etiã Tuberes, poma peregrina, ex Aphrica in Italiam deportata. Martialis.

Non tibi de libycis tuberes & aporinis ramis.

Proprie tamen tumor quidã rotundus in quocunque corpore. Vnde in facie, & quacunq; corporis parte, Tubera dicitur, ſiue per diminutionem Tubercula. In arboribus durities illa extans ad nodi ſimilitudinem, Tuber dicitur. Plinius: Reperitur & in alno tuber, tantò deterius, quantò ab acere alnus ipſa diſtat.

Tubero, ras, pen. cor. tubera facio, ſeu profero.

Tubuluſtrum, dictum, quòd eo die in atrio ſutorio ſacrorum tubæ luſtrabantur.

Tuburcinor, cinaris, raptim comedo. Titinnius: Tuburcinari ſine me vultis reliquias. Plautus in Perſa: Tuburcinari de ſuo, ſi quid eſt domi.

Tubus, et diminutiuũ Tubulus, cãna ſeu fiſtula maior fictilis qua aqua deducitur. à timore. Hinc etiam Tubos viſcerum dicimus. Tubulum vocamus auenam, quæ & cicuta adpellatur. Græcè ſiphon. Hinc Iuuenalis tubum Per quem vrina deſcendit ſiphonem vocat, vbi dicit:

Effigiemq; Deæ longis ſiphonibus implent.

Tubulos, Paulus Iurecõſultus deficit eſſe, per quos pariẽs calore torretur. Nõ erat tũc ignis vſus in cubiculis, nec ædes ſpiracula habebant, vnde fumus exiret.

Tuceta, cibaria cum carne: ſeu (vt quidam interpretãtur) cibi regii.

Tudertum, ti, & Tuders, tis, oppidum in ducatu Spoletano. Silius libro quarto.

Et gradiuicolam celſo de colle tudertem,

Tudicula, inſtrumentum ſiue ſtylus, quo vaſi ſigna imprimuntur. Quidam etiam accipiſit Tudiculam pro cocleari maiori, quo ad carnes & iuſcula è cacabis extrahenda vtuntur.

Tudiculo, las, pen. cor. imprimo, ac ſculpo. Et per trãſlationem Tudiculare poniſ pro cõmouere. Varro: Hæccinne nobis cernis hãc mala tudiculaſſe vetulã.

Tudites, pen. cor. mallei à tundendo dicti. Vnde & cuidã cognomẽ Tuditano fuit, quòd caput malleo ſimile haberet.

Tudito, tas, penultima correpta, ſignificat lucri gratia negocium ago. Enn.

Nec tuditantes rem ceſſant extrinſecus vllam.
Tractum à fabris, qui malleis ſæpe percutiendo opera faciunt.

Tueor, tueris, pro defendo, ſecundæ cõiugationis eſt. Cic. de Amic. Neq; eſt enim inhumana virtus, neq; immunis, neq; ſuperba: quæ etiam populos vniuerſos tueri, eisq; optimè conſulere ſoleat. Ouid. Non minor eſt virtus, quã quærere, parta tueri. A quo Tutus quamuis Tuitus eius participium ſit: quo vſum Quintilianum in declamationibus Cæcilii legi Tuitus ſum (inquit) adoleſcẽtis miſerrimi cauſam. Quẽ nemo imitatus eſt niſi Laurentius Valla: qui in Raudẽſem ſcribit: Quis narrat Verrem ſuperaſſe Dacos? Tantum Siciliam contra piratas fortiter tuitum eſſe accepimus. Et quidem pro participio verbi Tueor, Tuitus accipiendum cẽſeo, non Tutus & Tuitio nomen verbale, non Tutio. Macrob. lib. ii. ſatur. Sit tibi illa vis videri tuitione pudoris. Et ſimiliter in compoſitis, Intuitum, non Intutum. Non enim dicimus, Tutus ſum illum; quippe quum magis nominis quã participii vim habeat. licet actiuam & paſſiuam in ſe gerat ſignificationem, vt Valla docet. vt Tutus portus, Tuta vrbs: quòd tueatur alios, nõ quòd ab aliis defendatur. Tamen ſæpe paſſiue in hominibus. vt Tutus ſum ab hoſtibus, p munitus, et ſine periculo ſum. Nec ullum compoſitum habere legi in hac ſignificatione niſi Contueor quo vſus eſt Cicero in Clodium. Videant hi qui illum Pompeii inimicum, ob eamq; cauſſam tot tãtisq; ſceleribus contuebantur: & non nunquàm eius indomitos furores plauſu etiam ſuo proſequebantur, quàm ſe cito inuiſerit.

Tuor, vero tueris, pro video, tertiæ coniugationis eſt: & tria compoſita habet, Cõtuor, Intuor, & Obtuor. à quibus Contutum, Intutum, & Obtutum ſunt infinita. Plautus in Aſin. At hercle ipſum adeò contuor, quaſſanti capite incedit. Et iterum: Nam ego illud argentum tam paratum filio ſcio eſſe, quàm me hſic Scipionem cõtui. Et in Muſtel. Profectò nullã equidem illſic cornicem intuor. At tu iſtac ad nos obtuere, quoniam cornicem nequis conſpicari, ſi vulturios fortè duos poſſis contui. Cicero pro ſe ad Quirites: Qui excellenti tumulo ciuitatis ſedem capitolii in ſaxo incolitis, conſtituam vt non ſolum efictam intui, ſed etiam tueri poſſitis ciuitatem. Ex his patet, aliud Tuor, aliud Tueor ſignificare: quod eſt contra Priſcianum. Quia Tuor ſemper pro video capitur, ſicut Contuor & Intuor indicant: Tueor vero pro defendo. Licet quandoq; pro video capitur. Lactantius lib. vi. Si hac de cauſſa ſunt homines congregati, ut mutuis auxiliis imbecillitatem ſuam tuerẽtur. id eſt, defenderent. Vergilius pro uideo poſuit, quum lib. quarto ait: Talia dicentem iamdudũ auerſa tuetur. id eſt, huc illuc uoluens oculos. Et in hoc ſignificato tantum habet Intueor. Salluſtius in Iugurth. Præterea noſtræ præclaros uiros ciuitatis ſolitos ita dicere, quum maiorum imagines intuerentur, ſibi animum ad uirtutem accendi. Item Contueor quum tamen Contuor ſit in eodem ſignificato, quod Contui infinitum facit, ut ſupra in Plauto oſtenſum eſt. Cicero uero Contueri dixit libro primo Tuſculan. queſt. Quod tandem ſpectaculum fore putamus, quum totam terram contueri licebit? Quin & Plautus ipſo uerbo uſus eſt in Captiuis: Viden' tu hſic, quàm inimico uultu contuetur? Illud uero Tutus quo Valla uſus eſt, à Tueor pro defendo ſumendum puto, ſicut & Obtutus, pro adſpectus, ab Obtueor. Cicero lib. i. Offic. Ex oculorum obtuitu, ex eleuatione aut remiſſione ſupercilliorum. Tuor igitur, Cõtuor, Intuor, & ſi qua alia fortè reperiantur à Tutor compoſita,

iam penè obſoleta ſunt, fortaſſe quòd ì priſca ſunt nimis, vel non adeò plena ſicut Tueor cum compoſitis. Idcirco pro eis Tueor, Cōtueor, & Intueor, in ſignificatione videndi ſupplere videmus.

Tuguriolum, cum accentu in antepen. paruum tugurium. Quod ſi anguſtius ſit, gurguſtium nominatur, à gurgulione uerme.

Tugurium, dictum eſt quaſi tugurium, à tegendo, e in u, mutata, ruſtica habitatio, tecta ex vlua paluſtri. Et Tugurii adpellatione, omne ædificium quod rei ruſticæ magis cuſtodiendæ conuenit quàm urbanis ædibus, ſignatur. Quæ autem ita ædificantur vt nec parietem habeant, nec luto cruſtata ſint, ſed ſtramentis, uel harundinibus, alio'ue ſimili genere teguntur, Tuguria adpellant.

Tulit, modo attulit ſignificat. Terentius in And. Nā ſi illum obiurges qui vitæ auxilium tulit: quid facies illi q dederit damnū aut malū? Modò ptulit. Verg. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorebus. Modò ſuſtulit. uide in dictione Fero.

Tum, uide in dictione Cum.

Tum demum, id eſt, nouiſſime. Vergilius lib. xii. Tum demum mouit arma Deo.

Tūba, locus concauus infra terrā. Vnde & pro ſepulchro poni conſueuit.

Tumeo, mes, mui, inflor. à quo Tumeſco, tumidus fio. Vergilius libro primo Geōrgicorum:
Continuò ventis ſurgentibus aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere. Hinc Contumeſco, Extumeſco, & Intumeſco. Auguſtinus: videt in ea cotumeſcentes uenas in gutture. Plautus in Trucul. Equidē uteri illi (quod ſciam) nunquàm extumuere. quaſi extra uel ualde tumuere. Lactantius lib. iiii. Sine ullo attactu uiri repentè uterus intumuit. A Tumeo fit Contumax: à quo Contumacia.

Tumidus, inflatus.

Tumor, inflatio. Per tranſlationem ponitur pro ſuperbia.

Tumulo, las, ſepelio, tumulum facio. Vnde & Attumulo, quod eſt quaſi iuxta tumulum facio. Plinius lib. xix. Deīn ſi terrā fugientes cauliculos feces, à terraq; proceritate luxurioſa attolentes ſe exaggerando aliam aitumules.

Tumultuarius, ria, rium, quod ſine præmeditatione factum eſt. Vnde Tumultuaria oratio dicitur.

Tumultuarius exercitus, dicit qui quaſi tumultu quodam præparatus eſt. Id eſt, raptim & feſtināter. Hinc Tumultuariò aduerbium. Apuleius: Et ex more calida tumultuariò lauacro noſtro præparato.

Tumultuo, tuas, in perturbatione ſum.

Tumultuoſus. qui turbas excitare ſolitus eſt.

Tumultus, (ut autor eſt Hieronymus) vox plurimorū eſt, & nimiæ multitudinis clamor pariter emiſſus. Cicero: Quid aliud eſt tumultus, niſi perturbatio tāta, ut maior timor oriatur? Vnde & nomē ductum Tumultus, quaſi timor multus. Itaq; maiores noſtri Tumultum Italicum, quòd erat domeſticus, Tumultum Gallicum. quòd erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant.

Tumulus, terra tumens. id eſt, collis. Vergil. lib. ii. Et urbe egreſſus tumulus.
Aliquando dicitur ſepulchrum: quia ibi coaceruari terra conſueuit. Idem libro tertio,
O' felix una ante alias Priameia uirgo,
Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis,
Iuſſa mori.

Tunc, aduerbium temporis, ſignificat eo tempore, & de omnibus tēporibus dicitur. De præterito. Verg. Tunc decuit quum ſceptra dabas De præſenti. Plau. Tunc ad eam accede quū potes. De futuro. Idē, Ego tunc adero, quum tui uidendi mihi cōpia erit. Additur quandoq; temporis. vt apud Iuſtinum. Tunc temporis Perſarum Cambyſi mediocri virō.

Tundo, dis, tutudi, tunſum, ſecūdū Priſcianū, licet eius compoſita ipſum n, non habeant. vt Obtundo, obtudi, obtuſum. Vergi. lib. iiii. Georgicorum:
Profuit & tunſum Gallæ admiſcere ſaporem.
Plinius tamen lib. xxi. Tuſum ſine n, poſuit. Hæc tuſa cribrataq; vino quantum poſſit excellenti. Diomedes docet habere duplex præteritum, & duplex ſupinum, ſcilicet Tutudi, tuſum, & Tunſi tunſum. Significatq; Tūdere, percutere, pulſare, & in vaſe aliquo qppiam comminuere. Plautus in Aſin. Sed quid hoc quòd picus vlmum tundit? Colum. lib. ii. ipſæ autē ſpicæ melius fuſtibus tunduntur. Et lib. vii. Quibus in vnum tunſis. Refertur interdum ad verba. Terent. in Hec. Tundendo atq; odio effecit ſenex. id eſt, ſæpe dicendo, ſiue iterando. Et eſt trāſlatio ſumpta à malleo fabrorum ſæpe percutiente. Huius cōpoſita ſunt Contūdo, Extundo, Obtundo. Pertundo, valde percutio. aut percutiendo frango. Colum. lib. vii. Si fortè ſarculum calcauerit, aut acuta teſta, vel lapide vngulam pertuderit. Idem lib. ix. Sæpe euenit vt alius exitum non habeat. Itaq; pinna pertunditur, & iter digeſtis cibis præbetur. Hinc Pertuſa vaſa dicimus q non ſunt integra. Protundo, vltra tundo, frango. Gellius lib. i. Hauſtri verò & Aphrici ad Meridianū orbis circulum, & ad partem axis infimam depreſſi, inferiores & humiles per ſuprema æquoris euntis, protrūdunt magis fluctus quàm eruūt. Retundo. repercutio, rurſus frango, hebetē facio, redarguo. Lactā. lib. iii. Quum fortiter inimicorū impetus retudiſſet. Et lib. iiii. Neceſſe eſt veram eſſe hanc religionē, quæ & rationem dæmonum nouit, & aſtutiam intelligit quæ vim retundit. id eſt, confringit. Colum. libro. v. Quod euenit in retuſo & craſſo ferramento.

Tunetum, ſiue (vt quidam dicunt) Tunitium, Scipionis tempore tumulus erat editior, vnde Scipio ſpectauit Carchedonios ad Romanam claſſem exurendam proficiſcentes. Noſtra tempeſtate regis Lybyci ciuitas metropolis eſt, in qua veluti ampliore & magnificentiore conſueuit habitare. & Tuniſæus rex adpelletur. Tunetū nō ſanè ob hāc cauſſam habitarunt, quòd Carthagine carerēt à Scipione diruta, quū demum amplificata ſurrexerit: ex qua (velut ex quo Troiano) manarūt litterarū pceres. Ad cuius celeberrimū gymnaſiū Auguſtinus pfitet cōtēdiſſe. Hanc Eutropius lib. iiii. continuis ſedecim diebus

arſiſſe perhibet. Hæc ſeptingẽteſimo anno poſt quã condita erat, deleta eſt. Hæc (ut idem autor ait) L. Cæcilio Metello & Tito Flaminio conſulibus, in Aphrica iuſſu ſenatus reparata eſt, quæ nunc manet, annis vigintiduobus euolutis, poſtquàm à Scipione fuerat euerſa. Abeſt Tunetum à Cartagine duodecim millia fermè paſſuum. A' Tuneto Tunetæi dicti ſunt: quos Sidonius Tuniſæos adpellat.

Tunica, Veſtis erat apud Romanos breuior, & ſine manicis, quæ propriæ viris conueniebat. Longas vero tunicas fœminis cõuenire exiſtimabant. Vergil.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Plautus: Manuleatam tunicam habere hominem decet. Dicta eſt autem Tunica, à tuendo corpore.

Tunico, cas, pen. cor. tunicam induo. Varro: Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareq; homulum. Vnde Tunicati dicuntur tunica veſtiti, & aliquãdo etiã expediti, & nullam aliam ſupra tunicam veſtem habentes: quales nobiles incedere ſolẽt quum ruri ſunt. Iuuena. Tunicati fuſcina Gracchi. Ad opulentiã Latinæ linguæ augendã, nihil impedit (vt ait Priſcianus) formare verba Tunico, Tunicor, Tunicatus.

Turarius, vicus Romæ. Aſconius: Signũ Vertumni in vltimo vicu Turario eſt, ſub baſilica ſe flectentibus.

Turba, & rixa, idem ſignificant. Eſt enim Turba, perturbatio. Vlpianus: Turbam adpellatam eſſe Labeo ait, ex genere tumultus. Si duo rixam commiſerint, vtiq; non accipimus in turba id factũ: quia duo turba non proprie dicuntur. Si verò fuerint decem aut quindecim homines, turba dicetur. Turba ergo multitudinis: rixa duorum. Sed quia multitudo ferè non vacat perturbatione, factum eſt vt eam quoq; adpellemus Turbam. Cicero Cecinnæ, Exponerem etiam quemadmodum hic, & quanta in turba viueremus. Terentius, Dii ueſtram fidem, quid turbæ eſt apud forum?

Turbaſis, lapis ſpumæ candidæ nitentiſq;, non tamen tranſlucentis. Alii ſtibiam vocant. Ce.

Turbella, diminutiuum, parua turba. Plautus, Hanc mihi ancillam turbellam fecit.

Turbidus, conturbatus, confuſus, non clarus, tumens. Horatius libro Carminum, Qui vidit mare turbidũ.

Turbino, nas, pen. cor. acutũ facio. Plinius lib. xxxvii. Siquidem & colore tranſlucido non differt, & laterum ſex anguli leuore turbinatus in mucronem, aut duabus contrariis partibus, quæ magis miremur, vt ſi duo turbines latiſſimis ſuis partibus iungantur, magnitudine etiam auellani nuclei. Idem, Turbinatior pyris figura, quàm malis.

Turbo, bas, confundo, commoueo. Plautus in Capti. Adueniens turbauit totum cum carne carnarium, id eſt, commouit. Teren. in Eunuc. Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi. id eſt, innouatum. Huius compoſita ſunt Conturbo. Idem, Neq; ædepol quid nunc cõſilii capiam ſcio, ita conturbaſti mihi rationes omnes, ut eum non poſſim ſuis (ita ut æquum fuerat, atq; ut ſtudui) tradere. Deturbo, deorſum violenter deiicio. Exturbo, è loco deiicio, extra turbo, expello. Plautus in Curculione, Si recte facias Phædrome auſcultes mihi, atq; iſtam exturbes ex animo ægritudinem. Colu. lib. ix. Et in tranquillo conſiſtens piſcis ſedibus ſuis exturbatur. Diſturbo varie turbo, ſeu diſſipãdo deiicio. Teren. in Andria, Ne eſſet nobis ſpatiũ ad diſturbãdas nuptias. Quintilian. Non enim diſcuſſos alicuius operis angulos, aut diſturbatos parietes obiicimus. Interturbo. Obturbo, ab omni parte turbo. Terentius in Andria. Ita'ne vero obturbat? Perturbo, ualde turbo.

Turbo, bis, uẽtus eſt frigore maximo, obiecta quæ q; deturbãs, pſterneſq;, ex depſſæ nubis ſpecu. Verg. Et terras turbine uerſat. Eſt & Turbo genus inſtrumenti luſorii, pueros maxime delectans, à cuius faſtigiata & pacuta cuſpide fit Turbino, nas. Tibullus.

Nanq; agor ut per plana citus ſola uerbere turbo,
Quem celer adſueta uerſat ab arte puer.

Item uaſculi genus, quo pruna & cotana inter Saturnalia xeniola miſſitabanſ, cuius effigies turbinis in imo anguſtiſſima erat, in ſummo latiſſima, qualis eſt figura pirorum. Item Turbo dicitur, quicquid forma acuta eſt. Plinius de Aloe, In turbinibus candorum. Ouidius, Caua buccina ſumitur illi.

Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo.

Turbo, bonis, proprium nomen gladiatoris. Horatius lib. ii. Sermo. Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

Turbulento, tas, exagito, perturbo. Apuleius, Me ſtrepitu turbulentauit.

Turbulentus, commotus, iratus, turbidus, contentione plenus.

Turbyſtum, medicamentum eſt cogens ſorbere. Et p colore tincturæ etiam capitur. Cornucopiæ.

Turci, populi uide in dictione Thuſſagetæ.

Turdarium, locus quo turdi aluntur ad ſaginam.

Turduli, populi Hiſpaniæ eius quam Bethycam nũc Granatam uocant, & ab incolis Turdetania dicitur. Hi etiam Turdetani adpellantur, quamuis ſunt qui eos diuerſos adſerant.

Turdus, auis nota, & inter primas à ſaporis bonitate collocata. Vnde Horat. Nil melius turdo, uulua nil dulcius ampla.

Turgeo, ges, turſi, inflor. Vergilius.

Torrida iam læto turdent in palmite gemmæ.

Huius compoſita ſunt Deturgeo, quod eſt contrarium ſuo ſimplici. Significat enim decreſco. Plin. Deturgente Nilo muſculi reperiuntur. Obturgeo circũ turgeo. Lucilius, Obturſi ebrius. A' Turgeo fit Turgeſco. Perſius.

Non equidem hoc ſtudeo bullatis ut mihi nugis.
Pagina turgeſcat dare pondus idonea.

Turgidus, inflatus, tumens. Auguſtinus lib. iii. Confeſſio. per tranſlationem dixit, Ego dedignabor eſſe cũ paruulis, & turgidus faſtu mihi grãdis uidebar. Hinc fit diminutiuum Turgidulus, Catullus, Flendo turgiduli rubent ocelli.

Turia, nomen fluuii, ſecundum aliquos generis maſculini, ſecundum Priſcianũ & Auguſtinum generis neutri. uide in dictione Duria.

Turiones, dicunſ teneritates arborum vel arbuſtorũ.

Turma,

Turma, ordo militaris & equitum eſt. Dicta quaſi terdena: quòd terdeni equites ex tribus tribubus, Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum fiebant. Conſtabat enim ex trigintaduobus equitibus: et qui illi præerat, decurio dicebatur. vt Varro & Vegetius tradiderunt. Vel dicitur quaſi terma e, in u, mutata. Vel per onomatopœiam, à ſtrepitu vngularum equinarum terram pulſantium. Vel à terenda terra.

Turmales, dicti qui in turma ſunt.

Turmatim, aduerbium, per turmas.

Turnus, nomen viri proprium apud Vergilium. Eſt & nomen piſcis paluſtris: & nomen fluuii.

Turpis, deformis, eſt enim contrarium pulchro. Transfertur etiam ad animum. vt apud Catonem:
Turpe eſt doctori quum culpa redarguit ipſum.
Interdum ponitur pro magno. Vergilius:
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix.
Idem: Et turpes paſcit ſub gurgite phocas.
Item pro crudeli, vt ſemper apud Salluſtium.

Turreus, rea, um, Colu. libro quarto. Iam turream plantam mature ampliatam, florentesq́; hortos myrrha & cocco.

Turribulum, vas quo thus adoletur.

Turricula, diminutiuum, parua turris. Eſt et vaſculi genus à turris ſimilitudine, quo iactari tali ludendo ſolent. Eadem pyrgus & orca dicitur.

Turrifico, cas, ture ſuffio.

Turriger, gerens turres. Plinius: Sed turrigeros elephantorum miramur humeros.

Turris, à terrendis hoſtibus dicta eſt: ſicut arx ab arcēdis. Vel quòd aſpectu torua ſit, hoc eſt, terribilis. Fiunt etiam Turres ambulatoriæ, de quibus Vegetius lib. iiii. hæc ſcribit: Turres dicuntur machinamēta, ad ædificiorum ſpeciem tabulis tabulatisq́; compacta. & ne tantum opus hoſtili concremetur incendio, diligentiſſime ex crudis coriis vel centonibus communitur: quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrū, interdum quadragenos vel quinquagenos latæ ſunt. Proceritas autem ipſarum tanta fit, vt non ſolū muros, ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperent. His plures rotæ mechanica arte ſubduntur: quarum lapſu volubili, magnitudo tā alta moueat. Præſens autem periculum ciuitatis eſt, ſi ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit ſcalas, & diuerſo genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem, cuius impetu deſtruit muros. Circa mediam verò accipit pontem factum de duabus trabibus, ſeptumq́; de vimine: quem ſubito prolatum inter turrem murumq́; conſtituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem tranſeunt, & occupant muros. In ſuperioribus autem turris illius partibus contati & ſagittarii collocantur: qui defenſores vrbis ex alto contis, ſaxis miſſilibusq́; proſternant.

Turritus, ta, tum, penult. prod. altus & excelſus. vt, Domus turrita. id eſt, alta & ſublimis, & ad turris ſimilitudinem facta. Aliquando Turritus, dicitur turribus plenus. Vnde & Turritæ vrbes. Et mater Deum cognominatur Turrita, quia terra eſt, quæ vrbes ſuſtinet. Verg. Qualis Berecynthia mater.
Læta Deum partu Phrygias turrita per vrbes.

Turtur, pro aue, generis tam maſculini quàm fœminini. Plau. O buſtos turtures tibi. Vergilius:
Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. Pro piſce, eſt generis maſculini: qui alio nomine paſtinaca, & trigon à Græcis dicitur. In huius cauda ſtat radius præſentiſſimi veneni. Auſonius:
Lætalisq́; trygon, & bina trygoria corui.

Turunda, panificia & buccea, quibus farciunt altilia ad ſaginam. Varro: Gallinas farciunt turundis hordeaceis. Apud Catonem ſignificat linimētum illud ex filiis, quod in vlcus immitti à medico ſolet. Ait enim: Et ſi fiſtula erit, & Turundā nō recipiet. Aliàs apud Catonem ſignificat id quod Græce ψωμὸν appellant: quaſi buccea ſiue bobus dicatur, quem nutrices ingerunt infantibus.

Tus, incenſum libamen, quo Deum veneramur, à tundendis glebis, quia glebæ tunduntur, cū quibus fluens ex arboribus coaleſcit: autoribus Priſciano, & Varrone, & Seruio ſuper primū Georg. Alii cum h, ſcribunt, ἀπὸ τοῦ θύω deriuantes, quod eſt ſacrifico. Naſcitur in felici Arabia, & duplici vindemia colligitur. Quarum prior eſt circa Canis ortum, ſecūda eſt verno tēpore. Inciditur enim cortex arboris thuriferæ, qua maxime videtur eſſe prægnans, & vbi tenuiſſimus tenditur cortex. Laxatur hinc plaga, inde proſilit ſpuma pinguis, quæ concreta denſatur. Probatur Tus candore, amplitudine, fragilitate, carbone vt ſtatim ardeat, & frietur potius quàm dētem recipiat. Quidam Tus Nabathæum vocant, quòd Nabathæa regio eſt ab Arabia incipiens. Huius arbor Libanotus dicitur.

Tuſcania, oppidū Tuſciæ propè Tarquinios. à quo Tuſcanienſes.

Tuſcia, Italiæ regio, celebris à ſacrificiis (vt quidam arbitrantur) dicta Græci enim θύειν ſacrificare dicunt. Vel à thure, quo maxime in ſacrificiis vtimur. Vel à Tuſculo Herculis filio, quod veteres grammatici probāt. Vnde & ſine h, ab eis ſcribitur. Hæc Tyrrhenya dicta fuit, à Tyrrheno Athys filio: q̄ è Mæonia diſcedens in Italiā venit, & eam partem occupauit quæ ad mare inferum ſita eſt, quòd & Tyrrhenū dicitur. Hæc à Liguribus Romanisq́; finibus cōtingitur, iugis inacceſſis et difficilibus referta. Eius fines Macra & Tyberis amnes centum & ſeptuagintaquatuor milia inter ſe diſtantes. In ea ſcientia faciendorum ſacrorum ita floruit, vt Romani qui non ſeruandæ tantum, ſed etiam amplificandæ religionis cupiditate incendebantur, decem principum filios ſenatusconſulto ſingulis Tuſciæ populis percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderent. Longior eſt ea prouincia quàm lata. Ab Orientali plaga in Occidētalem porrigit. Nam ſi ab Aquilonari in Hauſtralē ambulemus, arctis finibus cōtēta eſt. Ab Occidēte qua Liguriæ proxima eſt, habet Piſas, Senas, & Lucam, & Florentiam inclytas ciuitates. Ad Septētrionem habet Vrbem veterem. In Meridionali verò littore, Piſaurum. Aretium, et Aſiſium. Et Tyber Roma-

nus inde labitur, ex Apennino effluens, Septentrionalis regio cum Flaminia iungitur.

Tuſcicula, parua tuſſis. Cornucopiæ.

Tuſculum, diminutiuum à tus. Plau. in Aulula. Hoc tuſculum emi, & haſce coronas floreas. Et Tuſculũ oppidum Latii: ſic adpellatum quòd aditum difficilẽ habeat, quaſi τρυχώλον hoc eſt, fatigans, uexans: qm in præalto atq; arduo monte erat ſitum. Hinc Tuſculani homines, & Tuſculanus ager. Hæc ciuitas à Telegono Vlyſſis et Circes filio fundata eſt: qui ꝑ ignorantiam patrem occidit. Ex Tuſculo Cato Cenſorinus ortum habuit.

Tuſcus, nomen poſſeſſiuum à Tuſcia. vnde Tuſci dicti ſunt, qui Tuſciam habitant.

Tuſcus, vicus Romæ, in quo habitauerũt Tuſci, à Porſenna ex obſidione relicta. De quo Horatius in Sermonibus. At Tuſci turba impia vici.

Tuſſedo, idem quod tuſſis. Apuleius. Aſſiduo pulſu tuſſedinis hiulci pectora.

Tuſſilago, herba quæ tuſſim ſedat.

Tuſſio, ſis, ſiui, ſitum. Plau. in Aſi. Fortè ſi tuſſire occœperit, ſic tuſſiat, ut cuiquàm linguã in tuſſiendo non oſtendat. Plin. lib. xx. Semen eorũ cum cumino tritum, potumq; in uino, tuſſientibus auxiliatur.

Tuſſis, quæ gignitur vel ex frigore, vel ex pituita in pulmonem deſcendente. Quæ ſi continue vexet, à Seneca Pertuſſis nuncupatur. Eſt enim continens tuſſis et inueterata, quæ vix vnquàm eliditur, ex qua multi conficiuntur.

Tutanus, penul. produ. Deus qui homines tueri putabatur. Varro. Tutanum Deum Romæ omnes qui laborant inuocant.

Tute, tu ipſe à Tu formatur, per epenthesin te correpta. Nam te, magis additio eſt quàm cõpoſitio: additurq; duntaxat nominatiuo, non etiam aliis caſibus. Et hoc fit, quum pronomen ad eam reuocatur perſonam à qua ſumitur. vt quum dico. Tu lege, ille reſpondeat. Quur tute non legis?

Tutela ipſa poteſtas à iure ciuili data ac permiſſa, ex qua ipſi Tutores nomen acceperunt: quaſi tuitores atq; defenſores. Sicut editui, qui edes tuentur.

Tutelaris diuus, quem aduocatum dicimus.

Tutilina, Dea. Varro. Tuam fidem Tutilina inuoco, quæ adeſſe mortalibus ſoles. Hanc Auguſt. lib. iiii. de Ciuitate Dei, præeſſe frumentis collectis atq; reconditis ſcribit, ut tutò ſeruarentur.

Tutò, aduerbium, ſignificat ſine periculo.

Tuto, tas, protego, defendo. Plautus in Mercato. Inuoco vos lares Diales, ut me tutetis.

Tutor, taris, deponens: quod Priſcianus docet eſſe cõmune. Horatius in Epiſto.

Res Italas armis tuteris, moribus ornes.

Tutor, nomen verbale, quo is ſignificatur qui vim & poteſtatem habet in capite libero, ad tutandũ eum, qui ſe per ætatem nondum tueri poteſt. Hæc autem ætas (ſecundũ Iuriſconſultos) eſt vſq; ad pubertatẽ. id eſt, ad decimumquartum annum. Nam inde vſque ad vigeſimumquintum dantur curatores: qui etiã furioſis & mentecaptis dari ſolent.

Tutorius, ria, rium, quod ad tutorem pertinet.

Tutulus, ornamẽtũ capitis Flaminicarũ, & vitta purpurea innexa crinibus, & in altitudinẽ erecta. quod ꝑ eã Flaminica à cæteris mulieribus diſcernebatur.

Tutus, ta, tum, & actiuã & paſſiuam ſignificationẽ habet. in Tuta vrbs, quæ nos defendit. Tutus ſum ab hoſtibus. id eſt, munitus & ſine periculo ſum. De hoc vide in dictione Securus. Hinc compoſitum eſt Intutus, de quo alibi.

T ANTE Y.

TYana, Græca ciuitas. à qua Tyaneus dictus eſt Apollonius philoſophus.

Tyber, beris, & Tybris, bris, fluuius Italiæ, è media ferè lõgitudine Apennini Aretinorũ finibus defluẽs, duobus & quadraginta fluuiis augetur. Primò ab aquarũ colore Albula dictus. Deinde Tyberis adpellatus: vel à rege Tuſcorũ huius nominis: qui piraticam exercens iuxta eum in bello periit. Quod etiam ſenſiſſe uidetur Vergilius, quum inquit.

Aſperq; immani corpore Tybris:

A' quo poſt Itali fluuium cognomine Tybrim

Diximus, amiſit uerum uetus Albula nomen.

Ouidius libro ſecundo Faſtorum.

Albula, quem Tyberim merſus Tyberinus in undis

Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis.

Sunt qui hoc nomen trahãt à Græco ὕβρις, quæ eſt iniuria. Aiunt enim hũc eundẽ Tuſcorum regem circa huius fluuii ripas latrocinari conſueuiſſe, qui tranſeuntes crebris adficiebat iniuriis: ex quo Tybrim cognominatũ fuiſſe adſerũt, quaſi eſſet fluuius ὕβριος. id eſt, iniuriæ. Ex qua ratione, quum ὕβρις adſpiretur, Thybrim quoq; cum adſpiratione adnotari voluNt. Alii uolunt eos qui de Sicilia uenerũt, Tybrim dixiſſe, ad ſimilitudinem foſſæ Syracuſanæ: quam fecerunt Aphri & Athenienſes iuxta ciuitatis murum. Nam quod Liuius dicit, ab Albano rege Tybrim dictum, non procedit: quia etiã ante Albam Tybris dictus inuenitur. Sciendum eſt (ſecundum Seruium) quòd hic fluuius in ſacris Tyberinus dicitur: in coꝛnoleaia, id eſt, in communi ſermone, Tyberis: & in poemate Tybris. A' Tyberis fit Tyberinus, rina, rinum. ut, Piſcis tyberinus. & Tyberina oſtia. Tranſtyberim, Tranſtyberinus.

Tyberius, nomen imperatoris Romani, Auguſti ſucceſſoris. Tyberii autem dicti ſunt ideo, quòd iuxta Tyberim fluuium naſcerentur.

Tybur, ſiue Tyburtum, vrbs ad ſextumdecimum lapidem diſtans ab urbe Roma. Hanc Cato, Solinus, & alii quidam à Catyllo Arcade, claſſis Euandri præfecto, conditam ſcribunt. Plinius uerò Tyburis ipſius originem antiquiorẽ eſſe docet quàm urbis Romæ, & extare adhuc tempore ſuo memoriam ilices tres, etiã Tyburto eius urbis conditore uetuſtiores: apud quas inauguratus traditur fuiſſe Tyburtus, dum urbem eſſet conditurus. Sextius Græcus hiſtoricus ſic habet: Catyllus Amphiarai filius fuit. Hic poſt prodigialem patris apud Thebas ante Iliacum bellum interitum, iuſſu Dei, cum omni ſuorum cœtu, et ſacris miſſis, tres liberos in Italia procreauit, Tyburtũ, Co-

facem, & Catyllum: qui expulſis ex oppido, haud lõgè ab vrbe Roma poſito, veteribus Sicanis, à nomine Tyburti maximi filii oppidum vocauerunt. Priſcianus tamen cum i, Latino ſcribit.

Tyburs, burtis, generis omnis, vel hic & hæc Tyburtis, & hoc Tyburte, quod eſt ex Tybure. Sueton. Inchoauit a ſit aquæductũ regione Tyburti. Horat. Picœnis cedunt pomis Tyburtia ſucco.

Tyburtinus, na, num, penultima product. quod eſt ex Tyburto.

Tycha, fuit (Heſiodo teſte) Nympha, filia Oceani & tethyos.

Tydeus, cum accentu in prima fuit filius Oenei regis Calydoniæ & Euribœæ, uir fortiſſimus: qui Thebanos omnes ad quodlibet certaminis genus vicit. Inde fit patronymicum Tydides. Nam Diomedes Tydides dictus eſt, qui fuit filius Tydei.

Tylus, uermiculus eſt, pluribus pedibus, colore fuſco, ſub lapidibus aut figulinis uaſis uiuens: qui tactus ſe arcuat, atque in globum contrahit, ad ſimilitudinẽ paruæ pilæ. Cornucopiæ.

Tymber, nomen viri, & nomen fluminis.

Tymbra, Troadis campus, per quem fluit Tymber fluuius in Scamandrum. Ibi & tẽplum Tymbræi Apollinis eſt. At Thymbra cum h, herba aromatica eſt. Vergilius libro tertio Georgicorum.

Grauiter ſpirantis copia thymbræ.

Tymœtes, fuit regis Priami filius.

Tymolus, vide in dictione Tmolus.

Tympaniſta, qui tympana pulſat.

Tympaniſtria, mulier tympanum pulſans. Sidonius lib. i. Epiſtol. Tympaniſtria pſaltria canit.

Tympanites, pen. prod. genus hydropiſis eſt.

Tympanizo, zas, tympana pulſo. Sueton. de Auguſt. Et aſſenſu maximo cõprobauit uerſum in ſcena pronuntiatũ, de Gallo matris Deum tympanizante,

Vides'ne ut cinædus orbem digito temperet?

Tympanum, inſtrumentum ex una parte planum, mẽbrana clauſum, intus uacuũ, quod baculo pulſatur. Eo uti ſolebant in ſacrificio matris Deum. Eſt & tympanum uehiculum tectum, ut inquit Seruius, ſiue (ut aliqui putant) teſtudo ſupra radios. Radii dicuntur in media parte rotarum. Vergilius,

Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plauſtris.

Item Tympanum accipitur pro machina tractoria, quæ rota uocatur (vt Victruuius ait) ad hauriendã aquam celeritate, quod hominibus calcantibus uerſatur ad irrigandos hortos, & ſalinas utile. Plinius libro. xxxiii. accipit pro vaſe eſcario.

Tymphæi, Aetholiæ Teſprotiæ'ue populi, ubi & Perrhæbi ſunt. à quibus Tymphaicum ac Tymphaicũ gypſum. Eſt & ibi mons Tympheton, ſiue Tymphæi oppidum quoq; Tymphæa.

Tyndarus, fuit Oebaliæ rex, pater Caſtoris & Pollucis, Clytemneſtræ & Helenæ. Hinc Tyndarides, & Tyndaris patronymica.

Typhon, phonis, & Typhos pho, & typhoeus, phoei, dictio triſſyllaba, eu, diphthongon in vltima habẽs. Inde Typhois, idis, unus è gygantibus, terræ & Tytani filius. Prima corripitur. Seneca: Non tam ferum Typhonem neglecto Ioue irata tellus edidit quondam parens. Lucanus. Conditus inarimes æterna mole Typhoeus. Quando uerò deriuatiuum eſt, diuiſa diphthongo pronuntiatur. Vergilius.

Nate patris ſummi, qui tela Typhoea temnis. Eſt et Typhon, ventus turbulentus, à Typhone dictus: & capitur pro fulgure. Typhones etiam uocant fumigantes globos, & figuras quaſdam nubium mutuendas, & ibi prima producitur.

Typus, Latinè dici poteſt figura, adumbratio, exemplar. Hinc Protypa, dicta ſunt opera quæ ante typos facta ſunt. Ectypa, quæ ex ipſis ſunt formata. Archetypus, prima et principalis forma. Plinius. Dibutadea primus perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quæ inter initia protypa uocauit: poſtea idẽ ectypa fecit.

Tyrannicè, crudeliter, uiolenter.

Tyrannicus, ca, cum, quod eſt tyranni.

Tyrãnis, nidis, ſæuum ac uiolentũ imperiũ. Iuuena. Quid Nero tam ſæua cruda q; tyrannide fecit?

Tyrãnoctonus, Latinè dicitur tyrãnicida, qui tyrannum occidit, ab tyrãno, & κτείνω interficio. Quem an liceat interfici, legatur Cicero lib. iii. Offic. Nã nomen ipſum declarat quid mereatur: quum à Tyriis, ſuperbiſſimè & iniquiſſimè dominantibus, ſit dèductum. Vel à uerbo τείρω, per metatheſim literarum, quod ſignificat lacero, tero, interimo. De bonis non loquimur, ſi reperiantur.

Tyrannus, per duplex nn, apud ueteres in bonam partem dicebatur dominus, qui plenam habebat in ſubditos poteſtatem. Vnde (Trogo teſte) quæq; ciuitas & gẽs rerum publicarum imperium ab initio penes reges habebat: quos ad huiuſmodi faſtigium maieſtatis nõ ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat: qui etiam Tyrãni, ob fortitudinem uocabãtur. Vnde Vergilius.

Pars mihi pacis erit dexteram tetigiſſe tyrãni.

Sed creſcẽte malitia, quum ſuperbe reges regnare cœpiſſent, Tyrãni nomẽ ad illos ſolum reſtrictum eſt, qui per inſolẽtiam imperii uiribus abutebãtur. Quidam etiam Tyrãnos dici putãt, à Tyrrheniæ gẽtis præcipua crudelitate.

Tyriãthina, veſtis uiolacea, purpurea. ab Ianthino, id eſt uiolaceo colore, & Tyrio, hoc eſt, purpureo.

Tyrins, & vrbs & fluuius eſt: diuerſo tamen genere. Fœminini generis vrbs Achaiæ. Inde Tyrinthius heros. id eſt, Hercules. Aliqui tamen hæc Tyrinthis dicũt: alii hæc Tyrintha Cc.

Tyrius, ria, um quod eſt è Tyro inſula. Et ponit pro purpureo. Tibullus, Quid tyrio recubare toro.

Tyro, nouus miles, & fortis ad militiã exercẽdam. Cuius diminutiuum eſt Tyrũculus. Refertur quoq; ad omnem artem. Vnde pro gladiatore rudi adhuc in diſciplina gladiatoria accipitur. Sueton. in Cæſ. Tyrones neq; in ludo, neq; per laniſtas. Sic adoleſcentes quando togam ſumebãt, & barbam ponebãt, eloquẽtiam q; in foro auſpicabãtur, Tyrones dicebantur: & illa prima actio Tyrociniũ. Senec. li. iii. Declam.

Ille in foro primũ dicturus, Tyro dictus eſt. A' Hieronymo Tyrocinium rudimentum, & Tyrocinatio: qui recentes diſciplinas Tyrunculas adpellat. Ab eadem ſimilitudine canis adoleſcentior Tyruncula dicit. Colu.lib.viii. Quoniã Tyruncula nec rectè nutrit, & educatio totius habitus auſert incrementum. Plinius in Epiſto. ſe Tyrunculum dicit, quaſi rudẽ in cognitione ſignorũ. Tyrocinii die inducbatur toga, quæ pura eſt cognominata. Fuit etiam Tyro (vt inquit Iuſtinus lib.xviii.) nomen proprium patris Didonis: qui ab aliis Belius uocatus eſt.

Tyrocneſtis, inſtrumentum coquinatorium: quo foraminato caſeus diſteritur minutatim.

Tyronianus, na, num, à Tyro poſſeſſiuũ. Gellius lib.i. In oratione Ciceronis quinta in Verrem, libro ſpectatæ fidei, tyroniana cura atq; diſciplina facto.

Tyros, quondam vrbs Phœniciæ, quæ eſt in Syria. Iulius Pollux lib.i. Τύριοι λέγουσιν ὡς Ἡρακλῆς ἠράσθη Νύμφης Ἐπιχωρίου. Τύρος δὲ ἦν τῇ Νύμφῃ τοὔνομα, εἵπετο δ᾽ ἄρα τῷ Ἡρακλεῖ καὶ κύων κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον. Id eſt, Tyrii aiunt vt Hercules adamauit Nympham Epichorii filiam. Tyros uerò erat nomẽ Nymphæ. Sequebatur aũt vtiq; Herculem & canis, ſecundũ antiquũ morem. Ideo Tyrus dicta eſt. Quo etiã noĩe dicta eſt Inſula Alexãdri Magni operibus cõtinenti adnexa, clara urbibus Lepti, Vtica, Gadibus, & Carthagine. Nunc omnis eius nobilitas cõchylio & purpura conſtat. Olim Sarra nuncupata, ut ait Gellius, Vnde Sarranum oſtrum dicit, & oſtrum Tyrium & purpurã Tyriã dicimus. Phœnices adcolæ fuerunt maris rubri, dicti à palma: cuius regio plana erat. Palma enim phœnix dicit. Hinc terræmotu pulſi in maritimã Syriæ ſe contulere, condita urbe Sidonem à piſce adpellarũt. Eam Syrii vocabant Sarram. Lingua Syra piſcis Sear dicitur. Poſtea condidere Tyrum in ipſo mari, propter merces. Tyros etiam Græcè, Latinè caſeus.

Tyrotarichus, genus obſonii, ex caſeo ſalſamentisq; confecti. τυρὸς enim caſeus, τάριχος ſalſamentum. Cicero ad Pætum, & ad Atticum. Tyrotarichus, & patina Tyrotarichi.

Tyrrhenos, Romani Hetruſcos adpellant atque Thuſcos. Græci uerò hoc eos nomine nominarũt, à Tyrrheno Atys filio: qui ex Lydia colonos hac in regione dimiſit. Atys enim ex prognatis Herculis & Omphales unus, quum ſterilitate ac fame populũ ſuum emittere cogeret, è duobus filiis, ſorte iacta, Lydũ quidem regni ſucceſſorem tenuit: Tyrrheno autem maiorem adplicans populum, foras abire iuſſit. Hãc ille ingreſſus oram, de ſuo nomine vocauit Tyrrheniam. A' cuius gentis præcipua crudelitate tyrãni ſunt dicti.

Tyrrus, nomẽ ꝓprium paſtoris: cui (vt ait Vergilius) Regia parẽt Armenta, & latè cuſtodia credita campi.

Tyrſis, ambitus murorũ & uiarum, per quem curri poteſt. Sic dictus, quia Tyrrheni primi inuenerunt. Eſt etiam Tyrſis nomen paſtoris, de quo Vergilius in Bucolicis.

Tyrus, oppidum eſt in ripis Phaſidos fluuii. Cc.

DE LITERA V.

V Litera vocalis eſt, quæ ſæpe in conſonantẽ tranſit: et modò vim ſimplicis habet. ut apud Vergilium. At Venus haud animo nequicquàm exterrita mater. Modò ꝓ duplici cõſonante ponitur. ut Cupiui, Cupiueram: in quibus i, ante u, conſonantẽ poſita producitur: & eadem ſubtracta corripit. Aliquando u, conſonans pro uocali correpta ponitur. Horatius in Epo. Niueſq; deducunt Iouem, Nunc mare, nunc ſyluæ. Interdum à vocali tranſit in conſonãtem. ut Nauta, nauita: Gaudeo gauiſus. Quandoque amittit uim litteræ, quum poſt q, ipſum u, ponitur: nam non conſonans eſt. ut Aliquis. Hoc idem patitur inter g, & aliquam uocalem. ut Sanguis, Lingua. Idem fit antecedente ſ, ut Suauis, Suetus. Tranſit quandoq; per deriuationes in a, ut Veredus, ueredarius. In e, ut Pondus, ponderis: Deierat, pro deiurat. Antiqui etiam Auger, pro augur dicebant. Similiter in iis quæ à tertia coniugatione naſcuntur, quotieſcunque n, & d, ipſum e ſequebantur, loco e, ſcriptitarunt u: ut Faciundum, pro faciendum. In i, correptam nominum habẽtium vltimam ſyllabam deſinentem in u, cum uerbis, ſiue participiis. ut Cornu corniger, & cornicen: Arcus, arcitenens: Fatum, fatidicus: Aurum, aurifex: Luctus, luctificus: Fluctus, fluctiuagus: Magnus, magnificus: Opus, opifex. Scribebant etiam antiqui Carnufex, pro carnifex, & Lubens, pro libens, Peſſumus pro peſſimus.

V ANTE A.

VAcatio, exemptio. Valerius lib.i. Et cuſtodia liberatus, & inſuper agro uacatione donatus.

Vacca, per duplex cc, bos fœmina. Cuius diminutiuum eſt Vaccula. Vergilius,

Vaccula nonnunquàm ſecreta cubilia captans.

Vaccinus, a, um, pen. ꝓdu. quod eſt ex uacca. Plin. lib. xxiiii. Cortex illinitur decoctus lacte uaccino.

Vacerra, vecors, & veſanus dicitur. Quo etiam nomine accipitur ſtipes, ad quem ligãtur equi in ſtabulo. Columella Clatrorum genus uacerras adpellat, quibus è robore factis caueæ muniuntur. Nam lib. ix. de uinariis faciendi ſic inquit: Vbi neutrum patriſamiliæ conducit, ratio poſtulat uacerris includi. Sic enim adpellatur genus clatrorum: idq; fabricatur ex robore quærceo.

Vaciæ, & Vacieni, uide in dictione Vari.

Vacillare, eſt proprie inconſtantẽ eſſe, & quaſi alternatim mouere. Quintilianus: Eſt & illa indecora in dextrum ac læuũ latus uacillatio, alternis pedibus inſiſtentium. Vliq; & naues uacuæ dicũtur uacillare. Cicero Tyroni: Accepi tuam epiſtolã vacillãtibus literis. id eſt, nõ recte præ ualetudine ſcriptis. Et in Philippicis: In Gallia mutilatum ducit exercitũ cum una legione; & ea uacillante. Transfertur etiam ad

uulnatum. ut apud Iuriſconſultos de fide teſtis uacillante, qui inconſtantia & diuerſa teſtimonia dixerit. Cice. lib. iii. Off. Iuſtitia uacillat, vel iacet potius.

Vacinium, à quibuſdam flos dicitur: à quibuſdã viola, ſeu hyacinthus. Vergilius.

Alba liguſtra cadunt, uacinia nigra leguntur.

Plinius ipſum inter arbores numerat. Et lib. xvi. Vacinia Italiæ in aucupiis ſata, Galliæ uerò etiam purpurea tingendi cauſſa ad ſeruorum ueſtes.

Vaco, cas, do operam, & conſtruitur cum datiuo. ut Vaco ſapientiæ, Vaco rei diuinæ. Interdum Vacare ſignificat uacuum eſſe, & modo abſolute ponitur. Plautus in Caſina, Fac uacent ædes. Cæſar, Id ea maxime ratione fecit, quòd noluit eum locũ vnde Heluetii diſceſſerãt uacare. Modò cũ ablatiuo. ut, Boni uiri dant operã ut pturbationibus vacent. Vergil. Hoſte vacare domos, ſedesq; adſtare relictas. Cicero. Nullum eſt tempus quod iuſtitia uacare debeat. Modò præpoſitionem accipit. ut, Vacas à labore, uacas à componendo, Vacas ab occupatione. Interdum ſignificat ad nihil utile eſſe, ſuperabundare, ſuperfluũ eſſe: quòd ocioſum eſſe uideatur quod ſuperabundat. ſed non niſi in tertia perſona. Auguſtinus libro quarto Confeſſionum, Non uacant tempora, nec ocioſe voluuntur per ſenſus noſtros. Idẽ. Vacent opera miſericordiæ, vbi inſtent ſcientiæ. Impersonaliter quandoq; ſignificat, eſt ocium, uel uacuum tempus eſt. Vergilius.

Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros,

Et uacat annales noſtrorũ audire laborũ. Iuuen.

Si uacat, & placidi rationem admittis, edam. id eſt, ſi ocium eſt. Quandoq; ponitur pro curæ eſſe. Quintilianus. Et cui eſſe deſerto uacat. Vacare populo, eſt operam populo dare & inſeruire. Aliter Vacare populo, ſignificat liberum eſſe à populo populariq; iudicio. In quem ſenſum Cicero uidetur lib. ii. Tuſcul. quæſt. accipere, quum ait, Amplitudinem animi pulchriorem futuram, ſi nõ ſit ſubiecta populi iudicio, ſed uacuam ab eo, ſeipſa contentam, non captantem plauſus & auras populares. Huius uerbi compoſitũ eſt Interuaco.

Vacuna penult. produ. à uacando dicta eſt Dea, quæ præeſſe uacantibus & ocioſis putabatur. Cui quum agricolæ à laboribus ruris uacasent, ut poſt perceptos fructus requieſcerent per hyemem, uota ſoluebant & ſacrificabant. Vnde Ouid. lib. vi. Faſtor.

Nam quoq; quum fiunt antiquæ ſacra Vacunæ,

Ante Vacunales ſtantq; ſedentq; focos.

Vacuo, cuas, & Vacuefacio, idem ſignificant. Sic & Euacuo.

Vacuus, cua, cuum, & inane & magnum ſignificat. Vergilius. Saltibus in uacuis errant. Idem. Vacua atria Ditis. Vnde Vacuum aerem dicimus, quòd uacua omnia impleat. Nihil enim pati natura uacuum poteſt. Vnde & inanem uocamus aerem. Lucretius. Longum per inane reſoluit. Inde fit Superuacuo.

Vadimonis, lacus eſt in quo fluctuant inſulæ. de quo Plin. Cæcilius quadam epiſtola ſic ſcribit. Exegerat ſocer meus, ut amerina ſua prædia inſpicerem: hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubiacens lacus nomine Vadimonis. Vadimonis lacum intelligunt, qui in agro Viterbienſi feruet ſcateq; ſulphureis aquis.

Vadimonium, eſt ſponſio quædam ſiſtendi comparẽdiq; in iudicio ad diem præſtitutam, per ſe, vel per aduocatos, quod deſerere non licet. Seneca, Vadimonium promittimus, & tamẽ deſeritur. Cicero pro Quintio: Ad uadimonium nõ uenit, qui tibi præſtò ſemper fuit. Non dubitaui (inquit) quum uadimonium deſertum eſt.

Vadis, primò, deinde per ſyncopen Vas, dictus eſt ſponſor alterius in re capitali. ut inquit Feſtus, Cicero lib. iii. Offic. Factus eſt alter uas eius ſiſtendi, ut ſi ille nõ reuertiſſet, moriendum eſſet ſibi. Inuenitur etiam pro quolibet fideiuſſore, qui pro alio uadimonium promittit, certo die adfuturus. Dictus Vas, quòd qui uades dederit, uadere ei, id eſt, diſcedere interim liceat. Horatius.

Ille datis uadibus qui rure extractus in urbem eſt.

Vadium, dii, idem quod uadimonium.

Vado, dis, ſi, ſum, iter facio: quaſi uiæ do. Vergilius. Vadimus immiſti Danais. Aliquãdo ſignificat uadem præſto. Huius uerbi compoſita ſunt. Circumuado quod eſt, in uadendo circundo, Plinius lib. viii. Hi redeuntem circumuaſere noctu. Euado, Inuado, & Peruado, pen. prod. Liuius, Quum ex eo pauor ac trepidatio totam urbem peruaſiſſet.

Vado, das, per uadum eo. Papinianus, Flumine publico interueniente uia conſtitui poteſt, ſi ut uado tranſiri poteſt, aut pontem habeat. Secus autem ſi uadari nequeat, ſed pontonibus traiiciatur. Solinus. Flumen quod propter breuitatem facile uadari poterat. Huius prima corripitur. Ouidius de Remedio.

Iamq; uadaturus lectica prodeat inquit.

Vador, daris, uerbum cõmune (ſecundum Priſcianũ) ſignificat fideiubeo, uadio, obligo. Vadari reus dictus, & uadimonium ſiſti, quoties aliquis pro alio ſpondet, ut in iudicium ueniat & ſiſtatur. Differre uadimonia, eſt prorogare tempus ſiſtendi alterius in iudicio, quoties ſponſio facta eſt.

Vadoſus, ſa, ſum, ut Vadoſus amnis, qui frequentia habet uada, quæ tranſiri pedibus poſſunt.

Vadum, fundum fluminis, lacus maris, & cuiuſcunq; aquæ per quod uia datur. Plin. Lignum uado hærebat. Hinc uadum quoque adpellatur locus, qui propter breuitatem aquæ pedibus tranſiri poteſt. Vnde prouerbium eſt: In uado eſt, pro eo quod eſt, In tuto eſt. Nam ut in profundo periculum cõſiſtit, ita in uado eſt ſecuritas. Terentius in Andria. Omnis res in uado eſt.

Væh, interiectio, in his rebus quas execramus. ut, Væh miſero mihi. Et diphthongaſ, ut differat à Ve: quæ modo eſt coniunctio diſiunctiua. ut, Dies noctes'ue. Modò habet uim augendi. ut uetus, vehemens: quorum alterum ab ætatis magnitudine cõpoſitũ eſt, alterũ à mentis ui atq; impetu dictũ eſt. Modò habet uim diminuendi. ut Vegrandis, Velouis. id eſt, male grandis. hoc eſt, paruus minutus'ue, &

paruus Iupiter. Ve enim ſyllabam rei paruæ ueteres præponebant. Vnde apud Auſonium Vegrandes meſſes legimus pro paruis. Et apud Varronem in libro de re Ruſt. Oues ſiunt uegrãdes atq; imbecilles. Similiter Pli. lib. vii. Corpore veſcos eſſe, ſed eximiis uiribus. Modò etiam habet uim priuatiuam. ut Vecors: quaſi ſine corde, ſine prudentia. E contrario cordatus dicitur prudens.

Vafer, fra, um, pro callido & aſtuto accipi: quaſi valde Afer. Mira enim ſemper fuit eius gẽtis calliditas. Cicero. Non ſunt in diſputatione uafri, non ueteratores, non malitioſi. Et lib. i. de Natura Deorũ. Chryſippus qui Stoicorum ſomniorum vaferrimus habetur interpres. Hinc Vafrè aduerbium.

Vagabundus abunde uagans.

Vagecra, Heb. leuiticus græcè, miniſterialis Latinè.

Vagedaber, Hebraice, arithmus Græcè, numerus Latinè, liber Numeri, vnus inter quinq; libros Moyſi.

Vageni, populi inter alpinas gentes. Plin. lib. iii. Inter alpinas gentes finitimi centrones, & cotteanæ ciuitates, & caturigibus orti Vageni ligures. Sylius.

Tum pernix Ligur, & ſparſi per ſaxa Vageni.

Vagina, penultima produ. alicuius rei theca. Cuius diminutiuum eſt Vaginula. Plinius lib. xxxviii. Et far in vaginulis ſeruant ad ſatus. Hinc Euaginare, quod eſt enſem nudare. Hieronym. in Ezechiele, Gladium euaginabo poſt eos.

Vagio, gis, giui, gitum. Vnde Vagitus, penul. produ. quod ꝓpriũ eſt uocis infantium dum plorant. Et Vagor, pro eodem ploratu. Lucretius lib. ii.

Et ſuperantur item miſcetur funere vagor.

Vagor, aris, inutiliter peragro, ſiue ſparſim eo. Et differt ab erro: quia uagari eſt per diuerſa, errare ꝑ aliena. Cicero lib. i. de Oratore. Ne uagari & errare cogatur oratio. Inuenitur etiam uago, gas. Plaut. in milit. Te alloquor uiri probri q; plenus, qui circum uicinos uagas. A' uagor fit compoſitum Euagor, pro extrà vagor.

Vagus, qui ſine negotio modo huc modo illuc inutiliter diſcurrit. Dictus quòd uacuus, id eſt, ſine negotio agatur.

Vah, interiectio eſt inſultantis. Hieronymus ad Damaſum. Sicuti nos in lingua Latina habemus interiectiones quaſdam, ut in inſultando dicamus uah, & in admirando papè, & in dolendo hei, & quando ſilentium volumus imperare, ſtrictis dentibus ſpiritum coartamus, & cogimus tantum ſibilum inſonando, ſcilicet z: ita & Hebræi inter reliquas proprietates linguæ ſuæ habent interiectionem, vt quãdo volunt dominum deprecari, ponant verbum petentis adfectu, & dicunt, anna domine: quod ſeptuaginta dixerunt, ò domine. Plautus. Vah homo impudens. Et in Euangelio. Vah qui deſtruis tẽplũ Dei.

Valde, aduerbium, ſignificat multum. Eſt enim ſyncopatum à valide: ideo producit e. Et ualdius, pro ualidius: ſicut caldus pro calidus.

Vale, uox ſalutantis eſt. Quo uerbo & qui recedit utitur dicens. Vale: & qui remanet reſpõdens: Tu quoque vale. Sic ſalue, & aue, ſalutationes ſunt venientis: quibus vocibus ſimiliter vtuntur & qui ſalutant, & qui ſalutati reſalutant. Reperitur tamen ſalue in diſceſſu in calce epiſtolarum. Cicero. Vale mi Tyro, vale & ſalue. Quoniam uerò abeuntes per hæc uerba ſalutare ſolemus, Vale & ſalue: inualuit conſuetudo vt hæc ſumantur pro diſcedo, etiam ſi cum ſtomacho & indignatione loquamur. Terentius. Valeant qui inter nos diſſidium quærunt. Quod perinde eſt ac ſi diceremus: Diſcedant à nobis. ſiue, Eos cum ſuo odio & maledicentia relinquamus. Cicero. Si Deus talis eſt, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, ualeat. Varro. Vale & ſalue, quum ad mortuos referuntur, non id dictum eſt quòd aut ualere aut ſalui eſſe poſſint: ſed quòd ab his recedimus eos nunquàm uiſuri. Vergilius. Salue æternum mihi maxime Palla. Aeternum q; uale. Huius uerbi cõpoſita ſunt Conualeo, quod eſt, ſalutem recupero. à quo Conualeſco. ut eſt illud: Conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Hieronymus. Legimus quoſdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam & pauperes cibos redactos, cõualuiſſe. Eualeo, Inualeo, Aequiualeo, in eodẽ precio ſum, vel æque potens ſum. Præualeo, Reualeo. à quibus fiunt Eualeſco, Inualeſco, Præualeſco, Reualeſco. Eſt & Valefacio pro diſcedo.

Valentia, potentia, firmitas, cuius contrarium eſt Inualentia. Gellius. Non morbus in lege febriculoſus, neq; nimium grauis: ſed uitium aliquod imbecillitatis atq; inualentiæ.

Valeo, les, lui, litum. id eſt, ſanus ſiue potens ſum. Semper enim in bonam partem ſumitur, niſi aliud addatur. ut, Male ualeo. id eſt æger ſum. Hieronymus in Geneſi. Sanus'ne eſt inquit? Valet inquiunt. Et ablatiuum exigit, ſi ipſum dari expoſcitur. Cicero libro primo Officior. Alios uidemus velociter ad curſum, alios uiribus ad luctandum ualere. Iuuenalis. Quæ mœchum ſequitur ſtomacho ualet. Similiter quum ad precium pertinet, ſi precium exprimatur, in ablatiuo ponitur. Plinius libro trigeſimo. Aureus nummus poſt annum ſexageſimum ſecundum percuſſus eſt quàm argenteus: ita ut in ſcrupulis ualeret ſeſtertiis uicenis. Varro tamen accuſatiuum dedit, dicens. Denarii, quòd denos æris ualebant: quinarii, quòd quinos.

Valeria, nomen proprium Meſſalorum ſororis: quæ amiſſo Seruio uiro, quum cogaretur quur alteri non nuberet, ait ſibi ſemper per maritum Seruiũ uiuere.

Valerius, nomẽ Romani ciuis: qui primum de Veientibus, iterum de Sabinis, tertiò de utriſq; triumphauit. Hic quum domum in Velia tutiſſimo loco haberet, in ſuſpitionem regni uenit. Quo cognito, apud populum conqueſtus eſt, quòd tale aliquid de ſe timuiſſent: & miſit qui domum ſuam diruerent: ſecures faſcibus dempſit, eoſq; in populi concione ſubmiſit: legem de prouocatione ad populum tulit. Hic Publicola quum diem obiiſſet, publice ſepultus, & annuo matronarum luctu honoratus eſt. Fuerunt & Valerius Maximus hiſtoricus, & Valerius Ma-

tialis epigrammatiſta, & Valerius Flaccus, qui ſcripſit Argonautica.

Valeſius, pro Valerius dixerūt antiqui. Et poſtea vſu inualuit, vt in familiæ cognomen tranſierit. Quo cognomine regia Frācorū celſitudo nunc inſignitur.

Valgi, vide in dictione Vari.

Valguſtus, fuſtis uncus.

Validus, da, dum, penultima correpta, quod eſt firmum potens'q. A' quo Præualidus, valde potens. vt eſt apud Catonem.

Quum tibi præualidæ fuerint in corpore vires.

Valetudinarium, locus quo valetudinarii & infirmi curantur, vt valetudinem malam bona permutent: qualia ſunt in cœnobiis ſacratorum. Seneca ad Lucilium. Tanquàm in eodem ualitudinario iaceam, de communi malo tecum colloquar, remedia cōmunico. Et Columella præcipit, ualetudinaria languentibus ſalubria eſſe conſtituenda.

Valetudinarius, qui male ſanus eſt: & qui frequenter ægrotat. Sene. in Quæſtionibus naturalibus: Nō vides quare tibi placeat, q robuſtior ſit valetudinario.

Valitudo, ſeu magis Valetudo, & bona & mala dicitur. Cicero. Seruius Sulpitius ſcripſit ad me, te moleſte ferre, quòd me propter valetudinem tuam, quū ad vrbem acceſſiſſem, non uidiſſes. Bona. ut apud eundem. Sed nunc ualetudini tribuamus aliquid. Diſtinguitur autē epitheto. ut, Bona ualetudo, uel mala vel locis. Horatius libro. I. Epiſtolarum.

Quid uoueat dulci nutricula maius alumno.

Quòd ſapere & fari poſſit quis ſentiat, & cui

Gratia, fama, ualetudo contingat abunde.

Dicta eſt autem Valetudo per ſyncopam à ualidus, quaſi ualitudo: ſicut ab habitus habitudo.

Vallaris, & hoc uallare, pen. produ. quod ad uallum pertinet. ut, Vallaris corona: qua donari ſolebat, qui primus uallum hoſtium fuiſſet ingreſſus.

Valles, lis, & uallis, lis, planities duobus lateribus incluſa. dicta q hinc atq; hinc uallata ſit. Ver. lib. xi.

Eſt curuo anfractu ualles adcommoda fraudi.

Seruius ait, Valles plenum eſſe, ſed metri neceſſitate compellimur ut Vallis dicamus. Statius.

Vallis in amplexu nemorum ſedet.

Quòd uerò Valles dicendum ſit, diminutiuum indicat. Nam Vallecula facit: ut uulpes uulpecula. Sed et Vallicula legit'. Hinc Conuallis, quæ eſt planities ex omni parte cōprehenſa montibus uel collibus.

Valleſcit, ueteres pro perierit uſurparunt: quòd qui uallo obiici ſitur pro perditis habentur. Cc.

Valleſtria à uallibus: ſicut campeſtria à campis. Ambro. libro Hexa. Per omnem ferè orbem terrarum & ſuper terrā fuerunt diffuſæ aquæ, per ualleſtria agrorum, concaua montium, planitiemq; camporum.

Vallicula, diminutiuum eſt à uallis. Nam Vallecula à ualles fit. Hieronymus in Leuitico. Et quum uiderit in parietibus illius quaſi uallículas, pallore ſeu rubore deformes.

Vallo, las, munio, firmo, & quaſi uallum facio. Lactātius libro. vii. Qui libratam magnitudine ſua terram uallauit montibus. Hinc componitur Circumuallo. Idem lib. ii. Ipſumq; paradiſum igne circumuallauit, ne homo poſſet accedere.

Vallonia, putabatur Dea quæ uallibus præerat.

Vallum, vulgò paliſicata munitio caſtrorū: quòd ex uallis fiat, à quo Interuallum, ſpatium quod inter palos eſt, uallum caſtrenſe cōſtituentes. Quamuis etiā ad omne ſpatium interuallum dici poſſit.

Vallus, firmior palus, quo vitis adligat', & caſtra muniuntur. Vergilius.

Exacuunt alii uallos furcasq; bicornes.

Tibullus. Non arces, non uallus erat.

Et Vallus, diminutiuum eſt à Vannus.

Valor, precium, à ualeo, les. Plinius. Victoriati ualore redimi poteſt.

Valuæ, hoſtiæ quæ in ſe replicantur.

Valuuli, folliculæ, & aliorum leguminum. Colu. lib. viii. de ouibus tectis: Singula capita per hyemē recte paſcuntur ad præſepia, tribus hordei uel freſæ cum ſuis ualuulis fabæ.

Vandalia, regio Europæ Septentrionalis, à Vandalo fluuio, qui regionem interfluit. A' qua populi Vandali, immanes & ferociſſimi.

Vaneſco, ſcis, à uaneo, nes, eſſe conuenit, & ſignificat uanus fio, in nihil ſi redigor, fruſtra glorior. Auguſt. lib. iiii. de ciuita. Dei. Non uaneſcamus inani uentoſitate iactātiæ. Hinc Euaneſco. Vergilius.

Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

Vbi Euanuit, eſt præteritum ab Euaneſco: quod Sipontinus negat habere. Lactan. libro. v. Euanituras breui religiones falſas.

Vaniloquentia. Apuleius, Nihil hominis uaniloquentia commotus.

Vanitas, mēdaciū, fallacitas, & leuitas. Cic. li. iii. Offi. Quòd ſi uituperandi q reticuerunt, quid de iis exiſtimandum eſt, qui orationis uanitatem adhibuerunt? Salluſtius: Huic homini non minor uanitas inerat quàm audacia. Idem ſignificat Vanitudo. Plautus,

Vt rem uideo, tu inuentus à uanitudine.

Vanno, nas, id eſt, uentilo: ut fit uannis quum frumenta purgantur. Varro de Re ruſt. Vt quod leuiſſimū eſt in ea, atq; adpellatur acus ac palea uannatur foras extra aream. Hinc Euanno, extra vanno. Nonius. Euannetur, dictū eſt uentiletur, uel moueatur à uanno, in qua legumina uentilantur.

Vannus, per duplex nn, generis fœminini, uas uiminenum latum, hoc eſt, cribrum cereale: in quo propter capacitatem ruſtici cogere primitias frugum ſolent, & frumenta purgare. Hæc & Vallus dicitur: in quo contextæ ſunt uirgæ, & eſt formæ oblongæ. Dicta, quia in eo inſtrumento uirge ſunt, ut pali in uallo. Vel (ut Varro inquit) à uolatu: quòd inde dum iactantur leuia uolent. Vergilius.

Et myſtica uannus Iacchi. Colu. lib. ii. Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tūdunt', uannis expurgantur.

Vano, nas, fallo. Actius: Sic illum uanans in angiportum deduxit.

Vanus, per ſimplex n, adiectiuum, & accipitur modò pro uacuo. Vergilius.

Sed illos Expectata ſeges uanis eluſit auenis.

Modò pro ſtulto, quaſi mẽte vacuo: & qui in rebus inanibus ſtudium collocat. Iuuenalis,

Sic libitum vano qui nos diſtinxit Othoni.

Modò pro mentiente & infido, leuia inaniaq; pro grauibus & veris aſtutiſſime componente. Verg.

Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.

Nam mendax proprie dicitur, qui ad decipiendum mentitur. Vnde idem vtrunq; complexus eſt. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mẽdacemq; improba finget.

Vapor, & Vapos dicitur. Lucretius in quinto,

Peruolitans permanat odos frigusq; vaposq;.

Et eſt exhalatio calida. Vnde Vaporarium pro tepidario capimus.

Vaporo, ras, penul. produ. vaporem emitto. Ambroſius lib. Hexa. Etiam aqua exundauit in terris, ne eas ſurgentis Solis & ſtellarum micantium ardor exureret, & tenera rerum exordia inſolitus vapor læderet. Quanti fontes, fluuii, lacus irrigant terras: quia eas interius quidam ignis vaporat. Lampridius: Indicos honores Heliogabalus, ad vaporandas zetas ſine carbonibus iubebat incẽdi.

Vappa, per duplex pp, genus vini quod ſponte deferbuit, & odorem ſaporemq; amiſit, vt illud qđ in exhauſto vaſe reliquum fuit & euaporauit. Vernacula lingua dicimus Suanito. Horatius,

Qui Veiẽtanum feſtis potari diebus,

Campana ſolitus trulla vappamq; profeſtis.

Inde ponitur pro homine ignauo, vili, ac nugatore, & in quo nil prudentiæ. Idem in Serm. Non ego auarum Quum veto te fieri, vappam iubeo aut nebulonem Plinius, Vitiumq; muſto quibuſdam in locis ſponte ſeruere, qua calamitate quum deferbuit, deperit ſapor, vappæq; accipit nomẽ.

Vappo, animal eſt volans, quod vulgò animam vocant. Lectum eſt apud Lucretium, hos Vappones. Probus in catholicis.

Vapularis, qui vapulat, vt apud Plautum in Perſa.

Vapulo, las, pen. cor. verberor.

Vari, dicuntur qui introrſum pedes, vel crura obtorta gerunt. Horatius libro primo Sermon.

Hunc varum diſtortis cruribus.

Vnde Varum frequenter pro obtorto accipiť. Perſi. Et non fallit pede regula varo. Hinc Obuaro, ras, quod eſt, deprauo peruertoq;. Vatiæ, quibus in exteriorem partẽ deflectuntur. Varro lib. ii. de Re ruſti. de canibus ſcribit: Cruribus rectis, ac potius varis q̃ vatiis. Hinc Vatiæ & Vatienoꝝ cognomina fluxerunt: quòd pedibus eſſent vitioſis. Seneca in quadã epiſtola: Seruilius vatia latere ſciebat non viuere. Hieron. in Euſebii chronicis. Vatienus nobilis Narbonenſis orator habetur. De quo Martialis,

Docti patria Narbo Vatieni. Valgi autem ſunt, qui diuerſas ſuras habent, hoc eſt, in diuerſum actas, cuiuſmodi lacertarum pedes ſunt, quorum videlicet pars intra conditur, pars extra procedit. Plautus in Milit. Maiorem partem videas valgis ſuauiis. De qua ſimilitudine inſtrumentum quoddam ruſticum ad areas complanandas Valgium Plinius adpellat fortaſſe libro. xvii. Seritur, inquit, menſe Aprili, area æquata cylindris aut valgia, aliàs denſum. Alioqui & ſermo agreſtis Valgiare vſurpat hodie pro eo qđ eſt pauire, coæquareq;. Omnino id ferè videtur eſſe quod Cato ait: Comminuito terram, & cylindro at paulcula coæquato. In Campania certe haberi genus id teſtatur tali ſpecie, quaſi ſuræ duæ in diuerſum collocatæ: quo vt cylindro ſupplanantur areæ. Varus etiam nomen fluuii, qui Narbonenſem prouinciam ab Italia diſterminat, à flexibus tortuoſis ſic adpellatus. Eſt & nomen poetæ. Sed & Vari, ſeu Varioli, ſunt puſtulæ cum febre naſcẽtes, pueros maxime infeſtantes. Plinius lib. xxiii. Contra ſerpentium ictus trita drachmis duabus bibitur, vitia cutis in facie, varosq;, & lentigines, & ſugillata emẽdat & cicatrices.

Variæ, dictæ ſunt pantheræ, à macularum varietate quibus ſunt ſpectabiles. Pli. lib. viii. Nunc varias & pardos qui mares ſunt adpellant in eo omni genere creberrimo in Aphrica Syriaq;. Quidam ab his pantheras ſolo candore diſcernunt.

Varices, penultima correpta generis maſculini vel fœminini. & Varicæ, & per diminutionem Variculæ. ſunt venæ plus æquo intumeſcentes, in temporibus, in ventre, in teſtibus, in inguine, & potiſſimũ in cruribus: quas Gellius ſcribit ac Plinius lib. xi. in cruribus viro tantum, mulieri raro præ nimio labore naſci. Horatius, Varice ſucciſo, inde Varicoſus, qui huiuſmodi venas habet. Græci Varices ixias uocãt. Aulcẽna autor eſt, Varices accidere curſoribus, & onera baiulantibus, & diu ſtantibus. Inde eſt illud Iuuena. Varicoſus fiet aruſpex. ex grandi ſcilicet conſtitutione, & quadam quaſi ſtabulatione, ac longo ſtatu. Varicum legimus pro eo qui ampliore paſſu graditur. Ouidius libro tertio de Arte,

Illa velut coniunx vmbri rubicunda mariti,

Ambulat ingentes varica fertq; gradus.

Varico, cas, pen. cor. & Varicor deponens. à varo, & ſignificat deflecto, trãſgredior: quaſi varices tranſcẽdo. Vide in dictione Diuaricor.

Varicus, aduerbium. ſignificat cruribus diuaricatis, diuiſisq;: quod fieri ſolet à fœmina micturiente. Apuleius lib. i. Varicus ſuper faciem meam reſidentes veſicam exonerant.

Variegatus, variis picturis diſtinctus, exornatusq;. Variegare enim variare, & varietate diſtinguere.

Varietas, Variantia, & Variatio, idem ſignificant. Lucilius libro tertio.

Principiis vnde hæc oritur variantia rerum.

Vario, rias, diuerſum facio. Lactantius libro ſexto. Aliud eſt igitur ciuile ius, quod pro moribus vbiq; variatur.

Varius, ria, um, multiforme: quòd vari inæquales ac diuerſi ſint.

Varolus, edax dicitur. Et eſt piſcis qui lupus, à Græcis λάβραξ. Nam λα, Græcis intenſiua particula eſt, βορὸς edax &c.

Varro, nomen autoris Romani. Hic (ut Quintilianus lib. x. ait) Romanorum vir eruditiſſimus, plurimos & doctiſſimos cõpoſuit libros, peritiſſimus linguæ

Latinæ & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum noſtrarumq; plus tamen ſcientiæ collaturus quàm eloquentiæ. Hunc diuus Auguſtinus literatorum doctiſſimum adpellat.

Vas, uadis, generis maſculini, pro vadimonio, de quo ſuprà.

Vas, vaſis, generis neutri, in plurali numero ſecundæ declinationis, pro inſtrumento ad aliquid capiendũ idoneo. Cuius diminutiuum eſt vaſculum, & vaſillũ. Vaſum etiam in ſecundo flexu dixerunt antiqui. vt autor eſt Gellius. Cc.

Vaſcones, populi vlterioris Hiſpaniæ, quæ in Gallicum & Britannicum Oceanum vergit, in Cantabrica poſiti. Hi à Metello Romanorum duce obſeſſi, in tantam famem compulſi ſunt, vt humana carne veſcerentur.

Vaſcularius, qui vaſa conficit.

Vaſterna uehiculum ſeu portatura duorum equorum.

Vaſto, ſtas, deſtruo. Lactátius lib. i. Exercitus ducere, aliena vaſtare, delere vrbes, oppida excidere. Huius compoſita ſunt Deuaſto, & Peruaſto: quæ ſignificant deprædor, ſpolio, profligo, & quaſi vacuum reddo. Liuius: Cortonam vrbem Traſymenumq; lacum omni clade peruaſtat.

Vaſtus, ſta, ſtum, magnus. Vergilius,

Vaſtumq; caua trabe currimus æquor.

Aliquando ponit pro feroci, deſerto. Hieronymus, Quoties in illa vaſta ſolitudine. Actius, Hanc vrbem ferro vaſtam faciet. Hinc Vaſtitas, Vaſtitudo, & Vaſtities. Colu. lib. iiii. Pati tamen in hac terra vaſtitate beluas progenerari quis neget. id eſt, magnitudine. Et lib. vi. Sed quum ſim profeſſus ruſticæ rei præcepta, ni fallor, non aſſeueraueram quæ vaſtitas eius ſcientiæ cõtineret. Apuleius: Cui in primis tanti corporis vaſtities horrori fuit. Aliquando etiã vaſtationem ſignificat. Actius, Propterea tot tantasq; habemus vaſtitates funerum.

Vates, à fando dicti ſunt, quaſi fates, diuinatores, ſacerdotes, & prophetæ. Et Vates, poetæ, à viendis verſibus. Viere enim vincire eſt.

Vateſco, deſtruor, relinquor, ſeu horrid⁹ fio. Nonius.

Vaticanus, na, num, pe. prod. à vates fit, ut Vaticanus ager. Vaticanus collis, nõ procul à Tyberi ſupra molem Adriani, conterminus Ianiculo, in quo Petri Baſilica eſt. Sic dictus, quòd populus Romanus eo potitus ſit vatum reſponſo, expulſis Hetruſcis, ut inquit Feſtus. Vel (ſecundum Gellium) à vaticiniis quæ ibi dari ſolebant, vi atq; inſtinctu Dei Vaticani. Varro ſcribit Vaticanũ Deum in eo monte fuiſſe, qui infantibus primam vocem daret, quæ eſt ua: quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Auguſtinus tamẽ Vagitanum dixit Deum, tanquam infantium vagitibus præſidentem, unde Vagire dicitur. Prima huius nominis corripitur, quòd in verſu heroico aliter ſtare nõ poſſit, quum ſequens ſit breuis, & penultima longa.

Vaticinor, penultima correp. ſignificat diuino, quaſi faticinor.

Vaticinium, ipſa diuinatio.

Vatidicum, propheticum, & quaſi fatidicum. Cc.

Vatrax, & Vatricoſus, dicit qui crura uitioſa habet.

V ANTE B.

VBi, aduerbium loci, ſignificat in quo loco. & modò interrogatiuum eſt. Plautus, Vbi id audiſti. Modò relatiuum. Vergilius,

Vbi Aeacidæ telo iacet Hector.

Modò infinitũ: vt, Scio ubi tu perpetraſti [illegible]. Ponitur quandoq; pro aduerbio temporis poſt [illegible]uàm. Verg. Hæc vbi dicta dedit. Quãdoq; pro qu[illegible]lo. Terent. in And. Vbi voles acceſſe. Vergil. lib. vi. Eſt iter in ſyluis vbi cœlũ cõdidit umbra Iuppiter. Ab Vbi fiunt compoſita, Alicubi, Necubi, Sicubi, ſi in aliquo loco. Vbiuis, Vbilibet, in quolibet loco. Vbicunq;, in quocunq; loco. Vbinam, in quonã loco, & interrogatiuum eſt.

Vbiq; gentium, in omnibus gentibus.

Vbiq; imaginum, id eſt, in omnibus imaginibus.

Vbiq; itineris, ſignificat in omni itinere. Apuleius lib. i. Nihil iſtarum rerum quæ itineris vbiq; nos comitantur, indigemus.

Vbiq; locorum, in omnibus locis.

Vbiubi, ſignificat vbicũq;, quemadmodum ut ut, pro utcunq;. Terentius in Eunu. Vbiubi eſt diu cela non poteſt.

V ANTE D.

VDum, quaſi ſudum, à ſudando dicitur humidum. Vergilius lib. iii. Georgicorum,

Nigra ſubeſt udo tãtum cui lingua palato.

Hinc Vuidus, a, um, quod quidam ita ab humido diſtinguunt, vt Vuidum ſit, quod intrinſecus habet humorem: unde vuam adpellatam volunt. Vergil. Vuidus hyberna venit de glande Menalcas. Humidum uerò extrinſecus humorem habet. Sunt qui Hudum cum h, ſcribi velint, ac per ſyncopen ab humidum fieri.

V ANTE E.

VE, cõiunctio disiunctiua, uide in dictione Væh. Vecors, quaſi ſine corde, qui eſt turbati & mali cordis. Hinc Vecordia. Salluſtius: Igitur color exſanguis, fœdi oculi, citus modò, modò, tardus inceſſus: prorſus in facie vultuq; vecordia.

Vectabulum, uehiculum.

Vecticularia uita, dicitur eorum qui uectibus parietes perfodiunt alienos furãdi gratia. Cato: Vecticulariam uitam uiuere, eſt repente largiter habere, repente nihil.

Vectigal, pen. cor. uſu non ratione dicitur, ſicut cerucal, capital, tribunal, animal. Nominatiuus enim pluralis à ſingulari plus una ſyllaba creſcere non debet. Ergo Vectigale ſecundum artem. In genitiuo pluraliter Vectigaliorum Cicero dixit, Meſſala uectigaliũ. Et eſt Vectigal, quod ex uectura penditur, unde & à vehendo dicitur, quum ex fundis fruges in urbem uehuntur. Sed eius ſignificatio latius patet. Capitur namq; ex publico & ex priuato, unde publica uectigalia intelligere debemus, ex quibus uectigal accipit fiſcus. Priuata quæ quiſq; ſumit, ex reditibus & fructibus. Cicero in Parad. Ex meo tenui uectigali capio ego ducenta. Paulus, Cæſæ harundinis uel pali

compendium ſi in eodem fundo uectigal eſſe conſueuit ad fructuarium pertinet. Cicero lib. ii. Offic. Vt bona ualetudo uoluptati anteponatur, uires celeritati, aſtemorum autem ut gloria diuitiis, ue uectigalia urbana ruſticis ædibus & mercibus. id eſt, prouentus, reditus, introitus. Dr etiam hic & hæc Vectigalis, & hoc Vectigale, pro tributario. Sic prouinciæ, agri, homines qui tributa perſoluunt, Vectigales dicunt. Cicero lib. iii. Offic. Quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex ſenatuſconſulto liberaſſet, ut hæ rurſus uectigales eſſent. Sueton. In Cæſa. Agrum Campanum ad ſubſidia Reip. uectigalem relictum diuiſit extra ſortem. Cicero in Catilinam, Et ſyluas lucosq́ publicos Romani uectigales habuere. Liuius, Vtrum Annibal hic ſic æmulus itineris Herculis, ut ipſe fert, an uectigalis ſtipendiariusq́, & ſeruus populi Romani à patre relictus.

Vectis, generis maſcu. inſtrumentum quo clauditur oſtium, quod manibus percutiendo uehatur. Vergil.

Centum ærei claudunt uectes æternaq́ ferri
Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Ianus.

Vectem Cyniras Agriopæ filius inuenit. Et Vectis palus è ferro uel ligno grandior, ruſticis & fabris cæmentariis ad multa neceſſarius. Plinius, Cato uectes aquifolios, laureos, ulmeos, fieri iubet. Item Vectis dicitur lignum, quo aliquid uehitur & portatur. Sic Vectes erant iudes, in circulis poſitæ, ad portandam arcam, ut eſt apud Exodum, Facies quoque uectes de lignis ſethim. Rurſus Vectes ſunt inſtrumenta ad aliquid ſubuertendum euertendumq́. Horatius libro ſecundo Carmi.

Hic hic ponite lucida funalia, &
Vectes & arcus oppoſitis floribus minaces.

Eſt et Vectis inſula in Oceano Septentrionali uerſus Tylen.

Vecto, as, frequentatiuum eſt à ueho, is, à quo Vectatio, quod nomen ſemper paſſionem ſignificat, cõtra aliorum verbalium naturam. Hinc Vectito, as, frequentatiuum à uecto.

Vector, qui in aliena naui, vel equo, vel plauſtro vehitur pretio. Quintil. In nauim filii mei male præmutatus vector imponor. Aliquando dr is qui vehit. Cicero, Etiam ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus à minoribus vectoribus admoneri ſolent.

Vectorius, ria, rium, quod vehit ac aptum eſt ad vehendum. Varro: Neque idem qui vectorios facere vult, ſcilicet equos, ad ephippium, aut ad prædam, quàm vt ad rem militarẽ, quod ibi habere ad caſtra volunt acres.

Vectura, non modo actum ipſum, hoc eſt, vectionem denotat: ſed etiam mercedem, quæ pro vectura ſoluitur: vtputa pro naui ſiue equo meritorio.

Vediouis, ſiue Veiouis, & melius: veteribus dicebatur Deus, cui Dempta atq; detracta eſſet iuuãdi facultas. Nam quoſdã Deos ut prodeſſent celebrabant, quoſdam ne nocerent placabant. De quibus abundè. Gellius lib. v. cap. xii. Vbi venit corrigẽdus locus in fine capitis. Sic enim legit in omnibus quos uidimus codicibus. Aruncus quoque habetur & Rubigus. Vbi Auerruncus legendum foret. Cc.

Vegeo, es, gui, in ſanitate ſum. Nonius, Veget pro vegetat, vel erigit, vel vegetum eſt. Pomponius: Animos Venus ueget voluptatibus.

Vegetius, nomen autoris, qui de re militari librum compoſuit.

Vegeto, tas, pen. cor. recreo, fortifico, & vegetũ facio, conſeruo, ſeu longo tẽpore in ſanitate eſſe facio. Hieron. in Geneſi, Recordabor fœderis mei vobiſcum, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetet. Gellius: Memoriæ vegetandæ gratia: quod dicimus bonæ memoriæ faciendæ gratia.

Vegetus, a, um, penult. corrp. quod ſanum & incolume eſt, & ad corpus proprie pertinet, vigens ad animum. Gell. lib. ii. Quid igitur, inquit, dicimus, quod multos videmus eſſe pecuniæ cupidos, & eoſdem cõ corpore eſſe vegeto ac valenti. Sueton. de Cæſa. Nigris vegetisq́ oculis, valetudine proſpera. Scribit Apuleius Lunæ lumine cuncta animantia uegetari. id eſt, ait, & vigorata fieri. Seneca quoque libr. iii. Queſt refert. terræ ineſſe ſpiritum illum vitaliter uegetum & alentem omnia. Hunc enim, inquit, niſi haberet, quo modo tot arbuſtis ſpiritũ infunderet, nõ aliunde viuentibus? quo modo tot radices aleret? Hinc uegetatiuam animã philoſophi recentiores adpellant animam ſeminalẽ, quæ à Plinio dicitur altera, cuius motu interiore plantæ uigeſcunt, creſcunt, frondeſcunt, germinant, breuiterq́ uiuunt. Cicero tamen lib. i. Tuſcul. ad animum retulit: Hors, inquit, animus eſt aliquid, ne tã vegeta mẽs aut in corde, cerebro'ue, aut in empedocleo ſanguine demerſa iaceat. Et Auſonius Vegetum cor adpellauit, & quia mobile eſt, & quia vigoris domicilium.

Vegrandis, paruus, & male grandis. Auſo. lib. ii. Epiſt. Hic ſæpe ſalſus meſſibus vegrandibus. Varro libr. ii. de Re ruſt. Quodq́ poſtea concipiunt fiunt vegrandes atq; imbecillæ.

Veheam, non viam veteres dicebant, quòd per eam vehebant.

Vehemens, ex ue & mens cõponi arbitror: tametſi quidam dici uelint, quòd vehatur eminentius, vel quòd vehatur mente. A' mentis enim ui atq; impetu (ſicut docet Gellius) dicitur. Nam ue in hoc loco intentiua eſt. Dicitur autem Vehemẽs, graue, magnum, urgens, acre, à quo Vehementia, grauitas, acritudo.

Veches, plauſtrum. Plinius lib. xxxvi. Amplitudinẽ canis eam feciſſe proditur ut uehem fœni large onuſtã tranſmitteret. Columel. lib. ii. Iugerum autem deſyderat, quod ſpiſſius ſtercoratur, vehes quatuor & uiginti, quod rarius duodeuiginti. Eſt & menſuræ nomen in fœno, ſtercore, alia'ue materia. Idem libr. xii. Materia ſi roborea eſt ab uno fabro dolari ad unguem debet per quadratos pedes uiginti, hoc eſt, inquit, uehis una.

Vehia, æ, plauſtrũ, unde Vehatura, pro vectura apud veteres vſurpatur.

Vehiare, ueteres dixerunt uehere: quod tractum eſt ex Oſcorum lingua, apud quos Vehia plauſtrum dicit. Cornucopiæ.

Vehiculare, quod ad uehiculum pertinet, ut equus uehicularis, & rotæ uehiculares.

Vehicularius, qui uehiculum ducit.

Vehiculum, in quo aliquid uehitur, quod quum quatuor rotis Phryges tradunt inueniſſe. Vehiculorum uocabula ſunt, carpentum, ciſium, carrus, currus, arcera, baſterna, theda unde epirrhedium, ſaracum, petoritum, plauſtrum, eſſeda, pilentum, liburnus, traha, uehes.

Veho, is, xi, ctum, conduco, propriéq; de naui, equo, cæteriſq; quadrupedibus, & de plauſtris dicitur. Cuius compoſita ſunt Aueho, aliò ueho. Vergilius, Creditis auectos hoſtes. Adueho, aliquò ueho, Cõueho, circumueho: Deueho, deorſum ueho: Eueho, extollo: Inueho intro ueho: Præueho, ante ueho, Proueho, produco: Reueho, reduco, retrò ueho. Liuius lib. i. Prædaq; inde maiore, quàm quanta belli fama fuerat reuecta, ludos opulẽtium inſtructiuſq; quàm priores reges fecit. Subueho, ſubtus ueho. Cæſar Cõment. i. Eo autem frumento quod flumine Arare nauibus ſubuexerat, ꝓpterea uti minus poterant, quòd iter ab Arare Heluetii auerterant, à quibus diſcedere nolebat. Seueho, ſeorſum ueho. Propertius,

Quur tua præſcripto ſeuecta eſt pagina gyro.

Præterueho, uide in dictione Velabrum.

Veios, dicimus urbem in Hetruria, quam Camillus cœpit. Hæc inſignis fuit bellorum frequentia, cum Romanis. Vnde quum Nero domũ ædificaret ampliſſimam, editi fuerunt illi uerſus,

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,
Si non & Veios occupat iſta domus.

A' Veii fiunt Veiens, entis, populus. Veientanus, na, num ut uinum Veientanum. Horatius,

Qui Veientanum feſtis potare diebus.

Veiouis, uide Vediouis.

Vel, coniunctio plerunq; diſiunctiua: ut, Vel ſcribam uel ad te ueniam. Interdum copulatiua eſt: ut, Maxime me tibi amicum facit, uel uirtus uel doctrina tua. Interdum ponitur pro etiam. Terentius in And. Vel hoc quis non credit? Vergilius,

Vel Priamo miſeranda manus.

Interdum pro ualde. Cicero pro Murena, Vel maximum bellum populum Romanum cum rege Antiocho geſſiſſe. Interdum pro maxime. Idem Trebat. Quàm moroſi ſint qui amãt, uel ex hoc intelligi poteſt. Interdum pro ueluti. Terent. in Hecy. Vel hic Pãphilus iurabat quoties Bacchidi. Interdum pro ſaltẽ, ut, Si mihi non creditis, uel operibus credite. Inuenitur etiam Vel duarum ſyllabarum, quod eſt nomen oppidi in Aphrica, apud Plinium lib. quinto Naturalis hiſtoriæ, Sicut Suel in Hiſpania.

Velabrum, penul. correp. à uelo, as, uel (ut quidam uolunt) à ueho, locus in urbe Roma, iuxta Auentinum montem, quòd ratibus ac uelis eo ueherentur triumphantes Romani cum pompa. Sueton. de Cæſare, Quod Gallici triumphi die uelabrum præteruehens penè curru excuſſus eſt axe defracto. Hinc Velabrenſis caſeus, qui ibi conficiebatur cunctis præferẽdus. Et Velabrum, locus in quo uela obtendebantur ſub quibus olearii uenditabant. Plautus in Capt. Quãſi in uelabro olearii.

Velamen, modò pro ueſte accipiť, modò pro re qua aliquid uelatur.

Velaria, dicebantur uela, quibus theatra tegebanť. Papinius, Iam uelaria lintea pluebant. Vnde etiã Velaria dicunť loca abdita, quæ uelis clauduntur. Iuuen. Et pueros inde ad uelaria raptos.

Velatura, pretium quod nautæ datur ab his qui nauigio uehuntur. Velaturam facere (inquit Varro lib. i. de Re ru.) dicuntur, q uecturis uiuunt. Nam antiqui Vellam non uillam dicebant.

Velatus, ornatus, uittatuſq;. Vergilius,

Iamq; oratores aderant ex urbe Latina
Velati ramis oleæ. Vbi Seruius Velati, inſtructi & ornati. id eſt, in manibus oliuæ ramos tenentes.

Veles, litis, penultima correpta, qui leuiſſime omniũ armatus, qui & uelatus & ferẽtarius. Refert Aelianus ordinem pedeſtrem in militia diuidi trifariam. In armatos, quæ grauis armatura dicitur: & uelites, qui leuiſſimè omnium armantur, unde & expediti nuncupantur. Non enim ocreas aut loricam induunt, ſed tantũ iaculis & fundis utuntur. In tertio ordine ſunt peltati, à pelta dicti, quod ſcutũ eſt paruum & leue. Hi medii erant inter grauem armaturã & leuem. Speciatim rorarii, accenſi, ferentarii milites leuis armaturæ uocantur. Per tranſlationem Velites dicuntur, qui uerbis altercantur. Ouidius in Ibin,

Vtq; petit primo plenum flauentis arenæ,
Nondum calfacti uelitis haſta ſolum.

Dicti Velites quaſi uolites. Cicero lib. de Repub. Militari more ueterum ualociſſimi cum ſcutis leuibus pedites ad hoc ipſum exercitati, iiſdem miſcẽdi, quos expedito aquaſi uolitantes uolites adpellabãt, inde uerſa litera o, in e. Velites: uel ἀπὸ τοῦ βαλλεῖν, id eſt, à iaculatione, eò quòd tela tantum miſſilia ſecum gerant.

Velia, palus Italiæ apud Calabros non longè à Palinuro, Helia olim dicta. Eſt et Velia Lucaniæ oppidũ ſic dicta qa paludibus cingiť, palus ἕλος, Latinè dř helia, poſtea adſpiratio uertiť in u, & fit Velia. Alia Velia in Latio eſt, dicta quia loco paluſtri finitur, poſita à Pelagis. Mos fuit (ut ait Diony.) nominibus quæ inciperent à uocalibus b, præponere.

Velifico, as, nauigo, à faciendis, id eſt, ponendis uelis. Dicitur & Velificor uerbũ cõmune: unde & paſſiuũ protulit Iuuenalis quum dixit, Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.

Velis equiſq;, id eſt, omni conatu, & mari terraq;.

Velitaris, & hoc Velitare, quod ad uelites pertinet: unde uelitaris pugna. Saluſt. in Iugur. Præterea iere ſagittarii & cohors peligna cum uelitaribus armis, itineris properandi cauſſa, neque hic ſecus atq; aliis armis aduerſum tela hoſtium, quòd ea leuia ſunt, muniti erant.

Velitatim, aduerbiũ: ſignificat per ſaltus et interualla, q̃ uelites pugnando ſaltibus utanť. Siſen. Nos una æſtate in Aſia & Græcia geſta idcircò cõtinẽtia literis mãdauimus, ne uelitatim aut ſalutatim ſcribendo

ſectorum animos impediremus.

Velito,as,fit à velo,as,& ponitur pro velifico.

Velitor,penul.cor.cõtendo,digladior,pugno. Plaut.
in Menæ.Neſcio quid velitati eſtis inter vos.Poſtea
de re trãſlatum eſt ad verba. Vnde & pro iurgari po
nitur. Cicero. Cum inquinatiſſimis hominibus non
eſt cõuicio decertãdum, neq; maledictis, aduerſum
imprudẽtes & improbos velitãdum: quia tantiſper
ſimilis & compar eorum fias,dum paria & conſimi-
lia dicas atque audias. Vnde & Velitatio,quæ(teſte
Feſto)dicta eſt ultro citroq; proborum obiectatio,
ab exemplo uelitaris pugnæ.

Velitræ,ciuitas Voſcorum inſignis fuit,quibus victis
Romani agrum Veliternum ademerunt. Eò coloni
ab vrbe miſſi ſunt, vt inquit Liuius libro. ii. Refert
Dionyſius lib.vii.peſtilẽtiam adeo Velitras eſſe de-
populatam,vt ex decem partibus Veliternorum vix
vna ſuperfuerit.

Veliuolum,penul.correp.mare dicitur quòd uelis uo
latur. Vergil. Deſpiciens mare veliuolum.
Veliuolæ naues,quæ velis volant,vt Ennius. Naues
veliuolas,quod & proprie dixit.

Vellico,vellicas,penul.correp.frequenter vello:quod
ꝓprie fit quum extremas corporis partes digitis vel-
limus,preſſando infeſtamus. Propertius.
Nec mihi tam duris inſultet moribus & te
Vellicet heu ſerò flebis amata diu.
Plaut.in Moſt. Viden' pictum vbi ludificatur cornix
volturios duo? cornix aſtat ea volturios duo uiciſ-
ſim vellicat. Per tranſlationem Vellicare ponitur pro
criminari,mordere,ac lacerare.Gellius lib.iiii. Plura
in Salluſtio inſcitè aut malignè vellicant. Horat.
Vellicet abſentem Demetrius.

Vellina,regio in vrbe,Palatino monti coniuncta, in
qua Valerii Publicolæ,& Victoriæ, Deorumq; pe-
natiũ ædes erant.Dicta Vellina, quòd ibi paſtores
Palatini vellere lanam ſint ſoliti.

Vellit,id eſt,mouit. Vergilius.
Poſteſq; à cardine vellit.

Vello,uellis,uelli,& uulſi,uulſum,extirpo. Sueton.de
Cæſa.Circa corporis curam moroſior:vt non ſolum
tonderetur diligẽter ac radaretur,ſed velleretur etiã.
Vnde Vulſa corpora à Quintiliano dicuntur fœdiſ-
ſima. Huius compoſita ſunt Auello,Conuello,Diuel
lo,Euello,Peruello,Interuello,& Reuello, quod eſt
rurſus vello. Columella. Quũ ab opere boues diſiũ-
xerit,ſubſtrictos cõfricet,manibuſq; cõprimat dor-
ſum,& pellẽ reuellat, nec patiatur corpori adhærere.
Et omnia hæc verba per duplex ll,ſcribuntur.

Vellus,lana ex ouibus detonſa, quòd antè tonſuræ
vſum lanam veteres vellerent,quam dẽptam & con-
globatam alii uellera,alii uelamina adpellant.

Velo, velas, per ſimplex l, ſignificat tego. Lactan-
tius libro ſexto. Danda eſt opera, ut indumento iu-
ſtitiæ pietatiſq; velemur. Et Velare, ligare. Pompo
nius. Reſte velet gulam. Per tranſlationem ponitur
pro ueſtire. Plautus. Muliebri velatus toga. Vnde
Velati(ſicut docet Feſtus) adpellabantur ueſtiti &
inermes,qui exercitũ ſequebantur,quiq; in mortuo-

rum militum loco ſubſtituebãtur. Hi poſtea mutata
litera Velites dicti ſunt,qui & ferentarii, ab auxilio
ferendo. Huius verbi compoſita ſunt Euelo & Reue-
lo,quæ ſunt contraria ſuo ſimplici. Nam Euelare, &
Reuelare,ſignificant velamentum tollere,ſeu rem ve-
latam detegere & manifeſtare. Præuelo, de quo alu
bi,&t habent penultimam productam.

Velox,celer,à uolãdo,quaſi uolox, à quo Velocitas
& Velociter.

Velum,tegmen,à uelo,as,quod uela uẽtis agitata uo
litare uideãtur. Varro à uelleribus, quòd ex ouium
uelleribus fierent, uel à quibus homines tegebãtur,
quãuis nauium uela ex lino aut ſparto fierent. Velũ
etiam accipitur pro cortina quæ lectis circunducitur.
Vnde apud Euangeliſtam legimus: Velum templi
ſciſſum eſt, à ſummo uſq; deorſum. Diuidebat enim
ſancta à ſanctis ſanctorum.

Velut,aduerbium ſimilitudinis.

Vena, dicta eſt quòd per eam ueniat ſanguis. Nam
eſt cõceptaculum ſanguinis mixti confuſiq; cum ſpi-
ritu naturali, in qua plus ſanguinis minus ſpiritus.
Venæ ſuaptæ ui immobiles ſunt, & ſanguinis tantũ
demittendi gratia explorantur. Arteriæ autem motu
atque pulſu ſuo habitum & modum febrium de-
monſtrant. Vena adfert ſpiritum nutritiuum: quo-
niam ſanguis eſt nutrimentum corporis. Neruus
adfert ſpiritum ſenſitiuum. Nerui magni,ſunt cauſſa
motus totius corporis. Vbicunque eſt vena, ibi eſt
neruus & arteria:ſuper arterias locantur uenæ, præ-
terquàm in dorſo,in quo magna arteria quæ trachea
dicitur eſt poſita ſuper venã. Arteria,quæ tendit ad
pulmonẽ,accipiendi reddendiq; ſpiritus officio fun
gitur. Inde fit Venoſus,a,um,quod eſt uenis turgen-
tibus plenum. Transfertur etiam ad alia, ut ad ora-
tionem quæ tanquàm corpus conſtruitur,quod ſuc-
cum & ſanguinem habet, & venas & oſſa & neruos
& carnem & toros & robur & colorem decoremq;.
Vnde à Perſio dictus eſt liber venenoſus, pro aſpe-
ro duro & horrido quum ait.
Eſt nunc Briſæi quem uenoſus liber Acci.
Per tranſlationem tamen Venæ in terra dicuntur ſub-
terranei meatus,per quos vnda manat, aut alius li-
quor. Vnde uenas argenti,uenas auri dicimus.

Venabulum, telum quo venantes vtuntur, aciei lon-
giſſimæ, apud nos cornibus hinc & inde extanti-
bus. Martialis.
Si directa geres longo uenabula roſtro,
Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.

Venalis,& hoc uenale,quod uendendum eſt, uel uen-
ditioni expoſitum. Cicero lib.iii. Offic. Venales ho-
tos ſe non habere dicit. Aliquando ponitur pro ſor-
dido,auaro,q pecuniæ gratia ſeipſum uẽderet. Salu-
ſtius. O' urbem uenalem & cito perituram. Venales
etiam ſi nihil addas ſerui nouitii intelliguntur, qui
ad uendendũ ſunt expoſiti. Seruorum enim alii no
uitii ſunt,alii ueteratores. Vlpianus. Aediles præci-
piunt ne ueterator pro nouitio ueneat.

Venalitiarius,apud Varronem & Plinium dicitur mãgo
& nouitiorum ſeruorum negociator.

Venalitium,

Venalitium,corpus ipſum:vel venditio,vel locus vbi nouitii venduntur.Paulus de ædilitio edicto : Nam quicunq; ex venalitio nouitiorum emptus alicui miniſterio præpoſitus ſit,ſtatim cum è veteratorum numero eſſe.

Venalitius,venditor,vt in oratione Corneliana,Neq; me diuitiæ mouēt,quibus omnes Aphricanos & Lælios multi venalitii mercatores ſuperarunt. Aliquando Venalitius capitur pro vendito corpore. Plinius lib.xxxv.Alioſq; deinceps,quos enumerare iam nō eſt,è ſanguine Quiritium & proſcriptionis licentia ditatos, hoc inſigne venalitiis gregibus opprobriumq; inſolentis fortunæ.Id eſt,venditis ſeruis. Et ſic adiectiuum eſt. Sic Pomponius Iureconſ. lib. Dig. xxiiii.Quòd ſi familiam domeſticam vxoris, aut venalitiam parauit.

Venaphrum,à Venere & aphros cōponitur,& eſt nomen oppidi in campania,in cuius agro fiebat optimum oleum. Martialis,

Hoc tibi Campani ſudauit bacca Venatri.

Venaticus,ca,cum,quod ad venationem pertinet, vnde Venaticos canes, dicimus quibus feras perſequimur. Varro,Canum duo genera.vnum venaticum,alterum quod cuſtodiæ cauſſa paratur.

Venatorius,a,um,idem quod venaticus,vt venatoria inſtrumenta,quibus in venando vtimur.

Venatus,us,ipſa venatio,vt eſt in Geneſi, Quumq; venatu aliquid ceperis.

Vendax,qui facile ſeu libenter vendit.Cato de Re ruſti. Patrēfamilias vendacē & nō emacē eſſe oportet.

Vendibile,quod facile vendi poteſt.Cic.in Rul. Accedent ſalicta,ad Minturnas adiungētur, & illa via vēdibilis Herculānea,multarum fit delitiarū, & magnæ pecuniæ. Per tranſlationem ponitur pro uulgari & uulgò grato.Idem in Læl. Tamen illius uendibilem orationem religio Deorū immortalium nobis defendētibus facile vincebat.id eſt,fauorem populi captātem. Et in Bruto,Horum ætati propè coniūctus L. Gellius non tam vendibilis orator,quàm ut neſciret quid ei deeſſet.

Vendico,as,pen.cor.ad propriū,& meum eſſe dico. Ambroſius, Aues cœli ſpeciale ſibi nihil vendicant.

Venditarius,qui uēdere ſolet. Plautus in Sti. Linguā uenditariam.

Vendito,as,ſæpe ſeu continue uēdo. Plinius lib.xxv. Hæc eſt quam Ariſtophanes Euripidi poetæ obiicit ilocaliter matrem eius,ne holus quidem legitimū uenditaſſe,ſed ſcandycē. Et eſt Venditare,quaſi oſtētare. Hinc forma & oratio Vendibilis, quaſi plauſibilis & allectrix.

Vendo,is,ex uenum & do (ſecūdum Apul.) abiectis u, & m. Et conſtruitur cum ablatiuo ſi exprimatur pretium rei quæ uenditur,uel cum genitiuo tāti quāti & huiuſmodi,quū ſunt ſine ſubſtantiuo.Plautus in Merc. Viginti minis opinor poſſe me illam uendere.Cice.lib.iii.Offi. Vendo meum non pluris, quàm cæteri fortaſſe etiam minoris,quū maior eſt copia. Quod ſi addentur ſubſtātiua ſtatim in ablatiuos reſoluuntur. Et ſicut non dicimus, quanto uendidiſti, ſed quanti,ita non dicimus quanti pretii uendidiſti, ſed quanto pretio. Varro tamen ablatiuo uſus eſt ſine ſubſtantiuo,quum ait,Veneunt propter penuriā magno. Huius compoſitum eſt Diuendo.

Veneficium,ipſe actus uenenandi. Plinius, Hæc arbor ante atrium ſata omnibus ueneficiis remedio eſt.

Veneficus,& Venefica,qui & quæ uenena conficit, & qui incantationibus & cæteris malis artibus utitur. Hinc Triueneficus.Id eſt,excellēs ueneficus.Plautus, Muſſas adhuc triuenefica?

Venenarius,qui parat,uel conficit, aut uendit uenena. Apuleius,Qui uenenarium adcuſat, ſcrupuloſius cibatur,qui furem arguit ſua cuſtodit.

Venenatus,nata,natum, in quod eſt uenenum coniectum. Fit enim à Veneno,nenas.

Venenoſus,ſa,ſum,quod uenenum habet , ut uenenoſus ſerpens.

Venenum,dictum eſt quòd cito per uenas eat, ſiue ſalubre , ſiue noxium , quod Græci φάρμακον dicunt. Nam & medicamenta uenena ſunt Et eſt generale ad omnia quæ naturā eius cui adhibita ſunt mutant. Plinius,Galbanum aduerſatur uenenis, maxime toxicis,cum myrrha & uino. Vnde per quandam ſimilitudinem,color qui à ueſtibus imbibitur, Venenum adpellatur. Vergilius lib.ii. Georgicorum pro colore purpureo poſuit,qui eius conchæ ſpuma eſt.

Alba nec Aſſyrio fucatur lana ueneno.

Deniq; omne quod ſumptum uel tactum nocet, Venenum dicitur. Vnde & pro ueneficio capitur.

Veneo,nis,niui,uel uenii,ſupino uenitum, exiit analogia ſiue compoſitio. Nam componitur ex uenum & eo,abiectis duabus literis,ſicut in uendo,ſed ipſo ſupino non utimur. Eſt autem uerbum neutrum paſſiuum eo in declinatione ſequens licet apud ueteres inueniatur ueneor,pro uenditus ſum. Plaut. Ego ne illi ueneat? Verum in hoc uerbo Veneo pro uendor, ipſum quod uenditur in nominatiuo ponitur,& is à quo uenditur in ablatiuo cum præpoſitione, & pretium in ablatiuo ſine præpoſitione. Cui autem uenditur,in datiuo ut centum aureis nummis à mangone uenire mancipia mihi. Sed nunquam Vēditor & pretium rei non explicantur. Plautus in Menæ. Quibus hic pretiis porci ueneunt. Varro , Veneunt propter penuriam magnò. Cice.pro Sextio, Quero primū, quare cuius optimi bona uenierint. Lactant.lib.vi. Vxor ac liberi uenient, ipſe interficiere.

Venerabilis,qui cultu & ueneratione dignus eſt. Plin. Vir grauis et ipſa ſenectute uenerabilis. Nomina enim quæ in bilis deſinunt à verbis uenientia quandoq; infinitum paſſiuum eius uerbi ſignificant cum dignus,ut ſpectabilis,dignus ſpectari , admirabilis, dignus qui ſit admirationi. Quandoq; infinitū uel actiuum uel paſſiuum cum poteſt, uel natura aptum eſt,ut riſibilis,qui poteſt uel natura aptus eſt ridere. Penetrabilis,qui poteſt,uel natura aptus eſt penetrari. Stabilis,qui poteſt,uel natura aptus eſt diu ſtare. Poſſibilis,qui fieri poteſt.

Venerandus,idem quod uenerabilis. Seneca, Vocem exiſtimatione dignam et omni ſeculo uenerandum.

Vnde non deſino admirari inſcitiam uel potius inſolentiam quorundam ſacratorum, qui indignantur non ſibi ſcribi quum literæ dantur Venerádum, aut reuerendum, dicentes, Venerabilem omnibus conuenire, uenerandum autem uel reuerendum ſolis prælatis, et reuerendiſſimum, ò barbareis.

Veneranter, ſignificat cum ueneratione. Apuleius, Et ab eo ueneranter exceptus paululum quieui.

Veneris gemmam lapillum adpellant excellentem colore. Hunc nonnulli anterota uocant. Cc.

Veneror, ex uenia et orando compoſitum eſſe uidetur, quaſi ueniam oro. Eſt autem Venerari colore, et Veneratio, honor et cultus. Poetæ tamen quandoq; Veneratum pro uenerabili ponunt. Vergilius,
Curſus dabit uenerata ſacerdos.

Veneti, regio Italiæ, quæ à Mintio amne vſq; Tiliamentum protenditur. Ab Enetis populis dicta, qui poſt bellum Troianum cum Antenore ſalutem conſecuti curſum huc è Paphlagonia tenuere. autor Plinius: Alii à Gallis eiuſdem adpellationis originem traxiſſe dixerunt. Fuerunt enim Veneti populi inter Celtas littora Oceani Gallici incollentes, quos Cæſar nauali prælio ſuperauit. In hac regione ſunt vrbes illuſtres, Verona, Vincentia, Patauium, & Venetiæ ciuitas, & Virunus placida & amœna.

Venetiæ, ciuitas Inſignis, quæ anno à natali Chriſtiano quinquageſimoquarto ſupra quadringenteſimũ condita fuit, quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam euertit. De cuius laude quoniam apud Iacobi Philippi chronicam à nobis late congeſtum eſt, duximus omittendum.

Venetus, a, um, penultima correpta quod è Venetiis eſt. Veneti ciues, Venetus color (vt ait Vegetius) cæruleus dicitur, qui color eſt marinis fluctibus ſimilis. Scribit Lampridius Heliogabalum comediſſe piſces coctos conditura Veneta, quaſi in marina aqua cum colore ſuo. A' quo colore aurigarum factio Veneta nominatur. Et qui eo colore induebantur, Venetiani dicebantur. Vegetius libro quarto de Re militari, ſcribit nautas veſte Veneta eſſe induendos, & vela nauium exploratoriarum colore Veneto eſſe tingenda. Hic color etiam thalaſſicus, id eſt, marinus dicitur. Græci enim thalaſſam mare adpellant. Idem à colore ferri ferrugineus dicitur.

Venia, dicta eſt quòd optanti adueniat. Eſt enim remiſſio culpæ, & condonatio erroris. Quintilianus: Peccaui, veniam peto. Quandoq; ponitur pro beneficio, Indulgentia, & permiſſione. Cicero libro primo de Oratore. Date nobis hanc veniam, vt ea quæ ſentitis de omni genere dicendi ſubtiliter proſequamini. id eſt, concedite. Terentius: Da pater veniam, ſine te exorem. Et cum venia dicimus, hoc eſt, cum pace tua & te permittente.

Venila, dicta eſt vnda: fingitur quòd ſit vxor Neptuni: ex eo quòd ad littus veniat: Sicut ſalacia, quòd in ſalum redeat, autor Auguſtinus libro ſeptimo de Ciuitate Dei.

Venio, uenis, ueni, uentum. Venire proprie eſt quaſi verſus nos ire. Vnde apud autores frequenter pro ire ponitur, Vergil. Veniſti tandem. Terent. Niſi ego ad mercatum venio. id eſt, eo. Sic econtrario ire pro venire, vt eo ad te. Et ambo iungi poſſunt datiuo: vt, It clamorque cœlo, & hoſtis venit excidio. id eſt, ad excidium. Aliquando cõſtruitur cum ablatiuo mediãte in, quaſi ſignificet permanentiam. Hierony. Ne forte ſi venerit veſtris in manibus illud apocryphum, dubia pro certis recipiatis. Et licet Venio neutrum ſit, tamen eius compoſita quandoq; mutant terminationem, vt Conuenio, Conuenior. Inuenio, Inuenior. Reliqua compoſita ſunt: Aduenio, Circũuenio, Contrauenio, Deuenio, Euenio, Interuenio, Obuenio, Peruenio, Prouenio, Præuenio. Reuenio, Subuenio, & Superuenio. Horat.
Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora.
Poetæ tamen aliquando Venire pro imminere vſurpant. Vergilius.
Se ſatis ambobus Teucriſq; venire Latiniſq;.
Aliquando pro creſcere. Idem lib. i. Georgicorũ.
Hic ſegetes, illic veniunt felicius vuæ.
Aliquando pro portari. Plinius: Species ſinopidis tres, rubra, & minus rubens, & media inter has. Eius quæ ex Aphrica venit octoni aſſes.

Venire, in mentem: non ad recordationem tãtum eſt, ſed ad conſyderationem & reputationem & intelligentiam. Terentius: Vbi in mentem eius aduenti venit. Veni in ſuſpicionem, in obliuionem, in vituperationem. id eſt, ſuſpectus ſum factus aliis, alii me obliti ſunt. vituperor ab aliis. Veni in opinionem. id eſt, opinionem habeo. Aliquando tamen paſſiuè dicitur, quum opinio pro fama accipitur.

Venor, aris, feras indago, & quaſi circumuenio: à venio (ut quidam arbitrati ſunt) deductum: propterea quòd veteres Venari paſſiue pro circũuenire poſuerſit. Ennius: Teneor correpta & vndiq; venor. A quo per tranſlationem Venari capimus pro captare, hoc eſt, artificio quodam & ſolertia quærere, vt venor laudem, gloriam. Quod etiã aucupari dicimus.

Venter, capitur pro eo qui uidetur, hoc eſt, qui à pectore ad pubem terminatur. Hicq; extenditur, quoniã ex pelliculis conſtet, quas vocant pãtices. Iuue.
Montani quoq; venter adeſt abdomine tardus.
Sed proprie eſt vbi cibi conficiuntur. Cuius diminutiuum eſt Ventriculus. Corn. Celſus: Ventriculus autem qui receptaculum cibi eſt, conſtat è duobus tergoribus, iſq; inter lyenem & iecur poſitus eſt. Huius duo ſunt orificia (vt inquit Macrobius) ſuperius & inferius. Superiore deuorata recipiuntur: inferiore quæ excreturi ſumus emittuntur. Aliquando ponitur pro ſtomacho. Iuuenalis: Ventre nihil noui frugalius. Aliquando pro aluo. Cel. libro tertio. Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, ventrẽ eius antè ſoluendum eſſe. Vterus ideò dicitur, quia continet, & tanquam vter eſt. Ventriculi præterea ſunt cerebri concauitates, ex quibus ſeptem paria neruorum oriuntur, à Græcis συζυγίαι, id eſt, coniunctiones ſiue coniugationes vocantur.

Ventilabrum, penultima producta inſtrumẽtum quo aliquid ventilatur. Columella libro ſecundo. Nam

cum acerinis paleis grauis & mixtus in unum fuerit congeſtus, paulatim ex eo ventilabris per longũ ſpatium iactetur.

Ventilator, qui frumenta ventilat.

Ventilo, las, pen. cor. ad captãdum ventum pono aut iacio. Propertius:

Hanc Venus ut uiuat uentilat ipſa facem.

Hinc uentilari frumentum dicitur, dum in aera purgatur. Plinius: Multi uentilare quoq; granum uetant. Leo papa per translationem dixit: omnium diſcutit conſuetudinem ventilat curas, ſcrutatur affectus. Interdum Ventilare, eſt per manus uerſare è digitis exi mendo. Apuleius: Ad hæc ego inſperato lucro diffuſus in gaudium, & in aureos refulgentes, quos identi dem manu mea uentilabam. Iuuenalis:

Cum uerna canopi.

Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas,

Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum.

Huius compoſitum eſt Euentilo, extra uentilo. Colu. lib. 6. Et celeriter frumenta deteruntur, nõ ſedente ſolo pulſibus uulgarum tribularum q; & eadem euenti lata mundiora ſunt, lapillis q; carent.

Vento, as, frequẽtatiuum, quo ueteres uſi ſunt, ſed pro eo utimur alio frequentatiuo: Ventito. Plinius: Gratior Alexandro magno erat frequenter in officinam ventitanti.

Ventoſus, a, um, quod eſt uento plenum. ut uẽtoſa regio. Aliquãdo dicitur inane. ut uentoſa uerba. id eſt, ſine pondere, & ſine effectu.

Ventulus, diminutiuũ, paruus uentus. Terentius: Cape hoc flabellum, & uentulum huic ſic facito.

Ventus, à uenio fit. nam proprie eſt cum impetu uenitans aer: quum nihil aliud ſit Ventus, quam aer commotus atq; agitatus. Vnde Vitruuius: Ventus, inquit, eſt aeris fluens unda, cum incerta motus redundantia. Naſcitur quum feruor offendit humorem, & impetus fractionis exprimit in ſpiritus flatum. Sunt autem quatuor uenti, à quatuor mundi partibus, ſed ſinguli in ternos diuiduntur. Ab Oriente equinoctiali Subſolanus, ſed ad Septentrionem habet Vulturnum, à uoluẽdis nubibus dictum. Ad Meridiem Eurum: ſic dictum quia late flat. Hi ſunt calidi & ſicci, quia ſub Sole diu morantur, & in ortu dici ſalubres ſunt, quia ueniũt ab aere temperato. Ab Occaſu æquinoctiali Fauonius eſt, dictus quòd foueat quæ naſcuntur. Hinc Circius eſt ad Septentrionem: Zephyrus ad Auſtrum. Sunt iſti temperate frigidi & humidi, quia ſol paruam facit moram in Occidẽte, propterea nec multum calefacit illos, nec multum deſiccat. In fine diei ſalubres ſunt, quia à Sole tunc ſubtiliores redduntur. A' Meridie Auſter eſt, dictus quod hauriat aquas. Huic ad Orientem Notus eſt, qui Græcè ſic dicitur ab humore. Aphricus ad Occidentem, calidi, humidi q; nubes pluuias q; inducũt. Cirant tempeſtates marinas, impediunt uirtutes animales, & grauitatem corporil adferunt. A' Septentrione Boreas eſt, hinc ad Orientem Aquilo ſurgit, ad Occaſum Corus. Hi uenti frigidi ſunt & ſicci, unde corpora indurant, poros conſtringunt, humores purificant. Eſt autem

Vẽtus (ut Ariſtoteles in Meteoris ait) uapor ſiccus à terra reſolutus eſt aliqua uirtute cœleſti cõpoſitus.

Ventrale, ueſtimentum uẽtrem contegens. Plinius, Patris mei memoria cœpere amphimala noſtra ſicut uillosa etiam uentralia.

Ventrioſus, qui & Vẽtricoſus, dicit qui magnũ habet uẽtrem. Plau. in Mer. Ego dicam uatum uẽtrioſum. Nam c, litera ſæpe addit. Nam Arcadius, Arcadicus, Sardonius, Sardonicus, num, & nſic, tũ, & tſic. Iuue. Viuendum eſt recte tum propter plurima tunc his Præcipue cauſſis.

Venum, pro ſupino uerbi ueneo. ut uenum ire, uel uenum irent, & huiuſmodi nobis licet uti quemadmodum & peſſum. ut peſſum ire, & peſſum ibit: & ſimilia. unde & peſſundo. Saluſtius in Iugurth. Quippe cui omnia uenũ ire in animo hæſerat. Liuius lib. iii. Tum etiam legem feeerũt ſacrãdo, ut qui tribunis plebis ædilibus iudicibus decemuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet. Familia ad ædem Cereris liberi liberæ q; uenum irent. Sciẽdum eſt quod dicimus Venum ire, nõ uenum iri, ſicut uapulatum ire, nõ iri, quia ſemper ſunt paſſiuæ ſignificatiõis, ne duo paſſiua copulẽtur. In cæteris uero quæ ambigua ſunt, quæ actiuæ & paſſiuæ accipi poſſint, ad diſtinguendum ſenſum, accommodamus infinitum hoc, uel actiuũ uel paſſiuum ut uideo te amatum ire uel iri, quia talia ſupina ſunt ancipitis ſignificationis.

Venundo, das, ex uenum et do, ſequitur tam in præterito quàm in ſupino do. niſi quòd in præterito pluſquam perfecto uenundaſſem et uenundaſſe dicimus. Plinius lib. xxxv. Octoginta talẽtis uenſidatas. Hinc Venundatio, permutatio rerum, & contractus ex cõuentione prouenlens.

Venus, Dea putata eſt, quòd ad omnia ueniat. Cicero, Quæ autem Dea ad res omnes ueniret Venerem nominauerunt Græcè ἀφροδίτη dicitur, ab ἀφρὸς, ſpuma, quoniam ex Saturni teſtibus et maris ſpuma nata ſit. Eſt et Venus infima quinq; errantium ſtella, et terræ proxima, quæ Phoſphoros Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur Solem. Quum autẽ ſubſequitur. Heſperos, Veſper, et Veſperugo. Ponit etiam Venus pro libidine et coeundi adpetitu. Seneca, Quòd in Venerem pronior eſſet. Interdum pro pulchritudine. Quintil. Quod cum gratia quadam et Venere dicitur. Hinc Venuſtas, pulchritudo. Martialis autem in Epigrammatis,

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Venerem quatuor meminit Cicero libro de Natura Deorum tertio, cuius uerba ſunt, Venus prima coelo et die nata, cuius Eli delubrum uidemus. Altera ſpuma procreata, ex qua et Mercurio Cupidinem ſecundum natum accipimus. Tertia Ioue nata, et Iunone, quæ nupſit Vulcano, ſed ex ea et Marte natus Antheros dicitur. Quarta Syria Cirro q; concepta, quæ Aſtarte uocatur, quam Adonidi nupſiſſe prædictum eſt. Hæc ille.

Venuſtas, à Venere quum pulchritudinem ſignificat. Venuſtatem fœminis, dignitatẽ viris conuenire docet Cicero. Si Luna à Ioue defluat ad Venerẽ, facit venuſtos, & qbus (ut ait Firmicus in quarto Matheſeos) ex venuſtate poteſtas maxima comparet. Hinc Venuſtas capitur pro gratia dicendi & venere, amabiliq́ ſuauitate. Vnde Venuſtus, a, um. vt venuſtus homo, & venuſta oratio: ſicut lepidus homo, & lepida oratio, quæ ita inter ſe differũt: quòd Venuſtum vocamus, quod cum gratia quadam & venere dicit. Lepidum, quod rotũditate quadã & breuitate atq; acumine verborum venuſtum eſt.

Venuſto, as, orno. Ambroſius lib. Hexa. Ideo primum fecit Deus poſtea venuſtauit, ut eũdem credamus ornaſſe qui fecit, & feciſſe qui ornauerit. Huius contrarium eſt Deuenuſto. Gellius, Tanquam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

Vepres, tam in ſingulari quàm in plurali, generis maſcul. ſecundum Probum, & fœminini ſecundum Priſcianum, rubus ſiue ſpina dicitur, quòd vehementer prehendat. Ouid. libro quinto Metamorpho.

Aut lepori q vepre latẽs hoſtilia cernit Ora canũ.

Huius diminutiuum eſt Vepecula. Cicero pro Sex. Vt illa ex vepeculis extracta nitedula rempu. conaretur arrodere.

Vepretum, locus vepribus plenus.

Ver, anni pars temperatior, à veniendo, quòd tum venire, id eſt, oriri & creſcere incipiunt virgulta, & frõdes ac flores arborum atq; herbarum. Vel dicitur à viuendo, quaſi viuer: vel à vertẽdo, quòd tum ſe vertere incipiat tempus anni. Quippe ver nouum anni initium eſt. Diuidit enim Ver, vt cæteræ partes anni, in partes tres: nouum, adultum, & præceps. Ver ſacrum dicebãt veteres, in quo ſacra & ludos faciebãt. Quod quidam quaſi religioſum putant dictum. Siſenna: Quoniam Sabini feruntur uouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſi ver ſacrum facturos. Vel potius ἀπὸ τοῦ ἔαρ, ερ.

Veratrum, pen. corre. herba quæ & helleborus, quòd mentẽ auertat. Perſius, Ebria veratro. Huius duo ſunt genera, album & nigrum: vtrunque radice fibrata ceparum modo.

Verax, qui vera dicit, & non mentit, & plus eſt quàm verus: quia in ax terminata uerbalia, copiam ſignificant. ut bibax. Hinc Veracitas, quæ eſt ſermonis integritas.

Verba dare, eſt decipere. Terẽtius in Andria: Cui verba dare eſt difficile.

Verba ad rem conferre, eſt hoc agere quod dr. Terẽ. in Eunu. Verum ſi verba ad rem conferret, vapulabit.

Verbale, quod à verbo deſcẽdit. ut lector à lego, doctor à doceo.

Verbanus, lacus ciſalpinæ Galliæ, ex quo Ticinus fluuius emergitur, ſeu per quem ex alpibus effluit in Padum. Nunc lacum maiorem adpellant.

Verbaſcon, herba ſimilis eſt verbenæ, & pro ea ſæpe capitur, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Cornucopiæ.

Verbena, proprie (ut ait Seru.) herba ſacra, ſumpta de loco ſacro Capitolii, qua coronabantur fœciales, & pr patratus fœdera facturi, uel bella indicturi. Abuſiue tñ etiã Verbenas vocamus oẽs frõdes ſacratas, vt eſt laurus, oliua, vel myrtus. Terẽ. in Andr. Ex ara hinc verbenas ſume. Nam myrtum fuiſſe Menander teſtatur. Donatus uerò Verbenas eẽ ait oẽs herbas & frondes feſtas ad aras coronãdas, ex aliquo loco puro decerptas, quaſi herbenas. Plinius lib. xxii. ſcribit noĩe ſagminum & verbenarũ ſignificari gramen, ex arce cum ſua terra euulſum. Idem lib. xxv. Verbenacam peculiariter uocat herbam, quam Græci hierobotanem, quaſi ſacram herbam dicunt, aliqui periſtereon, quaſi columbariam. Sed in ſimplicibus quis melior, ac ſine cõparatione præſtantior, quàm Dioſcorides. Hoc igitur de Verbena ita ſcribit: Περιστέ-ρεων φύεται ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις, οἱ δὲ τριγωνόν, οἱ δὲ βούνιον, οἱ δὲ ἱερὰ βοτάνη, οἱ δὲ φιλτροδότην, αἰγύπτιοι πέψετε, προφῆται ἥρας δάκρυον, οἱ δὲ αἷμα γαλῆς, οἱ δὲ αἷμα ἑρμοῦ, ῥωμαῖοι κριστα γαλλινάκια, οἱ δὲ περιστερεῶνα ὀρθὸν ὀνομάζουσι: id eſt, Verbena in aquoſis locis naſcitur, aliqui trigonum, alii bunion, alii ſacram herbam, alii philtrodoten, Aegyptii pepſete, Prophetæ Iunonis lachrymam, alii felis ſanguinem, alii Mercurii ſanguinẽ, Romani criſtam gallinaceam, alii periſtereon vocant.

Verber, inſtrumentum longum & exile, qualis eſt virga, baculus, arundo, & ſi quid eſt ſimile. Proprie autem ſignificat ſummitatem ſarmentorum. Quintilia. Ignesq́ ex ꝓximo raptos, verberaq́ quæ caſus obtulerat inuado.

Verberalis, verbere dignus, quaſi verberabilis. A' quo Verberalior, Verberaliſſimus. Plautus: Verberaliſſimus etiam rogitas non fur ſed trifur.

Verberatus, us, ipſa verberatio.

Verbereus, a, um, quod eſt dignum ut uerberetur. Plautus, Sed eccum video verbeream ſtatuam, vt magnifice inſert ſeſe.

Verberito, as, ſæpe verbero. Feſtus, Verberitate idem Cato frequentatiue ab eo quod eſt verbero dixit.

Verbero, ras, cædo verbere. Sic enim à verbere fit verbero, quomodo à fuſtis fuſtigo, à flagellis flagello. Licet etiam de verbis dicatur, quoniã (vt teſtat Nonius) non ſolum verberare à verberibus dictum, ſed à verbis. Plaut. in Aulularia, Nam quur me miſeram verberas? Huius compoſita ſunt Diuerbero, Deuerbero. Terẽ. in Phor. Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe uſq; ad necem, hoſpites tum etiam ciues? Euerbero. Reuerbero, repercutio, impedio. Columella libro quarto, Vt mota æqualiter humus nouellis ſeminis radicibus quancunque in partem propepſerint, molliter cedat, ne incrementa duritia reuerberet, ſed tenera velut intimo ſinu recipiat. Tranſuerbero, feriendo trãſicio, tranſfodio. Lactan. Nam dolore iniuriæ concitatus Hydas alterum gladio tranſuerberauit.

Verbero, nis, qui eſt verbere dignus, & eſt contumelia ſeruorum.

Verbigero, as, ſignificat verba facio. Apul. Nimis multa oratio eſt, ſi velim, n memorare quæ ego contra reſponderim

ſponderim quàm diu, & quoties inter nos verbigeratum ſit.

Verboſito,tas,verba profero.Hierony.Nullius eſt meriti ore diuina officia uerboſitare,& miſera mente q̃ intrinſecus imminent,uagando circuire.

Verboſus,multiloquus.Cicero, Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe,quàm uelles.

Verbulum,diminutiuum.Hieronymus, Secreta verbula non carent ſuſpicione.

Verbum,à uerberato,quòd verberato lingua intra palatum aere omnis oratio promatur. Vnde & pro qualibet dictione ponitur,ſiue illa ſit nomen,ſiue pronomen,ſiue vna aliarum partium. Varro à veritate deducit,quòd verum nos loqui oporteat. Eſt autem Verbum varie, à variis definitum, propterea quòd uaria ſignificet.Primò enim ſacræ ſcripturæ definiũt Verbum eſſe quod intra animi ſilentium mente concipimus:uidelicet ipſam cogitationem, quæ adhuc conſcientiæ ſecreto retinetur. Vocem verò per quã verbum profertur in medium. Vox,ſonus,index eſt cogitationis: Verbum verò ipſa cogitatio. Sicut enim quando verbum corde concipimus, neceſſaria eſt vox,quaſi quoddam vehiculum verbi, & quodlibet uerbum ipſum per oris ſonum ad altũ transferimus,tamẽ ſic eum integrum etiam intra nos clauſum tenemus, & ſic à loquente transfertur, ut tamẽ in ſua ſede teneatur. Aliquando Verbum dicitur,quod à re ſiue facto diſtinguitur. ut, Non eſt opus verbis, ſed factis. Hinc dare uerba dicimus pro decipere. Aliqñ ſumitur prout eſt una ex octo partibus orationis,in quo bonitas orationis eſt.Hinc Verbale nomẽ dicitur,quod à uerbo deſcendit. Aliquando capitur pro vniuſcuiuſq; ſigno,quod ab audiẽte poteſt intelligi. vnde Verboſus,multiloquus. Aliquando pro contexta oratione.quamuis in ea multa ſint vt apud prophetas ſæpe legimus, Verbũ quod factũ eſt.Et Apoſtol.Presbyteri duplici honore honorentur,maxime q laborant in verbo & doctrina. Eſt & Verbum ſentẽtia ſeu enunciatio,quæ vno ligatur & ſtringitur uerbo. Teren.in Adel.Poſtremo illud non mecum uerbũ facio,quod Mitio bene & ſapienter dixit.

Vercellæ,inquit Hieronymus, Ligurum ciuitas,haud procul à radicibus alpium ſita,olim potens,nunc raro eſt habitatore ſemiruta.

Verecundia, (ut inquit Ariſt.lib.Rheto.ad Theod.) dolor eſt quidam & perturbatio, ex malis aut præſentibus aut præteritis aut futuris,quæ infamiam inferant.Huius contrarium eſt Inuerecundia,contemptus eorum atq; impaſſibilitas.

Verecundè,aduerbium,cum pudore.

Verecundor,uerecũdia teneor.Cicero lib.iiii.de Oratore, Alterum cunctantem & quaſi verecundantem incitabat.

Verecundus, qui uerecundia tenetur:licet quandoq; pro audaci ſumatur. Plautus: Sic eſt,uera prædico, niſi etiam hoc falsò dici inſimulaturus es, nimis verecunda es.

Veredarius,nuncius,curſor,ſiue tabellarius equeſtris, celeri celeritate literas perferens,ut à caballus caballarius. Veredus enim dicitur equus uelociſſimi curſus,quibus vſi ſunt maiores in uenatione. Martialis:
Parcius utaris moneo rapiente ueredo. Idem,
Stragula ſuccincti uenator ſume ueredi.
Talibus noſtra tẽpeſtate utũtur lancearii equeſtres, Stratioticos quos dicunt, lanceas manibus reciprocantes. Hieronym.in lib.Heſter: Epiſtolæ miſſæ ſunt per ueredarios,&: Egreſſi ſunt veredarii celeres nuncios perferentes.

Verenda,dicuntur loca quæ non niſi cum uerecundia nominantur.

Vereor,eris,itus,timeo. Sed propriè Vereri liberorum,qui honeſtatis gratia mouentur. Timere ſeruorum qui formidine pœnæ faciunt Dictum Vereor à ue & reor, quaſi ualde reor: quia ea quæ timemus, multi facere ac diu cogitare ſolemus. Huius compoſitum eſt Reuereor, quod eſt uenerationi habeo, quod eſt timor agendi quod reprehendi poſſit.Hinc Reuerentia. Iuuenalis,
Hic nullus verbis pudor aut reuerentia menſæ.

Vergiliæ,ſtellæ ſunt quæ & Pleiades, & inſtitor ueris dicuntur:ita adpellatæ, quòd earum ortu uer finem facit,ſeu quòd circa æquinoctium uernum ſit earum ortus matutinus. Sunt autem ſeptem in Tauro locatæ,quarum ſigno exoriente,æſtas ſignificatur: occidente hyems oſtenditur. Earũ exortus ſit circa quintũ Idus Maias, diſtans ab æquinoctio uerno unde quinquageſimo die.

Vergo, uergis, uerſi, ſecundũ Diomedẽ,xi,ſum,ſigñat declino. Verg.lib.xii. Quo uergat pondere læta.
Huius cõpoſita ſunt Deuergo,deorſum vergo.à quo Deuergentia,pro curuatura.Gellius:Nam quãta partium circulorumq; cœli ex deuergentia & conuexionibus qd varietatis ſit,quis non videt.Inuergo.Plau. in Cur.Ipſum expecto tangere inuergere in me liquores tuos.

Veridicus, qui vera dicit. Similiter Veriloquus, & Veriloquax, qui licet multa loquatur, non tamen mentitur.

Verificus,à verũ & Verifico verbum eiuſdem ſignificationis cum vero verbo. Et inde verbalia Verificatio,& Verificabilis.Cc.

Veriſimile, dicitur id quod licet non ſit verũ,veri tamen ſimilitudinem habet.Inde aduerbium Veriſimiliter.vnde veriſimiliter mentiens παριομιάζει dicit, qui falſum perinde quaſi verum ſit,narrat.

Veriuerbiũ,verus ſermo.Plaut. Tu repertus Philocratem qui ſuperes veriuerbio.

Vermiculor,aris,vermiculos facio. Plinius,Vermiculantur magis minutæ quædam arbores,omnes tamẽ ferè,idq; aues caui cornicis ſono experiuntur. Hinc Vermiculari,minuta,opera facere. Et Vermiculata opera dicitur, quæ paruis teſtulis elaborata ſunt: qualia quæ muſaica vocant. Muſcea enim adpellãtur quæ in ædificiis ex pumicibus dependentia ſiũt ad imaginem ſpecus reddendam. Plinius, Vermiculatis ad effigiem rerum & animaliũ cruſtis. Et Vermiculatim,minutim.

Vermina,dolores corporis, qui quodã minuto mo-

tu quaſi vermes ſcindere videntur. Plinius: Magi eo vermina & dyſenteriam curari putant.

Vermino, nas, pen. cor. vermes habeo. Corne. Celſus: Nihil eſt pernicioſius pueris, dum verminant. Hinc Verminatio, pro morbo præſertim in iumentis. Seneca, Morborum prima verminatio vexat. Hinc Verminatur, pro torquetur. Varro, Septimo menſe verminari cœpit, partum putauit propinquum.

Verminoſus, qui vermes habet. vnde Verminoſæ aures, quæ intus vermes habent.

Vermis, à vertẽdo dicitur, quòd ſeſe torquẽdo repat. Huius diminutiuum eſt Vermiculus.

Verna, ſeruus & ancilla domi natus à vere: quòd hoc tempus anni ad generãdum maxime ſit idoneum. Et quia domini cum ancillis conſuetudinem habebant verno tẽpore, ideo ſeruos domi natos uernas adpellauerunt. Huius diminut. eſt Vernula.

Vernaculus, Vernacula, Vernaculum, dicitur omne quod domi noſtræ naſcit̃, vel quod in noſtra patria eſt. Vnde Vernacula lingua dicitur, vel ſeruilis, vel plebeia, qua tanquam communi ac naturali omnes vulgò loquuntur. Vernaculus mos, id eſt, domeſticus, vel patriæ. Interdum ponitur pro proprio ac peculiari. Plinius, Potiſſima nobilitas datur vuis peculiaribus atq; vernaculis Italiæ. Interdũ pro eo quod à nobis domeſtica conſuetudine vſurpatur. Cice. in Bru. Neſcio quo ſapore vernaculo. Idem in Verrem Acti. ſexta: Non vt ſolemus interdum in defenſionibus dicere crimen domeſticum ac vernaculum. Vernaculi etiam dicuntur malis moribus homines & lingua proterua: quod vernarum ſimiles ſint, quibus ars eſt adulare & maledicere. Item Vernaculum dicitur quod eſt veris. Plinius libr. xvii. Vernacula putatio deiectis per ramos uitium crinibus circumueſtit arborem.

Vernalis, & hoc Vernale, quod eſt veris. Auguſtinus lib. vii. de Ciuit. Dei, Propter vernalem quippe faciẽ terræ, quæ cæteris tẽporibus eſt pulchrior. Porphyrius philoſophos nobilis Atyn florẽ ſignificare phibuit. Hinc Vernaliter, ſeruiliter. Horat. lib. Serm. Nec non vernaliter ipſis Fungitur officiis. Quod alii pro luxurioſe, alii pro adulatorie exponunt, quibus hæc viuendi ars eſt.

Vernatio, corium vetus quo ſerpentes exuuntur: quoniam id vere fit. Notum eſt ſerpentes quotannis verno tempore exuere membranam corporis hyberno ſitu obductam. Plin. Lendes tolliſtur adipe canino, vel anguibus in cibum ſumptis anguillarum modo, aut vernatione quam exuunt pota. Idem Anguinæ vernationis membrana cum oleo tedæ q; reſina calefacta, auribus prodeſt. Eadem ſenectus dicitur. uide in dictione Senectus.

Vernilis, & hoc Vernile. penultima producta. idem quod ſeruilis, ſiue ſcurrulis.

Verniliter, ſcurriliter, ſiue adulatorie.

Vernilitas, pro adulatore à veteribus uſurpatur. Cæcilius, Credo nimis tandem hic ſit vernilitas.

Verno, vernas, pullulo. Martialis,

Dum tibi vernarent tenera lanugine malæ,

Id eſt, pilos emittere inciperent. Hieronymus per tranſlationem in explanatione Canticorum: Vbi, inquit, ex anima deſyderiorum tempeſtas defuerit, tunc incipiẽt in ea flores uernare uirtutũ. Aliquãdo, Vernare, ſplendere eſt. Ambroſius: Circumdedit me vernantibus atq; coruſcantibus gemmis precioſis. Aliquando pro canere. Plautus, Dum auiculæ uernant. Quippe verno tempore omnia læta uidentur.

Vernus, Verna, Vernũ, quod eſt veris. Vnde Ambroſius vernam temperiem dixit.

Verò, aduerbium, ſignificat certe, uere, & ponitur in ſecundo loco orationis. Vergilius,

Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis
Tuq; puerq; tuus.

Eſt & cõiunctio adfirmatiua. Cicero, Ego uerò Serui uellem vt ſcribis in meo grauiſſimo caſu adfuiſſes. Interdum eſt aduerſatiua, & ſignificat autem. Et in eodem loco vtraq; hæc coniunctio poni poteſt: antecedente ſemper aliqua dictione. Sene. Honeſtam tibi prouinciam delegaueram, tu verò tanquam turpem recuſaſti. Interdum expletiua eſt, quando ſcilicet ornatus tantum cauſſa ponitur, ut, Tu quidem ſcribis, ego uerò lego. Nuſquam enim refertur, ſed tantum à ſententia ſententiam diſtinguit. Ponitur etiam pro quinimò. Sene. Socratem cum Platone, & Zenonem & Cleantem in animum meum ſine dignatione recipiam? Ego uerò illos ueneror, & tantis nominibus ſemper adſurgo. Plinius in præfa. Proinde occupantibus locum faueo, ego uerò & poſteris. Dicimus autem, Ageuerò, Saneuerò, Iamuerò, Enimuerò, Atuerò.

Vero, as, uerũ dico. Gellius ex Ennio: Satim vates uerant ætate in agẽda. Eſt & Verare, uera repreſentare. Sidonius, Quoties uerba Grãia carmine uerat.

Vero, fluuius Celtiberiæ, à quo populi Verones dicti ſunt, circa eum habitantes.

Verona, ciuitas Venetiæ, à Gallis condita, duce Brenno. A quo Brennona primò, deinde mutatis literis, Verona dicta eſt, vt Iuſtinus lib. xx. refert, qui Atheſis fluuius interfluit. Ex hac urbe præſtantes uiri ortĩ fuerunt, Catullus & Aemilius Macer poetæ, & (ut falſò putant) Plini. & Guarinus orator. & Zeno pontifex ſanctitate clarus. Hinc fiũt adiectiua, Veronicus, & Veronenſis.

Verpus, decorticatus, pellem non habens. Quo nomine etiam dictus eſt digitus medius, à uertendo podice. Et Iudæi dicti ſunt Verpi, quòd auerſam ab aliis naturam habere videantur. Iuuenalis,

Eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere uerpos.

Vel quòd patiẽtes ſanguinis fluxum, hoc digito uertendo podici utunt̃. Et Verpa, mẽbrũ uirile. Mart.

Non niſi per ſomnum nunc arrigis & tibi Mevi
Incipit in medios meiere uerpa pedes.

Dicta Verpa, ab inuerſa pellicula.

Verra, ara fuit Romæ, ad quam orabant ne agrippæ naſcerentur.

Verres, is, & Verri nomen proprium uiri Romani, cõtra quem Cic. orationes habuit, quæ Verrinæ adpellantur. Et Verres porcus non caſtratus dicitur.

Verretrum, membrum uirile, à uerrẽdo dictum. Suet. in Tib. Excogitauerat inter genera cruciatus, ut repẽte uirretris deligatis, fidicularum ſimul & urinæ tormento diſtenderet.

Verriculum, rete piſcatorium, quòd trahendo à uado educitur. Verricula ueteres pro articulo uſurpabant.

Verro, ris, ri, ſum, ſignificat traho. à rete quod uerriculum dicitur. Vergilius,
Hinc verſa puluis inſcribitur haſta. Idem,
Quippe ferant rapidi ſecum verrant´q; per auras.
Aliquando uerto. Idem,
Admixi torquẽt ſpumas & cærula uerrũt Aequora.
Aliqñ mundo, quòd trahẽdo ſordes mũdent. Iuue.
Verre pauimentum, nitidas oſtende columnas.
Huius compoſita ſunt Conuerro. Columella lib. viii. Diligens paſtot quotidie ſtabulum conuerrit, nec patitur ſtercus aut humorem conſiſtere. Cato, Villam conuerſe munde´q; habeat. Deuerro, deorſum verro. Euerro, extra uerro.

Verror, deponens, eiuſdem ſignificationis cum uerro. Verg. Verritur interea cœlum, & ruit Oceano nox. Hinc componuntur Reuerror, & Præuerror.

Verruca, pen. prod. locus in monte editior. Cato, Cenſeo, inquit, ſi rem ſeruare uis, faciundum ut quadringentos aliquos milites ad uerrucam illam ire iubeas, eam uti occupent imperes. Hinc caruncula eminens in corpore ſine prurittu, & uulgò porrus dicitur, Verruca uocatur. Plinius, Ocymum mixto atramento ſutorio uerrucas tollit. Serenus,
Interdum exiſtit turpi uerruca papilla,
Hinc quõndam Fabio uerum cognomen adhæſit,
Qui ſolus patriæ cunctando reſtituit rem.
Huius diminutiuum eſt Verrucula. Colu. lib. viii. Caper cui ſub maxillis binæ uerruculæ collo dependẽt, optimus habetur.

Verrucaria, herba, quæ uerrucas tollit. Plinius, Verrucas eſt ſale tollit ſuccus è folio. Vnde noſtri Verrucariam herbã adpellauere. Alio nomine heliotropium uocatur.

Verrucoſus, homo uerrucis plenus, & uarias eminentes partes habẽs. Verrucoſa loca, inæqualia & diuerſas partes eminentes habentia.

Verrunco, runcas, ſignificat uerto.

Verſatilia, etiam pro tornatilibus accipitur: uel pro canalibus, ſicut ſunt colſinæ tortiles, uel pro duabus implicatis uirgulis in modum reſtis, ut ait Auguſtinus ſup Exodum.

Verſatilis, & hoc Verſatile, pen. cor. quod huc & illuc uerſatur, ſiue quod idoneum eſt ut uerſetur. ut gladius uerſatilis, axis uerſatilis. Plinius li. xxxvi. Idem molas uerſatiles Volſinæ inuentas.

Verſicolor, penul. cor. apud iuriſconſultos dicitur id, quod uertit & mutat colorem. Vnde ueſtes quæ ex lana non tincta, id eſt, natiuo colore ſunt factæ, colorix dicuntur quia naturalẽ colorem habent, ſiue album, ſiue pullum, ſiue rufum. Quæ uerò in alium colorem uerſæ ſunt, Verſicoloriæ. Proprie tamen à Plinio Verſicoloriæ ſeu Verſicolores dicuntur, quæ uariis coloribus conſtant: quaſi cõs mutare inuicem uideantur. ut eſt cauda pauonis, & collum columbæ, & aqua maris. Liuius, Punico bello interdictum fuiſſe mulieribus ne uerſicoloribus ueſtirentur. id eſt, coloris uarietate diſtinctis. Illud uerò Vergilii, uerſicoloribus armis exponit Seruius, depictis, propter quæ bellicoſus oſtenditur.

Verſipellis, qui facile uertit pellem, hoc eſt, uultum & adparentiam, & quomodolibet faciem mutat. id eſt, uerſutus ac diſſimulator, qui modo unũ, modo aliud oſtẽdit. Plautus in Amphytrione proprie dixit: Verſipellẽ ſe facit quando lubet. Sunt qui dicant uulgò infixam opinionem eſſe homines in lupos uerti, rurſus´q; reſtitui ſibi.

Verſo, uerſas, frequentatiuum à uerto. Horatius,
Vos exemplaria Græca
Nocturna uerſate manu uerſate diurna.
Et eſt actiuum, à quo fit Verſor deponens. unde Cõtrouerſior. Eſt autem Verſari, in aliqua re aſſiduum eſſe. Cicero, In qbus propter inſanas ſubſtructiones facile mille hominum uerſabatur. Conuerſor, & Diuerſor, eiuſdem cum ſimplici ſignificantiæ. Auguſtin. Sentiunt ſe eſſe peregrinos, ſic diuerſantur in opulẽtia diuitiarum ſuarum, quomodo uiator in ſtabulo tranſiturus, non poſſeſſurus.

Verſoria, apud Plautum uidetur eſſe inſtrumentum nauticum, ex quo ſoluturi cognoſcebant, unde flarent uenti, & an mare admitteret: cuiuſmodi ferè apud nos magnetis uſus in eo uaſe quod pyxidecula uocatur.

Verſura, à uerto, is, dicitur, quum aliquid uertitur. Var. lib. i. de Re ruſt. Notant aliqui ex quibuſdam foliis, propter eorum uerſuram, quod ſit anni tempus ut dici poſſit. ut olea & populus alba & ſalix. Hoſũ enim folia quum conuerterunt ſe, Solſtitium dicitur fuiſſe. Item Verſura dicitur locus ad quem quum quis peruenerit reuertitur. Colum. lib. ii. Sulcum autem ducere longiorem, quàm pedum centumuiginti contrarium pecori eſt, quum uentum erit ad uerſuram in priorem partem iugum propellat, & boues inhibeat, ut colla eorum refrigeſcant. Item Verſura eſt, quam Græci κάμπην uocant, flexus ipſe angulorum in ædificiis & parietibus exterior. ut eſt apud Victruuiũ. Propter quod & crura ipſa Vege. in iumentis gambus uocat, quaſi campas.

Verſuram facere, antiqui dicebant mutuò pecuniã ſumere, quòd initio qui mutuabantur ab aliis, nõ ut domũ ferrent, ſed ut aliis ſoluerẽt id faciebant, & uelut uertere creditorem uidebantur. Donatus, Verſuram facere, eſt æs alienum ex ære alieno ſoluere. Hoc fit quando æs alienum nobis conflatum fuerit, nec nobis tantum pecuniarum ſit ut id diſſoluere liceat ubi diſſoluẽdi tempus aduenerit, mutamus creditorem, ab altero ſcilicet uſurarium æs accipiẽtes quod alteri reddamus. Terent. Verſuram ſolues, id eſt, creditorem mutabis. Seneca: Ab Epicuro uerſura facienda eſt, quod ſignificat mutationẽ ſententiæ faciendam eſſe ab Epicuro. Cicero pro Cælio: Nulli ſumptus nulla iactura, nulla uerſura.

Verſus,a,um,participiũ. vt riſus verſus eſt in luctum.

Verſus,us,carmen,à verto. Cicer. pro Archia poeta: Nam ſiquis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis verſibus percipi,quàm ex Latinis, vehementer errat:propterea q Græca leguntur in omnibus ferè gentibus. Latina ſuis finibus,exiguis ſanè continentur. Interdum Verſus ſignificat ordinem,ſeu tractum. Vergilius,

Ille etiam ſeras in uerſum diſtulit ulmos.

Interdum cantum.Plinius, Cantũ imitantur luſciniæ iuniores,uerſumq́; quem imitentur accipiunt.

Verſus,præpoſitio,accuſatiuum requirit,& ferè ſemper poſtponitur. Plautus. Ego portum verſus pergã & perquiram,quem ſi non inuenero, domum uerſus reuertar. Dicimus etiam Quoq; verſus, Quaq; verſus, Vtroque verſus,id eſt, in vnamquanque partem, quocunque, in vtranque partem. Habet quandoque adiunctam aliquam præpoſitionem,ut ad Occidentem verſus,ad caſtra verſus, in forum verſus. Cicero in Lælio. Is primum in forum verſus inſtituit agere cum populo. Quandoq; aduerb. ut Surſum uerſus, Dicimus etiã Verſum.vnde Aduerſum,& aduerſus.

Verſutus, qui vertitur. Plautus in Epidi. Verſutiores quàm rota figularis. Cicero libro tertio de Natura Deorum. Verſutus à uerſando dicitur, cuius tanquã celer rota mens verſatur. Aliquando tamen Verſutus pro perito ponitur. Plaut. nec magis verſutum, nec quo careas ægrius.Proprie tamen Verſuti,dicũtur qui mentem crebrò ad malitiam vertunt. Hinc Verſutia,calliditas,malitia. Verſutiloquus, & Verſutiloquax.

Vertagi,dicuntur canes ſponte in venationẽ exeũtes, prædamq́; domum referentes. Martialis.

Non ſibi ſed domino venatur vertagus acer,
Ille ego ſum leporem qui tibi dente feret.

Vertebra,penul.corr.ſiue Vertibulũ, dicitur vbi ſummæ oſſium partes non æqualiter finiunt,ſed quibuſdam craſſioribus nodis conglobatæ,& ſubſtringuntur facilius neruis,& tutius vertuntur.

Vertere ſolum,dicebantur vrbe cedentes, ſiue ob decoctam creditoribus pecuniam,ſiue ob exilium. Liuius lib.iii.Collegæ eorum exilii gratia ſolum uerterunt.Cicero pro Cecin. Qui uolunt pœnam aliquã ſubterfugere,aut calamitatem, eò ſolum uertunt. id eſt,locum mutant.

Vertex,qui & Vortex,à uerto,ir,proprie Vertices dicuntur contorti uenti ac rotati: à quibus fit qui typhon uocatur. id eſt,uibratus. Vortice (vt inquit Apuleius in Coſmog.)torquetur humus arida,& ab imo erigitur ad ſummum. Ventus (autore Seneca libro quinto Naturalium quæſtionum) aliquo promontorio repercuſſus atq; in ſe volutatus facit vorticem,qui circumactus, & eundem ambiens locum, ac ſe ipſa vertigine concitans, vertigo vocatur. Docet Quintilianus li.viii. Verticem eſſe contortam in ſe aquam,vel quicquid aliud ſimiliter vertitur. Vergilius. Ingens à vertice pontus. Cicero libro ſecundo Tuſcula. per tranſlationem Vertices dolorũ dixit,pro vertigine rationeq́;,quæ in doloribus circũagit,lancinatq́; præcordia. Inde propter flexum capillorum pars ſumma capitis dicitur Vertex, ſiue quia ad occipitium in decliue uertitur. Vnde dicere ſolemus. A' vertice uſque ad calcem.id eſt, à principio uſque ad finem. Apuleius tamen id Verticẽ adpellat,quod tenui cute capillisq́; contegitur, qui in dogmate Platonis ſic ſcribit Denique ipſius capitis verticẽ ſpecta tenui cute contectum capillisq́; hirſutum,aduerſus vim frigoris & caloris. Plinius lib.vi. binos hominum tantum aliquibus uertices dat,quũ ait: Vertices bini hominum tantum aliquibus:capitis oſſa plana. Ab huius ſimilitudine, quod in montibus eminentiſſimum eſt, Vertex adpellatur: quoniam quæ ibi naſcuntur,partim in dexteram, partim in ſiniſtram vertant.Item altiſſimæ partes cœli,quas Græci polos uocant,dicuntur Vertices, quòd circa hos mundus rotetur. Vergilius.

Hic vertex nobis ſemper ſublimis,at illum
Sub pedibus nox atra uidet,manesq́; profundi.

Propter quod etiam cardines dicuntur à ſimilitudine corũ cardinum circa quos ualuæ uoluunt. Apud Vergilium lib.Geor. pro Aquilone ponitur. Tempeſtas à uertice ſyluis Incubuit. Proprie tamẽ vnde initium eſt, Vortices antiqui per o, literam pronunciabant.Primus Aphricanus per e, Vertices dixit.

Verticulum,inſtrumentũ quod fuſo adhibetur, ut facilius uertatur. Cuius diminutiuum eſt Verticulum.

Vertigo,penulti.prod.idem quod vertex,morbus capitis,ex frigidis & lentis humoribus deuocatis oritur: ita ut ſic adfecti occaſione parua ſuccidant. Dictus,quoniam ob oculos eorum uerticoſa quædam & rotatilia circumagi uideãtur.Græci ſcotoma,ſiue ſcotomiam uocant.

Vertigus,pen.cor.motus in orbẽ factus, qualẽ Seneca & Salluſtius turbinum motũ adpellauerunt.

Vertius, magnarũ virium df. Pomponius. Homo in currendo uertius,qui cum Atlante contendat.

Verto,uertis,uerti,uerſum. à uere dici putatur: quoniam uere annus incipit uerti. Vergilius,

Gorgona deſecto vertentem lumina collo. Interdũ traho. Idem. Et uerſa puluis inſcribitur haſta. Interdũ transfero,quũ quidpiam de una in aliam linguam trãsferimus. Plautus. Vertit barbare. Interdũ cõſydero,uoluo,agito. Salluſtius, Exercitum uertere. Huius compoſita ſunt Aduerto, Animaduerto, Auerto,Conuerto,Circumuerto,Diuerto,Euerto,Inuerto,Interuerto,Obuerto,Peruerto, Præuerto, Reuerto,Subuerto,& Tranſuerto.

Vertunalia,Vertumi feſta,quæ fiebant mẽſe Octobri.

Vertunus, per ſimplex n, ſicut Portunus, dictus fuit Deus inuertendarũ rerũ.id eſt,emendarũ ac vendendarum. Vel(vt inquit Donatus)qui rebus ad opinata reuertentibus præeſt. Sæpe autẽ male cedit quod bonum putatur. Et hoc eſt male uertiſſe, vt ille gladius qui muneri datus eſt, adminiculum fuit reginæ pereuntis. Terentius in Adelph. Quæ res tibi male uertat: Vel Vertunus dictus eſt annus à vertendo. Semper enim conuertitur finito curſu. Horatius,

Viuere vertunis quotquot ſunt natus iniquis.

Vnde

Vnde amnus uertens quum Sol ad ſignum, unde cœperat redit, ut inquit Victrinus. Vel dicitur Vertunus à uerſo, mutato curſu fluminis Tyberini. Ouidius libro ſexto Faſtorum.

Nomen ab aduerſo cœperat amne Deus.

Vel dicitur Vertunus quòd uertatur in quamcunq; figuram.

Veru, in ſingulari eſt indeclinabile, in plurali habet oẽs caſus, ſignificatq; inſtrũm ferreum, cum cuſpide quo carnes ad ignem torrere ſolemus. Vergilius.

Pinguiaq; in ueribus torrebimus exta colurnis.

A' uerſando deductũ nomen, ut inquit Varro. Nam ad ignem iugiter uerſatur. Hinc telum ad eius ſimilitudinem factum, Veru dicitur. Vergilius.

Et tereti pugnant mucrone ueruq; Sabello.

Vnde Veruta pila dicuntur, quæ uerua habent præfixa. Hinc Lucanus libro octauo.

Cæſaries compreſſa manu Pharioq; ueruto.

Et Veruti, populi Volſci dicti ſunt, quòd dolonibus in prælio uterentur. Vergil. lib. ii. Georgic.

Adſuetumq; malo Ligurem Volſcosq; uerutos.

Veru à Græcis dicitur obelus.

Veruactũ, terra uere proſciſſa atq; uere actum aruum, id eſt, uerſum eſt. Plinius. Quidam utiq; ab equinoctio uerno proſcindi uolunt, quodq; uere ſemel aratum eſt, à tẽporis argumento ueruactum uocatur.

Veruculum, diminutiuum, paruum ueru, inſtrumentũ quo fabri utuntur, è ferro. Plinius. Spuma ex argẽto ſublata uerucu lis ferreis atq; in ipſa flamma conuoluitur uerucu lo, ut ſit modici ponderis.

Verueceus, a, um, ut ſtatua ueruecea apud Plautum.

Veruex, ab inuerſis teſticulis dicitur. Eſt enim mas inter oues cui inuerſi ſiue adempti ſunt teſticuli. Nam qui ad generandam ſobolem integer tenetur, aries dr. Sectarius ueruex, qui gregem agnorũ præcedens ducit. Inde fit Veruecinus, a, um, penul. produ. Plin. Et hyrcinus & ueruecinus adeps ei utilis eſt.

Veruina, genus iaculi longi, quod aliqui uerutum uocant.

Verum, ſolidum, ſyncerum, non falſum, quòd uerno tempore Sole arietem ingreſſo omnia uere naſcunt, partusq; ad maturitatem perueniant, quum aliis temporibus nata ſæpe deficiant. Auguſtinus lib. ii. Soliloquiorũ. Verum eſt, quod ita ſe habet ut cognitori uidetur ſi uelit poſſitq; cognoſcere. Quidam hoc nomen à ue particula, quæ uehementiam ſignificat, & res, deducunt: quaſi nõ uerborum inanis ſonitus, ſed ſolida res. Hinc Veritas dicta eſt. & Verifico, ficas. Aliquando Verum dicitur bonum, æquum, iuſtũm, par, & vtile. Horatius libro primo epiſtol.

Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede uerum.

Cicero lib. iii. Tuſcul. ſi maxime uerum ſit, ad corpus omnia referre ſapientem. Aliquando ſumitur pro ueridico: ſicut econtrario falſum pro fallace. Terentius in Andria. Sum uerus. Quando uerò cõiunctio eſt, ponitur pro ſed, & ſæpe iungitur cum tamen. ut Veruntamen, & cum enimuero. ut, Verumenimuero. Et cum enim. Terentius in Adel. Verumenim quando promerui fiat. id eſt, certe.

Veſanus, pen. produ. uecors, crudelis, furioſus. A' quo Veſania, uecordia.

Veſcor, ueſceris, propric cibo vtor. Vergil.

Veſcitur Aeneas ſimul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis.

Et ſic conſtrui poteſt cum adcuſatiuo. Hieronymus in Leui. Vt offerat pro ſe duos paſſeres uiuos, quos ueſci licitum eſt. Improprie pro utor alibi poſuit. Quod ſi fata uirum ſeruant, ſi ueſcitur aura Aetherea. Ponitur quãdoq; pro uideo. Actius. Priuſquam infans facinus admittat, oculi ueſcuntur Titi.

Veſcus, a, um, à ue & eſca compoſitum eſt, & ſignificat cum edendi faſtidio. Sic Lucilius adpellat Veſcum, ut id dicatur quod in eſca & cibatu adpetitur, & id faſtidioſum eſt. Feſtus etiam ſcribit Veſcum ſignificare faſtidioſum & edacem. Veſcum quoque dicitur quicquid ad eſcam pertinet, & quicquid edibile eſt, ab edendi intenſione. Vnde Lucanus. Veſcum ſalẽ. ut ue habeat uim augendi intendendi' ue. Veſcumq; papauer. Quòd videlicet in cibis adhibeatur. Et Veſcat ſalicum frondes, quoniam eſcis iuuẽcorum ſunt adcommodatæ. Rurſus Veſcum ponitur pro paruo & minuto. Vnde & apud Marſos lingua uernacula quum dicunt maluam ueſcam, intelligunt de ea quã paruam dicunt. Ouidius lib. ii. Faſtorum.

Nunc vocor ad nomen uegrandia farra coloni,
Quæ male creuerunt, veſcaq; parua vocant.

Plinius lib. vii. Corpore veſcos eſſe, ſed eximiis viribus. Hinc Veſculi, male curati & graciles homines nuncupantur. Et aranearum telæ Veſcæ dicſitur. Seruius. Qui frondes ſalicis veſcas, pro teneris et arentibus expoſuit, iure inceſſit, niſi pro gracilibus & male habitis acceperit. Ferè enim quæcunq; macilenta & male curata ſunt, hæc tum ſicca eſſe, tum tenera, id eſt, iniuriis obnoxia, frangiq; ac pati mollia.

Veſuuus, penulti. produ. mons iuxta Sarnum fluuiũ, non longè à Neapoli, bonitate uini celebratus, qui ſemper emittit fumũ, & ignes ſicut Aetna in Sicilia. Hic mons amœniſſimis olim habitatus agris excepto uertice, qui (ut ait Strabo lib. v.) cineroſus eſt et cauernoſus petris exuſtis, quas color ĩdicat igni abroſas fuiſſe. Vergil. lib. ii. Georgicorum.

Et vicina Veſeuo Ora iugo.

Hic (vt quidam volunt) dictus eſt Veſuuius, & per ſyncopam Veſuius adpellatur à conflagratione. Nã Veſuuiæ, fauillæ, dicunt qui Tito imperante, ruptus in uertice tantum emiſit incẽdii, ut regiones uicinas incẽderet. Alii (ſicut Seruius) dicunt Veſuuium eſſe montẽ Campaniæ, Veſeuum uerò Liguriæ ſub mõtibus. De hoc Veſuuio Martialis libro quarto.

Hic eſt pãpineis uiridis Veſuuius umbris. Et ſubdit,
Cuncta iacent flammis & triſti merſa fauilla,
Nec ſuperi uellent hoc licuiſſe ſibi.

Veſpa, animal paruum volatile, api ſimile, quòd veſperi muſcas venetur in cibo.

Veſpaſianus, nomen imperatoris Romani, de quo Dionyſius ita ſcribit. Ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ Ἰουδαῖος, ἀχθείς τε ὑπὸ αὐτοῦ πρότερον, καὶ δεθεὶς ἐγέλασε, καὶ ἔφη· Νῦν μέν με δήσεις, μετ' ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις,

αὐτοκράτορ γενόμενος. οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ ἰωσηπος τὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὡς καὶ ἄλλος ἐγεγόνει. id eſt, Ioſephus uir Iudæus abductus ab eo priusq́; ligatus riſit & ait: Nunc quidam me ligabis, poſt annū uerò ſolues imperator factus. Sic autē Veſpaſianus ad imperium natus erat.

Veſper, pro ſtella quæ Venus dicitur, ſeu pro ultima parte diei, generis maſculini. Statius lib. x. Theb.
Sed Veſper opacus Lunaris iam ducit equos.
Sed & apud antiquos fœminini generis inuenitur. Hæc ſtella etiā Veſperugo, & Veſpera à Latinis, & Veſperus ſeu Heſperus à Græcis dr̄. Vergilius.
Ite domum ſaturæ uenit Heſperus ite capellæ.
Eſt autem Veſper æmulus Solis & Lunæ. Sed quū Solem præcedit dicit̄ Lucifer, ut alter Sol. Et antè ortum Solis adparet in Oriente, & in Occaſu Solis refulgens, Veſper adpellatur, quaſi uicem Lunæ reddens: uideturq́; in Occaſu ſtatim poſtquam Sol occidit. Item Iubar à Pacuuio adpellatur. Sed & hic Veſper, hoc Veſperum, & hæc Veſpera ab autoribus uſurpat̄, pro ſero diei quo ea ſtella adparet, ſeu adparere ſolet. Hierony. in Leui. Qui tetigerit morticina eorum immundus erit, vſq; ad veſperum. Auguſt. Iam ſi placet audiamus illum mane rapientem, ad veſperam eſcas diuidentem. Hinc fit aduerbium, Veſperi, quod ſignificat principio aduentus noctis. Id tempus Græci ἕσπερα vocant. Inuenitur etiam Veſper, ra, rum. Vnde quūm Veſperum dicimus neutro genere, intelligimus tēpus. Plinius lib. xviii. His horæ rigandi matutina atq; ueſpera. Idem. Matutinum tempus atq; veſperum.

Veſperare, eſt ueſperam fieri. Gellius. Taurus philoſophus accipiebat nos Athenis cœna plerunque ad id diei, ubi iam ueſperauerat. Id enim eſt tempus iſthic cœnandi.

Veſperaſcit, ſerū diei fit, à quo Adueſperaſcit, & Inueſperaſcit. Teren. Quur uxor nō accerſitur? iam adueſperaſcit. Liui. lib. xxxix. Iam inueſperaſcebat.

Veſperna, cœna apud ueteres dicebat̄. Nam (vt Feſtus inquit) cœna uocabat̄ quod nunc eſt prādiū, Veſperna quam nūc cenam adpellamus. Quòd cōuiuiū non niſi aduentante nocte inibant priſci.

Veſpertilio, incertæ naturæ eſt: Volat enim pinnatis alis, ſed inter uolantia non eſt habēdus, quòd quatuor pedibus graditur, formatq́; pullos, parit, & nutrit lacte quos generat. Dictus Veſpertilio, quòd veſpere ſe ad uolatum proferat noctis. Ambroſius. Veſpertilio animal ignobile, à ueſpere nomen accepit. Eſt autem uolatilis eademq́; quadrupes & dentibus utitur, quos in aliis reperiri non ſoleas. Parit vt quadrupedia non oua, ſed pulos viuentes. Volitat in aere auium more, ſed crepuſculo veſpertino cōſueuit effundi, non aliquo uolatu pennarum, ſed mēbranæ ſuæ fulta remigio, quo ſuſpenſa ueiut pennarum volatu circumfertur atque vegetatur. Varr. Factus ſum veſpertilio, neque in muribus planè, neque in uolucribus ſum.

Veſpertinus, na, num, quod fit veſperi. Vnde orationem veſpertinam dicimus.

Veſpillo, uilis cadauerum funerator, quòd ueſpertino tempore mortuos efferre ſoleret, qui funebri pompa propter inopiam non poterant efferri. Vnde & funera à funalibus dici autumat Donat. quia noctu efferebant̄ ob ſacrorū celebrationē diurnā. Martial.
Qui fuerat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus.

Veſica, penul. prod. folliculus in quo vrina colligit̄, infra aluum à priore parte. Caper tñ Venſica per n, proferri cenſet, quòd non ſit ſine vento. Horatius.
Et diſploſa ſonat quantum venſica pepedit.
Hieronymus tamen & Veſſicam, & diminutiuum Veſiculam adpellat, id quo aues cibum continent. vt in Leuitico. Veſiculas gutturis & plumas proiiciet propè altare.

Veſicaria, herba eſt, ſic dicta quòd veſicæ medeatur & calculis.

Veſta, Saturni filia ex Ope, quæ pro terra quandoq; ſumitur eò quòd rebus omnibus veſtiatur, ſeu quia vi ſua ſtet. Ouidius libro. vi. Faſto.
Stat ui terra ſua ui ſtando Veſta uocatur.
Seruius. Veſta dicta ἀπὸ τῆς ἑστίας, ut digamma ſit adiecta, ſicut er, uer, Enetus, Venetus. Interdū ponitur pro igne. Idem.
Nil aliud Veſtam quàm puram intellige flammam.
Quia ignis ſiue flammæ Dea eſt. Et quidam dicunt, nihil aliud à ueſtalibus uirginibus in æde Veſtæ quàm inextinguibilem ignem aſſeruari. Qui ſi fortè fuerit extinctus, nequaquam reparari fas erat ex hoc igne humanis manibus elaborato, ſed accenſa per fomites ex Sole flamma purus & cœleſtis ignis eliciebat̄. Fuit etiam hoc nomine virgo perpetua, cui ueſtales uirgines ſacrificabant.

Veſtiarium, locus in quo ueſtes uel ſeruantur uel uenduntur. Aliquando Veſtiarii nomine ueſtitus intelligitur. uide in dictione Calceariũ.

Veſtiarius, qui ueſtiario præeſt ac ueſtes uendit.

Veſtibulum, à ue particula quæ diu ſignificat, deducitur. Eſt enim locus ante ianuā domus uacuus, per quem à uia ad ædes itur. Plautus in Muſtel. Vide ueſtibulum ante ædes hoc & ambulacrum huiuſmodi. Nam qui domos amplas antiquitus faciebant, locū antè ianuam relinquebant, quæ inter foros domus & uiam medius eſſet. In eo loco qui dominum eius domus ſalutatum uenerant, priuſquam admitterentur conſiſtebant. A qua conſiſtione & quaſi conſtabulatione, Veſtibula adpellata ſunt ſpatia, in quibus multum ſtaretur ab aduenientibus prius quàm intromitterentur in domum. Alii ueſtibulum à ue priuatiua deduci uolunt: referentes non ad eos qui adueniunt, ſed ad eos qui in domo commanent: quoniam illic nunquàm conſiſtant, ſed ſolum tranſitus cauſſa ad hunc locum ueniunt exeundo ſeu redeundo: ut ſit Veſtibulum non ſtabulum, ſicut ueſanus non ſanus. Poteſt etiam dici Veſtibulū, prima pars ianue, quòd ianuā ueſtiat: uel (ut Ouidius ait) à Veſta, ꝙ ea potiſſimum pars in ædificio ſit Veſtæ conſecrata. Ideo puellæ quum nubunt, non tangūt pede veſtibulum, ne numini dicatum locum calcantes ſacrilegium committant. Lucanus.

Tranſlataq́; velat contingere limina planta.
Nam in primis ingreſſibus & in ſpatiis domorum Veſtæ, hoc eſt, aræ & foci ſolebant haberi. Ouidius libro ſexto Faſtorum.

Hinc quoq; veſtibulum dici reor vnde precamur,
Quum famur Veſtam quæ loca prima tenet.

Veſticeps, puer qui iam veſtitus eſt puberrate, qui barbam emiſit.

Veſtigium, pedis impreſſio, id eſt, ſignum quod à pede relinquitur. Vergil. libro 4. Georgico.
Et gradiens ima vertit veſtigia cauda.
Ponitur quoq; pro extrema parte pedis. Idẽ lib. v.
Veſtigia primi Alba pedis frontemq́; oſtentans arduus albam. Per tranſlationẽ ponit pro quocunq; rei geſtæ indicio, ſeu ſigno. Leo papa: Vt ſicut omnibus pfuit, quòd poſt reſurrectionẽ domini veſtigia vulnerũ in carne eius Thomæ apoſtoli explorauit manus: ita ad noſtrã vtilitatem proficeret, quòd infantiã ipſius magorum probauit adſpectus.

Veſtigo, as, pen. produ. quæro, quaſi veſtigia indago. à veſtigiis tanquã indiciis dictum. Cicero lib. iii. de Orat. Ipſa tractatio & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſa delectatione veſtiges. Huius compoſita ſunt Inueſtigo, & Peruestigo, quæ ſignificant quærendo inuenio.

Veſtini, populi Italiæ inter Marrucinos Sabinosq́;, apud quos olim fiebant caſei laudati. Martialis.
Si ſine carne uoles ientacula ſumere frugi,
Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Veſtio, ſtis, ſtiui, itum, à veſte fit, ſed transfertur etiam ad alia. Et plerũq; cõſtruitur cum ablatiuo. Cice. de Natura Deorum, ad oculos tranſtulit, quum ait: Primum oculos mẽbranis tenuiſſimis ueſtiuit, & ſepſit, quas primum perlucidas facit. Columella libro. v. ad arbores: Vbi ſe frondibus veſtierint teneris caulibus, necdum adultis, modus adhibendus eſt. Hieronymus. Ad parietes qui domos arboribus ueſtiunt. Huius compoſita ſunt Conueſtio, Circumueſtio, Superueſtio. Plinius lib. xvi. Imagines rerum tenui folio breuiq́; & uiridi ſuperueſtiens.

Veſtiplica, mulier quæ complicat ueſtes.

Veſtis, à velando, quod corpus vellenſeu à vellere, quod eſt vniuerſæ ouis lana. Et eſt generale indumẽtum, tam virile quàm muliebre, quo cõtinentur omnia lanea, linea, ſerica, bõbycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, inſternendi, accubãdiq́; cauſſa adparata ſunt, & quæ acceſſionis iure cedunt, quæ ſunt inſtitæ, picturæ, clauiq́; qui ueſtibus inſuſi. tur. Ponitur interdum Veſtis pro barba, vnde Inueſtes, imberbes adpellantur.

Veſtiſpicus, & Veſtiſpica, penul. cor. ſeruus, ſiue ancilla cuſtodiens ueſtes, quòd frequenti diligentia ueſtes inſpiciant. Plaut. Tum familia tota ueſtiſpici uictor auri cuſtos. Afra. Noui non inſciam ancillulam veſpere & veſtiſpicam.

Veſtitiſſimus, ma, mum, quod eſt optime ueſtitũ. Colu. libro. 8. Id pecus quamuis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt.

Veſulus, pen. cor. mons Liguriæ iuxta alpes, inter cæteros clariſſimus, ex cuius radicibus Padus erũpit.

Veter, ſenex, adiectiuũ trium generum. Ennius.
Quum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.
Hinc Veterior, & Veterrimus. Plautus in Bacchid. Senem tibi dedo illum ueteriorem lepide ut leniteñ reddas. Trebatius Ciceroni: Pro noſtro veterrimo veriſſimoq́; amore.

Veteramentarius, ſutor, calcearius, qui veteres calceos reficit. Eaq́; forma dr̃ Veteramentarius, quã ab armento armentarius, à ferramento ferramẽtarius. Suetonius de Vitellio. Caſſius Seuerus, nec minus alii eundẽ & ſutorẽ ueteramentarium prodiderunt.

Veteraneus, a, um, quod eſt vetus. Colu. Si ſint ueteraneæ uineæ, ut ſeparatos ſulcorum cuiusq́; generis per ſingulos hortos inſeremus.

Veteranus, quádoq; ueterem ſignificat: unde ueterana mancipia, quæ à nouitiis diſtinguñtur. Veterana quæ anno continuo ſeruiuerit in urbe. Nouitia intelliguntur, quæ anno nondum ſeruierunt. Aliquando legionarium, uel eum qui honeſte aliqñ militauit, & iam eſt à militia abſolutus.

Veterator, autore Donato, eſt homo aſtutia vetus, & in omni re callidus, à multarum rerum gerendarum vetuſtate. Eſt autem nomen verbale, quòd à vetero & à veteraſco venire poſſe videtur, vt quum in paſſiua ſignificatione poſitum eſt, à ueteraſco pro ueteratus accipiaẽ, quaſi ſer ex factus. ut Vlpianus Præcipiunt ædiles ne ueterator pro nouitio ueneat. Veterator uero à uetero idem eſt quod deceptor, quaſi uulpes quamuis pro ueteratore in aſtutia etiam ſumi poſſit. ut eſt illud Terentii in And. Quid hic uult ueterator ſibi.

Veteratrix, fœmina in aſtutiis & fraudibus exercitatiſſima.

Veteratoriè, calidè, malicioſè.

Veterina, aĩalia dicuntur ad uecturam idonea, quæ aliqd uehere poſſunt, quaſi uenterina, q̃ ad uentrem onus religatum gerant. Plin. Vngulæ ueterino tantum generi renaſcuntur.

Veterinarius, qui ueterinorum curam gerit, & ueterina ducit qui apud nos conſueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtum. Vnde equos, mulos, aſinos, meritorios uocitamus. Columel. Nam & arator reperitur aliquis bonus & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arbitrator & uinitor, tum etiam ueterarius & probus paſtor. Et Veterinarii medici, ſunt ueterinorum. hos nũc uulgus Mareſcalcos adpellat. Columella libro. 7. Solent etiam faſtidia cibo adferre uitioſa incrementa linguæ, quas ranas ueterinarii uocant.

Veterinarius, a, um, quod ad ueterinariũ pertinet. Colu. libr. 7. Quare ueterinariæ medicinæ, prudẽs eſſe debet pecoris magiſter.

Veternus, morbus ex nimio ocio perpetuũ ſomnũ inducens. Hunc Auicenna & medici recentiores, ſubetum ſiue ſubetium, Græci lethargum nominãt. Et quia hic morbus pigros homines facit & ad negotia inutiles, quemadmodum ſenectus: ideo Veternus quandoq; pro pigritia ponitur. Verg. lib. i. Georg.

Nec torpere, graui paſſus ſua regna ueterno.

Quandoq; pro nimia dormitione. Plin. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno urſi premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant, tunc mirum in modum ueterno pingueſcunt. Hinc Veternoſus, qui graui premit ſomno. Cato uero ueternoſum adpellat hydropicũ, quũ inquit: Veternoſus quamplurimũ bibit, tam plurimum ſitit. Teren. Eunuchũ ueternoſum, quia segnis eſt quaſi ueternum patiatur.

Vetero, ras, uetus reddo. à quo Vetereſco, ubi a, mutatur in e. Et compoſitum eſt Inuetero, à quo Inuetereſco.

Veto, as, aui, atum, & Veto, tis, tui, titũ, pen. cor. ſignificat prohibeo, & ne quid fiat impero. Vnde in actibus Apoſtolicis, Vetati ſunt, à ſpiritu ſancto loqui uerbum Dei in Aſia. Sed in raro uſu eſt talis locutio. Liui. lib. ii. Illi uicti ira ueteuere reddi. Ouid.

Nitimur in uetitum ſemper cupimusq; negata.

Vetulonium, ſeu Vetulonia, locus in Hetruria. Silius;

Meoniæq; decus quondam Vetuloniæ gentis.

Vetus, quidam dici putant quaſi uietus, hoc eſt, ſine ui; ætas enim debilitat uires. Alii à ue, ualde & ætas. Et plerunq; ad laudẽ. Vnde dicimus apud ueteres, eos uidelicet autoritatis plenos ſignificantes. Interdum ad uituperationem refertur. Teren. in And. Sed qui maleuoli ueteres poetæ maledictis reſpondeat. Et eſt generis omnis. Cuius diminutiuum eſt Vetulus.

Vetuſteſco, uetus fio. Columella li. i. Apothecæ recte ſuperponentur his locis. unde plerunq; fumus exoritur, quum uina celerius uetuſteſcunt, quæ fumi quodam genere præcoquem maturitatem trahunt. Vetreſco, idem quod uetuſteſco. Columella lib. ii. Aptior tamen eſt ſurculis hominis urina, quam ſex mẽſibus paſſus uetereſcere ſi uitibus aut pomorum arboribus adhibeas. Hinc cõponitur Inuetereſco, quod eſt ualde uetus fio, ſeu ualde in conſuetudinem uenio. Nigidius differẽtiam ponit inter Vetuſteſcere & Vetereſcere, quòd quæ uetuſtate deteriora ſiſit, Vetuſteſcere dicantur, Vetereſcere quæ meliora. Sed Columella lib. vii. docet Vetereſcere ſiue Inueteraſcere non ſemper in melius dici. Sed ſi iam, inquit, inueterauit morbus, uehementioribus eſt opus remediis. Sed de Inuetero ſupra habitum eſt.

Vetuſtus, a, um. idem quod uetus. Liuius libro primo, Poſſe quidem ſe uetuſto iure agere. Hinc uetuſtas, antiquitas.

Vexillarius, qui uexillum defert. Liuius lib. viii, Ordo ſexagenos milites, duos centuriones uexillarium unum habet.

Vexillum, quaſi paruum uelũ, & accipitur pro ſigno quo in exercitu aut claſſe imperatores utuntur. unde Vexilifer.

Vexo, xas, agito, moleſto, perturbo, & huc illucq; diſtraho. Tractũ ab eo quod eſt veho, in quo ineſt iã vis quædã alieni arbitrii. Non enim ſui potens eſt q̃ vehit. Vexare autem vi atq; motu proculdubio uaſtiore eſt. Nam qui huc illucq; trahitur, hic Vexari proprie dicitur ſicut taxare preſſius crebriusq; tangere. Iactare multò fuſius largiusq;. Verg.

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris

Dulichias uexaſſe rates.

Lactantius de Ira, Et iuſti ab iniuſtis impune vexantur. Huius compoſita ſunt Deuexo, ualde vexo. Diuexo, varie vexo. Lactantius lib. vii. Et ſi fortè tamen fuerint boni, prædæ ſint ſceleratis, ac diuexentur undiq; ab iniuſtis.

V ANTE F & I.

VFens, fluuius qui labitur per pontinas paludes, qui etiam Auſentum à quibuſdam dicitur.

Via, dimidius actus, quo poteſt ire vehiculum. Via (inq̃t Paulus Iurecon.) cõſtitui uel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt, ut tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poteſt. Alioquin iter ſit, non uia. Abuſiuè tranſumitur pro omni loco per quem habere iter omnibus licet. Plinius: Quũ de uia vocaſſem. Aliquando ſumitur pro ipſo actu eundi. Cic. Quumq; de via languerem, & mihimet diſpliceremI. Aliquando pro ratione. Vergil.

Inueni germana via, gratare ſorori.

Aliquando pro conſuetudine. Teren. Sed via puulgata patrum quotidie adcuſabam. Dicta Via, ab eundo, quaſi ia: quòd per eam eatur. Vel à vehẽdo, quaſi ueha, quòd per eam fructus ad uillã uehantur. Vel per quam vehiculum ire poteſt. A' Via fiunt adiectiua Auius, Inuius, Obuius, Dubius, Peruius, Præuius, Deuius, Biuius, Triuius, Quadriuius, Semita, quaſi ſemis uia. Id eſt, anguſtior uia.

Viam facere, eſt locum vbi non erat uia adperire.

Viam munire, eſt reficere, expurgare. Interdum lapidibus ſternere: quod proprie Sternere uiam dicimus. Cicero: Ideo'ne Apius ille cæcus uiam muniuit: non qua populus uteretur, ſed qua poſteri ſui latrocinarentur? Hoc etiam uerbo per tranſlationem utimur de corporeis ad incorporea. Quintilian. Propterea quòd plurimi autores quamuis eódem tenderent, diuerſas tamen vias munierunt, & in ſuam quiſq; induxit ſequentes.

Viaticor, caris, uiaticum paro. Plautus in Menæhmis

Viaticati Hercle æ ſtiue ſumus.

Viaticum, dicitur quicquid iter agendi cauſſa neceſſarium eſt: ſiue cibus ſit, ſiue pecunia ad uictum expendenda. Græcè ἐφόδιον dicitur. Plautus in Captiuis: Sequere me, viaticũ vt dem à trapezita tibi. Aliquando capitur pro facultate, ſeu adparatu. Q. Claud. in Annalibus: Simul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia, pariter præcellebant: ut facile intelligeretur magnum uiaticum. Id eſt, magna facultas, magnus adparatus. Huius diminutiuum eſt Viaticulũ. Apuleius lib. vii. de Aſino aureo: Viaticulum mihi corraſi.

Viator, qui viat. hoc eſt, iter facit. Plaut. in Pœn. Vos viatores eſtis, quæſo operam date. Et Viatores dicebãtur, qui magiſtratibus parebant: eò quòd plerũq; euocabantur ex agris homines ad magiſtratus, & frequens eorum ab agris ad urbem uia erat. Columella in præfa. Illis temporibus proceres in agris morabantur: & quum conſilium publicũ deſyderabatur, à uillis arceſſebantur in ſenatum. Ex quo qui eos arceſſe

barit, uiatores nominati ſunt.

Viatorius, ria, um, quod ad uiam pertinet. Vnde Viatorium uas, quo iter agẽtes ferendi potus gratia utũtur. Plinius li. xvi. Vaſa viatoria ex taxo unis in Gallia facta mortifera fuiſſe compertum eſt.

Vibex, bicis, pen. prod. ſignũ verberis in humano corpore remanens, quòd ui fiat. Plinius lib. xxx. Verberum vulnera atq; vibices, pellibus ouium recentibus impoſitis obliterantur. Perſius Saty. 4.
Si puteal multa cautus vibice flagellas.

Vibo, oppidum in Brutiis, prius à Locris ædificatũ, & Hippo uocatum. Cc.

Vibriſſæ, ſeu Vibriſſi, ſunt pili naribus hominũ, quòd his euulſis caput vibretur.

Vibriſſare, eſt uocem in cantando criſpare, à uibro, vel vibriſſis.

Vibro, bras, moueo, & quaſi ui agito. Vergil.
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Per tranſlat. Vibrare, ſignificat uocem in cantando criſpare.

Viburnum, uirgultum q̃ de radice pululat, genus fruticis.

Vicani, pen. prod dicuntur qui uicos habitant.

Vicaria mors, quæ pro altero ſubitur.

Vicariæ manus, apud Quintilianum quæ in pugna pro altero dantur.

Vicarius, ria, rium, quod uicem alicuius gerit. Quint. Vicariam ei operã impendi. Cicero Vicaria ſolutio rerum creditarum. id eſt, uicem reddens.

Vicarius, vulgò dicitur, qui loco alterius ſubſtituitꝰ.

Vicarius, apud Iureconſultos, oratores & poetas, uſurpatur pro ſeruo ſerui maioris in familia. id eſt ſeruus qui ſeruit ſeruo maiori. Horatius in Sermonibus,
Siue vicarius eſt, qui ſeruo paret, ut mos
Veſter ait, ſeu conſeruus. Martialis,
Eſſe ſat eſt ſeruum, iam volo vicarius eſſe.

Vicatim, aduerbium, ſignificat per uarios uicos. Plin. Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit vicatim diſperſa, præter Babylona & Ninum.

Vicem, & in ablatiuo Vice, ſolum in ſingulari numero, in plurali uerò habet omnes caſus. Dictæ ſunt Vices (ut quidam aiunt) à ui, quod ueteres pro pugnis vſurpabant: quoniam per viciſſitudinem pugnetur. Plautus, Vices eius memorat, & cicatrices denudat. Item pro pœnis & incõmodis: quòd vi fiant. Hora. lib. I. Car. Vicesq; ſuperbæ Te maneant ipſum. Quũ verò per uiciſſitudinem pugnari ſolet, factũ eſt ut vices ꝑ alternatione capiamus. Interdũ pro piculo. Verg. Nec tela nec ullas Vitauiſſe vices Danaũ. Quandoq; pro loco. Horat. Vtar uice cotis, acutũ Reddere quæ ferrum ualet, exors ipſa ſecandi.

Vicenarius, pro vigenarius dicitur. Cc.

Vicenum, pro vigenum dicitur. Cc.

Vicia, genus grani, à vinciẽdo dicta, quòd capreolos habeat ut uitis, quibus ſurſum vorſum ſerpit. Etenim ſcapum lupini, alium'ue calamum ad quem hæreat, id ſolet uincire. Vel dicit̃ à Græco, quod illi βίκιον neutro genere. Plinius lib. xviii. Naſcuntur in vicia cochleæ minutæ, erodentes eam.

Viciarius, ria, rium, quod ad uiciã pertinet. vt Cribrũ viciarium, apud Colu. lib. ix. Idem lib. xii. ſubſtantiuum poſuit, quum ait, Hoc eodem tempore ſtercoris pars in prata egerenda, pars oleis inſpergenda: tum etiam uiciaria diligenter facienda.

Vicinia, locus vicinus, ſeu ipſa uicinitas. Plaut. in Mil. Certò ædepol ſcio vidiſſe, hic proximæ uicinæ. Idem in Moſt. Sed quid hoc quòd foris crepuit proxima uicinia?

Vicinitas, vicinorum propinquitas: & aliquando vicinorum multitudo. ut, Laudãda eſt uel potius amãda vicinitas.

Vicinium, idem quod vicinia. Hieronymus: veni ad vicinia terræ ſanctæ.

Vicinus, qui eundem colit locum: & qui propè domũ noſtram habitat.

Viciſſatim, per uices. Plau. in Pœnulo: Ad argumentũ nunc uiciſſatim uolo remigrare.

Viciſſim, aduerbium, ſignificat per uices, ſiue alternatim ut, Viciſſim incumbunt oneri. id eſt, modo unus modo alius incumbit oneri.
Nos tamẽ hæc quocunq; modo tibi noſtra uiciſſim
Dicemus. Quod uernacula lingua dicimus, La uolta noſtra. Quãdoq; ſignificat ſecũdo loco, ſiue ecõtrario. Cicero in Lælio: Sed ego admiratione quadam uirtutis eius, ille uiciſſim opinione fortaſſe nõnulla quam de moribus meis habebat, me dilexit. Plautus in Curculione, pro etiam, ſiue (ut ita dicam) reſpondente poſuit, quando dixit: Sed quum adhuc naſo odos eſt obſequutus meo da uiciſſim meo gutturi gaudium. Similiter Cicero Appio Pulchr. Hoc ego meo facto delector (nihil enim potuit fieri amantius) conſydera nunc viciſſim tuum.

Viciſſitudo, alternatio. Cic. Luccio: Nihil eſt aptiꝰ ad delectationẽ lectoris, quàm tẽporũ uarietas, fortunæ viciſſitudines. Item ſignificat reſponſionẽ, quod vulgò dicitur. Contra cambium. Dicitur etiam Viciſſitas. Actius: Viciſſitatemq; imputandi tradit.

Victima, mæ, pen. cor. quæ poſt uictoriam dextra victrice immolabatur. Ouidius,
Victima quæ dextra cecidit victrice uocatur.
Vel dicta eſt, quòd uincta ad aras ducebatur. Victima uerò et hoſtia, dicit̃ omne animal quod Deo immolabatur. Hinc nos hoſtiam euchariſtiam uocamus, quoniam illa ſuperatus eſt aduerſarius noſter diabolus.

Victimarius, uictimarum miniſter. Id eſt, ſacrificiis q victimas ligabat, cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ ſacris erant neceſſaria. Valerius Maximus lib. i. Petilius prætor urbanus, & autoritate ſenatus, per uictimarios facto igne, in conſpectu populi cremauit.

Victimarius, qui victimas emebat vt venderet. Plini. Vnde Victimarii negociatores uili mancipio.

Victito, ctitas, pen. corr. non eſt frequentatiuum. Nõ enim ſignificat frequẽter viuo: ſed veſcor, & quaſi victu vtor. vt, Sarmatæ lacte victitant. Fit à Victo. ctas, frequentatiuo.

Victo, ctas, Vide in dictione Victito.

Victor, qui uincit. Eſt & proprium nomen.

Victoria, ultra notam ſignificationem, ſignificat etiã Deam quam Romani colebant, & victoriæ inſignia, vt ſunt ſtatuæ, coronæ, & huiuſmodi. Valerius Max. lib. 1. Pauſanias uictoria quoque aderat, magnitudine cubitorum quatuor.

Victoriatus, genus numi argentei, quod uictoriæ nota ſignatus eſſet, qui lege Clodia percuſſus eſt.

Victorioſus, uincere adſuetus.

Victricus, pen. cor. eſt uir matris ex alio uiro natis, q priuigni uocantur. Nam Victricus & priuignus inter ſe opponitur, vt inquit Modeſtinus. Suetonius, Victrico uerò Martio Philippo conſulari multum diſſuadente.

Victrix, uerbale fœmininum à victor. In plurali tamẽ etiam Victricia legitur. Cornucopiæ.

Victualia, dicuntur ea quæ ad victum pertinent. Ambro. de Apibus: Cernas oẽs certare de munere, alias inuigilare, quærendo victualia. alias ſolicitã caſtris adhibere cuſtodiam.

Victuis, in genitiuo pro victus veteres dixere. Varro, Primum de re familiari, ſecundo de victuis conſuetudine differam. Cornucopiæ.

Victurus, & à viuo, & à uinco, participium eſt. Saluſtius, Pyrrhus'ne rex, an M. Curius prælio victurus eſſet. Cicero, Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet victurum.

Victus, ctus, à viuo, ſignificat genus vitæ, etiã quantũ ad mores Vlpianus de Verb. ſignifi. Victus verbo, inquit, cõtinentur, quæ eſui, potui, cultuq; corporis, quæq; ad viuendum homini ſunt neceſſaria. A quo Conuictus ſimul victus, quũ plures ſimul viuũt.

Victus, cta, ctum, participiũ eſt à vinco, cis. ut Pompeius victus eſt à Cæſare. Cuius contrariũ eſt inuictus, pro forti, qui vinci non poteſt. Aliquando dicitur impos voti. Nã quomodo victores dicimus voti compotes, qui quicq; uolũt faciũt: ſic Victos voti impotes, qui non poſſunt facere quod volũt. Verg. Veteres migrate coloni Nũc victi triſtes.

Vicus, pars, vrbis eſt, q ex multiplicatis domibus fit: & ex pluribus uicis vrbs cõſtat. Diuidit enim vrbs in vicos, quaſi in membra minora. In oppido Vicus à via (vt inqt Varro) quòd dextera parte viæ ſunt ædificia. In vrbe fiunt vici, cõnexis & cohærẽtibus ædificiis. Vnde Romæ vicus Cyprius, vicus Aphricus, vicus ſceleratus nominati. Vicus vbi exitũ nõ habet, angiportus dicit. Et hic Vicus vrbanus adpellatur. Eſt etiam Vicus paganus, ſi plures ſimul uillæ, quæ pagi dicuntur, hoc eſt, plures ruſticanæ domus, cõiunctæ ſint, & aliquo ſpacio remotæ ab urbe, dummodo nõ ſint clauſæ mœnibus: q̃a tũc caſtella vocarent. Huius diminutiuũ eſt Viculus: & accipitur p pagis & ruſticanis domibus. Hiero. in Pẽtateucho: Cæperũt viculos, & poſſederunt habitatores.

Vide quid agas, prouerbiale eſt, quod ſolet dici his q magna adgrediuntur.

Videlicet, aduerbium confirmandi: quaſi videre licet. Teren. in Adel. Videlicet hoc audiuit. hoc eſt, certe audiuit. Sal. Vos de paricidis quod ſtatuatis cẽſtaminiſ videlicet cætera vita illorũ huic ſceleri obſtat. Sed parcite dignitati Lentuli.

Video, des, di, ſum, quod & Vido, dis, dicit, pertinet ad oculos. Vergilius,

Quæq; ipſe miſerrima vidi,
Et quorum pars magna fui.

Quandoq; adiicitur, Video oculis. Ouidius,

Aut quibus hæc oculis adſpicis iſta lege.

Sic etiã Græci. Vnde illud Habraæ: Καὶ ἀναβλέψας Ἀβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἶδεν, καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος τῶν κεράτων ἐν φυτῷ Σαβὲκ, καὶ ἐπορεύθη Ἀβραὰμ, καὶ ἔλαβε τὸν κριόν. id eſt, Habraã oculis inſpiciens vidit, & ecce aries vnus detẽtus cornibus in planta Sabec, & profectus eſt Habraã, & cepit arietem. Transfertur etiam ad animum. Ouidius,

Video meliora, proboq;. Deteriora ſequor.

Vnde prophetæ adpellabantur Videntes, quia uidebant eã quẽ cæteri non uidebant. Reuela (inquit Dauid) oculos meos, & conſyderabo mirabilia de lege tua. Vtimur quoq; hoc verbo etiã in cæteris ſenſib⁹, quũ eos ad cognoſcendũ intendimus. Neq; enim dicimus: Audi quàm rutilet: aut olfac quàm niteat: aut, guſta quàm ſplẽdeat: aut, palpa quàm fulgeat, Videri enim dicuntur hæc omnia. Dicimus autem non ſolum: Vide quàm luceat, quod ſoli oculi ſentire poſſunt: ſed etiam, Vide quid ſonet, Vide quid oleat, Vide quid ſapiat, Vide quàm durum ſit. Ideoq; generalis experientia ſenſuũ, concupiſcentia oculorum uocatur: quia uidendi officium (in quo primatum oculi tenent) etiam in cæteris ſenſibus ſibi de ſimilitudine uſurpant, quum aliquid cognitionis explorant, inqt Auguſt. lib. x Confeſſionum. Vnde dicimus hoc verbum trãsferri ad animum, ac quandoq; poni pro cauere, curare conſyderare. Terentius, Vide quò me inducas. id eſt, animaduerte & conſydera. Plautus: Tu domi videbis id eſt parabis. Dicimus etiam: Vide tibi. id eſt, prouide. Terentius in Phor. Recte mihi uidiſſem, & ſenis eſſem vltus iracundiam. Huius uerbi compoſita ſunt Circumuideo, vnde & Circumuiſo. Plautus in Amphitr. Sed angues oculis omnes circũuiſere. Euideo, clare & expreſſe video. à quo Euidẽs, & Euidenter, quæ in frequẽtiore uſu ſunt. Præuideo, ante uideo. Prouideo, Peruideo, perfecte video. Hier. Peruides igitur quòd non ſolum in eſu, ſed in ſepulturis, & in cõnubiis, & in oĩ conuerſatione vnaquæq; gens ſuo ritu victitet. Trãſuideo, aliquid per corpus perſpicuum video. Inuideo. A uideo fit Viſo: à quo fit Viſito frequentatiuum. Eſt & Videor deponens. vt, Tu mihi videris uir probus.

Viderit Epicurus, id eſt, videat. hoc eſt, huius rei illi cura ſit, vel huius opinionis rationem reddat, non ego. Sic accipienda ſunt: Tu videris, Vos videritis, Illi viderint, modus loquendi minatorius.

Vidiſti mulrum, hoc eſt, fuiſti multum cautus.

Vidua, dicta eſt quaſi valde idua: ab Iduum die, qui menſem diuidit. hoc eſt, à uico diuiſa. Hinc Viduare, diuidere. Iabolenus Iureconſultus ſcribit, Viduã nõ ſolum quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoq; q̃ virum non habuiſſet: quia Vidua ſic dicta eſt quaſi

admodum vecors, veſanus, qui ſine corde aut ſanitate eſſet, ſimiliter Viduam eſſe dictam ſine duitate. Quæ verba ſic intelliguntur. Vidua dicitur quæ ſine viro eſt. à ue, particula priuatiua: à qua Vidua venit, quaſi vedua. hoc eſt, ſine duobus. utpote quæ ſola viuat, non collocata in matrimonio, vbi duo ſunt, mas, & fœmina.

Viduertas, apud Catonem, calamitas dicitur.

Viduſum, in quo aliquid ſeruatur. Vnde Plautus in Epidico, ſacculum Vidulum dixit. Et in Rudente, Vidulum excidiſſe lenoni dixit, vbi lenonis fortunæ erant collocatæ.

Viduo, duas, diuido, ſeu priuo. Hieronymus contra Iouinianum. Poteſt enim accidere vt anus primo marito in extrema ſenectute viduetur.

Viduus, priuatus, diuiſus. Horatius lib. Carm.
Voce dum terret uiduus pharetra Riſit apollo.
Cicero lib. ii. Tuſculanarum quæſtionum, Sic me ipſe viduus peſtes excipio anxias. id eſt, priuatus.

Vieo, uies, uieui, uietum, penultima indifferente. Horatius in Epo. Quis ſudor uietis, & quàm malus vndique membris. Creſcit odor? Eſt autem Viere, ligare, inflectere: quia vietis uirgis ligare poſſumus quodlibet. Plautus in Menæch. Vides tu illi oculos viere, vt viridis exoritur color? id eſt, in obliquum flectere.

Vietores, qui vaſa vinari religant ſtipantq́.

Vietus, mollis, languidus, flexibilis, ſine ui. Varro de Oporotheeis, Ne quom humorem amiſerint pertinaci uento, mala vieta fiant. id eſt, flexa, & obliqua facta. vnde Vietos, rotarum cantus & ligna contorta dicimus.

Vigeo, ges, gui, uiuo, ſiue potens aut in uigore ſum. Lactantius libro ſeptimo. Quid de Deo? non facile eſt comprehendere, quomodo uigeat ſine corpore. Cicero lib. i. Tuſcul. quæſtionum: Multaq́ ſecula poſtea ſic viguit Pythagoreorum nomē ut nulli alii docti viderentur.

Vigeſima, mæ, tributum ſeu exactio, ſicut decima.

Vigeſimarium aurum, à Liuio dicitur quod ex vigeſimis exigebatur.

Vigeſimus, ma, mū, fit à uiginti. vt, Vigeſimus annus eſt, quo literis operam dedi.

Vigil, dicitur qui non eſt torpens, quales ſunt dormientes, ſed qui in uigore ſuo eſt. A' quo Peruigil, qui aſſidue uigilat, & qui diligēs & induſtrius eſt. Et Vigil, nocturnus cuſtos, qui & excubitor dicitur. à quo p̄fectus uigilum uocatus eſt.

Vigiliæ, nocturnæ ſunt excubiæ diurnæ pariter & nocturnæ. Plau. in Aul. Is adoleſcentis illius eſt auunculus, qui illam ſtuprauit noctu, Cereris uigiliis. Sciēdum Vigilias militares in quaterna horarum ſpacia diuidi: ita ut prima, ſecunda, tertia, & quarta uigilia dicatur. Cæſar, Vbi per exploratores Cæſar certior factus eſt, tres iam partes copiarum Heluetios id flumen traduxiſſe, quartamq́ ferè partem citra flumen Ararim relictam eſſe, de tertia uigilia cum legionibus tribus ex caſtris profectus ad eam partem peruenit, quæ nondum flumen tranſierat. Interdum Vigiliæ dicuntur ipſi cuſtodes qui uigilant. Salluſt. Et ab incendio intelligebat urbem uigiliis munitam. Interdum uocantur profeſti dies, quòd uigilare ante diem feſtum mos eſt in ſacrificiis faciendis, & ſacris hymnis cantandis.

Vigilo, las, non dormio. Per tranſlationem, diligenter audio. Iuuenalis, Sed uigilat conſul
Item Vigilare, eſt ſtudium & diligentiam adhibere. Vnde Inuigilare, eſt alicui rei incumbere. Euigilare, expergiſci, & ad aliquid agendum intentum eſſe. Peruigilare, ad finē uigilare. Aduigilare, iuxta uigilare, ſollicitare, cogitare'ue. Terentius in Andr. Nam ſatis credo ſi aduigilaueris, ex unis mihi geminas cōficies nuptias. Hinc Vigilantia, quæ plerunq; pro diligentia ponitur. Idem in Adelphis, Vigilantiam tuam mihi narras.

Vigiſonus, lacus eſt in agro Patauino.

Vigor, firmitas robur.

Vigoroſus, firmus robuſtus. Cc.

Vilis, & hoc uile, quod quidam à uilla deducunt, una litera abiecta, q̄ omnia in uilla uiliora ſint quàm in urbe. Id eſt, minori precio uendantur. Vile enim proprie dicitur, quod parum ualet, cuius contrarium eſt carum. Ponitur interdum pro abundanti, quia omne quod plurimū abundat, uile eſt. Id eſt, paruo precio uenditur. Vergilius lib. i. Georg.
Si uero uiciamq́ ſeres, uilemq́ faſelum.

Vileo, les. uilis ſum, à quo Vileſco, uilis fio. Auguſtin. Ipſe eſt Deus qui per uniuerſam creaturam quotidiana miracula facit, quæ hominibus non facilitate, ſed aſſiduitate uiluerunt. Id eſt, uilia facta fuerunt.

Vilito, tas, penultima correpta, uile facio. Turpilius, Et querar tua uilia quæ te uilitant.

Villa, domus extra urbem, caſa uillatica, & ſuburbia quæ habitandi cauſſa conſtituta eſt. Domus in proprie in urbe eſt. Plin. Modus hic probatur, vt neque fundus uillam, neq; uilla fundum quærat. Cicero libro primo de Oratore, Quin tu igitur facis idem quod faceres, ſi in aliquam domum plenam ornamentorum uel in uillam ueniſſes. Hæc Pœnorum lingua Magas adpellatur. unde Villæ, magalia adpellatur. dicta Villa, à uehendo, quaſi uehilla, quod in eam fructos conuehebant ex agris. Cuius diminutiuum eſt Villula.

Villanus, qui in uilla habitat. unde & Semiuillanus ſemiruſticus.

Villaris, & hoc Villare, ſicut uillaticus. Plinius lib. x. Villaribus gallinis & religio ineſt, inhoreſcunt edito ouo, excutiuntq́ ſeſe.

Villaticus, ca, cum, quod ad uillam pertinet. Vnde Villatica paſtio, dicitur alimentum quod pertinet ad animalia muta, quæ ruri nutriuntur, utputa pecudes, aues, piſces. Sic dicitur Villaticus canis, qui in uilla tenetur.

Villico, cas, & Villicor, deponens, ſignificat ruſticor. Pōponius, Ego rus eo ut aliquot diebus uillicer. Teren. In Hecyra, Hic uillicor ante urbem. Aliquando Villicari, eſt uillæ præeſſe. Pompon. Longè ab urbe uillicare, quò herus rarenter uenit, non uillicari,

ſed dominaci mea eſt ſententia. Hinc Villicatio, ipſa ruſtica negociatio, uel uillæ diſpenſatio.

Villicones, idem quod uillici, uel præfecti uillicationis ut eſt apud Apuleium in Apologia: qui & epiſtatæ dicuntur.

Villicus, penulti. corre. proprie uillæ gubernator, uel qui præeſt pago, & totius rei ruſticæ curæ. Unde à uilla Villicus nomen accepit. Varro lib. de Re ruſtica. Villicus agri colendi cauſſa conſtitutus, atq; adpellatus à uilla: quòd ab eo in eam conuehunt fructus, & uehuntur quum ueneunt. A quo ruſtici etiá nunc quoque uiam ucham adpellant, propter uecturas: & uellam, non uillam, quò uehunt, & unde uehunt. Oeconomus autem, tam pecuniæ quam frugum, & omnium quæ dominus poſſidet, diſpenſator eſt. Ponitur tamen quandoque Villicus pro ruſtico agricultore. Horatius.

Villice ſyluarum & mihi me reddentis agelli.

Columella libro .xii. Villicus ſemper caueat, ne improuidus ab opere uincaſ. Res eſt agreſtis inſidioſiſſima cunctanti.

Villum, diminutiuum à uinum: ſicut ullus ab unus. Terentius in Adelph. Quid ego nūc agam? niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulū aliquò abeam, atq; edormiſcam hoc uilli.

Villus, pilus. Martialis.

Calfaciunt uilli pallia noſtra mei.

Vimen, omne uirgultum molle & ad ligandum aptū quaſi uinclmen. Columella. Nec refert cuius generis uimen feras, dum ſit lentiſſimum. Plinius. Et aliæ arbores uirgas ſequaces adſicturas lentaſq; ſalix prætenues uiminibus texendis ſpectabili ſublimitate. Fiunt autem uimina ex populorum uirgis, ulmi & ſanguineorum fruticum, & betulæ, & uitis, & coryli intortæ, & ſalicis, quæ principatum obtinet. Hinc Vimineus, nea, neum, quod eſt ex uimine. ut Vaſa uiminea.

Viminale, quod eſt ad ligandum aptū: ſeu quod ptinet ad uimina. Plinius. Hæc eſt uiminalis cultura.

Viminalis collis, dictus eſt Romæ, quòd ibi uiminū ſylua fuit. Vel à Ioue uiminco, q ibi aræ ſint. Hinc Viminalis uia, quæ ad uiminalē collem ducebat. Eadem Numentana, à Numentano agro.

Vinacea, ſunt grana uuæ iam preſſæ. Colu. lib. ix. Vinacea quáuis tolerabiliter paſcant, dari non debēt, niſi quibus tēporibus anni auis fœtum non edit. Eſt & Vinaceus, cea, ceum. Plin. Legimus quendá grano uinaceo ſuffocatum hoc eſt acino uuæ.

Vinago, Palumbis ſiue colūbæ ſpecies, ab uſu (ut puto) labruſcæ, qua ueſcitur. C.

Vinalia, tam ſecūdæ quàm quartæ declinationis, pro die feſto, quo ueteres nouum uinum Ioui libabant, menſe Aprili.

Vinarius, uini uenditor. Unde Lamprid. ſcribit Alexandrum Romanū imperatorē conſtituiſſe corpora uinariorū & caligariorū, & omnino omnium artiū. Et apud Plautū in Aſi. Sarmontio uinarii ex erambi. Suetonius de Claud. Quum de laniis aut uinariis ageretur, exclamauit in curia.

Vinarius, a, um, quod ad uinum pertinet. ut taberna uinaria, uas uinarium, in quibus aut uenditur aut tenet uinū. Plaut. in Pœn. Ita uinariorum habemus noſtræ delectum domi.

Vincia, herba uulgò nota, quæ in lōgū creſcit, obuiaquæq; uinciens, lauroq; folia habet ſimilia: & chamædaphne dī. id eſt, parua laurus. Cc.

Vincio, is xi, ctum, cum n, ante c, ſignificat ligo: quaſi uim iniicio. Vergilius.

Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno.

Huius compoſita ſunt Deuincio, ualde uincio. Cicero Maxima mecum familiaritate deuinctus. Reuincio. Gellius. Videbamus Androclum & leonem tenui loro reuinctum, urbe tota circum tabernas ire.

Vinco, cis, xi, ctum, ſupero. Per tranſlationem ponitur pro exprimo, & quaſi difficultatem rei dicendo ſupero. Vergilius. Nec ſum animi dubius uerbis ea uincere magnum Quàm ſit. Item pro animi compos fio. Idem libro .iii. Georgicorum.

Illi uictor ego & Tyrio conſpectus in oſtro,

Compoſita huius ſunt Conuinco, Deuinco, Euinco, & Prouinco. Deriuata ſunt Victor, Victrix, Victoria, Victorioſus, & Victima. Vincibilis, qui uinci poteſt. Columella libro quarto. Grauem terram, uix ulla cultura uincibilem.

Vinctus, ligatus, & aliquàdo captiuus dicitur. Unde quandoq; pro ſeruo ſumitur. Seneca, Qui unus erat è uinctis Cæſaris, mox libertate donatus eſt.

Vincula, & per ſyncopen Vincla dicuntur ligamina. Colum. lib. iii. Salix humida loca deſyderat, geniſta etiam ſicca: utræq; tamen circa uineam ſerunt, quū palmitibus idonea præbent vincula. Et per tranſlationem dicitur carcer, in quo noxii uincti ſeruantur.

Vinculatus, apud Hieronym. pro vinculis impeditus dicitur.

Vindelicia, puincia Europæ: ſicuti à Ptolemæo lib. iii. ſcribitur. Eſt autem inter Rhetiam, quam habet ab Occaſu, & Noricum ab Oriente. Eam Lycius amnis diſterminat à Rhetia: Enos fluuius diuidit à Norico. A' Septentrione Danubio terminatur: à Meridie alpibus ſupra Italiam extenſis. Eius ciuitas inſignis fuit Auguſta Vindelicia. Vindelicos uicit Druſus in cuius laudem cecinit Horatius: Videre Rheti bella ſub alpibus Druſum gerentem Vindelici.

Vindemia, quaſi uini demia. à uino demendo. Vergilius libro ſecundo Georgicorum,

Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris.

Sunt qui diſtinguant inter Vindemiam & Vindemias, quòd Vindemia ſit totius orbis generaliter: Vindemiæ ſingularium partiū: ut plus ſignificet ſingulare quàm plurale. Sicut plus eſt quum dicimus, per terram pluit, quàm per terras. Tunc enim omne elementum ſignificamus. Transfertur quoq; etiam Vindemia ad alia. Plinius. Prima mellis uindemia melior. Columella lib. decimo. Mox uere tranſacto ſequitur mellis uindemia.

Vindemialis, & hoc Vindemiale, quod ad uindemiā pertinet.

Vindemiatorius, ria, rium, quod ad uindemiam pertinet.

tinet. Varro. Nihilo magis torcula, uaſa uindemiatoria, aut ſerias olearias, ac trapetas.

Vindemio, mias, à quo Vindemiator: cuius de, ſyllaba corripitur metri cauſſa. Hora. in Sermonib.

Vindemiator & inuictus cui ſæpe uiator. Ouidius uerò detraxit a, ut de, ſyllabá produceret, in Faſtis:

At non effugiet uindemitor hoc quoq; cauſſam.

Sic Columella lib. v. Vindemiatoribus quoq; hæ ſemitæ & iugum pædamentaq; ſarrientibus opportuniam laxitatem præbẽt, per quam uel fructus uel ſtamina portentur. Et autem Vindemiator, qui uindemiat. Et Vindemiator, ſidus quod tertio nonas Martii adparet.

Vindex, ꝓprie ultor iniuriæ, & qui alterius cauſſam ſuſcipit uindicandam: ut quos nũc procuratores uocamus. Et Vindex qui ſe ex ſeruili conditione in libertatẽ uindicat. à Vindicio ſeruo ex urbe Setia: q quũ cõiurationẽ de reducendo Tarquinio detexit, liberatus eſt. ut inquit Liui. lib. iii. Hinc & Vindiciæ dicitur ſententiæ, quæ in libertatem adſerunt.

Vindico, cas, pen. cor. proprie ulciſcor. vnde Vindicta. Ambroſi. Non ultionem quærebat, eò uſq; ut dicenti ſibi Saruiæ filio quòd vindicare in eum uellet, non permiſit. Et Vindicare, eſt ab iniuria contumelia'ue aut dãno defendere aut liberare. Cicero. Et eſt ſenectus natura loquatior, ne ab omnibus eam uitiis uidear uindicare. Liuius lib. iii. A' cuius crudelitate uoſmetipſos armis uindicaſtis. Item protrahere, & in libertatem adſerere. Vnde Vindicta, uirga qua ſerui libertate à prætore donabantur.

Vindicta, ultio: aliquãdo libertas, ſiue uirga, qua ſerui libertate donabant. Nam faciendi liberi tres partes ſunt. Vna ut cẽſu liber fiat. Cenſebãtur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Si quis enim cõſentiẽte populo, uel iubẽte domino, nomẽ detuliſſet in cenſum, ciuis Romanus fiebat, & ſeruitutis uinculo ſoluebatur. Altera pars adipiſcendæ libertatis, quæ uindicta uocabatur, ſcilicet uirgula quã prætor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatem uindicabat, dicens quædam uerba ſolẽnia: atque ideo illa uirgula uindicta uocabatur. Tertia pars faciẽdi liberi eſt, ſi quis ſuprema uolũtate in teſtamẽti ſerie, ſeruum liberum ſcripſerit.

Vinea, locus uitibus cõſitus. à uite multa. Vinearum tria ſunt genera: iugata, humi proiecta, & arbuſtiua. Eſt etiã Vinea inſtrumentũ bellicum, ex lignis compactum, latũ pedibus octo, altum ſeptem, longum ſexdecim, tectũ duplici ligno, cratibusq; contexit. Latera quoq; uimine ſepiuntur, ne ſaxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinſecus, ne cremenť, crudis ac recentibus coriis integũtur. Quum plures fuerint, iunguntur ordine, ſub quibus oppugnantes tutius ad muros ſubruendos pugnant.

Vinealis, & hoc uineale, quod eſt aptum ad uineam. Colu. lib. iiii. Sed ne nũc per infinitas terreni ſpecies euagemur, non intempeſtiuæ cõmemorabimus Iulii Græcini conſcriptam uelut formulam, ad quam poſita eſt imitatio terræ uinealis.

Vinearius, ria, riũ, quod eſt uineæ, uel quod ad uineã pertinet. Colu. lib. vi. Validam uitem in ramos deducere cenſeo, & traducibus diſpergere atq; durare, certosq; uinarios colles præcipitare.

Vineaticus, ca, cum, quod ad uineã pertinet. ut falces uineaticæ. Varro. Sic alia quocũq; nõnulla genera ſpecies habẽt plures, ut falces. Nam dicuntur uineaticæ opus eſſe ſex. Colu. lib. v. Ais unũ atq; alterum reprehendiſſe, quippe ſeminibus uineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri.

Vinetũ, locus ubi multitudo uitis conſita eſt. hoc eſt, ubi multæ uites uel multæ uineæ ſunt. Col. lib. v. Cui uineta facere cordi eſt, faciat uitiarium ex quo poſſit agrum uineis ueſtire.

Viniolos, q' molliter ſe gerit & effœminate.

Vinitor, penulti. correp. ruſticus uinearum cultor. Columel. lib. ii. Separandi ſunt aratores à uinitoribus.

Vergilius lib. ii. Georgicorum.

Iam canit extremos effœtus uinitor antes.

Vinolentus, ebrioſus, uino ſe ingurgitans.

Vinoſus, qui ad uinũ adſectus eſt. Plinius ait, idcirco Vinoſos dici homines, quòd ſoli animalium non ſitientes bibunt. Vinoſus ſuccus (ut idem autor eſt) proprie eſt moro, pyro, myrto. Idem. Inter mala Punica genera uinoſa quædam adpellat, quæ aluum ſiſtunt & ſtomachum.

Vinulus, pen. cor. molliter ſe gerens, & minime uiriliter: quod facit illecebroſus. Plaut. Compellando blãditer oſculando, oratione uinula uetuſta.

Vinũ, à ui deducitur: quòd uim inſerat menti. Et in plurali habet uina & uinis. Ouidius.

Et Venus in uinis, ignis in igne fuit. Martial.

Reſinata bibit uina falerna fugis. Quatuor ſpeciei ſunt vini ſapores: dulce, acutum, lene, & auſterũ. Primus Noe vinũ inuenit, ſicut ſacræ teſtanť literæ. At gentiles docent Bacchũ vini repertorem fuiſſe. Primus verò Italis Saturnus dedit è Creta in Latiũ aduectus. Vinũ tortiuũ, quod nouiſſime expreſſum eſt, Protopũ, antequam calcenť vuæ ſponte defluẽs. Diminutiuũ à Vinum eſt Villũ: quod etiam Vinellum dicitur. Vel vinum ἀπὸ τοῦ οἴνου.

Vio, uias, uiaui, uiatũ, ſignific. iter facio. unde Viator, qui uiat.

Viola, quaſi minime violata, per antiphraſin. Vel quòd non uiolanda. Vel ab olendi ui. Vel per diminutionem à Græco ἴον. Violarũm tria ſunt genera. Nam eſt Viola purpurea, quæ nomen Græcum tenet, & adpellatur ἴον ἄνθος, quod eſt, uiola flos. vnde & ueſtis ianthina. Hanc eandem quidam à colore baccæ vacinũm dixerunt, vt inquit Apuleius, Secũda eſt lactea. Tertia eſt coloris palliduli.

Violabilis, qui aptus eſt ut uioleť: ut inuiolabilis, qui non facile uiolari poteſt.

Violaceus, cea, ceũ. Idẽ quod purpureus. qui in uiolæ colorẽ tendit. Corn. Nepos: Me iuuene uiolacea purpurea uigebat. Violaria, loca ubi naſcunť uiolæ. Verg. lib. iiii. Geor. Irriguũ libãt uiolaria fontẽ.

Violaris, & hoc Violare, quod eſt coloris uiolæ. Plautus, Flammari uiolari ueſte.

Violarius, rii, dicitur uiolacei coloris infector.

Violentus, qui vim facit.
Violo, las, pen. cor. corrūpo, polluo, & quaſi vim inſe ro: quod ꝓprie de virgine dr. Verg. xii. Aeneidos. Indū ſanguineo ſi quis violauerit oſtro Si qs ebur.
Vipera, penul. corre. ſerpentis genus: quòd ui pereat. Nihil enim attinet ad huius dictionis etymologiam pario. Nā deberet tunc dici Vipara, non autē Vipera. De Vipera verò Nicander ita ſcribit, adpellans ipſam echidnam, quæ tamen dicitur echis. Vulgò dicunt maraſſum. Vnde ait Nicander.
Θολερῷ κυνόδοντι
Θουρὸς ἀνὴρ ἐμφῦσα κάρην ἀπέκοψεν ὁ μάλιστα,
Οἱ δὲ πατρὸς λώβην μεθύπερθεν ἀντικα τοῦ δὲ
Γεινόμενοι ἐχιῆες ἄφαρ διὰ μητρὸς ἀραιὴν
Γαστέρ᾽ ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.
Nam corroſis lateribus exeunt pulli cum matris interitu. De eadem & Plinius multis in locis, maximè vero lib. x. cap. lxii. Viperæ, mas, caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit oua vnius coloris, & mollia ut piſces. Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde ſingulos diebus ſingulos parit, viginti ferè numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occiſa parente. A' Vipera fit Viperinus, na, num. Plinius. E' uiperina carne fiunt theriaci paſtilli.
Vipiones, ſunt minores grues: ſicut pipiones minores columbi. Plinius libro. ix. in Balearibus inſulis ait in honore menſarum eſſe vipiones. Sic enim vocāt minorem gruem.
Vir, à ui dicitur: quòd ui, hoc eſt, potentia præſtet. Et modò reſpectu ætatis dicitur Vir. Plinius. Quod non modò in puero ſiue adoleſcente: ſed etiam in viro admiratione dignum uideretur. Modò reſpectu ſexus: ut, Eſt'ne vir an mulier? Vnde Semiuiri, dicūtur eunuchi, & molles atq; effœminati. Modò reſpectu cōiugii: ut, unius uxoris uir. Nec ſolum de hominibus, ſed etiam de brutis. Vergilius. Vir gregis ipſe caper. Modò reſpectu fortitudinis. Virū enim hominem præſenti excellentiq; animo nūcupamus. Curtius. Exurgite, inqt, aliquando ſi uiri eſtis. atq; arma capeſſite. A' Vir fit Semiuir, Duūmuir, Triūmuir, Quinquéuir, Septémuir, Decémuir, Centúmuir, Leuir, Vir potens, Vir illuſtris, Vir deuotus, Vir magnificus, Vir ſpectabilis: quæ omnia (ſecundum Priſcianum) ideo compoſita accipiuntur, quia ſub uno accentu pronunciantur.
Virago, penul. produ. mulier fortis: quæ uiro ſimilis ſit, & uirilia opera faciat.
Virbius, uir bis dictus, quo nomine dictus eſt Hippolytus Theſei & Hippolytæ Amazonis filius. unde in dictio. Hippolytus.
Vireo, res, uiridis ſum. Vergilius lib. vi.
Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum Fronde virere noua. Hinc Vireſco, viridis fio, & ſic primam ſyllabam corripit. Statius lib. i. Syl.
Exuit atq; alios melior reuireſcit in annos.
Hinc etiā Euireſco, quod eſt, ſine uiriditate fio. Varro. Atq; ex ſanguinibus dolore euireſcat color. Interdū Vireſcere, ſignificat maiorē uiriū fieri: & ſic primā ſyllabā producit. Verius in Poematis.
Hinc creſcunt animi, uireſcit uulnere uirtus.
Viretum, locus uiriditate plenus: uel ipſæ herbæ uirentes. Colu. lib xii. Ficus neq; nimium uireta, neq; nimium matura legi debet, & in eo loco expādi qui toto die Solem accepit. Hic Vireta, id eſt, uiridia, & male matura accipit.
Virga, dicta eſt qđ vim gerat ligando verberādo'ue. A' quo nomine fiunt tria diminutiua, ſcilicet Virgella, Virgula, & Virguncula. Sed Virgula etiam linea dicitur. Et Virguncula puella.
Virgeus, gea, geum, quod eſt factum ex uirgis. Vergilius libro primo Georgicorum.
Virgea præterea Celei viliſq; ſupellex. Id eſt, vaſa de vimine facta.
Vergilius, Mantuanus poeta celeberrimus, Marone Maiaq; natus: qui primum apud Latinos inter poetas obtinet locum. Sed ſunt ex recētioribus, qui Vergilium non Virgilium ſcribi debere autument.
Virginalia, ſubſtantiuū, uirginitatis ſunt ſigna, ut ait Auguſtinus in Quæſtionibus ſuper Deuteronomiū.
Virginalis, & hoc Virginale, quod eſt dignū virgine. Quāuis & pro virgineo quandoq; accipiatur, quale eſt illud: Deus, qui uirginalē aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es.
Virgindemia, collectio virgarum: ob uerbera, aut ad aliquid vinciendum. Varro in Aga. Quid triſtiorem uideo te eſſe? an ideo quia ſcapulæ metuunt virgindemiam?
Virgineus, nea, neum, quod eſt aut fuit uirginis.
Virgo, à uiridiori, id eſt, ualidiori ætate adpellata eſt. Vnde & matres ſæpe virgines dicitur. Vergilius de Paſiphae, quæ trium liberorum mater erat.
Ah virgo infelix quæ te dementia cepit?
Nunc uero Virgo generis communis, & tam marem quàm fœminam ſignificat, rei Venereæ expertē. Sicut mulice à mollitie dr, quæ amplius uirgo non eſt. Cicero obiurgantibus, quòd ſexagenarius Popiliam virginē duxiſſet: Cras mulier erit inquit. Vlpianus. Quòd ſi ego me uirginē emere putarē, quū eſſet mulier, emptio non ualebit. Veteres etiā omne incorruptum & intactum, Virginem dixerunt. Cicero. Philoſophia caſta, uerecunda, incorrupta, uirgo.
Virgulata, ſeu Virgata ueſtis, dicebat (vt Iulius Poll. inquit) tunica in qua intexebantur uirgæ purpureæ, hoc eſt, lineæ: quas Græci *πάρυφον*. Sed eas ueſtes Grammatici interpretantur purpureas: quòd uirga Gallorum lingua dicatur Purpura. Vergil. lib. viii. Virgatis lucent ſagulis.
Virgultum, multitudo uirgarum pullulantium.
Virgúcula, diminutiuum accipitur pro parua puella, & pro parua virga.
Viriatus, magnarum uirium. Lucilius. Cōtra flagitiū neſcire bello uinci à barbaro uiriato Annibale. Et Viriatus Luſitanorum ducis nomen, qui vir callidiatis acerrimæ fuit: quippe qui ex uenatore latro, ex latrone ſubitò dux atq; imperator factus, Romanos exercitus contriuit: ſed tandem ſuorum fraude interſectuſ

ſeſtus eſt. Hinc Viriatinum bellum dictum eſt.

Viriculæ, diminutiuum à uiribus, hoc eſt, puſillæ uires. Dicimus etiam Viriculas patrimonij, puſillũ matrimonij, ſiue facultatulam.

Viriculum, genus teli, terebra vulgò, à græcis ceſtron dicitur.

Viridarium, locus in quo ſunt herbæ & plantæ uirentes, & amœnitate refertus. Suetonius in Tybe. Militem prætorianum ob ſurreptum è uiridario pauonẽ, capite puniuit.

Viridia, dicuntur prata, ſeu horti arboribus conſiti, uoluptatis cauſſa comparati.

Viridicatus, ta, tum. Cicero ad Q. Fratrem: Equidem hoc quod melius intelligo, adfirmo mirifica ſuauitate, te uillam habiturum, piſcina, & ſalientibus additis, paleſtra & ſylua uiridicata.

Viridis, & hoc uiride, à uigore dr. Vnde dicimus uirides plantas, quæ nondum aruerũt, & in uigore ſuo ſunt. Et quoniã in his herbaceus color eſt, eum etiã colorem uiridem dicimus. Vergilius.

Iam ſenior, ſed cruda Deo uiridiſq; ſenectus.

Viridis mulier, Plin. in Epiſto. Numidia Quadratilla paulominus octogeſimo ætatis anno deceſſit, uſque ad nouiſſimam ualetudinem uiridis.

Virido, das, uiridem facio, à quo Viridans, quod eſt uiride. Plin. Viridantiũ & alia plura ſunt genera.

Virilis, & hoc uirile pen. prod. quod eſt uiri: ut opus uirile. Aliquando dr fortis, magnanimus. à quo Virilitas: & aduerbium Viriliter.

Viripotens, cum accẽtu in antepenultima, dicitur uirgo, quæ annos pubertatis exceſſit, & quæ iam uirum ſuſtinere poteſt.

Viritanus ager, qui uiritim populo diuidebatur.

Viritim, aduerbium: ſignificat per ſingulos uiros. Cato: Præda quæ capta eſt uiritim diuiſa. Dr etiam de uno uiritim. Horatius in Epiſtolis.

Quod legeret tereretq; uiritim publicus uſus.

Curtius. Si qs uiritim dimicare uellet prouocauit.

Viro, ras, fortifico. A' quo Euiro, de quo ſuprà.

Viror, & uiriditas, ſunt eiuſdem ſignificationis.

Viroſa mulier, dr quæ uiri adpetens eſt: ſicut mulieroſus, uir mulieris adpetens. Et Viroſi loci à Catone dicuntur, q coitum uiri adfectant. Et ſic habẽt primam correp. Lucilius, Vetulam atque viroſam uxorem cædam potius, quàm caſtrem egomet me. Et Viroſus, ſa, ſum, à uirus fit, & habet primam productã, ſignificatq; quod eſt mali odoris: & quãdoq; quod eſt mali ſaporis. Vergilius.

Viroſaq; pontus Caſtorea.

Conſtat enim caſtoreum fœdi & execrandi odoris eſſe, adeò ut prægnantes odore eius eiiciant fœtũ. Varro. Rancidam carnem adpoſuit nobis & uiroſam. Id eſt, mali ſaporis. Poteſt etiam dici Viroſus pro forti, à uiribus.

Virtus, à uiro dicta eſt, & proprie fortitudinem ſignificat: quòd uiri maxime fortitudo ſit, ſiue quòd uir fortis dicitur. Vergilius.

Tunc pudor incendit uires & conſcia uirtus.

Lactantius libro de Opificio Dei. Vir nominatus, quòd in eo maior uis eſt quàm in fœmina: & hinc Virtus nomen accepit. Vnde quum uirum dicimus, non tam ſexum ſignificamus, quàm robuſtum & fortem. Viri enim propria uirilitas eſt & robur. Et tunc definitur Virtus, quòd ſit perferendorũ malorũ fortis atq; inuicta patiẽtia. Quoniam autem fortitudo cæteris uirtutibus antecellit, factum eſt ut rectæ animi adfectiones, Virtutes adpellent. Sic quicquid uitio contrarium eſt, Virtus dr, quæ ſic definiri ſolet: Virtus, eſt adfectio animi conſtans conueniẽsq;, laudabiles efficiens eos in quibus eſt: & ipſa per ſeſe ſpõte ſeparata etiã utilitate laudabilis. Horatius.

Virtus eſt uitium fugere & ſapientia prima.

Ariſtoteles. Virtus eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens. Seneca. Virtus non aliud quàm recta ratio eſt. Auguſt. lib. 4. de Ciuita. Dei. Virtus à ueteribus definita eſt ars bene recteq; uiuẽdi. Vnde ab eo quod Græce ἀρετὴ dr Virtus, nomẽ artis Latinos traduxiſſe putauerunt. Virtutem antiq Deam fecerunt: quam Auguſtinus non eſſe Deam, ſed donum Dei adſerit. Lucilius de Virtute.

Virtus albini eſt precium perſoluere: uerũm

Virtus eſt homini ſcire id quod quæq; habeat res.

Virtus ſcire homini qd rectũ utile, qd ſit honeſtum.

Quæ bona, q̃ mala, itẽ qd̃ inutile, turpe, inhoneſtũ.

Virtus quærendæ finem rei ſcire modumq;.

Virtus diuitiis precium perſoluere poſſe.

Hoſtẽ eſſe atq; inimicũ hominũ morumq; malorũ.

Contrà deſenſorem hominum morumq; bonorum.

Hos magnifacere, his bene velle, his viuere amicum.

Commoda præterea patriæ ſibi prima putare:

Deinde parentum, tertia iam poſtremaq; noſtra.

Aliquando Virtus dr uis illa, qua res cuius eſt uirtus perfecta reddit. Cicero libro quinto de Finib. bon. & mal. Atqui in ſenſibus eſt & ſua cuique uirtus. Aliquando pro ope & auxilio. Plautus. Deum uirtute eundem hoſpitio accipiam. Aliquando pro merito. Idem Quæ improba eſt merx, preciũ ei pro uirtute ut ueniat.

Virulentus, qui eſt plenus ueneno. Gellius. Vt ſerpentium uirulentorum domitores ſint.

Virus, indeclinabile & generis neutri: quod & Virus, ri, apud antiquos, ſicut vulgus, gi, dr. Lucretius.

Liquit enim ſupra tetri primordia uiri.

Et proprie ſignificat aſperitatem odoris in homine iam adulto. Quippe talis odor in puero nõ eſt, nec ante coitum mulieris. Plin. Prodeſt et ad uirus alarũ. Idem. Signum eſt uernis temporibus odoris uirus. Aliquando ſignificat aſperitatẽ ſaporis. Idem. Aqua marina uetuſtate uirus deponit. id eſt, amaritudinẽ illam & ſalſedinem. Idem. Virus mali medici. Id eſt, acor & amaritudo. Aliquando aſperitatem coloris. Idem de ſanguine purpuræ. Tum ſupadditum decoquit uirus. Aliquando genituram, id eſt, humorem qui è genitalibus fluit. Idem. Virus uerrinum à ſcropha à coitu exceptum, prius quàm terram attingat, grauitati aurium pdeſt. Aliquando uirtutem naturalem. Lucretius libro ſecundo.

Concoctos q; ſuo contractus perdere uiro. Plinius

de magnete: Sola hæc materia uirus ab eo lapide accepit, retinetq; longo tempore, aliud adpendens ferrum. Aliquando virorem ſeu herbas virētes. Statius lib.i. Syl. Atq; omne benigne
Virus odoriferis Arabum quod creſcit in aruis.
Plerumq; Virus pro veneno ponitur. Vergil.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris.

Vis, huius vis, adcuſatiuo uim. Pluraliter vis, adcuſatiuo uis, vocatiuo uis. Salluſt. lib. iii. Hiſtor. Male iam adſuetum ad omnes vis cōtrouerſiarum. Ponitur autē Vis pro virtute. Salluſtius, Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt. Aliquando pro poſſibilitate ſeu fortitudine. Vergilius,
Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis.
Aliqñ pro uiolentia. Idem. Fit uia ui, rumpunt. Hinc Violo, las. Aliquando pro multitudine ac copia. Liuius, Magna uis ex Sicilia aduecta. Salluſtius, Secunda tempeſtate ex Ponto uis piſcium erupit. Aliquando pro celeri impetu.

Viſcerari, veteres dixerunt carnē populo diſtribuere.

Viſceratim, aduerbium ſignificat per viſcera. Ennius, Diſſipat viſceratim membra.

Viſceratio, crudæ carnis diſtributio, quæ fieri ſolebat vel in ſolemni feſtiuitate, vel in funere alicuius excellentis perſonæ. Gellius, Tum in Albano viſceratio Latinis data. Liuius lib. viii. Et populo uiſceratio data à M. Flauio in funere matris. Seruius, Viſceratio eſt caro, à viſcere nomine dicta.

Viſcoſus, ſa, ſum, quod eſt tenax. Dicitur etiam Viſcidum.

Viſcus, ſci, & Viſcum glutinum quod ad aucupium pertinet. Nā uiſco propter eius tenacitatem aues capiuntur. Horat. in Serm.
Summus ego & propè me uiſcus turrinus.
Plinius li. xvi. cap. xliiii. Viſcum fit ex acinis, qui colliguntur meſſium tempore immaturi. Et Viſcum antiqui dicebāt eſſe rete. Hinc fit Inuiſco, ſcas, quod eſt viſco inficio.

Viſcus, ſceris, caro non tantum inteſtina, ſed quicquid ſub corio eſt. id eſt, caro quæ eſt inter oſſa & cutem. Vnde & Viſceratio, dicitur conuiuium de carnibus factum. Vergilius,
Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.
Ambroſius, Oſſa oīa tenui operta ſunt viſcere. Hinc Euiſcero, ras, quod eſt, uiſcera extraho. Verg. lib. xi.
Compreſſamq; tenet, pedibusq; euiſcerat uncis.

Viſibile, quod videri poteſt: ſicut Inuiſibile, quod videri non poteſt. Cc.

Viſito, tas, frequētatiuū eſt à viſo, à quo fit Viſitatio, quæ proprie ad officiū pertinet. Plau. in Curc. Ibi me interrogat, in Epidauro Lyconem trapezytam ſi nouerim. Dico me nouiſſe. Quid lenonem Cappadocē? annuo viſitaſſe. Hic Viſitaſſe, pro ſæpe vidiſſe capit, ſicut in Epidico: Noſcito hanc, nā videor neſcio ubi me vidiſſe prius. Eſt'ne ea? an non eſt, quā animus retur meus? Dii boni, viſitaui antehac: certe ea eſt.

Viſo opus eſt, ſignificat oportet uidere.

Viſo, ſis, ad videndū eo. Cicero ad Atti. Cupio equidem & iam pridem cupio Alexandriam reliquamq; Aegyptum uiſere. Id eſt, ad videndum ire. Terent. in Hec. Non viſam vxorē Pamphili, quū in proximo ſit ægra? Illud verò in Andr. Id viſo tu'ne an illi inſaniant, exponit Dona. ad uidendum uenio. Aliquādo ponitur pro video tantum, præſertim quādo iungitur cum eo, is, aut uenio. Plaut. in Rud. Nunc huc ad Veneris fanum venio uiſere rem diuinam facturum ſe dixerat. Terent. in Hecy. Poſtquàm acceſſiuit ſæpius, ægram ſimulant mulierē: noſtra illicò it viſere, ad eam admiſit nemo. Et in Phorm. Vultis'ne eamus viſere? In compoſitis etiam. Terent. in Andr. Reuiſo quid agant. Redeo (inquit Donatus) ut uideam quid agant. Et in Adelphis, Hera ego hinc ad hor. prouiſam, quàm mox uirginem acceſſant. Prouiſo, inquit, duas res ſignificat: procedo, & video. Plautus in Menæch. Prouiſam quàm mox vir meus redeat domum. Similiter quando gratia, cauſſa, ſtudio, & huiuſmodi iunguntur gerundiuo. Salluſtius, Multi autem qui è caſtris uiſendi aut ſpoliādi gratia proceſſerant, uoluētes hoſtilia cadauera, amicum alii, pars hoſpitem, pars autem cognatos reperiebant. Teren. in Hec. Ne mittas quidem viſendi cauſſa quenquàm. Verg. Vndiq; viſendi ſtudio Troiana iuuentus Circumfuſa ruit. Ex quibus datur intelligi, hoc verbum non eſſe deſyderatiuum, ſicut multi putant: ſed magis excitatiuum. Nam ſi Viſendi, pro deſyderio uidēdi in iſtis ſumeret, ſenſus eſſet ineptus, ex gratia, cauſſa ſtudio: quæ quum pro deſyderio capiantur, ſuperflua forēt. A' Viſo fiunt compoſita Circumuiſo, Inuiſo, Prouiſo, Reuiſo.

Viſum eſt, faciendum facere, modus dicendi: vt, Viſum eſt facere vt te admonerem, quod eſt, putaui te admonendum.

Viſus, ſus, & viſio, onis, ipſe uidēdi actus: ſicut guſtus, pro actu guſtandi. Verg. Horrendum viſu. Ponitur interdum pro eo quod videtur. Idem lib. vii. Rīte ſecundarent uiſus. Viſiones autem phantaſiæ dicūtur. Quintil. Quas phantaſias Græci uocant, nos ipſi viſiones vocamus: per quas imagines rerum abſentium ita repræſentantur animo, vt eas cernere oculis, ac præſentes habere videamur. Viſio enim, modò ſignificat inſpectionem. Apul. Ciuitas cuncta uacua ſtudio uiſionis. Modò id quod in ſomnis uidetur, ut inquit Macrob. quādo eodem modo quo adparuerat eueniet. Græce ὅραμα vocant. Præterea Viſa ſomnia dicitur, & nocturna, ſiue etiā diurna phantaſmata: quæ etiam vigilantibus adparent. Verg.
Hoc viſum nulli non ipſi effata ſorori eſt.

Vita, à uiuo, uis, & modò animam ſignificat, ſine qua nemo viuit. Et hæc triplex eſt. Seminalis, quæ & vegetatiua dicitur & nobis cum arboribus communis eſt. Senſualis, quæ cū pecoribus. Intellectualis, quæ cum ſolis angelis. Modò denotat mores. Cic. li. ii. ad Heren. Deinde uita hominis ex antè actis ſpectabitur. Modò alimentum, ſeu victum. Terent. Eadē quippe homo iam grandior, cui opera uita erat. Modò fortunam. Terentius: Nam tua quidem Herclè hæc uita certè expetenda atq; optanda eſt. Variatur in plurali. Cic. Serpit per omnium uitas amicitia. A'

Vita fit

Vita ſit Euitari: quo vſus eſt Cicero in Tuſculanis quæſtionibus.

Vitabundus, idem quod vitans. Salluſtius, Marius uitabundus claſſem hoſtium ad oppidum peruenit.

Vitalis, & hoc Vitale, quod vitam præſtat.

Vitalis, ſubſtantiuum, proprium nomen eſt.

Vitellina, ſalicis ſpecies eſt. Cc.

Vitellus, à uita, dictus eſt oui pars rubra, quòd ex eo viuat pullus, ipſum animal ex albo liquore oui corporatur: cibus eius in luteo, hoc eſt, in uitello. Horatius in Sermon.
Quatenus ima petet voluens aliena vitellus. Mart.
Candida ſi croceos circunfluit vnda vitellos.

Vitex, ſalicis genus ex quo vaſa viminea fiunt.

Vitiarum, vitium ſeminarium. Colu lib. iiii. Vitiarium neq; ieiuna terra neq; vliginoſa faciẽdum eſt, ſuccoſa tamen ac mediocri potius quàm pingui. Et paulò ſupra: Cui vineta facere cordi eſt præcipue caueat, ne alienæ potius curæ quã ſuæ credere velit, ne'ue mercetur uiuiradicem, ſed genus ſurculi probatiſſimum domi conſerat, faciatq; vitiarium, ex quo poſſit agros vineis veſtire. Et Vitiarium, locus in quo ſunt vites: ſicut pomariũ, vbi ſunt poma. Var. lib. 1. de Re ruſti. Ideo in uitiario primitus quum exit vitis, tota reſecari ſolet, vt firmiore ſarmento è terra exeat, atq; in pariendis colibus uites habeat maiores.

Viticula, diminutiuum, à vite. Vergilius in Diris,
Dulci nanq; tumet nondum viticula Baccho.

Viticulus, capreolus vitis. Plinius, Frutex ſolio hederæ minus: tamen longis viticulis.

Vitigeneus, a, um, q̃d ex uite fit, ut Vitigineum ſimulachrum.

Vitilia, dicuntur quæcũq; ſic lenta ſunt, ut commode flecti poſſint, à vinciẽdo dicta, vt vitex, vitis, vimina, viticulæ. Plinius lib. xix. Cucurbita omni modo faſtigiatur, vaginis maxime vitilibus. Idem, Non multum à ſalice vitilium uſu diſtat.

Vitiligatores, dicti ſunt obtrectatores: ex vitiis & litigatoribus compoſita dictio. Pli. in prologo. Scio ergo quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palàm proferantur, multos fore qui vitiligent.

Vitiligo, totius corporis vitium eſt. Nam Vitiliginem faciunt diuerſi coloris maculæ, per omnia membra diſperſæ. Dicta Vitiligo, vel à vitio, vel à uitulo, propter eius membranæ candorem, qua naſcitur inuolutus. Et hanc maculam Græci alphon (unde nos album dicimus) adpellãt, ut inquit Feſtus allegans Lucil. Hæc odioſa mihi vitiligo eſt, vnde dolet inquit. Sed Cælius Vitiliginem dicit eſſe herbã quæ alphos dicitur, quia alba: quum & alia quoque ſit guttis diſperſa, quæ melas à colore nigro dicitur: vtraque tamen ſerpit. Ob hanc igitur ſimilitudinem, Vitiliginem magis dictam puto. Non enim hæc herba ſiue virgultum (vt ait Feſtus) à vitulo, vel à uitio: ſed à vite nuncupatur: cuius natura eſt, vt ſine adminiculo ſtare non poſſit. De morbo ſic meminit Apuleius in Magia: Quum caro in humorem craſſum & ſpumidũ inimico igni colliquefacit, & ſpiritu in idem parto ex candore compleſſi aeris albida & humida tabes fluit. Terra namq; tabes ſi foras è poris proſpirauit, maiore dedecore quàm noxa diffunditur: pectoris primorem cutem uitiligine inſignit, & omnibus maculationibus conuariat. Plinius lib. xx. Ferũt eos qui quotidie edunt capparim, paralyſi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix eius vitiligines albas tollit. Martialis lib. iii. linguæ uitiliginem dedit per quandam ſimilitudinem, quum inquit: Scabros dentes, vitiliginemq; linguarum, quas in ſola equidem ciuitate contraxerat.

Vitiligo, gas, pe. cor. obſtrigilo, carpo, criminor, mordeo, vnde Vitiligatores.

Vitio, tias, corrumpo, deſtruo. Lactantius lib. vii. Aer vitiabitur, ac corruptus & peſtilens fiet. Plautus in prolo. Aului. Eius filiam Lyconides uitiarat. Nam Vitiatam virginem dicimus, quum pudicitiã amiſit. Et Vitiare, eſt fœdare. Apuleius: Vtroq; oculo uitiatus. Hinc Corpore vitiatos dicimus, qui cæci, vel muti, vel claudi nati facti'ue ſunt. Hinc Vitiatio, corruptio. Vitioſitas vero vitium dicitur.

Vitio dare, eſt culpare, vituperare. Terentius in And. Nunc quã rem uitio dent quæſo animaduortite. Et paulò pòſt pro eodem. Id iſti vituperant factum.

Vitioſi magiſtratus, dicũtur vitio creati. Vnde apud Liuium legimus expugnatum eſſe, vt vitioſus dictator per augures fieret. Cicero in Philip. Vitioſum conſulem adpellat, hoc eſt, uitio creatum ex augurum diſciplina. Quando enim comitia Romæ habebantur cauſſa magiſtratuum creandorum, ſolebant augures de cælo ſeruare, ſi aut fulmen vidiſſent, aut tonitrua audiuiſſent. Qua re per augures nunciata, illi magiſtratus Vitio creati eſſe dicebantur, & ita ſe abdicare cogebantur.

Vitioſitas (vt Cic. lib. 4. Tuſcul. quæſtionũ inquit) eſt habitus aut adfectio in tota vita inconſtans.

Vitis, à vino dicta eſt, quòd ferat vinum. Varro, Et uitis, eò quòd inuitetur ad uuas percipiendas, dicta primo videtur. Erat & Vitis geſtamen centurionis, non carnificis aut lictoris. Honorificentior enim pœna quæ à centurione, quàm quæ à lictore eſſet illata. Vnde Iuuenalis,
Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Vitiſator, pen. cor. qui vites ſerit. Quo nomine dictus eſt Saturnus. Vergilius,
Vitiſator curuam ſeruans ſub imagine falcem.

Vitiſcere, eſt uitem facere. Colu. lib. iii. Reliquas gemmas quæ in terram abſconduntur, exceptis quatuor imis ſic adradas, ne in ſumma radice uitiſcat.

Vitium, proprie dicitur q̃d uirtuti opponitur: à uitio, quòd uitandum ſit ac fugiendum. Seneca: Si quid uitii commiſit. Aliquãdo dicitur error. Plinius: Librũ uitiis plenum. Aliquando morbus. Quamuis ob inuicem ſeparentur, quòd morbus ſit habitus quidam contra naturam, qui uſum rei facit deteriorem, ut febris, inſania. Vitium uero, perpetuum corporis impedimentum ut cæcitas, claudicatio, uecordia. Et nõ ſolum in homine, ſed in aliis quoq; rebus dicitur. Cicero. Pæto: Sed nihil eſt in parietibus aut tecto vitii,

Verſus, a, um, participiũ. verſus verſus eſt in luctum.

Verſus, us, carmen, à verto. Cicer. pro Archia poeta: Nam ſi quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis verſibus percipi, quàm ex Latinis, vehementer errat: propterea q Græca leguntur in omnibus ferè gentibus. Latina ſuis finibus, exiguis ſanè continentur. Interdum Verſus ſignificat ordinem, ſeu tractum. Vergilius,

Ille etiam ſeras in uerſum diſtulit ulmos.

Interdum cantum. Plinius, Cantũ imitantur luſciniæ iuniores, uerſumq; quem imitentur accipiunt.

Verſus, præpoſitio, adcuſatiuum requirit, & ferè ſemper poſtponitur. Plautus. Ego portum verſus pergã & perquiram, quem ſi non inuenero, domum uerſus reuertar. Dicimus etiam Quoq; verſus, Quaq; verſus, Vtroque verſus, id eſt, in vnamquanque partem, quocunque, in vtranque partem. Habet quandoque adiunctam aliquam præpoſitionem, ut ad Occidentem verſus, ad caſtra verſus, in forum verſus. Cicero in Lælio. Is primum in forum verſus inſtituit agere cum populo. Quandoq; aduerb. ut Surſum uerſus. Dicimus etiã Verſum. vnde Aduerſum, & aduerſus.

Verſutus, qui vertitur. Plautus in Epidi. Verſutiores quàm rota figularis. Cicero libro tertio de Natura Deorum. Verſutus à uerſando dicitur, cuius tanquã celer rota mens verſatur. Aliquando tamen Verſutus pro perito ponitur. Plaut. nec magis verſutum, nec quo careas ægrius. Proprie tamen Verſuti, dicũtur qui mentem crebrò ad malitiam vertunt. Hinc Verſutia, calliditas, malitia. Verſutiloquus, & Verſutiloquax.

Vertagi, dicuntur canes ſponte in venationẽ exeũtes, prædamq; domum referentes. Martialis.

Non ſibi ſed domino venatur vertagus acer,
Ille ego ſum leporem qui tibi dente feret.

Vertebra, penul. corr. ſiue Vertibulũ, dicitur vbi ſummæ oſſium partes non æqualiter finiunt, ſed quibuſdam craſſioribus nodis conglobatæ, & ſubſtringuntur facilius neruis, & tutius vertuntur.

Vertere ſolum, dicebantur vrbe cedentes, ſiue ob decoctam creditoribus pecuniam ſiue ob exilium. Liuius lib. iii. Collegæ eorum exilii gratia ſolum uerterunt. Cicero pro Cecin. Qui uolunt pœnam aliquã ſubterfugere, aut calamitatem, eò ſolum uertunt. id eſt, locum mutant.

Vertex, qui & Vortex, à uerto, is, proprie Vertices dicuntur contorti uenti ac rotati: à quibus fit qui typhon uocatur. id eſt, uibratus. Vortice (vt inquit Apuleius in Coſmog.) torquetur humus arida, & ab imo erigitur ad ſummum. Ventus (autore Seneca libro quinto Naturalium quæſtionum) aliquo promontorio repercuſſus atq; in ſe volutatus facit vorticem, qui circumactus, & eundem ambiens locum, ac ſe ipſa vertigine concitans, vertigo vocatur. Docet Quintilianus li. viii. Verticem eſſe contortam in ſe aquam, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur. Vergilius. Ingens à vertice pontus. Cicero Libro ſecundo Tuſcula. per tranſlationem Vertices dolorũ dixit, pro vertigine rationeq;, quæ in doloribus circũagit, lancinatq; præcordia. Inde propter flexum capillorum pars ſumma capitis dicitur Vertex, ſiue quia ad occipitium in decliue uertitur. Vnde dicere ſolemus. A' vertice uſque ad calcem. id eſt, à principio uſque ad finem. Apuleius tamen id Verticẽ adpellat, quod tenui cute capilliſq; contegitur, qui in dogmate Platonis ſic ſcribit Denique ipſius capitis verticẽ ſpecta tenui cute contectum capilliſq; hirſutum, aduerſus vim frigoris & caloris. Plinius lib. vi. binos hominum tantum aliquibus uertices dat, quũ ait: Vertices bini hominum tantum aliquibus: capitis oſſa plana. Ab huius ſimilitudine, quod in montibus eminentiſſimum eſt, Vertex adpellatur: quoniam quæ ibi naſcuntur, partim in dexteram, partim in ſiniſtram vertant. Item altiſſimæ partes cœli, quas Græci polos uocant, dicuntur Vertices, quòd circa hos mundus rotetur. Vergilius.

Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus nox atra uidet, manesq; profundi.

Propter quod etiam cardines dicuntur à ſimilitudine corũ cardinum circa quos ualuæ uoluunt. Apud Vergilium lib. Geor. pro Aquilone ponitur. Tempeſtas à uertice ſyluis Incubuit. Proprie tamẽ vnde initium eſt, Vortices antiqui per o, literam pronunciabant. Primus Aphricanus per e, Vertices dixit.

Verticulum, inſtrumentũ quod fuſo adhibetur, ut facilius uertatur. Cuius diminutiuum eſt Verticulum.

Vertigo, penulti. prod. idem quod vertex, morbus capitis, ex frigidis & lentis humoribus deuocatis oritur: ita ut ſic adfecti occaſione parua ſuccidant. Dictus, quoniam ob oculos eorum uerticoſa quædam & rotatilia circumagi uideãtur. Græci ſcotoma, ſiue ſcotomiam uocant.

Vertigus, pen. cor. motus in orbẽ factus, qualẽ Seneca & Salluſtius turbinum motũ adpellauerunt.

Vertius, magnarũ virium df. Pomponius. Homo in currendo uertius, qui cum Atlante contendat.

Verto, uertis, uerti, uerſum. à uere dici putatur: quoniam uere annus incipit uerti. Vergilius,

Gorgona deſecto vertentem lumina collo. Interdũ traho. Idem. Et uerſa puluis inſcribitur haſta. Interdũ transfero, quũ quidpiam de una in aliam linguam trãsferimus. Plautus. Vertit barbare. Interdũ cõſydero, uoluo, agito. Salluſtius, Exercitum uertere. Huius compoſita ſunt Aduerto, Animaduerto, Auerto, Conuerto, Circumuerto, Diuerto, Euerto, Inuerto, Interuerto, Obuerto, Peruerto, Præuerto, Reuerto, Subuerto, & Tranſuerto.

Vertunalia, Vertuni feſta, quæ fiebant mẽſe Octobri.

Vertunus, per ſimplex n, ſicut Portunus, dictus fuit Deus inuertendarũ serũ. id eſt, emendarũ ac vendendarum. Vel (vt inquit Donatus) qui rebus ad opinata reuertentibus præeſt. Sæpe autẽ male cedit quod bonum putatur. Et hoc eſt male uertiſſe, vt ille gladius qui muneri datus eſt, adminiculum fuit reginæ pereuntis. Terentius in Adelph. Quæ res tibi male uertat. Vel Vertunus dictus eſt annus à vertendo. Semper enim conuertitur finito curſu. Horatius,

Viuere vertunis quotquot ſunt natus iniquis.

Vnde

Vnde amnis uertens quum Sol ad ſignum,unde cœperat redit,ut inquit Victruuius. Vel dicitur Vertunus à uerſo, mutato curſu fluminis Tyberini. Ouidius libro ſexto Faſtorum.

Nomen ab aduerſo cœperat amne Deus.

Vel dicitur Vertunus quòd uertatur in quancunq; figuram.

Veru,in ſingulari eſt indeclinabile, in plurali habet oẽs caſus,ſignificatq; inſtrm ferreum, cum cuſpide quo carnes ad ignem torrere ſolemus. Vergilius.

Pinguiaq; in ueruibus torrebimus exta colurnis.

A' uerſando deductũ nomen,ut inquit Varro. Nam ad ignem iugiter uerſatur. Hinc telum ad eius ſimilitudinem factum, Veru dicitur. Vergilius.

Et tereti pugnant mucrone ueruq; Sabello.

Vnde Veruta pila dicuntur,quæ uerua habent præfixa. Hinc Lucanus libro octauo.

Cæſaries compreſſa manu Phariòq; ueruto.

Et Veruti,populi Volſci dicti ſunt, quòd dolonibus in prælio uterentur. Vergil. lib. ii. Georgic.

Adſuetumq; malo Ligurem Volſcoſq; uerutos.

Veru à Græcis dicitur obelus.

Veruactũ,terra uere proſciſſa,iaq uere actum aruum, id eſt,uerſum eſt. Plinius. Quidam utiq; ab equino ctio uerno proſcindi uolunt,quodq; uere ſemel arata eſt,à tẽporis argumento ueruactum uocatur.

Veruculum,diminutiuum,paruum ueru, inſtrumentũ quo fabri utuntur,è ferro. Plinius. Spuma ex argẽto ſublata ueruculis ferreis atq; in ipſa flamma conuolutur ueruculo,ut fit modici ponderis.

Verueceus,a,um,ut ſtatua uerucea apud Plautum.

Veruex,ab inuerſis teſticulis dicitur. Eſt enim mas inter oues cui inuerſi ſiue adempti ſunt teſticuli. Nam qui ad generandam ſobolem integer tenetur, aries dr. Sectarius ueruex,qui gregem agnorũ præcedens ducit. Inde fit Veruecinus,a,um,penul.produ. Plin. Et hyrcinus & ueruecinus adeps ei utilis eſt.

Veruina, genus iaculi longi, quod aliqui uerutum uocant.

Verum,ſolidum,ſyncerum, non falſum, quòd uerno tempore Sole arietem ingreſſo omnia vere naſcunt, partusq; ad maturitatem perueniant,quum aliis temporibus nata ſæpe deficiant. Auguſtinus lib. ii. Soliloquiorũ. Verum eſt,quod ita ſe habet ut cognitori uidetur ſi velit poſſitq; cognoſcere. Quidam hoc nomen à ue particula, quæ vehementiam ſignificat, & res,deducunt:quaſi nõ uerborum inanis ſonitus, ſed ſolida res. Hinc Veritas dicta eſt. & Verifico, ficas. Aliquando Verum dicitur bonum,æquum, iuſtum, par, & utile. Horatius libro primo epiſtol.

Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede verum.

Cicero lib. iii. Tuſcul. ſi maxime uerum ſit,ad corpus omnia referre ſapientem. Aliquando ſumitur pro veridico:ſicut econtrario falſum pro fallace. Terentius in Andria. Sum uerus. Quando verò cõiunctio eſt, ponitur pro ſed, & ſæpe iungitur cum tamen. ut Veruntamen, & cum enimuero. ut, Verumenimuero. Et cum enim. Terentius in Adel. Verumenim quando prometui fiat,id eſt,certe.

Veſanus,pen. produ. uecors,crudelis,furioſus. A' quo Veſania,vecordia.

Veſcor,ueſceris,propriè cibo vtor. Vergil.

Veſcitur Aeneas ſimul & Troiana iuuentus

Perpetui tergo bouis. Et ſic conſtrui poteſt cum aceuſatiuo. Hieronymus in Leui. Vt offerat pro ſe duos paſſeres uiuos, quos ueſci licitum eſt. Impropriè pro utor alibi poſuit. Quod ſi fata uirum ſeruant,ſi ueſcitur aura Aetherea. Ponitur quãdoq; pro uideo. Actius. Priuſquam infans facinus admittat,oculi ueſcuntur Titi.

Veſcus,a,um,à ue & eſca compoſitum eſt, & ſignificat cum edendi faſtidio. Sic Lucilius adpellat Veſcum, ut id dicatur quod in eſca & cibatu adpetitur, & id faſtidioſum eſt. Feſtus etiam ſcribit Veſcum ſignificare faſtidioſum & edacem. Veſcum quoque dicitur quicquid ad eſcam pertinet, & quicquid edibile eſt, ab edendi intenſione. Vnde Lucanus. Veſcum ſalẽ. ut ue habeat uim augendi intendendi'ue. Veſcumq; papauer. Quòd uidelicet in cibis adhibeatur. Et Veſcat ſalicum frondes, quoniam eſcis iuuẽcorum ſunt adcommodatæ. Rurſus Veſcum ponitur pro paruo & minuto. Vnde & apud Marſos lingua uernacula quum dicunt maluam ueſcam, intelligunt de ea quã paruam dicunt. Ouidius lib. ii. Faſtorum.

Nunc vocor ad nomen vegrandia farra coloni,

Quæ male creuerunt, veſcaq; parua vocant.

Plinius lib. vii. Corpore veſcos eſſe, ſed eximiis viribus. Hinc Veſculi, male curati & graciles homines nuncupantur. Et aranearum telæ Veſcæ dicitur. Seruius. Qui frondes ſalicis veſcas,pro teneris et arentibus expoſuit,iure inceſſit,niſi pro gracilibus & macie habitis acceperit. Ferè enim quæcunq; macilenta & male curata ſunt, hæc tum ſicca eſſe,tum tenera,id eſt,iniuriis obnoxia,frangiq; ac pati mollia.

Veſeuus,penulti. produ. mons iuxta Sarnum fluuiũ, non longè à Neapoli,bonitate uini celebratus, qui ſemper emittit fumũ,& ignes ſicut Aetna in Sicilia. Hic mons amœniſſimis olim habitatus agris excepto uertice,qui(ut ait Strabo lib. v.)cineroſus eſt,et cauernoſus petris exuſtis,quas color ĩdicat igni abroſas fuiſſe. Vergil. lib. ii. Georgicorum.

Et vicina Veſeuo Ora iugo.

Hic(vt quidam volunt) dictus eſt Veſuuius, & per ſyncopam Veſuius adpellatur à conflagratione. Nã Veſuuiæ,fauillæ,dicunẽ qui Tito Imperante, ruptus in uertice tantum emiſit incẽdii,ut regiones uicinas incẽderet. Alii(ſicut Seruius) dicunt Veſuuium eſſe montẽ Campaniæ. Veſeuum uerò Liguriæ ſub mõtibus. De hoc Veſuuio Martialis libro quarto.

Hic eſt pãpineis uiridis Veſuuius umbris. Et ſubdit,

Cuncta iacent flammis & triſti merſa fauilla,

Nec ſuperi uellent hoc licuiſſe ſibi.

Veſpa,animal paruum volatile, api ſimile, quòd veſperi muſcas venetur in cibo.

Veſpaſianus, nomen imperatoris Romani, de quo Dionyſius ita ſcribit. Ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ Ἰουδαῖος, ἀχθείς τε ὑπ' αὐτοῦ πρότερον, καὶ δεθεὶς ἐγέλασε, καὶ ἔφη· Νῦν μέν με δήσεις, μετ' ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις,

αὐτοκράτορ γενόμενον. οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς εἰς τὴν ἀρχὴν ὡς καὶ ἄλλοι ἐγεγόνεισαν. id eſt, Ioſephus uir Iudæus abductus ab eo priusq́ ligatus riſit & ait: Nunc quidam me ligabis, poſt annū uerò ſoloes imperator factus. Sic autē Veſpaſianus ad imperium natus erat.

Veſper, pro ſtella quæ Venus dicitur, ſeu pro ultima parte diei, generis maſculini. Statius lib. x. Theb.
Sed Veſper opacus Lunaris iam ducit equos.
Sed & apud antiquos fœminini generis inuenitur. Hæc ſtella etiã Veſperugo, & Veſpera à Latinis, & Veſperus ſeu Heſperus à Græcis dr. Vergilius.
Ite domum ſaturæ uenit Heſperus ite capellæ.
Eſt autem Veſper æmulus Solis & Lunæ. Sed quū Solem præcedit dicit Lucifer, ut alter Sol. Et antè ortum Solis adparet in Oriente, & in Occaſu Solis refulgens, Veſper adpellatur, quaſi uicem Lunę reddens: uideturq́ in Occaſu ſtatim poſtquam Sol occidit. Item Iubar à Pacuuio adpellatur. Sed & hic Veſper, hoc Veſperum, & hæc Veſpera ab autoribus uſurpat, pro ſero diei quo ea ſtella adparet, ſeu adparere ſolet Hierony. in Leui. Qui tetigerit morticina eorum immundus erit, vſq; ad veſperum. Auguſt. Iam ſi placet audiamus illum mane rapientem, ad veſperam eſcas diuidentem. Hinc fit aduerbium, Veſperi, quod ſignificat principio aduentus noctis. Id tempus Græci ἑσπέρα vocant. Inuenitur etiam Veſper, ra, rum. Vnde quum Veſperum dicimus neutro genere, intelligimus tēpus. Plinius lib. xviii. His horæ rigandi matutina atq; ueſpera. Idem. Matutinum tempus atq; veſperum.

Veſperare, eſt ueſperam fieri. Gellius. Taurus philoſophus accipiebat nos Athenis cœna plerunque ad id diei, ubi iam ueſperauerat. id enim eſt tempus iſthic cœnandi.

Veſperaſcit, ſerū diei fit, à quo Adueſperaſcit, & Inueſperaſcit. Teren. Quur uxor nō accerſitur? iam adueſperaſcit. Liui. lib. xxxix. Iam inueſperaſcebat.

Veſperna, cœna apud ueteres dicebat. Nam (vt Feſtus inquit) cœna uocabat quod nunc eſt prādiū, Veſperna quam nūc cœnam adpellamus. Quòd cōuiuiū non niſi aduentante nocte inibant priſci.

Veſpertilio, incertæ naturæ eſt: Volat enim pinnatis alis, ſed inter uolantia non eſt habēdus, quòd quatuor pedibus graditur, formatq́ pullos, parit, & nutrit lacte quos generat. Dictus Veſpertilio, quòd veſpere ſe ad uolatum proferat noctis. Ambroſius. Veſpertilio animal ignobile, à ueſpere nomen accepit. Eſt autem uolatilis eademq́ quadrupes & dentibus utitur, quos in aliis reperiri non ſoleas. Parit vt quadrupedia non oua, ſed pulos viuentes. Volitat in aere auium more, ſed crepuſculo veſpertino cō ſueuit effundi, non aliquo uolatu pennarum, ſed mēbranæ ſuæ fulta remigio, quo ſuſpenſa uelut pennarum volatu circumfertur atque vegetatur. Varr. Factus ſum veſpertilio, neque in muribus planè, neque in uolucribus ſum.

Veſpertinus, na, num, quod fit veſperi. Vnde orationem veſpertinam dicimus.

Veſpillo, uilis cadauerum funerator, quòd ueſpertino tempore mortuos efferre ſoleret, qui funebri pompa propter inopiam non poterant efferri. Vnde & funera à funalibus dici autumat Donat. quia noctu efferebant ob ſacrorū celebrationē diurnā. Martial.
Qui fuerat medicus, nunc eſt veſpilo Diaulus.

Veſica, penul. prod. ſolliculus in quo vrina colligit, infra aluum à priore parte. Caper tñ Venſica per n, proferri cenſet, quòd non fit ſine vento. Horatius.
Et diſploſa ſonat quantum venſica pepedit.
Hieronymus tamen & Veſicam, & diminutiuum Veſiculam adpellat, id quo aues cibum continent. vt in Leuitico. Veſiculas gutturis & plumas proiiciet propè altare.

Veſicaria, herba eſt, ſic dicta quòd veſicæ medeatur & calculis.

Veſta, Saturni filia ex Ope, quæ pro terra quandoq; ſumitur eò quòd rebus omnibus veſtiatur, ſeu quia vi ſua ſtet. Ouidius libro. vi. Faſto.
Stat ui terra ſua ui ſtando Veſta uocatur.
Seruius. Veſta dicta ἀπὸ τῆς ἑστίας, ut digamma ſit adiecta, ſicut er, uer, Enetus, Venetus. interdū ponitur pro igne. Idem.
Nil aliud Veſtam quàm puram intellige flammam.
Quia ignis ſiue flammæ Dea eſt. Et quidam dicunt, nihil aliud à ueſtalibus uirginibus in æde Veſtæ quàm inextinguibilem ignem aſſeruari. Qui ſi fortè fuerit extinctus, nequaquam reparari fas erat ex hoc igne humanis manibus elaborato, ſed accenſa per fomites ex Sole flamma purus & cœleſtis ignis eliciebat. Fuit etiam hoc nomine virgo perpetua, cui ueſtales uirgines ſacrificabant.

Veſtiarium, locus in quo ueſtes uel ſeruantur uel uenduntur. Aliquando Veſtiarii nomine ueſtitus intelligitur. uide in dictione Calcearium.

Veſtiarius, qui ueſtiario præeſt ac ueſtes uendit.

Veſtibulum, à ue particula quæ diu ſignificat, deducitur. Eſt enim locus ante ianuā domus uacuus, per quem à uia ad ædes itur. Plautus in Muſtel. Vide ueſtibulum ante ædes hoc & ambulacrum cuiuſmodi. Nam qui domos amplas antiquitus faciebant, locū antè ianuam relinquebant, quæ inter foros domus & uiam medius eſſet. In eo loco qui dominum eius domus ſalutatum uenerant, priuſquam admitterentur conſiſtebant. A qua conſiſtione & quaſi conſtabulatione, Veſtibula adpellata ſunt ſpatia, in quibus multum ſtaretur: ab aduenientibus prius quàm intromitterentur in domum. Alii ueſtibulum à ue priuatiua deduci uolunt: referentes non ad eos qui adueniunt, ſed ad eos qui in domo commanent: quoniam illic nunquàm conſiſtant, ſed ſolum tranſitus cauſſa ad hunc locum ueniunt exeundo ſeu redeundo: ut ſit Veſtibulum non ſtabulum, ſicut ueſanus non ſanus. Poteſt etiam dici Veſtibulū, prima pars ianuæ, quòd ianuā ueſtiat uel (ut Ouidius ait) à Veſta, ꝙ ea potiſſimum pars in ædificio ſit Veſtæ conſecrata. Ideo puellæ quum nubunt, non tangūt pede veſtibulum, ne numini dicatum locum calcantes ſacrilegium committant. Lucanus.

Tranſlataq; vetat contingere limina planta.
Nam in primis ingreſſibus & in ſpatiis domorum Veſtæ, hoc eſt, aræ & foci ſolebant haberi. Ouidius libro ſexto Faſtorum.
Hinc quoq; veſtibulum dici reor vnde precamur,
Quam fatur Veſtam quæ loca prima tenet.

Veſticeps, puer qui iam veſtitus eſt pubertate, qui barbam emiſit.

Veſtigium, pedis impreſſio, id eſt, ſignum quod à pede relinquitur. Vergil. libro 4. Georgico.
Et gradiens ima vertit veſtigia cauda.
Ponitur quoq; pro extrema parte pedis. Idē lib. v.
Veſtigia primi Alba pedis frontemq; oſtentans arduus albam. Per tranſlationē ponitur pro quocunq; rei geſtæ indicio, ſeu ſigno. Leo papa: Vt ſicut omnibus profuit, quòd poſt reſurrectionē domini veſtigia vulnerū in carne eius Thomæ apoſtoli explorauit manus: ita ad noſtrā vtilitatem proficeret, quòd infantiā ipſius magorum probauit adſpectus.

Veſtigo, as, pen. produ. quæro, quaſi veſtigia indago. à veſtigiis tanquā indiciis dictum. Cicero lib. iii. de Orat. Ipſa tractatio & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſa delectatione veſtiges. Huius compoſita ſunt Inueſtigo, & Perueſtigo, quæ ſignificant quærendo inuenio.

Veſtini, populi Italiæ inter Mauricinos Sabinosq;, apud quos olim fiebant caſei laudati. Martialis.
Si ſine carne uoles ientacula ſumere frugi,
Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Veſtio, ſtis, ſtiui, itum, à veſte fit, ſed transfertur etiam ad alia. Et plerūq; cōſtruitur cum ablatiuo. Cice. de Natura Deorum, ad oculos tranſtulit, quum ait: Primum oculos mēbranis tenuiſſimis ueſtiuit, & ſepſit, quas primum perlucidas facit. Columella libro. v. ad arbores: Vbi ſe frondibus veſtierint teneris cauliculis, necdum adultis, modus adhibendus eſt. Hieronymus. Ad parietes qui domos arboribus ueſtiunt. Huius compoſita ſunt Conueſtio, Circumueſtio, Superueſtio. Plinius lib. xvi. Imagines rerum tenui folio breuiq; & uiridi ſuperueſtiens.

Veſtiplica, mulier quæ complicat ueſtes.

Veſtis, à velando, quod corpus velletiſeu à vellere, quod eſt vniuerſæ ouis lana. Et eſt generale indumentum, tam virile quàm muliebre, quo cōtinentur omnia lanea, linea, ſerica, bōbycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, inſternendi, accubādiq; cauſſa adparata ſunt, & quæ acceſſionis iure cedunt, quæ ſunt inſtitæ, picturæ, clauiq; qui ueſtibus inſuuntur. Ponitur interdum Veſtis pro barba. vnde Inueſtes, imberbes adpellantur.

Veſtiſpicus, & Veſtiſpica, penul. cor. ſeruus, ſiue ancilla cuſtodiens ueſtes, quòd frequenti diligentia ueſtes inſpiciant. Plaut. Tum familia tota ueſtiſpici uictor auri cuſtos. Afra. Noui non inſciam ancillulam veſpere & veſtiſpicam.

Veſtitiſſimus, ma, mum, quod eſt optime ueſtitū. Colu. libro. 8. Id pecus quamuis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt.

Veſulus, pen. cor. mons Liguriæ iuxta alpes, inter cæteros clariſſimus, ex cuius radicibus Padus erūpit.

Veter, ſenex, adiectiuū trium generum. Ennius.
Quum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.
Hinc Veterior, & Veterrimus. Plautus in Bacchid. Senem tibi dedo illum ueteriorem lepide ut leniſſ reddas. Trebatius Ciceroni: Pro noſtro veterrimo veriſſimoq; amore.

Veteramentarius, ſutor, calcearius, qui veteres calceos reficit. Eaq; forma dr̄ Veteramentarius, qua ab armento armentarius, à ferramento ferramētarius. Suetonius de Vitellio. Caſſius Seuerus, nec minus alii eundē & ſutorē ueteramentarium prodiderunt.

Veteraneus, a, um, quod eſt vetus. Colu. Si ſint ueteraneæ uineæ, ut ſeparatos ſulcorum cuiusq; generis per ſingulos hortos inſeremus.

Veteranus, quādoq; ueterem ſignificat: unde ueterana mancipia, quæ à nouitiis diſtinguūtur. Veterana quæ anno continuo ſeruiuerūt in urbe. Nouitia intelliguntur, quæ anno nondum ſeruierunt. Aliquando legionarium, uel eum qui honeſte aliqn̄ militauit, & iam eſt à militia abſolutus.

Veterator, autore Donato, eſt homo aſtutia vetus, & in omni re callidus, à multarum rerum gerendarum vetuſtate. Eſt autem nomen verbale, quòd à vetero & à veteraſco venire poſſe videtur, vt quum in paſſiua ſignificatione poſitum eſt, à ueteraſco pro ueteratus accipiat̄, quaſi ſeruus factus. ut Vlpianus Præcipiunt ædiles ne ueterator pro nouitio ueneat. Veterator uero à uetero idem eſt quod deceptor, quaſi uulpes, quamuis pro ueteratore in aſtutia etiam ſumi poſſit. ut eſt illud Terentii in And. Quid hic uult ueterator ſibi.

Veteratrix, fœmina in aſtutiis & fraudibus exercitatiſſima.

Veteratoriè, callidè, malicioſè.

Veterina, aīalia dicuntur ad uecturam idonea, quæ aliqd uehere poſſunt, quaſi uenterina, q̄ ad uentrem onus religatum gerant. Plin. Vngulæ ueterino tantum generi renaſcuntur.

Veterinarius, qui ueterinorum curam gerit, & ueterina ducit qui apud nos conſueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtum. Vnde equos, mulos, aſinos, meritorios uocitamus. Columel. Nam & arator reperitur aliquis bonus & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arbitrator & uinitor, tum etiam ueterarius & probus paſtor. Et Veterinarii medici, ſunt ueterinorum. hos nūc uulgus Mareſcalcos adpellat. Columella libro. 7. Solent etiam faſtidia cibo adferre uitioſa incrementa linguæ, quas ranas ueterinarii uocant.

Veterinarius, a, um, quod ad ueterinariū pertinet. Colu. libr. 7. Quare ueterinariæ medicinæ, prudēs eſſe debet pecoris magiſter.

Veternus, morbus ex nimio ocio perpetuū ſomnū inducens. Hunc Auicenna & medici recentiores, ſubetum ſiue ſubetium, Græci lethargum nominãt. Et quia hic morbus pigros homines facit & ad negotia inutiles, quemadmodum ſenectus: ideo Veternus quandoq; pro pigritia ponitur. Verg. lib. i. Georg.

Nec torpere, graui paſſus ſua regna ueterno.

Quandoq; pro nimia dormitione. Plin. Primis die-bus bis ſeptenis tam graui ſomno urſi premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant, tunc mirum in modum ueterno pingueſcunt. Hinc Veternoſus, qui graui premit̃ ſomno. Cato uero ueternoſum ap-pellat hydropicũ, quũ inquit: Veternoſus quamplu-rimũ bibit, iam plurimum ſitit. Teren. Eunuchũ ue-ternoſum, quia ſegnis eſt quaſi ueternum patiatur.

Vetero, ras, uetus reddo, à quo Vetereſco, ubi a, mu-tatur in e. Et compoſitum eſt Inuetero, à quo In-uetereſco.

Veto, as, aui, atum, & Veto, tis, tui, titũ, pen. cor. ſigni-ficat prohibeo, & ne quid fiat impero. Vnde in Acti-bus Apoſtolicis, Vetati ſunt, à ſpiritu ſancto loqui uerbum Dei in Aſia. Sed in raro uſu eſt talis locutio. Liui. lib. ii. Illi uiti ira uetuere reddi. Ouid.

Nitimur in uetitum ſemper cupimusq; negata.

Vetulonium, ſeu Vetulonia, locus in Hetruria. Sillus,

Mæoniæq; decus quondam Vetulonia gentis.

Vetus, quidam dici putant quaſi uietus, hoc eſt, ſine ui; ætas enim debilitat uires. Alii à ue, ualde & ætas. Et plerunq; ad laudẽ. Vnde dicimus apud ueteres, eos uidelicet autoritatis plenos ſignificantes. Interdum ad uituperationem refertur. Teren. in And. Sed qui maleuoli ueteres poetæ maledictis reſpondeat. Et eſt generis omnis. Cuius diminutiuum eſt Vetulus.

Vetuſteſco, uetus fio. Columella li. i. Apothecæ recte ſuperponentur his locis. unde plerunq; fumus exori-tur, quum uina celerius uetuſteſcunt, quæ fumi quo-dam genere præcoquem maturitatem trahunt. Vetre-ſco, idem quod uetuſteſco. Columella lib. ii. Aptior tamen eſt ſurculis hominis urina, quam ſex mẽſibus paſſus ueteraſcere ſi uitibus aut pomorum arboribus adhibeas. Hinc cõponitur Inuetereſco, quod eſt ual-de uetus fio, ſeu ualde in conſuetudinem uenio. Nigi-dius differẽtiam ponit inter Vetuſteſcere & Vetere-ſcere, quòd quæ uetuſtate deteriora fiſit, Vetuſteſce-re dicantur, Vetereſcere quæ meliora. Sed Columel-la lib. vii. docet Vetereſcere ſiue Inueteraſcere non ſemper in melius dici. Sed ſi iam, inquit, inueterauit morbus, uehementioribus eſt opus remediis. Sed de inuetero ſupra habitum eſt.

Vetuſtus, a, um, idem quod uetus. Liuius libro primo, Poſſe quidem ſe uetuſto iure agere. Hinc uetuſtas, antiquitas.

Vexillarius, qui uexillum defert. Liuius lib. viii. Or-do ſexagenos milites, duos centuriones uexillarium unum habet.

Vexillum, quaſi paruum uelũ, & accipitur pro ſigno quo in exercitu aut claſſe imperatores utuntur. unde Vexilifer.

Vexo, xas, agito, moleſto, perturbo, & huc illucq; di-ſtraho. Tractũ ab eo quod eſt veho, in quo ineſt iã vis quædã alieni arbitrii. Non enim ſui potens eſt q̃ vehit̃. Vexare autem vi atq; motu procuidubio ua-ſtiore eſt. Nam qui huc illucq; trahitur, hic Vexari proprie dicitur ſicut taxare preſſius crebriusq; tan-gere. Iactare multò fuſius largiusq;. Verg.

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias uexaſſe rates.

Lactantius de ira, Et iuſti ab iniuſtis impune vexari tur. Huius compoſita ſunt Deuexo, valde vexo. Diue-xo, varie vexo. Lactantius lib. vii. Et ſi fortè tamen fuerint boni, prædæ ſint ſceleratis, ac diuexentur un-diq; ab iniuſtis.

V ANTE F & I.

VFens, fluuius qui labitur per pontinas paludes, qui etiam Auſentum à quibuſdam dicitur.

Via, dimidius actus, quo poteſt ire vehiculum. Via (inqt Paulus Iurecon.) cõſtitui uel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt, ut tamen eam latitudi-nem habeat, qua vehiculum ire poteſt. Alioquin iter ſit, non uia. Abuſiuè tranſumitur pro omni loco per quem habere iter omnibus licet. Plinius Quũ de uia vocaſſem. Aliquando ſumitur pro ipſo actu eundi. Cic. Quumq; de via languerem, & mihimet diſplice-rem. Aliquando pro ratione. Vergil.

Inueni germana via, gratare ſorori.

Aliquando pro conſuetudine. Teren. Sed via pu-blicata patrum quotidie adcuſabam. Dicta Via, ab eun-do, quaſi aliquòd per eam eatur. Vel à vehẽdo, qua-ſi ueha, quòd per eam fructus ad uillã uehantur. Vel per quam vehiculum ire poteſt. A' Via fiunt adiecti-ua Auius, Inuius, Obuius, Dubius, Peruius, Præuius, Deuius, Biuius, Triuius, Quadriuius, Semita, quaſi ſe-mis uia. Id eſt, anguſtior uia.

Viam facere, eſt locum vbi non erat uia adperire.

Viam munire, eſt reficere, expurgare. Interdum lapidi-bus ſternere: quod proprie Sternere uiam dicimus. Cicero: deo'ne Apius ille cæcus uiam muniuit: non qua populus uteretur, ſed qua poſteri ſui latrocinarẽ-tur? Hoc etiam uerbo per tranſlationem utimur de corporeis ad incorporea. Quintilian. Propterea quòd plurimi autores quamuis eodem tenderent di-uerſas tamen vias muniuerunt, & in ſuam quiſq; indu-xit ſequentes.

Viatico, caris, uiaticum paro. Plautus in Menæhmis Viaticati Hercle æſtiue ſumus.

Viaticum, dicitur quicquid iter agendi cauſſa neceſſa-rium eſt: ſiue cibus ſit, ſiue pecunia ad uictum expen-denda. Græcè ἐφόδιον dicitur. Plautus in Captiuis Sequere me, viaticũ vt dem à trapezita tibi. Aliquan-do capitur pro facultate, ſeu adparatu. Q. Claud. in Annalibus: Simul forma, factis, eloquentia, dignita-te, acrimonia, confidentia, pariter præcellebant: ut fa-cile intelligeretur magnum uiaticum. Id eſt, magna facultas, magnus adparatus. Huius diminutiuum eſt Viaticulũ. Apuleius lib. vii. de Aſino aureo: Viatica-lum mihi corraſi.

Viator, qui viat, hoc eſt, iter facit. Plaut. in Poen. Vos viatores eſtis, quæſo operam date. Et Viatores dice-bãtur, qui magiſtratibus parebant: eò quòd plerũq; euocabantur ex agris homines ad magiſtratus, & ſe-quens eorum ab agris ad urbem uia erat. Columella in præfat. Illis temporibus proceres in agris morabã-tur: & quum conſilium publicũ deſyderabatur, à uil-lis arceſſebantur in ſenatum. Ex quo qui eos arceſſe-

bant, uiatores nominati ſunt.

Viatorius, ria, um, quod ad uiam pertinet. Vnde Viatorium uas, quo iter agẽtes ferendi potus gratia utũtur. Plinius li. xvi. Vaſa viatoria ex taxo uinis in Gallia facta mortifera fuiſſe compertum eſt.

Vibex, bicis, pen. prod. ſignũ verberis in humano corpore remanens, quòd ui fiat. Plinius lib. xxx. Verberum vulnera atq; vibices, pellibus ouium recentibus impoſitis obliterantur. Perſius Saty. 4.

Si puteal multa cautus vibice flagellas.

Vibo, oppidum in Brutiis, prius à Locris ædificatũ, & Hippo uocatum. Cc.

Vibriſſæ, ſeu Vibriſſi, ſunt pili naribus hominũ, quòd his euulſis caput vibretur.

Vibriſſare, eſt uocem in cantando criſpare, à uibro, vel vibriſſis.

Vibro, bras, moueo, & quaſi ui agito. Vergil.

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Per tranſlat. Vibrare, ſignificat uocem in cantando criſpare.

Viburnum, uirgultum q̃ de radice pullulat, genus fruticis.

Vicani, pen. prod dicuntur qui uicos habitant.

Vicaria mors, quæ pro altero ſubitur.

Vicariæ manus, apud Quintilianum quæ in pugna pro altero dantur.

Vicarius, ria, rium, quod uicem alicuius gerit. Quint. Vicariam ei operã impendi. Cicero Vicaria ſolutio rerum creditarum. id eſt, uicem reddens.

Vicarius, vulgò dicitur, qui loco alterius ſubſtituit.

Vicarius, apud iureconſultos, oratores & poetas, uſurpatur pro ſeruo ſerui maioris in familia. id eſt ſeruus qui ſeruit ſeruo maiori. Horatius in Sermonibus,

Siue vicarius eſt, qui ſeruo paret, ut mos
Veſter ait, ſeu conſeruus. Martialis,
Eſſe ſat eſt ſeruum, iam volo vicarius eſſe.

Vicatim, aduerbium, ſignificat per uarios uicos. Plin. Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit vicatim diſperſa, præter Babylona & Ninum.

Vicem, & in ablatiuo Vice, ſolum in ſingulari numero, in plurali uerò habet omnes caſus. Dictæ ſunt Vices (ut quidam aiunt) à ui, quod ueteres pro pugnis vſurpabant: quoniam per vicisſitudinem pugnetur. Plautus, Vices eius memorat, & cicatrices denudat. Item pro pœnis & incõmodis: quòd vi fiant. Hora. lib. i. Car. Vicesq; ſuperbæ Te maneant ipſum. Q.m verò per uiciſſitudinem pugnari ſolet, factũ eſt ut vices ꝑ alternatione capiamus. Interdũ pro piculo. Verg. Nec tela nec ullas Vitauiſſe vices Danaũ. Quandoq; pro loco. Horat. Vtar uice cotis, acutũ Reddere quæ ferrum ualet, exors ipſa ſecandi.

Vicenarius, pro vigenarius dicitur. Cc.

Vicenum, pro vigenum dicitur. Cc.

Vicia, genus grani, à vinciẽdo dicta, quòd capreolos habeat ut uitis, quibus ſurſum vorſum ſerpit. Etenim ſcapum lupini, aliumue calamum ad quem hæreat, id ſolet uincire. Vel dicit à Græco, quod illi βίκιον neutro genere. Plinius lib. xviii. Naſcuntur in vicia cochleæ minutæ, erodentes eam.

Viciarius, ria, rium, quod ad uiciã pertinet. vt Cribrũ viciarium, apud Colu. lib. ix. Idem lib. xii. ſubſtantiuum poſuit, quum ait, Hoc eodem tempore ſtercoris pars in prata egerenda, pars oleis inſpergenda: tum etiam uiciaria diligenter facienda.

Vicinia, locus vicinus, ſeu ipſa uicinitas. Plaut. in Mil. Certò ædepol ſcio vidiſſe, hic proximæ uiciniæ. Idem in Moſt. Sed quid hoc quòd foris crepuit proxima uicinia?

Vicinitas, vicinorum propinquitas: & aliquando vicinorum multitudo. ut, Laudãda eſt uel potius amãda vicinitas.

Vicinium, idem quod vicinia. Hieronymus: veni ad vicinia terræ ſanctæ.

Vicinus, qui eundem colit locum: & qui propè domũ noſtram habitat.

Viciſſatim, per uices. Plau. in Pœnulo: Ad argumentũ nunc uiciſſatim uolo remigrare.

Viciſſim, aduerbium, ſignificat per uices, ſiue alternatim ut, Viciſſim incumbunt oneri. id eſt, modo unus modo alius incumbit oneri.

Nos tamẽ hæc quocunq; modo tibi noſtra uiciſſim
Dicemus. Quod uernacula lingua dicimus, La uolta noſtra. Quãdoq; ſignificat ſecũdo loco, ſiue ecõtrario. Cicero in Lælio: Sed ego admiratione quadam uirtutis eius illic uiciſſim opinione fortaſſe nõnulla quam de moribus meis habebat, me dilexit. Plautus in Curculione, pro etiam, ſiue (ut ita dicam) reſpondente poſuit. quando dixit: Sed quum adhuc naſo odos eſt obſequutus meo da uiciſſim meo gutturi gaudium. Similiter Cicero Appio Pulchr. Hoc ego meo facto delector (nihil enim potuit fieri amantius) conſydera nunc viciſſim tuum.

Viciſſitudo, alternatio. Cic. Luceio: Nihil eſt apti[9] ad delectationẽ lectoris, quàm tẽporũ uarietas, fortunæ viciſſitudines. Item ſignificat reſponſionẽ, quod vulgò dicitur. Contra cambium. Dicitur etiam Viciſſitas. Actius: Viciſſitatemq; imputandi tradit.

Victima, mæ, pen. cor. quæ poſt uictoriam dextra victrice immolabatur. Ouidius,

Victima quæ dextra cecidit victrice uocatur.

Vel dicta eſt, quòd uincta ad aras ducebatur. Victima uerò et hoſtia, dicit omne animal quod Deo immolabatur. Hinc nos hoſtiam euchariſtiam uocamus, quoniam illa ſuperatus eſt aduerſarius noſter diabolus.

Victimarius, uictimarum miniſter. id eſt, ſacrificiis q victimas ligabat, cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ ſacris erant neceſſaria. Valerius Maximus lib. i. Petilius prætor urbanus, & autoritate ſenatus, per uictimarios facto igne, in conſpectu populi cremauit.

Victimarius, qui victimas emebat vt venderet. Plini. Vnde Victimarii negociatores uili mancipio.

Victito, ctitas, pen. corr. non eſt frequentatiuum. Nõ enim ſignificat frequẽter viuo: ſed veſcor, & quaſi victu vtor. vt, Sarmatæ lacte victitant. Fit à Victo, ctas, frequentatiuo.

Victo, ctas. Vide in dictione Victito.

Victor, qui uincit. Eſt & proprium nomen.

Victoria, ultra notam ſignificationem, ſignificat etiã Deam quam Romani colebant, & victoriæ inſignia, vt ſunt ſtatuæ, coronæ, & huiuſmodi. Valerius Max. lib. I. Pauſaniæ uictoria quoque aderat, magnitudine cubitorum quatuor.

Victoriatus, genus nummi argentei, quod uictoriæ nota ſignatus eſſet, qui lege Clodia percuſſus eſt.

Victorioſus, uincere adſuetus.

Victricus, pen. cor. eſt uir matris ex alio uiro natis, q priuigni uocantur. Nam Victricus & priuignus inter ſe opponuntur, vt inquit Modeſtinus. Suetonius, Victrico uerò Martio Philippo conſulari multum diſſuadente.

Victrix, uerbale fœmininum à victor. In plurali tamẽ etiam Victricia legitur. Cornucopiæ.

Victualia, dicuntur ea quæ ad victum pertinent. Ambro. de Apibus: Cernas oẽs certare de munere, alias inuigilare, quærendo victualia, alias ſolicitã caſtris adhibere cuſtodiam.

Victuis, in genitiuo pro victus veteres dixere. Varro, Primum de re familiari, ſecundo de victuis conſuetudine differam. Cornucopiæ.

Victurus, & à viuo, & à uinco, participium eſt. Salluſtius, Pyrrhus'ne rex, an M. Curius prælio victurus eſſet. Cicero, Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet victurum.

Victus, ctus, à viuo, ſignificat genus vitæ, etiã quantũ ad mores. Vlpianus de Verb. ſignifi. Victus verbo, inquit, cõtinentur, quæ eſui, potui, cultuq; corporis, quæq; ad viuendum homini ſunt neceſſaria. A quo Conuictus ſimul victus, quaſi plures ſimul viuũt.

Victus, cta, tum, participiũ eſt à vinco, cis. ut Pompeius victus eſt à Cæſare. Cuius contrariũ eſt inuictus, pro forti, qui vinci non poteſt. Aliquando dicitur impos voti. Nã quomodo victores dicimus voti compotes, qui quicq̃d voluẽt faciũt: ſic Victos voti impotes, qui non poſſunt facere quod volũt. Verg. Veteres migrate coloni Nũc victi triſtes.

Vicus, pars, vrbis eſt, q ex multiplicatis domibus fit: & ex pluribus uicis vrbs cõſtat. Diuidiť enim vrbs in vicos, quaſi in membra minora. In oppido Vicus à via (vt inqt Varro) quòd dextera parte viæ ſunt ædificia. In vrbe ſiunt vici, cõnexis & cohærẽtibus ædificiis. Vnde Romæ vicus Cyprius, vicus Aphricus, vicus ſceleratus nominati. Vicus vbi exitũ nõ habet, angiportus diciť. Et hic Vicus vrbanus adpellatur. Eſt etiam Vicus paganus, ſi plures ſimul uillæ, quæ pagi dicuntur, hoc eſt, plures ruſticanæ domus, cõiunctæ ſint, & aliquo ſpacio remotæ ab urbe, dummodo nõ ſint clauſæ mœnibus: qa ſic caſtella vocarenť. Huius diminutiuũ eſt Viculus: & accipitur ꝓ pagis & ruſticanis domibus. Hiero. in Pẽtateucho: Cæperũt viculos, & poſſederunt habitatores.

Vide quid agas, prouerbiale eſt, quod ſolet dici his q magna adgrediuntur.

Videlicet, aduerbium confirmandi: quaſi videre licet. Teren. in Adel. Videlicet hoc audiuit. hoc eſt, certe audiuit. Sal. Vos de paricidis quod ſtatuatis cõſultamini: videlicet cætera vita illorũ huic ſceleri obſtat? Sed parcite dignitati Lentuli.

Video, des, di, ſum, quod & Vido, dis, diciť, pertinet ad oculos. Vergilius,

Quæq; ipſe miſerrima vidi,
Et quorum pars magna fui.

Quandoq; adiicitur, Video oculis. Ouidius,

Aut quibus hæc oculis adſpicis iſta lege.

Sic etiã Græci. Vnde illud Habraæ: Καὶ ἀναβλέψας Ἀβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἶδε, καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος τῶν κεράτων ἐν φυτῷ Σαβὲκ, καὶ ἐπορεύθη Ἀβραὰμ, καὶ ἔλαβε τὸν κριόν. id eſt, Habraã oculis inſpiciens vidit, & ecce aries vnus detẽtus cornibus in planta Sabec, & profectus eſt Habraã, & cepit arietem. Transfertur etiam ad animum. Ouidius,

Video meliora, proboq;. Deteriora ſequor.

Vnde prophetæ adpellabantur Videntes, quia uidebant eũ quẽ cæteri non uidebant. Reuela (inquit Dauid) oculos meos, & conſyderabo mirabilia de lege tua. Vtimur quoq; hoc verbo etiã in cæteris ſenſib', quũ eos ad cognoſcendũ intendimus. Neq; enim dicimus: Audi quàm rutilet: aut olfac quàm niteat: aut, guſta quàm ſplẽdeat: aut, palpa quàm fulgeat, Videri enim dicuntur hæc omnia. Dicimus autem non ſolum: Vide quàm luceat, quod ſoli oculi ſentire poſſunt: ſed etiam, Vide quid ſonet, Vide quid oleat, Vide quid ſapiat, Vide quàm durum ſit. Ideoq; generalis experientia ſenſuũ, concupiſcentia oculorum uocatur: quia videndi officium (in quo primatum oculi tenent) etiam in cæteris ſenſibus ſibi de ſimilitudine uſurpant, quum aliquid cognitionis explorant, inqt Auguſt. lib. x. Confeſſionum. Vnde dicimus hoc verbum trãsferri ad animum, ac quandoq; poni pro cauere, curare conſyderare. Terentius, Vide quò me inducas. id eſt, animaduerte & conſydera. Plautus: Tu domi videbis id eſt parabis. Dicimus etiam Vide tibi. id eſt, prouide. Terentius in Phor. Recte mihi uidiſſem, & ſenis eſſem vltus iracundiam. Huius uerbi compoſita ſunt Circumuideo, vnde & Circumuiſo. Plautus in Amphitr. Sed angues oculis omnes circũuiſere. Euideo, clare & expreſſe video. à quo Euidẽs, & Euidenter, quæ in frequẽtiore uſu ſunt. Prævideo, ante uideo. Prouideo, Peruideo, perfecte video. Hier. Peruides igitur quòd non ſolum in eſu, ſed in ſepulturis, & in cõnubiis, & in oĩ conuerſatione vnaquæq; gens ſuo ritu victitet. Trãſuideo, aliquid per corpus perſpicuum video. Inuideo. A uideo fit Viſo: à quo fit Viſito frequentatiuum. Eſt & Videor deponens. vt, Tu mihi videris uir probus.

Viderit Epicurus, id eſt, videat. hoc eſt, huius rei illi cura ſit, vel huius opinionis rationem reddat, non ego. Sic accipienda ſunt: Tu videris, Vos videritis, Illi viderint, modus loquendi minatorius.

Vidiſti multum, hoc eſt, fuiſti multum cautus.

Vidua, dicta eſt quaſi valde idua: ab Iduum die, quũ menſem diuidit. hoc eſt, à uiro diuiſa. Hinc Viduare, diuidere. Iabolenus iureconſultus ſcribit, Viduã nõ ſolum quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quoq; q̃ virum non habuiſſet: quia Vidua ſic dicta eſt quaſi

admodum vecors, veſanus, qui ſine corde aut ſanitate eſſet, ſimiliter Viduam eſſe dictam ſine duitate. Quæ verba ſic intelliguntur. Vidua dicitur quæ ſine viro eſt. à ue, particula priuatiua: à qua Vidua venit, quaſi vedua. hoc eſt, ſine duobus. utpote quæ ſola viuat, non collocata in matrimonio: vbi duo ſunt, mas, & fœmina.

Viduertas, apud Catonem, calamitas dicitur.

Vidulum, in quo aliquid ſeruatur. Vnde Plautus in Epidico, ſacculum Vidulum dixit. Et in Rudente, Vidulum excidiſſe lenoni dixit, vbi lenonis fortunæ erant collocatæ.

Viduo, duas, diuido, ſeu priuo. Hieronymus contra Iouinianum. Poteſt enim accidere vt anus primo marito in extrema ſenectute viduetur.

Viduus, priuatus, diuiſus. Horatius lib. Carm.
Voce dum terret uiduus pharetra Riſit apollo.
Cicero lib. II. Tuſculanarum quæſtionum, Sic me ipſe viduus peſtes excipio anxias. id eſt, priuatus.

Vieo, uies, uieui, uietum, penultima indifferente. Horatius in Epo. Quis ſudor uietis, & quàm malus vndique membris. Creſcit odor? Eſt autem Viere, ligare, inflectere: quia vietis uirgis ligare poſſumus quodlibet. Plautus in Menæch. Vides tu illi oculos viere, vt viridis exoritur color? id eſt, in obliquum flectere.

Vietores, qui vaſa vinari religant ſtipantq́.

Vietus, mollis, languidus, flexibilis, ſine ui. Varro de Oporotheris, Ne quum humorem amiſerint pertinaci uento, mala vieta fiant. id eſt, flexa, & obliqua facta. vnde Vietos, toracum rantus & ligna contorta dicimus.

Vigeo, ges, gui, uiuo, ſiue potens aut in uigore ſum. Lactantius libro ſeptimo. Quid de Deo? non facile eſt comprehendere, quomodo uigeat ſine corpore. Cicero lib. I. Tuſcul. quæſtionum: Multaq́ ſecula poſtea ſic viguit Pythagoreorum nomẽ ut nulli alii docti viderentur.

Vigeſima, mæ, tributum ſeu exactio: ſicut decima.

Vigeſimarium aurum, à Liuio dicitur quod ex vigeſimis exigebatur.

Vigeſimus, ma, mũ, fit à uiginti. vt, Vigeſimus annus eſt, quo literis operam dedi.

Vigil, dicitur qui non eſt torpens, quales ſunt dormiẽtes, ſed qui in uigore ſuo eſt. A' quo Peruigil, qui aſſidue uigilat, & qui diligẽs & induſtrius eſt. Et Vigil, nocturnus cuſtos, qui & excubitor dicitur. à quo p̄fectus uigilum uocatus eſt.

Vigiliæ, nocturnæ ſunt excubiæ diurnæ pariter & nocturnæ. Plau. in Aul. Is adoleſcentis illius eſt auunculus, qui illam ſtuprauit noctu, Cereris uigiliis. Sriẽdum Vigilias militares in quaterna horarum ſpacia diuidi: ita ut prima, ſecunda, tertia, & quarta uigilia dicatur. Cæſar, Vbi per exploratores Cæſar certior factus eſt, tres iam partes copiarum Heluetios id flumen traduxiſſe, quartamq́ ferè partem citra flumen Ararim relictam eſſe, de tertia uigilia cum legionibus tribus ex caſtris profectus ad eam partem peruenit, quæ nondum flumen tranſierat. Interdum Vigiliæ, dicuntur ipſi cuſtodes qui uigilant. Saluſt. Ee ab incendio intelligebat urbem uigiliis munitam. Interdum uocantur profeſti dies, quòd uigilare ante diem feſtum mos eſt in ſacrificiis faciendis, & ſacris hymnis cantandis.

Vigilo, las, non dormio. Per tranſlationem, diligenter audio. Iuuenalis, Sed uigilat conſul
Item Vigilare, eſt ſtudium & diligentiam adhibere. Vnde Inuigilare, eſt alicui rei incumbere. Euigilare, expergiſci, & ad aliquid agendum intentum eſſe. Peruigilare, ad finẽ uigilare. Aduigilare, iuxta uigilare, ſollicitare, cogitare'ue. Terentius in Andr. Nam ſatis credo ſi aduigilaueris, ex unis mihi geminas cõficies nuptias. Hinc Vigilantia, quæ plerunq́ pro diligentia ponitur. Idem in Adelphis, Vigilantiam tuam mihi narras.

Vigiſonus, lacus eſt in agro Patauino.

Vigor, firmitas robur.

Vigoroſus, firmus robuſtus. Cc.

Vilis, & hoc uile, quod quidam à uilla deducunt, una litera abiecta, quòd omnia in uilla uiliora ſint quàm in urbe. id eſt, minori precio uendantur. Vile enim proprie dicitur, quod parum ualet, cuius contrarium eſt carum. Ponitur interdum pro abundanti, quia omne quod plurimũ abundat, uile eſt. id eſt, paruo precio uenditur. Vergilius lib. I. Georg.
Si uero uiciamq́ ſeres, uilemq́ faſellum.

Vileo, les, uilis ſum, à quo Vileſco, uilis fio. Auguſtin. Ipſe eſt Deus qui per uniuerſam creaturam quotidiana miracula facit, quæ hominibus non facilitate, ſed aſſiduitate uiluerunt. id eſt, uilia facta fuerunt.

Vilito, tas, penultima correpta, uile facio. Turpilius, Et queat tua uilia quæ te uilitant.

Villa, domus extra urbem, caſa uillatica, & ſuburbia quæ habitandi cauſſa conſtituta eſt. Domus in proprie in urbe eſt. Plin. Modus hic probatur, vt neque fundus uillam, neq́ uilla fundum quærat. Cicero libro primo de Oratore, Quin tu igitur facis idem quod faceres, ſi in aliquam domum plenam ornamẽtorum uel in uillam ueniſſes. Hæc Pœnorum lingua Magar adpellatur. unde Villæ, magalia adpellãtur. dicta Villa, à uehendo, quaſi uehilla, quod in eam fructus conuehebant ex agris. Cuius diminutiuum eſt Villula.

Villanus, qui in uilla habitat. unde & Semiuillanus ſemiruſticus.

Villaris, & hoc Villare, ſicut uillaticus. Plinius lib. x. Villaribus gallinis & religio ineſt, inhorreſcunt edito ouo, excutiuntq́ ſeſe.

Villaticus, ca, cum, quod ad uillam pertinet. Vnde Villatica paſtio, dicitur alimentum quod pertinet ad animalia muta, quæ ruri nutriuntur, utputa pecudes, aues, piſces. Sic dicitur Villaticus canis, qui in uilla tenetur.

Villico, cas, & Villicor, deponens, ſignificat ruſticor. Põponius, Ego rus eo ut aliquot diebus uillicer. Teren. in Hecyra, Hic uillicor ante urbem. Aliquando Villicari, eſt uillæ præeſſe. Pompon. Longè ab urbe uillicare, quò herus raro non uenit, non uillicari,

ſed dominari mea eſt ſententia. Hinc Villicatio, ipſa ruſtica negociatio, uel uillæ diſpenſatio.

Villicones, idem quod uillici, uel præfecti uillicationis ut eſt apud Apuleium in Apologia, qui & epiſtatæ dicuntur.

Villicus, penulti. corre. proprie uillæ gubernator uel qui præeſt pago, & totius rei ruſticæ curæ. Vnde à uilla Villicus nomen accepit. Varro lib. de Re ruſtica. Villicus agri colendi cauſſa conſtitutus, atq; adpellatus à uilla: quòd ab eo in eam conuehunt fructus, & uehuntur quum ueneunt. A quo ruſtici etiá nunc quoque uiam ucham adpellant, propter uecturas: & uellam, non uillam, quò uehunt, & unde uehunt. Oeconomus autem, tam pecuniæ quam frugum, & omnium quæ dominus poſſidet, diſpenſator eſt. Ponitur tamen quandoque Villicus pro ruſtico agricultore. Horatius.
Villice ſyluarum & mihi me reddentis agelli.
Columella libro .xii. Villicus ſemper caueat, ne improuidus ab opere uincat. Res eſt agreſtis inſidioſiſſima cunctanti.

Villum, diminutiuum à uinum: ſicut ollus ab unus. Terentius in Adelph. Quid ego nũc agam? niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulũ aliquò abeam, atq; edormiſcam hoc uilli.

Villus, pilus. Martialis.
Calfaciunt uilli pallia noſtra mei.

Vimen, omne uirgultum molle & ad ligandum aptũ quaſi uincimen. Columella. Nec refert cuius generis uimen feras, dum ſit lentiſſimum. Plinius. Et aliæ arbores uirgas ſequaces adliſicturas lentitiæ: aliæ prætenues uiminibus texendis ſpectabili ſublimitate. Fiunt autem uimina ex populorum uirgis, ulmi & ſanguineorum fruticum, & betulæ, & uitis, & coryli intortæ, & ſalicis, quæ principatum obtinet. Hinc Vimineus, nea, neum, quod eſt ex uimine. ut Vaſa uiminea.

Viminale, quod eſt ad ligandum aptũ: ſeu quod ptinet ad uimina. Plinius. Hæc eſt uiminalis cultura.

Viminalis collis, dictus eſt Romæ, quòd ibi uiminũ ſylua fuit. Vel à Ioue uiminco, q ibi aræ ſint. Hinc

Viminalis uia, quæ ad uiminalẽ collem ducebat. Eadem Numentana, à Numentano agro.

Vinacea, ſunt grana uuæ iam preſſæ. Colu. lib. ix. Vinacea quãuis tolerabiliter paſcant, dari non debẽt, niſi quibus tẽporibus anni auis fœtum non edit. Eſt & Vinaceus, cea, ceum. Plin. Legimus quendá grano uinaceo ſuffocatum hoc eſt, acino uuæ.

Vinago, Palumbis ſiue columbæ ſpecies, ab uſu (ut puto) labruſcæ, qua ueſcitur. C.

Vinalia, tam ſecũdæ quàm quartæ declinationis, pro die feſto, quo ueteres nouum uinum Ioui libabant, menſe Aprili.

Vinarius, uini uenditor. Vnde Lamprid. ſcribit Alexandrum Romanũ imperatorẽ conſtituiſſe corpora uinariorũ & caligariorũ, & omnino omnium artiũ. Et apud Plautũ in Aſi. Sarmontio uinarii exerambi. Suetonius de Claud. Quum de lanijs aut uinariis ageretur, exclamauit in curia.

Vinarius, a, um, quod ad uinum pertinet. ut taberna uinaria, uas uinarium, in quibus aut uenditur aut tenetur uinũ. Plaut. in Pœn. Ita uinariorum habemus noſtræ delectum domi.

Vincia, herba uulgò nota, quæ in lõgũ creſcit, obuia, quæq; uinciens, lauroq; folia habet ſimilia: & chamædaphne dr. id eſt, parua laurus. Cc.

Vincio, is xi, ctum, cum n, ante c, ſignificat ligo: quaſi uim inijcio. Vergilius.
Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno.
Huius compoſita ſunt Deuincio, ualde uincio. Cicero Maxima mecum familiaritate deuinctus. Reuincio. Gellius. Videbamus Androclum & leonem tenui loro reuinctum, urbe tota circum tabernas ire.

Vinco, cis, xi, ctum, ſupero. Per tranſlationem ponitur pro experior, & quaſi difficultatem rei dicendo ſupero. Vergilius. Nec ſum animi dubius uerbis ea uincere magnum Quàm ſit. Item pro animi compos fio. Idem libro .iii. Georgicorum.
Illi uictor ego & Tyrio conſpectus in oſtro,
Compoſita huius ſunt Conuinco, Deuinco, Euinco, & Prouinco. Deriuata ſunt Victor, Victrix, Victoria, Victorioſus, & Victima. Vincibilis, qui uinci poteſt. Columella libro quarto. Grauem terram, uix olla cultura uincibilem.

Vinctus, ligatus, & aliquádo captiuus dicitur. Vnde quandoq; pro ſeruo ſumitur. Seneca, Qui unus erat è vinctis Cæſaris, mox libertate donatus eſt.

Vincula, & per ſyncopen Vincla dicuntur ligamina. Colum. lib. iiii. Salix humida loca deſyderat, geniſta etiam ſicca: utræq; tamen circa uineam ſerunt, quũ palmitibus idonea præbent vincula. Et per tranſlationem dicitur carcer, in quo noxii uincti ſeruantur.

Vinculatus, apud Hieronym. pro vinculis impeditus dicitur.

Vindelicia, puincia Europæ: ſicuti à Ptolemæo lib. iii. ſcribitur. Eſt autem inter Rhetiam, quam habet ab Occaſu, & Noricum ab Oriente. Eam Lycius amnis diſterminat à Rhetia: Enos fluuios diuidit à Norico. A' Septentrione Danubio terminatur: à Meridie alpibus ſopra Italiam extenſis. Eius ciuitas inſignis fuit Auguſta Vindelicia. Vindelicos uicit Druſus in cuius laudem cecinit Horatius: Videre Rhetibella ſub alpibus Druſum gerentem Vindelici.

Vindemia, quaſi uini demia. à uino demendo. Vergilius libro ſecundo Georgicorum,
Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris.
Sunt qui diſtinguant inter Vindemiam & Vindemias, quòd Vindemia ſit totius orbis generaliter: Vindemiæ ſingularium partiũ: ut plus ſignificet ſingulare quàm plurale. Sicut plus eſt quum dicimus, per terram pluit, quàm per terras. Tunc enim omne elementum ſignificamus. Transfertur quoq; etiam Vindemia ad alia. Plinius. Prima mellis uindemia melior. Columella lib. decimo. Mox uere tranſacto ſequitur mellis uindemia.

Vindemialis, & hoc Vindemiale, quod ad uindemiã pertinet.

Vindemiatorius, ria, rium, quod ad uindemiam pertinet.

tinet. Varro. Nihilo magis torcula, uaſa uindemiatoria, aut ſerias olearias, ac trapetas.

Vindemio, mias, à quo Vindemiator: cuius de, ſyllaba corripitur metri cauſſa. Hora. in Sermonib.
Vindemiator & inuictus cui ſæpe uiator. Ouidius uerò detraxit a, ut de, ſyllabã produceret, in Faſtis:
At non effugiet uindemitor hoc quoq; cauſſam.
Sic Columella lib. v. Vindemiatoribus quoq; hæ ſemitæ & jugum pædamentaq; ſarrientibus oppoſituriam laxitatem præbẽt, per quam uel fructus uel ſtamina portentur. Et autem Vindemiator, qui uindemiat. Et Vindemiator, ſidus quod tertio nonas Martii adparet.

Vindex, ꝓprie ultor iniuriæ, & qui alterius cauſſam ſuſcipit uindicandam: ut quos nũc procuratores uocamus. Et Vindex qui ſe ex ſeruili conditione in libertatẽ uindicat. à Vindicio ſeruo ex urbe Setia: q̃ q̃m cõiurationẽ de reducendo Tarquinio detexit, liberatus eſt. ut inquit Liui. lib. iii. Hinc & Vindiciæ dicitur ſententiæ, que in libertatem adſerunt.

Vindico, cas, pen. cor. proprie ulciſcor. vnde Vindicta. Ambroſi Non ultionem quærebat, eò uſq; ut dicenti ſibi Saruiæ filio quòd vindicare in eum uellet, non permiſit. Et Vindicare, eſt ab iniuria contumelia'ue aut dãno defendere aut liberare. Cicero. Et eſt ſenectus natura loquatior, ne ab omnibus eam uitiis uidear uindicare. Liuius lib. iii. A' cuius crudelitate uoſmetipſos armis uindicaſtis. Item protrahere, & in libertatem adſerere. Vnde Vindicta, uirga qua ſerui libertate à prætore donabantur.

Vindicta, ultio: aliquãdo libertas, ſiue uirga, qua ſerui libertate donabant. Nam faciendi liberi tres partes ſunt. Vna ut cẽſu liber fiat. Cenſebãtur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Si quis enim cõſentiẽte populo, uel iubẽte domino, nomẽ detuliſſet in cenſum, ciuis Romanus fiebat, & ſeruitutis uinculo ſoluebatur. Altera pars adipiſcendæ libertatis, quæ uindicia uocabatur, ſcilicet uirgula quã prætor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatem uindicabat, dicens quædam uerba ſolẽnia: atque ideo illa uirgula uindicta uocabatur. Tertia pars faciẽdi liberi eſt, ſi quis ſuprema uolũtate in teſtamẽti ſerie, ſeruum liberum ſcripſerit.

Vinea, locus uitibus cõſitus, à uite multa. Vinearum tria ſunt genera: iugata, humi proiecta, & arbuſtiua. Eſt etiã Vinea inſtrumentũ bellicum, ex lignis compactum, latũ pedibus octo, altum ſeptem, longum ſexdecim, tectũ duplici ligno, cratibusq; contextũ. Latera quoq; uimine ſepiuntur, ne ſaxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinſecus, ne cremenſ, crudis ac recentibus coriis integũtur. Quum plures fuerint, iunguntur ordine, ſub quibus oppugnantes tutius ad muros ſubruendos pugnant.

Vinealis, & hoc uineale, quod eſt aptum ad uineam. Colu. lib. iiii. Sed ne nũc per infinitas terreni ſpecies euagemur, non intempeſtiuæ cõmemorabimus Iulii Græcini conſcriptam uelut formulam, ad quam poſita eſt imitatio terræ uinealis.

Vinearius, ria, riũ, quod eſt uineæ, uel quod ad uineã pertinet. Colu. lib. vi. Validam uitem in ramos deducere cenſeo, & traducibus diſpergere aut q; durare, certosq; uinarios colles præcipitare.

Vineaticus, ca, cum, quod ad uineã pertinet. ut falces uineaticæ. Varro. Sic alia quocũq; nõnulla genera ſpecies habẽt plures, ut falces. Nam dicuntur uineaticæ opus eſſe ſex. Colu. lib. v. Atti unũ atq; alterum reprehendiſſe, quippe ſeminibus uineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri.

Vinetũ, locus ubi multitudo uitis conſita eſt. hoc eſt, ubi multæ uites uel multæ uineæ ſunt. Col. lib. v. Cui uineta facere cordi eſt, faciat uitiarium ex quo poſſit agrum uineis ueſtire.

Vinıolos, q' molliter ſe gerit & effœminate.

Vinitor, penulti. correp. ruſticus uinearum cultor. Columel. lib. ii. Separandi ſunt aratores à uinitoribus. Vergilius lib. ii. Georgicorum.
Iam canit extremos effœtus uinitor antes.

Vinolentus, ebrioſus, uino ſe ingurgitans.

Vinoſus, qui ad uinũ adfectus eſt. Plinius ait, idcirco Vinoſos dici homines, quòd ſoli animalium non ſitientes bibunt. Vinoſus ſuccus (ut idem autor eſt) proprie eſt moro, pyro, myrto. Idem. Inter mala Punica genera uinoſa quædam adpellat, quæ aluum ſiſtunt & ſtomachum.

Vinulus, pen. cor. molliter ſe gerens, & minime uiriliter: quod facit illecebroſus. Plaut. Compellando blãditer oſculando, oratione uinula ueruſta.

Vinũ, à ui deducitur: quòd uim inferat menti. Et in plurali habet uina & uinis. Ouidius.
Et Venus in uinis, ignis in igne fuit. Martial.
Reſinata bibit uina falerna lugis. Quatuor ꝓcipui ſunt vini ſapores: dulce, acutum, lene, & auſterũ. Primus Noe vinũ inuenit, ſicut ſacræ teſtanſ literæ. At gentiles docent Bacchũ vini repertorem fuiſſe. Primus verò Italis Saturnus dedit è Creta in Latiũ aduectus. Vinũ tortiuũ, quod nouiſſime expreſſum eſt, Protopũ, antequam calcenſ vuæ ſponte defluẽs. Diminutiuũ à. Vinum eſt Villũ: quod etiam Vinellum dicitur. Vel vinum ἀπὸ τοῦ οἴνου.

Vio, uias, plaui, uiatũ, ſignific. iter facio. unde Viator, qui uiat.

Viola, quaſi minime violata, per antiphraſin. Vel quòd non uiolanda. Vel ab olendi ui. Vel per diminutionem à Græco ἴον. Violarum tria ſunt genera Nam eſt Viola purpurea, quæ nomen Græcum tenet, & adpellatur ἴον ἄνθος, quod eſt, uiola flos. vnde & ueſtis ianthina. Hanc eandem quidam à colore baccæ vacinum dixerunt, vt inquit Apuleius, Secũda eſt lactea. Tertia eſt coloris pallidiuli.

Violabilis, qui aptus eſt ut uioleſ: ut Inuiolabilis, qui non facile uiolari poteſt.

Violaceus, cea, ceũ. idẽ quod purpureus. qui in uiolæ colorẽ tendit. Corn. Nepos: Me iuuene uiolacea purpurea uigebat. Violaria, loca ubi naſcunſ uiolæ. Verg. lib. iiii. Geor. Irriguũ libãt uiolaria fontẽ.

Violaris, & hoc Violare, quod eſt coloris uiolæ. Plautus. Flammari uiolari ueſte.

Violarius, rii, dicitur uiolacei coloris infector.

Violentus, qui vim facit.

Violo, las, pen. cor. corrũpo, polluo, & quaſi vim inſeſo: quod ꝓprie de virgine dr̃. Verg. xii. Aeneidos. Indũ ſanguineo ſi quis violauerit oſtro Si qs ebur.

Vipera, penul. corre. ſerpentis genus: quòd ui pereat. Nihil enim attinet ad huius dictionis etymologiam pario. Nã deberet tunc dici Vipara, non autẽ Vipera. De Vipera verò Nicander ita ſcribit, adpellans ipſam echidnam, quæ tamen dicitur echis. Vulgò dicunt maraſſum. Vnde ait Nicander.

Θολερῇ κυνόδοντι
Θουρὸς ὅτ' ἄξ ἐμφῦσα κάρην ἀπέκοψεν ὁ μόθων,
Οἱ δὲ πατρὸς λώβην μεθιεῖσαν αὐτικα τοῖσι
Γεινόμενοι ἐχίης ἔτι ἀμὰ διὰ μητρὸς ἀραιὴν
Γαστέρ' ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.

Nam corroſis lateribus exeunt pulli cum matris interitu. De eadem & Plinius multis in locis, maximè vero lib. x. cap. lxii. Viperæ mas, caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit oua vnius coloris, & mollia ut piſces. Tertia die intra uterum catulos excludit: deinde ſingulos diebus ſingulos parit, viginti ferè numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occiſa parente. A' Vipera fit Viperinus, na, num. Plinius. E' uiperina carne fiunt theriaci paſtilli.

Vipiones, ſunt minores grues: ſicut pipiones minores columbi. Plinius libro. ix. In Balearibus inſulis ait in honore menſarum eſſe vipiones. Sic enim vocãt minorem gruem.

Vir, à ui dicitur: quòd ui, hoc eſt, potentia præſtet. Et modò reſpectu ætatis dicitur Vir. Plinius. Quod non modò in puero ſiue adoleſcente: ſed etiam in viro admiratione dignum uideretur. Modò reſpectu ſexus: ut, Eſt'ne vir an mulier? Vnde Semiuiri, dicuntur eunuchi, & molles atq; effœminati. Modò reſpectu cõiugii: ut, unius uxoris uir. Nec ſolum de hominibus, ſed etiam de brutis. Vergilius. Vir gregis ipſe caper. Modò reſpectu fortitudinis. Virũ enim hominem præſenti excellentiq; animo nũcupamus. Curtius. Exurgite, inqt, aliquando ſi uiri eſtis. atq; arma capeſſite. A' Vir fit Semiuir, Duũmuir, Triũmuir, Quinquéuir, Septémuir, Decémuir, Centũmuir, Leuir, Vir potens, Vir illuſtris, Vir deuotus, Vir magnificus, Vir ſpectabilis: quæ omnia (ſecundum Priſcianum) ideo compoſita accipiuntur, quia ſub uno accentu pronunciantur.

Virago, penul. produ. mulier fortis: quæ uiro ſimilis ſit, & uirilia opera faciat.

Virbius, uir bis dictus, quo nomine dictus eſt Hippolytus Theſei & Hippolytæ Amazonis filius. uide in dictio. Hippolytus.

Vireo, res, uiri tis ſum. Vergilius lib. vi.
Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum Fronde virere noua. Hinc Vireſco, viridis fio, & ſic primam ſyllabam corripit. Statius lib. i. Syl.
Exuit atq; alios melior reuireſcit in annos.
Hinc etiã Euireſco, quod eſt, ſine uiriditate fio. Varro. Atq; ex ſanguinibus dolore euireſcat colos. Interdũ Vireſcere, ſignificat maiorẽ uirũ fieri: & ſic primã ſyllabã producit. Verius in Poematis.
Hinc creſcunt animi, uireſcit uulnere uirtus.

Viretum, locus uiriditate plenus: uel ipſæ herbæ uirentes. Colu. lib. xii. Ficus neq; nimium uireta, neq; nimium matura legi debet, & in eo loco expãdi qui toto die Solem accepit. Hic Vireta, id eſt, uiridia, & malè matura accipit.

Virga, dicta eſt qđ vim gerat ſigando verberãdo'ue. A' quo nomine fiunt tria diminutiua, ſcilicet Virgella, Virgula, & Virguncula. Sed Virgula etiam linea dicitur. Et Virguncula puella.

Virgeus gea, geum, quod eſt factum ex uirgis. Vergilius libro primo Georgicorum.
Virgea præterea Celei vilisq; ſupellex. Id eſt, vaſa de vimine facta.

Vergilius, Mantuanus poeta celeberrimus, Marone Maiaq; natus: qui primum apud Latinos inter poetas obtinet locum. Sed ſunt ex recẽtioribus, qui Vergilium non Virgilium ſcribi debere autumant.

Virginalia, ſubſtantiuũ, uirginitatis ſunt ſigna, ut ait Auguſtinus in Quæſtionibus ſuper Deuteronomiũ.

Virginalis, & hoc Virginale, quod eſt dignũ virgine. Quãuis & pro virgineo quandoq; accipiatur, quale eſt illud: Deus, qui uirginalẽ aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es.

Virgindemia, collectio virgarum: ob uerbera, aut ad aliquid vinciendum. Varro in Aga. Quid triſtiorem uideo te eſſe? an ideo quia ſcapulæ metuunt virgindemiam?

Virgineus, nea, neum, quod eſt aut fuit uirginis.

Virgo, à uiridiori, id eſt, ualidiori ætate adpellata eſt. Vnde & matres ſæpe virgines dicũtur. Vergilius de Paſiphae, quæ trium liberorum mater erat.
Ah virgo infelix quæ te dementia cepit?
Nunc uero Virgo generis communis, & tam marem quàm fœminam ſignificat, sei Venereæ expertẽ. Sicut mulier à mollitie dr̃, quæ amplius uirgo non eſt. Cicero obiurgantibus, quòd ſexagenarius Popiliam virginẽ duxiſſet: Cras mulier erit inquit. Vlpianus. Quòd ſi ego me uirginẽ emere putarẽ, quũ eſſet mulier, emptio non ualebit. Veteres etiã omne incorruptum & intactum, Virginem dixerunt. Cicero. Philoſophia caſta, uerecunda, incorrupta, uirgo.

Virgulata, ſeu Virgata ueſtis, dicebatur (vt Iulius Poll. inquit) tunica in qua intexebantur uirgæ purpureæ, hoc eſt, lineæ: quas Græci πάρυφον. Sed eas ueſtes Grammatici interpretantur purpureas: quòd uirga Gallorum lingua dicatur Purpura. Vergil. lib. viii.
Virgatis lucent ſagulis.

Virgultum, multitudo uirgarum pullulantium.

Virguncula, diminutiuum accipitur pro parua puella, & pro parua virga.

Viriatus, magnarum uirium. Lucilius. Cõtra flagitiũ neſcire bello uinci à barbaro uiriato Annibale. Et Viriatus Luſitanorum ducis nomen, qui vir callidiatatis acerrimæ fuit: quippe qui ex uenatore latro, ex latrone ſubitò dux atq; imperator factus, Romanos exercitus contriuit: ſed tandem ſuorum fraude interfectus

ſectus

ſectus eſt. Hinc Viriatinum bellum dictum eſt.
Viriculæ, diminutiuum à uiribus, hoc eſt, puſillæ uires. Dicimus etiam Viriculas patrimonij, puſillū matrimonij, ſiue facultatulam.
Viriculum, genus teli, terebra vulgò, à græcis ceſtron dicitur.
Viridarium, locus in quo ſunt herbæ & plantæ uirentes, & amœnitate refertus. Suetonius in Tybe. Militem prætorianum ob ſurreptum è uiridario pauonē, capite puniuit.
Viridia, dicuntur prata, ſeu horti arboribus conſiti, uoluptatis cauſſa comparati.
Viridicatus, ta, tum. Cicero ad Q. Fratrem: Equidem hoc quod melius intelligo, adfirmo mirifica ſuauitate, te uillam habiturum, piſcina, & ſalientibus additis, paleſtra & ſylua uiridicata.
Viridis, & hoc uiride, à uigore dr̃. Vnde dicimus uirides plantas, quæ nondum aruerſit, & in uigore ſuo ſunt. Et quoniā in his herbaceus color eſt, cum etiā colorem uiridem dicimus. Vergilius.
Iam ſenior, ſed tarda Deo uiridisq; ſenectus.
Viridis mulier, Plin. in Epiſto. Numidia Quadratilla paulominus octogeſimo ætatis anno deceſſit, uſque ad nouiſſimam ualetudinem uiridis.
Virido, das, uiridem facio, à quo Viridans, quod eſt uiride. Plin. Viridantiū & alia plura ſunt genera.
Virilis, & hoc uirile pen. prod. quod eſt uiri: ut opus uirile. Aliquando dr̃ fortis, magnanimus. à quo Virilitas: & aduerbium Viriliter.
Viripotens, cum accētu in antepenultima, dicitur uirgo, quæ annos pubertatis exceſſit, & quæ iam uirum ſuſtinere poteſt.
Viritanus ager, qui uiritim populo diuidebatur.
Viritim, aduerbium: ſignificat per ſingulos uiros. Cato: Præda quæ capta eſt uiritim diuiſa. Dr̃ etiam de uno uiritim. Horatius in Epiſtolis.
Quod legeret tereretq; uiritim publicus uſus.
Curtius. Si qs uiritim dimicare uellet prouocauit.
Viro, ras, fortifico. A' quo Euiro, de quo ſuprà.
Viror, & uiriditas, ſunt eiuſdem ſignificationis.
Viroſa mulier, dr̃ quæ uiri adpetens eſt: ſicut mulieroſus, uir mulieris adpetens. Et Viroſi loci à Catone dicuntur, q coitum uiri adſectant. Et ſic habēt primam correp. Lucilius. Vetulam atque uiroſam uxorem cædam potius, quàm caſtrem egomet me. Et Viroſus, ſa, ſum, à uirus fit, & habet primam productā, ſignificatq; quod eſt mali odoris: & quādoq; quod eſt mali ſaporis. Vergilius.
Viroſaq; pontus Caſtorea.
Conſtat enim caſtoreum fœdi & execrandi odoris eſſe, adeò ut prægnantes odore eius eiciant fœtū. Varro. Rancidam carnem adpoſuit nobis & uiroſam. id eſt, mali ſaporis. Poteſt etiam dici Viroſus pro forti, à uiribus.
Virtus, à uiro dicta eſt, & proprie fortitudinem ſignificat: quòd uiri maxime fortitudo ſit, ſiue quòd uir fortis dicitur. Vergilius.
Tunc pudor incendit uires & conſcia uirtus.
Lactantius libro de Opificio Dei. Vir nominatus, quòd in eo maior uis eſt quàm in fœmina: & hinc Virtus nomen accepit. Vnde quum uirum dicimus, non tam ſexum ſignificamus, quàm robuſtum & fortem. Viri enim propria uirilitas eſt & robur. Et tunc definitur Virtus, quòd ſit perferendorū maiorū fortis atq; inuicta patiētia. Quoniam autem fortitudo cæteris uirtutibus antecellit, factum eſt ut rectæ animi adſectiones, Virtutes adpellent. Sic quicquid uitio contrarium eſt, Virtus dr̃, quæ ſic definiri ſolet: Virtus, eſt adfectio animi conſtans conueniēsq;, laudabiles efficiens eos in quibus eſt: & ipſa per ſeſe ſpōte ſeparata etiā utilitate laudabilis. Horatius.
Virtus eſt uitium fugere & ſapientia prima.
Ariſtoteles. Virtus eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens. Seneca. Virtus non aliud quàm recta ratio eſt. Auguſt. lib. 4. de Ciuita. Dei. Virtus à ueteribus definita eſt ars bene recteq; uiuēdi. Vnde ab eo quod Græce ἀρετὴ dr̃ Virtus, nomē artis Latinos traduxiſſe putauerunt. Virtutem antiq Deam fecerunt: quam Auguſtinus non eſſe Deam, ſed donum Dei adſerit. Lucilius de Virtute.
Virtus albini eſt precium perſoluere: uerùm
Virtus eſt homini ſcire id quod quæq; habeat res.
Virtus ſcire homini qd uā utile, qd ſit honeſtum.
Quæ bona, q̃ mala, itē qd inutile, turpe, inhoneſtū.
Virtus quærendæ finem rei ſcire modumq;.
Virtus diuitiis precium perſoluere poſſet
Hoſtē eſſe atq; inimicū hominū morumq; malorū.
Contrà defenſorem hominum morumq; bonorum.
Hos magnifacere, his bene uelle, his uiuere amicum.
Commoda præterea patriæ ſibi prima putare:
Deinde parentum, tertia iam poſtremaq; noſtra.
Aliquando Virtus dr̃ uis illa, qua res cuius eſt uirtus perfecta reddit. Cicero libro quinto de Finib. bon. & mal. Atqui in ſenſibus eſt & ſua cuique uirtus. Aliquando pro ope & auxilio. Plautus. Deum uirtute eundem hoſpitio accipiam. Aliquando pro merito. Idem Quæ improba eſt merx, preciū ei pro uirtute ut ueniat.
Virulentus, qui eſt plenus ueneno. Gellius. Vt ſerpentium uirulentorum domitores ſint.
Virus, idecliabile & generis neutri: quod & Virus, ri, apud antiquos, ſicut vulgus, gi, dr̃. Lucretius.
Liquit enim ſupra tetri primordia uiri.
Et proprie ſignificat aſperitatem odoris in homine, iam adulto. Quippe talis odor in puero nō eſt, nec ante coitum mulieris. Plin. Prodeſt et ad uirus alarū. Idem. Signum eſt uernis temporibus odoris uirus. Aliquando ſignificat aſperitatē ſaporis. Idem. Aqua marina uetuſtate uirus deponit. id eſt, amaritudinē illam & ſalſedinem. Idem. Virus mali medici. id eſt, acor & amaritudo. Aliquando aſperitatem coloris. Idem de ſanguine purpuræ. Tum ſuperadditum decoquit uirus. Aliquando genituram, id eſt, humorem qui è genitalibus fluit. Idem. Virus uerrinum à ſcropha à coitu exceptum, prius quàm terram attingat, grauitati aurium pdeſt. Aliquando uirtutem naturalem. Lucretius libro ſecundo.
Concoctosq; ſuo contractus perdere uiro. Plinius

de magnete: Sola hæc materia uirus ab eo lapide accepit, retinetq́ longo tempore, aliud adpendens ferrum. Aliquando virorem ſeu herbas virẽtes. Statius lib.i. Syl. Atq; omne benigne

Virus odoriferis Arabum quod creſcit in aruis.

Plerunq; Virus pro veneno ponitur. Vergil.

Ille malum virus ſerpentibus addidit atris.

Vis, huius vis, adcuſatiuo uim. Pluraliter vis, adcuſatiuo uis, vocatiuo uis. Salluſt. lib. iii. Hiſtor. Male iam adſuetum ad omnes vis cõtrouerſiarum. Ponitur autẽ Vis pro virtute. Salluſtius, Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt. Aliquando pro poſſibilitate ſeu fortitudine. Vergilius,

Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis.

Aliqñ pro uiolentia. Idem. Fit uia ui, rumpunt. Hinc Violo, las. Aliquando pro multitudine ac copia. Liuius, Magna uis ex Sicilia aduecta. Salluſtius, Secunda tempeſtate ex Ponto uis piſcium erupit. Aliquando pro celeri impetu.

Viſcerari, veteres dixerunt carnẽ populo diſtribuere.

Viſceratim, aduerbium ſignificat per viſcera. Ennius, Diſſipat viſceratim membra.

Viſceratio, crudæ carnis diſtributio, quæ fieri ſolebãt vel in ſolemni feſtiuitate, vel in funere alicuius excellentis perſonæ. Gellius, Tum in Albano viſceratio Latinis data. Liuius lib. viii. Et populo uiſceratio data à M. Flauio in funere matris. Seruius, Viſceratio eſt caro, à viſcere nomine dicta.

Viſcoſus, ſa, ſum, quod eſt tenax. Dicitur etiam Viſcidum.

Viſcus, ſci, & Viſcum glutinum quod ad aucupium pertinet. Nã uiſco propter eius tenacitatem aues capiuntur. Horat. in Serm.

Summus ego & propè me uiſcus turrinus.

Plinius li. xvi. cap. xliiii. Viſcum fit ex acinis, qui colliguntur meſſium tempore immaturi. Et Viſcum antiqui dicebãt eſſe rete. Hinc fit Inuiſco, ſcas, quod eſt viſco inficio.

Viſcus, ſceris, caro non tantum inteſtina, ſed quicquid ſub corio eſt. id eſt, caro quæ eſt inter oſſa & cutem. Vnde & Viſceratio, dicitur conuiuium de carnibus factum. Vergilius,

Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.

Ambroſius, Oſſa oĩa tenui operta ſunt viſcere. Hinc Euiſcero, ras, quod eſt, uiſcera extraho. Verg. lib. xi.

Compreſſamq́ tenẽt, pedibusq́ euiſcerat uncis.

Viſibile, quod videri poteſt: ſicut Inuiſibile, quod videri non poteſt. Cc.

Viſito, tas, freq̃ẽtatiuũ eſt à viſo, à quo fit Viſitatio, quæ proprie ad officiũ pertinet. Plau. in Curc. Ibi me interrogat, In Epidauro Lyconem trapezytam ſi nouerim. Dico me nouiſſe. Quid lenonem Cappadocẽ? annuo viſitaſſe. Hic Viſitaſſe, pro ſæpe vidiſſe capit, ſicut in Epidico: Noſcito hanc, nã videor neſcio ubi me vidiſſe prius. Eſt'ne ea, an non eſt, quã animus retur meus? Dii boni, viſitaui antehac: certe ea eſt.

Viſo opus eſt, ſignificat oportet uidere.

Viſo, ſis, ad videndum eo. Cicero ad Atti. Cupio equidem & iam pridem cupio Alexandriam reliquamq́ Aegyptum uiſere. Id eſt, ad videndum ire. Terent. in Hec. Non viſam vxorẽ Pamphili, quum in proximo ſit ægra? Illud verò in Andr. Id viſo tu'ne an illi inſaniant, exponit Dona. ad uidendum uenio. Aliquãdo ponitur pro video tantum, præſertim quã ſo iungitur cum eo, is, aut uenio. Plaut. in Rud. Nunc huc ad Veneris fanum venio uiſere rem diuinam facturum ſe dixerat. Terent. in Hecy. Poſtquàm acceſſiuit ſæpius, ægram ſimulãnt mulierẽ: noſtra illicò it viſere, ad eam admiſit nemo. Et in Phorm. Vultis'ne eamus viſere? In compoſitis etiam. Terent. in Andr. Reuiſo quid agant. Redeo (inquit Donatus) ut uideam quid agant. Et in Adelphis, Hera ego hinc ad hos prouiſam, quàm mox uirginem acceſſant. Prouiſo, inquit, duas res ſignificat: procedo, & video. Plautus in Menæch. Prouiſam quàm mox vir meus redeat domum. Similiter quando gratia, cauſſa, ſtudio, & huiuſmodi iunguntur gerundiuo. Salluſtius, Multi autem qui è caſtris uiſendi aut ſpoliãdi gratia proceſſerant, uoluẽtes hoſtilia cadauera, amicum alii, pars hoſpitem, pars autem cognatos reperiebant. Teren. in Hec. Nemittas quidem viſendi cauſſa quenquàm. Verg. Vndiq; viſendi ſtudio Troiana iuuentus Circumfuſa ruit. Ex quibus datur intelligi, hoc verbum non eſſe deſyderatiuum, ſicut multi putant: ſed magis excitatiuum. Nam ſi Viſendi, pro deſyderio uidẽdi in iſtis ſumeret, ſenſus eſſet ineptus, ex gratia, cauſſa ſtudio: quæ quum pro deſyderio capiantur, ſuperflua forẽt. A' Viſo fiunt compoſita Circumuiſo, Inuiſo, Prouiſo, Reuiſo.

Viſum eſt, faciendum facere, modus dicendi: vt, Viſum eſt facere vt te admonerem, quod eſt, putaui te admonendum.

Viſus, ſus, & viſio, onis, ipſe uidẽdi actus: ſicut guſtus, pro actu guſtandi. Verg. Horrendum viſu Ponitur interdum pro eo quod videtur. Idem lib. vii. Rite ſecundarent uiſus. Viſiones autem phantaſiæ dicũtur. Quintil. Quas phantaſias Græci uocant, nos ipſi viſiones vocamus: per quas imagines rerum abſentium ita repræſentantur animo, vt eas cernere oculis, ac præſentes habere videamur. Viſio enim, modò ſignificat inſpectionem. Apul. Ciuitas cuncta uacuat ſtudio uiſionis. Modò id quod in ſomnis uidetur, ut inquit Macrob. quãdo eodem modo quo adparuerat eueniet. Græce ὅραμα vocant. Præterea Viſa ſomnia dicũtur, & nocturna, ſiue etiã diurna phantaſmata: quæ etiam vigilantibus adparent. Verg.

Hoc viſum nulli non ipſi effata ſorori eſt.

Vita, à uiuo, uis, & modò animam ſignificat, ſine qua nemo viuit. Et hæc triplex eſt. Seminalis, quæ & vegetatiua dicitur & nobis cum arboribus communis eſt. Senſualis, quæ eſt pecoribus. Intellectualis, quæ cum ſolis angelis. Modò denotat mores. Cice. li. ii. ad Heren. Deinde uita hominis ex antè actis ſpectabitur. Modò alimentum, ſeu victum. Terent. Eadẽ quippe homo iam grandior, cui opera uita erat. Modò fortunam. Terentius: Nam tua quidem Herclè hæc uita certè expetenda atq; optanda eſt. Variatur in plurali. Cic. Serpit per omnium uitas amicitia. A'

Vita fit

Vita ſit Euitari : quo vſus eſt Cicero in Tuſculanis quæſtionibus.

Vitabundus, idem quod vitans. Salluſtius, Marius uitabundus claſſem hoſtium ad oppidum peruenit.

Vitalis, & hoc Vitale, quod vitam præſtat.

Vitalis, ſubſtantiuum, proprium nomen eſt.

Vitellina, ſalicis ſpecies eſt. Cc.

Vitellus, à uita, dictus eſt oui pars rubra, quòd ex eo viuat pullus, ipſum animal ex albo liquore oui corporatur: cibus eius in luteo, hoc eſt, in uitello. Horatius in Sermon.

Quatenus ima petet voluens aliena vitellus. Mart.
Candida ſi croceos circunfluit vnda vitellos.

Vitex, ſalicis genus ex quo vaſa viminea fiunt.

Vitiarum, vitium ſeminarium. Colu lib. iiii. Vitiarium neq; ieiuna terra neq; vliginoſa faciẽdum eſt, ſuccoſa tamen ac mediocri potius quàm pingui. Et paulò ſupra: Cui vineta facere cordi eſt præcipue caueat, ne alienæ potius curæ quã ſuæ credere velit, ne'ue mercetur uiuiradicem, ſed genus ſurculi probatiſſimum domi conſerat, faciatq; vitiarium, ex quo poſſit agrũ vineis veſtire. Et Vitiarium, locus in quo ſunt vites ſicut pomariũ, vbi ſunt poma. Var. lib. i. de Re ruſti. Ideo in uitiario primitus quum exit vitis, tota reſecari ſolet, vt firmiore ſarmento è terra exeat, atq; in pariendis colibus uites habeat maiores.

Viticula, diminutiuum, à vite. Vergilius in Diris,
Dulci nanq; tumet nondum viticula Baccho.

Viticulus, capreolus vitis. Plinius, Frutex folio hederæ minus tamen longis viticulis.

Vitigeneus, a, um, q̃ ex uite fit, ut Vitigineum ſimulachrum.

Vitilia, dicuntur quæcũq; ſic lenta ſunt, ut commode flecti poſſint, à vinciẽdo dicta, vt vitex, vitis, vimina, viticulæ. Plinius lib. xix. Cucurbita omni modo faſtigiatur, vaginis maxime vitilibus. Idem, Non multum à ſalice vitilium uſu diſtat.

Vitiligatores, dicti ſunt obtrectatores: ex vitiis & litigatoribus compoſita dictio. Pli. in prologo. Scio ergo quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palàm proferantur, multos fore qui vitiligent.

Vitiligo, totius corporis vitium eſt. Nam Vitiliginem faciunt diuerſi coloris maculæ, per omnia membra diſperſæ. Dicta Vitiligo, vel à vitio, vel à uitulo, propter eius membranæ candorem, qua naſcitur inuolutus. Et hanc maculam Græci alphon (unde nos album dicimus) adpellãt, ut inquit Feſtus allegans Lucil. Hæc odioſa mihi vitiligo eſt, vnde dolet inquit. Sed Cælius Vitiliginem dicit eſſe herbã quæ alphos dicitur, quia alba: quum & alia quoque ſit guttis diſperſa, quæ melas à colore nigro dicitur: vtraque tamen ſerpit. Ob hanc igitur ſimilitudinem, Vitiliginem magis dictam puto. Non enim hæc herba ſiue virgultum (vt ait Feſtus) à vitulo, vel à uitio: ſed à vite nuncupatur: cuius natura eſt, vt ſine adminiculo ſtare non poſſit. De morbo ſic meminit Apuleius in Magia: Quum caro in humorem craſſum & ſpumidũ inimico igni colliquefacit, & ſpiritu in idem parto ex candore compreſſi aeris albida & humida tabes fluit. Tetra nanq; tabes ſi foras è poris proſpirauit, maiore dedecore quàm noxa diffunditur: pectoris primorem cutem uitiligine inſignit, & omnibus maculationibus conuariat. Plinius lib. xx. Ferunt eos qui quotidie edunt capparim, paralyſi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix eius vitiligines albas tollit. Martialis lib. iii. linguæ uitiliginem dedit per quandam ſimilitudinem, quum inquit: Scabros dentes, vitiliginemq; linguarum, quas In ſola equidem ciuitate contraxerat.

Vitiligo, gas, pe. cor. obſtrigilo, carpo, criminor, mordeo, vnde Vitiligatores.

Vitio, tias, corrumpo, deſtruo. Lactantius lib. vii. Aer vitiabitur, ac corruptus & peſtilens fiet. Plautus in prolo. Aulul. Eius filiam Lycorides uitiarat. Nam Vitiatam virginem dicimus, quum pudicitiã amiſit. Et Vitiare, eſt fœdare. Apuleius: Vtroq; oculo uitiatus. Hinc Corpore vitiatos dicimus, qui cæci, vel mãci, vel claudi nati facti'ue ſunt. Hinc Vitiatio, corruptio. Vitioſitas vero vitium dicitur.

Vitio dare, eſt culpare, vituperare. Terentius in And. Nunc quã rem uitio dent quæſo animaduortite. Et paulò pòſt pro eodem. Id iſti vituperant factum.

Vitioſi magiſtratus, dicũntur vitio creati. Vnde apud Liuium legimus expugnatum eſſe, vt vitioſus dictator per augures fieret. Cicero in Philip. Vitioſum conſulem adpellat, hoc eſt, uitio creatum ex augurum diſciplina. Quando enim comitia Romæ habebantur cauſſa magiſtratuum creandorum, ſolebant augures de cælo ſeruare, ſi aut fulmen vidiſſent, aut tonitrua audiuiſſent. Qua re per augures nunciata, illi magiſtratus Vitio creati eſſe dicebantur, & ita ſe abdicare cogebantur.

Vitioſitas (vt Cic. lib. 4. Tuſcul. quæſtionũ inquit) eſt habitus aut adfectio in tota vita inconſtans.

Vitis, à vino dicta eſt, quòd ferat vinum. Varro, Et uitis, eò quòd inuitetur ad uuas percipiendas, dicta primo videtur. Erat & Vitis geſtamen centurionis, non carnificis aut lictoris. Honorificentior enim pœna quæ à centurione, quàm quæ à lictore eſſet illata. Vnde Iuuenalis,
Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Vitiſator, pen. cor. qui uites ſerit. Quo nomine dictus eſt Saturnus. Vergilius,
Vitiſator curuam ſeruans ſub imagine falcem.

Vitiſcere, eſt uitem facere. Colu. lib. iii. Reliquas gemmas quæ in terram abſconduntur, exceptis quatuor imis fac adradas, ne in ſumma radice uitiſcat.

Vitium, proprie dicitur qđ uirtuti opponitur: à uitio, quòd uitandum ſit ac fugiendum. Seneca: Si quid uitii commiſit. Aliquãdo dicitur error. Plinius: Librũ uitiis plenum. Aliquando morbus. Quamuis ob inuicem ſeparentur, quòd morbus ſit habitus quidam contra naturam, qui uſum rei facit deteriorem, ut febris, inſania. Vitium uero, perpetuum corporis impedimentum ut cæcitas, claudicatio, uecordia. Et nõ ſolum in homine, ſed in aliis quoq; rebus dicitur. Cicero. Pæto: Sed nihil eſt in parietibus aut tecto vitii,

cætera mihi probabuntur. Poteſt tamen qui morboſus eſt, etiam vitioſus dici, ſed non econtrario. Equus mordax & calcitroſus, uitioſus non morboſus eſt. Claudus verò aliquo actu factus, & morboſus & vitioſus dici poteſt.

Vito, tas, caueo. Cuius compoſita ſunt Deuito, Euito, perfecte vito. Lactantius: Sic hominem pœnitentẽ, cautum, ac diligentem facit ad uitanda peccata, in quæ ſemel fraude deciderit, & habent penultimam productam.

Vitreolum, herba muralis, quæ mirum in modum vaſa confricata purificat. Cc.

Vitreum, quod ex vitro eſt. Cc.

Vitriarius, vitrorum factor. Cc.

Vitriolum, paruum vitrum. Significat etiam atramenti ſpeciem.

Vitroſus, quod abundat vitris, vel vitium habet. Cc.

Vitrum, materia tranſlucida, quæ ex arena & cinere fieri dicitur.

Vitta, per duplex tt, ſignificat ligamentum capitis.

Vitula, Dea quæ lætitiæ præeſſe putabatur à Romanis. Et Vitula, vacca viridioris ætatis. Vergil.
Ego hanc vitulam, ne forte recuſes,
Bis venit ad mulctram.

Vitulari, veteres vſurparunt pro voce lætari. Et Vitulantes, dicuntur lætantes, & Vitulatio lætitia. Quoniam eam ueram vitam putabant, quæ in ſumma lætitia ac tranquillitate degeretur. Varro lib. xv. Rerũ diuinarum: Pontifex quibuſdam ſacris uitulari ſolet, quod Græci παιανίζειν dicunt, hinc uiuere ſæpenumero ponitur, pro lætam uitam agere.

Vitulus, à vitulando, id eſt, laſciuiendo: qui non modò de bobus genitus, ſed etiam ex aliis quadrupedibus maioribus. Plinius de elephantis. Atq; ita ſalutato ſydere in ſyluas reuertuntur, uitulorum fatigatos præferentes. Vergil. ad equos tranſtulit,
Iam uitulos hortare, uiamq; inſiſte domandi.
Quin etiã ex piſcibus. Plinius de balænis: Irrumpunt orcæ in ſecreta, & uitulos earũ ac fœtus lacerãt morſu. Vitulus etiam nomen piſcis eſt: ſiue potius maris belua eſt, corio & pilis tecta: quæ & phocas dicitur. Parit in terra pecudum more. Vituls autem nomen accepit, quòd illi in ſomno mugitus ſit nullumq; animal (teſte Plinio) grauiore premitur ſomno.

Vituperium, idem quod uituperatio. Cicero: Vel etiã à uitio dictum uituperium.

Vitupero, ras, uitio aliquid do: quaſi uitium paro. Terẽ. Id iſti uituperant factum. Hinc etiam Vituperatio: q̃ ſi cũ uerbo uenio uel ſimilibus iungat, paſſiue accipitur. Cicero, Vt propter eum in ſermonem hominum atq; in tantum uituperationem ueniret.

Vituperones, qui & Vituperatores.

Viuarium, locus in quo uel aues, uel piſces, uel feræ cõtinentur, quæ ad uictum duntaxat pertinent. Plinius, Oſtreorum uiuaria primus Sergius Orata in Baiano inuenit. Idem leporarium dicitur & roborariũ. Propriè tamen piſcinæ, ubi piſces cõtinentur, ſicut apiaria, loca in quibus aluei apum tenentur, quæ meliſſones & mellaria nominantur.

Viuax, ualidum, uigoroſum, diu uiuens, & quod occidi non poteſt. Hinc Viuacior, Viuaciſſimus. Viuacitas, quæ eſt uigor ac robur. Et uiuacia, ciæ.

Viuere in diem, dicuntur qui quotidie parant noua cibaria, nihil reſeruantes, nec recõdito utuntur, hodie adpetentes hoc, cras illud, quorum uaria eſt uita & uictus. Cicero lib. v. Tuſculan. quæſt. Nos in diem uiuimus. Columella lib. 4. Nec prouident futuro tempori, ſed quaſi planè in diem uiuant, ſic imperant uitibus, & eas multis palmitibus onerant, ut poſteritati non conſulant.

Viuerra, animal paruum quidem, ſed magni uigoris. Muſtella ruſtica dicitur, ut ait Strabo in Aphrica importata. His utuntur adoleſcentes, ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Græce dicitur γαλῆ. Ariſtoteles libr. ix. de Animalibus: In Pordoſelena uia interiacet, cuius ultra alterũ latus gignitur gale: citra alterum gigni non poteſt. Plinius, in Pordoſelena inſula uiam muſtellæ non tranſeunt. Eſt aliud muſtellarũ ſylueſtriũ genus: quæ lõgè domeſticis maiores ſunt, à Græcis ictydes uocant. Ariſtoteles, Ictys ſylueſtriũ muſtelæ genus eſt, magnitudine melitenſis catelli: ſed pilo, facie, albedine, partis inferioris, & morum aſtutia muſtellæ ſimile eſt. Manſueſcit: maiorem in modum officit alueariibus. Genitale eius oſſeum eſt. Sed ſylueſtrium quoq; muſtellarũ duo genera ſunt. Alterũ ſub uentre ruſeſcit: Martem adpellant. Mart. Venator Marte ſuperbus adeſt. Alterũ candidius, & Viuerra uocatur. Plinius: Magna propter uenatũ eorum uiuerris gratia eſt inmittunt eas in ſpecus, qui ſunt multiformes in terra: unde & nomẽ animali, ſcilicet cuniculus. Vtrunq; genus Græci γαλᾶς ἀγρίας, noſtri ſylueſtres muſtelias nuncupant.

Viuidus, da, dum, quaſi uiuum. Propertius,
Quatuor artificis uiuida ſigna boues.
Quaſi ſpirantia atq; uiuentia. Aliàs Viuidum dicit robuſtum ac plenum uigoris, aliàs integrũ. Plaut. in Rud. Non uides me referre uiuidum rete ſine ſquamoſo pecu. Legitur & Vuidum, apud Plaut.

Viuiradix, uitis, quæ cum radice ſeritur: quaſi uiuam radicem habens, ad differẽtiam malleoli & talearũ. Plinius: In arido ſolo uiuiradix quoque fruſtra ſerit. Columella: Sationis autem duo ſunt genera, malleoli, uel uiuiradicis.

Viuo, uis, xi, ctum, quaſi uim & uigorẽ habeo. Quod licet abſolutum ſit dicimus tamen qñq;, Viuo felicẽ uitam. Interdum Viuere, eſt lætam uitã agere. Huius uerbi compoſita ſunt Conuiuo, unde & Conuiuium. Peruiuo, quod eſt, uſq; ad finem uiuo. Plau. in Capt. Etiam ſi peruiuo uſq; ad ſummam ætatem: tamẽ breue ſpacium eſt perferũdi quæ minitas. Reuiuo, à quo Reuiuiſco, ruſus uiuus fio. Superuiuo. Hieronym. in Exodo, Si uno die uel duobus ſuperuixerit, nõ ſubiacebit pœnæ. Huius uerbi frequentatiuum eſt Victo, ctas, à quo fit Victito, ctitas.

Viuum ferrum, dicit quod à magnete uim ſuſcipit, & aliud adprehendit ferrum. Ce.

Viuus, ua, uum, quod uitam habet. Quandoq; ponit pro naturali, Vergilius lib. ii. Georg. Et uiua

...mentaria terra. Quandoq; pro eo quod uim ignis habet. Quandoq; pro ualido ac uehementi. Vergilius. Paulatim abolere Sichæum Incipit, & tentat uiuo præuertere amore. Hinc Semiuiuus, quod modo significat ſemimortuus, modo debile ac uigoris exigui. A' Viuus fiunt Viuior, & Viuiſſimus, id eſt, magis uiuens.

Viuus lapis, dicitur naturalis. Quidam tamen Viuum lapidem uocant ignarium, quòd uim habeat emittēdi ignem Cornucopiæ.

Vix, aduerbium ſignificat cum ui ac difficultate, & labore. Vergilius lib. ii. Georgicorum,
Vix humiles apibus caſias roremq; miniſtrat.
Terentius, Vix retraxi filium ab amore ancillæ. Aliquando refertur ad tempus. Vergilius,
Vix è cōſpectu Siculæ telluris in altū Vela dabāt læti. Id eſt, ſtatim. Idē, Et quos Sidonia uix urbe reuexi, id eſt nuper. Aliqñ ponitur pro non. Luca.
Carcer uix carcere dignus. Ouidius,
Vix Priamus tanti tota q; Troia fuit.

Vix tandē, ſignificat poſt multum temporis. Cic. Appio Pul. Vix tandē legi literas dignas Appio. Verg.
Vix tandem Ithaci magnis clamoribus actus,
Compoſito rupit uocem.

V ANTE L.

VLcero, ras, pen. cor. dilanio, & quaſi ulcus facio. Hinc Exulcero, ulcus dilanio. Columella lib. 8. Ferè autem per æſtatem ſic muſcis aures canum exulcerantur, ſæpe ut amittant. Per tranſlationem ſignificat exaſpero, exacerbo. Cicero: Ita mihi animū exulcerauit.

Vlciſcor, ſceris, ultus, uindico, & iniuriam non impunitam relinquo.

Vlcus, eſt tecta & clauſa malignitas. Eſt enim ſanies concreta intra cutem latitans, quæ ut propere abrupta cute erumpat, emplaſtris ſuperne alligatis ſolet confoueri. Vergilius lib. iii. Georgicorum,
Quam ſi quis ferro potuit reſcindere, ſummum
Vlceris os alitur uitium uiuitq; tegendo.

Vulnus uero, eſt hians patensq; apertura corporis, ictu facta. Vlcera capitis manantia ſunt, quæ Græci ἀχῶρας uocant imperitum uulgus reumam. Quidam hoc nomen adſpirandum putant, quoniam à Græco originem trahat. Illi enim ἕλκος helcos dicunt.

Vlex, frutex roriſmarini ſimilis, aſper, aurum retinens.

Vligo penultima produ. terræ humor, ex ea nſiquàm recedens, unde Vliginoſus ager, qui ſemper eſt humidus. Humidus, qui aliquando ſiccatur. Varro. Solum oportet eſſe eruderatum, & procliuum, ut euerri facile poſſit, ac fieri purum. Non enim ſolum ea uligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam ungulas ſcabras fieri cogit.

Vlius, Apollo dicebatur, quòd ſalubritatis eſſet autor. Cornucopiæ.

Vllus, aliquis, quaſi unus aliquis, quod nomē nunquā adfirmatiue ponitur. Neq; enim dicimus. Vllus homo currit, ſicut Aliquis homo currit, ſed ponitur uel negatiue, ut Non eſt ullus qui currat. Vel interrogatiue: ut, Eſt ne ullus qui currat? Vel ſubiunctiue: ut, Si ullus me uocabit, ſtatim ueniam. Ab Vllus, fit cōpoſitum Nullus.

Vlna, cubitus, ſeu brachium, quātum utriuſq; manus extenſio. Vlna (inquit Seruius in Bucolicis) proprie eſt ſpacium, in quantum utraq; extenditur manus. Dicta Vlna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id eſt, à brachiis. Licet Suetonius unum cubitum eſſe uelit tantummodo.

Vlpicum, penul. corre. Græci adpellauere genus allii, grandius inter pulmentaria ruris, autores Plinius & Columella. Quidam Vlpicum uocant allium Punicum. Græci autē ἀφροσκόροδον adpellant, longè maioris uis quàm allium. Plau. in Pœn. Tu autem plenior alii ulpici, quàm Romani remiges. Colu. Luna infra terram ſit, quando allium uel ulpicum ſerimus, uel in tabulatum reponimus. Sic enim neque acerrimi ſaporis exiſtere, neq; mandentium halitus inodorare exiſtimantur.

Vltimus, pen. cor. ab ultra, idem eſt quod poſtremus. Aliquando etiam dicitur primus. Verg. lib. viii.
Tu ſanguinis ultimus autor. Dictus Vltimus, quòd ultra omnia ſit, ſiue ante reſpicias ſiue retro.
Vltor, format fœmininū Vltrix, à quo etiam Vltricia habemus: ut uictricia à uictrix. Cc.

Vltra præpoſitio eſt quum adcuſatiuo deſeruit: & nō niſi ſeparata inuenitur. Cuius elegātiam oſtēdit Salu. in Iugur. Mauriq; uagi genus (ut alii Aphricæ) contendebant Antipodas ultra Aethiopiam cultu Perſarum, & iuſtos & egregios agere. Aduerbiū eſt, quū ſine caſu ponitur: ut. Aſſiduè lego, nihil ultrà facies: & tunc ex ſe facit Vlterior, & Vltimus. Fit autē Vltra ab Vls, quo ueteres utebātur ſicut citra à cis.

Vltra famam, id eſt, opinionē, ſignificat per quàm mul tū: ſicut Intra famā, quod eſt huic cōtrariū. Quintil. Hortenſii ſcripta tantum intra famam ſunt.

Vltro, ab ultra fit, & ſignificat ultra, ſiue inſuper. Vergilius. Et miſereſcimus ultro. Id eſt, ultra id quod rogauit præſtitimus. Interdum ſignificat ſine requiſitione: ut, Vltro ad te ueni, id eſt, non requiſitus ſed ſponte ueni. Interdum praue ac peruerſe ſeu uerſa uice aut prior. Terentius in Adelph. Niſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita ſibi putant fieri iniuriam ultro, ſi quam facere ipſi expoſtulant, & ultro adcuſant.

Vltro citroq;, ſignificat quod uulgò dicitur, huc et illuc: et tam in factis quàm in dictis dī. Quintil. Iuuenis ſicut ſolet ultro citro q; cōmeare. Cice. Multisq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. Quidā in hac ſignificatione utuntur ſurſum & deorſum. Terent. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam, ne ſurſum deorſum'ue curſites. Tractum ab Athenis, cuius portus in imo, urbs uero in editiore loco ſita eſt.

Vltroneus, nea, neum, idem quod ſpontaneus. Hieronymus in Exodo. Ab homine qui offert ultroneus accipietis eas.

Vlubræ, ciuitas in Italia. Horatius.
Eſt Vlubris animus ſi te non deficit æquus.

Vlula, pen. cor. auis quæ à fletu denominata, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, quod eſt ululare & flere. Verg.

Certent & cygnis ululæ.

Vlisbona, ciuitas in Hiſpania, ab Vlyſſe condita. Sűt tamen qui præcipiant & Vlyxem & Vlyxbonam ſcribi per x, ſed tales Græcas literas ignorant.

Vlyſſes, fuit filius Laertæ regis Ithacesi unde & Laertius cognominatus eſt: & Ithacus, ab Ithaca inſula, in qua regnauit. Et Dulichius, ab īſula Dulichia, quæ in illius regno habebaẗ. Similiter & Naritius, à Naritio. Eſt & quandoque ſecundæ declinationis, ſicut & Achilles. Vergilius,

Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſi.

V ANTE M.

VMbella, diminutiuum ab umbra. Et Vmbella q̃ ponebatur in theatris ad arcendum Solem.

Vmber, bra, brum poſſeſſiuum eſt ab Vmbria.

Vmbilicatim, ſignificat per vmbilicos.

Vmbilicatũ, dicimus qđ umbilicos habet: uel quod ad umbilici ſimilitudinem factum eſt.

Vmbilicus, pen. prod. dicitur quicquid in aliqua re eſt medium. Vnde libro quoq; Vmbilicum dici oſtendit Catullus: Relata chartæ regiæ noui libri, Noui umbilici, lora rubra membranæ. Et Plinius, umbilicum Italiæ circa lacum Reatinum dixit. Suidas noſter: Ὀμφαλητομία, ὅτι τὸν ὀμφαλὸν τοῦ βρέφους αἱ μαῖαι ἀποτέμνουσι, καὶ αὐταὶ δὲ ὀμφαλητόμοι λέγονται, καὶ ὀμφάλιον ὁ ὀμφαλὸς τῶν ἀσπίδων. id eſt, Omphaletomia, quando infantis umbilicum obſtetrices ſecant, quæ etiam omphaletomæ. Id eſt, umbilliſecæ, dicũtur. Et in hac ſignificatione accipitur, quia illuc, tanquam ad centrum librorum membra conueniunt. Item Vmbilicus dicitur ligamentum inteſtinorum: quod mediam ferè uentris planiciem obtinet. A cuius ſimilitudine paruus circulus in terra deſcriptus, ad cognoſcendos uentos, Vmbilicus diciẗ. Plin. Per huius mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum, uel cinere lineam, mediamq; circunſcribi circulo paruo, qui uocatur umbilicus. Item parui ac rotundi politiq; lapilli, eadem ratione Vmbilici dicũtur. Cicero: Tunc duo excellentiſſimi uiri repuеraſcere maxime uidebantur, quũ ex urbe tanquam è uinculis ambulaſſent, & ad Caietam Laurentumq; conchas & umbilicos legere conſueuiſſent. Item Vmbilici, ornamenta & ueluti clauiculi quidam, quibus libri ornantur, & gemmæ ligantur. Martialis,

Quid prodeſt mihi tam macer libellus,
Nullo craſſior ut ſit umbilico. Pli. Et alios comuenit nõ oportere perforari, quorum ſit abſoluta bonitas, umbilicis ſtatim ex auro capita comprehẽdentibus. Et poetæ frequenter uſi ſunt, quum exactum opus ſignificarent, ut ad Vmbilicos ſe ueniſſe dicerent. Horatius in Epiſtolis, Promiſſum carmen iambos
Ad umbilicum adducerem. Quod exponit Porphyrius, Ad umbilicum adducere, pro finire & conſummare opus poſuit Horatius, q̃a in fine libri ex ligno aut eſſe umbilici ſolent poni. In quẽ ſenſum & Martialis finem tertii libri clauſit, inquiens,

Ohè iam ſatis eſt ohè libelle,
Iam peruenimus uſq; ad umbilicum.
Tu procedere adhuc & ire quæris.

Vmbo, media pars clypei eminentior. Licet quãdoq; pro toto clypeo ponatur. Liuius. Gallum umbone ictum deturbat. Statius.

Iam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,
Ciuilibus bellis.

Vmbra, aer carẽs ſole, quod fit alicuius corporis obiectu, præſertim nubium. Hierony. Vmbra fit ex lumine & corpore. Quidam ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, quod eſt imber. Vmbram adpellatã exiſtimant: quòd omnes umbræ humidæ ſint. Vmbræ etiam dicunẗ quas faciunt pictores, ut imagines quæ planæ ſunt, ſolidæ uideantur: quod dicunt Adumbrare. Vmbræ etiam dicuntur Inferorum imagines. Vergilius.

Vmbrarum hic locus, ſomni noctisq; ſopore.
Corpora uiua nefas ſtygia uectare carina.

Vmbraculũ, locus in quo eſt umbra. Varro lib. I. de Re ruſt. Propè aream facienda vmbracula, quò ſecedant homines in æſtu tẽpore meridiano. Et apud Eſaiam. Derelinqueẗ filia Sion ut umbraculũ in uinea, & ſicut tugurium in cucumerario. Vmbraculum, quod facit umbrã, & à Sole defendit, ſeu quod poniẗ pro umbra: ut ſunt aulea, lintea, cortina frondes. Valerius Maxi. lib. II. Q. Catullus primus ſpectantiũ cõſeſſum uelorum umbraculis texit.

Vmbraticus, ca, cum, quod eſt ex umbra ſeu ad ſimilitudinem vmbræ. Plin. in Epiſto. Niſi forte volumus ſcholaſticas tibi, atque (ut ita dicam) umbraticas literas mittere.

Vmbraticus homo, dictus eſt à Plauto trapezita, qui in umbra ſub tecto uitam agit ocioſam. Artes quoq; & negocia Vmbratica nominantur, in quibus p deſidiam in umbra elangueſcimus.

Vmbratile, penul. cor. quod umbratũ eſt, ut Vita vmbratilis, quæ umbra atq; opaco marceſcit: ſeu in vmbra & ocio domeſtico degitur. Studioſi uitam umbratilem colũt, quos libri docent in umbra & otio, ut inquit Cicero pro Cornelio Balbo. Item pro Muræna. Cedat inq̃t, ſtylus gladio, umbra Soli. Res etiã umbratiles dicuntur, quæ fiunt per inuolucra & inanitatem, qualis umbra eſt.

Vmbria, regio Italiæ: quã Plinius in ſexta regione collocat. ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, hoc eſt, ab imbre: quòd Vmbri à Græcis quaſi Vmbrii dicantur, & omnium Italiæ populorum antiquiſſimi, inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſe credantur. Vel dicta eſt Vmbria ab umbra, quòd ea regio ꝓpter altitudinẽ montiũ & uicinitatẽ Apẽnini, umbroſa ſit. Lucan. lib. II.

Iuſq; ſui pulſo iam perdidit Vmbria thermo.

Incipit Vmbria ab Apennino, & ultra ac uſq; ad flumen Adriaticum extenditur, multis præclara uetuſtiſſimis oppidis: ſed in primis Sẽtino, & fano Fortunæ. In ea etiam ſunt Spoletum, à quo nunc ea regio ducatus Spoletanus dr: Nurſia, Reate, Ameria, Tiphernum, Fulgineum, Nuceria, Aſſiſia, Tudertum, Narnia. Trecenta Vmbrorum oppida Tuſci debellaſſe reperiuntur.

Vmbro, bras, tegendo umbram facio, cuius compoſita magis ſunt in uſu, ſcilicet Adumbro, Inumbro, Obumbro.

Vmbro, nomen fluuii Inſubriæ nauigabilis: qui & Lamber à Plinio dicitur.

V A N T E N.

VNA, aduerbium, acuitur in fine, ad differentiam ablatiui nominis Vnus, & ſignificat ſimul. Aliquãdo etiã in oratione ponitur geminata, & habet quaſi eundẽ vim, quam habent tum & cum. Cicero. Vnà & id quod facio probabit: unà & in hac cauſſa profectò neminem præponendum mihi eſſe exiſtimabit.

Vnanimis, & Vnanimus, vtroque modo dicitur, pro eo qui vnius animi eſt & vnius ſententiæ cum altero. Vnde & Vnanimem conſenſum dicimus, quum amicorum concordia eſt. Hinc Vnanimitas.

Vncia, dicta eſt quòd una fit ex duodecim partibus aſſis. A' quo Semiuncia, duæ ſextulæ, tertia pars vnciæ. Id eſt, ſcrypuli octo. Sicilicus, ſcrypuli ſex, Sextula, ſcrypuli quatuor. Eſt etiam Vncia, menſuræ genus exiguæ. Vnde & diminutiuum Vnciola. Vnde Quincuncem vocamus vaſculum quinque vnciarum capax. Martialis.

Quincunces puto poſt decem peractas,
De alus aſſis partibus. Vide in dictione As.

Vnciarium, ab vncia deriuatur. à quo Semiunciariũ. Liuius lib. vii. Semunciarium tãtum ex unciario factum fœnus, & in penſiones æquas triennii.

Vncinatus, vncinis armatus. Cice. Nec ut alæ aſperis & iembus armatis vncinatiſque compluſculis, concreta hæc eſſe dicat.

Vncinus, penultima product. diminutiuum eſt ab vncus pro fuſtẽ.

Vnciola, cſi accẽtu in antep. diminuti. ab vncia Iuue.
Vnciolam Proculeius habet, ſed Gillo deuncem.
Partes quiſque ſuas ad menſuram inguinis hæres
Accipiat.

Vnctum, ſignificat illud pingue quod in porci dorſo mollius eſt. Columella libro ſeptimo. Frigoris fomenta adhibentur, capite & ſpina tepenti adipe uel uncto linuntur. Perſius adiectiue poſuit. Vncta vixiſſe patella Semper.

Vncus, fuſtis ab uno latere icuruus, ac ſeſe retorquẽſt quo inſtrumento puniebanſ damnati. Iuuena.
Impactus Scianus ducitur unco. Huius diminutiuum eſt Vncinus.

Vncus, ca, cum incuruus. Cuius compoſita ſunt Aduncus, & Reduncus: quæ duo Plinius lib. x. complexus eſt dicens: Et acuta uolucribus roſtra, eadem rapto viuentibus adunca collecto recta herbas ruentibus, limum que reduncu, ut ſuum generi. Hinc fiunt aduneo, cas, & Inunco.

Vnda, proprie pars aquæ in ſe collecta, & in vnũ partem tendens. dicta quòd ſit vna & in ſe coacta. Aliquando ponitur pro aqua, ut pars pro toto. Ouid. Et terris miſcuit undas. Huius diminutiuum eſt Vndula.

Vndabundum mare, apud Gellium, dicitur abunde vndas faciens.

Vndatim, aduerbium, ſignificat fluctuatim, uel ad undarum ſimilitudinem.

Vnde, aduerbiũ, quaſi de quo uno loco. ut, Vnde ueniſ? Interdũ ſignificat à quo. Vergil. Genus unde Latinũ. Interdũ ponitur pro ad quid. Terentius in Heaut. Vnde petitur aurum? Horatius.
Vnde mihi lapidẽ? quorſum eſt opus? unde ſagittas?
Hic uenuſte deeſt: putas uel dicas mihi eſſe. Quintilianus, Vnde hunc illi animum? Et alibi: Vnde tantum oirium cæco?

Vndeunde, ſignifi. vndecunque. da qual parte uoglia che ſia.

Vndeuis, & Vndelibet, ſignificant ex uno quouis loco. Sic Vndecunque.

Vndeuiginti, uno dempto de uiginti, quod eſt, decem & nouẽ. A' quo Vndeuigeſimus. Sic Vndetriginta, Vndetrigeſimus, Vndecẽteſimus, Vndemilleſimus.

Vndique laterum, ab omni latere, ab omni parte. Sic Vbique gentium.

Vndiſonus, na, num, penulti. correp. quod undis ſtrepit. Vnde mare Vndiſonum dicitur, quod fluctuans do ſonitum reddat.

Vndiuomus, ma, mum, penul. correp. quod undas, id eſt, aquas uomit.

Vndo, das, fluctuo, undas facio. Cõpoſita ſunt Abundo, Exundo, Inundo, & Redundo. de quibus ſupra in dictione Abundo.

Vndones, vide in dictione Vndolata.

Vndoſum mare, dicitur fluctuoſum.

Vndolatã ueſtis, quæ fit ex hircorũ & caprarum pilis potius quàm lanis: quòd ad undarum ſimilitudinẽ picta ſit. Nam & Cymatilis ueſtis à fluctu, ut apud Plau. & Ouidium Dicebãtur uerò & Vndones quidam Cilicii, fortèque ab undis: quales modo in his textis uidemus, quæ tanquam ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν συμβαλλετά omnes adpellamus, ceu origine ab illo ueſtium genere accepta, de quibus Plinius ita ſcribit: Lanæ & per ſe coactæ, ueſtem faciũt. Erit ergo Symballoton, quaſi συμβλητόν, hoc eſt, coacti implexu potius, quàm texta conditum. De Vndone Hieron. quoque meminit. Varro de Vita paſtoralii A' quibuſdã dicitur eſſe fortunæ uirginis ab eo, quòd duabus undulatis togis eſt opertum: perinde ut reges noſtri undulatas & prætextatas togas ſoliti ſunt habere. Nonius. Varro, inquit, Vndulatum noue pro puro poſuit. Ita fit ut Vndulata ueſtis aliud genus fit fortaſſe, quàm cymatilis, à fluctu dicta.

Vnedo, fructus arboris, ſimilis terreſtribus fragis. Et arbor ipſa etiam Vnedo dicitur, folio citro ſimilis, fruticoſa: pomum inhonorum eſt. Ideoque Vnedo dicitur, quòd unum tantum mãdi poſſit. Græci comaarum oocant, Latini arbutum.

Vngentum, quod & Vnguentum dicitur: non eſt illa compoſitio tenax, qua chirurgici utuntur ad uulnera curanda: ſed commiſtio diuerſorum odorum addito oleo aut balſamo ad ungenda corpora, delitiarum & luxuriæ cauſſa inuẽta. Plautus. Non poſſunt omnes olere unguenta exotica. Pomponius tamẽ Iuriſconſ. ſcribit: Vnguenta eſſe, quæ uoluptatis & ualetudinis cauſſa comparanſ. Sed hæc magis medicamẽta dicunſ. Seruius ait, hoc nomẽ Vnguentũ nõ

recipere u, ſicut nec Vngo: vnguem vero u, habere.

Vngo, gis, xi, ctum, & Vnguo, guis, gui, ctum, ſecundũ Priſcianum, quaſi vnum ago. Vngendo enim copulatur atque vnitur caro. A' quo fiunt cõpoſita Inungo, & Perungo.

Vnguen, idem quod vnguentum, & accipitur pro omni eo quod ſuccum habet, ex quo aliquid vngi poteſt. Plini. Epiphoras bubulo ſeuo cum oleo cocto allinunt. Ceruini cornu cinis ſcabricies eodem vnguine ſanat. Sunt qui dicant Vnguen ab vncto deduci: & eſſe Vnctum, pingue in ſuis dorſo, ſiue axungiam vel ſeuum. Palladius. Sumes tantundem vnguinis, quod vocamus axſigiam vel ſeuum. Perſius.
Fornifecæ craſſo vitiarunt vnguine pultes.

Vnguentarius, qui vnguenta conficit ac vendit: qui à Græcis myropola dicitur.

Vnguicula, diminutiuum eſt ab vnguis, & de his tantum dicitur quæ vngues habent. Vnde à teneris vnguiculis dicimus, pro eo quod eſt, ab infantia, ab ineunte ætate, à pueris, ab incunabulis. Cicero Lentulo. Sed præſta te ipſum, qui mihi à teneris vnguiculis es cognitus.

Vnguis, maſculini gen. ab vngo, gis, quòd politus & tráſlucidus ſit, & quaſi vnctus: & eſt proprie eorum animaliũ quæ digitos habent ſeparatos: ut ſunt homines, ſimiæ, aues. Plinius. Vngues ſimiæ imbricati ſunt, hoĩbus lati, rapacibus vnci, cæteris recti, vt canibus: præter eũ q à crure pleriſq; dependet. Idẽ de aquila. Vngues quoq; huic generi inuertuntur.

Vnguis, morbus eſt oculorum, quem Græci pterygiũ vocant, de quo ſupra dictum eſt.

Vngula, ab vnguis denominatiuum eſt, non diminutiuũ: quamuis formam diminutiuam habeat: & dicitur de his quæ digitis carent. Plinius. In quadrupedibus ſolidas habent vngulas, quæ non ſunt cornigera. Idem. Omnia digitos habent quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes numero quidem quinque, ſed indiuiſi, ac leuiter diſcreti, vngulisq; nõ vnguibus ſimiles. Ouidius quoque idem fecit dum Io, deſcripſit, è bouis effigie in primam formam redeuntem, inquiens.
Vngulaq; in quinos delapſa abſumitur vngues.
Omnibus vngulis, prouerbiale eſt: quod ſignificat omnibus viribus manuumq; pedumq;, & conatu totius corporis, vt etiam vngues qui ſunt in extremitate collocati intendantur: quos Plinius exiſtimat eſſe ſummas neruorum clauſulas. Cice. lib. ii. Tuſculanar. quæſt. Toto corpore atq; omnibus vngulis (vt dicitur) contentioni vocis adſeruiunt.

Vngulanos, Cato vocauit, qui magnos vngues habẽt ac ſcabros: quaſi vngulis ſimiliores quàm vnguibus.

Vngulata veſtis, ab vngulis, hoe eſt, annulis. Vngulũ enim Oſcorum lingua (vt ait Feſtus) annulum ſignificat. Vel etiam dici poteſt ab vnguibus.

Vngulum, annulũ ſignificat. Quod ideo quidam adpellatũ putãt, quòd ſicut in digito vnguis cameſita in illo gẽma uel ſignum aliquod auro clauditur.

Vnicaulis, herba quæ vnum caulem habet, nec in ramos ſpargitur.

Vnicolor, penul. correp. vnius coloris.

Vnicornis, generis maſculini, ſiue Vnicornius, et Vnicornium declinari poteſt, pro animali quod vnicum in fronte cornu longum gerit, quod ad ſaxa limat, et cum ipſo perforat elephantem, Græcè monoceros dicitur. Hoc animal (vt Albertus inquit) eſt moderatæ quantitatis, buxei coloris, & fiſſæ in duo vngulæ pedis, in deſertis habitans.

Vnicuba, penul. correp. mulier quæ cum vno tantum viro concumbit. Hierony. Legant antequam religio noſtra fulgeret in mundo, vnicubas ſemper habuiſſe inter matronas decus.

Vnicus, ſingularis: ut, Phœnix eſt vnica auis. Hinc fit aduerbiũ Vnicè, ſingulariter: ut, Dilexi te vnicè.

Vnigenitus, filius qui vnicus eſt: quaſi ſolus genitus, nec fratrem vllum habuit, aut ſororem.

Vniiugæ vineæ, dicuntur, ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in vnam tantum partem ordinis adnectantur. Cornucopiæ.

Vnio, unis, uniui, unitum, coniungo: quaſi unũ facio. Vnde Vniti animi, qui ſunt unius uoluntatis.

Vnio, onis, modò cõcordiam ſignificat. Auguſtinus: Nam hoc fieri poſſe in tãta animorum unione quis dubitet? Modò margaritam: quod in conchis nulli duo reperiantur indiſcreti, inquit Plinius. Dos omnis unionum eſt in candore, magnitudine, orbe, leuore, & pondere.

Vnioculus, qui & monoculus, qui unum tantum habet oculum. Plaut. Vniocule ſalue. Græci monophthalmon dicunt.

Vniuerſale, quod ad vniuerſos pertinet.

Vniuerſalitas, generalitas.

Vniuerſipotens, dicitur Deus, quòd uniuerſa poſſit. A' quo Vniuerſipotentia deriuatur. Cc.

Vniuerſus, quaſi omnis ad unum uerſus. id eſt, ſine aliqua exceptione. Et in ſingulari quidẽ idem eſt quòd totus, ut Vniuerſus ager, Vniuerſus exercitus. In plurali ſignificat omnes coniunctim. Nam ſi dicimus: Omnes ſibi domiciliũ conſtituerunt, intelligitur domicilium ſibi unumquenq; conſtituiſſe. Si uerò dicimus: Vniuerſi ſibi domicilium conſtituerunt, ſignificatur omnes ſimul unum ſibi pro omnibus domicilium feciſſe. Hinc fit Inuniuerſum, quod ſignificat uniuerſaliter.

Vniuira penul. correp. quæ unum duntaxat uirum coniugem habuit. Hierony. Vniuira Anna inducitur, ſemperq; ieiunans.

Vniuocum, penulti. correp. cuius & nomen cõmune eſt, & eadem ſubſtantiæ ratio: quod Græce ſynonymum dicitur: ſicut æquiuocum, cuius nomen tantum cõmune eſt, ſed ſubſtantiæ diuerſa ratio: & à Græcis homonymon adpellatur. Homo & equus, Vniuoca ſunt: quia ſub uno animalis nomine comprehenduntur, & eadem eſt utriuſq; ſubſtantia. Homo uerus & homo pictus, æquiuoca ſunt: quia de utroq; animal prædicatur, ſed ſubſtantia eorum diuerſa eſt. Grammatici dicunt homonyma eſſe, quæ uoce ſed non ſignificatione conueniunt, ut Nepos eſt filius filii, uel luxurioſus. Synonyma, quæ non voce ſed ſignifica-

ſione cõueniunt,vt enſis & gladius. Hinc Vniuoco, cas,penul.cor. & Vniuocè aduerbium.

Vnni,populi, qui mari Cronio vicini, Caſpium adcolunt:quos quidam Turcos vocari exiſtimant. Siſe Hungari.

Vnoſe,ab unus:quo ueteres uſi ſunt pro ſimul. Cc.

Vnquàm,aduerbium,ſignificat aliquo tẽpore: quaſi vno quouis tempore. A' quo Nunquàm.

Vnus,numeri principium eſt. Ouidius.

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe Quem dixere chaos. Aliquando dicitur ſolus. Plaut. Vnus tum domi eram,& fores erant clauſæ. In qua ſignificatione quandoq; genitiuo iungitur. Plinius. Accipenſer unus omnium ſquammis ad os uerſis, contra aquam natando meat. Aliquando pro primo. Vergilius. Cadit & Ripheus iuſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris. Sciendum(autore Hieron. ad Damaſum) quod Vnus eſt numeri,quum dicimus: Vnus homo, Vnus equus. Vbi autem alius uel tertius non poteſt iungi, Vnus ſi dicatur,nõ numeri, ſed uniuerſitatis eſt nomẽ,ut ſi dicamus, Vnum Solem,hic Vnus ita dicit, vt alius tertius addi non poſſit. Vnus eſt enim Sol. Multò magis. Deus quũ Vnus dicitur, nõ numeri, ſed uniuerſitatis uocabulo nũcupatur. id eſt, qui ꝓpterea unus dicitur,quòd alius non ſit.

Vnus,& alter ſignificat duos:ſicut alter & tertius. Tacitus: Sed & alter & tertius dies contatione cæterorum abſumitur.

Vnuſquilibet,& Vnuſquiuis,idẽ ſignificãt quod quilibet,omni loco,ex omni parte,ex omni regione.

Vnuſquiſpiam,aliquis unus.

Vnuſquiſq;, dictio uniuerſalis.

V ANTE O.

VOberca,uilla eſt iuxta Bilbilim amnem,curſu fluminis,umbra arborũ, & frigiditate ſcaturientiũ fontium amœniſſima. Cc.

Vocabulũ,df quo res ſingulæ nominantur.

Vocalis,& hoc Vocale,quod eſt ſonorum,& ſummæ uocis. Plinius lib. xviii. Ranæ quoq; ultra ſolitũ uocales,ſunt ſigna tempeſtatis. Vnde Vocales literæ dictæ:quia per ſe uoces faciũt,& ſine his literalis uox proferri nõ poteſt. Hinc ſemiuocales,quæ quaſi dimidiatum uocalium ſonum habent. Sciẽdum eſt,quòd quando dictio finit in uocalem quamuis longam:ſi ſequens incipiat à uocali, illa finalis breuis eſt: ut, Ilio alto. Vocalis etiam dicitur, qui uoce utitur, & proferre verba poteſt:puta quum quis mutus fuiſſet, poſtea loquatur. Valer. libro primo. Echedis Samius athleta mutus, quum ei uictoriæ titulus & præmium eriperetur, indignatione accenſus uocalis euaſit.

Vocalitas,cõſonantia:quam Græci euphoniã uocãt.

Vocatiuus caſus,dictus eſt quòd per eum uocamus.

Voces,dicuntur ea omnia quæ ſonant. Vox enim fit ἀπὸ τοῦ βοῶ,quod eſt uoco. Vergilius.

Fractasq; ad littora voces.

Vociferor,ſignificat cũ dolore ſiue indignatione maiorem uocem emitto. Interdum ſine affectu vehemẽter exclamo.

Vocito,tas.penultima correpta,frequẽter voco. Plautus in Capti. Pecnium uocitatus eſt, pòſt uos indidiſtis Tindaro.

Voco,cas,clamo:ut, Voca operarios. Itẽ Vocare, appellare. Lactan. lib. iii. Quòd ſi Deum naturam vocant: quæ peruerſitas naturam potius quàm Deum nominare? Itẽ inuitare, unde Vocatores dicti ſunt, quibus inuitandi datum eſt negotium:ſiue qui per ſe uocant ad cœnas. Plinius. Inuitatus ad regis cœnam uenit. Indignantiq; Ptolemæo, ac uocatores ſuos oſtentanti,ut diceret à quo eorum inuitatus eſſet, arrepto è foculo carbone extincto, imaginem in pariete delineauit. Itẽ poſcere ſeu uendere. Iuuenal. His quingenta dedit,tanti uocat ille pudicam. Item denũciare. Vergil. lib. i. Georgicorum. Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce. Huius compoſita ſunt Aduoco, Auoco. Conuoco, in unũ uoco,congrego. Cicero lib. i. Tuſcula. Qui diſſipatos homines congregauit,& ad ſocietatem uitæ conuocauit. Circũuoco, undecunq; uoco. Deuoco, Euoco, Inuoco, Prouoco, Peruoco, quod eſt, omnes uoco. Reuoco, Retrouoco,& Seuoco, quæ habent penultimam correptam.

Voconia, genera ſunt pyrorum: quemadmodum & Volema.

Vocula,pen.corre.diminutiuũ,parua uox. Cicero ad Q. Frat. Quanto molliores ſunt & delicatiores in cantu flexiones ac falſæ uoculæ, quàm certæ ſeu ſeueræ. Interdũ ponitur pro detractione. Idem M. Cælio: Si incurrit hæc noſtra laurus,non ſolum in oculos,ſed etiam in uoculas maleuolorum.

Vogiſonus,ſiue Vigiſolus,lacus in Patauino agro.

Vola,media pars manus,ſiue pedis, à quo Volo,las, qđ ſignificat uolas,id eſt,pedes moueo. Verg. li. vi. Ille tantum prodire uolando. Nam ad pedum uolas retulit. Ad manus retulit Terentius. Vix me contineo,quid inuolem in capillum. A' Volo fit compoſitum Inuolo,quod eſt,rapio,& ſuffuror, & in uola abſcõdo.

Volaticus,ca,cum,quod uolat,& cito trãſit. Auguſt. lib. v. Cõfeſ. Turpes ſunt tales, & fornicãtur abs te, amãdo uolatica ludibria.

Volatile,pen.cor.quaſi uolans,ut animal uolatile. Et uolucres Volatilia dicũtur,quia uolant.

Volatura,idem eſt quod uolatus. Varro. Ibi in prima uolatura quum ueniunt, morantur dies paucos, requieſcendi cauſſa.

Volatus,tus,ipſa uolatio,& uolandi actus.

Volema,pen.prod. Galli adpellant pyra bona & grãdia:eò quòd palmam impleant.

Volentia,idem quod uolũtas,quæ quid cum uoluntate deſyderat. Salluſtius tamẽ, Volentia plebi, pro placentia plebi ſcripſit,hoc eſt, quæ plebs uellet, à Volentia fit Beneuolẽtia: Maleuolentia,pro amore & odio quaſi bona & mala uoluntas. Beneuolus,et Maleuolus.

Volito,tas,frequẽter uolo. Plinius. Super aquas aſſidue uolitans. Ponitur & pro diſcurro. Cicer. Qui per forum uolitant.

Volo, las, proprium eſt alas habentium: vt,
Volat ille per aera magnum Remigio alarum.
Transfertur etiam ad alia quæ celeriter currunt, vt Nauis volat: Fama uolat, et huiuſmodi, pro celeriter vadit. Terentius: Ne fruſtra illic expectet uola. Hinc Veliuolum mare dicitur. Eius compoſita ſunt Aduolo, quod eſt, iuxtà vel aliquò volo. Plinius lib. x. In agrum Volaterranum palumbium uis è mari quotannis aduolat. Circumuolo. Idem in eodem: Nec vnquam tam longo naues tam'q; continuo curſu recedunt à terra, vt non circumuolitent eas apodes. Deuolo, deorſum uolo. Euolo, extra vel in altum volo. Vnde per tranſlationem Cicero Lentulo: Quia altius me euolare noluerſit. Inuolo, Interuolo. Obuolo, contra uolo. Peruolo, celeriter uolo. Præuolo, ante volo. Prouolo, procul uolo. Reuolo, rurſus volo, reuertor. Gellius: Vbi ſatis ſæuierat coruus, reuolabat in Galeam tribuni. Subuolo latenter uolo. Columella li. ix. Pulli facilius ſub matribus pingueſcũt, ſi iam firmis priuſquàm ſubuolent, paucas ſubtrahas pinnas, & obteras crura, & vno loco quieſcant. Superuolo, & tranſuolo: quæ habent penultimam correptam.

Volo, uis, à volo, las, quod animus (in quo velle eſt) talis ſit, vt puncto temporis peruolet quò vult. Hinc Voluntas, & Volentia. Compoſita ſunt, Nolo, Malo, & Peruolo.

Volones, dicti ſunt ſerui, qui bello Punico quum deeſſent qui ſcriberentur, pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in ciuitatem recepti ſunt, & Volones adpellati: quia hoc ſponte voluerunt.

Volſella, ſunt inſtrumenta ad pilos euellendos à corpore idonea.

Volua, vide in dictione Vulua.

Volubilis, qui facile voluitur.

Volucer, adiectiuum, ponitur pro celeri. Mart.
Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.

Volucra, genus animalis, quod prærodit teneros pampinos.

Volucris, penult. cor. omne id quod volat, non ſolum aues, ſed apes quoq;, veſpæ, tabani, & reliqua huiuſmodi. Hieron. contra Iouinianum: Quis noſtrũ leonem, quis viperam, quis volucrem: quis ciconiam, quis miluum, quis reptantes in littore vermiculos vnquã comederit?

Volumen, pen. prod. à voluendo: quòd maiores noſtri in libris arborum, id eſt, corticibus ſcribebant, & libellos illos quò ferrent commodius complicabãt. Ideoq; Volumina adpellata ſunt libellis ſimiliora quàm libris. Eſt enim propriè Volumẽ pars codicis, vtputa Metamorphoſeos liber in quindecim volumina diſtinctus eſt. Ouidius,
Sunt mihi mutatæ ter quinq; uolumina formæ.
Plinius iuni. Libri tres in ſex volumina propter amplitudinem diuiſi, quaſi in ſex minores libros, ut ſint Volumina, aliquanto minora quàm libri. Igitur Volumen pars libri eſt, liber uero pro toto codice, & pro volumine accipitur. Inde dicimus euoluere libros, id eſt, aperire lectitandi gratia, quaſi rem complicatam explicare, ſicut reuelare, rem velatam detegere.

Voluntas, eſt quæ quid cum ratione deſyderat. Terent. in Adel. Quod vos ius cogit, id uoluntate impetret. Plautus in Mil. Quin ſi voluntate nolet, vi extrudam foris. Hinc Voluntarius, a, um, quod fit ſponte. Plinius, Voluntarium militem ſe obtulit. Hinc aduerbium Voluntariè.

Voluo, uis, uolui, duarum ſyllabarum notæ ſignificationis. Cuius compoſita ſunt Aduoluo, pro adglomero. Conuoluo, Circumuoluo: Deuoluo, Euoluo, Inuoluo. Prouoluo, anteuoluo: ut, Prouolutus pedib?. Reuoluo, explico, ſeu iterum uoluo.

Voluola, uermis, à voluendo, quòd inuoluat ſe frondibus, eas'q; amputet. Hunc Plautus Inuoluulũ, Cato Conuoluolum, Græci iulum nominant.

Volupe, delectabile. Plautus in Amphit. Nã quia uos tranquillos, video gaudeo & volupe eſt mihi. Ponitũ & pro voluptate.

Voluptabile, gratũ, voluptuoſum. Plautus, Voluptabile mihi cum aduentu tuo tuliſti.

Voluptas, eſt elata præter modum lætitia, opinione præſentis alicuius boni. Vnde quicquid cum delectatione animum demulcet, Voluptas dicitur, quòd id maximè velimus. Refertur'q; ad animum & ad corpus, quamuis nonnulli inſimulent ſolius corporis eſſe ac turpem. Sed de honeſta ſcribitur in Pſalmo, Torrente voluptatis tuæ potabis eos. De turpi Cicero: Diuinus Plato eſcam malorum adpellat voluptatem.

Voluptia, voluptatis Dea habita eſt. Dicitur & Voluptas.

Voluptuarius, ria, rium, quód voluptatẽ adfert. Plaut. in Pœnulo, Liberum vt commõſtraremus tibi locũ, & uoluptuarium.

Voluptuarius homo, qui ſe voluptati dat. Plaut. in Men. Voluptuarii atq; potatores maximi tum ſycophantæ &c.

Voluptuoſus, habitationem & uehementiam ſignificat, & adfectionem: ut, Voluptuoſus homo: qui perquàm amat voluptatem. Voluptuoſa res, quæ in ſe habet voluptatẽ, & plena eſt voluptatis, & quæ voluptate adficiat. Ille recipit, hæc recipitur.

Voluſius, poeta fuit Patauinus, qui Ennium ſecutus, rerum geſtarum populi Romani annales carmine ſcripſit. Catullus,
At Voluſi annales Paduam morientur ad ipſam,
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas. &c.

Volutabrum, penultima producta, locus ubi ſues uolutantur. Vergilius,
Sæpe volutabris pulſos ſyluestribus apros.

Volutatim, ſignificat iterum atq; iterum uoluendo.

Voluto, tas, pen. prod. ſæpe uoluo: & aliquando mente uoluo, & cogitatione perquiro. Vergilius,
Id quidem & tacitus, Lycida mecum ipſe uoluto.

Vomer, & Vomis, dictus, quòd terram uomat.

Vomica, penultima correpta. à vomendo, quòd pus inde manet: vel quòd qui habent id ſaniem reiiciant. Nam eſt tumor exceſcens ſiue groſſities illa quæ naſcitur in

ſcitur in aliqua parte corporis, ſaniem frequenter
emittens. Serenus,

Sunt odio quos dira vomit matura tumores.
Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam.

Hinc Plau. in Perſa, non infeſtiuiter Vomicam adpel
lat crumenam, nimis refertam atq; tumentem. Quid
in hoc collo tibi tumet? reſpondet: Vomica eſt. Sumi
tur & pro receptaculo ex eadem ſimilitudine. Vnde
apud Plinium: Lapis legitur è venis cuius vomica li-
quoris æterni argentum viuum adpellatur. Nonius:
Caua & vetuſtate obeſa uomicæ nominantur.

Vomo, mis, mui, tum, eiicio, & proprie de cibo dicit:
quamuis ad alia transferatur, inde Vomitus. Huius
compoſita ſunt Euomo, extra uomo. Reuomo, retro
vel rurſus vomo. Plinius lib. x. Simili modo auibus
deuoratis ſolidis contentione plurima & cætera oſ-
ſa reuomunt.

Vopiſcus, dicitur qui ex duobus conceptis, vno ab or
tu excluſo, ad partum legitimum ducitur. Quo nomi
ne dictus eſt hiſtoricus quidam, qui de imperatori-
bus ſcripſit.

Vorago, pe. prod. barathrum dicitur, quòd in eam ca
dentia non emergant, ſed deuorari videantur.

Voro, as, cibum non confectum deglutio. Hinc per
tranſlationem Vorare capitur pro auide ſumere, vn-
de Voraces, guloſi, & Voracitas, guloſitas. Compo-
ſitum eſt Deuoro, de quo ſuprà.

Vortex, vide Vertex.

Votiuus, a, um, penultima produ. quod ex voto dari
promittitur. Horatius,

Paſcitur in veſtrum reditum votiua iuuenca.

Votiua verba dicimus, quibus in faciendis votis vti-
mur, & Votiuas preces, quibus aliquid cum voto po
ſcimus. Plinius lib. vii. Ludis pro ſalute diui Auguſti
Votiuis. Cicero in Ver. act. ii. ludos votiuos adpel-
lat quos vouerat. Aliquàdo Votiuum ſignificat qđ
voto deſyderatum eſt. Apuleius lib. vi. Tota ciuitas
ad votiuum conſpectum effunditur.

Votitum, veteres dici voluerunt religione aliqua pro-
hibitū. Plautus in Aſin. Nolo habere cauſſam, & vo
titam dicere.

Voto, as, à quo fit frequentatiuum Votito, as.

Votum, promiſſio facta Deo. Sed quia ea valde deſy-
deramus, quæ voto à Deo poſcimus, fit vt aliquàdo
Votum pro voluntate & deſyderio ſumatur. Vnde
Voti compotem dicimus eum, qui deſyderium ſuum
adſecutus eſt. & pro Voto ſuccedere, id eſt, pro de-
ſyderio.

Voueo, ues, ui, tum, Deo aliquid ſancte pmitto. Liui.
In re trèpida duodecim vouit Salios q; fana q; Pallo
ri & Pauori. Huius cōpoſitum eſt Deuoueo, quod eſt
deſtino. Vnde & Deuotum deſtinatum. Varro: Tu
deuoto tibi animo vtere.

V ANTE P & R.

VPupa, auis, criſtis, à capite exeuntibus galeata, in
fimo ſemper commorans.

Vragus, ab antiq; dictus eſt, quem orchum dicimus,
quaſi ab vrgendo, quòd is Deus maxime nos vrgeat.

Vrania, pen. cor. vna ex Muſis, & apud nos cœleſtis
dicitur. Ouidius lib. v. Faſt.

Excipit Vraniæ fecere ſilentia cunctæ.

Οὐρανὸς enim cœlum dicit, quòd viros eruditos in
cœlū tollit. Vranos verò dicit quaſi oranos (vt in-
quit Ambroſius lib. Hexam.) ab ὁρᾶν, quod ſit viſui
peruium & minime denſum, vt eſt aqua & terra.

Vrbanatim, idem quod vrbane, hoc eſt, modeſte, ele-
ganter. Pomponius: Ego ruſticatim tangam, vrba-
natim neſcio.

Vrbanicani milites, dicuntur non tam qui vrbani ſunt
& Romani, quàm qui ad urbem.

Vrbanitas (vt Demoſthenes ait) illa eſt i qua nihil ab-
ſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregri-
num, neq; ſenſu, neq; verbis, neq; ore geſtu'ue poſſit
deprehendi.

Vrbanus, na, num, idem quod vrbicus, vt vrbani mo-
res, urbana curia. Aliquando vrbanus dicitur cultus,
diſertus, facetus, hoc eſt, qui in uerbis & ſono & uſu
proprium quendam præ ſe fert vrbis geſtum, & ſum-
ptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditio-
nem. Et differt à dicaci, quòd dicax eſt, cuius ſermo
cum riſu aliquem inceſſit. Ideo Demoſthenē urbanū
fuiſſe dicunt, dicacem negant. Quemadmodum autē
vrbanum & dicacem hominem dicimus: ita vrbanū
& dicacem ſermonem, vnde vrbanitas & dicacitas tā
de oratione quàm de homine dicitur. Ab Vrbanus
fit Suburbanum, & Anteurbium.

Vrbare, aratro definire.

Vrbicula, diminu. parua vrbs, quæ vulgò citadella
adpellatur.

Vrbicus, ca, cum, quod ad vrbem pertinet: ſicut ruſti-
cus, ca, cum, quod ad rus. Gellius: Si quod autē poſ-
ſet remedium eſſe, vt ne tam aſſidue domus Romæ ae-
derent, venum hercle dediſſem res ruſticas & urbicas
emiſſem. Sueto. in Augu. Vt feraciorem habiliorē q;
annonæ vrbicæ redderet.

Vrbicaria procuratio, à iurecōſultis dicitur, quam ur-
banam intelligi volunt.

Vrbs, oppidum muro cinctum: ab vrbo aratri curua-
tura, quòd antiqui iūctis bobus tauro & vacca He-
truſco, ritu, in condendis vrbibus, interiore aratro
circumagebant ſulcum, intra quem urbē ædificarēt.
Hoc faciebāt religionis cauſſa die auſpicato, vt vrbs
foſſa, muro q; munita eſſet, & locum unde terram fo-
diſſent foſſam uocabant. Vergil. lib. iii.

Apta dies legitur qua mœnia ſignet aratro.

Quidam ab orbe Vrbem adpellatam putant, quòd
ſulcus in orbem duceretur. Nam ciuitates antiquæ in
orbem fiebant. Et proprie Roma vrbs dicta eſt per
antonomaſiam, quum cætera dicātur oppida. Eſt au-
tem Vrbs mœnia ipſa. Vergilius,

Vrbs antiqua fuit (Tyrii tenuere coloni) Carthago.

Ciuitas coloni qui ciues dicuntur. Apuleius: Quod
omnis ciuitas adprobauit. Sed confunduntur quan-
doq; quòd Vrbs pro ciuitate ponitur. Vergilius,

Inuadunt urbem ſomno vino q; ſepultam.

Et ciuitas pro vrbe. Seneca: Quum pleraſq; ciuitates
viderimus terræ motu funditus collapſas. Ab urbe
fit Suburbiū & Suburbanum, Vrbanus & Vrbicus,

ſicut ab oppido oppidanus & oppidicus.

Vrceolaris herba, à veteribus dicta eſt, quæ & parietaria, ſiue (vt aliis placet) muralis, quòd muris & parietibus adhæreat.

Vrceus (vt Paulus Iureconſultus ait) eſt vas quo aqua in vrnā infunditur. Cuius diminutiuū eſt Vrceolus.

Vredo, morbus herbarum, fruticū, arborumq́;, qui in vitibus etiam carbūculus dicitur, & in cæteris rubigo, ſata, plantas, arboresq́; adurēs. Interdum Vredo ſignificat incendium ac pruritum. Plinius de Vrtica piſce: Hæc tactu uredinem excitat.

Vrgeo, vrges, ſi, cogo, premo, impello. Vergilius. Ima Soluūt latera atq; oculos ſtupor urget inertes. Et Vrgere, inſiſtere. Lucilius. Cæde hoſtiū gnato urgere inſtant primus. Item tegere. Vergilius. Qui ſaxo ſemper atq; ingentis pondere teſtæ Vrgerent. Item accelerare, vt apud eundem Veſte tegens ſibi quā noctes feſtina diesq́; Vrgebam, & tela curas ſolabar aniles.

Vri, boues agreſtes, quos vulgus bubalos vocat, feri ſunt & velocitate excellētes, cornua taurinis ſimilia, vt autor eſt Solinus, capaciſſima ſunt, adeò ut in mēſis vicem præbeant poculorum. Quinetiam Albertus Magnus libr. vigeſimotertio de Animalibus, ſcribit tantam eſſe vris in cornibus vaſtitatem ac robur, vt hominem cum equo ventilent. In Germania peculiariter gignuntur, ut Cæſar & Plin. teſtantur. Dicti Vri ἀπὸ τῶν ὀρέων, id eſt, à montibus: quia in montibus eſſe conſueuerunt.

Vriculum, Latini dicūt quod Græci encauſtum. Ce.

Vrina, à Græco οὐρέω, meio, à quo οὐρέω, vrinam dicunt Latini lotium à ſupino lotum, lo tamen ſyllaba præter naturam primitiui corripitur. Neque ſolum pro excremento potus, ſed etiam pro genitali ſpermate accipi ſolet. Plinius lib. viii. Incontinens aſinæ uterus genitalē urinam reddit, ni cogatur in curſum verberibus à coitu.

Vrino, nas, ſiue Vrinor, pen. produ. quod eſt in aquā mergi, & natando emergere. Nam & Vruum ita flexum deorſum eſt, ut redeat ſurſum. Vrinare ergo dictum quaſi ad ſimilitudinē uruinare, id eſt, natare. Plinius lib. xi. Eadem eſt cauſſa, quia ſub aqua diu ranæ & phocæ urinent. Hinc Vrinatores apud Varronem, qui in aquam merguntur. Calliſtratus Iurecōſultus adpellat eos, qui merces è mari extrahunt, naufragii gratia iactatas. Hinc fit compoſitum Inurino. Columel. lib. ix. Lacus piſcinaq́; fiant, ut ſint quibus inurinare poſſint aues.

Vrna, proprie uas aquarium, quod in aqua haurienda urinat, id eſt, mergitur atq; emergit. Cuius diminut. eſt Vrnula.

Vrnarium, menſa quadrata: quòd urnas cum aqua poſitas ibi potiſſimū haberent in culina. Hoc apud nos plurimi marmoreū faciūt, foramine per quod aqua effluat relicto, ac ſuper id eſcaria uaſa epulis uncta per ancillas lauantur. Eſt & Vrnarium balnei, ab vrna vaſe aquario.

Vro, uris, uſſi, uſtum, ardeo, quod de frigore dr. Nam & frigus urit. Lucanus. Vrebant mōtana niues

Per tranſlationē ponitur pro cruciari. Vergilius. Vrit atrox Iuno. Huius cōpoſita ſunt, Aduro, quod eſt circumuro. Idem. Rapidi ne potentia ſolis Acrior, aut boreæ penetrabile frigus adurat. Deuro, Exuro, Comburo: Peruro, ualde uro. A' quo Pruina. Inuro, quod eſt adhibito igni fingo.

Vropygium, & Oropygium, eſt anguſta & ultima ſpinæ pars: ſiue (ut Iulius Pollux inquit) ſphondylus ſpinis podici imminentis: quaſi terminus pygæ ſiue finis uertebræ. Græce οὐροπύγιον. Ariſto. libro ultimo de partibus Anim. Vt caudam quadrupedum vult eſſe, ita uolucrum uropygium, & earum duntaxat, quæ ſciſſas alas habent. Oropygium ita datum uolucribus ad dirigendos uolatus, quemadmodum nauigiis temones.

Vrſa, fœmi. ab urſus. Eſt & ſydus cœleſte, figuram habēs ſimilē plauſtri, unde antiqui Græcorum ἄμαξαν, hoc eſt, plauſtrum dixerunt. Noſtri quoq; à bobus iunctis, Septētriones adpellauerunt, id eſt, à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi iuncti triones figurātur. Sūt autem duæ Vrſæ, Maior & Minor, quas Græci ἄρκτους uocant, de quibus alibi.

Vrſus, animal ferum, à quo fiunt diminutiua Vrſulus, Vrſellus, & adiectiuum Vrſinus, a, um, quod eſt ex urſo, ut caro urſina.

Vrtica, genus herbæ, ab urendo: quòd eius folia tacta acerrime urant. Quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidam, quòd uredinem tactu excitet. Conſtat & equæ maritum non admittant, & urtica infricetur natura, libenter coitum pati. Scribunt phyſici urticam in cibis coctam utiliſſimam eſſe lyent, uenteris duritiæ, articularibus & podagricis morbis arteriæ, tuſſi, uētris diſtillationi, ſtomacho. Pectus præterea purgare, urinam eiicere, ſanguinem narium ſiſtere, calculos rumpere, uuam reprimere. Græce autē ἀκαλήφη urtica dicitur.

Vruum, aratri curuatura, à quo Vruo, as, quod eſt aratro definio.

V ANTE S.

VSia, οὐσία, cum accentu in penultima. Latine eſſentia ſiue ſubſtantia dicitur.

Vſitor, penul. corr. frequenter utor. A' quo Vſitatus, Vſitatior, Vſitatiſſimus.

Vſpiam, pro uſquàm, & in loco & ad locū ſignificat. Teren. in Adelph. Aut uſpiam ceciderit.

Vſquàm, alicubi: quaſi uno quouis loco, à quo Nuſquàm nullibi.

Vſq; modo. præpoſitio eſt, ſignificās continuationē & finem actus puta loci, temporis, & huiuſmodi: ut, Vſq; ad diē dominicū tecum futurus ſum. Verg. Vſq; ſub extremū brumæ intractabilis imber. Tibul. Vera cano ſic uſq; ſacras innoxia laurus, Veſcar & æternum ſit mihi uirginitas.

Sed quum nominibus propriis locorum uel domus, rus, militia iungitur, ſimplicē accuſatiuū requirit: ut, Vſq; rus propero. Quando q; additur ad. Cice. pro Deiotaro. Vſq; ad Numantiam miſit. Cum aliis uerò iungimus ad, uel in: ut, Vado uſque in Hiſpaniam, uado uſq; ad Padum. Interdum etiā de loco eſt. Terent. In

rem.In Eunu. Ex Aethiopia eſt uſq; hæc. Q nq; aduerbium eſt, ſignificans dm aut multum aut propè. Idẽ in Adel. Cteſipho me pugnis miſerum & iſtam pſaltriam uſq; occidit. Id eſt, propè uel uehementer occidit. Nam occidere ad cædem ueteres referebant. Aliquãdo ſignificat aſſidue, perſeueranter. Cicero Corniſi. Mihi curæ uſq; erit quid agas. Verg. lib. vi.
Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt iuuat uſq; morari.

Vſq; antehac, id eſt, antequàm: ſicut exponit Donatus. Ibi iunguntur duæ præpoſitiones, ſed una eſt uelut aduerbium. Nulla enim præpoſitio præpoſitioni iũgi ſeparatim poteſt, ſed uſq; eiuſmodi eſt ut ſine aliqua præpoſitione rarò inueniatur. Terentius in Andria. Vt animus in ſpe atq; in timore uſque antehac attentus fuit.

Vſq; eò, & Vſq; adeò, Id eſt, intantum. Cicero. Vſq; eò ut ego miſerer eius. Auguſtinus. Vſq; adeò inter frementes permanſit intrepidus, et inter lapidum ſuit cruciamenta ſecurus, ut incrudelitatem Iudæorũ fidenter argueret.

Vſquequaq;, paſſim aſſidue, ſemp quaſi in unoquoq; loco, ſiue in uno quoq; tempore. Cice. Treba. Vſquequaq; ſapere oportet.

Vſquequo, quaſi ad unum aliquod tempus uel locũ, ut, Vſquequo ebria eris.

Vſtrigo, penul. produ. uredo dicitur. Ambroſ. libro Hexa. Non deſinit eſſe triticum, ſi aut uſtrigine aduratur, aut imbre madidetur.

Vſtrina, penul. product. locus in quo metalla candeſcunt ut laborentur. Plinius. In uſtrina ter ſiccantur, ita ut torreãtur carbone puro ac toties uino reſtringuantur albo.

Vſtulo, penulti. correp. ab uro fit. Pacuuius. Candenti ferro crines uſtulare. Liuius. Pauci ſemiuſtulati uenere in poteſtatem.

Vſucapio, is, duo uerba uidentur, unde Vſucapio, ſiue Vſucapio, onis, quæ eſt ab uſu acquiſitio uel adiectio dominii, per continuationem poſſeſſionis tẽporis longi definiti, utpota triginta aut quadraginta annorum, ſi res immobilis ſit quam poſſidemus. Trium annorum ſi mobilis. Recentiores primã illã præſcriptionem, hanc uero uſucapionem uocant. Ita enim dicitur Vſucapio ſicut pignori capio. Cato. Hæc pignoricapio ob æs militare facta eſt, quòd æs à Tribuno ærario miles accipere debebat. Paulus. Qui alienam rem mortis cauſſa traditam uſucepit, non ab eo uidetur accepiſſe, cuius res fuiſſet; ſed ab eo qui uſucapionis præſtitiſſet.

Vſuarius, dr̃ ille cuius eſt uſus, qui rei uſum capit.

Vſura, uſus dr̃. Seneca. Si mihi unius diecula uſurã permiſiſſet. Vnde et pecunia quæ in fœnore ſorti accedit, Vſura dicitur: quoniam ex uſu acquiratur. Hãc Varro ſpendiũ uocat, quòd inter ſe iungat, unumq; fiat, quaſi compendium. Sidonius Apollinaris poſteriora uocat, quoniam qui fœnus agitant, et in uſuras extendunt, uidentur aggregare poſteriora prioribus, & ortis oritura cõnectere. Ob id Græci τόκους uocant eas quaſi poſteritatem.

Vſurarius, ria, rium, ex quo capitur uſus. Plaut. In Amphi. Alcumenam uxorem cepit uſurariam.

Vſurpare, eſt in frequenti uſu habere: & hoc ſiue uerbis ſiue factis fiat. Columella libro primo. Nam illud quod in quibuſdam prouinciis uſurpatur, ut cornibus illigetur iugum, ferè repudiatum eſt ab omnibus. Cicero. Quod ſemper uſurpamus in orationibus dictis ac factis minimis aut maximis, quum hoc decere dicimus, illud non decere. Igitur Vſurpare, eſt frequenter dicere, ſeu frequenter facere. Iuriſconſulti Vſurpare pro præter ius uti utuntur. Gellius libro tertio. Mutium Iuriſconſultum dicere ſolitum, legi non eſſe uſurpatam mulierem, quæ quum Calendis Ianuariis apud uirum cauſſa matrimonii eſſe cœpiſſet: ante diem quartum Calendas Ianuarias ſequentes uſurpatum iſſet. Non poſſe impleri trinoctium quod abeſſe à uiro uſurpandi cauſſa ex duodecim tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendis.

Vſus, ipſe utendi actus. Vergilius. Nam neque erat coriis uſus. Interdum conſuetudo. Quintil. Mulierem cum qua illi longus fuerat uſus. Interdum opus & exercitium. Vergilius libro. viii.
Arma acri facienda uiro nunc uiribus uſus,
Nunc manibus rapidis. Interdum fructus & utilitas. Apule. Quum id ex uſu meo non eſſet. Hinc Vtilis, & Vtilitas.

Vſusfructus, dicit̃ quũ res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum atq; utilitatem capimus ac ſi noſtra eſſet. Definitur ab Vlpiano, quòd ſit ius alienis rebus utendi fruendi q; ſalua rerũ ſubſtantia.

Vſuuenit, id eſt accidit. Cice. in Cato. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi uſuuenirent omnia & reliquis maioribus natu. Plinius. Id enim frequenter uſuuenit ut mali bonis præferantur.

V ANTE T.

VT, coniunctio cauſatiua est, Dedit tibi librum ut legeres. id eſt, propter hanc cauſſam. Cicero Lentulo. Non illi quidem, ut mihi ſtomachum facerent. Interdum adiunctiua eſt. Plautus. Is mihi ſuaſit ut ad te irem. Interdum elegantiæ cauſſa ponit̃. Cic. Inuitus feci, ut C. Flaminiũ de ſenatu eiicerem. Nihil enim ſignificat niſi inultus eieci. Interdũ ponit̃ pro quod. Terẽ. Nihil do ut etiam impuratus ille me irrideat. Interdum eſt aduerbiũ temporis, & ſignificat ſtatim, poſtquàm, ex quo primum. Vergilius.
Vt regem æquæuũ crudeli uulnere uidi. Idem.
Turnus ut infractos aduerſo Marte Latinos. Interdũ aduerbiũ qualitatis, & ſignificat quomodo. Idẽ.
Vt uidi, ut perii, ut me malus abſtulit error. Id eſt, ſtatim poſtquã uidi, ſiue quũ primũ uidi quomodo perii. Vt ſi amicos interrogamus: Vt uales. Id eſt, quomodo uales? Significat etiam qualitatem certam & incertã. Terent. in Adelph. Non me hanc rem ut erat geſta patri indicaſſet quaſi diceret. quoquo modo, bene, male. Aliquando admirantis. Plaut. In Rudẽ. Vt in ocellis hilaritudo eſt? Et illud. Vt fluctuat mare. id eſt, quantũ ſiue quomodo. Aliquã ſimilitudinis. Idẽ. Vt lubrices fluit oculi. id eſt, ſicut.

Quidoq; ei poſtponitur ita. Cicero lib. de Orat. Vt quiſq; optime Græce ſciret, ita nequiſſimum. Vbi notandum, quòd licet quidam præceperint in hac iunctura ita, & vt ſemper reſpondere gradus. Ouidius tamen libro Hero. dixit,

Vt ſerus eſt multo q; ſuis truculentior euris
Spectaſſet ſiccis vulnera noſtra genis.

Non enim ſiccioribus dixi. Ponitur nonnunquàm pro vtpote. Id eſt, tanquam. Liuius, Gens vt in ea regione diuitiis præpollens. Quandoque pro quippe. Quintilian. Nec ignoro quos tranſeo, nec vtique damno, vt qui dixerim eſſe in omnibus vtilitatis aliquid. Interdum ſignificat ita ut, ſiue propter quod, vel quapropter, vt ſi dicâ. Quotidie hoſpites ad me ueniunt, vt incipiam iam ſtomachari tantam frequentiam. Item eſt aduerbium optandi, & ponitur pro vtinam, vnde Teren. in in Eun. Vt illum Dii Deæq; omnes perdant. Item ſignificat ſecundum quòd. Quintil. At verò orator vt eſt ſemper ad dicendum paratus. Cicero, Qui ſermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis, ſcientia iuris augurum. Multæ etiam vt in homine Romano literæ. Interdum ſignificat quantum. Plautus in Aſin. Vt noſtræ fortunæ procedunt Libane. Terent. in Andr. Ego poſtquam te emi à paruulo, vt ſemper tibi apud me iuſta ac clemens fuerit ſeruitus ſcis. Ponitur pro quamuis. Plautus, Vt iſtuc periculum ingens ſit, me tamen non tremefacit. Ouidius ad Ruf.

Vt deſint uires tamen eſt laudanda voluntas.

Pro quàm. Verg. Vt te poſt multa tuorũ Funera. Pro ne non. Terentius in Andria: Dies hic mihi ut ſatis ſit vereor ad agendum. Iungitur modo indicatiuo, vt ſuſtinui. Modò optatiuo, ut faciam. Modò ſubiunctiuo. Vergilius,

Infandum regina iubes renouare dolorem,
Troianas vt opes & lamentabile regnum.
Eruerint Danai. Ab ut fit Vti & addendo nam ficuti nam. Sicut ſicuti, uelut ueluti. Prout. id eſt, ſicut.

Vtcunq;, ſignificat quomodocunq;. Liuius, Vtcunq; erit, iuuabit tamen rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi, pro uirili parte & me ipſum cõſuluiſſe.

Vtenſile, pen. cor. qđ eſt ad uſum neceſſarium. Colu. lib. xii. Vtenſilia quibus aut alitur hominum genus, aut etiam extollitur.

Vter, utris, gen. maſcu. pellis qua uinum aut oleum deferri ſolet.

Vter, uteri, & Vterus, uteri, dicitur, quem alio nomine locos adpellant, & uulgò falsò matricẽ, quã matrix ſit fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. Exiſtimat Plin. uuluam dici in cæteris animalibus, in muliere uterum. Ideo Vterus dicitur, quia continet & tanquàm uter eſt, ad prægnantes q; pertinet. Quandoq; tamen ſumitur pro uentre. Vergilius,

Vterumq; armato milite complent.

Cæcilius, Nunc uter creſcit non poteſt celari.

Vter, a, um, ſignificat quis unus ex duobus, ponitur q; interrogatiue. ut, uter ueſtrum fecit hoc? Indefinite. ut, Scio uter ueſtrum hoc fecerit. id eſt, quis unus ueſtrum hoc fecerit. Dicimus uter alterũ. Plinius: Vter alterã dixerit neſcio. Similiter dicimus, Vter utrum. Cicero uter utri inſidias fecerit. Hinc fiunt compoſita quæ poſt ſequuntur.

Vterculus, diminutiuum eſt ab uter pro uentre. Plin. Et in uterculos congeſtus apum liquor, ore enim eſt euomunt.

Vterlibet, penultima correp. alter ex duobus. hoc eſt, vter quem tibi capere libet.

Vterq;, ſignificat ambos: licet inter ſe differant, quòd quum utrunque aliquid feciſſe dicimus, & ab hoc & ab illo ſeparatim id factum intelligimus. ut, Vterq; ſibi domum ædificauit. hoc eſt, & hic ædificauit ſibi domum & ille. Quum uerò ambos dicimus feciſſe, ab utroq; coniunctim factum oſtendimus. ut, Ambo ſibi monumentum conſtituere. hoc eſt, hic & ille ſimul vnum ſibi commune monumẽtum fecere. Propter quod utrunq; alterũ uerberaſſe recte dicimus. hoc eſt, hunc illũ, et illũ hũc verberaſſe. Cice. Quorũ uterque ſuo ſtudio delectatus contempſit alterum. Quintil. Quum enim uterque alteri obiiciat, palàm eſt utrunque feciſſe. Eodem modo utrunq; utriq; aliquid feciſſe dicimus. Terent. Quia uterq; utriq; eſt cordi. Ambos autem alterum uerberaſſe, uel ambos uerberaſſe ambos, non recte dicimus: quia ſignificaretur ambos ſeipſos uerberaſſe, ſed ambo ſe mutuò uerberarunt. Aug. Vterq; ſignificat ambos, & tamen ſingulari ſono eſt, ſed ſignificatione duali. Nam quũ dixit Verg. Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterq;. Duo ſignificati ſunt quum dixit uterq;: quũ autem arrectus noluit exprimere pluralitatem, ut fit in plurali utriq;. Sed hoc intereſt, quia licet Vterq; duo ſignificet, tamen ſolum duo. Vtriq; autem duo ſignificat, ſed ſic, ut in ſingulis multi ſint. Si dicas utrique exercitus, duo ſignifico: ſed ſic ut in ſingulis turbam intelligi uelim. Hæc quidem diſtincta ſunt, ſed item autoritate confuſa. Nam quum ait Vergilius,

Super utraq; quaſſat. Tempora: concludit.

Dicere enim debuit ſuper utrunq; tempus, quum de duobus temporibus loqueretur.

Vteruis, uter quem tu uis. Sic quiuis & quilibet. Nihil enim eſt aliud, quiuis quàm unus quem tu uis, & quilibet, quàm unus qui tibi magis libet. Hoc enim differunt Vteruis & Vterlibet, à quiuis & quilibet, quòd illa unum ex duobus ſignificant, hæc unum ex pluribus. Terentius, Abs quiuis homine, quum eſt opus beneficium accipere gaudeas. Quintilian. Periculoſum & cum cura intuendum genus, quod ſi in proponendo unum quemlibet amiſerimus, quaſi riſu quoq; tota res ſoluitur: tutius ſic interrogare ſi hæc actio non ſit quæ ſit. Simul enim remouentur omnia vel quum duo ponentur inter ſe contraria, quorum tenuiſſe vtrumlibet ſufficiet. Ecce in eodem loco vtrumlibet & quodlibet uſus eſt. Altero pro eo, quod eſt unũ de duobus. Altero pro eo, quod eſt unum de pluribus.

Vtica pen. correp. ciuitas Aphricæ, diſtans à Carthagine. xxx. Mil. paſſ. apud quã Cato ſe interemit, unde & Vticenſis dictus eſt.

Vtilis,

Vtilis, & Vtibilis homo, dicitur quo vtamur. Sed q̃ re potius dicimus ſicut utenſile.
Vtinam, aduerbium optantis. Quandoq; etiam dici mus, O utinam. Ouidius,
O' utinam tunc quum Lacedæmona claſſe petebat,
Vti q̃ aduerbiũ ſimilitudinis, quando q; ponitur pro certe uel prorſus. Quint. Solẽt huiuſmodi negocia tores aliquid proprium ac priuatum ſtipulari vtiq; quum rem alienam vendant. Sueto. in Tito, Cæterũ Titum qui propè adſtabat vtiq; impetraturum.
Vtor, uſum habeo. Et ſemper de rebus bonis ac neceſ ſariis, neenõ & diuinis inanimatisq; dicitur. vt vtor domo, diligentia, cõſuetudine, ſtudio, & huiuſcemo di. Terentius: Scio te non eſſe uſum antehac amici tia mea. Sed quum de perſonis loquimur, accipitur pro conuerſari. Cicero Lentu. Trebonio multos an nos vtor valde familiariter. Inde Vſus pro conuer ſatione. Quintil. Mulierem cum qua longus illi fue rat uſus. Et quia aliqua re utimur, vt ex ea fructum percipiamus, factum eſt ut dicamus Vſum pro utili tate. Conſtruitur quãdoq; cum accuſatiuo. Cice. lib. Academi. Et quæ à ſuperioribus acceperant utéban tur. Varro, Vtile vtamur potius quàm ab re abuta mur. Huius compoſita ſunt Abutor, & Coutor.
Vtpote, aduerbium confirmantis, & cauſatiuum, ſigni ficat enim quoniam, quandoquidem. Salluſt. Anto nius aberat à bello, utpote æger ac iacens. Ponitur etiam pro tanquam. Sueto. in Augu. Aedes ſacras, ve tuſtate collapſas, aut incendio abſumptas refecit, easq; opulentiſſimis donis adornauit: utpote qui in cellã Capitolini Iouis ſedecim milia pondo auri, una donatione contulerit.
Vtputa, ſignificat quemadmodum.
Vtquid, ſignificat quamobrem, propter quid. ut quid repuliſti nos in finem.
Vtraq; per vtrunq; locum.
Vtricularius, qui inflat ex utre fiſtulam. Et à Græ cis aſcaules dicitur. Suetonius in Nero, Vouerat ſe proditurum hydraulam & choraulam & vtri cularium.
Vtriculos in farina, uidetur Plinius accipere lib. xviii. quos Gallici ciſalpini redundaginem, in Venetia pu uincia pleriq; ſubuentres vocant.
Vtroq; aduerbium loci, hoc eſt, ad unum aliquem lo cum & ad alterum. Liuius, Vtroq; loco.
Vtrum aduerbium modò interrogantis eſt. Plautus, Vtrum id uerum putas an non? Modo dubitãtis. Se neca: Vtrum id nobis conueniat animaduertendum. Componitur quãdoque cum nam. Hieronymus lib. Regum: Et conſuluerunt poſt hæc dominum, utrum nam uenturus eſſet illuc.
Vtut come ſe uoglia. Terentius in Adelph. Imò here cle hæc quæſo ſcire vtut facta ſunt.

V ANTE V.

Vua, eſt quæ in vite fit dicta ab vuido. Aliquan do ponitur pro vite. Vergilius,
Et turpes auibus prædam fert vua racemos.
Et Vua morbus quẽ Græci ſtaphylen uocant. Id eſt, inflammatio eſt eius partis quæ in ore Columellæ dicitur, et ſtaphylophoros Ariſtoteli. Diſtenditur hæc, & luteo colore ſubrubeſcit acino perſimilis. Eſt autẽ Vua, id quod in fine palati dependet, circa fauces, ut in hiante homine conſpicitur, ſic dicta, quia vt vua dependet & humiditate uariatur, & eſt uocis mode ratrix. Serenus: Aegreſcunt teneræ fauces, quum fri goris ora uis ſubiit, uel quũ uentis agitabilis aer uer titur, atq; ipſas flatus grauis inficit uuas. Sub uua eſt minor lingua quæ epiglottis dicitur. Dicitur etiam Vua de apibus, quum collectæ ſunt, & in modũ bo tryonis dependent. Colu. Quum examen glomeratũ in proximo frondentis arbuſculæ ramo conſederit, animaduertito an totum examen in ſpeciem unius uuæ dependeat. Plin. lib. xi. Tunc oſtenta faciunt pri uata ac publica uua dependente in domibus tem pliſq;. Verg. Et dẽſis uuã demittere ramis. Serui. Vuã dimittere. Id eſt, i morẽ uuæ botryonẽ defluere.
Vueus ſuccus, uinum dicitur ab uua. Ce.
Vuidum, humidum, pingue: quod præcipue habet ali quid humoris intrinſecus. Vnde & Vua dicta. Humi dum quod habet humorem extrinſecus.
Vulcanus, Deus antiquis putatus eſt, quo ſignificatur ignis quòd carnis per aera uolet. Volat enim flam ma, & cãdida eſt. Hic & Mulciber adpellatur, quòd ferrum mulceat. Fingunt enim poetæ hũc fuiſſe Deũ & Iouis ex Iunone filium, qui faber Ioui fulmina con tra Gigãtes fabricauit. Hinc Vulcaniæ inſulæ adpel latæ ſunt.
Vulcanum in cornu concluſum geris, ſignificat ignẽ in laterna portas.
Vulcens, tis, ſines, poſt l, & per u.
Vulga, ſacculus ſcorteus, ſiue ex alia materia in quo pecuniã uel alia uitæ neceſſaria ferre ſolẽt homines. Dicta q̃ nummos aliasq; res ĩuoluat. Lucil. In uulgã penetrare piloſam. Varro: Vt uiatici ex arcula ad derem in uulgã. Hæc etiam à ueteribus bulga dici tur. Eſt & Vulga ſiue Bulga folliculus ad brachium pendens gerendæ pecuniæ gratia. Lucilius,
Cui neq; iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes ullus,
Bulgam & quicquid habet nummorũ ſecũ habet,
Cum bulga cœnat, dormit, lauat. Q.ñq; ponit pro uulua, & econtrario uulua pro ſacculo. Idem: Ita ut quiſq; noſtrũ è bulga eſt matris, in lucem editus.
Vulgaris, & hoc Vulgare, quod eſt uulgi. hoc eſt, uile ac commune, unde & reſpondet ſingulari. Cicero in Arte ueteri, Magna an parua, facilia an difficila, ſin gularia ſint an uulgaria, uera an falſa. Aliquãdo Vul gare dicitur quod eſt tritum & conſuetum. Quintil. Simul ne uulgare uiam ingreſſus alienis demum ue ſtigiis inſiſterem.
Vulgò, aduerbialiter poſitum ſignificat paſſim, per omnes, cateruatim. Vergilius,
Hinc lætis uituli uulgò moriuntur in herbis.
Vulgò cõcepti dicunt, qui patrem demonſtrare nõ poſſunt: uel qui poſſunt quidem, ſed eum habẽt, quẽ habere non licet. Qui & ſpurii uocantur.
Vulgo, gas, in uulgus do, & quaſi multis audiẽtibus ac non tacitüs dico, & commune omnibus facio, manifeſto, uile habeo. Vergilius lib. x.

Quid me alta ſilentia cogis
Rumpere & obductum uerbis uulgare dolorem?

Lactantius lib. vii. Quæ uaticinia eorum quum pau-latim fama uulgaſſet. Liuius lib. i. Sunt qui Laurentiam uulgato corpore lupam inter paſtores uocatá putent. Plaut. in Amphi. Cum me abſente corpus uulgauit ſuum. Huius compoſita ſunt Diuulgo. Euulgo, quod eſt extra in uulgus exeo. Liuius lib. ix. Ciuile ius repoſitum in penetralibus põtificum euulgauit. Inuulgo. Gellius, Libris foras editis inuulgaret. Peruulgo, ualde uulgo. Terentius, Vbi eam ſciui, cœpi inhumanius neq; ut animum decuit ægrotum adoleſcentuli tractare, ſed ui & uia peruulgata patrum, quotidie adcuſabam. A' Vulgo fiunt uerbalia Vulgator, Vulgatrix, & Vulgatio. Cc.

Vulgus, neutri generis, & indeclinabile, & Vulgus uulgi, maſc. generis, ſignificat multitudiné ignobiliorem. Verg. Sæuitq; animis ignobile uulgus.
Cicero, Saturnum maxime colunt uulgi. Vergilius,
In uulgum ambiguas & quærere conſcius arma.
Et à uoluendo quidam dici putát, quòd ſtultè huc atq; illuc uoluatur.

Vulnerarium emplaſtrũ, quod uulneribus imponitur.

Vulnerarius, medicus chirurgus, qui uulnera curat.

Vulnus, vide in dictione Vicus. Hinc Vulnero, ras, ſaucio, vulnus infero. Transfertur quandoq; ad animum, & ſignificat ango. Vnde & vulnus animi pro angore accipitur, ſeu damno. Plinius: Maximum illi fortuna vulnus intulerat, duobus filiis immatura morte ſublatis.

Vulpes, & Volpes, animal (teſte Varrone) quòd pedibus volet. Huius diminutiuum eſt Vulpecula. Hora.
Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam.
Adiectiuũ Vulpinus, na, num, quod eſt à vulpe. Sueton. Vbi leonis pellis deficit vulpina inſuenda eſt. Aliquando ponitur pro aſtuto. Plautus: Vulpinus animus ne quid moliatur mali.

Vulpinor, naris, ſignificat mendaciis ac fraudibus uera peruerto, ſiue effugio. Tractum ab intorto vulpium curſu.

Vulſinius, pe. prod. lacus à Vulſiniis oppido cui adiacet nominatus in Hetruria: piſcium fertilis. Vulſinii enim oppidum fuit opulentiſſimum, à quo Vulſinienſes dicti ſunt.

Vultur, & Vulturis, & Vulturius, in nominatiuo dici poteſt. Enni. Vulturis in ſyluis miſerũ mãdebat hominẽ. Auis eſt rapax, carniuora, à volatu tardo dicta, quòd propter magnitudinem corporis tarde uolet. Plautus in Trucul. Iá quaſi vulturii triduo prius prædiuinabant quo die eſurituri ſient. Eſt & Vultur mons in Apulia. A Vulturio fit Vulturinus. vt Vulturina caro.

Vulturnum, oppidum Campanorum eſt, & fluuius, de quo Silius libro octauo,
Fluctuſq; ſonorum Vulturnum.

Vulturnus, ventus qui ab Oriente hyberno ſpirat. Dictus à vulturis volatu (vt quidã aiunt) quoniam alte reſonat. Græci Euronoton uocant, quòd inter Notũ & Eurum ſit. Hoc nomine etiam dictus eſt fluuius q per Campaniã labens haud lõgè à Cumis mergitur, quod & Vulturnum dicitur.

Vultuoſus, triſtis. Cicero de Optimo genere dicendi: In quo quum effeceris, ne quid ineptum ſit, aut vultuoſum. Hinc aduerbium Vultuoſe, quod Donatus vſurpat pro eo, quòd eſt indignanter, facie mœſta & fronte ſubducta, & cum geſtu rebus adcommodato. Vultuoſa frons apud Apuleium pro mœſta accipitur: ait enim lib. iii. Meta. Longè diſſimilis aduenit, non læta facie ſed vultuoſam frontem rugis inſurgentibus adcorrabat.

Vultus, à uolo, uis, ſicut à colo, cultus, proprie ſignificat voluntatem hominis, quæ pro motu animi in facie oſtenditur. Quum facies ſit ipſa oris ſpecies quæ permanet. Vultũ ſibi fingere multi poſſunt, formã nemo. Lucretius lib. iii. protulit Vulta neutro genere.
Sed quos utriuſq; figuræ.
Eſſe vides mixtim referentes vulta parentum.
Vultus autẽ in nullo animante eſt, præter hominẽ. Huius diminutiuum eſt Vulticulus, quo vſus eſt Cicero.

Vulua, ſeu Volua, idem quod vterus, & matrix vulgò dicitur licet falsò, dicta quòd fœtus inuoluat. In ea enim conceptus fit, & fœtus continetur. Hanc multi ex Romanis ex porca in delitiis habuere, quæ duplici nomine adpellabatur. Electitia ſcilicet, & porcaria. Eiectitia à partu eiecto ſiue enecto. Porcaria, ab edito. Electitiam Plinius optimam eſſe ait, quæ fuerit porcæ occiſæ, quum eiectus ſiue enectus eſt partus. Porcariam quum editus eſt, meliorq; erat eius, quæ peperiſſet quàm virginis. Nam à partu ſtatim iuuenem primiperam interficiebant: tum habendæ uuluæ gratia, tum vt ſumen optimum efficerent. Mart.
Te fortaſſe magis capiet de virgine porca,
Me materna graui de ſue volua capit.
Quandoq; accipitur Vulua pro ore uuluæ. Iuuena.
Adhuc ardens rigidæ tentigine vuluæ.
Plinius quoq; boletorum prorumpentiũ in oui ſpeciem album illud inuolucrum voluam nuncupat.

V ANTE X.

VXor, quaſi vnxor, ab vngẽdo. Nam quum puellæ nuberent apud veteres, ac mariti domum intrarent axungia poſtes vngebant putantes ex hoc omnia mala ab ea domo arceri, uel quòd lotos maritos vngebãt. Ennius, Exin Tarquiniũ bona fœmina lauit, & unxit. Seruius in Cõmentar. libri quarti Aeneid. ſic habet: Mos fuerat vt nubentes puellæ ſimul quũ veniſſent ad limen mariti, poſtes antequã ingrederentur, ornarẽt laneis vittis, & oleo vngerẽt. Et inde Vxores dictæ ſunt quaſi vnxores. Plinius quoque ſcribit nouas nuptas lupino adipe poſtes inungere ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Huius diminutiuum eſt Vxorcula. Hiero. ad Ocea. Tu mihi olim emortuam de ſepulchro uxorculam protrahis.

Vxorius, a, um, quod eſt vxoris, vel quod ad vxorem pertinet. vt res vxoria. Plau. in Aſi. Sub ĩperio viuẽs volt ſenex vxorio. Aliquando Vxorius dicitur, qui vxori nimis inſeruit. Vergilius,
Pulchramq; vxorius vrbem Extruis.

DE LITERA X.

X Litera ſemiuocalis eſt, quæ vim duplicis conſonantis habet; pro qua modò cs, modò gs, primitus vtebantur. ut apecs, gregs, pro quibus nunc apex, grex dicimus. Sciendum quòd x, tranſit in u, conſonantem. vt nix, niuis, in ct, vt nox, noctis, & in aſpirationem ſubit. vt veho, uexi. Quotieſcunque autem præpoſitio ex, componitur cum dictione incipiente à uocali, uel ζ, p, t, & s, remanet integra, ſed quando cum s, abiicitur s, vt Exaro, exeo, exigo, exoleo, exuio, excutio, explodo, extraho, exequor, expes.

X ANTE A.

XAntha, Nympha eſt à colore. ξάνθον enim Græci ſubrubrum dicunt &c.

Xanthii, populi Aſiæ qui quum eorum vrbs ab Harpago præfecto Cyri obſideretur, vxóres ſuas, ac ſeruos, & omnes opes in arce poſuerūt: deinde adhibito igni cremauerunt: ipſiq; in bello irruentes cuncti cecidere.

Xanthicus, Aprilis menſis Hebræorum lingua adpellatus eſt.

Xantippe, nomen vxoris querulæ Socratis philoſophi.

Xantho, fuit vna ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia. Vergilius lib. iii. Georgic.

Drymoq; Xanthoq;.

Xanthus, Latinè flauus dicit, quo nomine dictus fluuius Troianus, qui & Scamáder dicitur. Nam quòd in campis Troianis proxime flumen armenta rufa & pecora leucophea naſcantur, ideò flumen id Ilieſes Xanthum adpellauiſſe dicuntur. Eſt & nomen uiri, et nomen vrbis Lyciæ, à fluuio ſic nuncupatæ. Et nomen equi Hectoris.

X ANTE E.

XEnia, hoſpitalitas, amicitia externorum.

Xenium, dici poteſt munus hoſpitalitatis. Vnde Martialis librum tredecimum in quo eiuſmodi munera diſtichis deſcribit, Xenia nominauit: quòd verſus ipſos pro xeniis mitteret.

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello,
 Conſtabit nummis quatuor empta tibi.
Quatuor eſt nimium: poterit conſtare duobus,
 Et faciet lucrum bibliopola Triphon.
Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas,
 Si tibi tam rarus quàm mihi nummus erit.

Huius diminutiuum eſt Xeniolum, paruum xenium. Apul. Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi xeniola porcum opimum, & quinq; gallinulas, & vini cadum in ætate pretioſi.

Xenocrates, pen. cor. nomen philoſophi Chalcedonii auditoris Platonis, qui in Academia Speuſippo ſucceſſit, & uigintiquinq; annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeò vt quum illum Plato Ariſtoteli compararet, alterũ freno, alterũ calcaribus ĩdigere dicebat. Hic philoſophorum ſeueriſſimus extitit. Ferunt quũ Phryne nobile ſcortum dedita opera, à quibuſdam intra eius cellam miſſa eſſet, atq; ab eo orans lecti partem accepiſſet, demumq; imperfecto opere diſceſſiſſet, dixit ſe non à uiro, ſed à ſtatua ueniſſe. Eius verbis tanta fides adhibebat, vt quũ iniurati nullius teſtimonium admitteretur, huic ſoli iniurato crederetur. Hunc Athenienſes aliquádo uendiderunt, ut ita in exilio degens frangeretur. Obiit ſecundo & octogeſimo ætatis ſuæ anno, quum noctu fortè in ſartaginem offendiſſet. Fuere & alii hoc nomine.

Xenodochium, & Xenodocium, hoſpitale, locus publicus quo peregrini & hoſpites hoſpitaliter recipiuntur. ξένος, hoſpes. δοχεῖον, receptaculum. quaſi hoſpitum receptaculum. Hieronymus, Xenodochium in portu Romano ſuum totus pariter mundus audiuit.

Xenodorus, quaſi ξένον, id eſt, peregrinũ quid & egregiũ denotans, & δῶρον, donum. Fuit nomẽ ſtatuarii nulli ueterum cælandi arte poſtponendi.

Xenodotus, fuit hiſtoricus patria Trœzenius.

Xenophanes, pen. cor. poeta Colophonius, qui cõtra Homerum & Heſiodum elegias ſcripſit. Fuit & alter Xenophanes ex Lesbo, poeta Iambicus.

Xenophilus, pen. cor. nomẽ Muſici Calcidenſis Pythagorici. de quo Val. Max. Biennio minor, quàm Gorgias qui centum & quinq; uixit annos, Xenophilus Calcidẽſis Pythagoricus, ſed felicitate nõ ĩferius. Siquidem (vt ait Ariſtoxenus Muſicus) omnis incõmodi humani expers ſummo perfectiſſimæ doctrinæ ſplendore extinctus eſt.

Xenophon, nomen philoſophi, & ducis inſignis Athenienſis, Socratis diſcipulus, & Platonis æmulus fuit, ſpecioſus, moratus, & omnibus gratus. Hic primus omnium philoſophorum ſcripſit hiſtoriam. Exercitum quoq; ex vltimis Babyloniæ finibus per aſpera, & difficillima itinera, incolumẽ in patriam reduxit. Fuere & alii Xenophontes.

Xenos, Latinè hoſpes ſiue peregrinus.

Xerampellinæ ueſtes, (vt inqt Probus) fuerũt ad uſum matronarum ampellini coloris, qui inter coccinũ & muricœum medius eſt. ξηρὸν ſiccum ſignificat. Itaque Xerampellinus coloris eſſe creditur, quem vulgò roſam ſiccam nominamus. Alii Xerampellinas dicunt Latinè dici atrabaticas. hoc eſt, quæ colorem atrum, id eſt, nigrum habent.

Xeria emplaſtra, ſicca: ſicut hygremplaſtra vocantur liquida emplaſtra.

Xerolibya, Latinè ſicca Libya dicitur.

Xerolophus, pe. cor. dici poteſt ſiccus tumulus. ξηρὸς, ſiccus, λόφος, tumulus. Namq; ex lapidibus conſtrui conſueuerant principum tumuli.

Xerophagium, comeſtio ſiccorum ciborum.

Xerophthalmia, arida lippitudo: quũ nec tument, nec fluunt oculi, ſed graueſcunt.

Xerxes, Latinè bellator, unde Artoxerxes, magnus bellator fuit Perſarum rex qui contra Athenienſes magnum collegit exercitum. Tradunt ſcriptores numerum copiarum terreſtrium, quas in Græciam duxit Xerxes, fuiſſe. clxx. myriades: id eſt, decies ſepties centena milia. Myrias enim numerus eſt continens decem milia. Tranſiuit eius exercitus per ſeptem

ſes, totidemq́; noctes nullo tempore intermiſſo. Sed nauali prælio à Themiſtocle Græcorum duce uictus rex ipſe cum paucis aufugit. Fuit filius Darii regis ex Atoſa Cyri filia. Hanc hiſtoriam Herodotus late ſcripſit.

X ANTE I & Y.

Xiphus, Græcè ξίφος, ſignificat enſem. unde Xiphiæ ſtellæ ex cometarum genere, in mucrones faſtigiatæ.

Xylinum, quod & Xylon dicitur. id eſt, quod uulgares bambatium dicunt. unde Xylinæ ueſtes.

Xylocaſia, lignum Caſiæ.

Xylon, Græcè, Latinè lignum dicitur. unde Xylobalſamum, lignum balſami.

Xylophagus, penulti. corrept. uermis qui albus obeſus nigelloq́; capite eſt, ac naſcitur in lignorum carie lignum corrodens. In Ponto & Phrygia comeditur, ut autor eſt Hierony. contra Ioui. Et quomodo, inquit, apud nos ficedula & attagen, mulus & ſcarus in delitiis computãtur: ita apud illos ξυλοφάγον comediſſe, luxuria eſt.

Xyſtis, vrbs Cariæ, à qua Xyſtiani dicti ſunt populi, vt ſcribit Plinius.

Xyſtus, à Græcis dicitur porticus ampla latitudine, exercitationi adcommodata, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Hinc Xyſtici dicuntur athletæ in xyſtis pugnantes. Sueton. in Auguſt. Nec tamen eo minus aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſſime ſemper exegit. Xyſtici etiam dicuntur qui xyſto ludũt. Significat enim Xyſtos ſpiculum uel haſtile, telum. unde Xyſtophorus, Latinè ſpiculator. Interdũ Xyſtus ponitur pro ambulatione, in qua arbuſculæ ſunt in plurimas ſpecies effigiatæ. Plinius. Ante cryptoporticum xyſtus eſt uiolis odoratus. Aliter Plinius lib. v. Epi. Ante porticũ xyſtus conciſus in plurimas ſpecies diſtinctusq́; buxo. Idem, Non tam ſtatuarum & tabularum pictarum ornatu edes ſuas, quam xyſtis & nemoribus excoluit. Victruuius. Latini xyſta ambulationes adpellant, quas Græci paradromidas dicunt. Cicero in Bruto. Quum ambularem in xyſto, & eſſem ocioſus domi. Quando uerò Xyſtus adiectiuum eſt, ſignificat ornatum, terſum, politum.

DE LITERA Z.

Z Litera muta eſt, pro qua primitus nonnunquam ſimplex ſ, ut ſacynthus pro ζάκυνθος, ſethus pro zethus, quandoq; duplicatum ſcribebamus. ut patriſſo pro πατρίζω, pytyſſo pro πυτύζω. Aliqñ pro illa d, ponebamus. ut Medentius pro Mezentius.

Zachanthæi, fuerunt Zazynthiorum coloni in medio Pyrenæi montis ſiti, & iuxta fluuium Iberum habitantes.

Zacharias, nomen prophetæ proprium.

Zacynthos, inſula Ionii maris parua, cum urbe eiuſdem nominis. à Zacynto Dardani filio, in qua imperauit. dictæ eius incolæ Zacynthi uocantur. De hac Vergilius libro tertio.

Iam medio adparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Zagrus, (ut inqt Strabo) mons eſt quo Media à Babylonia diuiditur.

Zamolxis, (teſte Herodoto lib. iiii. Hiſtori.) fuit Pythagoræ ſeruus, cui Getæ (putantes illum Saturnũ eſſe) ſacrificia impendebant.

Zancle, Peloponneſi oppidum fuit, in regione Meſſenia: in qua ipſa Meſſene. Fuit & Zancle oppidũ Siciliæ, à Meſſeniis conditum in Pelori ſinu, ubi ad Orientem maxime flectitur, quam à ſuo nomine dixerunt Meſſanam. Hinc Zanclei Meſſeniorum apud Plinium. Et zanclea charybdis. Vel à fonte dicta vrbem putãt: vel ab occultata ibi, à Saturno falce, quã lingua Sicula zanclon uocant: uel à gygante Zãclo: uel à loci curuitate. Curua enim Zanclia uocant.

Zancleum ſaxum, in freto Siculo dictum, à Zancle propinquo Siciliæ oppido.

Zathene, gemma eſt, modo nigri, modo flaui electri colore.

Z ANTE E.

Zea, genus frumenti, ſimile farri, quæ vulgò ſpelta dicit. Ex hac fit alica. Ex zeatico hordeaceo'ue cibario, qui ſunt principum equiſones, equos alere conſueuerunt.

Zedocon, dicitur terra zeam donans.

Zelo, Zelas, & Zelor, deponens. ſignificat æmulori

Zelotes, penultima producta, idem eſt quod æmulator. Vñ Simon Apoſtolus dictus eſt zelotes. Quandoq; dicitur amator. Et ſic dominus noſter adpellatur: quoniam ita nos amat, ut nolit fornicari poſt Deos alienos.

Zelotypia, egritudo animi ex eo proueniẽns, quòd timeat ne adſit alteri, quod cum nemine uelis habere commune.

Zelotypus, penulti. correp. zelator ſeu æmulator formæ. Nam ζῆλος æmulatio eſt, τύπος, forma. qui igitur ita amatur ſollicitus ſit, ne quis amore ſuo perfruatur, zelotypus eſt. Iuuenalis.

Ponere zelotypo iuuenis prælatus Hiarbæ.

Zelus, modò inuidiam, modò amorem, modò emulationem ſignificat.

Zeno, fuit Philoſophus ex Cypro græca ciuitate, Stoicorum ſectæ conditor, tanto in honore apud Athenienſes habitus, ut apud eum claues urbis deponerent, ornarentq; ipſum aurea corona & imagine ærea. Hic adoleſcenti cuidam inepta multa loquenti ait: Ideo duas habemus aures, os autem unum: ut ſcilicet multa audiamus, pauca uerò loquamur. Deceſſit nonageſimo ætatis ſuæ anno, ſine morbo. Nam (ut ferunt) quum abiret ex ſchola lapidem offendens, digitum perfregit, manu uerò terrã feriẽs, illud ait: Ex Niobe uenio, quid me uocas? Et continuo ſe ſtrãgulans interiit. Fuit & alius Zeno Eleates, quem Dialecticæ inuentorem fuiſſe ſcribit Ariſtoteles: Huius celebratiſſima fuit in pferẽdis cruciatibus patiẽtia. Qui quũ adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberandæ patriæ inflãmaſſet contra Nearchum tyrannum, facto indicio cõprehenſus traditusq; eſt tortoribus torquẽdus. Qui quum laceraretur, ut cõſocios cõiurationis nominaret, neminé illorũ nominauit,

ſed amicos

ſed amicos intimos q̃; tyranni participes coniuratio-
nis eſſe dixit. Deinde quaſi quidpiam ſe in aurem ty-
ranni loqui velle ſignificaſſet, eam mordicus correptã
nõ antè dimiſit quàm rapta auce populatum caput
reliquiſſet. Sed quum cõplices coniurationis proferre
cogeref, cõciſam dentibus linguam in os tyranni cõ
ſpuit. Quo facto ciues tyrannum lapidauerunt. Fuit
& alius Zeno philoſophus Epicureus, Ciceronis ſyn
chronos, id eſt, contemporaneus. de quo idem Cice
ro lib. I. de Finib. meminit, & cum eũ Attico frequẽ-
ter audiuiſſe Epicuri ſententias explicantem. Fuere
& alii Zenones, quos nunc prætereo.

Zenobia, fuit mulier quæ à Ptolemæis originẽ ducẽs
Græcis ac Latinis literis ornatiſſima, nec non & re-
bus bellicis celeberrima in Palmira Syriæ urbe re-
gnauit. Hæc quum Saporem Perſarũ regem ſuperaſ-
ſet, tandem ab Aureliano Auguſto uicta, Romam in
triũphum ducta fuit. Quæ in urbe ſummo in hono-
re conſenuit. à qua Zenobia familia nuncupata eſt.

Zephyrium, promontorium eſt.

Zephyrus, penulti. cor. Fauonius ventus Occidẽtalis.
Flat enim ab Occaſu æquinoctiali aduerſus Eurum:
quaſi ζωήφορος, vitã ferens: vel quia fert quæ ſunt ad
vitã. Eo ſanè plantæ omnes germinant & pullulant.

Zeretra, Arcades uocant uadi foramina quædam, per
quæ Eraſinus fluuius è lacu Stymphalo erumpit in
argiuam terram. Cornucopiæ.

Zeros, cryſtalli ſpecies eſt, alba ac nigra macula diſtin
guente cryſtallum. Cc.

Zeta, ſiue Zetecula diminutiuum, apud Plin. in Epiſt.
erat locus capax unius lecti, cum ſellis duabus, q ue-
lis obductis & reductis modò adiicit cubiculo, mo
dò aufertur. Nomen quoniam tribus è partibus fe-
neſtras et proſpectus habeat atq; Solem multiplici-
ter accipiat, quaſi ἀπὸ τοῦ ζεῖν, quod eſt feruere.
Quando & heliocaminus in ipſa zeta ponitur, hoc
eſt, uaporarium quoddam ſolare, non ad ignis uſum,
ſed ad Solis: velut id quod vulgò luminare dicitur,
& ĩ Paduana Gallia Lucerio: vel ἀπὸ τοῦ ζῆν: quòd
in ea cõmodiſſime viuatur. ſi quam delitias & amo-
res ſuos vocet Cecilius, ſicut à cõuerſatione victuq;
dieta. De heliocamino Vlpia. In ſeruitutibus urba-
nis ſi arbor. inquit, heliocamino uel ſolario Solem
adimat, dicendũ erit: quia vmbram facit in loco cui
Sol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitã fie-
ri. De zeta Lampridius: Indices odores Heliogaba-
lus ad vaporãdas zetas ſine carbonibus iubebat in-
cẽdi. De zetecula Plinius. Mox zetecula refugit qua-
ſi in cubiculum.

Zetis, fuit filius Boreæ ex Orithyia & frater Calais.

Zethus, cum h, & u, fuit Iouis ex Antiopa filius & fra-
ter Amphionis.

Zeugites, calami arundinis q̃; ſeu tibiæ genus, à pari-
tate dictum, quòd eo duplices fiebant tibiæ. Cc.

Zeugma, zeugmatis. Latinè connexio ſiue adiunctio
dr. Figura quum plures ſenſus vno connectunf ver-
bo: quòd tribus modis fit. Aut præpoſito uerbo, ad
quod reliqua reſpiciant. vt vicit pudorem libido, ti-
morem audacia, rationẽ amentia, aut uerbo poſtpo-
ſito ut, Neque is es Catilina, ut te aut pudor à turpi-
tudine, aut metus à periculo, aut ratio, à furore reuo
carit, aut in medio ſenſuum poſito uerbo. ut,
Troiugena interpres diuum, &c. Aeneid. tertio.

Zeuſis, Latinè iugatio dr. Quo nomine adpellatus
eſt clariſſimus pictor Heracleotes, qui in certamẽ pi
cturæ cum Parrhaſio deſcendit. Fertur hic pinxiſſe
puerum vuas ferentem, ad quas quum aduolaſſent
aues, iratus eſt mira ingenuitate operi ſuo & dixit,
Vuas melius pinxi quàm puerum. Nam ſi hunc con
ſummaſſem, aues timere debuerant. Hic etiam pixit He-
lenæ ſimulachrum.

Zeuxo, fuit (teſte Heſiod.) vna ex Nymphis, filia Oce-
ani & Tethyos.

Z ANTE I.

Zigæna, nomẽ piſcis maritimi, ut eſt apud Ambro-
ſium. Quid gladios loquar aut zigenas.

Zigarum, ea terra fertur ex qua populi exierint, q no-
ſtra ætate cum liberis & vxoribus Europam perua-
gantur, Zigari adpellati, inſignes fures & ſine tecto
uiuentes.

Zigia, aceris ſpecies rubens fiſſili ligno, cortice ſca-
bro & liuido.

Zignis, lacertæ ſpecies.

Zimulaces, lapillus qui in Euphrate naſcitur, in me-
dio glaucus.

Ziph, nomen vici, à quo Ziphæi dicti ſunt, de quibus
in libro ſecundo Regum fit mentio.

Zizania, niæ, & Zizanium zizanii, lolium & cetiqua
adulterina ſemina, quæ frugibus ſæpe miſcentur.

Zinziber, radix, & apud nos immutatis literis dicimus
genziber.

Ziziphus penulti. corre. genus arboris, quam noſtra-
tes zibebos vocant. Zizipha, fructus dicuntur. Plin.
lib. xv. Atque peregrina ſunt zizipha et tuberes, quæ
ipſa non pridem uenere in Italiam. Hæc ex Aphrica,
illa ex Syria.

Z ANTE O.

Zodiacus, penul. cor. dici poteſt animalis ab effi-
gie animaliũ. Nam circulus eſt in quo duodecim
ſigna ſunt, in formam animalis figuratus. ut Aries,
Taurus. Græcè enim ζῶα animalia dicunf. Alexan-
der autem Aphrodiſeus dixit Galaxiam circulũ ue-
rum eſſe in cœlo, & ſubdit in cõmentariis meteoro-
logicorum uerba Ariſtote. ἱστορεῖ δὲ τῶν μὲν καλουμένων Πυθαγορείων τινὲς Γαλαξίαν ὁδὸν λέγειν αὐτὸν τὸν κύκλον τοῦτον καὶ ἥλιον πρότερον τοῦτον φέρεσθαι id eſt, Refert Pythagoricorũ aliquos Galaxiam
uiam dicere, eſſe autem circulum, & Solem ante
hunc ferri.

Zographos, pictor animalium.

Zographia, ipſa pictura.

Zoilus, poeta fuit Ptolemæi temporibus, qui Home-
romaſtix cognomen ſortitus eſt. Et pro inuido ca-
pitur. Cornucopiæ.

Zomos, ζωμός, Latinè dicitur ius, pro brodio. Vnde
& Zomopœos, coquus.

Zona, cingulum quo cingimur. Martialis.
Longa ſatis nunc ſum dulci ſed pondere venter

Si tumeat ſiam tum tibi zona breuiſt

Hæc & lorum dicitur, & baltheus, quamuis baltheus ſit etiam à quo arma dependent, & cinctus & cingulum à cingendo.

Zoophthalmos, herba eſt à ſimilitudine oculi animalis dicta. Cornucopiæ.

Zopiſſa, apud Plinium uiuam picem ſignificat, uel Zopiſſa pix, quæ ex nauibus tradiſ admiſta cæra & marino ſale macerata, multò ad omnia efficacior, quàm aliæ pices. Sed propie reſina ex pinu. Quãuis Dioſcorides addit alia etiã ſignificata quſi ait: ζωπίσσαν δὲ οἱ μὲν ἔφασαν τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ, καλουμένην ὑπ' ἐνίων ἀπόχυμα, οὖσαν διαφορητικὴν διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι, οἱ δὲ τὴν πιτυίνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν. id eſt, Zopiſſam alii dixerunt deraſam nauigiis picẽ, quſi cæra adpellatã à nõnullis apochyma, quæ vim diſſipãdi habet, qm̃ mari madeat, alii reſinam pini ſic nominarunt.

Zopyrocheron, herba ẽ, quã alii lectipedẽ adpellãt.

Zopyrus, pen. cor. Phyſionomiſta dictus eſt, qđ pfiteref hominũ mores naturasq; ex corpore, oculis vultu, fronte, ſe poſſe pnoſcere. Qui quũ turpia quædã, & à uirtute aliena de Socrate dixiſſet, ac à multis idcircò derideref: Non errat (Socrates ridit) Zopyrus. Huiuſmodi enim natura eſſem, niſi naturã philoſophia ſuperaſſet Fuit & alius Zopyrus, de quo dicere ſolebat Darius ſe & Zopyrum malle integrum quàm uiginti capere Babylonas. Zopiri enim arte Babylone potitus erat Darius.

Zoroanda, locus quem efficit Tigris fluuius ab uno latere Tauri montis.

Zoroaſtres, ζωροάστρης, magiæ conditor.

Zoronyſius, gemma quæ naſciſ in Indo flumine. Ce.

Z ANTE V, & Y.

Zura, Aphrorum lingua ſemẽ paliuri uocatur cõtra ſcorpiones efficaciſſimum. Ce.

Zuthum, eſt compoſitio facta ex gith, qua utebantur Alexandrini. vt inquit Galen. in expoſitione ſententiarum Hippocra.

Zygia, à Græcis carpinus arbor adpellatur, quòd ex materia fiunt iuga iũmentis, quæ apud eos zyga vocantur. Eſt & Zygia tibia nuptialis. Apuleius. Et ſonus tibi zigi emittatur.

Zygos, ζυγὸς, Latinè iugum. Vnde Zygia Iuno, quaſi iugatina, ſiue iugalis: ab eo quòd præeſt maritali cõiugio, cui ſunt iugalia uincula curæ.

Zyme, fermentum.

Zymes panis fermẽtatus. Azymus, a, um, ſine fermẽto.

Zythus, quid ſit, nemo poteſt dubitare ex verbis Suidæ noſtri, qui ita ſcribit (etiam Dioſcorides tractat) ζῦθος οἶνος ἀπὸ κριθῶν γενόμενος. id eſt, Zythus uinum ex hordeo factum.

FINIS.

REGISTRVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S

T V X Y Z. AA BB CC DD EE FF GG

HH II KK LL MM NN OO PP QQ

RR SS TT VV XX YY.

Omnes ſunt Quaterni, præter YY qui eſt Quinternus.

Venetiis. Anno M D XXXV Menſe Maio.

Aurelius Pincius Venetus Imprimebat.

IN ROMA